UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiæ

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

urn:nbn:de:hbz:466:1-80071

Visual Library

Th. 860a.
m
VI 4

BARBOSÆ & TABORIS
LOCI COMMUNES JURISPRUDENTIÆ.

THESAVRVS
LOCORVM
COMMVNIVM
JVRISPRVDENTIÆ,

EX

AXIOMATIBVS

AVGVSTINI BARBOSÆ,

ET

ANALECTIS

JOH. OTTONIS TABORIS,

ALIORVMQVE,

concinnatus:

EDITIO

POST

TOBIÆ OTTONIS TABORIS

SECVNDAM TERTIA,

NOVIS AXIOMATIBVS

SAMVELIS STRYKII, JC.

aucta,

In quâ quid præstitum sit, præfatio docebit.



LIPSIÆ,

Apud THOMAM FRITSCH.

ANNO M. DC. XCVII.

CVM PRIVILEGIIS CÆSAREO ET SAXONICO.



LECTORI BENEVOLO BIBLIOPOLA

Salutem!

EXhibemus Tibi denuò, Benevole Lector, Thesaurum Locorum Communium ex Axiomatibus Barbosæ & Taboris concinnatum, omnibusque, quotqvot hactenus prodierunt, Editionibus multò locupletiorem, id quod non solùm amplior forma, sed vel solus Capitum cujusque libri numerus (ut complura, quæ singulis ferè capitibus inseruimus, axiomata taceamus) probat. Exhibemus autem Axiomata sive postulata & regulas generales, non definitiones & divisiones seu positiones Juris, neque textuum resolutiones vel casuum controversorum decisiones, quas omnes cautè ab Axiomatibus separandas esse jam ipse Dn. Tabor in præfatione hujus operis monuit. Sed videas tamen communiter omnia illa sibi immixta, indeque in stupendorum Voluminum molem excrescentia, quæ vel primo aspectu nauseam excitare & methodum per axiomata docendi, quâ non memoria solùm juvatur, sed & judicium maximè firmatur, tædiosam reddere valent. Præcavimus propterea sedulò, ne nisi Axiomata seu fontes & fundamenta decisionum thesauro huic innecteremus, quorum utilitatem hic longis encomiis deprædicare nostrum non esse agnoscimus, loquuntur id tot editionum exemplaria ad ultimum usque certatim distracta. Paucis saltem ratio augmenti reddenda nobis incumbit: Observarunt multi Eruditi nonnulla adhuc deesse præsenti Volumini, quæ ad fundamentalem cognitionem unius & alterius materiæ facerent, sed serò nimis id monuerunt, siquidem integer Liber Primus prelo jam erat suppositus; demandavimus tamen hanc operam alicui, qui nomen suum reticeri ob varias rationes cupit, & ut indefessum, quem temporis flagitabat penuria, augmento adhiberet laborem, impetravimus; Quæ etiam causa est, cur multa ibi videantur raptim appositа, nec nisi unus aut alter Autorum, imò sæpius textus duntaxat aliquis juris allegatus sit. Sed persuasum habeas volumus, benevole Lector, utut termini, quem complendo huic præfiximus, angustia solidiores meditationes vix concesserit, integras tamen Autorum Centurias, quæ citari aliàs solent, studio hîc omissas fuisse, tùm ne nimis excresceret augmentum, tùm quia ex uno, quem allegavimus, plures abiis, quibus id volupe est, describi facilè possunt, modô allegandi perquam frequenti, ut ex uno, quem evolvimus, Autore reliquorum allegatio fideliter describatur, ultimò deinde locus Autoris, quem inspeximus, subjiciatur. Quod

vero quandoqve ſolis juris textibus innitantur axiomata, eò magis nos veniam impetraturos ſperamus, qvo certiores ſumus Gloſſarum Gloſſas non amplius haberi pro normâ legum, ſed illarum veritatem & Doctorum autoritatem ex legibus dijudicari, neqve opinamur, ullam inſperſam eſſe ſententiam, qvæ calculo Doctorum deſtituatur. Deprehendes tamen nonnulla Axiomata & Legum & Autorum allegatione deſtituta; Hæc (ne putes, augmenti autorem id ſibi ſumſiſſe Autoritatis, ut Tibi aliqvid pro lubitu credendum obtruderet) deſumta ſunt ex COLLEGIO AXIOMATICO MANUSCRIPTO VIRI IN VICINA ACADEMIA CELEBERRIMI, & præ multis aliis de Jurisprudentiâ inſigniter meriti, DN. D. STRYKII, cujus conſenſum circa hunc laborem ut expeteremus vel propterea neceſſe non eſſe duximus, qvòd certi ſimus, Eum variis, iisqve graviſſimis negotiis publicis diſtractum Editioni dicti Collegii manum admovere non poſſe, qvod tamen ne deliteſcat aut deſcribentium mendis obrutum vileſcat, eorum qvi Prudentiæ Juris incumbunt, maximè intereſt. Proinde non invidebit VIR EXCELLENTISSIMUS iis, in qvorum commodum natus eſt, univerſis Juris Cultoribus tantum emolumentum, præprimis cùm neſciatur, qvantum ex ſcriptis Ipſius augmento huic acceſſerit, axiomatibus Ejus per univerſum hunc theſaurum diſperſis, qvæ adeò ſi ab ipſo nondum ſatis apta ad editionem judicantur, non cuivis ſe facilè prodent. Porrò plura ex variis Autoribus hinc inde collecta ipſorum docebit allegatio, eos tamen ſemper eligimus, qvos axiomatum fertiles & exemplis inſtructos deprehendimus; nam in inculcandis Regulis exempla utramque faciunt paginam, cùm actiones intellectus noſtri ſemper à ſingularibus ad univerſalia aſcendant, quam ob rem non facilè axioma ſine exemplo prætermiſſum deprehendes. Ex PAULI FUSCI SINGULARIBUS IN JURE CÆSAREO ATQVE PONTIFICIO decerpere quoque nonnulla conſtitutum erat, ſed pauca fuerunt, quæ applicari poſſent; APHORISMI VERO JURIDICI PHILIPPI LUDOVICI AUTHÆI additionibus hiſce plura commodatur.

Unius ſaltem adhuc monitum Te volumus, ſupplementum, quod literæ A. inſerendum erat, in calce operis adjectum eſſe, cùm eò, quò de augmento primùm cogitatum eſt, tempore, integer Liber I. jamjam fuerit impreſſus.

Reliquorum Librorum additamenta diverſis numeris vel ſignis ab editione præcedenti ſeparare noluimus, ne novas tricas in modo allegandi pareremus, ſed numerum capitum & axiomatum continuâ ſerie dedimus. Quodſi hiſce omnibus in Tui commodum quid præſtitum fuerit, erit, de quô nobis gratulemur. Lipſ. d. XXIX. Martii, Anno O.R.M.DC.XC.

BENEVOLO

BENEVOLO LECTORI

JOH. OTTO TABOR, D.

Pl. Sal. prec.

ROgatus, ut nonnulla, de Scopo & usu hujus Syllogæ, præfarer: De qvæstione: *An loci communes*, (qvos vocant) *colligendi* veniant, qvoqve modo ea collectio instituenda sit? opiniones aliorum summo digito indicare, simulqve consilium meum, iteratis amicorum petitionibus satisfacturus, tribus verbis subjicere decrevi. Enim verò, fuerunt Viri docti, non tantùm inter humanioris literaturæ Antesignanos, sed inter ipsos qvoqve JCtos, qvi studium istud omninò damnarent. Duarenus, *in Comm. ad L. 24. §. si qvis 2. de Legat. 1.* & Cujacius, multis locis atrum posuêre calculum: *v. recit. ad tit. C. de solut. Epist. Consultat. præf. ad L. 4. de usur. in Papin. & alibi:* Gisanius *in prolegom. ad tit. de R. J.* tria libris brocardicis vitia impingit: nimirum, qvòd his confundantur scientiæ inter se, itemqve Jurisprudentiæ ipsius Exceptiones cum Regulis; & qvod Regulæ temerè, ex una facti specie, sæpiusculè conficiantur. Idem in aurea præfatione, *partitionib. Conrad. Rittershusii præfixâ:* exemplis & autoritatibus sententiam istam tuetur & illustrat. Add. Sichard. *ad l. 5. n. 6. C. de donat.* Zas. *in paratit. Qvod cujusq; Universs. nom. n. 22.* (Ubi, doctrinam brocardicam, ait, in utramq; partem esse implexam.) Almaricum Bonehardum, *in præfat. C. Th. ad Antonium Pratensem. Galliæ Cancellarium:* Vigelium, *5. decis. 67.* Nebelkræ. *decis. 11. pag. 137.* Cavalcan. *decis. 15. n. 4.* Wesenbec. *24. consil. num. 13.* Cothman. *1. consil. 2. num. 72.* Andr. Knichen. *in Epist. dedicat. de sublim. & reg. territ. jure.* Dn. Klocken. *1. consil. 20. & 3. consil. 135. num. 1.* Herman. Lather. *de censib. lib. 2. cap. 3. num. 59. & 60.* Ubi ait: plaustra ista brocardicorum, obscurare sacrosanctam veritatem & cognoscendi religionem. Etiam ex vetustioribus, (seculo, qvod his collectionibus maximè erat deditum) scripsere nonnulli: Viam brocardicam minimè esse securam: *v. Cynus in l. ita demum 13. C. de procurat. Martin. Laudens. lib. 1. Feudor. 7. num. 7.* qvà grossi tantùm Dd. utantur, *uti loqvitur cum suis, Antonius de morat. præscript. cap. 63. num. 126.*

Veruntamen, qvorsum istæc Doctorum Virorum opprobria propriè pertineant, prudenter significat D. Fridericus Hortleder. *in disput. ad l. non omnium 20. de LL. th. 9.* his verbis: Proposita est à Nevizano, lepido Doctore, Disputatio, (*puto, eum digitum intendere ad lib. 5. Sylv. Nuptial. pag. 450. n. 32. ubi sanè perqvam eleganter, de problemate isto, disserit,*) Rectene, & ex usu Jurisprudentiæ, Veteres juris Interpretes eum, in legibus enarrandis, modum seqvuti sint, ut regulis fabrefactis, mox ampliationes, qvas vocant, limitationesqve, seu fallentias, subjicerent? Et magis est, (inqvit Hortlederus,) ut utilem eum morem, inqve usum revocandum statuamus; hâc tamen lege, ut circumspectè agatur, & in ampliando, limitandoqve aliqvis teneatur modus: Nam & Duarenus

renus, Gifanius, Thomingius & alii, nihil, præter abuſum, habent, qvod vituperent. Eodem tendit Votum *Jacobi Bornitii, lib. 1. de confect. inſtrum. cap. 1.* hac acclamatione prolatum, conſignatumqve: Utinam exoriretur, qvi regulas juris univerſi medullitùs in unum apoteleſma, ſive theſaurum, comportaret, qvo facto, juris ſtudioſi, & certitudinem regularum atqve ſententiarum juris, ex ipſis fontibus, ad deciſiones cauſarum, in parato haberent, & ad uſum transferrent. Nimirùm, præclaris iſtis Viris, non ſatisfecerunt vaſta Bertachini, Tuſci, Reygeri, & aliorum, Volumina, vel ea qvoqve de cauſa: qvòd loca propria communibus commiſceant; cum tamen illorum tractatio ſuis ſedibus relinqvenda fuerit. Cum enim ipſa Jurisprudentia, propter infallibiles cauſas, ex Qvinctiliano *lib. 2. cap. 3.* (ibi: omne jus, qvod *certum* eſt, aut ſcripto, aut moribus conſtat; *dubium* æqvitatis regulâ examinandum eſt) alibi elicitas, qvadripartita meritò conſtituatur: *Synthetica*, (qvæ præcepta juris & dogmata componit) *Analytica*, (qvæ textus reſolvit & explicat) *Polemica*, (qvæ qvæſtiones & controverſias diſcutit & pertractat) deniqve *Axiomatica* ſeu Brocardica, (qvæ regulas juris & ſententias Dd. colligit atqve examinat) Ideò, ſi qvod ſtudium in colligendo ſolicitus juris cultor impendere amplius velit, & memoriæ in futurum conſulere: Non debebit omnia in unum librum conferre, ſed qvæ ad definitiones, diviſiones, cauſas & reliqva præcepta illuſtranda pertinent, ad Weſenbecium, vel alios libros Syntheticos, reducere: Novas textuum explicationes, ad ipſorum Textuum marginem aut librum, illis parallelum adſcribere: *Jus controverſum* autem ad Treutlerum, aut Bachovium adnotare; vel, (ubi pragmaticorum, conſulentiumqve, aut decidentium Voluminibus, manum admovere placuerit,) Syllogen Beſoldianam, & Speidelianam, commodè poterit imitari: Qva de re alibi fortean ſumus uberius D. V. diſſertaturi. Nunc, qvia breviſſimis paginæ & temporis circumſcripti ſumus anguſtiis, de inſtituto tantùm noſtro hoc addemus: Cum induſtrii Themidos cultores regulas, qvas in qvotidiana lectione obſervant, memoriæ qvomodocunqve mandare, non imprudenter, meo qvidem judicio, geſtiant deſiderentqve: (qvandoqvidem omnes caſus LL. decidi aut comprehendi non poſſunt, *l. 10. 12. & ſeq. de LL. 2. Feud. 23.*) mallem ipſos compendio qvodam etiam hic uti inſtruiqve; Eoqve fine interim, præ cæteris Collectoribus, præcipuè Barboſam ipſis commendare volui, ad qvem, ante complures annos, fortuitas obſervationes, tumultuario adjeci ſtudio, accuratiùs, & ad normam primarum eas expenſurus; niſi ſtudiorum atqve occupationum varietas, in alia plurima, animum diſtraxiſſet. Interim exoravi alios Viros clariſſimos, Juris & æqvi peritiſſimos, qvi vices meas libenter ſubierunt, ſuasqve notas etiam Commilitonibus contribuerunt, qvibus adeò, ſi qvid utilitatis, ex hoc opere, in publicum redundaturum eſt, poſt Deum Opt. Max. (omnis doni boni verum datorem,) gratiæ à gratis mentibus, meritò imputabuntur. Qvod ſi Conſilium noſtrum, æqvis Lectoribus non improbatum iri, experti fuerimus: Etiam in locis argumentorum, & explicationibus cùm terminorum, tùm phraſium & clauſularum, Latinarum atqve Germanicarum, qvæ obſcuritate & ambiguitate ſuâ, in jure & praxi ſæpiùs remoram injiciunt Lectoribus, parilem operam adhibebimus, theſaurosqve practicos, ordine, ſuperiùs deſignato, diſtributos, publico impertiemur. Ben. Val. & Conatibus noſtris, deinceps qvoqve favere, perge.

Monendus inſuper eſt Benevolus Lector, Ea, qvæ majoribus expreſſa ſunt literis, Barboſæ eſſe: Ea verò qvæ clathris & cancellis incluſa, vel typis minutioribus excuſa ſunt, ex analectis acceſſiſſe.

AXIO-

AXIOMATUM JURIDICORUM

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Quo ostenditur, qua methodo Jurisprudentia Brocardica seu Axiomatica ab A. Barbosa, aut aliis qui otio abundant tradenda, vel saltem examinanda & excutienda fuerit: Quæ observatio etiam ad cap. 4. 5 6. & 8. in exegesi pertinet & ex disputatione nostra de Jurisprudentia Brocardica ante hos 28. annos Argentinæ publicè proposita, desumpta est.

Axioma Primum.

De Ablativis absolutis conceptum ita comm. afferri solet.

ABLATIVI absoluti sapiunt, induuntque conditionem, & in conditionem resolvantur. *A. Faber. in C. suo de Rei vind. definit. 15. num. 1. p. 234. Rol. à Valle. 3 cons. 65. n. 23.*

EXEGESIS.

De origine & fundamento regulæ.

1. Est hoc Brocardicum Dd. non tàm ex verbis seu legibus, quàm ex interpretatione earum elicitum. Vid. gloss. Br. & Dd. communiter *in l. à testatore 109. de condit. & demonstr.* Autores magno numero allegat Cardinalis Tuscus, tom 1. Concl. f. 32. Br. Socinus reg. 1. Donatus. Fina reg. 5. Schneidw. ad §. rursus. *Inst. de Action. num. 17. & ibi not.* Harprecht. ad §. 2 *Inde locat. & conduct. num. 549. ubi dicit hoc indubitatum esse.*

De sensu regulæ.

2. Volunt autem hoc Dd. quando duo casus Ablativi absolutè sint positi sine regimine alterius vocis, quâ in constructionis ordinatione regantur, & consequentiam denotent, seu aliud sequatur sententiam perficiens; quod tùm illi in dubio suâ vi conditionem inferant, redoleant, adjiciant, conditionalem dispositionem faciant, & in conditionem resolvantur. Harpr. *in comm. Inst. de hæred. quæ ab intest. &c. num. 205.* Alii & hoc addunt, ablativos absolutos inducere necessitatem *Bach. ad §. ult. Inst. de Nupt. num. 7.* hoc est requirere, ut id quod disponunt, velut alia quælibet propria conditio præcisè, & in formâ specificâ impleatur, non per æquipollens; *l. 44. & 55. de condit. & demonst.* Decian. 2. *respons. 1. num. 21.* Hering. *de fidejuss. cap. 10. n. 457. & seqq.*

Exempla.

3. Ac ne res exemplis egeat. *l. 1. de præscript. verb.* sit verbi causa *l. acceptis. 93. ad l. Falcid. & d. l. 109. de condit. & demonst. ubi illa verba, acceptis eorum nummis, hoc significant, si fideicommissarius 100. dederit; post Br. & veteres Gothofredus in d. l. 109. Donellus 8. comment. 31. l. qui libertatis. 69 § servus. 4. Ibi: redditis rationibus liber esto; de Evictionibus. collata l. 34. §. 1. de stat. lib. l. 11. §. 3. de leg. 3. ubi Br. l. 11. §. 3. de legat. 3. l. 2. C. de Usucap. pro hærede.*

Ratio regulæ.

4. Rationem hujus explicationis videntur Dd. à Grammaticis mutuati, quorum hoc scitum est: Ablativos absolutos per particulas temporis significativas exponi, quales sunt: Si, ubi, postquam, quando &c. quæ eventum & conditionem designant. *Card. Tuscus. d. loc. n. 2. Scacc. de commerc. §. 1. q. 1. n. 138. Honoldus lib. 2. canonum logic. 4.* Unde *Br. in l. 1. princip. de condit. & demonst.* Actus, *inquit* verbi, designatus per Ablativos absolutos importat futurum eventum, adeoque conditionem. Ad eos tantò citius dignoscendos comm. circumflexô insigniuntur, quod nonnulli improbant. *Joseph. Scaliger. 3. epist. 297. & lib. 4. epist. 357. Cl. Dausquius tr. 4. ortogr. c. 7.*

Ampliatione.

5. Ampliationis causa hoc addunt Dd. ut regula procedit, tàm in dispositionibus ultimarum voluntatum; *faciunt exempla thes. 3. adducta,* quam in contractibus *l. ab emptione. 58. de pact.* ibi: *integris omnibus, scil. existentibus. l. evictis agris 18.* id est, *si agri evincantur; de usuris. ubi Gothofr.* nec non in legibus & rescriptis *l. precibus. 7. C. de impub. & alius substit.* Ubi verba: *Te ejus successionem obtinente,* exponenda sunt, *si filii tui successione obtines, quia sis in possessione, per notata ibidem.* & statutis, *Socin. in hac regula ampliat. 2. Tuscus. n. 15.*

6. Dissentit à Brocardico isto & ejus deductione Corasius *in comm. ad l. 2. §. 3. de origine juris.* statuens, ablativos istos dispositionem magis inducere, quàm conditionem. *arg. l. mandatum 2. §. tuâ a. gratiâ. 6. mandat.* Quod si maximè aliquando conditionem facere videantur, id non fieri vi, vel naturâ Ablativorum, sed quia expressè vel tacitè saltem adjiciatur actus aliquis suspendens, aut eventus, in quem fiat suspensio, *adde Giphan. ad l. 2. C. de Jure Emph.* qui regulam hanc de duobus ablativis, ut plurimùm quidem veram esse fatetur, sed non semper.

Limitationes.

7. Missis Socini, aliorumque otiosis ampliationibus (*quas etiam enarrat bibliоth. Döring. in voce ablativus, n. 8. & 26. At suggillat Cujac. 10. observ. 27. pr. ubi dicit Accursianos totos esse, integrum plerunque annum, in gerundiis supinis, & ablativis absolutis excutiendis*) dicamus; referre, an oratio sit purè enunciativa, & simplicem narrationem contineat, (ut *in l. 11. §. 3.* ibi: *testamento facto obiit. ad l. Falcid. & in eadē leg. §. 4. ubi servi, moriente Domino narrantur valetudine affecti,*) quo casu verius est, factum duntaxat intelligi, & nullam conditionem inferri. *Confer. l. 2. §. 16. de O. I. Harpr. ad §. 3. Inst. de loc. & conduct. n. 28.* An verò sit dispositiva, quæ fieri aliquid jubeat, & disponat vel prohibeat, quo casu ablativi isti conditionem plerumque inferunt, maximè si jungantur verbis temporis futuri; non item si præsentis aut præteriti. *Valent. Guliel. Forst. 1. observ. 10.* Quam distinctionem jam olim explicationis & limitationis loco proposuisse legitur Bald. *in repetitione. leg. 1. de leg. 2.* ubi dicit, quod ablativi absoluti tunc maximè conditionem faciant, quando concepti sunt de eo, quod est incertum, & super futuro: eodem allegatur *Bart. à Tusc. d. loc. n. 22. alleg.* facit. *l. stichum. 6. de legat. 1. l. sita. 7. de auro & argento. leg. l. 34. §. 1. eod.* Nec procul *abludit* distinctio Signoroli Homodei, *quam refert. Tuscus n. 8.* ubi interesse dicit: An ablativi illi absoluti proferantur in vim narrationis, & sequatur dispositio Juris, ut tùm conditionem importet, si verò præcedat dispositio Juris, & sequatur narratio per ablativos absolutos, quod tùm non importent conditionem, sed narrationem. Atque ista distinctione profligari possunt exempla, quæ à dissentientibus opponi solent. *2. feud. 45. ibi:* repudiatâ hæreditate. *Conf. Colleg. I. A. ad L. Falcid. th. 16.* simulque ita poterit commode satisfieri objectionibus Dn. D. Bitschii *in comment. ad text. 2. feud. 45. not. 2. allatis.*

Usus.

8. Usus hujus regulæ utcumque à Cujac. supra §. 7. & amplius à Pio IV. in conciliabulo Tridentino falsè taxatus sit; *vid. Petr. Suav. Polan. lib. 6. histor. Concil. Trident. p. 565. & not. in Racem. Crimin. ad l. 1. C. de furt.* Exsplendescit tamen vel ex præcedentibus exemplis, atque ut hoc addamus, ex illâ quoque controversia, an in contractu emphiteutico præcisè scriptura requiratur. *vid. Treut. 1. disp. 29. th. 9. lit.*

lit. T. & altera Feudali, *ex cap. 17. feud. lib. 2. de eo qui sibi & hæredib. suis masculis:* Nam quando fœminæ vocantur, deficientibus masculis, hæc vocabula, cum sint ablativi absoluti, resolvuntur in conditionem; & perinde est, ac si dictum fuisset, si decesserint *Gozadin. consil. 53. n. 13.* & quod consequens est, jus fœmineum in eum eventum, quo masculi defuncti fuerint, suspendunt, & eveniente conditione illâ, fœminas vocant: inquit Hartm. Pistor. *lib. 2. part. 2. quæst. 36. n. 33.* Similis disputatio est *in c. un. in fin. 1. Feud. 21,* ubi dicitur: Vasallum beneficium suum amittere, si concubuerit cum uxore Domini, Domino vivente. Ex quo nonnulli disputant, Vasallum cum vidua Domini defuncti concumbentem feudum non amittere, quia ibi Feudista utatur duobus ablativis absolutis: *vide Gothofr. Antonii disp. feud. 11, th. 5. lit. B.*

De simili Brocardico: quod ablativi absoluti etiam præteriti temporis verificentur de præsenti; multò verò magis de præterito imperfecto, & ita de actu adhuc durante, *vide* Cædd. *de stip. c. 9. n. 122.*

CAP. II.

De Abrogatione II. & correctione, itemque de desuetudine. Vide inf. sub tit. allegatio, correctio.

CAP. III.

Absentia, Absens, Præsentia, Præsens. Abesse. v. infr. in esse.

Axioma I.

Justa absentia nemini debet esse damnosa. *v. Rittershus. 2. different. 14.*

EXEGESIS.

Fundamentum hujus regulæ est in *l. 2. Si ex noxali causa.* ratio desumta ex generalissta æquitate, quod nemo debeat cum damno alterius locupletari. *l. 14. de Condict. indeb. l. 206. de Reg. Jur. c. 48. eod. in 6.* nisi scil. sua culpa damnum sentiat, ut in Usucap. præscript. contingit. tunc enim damnum sentire non videtur. *cap. damnum 86. de R. I. in 6.* jam vero culpa ei imputari nequit qui justa ex causa abest.

Sensus autem hujus regulæ pro diversitate subjecti varius. Et quidem quis absens dicatur videri potest *in Bart. in l. duobus. §. ult. in fin. de duob. reis. Alex. de Im. in l. 2. §. voluntatem. col. 3. vers. & quis dicatur absens. ff. sol. mat. Spec. in tit. de præscript. vers. quando aliquis.* Quoad hanc regulam absentia quinque modis rectè consideratur. Vel enim absentia est *necessaria & probabilis*, vel *probabilis tantum*, aut *tantum necessaria*, vel *voluntaria sine contumacia* vel *cum contumacia. Ultima* absentiæ species neminem excusat, nisi ut impediat sententiam definitivam in criminalibus, ceteræ pro diversitate subjectorum varios sortiuntur effectus, prout videre licet apud *Kling. in Instit. tit. de act. rescis. p. 337.* & latius patebit ex sequentibus: quod enim attinet.

Primo absentiam *necessariam & probabilem.* Illa non tantum absenti aut alii non debet esse damnosa. *l. 140. de Reg. Jur. l. fin. C. de rest. mil. l. fin. de dol. l. 1. Quib. ex causis major.* sed etiam proficua est redeunti ad obtinendam per integrum annum vacationem à publicis muneribus. *l. 10. de Excus. tut. 2.* In restitutionum materia comparatur minori. *l. 6. d. in integ. restit.* quod etiam 2. *de necessaria aut 3. probabili simplici absentia* asserit. *l. nec non. 28. Ex quib. causs. majores. l. 26. eod.*

Quod autem 4. loco pertinet ad *absentiam voluntariam quæ sine contumacia est*, illa in judicialibus non nocet, veluti si mercator sui commodi causa abesset: citari enim absens debet. *l. 53. §. fin. de re jud. can. 4. 5. 11. 13. caus. 3. q. 9. l. ea quæ 7. C. Quom. & quand. jud.* nec ejus defectus à principe ipso secundum communem Dd. opinionem rectè suppletur. *Dec. cons. 63. n. 11. cons. 181. num. 8. Rom. sing. 137. Vant. de null. ex def. Cit. n. 6.*

Limitatur tamen supradicta regula: 1. quod restitutionis remedium locum non obtineat, quoties absens procuratorem reliquit, qui agere & cum quo agi potuit. Si enim aliquis absentiæ causam defendere sit paratus, præsens nihil habet, quo suam negligentiam queat excusare, *l. 22. Ex quib. caus. major.* Et absens ordinario remedio mandati contra procuratorem negligentem satis tutus merito ab extraordinariis & subsidiariis his auxiliis arcetur. *secundum l. 16. de min. 2.* Quod absentia noceat & necessario & probabiliter absenti si absentiam istam præcesserit culpa, vide *l. 2. §. 8. Si quis caut. 3.* Fallit in eo qui absentiam affectavit. *l. item hi. 4. ex quib. caus. major.* quod etiam in simplici necessaria absentia procedit *d. l. 2. §. 9. si quis caut.* nihil enim desideratum prodest: prout docet glossa *per plura exempla dict. loc. Add. Dec. ad l. 140. de R. I.*

II.

Absens qui justam & probabilem absentiæ causam habet in favorabilibus pro præsente habetur.

Elicitum hoc axoima est *ex l. Quæsitum. 78. de legat. 3. l. Seiæ 20. §. Pamphilæ. 6. de inst.*

& instr. leg. & locum quoque habet in eo qui in servitio Episcopi abest : hic enim nihilominus præbendas suas velut præsens accipit. *Barbosa in Jur. Can. tom. 2. p. 33. col. 1. num.* 1. Item in eo qui studiorum causâ abest *d. l. 78. de l. 3. & l. 20. §. 6. de instr. & instr. l.* imprimis ob Theologiam *c. 32. ext. de præbend.*

Limitatur hæc regula 1. quoad distributiones quotidianas ; nam hactenus non habetur pro præsente. *d. cap. 32. de præbendis.*

2. Fallit etiam quando præsentia damnosa, absentia est profícua, ne, quod in favorem absentium est inventum, in eorum odium retorqueatur *contra l. 6. C. de leg. v.* infra *tot. de præsent.*

III.

Res absentium defendi publicè & privatim interest. *l. servum quoque 33. §. 2. de procurat. l. 1. de Neg. gest. Carpzov. 2. qq. crim. 66. n. 27. & 3. qq. 105. n. 27.*

CAP. IV.
Absolvere. Judicium. Sententia condemnare.

Axioma I.

Nemo, qui condemnare potest, absolvere non potest. Sive quisquis condemnare potest, etiam absolvere potest *l. 3. de Re jud. Ant. Fabr. in rat. decid. ad l. 4. §. 1. de eo quod certo. pag. 543. b. ubi hac de re late.*

EXEGESIS.
Fundamentum Regulæ.

1. Est hæc *l. 37. R. I.* juxta lectionem Florent. Quam ibidem rectè asserit Philipp. Matth. *in Comm.* Paulò clariùs & per simplicem affirmationem loquitur *JC. in l. 3. de re Jud.* ibi, *qui condemnare potest, is absolvendi quoque potestatem habet.* eaque regula videtur nata ex more judicum dandorum ; cùm enim prætor judicem daret cum formula, si paret, Titium debere 100. condemna, hoc ipso potestatem quoque indulsisse arguebatur absolvendi : apparet enim magistratum, qui voluit reum condemnare, si deberet, utique & absolvi eum voluisse, si non deberet, *arg. l. Arrianus. 47. de obl. & act.* Donellus *27. comment. 5.*

Ratio Regulæ.

2. Ratio regulæ, non tàm ea est, quàm post glossam & alios adducit Menochius. I. *de arbitr. Jud. quæst. 43. num. 5. Quos suo more etiam sequitur August. Barbosa in axiomatis juris usu frequentioribus axiom. 1. n. 3.* quod absolvere & condemnare convertibilia sint & paria, ut qui unum possit, possit & alterum. *Biblioth. Dörmg. in verbo absolvere n. 8. & 19. per cap. verbum 51. de pœnit. dist. 1. c. cum inferior 16. de Major. & Obed.* Nam hoc simpliciter concedendum non esse, vel ex seqq. patebit ; neque diligentissimus parium compilator Damhouderius hæc inter paria referre ausus est ; sed potius quia majus est condemnare, minus absolvere ; itaque concesso eô, quod majus est, hoc est, condemnatione, etiam intelligitur concessum id, quod minus est, scilicet absolutio. Sed non vice versâ : quia damnandi potestas revera major est potestate absolvendi. *Phil. Matth. dicto loco. num. 5.* Nam si judex datus sit, sub hâc formulâ, SI PARET NON DEBERE, vel, Non deliquisse, Absolve : damnandi potestatem non intelligitur accepisse. *l. ult. §. 1. ubi Gothofred. C. ubi Senatores vel clariss. Donellus d. loco.* Quò pertinet etiam exemplum de Legato de latere, qui extra provinciam absolvere quidem potest excommunicatos, non autem excommunicare, *apud Menoch. dicto loco num. 16. & 23.*

3. Intelligenda autem venit regula, habitô semper respectu ad personam ejus, qui potestatem exercet, non ad personam patientis ; ac præsuppositis ubique terminis habilibus, ut scilicet justè utrumque fiat : Non ergo licet ita sophisticari : Judex potest nocentem damnare, Ergo & absolvere. *Duaren. ad l. 3. de re judic.* Præsupponendum enim est exercitium potestatis legitimum. Quibus observatis Ripæ *ad eandem l. 3.* ampliationes & limitationes, quas Menochius *dicto loco* latè persequitur, pleræque minus aptæ : aliquæ etiam incongruæ apparebunt.

II.

Absolutio esse non potest, nisi præcesserit condemnatio.

Fundatur hæc regula in *cap. venerabilem 34. & ibid. gloss. de Elect. Joh. And. in cap. cum dilectus 2. de Ord. cognit. Dd. comm. in l. decem 116. de V. O.* ratio est, quia omnis privatio præsupponit habitum, nec sine eo illa dari

dari potest *l. 5. de injust. rupt. & irr. l. 4. §. condemnatum. 6. de re judic. add. Everh. in loco à privatione ad habitum.*

Usus autem hujus regulæ consistit in eo, ut si quis petat absolutionem simul tacitè consentiatur condemnationem & excommunicationem. *vid. dict. cap. 34. de Elect.*

Limitatur tamen quotiens petens absolutionem ad abundantem cautelam id facit *vid. gloss. d. cap. 34.* modò supplicans caute & cum limitatione id faciat, ut petat quatenus eger, vel alternativè, ita: peto declarari me excommunicatum non esse, aut si sum saltem absolvi. *fac. not. in simil. ad l. 19. de Appell. ubi Wesenb. n. 8.*

Axioma III.

Proniora sunt jura ad absolvendum, quàm ad damnandum; vel *ut alii:* Absolvere nocentem tutius est, quam innocentem condemnare. *Carpzov. par. 2. quæst. 59. n. 37.*

EXEGESIS.

Fundamentum.

1. *Textus est in capitulo ex literis. 3. extra de probat.* ibi: *cum promptiora sint jura.* Pertinet autem regula itidem potissimùm ad officium Judicis, qui monetur, ut in dubio semper benigniorum partem & interpretationem sequatur. *l. pen. de pœnis* & potiùs reum absolvat, quam condemnet, *leg. Arrian. 47. de O. & A. c. 2. extr. de R. I. l. 168. eod. Cujac. 12. obs. 16.*

Ratio.

2. Satius est enim impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare *l. 5. pr. de pœnis.* Unde Modest. Pistor. *p. 4. quæst. 141. n. 6* justius, inquit, peccatur absolvendo quàm condemnando. Hinc favorabiliores rei, quàm actores habentur. *l. 125. ff. de R. I.* Et quando pares sunt probationes, potior est conditio rei *d. cap. ex literis 3. de probat.* Sic in dubio interpretatio illa facienda est, ut debitores quàm minimè onerentur. *Arg. l. 9. de R. I. Cephal. cons. 9. n. 5 V. G. Forster. lib. 2. Interpr. cap. ult. reg. 19* idem in pœnis *l. 42. de pœnis. l 155. § ult. de R. I.* Privationibus. *Alciat. 3. præsumpt. 1.* Et sententiis obtinet *l. 10. de in offic. testam. cap. ult. de sent. & re Judic. Ubi excipiuntur quatuor illæ causæ privilegiatæ: Matrimonium, Dos, Libertas, Testamentum.*

Declaratio.

3. Procedit autem regula in obscuris, *caq; in obscuris, 30. de R. I. in 6.* & Dubiis, *cap. 2 de R. I.* Non verò in iis quæ clara, certa & expedita sunt. In his enim judicem ipsâ lege mitiorem aut faciliorem esse non decet. *l. 11. de pœnis. l. ult. C de compensat.* sic etsi eo casu, quo pars judicium pro testamento, altera contra testamentum pronunciaverit, in dubio decidentes pro testamento sequamur: tamen si constet Judices apertè tulisse iniquam sententiam, eam non attendimus, *d. l. 10. ff. de inoff. testam.*

IV.

Omnia judicia sunt absolutoria, §. *ult. I. de perpet. & tempor. act.*

Sensus hujus regulæ hic est, quod omnia judicia, qualia qualia illa sint, ita tamen comparata esse debeant, ut reus absolvi queat, *vid. Mynsinger. ad d. §. ult. & ibid. cit. Alciat. in tr. de eo quod interest cap. 8.* nec tantum hoc in iis causis procedit, ubi justa rei est defensio, sed etiam si bonam fidem agnoscens condemnandus ante sententiam, vel invito etiam actori solvit. *Schneidw. ad d. §. ult.* Ratio in eo consistit, quod finis sit judiciorum, ut cuique suum tribuatur. §. *1. Inst. de Just. & Jur. §. 1. Inst. de act. l. 31. §. 1. depositi.* Jam verò in eo casus ubi reus sponte solvit, hic finis est impletus sine judicio: ergo nullo amplius opus est judicio. *Cujac. in Africa. ad l. 23. de obl. & act.* Cui addi fortè potest & altera: quia, nisi post satisfactionem sequeretur absolutio, judicia & lites essent infinitæ, semper actore iterum iterumque summam debitam repente contra finem & utilitatem omnium judiciorum, quæ ad præcidendam materiam litium fuerunt, inventa.

Limita tamen hanc regulam, quod tantum sit intelligenda de absolutione à petitione, non etiam de absolutione ab instantia, nec ut judex decidat reum non teneri respondere. Quæ tria quomodo discrepent, vid. *apud Carpz. part. 1. const. 3. def. 16.* Aliter & rectius hanc regulam explicant, Hot. *ad d. §. ult.* Cujac. *in recit. ad l. ult. F. E. cons. c. 1. §. 10. de O. N. N.*

V.

ABSOLVERE potest qui potest condemnare, ut per textum *in l. 3. ff. de re judic.* tradunt Innocent. *in c. dilecto. ult. de offic. Archid.* Felin. *in c. auditis 15. n. 20 in fin. de præscript.* Bald. *in l. imperium 3. n. 11. v. circa ult. ff. de jurisd. omnium jud.* Herm. Det. *in rubr. ff. de acquir. possess. n. 18. in fin.* dum ajunt quod ille, qui præscripsit potestatem absolvendi, dicitur etiam præscripsisse potestatem condemnandi, Carrer.

in tract. de hæret. n. 72. Menoch. *de arbitr. lib. 1. qu. 43. num. 13. in fin.* Card. Tusch. *pract. conclus. lit. A. conclus. 40. n. 1.* Furinac. *fragment. crim. p. 1. lit. A. num. 6.*

ABSOLVERE enim, & condemnare convertibilia sunt, & qui unum potest, potest & aliud, Rip. *in d. l. 3. n. 1. gl. in Clem. cùm à repulsione. 7. de appellat.* Felin. *in c. cùm inferior. 16. n. 4. de majorit. & obed.* Menoch. *de q. 43. à princip.* Farinac. *d. lit. A. num. 7.* Ludovic. Gomez. *in c. 2. §. statuto. n. 48. cum seqq. de constit. in 6.*

ABSOLVERE igitur non potest, qui condemnare non valet. *l. nemo qui condemnare. 137. ff. de regulis juris* Socin. sen. *in rubr. ff. de acquirena. poss. num. 8.* Menoch. *d. q. 43. n. 2. vers. altera est negativa, & n. 26. cum seqq.* ubi ponit duas declarationes, quæritque, an habenti potestatem absolvendi, & condemnandi, si auferatur potestas condemnandi, censeatur etiam sublata potestas absolvendi; refert Farinac. *d. lit. A. n. 11.* Nam valet in hac materia argumentum negativum, sicut & affirmativum, Non potest condemnare; ergo nec absolvere, ut per Federic. de Senis *cons. 14.* incip. *Monachus Perusinus, num. 4. v. in secunda quæstione*, quem refert Card. Tusch. *d. conclus. 40. n. 1.*

Eadem est enim potestas ligandi, atque solvendi, *capit. verbum 51. de pœnitent. distinct. 1. cap. cùm inferior 16. de majorit. & obed.* Procedit autem de jure communi regula illa, Quia non potest ligare, ergo nec absolvere: secus si de jure speciali ex privilegio, quia licet Episcopus non possit excommunicare, neque ligare exemptos, tamen potest illos volentes absolvere in casibus, in quibus de jure communi alios subditos absolveret, ut resolvit Federic. de Senis *d. cons. 14. n. 4. vers. in secunda quæstione, usque ad fin.* prout illum citat Card. Tusch. *d. concl. 40. num. 3.* (Fundatur hæc limitatio *in l. quotiens 3. C. Ubi Senat. vel clar.* ubi Bald. hanc addit rationem, quia privilegium non debet nocere privilegiato.) Verumtamen non placet hæc distinctio Abb. *in cap. significasti, 18. n. 11. v. his tamen non obstantibus, de foro compet.* & Felin. *in cap pastoralis. 11. n. 10. de officio Ordin.* quos refert, & sequitur Erasm. à Chokier *de jurisdict. Ordin. in exemptos, p. 2. q. 50. à. n. 3.* dum absolutè resolvunt, exemptos pro absolutione ab excommunicatione non posse se subjicere Ordinario, quia exemptiones non sunt simpliciter concessæ in favorem exemptorum, sed etiam in favorem sanctæ Sedis Apostolicæ, cujus interest habere multos à Jurisdictione Ordinariorum ereptos sibique immediatè subditos, *Clem. pastoralis. 2. de re judic.* Abb. *d. n. 11. v. & per hoc* Rebuff. *resp. 142.* Erasm. à Chokier. *d. tract. lib. 1. quæst. 1. num. 17.* Rot. *in Ulixbonen. Monasterii 19. Novembr. 1625. coram Reverendiss. Domino meo Coccino Decano.* (Et econtrario præses qui condemnavit aliquem injustè, restituere tamen non potest *per l. 1. §. 27. de Quæst.* præterea fallit hæc regula in materia correctoria, nulla enim est consequentia, huic ademta est potestas condemnandi ergo & absolvendi. *gl. in Clem. 1. verb. contra eos. de hæreticis, seq. Imol.* & Abb. ibid. ratio quia jura sunt proniora ad absolvendum quam condemnandum. *l. 47. de Obl. & Act. l. 125. de R. I. add. tom. reg. jur. pag. 6.* absolvere denique judex potest absentem, condemnare non potest. *l. 5. de pœn.*)

VI.

ABSOLVERE vel condemnare qui non potest, nunquid condemnandum, seu absolvendum pronunciare possit? vide latè disputantem Farinac. *d. lit. A. n. 12. cum seqq.*

VII.

ABSOLVERE debet potius Judex in dubio, quam condemnare, *l. Arrianis 47. ff. de action. & oblig. l. favorabiliores 125. l. semper in obscuris 9. ff. de regulis juris, cap. ex literis 3. de probat.* Covarr. *variar. lib. 1. cap. 1. num. 2. v. 4.* Mexi. *in tract. taxæ panis, concl. 1. n. 171.* Anton. Monach. *Florent. decis. 36. num. 2.* Card. Tusch. *d. lit. A. concl. 41. a. n. 1.* ubi *n. 3.* per *l. absentem. 5. ff. de pœnis*, dicit, quòd sanctius est absolvere nocentem, quàm condemnare innocentem. (Cum enim ipsa lex magis debeat esse ad clementiam aptata. *N. 33. c. 6.* certè & judicem II. imitari oportet. Procedit tamen hoc cum maximè si indicta causa pronunciandum. *vid. l. 1. de requir. reis, ubi Wes. n. 1.*)

ABSOLVERE tamen non debet

bet Judex in dubio, quando agitur de periculo animæ ex absolutione; ideo obligatus restituere usuras, licet doceat de restitutione particularium usurarum diversis personis facta, tamen debet condemnari ad restitutionem confessatam per defunctum, si non apparet, quòd sint eædem usuræ, quia majus est periculum animæ, si non fiat restitutio, quàm importet damnum, si bis solvantur, & restituantur, ita Federic. de Senis *cons. 135. col. fin. vers. præmissa locum habent*, quem refert Card. Tusch. *d. lit. A. concl. 42. num. 1.* ubi *n. 2.* exemplificat favore piæ causæ, & animæ in alio casu. (Fallit etiam in causa dotis, libertatis, matrimonii, testamenti: nam in dubio pro his est pronunciandum & in omnibus ceteris negotiis ita potius debet interpretari actum judex, ut valeat, quam ut irritetur. *vid. inf. vers. actus, & tom. reg. jur. p. 6.*)

Absolutus expressè dicitur, qui non est condemnatus, ut per Sigism. Scacc. *de appellationib. quæst. 17. limit. 6. membr. 9. sub. n. 70. & limit. 21. n. 37. in fine.*

CAP V.

De Absurdo.

Axioma I.

In omni dispositione vel actu ita fieri debet interpretatio, ut absurditas evitetur. *disp. 1. de Brocard.*

EXEGESIS.

Fundamentum.

1. *l. nam absurdum. 7. de bon. libert. l. 1. §. 4. vers. Inde quæritur. de publican. & vectigal. v. Richter centur. regul. 1. lit. A. Reg. 1. ubi quid absurdum sit declarat. Cap. in Genes. 55. ibi ex hoc sequeretur absurditas de Electione & Elect. potest.* Alii ita efferunt: fugiendam esse eam interpretationem, per quam in absurditatem prolaberemur: *Scultetus observ. for. 28. num. 9.* Vel generalius: Absurditatem intellectus ab omni dispositione esse rejiciendam. *Wesenb. 4. cons. 199. n. 10.*

Ratio.

2. Est, quia absurdum ἄλογον seu ἄτοπον, pro non dicto habendum, *Donatus Fina in hac reg.* vel ut Lactant. 12. *de orig. errorum, cap 6.* Indicium est argumenti ex falso petiti, ex quo ineptus & absurdus exitus resultat. Conf. *A. Fab. in Rationalibus ad. l. 5. de servis exportandis.*

Exempla.

3. Exempla peti possunt, *ex §. 4. Inst. de Adopt. l. 6. in fine. junctâ. l. 7. de bon. libert. leg. 4. in fin. de off. proconf. leg. 22. de neg. gest. leg. 51. in fin. ad l. Aquil. l. 3 si usufr. pet.*

4. Hinc porrò inferunt ad absurdum vitandum, eam interpretationem operari debere, quæ absurdum ostendat atque excludat. *Wesenbec. 5. consil. 212. nu. 66. & 67.* Si vel maximè verba in latiori & impropriori significatu fuerint accipienda. *Vivius dec. 255. n. 24.*

Declaratio.

5. Pro declaratione tenendum (1.) absurdum ejusmodi intelligi, quod rationi, sensui communi & prudentiorum scitis & opinionibus directò opponatur, non etiam quod aliquibus paradoxum, aut alicubi locorum absurdum sit. *Vid. Gail. 2. obs. 33. n. 2. Eberhardum hic in loc. ab absurdo. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 2. tit. 13.* Deinde etiam aliquando id, quod absurdum videri poterat, toleratur, ut magis absurdum evitetur, *l. 51. verbo. quodsi quis absurdè. ad l. Aquil. ubi vid.* A. Faber. *in ration. uti & ad l. 35. §. 1. verbo, eodem enim errore de R. V.*

II.

Dato uno absurdo dantur & consequuntur plura.

EXEGESIS.

Fundamentum hujus regulæ est in *Novel. 8. præf. §. 1. ibi. an certè non omnibus manifestum est, quoniam qui aurum dat & ita administrationem emit, non dat hoc solum, quantum occasione adinventum est suffragiorum, sed & aliud extrinsecus addit amplius, occasione commodi administrationem aut dantibus aut spondentibus? & sic uno principio illicito dato plurimas necesse est manus circumire eum qui donationem facit. add. l. 7. C. de resc. vend.* Consentiunt in hac parte & Philosophi. *Arist. 1. Phys. 2. 3.* uno sc. absurdo dato cetera similiter accidere; *Et 2. Prior. Anal. 20.* falsam rationem ex eo oriri ait, quod prius falsum fuit. Absurdum autem hoc in

loco nihil aliud denotat, quàm quod à ratione & æquitate est alienum. *Everh. in loco ab Absurdo. n. 8.* f. quod ineptum & incongruens, quodque ab homine frugi est alienum. *Volum. 3. Consil. Marpurgens. 26. n. 56.*

III.

ABSURDUM in omnibus dispositionibus semper est vitandum, *vide omnino. l 51. §. ult. ad l. Aquil si ita 39. in fin. ff. de oper. libert. l. nam absurdum 7. ff. de bonis libert. cap. in Genesi 55. de elect.* Ancharanus *cons. 80. incip. Retento ordine nu. 7.* Joan. de Imola *consil. 145. n. 2.* Joan. de Anania *cons. 27. incip. Viso casu. n. 6. in fin.* Abb. *cons. 37. Arbitror in princ. vers. sed iste intellectus, lib. 2.* Everh. *in Topicis legalib. loco 8.* Peregrin. *de fidei commiss. art. 11. n. 46.* Card. Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib. 3. tit. 7. à princip. & de tacitis & ambig. convention. libr. 2. tit. 13 per totum.* Valasc. *consult. 174. num. 11.* Card. Tusch. *practic. conclus. lit. A. conclus. 66. à princ.* Leo Valent. *decis. 4. num. 3 tom. 1.* Everhard. *in Top. in loc. ab absurdo.*

IV.

ABSURDUM ut evitetur, largissima interpretatio fieri debet, ut per Corn. *cons. 188. libr. 2.* Crot. *in repet. l. omnes populi 9. num. 180. ff. de justitia & jure* Aym. *de antiquit. tempor. f. 4. in princ. nu. 137.* Villagut. *in tract. de extensione legum. rubr. de extensione legis correctoriæ n. 16. & rubr. de extensione legis correctoriæ & pœnalis simul, nu. 78. & seq.* Cancer. *var. resolut. p. 2. c. 1. num. 150.* Valenzuela *cons. 169. n. 49. tom. 2.* Rota *decis. 248. num. 2. p. 1. in posthum.* Farin. *alias p. 3. recentior.*

V.

ABSURDUM ne sequatur, dispositio quantumvis generalis, ast restringenda, *l. 2. C. de noxalib. actionib.* Nicol. Everhard. *d. loco 8. num. 4. & 6.* Pedem. *90. num. 13. & 19.* Hippol. Riminald. *in §. 1. n. 50. Instit. per quas personas cuique acquir.* Alexand. *cons. 38. Visa facti n. 11. In fine, & num. 12. vers. juvantur prædicta, lib. 12.* Card. Tusch. *d. concl. 66. nu. 38.* Et generalia, universaliaque verba, ut absurdum evitetur, restringuntur, Pedroch. *cons. 19 n. 10.* Card. Mantica *de conjectur. ult. volunt. lib. 2. tit. 13. n. 8. & 9.* Honded. *cons. 4. n. 19. lib. 1.* Castil. *controvers. lib. 5. p. 2. c. 166. n. 9. & 10.*

VI.

ABSURDUM ut evitetur, verba impropriantur, & intelliguntur eo modo, quo possunt. Alex. *consil. 61. Super eo num. 4. libr. 1.* quem refert. Card. Tusch. *d. concl. 66. num. 17.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. c. 834. nu. 13.* Valenzuela *cons. 133. tom. 2.* Et ne absurdum sequatur à regulis juris recedimus, Sim. de Prætis *de interpretat. ult. volunt. libr. 1. interpret. 1. dub. 4. fol. 4.* Surd. *cons. 236. num. 18.* Stephan. Gratian. *ubi proximè.* Et ideo duæ negativæ, quæ important unam affirmativam, importabunt negationem duplicatam, ut tollatur absurdum, Signorol. de Homed. *cons. 34. Si quæritur, nunquid, ante med.* Ruin. *cons. 37. num. 4. lib. 3.* Cardin. Tusch. *de concluf. 66. n. 20.*

VII.

ABSURDUM ut evitetur, verba statuti impropriantur, Alexan. *cons. 52. Viso themate. n. 2. lib. 1* Card. Tusch. *de concluf. 66. n. 21.* & licitum est recedere à propria significatione verborum statuti, Alex. *cons. 80. Viso, & opportunè, nu. 8. vers. confirmantur prædicta, lib. 1.* Card. Tusch. *d. concluf. 66. n. 30.* Et locus est interpretationi, etiamsi statutum excludat omnem interpretationem, Alex. *Cons. 50. nu. 11. vers. etiam ex hoc colligitur. lib. 1.* Card. Tusch. *d. concl. 66. n. 39.*

CAP. VI.

De Abundanti, Superfluo, Supervacuo.

Axioma I.

Abundans cautela non nocet. Vel *ut alii:* Quæ abundant, non vitiant, neque nocent. *l. non solent. 49. de Reg. Jur.* quin imo fit nonnunquam ut prosint. *Vigilius in præm. Instit. de testam. num. 4. Ernest. Cothm. 2. respons. 88. n. 4. pag. 269.*

EXEGESIS.

Fundamentum.

1. *L. 17. & 28. C. de Testam.* vel superflua non nocent *d. l. 17.* Est etiam in hunc

hunc sensum regula Juris 94. ibi. Non solent quæ abundant vitiare scripturas: nec ex iis, quæ supervacua sunt, obligatio aliqua nascitur, *l. 2. pr. ff. mandati.*

Ratio & exemplum.

2. Rationem & exemplum eadem lex 17. suppeditat. *Confer. allegata à Gothofr. ibidem ut & l. quæ extrinsecus 65. de V. O.* Aliud exemplum habetur *in l. 32. §. 6. de auro & argent. legato: item in l. 1. §. 7. ibi excusantur ædiles κατὰ τὸ αὐτὸ & tautologicè locuti. de ædilit. edict.* Quos textus Barbosa *axiomate 3. n. 8.* ineptè in contrarium & pro limitatione regulæ extruendæ adducit.

De quibus intelligenda.

3. Intelligenda autem est regula de actibus, contractibus & gestis, quæ ita confecta sunt, vel comparata, ut per se subsistant, circa adjectionem illam abundantem: itemque ut adjectio illa sola verborum abundantiâ laboret *l. fin. de donat.* non etiam, si actum ipsum impugnet, aut contra ejus naturam adhibeatur. Gothofred. *ad d. leg. 17.*

4. Regulâ & axiomate ita declaratis, apparet, parùm aptè Decianum *3. cons. 32. n. 65.* cùm aliis eam limitare in contractu suspecto, ubi abundans cautela suspicionem augeat, per *leg. 7. de condit. inst.* Nam id non fit solo abundantiæ verborum vitio, sed vitio ipsius contractus, suspicione laborantis, adeoque verba superflua eodem vitio afficientis. Ut si legatum sit contra leges relictum, conditio ex abundanti corruit, non vitio abundantis, sed ipsius principalis.

5. Deinde, qvod ajunt cautelam superfluam doli præsumptionem inducere, *Mascard. de probat. concluss. 531. n. 103.* eò quòd insolita fraudem arguant. *Menoch. 5. præsumpt. 3. n. 102.* id de nimia *l. 88. §. pen. de legat. 2.* & supra modum rei apposita, forsan, intelligendum fuerit: vitiosum enim ubique quod nimium. *Senec. de tranq. anim. cap. 11.* quod & de diligentiâ nimiâ in negotiis inferunt *ex d. leg. 7. de condit. Instit. ubi Godofred.* Sic quod de Advocato multùm sollicito, *qui est trop fin & caut ou cauteleux*, in causâ, adserit Neviz. *in sylv. nupt. l. 1. n. 67.* eum præsumi omnia mala cogitare: id iridem de sollicitudine captiosâ intelligendum, ut si advocatus ex instructione Speculat. *de offic. advocat. §. 7.* ambiguis & duplicibus sermonibus utatur; aut ex instinctu Cæpollæ *de cautelâ, cap. 67.* utilia inutilibus misceat, *de quo Polit, de offic. advoc. cap. ult. n. 13. & Cl. Cantiunc. in Paræneſi de rat. stud. legal.* ac quod etiamnum fieri amat, fucatis fictisque allegationibus iniquas intentiones suas sic perpoliat, ut primâ fronte justæ videantur: cujus farinæ homines olim concinnatores dicti. *Oldendorp. in Enchirid. Except. tit. de Except. falsi pag. 153. Forcat. in pœnâ. JCt. cap. de vasis penuar. Coras. 1. Miscell. 4.* è quorum censu Sulpitius à Cic. notatur, quod dicendo efficere potuerit, vel ut prudentes errarent, vel ut boni minùs benè sentirent: *A. Robert. lib. 2. rer. jud. 19.* alioquin ἂν ἐσθ' ὅπως σπουδῆς δικαίας μῶμον ἄπλετόν πτε, ut Sophocl. ait. *Hæc ex disput. nostra de Brocardicis sunta sunt.*

II.

In rebus quæ abundant non potest allegari grave onus. *leg. 12. §. 1. in fin. de Usu hab.*

III.

ABUNDANS cautela non nocet, *l. testamentum 17. C. de testam. l. penult. Cod. de evict. n.* Tiraq. *de retractu lig. §. 36. glos. 2. n. 48. in fine*, & *n. 51.* Fichard. *2. cons. 48. n. 3.* Rom. *cons. 343. incip. Ex proposito n. 7.* Surd. *decis. 13. n. 14.* Card. Tusch. *practic. conclus. lit. A. conclus. 67.* Paulus Fusc. *in singul. lit. A. n. 6.* Sebast. Nævi. *in l. non solent 95. ff. de regulis Juris.* Farinac. *in praxi crim. p. 3. q. 89. n. 123.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. glos. 6. à n. 26.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 141. n. 12.* Rot. *decis. 319. n. 9. apud Farin. p. 1. recent. & decies. 748. n. 6. p. 1. in posthum. Farin.* aliàs *p. 3. recent.* (Nec mutat conditionem juris vel constitutionem. *l. 3. C. de fidejuss. l. 56. mand. Cujac. 4. Resp. Pap. in l. 26. §. 2. de pact. dot.*)

Amplia ut procedat, etiamsi id, quod abundat, non est solemniter factum, sed nullum, quia non vitiat, ex adductis per Federic. de Senis *cons. 211. col. 3. in princ. vers. restat ergo respondere.* ubi ait, quòd quando Judex potest procedere ad executionem sine sententia, si feratur sententia, quæ non sit lecta, vel non lata in scriptis, non est nulla, prout illum refert Card. Tusch. *d. concluss. 67. n. 5.* (nam quæ de neces-

necesſitate non requiruntur, ſi in epte interveniant non vitiant actum, Jaſ. *in l. vinum n. 33. Si cert. & per l. 1. pr. C. de rei ux. act. Wiſ. & de Accuſ. n. 12. fin.* ſed vitiantur *l. 77. & ibi Cagnol. de R. I.*)

Unde ſi offeratur libellus minus legitimus in cauſa, in qua non requiritur libellus, non vitiat, Jaſ. *in l. vinum 22. n. 33. verſ. primò habes, col. penult. ff. ſi certum petatur.* Roman. *conſ. 497. Dubitatur. num. 6.* Signorol. *conſ. 41. Omiſſa narratione, in princ.*

Sic etiam depoſitum nulliter factum in caſu, quo ſola verbalis oblatio ſufficiebat, non vitiat ex quò abundat, Cravet. *conſ. 331. n. 15.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 67. n. 21.*

Sic etiam citatio partis ubicunque non eſt neceſſaria, ſi fiat, & nulliter fiat, non propterea actus redditur nullus, Marſil. *in leg. de unoquoque. 47. n. 42. verſ. iſtud, tamen. ff. de re judic.* Roman. *conſ. 497. Diligenter. n. 5. & 6. verſ. 3.* Card. Tuſch. *de concluſ. 67. num. 22.*

Hinc etiam ſententia non vitiatur, ſi cauſa veræ judiciatur cauſa falſa abundans, Roman. *conſ. 343. Ex propoſito. n. 8.* Card. Tuſch. *de concluſ. 67. num. 32.*

Hinc etiam ſolennitas non neceſſaria, ſi minus ſolenniter fuerit adhibita, non vitiat, Pute. *deciſ. 344. n. 4. in fin.* aliàs *334. etiam n. 4. in fin. lib. 2. in correctis.*

Limita primò, ſi per abundantem cautelam deveniatur ad actum prohibitum, quia tunc abundans cautela nocet, ut per text. *in l. pediculis 32. §. Labeo ff. de auro & arg. leg. & in l. 1. §. ſed ſciendum. 7. ff. de ædilit. edict.* reſolvunt Corn. *conſ. 276. n. 1. vol. 1.* Paul. Fuſcus *ubi ſup. vid. tamen. ſupr. axiom. 1. num. 2.*

Limita ſecundò, niſi id, quod abundat, per errorem loco neceſſarii, & requiſiti ſit appoſitum, quia tunc vitiatur tota diſpoſitio, Petr. de Anchar. *conſil. 1. per totum* Cardin. Tuſch. *d. concluſ. 67. n. 36.*

Limita tertiò, in contractibus ſuſpectis, in quibus abundantes cautelæ augent ſuſpicionem, Anchar. *conſ. 257. Ex ordine, in fine.* Tiber. Decian. *conſ. 32. n. 65. lib. 3.* Beroi. *conſ. 59. n. 14. lib. 1.* Corn. *conſ. 217. in fin. lib. 3.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 167. n. 43.* Menoch. *conſ. 109. n. 35.*

Limita quartò, in dilatione, quæ debet eſſe competens, etiamſi aſſignetur in caſu, in quo non debebat aſſignari, Calderinus *conſ. 132.* aliàs 2. *de dilat.* Idem dicendum ſuſpicione Judicis allegata, quia licèt non debeat exprimi de neceſſitate, ſi tamen exprimatur, & in eptè, vitiatur allegatio, Bald. *conſ. 472. Statuto. n. 5 in fin. lib. 1.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 67. n. 40.*

IV.

ABUNDARE in cautelis neceſſe eſt in caſibus dubiis, veluti ſi dubitetur, an actus requirat certam ſolemnitatem, vel non, ex abundanti debet illa ſolemnitas adhiberi ad tollendum dubium, Guid. Pap. *deciſ. 149. Secunda concluſio, circa fin.* Calderin. *conſil. 277.* aliàs *1. de empt. & vendit.* Card. Tuſch. *d. lit. A. concl. 68.*

(Non enim omnia quæ videntur abundare tuto aut utiliter omittuntur. *l. 15. §. 26. de injur.* maximè his exulceratis temporibus, ubi nulla ferè tautologia noxia *ex Johan. Andr. Hoſt. & aliis. Schneid. ad §. actionum tit. act. ex vind. l. de act. n. 1.* adeoque ſi caute & declarationis oratia adhibeatur, pro abundanti habenda non eſt. *Fichard. 2. conſ. 48. n. 3.*)

CAP. VII.

Abuſus Verborum, rerum & uſus.

Axioma I.

Abuſive loqui ſolent & teſtatores & contrahentes & tabelliones *Cujac. Conſult. 48. ſub f.* Unde ſemper magis ad mentem loquentium & intellectum, quam ad ſonum verborum eſt reſpiciendum. *t. t. C. Plus valere quod agitur, quam quod ſimulatè concipitur.* Ratio: quoniam mens voce eſt potentior. *l. 7. §. 1. de ſuppell. leg.* quod rectè ita in vocibus abuſive ſumptis procedit, ſecus ſi certum ſit aliud denotare, nec id quod intenditur poſſe ſignificare *d. l. 7. §. 1.*

II.

Intereſt Reipubl. ne re ſua quis malè utatur. *§. ult. Inſt. de his qui ſui vel al. jur. ſunt.* Hinc eſt quod in benè conſtitutis Rebusp. his qui furioſum exitum rerum ſuarum faciunt, ſoleat adminiſtratio adimi & Curator bonis dari. *l. 1. 10. de Cur. fur.* & apprime in Civitate Argentorat. In der Becker Zunfft-Buch/ daß niemand das ſeine verſchwenden ſoll. *Add. Beſ. in voce* verſchwenden. Unde privilegium meretur amittere, qui conceſſa abuti

abutitur potestate. *cap. si de terra. 6. ubi Dec. num. 21. de privileg. v. infra. libr. 14. cap. 83. §. 9.*

Nec pugnat cum hac regula quod suæ quisque rei moderator sit & arbiter. *l. 21.* (*Mand.* imò quod nemo alteri legem dicere possit super rei suæ usu abusuve *l. 8. Pro Emt. ubi Wes. n. 6. text. eleg. in l. 2. Si quis à parmanum.* Id enim tantum pertinet ad privatos, non ad Legem & Magistratus, qui liberam alienandi facultatem ob publicas utilitates (secus si privatim tantum interfit) rectè restringunt. Horum enim est providere, ne quid resp. detrimenti accipiat. Plura exempla videre licet *in C. I. A. de contrah. Empt. th. 32. & seq. add. infra 16. 40. 11.*

III.

In omnibus rebus, non ex earum natura, quibus utimur, sed ex causa utendi & modo seu temperamento, vel probandum vel improbandum quod facimus, *August. in cap. quisquis. 1. dist. 41. Wesenb. in Parat. de Acquir. rerum domin. num. 7.* Peccata enim hominum non debent imputari rebus; *inquit idem Augustinus. in can. quoniam. 12. dist. 88.*

IV.

Abusus juris sæpe delictorum est occasio: Sic ex abusu *l. 2. C. Ubi in rem agi oport.* delicta nata videntur, de quibus sermo est *in ult. C. de his qui potent. nomine. C. I. A. de procurat. th. 20.* & præterea elegans hujus rei occurrit exemplum in *l. 13. de injur. ubi in fin. leg.* hæc notabilia sunt verba: *Usurpatum tamen & hoc est tametsi nullo jure, ut quis prohiberi possit ante ædes meas vel praetorium meum piscari, quare si quis prohibeatur adhuc injuriarum agi potest. v. Novell. 52. & ibi M. Stephan. cap. Etsi pignorationes. un. de injur. & damn. dat. in 6.*

CAP. VIII.
De Accessorio & principali.

Axioma I.

Multum interest an aliquid veniat per se vel tanquam accessorium. Fundamentum hujus rei est. *l. 1. C. de don. ante nupt.* Multa enim accessoriè fieri permittuntur, quæ directo & principaliter fieri prohibentur, *l. 24. de contrah. empt. l. 1. in fin. de fund. dot. l. quædam. 62. de acquirend. rer. domin. gloss. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 8. num. 18. & seqq. Harpr. ad §. 3. l. locati num. 145.* In toto autem jure spectatur id quod principaliter fit, non quod fit per consequentias. Exempla in jure passim extant *leg. 1. de auct. tut. l. venia 2. & ibi gl. C. de in jus voc. l. 12. §. ult. de inoff. testam. ubi vide C. A. th. 19. Vivianus in rationat. ad c. debitores. 6. extr. de jurejur. adde inf. tit. de causa proxima & remota.*

II.

In accessione non debet esse plus quam in principali, arg. *§. 5. I. de fidejus. vid.* de hac reg. latius *actum in disp. de Altero tanto, art. 2. th. 14. & p. 2. art. 2. §. 14.* veniunt autem nomine accessionum non tantum ea quæ pars rei sunt, sed etiam quæ alias rei necessario cohærent. *l. 3. §. 1. de trit. vin. ol.*

III.

Accessoriis quæ post litem contestatam accedunt, si non petantur ante sententiam tacite videtur renunciatum, *arg. l. plane 3. ff. depositi. Zas. in l. 1. C. de jud. n. 19. vers. cæterum. vid. l. Ædiles. 25. ff. de Ædil. Ed. Sixtin. in cons. Marpurg. n. 47. vol. 2.*

IV.

ACCESSORIUM sequitur naturam sui principalis, *l. etiamsi 8. Cod. de Jure dotium. c. accessorium 42. de Regulis Juris. lib. 6.* [*l. 26. §. 2. de pact. dot. §. 27. 30. Inst. de Rer. div. Carpz. 2. 46. 32. n. 2.*] exornant Socin. *reg. 5.* Pute. *decis. 1. num. 2. libr. 1. in utraque edit.* Menoch. *cons. 58. num. 13. cum seq.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 31. n. 8. cum seqq. & decis. 88. num. 10.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 76.* Joanes Franc. Leo. *in Thesauro fori Ecclesiast. p. 2. c. 16. n. 70.* Anton. Monach. *Bononiens. decis. 27. n. 4. & decis. 28. n. 56.* Pichard. *ad §. si quis alium. n. 23. Instit. de inutilib. stipulationib.* Mari. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resol. 72. n. 6.* Mastrill. *Sicil. decis. 115. n. 4.* Magdalen. *de numero testium in testamento requisito, p. 2. c. 7. num. 33.* Cassanate *cons. 55. 39.* Cancer. *var. resolut. p. 13. n. 141. & p. 2. c. 5. n. 3.* Narbona *ad l. 20. gloss. 22. n. 38. tit. 1. lib. 4. novæ Recop.* Reinos. *observ. 61. n. 6.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 282. n. 3. &c. 423. n. 43. &c. 474. n. 33. &c. 498. nu. 36. &c. 657. n. 21. &c. 715. n. 17. &c. 839. n. 24. &c. 937. n. 22. &c. 940. n. 28.* Castill. *controvers. lib. 5. p. 2. c. 168. n. 3.*

Hinc primò colligitur, non valere guarentigiam habentem executionem paratam, si non valet principale instrumentum, Socinus *in l. 1. n. 79. v. 4. limita. ff. soluto matrim.* Roman. *cons. 42. Visis. n. 3. v. 2.* Alex. *cons. 32. in princip. lib. 2.* Card. Tusch. *de lit. A. conclu. 77. n. 24. & n. 30.* ex eo quia sublato contractu principali, cessat pactum accessorium in eodem contractu appositum, Anchar. *cons. 394. num. 3.* pleniùs *n. 5.* Nam quando unum trahit consequentiam ab alio, si non valet primum, neque valet reliquum, Signorol.

gnorol. *conſ. 90. num. 16. & 18.* Card. Tuſch. *d. concl. 76. n. 2.*

Secundò colligitur, obligationem fidejuſſoris acceſſoriam habere eandem naturam: & conditionem, quam habet obligatio principalis, Abb. *conſ. 48. Attingam. col. 1. v. nec obſtat juramentum, juncta col. 2. in fine. verſ. deſcendo. lib. 1.* Card. Tuſch. *d. concluſ 76. n. 21.* ita ut ſi principalis obligatio ſit nulla, aliter quàm Jure ſpeciali, tuſic & fidejuſſio reddatur nulla, Apoſtill. ad Alex. *conſ. 59. Viſo inſtrumento, n. 11. verſ. acceſſoria. lib. 1.*

Tertiò colligitur, diſpoſitionem concedentem aliquid principale, cenſeri etiam concedere id, quod acceſſoriè venit ad illud principale, *cap. prudentiam 21. § 2. ſi vero. de offic. de leg.* ubi notant Doctores, quod, delegata cauſa principali, cenſentur etiam delegata omnia acceſſoria ad cauſam, quem textum ad id notavit. Alberic. *in l. cum principalis 178. ff. de Reg. Juris,* Et advertit etiam Everhard. *in loco à conceſſione antecedentis ad conceſſionem conſequentis, poſt n. 2.* Aym. Cravett. *de antiqv. temp. p. 4. in princ. n. 67* ubi propterea ſubdit, quod conſuetudo, ſeu præſcriptio, etiam quod ſit ſtricti juris, & de ſui natura non extendenda, extenditur tamen ad acceſſoria, & præſcribens fundum cenſetur etiam præſcribere ſervitutem fundo competentem.

Hinc etiam conceſſa ſepultura cenſetur conceſſa celebratio pro defunctis, Federic. de Senis *conſ. 186. in princ.* & delatio mortui proceſſionaliter, Oldrad. *conſ. 225. n. 14. in fine, v. ultimo videtur.* Card. Tuſch. *d. lit. A. concl. 77. n. 9. & 10.* Amplia etiam in pœnalibus, correctoriis, & exorbitantibus, ut per Aym. *d. p. 4. §. videamus modo n. 36* Nicol. Everhard. *in loco à ratione legis larga, num. 35.* Villagut. *in tract. de extenſione legũ. rubr. de extenſione legis correctoriæ, & pœnalis ſimul. n. 266. & ſeq.* Limita tamen quando illud, quod dicitur acceſſorium, eſt arduum, & non fuit veroſimiliter cogitatum à concedente: quia tunc acceſſoria non cenſentur conceſſa, conceſſo principali. Federic. de Senis *concil. 191. n. 3. v. etſi opponatur,* quem refert Card. Tuſch. *d. l. A concl 79. n. 3.*

Quartò colligitur, quòd pendente cauſa principali, & incidenti acceſſoria, ſi principalis eſt finita, dicitur etiam finita acceſſoria: putà actor negavit petitionem veram, perquam incidit in pœnam ſtatuti, ſi obtinuit in cauſa principali, quæ eſt finita per ſententiam, non poterit moleſtari pro pœna negatæ poſitionis, Anchar. *conſ. 145. Si dicta poſitio,* quem refert. Card. Tuſch. *d. concl. 76. n. 22.*

Quintò colligitur, Axioma procedere, etiamſi acceſſorium ſit dignius, quàm principale, Roman. *conſ. 330. Circa primum, n. 13. in f.* ubi Apoſtill. *in verb. dignius.* Card. Tuſch. *de concl. 76. n. 26.* D. Barboſ. *in l. cum prætor, 12. § fin. num. 211. ff. de judic.* Caſtill. *controverſ. d. c. 169 n. 21. cum ſeqq. & n. 44.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. c. 657. n 19. & ſeqq.* Et ideo ea, quæ habent diverſam naturam, ſi annectantur acceſſoriè alteri rei diverſæ, tunc res annexa tanquam acceſſoria perdit ſuam naturam, & recipit naturam principalis, cui fit annexio Roman. *d. conſ. 330. num. 14.* putà ſi parochialis Eccleſia uniatur acceſſoriè beneficio ſimplici, omnimodam naturam, & conditionem beneficii ſimplicis aſſumit, Navar. *conſ. 10. num. 3. de majorit. & obed. in novis.* Azorius. *Inſtit. moral. p. 2. lib. 6. c. 28. q. 20. in fin.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. c. n. 195.*

Sextò colligitur, quod quando acceſſorium venit in neceſſariam conſequentiam principalis, conceſſo principali cenſetur conceſſum acceſſorium, & alia ſine quibus ſtare non poteſt. (vid. *l. 1. § 5. depoſ. & ibid. Fab. in rat. n. 2.*) *l. 2. ff. de Juriſdict. omnium Judic. l. 5. §. 1. de officio ejus cui mand.* Federic. de Senis *conſ. 163. in princ. verſ. in contrarium. & conſ. 186. in princ.* Aymon. *d. p. 4. in princ. num. 64. cum ſeqq.* Villagut *in tract. de extenſione legum. rubr. de extenſ. legis correctoriæ n. 17. in nona fallent.* Card. Tuſch. *d. lit. A. concl. ſ. 77. n. 1.* & intellige axioma procedere cùm acceſſorium eſt à ſuo principali inſeparabile, Menoch. *remed. 6. recuper. num. 45. & de præſumpt. lib. 3. præſ. 97. n. 7. & 8.* Steph. Gratian. *diſcept forenſ. tom. 5. c. 839. n. 24. & 25. & cap. 937. num. 23. (C. I. A. depoſ. th. 5. & 6.)*

(Septimò colligitur, juramentum ſequi naturam ejus actus cui accedit *l. ult. C. de non num. pec. Weſ. in paratit. de Jurejur. n. 13. l. 36. de Jurejur.*)

Limi-

Limita primò Axioma nostrum, ubi militat diversa ratio, & in separatis, (vid. *l. 18. de act. empt. vend. l. 15. de proc.*) Alex. *consil. 4. Circa primum n. 5. lib. 1.* (Carpzov. *2. Jurisp. for. 2. 9. n. 6.*) Thom. de Thomasset. *in floribus legum reg. 8. in declarat.* Brunon. à Sole *in locis communib. verb. accessorium.* Card. Tusch. *lit. A. concl. 76. n. 36. & concl. 79. n. 4.* Franc. Molin. *de ritu nupt. libr. 1. comp. 12. n. 22* Mieres *de majorat. pag. 1. q. 10. n. 55.* Fachinæ. *cons. 13. n. 23. libr. 1.* Pacian. *de probat. lib. 2. c. 16. num. 69.* Ovid. de Amicis *de Jure emphyteus. q. 42. n. 11.* Castill. *var. resolut. p. 1. c. 13. n. 141.* Castill. *d. c. 168. nu. 26. & 27.* (Sichard. *ad l. 8. C. de pact. n. 8.*) Ut quia in principali tractatur de damno, & in accessorio de lucro, Cravett. *in quæst. de indemnit. mulier. num. 47.* Menoch. *cons. 58. in fin. vers. ita etiam non refragatur* Card. Tusch. *d. concl. 76. num. 34.* (Mascard. *concl. 8. n. 19* Frid. 1 *de proces. c. 21. n. 25.* Gail. *5. de P. P. c. 5. n. 26.* Cravett. *cons. 506. n. 3 602. n. 13. 926. num. 1.*)

Limita secundò in actibus denotantibus translationem dominii, quando omninò non cohæret principali, sed ab eo est divisibile, (*v. leg. 16. §. 2. de publican.*) Oldrad. *cons. 221. n. 9. vers. quartò in actibus.* ubi ait: in actibus denotantibus translationem juris de uno in alterum accessorium non omninò principali cohærere; sed ab eo divisibile, translato licet principali, in translationem tamen non venire. *l. quoties 29. de contrah. emt. l. antep. de pecul. l. 2. §. 1. de instruct. vel. instr. leg.* Card. Tusch. *d. lit. A. conclus. 79. n. 2.* ubi *n. 3* subdit, idem esse in adjacentiis ad ipsum principale, quia non censentur translatæ, nisi de illis sit dictum, & citat. *l. si quoniam 2. C. de bonis vacant.* Oldrad. *cons. 121. n. 11. vers. sextò videtur expressum.* (Denique limita in materia exorbitante, & minus favorabili ubi non fit extensio à principali ad accessorium. Everh. *in Top. l. 79.* Bart. *in l. si ff. de cond. indeb.* Cravett. *cons. 345. n. 4.*)

V.

ACCESSORIUM corruit sublato principali (textus expressus *in l. 2. ff. de pec. leg. l. 26 C. de usur.*) *l. qui liberis 8 ff. de vulg & pupil. substit. l. cùm principalis 178.* ubi Dec. *ff. de regulis Juris. §. fidejussores 5. Instit. de fidejuss. §. si quis ancillas. 17. Instit. de legat. l. 129. §. 1. de R. I* Anchar. *cons. 394. Dubium est. n. 3.* Card. Tusch. *d. lit. A. concl. 77. num. 16.* Surd. *cons. 318. num. 5.* Menoch. *cons. 8. num. 135. & consil. 58. num. 11. & de præsumpt. lib. 5 præs. 21. num. 26.* Castill. *controvers. lib. 5. p. 2. c. 168 num. 12. cum seqq.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg. 92.* ubi declarat procedere in conjunctis, & ubi militat eadem ratio, additque propterea, Jas. *in ad. ait. ad Port. in d. §. si quis ancillas*, dicere, quod si lego vaccam cum vitulo, si non valet legatum vaccæ, utputa si vacca sit mortua (& sic principali sublato, & destructo) non valet nec legatum vituli, id est, vitulus non debebitur, cum accessoriè veniat vitulus ad vaccam: nam dictio *cum*, accessoriè conjungit: sed si lego vaccam, & vitulum, cùm duo sint separata legata, quia dictio & principaliter conjungit, si non valet legatum vaccæ, vitulus tamen debebitur, cùm tali casu vitulus ad vaccam accessoriè non veniat.

(In contrarium tamen reg. non procedit, quod sublato accessorio tollatur principale, sic v. c. reddito chirographo pignoris tacite remissa videtur pignoris obligatio. *l. 7. C. de remiss. pign. c. 4. ut lit. pend.* non etiam principalis, si fors soluta non sit *l. 1. in fin. de lib. leg.*

E diverso tamen reddita cautione principali, etiam pignus remissum videtur, nimirum quia accessio est principalis obligationis. *l. 5. §. 1. Quib. mod. pign. Cujac. in lib. 3. Paul. ad Ed. l. 2. 4. & 6. de pact.* ratio differentiæ quod principale stare potest sine accessorio, accessorium sine principali esse non potest. vid. *Cujac. in paratit. de pec. leg.* hinc sequitur quod hæc reg. de accessionibus valeat quidem in extinguendo non etiam in constituendo legato. *l. 1. 2. ff. d. t. ubi Wesenb. in paratit.*)

Unde contractu principali annullato, juramentum, guarentigia hypotheca, & omnia alia accessoria redduntur nulla. Gozadin. *consil. 28. n. 27. & seq.* Rom. *cons. 42. Visis quæ egregiè. n. 3. vers. secundò.* Cardin. Tusch. *de concl. 87. n. 24.*

Limita quando principale aliquo speciali jure tollitur; tunc enim principali sublato non tollitur accessorium. *l. fin. §. Titius. ff. de condit. & demonstrat.* Pyrrh. Maurus *de fidejuss. p. 2. sect. 10. § 30. n. 4.*

(Limitatur porrò hæc regula (1) ut accessorium in quo est provisio specialis non corruat destructo licet principali: *Dyn. in c. accessorium n. 2. & ibid. Phil. Franc. n. 3. P. Peckius n. 7. extra d. R. I. in 6. vid. Coth. Resp. Academ. 15. n. 47.* cum qua limitatione Wesenbecii *illa in tit. de leg. præst.* convenire videtur: ut scil. regula procedat ex natura rei intrinseca & per se spectata: nisi à causa externa fortiore sustineatur. Sic etiamsi pactum, cui accessit juramentum invalidum, sit juramentum, tamen ipsum desuper datum subsistit *cap. 2. de pact. in 6. Wesenbec. de jure jur. n. ult. Mynsing. 3. obs. 2.* ubi hanc regulam latius declarat: & licet principalis actio sit annalis, si tamen juratum actio sit perpetua. *l. 9. §. 3. de jure jurand* aliud exemplum est *in l. 9. C. de præd. min.*

2. Limitatur hæc reg. ex §. 17. *I. de leg.* ut valeat in his accessoriis, quæ veniunt in necessariam consequentiam principalis & per se subsistere non possunt, veluti peculium sine servo non consistit. Secus autem sit in accessoriis per relationem simplicem, quæ tamen proprium esse habent, ut partus ancillæ, vicarius servus. adde *l. 4. de pen. leg. Benev. q. 20. v. supr. axiom. 4. in fin. limit. 2.*

3. Limitatur etiam regula quando non est eadem ratio in accessorio quæ in principali. *l. 3. C. de rer. permut. Gail. lib. 1. de P. P. c. 5. nu. 24. Sixtin. 2. Cons. Marp. 19. num. 59* ubi exemplificat in clausula codicillari: quia ea longe alia intentione adjicitur testamento, quam ipsum testamentum conficitur.

6. Distinguunt inter accessorium quod venit officio Judicis, & quod venit jure actionis. Hoc enim habet naturam principalis, ut apparet in usuris ex stipulatu debitis, *Bach. 1. D. 23. th. 6. lit. B.*

Denique limita in accessoriis quæ talia sunt non sua natura, sed ex dispositione legis, hæc vi alicujus specialis constitutionis possunt stare sine principali. Sic v. c. miles potest pupillo substituere sine testamento proprio. *leg. 41. § ult. de mil. testam.* quamvis illud hujus sit sequela. §. 6. *Inst. de pub. subst.*)

Hoc Axioma olim sic exposuimus. In disput. de Brocard.

Accessorium sequitur naturam sui principalis.

EXEGESIS.

Fundamentum.

1. Est hæc regula 42. *d. R. I. in 6.* cui non absimilis est altera, quâ dicitur accessionem cedere principali. *l. 19. §. 13. de aur. & argent. legat.* & adjunctum subjecto *l. in rem. 23. §. 3. de R. V.* Bachov. *ad §. 34. & 35. n. 1. Instit. de R. D.* itemque Accessorii & principalis idem esse judicium. *Hieron. de monte in tr. de fin. reg. c. 5. n. 13.*

Declaratio.

2. Dicitur autem principale id cujus species major est *l. 19. §. 13. de aur. & arg. leg.* & potentior. *l. 32. §. 1. eod.* & cujus rei ornandæ (seu ut veteres legunt ordinandæ) causa, res altera adhibetur. *d. l. 19. §. 13. & ult. C. I. A. de acquir rer. dom. th. 31. n. 2.* Accessionum verò vocabulum ambiguum est, & generaliter denotat ea omnia, quæ tàm ex re, de qua agitur, orta sunt; veluti fructus, partus, usuræ, *leg. 12. C. de usur.* quàm extrinsecus ei accesserunt; veluti id quod per alluvionem accrevit. *t. t. de usur. & fruct. & causâ, & omnibus accessionibus.* Propriè autem accessionum nomine tantum ea veniunt, quæ extrinsecus accedunt. *Hottom. in Lexico.* Accessorium verò idem est, quod accessio, *Schardius in Lexico,* & denotat id, quod principali accedit seu adjungitur, teste *Spiegel, in Lexico.*

Ampliationes.

3. Per ampliationem intelligunt Dd. regulam, tàm quoad vigorem & conservationem rei, quàm quoad destructionem & interitum, h. e. ut datâ, concessâ & stante principali, datum etiam censeatur accessorium. *§. liberis. 6. Inst. de pupil. substit. c. prudent ā 21. §. si verò de offic. delegati.* Sic concessa tabularum inspectione, censetur etiam concessa earum lectio. *l. 2. §. 5. testam. quemad. aperiantur.* Sic additamentum dotis eâdem actione petitur, qua dos ipsa. *leg. etiamsi. 8. C. de jur. dot. vid. tamen Petr. Greg. syntagm. l. 9. c. 24. n. 9.* Hinc dicimus eadem in accessoriis præstanda esse, quæ in principali.

l. 32.

l.32.ubi Gothofr.& l.33.de ædilit.edict. ubi exemplum.& cap.5.de offic.& poteſt.Judicis delegati.ubi aliud exemplũ.

4. Iterùm, negatô ſeu remotô aut non conſiſtente principali, ne ea quidem quæ ſequuntur locum habent, *l. nihil dolo.129.§.1.de R.I.* Sic fidejuſſor amplius non tenetur, cum debitor principalis liberatus eſt. *l.ſi quis 37.de fidejuſſ.* Hinc etiam inferunt: clauſulas acceſſorias ſumere interpretationem ab eo, quod principaliter geſtum eſt: nec acceſſorias illas clauſulas diſpoſitionem ampliare. *l.ult.§.ult.de condict.indeb.Berlich.deciſ.15.n.3.*

Limitationes.

5. Apparet autem regulam loqui de acceſſorio conſiderato ex ſuâ naturâ, per ſe & ſimpliciter; unde ſecus fuerit, ſi ejus natura alteretur vel impediatur factô hominis aut legis, ut principale ſuum ſequi non poſſit: tùm enim proviſio ſpecialis, ſive legis, ſive hominis, tollit iſtam generalem. Sic reſciſſô per querelam inofficioſi teſtamentô & hæredis inſtitutione annihilatâ, legata quoque & libertates inſcriptæ regulariter pereunt, *l.8.§. penult.l.13.l.28.de inoffic.teſtam.* niſi aliud novus legislator conſtituerit, & cadentia per ſe legata ſuſtinuerit. *Nov.115.c.3.fin.& c.4.§.9. Weſenb.in Paratit.de inoffic.teſtam.n.11.* Quod an etiam in causâ præteritionis fiat quæſtionis eſt? negant. Hillig. *l.6. Donell. Enucl.13.lit.F.* Franzkius *Exerc.6.q.3.cũ allegatis: quibus & nos adſtipulamur.*

6. Deinde cum acceſſorium tripliciter vulgò dicatur; aliud nimirum per modum neceſſitatis; aliud per modum æquitatis; aliud denique per modum inhærentiæ. Card. Tuſch. *lit. A.concluſ.65,* intelligendum eſt, hanc regulam potiſſimùm de illis acceſſionibus obtinere, quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam ipſius principalis. *argum.l.2.de Juris d.Tuſchus concluſ.17.n.1* Secus atque ſi in acceſſorio ſit diverſa ſeparataque ratio, *idem concluſ.76.n.36.& concl.79.n.4.* Barboſa *in pr.ed.* nullum allegat textum *hîc.n.10.* Döring. allegat. *n.19.l.49.§. quæſitũ, de fidejuſſor.& l.31.de contrah.empt. Gail.de pac.publ.c.5.n.26.* allegat. *l. ex placito.3.C.de rerum permut.& l.9.C. de prædiis & aliis rebus minorum,* ubi Gothofred. *leg.39.§.17.de V.O.* ubi habentur exempla. *adde leg. quid tamen 10 pr.quibus mod.uſusfr.amitt. Donell. 8.Comment.17.*

CAP. IX.

De Acceſſu, aditu.

Axioma I.

Inferior accedere debet ſuperiorem, non viceverſa, *text.eleg.in l.2.§.3.ibi: nec enim expectare debemus, ut Præſes Provinciæ veniat ad eum qui bon.poſſ.petiturus eſt. Quis ord.in poſſ.ſerv.*

CAP. X.

De Accidente.

Axioma I.

In omni diſciplina conſiderandum eſt non quod per accidens (ſic enim ipſa virtus & quicquid etiam boni occurrit præter Deum in vitium rapi & damnari poſſet) ſed quod per ſe ex cauſis ſuis ſequitur. *v. Carpz. part.1. qq.crimin.1.n.64.*

II.

Accidentia non veniunt in generali diſpoſitione, ut ſunt omnes caſus fortuiti. *gloſſ. 1.in c.ad aures 7.de æt.& qual.c.un. Comm. c.fin.de homicid.l.18.commod.* ratio eſt quia prævideri non poſſunt. *Bart.in leg. Cæſar.15. num.4.de publ.& vect. Dec. conſ.473. Dec. & Cagn.in l.23.de R.I. Cephal.conſ.20.12. Dec. conſ.523.n.3. Alex.l.ſed ſi.§.quæſitum num.19. ſi quis caut.& in l.Titius.n.4.de lib.& poſt. Jaſ. in l.A divo.§.ſi poſt.n.4.de re jud.*

III.

ACCIDENS non poteſt eſſe ſine ſubjecto, & ſubſtantia, *l.4.in fin.ff.de actionib.empt.* tradunt Curſ. Conimbricenſ. *in c.2.de complexis, in præambul.prædicamentorum,* Bald. *in c.ſignificante 69. verſ.nam accidentia, de appellat,* Apoſtill. *ad conſ. Romani 91. Viſis ac percunctatis.num.8. in verſ.qualitas.* Maſcard. *de probationib. concluſ.21. & concl.1248.n.4* Mandoſ. *de privil.ad inſtar.gloſſ.11.n.20.* Surd. *de aliment.tit. 2.in præamb.n.2.& tit.9.q.29.n.23.& deciſ.70.n.6.& conſ.234.nu.23.& conſ. 335.n.13.* Card. Tuſch. *practic. concluſ. lit. A.concl.82.n.13.* Gonzal. *ad reg.8. Cancell.gloſſ.5.§.7.n.70.& gloſſ.57.n. 32.* Anton. Monach. *Florent. deciſ.56. n.5.* ubi quod ſupponit ſubſtantiam, naturam verò ſui ſubjecti regulariter ſequitur, ex *l.ejus.16.ff.de operis libert.*

(Unde est quod accidens cognosci non possit sine substantia, *Ruin. consil. 218. num. 14. vol. 1. Dec. cons. 508. nu. 5. Pantzschman. 1. quæst. pract. q. 1. n. 29.*) Et quod accidentia, vel qualitas non possunt stare sine subjecto, nisi per viam miraculi, tradit Anchar. *consil. 208. n. 17.* quem refert Card. Tusch. *d. concl. 82. num. 14. in fin.* ubi *n. 7.* subdit, quòd accidentia contractus sunt ea, quæ per legem non insunt, & sine quibus contractus stare potest, & accidens tollitur ejus subjecto sublato, *l. ejus qui in provincia 41. ff. quod si stipulatus. ff. si certum petat.* Crot. *cons. 135. n. 25. lib. 5.* Pyrrh. Maur. *de fidejussor. sect. 1. c. 5. n. 8.* [nec tantum JCti, sed & idem docent cum maxime Philosophi, *Arist. 1. post. An. 18. text. 35. & 5. Metaph. 4. text. 14.* quem laudat *Cujac. in l. 32. de S. P. R.* ubi hoc amplificat in servitutibus, quod scil. servitus prædialis vel personalis servitutis esse non possit. *l. 1. de usu & usufr. leg.* v. c. non possum ex rivo concedere servitutem aquæ haustus. Potest tamen accidentis esse accidens, *Arist. 3. Metaph. 4. t. 14.*)

IV.

ACCIDENTIA possunt mutari non vitiata substantia, secus è contrà. Calderin. *cons. 314. ante med. vers. ad cujus declarationem. aliàs 11. de feudis.* Card. Tusch. *d. concl. 82. n. 1.* Nam accidentia extrinseca possunt abesse, & adesse præter subjecti corruptionem, *l. falsa 33. ff. de condit. & demonst. l. pacta conventa 72. ff. de contrah. empt. leg. pro voluntariis 9. ff. de impens. in rem dot. factis.* tradunt Corras. *lib. 3. miscel. c. 10. n. 10.* Zaz. *lib. 1. singul. respons. c. 12.* Menoch. *cons. 35. n. 19. & cons. 37. n. 98. & cons. 170. n. 23.* Surd. *cons. 179. num. 7.* Glorit. *resp. 1 p. 1. num. 166.* Porphyr. *in prædicabil. c. de accidente.* Sebast. Medic. *de definition. bonorum possess. de finit. 100. n. 23. & 27.* Card. Tusch. *d. concl. 82. n. 11.* Surd. *consil. 179. n. 7.* Non possunt tamen mutare substantiam rei. [*Dec. in cap. 2. col. 1. vers. in alia materia, de const.*] Gutier. *pract. lib. 3. q. 16. n. 91.* & subjecti, quia eveniunt post illius esse perfectum, Signorol. *cons. 51. n. 11.* Gom. *in §. in personam. num. 14. Inst. de action.* Becc. *cons. 172. n. 29. vol. 2.* Glorit. *resp. 1. p. 1. n. 166.* nisi miraculosè ut ait Brun. *de augmento, quæst. 3. princ. n. 2.* quem refert Card. Tusch. *d. concl. 82. n. 14. in princ.*

V.

Accidentaliter evenientia non mutant rei substantiam, *l. naturalem 5. §. pavonum. 5. ff. de acquir. rerum domin.* Costa. *de facti scientia & ignor. inspect. 7. n. 1.* Cevall. *commun. quæstion. 682. num 2.* Mar. Giurba *ad consuet. Messanens. c. 10. gloss. 4. n. 5* nisi sit accidens qualificatum, quod superveniens enti, illud alterius naturæ & speciei efficit. Nat. *consil. 139. n. 6.* Mari. Giurba. *cons. 32. n. 8.*

CAP. XI.

De Acceptione, sive acceptatione aut receptione.

Axioma I.

Multa honestè accipiuntur, qui non honeste exiguntur, *l. 1. §. 5. de extraord. cognit.* ubi exempl. proponitur in juris Professoribus qui honestè nihil exigunt: Ratio quoniam civilis sapientia tanquam res sanctissima pretio nummario æstimanda non est, quod potissimum de iis Advocatis seu JCtis est intelligendum, qui gratis respondebant de jure. de quibus elegans videri locus potest apud *Tac. 11. Annal. cap. 6. ubi Silius veterum referebat exempla, qui famam in posteros præmia eloquentiæ cogitavissent pulcerrima, alioquin & bonarum artium principem sordidis ministeriis fœdari, ne fidem quidem integram manere ubi magnitudo quæstuum spectetur.*

Non autem de omnibus Advocatis hoc potest accipi, qui pacis hæc emolumenta petunt, & perorando vitam sustinent, quibus omnem de salariis cognitionem denegari esset iniquissimum, quippe cum nec eloquentia gratis contingat, nec quidquam à quoquam soleat experi, nisi cujus fructus antea præviderit, & sublatis studiorum pretiis etiam studia sint peritura, unde prudentissime modus pecuniis capiendis ponitur apud *Tac. d. loc. cap. 7.* & id etiam Juri civili probatum. *d. l. 1. §. 10.* ubi ratio ostenditur æstimandi operas Advocatorum, quod hodie adhuc ad instantiam partium in Cam. Imp. & quibusvis bene constitutis judiciis solet observari.

Et hæc regula adeò procedit ut multa licet ex turpi causa perterentur, honestè tamen accipiantur & retineantur. *leg. 4. §. 3. de Cond. ob turb. causam.* ubi quod meretrici datur, ideò non posse repeti JCtus ait, quia solius dantis turpitudo versetur, illam enim turpiter facere quod sit meretrix, non turpiter accipere cum sit meretrix, unde est quod justè retineat *per d. §. 3.* non justè exigat. *l. 26. l. 123. de V. O. fac. can. quæst. 12. caus. 13. q. 2.*

II. Ac-

II.

Accipere à nemine inhumanum, passim vilissimum. *l. solent. 6. §. 3. ff. de offic. proconsul.*

CAP. XII.

De Accingendo.

Observandum, posse hunc locum & forte commodius adhuc referi ad argumentum à potentia ad actum. Vide *Wesenbec. in Paratit. de Sponsal. n. 7. Alii Dd. tractant in verb. cingendus.*

Axioma I.

ACCINGENDUS de proximo, habetur pro accincto, *leg. ex eo tempore 42. ff. de testam. milit.* (rationem vid. inf. in voce DESTINATUM & in voce FACTUM) Felin. *in c. eam te. 7. n. 17. vers. erat iste electus. de rescript.* Jas. *in auth. si qua mulier, n. 23. & seq. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. admonendi, in 1. lect. n. 53. vers. ista tamen regula. ff. si certum petatur.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 1. lit. A. conclus. 83.* Thom. de Thomass. *in floribus legum, reg. 231.* Alex. *cons. 129. Super primo n. 7. 8. & 9. lib. 7.* Anchar. *cons. 430. Fuisset expediens, n. 2.* ubi, quod habetur pro dato, quod paratum est ut detur. Joan. de Imola *consil. 31. Ad primum,* ubi ait, hujusmodi Axioma procedere maximè quando agitur de excludenda falsitate, vel delicto. Roman. *in l. admonendi. 31. n. 49. ff. de jurejur.* Ubi quòd de proximo condemnandus habetur pro condemnato, & quod idem est in absolvendo de proximo, quia habetur pro absoluto, late Narbona. *lib. 20. glos. 21. n. 45. cum seq. tit. 1. libr. 4. novæ recop.* Magdalen. *de nunc. testium in testamento requisito. p. 1. c. 26. n. 14. & 16.*

Procedit improprie & fictè, quia verè de proximo accingendus non habetur pro accincto, & destinatio animi non revelat, quia imò destinatum non habetur pro impleto, & res non judicatur ab eo, quod erit, sed ab eo, quod est, & ideo materia est brocardica, ut dicit Felin. *in c. cùm adeo 17. n. 45. & 6. de rescript.* Roman. *in d. l. admonendi, n. 49.* Card. Tusch. *d. concl. 83. num. 29.* & maximè ubi agitur de forma, vel pœna incurrenda, vel ubi spes proxima est fallibilis; tunc enim de proximo accingendus non habetur pro accincto, neque actus perficiendus habetur pro perfecto, Felin. *in d. cap. eam te 7. n. 16. in fin. vers. tamen diversis modis limitatur.* Card. Tusch. *d. concl. 83. n. 31.*

Unde de proximo expellendus non habetur pro expulso, quin interim exigat & consequatur fructus possessionis, quam habet, ut per Anchar. *cons. 285. incep. Tria principaliter, n. 4. & seq.* ubi loquitur in eo, qui solvit Joanni Bentivolo, dum imminebat expulsio à civitate Bononiæ, quia justa fuit exactio, & maximè, quia expulsio erat dubia, licet proxima ab effectu subsequuto, refert Card. Tusch. *d. concl. 83. n. 33.*

Hinc etiam creandus de proximo Clericus non potest habere beneficium, nisi sit actu Clericus, quantumcunque incedatin habitu & censura, & promoveatur statim, ut per Felin. *in d. c. cùm adeo, n. 4. & seq.* quia Ordo debet præcedere, Sanchez *de Matrim. lib. 7. disp. 42. num. 14.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 2. n. 66.* & in beneficiis attenditur capacitas de tempore præsentationis, Mari. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. 19. n. 1.* Poterit tamen patronus de proximo clericandum præsentare in hunc modum: Præsento Petrum de proximo clericandum, & peto eum ordinari. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 4. q. 2. n. 5. & 6.* quem sic intelligit Massobr. *in praxi habendi concursum, prælud. 7. dub. 21. n. 86. secundùm Roman, impress.* quod ego recipio, si taliter præsentatus, seu potiùs nominatus, intra tempus ad præsentandum præstitutum Ordines suscipiat, *de officio, & potestate Episcopi, part. 3. allegat. 72. n. 78.*

Hinc pariter de proximo bannicndus non habetur pro bannito, ut possit offendi vigore statuti, Jas. *in d. leg. si quam ulier. num. 23. C. de sacrosanct. Eccles.* quem refert Card. Tusch. *d. concl. 183. n. 38.*

De Accretione v. in infra Acquisitio.

CAP. XIII.

De Accuratione, item de Accurata & perfunctoria tractatione.

Axioma I.

Acta judicialia accuratè sunt tractanda & cognoscenda, *Ernest. Goth. 1. Resp. 41. n. 2.*

II.

Quæ quotidiana sunt & frequenter in praxi usurpata, ea plenius & accuratius veniunt notanda. *l. 25. de lib. leg.*

III.

Ea quæ notabiliter fiunt ſpecialiter & diligenter ſunt notanda. *l. 15. §. 26. de injur.*

IV.

Defunctoria tractatio pro nulla habetur *arg. l. un. C. Qui num. tut. ubi v. Dn. Bruneman. & Conf. inf. de Imperfectis.*

CAP. XIV.
De Accuſatione.

Axioma I.

Nemo ſine accuſatore poteſt condemnari.

Fundatur hæc regula *in c. manifeſta 15. cauſ. 2. q. 1. & ibi gl. & in text. expreſſo; c. ſi quis 31. cauſ. 23. q. 4. c. ult. cauſ. 15. q. 8. verſ. priusquam Weſenb. de Accuſat. n. 3.*

Amplia quod idem procedat in actionibus civilibus. *l. 3. §. præterea 4. de ſuſpect. tut. Cujac. lib. 1. obſervat. 33.*

Contradicit tamen huic reg. *Duaren. 1. Ann. diſp. 38.* ubi vulgum interpretum hanc regulam finxiſſe, nec ullum juris textum, qui hoc dicat, extare ait, imo in contrarium potius jura juſsiſſe, ut malitioſos homines magiſtratus ex officio nobili inquirant. *l. 13. de offic. præſid.*

Loco limitationis regulæ diſtinguerem, an vox accuſatoris ſumatur in ſenſu latiori & materialiter tantum, ita ut nudam delationem, & quæ loco delationis eſt, famam publicam comprehendat, & in hac ſignificatione reg. propoſita ſemper manevera, prout eſt elegans locus in *cap. 10. de purgat. Can. ibi: Nec illud etiam improbamus, quod licet contra eam nullus accuſator legitimo appareret: ex officio tuo tamen (fama publica deferente) voluiſti plenius inquirere veritatem:* quod ſi ſumatur in ſenſu ſtricto & formali, fallit hæc regula in omnibus criminibus majoribus per *d. l. 13. de offic. præſ. c. 10. de purgat. canon.*

II.

Invitus nemo cogitur accuſare.

Fundamentum hujus regulæ & *in Rubr. & l. un. C. lit nemo agere.*

Ampliatur ut hoc non tantum in accuſatione, ſed & in actione civili procedat. *d. leg. unica.*

Limitatur ratione actionis civilis primò, quod hoc procedat tum demum, ſi quis ſuo nomine poteſt experiri, ſecus ſi ex neceſſitate officii alieno nomine litem movere debeat. *l. 2. C. Arb. tut.*

Secundò, niſi non ſolius cui actio competit, ſed & tertii alicujus intereſit, exempla in jure paſſim occurrunt. *l. 15. §. 30. de Act. Emt. l. 60. §. 5. loc. cond. l. 8. §. 3. de opt. leg. l. 75. §. proinde. 4. de leg. 1. l. 2. pr. ad l. Rhod. de jact. ubi Cujac. in Paullo lib. 34. ad Edictum.*

Ratione accuſationis fallit hæc regula, 1. in perſona hæredis, qui necem defuncti vindicare cogitur, alias ſe indignum præſtat hæreditate. *l. 17. de his quæ ut indig.* de jure tamen hodierno contrarium ſervari docet *Clar. §. ult. quæſt. 15. verſ. item.*

2. Fallit in criminibus majoribus & exceptis, quale eſt crimen læſæ majeſtatis, ſeu perduellionis. *l. 5. §. 6. C. ad L. Jul. Majeſt.* parricidii *l. 6. ad L. Pomp. de Parricid.*

Denique limitationis loco ſciendum, quod illi, cui potiſſimum accuſatio competit, à judice non minus quam in cauſis civilibus per L. diffamari poſsit terminus conſtitui, ut ſub præjudicio perpetui ſilentii accuſare cogatur. *leg. 18. de Accuſat.*

III.

ACCUSATORE non probante reus abſolvitur, etiam quòd pro ſua innocentia nihil deduxerit, aut probaverit, *l. 1. ff. ad Senat. Turpil. l. qui accuſare 4. C. de edendo* ubi Jaſ. *n. 5.* Bolognet *n. 1.* Curt. Jun. *num. 4.* Alciat. *num. 17.* & Purpur. etiam *num. 17. c. accuſator c. 6. q. 5.* Gig. *de crimine læſæ majeſtat. lib. 2. tit. quomodo crimen læſæ majeſt. probatur, quæſt. 30. n. 1.* Burſat. *conſ. 246. n. 1.* Joſeph. Ludovic. *concl. 14. in 4. ampl.* & Peruſ. *deciſ. 14.* Maſcard. *de probat. concl. 1224. n. 29.* Alex. *conſ. 1. Viſo proceſſu, in princ. & conſ. 89. Viſo themate, nu. 4. & 5. lib. 3.* Roman. *conſ. 167. n. 3.* Clar. *§. fin. q. 62. in princ.* Card. Tuſch. *lit. A. concl. 1. 17. à nu. 63.* adde *infr. de probat.* Nam ubi accuſator nihil probavit, reus præſumptivè dicitur docuiſſe de ſua innocentia, ex Maſcard. *d. concluſ. 1224. n. 29.*

Amplia primò, ut accuſatore non probante non ſolum abſolvendus ſit reus, ſed etiam accuſator teneatur ipſi accuſato actione injuriarum, ſecundùm Angl. *in l. item apud Labeonem 15. § ſi quis libellos. ff. de injur.* quem refert Curt. Senior *in repet. l. admonendi 31. n. 356. ff. de Jurejur.* Roland. *d. conſil. 90. n. 3. & ſeq. lib. 3.*

Amplia ſecundò, ut procedat etiam quod reus ſit homo nequam, ex allegatis per Joſeph. Ludov. *d. concluſ. 14. in 4. ampliat.* Et procedit Axioma ſive in cauſa criminali procedatur per denuntiationem, ſive per accuſationem, ſive per inquiſitionem, Alex. *conſil. 1. in princ. l. 3.* Card. Tuſch. *d. concl. 117. n. 67.* ſive in cauſa mixta accuſa-

cusationis, Alex. *consil. 66. col. 2. vers. verùm quia. lib. 1.*

Ampliatertio in civilibus, in quibus vulgatum est Axioma, quod actore non probante reus absolvitur, de quo infrà. *cap. 24.*

Limita in crimine læsæ majestatis, in quo si accusator in probando deficiat, accusatus tamen suam innocentiam probare tenetur, & indicia contra se existentia aut probationibus, aut per torturam purgare, per text. *in l. si quis 3. C. ad legem Jul. majest.* tradit Gig. *d. q. 30. in fin.* ubi subdit idem dicendum in crimine falsi, per text. *in l. ubi autem 22. C. ad Legem Cornel. de falsis.* Verùm hæc limitatio non convenit nostro Axiomati, illa enim præsupponit accusatorem, qui licet non plenè probaverit, probavit tamen tantum quod accusatum indicaverit; quo casu nulla est specialitas in crimine læsæ majestatis, aut crimine falsi, quia in omni crimine, nisi reus illa indicia contrariis probationibus eliserit, torquendus est: Axioma verò nostrum intelligitur, & procedit, quando accusator nihil prorsus probavit, nec ad condemnationem, nec ad indicia, *vid. inf. c. 24. axiom. 6.*

CAP. XV.
De Actis Judicialibus
v. infra sententia.

Axioma. I.

Ut apud acta quid factum censeatur, requiritur locus publicus & solemnis, tam in negotiis voluntariæ, quam etiam contentiosæ jurisdictionis. vide ad hanc regulam *Umm. de proces. disp. 8. n. 15. Wes. in pand. de testam. n. 10.* vel saltem judicialis auctoritas *arg. l. 5. & 7. de Manum. vind. Richter 1. decis. 30. n. 20. v. omnino l. un. C. de offic. jurid. Alex.*

II.

Acta pereunt peremta instantia, vide ad hanc reg. *Bart. Bald. Castr. Jas. in l. 2. C. de Ed. Pacian. 1. de prob. c. 67. lit. x.* ubi habebis limitationes.

III.

Acta producta in uno judicio probant etiam in alio.

Sic v. c. Acta primæ instantiæ probant etiam in secunda instantia, *leg. 15. & 19. C. de Apell. Dd. in l. 2. C. de Ed. Bart. in l. cum lite, n. 4. & seq. ff. jud. solv. Marant. p. 5. num. 5. ibid.* Sic etiam ubi plura sunt fora competentia, ut in judicio reali est locus rei sitæ & ubi reus habet domicilium. *l. ult. C. ubi in rem.* acta perfecta in uno loco notorium inducunt in alio.

Amplia: quod hoc locum habeat, licet acta ista destituantur solennitate ejus loci ubi producuntur, modo fuerint munita necessariis requisitis ejus loci, ubi fuerunt scripta. *Gail. lib. 2. obs. 123.* ubi latius hæc procedere in omnibus aliis negotiis ostendit, ut ratione solennitatum spectandus sit is tantum locus ubi res geritur.

Limita: Si inter tertios aut de re diversa est judicium.

VI.

Acta judicii non requirunt testes. *L. un. §. id si. C. de Latin. lib. 1. toll.*

Ratio: quoniam semper hominum frequentia præsumitur adesse. *l. in donat. 31. C. de donat. vid. Carpz. lib. 6. Resp. tit. 3. resp. 24. num. 9.*

Limitatur à nonnullis hæc regula, quod non procedat in his quæ de sua natura non debent fieri apud acta, velut testamentum, hi enim actus manent sub regula, quod actus Notarii debeant habere testes vid. *Alex. ad l. omnium 10. C. de Testament. & Schneid. in Instit. de solenn. test. num. 18.* à quibus recte recedit *Carpz. lib. 6. resp. tit 3. Resp. 24. n. 12.*

V.

Res inter alios acta, aliis non præjudicat: Fundamentum est in *tot. tit. C. Res inter alios.*

Quod procedit licet eadem sit causa. *l. 63. de re jud. l. cum quæritur 12. & seqq. de Except. rei jud.*

Limita 1. nisi aliquis non petat aliquid sibi dari, sed aliquid fieri, hoc enim in casu lata sententia pro uno spectat ad omnes: Unde cum petitur rescindi testamentum victoria spectat ad omnes. *l. postumus. 6. §. si quis ex his. 1. de inoffic. testam. ibi Castal.*

Limita 2. nisi quis, cui m defensio primum sibi competat, secundum agere patiatur *d. l. 63.* veluti si agere patiatur eum, à quo causam habet *cap. pen. extra de sent. & re jud.* e. g. si creditor vel qui hypothecariam habet, & per consequentiam deberet probare proprietatem. *l. 23. de probat.* agere patiatur debitorem.

Procedunt tamen hæ limitationes tum demum, si actor vel defensor non egerit perlusorio judicio *l. 5. 14. de Appellat. l. 5. C. de pignoribus.*

VI.

Omnem solennitatem superat id quod apud acta conficitur. *l. sancimus 27.* ibi. *per testes idoneos non minus tribus, vel inter acta publica. l. 19. ubi Ddn princ. C. de testam.*

VII.

ACTA faciunt rem notoriam. *l.*

fin. C. de re judic. c. ex insinuatione 50. de appellat. ubi Innoc. *in fin. c. cum olim 24. de verb. signif.* Alex. *conf. 62. n. 24. vol. 8.* Roland. *conf. 41. num. 30. vol. 1.* Becc. *conf. 40. n. 3. vol. 1.* Surd. *conf. 154. n. 25. & conf. 118 n. 8. vol. 2. & conf. 188. num. 8.* Cephal. *conf. 602. n. 21. lib. 4.* Tiraq. *de retractu lig. §. 36. gloss. 2. num. 44.* Menoch. *de interdict. remed. 1 recup. possess. n. 232. de arbitr. Judic. quæst. casu 166. n. 6* Maschard. *de probat. conclus. 1101. n. 13. & 14.* Farin. *in praxi crimin. part. 1. quæst. 21. n. 14.* Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib. 3. c. 15. n. 4.* Clorit. *resp. 3. n. 26 & resp. 10. n. 39.* Joan. Bapt. Costa *de facti scientia & ignor. inspect. 4. n. 2.* Negusant. *resp. 168. n. 7.* Pacif. *de Salviano interdicto inspect. 1. c. 4. num. 68.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imp. conclus. 134. n. 7.* (Quidquid enim in judicio fit, judici notorium dicitur: *c. cum olim 24. & ibi Abb. n. 3. d. V. S. Innocent. in c. ex insinuatione 50. de Appellation. Cravett. conf. 303. n. 5. p. 2. Cephal. concl. 57. n. 31. lib. 1. Conf. Arg. tom. 1. conf. 103. n. 28.*) publicato scilicet processu & post conclusum in causa, gloss. *in c. significarunt 36. de testib.* Mascard. *d. probat. conclus. 1102. n. 24.* Vincent. Carroc. *sing. 470.* Costa *d. inspect. 4. n. 2.* Pacific. *d. cap. 4. n. 66. 69. 70. & 72.* Rota *decis. 9. n. 3. p. 3. lib. 2. & decis. 1117. libr. 3. p. 3. divers.* At quoad litigantes etiam ante conclusum in causa, acta faciunt rem notoriam, cùm illa scire præsumantur. Bellamer. *conf. 40. n. 12.* Costa *d. inspect. n. 2.* Card. Tusch. *lit. N. concl. 107. n. 5. & 6.*

(Ampliatur hæc regula primo ut non tantum hoc procedat affirmativè in iis quæ actu asserunt, sed & negativè: Unde quicquid non reperitur in actis pro omisso habetur, textus elegans *in c. quoniam contra 11. de probat.* Gail. *1. O. 134. num. 15. & seq.* adeò ut, si substantiale illud sit, suspendatur sententiæ executio, tanquam in notoria nullitate commissa. *Gail. lib. 1. O. 113. n. 2. & 3.*

Exceptio seu limitatio 1. potest esse, quod in iis, quæ ad nuda narrata, velut processus ad supplicationem partis decernuntur, nullæ probationes, & ne quidem acta judicialia attendantur. *Gail. libr. 1. observ. 31. num. 9. & 10.*

2. Quod hæc regula non procedat quoad alios tertios, *Joan. Rip. in l. is apud. 2. C. de Edend. Menoch. de arb. jud. q. lib. 2. cas. 111. n. 7.*

3. Quod non procedat in alio judicio seu causa, licet eadem persona sit. *l. cum quæritur 12. de except. rei jud.* nisi 1. causa posterior pendeat ex priori velut principali *cap. Albericus 43. extra de testibus. Innocent. in cap. causam. 4. qui filii sint legitimi.* 2. nisi in civili causa quis sit absolutus & super criminali conveniatur. *vide seq. regul.* nisi primo ac tum plenariè, deinde agatur summariè. *Bart. in l. 2. C. de vi bon. rapt.*

4. Nisi acta respiciant inhabilitatem personæ, tunc enim etiam in alio judicio probant. *cap. ex parte 7. cap. super eo 13. de test. Socin. reg. 11.*

VIII.

ACTA facta in judicio civili, an & quantam fidem faciant in judicio criminali? vide Bart. *in lib. 2. §. hoc edicto n. 5.* & ibi Alex. *in addit. lit. E.* & Angel. *n. 8. ff. de vi bonor. rapt.* Boss. *in tit. de pluribus violent. nu. 117.* Clar. *in pract. § fin. q. 54. vers. item producantur.* Mascard. *de probat. concl. 34. nu. 4.* Cevall. *communium contra communes q. 296.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 1. lit. A. conclus. 91. n. 11* Sigism. Scacc. *de judic. causar. civilium & crimin. lib. 1. c. 74.* Et è contra, an acta facta in judicio criminali, probent in civili? vide Felin. *in cap. causam quæ 11. n. 23. de testibus.* Caputaquen. *decis. 57. 105. 106. & 107. lib. 1.* Mascard. *concl. 351. num. 3.* Card. Tusch. *lit. P. concl. 790.* Rot. *decis. 639. n. 3.* apud. Farin. *p. 2. recent.*

IX.

ACTA facta coram Judice seculari, an & qualem fidem faciant coram Judice Ecclesiastico? vide Capell. Tholos. *decis. 199. vers. item fuit quæsitum.* Abb. n. 10. Aretin. *n. 21.* Felin. *num. 4.* & Dec. *n. 90. cum seqq. in c. at si Clerici 4. de jud.* Card. Tusch. *lit. A. conclus. 91. n. 2.* Mascard. *concl. 33. n. 24. & concl. 149.* Menoch. *cons. 367. à n. 22.*

X.

ACTA facta in judicio summario, an & quando probent in plenario? Vide Capr. *in tract. de notor. memb. 1. n. 28. & 29.* remissive Paul. Tusch. *in singular. lit. A. n. 8.* Natt. *532. n. 10. lib. 3.* Gail. *lib. 1. obs. 103.* Mascard. *concl. 348. n. 9. & 10.* Card. Tusch. *d. lit. A. concl. 91. n. 7. cum seq.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 126. n. 4.* Valenzuel. *cons. 121. n. 105. tom. 2.*

XI.

ACTA facta in judicio possessorio, an & quando faciant fidem in petitorio? vide Put. *decis. 171. aliàs 166. lib. 1. in correctis.* Menoch. *cons. 366. n. 14. & n 40. & cons 367. num. 21.* Christoph. de Paz *in tract. de tenuta cap. 32. n. 7. cum seq.*

De Actorum editione *v. infrà* Editio.

CAP. XVI.

De Actionibus in genere, v. *infra* agens, agere, item Obligatio.

Axioma. I.

Agens & patiens debent esse discreta, seu nihil agit in seipsum. *l. ille à quo. 13. §. tempestivum. 4. ff. ad SC. ad Trebell.*

II.

Actio & passio in eodem subjecto non concurrunt. *l. Granius 71. ff. fidejuss.*

III.

Omne Agens agit propter finem, & ad eum principalis Intentio dirigitur. *Bald. ad l. 4. C. de fideicom. Scalig. de plantis, lib. 2. pag. 432. & in lib. 6. Theophrast. de caus. plant. c. 9. Electa Scaligerea sub tit.* de causa. 102.

IV.

ACTIO semel extincta non revivisci, *l. quires 98. §. aream. 8. ff. de solutionib. l. si unus 27. §. sed si pactum. ff. de pactis. l. electio 26. cum ibi notatis. C. de noxalib. actionib. l. inter stipulantē 83. §. sacram. vers. nec revocari. ff. de verb. oblig. leg. Mevius 66. §. duorum. ff. de legat. 2. leg. Hæredibus 77. ubi gloss. 1 ff. ad Trebell.* tradunt Castrens. *cons. 372. Viso puncto, lib. 2.* Tiraquell. *in l. si unquam 8. verb. suscepcrit liberos. n. 191. C. de revocand. donat.* Gam. Lusit. *decis. 162. n. 4. in fin.* Joseph. Sesse Aragon. *decis. 133. n. 9.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 1. lit. A. conclus. 116. per totam, ubi n. 3.* post Signorol. *conclus. 85. n. 1. & seq.* (ratio est, quoniam in vulgari Philosophorum axiomate habetur; à privatione ad habitum non datur regressus, Ant. Fab. *in rational. ad l. 10. §. 9. de in rem vers.*) hinc propterea colligit, quòd si statutum liberet fidejussorem, principalis debitoris persona potest haberi, eo ipso quòd est captus, fidejussor est liberatus, nec revivisci obligatio si relaxetur. (Quod semper verum manet, modo ipso jure non revivisc ere eam dicamus.)

(Ampliatur hæc regula 1. quod nec regulariter restitutioni locus sit, *l. 98. §. 8. de sol.*

Exceptio 1. quod aliquando actio restituatur ipso jure, & restitutoria actio dicitur, de qua re est *l. 1. §. ult. l. 8. §. 3. & seqq. ad SC. Vell.*

2. Aliquandò officio prætoris; qui ob summam æquitatem dat restitutionem in integrum, vel ob favorem agentis, puta minoris, Ecclesiæ, Reipublicæ, justè absentis; vel ob odium dolosi, absentis, terrentis, vel favorem causæ ob enormissimam læsionem, aut aliam justam causam, qua de re est *lib. 4. Digest. & tit. C. de his quæ vi metusque caus. cum seqq.*]

V.

Quoties æquum est dari actionem, & nulla tamen in jure reperitur, toties conceditur actio in factum.

VI.

ACTIONES suas remittentibus non est dandus ad eas regressus *l. quæritur. 14. §. si venditor. 9. ff. de ædil. edict. l. fin. C. de remiss. pignor. §. si. quis itaque Instit. de bonor. possess. cap. ex transmissa 3. de renunciat. cap. ex ore 17. de privileg. cap. quàm periculosum 8. caus. 7. quæst. 1.* tradunt Tiraquell. *de retractu lig. §. 1. gloss. 9. n. 119.* Covar. *var. lib. 2. cap. 4. n. 1.* Surd. *decis. 231. nu. 13.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 13. n. 8.* Thom. de Thomass. *in floribus legum, reg. 272.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 1. n. 14.* Joan. Anton. Mangil. *de Imput. quæst. 91. num. 7.*

VII.

Sine actione nemo in judicio experitur, nec alium cogere potest. *l. si pupilli 6. §. videamus 12. ff. de negot. gestis. l. quoties. 9. §. item si temporali. 2. de admimstr. tutor.* tradunt Rom. *cons. 22. Propositæ, n. 4.* Anch. *consil. 119. Pluribꝰ de causis, in pr.* Jas. *in l. si Titius 9. n. 3. ff. de verbor. obligat. & in l. ubi pactum 40. n. 10. C. de transact.* Matthesil. *sing. 7.* Castrens. *cons. 250. Viso puncto, in princ. lib. 2.* Alexand. *cons. 166. lib. 6.* Cravet. *cons. 191. in princip.* Tiraquel. *in l. si unquam 8. verb. revertatur. n. 345. C. de revocand. donat.* Anton. Gomez. *tom. 2. var. cap. 11. n. 24.* Soar. de Pace *in pract. tom. 3. in init. num. 5.* Joseph. Sesse Aragon. *decis. 189. n. 2.* Anton. Monach. Florent. *decis. 70. num. 20.* Card. Tusch. *d. lit. A. conclus. 109. n. 5.* Card. Seraphin. *decis. 649. n. 1.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 3. resolut. 41. num. 2.*

Pere-

Peregrin. *consil.53. n.30. lib.1.* Giurba *in consuetud. Messanens. cap.7. Gloss. 10. n.1. & seqq. & decis.17. n.14. & decis.71. n.2.* [Nam reus absolvitur, quando actor intentionem suam non implet, *l. ult. C. de R.V.* per obligationem autem quæritur actio *l licet 42. § ea obligatio 2. de procurat.* Et non præcedente obligatione non datur actio. Rota Genuens. *decis.14. n.30.* Gail. *2. obs. 17. num.3.*]

Amplia in tantum, carentem actione non posse agere, ut Judex debeat talem actorem repellere, si sibi constat ex confessione vel exactis quod caret actione. Jas. *in l. ubi pactum 40. C. de transact. n.11 vers. nota ergo.* ubi *n.19* subdit, quod si judex non repellat, tenetur in syndicatu, Castrens. *d. cons. 250. in princ. lib. 2.* Alex. *d. consil. 166. n.4. vers. imo Judex, lib. 6.* Tiraq *d. verb. revertatur. n.346* Cardin. Tusch. *d. concluf. 109. n.14.* Etiam parte non opponente, imò & illa consentiente, adhuc enim pars ipsa non posset audiri, quando omnino deficit actio, quæ nata non sit, Bart. & alii *in d. l. ubi pactum.* Alex. *cons 136. n.9. lib. 2.* Ruin. *cons 190. n.9. lib.1.* Cravett. *cons. 91. in princ.* Card. Tusch. *d. concluf. 109. n.29.* Procedit etiam coram arbitro & arbitratore, Castrens. *d. cons. 150. in princip. libr. 2.* quem refert Card. Tusch. *dict. concluf 109. n.37.*

[Amplia secundo, quod idem procedat in exceptionibus. Nam sicut nemo sine interesse agens auditur *l. si patroni 55. §. qui fidicommissam. 2. ibi secundum quæ & ibidem Alex. ad SC. Treb. add. l 3. §. 1. l.38. §. alteri. 17. de V. O. l. qui fundum 32. locati. l. si procuratorem 8. §. Mandati. 6. Mand. Cujac. ad l.7. de Ann. leg.* & prolixè tractatum est à Tiraq. *de retract. §.1. sup. verb. à vendit. gloss. 2. n.53. & infr. le mort. saisit in 4. declarat. 2. part. n.2.* ita & nemo sine interesse excipiens audiri debet, Borch *de pact. c.5. n.53.*

Amplia tertiò de actione inepta: quotiens enim factum actioni non congruit, reus est absolvendus, vid. Gail. *de arrest. c.5. n.10. & seqq.* ut & si nullum adest concludendi medium *c. 6. de jud. junct. c. ult. de libell. oblat. & Gail. 1. obs. 61.* vid hac de re amplius *infr. c.35.* quod adeò verum, ut licet etiam rei exceptio nullius sit momenti, idem tamen si dicendum *cap. 15. de jud.*]

Limita in iis, quibus dictat ratio naturalis, licet deficiat actio, vel sit sublata de facto, quia tunc datur executio Manu Regia, prout dabatur antequam esset actio inventa Alex. *cons. 134. Animadversis. num. 41. vers. non obstat. & num. 43. lib. 6.* quem refert Card. Tusch. *d. concluf. 109 num.43.* Et in repræsaliis, quæ conceduntur sine actione & sine officio Judicis, sed Manu Regia, prout de Jure gentiũ omnia Manu Regia exercebantur, Bartol. *in tract. repræsaliarum, in 3. quæst. n.2. ver. ad primum, in fin. & quæst. 4. in princ. vers. ad primum.* ubi Apostil. *in verb. Manu Regia.*

Limita etiam in habente obligationem annuam, quia potest hodie agere, ut cùm venerit dies, debitor solvat, dummodo non ultra quadraginta annos, ut per Cravet. *de antiquit. temp. p.5. §. materia ista. num.35.* Card. Tusch. *d. concluf. 109. n.45.*

Limita quoque, quia sine actione quis experitur officio Judicis contra eum, ad quem res mea devenit ex causa lucrativa sine culpa mea, quia ago contra eum ex æquitate, *l. si me & Titium 32. ff. si certum pet.* Anch. *cons. 23. nu. 11. vers. ad secundum,* Ægid. Bullam. *cons. 39. num. 2. vers. nec obstat lex* Card. Tusch. *d. concluf. 109. n. 46.* ubi *n.50.* post Jason. *in §. superest. n. 111. Instit. de actionib.* limitat etiam quando non est sine actione, sed bene exercitium actionis impeditur, ut quia agens non implet, vel non facit quod debet, quia tunc admittitur moræ purgatio; & *n.53* post Alex. *cons. 177 in fin. lib. 2.* subdit ad hoc sufficere, si superveniat ipsum exercitium ante conclusum in causa.

Limita denique quando subest spes quod ex facto de præterito actio orietur, Boër. *decis 16. n.30.* Surd. *decis. 6. n. 1. & decis. 44. n.22.* Costa *de retrotract. cas. 2. c.8 n.14. & casu 30. cap.8. num. 10.* Giurba *d. decis. 17. n.2.*

VIII.

ACTIONEM habens rem habere dicitur *l rem in bonis 52. ff. de acquir. rerum domin. l. is qui actionem 15. ff. de reg. Jur. l. id apud se 143. ff. de verb. signif.* tradunt Bertazol. *de clausul. instrum. clausul. 27 gl. 6. n.3. & in repet. l. si quis major n. C. de transact. n.612. cum seqq.* Menoch. *cons. 77. num. 17.* Joan. Franc. Leo *in Thesauro fori eccles. p.4. cap.*

cap.1.n.3. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſiaſt. deciſ.214.n.291.in 1. edit. aliàs reſolut.139.num.5.in 2.edit.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ.c.136.n.5.* (minus tamen revera eſt habere actionem, quàm rem ipſam. *l. 204. de Reg. Jur.*)

IX.

ACTIO cui conceditur, multò fortiùs retentio, *l. per retentionem 4. C. de uſuris.* Rot. Bononienſ. *deciſ. 77. n. 4.* Facilius enim conceditur retentio, quàm actio. *l. patre furioſo 8. ff. de iis, qui ſunt ſui vel alieni juris. l. pluribus 140. ff. de verbor. obligat.* Surd. *de aliment. tit. 5. quæſt. 7. n. 12. & tit. 8. privileg. 28. n. 3.* Cald. Pereira *de renovat. emphyt. quæſt. 7. n. 28. verſ. pro hoc. & de poteſt. eligendi. c. 10. n. 27.*

(Limita hanc regulam in materia dotis, cujus retentio marito non datur, licet habeat ob impenſas actionem, *vid. text. elegantem & rotundum in l. un. § 5. C. de rei uxor. act.* item legatorum. *l. 1 § 2. quod legat.*)

X.

ACTIO, cui conceditur, multò fortiùs exceptio, *l. 1. § qui ſuperficiem 1. de ſuperficieb. l. invitus 156. §. cui damus 1. ff. de Reg. Jur. cap. qui ad agendum. 71 eod. tit. lib. 6* Palat. *in repet. cap. per veſtras. 7. de don. inter virum & uxorem §. 8. n. 2.* ubi limitat Surd. *conſ. 377. n. 45.* Vide infrà *ſub. verb. Exceptio. n. 1.* Leo Valentin. *deciſ. 47. n. 14. lib. 2.*

XI.

ACTIO eſt inanis, quam excludit inopia debitoris, *l. nam is 6. ff. de dolo. gloſſ. verb. non eſt in leg. 1. ff. ſi ventris nom. mul. cap. olim 16. de reſt. ſpoliator.* Marches. *de commiſſ. p. 3. c. 1. n. 49. p. 315.* Bellet. *diſquiſit. clerical. q. 1. tit. de Clerico debitore §. 1. n. 3.* vid. *omnino ſupplementum in voce inopia.*

XII.

ACTIO perſonalis non datur contra tertium poſſeſſorem, *l. fin. §. fin. de contrah. empt. l. 1. §. ſi hæres. 16 ff. ad. SCt. Treb. l. eum cui 13. C. de action. & oblig.* Surd. *deciſ. 52. num. 3. & deciſ. 173. n. 9. & deciſ. 236. n. 8. & de aliment. tit. 8. privileg. 48. n. 34. & privil. 51. num. 2.* Cardin. Seraphin. *deciſ. 168. n. 1. & deciſ. 529.* Mar. Anton. *var. reſol. lib. 2. reſolut. fin. caſu 42. verſ. & licet.* Et illa quæ debetur reſpectu rei, tollitur re perempta, *l. Titiæ textores 36. §. fin. de legat. 1. l. in navem 31. ff. locati. l. 1. in fine C. de Jure emphyteut.* Anton. Gom. *variar. tom. 2. cap. 3. n. 18.*

CAP. XVII.

De Actionibus ſeu Judiciis.

Axioma I.

Actio contractus rarò datur ad reſcindendum contractum *l. venditi 6. C. de Act. Emti.* ſed regulariter ad implementum contractus agitur; At cum ad reſciſsionem agimus, ordinariè conditione uti ſolemus, *l. 1. 2. & paſſim de rer. permut.* Weſenbec. *in Comm. C. ad l. 1. de cond. ex L. num. 37.* ratio, quoniam eæ actiones ad conſervandos contractus, non ad eos reſcindendos ſunt inventæ. *l. 11. §. 5. & ſeq. de A.E.*

Fallentiam ſive limitationem hujus obſervationis vid. *in d. l. 11. §. is qui vina 6. de act. Emti.*

II.

Nemo ad agendum cogi debet. *l. un. C. ut nemo invitus agere.* Ratio eſt: quia judicia ſunt quoddam genus contractus, *l. 3. §. idem ſcribit. 11. de pecul.* Ut igitur contrahere nemo invitus cogitur, *l. invitum 11. C. de contrah. empt.* ita nec agere, Weſenb. *in Comment. Cod. d. t.* quemadmodum nec alias quisquam ſuo jure uti compellitur. *l. 41. de Minor.* Faber. *in rat. decid. ad l. 2. de L. commiſſ.*

Ecipe (1) niſi quis expreſsè vel tacitè ad agendum ſe adſtrinxerit, *ut in l. Julianus 13. §. penult. de act. emt.* Carpzov. *p. 1. conſt. 7. def. 27. vid. ſupr. de Accuſat.* vel (2) ratione officii (ut tutores & curatores) ad hoc obligatus ſit, *l. 1. Cod. de his quib. ut indign.* Plur. vid. apud Weſenb. *dict. loc.* Pacium & Perez. *ad d. tit.*

III.

De improbitate ſua nemo actionem conſequitur textus rotundus *in l. 12. §. 1. de furt. l. 76. §. 1. eod. l. 134. §. 1. de R. I.* Cellus Bargalius *de dolo lib. 6. reg. 48. num. 3. adde infra 4. 12. 7.* Ratio eſſe videtur, quia jura non favent malitiæ. Hinc generaliter proditum eſt, indemnitatis promiſsionem locum non habere in maleficiis, *l. 20. §. fin. de fidejuſſ. & ibidem Bart.* imò ubi actor & reus doloſè agunt, melior ſemper eſt conditio excipientis quàm agentis, textus in terminis, *l. 4. §. 13. de dol. except.* cum quo concordat Jus Canonicum. *c. 38. de except.* Klock. *de contrib. c. 17. num 282. & ſeqq.*

Limita tamen hanc regulam, quòd ea procedat, ubi directò & immediatè agitur ex delicto ut *in d. l. 12. §. 1. & l. 76. §. 1. de furt. l. 134. §. 1. de R. I.* non etiam ubi per medium contractus actio poteſt competere: ſic fu- & prædoni datur actio commodati *l. 16. com-*

commod. ubi Fab. *in rational.* item depositi, *l.31.§.1.depositi.*add. *l.5.§.1. de Calumniat. ubi d. ad l.1.§. ult.*Frantz. *exerc.12.q.3.*

IV.

Genus actionis diligenter investigandum, Gail.*1.observ. 61.*& Dd. *in l.3.C. de Ed.* Ratio exponitur *in l.scire debemus 29. de V.O. l.pluna delicta 53. de Obligat. & Act.* quoniam ex diversis factis diversæ nascuntur actiones secundum omnes causarum figuras, unde & singulæ causæ singularia habent requisita, quæ temerè permiscerì non debeat, Gail. *de arrest. c.5. num. 6.* Licet enim actionis nomen hodie exprimi amplius non sit necessarium, *cap. 6. extra de judic.* subesse tamen omnino justum concludendi medium debet, *c. ult.extra de libelli oblat.* Unde tutius, ut, quotiens incertum quo actionis genere uti debeamus, præscriptis verbis judicio experiamur, quod consilium suggerit Ulpianus *in l. 1. de æstimat. action.l.17.de præscript. verb.* & Africanus *in l. 24. d. t.* sicut si ambigitur certi an incerti agendum sit maximè Triticiaria condictio eligenda, prout docet Vultejus. *2. Jurispr. Rom.c.15.v. omnino præf.Harsolti ad tit. de action.*

V

Nemo sine causa recte agit, sed ea semper est exprimenda.

Declaratur hæc reg. quod in actione personali sufficiat dicere causam remotam, ex qua quid debeatur, velut contractus vel delicti, cum ex hac satis pateat de causa proxima, veluti obligatione : at in judicio reali proxima, dominii nempe causa venit exprimenda, remota non item. Nec inutilis hujus rei doctrina, quotiens enim in reali judicio non exprimitur causa proxima, omne jus suum actor in judicium deduxisse videtur, & sic quamcunque deinde causam probaverit obtiner, quod si autem defecerit, semper actori obstabit exceptio rei judicatæ. *l.14.§.2.de Except. rei jud.* Contra si causa quoquè remota fuit expressa, victus ex alia causa petere non prohibetur. *cap. ult. extra de causa poss. & propriet.*

VI.

Regulariter actiones transitoriæ ad heredes eadem qualitate transeunt, qua fuerunt apud defunctum. Ratio est,quoniam ejusdem conditionis est heres cum defuncto. *l.heredem. 59. de R. Jur.* nec variatur obligatio ex persona heredum. *l. 2.§.ex his. de V. O. Surdus de aliment. tit. 6. quæst.8. n.5. Carpzov. p. 2. Const. 10. def.24.n.5.*

Limitatur tamen regula 1. in heredibus ejus qui magistratum gessit: licet enim ipse magistratus teneatur ex lata & levi culpa; rectè tamen heres non nisi ex lata defuncti negligentia conveniri potest. ut patet ex *l. 2. C.de magistrat. conven. & l. 4. ff. eod. tit. 2.* fallit in heredibus tutoris, qui non obstante, quod defunctus levem præstabat culpam,non nisi ex lata tamen conveniri queunt. *l. 1. C. de hared.tut.und. Salycet.ad l.17. C.de neg. gest. n.2.*notat mirabile esse ac peculiare, quod actio quæ contra defunctum pro lata & levi culpa competebat, contra heredem pro levi defuncti culpa intentari non possit.

Ratio hujus singularis limitationis peti posse videtur ex *leg.5.§.2.10. & leg.18. Commod.leg.§. duodecima. de legat.1.l.* ubi ea proponitur regula, quod quotiens in contractu utilitas tantum versatur ejus cum quo contrahitur, dolus tantum veniat præstandus & lata culpa: Hujus ergo beneficii & magistratus & tutor merito debebant esse participes, qui præter rationem utiliratis tantum in personam pupilli redundantis etiam ex officii necessitate, quod nemini debet esse damnosum. *l. 7. quemadm. testam. aper.* obligantur. Sed quoniam utilitas publica, & favor pupillorum contra communem juris rationem hoc induxit, merito restringendum, nec ad consequentias fuit producendum secundum doctrinam. *l. 14. l. 39. de legibus*

VII.

Actio per alium non acquiritur. *l.38.§. alteri.17. de Verb. Oblig. l.126.§. 2. eod. tit.§. pen.Inst. per quas pers.* Exceptio nisi persona sit juri tuo subjecta, §. 4. *Inst. de Inut. stip.* plures exceptiones notari possunt *ex l.10. de pact. dot.l.15. de constitut.pec.l.pen. C. ad exhib. l.3. C. de donat. quæ sub modo.* & ferè plerumque ex procuratoriis contractibus utilis nobis nascitur actio, directa penes ipsum procuratorem manente, nisi ut nudus nuncius intervenerit, tunc enim & directa transit, *l.ult.quod jussu.*

IIX.

Actionem exercentes causam nostram non facimus deteriorem, sed meliorem. *l. 86. & 87. de reg. jur. l.29. de Novat.* Hæc regula locum habet in variis juris articulis: sic v. c. litis contestatione actiones anno vel morte rei perituræ perpetuantur. §. *1.Instit. de perpet. & temp. act.l.9.§.3. de Jure jur. l.2.Cod. Quand.lib. Principi oblatus.2.* Actiones quoque 30. tantum annos duraturæ post litis contestationem intra 40. demum annorum lapsum præscribuntur. *l. ult. C.de præscript.30.ann.* denique præscriptio hoc modo interrumpitur, & domino jus suum salvum & integrum servatur. *l. 1.2. Cod. de præscript. long. temp.*

CAP. XVIII.

De Actionum Cumulatione,

Axioma I.

Actionum cumulatio regulariter est permissa. Fundamentum hujus regulæ reperire licet in *l. 11. de Jurisdict.* Ratio consistit in favore dirimendarum litium, cum multo

multo citius & molestiis & sumptibus litis defungatur actor, si actiones simul proponat & persequatur, quam si una post aliam experiatur, *Zang. p. 2. de except. c. 29. n. 2.*

Unde semper permissa esse actionum cumulatio in dubio creditur, nisi expresse prohibita esse reperiatur. *Francisc. Marc. Delp. vol. 2. Decis. 910. num. 8. Jacob. Menoch. 6. præsumpt. 16. num. ult. Petrus Jacob. in prax. rubr. 97. num. 2. Zas. in §. fin. minus. num. 12. vers. an autem ista cumulatio. Instit. de Act. Reuss. 2. cons. 1. num. 18. & 50.* Ex quo sequitur quod alleganti ineptam cumulationem incumbat probatio, in casu proposito esse ineptam. *Reuss. de loc. n. 59. & 60. Cravet. cons. 845. n. 6. vers. unde qui prohibitam.*

Limitatur tamen hæc regula, 1. si prohibita seu inepta est cumulatio, quod tribus modis potest contingere, prout hanc doctrinam congessit *Joh. Pet. de Ferr. in form. act. nat. num. 9. & seqq.* eumque secutus *Tiberius Decian. vol. 5. Resp. 26. num. 44.* (1.) quando plures actiones ex eadem causa descendentes unius electione tolluntur. *l. quod in hærede 9. §. eligere 1. ff. de tribut. act. l. nemo 43. §. quotiens de R.I.* (2.) si plures actiones sunt contrariæ. *l. 1. C. de furt. l. eum qui 14. & l. contra majores 16. Cod. de inoff. test.* (3.) si plures actiones ita se habent, quod sententia lata in una pariat exceptionem rei judicatæ in alia. *l. fundi 18. l. fundum 16. ff. de except.*

Declarantur tamen hæ limitationes, quod tum demum possint procedere, quotiens cumulatio actionum copulativa non disjunctiva seu alternativa intervenit, nam quandocunque dubitat actor quo genere actionis uti debeat, recte etiam incompatibiles actiones, sed alternative, cumulat cum protestatione, se ex una earum jus suum consequi velle. *l. 1. §. 4. Quod legat. Gail. 1. O. 63. num. 3. Zang. de except. p. 2. tit. 18. n. 15.*

Limitatur 2. ratione personarum si diversi rei sint, tunc enim si causæ obligationum omnino sunt diversæ, nulla datur actionum cumulatio, prout recte docent *Speculator lib. 4. p. 1. tit. de libell. concept. §. ad hujus 15. num. 13. ibi eadem etiam quæstio, & seq. Baldan l. ad officium 3. C. Comm. divid. n. 1. Aug. Perusin. cons. 229. num. 1. vers. quia plures ex divers. caus.* quod si autem causæ adest connexio, recte plures actiones in eodem libello contra diversos intentantur. textus ad hanc rem singularis *in l. 24. §. 4. ff. fam. erciscundæ.* Quod iterum fit ob diriimendas lites, quas ibique præcidere publice interest. *l. 13. C. de re jud. l. 10. 16. C. de transact.* 2. quia hæc cumulatio actori prodest, reis non nocet; quilibet autem id pati debet quod agenti prodest, sibi non nocet. *leg. 38. sub fin. ff. de evict. Lud. Rom. cons. 240. num. secundo Menoch. de adipiscend. poss. rem. 4. num. 765.* Denique quia ipsa connexitas causarum id suadet, sic multa fiunt per consequentiam quæ per se fieri non potuissent. *arg. l. 1. 7. de auct. tut. l. 29. de lib. leg. Mind. de contin. causæ. libr. 3. c. 23. num. 2. Cravett. consil. 203. num. 36.* add. late hac de re differens *Dn. Carpz. lib. 2. Resp. tit. 4. Resp. 53. & 54.*

CAP. XIX.

De Actione directa & utili.

Axioma I.

Quotiens deficit actio vel exceptio directa, utilis actio vel exceptio est. *l. 21. ff. de præscript. verbis:* Sensus hujus regulæ, quod quandocunque in jure specialis & formalis actio in jure expressa non est, detur generalis præscriptis verbis, quæ & in factum dicitur. Imò hæc actio sæpe ad exemplum alterius actionis utilis ex ipsa lege directo non competentis dari solet, exempla *in l. 1. §. 7. de eo qui pro tut. leg. 1. C. de magistrat. conven. §. ult. I. ad L. Aquil.*

II.

In extraordinariis judiciis (sicut hodie sunt pleraque omnia. *§. ult. Inst. de Interdict.*) nihil interest inter actionem directam vel utilem, sed utraque ejusdem potestatis esse solet, eundemque habet effectum. *l. 47. de N. G.* Aliud hujus rei exemplum desumi potest ex *l. 3. §. 13. ad SC. Vellej.*

III.

Actio & utilis & directa quando concurrunt, præfertur directa, *l. 1. §. 2. de loco pub. fruendo. l. 3. C. de novat.*

Limita 1. nisi ad eum qui habet actionem utilem principalis causa pertineat, qui vero directam habet sit minus principalis. *l. 27. §. ult. de procurat. l. 19. C. de usur.*

2. Limita nisi à principali possessionem vel quasi nactus sit, *l. 4. C. quæ res pignor. l. 20. ff. de pignoribus.* & textus est clarissimus in *leg. 1. §. 4. de superficiebus.*

IV.

Quandocunqve actio utilis competit ex æqvitate causæ, directa non datur, *l. 8. C. de pact. convent.*

CAP. XX.

De Actionibus civilibus & prætoriis.

Axioma I.

Regulariter quando civile est remedium non datur prætorium, §. *Inst. de Act. l. 3. §. 1. Naut. Caup. stab.* Dixi regulariter, nam utilitatis causa prætor etiam suas proponit actiones, utut civilia remedia suppetant. *d. l. 3. §. 1.* Exempla in jure passim extant, *præter d. l. 3. §. 1. l. 15. §. 26. de injur. l. 13. §. 2. de usufruct. l. 76. §. 8. de leg. 2.*

II.

Actio civilis plenior est quam prætoria. *l. 28. pr. de leg. 1.*

Declarat. *Don. lib. 8. Comm. cap. 11.* hanc regulam de actione pœnali ex delicto, quæ regulariter annum tantum durat, sicut & jurisdictio prætoria tantum est annua: secus statuendum putat, si loquamur de actione prætoria, quæ rem persequitur, cum & hæc perpetua sit.

CAP. XXI.

De Actionibus bonæ fidei.

Axioma I.

Negotium bonæ fidei requirit exuberantem bonam fidem, ex qua substantiam agit.

Unde est, quod omnia pacta bonæ fidei contraria irritentur, *l. 11. §. ult. de Act. Empt.* Imò si dolus causam contractui dedit, faciat irritum contractum ipso jure, sin vero inciderit in negotium actione ipsius contractus, dolus veniat vindicandus, secus quam in stricti juris negotiis, *l. 7. princ. §. 3. de dol. leg. 3. §. ff. pro socio. leg. 1. C. de jure dot.*

II.

In bonæ fidei negotiis officium judicis tantum valet, quantum in strictis præstat expressa stipulatio: fundamentum hujus reg. est in *leg. 7. d. N. G. jung. leg. 24. ff. depos.*

Praxis hujus regulæ ea, quod dolus incidens veniat in act. bonæ fidei *d. l. 7. §. 3. de dol. l. 1. C. de Jur. dot.* quidquid moris & consuetudinis committatur non secus ac si cautum esset. *leg. 31. §. 20. de ædil. ed.* Denique mora committatur extrajud. argum. *l. 3. §. 2. Commod. l. 17. §. 3. l. 32. §. 2. de usur. l. 38. §. 7. & seqq. l. 13. C. eod.*

CAP. XXII.

De Actionibus stricti Juris.

Axioma I.

In stricti juris negotiis quidquid adstringendæ obligationis est, id si non exprimitur, pro omisso habetur. *l. 99. de verbor. obligat.* Unde in obscuro semper verba contra stipulatorem sunt explicanda, utputa, qui legem contractus apertius dicere potuisset. *d. l. 99. & l. 38. §. 18. de V. O. leg. 26. de reb. dub.*

Limitatur 1. nisi aperta sint verba conventionis; ut puta, si quis vestem, quæcunque muliebris est, spondens, hanc vel istam dare nolit. *vid. dict. leg. 99. & l. 110. §. 1. de V. O.*

2. Nisi per talem interpretationem ipsum negotium corruat, *l. 80. de verbor. oblig.* ita enim actus omnes interpretandi, uti potius valeant quàm irritentur. *vid. infr. in c. actus.*

II.

In strictis juris actionibus judex præcisè debet inhærere petitioni. *l. ult. C. fideicommiss. lib.*

Limita 1. quod ob favorem dirimendarum litium judex possit condemnare in partem confessam, reservando parti jus integrum in parte dubia, *l. 2. 1 de reb. Cred.*

Limita 2. quod necessitate suadente etiam loco rei, quæ in petitionem venit, judex condemnare partem potest in æstimationem. *l. 22. de R. C.* quo tamen in casu actio stricti juris videtur degenerare in arbitrarium.

CAP. XXIII.

De Actionibus ex delicto.

Axioma I.

Actiones ex delicto non transeunt in heredes, *l. un. C. ex delict. defunct.* Ratio, quia delicta debent tenere suos auctores, *l. 22. C. de pœnis.* quare jus repræsentationis, ubi hæres eadem cum defuncto persona esse censetur, locum non habet in delictis, ob quod jus actiones in heredes alias derivantur.

Amplia-

Ampliatur hæc regula, 1. qvod ea locum qvoqve habeat in qvasi delicto. *leg. 15. cum l. seq. de jud. l. uit. § . hæc judicia: Naut. caup. stab.*

Ampliatur 2. qvod id verum sit non tantum qvoad actiones pœnales *per §. 1. Inst. de perpet. & temporalib. act. l. III. §. 1. de Reg. Jur.* sed etiam procedat qvoad rei persecutorias. *d. l. un. C. Ex del. def.*

Limita 1. nisi lis fuerit vivo adhuc delinqvente contestata. *l. 26. 58. de O. & A. l. 87. de R. I. § 1. Inst. de perpet. & temp.* vel pro contestata habita *l. 33. de O. & A.* litis enim contestatione qvasi contrahitur *l. 3. §. 11. de pecul.* unde post litis contestationem heres qvasi ex contractu convenitur, ubi jus repræsentandi locum habet. Declaratur tamen hæc limitatio, qvod procedat tantum in civilibus, non in publicis aut criminalibus *l. 20. de Accus. l. 3. 5. C. si Reus vel accusator.*

2. Nisi qvid ad hæredem pervenerit *l. 15. §. 2. l. 17. §. 1. de dol.*

3. Nisi per delictum res ipsæ fuerint affectæ. *l. 3. §. 5. Qvod qvisqve juris. & ibi Cujac. l. 22. de Senatusc. Syllan.*

4. Aut deniqve fuerit inter crimina excepta, ut puta furti, *l. 9. de condict. furtiva*, & ex publicis, perduellionis, *l. ult. ad L. Jul. majest.* repetundarum *l. 20. de accus.* peculatus & de residuis. *l. ult. ad L. Jul. pec. add. omnino Carpz. part. 4. jurispr. fer. const. 12. def 9.*

CAP. XXIV.

De Actore.

Axioma I.

Plures tutores simul agere non possunt. Fundatur hæc regula *in l. 24. §. 1. de Administr. & per. tut. & curat.*

Declaranda tamen ea est, qvod procedat non de simplici & absoluta impossibilitate, qvasi salvo juris ordine plures agere non possent, sed explicanda tantum de commoditate, qvod scilicet unus facilius agat qvàm plures *l. 3. §. 6. Eod. tit. de Administr. & per. tut. & curat. ubi v. Cujac. in Paulo ad d. l. 24. §. 1*

II.

Pluribus Actoribus concurrentibus is præfertur, qvi est idoneus, *leg. 2. de popul. action.*

Idoniorem autem judex eligat, consideratis omnibus circumstantiis, ætatis & morum, *l. ult. de colluf. deteg.* & præcipuè actionem permittet ei, cujus maximè interest, *d. l. ult. 1. l. 3. de pop. act.* seu ad qvem maximè res pertinet. *leg. 3. §. 12. de lib. homine exhib.* puta, qvod qvis consangvinitatis vel affinitatis causa agere debet, *l. 5. §. 1. de his qvi effud.*

III.

Actor paratus veniat ad judicium: textus elegans est *in l. 42. vers. nam plane qvi agit, certus esse debet. de Reg. Jur.* Ratio, qvia actor in sua potestate habet, qvando agere velit, *d. l. 42. l. 5. §. ult. de doli mali & metus exceptione.* secus ac in persona rei. *d. §. ult.* & ideò qvi agit, debet ipse venire instructus & paratas habere probationes, non ab adversario petere *l. 4. C. de Edend.* Concludit qvoqve ex hoc Donellus 26. *Comm. 3.* Actorem victum nunqvam justam litigandi habuisse causam: qvod tamen vitiosum, & sanè plures litigandi justas causas, qvas actor potest prætendere, exponit Meierus *in C. I. A. de re jud. th. 26. n. 9. add. Umm. de process. disput. 22. th. 8. n. 29. & seqq.*

IV.

Actor potestatem agendi habet, qvando vult, non etiam reus exceptionem suam proponendi. Hinc est qvod actioni præscribatur, cum exceptio sit æterna, *l. 5. §. ult. de doli mali & metus exceptione.*

Sunt tamen qvædam exceptiones, qvæ & in modum actionis possunt proponi, velut exceptio non numeratæ pecuniæ, dotis & similes, qvæ non minus qvam actiones ipsæ possunt præscribi. *t. t. ff. & C. de non. num. pec. & §. un. Instit. de lit. oblig.*

Itidem hic notare licet, qvod qvando actor dolo se cessat agere, dum forte reo exceptionis suæ probationes pereant, reus adire judicem eiqve suam exceptionem indicare potest, petereqve, ut cogat actorem intra certum tempus, experiri sub pœna perpetui silentii, qvam cautelam insinuat *C. I. A. de doli mali & met. except. th. 5. in fine.*

V.

Actor anteqvam agat prius reum amice admonere debet, *cap. 13. de jud. l. 13. de Serv. Præd. Urb.*

VI.

ACTOR debet seqvi forum rei, *l. in criminalis. C. de jurisdict. omnium Judic. l. Juris ordinem 2. C. eod. tit. l. fin. C. ubi in rem actio. leg. 2. C. ubi & apud qvem. cap. experientiæ 15. & cap. si qvisqvam 16. caus. 11. q. 1. cap. sane 3. cap. cùm sit generale. 8. c. si Clericus 5. de foro compet.* Forum autem est, ubi domicilium. *l. 2. C. de jurisd. omn. jud. Donell. 17. comment. cap. 17.* Ordin. Regis

Lusitan. *lib. 3. tit. 11. tit. in princ.* & apud Hispanos *l. 32. tit. 2. part. 3. & l. 8. & 9. tit. 3. lib. 4. novæ recompil.* Angel. *cons. 122. Qvia debitum. in princ.* Socin. *reg. 10.* Rom. *cons. 412. per totum.* ubi latè Oldrad. *cons. 83. n. 8.* Roland. *cons. 23. n. 8. & 12. lib. 2.* Gutier. *Canon. lib. 1. c. 34. n. 8.* Surd. *cons. 266. n. 8.* Carol. Bartel. *cons. 19. num. 14.* Casp. Thesaur. *qvæst. forens. lib. 2. c. 15. num. 6.* Petr. Anchar. *consil. 57. Qvædam. in princ.* Bruno à Sole *in locis communib. verb. actor. 2.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocator. eod. Verb. num. 5.* Anton. Oliban. *de jure fisci. cap. 11. num. 12. pag. mihi 201.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum. reg. 9.* Joseph. Sesse *de inhibitionib. c. 8. §. 3. num. 7. & c. 26. num. 3.* Castill. *lib. 3. qvotidian. c. 25. num. 8.* Joan. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p. 2. c. 14. num. 18.* Franc. Molin. *de brachio seculari. c. 35. num. 2.* Mari. Anton. *var. resol. lib. 1. resol. 25. n. 1.* Seraphin. *decis. 1018. num. 1.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 1. lit. A. conclus. 122* Aloys. Ricc. *in collectan. decis. p. 5. collect. 1930.* D. Barbos. *in l. hæres absens 19. §. proinde. num. 8. cum multis seqq. ff. de Judic.* Glorit. *resp. 13. num. 1.* Hermosil. *l. 32. gloss. 1. num. 308. tit. 5. part. 5.* Valenzuel. *cons. 138. num. 36. tom. 2.* Limita in casu *l. diffamari 9. C. de ingen. & manumiss.* Cov. *var. lib. 1. cap. 18. n. 3. & seqq.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 1. tit. de diffamat. resolut. 1. num. 6.* Marta *in vœis novissim. decis. voto 95. n. 4. & 5.*

(Amplia qvod hoc procedat etiamsi actor sit persona privilegiata. *l. 2. C. de Primipil. lib. 12.*

Limita 1. nisi actor sit clericus, *c. 8. 9. fin. extra de for. compet.*

2. Nisi causa sit Ecclesiastica, *c. 21. extra de Jure patronatus.*

3. Si studiosus litigat. *aut. Habita. C. Ne filius pro patre.*

4. Limita nisi de ratiociniis reddendis agatur. *l. 2. C. ubi de ratiociniis.* qvæ ibi vult rationes reddi, ubi administratio gesta. adde Carpz. *2. cons. tit. 2. cons. 33. n. 15.*)

VII.

ACTORE non probante reus absolvitur, *l. est & decretum. 25. ff. de jure fisci. l. ult. C. de rei vindicat. l. qui accusare 4. C. de edendo. l. actor 23. C. de probat. l. 1. C. de alienat. judic. mut. causa facta. §. retinendæ. Instit. de interdictis. cap. ult. caus. 6. q. 5. cap. cum Ecclesias. de causa possess. & propriet. cap. ult. §. sanè, de jurejur. cap. unic. vers. cum enim juris sit. ut Ecclesiast. benefic. cap. inter dilectos 6. de fide instr.* exornant Duen. *reg. 22.* Hippol. *sing. 169. & seq. & in l. unius 18. §. in ea causa. n. 3. & 4. ff. de qvæstion. & in l. de minore 10. §. tormenta. ff. eod. tit.* ubi ampliat duobus modis, & limitat qvindecim modis, Hieron. de Monte *de finibus regundis, c. 48. à num. 41.* Cov. *var. lib. 1. cap. 1. num. 8.* Mathesil. *sing. 17.* Joan. Garc. *reg. 7.* Bald. *cons. 481. lib. 2. & consil. 401. Præmittendum est lib. 4.* Anchar. *cons. 331. Visis, & diligenter, in princ. & cons. 233, in princ.* Dec. *consil. 3. à num. 8. in fin.* Clar. *in pract. crimin. lib. 5. § fin. qvæst. 62. num. 1.* Caputaq. *decis. 2. lib. 1.* latè Paris. *consil. 104. In præsenti causa. vol. 1.* Corn. *cons. 219. & cons. 315. vol. 4.* Ruin. *cons. 114. num. 1. lib. 3.* Ruland. *cons. 60. num. 13. vol. 1. & cons. 67. num. 1. vol. 2, & cons. 90. n. 2. cum seqq. vol. 3. & cons. 28. num. 10. eod. vol. 3.* Alexand. *cons. 134. in princ. lib. 2. & consil. 16. In causa & lite, in princ. & consil. 131. Perlectis, num. 7. lib. 5. & consil. 127. Viso processu, in princ. vol. 7.* Joseph. Ludov. *Perus. decis. 14.* Herculan. *in tract. de negativa. num. 70. cum seqq.* ubi facit regulam cum limitationibus, Alphan. *collect. 102.* Franc. Viv. *lib. 1. commun. opin. verb. Actore non probante.* Cravet. *consil. 104. num. 18. & consil. 177. num. 2. ad med.* Hieron. Portoles *in schol. ad Molin. §. actor. n. 1.* Menoch. *de arbitrar. casu 98. num. 16. & de præsumpt. lib. 1. præs. 87. num. 4. & præs. 93. num. 3.* Mascard. *de probat. concl. 36.* ubi ampliat, & limitat pluribus modis, Thom. de Thomasset *in floribus legum. regul. 11.* Paul. Æmil. *decis. 11. p. 1.* Surd. *de aliment. titul. 9. qvæst. 12. num. 7. cum seqq. & consil. 328. num. 1.* Seraphin. *de privileg. juram. privil. 27. num. 1. Flores* de Mena. *ad Gam. decis. 36 num. 1.* Flamin Paris. *de resignat benefic. lib. 11. qvæst. 14 n. 10.*

&

& de confident. quæst. 63. num. 23. latè Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. c. 67. ubi facit regulam cum decem & septem ampliationibus, & cum duabus limitationibus. Alex. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de probat. resolut. 2. n. 1. & 16. Cened. ad Decretal. collect. 125. num. 1. Cardos. in praxi Judicum & Advoc. verb. Actor. num. 4. Joan. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. p. 3. c. 7. num. 108. Joseph. Sesse Aragon. decis. 217. num. 4. Aloys. Ricc. in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. pag. 1. decis. 71. num. 8. & decis. 211. num. 6. Anton. Monach. Lucen. decis. 33. num. 64. Card. Seraphin. decis. 1422. num. 15. Aldovin. consil. 60. n. 12. & cons. 61. n. 6. Donell. Comment. Juris Civilis, lib. 19. cap. 15. col. 1. & lib. 20. c. 2. col. fin. Farin. in praxi crimin. p. 1. quæst. 4. n. 28. & fragment. crimin. p. 1. lit. A. n. 30. Mari. Antonin. var. resolut. lib. 3. resol. 1. n. 5. & resol. 37. num. 6. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 117. per totam. Mendez à Castro in Praxi Lusit. lib. 5. c. 1. n. 95. Rot. decis. 409. n. 6. apud Farinac. p. 1. recent. Rot. etiam in Lunen. Sarzanen. beneficii 5. Julii 1599. coram Illustrissimo D. meo Card. Millino, impressa per Vivian. post praxim. Juris patron. decis. 40. n. 4. Torreblanca de Jure spirituali, lib. 25. cap. 11. num. 13. Castill. de tertiis, cap. 7. num. 1. cum seqq. ubi quòd procedit in civilibus & criminalibus. (Dicitur autem hæc defensionis species nuda & ab Aristotele ad hominem, καθ' ἄνθρωπον πρὸς τὸν ἐρωτῶντα, id est, vici jam satis, quia quod intendisti, probare nequivisti, Cujac. ad tit. 1. lib. 1. feud. p. 807. C.)

Ratio est, quia jus metimur ex persona actoris, non ex persona rei. leg. 1. §. 1. ff. si pars hæred. pet. gloss. in l. his consequenter 18. in princ. ff. famil. herciss. Castrens. cons. 76. in facto isto, num. 2. in fin. vers. & posito, & cons. 369. Viso & examinato, in princ. vol. 2. Roman. cons. 347. Quod articulum, num. 4. vers. sufficit. Surd. consil. 150. num. 89. & de alument. tit. 6. quæst. 4. n. 9. Card. Tusch. d. conclus. 117. n. 13.

Amplia primò, procedere etiamsi reus nihil probaverit, Florian. d. S. Petro cons. 15. num. 3. vers. tertio sibi videtur obstare, quem refert Card. Tusch. d. concl. 117. n. 21.

Amplia secundò, in beneficialibus, quia actore non probante, licet reus non justificet titulum suum beneficialem, vel possessionem, absolvi debet, ut per Rot. decis. 419. quæ est 7. de except. & decis. 70. aliàs 6. de re judic. Gemin. cons. 38. Pro clariori, in princ. & consil. 91. Præmitto, in princ. & consil. 92. in princ. Anchar. cons. 233. in princ. Card. Tusch. d. conclus. 117. num. 29. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 11. n. 29. & 30.

Amplia tertiò, in petitorio, Bald. cons. 481. in princ. vers. aut utraque pars, lib. 1. Et in possessorio Castrens. consil. 81. lib. 2. Et in judicio manutentionis, Bald. consil. 37. in princ. lib. 5. Et in spolio, Angel. cons. 367. in princ. Et in emptione & venditione, Alex. consil. 18. lib. 1. Et in fidejussore reo, Joan. de Imola consil. 103. in fine. Et tam in prima, quàm in secunda instantia, Angel. Aretin. consil. 88. & consil. 133. num. 5. & 6. Et in materia feudali, Signorol. de Homed. cons. 10. num. 5. Et in causa matrimoniali, Castill. cons. 38. num. 8. Amplia etiam si fiscus agat vel accuset, Clar. §. fin. quæst. 62. num. 1. Mascard. concl. 36. num. 1. Bursat. consil. 439. num. 2. & seq. & cons. 445. num. 2. & seq. lib. 4. Decian. resp. 48. num. 1. lib. 3. Surd. cons. 326. num. 1. Denique & in judicio publico. vid. supra cap. 14. axiom. 3.

(Rectè tamen declarat hanc regulam Cujac. 1. f. 1. in Comment. Non posse eam absolutè semper usurpari, cum multum hac in re valeat authoritas prudentiaque judicis. Unde fit, ut reus nonnunquam injuratus absolvatur in totum, aliquando alterutri litigatorum jusjurandum deferatur. l. 3. de Jurejur. leg. 31. ff. eod. Nov. 124. Nempe si animus judicis per narrata varia dubius constituatur. Tum enim ut omninò se eximat scrupulo juramentum defert. Hæc Cujac. adde Bitsch. lib. 1. f. 4. & ad l. 4. C. de Edend. textus denique ad hoc singularis 2. f. 33. §. 1.

VIII.

ACTORI non licet, quod reo denegatur. cap. 2. caus. 4. quæst. quarta cap. non licet actori 32. de Reg. Juris. lib. 6. l. non debet 41. ff. eod. tit. Thom. de Thomas. in floribus legum. reg. 204.

Sigism. Scacc. *de appellat. quæst. 18. limit. 7. n. 23.* Dyn. *cons. 24. Quæstio talis est.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 119.* Pute. *decis. 316.* aliàs *307. lib. 2. in correctis.* Actor enim & reus sunt correlativa, Mari. Antonin. *var. resolut. lib. 3. resol. 9. n. 3.* & à pari procedunt, *l. ult. C. de fructib. & litium expens. c. 2. de mutuis petit.* Gabr. *commun. tom. 3. tit. de clausulis, concl. 1. à num. 66.* Valasc. *cons. 25.*

Amplia in casu converso, quia quod conceditur actori, censetur etiam concessum reo, ideo si actor obtinuit reum citari, ut personaliter compareat, debet pariter actor comparere personaliter, & è contra, quia sunt correlativi, gloss. *verb. voluerit, in Clem. sæpe, de verb. signif.* Gemin. *in cap. 1. de dolo, & contum. lib. 6.* Card. Tusch. *d. concl. 119. num. 2.* Unde provenit, quòd si actor impetraverit causam conventionis summariè tractari, pariter erit summaria causa reconventionis rei, gloss. *d. verb. voluerit.* Card. Tusch. *d. concl. 119. num. 3.* ubi *num. 4.* subdit propterea quòd si actor impetravit jus iniquum, debet pati pariter retorsionem ejusdem juris iniqui in se ipso. Unde etiam fit, ut si actor examinavit testes ad colorandam possessionem, super petitorio suspenso, debeat reo pariter licere testes in petitorio ad discolorandam possessionem non obstante suspensione prædicta examinare, Oldrad. *cons. 311. n. 2.* quem refert Card. Tusch. *tom. 3. lit. E. concl 306. n. 1.*

Unde si actor dolo rei, & reus dolo accusatoris impediantur, ne vocati in jus veniant, neuter poterit accusari *l. fin. §. sed etsi stipulator ff. ne quis eum, qui.* (*Ita quidem ap. Farinac. & Barbosam legitur: Sed perperam. Est enim l. ult. §. si & stipulator dolo promissoris. 3. de eo per quem factum erit, quo minus quis in judicio sistat*) Farinac. *fragment. crimin. p. 1. lit. D. num. 117.*

(Nota quod hæc Judiciorum æqualitas maximè sit servanda in medio litis, ut veritas indagetur, in ipso nempe termino probatorio, alias enim frequenter fallit. nam ab initio ad fundandos processus semper magis favetur actori *arg. l. 8. Qui satisd. cog. Gail. 1. observ. 22. n. 4. & 1. obs. 31. n. 12. adde Bart. ad d. l. 8. in princ. & Jas. n. 2. textus in leg. 66. de jud. gloss. in cap. cum ad sedem, in verb. cum pertinentiis de restit. spol. Bald. in l. n. 17. vers. hoc promisso. cap. de iis qui accus. Castr. in l. inter stipulantem. §. si Stychum. n. 5. de verb. oblig.* in fine autem favorabiliores rei partes sunt *l. favorabiliores R. I. & ib. Dec. idem cons. 109. n. 1. per textum in §. Commodum. Inst. de interdict. & c. literis. & ibid. Panorm. n. 1. de prob. Gail. d. obs. 22. n. 11.*)

CAP. XXV.

De Actu v. infra Eventus.

Axioma I.

Actuum humanorum duo potissimum sunt principia connexa voluntas & potestas, *l. multum interest 6. C. si quis alteri vel sibi Klock. de contrib. c. 12. n. 55.* Quibus rectè tertium potest adjungi, honesta scilicet & justa causa ac forma. arg. *cap. cum super 23. de offic. & pot. jud. deleg. Donell. 6. Comm. 26. pr. Reinking. lib. 3. Jur. pub. class. 1. cap. 2. n. 21.* Menoch. *consil. 75. n. 34. & consil. 103. 51.* quod eleganter in omni voluntate demonstrat *Pet. Greg. 42. Syntag. 7. num. 1. Late & exquisite D. D. Bitsch. de jurejur. in lit. præst. th. 16.*

II.

Actum contrarium faciens primo ab illo recedere præsumitur, *cap. solicitudinem 54. de Appell. Menoch. 6. præsumpt. 38. n. 10.* & ex eo *Gilhaus. de præsumt. cap. 6. part. 7. §. 141. num. 2.*

III.

Omnibus Actibus & dispositionibus inest clausula rebus sic stantibus, *l. cum quis 38. de solut. Mant. de Tac. & ambig. convent. libr. 2. tit. 4. n. 91. & seqq. vid. Carpz. 6. cons. 62. n. 27. & p. 2. Constit. 31. def. 23. per tot.* ubi rationem, ampliationes & limitationes hujus regulæ eleganter exponit. Verum cum hæc regula magis ad clausulas pertineat hic subsisto. v. supra *in loc. de accidenti. axiom. 4.*

IV.

Actus imperfectus regulariter non tollit perfectum. *l. 20. de testam.*

Excipe in materia testamentaria. Sic 1. si in testamento posteriore coram 5. testibus facto heredes instituti, qui ab intestato venturi essent, in priori non erant instituti, tum enim primum testamentum rumpitur. *leg. 2. de injust. rupt. & in leg. 22. §. 2. C. de test. 2.* Sic testamentum posterius coram tribus testibus factum sit & testator decem adhuc annos vixerit, *l. 27. C. de testam.* tum enim ob favorem præsumtæ emixæ voluntatis actus posterior imperfectus tollit priorem perfectum.

V. Actus

V.

Actus facti potentior est quam actus verbi: *l. nostram pen. ibi: siquidem testator. C. de testam. junct. §. penult. I. quib. mod. test. infirm. c. 2. de pan. in 6.*

Hinc in donatione non requiri expressam acceptationem donatarii, sed sufficere taciturnitatem præsentis, *Covar. tom. 1. de test. 3. p. rubr. n. 19.* statuit.

VI.

Actus vitiatur quotiens in eum casum incidit, à quo incipere non potuit. Fundatur hæc reg. *in §. ex contrario. 14. Instit. de Legat. l. 98. in fin. de V. O. l. 71. de fidejuss.*

Exempla in jure passim occurrunt *in §. 2. I. de Inut. stip. l. 3. §. ult. de his quæ pro non script. l. 11. de servitut.*

Non tamen hæc regula omni caret dubio: & sane è diametro contrarium axioma proponit JCtus *in l. 85. §. 1. de R. I. & Pontifex in c. factum 73. de R. I. in 6.* Quod nec suis destituitur in jure exemplis, in stip. viæ id docet *l. 2. §. ex his 2. Verb. Obl. de* in servitute acquisita, *l. 8. §. 1. de servit.* in legato nominis *l. 5. ad Leg. Falcid.*

Declarari potest hæc difficultas cum *Bach. in Comment. ad l. 20. de stat. hom.* quod regula proposita fallat. (1.) In illis actibus quæ semel obtinuerunt suam perfectionem *l. 8. de his qui sui vel al. jur.* Ita cæcitas non removet aliquem à magistratu, *l. 1. §. 5. vers. sed melius. de postuland. vid. Amayam ad leg. 46. C. de decur. n. 61. Revard. ad l. 85. §. 1. de R. I.* & servitus, licet per partes acquiri non possit, per partes tamen retinetur, *d. l. 8. §. 1. de servit.* Ea enim quæ ab initio rite constituta sunt, non ita facilè dissolvuntur. *Ostermann. in rat. ad dict. §. 2.*

2. Limitatur, quod regula procedat tantum in illis supervenientibus, quæ actum in suis substantialibus & essentialibus afficiunt, non quæ circa accidentia versantur. Sic enim furor statum non dicitur mutare aut dignitatem, quia morbus est accidens & plerumque non perpetuum. *add. Gis. ad leg. 140. §. 2. de V. O. & Ostermann. ad d. §. 2.*

Ubi simul limitationis loco adjungit: quod nimirum regula supra dicta sit accipienda de vitiis, quæ non temporaria sunt, sed universam temporis seriem complectuntur & indefinita sunt, *l. 3. §. 1. usufruct. quemad. caveat.* Nam si vitium sit temporarium tantum veluti si præteritum tantum afficit, futura non inhibet. *leg. 22. §. 5. Mand. l. 27. §. 3. de pact.*

A quibus non multum abhorret distinctio *Harprechti ad §. 2. I. quib. non est permissum fac. testam.* qui distinguit inter vitia Juris seu à Juris dispositione venientia & inter vitia facti non meri, velut Cap. deminuto, captivitas &c. & denique facti meri. Hæc enim actum perfectum non afficiunt. vid. *d. §. 2. & seq.*

VII.

Actus tendens ad perimendum jus aliquod non debet ejus contrarium operari, *l. cum tale 72. §. fin. ff. de cond. & demonst.* Nec solet eadem dispositio contrarios producere effectus, *l. qui hominem 34. §. fin. ff. de solut. & in l. cum is. 32. §. 1. de condict. indeb. Ferr. in for. resp. rei convent. vers. salvis aliis. n. 9. v. infra §. 37.*

VIII.

Actus civiles aliis non prosunt regulariter, ut exemplum est in litis contestatione, secus in naturalibus, *l. 2. Cod. de acquirenda poss. ubi gl. & in l. 5. ff. de usucap.*

IX.

Actus Reciproci communibus Regulis non includuntur, *l. 7. §. 2. de don. int. vir. & uxor. l. 11. C. de transact.*

X.

Actus simulatus nullius est momenti. *l. contractus. 54. de oblig. & action. l. 16. de R. I. l. simulata 30. de Rit. nupt. v. infra loc. de simulatione.*

XI.

Momentaneus actus non consideratur *l. 30. d. R. N. l. 48. de R. I.*

XII.

Actus unius in alterius præjudicium nihil operatur. *l. non debet. 74. de R. I.*

Amplia etiamsi actus ille maximè sit favorabilis, *princ. Institut. quib. man. non licet.*

XIII.

Actus si non valet eo modo quo fit, nec valet eo modo quo potest. *l. 1. de Jure Cod.*

Hoc procedit quotiens actus peccat in forma. *l. cum hi 8. §. si prætor 17. de transact.* secus si in materia, tum enim valet omni meliori modo quo potest *l. si unus 27. §. si acceptilatio 9. de pact. Bart. in l. 1. inf. pr. de Vulg. & Pup. substit.*

XIV.

Actus necessarius nullum habet meritum, *l. rem legatam 8. ff. de Adim. leg. l. unum ex familia 67. §. 1. de leg. 2. l. 29. pr. ff. de donation. leg. 82. ff. de Reg. Jur.* Et ideo præmium non meretur, *L. ita tamen 27. §. qui suspectam. 2. ff. ad SC. Treb.*

XV.

Actus ad quem quis ex contractu, laudo, sententiaque obligatus est, si sua natura effectus successivos habet, uno momento non impletur, sed temporis cotinuationem & perseverantiam requirit, text. est *in l. 3. de usufruct. Bart. Bald. Alex. & recentior. in l. inter Castellianum 44. ff. de recept. Arb. Angel. Imol. & Raphael Cuman. in l. si fidejussor 49. de leg. 1.* Idem voluit *Ang. in l. pen. §. fin. ff. de acquirend. poss.* Nisi enim factum duret, & continuetur, feciſſe quis non dicitur: Et ideo prius latæ sententiæ executio iterum

peti potest. Quod clarissimè in possessorio retinendæ apparet, si enim victus victorem momentum non turbando satisfaceret sententiæ, certè parum ei foret consultum. *vid. Bart. cons. 232. vers. forte vero. num. 12. lib. 3.* & eleganter hæc tractans *Joh. Baptist. Asinius in sua practica Jud. tit. de sent. execut. cap. 2. ampliat. 5.* Generaliter enim verum est, quod quæ in actu juris successive non durant, acta non esse videantur. *l. si pro parte 10. §. 6. ibi: versum autem sic accipimus, ut duret versum. de in rem vers.* Unde & *Salycet. in l. 5. C. qui pot. in pig.* concludit, quod debitor qui pecuniam consignatam & depositam recepit, beneficium, quod per depositionem acquisivit, amittat. Idem refert & probat *Boer. decis. 23. n. 33. & copiose Frid. de processs. extrah. lib. 2. c. 16. n. 4. & 5. & lib. 1. c. 36. n. 17. Spec. de arbitris & arbitrat. §. fin. vers. sed pone arbiter debet. vers. Quod non videatur restituere, nisi duret restitutum.*

XVI.

Actus validus tollitur per inutilem & invalidum, exemplum est in *l. planè 34. de leg. 1. l. 20. de adimendis legat.*

Hæc regula proponitur & septem limitationibus declaratur à *Jasone in d. l. planè. num. 1. & seqq. adde Gothofred. ad d. l. 20. in not. lit. S.*

XVII.

Actus agentium non potest esse in suspenso. Hoc tamen non omni caret dubio, sed variè inter se pugnant *l. usufruct. 26. de Stip. Serv. l. si servus 21. eod. l. 3. de serv. l. ult. Comm. præd.*

Dd. communiter inter actus inter vivos & ultimas voluntates distinguunt, ita ut isti possint esse in suspenso, hi non item per *d. l. ult. Comm. præd.* Sed hæc distinctio rem non absolvit.

Plenioris E. explicationis gratia, primo distinguendum inter actus inter vivos & mortis causa.

Isti vel sunt extrajudiciales ut contractus, vel judiciales. Quod contractus attinet subdistinguo, an quæratur de validitate contractus, an de acquisitione ex contractu? Quoad priorem quæstionem nec actus inter vivos possunt esse in pendenti, *d. l. 21. & 26. de stip. serv.* Posteriori possunt *l. ult. Comm. præd.* Quod judiciales actus attinet, certum est in pendenti esse non posse, nec judicium de futura obligatione concipi. *l. 35. de jud.* Quamvis ipsa executio ex rationabili causa rectè suspendi queat. *l. 40. ad L. Aquil.*

Fallunt tamen dicta quotiens simul debitum præsens & futurum in petitionem deducitur, velut si annuum vel menstruum petatur, *l. 1. C. de fideicomm.* ne scilicet actor singulis annis cogatur super jure suo protestari, si non simul & præsenter totum petere potest. *l. 1. §. 2. de usur.* Denique restringenda ea regula, ut procedat tantum quoad judicii instantiam, fallat quoad sententiam, nam etiamsi sub conditione sententia dici non debeat, si tamen dicatur, non facit judicium ipso jure nullum. *l. 1. §. 5. Quando appelland.* In articulo mortis causa distinguendum, an dies cesserit vel non: ante diei cessionem rectè suspenduntur. *l. 3. de servit. leg. l. 26. de usufruct.* non tamen post diei cessionem. *Adde Bart. ad l. ult. Comm. præd.*

XVIII.

Actus & potentia simul in eodem subjecto esse non possunt. §. *sic itaque 14. Inst. de act.* sed excludit potentiam. *l. si ita fuerit 41. de man. test.*

XIX.

Actui potentia proxima pro actu habetur. *l. 43. de test. milit.* quia quod parum abest nihil abesse dicitur *gloss. in d. l. pen. Bart. in l. 1. §. sed si ad SC. Syl. Jas. in l. admonendi. 1. lect. n. 56. Tiraq. in tract. de retract. in tit. de contr. conven. §. 1. gl. 4. num. 1. Jas. l. lecta. 40. ff. si cert. pet. l. 1. §. quæ onera ff. quar. rerum act.* Sic & conatus actui proximus pro ipso facto habetur, quod præsertim in delictis procedit, *l. 1. §. 3. ad L. Corn de Sicar.* quin & in sceleribus gravioribus quandoque conatus remotior pro facto habetur. *l. 5. C. ad L. Jul. Majest.* secus in levioribus, & de hodierna consvetud. *Carpz. tract. crimin. p. 2. quæst. 7. adde infra potentia. Conatus.*

XX.

Actus limitatus limitatum producit effectum. *l. age cum Gemianio 3. C. de transact. arg. l. in agris 16. ff. de A. R. D. Bart. in l. 1. n. 8. de pecul.*

XXI.

Actus debet regulari secundum statuta loci ubi celebratur. *l. 3. §. ult. de testibus l. si non specialib. 9. de testam. l. 1. C. emancip. & alii textus citat. à Carpz. cons. tit. 9. cons. 96. n. 8. & 2. cons. tit. 1. Resp. 13. n. 10.*

Unde quoties sanctio vel statutum certam requirit qualitatem, qualitas illa est probanda. *leg. 7. §. cum hoc edictum 2. ubi Bart. num. 1. ff. quib. ex caus. in poss. l. unic. §. ait Prætor. 3. Ne quid in flumin. pub. leg. 5. §. 2. Ne quis eum. l. 4. §. 12. de vi bon. rapt. add. Andreas Alciat. in leg. 1. §. ult. de V. O. Hypp. de Marf. in l. si quis. ff. de quæst. n. 153. & seq. Cephal. 4. cons. 504. num. 24.* quod eo magis procedit, quando dispositio statuti vel legis est odiosa. *l. interpretatione 42. ff. de pæn. Salyc. in auth. Minoris. C. qui dar. tut. vel curat. num. 10. vers. & quia hæc rapt. Fulgos. consil. 20. num. 18.*

XXII.

Actus per se invalidus per quinquennale tempus convalescit.

Declarari debet hæc regula, quod procedat in actibus non omnino vitiosis, sed in quibus solennitas aliqua deficit. Exemplum est

est in *l. ult. C. si major. fact. alien. & Carpz. 3. cons. 76. num. 6. & 7.*

XXIII.

Actus morientium majorem merentur favorem, qvam actus inter vivos, *c. cum dilecti. 6. extra de donat. l. in testam. 12. d. R. I. §. un. de L. Fus. Can. toll.*

XXIV.

Omnes actus ubi periculum in mora est etiam die feriata *c. 21. §. verum pars altera, extra de jud.* & de nocte possunt expediri: ubi enim evidens est periculum in mora neqve temporis habenda est ratio.

XXV.

Ex actu etiam nullo voluntas disponentis colligitur & probatur. *l. fin. de reb. eor. qvi l. legatum 24. §. fin. de Adim. leg. Alex. lib. 1. cons. 45. num. 7. Decian. 1. cons. 3. num. 36. latissime Cephal. 3. cons. 312. n. 113.*

XXVI.

ACTUM nihil dicitur, cùm qvid supereſt ad agendum. *l. cùm Sylanianum 11.* ubi Jaſ. *n. 3. C. de his qvib. ut indig. l. pen. C. ad Syla. l. Titia 134. ff. d. verb. obligat.* Hippol. *cons. 122. n. 15.* Flamin. Pariſ. *de resignat. benefic. lib. 8. qvæst. 8. n. 42. & num. 97.* Anton. Monach. *Lucen. decis. 25. num. 7. & Florent. decis. 19. num. 5. & Bononiens. decis. 28. num. 22.* Girond. *de privilegiorum, seu exemptionum explicat. n. 1133.* Thom. de Thomaſſet. *in floribus legum, reg. 199.* ubi ait procedere, qvando illud, qvod supereſt, eſſentiale eſt, & ſubſtantiale, ſecus autem ſi accidentale ſit, & parvi momenti. Rot. *decis. 725. n. 7. in fin. apud Farin. p. 2. recent.* Sebaſt. de Medicis *de regul. juris, reg. 5. limit. 2.* Aloyſ. Ricc. *in collect. decis. pag. 7. collect. 1497. verſ. prout factum.*

XXVII.

ACTUM qvi gerit, in dubio præſumitur magis velle, ut ille valeat, qvàm pereat. *l. qvoties 80. ff. de verb. obligat. l. qvoties 12. ff. de rebus dub. l. 16. in fin. pr. ff. ad SCt. Trebell. l. qvoties 67. ff. de Regulis Juris. l. 3. de milit. testam.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 34.* Vant. *de nullit. in princip. num. 24.* Cardin. Mant. *de conject. ultim. volunt. lib. 2. tit. 15. à num. 2.* Bruno à Sole *in locis communib. verb. actus 10.* Menoch. *de arbitrar. casu 223. num. 27. & de præsumpt. lib. 1. præs. 6. num. 5.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 2. num. 4.* Vide *Axiom. 12. num. 17. & 18.*

XXVIII.

ACTUM faciens censetur ſe adſtringere legibus loqventibus de illo, ut per Surd. *consil. 347. num. 24.* Nattam *consil. 49. n. 22.* Becc. *consil. 35. num. 11.*

XXIX.

ACTUM fruſtratorium nemo præſumitur facere, *l. 1. in fin. ff. ad municip. l. unic. C. de thesauris. lib. 10.* Surd. *consil. 307.* Nam actus fruſtratorios lex abhorret, *l. hæc stipulatio 14. § 1. ff. ut elegator. seu fideicommiſ. nomine cau.* Surd. *deciſ. 260. n. 5. cum seqq. & deciſ. 276. num. 4. cum seqq. & cons. 345. n. 18.*

XXX.

ACTUM celebrare, & ei conſentire, paria ſunt, *l. utrum 6. & l. seq. ff. ad leg. Pompej. de parricid.* Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloſſ. 9. verſ. præterea. & de jure primog. q. 26. verſ. tertio limita.* Cardin. Mantic. *de Tacitis & ambig. convent. lib. 4. tit. 2. à num. 12.* Melch. Phœbos *Luſit. deciſ. 60. num. 3. tom. 1.* Alienare enim qvi de Jure non poteſt, alienationi conſentire non valet, *l. 3. C. ſi adverſus donat.* Bart. *cons. 70. n. 1. lib. 1.* Roland. *cons. 15. num. 30. lib. 1.* Tiraq. *ad leges connub. gloſſ. 8. nu. 147.* Card. Pereira, *de reſolut. emphyt. cap. 5. num. 40.*

XXXI.

ACTUM non celebrare, vel minus ritè celebrare paria ſunt. Portol. *de conſortib. cap. 19. num. 8.* qvæ enim non ritè fiunt, pro non factis habentur. Hippol. *in l. de unoqvoqve 47. num. 120. ff. de re judic. & ſing. 431.* Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloſſ. 10. num. 33.* Perez. *l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordin. pag. 517.*

XXXII.

ACTUS præſumitur factus in executionem præcedentis tractatus, ſeu mandati, qvando non exprimitur alia cauſa. *l. 3. §. verum. ff. de manumiſſ. l. qvi in aliena 6. §. ſi is qvi putabat. ff. de acqvir. hæred. l. pignori 13 § fin. ff. de uſucapion.* Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſ. 24.* Alex. *conſ. 25. n. 9. lib. 2.* duplicatur *conſ. 90. Viſo inſtrumento, num. 9. lib. 3.* Bald. *conſ. 299. in princ. verſ. & eodem lib. 1.* Hippol. *in l. ſtatu liber 14. num. 8. ff. de qvæſtion.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſ. 74. num. 3. & lib. 3. præſ. 49. n. 4.* Card. Tuſch. *practic. concl. lit. A. concl. 152. n. 1. tom. 7. lit. S. concl. 716. n. 9.*

Maſcard.

Mascard. *de probat. concl. 619. num. 2. & conclus. 1239. num. 8.* Surd. *decis. 325. num. 7.* Rot. *decis. 454. num. 3. apud Farin. p. 1. recent. & decis. 615. n. 2. p. 2. recent.* Glorit. *resp. 3. num. 12.* qvia tunc censetur factus secundùm naturam actus, & nomine præcedentis, Cravet. *cons. 135. Verba decreti. num. 13. vol. 1.* qvem refert Paul. Fusc. *lit. A. sing. 25. in fine.*

Unde si fiat contractus per verba de futuro, & postea in executione talis contractus, partes faciunt contractum, secundus actus, vel contractus debet regulari à primo, in cujus executionem factus est, adeò qvod si primus est pignus, secundus debeat esse pignus, Alex. *cons. 156. Viso instrumento, per totum. lib. 6.* prout illum refert Cardin. Tusch. *d. lit. A. conclus. 130. n. 1.* ubi *num. 2. cum, eodem Alex.* declarat hoc in tantum esse verum, qvod secundus contractus factus in executionem primi, etiamsi fiat ex intervallo, debeat regulari à primò: ut si possunt concordari, semper reduci debeant ad concordiam; si non possunt concordari, qvatenus secundus discordet, dicitur per errorem, & sic errorem continet, maximè qvando primus erat per verba de futuro.

XXXIII.

ACTUS qvi seqvitur, declarat intentionem præcedentem, *l. si hi qvi 34. vers. hi si. de adulter. §. pavonum. 15. Institut. de rerum divis.* Tiraq. *in l. si unqvam 8. verb. donatione largitus. n. 257. C. de revocandis donation.* Surd. *decis. 326. n. 85.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 7. qvæst. 1. n. 72.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 58. n. 25. cum seqq.* ubi subdit, qvòd secundus actus recipit declarationem à primo, Rot. *decis 365. n. 1. in fin. apud Farin. p. 2. recent.*

XXXIV.

ACTUS regulariter tribuitur ordinanti, & non exeqventi, *l. item eorum 6. §. si decuriones ff. qvod cujusqve univers. nom. l. unum 67. §. 1. ff. de legat. 2. l. 2. §. omnia. C. de veteri jure enucl. §. cumqve hoc 3. in proœm. Instit. cap. super literis 20. de rescript. c. cum aliqvibus 4. eod. tit. lib. 6.* Roman. *cons. 366. Qværitur. in princ.* Card. Tusch. *d. lit. A. conclus. 144.* Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 56. n. 88. & privil. 65. num. 47. & decis. 290. n. 9.* Mar. Antonin *var. resol. lib. 3. resol. 19. num. 5.* Actus verò qvando principio, vel fini attribuatur, vide Card. Tusch. *lit. A. concl. 153.*

XXXV.

ACTUS non potest subsistere sine substantia, *l. cum hi 8. §. Prætor ait. ff. de transact. l. cum precario 12. ff. de precar. c. tua nos. 26. de sponsalib.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. cap. 26. n. 106.* nec subsistere potest sine sua materia. *l. nec emptio 8. ff. de contrah. empt.*

XXXVI.

ACTUS sumunt suam denominationem ab objecto. *l. verum 39. ff. de furtis. c. cum voluntate 54. in pr. de sent. ex com.* Thom. *1. 2. qvæst. 18. art. 6. in corpore. ad fin. & qvæst. 1. art. 3.* Et regulantur secundùm naturam sui subjecti. *l. ejus 16. §. 1. ff. de operis libert.* Et actus agentium sunt in patiente benè disposito. *l. in omnibus. 55. ff. de act. & obl. l. si ego 18 ff. si certum pet. leg. 1. C. de hæred. instit.*

XXXVII.

ACTUS agentium non operantur ultra intentionem eorum, *l. 3. §. l. non omnis 19. ff. si certum pet. l. in agris 16. ff. de acqvir. rerum dominio. (Jas. in l. si extraneus. ff. de Acqvir. vel Om. hered.* multo minus contra illorum intentionem *post Menoch. Wesemb. & alios Dalnerus de renunciat. cap. 19. num. 13.*) Ægyd. Bellam. *cons. 33. n. 38.* ubi subdit maximè procedere in iis, qvæ pendent à potestate. Socin. *reg. 10.* Alex. *cons. 146. In caus. num. 10. & seq. lib. 5.* Mantic. *decis. 267. n. 3.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum. reg. 13.* Anton. Gomez *tom. 1. var. c. 7. num. 4.* (Modo res sit perfecta. *Bald. in l. qvod sine. C. de test. & in l. cum allegas. C. de usur.* & appareat de intentione agentis: Nam voluntas in mente retenta nihil operatur *l. 50. ff. de condict. & ibi Anton. Faber in ration. decidend. l. 25. C. de transact. l. si repetendi. 7. C. de Cond. ob caus.* item agatur de vero non q. contractu. *l. is qvi 13 §. ult. Commod.* & sermo fiat de actione directa non utili. *l. si absentis 4. C. si certum pet.* nec ex persona agentis actus aliter veniat interpretandus. *Mod. Hisp. in rub. de I. & I.* & omnia tamen hæc tantum possunt) intelligi de intentione principali agentium, non secundaria, Card. Tusch. *d. lit. A. concl. 125. per tot. & impri-*

primis. n. 3. Flamin. Pariſ. *de confident. quæſt. 27. n. 139.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archid. Neapol. deciſ. 75. n. 22. & deciſ. 175. nu. 10. part. 1.* Seraphin. *deciſ. 890. n. 2.* Anton. Monach. *Lucenſ. deciſ. 14. nu. 41.* Cæſ. Argel. *de contradict. legit. quæſt. 10. n. 36.* Rot. *deciſ. 555. num. 4. apud Farinac. p. 1. recent.* Vide infrà *ſub verb. intentio.* Magdalen. *de numero teſtium in teſtamento requiſito, p. 3. c. 2. n. 49.* Alexand. Trentacinq. *conſ. 19. n. 1. p. 1.* Reynoſo *obſ. 63. num. 18.* Valenzuel. *conſ. 112. n. 74. & conſ. 119. n. 86. & conſ. 133. n. 55. tom. 2.* Rota *deciſ. 236. n. 1. & deciſ. 373. num. 2. part. 2. in poſthum. Farin. aliàs p. 4 recent.* [ſic v.c. eſſet iniquiſsimum, ut qui ceu emtum traditumque quid petierit, prohibeatur petere, ſi legatum poſtea eſſe comperit. *l. 29. de A. E. l. 12. de tranſact.* contra regulam ne actus operetur ultra intentionem agentium.]

Limita, qui actus agentium operatur ultra intentionem eorum, ad tollendum dolum & abſurdum; nam ſolutio debitoris facta ſecundum intentionem, ſemper eſt ad tollendam obligationem debitoris, & tamen ſi debitor ſolvat ei, qui non habet mandatum, vel non poteſt liberare, non tollitur obligatio præcedens, ſed inducitur nova obligatio recipientis ad reſtituendum exactum, ut per Alex. *conſ. 37. Viſo in princ. lib. 3.* prout illum refert Card. Tuſch. *d. concl. 125. n. 12.*

XXXVIII.

ACTUS ſemper judicatur à principali intentione agentium, *l. ſi quis nec cauſam 4. in princ.* & ibi Bald. *ff. ſi certum pet. l. qui exceptionem 40. ff. de condict. indeb. l. 1. C. ad legem Cornel. de Sicar.* Tiraq. *de retract. lig. § 30. gloſſ. 1. n. 4* Covar. *lib. 2. var. c. 4. n. 5.* Anton. Gomez. *tom. 2. var. c. 2. num. 10.* [Unde etiam ſemper inſpiciendum eſt, quid actum ſit. *l. ult. Qui ſine manumiſſ. l. ſemper. 34. de R. I. l. eum qui 41. de V. O.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. 3. 13. n. 39.*] quia actus quantumcunq; favorabilis, contra voluntatem agentis minimè ſuſtinetur, *l. ſi idem ſervus 14. ff. de legat. 2. l. ſi cui pure 31. §. 1. ff. ad Trebell. l. verbis 7.* ubi Doctores. *ff. de vulg. & pupill.* nam actus non à nomine, ſed ab effectu judicatur. *l. inſulam 6. ff. de præſcript. verb. l. cum manu ſata 80. §. fin. ff. de contrah. empt. l. ſi olei 21. C. de locato.* [& omnis actus ex fine venit dijudicandus, *l. 39. de furt. leg. 14. ff. ad ad L. Cornel. de Sicar. l. 14. C. de jud.*]

XXXIX.

ACTUS omnis juſtificatur propter ſcientiam, & patientiam ſuperiorum, *l. quid ſit fugitivus 17. §. 12. verſ. ego puto. l. quod ſi nolit 31. §. qui aſſidua. 20. ff. de ædilit. edicto. c. niſi eſſent 21. de præbend.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 9. § 2. num. 88. Mantica de tacit. & amb. convent. 1. 13. n. 11. & 3. 9. num. 35.* Nam auctoritas ſuperioris excuſat à pœna, gloſſ. *in c. dixit. 24. quæſt. 5.* Farin. *in praxi crimin. q. 52. n. 83.* Mari. Antonin. *var. reſolut. lib. 3. reſol. 19. num. 4.* & facit licitum, quod aliàs eſt illicitum. *l. non videtur 167. §. qui juſſu 1. ff. de Regul. Juris. cap. quod quis. 24. de Reg. Jur. lib. 6.* Doctores *in l. juſtè poſſidet 11. ff. de acq. poſſ.* Farin. *in de praxi crimin. quæſt. 97. n. 1. cum ſeq.* quam refert Mari. Anton. *citato loco.*

XXX.

ACTUS non dicitur perfectus, quando eſt partim factus, & partim non, *leg. 2. §. 4* ibi. *qui ipſi animadverterunt aliquid deeſſe. ff. de origine Juris.* cum citatis à Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 63. n. 3.* Rot. *deciſ. 725. n. 7. in fin. apud Farin. p. 2. recent.* paria enim ſunt actum non incipere, vel cœptum non perficere, *l. fin. §. illud 1. C. de codicillis. pen. Inſtit. quibus modis teſtam. infirm.* [Add. Gœdd *ad l. 5 § 1. de V. S. n. 8. & ſeqq.* ubi late hanc regulam explicat, poteſt tamen ea declarari, quod procedat potiſsimum in his quæ actum ſolennem continuum & abſolutum requirunt, ut ſunt teſtamenta: Non etiam in his cujus ſingulæ partes per ſe conſiſtunt.]

XL.

ACTUS meræ voluntatis excludit Juris neceſsitatem, gloſſ. & Doctores *in l. ſolent. 6. §. fin. ff. de officio Proconſ. & in l. cum de in rem verſ. 6. ff. de uſuris. gloſſ. verb. temporis, in cap. cum Eccleſia Sutrina 3. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Garc. Gironda *de privilegiorum, ſeu exempt. explicat. n. 278.* [*Weſenb. paratit. de Uſucap. n. 10. & de reſcind. vend. n. ult. Bach. 2. d. 22. th. 3. lit. 1.* imo & ſæpe quæ juris neceſsitas non exigit, patria tamen non remittit. *leg. 35. Cod. de decur.*]

XLI.

XLI.

ACTUS legitimi non recipiunt diem, neque conditionem, ideoque non possunt stare in suspenso. *l. actus legitimi 77. ff. de regulis Juris, c. actus legitimi 50. eod. tit. lib. 6.* actus legitimi non sunt iterabiles, *inquit Cujac. in C. in quibus cas. tut. vel curat. 573. D. sic legata semel optione servi, semel tantum optare licet. leg. 5. pr. de Leg. 1.* latè Card. Tusch. *d. lit. A. conclus. 129. per totam.* Roman. *cons. 403. nu. 19. &* 20. Rot. *decis. 638 num. 4. p. 2. recent.* Quæ quidem citata Jura in priori parte, quatenus de actibus legitimis agunt, intelliguntur de illis, qui vel ex rei natura, vel ex speciali legis prohibitione, conditionem recipere prohibentur: sequentia autem eorum verba, videlicet, *conditionem non recipiunt*, idem important, ac si diceretur, vitiantur per conditionis, aut diei appositionem, id enim important verba, *non recipiunt*, hoc est, non sunt capaces conditionis, vel diei: ut sic reducatur illa regula, *actus legitimi de Reg. Jur. lib. 6.* ad sensum & dispositionem, *d. l. actus.* quæ non eò tendit, ut ostendat quinam sint actus legitimi, sed ut ostendat actus legitimos, quicunque illi sint, illos nempe, qui vel ex rei natura, vel speciali legis prohibitione prohibentur conditionem recipere, per temporis, aut conditionis appositionem vitiari non obstante reg. *cap. ad Apostolicam 16. de regularib. c. viduum 29. caus. 2. q. 6.* in specie text. *in l. obtinuit 3. ff. de conditionib. & demonstrat. cap. fin. de condition. appos.* Quibus & aliis Juribus constat, sæpe actus contra legis prohibitionem celebratos obtinere, quando non simplex & absoluta proponitur prohibitio, sed secundùm quid, & conditiones adjectas, contra Juris prohibitionem, nullatenus dispositionem vitiare.

XLII.

ACTUS geminatus inducit majorem firmitatem & plus operatur, quam simplex *l. Balista 32. ff. ad Trebel. l. 4. juncta. gloss. ult. ff. de pignorat. act.* Bart. *in l. cum scimus 22. C. de agricol. & cens. lib. 11.* Tiraq. *in l. si unquam 8. verb. revertatur. n. 49. C. de revocand. donat.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 2. c. 2. à num. 4. & c. 4. n. 31. & in rub. C. de bonis matern. p. 1. n. 14. vers. inde etiam, & num. 43.* Brun. *in tract. de augm. quæst. 4. princ. n. 15.* Gig. *de pensionib. q. 100. n. 5.* Hippol. *in l. 1. sub n. 38. C. ad leg. Juliam de Sicar.* Everhard. *in cent. leg. loco à locutionis geminatione.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi. p. 8. consid. 27. ad finem.* Emman. Costa *in l. si ex cautione 3. fallent. 14. C. de non pecun.* Perez *in addit. ad Segur. in l. si ex legati causa 22. n. 183. ff. de verb. obligat.* Menoch *de arbitr. casu. 213. n. 37. & consil 10. n. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 347. n. 37. cum seqq. & concl. 621. n. 37.* Surd. *decis. 1 num. 10. &* 20. *& decis. 232. n. 2.* Steph. Grat. *discept. forens. cap. 395. n. 35.* Mari. Antonin. *var. resolut. lib. 1. 61. nu. 6. & resol. 110. num. 1. lib. 3. resol. 1. n. 32.* Cardin. Tusch. *tom. 4. lit. G. concl. 28.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. lib. 19. tit. 2. num. 6.* Rot. *decis. 676. n. 2. apud. Farin. p. 2 recent.* Vide infrà *sub verb. Geminatio.*

XLIII.

ACTUS duo eodem die, loco, & coram eisdem testibus gesti sunt correspectivi. *l. si ventr. 9. al. 24. §. fin. ff. de privil. cred. l. lect. 40. vers. dicebam ff. si certum petatur.* Card. Seraphin. *decis. 359. num. 14.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 42. n. 48.* Bernard. Grevæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 2. concl. 12. n. 7.* [Imò pro uno actu habentur Curt. *cons. 54. super duobus. col. 1. in fin.* Unde est quod uno eorum annullato annulletur & alter, *Carpz. 5. cons. tit. 7. Resp. 65. n. 20.* sicut è contra posito uno ponitur & alter *Carpz. p. 2. C. 41. d. 10. n. 4.*] Aliàs autem censetur factus qui præcedere debuit, & qui debuit prius fieri, Alex. *cons. 81. Lecto n. 7. lib. 3.* Card. Tusch. *d. lit. A. concl. 136. n. 56.* Molin. *de primogen. lib. 2. c. 7. num. 51.* Mascard. *de probat. concl. 244. num. 4.* Surd. *decis. 288. num. 33.* Cott. *in memorabil. verb. Actus.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 4. quæst. 2. num. 26. cum seqq.* Sanchez *de Matrimon. lib. 3. disput. 35. num. 19.*

XLIV.

ACTUS debet semper interpretari ut aliquid operetur, non autem ut sit inanis, & inutilis, *l. quoties 12. ff. de rebus dub.* Card. Tusch. *d. lit. A. concl. 135. num. 1.* In dubio enim quilibet præsumitur elegisse viam, per quam dispositio sua sit utilis, & habeat effectum, non autem ut impugnari possit, & reddi ad nihilum, *l. 3. ff. de testam.*

testam. milit. Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 33.* Socin. jun. *cons. 103. n. 28. lib. 1.* Afflict. *decis. 44. n. 25.* Non enim præsumitur actus elusorie, & frustratorie factus, Mascard. *de probat. concl. 595. à princ.* Card. Tusch. *tom. 4. lit. F. conclus. 520. n. 4.* (Imò actus frustratorios jura improbant & detestantur, *l. 14. §. 1. ut leg. vel fideic. servand. l. 3. pr. de jurejur. Frid. Pruckman. vol. 1. cons. 42. n. 5. Bes. 4. cons. 147. n. 6.*) *v. infra de interpret.*

XLV.

ACTUS in dubio debet interpretari validus, *l. quoties 12. ff. de reb. dub. l. quoties 80. ff. de verb. obligat. l. si quando 109. ff. de legat. 1. adde Richterum reg. 3.* (verba enim legum sicut & alterius cujusqve dispositionis intelligenda sunt de actu valido, *l. quoties 6. qui satisdare cog. l. non putavit. 8. §. non qvævis 2. de bon. poss. contra tabb. l. 4. §. Condemnatum. 6. de re jud.*) Abb. *cons. 62. In contro vers. col. 1. n. 7. vers. tertio. lib. 2.* Roland. à Valle *cons. 61. n. 23. & seq. vers. qvinto considerandum. lib. 3.* ubi extendit ad omnem actum, latè Rom. *cons. 180. Si admittimus. n. 4. cum seqq.* ubi extendit ad omnem dispositionem, videlicet contractus, testamenta, juramentum, attestationes, & privilegia, Bertaz. *de clausulis instrum. claus. 1. gloss. 4. n. 5. & in repet. l. si qvis major. 41. C. de transact. n. 506.* Pichard. *ad §. si qvis alium. n. 4. Instit. de inut. stipul.* Ferrer. *in constit. Cathaloniæ. gloss. 1. n. 151.* Scacc. *de appellat. qvæst. 2. n. 29. & q. 3. n. 3. & 4. & q. 15. n. 225. in fine.* Rot. *decis. 469. n. 3. p. 2. recent.* Card. Tusch. *d. tom. 1. lit. A. concl. 136.* Mar. Antonin. *var. resol. lib. 1. resol. 20. n. 16.* Surd. *cons. 44. n. 21.* Giurba *decis. 36. n. 18.* Nam omnis interpretatio admittitur ad sustinendum actum, Rot. *decis. 469. n. 3. p. 2. recent.* Roland. à Valle *d. cons. 61. n. 26. lib. 3.* Card. Tusch. *d. lit. A. concl. 136. n. 14.* & ista qvæ fit pro validitate actus, est regina aliarum interpretationum, Cephal. *cons. 51. n. 39.* Cardin. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 1. 7 n. 13.* etiamsi aliqvid qvandoqve disponatur præter intentionem agentium, *c. 1. §. idem qvoq; in fin. de desponsat. impub. lib. 6.* Federic. de Senis *cons. 15. num. 4. vers. item contra;* vel qvamvis verba improprientur, Fulgos. *cons. 87. Visis superiùs allegatis. col. 2. vers. ex illa qvoqve vulgari.* Abb. *consil. 62. in controversia col. 3. num. 7. versic. tertio principaliter. lib. 2.* Rom. *d. cons. 180. n. 4. fin. & n. seq.* Card. Tusch. *d. concluf. 136. n. 32. & seq.* Nam tanta est præsumptio qvæ oritur propter validitatem actus, ut omnes alias vincat præsumptiones, Dec. *in cap. qvoniam Abbas 14. n. 49. vers. secundò limita, de offic. deleg. & cons. 77. n. 5.* Ruin. *cons. 72. n. 4. lib. 2.* Alciat. *de præsumpt. reg. 1. præs. 30. n. 5.* Roland. à Valle *cons. 61. n. 27. lib. 3.* Unde si verba possunt referri ad actus validos & invalidos, etiam qvòd sint prolata in genere & in certa scientia, referri debent ad actus validos, Bolognin. *cons. 31. n. 14. vers. tertio.* qvem refert Card. Tusch. *d. tom. 4. lit. 1. concluf. 330. n. 60.* Dec. *cons. 234 n. 5.* Rota *decis. 634. n. 4. part. 2. in posthum. Farin. aliàs p. 4. recentior.* (Unde est, qvod qvoties lex de actu aliqvo disponit non facta mentione solennitatis, omnes eas interveniss subintelligendum sit. *arg. l. 2. §. prætor ait. junct. gloss. in verbo. vocabit, qui satisd. cog. Hartman. Pist. 2. q. 27. n. 9. & 10.*)

Intellige actum debere sustineri validum in dubio secundum propositum agentis, non autem secundum oppositum, ideo transigens omni meliori modo, si non valet ut transactio, non etiam sustinebitur ut pactum gratuitum, qvia sunt opposita; qvia in transactione aliqvid debet dari, vel remitti hinc inde, secus in pacto gratuito, Angel. *cons. 94. Cùm lis, in fin. vers. nec obstat.* prout illum refert Card. Tusch. *d. concl. 136. n. 81.* (qvod etiam procedit in causa favorabili. *l. 14. de leg. 2. l. 31. in fin. pr. ad SC. Treb. l. 7. Ubi Dd. d V. & P. subsit.*) Intellige etiam Axioma hujusmodi non procedere, qvando si actus sustineretur, excederemus facultatem gerentis actum, vel induceretur delictum, aut qvis delinqveret in officio, qvia tunc potiùs annullatur, Alex. *cons. 179. Visis ac ponderatis. n. 3. & 4. lib. 7.* Card. Tusch. *d. concl. 136. n. 84* ubi *n. 73.* post. Rot. *decis. 366. n. 7. p. 1. di vers.* subdit, interpretationem obscuram & cavillosam non debere fieri ad sustinendum actum, qvia intolerabilis interpretatio semper excluditur.

XLVI.

ACTUS dubius semper debet interpretari, ut minus sit damnosus gerenti, & plus utilis, qvàm esse possit, qvia hæc est naturalis intentio gerentis actum, ne sibi noceat, ut per

Cravet. *conſ. 14. num. 8. & conſ. 106. n. 8. & 9.* Pariſ. *conſil. 53. n. 4. lib. 4.* Rot. *deciſ. 506. num. 4. apud Farin. p. 2. recent.* Card. Tuſch. *d. lit. A. concluſ. 138. n. 1. & tom. 4. lit. I. concl. 330. num. 56* (qvibus add. *Bart. in l. gerit. de acqvir. hered. Tiraqvell. de retract. conſang. §. 30 gloſſ. 1. n. 34.*) ubi *num. 67.* poſt Alex. *conſil. 185. num. 2. lib. 6.* ſubdit qvod qvando actus poteſt habere duplicem effectum, interpretatur in parte qvæ magis utilis eſt. (& ſemper debet benignius interpretari, *l. 51. pro Soc. l. 56. de R. I. l. 55. de furt.*)

XLVII.

ACTUS diſpoſitio interpretari debet, ut videatur proviſum cauſæ magis neceſſariæ, & utili, *l. cum ex pluribus. 103. ff. de ſolution.* Bart. *in l. triticum 94 ff. de verb. oblig. & in l. ult. C. de aliment. pupill. præſt.* Menoch. *conſ. 195. num 5.*

XLVIII.

ACTUS in dubio cenſetur potius ex cauſa neceſſaria, qvàm voluntaria factus, *l. Ariſto 5 § 1. ff. de jure de lib. l. pater filium 54 in fin. ff. ad l. Falcid. l. miles 11. § fin. ff. de adult. l. proximè 50. ff. de ritu nupt. l. ſi cum dotem 22. § ſi pater 3. ff. ſoluto matrim. l. hujuſmodi 84. § cum pater 6. ff. de legat. 1.* Crav. *conſil. 106. num. 9. & ſeq. & conſ. 119. num. 12. & conſ. 125. num. 12. & conſ. 272. num. 4. & conſ. 304. num. 5. verſ. actus.* Rom. *conſ. 247. Primo col. 2. verſ. eſt igitur* Card. Tuſch. *d. lit. A. concluſ. 138. num. 2.* latiùs *concl. 549. per totam.* ubi *n. 2.* poſt Bald. *conſil. 35. poſt med. verſ. facit lib. 2.* ampliat, ut procedat etiam in diſpoſitione legis, ut in dubio cenſeatur emanaſſe in cauſam magis neceſſariam.

XLIX.

ACTUS corruit omiſſa forma legis, *l. cum hi 8. § ſi prætor. 17. ff. de tranſact. l. traditionibus 20. C. de pactis. cap. cum dilecta 22. de reſcript. cap. qvia propter 42. de elect. cap. 1. de rebus Eccleſ. non alien. lib. 6. c. qvæ contra 64. de regulis juris. lib. 6.* Everh. *in topicis legal. loco 53.* Rebuff. *in tract. de pacificis poſſeſſ. n. 155.* Tiraq. *de retract. & convent. § 4. gloſſ. 6. n. 31.* ubi intelligit, etiamſi omittatur in minimo, Surdus *deciſ. 268. n. 8.* Card. Pereira *de poteſt. elig. cap. 7. n. 13.* Valaſc. *conſil. 103. n. 3. & conſ. 133. n. 4.* Joſeph. Seſſe *Arag. deciſ 30. n. 10.* Eſcob. *de ratiocin. c. 1. n. 19.* Ferr. *in conſtit. Catalon. gloſſ. nu. 350.* Joan. Franc. Leo *in theſauro fori eccleſiaſt. p. 2. c. 4. n. 104.* Farinac. *in praxi crim. p. 4. conſ. 95. in addit. lit. 4.* Mar. Anton. *var. lib. 1. reſol. 26. n. 3. & lib. 2. reſol. 47. n. 17.* Ant. Monach. *Lucen. deciſ. 53. n. 35.* Thom. de Thomaſſet. *in floribus legum reg. 213.* (nec ex ſubſeqventi legalitate confirmatur *Myns. 1. O. 78. & 2. O. 18.*) Dd. tamen communiter intelligunt id procedere, qvando omittitur forma eſſentialis & neceſſaria, Rot. *deciſ. 15. n. 3. apud Farin. p. 2. recent.* Reinoſ. *obſ. 28. n. 11.* Valenzuel. *conſ. 173. n. 39. tom. 2.* Vide infrà *ſub verb. forma.* (Non etiam ſi accidentalis eſt. *Add. Jaſ. in l. vinum. n. 33. de R. C. per l. 1. C. de Rei ux. act. Weſenb. in parat. de accuſ. n. 12. in fin.*)

L.

ACTUS à principio nullus, nullum producit Juris effectum. *l. 4. §. condemnatum 6. ff. de re judic. cap. ad præſentiam 16. de appellat.* latè Roman. *conſ. 412. Pro habenda. num. 4. cum ſeqq.* Roland à Valle *conſ. 63. n. 33. & conſil. 76. n. 21. lib. 1.* Card. Tuſch. *d. tom. 1. lit. A. concl. 139.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 250. n. 2. in 1. edit.* aliàs *reſol. 219. n. 2. in 2. edit.* Seraphin. *deciſ. 292. n. 2.* ubi ait: qvod actus ipſo jure nullus convaleſcere non poteſt, (Unde eſt qvod actus nullus propter inhabilitatem perſonæ agentis ſuperveniente habilitate non confirmetur. *l. ſi minor 4. de ſerv. export. c. ſi eo tempore 9. de reſcript. in 6 pulchre. Dec. con. 661. in caſ. in fin. vol. 4.*) Verùm licet actus nullus nihil operetur, operatus tamen declarationem mentis ipſius gerentis actum latè Roman. *conſ. 179. Ampliſſime Doctor. n. 11.* Bellon. *conſ. 5. In puncto n. 12. verſ. ne dicat aliqvis.* Reinoſ. *in practicis obſerv. 74. n. 8.*

LI.

ACTUS contra legis, ſeu ſtatuti prohibitionem factus eſt nullus, etiam qvod eadem lex, ſive ſtatutum poſt prohibitionem actum expreſsè non annullet. *l. non dubium 5. in princ. C. de legib.* ubi Bart. *n. 2. ver. tu juven. & n. 13.* Bald. *ante n. 1. verſ. qvidam ſervavit. & n. 2. verſ. qvartò nota. Paul. de Caſtro n. 2. verſ. inſecunda.* Jaſ. *n. 17. in 8. notab.* Tir. *ad leges connub. gloſ. 4. n. 7.* Virg. Boc. *in conſtit. Picen. gloſſ. 6. n. 110.* Soar. *de legib. lib. 5. cap. 25. num. 1. & 2. & cap. 27. n. 2.* Salas *in ſimili tract. qvæſt. 96. tract. 14. diſp.*

diff. 15. sect. 8. num. 16. (Declara hanc regulam 1. qvod ea tantum sit accipienda de statuto ejus loci, ubi actus celebratur. *vid. l. 6. de Evict.* & plures apud *Carpz. 3. conf. tit. 9. Resp. 96. n. 8.* & *3. conf. tit. 1. Respons. 13. num. 10.*) 2. qvando lex seu statutum prohibet actus substantiam, qvia secus esset, si in aliqvo actu solùm qvalitatem prohiberet, cùm tunc actus contra legem factus non esset nullus, sed validus. Soar. *d. c. 25. àn. 10.* Salas *d. sect. 8. n. 19. in fin.* & *n. 20.*

LII.

ACTUS perfectio consistit in conclusione. *l. contractus 17. C. de fide instrum. l. si voluntate 8.* ubi Bald. *C. de rescind. vendit.* Surd. *consil. 282. n. 17.*

LIII.

ACTUS omnis consistit in voluntate & potentia agentis. Socin. *reg. 30. vers. 3.* Cov. *in cap. cum esses 10. num. 7. de testament.* & *var. lib. 3. cap. 6. n. 9.* Menoch. *cons. 1. num. 259.* & *de præsumt. lib. 1. præs. 80. num. 11.*

LIV.

ACTUS in dubio videtur factus nomine proprio, non alieno. *l.* & *magis 4. ff. de solut. l. Papinianus 28. ff. mandati l. si ita stipulatus fuero 126. §. Chrysogonus 2. ff. de verbor. obligat. l. pro hærede 20. ff. de acqvirend. hæred. l. si pactum. l. 9. de probat.* & *præs.* Tiraq. *de retractu lig. §. 10. gloss. 1. num. 3.* Gutier. *de tutel. p. 1. c. 1. num. 22.* & *p. 2. c. 10. n. 1.* (Qvod tanto magis præsumitur, qvanto is qvi agit bona sua obligat. *Soc. Sen. 3. consil. 100. col. 2. vers. 2. Bald. 5. consil. 333. Men. 1. consil. 58. num. 54.* & *seq. l. Et si is. 9. C. de præd.* & *aliis reb. min.*

Fallit hæc regula in Tutore & Curatore faciente id, qvod nomine alieno obligatus est agere. Et ideo licet qvid faciat nomine suo præsumitur, tamen & censetur facere nomine pupilli. *l. 46. §. 2. de administr. tut. Bart. in l. Titium 47. §. altero 6. num. 2. ff. eod. tit. Surd. 1. consil. 9. num. 4. Mascard. de prob. vol. 1. concl. 38. num. 2. 3.* Unde tutor non solum præsumitur solvisse de pecunia pupilli. *Mascard. concl. 1393. num. 6. Cravett. 1. consil. 129. num. 3.* maximè quando non erat adeò dives, ut possit præsumi eam pecuniam, qvam solvit, habuisse. *Cravett. d. loc.* Sed & continuans mercantiam vel negotia patris censetur nomine pupilli continuare. *Gutt. de Tut.* & *Cur. p. 2. c. 10. num. 9. Masc. d. l. num. 14. v. Berlich. decis. 14.* & *15.*

LV.

ACTUS qvando ex duplici capite fieri potest, ex utiliori & firmiori factus censetur. *l. 3. ff. de testam milit. l. cum pater 29. ff. de jure dot.* Reinos. *in observ. practicis. observ. 8. n. 12.*

De Actibus mere facultatis

v. infra Facultas.

CAP. XXVI.

De Actu perfecto & impleto. Multa sùt perfecta, qvæ non dicuntur completa.

Sic stipul. verbis perficitur numeratione vel datione impletur. Emtio Venditio perficitur nudò conversa impletur numeratione pretii & mercis traditione. Matrimonium perficitur consensu, non impletur; implere enim nihil aliud est qvam consummare concubitu, *add. Cujac. l. 4. Resp. Scev. in l. 8. de Rescind. vend.* sæpè tamen in jure & hæc sumuntur promiscuè, ut in *l. 21. §. ult. ad municip. l. 17. C. de fid. instrum. l. 1. C. de vend. reb. civ. lib. 11. l. 9. §. sed qvod prætor. 3. Qvod met. causa. l. 7. de Novat.*

CAP. XXVII.

De Additamento & Adjectis.

Axioma I.

Addi nec minui qvidqvam potest ei, qvod est pro forma introductum. *l. fin. C. de suis.* & *leg.* vide infra de Forma.

II.

Si dispositioni qvid addatur contra rei naturam, in eo dispositio non valet. *l. 1. §. 1. Si usufruct. pet.*

III.

ADDITAMENTUM non mutat naturam ejus, cui adjicitur, imò seqvitur eandem naturam, & eandem actionem imitatur, aliàs esset destruere, & non addere. (text. est in *l. 26. §. 2. vers. nec separabitur pactio, de pact. dot. l. 8. C. de Jur. dot.* ubi vide omninò prolixè hæc tractantem Barbos.) Oldrad. *consil 131. n. 13. vers.* & *hoc clarius.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 1. lit. A. concl. 182. n. 1.* ubi *num. 3.* post Roman. *cons. 45.* declarat, procedere si additamentum non auget, neqve minuit actum primum, cui fit adjectio, qvia censetur idem actus cum primo (Unde si inutile non vitiat cetera *l. Non solent. 94. ff. de Regul. jur.* & *ibi Gothofr. in not.* sed ipsum vitiatur, textus elegans: *in*

l. 5. §. 1. Si usufruct. pet. & pro non adjecto habetur *l. 20. placuit 29. de usur.*)

Unde additio, vel additamentum, qvod venit ad interpretationem legis, vel statuti, aut alterius dispositionis, debet intelligi in casibus, in qvibus loqvitur statutum interpretatum, ut per Alex. *cons. 13. Circa primum. nu. 13. vers. præterea. lib. 3.* subditqve qvod ipsa additio interpretativa facta statuto antiqvo, est repetitiva, & influit etiam in statuto novo facto in additionem antiqvi.

Limita, nisi additamentum repugnet substantiæ rei, cui adjicitur, qvia tunc potiùs destruit, ut de pacto de non revocando in causa mortis, de conventione in prætoria stipulatione, & similibus, qvæ inducunt novam dispositionem, & novam substantiam, qvia sibi non communicant, nec invicem compatiuntur. (Additum enim si diversæ formæ, facit rem desinere esse talem. Exemplum elegans *in cap. 1. extra de consec. Eccles. & altar.* Oldrad. *consil. 172. in princ. n. 5.* qvem refert Cardin. Tusch. *de concl. 182. n. 13.* (Similem observationem proponit *Bart. & Alex. ad l. 6. d. I. & I. item Bart. ad l. 1. de Ed. & l. 3. C. eod.* In Additionalibus libellis ubi ostendunt, qvod additio scil. substantialis ad libellum, novum faciat libellum & novam instantiam. *Ang. in l. 1. § si stipulanti de V. O.*

CAP. XXVIII.

De Ademtione.

Axioma I.

Qvod iterum ademtum nunqvam videtur datum. *l. 14. in fin. pr. de leg. 1.*

II.

Si cui plus ademtum videtur, qvàm datum, id ademtum videtur, qvod datum est. *l. 35. §. 5. de adim. leg. l. 7. §. 2. de lib. leg. l. 1. §. 4. & 5. de V. O.* Ratio est, qvoniam summæ majori semper inest minor. *l. 110. pr. de R. I.*

III.

Ademtum uni applicatur alteri, in cujus favorem fit ademtio, textus *in l. 9. vers. qvorum commodo. C. de suis. & leg. l. penult. C. de legat.*

Limita tamen hanc regulam qvod procedat tantum in dispositione juris, secus in dispositione hominis. *Jac. de Belvis. ad N. 22. c. 23. qvem citat. & seq. Bart. ad l. 39. al. 41. §. heres de leg. 3. Aret. cons. 67. col. 3. vers. venio ad secund. R. sing. 697.*

IV.

Qvidqvid contra naturam rei adimitur, pro non ademto habetur. *l. 1. §. 1. Si usufruct. pet.*

CAP. XXIX.

De Adjectione.

Axioma I.

Adjectio non semper auget dispositionem, sed aliqvando minuit: ut elegans exemplum occurrit *in l. penult. de Servit. præd. rust. ubi Bald. ratio in l. 4. in fin. eod.*

II.

Adjectione res immutatur. textus *in clem. 2. de Elect. & l. 6. de I. & I.* qvod tamen de adjectione aliqva substantiali non accidentali est accipiendum. *Bart. & Alex. ad d. l. 6. vid. sup. de additamento.*

III.

Adjectio declarat dictum. Elegans exemplum *in l. interdum 13. pr. de hered. Instit. ubi Bald. n. 2.*

IV.

Illicite adjectum pro non adjecto habetur. *l. 29. de usucap.* vide supra de Additamento.

V.

Adjectio in continenti facta nil immutat circa prius disposita. *l. sed et si adjiciatur 13. pro Soc. l. species 15. de aur. & argent. Everhard. in top. in loc. ab Emt. ad cens. num. 8.*

CAP. XXX.

De Adjectivo.

Qvando præcedunt duo substantiva adjectivum seqvens utrumqve determinat, *l. 13. ubi Bart. ff. qvod met. causa.*

Excipe nisi adjectivum non possit prædicari de utroqve substantivo, tunc enim positum post plura substantiva ad illa tantum refertur, ad qvæ referri potest, salva ratione recti sermonis. *l. Plautius 8. de aur. & arg. leg. Durant. de art. test. tit. 6. caut. 50. Bart. d. loc. Gothofred. ad d. l. 8.*

CAP.

CAP. XXXI.

De Adjunctis *v. infra* de accidenti.

Axioma I.

Ratione adjuncti sæpè conceditur, qvod per se non concederetur. *l. 15. de Aq. & Aq. pluv. l. Refectionis 11. §. si prope. 1. Commun. prædiorum. Marc. Mantua. Bonavitus. 1. observ. legal. 3. ubi late.*

II.

Qvod profertur cum adjuncto non est propriè tale. *l. 7. §. 5. de don.*

Adolescens. *v. infra* Juventus.

CAP. XXXII.

De Adversitate, calamitate.

Bonorum adversitas non est reprobatio, sed virtutis probatio. *c. adversitas 48. causa 7. qvæst. 1.*

CAP. XXXIII.

De Advocatis & patronis causarum.

Axioma I.

Advocatorum qvidam rudes sunt & tyrones, alios nobilissimos facit & meritum & vetustas. *l. 7. C. de postulando.* Unde *Joh. de Ann. in rubr. de del. puer. 2. col.* juvenes Advocatos litium confusores dicit, & sanè advocatoriæ malitiæ juventutem, sæpe & ignorantiam causam esse meritò conqveritur. *Carpz. lib. 1. conſ. 1. def. 18. num. 12. & 14.* Inveniuntur tamen qvi & in Juventute laudabiliter de jure responderunt (exemplum Nervæ filii JCti elegans *in l. 1. §. 3. de postul.*) qvi ætatem doctrina suppleverunt, nam si indocti sint Advocatorum appellatione redduntur indigni. vid. *l. 1. §. 2. & gloss. ad l. 1. §. 11. verb. qvoqve studio. de var. & extraord. cognit.* Rectè ergo in benè constitutis rebuspub. servatur, ne admittantur advocati, priusqvam publicum testimonium suæ eruditionis & profectus in studio juris exhibuerint, vel aliter de eo fidem fecerint: malè contra velut in comœdiis passim exhibentur larvæ, pro Jurisconsultis Legulei, pro militibus latrones, pro politicis nebulones, pro Oratoribus procuratores & Rabulæ, pro historicis pueri, pro advocatis scribæ & opifices. Carpzovius *dict. loc.* ubi cit. Everhard. à Weihe *de van. glor. mund. pag. 36.*

II.

Sicut de malis leguleis & fori rabulis non immerito Joh. Bapt. Magon. *de rect. patroc. rat. pag. 1. cap. 11. num. 9.* ait, quod ubi advocatorum turba strepat, ibi litium anf actibus tota ardeat civitas, nec aliqua à litigio vacet domus: Ita econtrario de bonis JCtis dignum Imperatoris Friderici elogium *in auth. habita C. Ne filius pro patre.* Qvod eorum scientia totus illuminetur orbis, & ad obediendum Deo & magistratui vita subjectorum informetur, *Col de proceſſ. execut. p. 2. c. n. 119.* imò non minus, secundum Leonis & Anthemii oraculum, provident humano generi, qvam si præliis atqve vulneribus patriam parentesqve tueantur *l. 14. C. de Advocat. diverſ. judic. vide de hac re cum pluribus cit. Carpz. 3. conſil. 2. num. 2. 3.* ubi rectè utentes legibus meliorem vitam ducere qvàm religiosos docet.

III.

Ideò inventum Advocationis officium ut lites dirimantur, amicitia inter homines conservetur, litigaturis succurratur, qvi suum tueri & causam dicere ignorant. Menoch. *de arbitr. jud. qvæſt. lib. 2. caſ. 369.* Cagnol. *in l. 2. §. poſt originem 7. num. 115. de orig. juris.* ut autem hunc finem obtineamus, non sufficit sola eruditio, nisi cum pietate conjunctè, sine hac enim parum commodi accedet clientulis ab Advocatis, in literis etiam optimè versatis: qvippe qvod impii plus ad subversionem veritatis ac litigiorum augmentum, qvam ad dilucidationem justitiæ & litium diremtionem exerceant. Magon. *de rect. patroc. rat. pag. 1. c. 6. n. 18.* legum sanctiones saluberrimas in cautelas & technas nocentissimas convertentes, lites protrahentes, dilationes qværentes, causasqve qværentes, ut litigantibus plus qvàm totum auferant, ex qvo major est expensarum sumtus, qvàm sententiæ fructus, nec terminant negotia pauperum, qvousqve eorum marsupia sunt evacuata, ut loqvitur Innocent. *lib. 6. de util. condit. human.* Sigism. Scacc. *de jud. lib. 1. c. 50. n. 33.* Carpz. *lib. 3. reſp. 5. num. 8. & 9.*

IV.

Causas perorantes aliqvi timidius, aliqvi audacius agunt, *l. 14. §. 1. C. de judic.*

V.

Advocati non debent maledicendi studio convitiis res agere, alioqvin infames fiunt *c. infames 3. q. 7. l. 6. §. 1. C. de poſtulando.* Circa qvos judicem non nimium patientem esse oportet, ne contemptibilis reddatur, *l. 9. §. 2. de offic. Proconſ.* qvibus linguas præcidendas Bernhardus dixit; alii secundum arbitrium judicis puniri eos svadent, qvos vide, cit. ap. Carpz. *p. 1. conſt. 1. def. 19.*

CAP. XXXIV.

De Ædificiis.

Axioma I.

Magistratus officio incumbit inspectis ædificiis, dominos eorum causâ cognitâ compellere, ut ea reficiant, & adversus detrectantes competenti remedio deformitati urbis auxilium ferant. *l. 7. de offic. præsid.* Ad utilitatem enim Reipublicæ pertinet, ne ruinis urbs deformetur, *l. Ad curatoris 46. de damn. infect. l. prætor ait 20. §. hoc interdictum 10. ff. de Nov. op. nunc. l. 2. §. si quis nemine prohibente 17. & in l. fin. ff. Ne quid in loco publico.* Cœpoll. *in tract. de serv. urb. præd. cap. 59. quem omnino. vid. Gail. de pignor. observ. 10. & 1. observ. 16. n. 17.*

II.

Qvilibet in suo pro libitu ædificare potest ad cœlum usqve *l. altius 8. l. si in ædibus 9. Cod. de servit. & aqva.* etsi tertio noceat, *l. fluminum. 24. §. ult. l. Proculus. 26. de damno infect.* modo non sit ædificium ad æmulationem factum, vid. Fichard. 2. *conf. 132. per tot.* Gail. 2. *observat. 69. num. 17. & seq.* nec 2. sis contra formam publicam extructum *l. 1. 3. C. de ædific. privat.* aut 3. servitus fuerit imposita, *l. inter servitutes 15. de S. P. urb.* aut 4. ædes vicini habeant lumen ex publico, qvæ sic obscurarentur *l. 1. ne qvid in loco publico. gloss. in l. fluminum 24. §. fin. in verb. non teneri. de damn. infect.* Cœpoll. *de servit. præd. urb. cap. 29. num. 2.* vel si prædio rustico damnum fiat, qvo minus fructus crescere qveant, per textum *l. fin. §. 1. C. de servit. & aq.* fallit item, si à principe, non ipso jure potestatem qvis habet ædificandi, *l. 2. §. merito. 10. & §. si qvis à principe. 16. ff. Ne qvid in loco publico.* Deniqve locum hæc regula non obtinet, qvando scalis noceretur. Cœpoll. *de serv. urb. præd. c. 39. n. 4.* Butr. *add. l. fin. §. fin.*

III.

Ædificium non est qvod solo infixum non est, nec in eo immissum fundamentum habet. *l. 18. de act. emti.* Carpzov. *p. 3. Const. 31. def. 4. n. 3.* qvale exemplum habetur *in l. 60. de Æ. R. D.*

CAP. XXXV.

De Ægroto: & morbis afflicto. *Confer infra* morbus.

Ægrotorum curam magnam jura gerunt: unde qvi eos non curant, hæreditatem amittunt qvasi indigni, *l. 3. de his qvæ ut indign.* item ex hac causa dominium servi amittitur & jus patronatus *l. 1. §. sed scimus 13. C. de latin. libert. toll.* Cujacius *in exposit. Novell. 18. l. 2. Qvi sine man.* Cujac. *ad l. 1. §. 3. de in jus voc.*

CAP. XXXVI.

De Æqvalitate.

Axioma I.

In re dubia judex anile illud judicium inter partes ne ferat, ut rem, de qva litigatur, inter partes æqvaliter jubeat dividere. Cujac. *1. qvæst. Pauli ad leg. 34. de N. G. ubi exemplum habetur & elegans gl.*

Ita verbi causa, si qvis legavit Titio, & duo inveniantur amici testatoris ejus nominis, ut hæc homonymia ambiguitatem inducat, legatum neutri dabitur: qvia deficit probatio, nec apparet, cui datum testator voluerit. *l. 3. §. si duob. de Adim. leg. l. duo sunt Titii. 30. de test. tut.* Et melius est ita constitui, qvam partem dari uni Titio, partem alteri, qvia testator scindi legatum noluit, sed uni præstari in solidum: qvi cum non appareat qvis sit, legatum in irritum recidit.

Aliud exemplum vid. in *l. verbis civilibus 7. de vulg. substit.*

Excipe nisi jura ipsa divisionem svadeant aut inducant, ut est *in leg. 25. §. 15. de H. P. § Thesauros. 40. Inst. de R. D. l. si à sponso 16. C. de don. ante nupt.*

IV.

Æqvalitas fundamentum suum in jure naturali habet *l. 4. C. comm. divid. l. ult. C. comm. utriusq. l. pen. C. de legit. hered.* Hinc in dubio semper ea tenenda est opinio, per qvam liberi ad æqvalitatem reducuntur. *Tiraqvell. de jure primogenituræ qvæst. 4. in princ.* & Hart. Pistor. 2. *qvæst. 38. num. 71.* laudati à Dn. Carpz. *6. conf. 44. num. 6.* præcipuè qvoniam bona præsumptio est, qvod eam parentes maximè inter liberos servare voluerint *l. illud. 20. in fin. C. de collat. l. cum pater. 77. §. evictis 8. ubi gloss. de leg. 2. l. qvæsitum. 12. §. 43. vers. sed & ipse Papinianus. ff. de fund. instr.* Hartm. *1. qvæst. 19. num. 9.* cit. à Carpz. 3. 11. *d. 12. n. 3.* Idem in conjugibus dicendum, qvod maximè inter eos debeat servari æqvalitas, *l. fructus 7. solut. matrim. Novell. de æqva. dot. 9. per tot. l. non tantum dotis 20. de re jud.* ut & fratres *d. l. si major 4. C. comm. divid.* idem etiam in successionibus obtinet *l. unica. §. 2. C. de Cad. toll. adde Gothofred. ad l. 4. C. comm. divid. lit. K.*

V.

Æqvalitas rerum præcipua civitatis felicitas, Jacob. Omphal. *de usurp. LL. lib. 2. c. 6. num. 1.* proportionis enim æqvalitate ea conservatur. Molin. *de commerc. & usur. 2. qvæst. 76.* unde magistratum æqvalitatis maximè & justitiæ decet esse amatorem *N. 2. c. 5.*

VI. Æqva-

VI.

Æqvales sunt omnes homines, qvoad Deum & humilitatis rationem, *c. de Constantinopolitana 4. dist. 22.* unde & natura omnes fecit æqvales *l. 32. de R.I.*

VII.

Æqvaliter & absqve personarum respectu procedendum *c. novit 13. extr. de jud. c. cum omnes 6. extr. de Constit.*

Hoc verum qvoad sententiam definitivam, secus aliqvando qvoad negotii executionem, *c. pastoralis. 11. extr. de off. ord. c. qvisqvis 3. caus. 2. q. ult.*

VIII.

ÆQVALITAS maximè in judiciis est semper servanda, *l. 26. C. de procurat. l. non debet actori 41. ff. de regulis Juris. cap. non licet 32. eod. tit. lib. 6.* Oldrad. *311. num. 2. vers. & si dicatur, & cons. 323. num. 4.* Federicus de Senis *cons. 289.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum. reg. 155.* Rot. *decis. 462. num. 9. decis. 527. num. 3. pag. 2. recent.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. E. conclus. 306. per totam.* & faciunt qvæ dixi supra *sub. verb. Actor. in fin.* (idem in arbitriis *l. non distinguemus 32. §. item si qvi 9. in fin. de rec. arb. recept. ju. receperunt.*)

IX.

ÆQVALITAS inter partes debet in cunctis servari, & actor & reus non debent ad imparia judicari, *l. cum pater 77. §. evictis. 8. ff. de legat. 2. l. cum oportet 6. Cod. de bonis qvæ liber. l. petendæ 6. C. de tempor. in integr. restit. l. fin. C. de fructib. & lit. expens. l. fin. C. de cupress. lib. 11. cap. in judiciis 12. de regulis Juris. lib. 6.* Socin. jun. *cons. 4. col. 2. vol. 1.* Ruin. *cons. 133. col. 1. vol. 2.* Roland. *cons. 51. num. 8. vol. 4.* Becc *consil. 43. in fin.* Vincent. de Franch. *decis. 23. num. 9.* Peregr. *cons. 93. num. 21. vol. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 6. nu. 164. cum seq.* Rot. *decis. 1. num. 14. apud Farin. pag. 2. recent. & in Romana de Capuzucchis. 10. Aprilis 1606. coram Cardinali Lancelloto.* Unde propter servandam æqvalitatem sæpe receditur à regulis Juris, & proprietate sermonis, *l. fin. Cod. Commun. utriusqve jud. l. qvæsitum 12. § 43. vers. sed & ipse Papinianus. ff. de fundo instr.* Bart. *in l. cum pater, 77. §. evictis 8. ff. de leg. 2.* Socinus *in l. 1. in 4. notab. ff. de reb. dub.* Cephal. *cons. 545. num. 15. lib. 4.* Hieron. Gabr. *cons. 90. num. 21. & cons. 46. num. 31. lib. 1.* Honded. *cons. 29. num. 96. lib. 1.* Et in dubio semper interpretanda est dispositio in eum sensum, qvi magis ad æqvalitatem reducit, Tiraqvell. *de primogen. qvæst. 4. num. 5.* Alba *cons. 461. num. 14. vers. & in dubio.* Cephal. *cons. 545. num. 15. & 16.* Honded. *cons. 29. num. 100. lib. 1.* Imò ratione æqvalitatis servandæ fit etiam extensio de uno ad aliud, *§ illud. 3. institut. de societ. l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* Aymon. *consil. 133 num. 8. vers. qvinimo.* Honded. *cons. 29. num. 98. & consil. 59. num. 64. lib. 1.*

De Æqvatione. 5. exæqvatione. v. infra de Parificatione.

CAP. XXXVII.

De Æqviparatis. *v. infra* loc. de differentia.

Axioma I.

ÆQVIPARATORUM eadem est dispositio, *leg. 1. ff. de legat. 1.* glos. *in l. si qvis servo 20. C. de furtis. & in cap. si post qvam. 33. §. fin. de elect. in 6. v. Reinking. lib. 1. de regimine eccles. 4. c. 3. num. 22. & 23.* Joan. de Anan. *cons. 27. Viso casu num. 3.* Alexand. *cons. 17. Visis num. 3. lib. 3.* Roman. *cons. 129. licet magna*, ubi qvod in æqviparatis idem jus disponitur etiam per extensionem, & qvod procedit in statuto, & in lege generali, Beroi. *cons. 27. num. 3. libr. 1.* Decianus *cons. 6. num. 27. & cons. 45. num. 35. lib. 1.* Menochius *de arbitr. casu 88. num. 8.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapolit. decis. 223. n. 4. pag. 2.* Anton. Monach. Bononiens. *decis. 68. num. 19.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 3. lit. E. conclus. 308.* Flamin. Paris. *de confident. qvæst. 27. num. 74. & qvæst. 28. num. 82.* Marian. Antonin. *var. resolut. lib. 3. resolut. 25. num. 10.* Surdus *cons. 384. num. 22.* Octav. Glorit. *rest. 5. num. 58.* Imbrian. *de primo & secundo benefic. consil. 8. num. 114.* Vivian. *decis. 255. num. 29. & seqq.* Joan. Marian. Novar. *in praxi elect. & variat. fori. qvæst. 8. sect. 1. num. 9. & qvæst. forens. q. 143. num. 12. lib. 1.* Farinac. *fragm. crim. p. 1. lit. E. num. 202. cum seq.* Valezuel. *cons. 172. n. 28. tom. 2.* (Idem dicendum de æqvipollentibus, qvorum eadem disciplina est, & idem de-

debet esse judicium *l. fideicommissa 11. §. sicui 11. de legatis. 3.* Besoldus *in voc.* **Unterschiedene Bürgen.**

Declara loco limitationis hanc regulam, qvod procedat tantùm in iis, in qvibus æqviparatio instituitur: Etenim æqviparata in uno simpliciter æqviparata non sunt, Bachov. *libr. 2. disp. 7. th. 9. lit. D. & ad §. ult. de suspect. tut.* ubi legimus latam culpam (qvæ est crassa & supina negligentia) æqviparari dolo, ut ob eam pariter atqve dolum qvisqve conveniatur. *l. magna 226. de V. S. l. 29. princ. Mand. l. 1. §. 1. si mens. falsf. mod. l. 8. de Ed.* qvod adeo verum, ut idem dicendum veniat, etiamsi textus utatur particula, tantum vel non aliter *l. 8. § 5. de prec.* non tamen æqviparatio ea per omnia procedit, fallit enim in materia delictorum *l. 7. C. ad Leg. Cornel. de sicar.* fallit etiam in materia suspecti tutoris, ubi remotus ob dolum fit infamis, non etiam ob culpam §. 6. *Inst. de susp. tut.*)

II.

ÆQVIPARATORUM qvia idem est judicium, ideo fit extensio regulariter de uno æqviparato ad aliud, ut per Bart. & alios *in l. 1. ff. de legat. 1.* Curt. jun. *cons. 124. num. 7.* Gabr. *cons. 21. n. 37. & seq. lib. 1.* Cephal. *consil. 257. num. 17. seq.* Everhard. *in loco à ratione legis larga n. 52. & in loco à simili. n. 7. vers. & generaliter.* Roland. *cons. 27. n. 2. & 13. lib. 1.* Osasch. *Pedem. decis. 67. n. 9. ver. pro hac opinione.* Villagut. *in tract. de extens. legum rub. de extens. leg. correct. & pœn. simul. num. 64.* Octav. Glorit. *resp. 5. n. 38.* novissimè Didac. de Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requisita, annot. 1. q. 15. num. 5.*

Amplia etiam in pœnalibus, exorbitantibus, & correctoriis, ut tenent Barbat. *cons. 26. per totum. lib. 3.* Abb. *cons. 75. nu. 6. vers. præterea. lib. 1.* Alex. *cons. 117. Viso titulo. num. 15. & 16. lib. 6.* Card. Tusch. *d. concl. 308. à n. 15. & d. lit. E. concl. 663. n. 48.* Ruin. *cons. 10. n. 11. lib. 3.* Gabr. *cons. 21. num. 38. lib. 1.* Paris. *consil. 22. n. 42. lib. 2.* Decianus *cons. 11. num. 153. lib. 1.* Villalob. *commun. opin. lit. E. n. 157.* Everhard. *in loco à ratione legis. n. 27. & 66. & in loco à simili. num. 7. vers. & generaliter, & in loco à speciali. num. 6. in 3. limitat.* Osasch. Pedem. *decis. 49. num. 20.* M. Anton. Eugen. *cons. 49. n. 38.* Honded. *cons. 75. n. 25. lib. 1.* Villag. *d. rub. de extens. leg. correct. & pœnal. simul. n. 64.*

Intellige æqviparationem debere esse universalem per viam regulæ, & in omnibus, & per omnia, ad hoc ut fiat extensio in æqviparatis, (aliud enim est tale esse, aliud haberi pro tali, *gloss. in l. mercis 207. verb. Mangones. de V. S.* Barsch. *de clauf. cap. 30. §. 1. n. 19.* ubi ostendit differre juramentum à promissione, an Eides statt/) gloss. *verb. sacri. in cap. unic. de voto. lib. 6.* gloss. *verb. prorogamus. in cap. constitutus 3. de Regularib. eodem libr.* Aymon. *de antiqvit. temp. p. 4. in princ. num. 100. & seq. & n. 135.* Angel. Aretin. *cons. 58. In causa mota. num. 7. vers. probatur. lib. 7.* Barbat. *cons. 26. in princip. lib. 3.* Curt sen. *cons. 48. num. 19. & cons. 49. n. 43.* Everhardus *in loco à ratione legis larga. num. 52. & in loco à simili. num. 20.* Roland. *cons. 27. n. 17. lib. 1.* M. Anton. Eugen. *cons. 49. n. 39.* Villagut. *d. rubr. de extens. leg. correct. & pœn. simul. n. 64. in fin. vers. limita singulariter.* Honded. *cons. 95. n. 119. lib. 1.* Card. Tusch. *d. tom. 3. lit. E. concl. 318. n. 18. & 28.* ubi *n. 38.* post. Roman. *d. cons. 179. n. 12.* limitat, ut non procedat, si superveniat aliqvid ad favorem unius ex æqviparatis, qvod non respiciat parificationem.

CAP. XXXVIII.

De Æqvipollente.

Axioma. I.

Æqvipollens non excluditur per partem taxativam, Cast. *Cons. 296.*

II.

Æqvipollens in stipulationem deduci potest, Bart. *in l. si sub una 136. de V. O.* Et comprehenditur statuto, Idem *in l. nemini 11. C. de Advocat. div. jud. 1.*

III.

Æqvipollentia verba sufficiunt in replicatione argumentorum, Abb. Sic. *in c. abbate. in fin. de verb. signif.* & simul multiplicari possunt, Card. *in clem. 1. §. nos. 25. de jurejur.*

IV.

Non refert qvid fiat ex æqvipollentibus, *l. 3. C. de instit. & substit. l. fin. C. de don. qvæ sub. mod. l. mulier 22. ff. ad Treb. l. 15. Quando dies legat. ced. l. 11. §. 11. de leg. 3. l. fin. C. de don. qvæ sub mod.*

Amplia-

Ampliatur qvod procedat sive conditio sit necessaria, sive voluntaria, Soc. Jun. *in l. Gallus 29. §. Et qvid si tantum 5. ff. de lib. & posth. n. 28.*

Ampliatur itidem hæc regula & limitatur per Jason. *in l. si mater 3. Cod. de instit. & substit. num. 3.*

V.

Æqvipollens non sufficit, ubi certa forma à jure statuta est. Boer. *decis. 1. num. 45. gl. in clem. 1. de vit. & bon. Cler.* Asm. *in prax. jud. §. 3. cap. 36. num. 12. & cap. 37. n. 1.* Crav. *cons. 12. n. 2. & cons. 177. n. 4.* Felin. *cap. dilecta. n. 25. de rescript. Decis. Pedem 92. n. 15. Dec. l. si mater. 3. nu. 4. C. de instit. & substit.* Dec. *cons. 466, n. 19.* Nec enim tale est, qvod pro tali habetur. *gl. in l. mercis 207. de V. S.* Wesembec. *in Com. Cod. de inoff. don. num. 40.*

VI.

Æqvipollentium verborum eadem vis ac potestas, *l. mulier 22. in pr. ff. ad SC. Treb. l. Gallus 29. §. & qvid 5. ff. de lib. & posth.* Rauch. *1. q. 2. nu. 17. cit. à Carpz. 3. Resp. 10. num. 20.*

CAP. XXXIX.

De Æqvitate.

Axioma I.

Omne jus, qvod est certum, aut scripto aut moribus constat, dubium, æqvitatis regulis examinandum est, Qvintil. *lib. 2. c. 3.* & sæpe nobis æqvitas aliqvid suggerit, ubi jure deficimus, *l. 2: §. 5. de aq. pl. arcend.*

Qvamvis illa solutio communis, qva aliud dicitur esse de rigore juris, aliud de æqvitate, dicatur esse solutio miserorum; tamen in casu legis novæ est optima solutio, Zas. *in l. 23. de R. C.*

II.

Æqvitati tum demum defertur, cum est evidens, hoc est, cum nullam in contrarium dubitationem patitur, & cum nullam legem contrariam habet, Vigel. *in ratione legendi jur. controv. col. 10.* Nec enim omnia æqva, qvæ æqvitatis habent imaginem, Gilken. *ad l. 12. C. de SS. Eccles. n. 16. & 17.* Et æqvitas non adjuta legibus curanda non est, sed secundum leges judicandum. *Gail. 2. observ. 23. n. 26.*

III.

Ad æqvitatem omnia reducendo corrigit Imp. *l. 13. §. 7. C. de jud.*

IV.

Æqvitas in omnibus est spectanda, *l. 91. de reg. Jur. ult. circa fin. pr. C. de fideicommiss.* ac juris rigori in judicando anteponenda. Mastrill. *decis. 24. in fin.* Thesaur. *decis. 245. num. 7. vers. judex enim æqvitatem.* Est enim æqvitas Thyriaca contra venenum, *Jacob. Menoch. de arbitr. judic. qvæst. lib. 1. q. 13. n. 17.* & fundamentum interpretandi pariter leges & pacta, Bald. *in leg. si defunctus. 9. n. 8. vers. & nota, qvod æqvitas & fundamentum C. de suis & legit.* unde & verba generalia in constit. semper ad id qvod rationis & æqvitatis restringenda. *l. 1. §. 2. Ne qvid in loco sacro.* Idem in testamento *l. 17. de injust.* rectè ergo Sulpitius laudatur à Cicerone in Philipp. 9. sub. fin. *Nec vero silebitur admirabilis qvædam & divina ejus in LL. Interpretandis, æqvitate explicanda, scientia. Omnes ex omni ætate, qvi in hac civitate intelligentiam juris habuere, si in unum conferentur, non sunt cum S. Sulpitio conferendi. Neqve enim ille magis JCtus qvam Justitiæ fuit. Itaqve qvæ proficiscebantur à LL. & à Jure civili semper ad facultatem æqvitatemqve referebat, neqve constituere litium actiones malebat, qvam lites tollere.* Hinc illud Caton. *Ipsæ etiam leges cupiunt ut jure regantur.*

V.

Æqvitas ipsa semper est certa, ac proinde etiam boni viri arbitrium *Cujac. in Paulo lib. 4. qvæst. 77. & 79. per Soc. & ad L. 43. de V. O.*

VI.

Æqvitatis ratio alia minor, *l. si servo 87. de hered. Institut.* item alia naturalis, alia civilis. *l. 1. §. 1. Si is qvi testam. lib.* Illa seqvitur merum jusgentium, hæc etiam præcepta civilia *l. 31. §. depos.* Opponitur Juri scripto, idqve emendat, adeoqve qvi hoc sine ista sectantur, perniciose sæpè errant, *l. 91. §. 3. de V. O.* Sicut & è contrario sub æqvitatis prætextu multi velantur errores *d. l. 91. §. 3.* distinguunt tamen & qvidam inter æqvitatem scriptam & non scriptam *l. 8. Cod. de jud.*

VII.

In æqvitate examinanda ad omnes circumstantias est respiciendum *l. 31. depositi. l. 1. si mulier ventris nomine.*

VIII.

Etsi nihil facile mutandum est ex solennibus, tamen ubi æqvitas evidens poscit subveniendum est, *l. milites 7. Ex qvib. causis major.*

IX.

Æqvitas suadet relatum esse in referente; nam qvod relatum sit proprie nominatum in referente, procedit per fictionem non verè & propriè. *Arctin. in l. Titia §. fin. de V. O. Ruin. cons. 69. num. 1. vol. 3. l. sed etsi 25. §. penult. ff. de petit. hered. l. si is qvi 15. ubi Bart. de usuc.* & est communis opinio, ut attestatur *Tiraq. in tract. de legib. con. gloss. 7. num. 187.*

X.

X.

ÆQVITAS præfertur rigori. *l.1.§.si ego.3.ff.si pars hæred.pet. l.fin.in fin.ff.de offic. Præsid. l.majorem 8.ff.de pactis.l.1. C.de legib. l.placuit 8. C.de judic.l.17.de injust.rupt.& irrit.cap.32.de Simon. cap.fin.de transaction.* (eamqve semper judex ob oculos habeat, *l. 4. de eo qvi certo loc.* cum multa contra jus strictum ex æqvitate sint statuta, *l. 51.§.2.in fin.& ibi Gothofr. ad L.Aqvil.*) Hippol. *sing. 685.* Bernard. *reg. 245.* Fulgos. *in d.l.1. num. 8.* Anchar. *cons. 23.num.11.& cons.79.in pr.* Bald. *consil. 250.in qvæstione. n. 12. lib.1.* ubi qvod procedit in pœnis corporalibus, & *cons. 429. Qvidam num.2.eod.lib.1.* ubi qvod procedit in materia feudali, & *cons.434. Pactum circa fin.vers.nam dicere, eod. lib.1.* ubi ampliat in pactis, & *cons. 486. Istud circa fin. vers. octavo, lib. 2.* ubi ampliat in interpretandis opinionibus dubiis legis, vel hominis, Angel. *cons.153. Florentiæ. n.3.* ubi ampliat coram arbitris, seu arbitratoribus, Tiraqvel. *de retractu lig. §.35.gloss. 1.n.4.* Strach. *de mercat. tit. qvomodo procedendum in causa mercaturæ. n. 4.* Sarmien. *lib.3. selectar. cap.9. num. 4. ad fin.* Covar. *in reg. possessor. p.2.§.6.à num.2.* Mendoza *de pactis. lib.1. cap. 3. n.9.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum. reg. 17.* Valas. *de Jure emphyt. qvæst.5.nu.4.* Fachin. *controvers. lib.1. cap.3.& lib.11. cap.3.* Bertazol. *in repet. l.si qvis major.41.num.32. C.de transact.* Card. Tusch. *pract. concl.tom.3. lit. E. conclus.312.per totum.* Morl. *in emporio Juris Civilis. p.1.tit. 1. qvæst. 11. per tot.* Cardin. Mantic. *decis.148. num.3.* Anton. Monach. *Lucens. decis.68.n.35.& Bononiens. decis.19.num.3.& Florentin. decis.70. num.31.* ubi intelligit, dummodo sit scripta, Imbrian. *de primo & secundo benefic. consid. 1. num. 25.* Fachinæ. *controvers. lib. 1. c. 3. ut lib.11.c.3.* Valenzuel. *cons.164.n. 81.*

Ubi enim reperitur æqvitas scripta in genere, & rigor contrarius similiter in genere, præfertur æqvitas rigori; idem si æqvitas & rigor scripti sint ambo in specie, *l.placuit. 8. Cod. de judic.* sed ubi reperitur æqvitas scripta in genere, & rigor in specie: ut qvia æqvitas naturalis generaliter dictet neminem cum alterius jactura locupletari debere, *l.nam hoc natura 14. ff. de condict.indeb.* rigor verò dictet specialiter præscriptiones, & usucapiones in alterius damnum procedere favore bonæ fidei possessoris, & in odium negligentis, ut *in l.1.ff. de usucap.* tunc rigor æqvitati præfertur, ita Dyn. *in reg.possessor. de regulis Jur. in 6.* Bart. *in d.l 1. num.1.* Fulgos *col.1.num.2.vers.in gloss.1.* Imol. *col.1.n.2.* Paul. de Castro *col.1.n.3.* Ludov. Roman. *col.1.n.1.& in l.si insulam. col.5.n.22.ff. de verbor. oblig.* ubi testatur hanc esse communem omnium opinionem, Salicet. *in d.l. placuit. col.1.num.1.* ubi etiam Corn. *in* princ. Jas. *col.ult.n.3.* Curt. jun. *col.3. n.19.* qvos refert, & seqvitur Rendina *in promptuario receptarum sentent. tom.1.tit.100.num.11.* Et qvod semper interpretatio fit secundum æqvitatem, dicit Socin. *cons.159. In præsenti. num.28.lib.2.* & illa qvæ fuerit justa, ac naturali consona æqvitati, sumenda est, ait Roman. *cons.16.n.3.* qvem refert Card. Tusch. *tom. 4. lit. I. concl. 330. num. 8.* ubi *n.35.* post Bald. *consil. 486. circa fin. lib.2.* subdit, qvod verisimilitudo sumitur ex ea interpretatione, qvæ sapit æqvitatem, & arbitrium boni viri in dispositionibus dubiis.

Limita Axioma in æqvitate non scripta, qvæ est ex proprio capite Judicis, qvia illa non præfertur rigori scripto: Goth. *ad l.14. de eo qvod certo loco.* & per Fulgos. *consil. 158. Domina Graccolina, num.3.* ubi qvod Judex debet condemnare victum in expensis, & sine causa prætextu æqvitatis non debet absolvere, nisi habuerit justam causam litigandi, Anton. Monach. *Florent. decis.70. num.31.* Card. Tusch. *d.tom.3.lit. E. concl.312.num.16.* Æqvitas enim cerebrina ex suo capite non dicitur æqvitas, sed iniqvitas, qvando est contra leges, ideò non extendenda. (Nec enim æqviores lege nos esse decet *N.18.c.5.pr. Mævius part.2.tit.2. art.12.num.155.& seqq.*) Jas. *in l.qvod si Ephes. 4. § interdum, in fine. ff. de eo qvod certo loco.* Decian. *cons.38.n.42.43. & 44.lib.1.* Card. Tusch. *ubi sup.n.17.* ubi *num.18.* subdit, qvod sicut species derogat generi, ita rigor scriptus in specie præfertur æqvitati scriptæ in genere, & *num. 19.* ait, qvod æqvitas desumpta argumentativè ab alia materia, vel simili, tanqvam generalis

neralis non præfertur rigori in casu speciali. Unde ex Bald. *cons. 253. nu. 3. vers. pro qvo probando. l. 5.* colligit idem Cardin. Tusch. *tom. 4. lit. G. concl. 36 n. 28.* qvod qvando rigor est specialis, & æqvitas generalis, præfertur rigor ratione specialitatis. (Multi tamen hodie malè æqvitatem ex cerebro natam observant. *Heig. 1. qvæst. 37. n. 12. Lyd. lib. 7. c. 39. Parth. litig. lib. 1. c. 121. n. 10. And. Fab. in præf. Error. prag. Gail. 2. O. 23. n. 20. Hering. de fide juss. c. 5. n. 115.*)

XI.

ÆQVITAS est qvædam factorum convenientia. *arg. l. Julianus 17. ff. de jud.* & rectitudo judicii naturalem seqvens rationem. Bald. *in l. omnes populi 9. n. 19. ff. de justitia & jure.* Decian. *cons. 36. n. 42. lib. 1.* Est ipsa justitia naturalis, & in effectu differt à Jure, qvia per disputationes Jurisprudentum elimatur æqvitas, & sit jus scriptum, prout dicimus de scypho argenteo elimato producto à naturali materia argentea, Fulgos. *in l. 1. n. 7. & 8. C. de legib.* Et est qvædam æqvalitas de se ipso in alium, secundum naturam, ut Qvid tibi non vis fieri alteri ne feceris, de qva *in tit. qvod qvisqve Juris*, & ideò æqvitatem dicit lex naturæ, neminem cum alterius detrimento locupletari, *l. jure naturæ 206. ff. de regul. Juris.* & ita eleganter tradit Cardin. Tusch. *d. lit. E. concl. 310. n. 1. cum seqq.* unde Calderin. *cons. 267. in princ. vers. multò*, aliàs *5. de rebus Eccles. non alien.* ait, qvod omnis contractus ut est donatio, unio, & translatio de consensu, & ex causa rationabili, dicitur super æqvitate naturali fundari, & Guid. Pap. *decis. 362.* ubi qvod non reperitur major æqvitas, qvàm qvod res restituatur domino suo, & Castrens. *cons. 164. In præsenti. num. 6 lib. 2.* ubi qvod ex æqvitate fuit introductum, ut filius succedat in locum patris, qvando agitur de successione cum patruo, Alex. *cons. 26. Considerat. n. 4. li. 4.* ubi qvod æqvitas reqvirit qvod bona ascendentium æqvaliter dividantur inter filios, Petr. de Anch. *consil. 57. Qvædam. n. 3.* ubi qvod ubicunqve Judicis arbitrium intrat, debet æqvitatem servare, Signorol. *consil. 139. n. 6.* ubi qvod æqvitas dicitur mater exceptionis, ita ut exceptio dicatur esse ex æqvitate.

XII.

ÆQVITAS in paribus causis paria Jura desiderat, *l. fin. C. ad Leg. Falcid. cap. cùm dilectæ 4. de confirmat. utili.* Anton. Monach. *Lucens. decis. 55. n. 34. & Bononiens. decis. 62. sub. num. 4. & Florent. decis. 18. n. 19. & decis. 70. n. 45.*

CAP. XL.

De Æqvivocis. *v. infra* ambiguum.

Errorum genetrix semper est æqvivocatio: nec Philosophis tantum sed & JCtis naufragium minatur, vid. *Scal. 1. hist. anim. sect. 12. in fin.*

CAP. XLI.

De Æstimatione.

Axioma. I.

Æstimatio regulariter facit emtionem *l. 10. §. 4. & 5. l. 16. ff. de jure dot. l. 3. pro empt.* & debitorem constituit accipientem. *l. 5. C. eod. Wesenb. in parat. de æstimat. act. n. 5.*

Exemplum est in *l. 31. Locati. l. 52. de donat. int. vir. & ux.*

Excipe 1. nisi repugnet voluntas contrahentium: nempe si convenerit, ut ea ipsa res qvæ æstimata est aliqvando reddatur, ut *in l. 21. C. de jure dot. l. 50. sol. matrim.*

2. Nisi contractus non sit dominii translativus. *l. 3. Locati. fac. reg. l. cum manu sata 80. §. nemo. 3. de contrah. Emt. P. de Ubald. de duob. fratrib. p. 8. qvæst. 19.* vid. *Socin. in reg.* ubi hoc tantum actum videtur, ut periculum transferatur, non dominium. *l. 1. §. ult. de æstim. act.* Nisi qvis ipsam qvoqve æstimationem in se receperit, vid. *Ant. Fabr. in rat. ad l. 5. §. 3. Commod. vel contra* exemplum vide apud *Carpzov. p. 2. Constit. 37. def. 19. in fin.*

3. Limitatur hæc regula: Si æstimatio fiat in ordine ad alium contractum, puta si qvid æstimatum tibi dedero ut alii vendas. *l. rogasti. 11. de R. C. l. 17. §. 1. de præscript. verb. C. A. de Jure dot. th. 8. & 13.*

4. Limita qvando pretium non est condignum rei, *Bald. in l. 1. vers. tertio qværo. C. Commod. ref. Aret. cons. 84.*

5. Limita si æstimatio facta est ex necessitate, *Amad. de Pont. qvæst. 25. n. 13. & seq. Andr. Rauch. p. 2. q. 29. n. 22.*

Unde patet æstimationem non idem esse qvod pretium, cum etiam æstimatio sine Emtione, pretium sine ea esse non possit; Imò substantia Emtionis consistat in pretio, *l. 72. de C. E.* pretium vero de suo debet dare,

re, qvoniam id omnino debet facere accipientis, *l. 1. de rer. permut. l. ex emto. 11. §. 1. de A. E. Cujac. ad lib. 30. Pauli. ad Ed. in l. 2. de Æst. act. p. 487.*

II.

Æstimatio transfert periculum in accipientem.

Hujus regulæ ampliationes & limitationes vid. apud *Carpzov. lib. 1. conſ. 106. per totum.*

III.

Æstimatio rei immobilis probatur secundum æstimationem redituum, qvæ inde percipiuntur. text. in *l. ſi qvos 16. C. de reſcind. vend. ibi: redituum qvantitas æſtimatur, & gl. ibid. text. in l. ſi fundum 92. de leg. 1. ibi. excuſſo pretio ejus fundi. Jaſ. pulcrè ibid. n. 2. cum ſeqq.*

Fallit hæc regula in pretiosis etiam illustribus magnatum ædificiis, qvæ plus habent sumptuum qvam fructuum: in qvibus Bartol. potius servanda praxis *in l. 2. C. de reſcind. vend.* qvod earum rerum æstimatio peritorum judicio facienda sit.

Nam ejusmodi res plerumqve solent esse steriles, ut loqvitur textus *in l. fin. §. 4. v. Sin autem non habeat. C. de bon. qvæ lib. Bald. ibid. n. 1. Gail. de pig. 18. n. 12.*

Qvin & plurimum in æstimatione incundâ valet opinio hominum *Octav. Simon. de decret. lib. 3. tit. 8. in ſpect. 12. n. 86. verſ. videmus enim per l. 63. ad Leg. Falcid. Carpz. 5. conſ. 47. n. 16.*

Æstimatio vera & justa præsumitur, qvæ partibus placuit, *Reuſ. 3. conſ. 12. n. 51.*

Nec enim pluris aut majoris est pretii, qvam prout Emtorem invenit. *Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 3. c. 9. n. 93.*

IV.

Æstimatio pro pretio accepta succedit loco rei, *l. 22. de petit. hæred. leg. 2. §. 3. verſ. ſed etſi. de hæred. vel act. vend. l. Imperator 70. §. ult. ubi Bartol. num. 1. & l. ſeq. de leg. 2.*

Amplia qvod non modo hoc procedat in universalibus, sed & in particularibus. *Bart. in l. 15. qui à debitore 9. ff. qvæ in fr. cred. per text. in l. 1. §. ult. ubi Bald. ff. depoſiti. vid. leg. hac de re Carpz. 5. conſ. 47. n. 14.*

V.

Æstimatio qvotiescunqve non ad judicem sed partem refertur jurisjurandum in litem continet. *Bach. 1. diſp. 21. th. 12. lit. G.*

VI.

Qvando legatum nullius momenti est, nec æstimatio ejus debetur, *§. 4. verſ. ſed ſi talis. I. de legat. Finckelthuſ. de Feud. 6. th. 7. Cujac. tract. 8. ad Afric. l. 37. Mand.*

VII.

Qvotiescunqve res æstimatur, ex veritate æstimatur non affectione, *l. ſi ſervum 33. ad L. Aq. l. pretia rerum 63. I. in Falcidia 42. ad L. Falcid. l. un. verſ. in aliis, ibi: qvod revera. C. de ſent. qvæ pro eo qvod intereſt.*

Fallit 1. qvando utilitas est juncta affectioni, velut si libro diu usus sum & multa ibid. scripsi. *l. videamus 4. de in lit. jur.*

2. Hæc regula non procedit in casibus à jure expressis *exempl. in l. non tantum 6. de Appellationibus.*

3. Locum non habet in minore *l. ſi in emtionem 35. ff. de min.*

4. Fallit in casu *l. competit 16. §. 1. ff. qvod vi aut clam. & in caſu gl. ib.*

CAP. XLII.

De Æstimatione rei perditæ.

Rei perditæ debetur æstimatio.

Procedit hæc regula si res perdita sit citra culpam in debitore generis *l. 11. C. Si certum petatur.* Secus si sit debitor speciei *l. 26. §. 1. l. 36. §. ult. de leg. 1. l. 23. l. 91. pr. & §. 1. de V. O.*

Si perdita per culpam debitoris ante litem contestatam res æstimanda permittitur juramento actoris *l. 5. §. ult. de in lit. jur.*

Si post litem contestatam perdita dolo debitoris, in b. f. judiciis reditur ad jusjurandum in litem.

Si sine dolo judex aditur, qvi in stricti juris judiciis inspicit tempus litis contestatæ *l. 3. §. 2. Commod. l. 22. de R. C.* in b. f. act. tempus rei jud. *d. l. 3. §. 2. l. pen. de condict. Triticar.*

CAP. XLIII.

De Ætate, juventute.

Axioma I.

Ferè in omnibus pœnalibus judiciis & ætati & imprudentiæ succurritur. *l. 108. de Reg. Jur.*

Ratio qvoniam delicta ex judicio & animo doloso veniunt, *arg. l. 1. de Sicar. l. qui injuriæ 53. ff. de furt. l. qvod reip. 33. ff. de injur. l. cum autem 23. §. excipitur 2. ff. de ædil. edict.* qvod consilium in junioribus non est perfectum.

Ad declarationem hujus regulæ maximè est notanda distinctio ætatum, de qva latè videri potest *Borch. in suo tract. feud. c. 5. n. 46.* & imprimis consideranda infantia, Impubertas, minorennitas & Senectus.

Infantia ex communi Dd. opinione durat usqve ad 7. annum *l. 18. C. de Jur. delib. gl. in §. pupillus. verſ. infans. Inſt. de inut. ſtip. Menoch. de arb. jud. qvæſt. 2. caſ. 57. n. 2. & 7.* De hac ætate omnes conveniunt qvod omnino excuset *l. 12. ad L. Corn. de Sic. Dd. magno num. cit. à Carpz. in praxi crim. p. 3. q. 143.*

q. 143. n. 10. Ratio quoniam ubi dolus non est, ibi nec est delictum nec est pœna *d. l. 1. C. de Sic. & l. qui injur. 33. ff. de furt.* qvod tamen tantum procedit in pœna magistratus severiore, non parentis, aut aliquali publica in carcere facta castigatione.

Impubertas duplex vel infantiæ est proxima, & de his ferè idem qvod de infantibus dicitur *arg. §. pupil. 9. de inutil. stip. Gail. 2. obs. 110. n. 31.* vel pubertati proxima est, & vel delictum admittit gravissimum, & tum pœna mortis seu ord. infligi potest. *ord. crim. art. 164.* vel hæc requisita non concurrunt & arbitrariam pœnam incurrit. *l. impuberem 23. ff. de furt. l. excipiuntur 14. ff. ad SCt. Syl.* nisi delictum magis in culpa consistat. *l. 1. C. de fals. moneta.*

Minorennitas qvæ incipit ab anno 14. completo & 15. incepto: licet enim alias mulieres duodecimo anno puberes esse incipiant. *pr. I. Quib. mod. tut. fin.* tamen secus est in crim. *Ord. crim. 164.* Hæc licet in jure nullam mereatur excusationem *l. 1. C. si advers. delictum. l. 9. §. nunc videndum 2. de minor. arg. d. art. 164.* Judex tamen sæpe pœnam mitigat *l. 37. §. 1. vers. in delictis ff. d. t.* latè hac de re *Carpzov. in prax. crimin. p. 3. qvæst. 143. per tot. add. p. 3. q. 118. n. 30.* quod præsertim in iis locum habet, qui nondum plenam pubertatem sunt consecuti, h. e. 18. annis sunt minores. *§. 4. I. de adopt.* Sanè in illis qvi decrepitæ ætatis sunt pœnæ regulariter moderantur. *l. 2. de termino moto Grammat. decis. 23. n. 12.*

II.

Malitia supplet ætatem *l. si alterius. 3. C. si min. se majorem dixerit.*

CAP. XLIV.

De Affectatione, Affectione, Affectu, *adde infra Dilectus.*

Axioma I.

Affectatum portatur leviter. *gloss. in l. tria. de excus. tut. fac. vulgat. ille vers. hoc portat leviter. quod portat quisque libenter. Schneid. ad §. item tuas. n. 3. I. de excusat. l. un. C. Qui num tut.*

II.

Affectata nocent, non ambitiosè quæsita prosunt. *l. 2. §. ult. si quis caut.*

III.

Affectare nemo debet in quo intelligit infirmitatem suam alii damnosam futuram *l. idem juris 8. §. mulionem. 1. ff. ad L. Aqvil.*

IV.

Affectio facit cessare generales dispositiones. Exempla in Jure passim occurrunt, velut in *l. 62. de C. E. l. 16. de aliment.* qvin & vincit omnem aliam præsumptionem, ut *arg. l. 10. C. de legat.* concludit *Carpz. 6. Resp. 28. n. 7. & seq.*

V.

Modus honestus in rebus omnibus etiam inter mercatores est servandus, non immoderate cujusque affectio subseqvenda, *l. 40. de damn. infect. Anton. Fab. Lib. 4. Cod. tit. 24. def. 2. n. 4.*

VI.

Affectio magna (qvalis est familiaritatis & propinqvitatis) impedit veritatem. *c. accusatores 12. causa 3. q. 5.* Hinc qvælibet minima etiam affectionis causa fidem minuit. *l. ult. C. de fid. instrum.*

VII.

AFFECTUS non punitur, nisi seqvatur effectus, *l. cogitationis 18. ff. de pœnis. l. 1. in fin. ff. qvod qvisqve Juris.* exornant. Thom. de Thomasset. *in floribus legum. reg. 18.* Card. Tusch. *tom. 2. lit. C. concl. 544.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. 1895. & in praxi rerum fori ecclesiast. decis. 589. n. 2. in 1. edit. & resol. 520. num. 2. in 2. edit. & in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 70. n. 6. p. 1.* Benedict. Ægid. *in rep. l. ex hoc. jure 5. ff. de Justit. & Jure. p. 1. cap. 7. num. 32.* Franc. Galet. *in margarita casuum conscient. verb. Affectus*, ubi ampliat in censuris, de quo etiam Ugolinus *de officio Episcopi. cap. 21. num. 3. vers. 3.* (add. Tusch. *de conatu, de Affectu & in rubr. propositum in mente retentum* Bronchorst. *3. Assert. 63.*)

Limita primò in atrocissimis delictis, de qvibus *l. & generaliter 3. in princ. ff. de calumn. & in l. si à servo 5. ff. de condict. ob turpem causam, & in l. qvisqvis 5. in princ. C. ad l. Jul. majest. & in l. is qvi cum telo 7. C. ad Leg. Cornel. de sicar. leg. 14. ad L. Corn. de sicar. & in l. si qvis servo alieno persuaserit 20. C. de furtis. & in l. si qvis non dicam 5. C. de Episc. & Cleric.* cum aliis citatis à Bruno. à Sole *in locis communib. verb. Affectus.* (Carpzov. *in prax. crimin. 1. qvæst. 2. n. 53.*) Cardos. *in praxi Judicum, verb. delictum. n. 55.* Sayr. *in clavi Regia. lib. 3. c. 8. n. 28.* Thesaur. *decis. 25.* ubi de crimine læsæ majestatis, Anneus Robert. *lib. 1. rerum judic. c. 6.* ubi de atrocissimo veneficii delicto, Farin. *in praxi crim. p. 5. qvæst. 122. n. 14. & n. 77.* ubi de crimine Assassinii, Aloys. Ricc. *collect. 326. & 1377. & collect an. 1895. circa fin.* Cardin. Tusch. *d. concl. 544. n. 8. & 21.* Mar. Anton. *variar. resolut. lib. 3. resol. 47. n. 6. & 7.* ubi de crimine Assassinii. Sebast. Guaz. de

defenſione rerum. defenſ. 33. cap. 24. n. 2. ubi de crimine læſæ majeſtatis, Simoniæ, & de volente aliquem veneno perimere. (Pertinet etiam ad hunc numerum crimen fractæ pacis Ord. Cam. *p. 2. cap. 14.* Gail. *1. de P. P. obſerv. 14. n. 6. & 9* Ern. Coth. *3. Reſp. 2. n. 26.*

Verum per conſuetudinem generalem totius Italiæ, hodie legibus omnibus conatum punientibus in gravibus delictis quoad pœnam ordinariam derogatum eſt, ut atteſtantur Boër. *deciſ. 316.* Grammat. *deciſ. 2. (n. 8. & ſeqq. & deciſ. 74. num. 9.* Clar. *in pract. §. fin. q. 92. & in §. homicidium verſ. ult. quæro.* Menoch. *de arb. quæſt. lib. 2. caſ. 360. num. 92.*) Caſpar. Theſaur. Pedem. *deciſ. 24. p. 2.* Joſeph. Ludov. Lucenſ. *deciſ. 15* Cacheran. *deciſ. 19. in fin.* & alii, quos refert & ſequitur Aloyſ. Ricc. *in collect. an. p. 4. collect. 756. & d. collect. 1895.* Mart. *in votis noviſſim. deciſionum, vot. 238. num. 14.* Theſaur. jun. *quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 24.* Giurb. *conſ. 46. num. 37. & conſ. 97. n. 16.* (Et ſanè eſſe eam æquiſſimam, & communi Germaniæ praxi probari teſtatur, Carpzovius *in praxi criminal. p. 2. quæſt. 71. n. 48. & d. quæſt. 2. n. 51.* add. quæ notavimus *ad Conſtit. Carol. artic. 178. in diſput. de conatu punibili. 9. 23.*

AFFECTATIO & fraudulenta machinatio non prodeſt affectanti *l. ſpadonem 15. §. ult. de Excuſ. tutor. l. Et qui data opera. 5. Ex quibus cauſ. maj.* Hippolyt. *de Marſil. de fide juſſ. n. 154 pag. 132.* nec attenditur, *l. 2. §. ult.* & ibi Gothofr. *ff. ſi quis caut. l. 1. C. qui milit. poſſ. lib. 12* Tiraqvell. *de retract. lig. §. 35. gloſſ. 4. n. 29.* Sfort. Oddo *de reſtitut. in integr. p. 1. quæſt. 2.* Surd. *conſ. 32. n. 4. & conſ. 42. n. 23.* Sanchez. *de matrim. lib. 3. diſput. 39. n. 6.* Ant. de Amat, *reſol. var. reſol. 46. n. 5. cum ſeqq.*

IX.

AFFECTIO nulla cadit, nec conſiderari in ignotum poteſt, *l. non eſt ferendus 12. ff. de tranſact.* Ferrer. *in Conſt. Cataloniæ gloſſ. 1. num. 91.* Menoch. *conſ. 333. num. 5.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 318. n. 6. ut nec in ea, quæ non apparent,* Curt. *jun. in l. un. n. 6. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.* Contrà affectio augetur ex aſſidua converſatione *l. cum allegas. 4. C. de caſt. pec. lib. 12.* & major. plerunque in cognatos quàm extraneos. Bald. *in l. precibus 8. C. de Imp. & al. ſubſt.*

CAP. XLV.

De Affirmativa & Negativa.

Axioma. I.

Quod de uno affirmatur, de reliquis tacitè negatur: exempla in jure paſſim extant *in l. 1. de off. ejus cui mand. l. 21. C. de procurat. l. 13. de Compenſ. l. 1. §. 1. de pign. l. 38. §. ult. de Ædil. Edict.* Sicut etiam in contrario, quod de uno negatur, de aliis tacitè affirmatur *l. 21. de S. P. V. l. 24. ff. de pign. l. 18. ff. de teſtib.* Et hæc regula toties procedit, quoties affirmativæ & negativæ eſt diverſa ratio, quandocunque autem eſt eadem, tunc fallit ſupra dicta regula, prout videmus exempla paſſim in jure *l. 6. de cond. cauſa dat. cauſa non ſec. l. 8. C. de div. reſc. l. 3. C. de inſt. & ſubſt.*

II.

Affirmativam deponenti plus creditur quàm neganti, Joh. Andr. *in c. 1. de præſcript. lib. 6.* dignior enim eſt affirmativa, Fulv. Pac. *de probat. lib. 1. c. 6. n. 6.*

CAP. XLVI.

De Afflictione & Afflictis.

Axioma I.

Omnis Afflictio morte ſolvitur, *l. fin. C. ad L. Jul. majeſt.*

III.

AFFLICTIO non eſt addenda afflicto, *l. navis 4. §. cum autem 2. ff. ad Legem Rhodiam de jactu. l. Divus Marcus 14. in princ. ff. de offic. præſid. l. ſi idem 11. ff. de jurisdict. omnium judic. l. pœna 9. §. fin. ff. ad Leg. Pomp. de parricid. l. tam dementis. 28. C. de Epiſcop. aud. c. ex parte. 5. de cleric. ægrot. cap. ſi quis à proprio. 2. cauſ. 11. quæſt. 3. (leg. unic. Cod. de imponenda lucrativa deſcription. lib. 10.)* Petrus de Anchar. *conſil. 52 pro clariori deciſione, in princ.* Paulus Fuſc. *lit. A ſingul. 37.* Sanctarel. *var. reſolut. p. 1. qvæſt. 8. num. 2.* Barthol. Peret. *ad extravag. ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alien. verb. & ſi per ſex menſes. n. 4.* Thom. de Thomaſſet. *in floribus legum. reg. 20.* Antor. à Souſa *in relect. Bullæ de cenſuris, cap. 5. diſp. 38. num. 3.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. p. 2. deciſ. 45. n. 10.* Anton. Mon. Lucenſ. *deciſ. 34. n. 10.* & Flo-

& Florent. *decis. 12. num. 14.* & Bononiens. *decis. 11. num. 64.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 240. n. 1.* ubi *num. 4.* post Angel. *consil. 197. circa fin. vers. non obstat tertium*, limitat, nisi ex causa, quia quando afflictus dat causam novæ afflictionis, debet nova addi afflictio, Imbrian. *de primo & secundo beneficio, seu de rest. ad pinguius probandum, consid. 3. n. 142.*

CAP. XLVII.

De Agente. Vide supra Actor, Actio.

Axioma I.

Agens & patiens debent esse discreta, cum nihil agat in se ipsum, *l. ille à quo 13. §. 4. ad SC. Trebell.* unde est, quod communiter asseritur, actionem & passionem in eodem subjecto non concurrere. *l. 71. ff. de fidejuss. l. prætor 4. de tut. dat.*

II.

Omne agens agit propter finem, & ad eum principalis intentio dirigitur, *l. eam quam 14.* ubi Bald. *Cod. de fideicommiss.* Tiber. Decian. *1. consil. 1. n. 115.*

III.

Aliud est agere. aliud velle agere, *l. 15. Rat. rem. hab.* Heig. *part. 1. q. 36. n. 12.* multa enim inter poculum & calicem cadunt, quæ propositum & intentionem agendi impedire queunt, verba sunt Carpz. *5. conf. 44. num. 9.* nec sane quisquam ante litem contestatam rectè agere dicitur, *l. ult. C. de except. gl. in l. si postea quam 43. ff. de pecul.* Joh. Bapt. Asin. *in §. 2. cap. 6. num. 2.* Thom. Grammat. *decis. 69. n. 1.*

Quod etiam in materia appellationis procedit. *l. ult. §. illud. C. de temp. & repar. appell.* Vult. 2. *Jurispr. Rom. 31. n. 12.* Carpzov. *3. conf. 37. n. 9.*

IV.

Agere non videtur, qui fecit ne vincere posset, *l. contumacia 53. ff. de re judic.*

V.

Agentes omnia cautè non damnificantur. *l. incivilem 2. C. de furtis. add. voc. cautio, Cautela.*

VI.

Quando quid non valet ut ago, nec valebit ut potest.

Hæc regula ita procedit, si intentionem habeo illum tantum actum celebrandi, qui minus ritè gestus, nec alio modo id valere volo; quod ex omnibus circumstantiis diligenter venit examinandum, *l. pen. & ult. §. illud. 1. C. de Codicill. l. 4. C. de donat. ante nupt. l. 3. C. de repud. vel abstin. heredit.*

Quod si autem cuipiam negotium ita geri placitum, ut si non valet, ut gestum est, valeat saltem, ut valere potest, res secus se habet. *l. 21. §. 2. C. de testament. l. 32. de contrah. empt. l. 3. de testam. milit.* Et si dubium quid actum sit, semper illud accipiendum, per quod actus valet. *l. 12. ff. de rebus dubiis.*

VII.

Agendo nemo causam suam facit deteriorem. Regula *in l. 87. de Reg. Juris. leg. 29. de Novat.* Exemplum *l. 6. §. 6. junct. leg. n. §. 3. de aqua & aq. pluv. arc.* ubi damnum quod post litem contestatam datum resarcitur, non quod ante. *v. Perez. comment. Cod. Etiam ob chirograph. pecun. pign. teneri posse. num 1.*

VIII.

Id quod agitur, pro cauto & expresso habetur.

Procedit hæc regula non modo in contractibus *l. cum quid 2. de reb. cred. leg. 9. C. Si certum pet.* Verum etiam in ultimis voluntatibus *l. 4. Si usufruct. pet. ubi Cujac. adde l. 6. §. 1. de usufr. adcrescendo.*

IX.

AGENTES & consentientes pari pœna puniuntur, *l. jubemus. 14. §. & conomus. 2. C. de Sacros. Eccles. cap. de offic. de leg. c. qui cum fure 4. de furtis. c. quantæ 47. de sentent. excomm. l. 33. tit. 8. lib. 2. fori legum. l. 1. tit. 13. lib. 4. ejusdem fori.* Azeved. *l. 4. tit. 10. lib. 6. & l. 2. num. 218. tit. 13. lib. 8. novæ Recompilat.* Thom. de Thomasset *reg. 21.* Giurba *consil. crimin. 7. num. 14.* qui in gravioribus delictis id procedere dicit, non in levioribus. Intellige, quando agentes cum consentientibus cooperantur positivè, prohibendo causam efficacem, & propinquam principali actori delinquenti, de quibus consentientibus habetur *in l. si quis id quod 7. ff. de jurisdict. omn. Judic. l. item Mela 11. §. si alius. 1. ff. ad Leg. Aqvil. l. unic. C. de raptu virg. c. Felicis 3. in princ. de pœnis. in 6. cap. sicut dignum 6. §. qui verò. & §. illi etiam, de homicidio. gloss. ult. in cap. notum 2. qvæst. 1.* S. Thom. *2. 2. q. 62. artic. 7. in corpore.* Navar. *in cap. ita quòrundam 6. notab. 9. à num. 2. de Judæis.* observant Covar. *in reg. peccatum. p. 2. §. 12. à num. 1.* Farinac. *conf. 66. num. 18.* Molin. *de Justit. tract. 2. disp. 732. sub num. 1.* Flamin. Paris. *de confident. quæst. 22. num. 5.* Ludovicus Ribera *in annot. ad cap. non inferenda 23. quæst. 3. n. 27.* Giurba *d. conf. 7. n. 14.* Joan. Bapt. Costa *de facti scient. & ignor. inspect. 68. n. 6.*

X.

AGENTI incumbit onus probandi, *l. 2. & l. verius, 21. ff. de probation. l. actor 23. & l. fruſtra 8. C. eod. tit. l. fin. ff. de rei vendic. l. qui accuſare 4. Cod. de edendo. §. non ſolùm. 4. inſt. de legatis, cap. unic. verſ. cùm enim, ut Eccleſiaſt. benef ſine dimin. confer.* Thom. de Thomaſſet. *in floribus legum, reg. 19.* Flamin. Pariſ. *de confident. qvæſt. 18. num. 3.* Agens enim ante omnia debet probare ſe eſſe talem, qualem dicit, aliàs audiri non debet, *l. divus 33. ff. de re judic.* Brunor à Sole *in locis communibus. verb. Agens. 2.*

XI.

AGERE invitus nemo compellitur, *l. unic. C. ut nemo invitus.* Socin. *reg. 14.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. compellere.* Card. Tuſch. *pract. concl. tom. 1. lit. A. concl. 241.* Joſeph. Seſſe *Arag. deciſ. 115. num. 3.* Cardoſ. *in praxi Judicum, & Advocat. verb. Agere. num. 3.* Çald. Pereira *in comment. ad l. unic. C. ex delictis defunct. p. 3. num. 20. in fine.*

Limita, ubi periculum eſt in mora, & ubicunque ſubeſt cauſa, quia tunc poteſt quis compelli invitus agere, Federic. de Senis *conſ. 153. verſ. item aſſignato termin.* Card. Tuſch. *d. concl. 241. num. 9. & 12.* ubi *num. 10. per text. in l. diffamari 5. C. de ingen. & man.* limitat in cauſa ſtatus, quibus diffamantes poſſunt compelli ad agendum, & *num. 14.* poſt Federic. de Senis *conſ. 169. in fin. verſ. an autem*, limitat pariter in eo, qui diffamatur ſuper Matrimonio contracto, quia poteſt compellere adverſarium ad agendum, ut ſilentium ipſi imponatur. Limita denique quando tutus eſt exceptione reus, qui officio ſaltem Judicis ex æquitate, *l. 3. C. qui bonis cedere poſ. & l. ſi contendat 28. ff. de fidejuſſ.* compellere, ut agat, creditorem poterit, gloſſ. *verbo conſequi, in fine in l. Aurelius 28. §. centum. ff. de liberat. leg.* Capic. *deciſ. 18. num 3. & 4.* Oſaſch. *deciſ. 15. n. 23. & 24. p. 2. & deciſ. 9. num. 3. & 4.* (& in genere quotiescunque actor vel tacitè vel expreſsè ſe adſtringit ad agendum, *ſicut facit quilibet diffamator, adde Gail. 1. obſerv. 9. n. 5.*

De Aggreſſore v. provocator.

CAP. XLVIII.

De Agris & Agricultura, Agricolis, Ruſticis.

Axioma. I.

Ruſticis in jure errantibus regulariter parcitur, *l. 25. §. 1. de probat.* Ubicunque enim judicantem æquitas movet, ſimplicitati Ruſticanæ ſubveniendum. *l. 1. §. ult. de Ed. l. 2. §. ult. de I. fiſci. Chopp. de privil. Ruſt. lib. 1. p. 2. cap. 1.*

Fallit 1. ſi erretur in jure naturali & gentium primævo *l. 2. C. de in jus voc. & ib. gloſſ. & Dd. Alciat. de præſumt. reg. 3. col. 30. n. 3. Menoch. de arb. jud. quæſt. lib. 2. caſ. 194. num. 16.*

2. In ruſtico ſagaci. *argum. d. l. 25. pr. & §. 1. gloſſ. notab. in l. ſi duas 6. §. de ruſticis, ult. de excuſ. tut.*

3. In ruſtico doloſe vel clandeſtine agente *l. qui contra 4. C. de inceſt. nupt. l. 1. C. de interd. matrim.* in delictis enim ruſticis non ſubvenitur niſi in caſibus ſpecialiter à jure expreſsis. *Carpz. in tr. crim. in p. 1. q. 45. n. 45. cum cit. ib.*

4. In iis quæ pertinent ad formam actus *l. Juris ignorantiam 6. C. qui admitti. & ibi Bald. verſ. Concordia. num. 6. & in l. fin. C. de jur. delib. Tiraqv. in tract. de retra. convent. §. 4. gl. 6. n. 32. Alex. conſ. 165. col. 2. vol. 6. Everhard. in loc. à defectu formæ. n. 8.*

II.

Agricolas ab agricultura abducere publicè damnoſum, *fac. auth. agricultores. C. de pignor. l. 1. pr. ff. de feriis.* ideoque ab operis ruſticis & cultura agrorum temerè abducendi non ſunt. *l. 1. 15. 20. in fin. pr. Cod. de agric.* Unde etiam eſt, quod è multis ruſticis conſortibus litis, unus tantum ad litem peragendam in urbe detineatur, ceteri in agros remittantur, ne quid res agraria detrimenti capiat, *N. 80. c. 2. verſ. ſi vero forſitan. ad Renat. Choppin. de privil. ruſtic. lib. 3. c. 1.* Nec 2. debeant recipi in militiam. *l. 3. C. Qui militare. l. 19. C. de agric. & cenſit. Matth. Coler. 1. deciſ. 42. num. 3. & deciſ. 203. num. 21. Carpz. pag. 3. conſt. 38. def. 24. n. 4.* Nec ut 3. commercia exerceant *l. 2. de Nundinis.*

III.

Ruſtici veſci debent pane atro, allio & cepis cum caſeo. *gloſſ. in l. Servis urbanis. 99. in princ. in verb. libellis, de leg. 3. Eleg. Weſ. 1. conſ. 50. n. 20. & ſeq. & Coler. de proceſſ. execut. p. 2. cap. 3. num. 120. & ſeqq. laudati à Dn. Carpz. p. 1. conſtitut. 32. def. 16. n. 4.*

De agnatione v. *infra* de cognatione.

CAP.

CAP. XLIX.

De Agnitione & agnitis. *vide infra* de approbatione.

Axioma I.

Qui de jure sibi delato deponit, hoc ipso agnoscere id videtur, *l. 6. C. de Jure delib. Ant. Fab. in C. de dedit. libert. def. 7. num. 7.* quo semel facto nullus in majore pœnitentiæ locus relinquitur. *l. 4. de rep. vel abstin. hered.* nisi ob valde probabilem causam, qualis describitur *in l. 55. de acq. vel omittend. hered.*

II.

Quod quis semel agnovit non potest iterum in dubium revocare, *l. 4. C. de non num. pec. Mant. de tac. & ambig. convent. lib. 18. tit. 2. n. 12.*

Agonizantes *vide infrà lib. II. axiom. 12.*

CAP. L.

De Allegatione & allegatis. Allegare.

Axioma I.

In allegationibus non temere procedendum, sed diligenter locus, qui citatur, est perpendendus, non autem facilè alii credendum. Notabilis hinc *Ciceronis locus in petit. Consul. ubi nervos atque artus esse sapientiæ dicit, non temere credere*, quod etiam usurpavit *Cujac. in l. 45. de Jure fisci.* ubi. *In legendis scripturibus nervos & artus sapientiæ esse monet, nulli temere credere usurpanti auctoritatem alterius, sed adeundum semper eum cujus auctoritas citatur, libros enim plenos esse falsis allegationibus*, quod imprimis de pragmaticorum scriptis *in Consult. 23.* asserit, *ubi vix unquam accidit*, inquit, *ut qui illi scriptis Dd. prodita affirmabunt, ego in medium prolatis eorum libris præsentibus convicerim, aut non esse aliterve esse prodita.* Unde *Tib. Dec. in Apol. pro Jurispr. contra Alciatum cap. 22. n. 136. ait* Consulentem seu Advocarum, qui auctoritates eorum quorum scripta non passim reperiuntur aut obvia sunt allegat, suspectum se reddere, quasi studiose videatur adduxisse eos auctores, qui passim legi non possunt: ne scil. argui queat de mendacio vel cognosci an locus ille, quem citat, conveniat casui de quo agitur. Quare cum tit. semper caput & librum allegabit, quibus veteres citare placet. Exemplo *Imp. Justin. in Novell. 2. c. 3.*

II.

In omnibus allegationibus maximè ea quæ inutilia videntur vitanda, & utilia brevissime adduci debent. Hinc est, quod veteres leges sub pœna falsi Justinian. allegare in judicio prohibuit in *Const. Summa de Just. Cod. confirm. §. 3.* Ne scilicet dum antiqua pro novis citarentur ex falsis & abrogatis constitutionibus imperitus vel litigiis nimium districtus judex judicaret, secus si explicationis causa cum novis conferuntur. *l. 26. 27. de legibus*, ut scil. ex hac collectione appareat, quid sit correctum, & quantum adhuc stare debeat, & historia melius cognoscatur, quatenus vetera jura nemo inutilia nisi ignarus dixerit. *§. 1. I. de testament.* In his omnibus tamen maximè brevitati studendum, & de pluribus legibus de exemplis unicam allegare legem omnino sufficiet. *Br. in l. 13. §. 10. per illum text. de excus. tut.* add. Recess. Imper. de d. An. 1654. §. zu dermahliger. 90. quæ res adeo movit nostros Interpretes, ut novos allegare scriptores soleant, qui jam veteres adduxere *Tiraquell. in l. si unquam 8. C. de revoc. don. in præfat. n. 130.* eleganter *Carpz. 3. cons. 5. n. 26. & seqq.* recte, modo allegantes diligenter prospiciant, ut semper aliquid de suo addant, memores illius quod *Mascard. lib. 1. de probat. quæst. 6. num. 18. ibid. cit.* refert, nulla illum laude dignum qui Dd. illustres sententias transcribit solum, nihil de suo addens.

III.

Doctori nihil in suam sententiam allegan-ti, nihil vel parum fidei habendum, quamvis magnæ sit autoritatis. *Bl. in l. Resp. 4. C. quib. ex causis maj. Hyppol. de Marsil. consil. 136. Limn. 6. de Jur. publ. c. 1. num. 45. vide infra vocem* Erubescere.

IV.

Allegatio causæ omnibus iis in causis requiritur, quæ non pendent à voluntate nuda facientis, sed quibus causam subesse necesse est, velut sunt omnia negotia in quibus causæ cognitione opus est. *l. 17. §. ult. l. 43. §. ult. & ll. seqq. de procurat. l. pater 4. vers. nisi si causa de testam. tutel. Ant. Fab. in Cod. suo Quand. mul. tut. off. num. 2.* nec allegari tantum, sed & probari debet. *Carpzov. 1. Jurispr. for. 17. def. 39. per tot. & def. seq. nisi* nisi pars ipsa confiteatur debitum, vel jam præsumptivè causa sit probata, *vid. Carpz. lib. 1. consist. 17. def. 39. & 40.*

V.

Allegans impossibile non auditur. *l. confessionibus 13. de interrog. in jur. fac. l. inde Neratius 23. §. fin. ad L. Aquil. & ibid. gloss.*

VI.

Frustratoria allegans non auditur. *l. fin. C. Quand. prov. non est necess.*

VII.

Contraria allegans non auditur. *l. 1. C. de fürt. ubi gl. l. Titia 100. de C. & D.*

Excipe nisi adversarius unum ex contrariis voluerit acceptare. *Bald. in l. cum precum 9. C. de lib. causa.*

VIII.

Propriam turpitudinem allegans non auditur, *vid. de hoc axiomate loc. de Turpitudine.*

IX.

Auctores sunt allegandi & suis citandi nominibus. *l. 2. §. 10. 20. l. 3. §. 10. 20. C. de V. I. E.* eleganter & apprimè ad scopum nostrum *Henricus Cornelius Agrippa ad Johan. Fab. Stapulensem lib. 2. Epist. 30. Ex elegantissimo tuo libello de Tribus & uno, longo ornatissimoque sermone notato, decerptas propositiones meo more brevissimas redegi: non quod ex laboribus tuis laudem mihi venarer.*

X.

ALLEGATIO partis non facit jus, *cap. dilectus 34. de præben. gloss. magna. vers. die tertio, in l. 1. C. quando non petent. partes.* gloss. *verb. non post multum, in c. 2. de his quæ fiunt à Prælatis.* Palat. *in repet. rubr. de donation. inter virum & uxorem. §. 17. num. 22. & 23.* Roman. *consil. 191. Venerabilis. n. 4.* Felin. *in cap. 1. n. 18. de constit.* Genzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 7. n. 107.*

XI.

ALLEGARE nihil, & allegatum non probare, paria sunt, (*vid. infrà de probat. axiom. 23.*) Roland. à Valle *cons. 35. n. 10. & n. 20. lib. 1.* Card. Tusch. *practic. conclus. 117. num. 19.* Id enim quod quis allegare tenetur, debet probare, Osasch. *Pedem. decis. 50. n. 12. in fin.* Baldus *in q. de schism. n. 2. post. tit. de edicto D. Adri. tollend.* sufficit tamen aliquando probatio præsumtiva.

CAP. LI.

De Alieno meo & tuo

v. infra de altero.

Axioma. I.

Alienum negotium ratihabitione fit meum. *l. 6. §. Item quæritur. 9. de Negot. gest.*

II.

Non concedunt Impp. aliquem alienas res vel possessiones per suam auctoritatem usurpare. *l. 7. de vi priv. l. extat. 13. quod metus causa.* Ratio, quia singulis permittendum non est, quod per magist ratum publicè potest fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. *l. 176. de R. I.*

Excipe nisi speciali pacto ita convenerit per clausulam fortè executivam mit oder ohne Recht *l. 3. C. de pign. & hyp. ubi Sichard. & l. pen. C. de pig. act.*

III.

Alienis negotiis impudenter quis se ingerit. *l. ult. C. de apparit. Proconf. & Leg. lib. 12.* imò eo ipso suspectus redditur. *l. 25. de procurat. v. infr. Ingestio.*

IV.

Suo potius, quam alieno nomine quilibet gessisse censetur, *l. 4. de solut. Bart. in l. Imperator 70. §. si centum 1. ff. de leg. 2.*

V.

Alieno odio nemo debet prægravari. *l. si quis suo 33. legis. 1. C. de inoff. test. auth. multo magis. C. de SS. Eccles.* E. g. Delictum unius heredis non nocet aliis. *l. ult. de SC. Silan.*

VI.

Alienis in rebus nemo quidquam contra domini voluntatem facere vel pacisci potest. *l. fin. C. de pact.*

VII.

Aliena libido neminem polluit. *c. ita ne aliquem 3. causa 32. q. 5.*

VIII.

Alieno facto jus alterius non mutatur. Fundamentum in *l. in causæ cognit. 27. de procurat. l. 1. de al. jud. mut causa.* adeo ut nec à judice tolli possit. *l. sæpe. 63. ff. de re jud.* nec interpretando lædi *d. l. in causæ cognitione. 27. de procuratoribus.*

Excipe nisi jus alienum faciamus melius: id enim permissum est. *l. solvendo 39. ff. de N. G.*

IX.

Aliena conscientia à nemine potest cognosci *l. 2. C. Quand. fiscus vel. priv.*

X.

Aliena concupiscere nemo debet. *l. si constiterit 4. C. Fin. reg.*

XI.

Aliena appetens à suis cadere reditibus meretur. *l. ult. C. de Locat.*

CAP. LII.

De Alienatione, & rebus alienabilibus.

Axioma I.

Omnis alienatio rei, quæ sua natura non est alienabilis, inutilis est.

Ad

Ad declarationem hujus regulæ notandum, quasdam res ſua natura non eſſe alienabiles: Ut ſunt res hominum commercio exemptæ, v. c. res ſacræ, ſanctæ, religioſæ, liber homo. Et hæ regulariter nunquam poſſunt alienari, nec in aliquam veniunt obligationem, adeò ut nec conditionalis valeat obligatio, ſi res ſacræ, ſanctæ & religioſæ profanæ factæ fuerint, vel in hominum commercium venerint: textus ad hanc rem in §. 2. *I. de inutil. ſtip.* excepto caſu niſi res ſacræ alienentur ob redemtionem captivorum *l. 21. C. de SS. Eccleſ.* aut vaſa ſuperflua adſint & debitis prematur Eccleſia *N. 120. cap. 10.* vel ſi pauperes fame ſint perituri. *c. 70. cauſa 12. quæſt. 2.* Aut denique ſi res ſacræ, ſanctæ & religioſæ non alienentur per ſe, ſed veniant jure acceſſionis, *l. 73. §. 1. l. 22. 24. ff. de contrab. Emt.*

Aliter ſe res habet in iis, quæ non ſua natura ſunt inalienabilia, ſed ex diſpoſitione hominis, velut ſi teſtator diſpoſuit, ne fundus alienaretur, ſed ut in familia maneret, velut ſunt die Majorat-Häuſer / hic enim diſtinguendum venit inter alienationem voluntariam & neceſſariam. Voluntariè ab herede nunquam poſſunt eæ res alienari, ita ut nec hypothecæ ſupponi, nec uſusfructus alii conſtitui aut ſervitus in iis imponi queant. *l. ult. C. de reb. al. non alien.* nec modo titulis ſingularibus alienare nequit, ſed nec per heredis alieni inſtitutionem *Carpzov. p. 2. conſt. 32. def. 16.* niſi alia mens teſtatoris appareat *Carpz. d. loc. cum ibi cit.* At ſi fiſcus vel creditores vel ipſe heres, ut æs al. ſolvat vel funus faciat, bona alienant, diſtinguendum, an alienent bona defuncti de majoratu diſponentis & perpetuo res iſtas alienant *l. 38. de leg. 3. l. 114. §. 14. de leg. 1.* ſi bona heredis tunc tantum jus quod heres iſtis in rebus habuit creditores transferunt. textus elegans in *l. 69. §. 1. ubi Cujac. de leg. 2. add. Gail. lib. 2. obſ. 137. n. 4. Carpzov. p. 3. conſt. 8. def. 34.*

Quod rectè etiam Dd. ad alienationem ob neceſſitatem famis vel pro redemtione heredis factam extendunt *c. 2. §. ult. de obſervat. jejun. l. Item quamvis 10. §. 1. ff. comm. div. Bartol. in l. quemadmodum 7. n. 5. C. de agric. & cenſ. n. 47. Gail. dict. loc.*

II.

Prohibitio alienationis favore propinquorum facta, non ad propinquos in quarto tantum gradu exiſtentes, ſed ad decimum usque & quoscunque, ad ſucceſſionem jure communi vocatos extenditur. *Hart. Piſtoris obſ. 207.* quam laudat & citat *Carpzov. p. 2. conſt. 31. def. 9. n. 4.*

III.

Facilius eſt alienationem impedire quam factam revocare, *Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 3. n. 189. Berlich. p. 1. concl. 74. n. 160.*

IV.

ALIENABILIS res ſemel facta, perpetuò manet alienabilis, *cap. 2. de feudis.* Joan Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſ. p. 1. c. 15. num. 3.* Cald Pereira *de renovat. emphyt. quæſt. 11. num. 30.* Sigiſm. Scacc. *de appellationib. quæſt. 17. limit. 47. membr. 1. num. 111.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 6. num. 184.* Peregr. *deciſ. 2. n. 2.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 352. num. 49.* Surd. *conſil. 105. num. 12.* Matienſ. *l. 11. gloſſ. 8. num. 2. tit. 6. lib. 5. Recompil.* Tiraqvel. *de jure primogenitur. quæſt. 4. num. 88.*

Unde res Eccleſiæ conſuetas emphyteuticari, vel infeudari, poſſe iterum concedi in emphyteuſin, vel feudum ſine ſolennitate, reſolvunt Menoch. *de arbitr. caſu 81. num. 5. cum ſeqq. & conſ. 66. num. 31. & conſil. 78. n. 1. cum ſeqq. & conſil. 90. n. 22.* Rot. *Bononienſ. deciſ. 13. num. 7. & 8.* Gam. *Luſit. deciſ. 24. & deciſ. 36. num. 6.* Quarant. *in ſumma Bullarii, verb. alienatio rerum Eccleſiæ. num. 39. & 40.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. alienatio. §. 3.* Camill. Borell. *in ſumma deciſ. tit. 33. num. 129. cum ſeqq.* Gonzal. *d. num. 194.* Melch. Phœbos *Luſitan. deciſ. 82. num. 34.*

V.

ALIENATUM non dicitur, ſi non durat alienatum, *l. ſi pro parte 10. §. verſum 6. ff. de in rem verſo, cap. 1. quid juris ſi vaſallus poſt alien. feudi* Mencha. *illuſtr. cap. 32. num. 3.*

CAP. LIII.

De Alimentis.

Axioma I.

Alimentorum præſtatio ſemper tacitam habet conditionem adjectam, ſi ſcil. alimentarius iis opus habuerit *Bartol. in l. libertis quos 18. §. 1. num. 3. ff. de alim. leg. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 7. def. 20. n. 2.*

Unde eſt, quod ea non duret ultra vitam alimentarii *l. 8. §. 10. de tranſact. l. 14. de alim. & Cib. leg. Gail. 2. obſerv. 88. num. 13.* elegans eſt ratio *Bald. in auth. cui relictum circ. fin. verſ. quid enim C. de ind. vid. toll.* alimenta propterea tranſmitti non poſſe ad heredes, quia eorum ſubjectum eſt anima & corpus, quod non tranſit ad heredes, *add. Carpzov. 4. conſ. 57. num. 11. 12. 13.* & ideò ſubſidium vitæ vocantur *in l. filia 5. C. de Pat. Pot.*

III.

Necare videtur, qui alimenta hoc eſt omnia ad vitam neceſſaria non præſtat. Fun-

damentum hujus regulæ est *in l. 4. ff. de agnoscendis liberis c. pasce 21. dist. 86.* quod non tantum in parente tàm legitimo, quam naturali, verum *auth. licet C. de Nat. lib. cap. 5. de eo qui dux. ux. c. 2. qui filii sint leg. vid. Carpzov. & ibi not. p. 2. C. 10. def. 18. in fin.* sed rectè etiam extenditur ad alios, qui alere debent, velut maritum. Unde est, quod maritus denegans uxori alimenta, amittat lucrum dotis, prout docet *Carpzov. part. 3. const. 26. def. 5.*

Limitatur hæc regula 1. Si alens tantum cessaverit paullulum in præstandis alimentis & id non continuaverit ad mortem usque *l. 22. §. 8. Sol. matrim. Coler. p. 2. decis. 257. n. 6.*

2. Limitatur in persona filii, si se ipsum exhibere possit. Justa siquidem causa est denegandi filio alimenta, quando filius potest se ipsum exhibere, *l. 5. §. Sed si filius. 7. ff. de lib. agnosc. ubi gloss. & Bart.* Idque verum est, non solum quando filius possidet bona, ex quibus alimenta sumere possit, sed etiam quando potest vivere ex suis operis, *l. un. C. de ment. valid. ubi Bartol. num. 7.* dicit, quod filio sano & robusto valenti operari non teneatur pater ministrare alimenta, *Johan. Pet. Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 6. in pr. Carpzov. p. 2. constit. 10. def. 18. num. 4. 5. 6.*

IV.

Alimenta solent venire in compensationem servitiorum exhibitorum. *l. 31. §. ult. de donat. int. vir. & ux. l. 48. de Op. libert.*

Ratio: quia alere quis debet eum, cujus operis utitur *l. 18. §. possunt 2. commodati.* Hinc vitricus non potest privignis imputare alimenta, cum operis eorum utatur. *Carpzov. p. 2 constit. 10. def. 27.*

V.

Pii homines pauperibus & egenis alimenta subministrare solent.

Nec enim semetipsum quis alere duntaxat tenetur, *arg. l. præses 6. C. de serv. & aq.* sed etiam pauperes & egenos *cap. Sicut ii. 8. ubi gl. dist. 47. c. quiescamus 2. dist. 42. c. 1. dist. 82. c. non satis 14. dist. 86. Spec. in tit. qui filii sint legit. §. fin. & ceteri cit. à Dn. Carpz. lib. 4. const. tit. 8. const. 5. n. 3.*

CAP. LIV.

De Altero, alio. *adde infra* de tertio.

Axioma I.

Quod quis per alium facit per se fecisse videtur *cap. 72. ubi Dyn. extra de Reg. Jur. in 6. l. si servum quis 71. §. 5. de Acquir. hered. l. certè si interim 6. §. 2. de precario. l. 3. §. ult. de don. int. vir. & ux. Andreas Tiraq. in tract. de nobilitate. c. 27. num. 11. Chassan. in consuet. Burg. tit. des droietz §. 5. n. 4. Zas. in l. si ita stipulatus fuero 126. §. Chrysogonus 2. n. 11. vers. duodecimo colligo. ff. de V. O.*

Exceptio est nisi certæ personæ industria sit electa, quo casu nequeunt per substitutum operæ præstari *l. un. §. ne autem 9. C. de Cad. toll. l. inter artifices 31. de solution. vid. Carpz. p. 3. const. 28. def. 1.*

II.

De alio negatur, quod de uno dicitur *l. 12. de jud. Nic. Boer. decis. 298. n. 4.* Procedit hæc regula potissimum in explicatione ll. statutorum, instrumentorum, contractuum: ut cum de una re specialiter dispositum vel conventum est, ex eo ipso per argumentum à contrario sensu de aliis non dispositum nec conventum esse videatur: elegans hujus rei exemplum occurrit in *l. 1, de offic. ejus cui mand. est jurisd.*

III.

Alteri subvenire cum detrimento alterius non licet, *c. denique 10. caus. 14. q. 5.*

Quod præsertim in Sacerdote obtinet. *d. c. 10.* quippe cujus officium est nulli nocere, omnibus autem velle prodesse, *c. ult. extra de postul.*

IV.

Per alterius personam sæpè consequimur, quod per nos consequi non potuissemus, elegans hujus rei exemplum in *l. 55. d. acquir. vel om. hæred. Spec. de locat. §. nunc aliqua. vers. 155. v. G. Antonii disp. feudal. 13. th. 4. lit. C. & infra in loco de tertio axiom. ult.*

V.

Aliis quæ feceris & tibi facienda sunt, *l. cum hæreditas 59. in fin. ff. de adm. tut. fac. tot. tit. Quod quisque jur. l. 1. ibid.*

VI.

ALTERI per alterum non debet iniqua conditio inferri, *l. non debet 74. ff. de Reg. Juris. c. non debet 22. eod. tit. in 6. l. debitorum pactionibus. 25. C. de pactis. c. si compromissarius 37. §. porrò. de elect. lib. 6.* Anchar. *consil. 140. Primum dubium, in princ.* dicens quod prohibitum est aliquem inquietari pro alieno debito, offensa, vel facto, Rom. *consil. 241. Spectabiles. num. 5. vers. dicitur ulterius,* Abb. *consil. 39. in fin. lib. 1.* ubi extendit etiam inter Judæos, Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect. cap. 18. num. 45.* Honded. *consil. 103. num. 30. lib. 2.* Paul. Fusc. *lit. A. sing. 58.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 313. per totam.* Thom. de Thomasset. *reg. 33.* ubi procedere asserit in acquisitis, secus in acquirendis, & *reg. 20.* habet locum, ait, quando quis in culpa non fuit. Ovid. de Amicis *de Jure Emph. quæst. 10.*

10. n. 1. & quæst. 11. num. 4. Robles de Salzedo *de repræsent. lib. 2. cap. 16. num. 102.* Unum enim altare non debet discooperiri, ut alterum cooperiatur, Anton. de But. *consil. 40. in fine.* Albert. Brun. *de statut. artic. 6. num. 168.* Quandoque tamen quis ex persona alterius consequitur damnum, vel lucrum, quod ex sua persona non consequeretur Lap. *alleg. 94. num. 6. vers. & licet ex hoc.* Veluti in repræsaliis quia propter injustum factum Prætoris denegantis justitiam proditum est remedium repræsaleatum. Anchar. *de cons. 140. in princip.* Et in fidejussore, quia dolus, & mora principalis perpetuat obligationem fidejussoris. Castrens. *cons. 52. num. 3. vers. quinimò, lib. 2.* prout illum refert Card. Tusch. *d. concl. 313. n. 14.*

VIII.

(ALIUD pro alio invito creditore solvi non potest, *l. 2. §. mutui datio 1.* & ibi *gloss. fin. de reb. credit. l. item liberatur 6. §. qui paratus. 1. ff. quibus mod. pign. l. eum à quo 16. cum. l. seq. C. de solut.* Cott. *in memorab. verbo solvi.* Gutier. *de juram. confirm. pap. 1. cap. 29. num. 1. & seq. & practic. lib. 1. quæst. 146. num. 16.* Escobar. *de ratiocin. cap. 7. num. 1.* Pichard. *in disp. de mora. n. 97.* Surd. *decis. 224. num. 16.* Cevall. *commun. contra commun. tom. 4. quæst. 899.* Thom. de Thomasset. *reg. 31.* Gironda *de privilegior. explicat. num. 203.* Anton. Monach. *Bonon. decis. 35. num. 8.* (*Carpzov. p. 1. constit. 8. defin. 11. & p. 2. constit. 29. def. 4.*) Limita in paupere non valente solvere in specie, vel pecunia, juxta dispositionem *auth. de fidejussor. §. quod autem collat. 11. & auth. hoc nisi debitor. C. de solut. l. si quis argentum 35. §. sin autem donator. C. de donation.* Capic. *decis. 42. num. quinto* Joseph, Ludovic. *Perus. decis. 64.* Ant. Thesaur. *decis. 153. num. 3.* Baëça *de inope debitore cap. 1. num. 46.* Gutier. *d. c. 29. & d. quæst. 146. num. 1. & seq.*)

CAP. LV.

De Alternativis. adde infra de Electione.

Axioma I.

In alternativis obligationibus electio est debitoris, *l. 10. §. si res in dotem. de jure dot. cap. in alternativis 70. ubi Peckius de Reg. Jur. in 6.* & prolixè *Ant. de morat. præscript. cap. 62. Carpzov. p. 2. constit. 29. def. 18. n. 1.*

Explicatur hæc regula quod procedat in alternativa debendi vel rerum, non in alternativa exigendi in pluribus foris, hoc enim casu electio creditori competit, *Felin. in cap. inter cæteras de rescript. in 6. Hillig. lib. 17. D. E. 19. lit. a.*

Limitat hanc regulam Coler. 1. *de proces. exec. c. 8. num. 36.* quod fallat, si una alternativa obligatio sit ad majorem cautelam creditoris adjecta *per l. 6. ubi Bart. num. 2. de pig. act. vid. plures cit. à Carpz. d. loc. n. 2.*

2. Fallit in casibus in quibus unum in obligatione est, alterum in solutione, quod memoria dignum notat *Everhard. in loc. leg. à natura alternativorum. num. 7.* idque exemplis eleganter declarat *Dan. Mol. 1. Semestr. cap. 27. conf. 2. 3. de I. Commiss. add. Gug. Lopez. lib. 1. Animad. 20. & aliquot seqq. Tr. 2. disp. 27. th. 3. lit. B.*

3. Fallit si actor speciali pacto sibi servavit electionem. *Tr. d. loc. lit. C.*

4. Si verba ad actorem directa *cap. 14. extra de vit. & bon. Cler. ubi Pan. num. 4. Gail. Gail. 2. obs. 84. n. 12.*

5. Fallit in pœnis. vid. *Dn. Carpz. pag. 4. constit. 47. def. 8. & in pract. crim. p. 3. quæst. 133. num. 51.*

II.

In alternativa quantitatis vel temporis minus onerosum est in obligatione. *l. Si ita stipulatus 109. de V. O. l. semper in obscuris 9. de R. Jur. l. si quid venditor 18. §. 2. de Æd. Ed. l. fin. de præt. stipul.*

Ampliatur 1. quod hoc procedat non modo in alternativa totius & partis, velut si quis promittat Stychum aut partem Stychi, *l. inter eos 51. pr. & ibi gloss. de fideijuss.*

2. Ut procedat si alternativa fiat ex causa favorabili puta dotis. *l. Si pater. 44. §. quæ debitorem. & ibi gloss. in vers. in dotem. de jure dot.*

Limitatur quod hoc tantum procedat in alternativa simplici, non etiam cum mixtura temporum, locorum aut personarum hodie decem aut intra annum viginti, mihi quinque aut Titio decem: Argentorati decem aut Francofurti quindecim dare spondes, nam hic utrumque in obligatione est. *Jason. ad l. si ita stipulatus 12. de Verb. Oblig.*

III.

In alternativis sufficit unum esse verum *cap. in alternativis 70. de R. Jur. in 6. cap. inter ceteras 4. de rescript. l. 129. vers. at si sic. de V. O. l. 2. de eo quod cert. loc. l. plerumque 10. de Jur. dot.*

Limita quod si ponatur inter duas res vel personas resolvatur in conjunctivam, *l. 4. C. de V. S.* quod & in conditionibus observat Vivius 1. *decis. 7. per tot.*

2. Ob Favorem dotis in casu *l. Gajus Sejus*

jus 45. ff. solut. matrim. ubi adjectus pro non adjecto habetur.

3. Limita in alternativa subdisjunctiva, ut vocatur à Dd. velut si alicui legem vinum, quod habeo Romæ seu Bononiæ, prout notat *Felin. ad cap. inter ceteras. num. 16. extra de rescript. ubi & duas alias addit limitationes.*

IV.

Alternativa petitio non est admittenda, *l. sed si ita 10. de stipul. serv. l. prætor 7. §. quod autem 4. de injur.*

Ratio quia alternatio parit incertitudinem, text. *in cap. fin. de rescript. & cæteri cit. à Gail. l. O. 62. l. l. 75. §. 5. de V. O. Felin. in c. 56. extra de prob.*

Plures Exceptiones vid. *ap. Gail. d. O. 62. per tot. Carpzov. lib. 2. consil. 109. num. 6. & 7.* & sanè exempla in jure passim occurrunt, *l. 17. de transact. l. 2. C. de Ed. l. 3. Cod. comm. utriusque. ubi Sichard. vid. omnino Cujac. ad l. 1. C. de furt.*

V.

Alternativa semper poni solet inter æqualia, *l. 1. de reb. dub. Everhard. in loc. ab Alternativ.* unde est, quod si ex *l. 2. C. de rescind. vend.* agatur, aut totam rem aut totum pretium debeat restituere, cum nemo alias tàm fatuus emtor futurus esset, ut non supplere mallet defectum justi pretii, *Carpzovius part. 2. constit. 34. def. 7.*

Ambages v. infra circuitus.

CAP. LVI.

De Ambiguo, Ambiguitate. v. infra de Æqvivocatione.

Axioma I.

Ingens est copia rerum sine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, sed alienis ac commodamus: *fac. l. 25. de leg. 3. l. 96. de R. I. l. 125. de V. S. l. 7. de Supp. leg.* Plures enim res sunt quam verba *l. 4. de præscript. verb.* Sic, verbi causa, pedem dicimus nostrum, & lecti, & veli, & Carminis: & canem dicimus non modo venaticum, sed & sydus, & marinum, *quia ergo non sufficimus, ut singulis singula assignemus, quatenus opus est mutuamur*, inquit Senec. 2. benef. 34. & & sanè pauca erunt vocabula, quæ plura non significent. *vid. Fab. lib. 7. Instit. cap. 9. Gell. 11. c. 12. Meryll. 1. obs. c. 19.*

Hinc est ut eadem vox modo genus modo speciem denoter, ut accidit voci cognationis, pacti, Jurisdictionis, adoptionis, *Bacch. ad §. 1. I. de adopt. & in Comm. ff. eod. num. 2.*

II.

In ambiguis interpretatio contra eum facienda, qui potuit legem apertius dicere *l. 39. de pact. l. 38. §. 18. de V. O.*

Fallit hæc regula (1) in judicialibus. Nam si quis quoad jus amb gua oratione in intentione usus est id, quod actori prodest accipitur *l. 66. de jud.* quod si in facto, libellus tantum rejicitur, & ut clarius proponat officio judicis parti injungitur *l. 5. §. ult. de R. V. Gail. 1. O. 66.*

Fallit 2. in ambiguitate legislatoris ubi sententia dicentis spectanda, *l. generaliter. 24. §. 8. ff. de fideicom. lib.*

Fallit 3. Si ea interpretatione actus esset periturus, *l. 80. de V. O.*

Fallit 4. in dotibus ubi in ambiguis pro dote pronunciatur, *l. 85. pr. de R. I. l. in ambiguis 70. de Jure dot. l. Cajus 45. sol. mat.*

III.

AMBIGUIS in rebus quod minimum est, sequimur, *l. apud Julianum 39. §. scio. ff. de legatis 1. l. semper in obscuris 9. ff. de regulis Juris. cap. in obscuris 30. eod. tit. in 6.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum. reg. 152.* ubi intelligit procedere, quando medium non est, nam illo extante, media via in ambiguis est eligenda, ut tradit Anton. Monach. *Florent. decis. 12. num. 23. & Bonon. decis. 19. num. 21.* Menoch. *de Arbitrar. lib. 1. q. 53. n. 10. & qvæst. 56. & remed. 5. retin. n. 755. cum seqq.* Escobar. *de comput. c. 9. num. 6. & 7.* Osvvald. *in Donell. comment. Juris civilis, lib. 26. cap. 2. lit. B.*

(Fallit hæc regula in excommunicatione, ubi si ista vox à jure vel homine proferatur, semper major venit. *Cujac. ad cap. 10. extra de jud. vid. Barb. de App. in voce Excommunicatio.*)

IV.

AMBIGUIS in rebus non debet esse absolutum judicium, *c. habuisse 7. dist. 33.* (Quæ enim certitudo intellectus esse queat, ubi verba ipsa sunt ambigua & inepta: omne nempe ambiguum quocunque modo interveniens impedimentum decisioni solet afferre. *arg. l. unic. ibi si vero aliquod fuerit. C. de Nov. op. Nunc.* & quidquid ambiguum est, id inutile est ad controversias tollendas. *l. 12. §. 2. C. de AEd. priv.*) Ambiguum autem non dicitur, cùm in verbis nulla sit difficultas, *l. ille 25. §. cùm in verbis. ff. de legat. 3.* Mantic. *decis. 309. in fine.*

V.

AMBIGUITAS, vel dubietas in meliorem partem est interpretanda, *c. est ote 2. de regul. Juris.* Franc. Mol. *de ritu nupt. lib. 1. comp. 17. n. 2.* Aloys. Ricc. *in coll. dec. 1. coll. 220.* Farinac. *in praxi*

praxi crim. p. 1 quæst. 25. n. 27. cum seqq. (vel humaniorem) *l. 10. §. 1. de reb. dub. l. 14. C. de fid. libert.*)

CAP. LVII.

De Amicitia, Amicis.

Axioma I.

Sufficere debet alicui vel in una specie per amici laborem & operam sibi consuli *l. 39. §. 2. de admin. & curat. l. 20. C. de N. G.*

II.

Amicitia in causa est, ut recedatur à communibus regulis juris, *l. semper in stipul. 34. ubi gloss. de Reg. Jur. l. sed & hæ. 35. ff. de procur. l. 12. Exigendi Cod. eod.*

Unde amicus non est idoneus testis pro amico, *Curt. in tractat. de test. conel. 30. n. 65. Spec. in tit. de test. pr. Nell. in tr. de test. n. 5.* item amicus agere potest pro amico sine mandato, *Bart. in l. non solum §. qui alieno de procurat. Alex. in l. sæpe. n. 88. de re jud.* & amicus recte pro amico pacisci potest. *Alex. post gloss. in l. si unus §. 1. de pact.*

III.

Amicitia morte solvitur.

Ex hac regula sequitur, quod eo casu, quo quis repellitur ab agendo amicitiæ causa, mortuo amico illa exceptio cesset, *Spec. tit. de teste §. 1. Bald. l. in eos. quæst. 1. C. eod. Dd. in l. sciendum. de usur. gloss. in N. 5. cap. cogitandum. vers. testes.*

IV.

Qui est cum meis inimicis, meus amicus non est, *c. 3. ibi: de inimici domo prodeuntibus causa. 3. q. 5 gloss. in cap. si inimicus 1. dist. 93. cum oporteat 19. de accusat. Bart. in l. sciendum. de leg. 1.*

V.

Amicitia malorum hominum fugienda, *l. 5. C. malef. & Matth.* amicitia enim cum malis hominibus non est amicitia *Prosp. Farinac. l. 1. tit. 5. q. 43. num. 174.* textus elegans *in l. 223. §. 1. de V. S.* unde est, quod amicitia inter paucos esse dicatur *arg. d. §. 1.*

VI.

Amicus ex mente debet perpendere voluntatem sui amici & servare, alias non est bonus amicus *l. Pamphilo 39. de leg. 3.* idem enim velle & idem nolle in licitis & honestis vera demum est amicitia. *Prosp. Farinac. l. 1. tit. 5. quæst. 43. n. 172.*

VII.

Amicitia magna idem operatur quod conjunctio sanguinis. *l. cum allegas. 4. C. de Castrens. pec.* & jus quoddam fraternitatis in se continet *d. l. cum allegas Alberic. in l. sed hæ 35. de procurat.*

VIII.

Amicorum sunt omnia communia, *c. 2. causa 12. quæst. 1.*

IX.

AMICUS non levi amicitia æquiparatur consanguineo, ut tradunt Jason. *in l. quæ dotis 33. num. 57. ff. soluto matrim.* latè Coras. *de arte jur. p. 4. cap. 22.* Alciat. *de præsumpt. reg. 1. præs. 28.* Covar. *in cap. reqvisisti 15. num. 7. de testam.* Rebuff. *de privileg. scholar. privil. 104.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 22.* Menoch. *de præsumt. lib. 4. præs. 89. n. 70.* Surd. *de aliment. tit. 6. quæst. 21. n. 4.* Azeved. *l. 34. num. 3. tit. 6. lib. 3. novæ Recompil.* Morl. *in emporio Juris. p. 1. tit. 2. in prælud. num. 201.* Card. Tusch. *practicar. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 5. f. 326.* Sanchez. *de Matrim. lib. 6. disp. 26. n. 6.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom. 2. lib. 13. tit. 20. num. 2. cum seqq.* D. Christoph. Paz. *in schol. ad leges styli. l. 63. num. 34.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 200. num. 4.* Carol. de Grassis *de effectibus amicitiæ.* Nam amicus interior, conjunctus appellatur, Alciat. *de præsumption. reg. 1. præs. 27. num. 5.* Petr. Mosl. *in resp. pro amico. dub. 1. num. 136.* Carol. de Grassis *d. tract. de effectibus amicitiæ, num. 81. propè fin.* Et generaliter dispositia in consanguineis respectu pietatis, & amoris, in amicis quoque maxima amicitia junctis locum habent, tantumque amicitia, quantum sanguinis conjunctio operatur, Alciat. *d. reg. 1. præs. 27. num. 5.* Decian. *in tract. crimin. lib. 3. c. 3. num. 13. vers. & ideo.* Cardin. Mantic. *de conject. ultimar. volunt. lib. 6. tit. 11. num. 25.* Carol. de Grassis *d. tract. num. 84. l. 3. Regia Hispan. vers. la quinta. tit. 29. part. 2.* Imò amicitiam sanguinis conjunctioni præferendam dixerunt. Valer. Max. *lib. 4. cap. 7.* Petrarcha *lib. 1. de remedio utriusque fortunæ. dialog. 52.* Menoch. *cons. 683. n. 23.* Decian. *d. cap. 5. num. 13. vers. remanet.* Stephan. Gratian. *d. cap. 200. n. 10.* Osvvald *ad Donell. d. lib. 18. cap. 12. lit. K.* Carol. de Grassis *d. num. 82.*

X.

AMICUS in Jure frater nuncupatur, *ut in l. nemo dubitat 58. vers. qui frater. ff. de hæred. instit.*

XI.

AMICUS dicitur alter ego, Joan. de amic. *cons. 85. num. 13.* quem refert Cardin. Tusch. *de concl. 326. n. 3.* novissimè amicus noster D. Didacus de Narbona *de ætate ad omnes humanos*

nos actus requis. anno 14. qvæst. 43. n. 6.

XII.

AMICI dicuntur in quibus est unum velle & nolle, Alex. *cons. 93. Repetitus. n. 10. vers. sed ultra. lib. 6.* Card. Tusch. *d. concl. 326. n. 4.* Didac. de Narbona *d. qvæst. 43. n. 6.*

CAP. LVIII.

De Amore.

Axioma. I.

Mulieres ad amandum sunt faciliores viris *Carpzov. part. 1. constit. 16. def. 48. in fin. cum ibid. not.*

II.

Nullus amor vincit paternum, *l. ult. C. de curat. fur. l. 8. ff. qvod metus causa.* & ardor ejus inæstimabilis, *Roland. à Valle vol. 4. cons. 24. n. 17.* hinc est, quod nullus melior amicus dicatur qvam pater, nisi quod major pene affectus in nepotes qvam ipsos filios vigeat. *l. 220. ff. de V. S.*

III.

Amorem auget societas, *l. de hereditate 19. ff. de castr. pec. l. cum allegat. 4. C. eod.*

IV.

Amor honestus solis animis æstimatur, *l. 3. ff. de don. int. vir. & ux.* puellarum vero subvertit rectum judicium. *Bald. in l. 2. §. cum placuisset de O. I. n. 2.*

V.

Amatus á subditis nullis eget custodibus, *Nevizan. in cons. feud. 12. n. 69.*

CAP. LIX.

De Amissione, Amisso.

Axioma I.

Amissum non intelligitur, quod oblatum alteri non est. Ita habet communis lectio *l. 20. ff. ex quib. causis majores.* quod *Bart. ad d. l. 20. ita reddit*: Primus Dominus dominium non amittit, nisi alteri acquiratur.

Quæ regula ita explicanda, ut procedat quoties res contra voluntatem Domini amittuntur, ubi autem possidens illas amplius habere non vult, eoque modo abjicit, antequam alter acquirat, dominium amittit: textus rotundus est & clarus *in l. 2. §. 1. pro derelicto.*

II.

Amittere rem non videtur, cujus propria non fuit, *l. non videtur 83. de R. I.* Siquidem amissio privatio est, quæ præsupponit habitum, & sic amitti non potest, quod non fuit acquisitum, *l. 1. §. 1. Quib. mod. Usufruct. amit. l. 20. Ex quibus causs. maj.*

III.

AMISSUM non dicitur, quod non durat amissum, *l. pro parte 10. §. versum. ff. de in rem verso.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. q. 78. art. 12. vers. nec etiam obstat.* Menoch. *illustr. c. 32. num. 3.* Amissum, latè sumpta verbi significatione dicitur, quod potest acquiri, & non acquiritur, *l. 3. ff. quæ in fraudem creditorum. l. & sive quid 27. ff. ex quibus causis major.* Rot. *in una Ravennatens. hæreditatis. 20. Decembr. 1584. coram Rubeo*, secus vero strictè sumpta significatione, *l. non videtur rem amittere 83. ff. de regul. Juris.* ubi Dec. *num. 5. l. non potest videri 208. ff. eod.* Rot. *Romana de Theodolis 10. Januarii 1597. coram Litto.* (& sanè magna est differentia inter amissionem debiti & lucrum non quæsitum. *Sichard. in auth. hoc amplius. C. de fideicommiss. l. ult. §. 2. de Cod.* plus enim favetur damnificaturo quam lucrum capturo. *Carpz. lib. 4. cons. 17. n. 11.*)

CAP. LX.

De Ampliatione, Extensione. Interpretatione.

Axioma I.

Non licet nobis interpretationibus nostris stultis, maximè quæ cauta sunt, de solennibus extendere. *Cujac. in recit. C. de testamentis.*

II.

Expressio specialis omnem impedit extensionem, *l. 10. de lib. & post. l. 22. pr. solut. matr. l. 4. de V. & P. substit.*

Locum habet reg. etiam in ultimis voluntatibus, ubi si quid relinquitur directo, non potest trahi ad fideicommissum, prout pluribus ostendit *Carpz. p. 3. const. 8. def. 18. & p. 3. C. 25. d. 20. n. 6. & seqq.*

Nisi aliquid sit unde contraria exprimentis voluntas colligi possit, velut si quid non valet eo modo, quo exprimitur interpretatio, ita fit ut valere possit, *arg. l. 76. ubi Dd. ad SC. Treb.*

III.

Ubi in aliqua causa sententia legis, vel SCti manifesta est, is qui jurisdictioni præest ad similia procedere, atque ita jus dicere debet. *l. 12. 13. de legib.*

Ratio quia non omnia legibus possunt comprehendi. *d. l. 12.*

Fallit

Fallit hæc regula 1. in iis ubi non eadem sed minor ratio subest, etiamsi versemur in materia, latè alioqvin interpretanda *l. L. Julia. 44. §. an & is. 5. de R. N. Hart. Pist. 2. qvæst. 39.*

Ratio est, qvia tota materia extensionis fundatur in rationis identitate, qva cessante, cessat extensio: ut dicit *Craveta 1. cons. 17. incipit, Qværitur an nobilis. num. 2. Pist. d. loc.*

2. Repudiantur extensiones in judiciis summariis *per not. Decii consil. 424. in fin. Rol. à Valle 3. cons. 3. n. 40. & seq.*

3. Limitatur in fictionibus juris qvarum nulla fit extensio, *l. L. Cornelia 28. & gloss. ibid. de vulg. & Pup. substit.*

4. In pœnalibus & odiosis *l. 101. ubi Bart. de Cond. & Dem. Bald. in l. 3. C. de H. Inst. add. Jas. in l. cum qvidam 19. col. pen. de lib. & posth.*

5. Deniqve locum non invenit in exorbitantibus à jure communi, *c. 28. de reg. jur. in 6. l. 14. de leg. l. 64. §. de viro. ff. sol. mat.* qvod etiam 6. in correctoriis dicendum *Zas. lib. 1. cons. 4. n. 11.* adeò ut nec ex majoritate & identitate rationis procedat *Jas. in Auth. qvas act. num. 21. vers. Ex qvibus. C. de SS. Eccl. Alex. 1. cons. 28. num. 14. Anton. Capyc. decis. Neap. 155. n. 22. vers. nam licet in correctoriis non fiat extensio. Panorm. in cap. proposuisti 4. n. 11. vers. qvod etiam ex identitate rationis extr. de probat.* nisi versemur in casu cum agitur de favore publico, ubi etiam jura exorbitantia & correctoria extenduntur ex identitate vel majoritate rationis. *Bart. in l. 24. qvæst. 11. sol. matr. & in l. 7. C. de Agric. & cens.*

IV.

Nulla interpretatio tam latè producenda est ut captiosam liberalitatem inducat. *l. 5. de transact.* Nec ulla tacita pacta fingere aut extensionem ultra dispositionem facere est interpretis. *Mant. li. 6. de conject. ult. volunt. 15. num. 6.* ne qvidem favore agnationis *Bald. in l. Sed & milites. 8. de Excus. tut. Dec. cons. 287. n. 10.*

V.

Qvando lex deficit omissum ab illa & nos pro omisso habere nec supplere debemus, *l. 8. de Publician. in rem act.*

Nihil enim juris subversioni aut internecioni magis comparatum atqve legum extensiones ad casus omissos, qvæ tamen familiares & freqventes sunt juris Dd. inqvit *Guil. Roncl. de succes. ab intest. §. 13. num. 18.*

VI.

Ampliatio seu Extensio non fit de uno casu ad alium, ubi agitur de præjudicio tertii *Bart. in l. illud. C. de SS. Eccles. Dd. in l. non possunt. ff. de legibus. l. à Titio 108. de V. O. l. qvod vero 14. ff. de legib. Aret. in l. moribus. 2. col. 8. de V. & P. substit. & in terminis hujus reg. Card. Clem. 1. q. 22. de usur.*

CAP. LXI.

De Anima.

Axioma I.

Animæ defectus modicus non facit aliqvem imprudentem dici, sicut nec corporis defectus modicus facit qvem appellari morbosum: Invenit hæc regula locum in testamentis, materia testium & similibus. *vid. Bart. in tract. de test. n. 84. in pr. not. Dd. in cap. fin. de corpor. vitiat.*

II.

Animæ salutis nemo præsumitur esse immemor. *text. in l. ult. C. ad Leg. Jul. repet. ubi Goth. & cæteri. Imol. in l. 1. num. 14. de aq. & aq. pluv. arc. Menoch. 2. præsumpt. 60. num. 2.*

Sed hæc præsumptio probationes in contrarium non tollit, *l. 1. C. Arb. tut. l. 3. §. 1. de Sc. Syl. l. 4. de inoff. test.*

III.

ANIMA pretiosior est corpore *Matth. 5. & Luc. 12. cap. sedulò. 38. dist. cap. præcipimus 2. qvæst. 11. cap. cùm infirmitas 13. propè fin. de pœnitent. & remiss.* Cardos. *in praxi Judicum, & Advocatorum, verb. Animi, num. 1.* & dicit Philosophus *lib. 1. de Anima. cap. fin.* qvod corpus animi causa constitutum est. Alphons. de Narbona *lib. 14. gloss. 1. n. 12. c. 1. tit. 2. lib. 6. Recop.*

IV.

ANIMA omnibus rebus est præferenda tanqvam magis pretiosa, *d. cap. præcipimus, l. sancimus 21. C. de Sacros. Eccles.* (ubi Bl. *Salyc. Jason. Wesenb. 4. cons. 151. l. Deo nobis 56. C. de Episc. & Cler.*) Abb. *cons. 63. Videtur primo. n. 3. vers. item qvis debet magis diligere libr. 1.* Tiraqvel. *de privil. piæ causæ. in præfat. num. 9.* Menoch. *de præsumpt. libr. 4. præs. 112. num. 4. & præs. 152. n. 4.* Barth. Perett. *ad Extravag. ambitiosæ, de rebus Eccl. non alien. verb. præterqvam. n. 11. p. 178.* Bertazol. *in repet. l. si qvis major 41. C. de transact. num. 12.* Mascard. *de probationib. conclus. 1171. num. 5.* Surd. *decis. 196. num. 12.* Gutier. *in repet. l. nemo potest 55. num. 486. ff. de legat. 1.* Cardin. Tusch. *practic. concl. tom. 1. lit.*

lit. A. concl. 333. num. 1. Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. tom. 2. lib. 13. tit. 28. num. 10.* Mari. Antonin. *var. resolut. lit. . resol. ult. casu 37.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 935. num. 36. tom. 5.* (*Carpz. 3. conf. 93. num. 23. & p. 2. const. 21. def. 6. n. 3.*)

V.

Ubi agitur de salute animæ, non debent attendi apices Juris, ut ajunt. Tiraq. *d. tract. de privileg. piæ causæ. privil. 164.* Cevall. *communium contra communes q. 71. num. 1.* (& receditur a Reg. Juris *Cravetta conf. 282. num. 5.*) atqve fit extensio ex identitate rationis, gl. *verbo Apostolicæ in l. omnes 7. C. de feriis.* Vill. *in tract. de extensione leg. rub. de extens. leg. correct. & pœnalis simul. n. 80.* Far. *fragm. crimin. p. 1. lit. E. n. 207.*

VI.

ANIMÆ de salute qvando agitur, extensio fit in odiosis, & pœnalibus, ut per Aym. *de antiq. temp. p. 4. § videamus modo de aliqvibus limitationibus. num. 10.* Corset. *in sing. verbo extensio, il. 2. ante fin. post. num. 23.* Tiraq. *d. tract. privil. 161.* Cov. *de sponsalib. p. 2. cap. 6. in pr. n. 12.* Perez. *lib. 1. tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 39.* Azeved. *l. 2. num. 4. tit. 1. lib. 5. novæ Recopill.* Villag. *d. num. 80. & rub. de extens. leg. pœnal. tantum. nu. 19.* Farinac. *d. lit. E. num. m.* Sanchez *de Matrim. lib. 1. disp. 39. n. 5. & lib. 3. disp. 1. num. 8.* & in exorbitantibus Aym. *d. p. 4. in princip. num. 79.* Villag. *in rub. de extensione legum. num. 3. in fin. in ult. ampl.* Farinac. *d. lit. E. num. 109.*

CAP. LXII.

De Animo. *v. infra* Intentio.

Axioma I.

In iis qvæ ab animo alicujus dependent standum dicto asserentis cum juramento, *gl. 3. ver. aliæ. I. in §. de act. Accurs. in l. 1. verb. non occidendi. C. ad L. Corn. de Sic. Bart. in l. inter omnes. §. rectè nu. 2. ff. de furt. Alciat. de præsumt. reg. 3. præs. 16. Hyp. de Marsi. in pract. crim. §. diligenter. num. 109. Gail. 2. obs. 106. num. 5. Masc. de probat. vol. 1. conclus. 94. num. 5.*

II.

Ea qvæ in animo consistunt aliter, qvam per extrinseca probari neqveunt: *text. in l. quidam in suo 27. ff. de condit. Instit. Marant. in l. is potest 18. n. 42. de acqvir. hered.* & plerumqve ex conjecturis, præsumtionibus & similitudinibus colligitur, prout prolixè & eleganter docet *Menoch. de arbit. jud. qvæst. cas. 361. Socin. conf. 28. num. 14.* Ea enim qvæ in animo sunt occulta, soli Deo nota sunt. *Clem. ex. vi. §. rursus de V. S.*

III.

Animus & verum factum, non juris effectus in delictis consideratur. *l. 18. C. ad L. Jul. de Adult. v. infra delict. axiom. 15.*

VI.

ANIMUS ab operibus operantis dignoscitur, & talis præsumitur, qvalem facta demonstrant, *l. 1. §. fin. ff. de dolo.* Grammat. *consil. 13. num. 2. & 3. & decis. 37. n. 6.* Cephal. *consil. 75. num. 3. lib. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 95. num. 1. & seq. & concl. 1304. num. 24. & seq.* Seraphin. *de privileg. Juram. privil. 1. num. 42. vers. & ideo dicitur.* Farin. *in praxi crimin. q. 89. num. 76.* Octav. Glorit. *resp. 3. num. 34.* Nam licet ex verbis benè dignoscatur animus, & intentio hominis, *l. Labeo 7. ff. de supellect. leg. cap. secundò reqviris 41. de appellat.* Corn. *conf. 84. in princip. lib. 3.* Grat. *resp. 118. n. 25. lib. 1.* Alban. *conf. 119. & conf. 626. num. 9.* Surd. *conf. 82. num. 33. & conf. 471. num. 33.* Bardel. *conf. 29. n. 12.* Giurba *consil. 51. num. 28.* Facta tamen sunt fortiora ad demonstrandum hujusmodi animum, qvam verba, *l. certum. 6. ff. si certum pet. l. fin. ff. de divort. cap. existimant 12. qvæst. 3. cap. dilecti 52. de appellat.* (*l. 5. rat. rem. hab. l. 91. de acqvirend. vel am. hæred. §. 6. I. de Hered. qval. & diff.*) Cephal. *conf. 77. n. 2. & conf. 96. num. 27. lib. 1.* Seraphin. *d. privil. 1. à num. 57. Wesenb. in paratit. de acqvirend. vel om. hered. n. 4.*

V.

ANIMUS hominis qvalis fuerit dignoscitur ex iis, qvæ antea, vel post gesta fuerunt, argum. *l. sed & Julianus 7. § pen. ff. ad. S. Macedon. l. si servus plurium 50. §. fin. de legat. 1. & §. pavonum. Institut. de rerum divis.* Aym. *consil. 20. num. 7. & consil. 210. num. 11.* Ruin. *cons. 10. num. 10. lib. 5.* Cephal. *conf. 12. num. 12. & conf. 65. num. 8. lib. 1.* Dec. *conf. 11. n. 1. in fine, & consil. 283. num. 7. vers. actus. & conf. 336. num. 1.* Mascard. *d. concl. 95. num. 6. & seq.* Osasch. *decis. 71. num. 33. & decis. 90. num. 19.* Mantic. *decis. 15. num. 1.* Afflict. *decis. 319. n. 5.* Surd. *consil. 540. à n. 44.* Octav. Glorit. *respons. 12. num. 12.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 4. lit. I. conclus. 269. n. 30.* Rot.

30. Rot. *decis. 118. num. 2. apud Farinac. p. 2. recent.* ubi qvod animus declaratur ex subseqventibus, eadem Rot. *decis. 64. num. 5. d. part. 2. recent. & decis. 306. num. 3. part. 2. recent.* ubi qvod animus, qvalis fuerit in præcedenti, ex subseqventi actu declaratur, *& decis. 700. num. 14. eadem part. 2. recent.* ubi ait, qvod ex actu immediatè & in continenti facto colligitur animus ab initio. Menoch. *cons. 1. num. 294. cum seqq.* ubi qvod animus contrahentium colligitur ex seqventibus. Surd. *decis. 4. num. 15.* ubi qvòd animus talis præsumitur in præcedentibus qvalis fuerit in seqventibus. Farin. *tom. 2. consil. 30. n. 103.* ubi qvod verba subseqventia declarant qvalis fuerit animus.

CAP. LXIII.
De Annalibus seu annali tempore.

Axioma I.

Anni unius spatium nunqvam currit ignoranti. *textus in l. semper 15. §. annus ff. qvod vi aut clam. l. annus 6 ff. de calum. l. genero. §. de his qvi not. infam. Andr. Tiraqvell. de retract. §. 35. & plures cit. à Dn. Carpzov. 6. cons. tit. 10. resp. 106. n. 7.* Ratio qvia nemo potest experiri de jure, qvod sibi competere ignorat *l. 55. de Ædil. Ed. l. 19. de inoff. testam. Ant. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 9. def. 1. num. 1. 2.* Non autem valenti agere non currit præscriptio. *l. 1. §. 2. C. de Ann. Except. l. 30. C. de jure dot.*

II.

ANNALIA ad agendum sunt perpetua ad excipiendum, *l. pure 5. §. fin. ff. de doli except. l. licet 5. C. de except. l. 4. C. qvi admitti.* Cald. Pereira *in l. si curatorem 3. verbo infra. n. 15. Cod. de in integ. resti. minor.* Surd. *decis. 277. n. 17.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 151. n. 12.* Christoph. de Paz. *in scholiis ad leges styli. l. 184 num. 3.* Gutier. *pract. lib. 1. qvæst. 96. num. 3. vers. sed nihilominus.* ubi declarat. Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 6. num. 6. prope fin.* ubi intelligit, qvando qvis non potest jus suum proponere in judicio principaliter agendo, sed tantum excipiendo, qvia tunc perpetuo potest excipere: secus verò qvando jus suum potest proponere etiam principaliter agendo intrà certũ tempus, qvia tunc similiter tenetur intrà illud excipere, *ex l. Papinianus 8 §. si filius ff. de inoff. testam.* Gutier. *practic. lib. 1. qvæst. 96. n. 4.* Vincent. Caroc. *rem. contra præjud. sentent. exc. 2. qvæst. 18. num. 22.* qvi ibidem *num. 10. & 11.* hoc axioma intellexit procedere ante motam actionem, secus post, & *num. 13.* limitat nisi ad excipiendum limitatum sit tempus.

CAP. LXIV.
De Annexis, seu connexis.

Axioma I.

ANNEXI & connexi idem est judicium, etiam si annexum sit majoris valoris, *cap. cum singulis 32. junctа gloss. verb. annexi, de præbend. lib. 6 gloss. verbo connexa, in cap. qvanto 3. de judic.* Hippol. *sing. 251.* Guilelm. Bened. *in cap. Rainutius 16. de testament. verb. & horum num. 1. cum seqq.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. q. 45. & lib. 2. casu 95.* Garc. Girond. *de privilegiorum, seu exempt. explicat. n. 751.*

CAP. LXV.
De Annona.

Maxime Reipub. interest fraudes in annonæ ratione detegi. *Wesenb. in Paratit. ad Leg. Jul. de annon. num. 3.*

CAP. LXVI.
De Antecedente, *v. infra* de præcedentibus, seqventibus.

Axioma. I.

Si tenet antecedens, tenet & conseqvens, *Bald. in l. conventicula. 15. Cod. de Episcop. & Cleric.*

II.

Ex antecedentibus declarantur seqventia *l. si servus plurium 50. §. fin. l. qvi filiabus. 17. ff. de leg. 1. l. 21. §. 1. l. de testamentis.* & seqventia debent intelligi secundum præcedentia, ne resultet contrarius vel absurdus intellectus. *d. l. si servus 50. gl. in c. causam qvæ 18. in verb. præcedat. extra de rescript. & Spec. in tit. de disp. & al. leg. §. 4. vers. in princ.*

III.

ANTECEDENTI concesso, conceditur & conseqvens, *l. 1. §. ff. si usufr. pet. l. 3. §. qvi habet. ff. de servit. rustit. præd. l. ref. sectionis grat. 11.* & ibi gl *ff. communia præd. l. 2.* & ibi Cyn. & latè Jason. *ff. de juris d. omniũ Judic. l. 2. §. inspectio. ff. qvemadmod. testam. aper.* Everhard. *in topicis legalib. loco 94.* Anton. Monach. *Florent. decis. 29. n. 15.* (Old. *cons. 11.* ubi elegans ponit exemplũ de privilegio Xenodochio concesso producendo ad œconomos. *Gail. 2. O. 68. num. 4. & seqq.*) Farinac. *fragment. crimin. p. 1. lit. E. num. 228. in princ. & in praxi crimin. qvæst. 39. num. 138.* Joan. Anton. Novar. *qvæst. forens. lib. 1. qvæst. 52. [illegible] n. 1. cum seqq.* Joan.

Anton. Mangil. *de imputat. qvæst. 76. n. 1.* Intellige, qvando antecedens est necessarium ad consequens consequendum, juxta resoluta per Ferrer. *in constit. Catalon. gl. ff. 5. n. 78. & n. 82.* Surd. *cons. 91 n. 14. per l. 1. § fin ff. de usufruct. & l. obligationum ferè. 44. §. 1. vers. sic & ff. de action. & obligation.*

IV.

ANTECEDENTI destructo, nullum potest dari consequens *l. 1. §. hujus rei ff. de officio ejus. l. 4 ff. de itinere, actuqve privato.* (*Bart. ad l. 2. de jurisdict. nu. ult. Carpzov pag. 2. constit. 11. def. 14. num. 4.*) Everhard. *in topicis legalib. loco 96.* Cravet *cons. 231. num. 2.* Anton Monach. *Florent. decis. 29. num. 16.* ubi subdit, qvod remoto antecedenti ejus consequens removetur. Et qvod antecedenti, cesset consequens, qvod stare non potest sine antecedente (sicut & viceversa verum, qvod peremto consequente, perimatur etiam antecedens, *Cujac. in lib. 28. Ad Paul. Ed. ad l. 2. §. 1. de reb. cred.* ubi Accur. frectè scribit subesse locum à consequenti destructo. *vide Cujac. d. loc.*) tradunt Bald *in l. 1. in 9. opposit. C. de fide icom.* Cravett. *consil. 202. num. 28.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. C. conclus. 757. nu. 66.* Card Mantic. *decis. 15. num. 5. & decis. 199. num. 9.* Alphons. Narbona *lib. 25. gl. 5. num. 3. tit. 21. lib. 4. Recop.* Torreblanc. *de jure spirit. lib. 15. c. 13. n. 37.* (Unde est qvod antecedente prohibito, videtur etiam prohibitum esse omne aliud, per qvod pervenitur ad illud, *l. oratio. 16 ff. de sponsal. in clem. 1. de jur. consang. & affin.*)

V.

ANTECEDENS qvi vult, videtur velle necessarium consequens (*§ 3 Instit. qvibus ex causis, l. 2. de Jurisdict. Hottom. ad §. 1. Inst. qvi testam. tut. l. 1. §. 1. Si usus fruct. pet. l. 3. §. qvi habet de S. P. R. l. 77. de acqvir. vel om. hered.*) Alex. *cons. 157. col. 3. nu. 14. lib. 2.* ubi qvod si qvis vult civilitatem, censetur velle onus annexum civilitati, & *cons. 158. Circa primum, in princ. lib. 5.* ubi ait, qvod qvi consentit in antecedenti, cēsetur consentire in consequenti necessario etiam non cognito, Castrens. *cons. 100. n. 4. vers. qvod autem. lib. 1.* ubi qvod ideò tutor conventus, si producat inventarium factū à pupillis, non debet dicere suos pupillos non teneri ultra vires hereditarias, qvia istud venit in necessariā consequentiam, *Cravet. cons. 186. n. 7.* ubi qvod testator qvi voluit dotare filiam, censetur etiam voluisse concedere lucrum, qvia qvi vult antecedens, vult necessarium consequens, Cancer. *var. resolut. p. 1. c. 1. n. 227.*

CAP. LXVII.
De Antecessore & Successore.

Axioma I.

Antecessor & successor mutuas sibi præstare debent operas, ita ut ille omnia agat ad successoris usqve adventum, *l. meminisse 10. de off. proconf.*

II.

Successor obligatur ex gestis antecessoris.

Hæc reg. locum habet etiam in successionibus principatuum & regnorum; ita ut si successio contingat jure hereditario simpliciter procedat, qvod si qvis dignitatis tantum seu sceptri successor fuerit, locum invenit in gestis Reipub. non privati patrimonii causa: prout eleganter docet *Dn. Carpzov. p. 2. constit. 29. def. 21. per tot. adde tr. nostrum de Obligat. success. in off.*

CAP. LXVIII.
De Antinomiis.

Axioma I.

Antinomia in jure nulla reperitur. *l. Deo auctore. §. 8. de concept. ff torum. Constitut. tanta. §. 15. de confirmat. ff torum ad Senatum & omnes populos, qvod tamen iterum limitat in Constit. Dedit nobis de Confirm. ff torum ad magnum Senatum. §. 15. his verbis, contrarium autem aliis legibus legem ex his qvæ in hoc volumine posita sunt non facilè qvis reperiet, nec sane hæc merita qvis vituperare potest, in tanta legum & contrarietatum compositione, qvia omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare divinitatis magis qvam humanitatis est, ut inqvit Justin in d. const. tanta. §. 14.* & sane subtilissimus *Cujac.* antinomias in jure passim asserit. *19. O. 19. 25. obs. 23. in recit. ad tit. de rit. nupt. ad l. 2. §. ult. & l. 3. ad l. 20. de V. O. & in Pap. li. 18. qvæst. 1. ad l. 25. §. 1. Qvando dies leg. ced.*

CAP. LXIX.
De Antiqvitatis studio seu theoria. *v. infr.* Novitas. Vetustas.

Axioma I.

Antiqva penitus ignoranda non sunt, §. 1. *& ibi not. I. de testam.* non tamen ita iis inhærendū ut cetera negligantur, *eleganter Frid. Pruckm. de diff. utrorumqve sexuū in præfat. & Hering. in præf. de fide juss.* nec enim veteris juris prolixitatem scire est necessarium, *l. 1. §. p. vers.*

& hoc locum C. de Cad. toll. sufficit enim scire ad eum finem ut melius intelligatur, qvod vel tollitur vel reformatur *d.l.unic. § & cum 2.* & hactenus utiliter antiqvitas investigatur. *l. ideo 27. & l.seq. de legib.* non autem ut inde qvid in jure definiatur. *l.unic.princ.C. de lat.lib.toll.*

II.

Vetustas pro lege habetur *l.ult.C. Nov. vectig. institui non posse.* ubi textus parificat vetustatem, consuetudinem & jussum principis. Idqve potissimum minuendarum litium causa. *l.2. de aq. & aq.pluv. Werner consil. Franc.87. num.4.*

III.

Antiqvissimum qvodqve verissimum & dignissimum, Regula hæc fundatur. *l.semper 5.ff. de jure imm.cap.anteriorum.28. §. illud 2. qvæst. 6.cap.qvanto 3. extra de translatione Episcop. latè Tiraqvell.in tract.de jure primogen. statim à princ. & de retract.lignag.§.10.gloss.1.num.16. Mascard.1.conclus.107 & 108.* cum qvibus concordat *C.Cassius apud Tac.14. Ann.43.n.1.* Unde est qvod in documentis antiqvitas idem præstet, qvod recognitio *l.10. de prob.* & qvod inducat præsumptionem solennitatis *Castrens. cons.47.* qvia Reipub. commodum exigit antiqva servari, nec in dubium vocari, qvo res á majoribus nostris gestæ testimonio destitutæ perpetuari qveant, *d.l.10.l.29.§. sed ne aliqva forsitan oblivio.C.de test.Ruland. Jason.Wurmbs.cit. à Dn.Carqzov.3. cons.82.n.16.* & qvod in controversiis juris antiqvorum sententia prævaleat opinioni recentiorum, *Bald.l. fin. C.de Ed. D. Had. toll.* Non tamen hoc semper procedit, peccata enim qvo antiqviora, eo etiam sunt graviora, *cap.non debet 8. de consangvin. & affin. Cravett. cons.146.n.4.* neqve etiam omnia antiqvitus concessa, hodie licita. *l.ult.C.de aleat. leg.Lact.lib.2. Inst.c.6. & Tertull. in apolog. contra gentes. c.47.pr.*

IV.

Antiqvitas per spatium unius momenti datur & consideratur. *Cassiodorus decis. 20. & alii cit. à Dn. Carpzov. cons. 46. num. 13.* Unde est qvod præventio per unius horæ vel momenti spatium inducatur, & horam citationi apponere utile credatur. *add.cit.à Dn.Carpzov.cit.loc.*

V.

Qvi sermone antiqvo nimis utuntur eorum scripta parum grata habentur. *l.2.§.46.de O. I.*

Aperta *v. infra* Manifesta.

CAP. LXX.

De apicibus juris & æqvitate.

Bonæ fidei non congruit de apicibus juris disputare contra æqvitatem. *l.8. C.de jud.l.51.§. ult.ad L. Aqvil. vid. latius Duar. in tit. Mand. cap.3. & supr.38. de æqvitate.*

CAP. LXXI.

Apparere. *vid. infra* de probat.

Axioma I.

Idem est non esse, & non apparere. *l.duo sunt Titii 30.de test. tut. l.si qvis ita 16.§. si qvis cum ignoret 3.ff. eod.tit.*

II.

Apparere manifestè dicitur qvod ex conjecturis probabilibus colligitur. *l.1. ubi Jason. C. de testam.l.licet Imperator.74. ubi gloss. & Dd. ff. de leg.1.*

CAP. LXXII.

De Appellatione, *vers. infra* Nomen, nominatio.

Axioma I.

Rerum vocabula sunt immutabilia, hominum mutabilia. *l.4.in fin.pr.de leg.1.* qvod adeo procedit, ut nomen sæpè maneat licet res ipsa mutetur, cu jus causa nomen proditum est, ut apparet voce papyrus, nuptiæ, monachus, clepsydra & aliis, *Bach. in Comm. ad l.2.§.20.de O. I.n.8.* item qvarta legitima, & Sclavi qvi suæ gentis voce nobiles sunt, hodie servos notant. *Besold.1.Pol.10. num.62. Don.ad §.appellamus. I. de act.n.8.* ubi de nomine condictionis, item bonorum poss contra tabb. vel secundum tabb. licet tabb. hodie non utamur, *l.1.de bon.poss secund.tabb.* qvibus adjici potest vox actionum perpetuarũ: utut hodie perpertuæ nullæ dentur.

CAP. LXXIII.

De Appellatione seu provocatione.

Axioma I.

Ex appellatione bonus vir (Judex) non accipit offensionem. *l.un.C. apud eum à qvo appellatur.ubi Cujac.in paratit.* Nulla enim ei injuria fit si ab ejus sententia appellatur, text. *in l.& in majoribus.20.C.de Appellat.* nisi sit omnino frivola appellatio per text. *in l.fin. C. Qvorum appell. non recip.Mar.p.6 tit. de appellat. num. 338.* sic nec ad ignominiam ejus pertinet, si canonice ei inhibeatur, tametsi alias appellatione interposita non esset qvicqvam attentaturus, *fac.text.in l.injuriarum actio neqve 13.§. is qvi. 1.ff.de injur.*

II.

Appellatio est species defensionis ad præsidium innocentiæ non defensionem iniqvitatis instituta *cap. 15. & 61. extra de appellat. cap. ad Romanam.8.causa 2.qvæst.6.* adeoqve nemini deneganda *arg.l.3.de I. & I.l.1.§. 27. de vi & vi arm. l.4. & 45. §.4. ad L. Aqvil.* nec statuto aut consuetudine tolli potest; adeo ut etiamsi status Imperii jurejurando subditos suos adigerent, ne à sententiis in curiis ipsorum latis appellarent ad Cameram Imperialem, tamen

impune ad hoc beneficium pervenire licet. *Ord. Cam. part. 2. tit. 28. §.* Und dieweil bißhero *Mynſ. 1. O 14 Gail. 1. O 135. n. 12. & obſ. 124.* limitare tamen ſtatuta poſſunt ne appelletur, niſi juramento præſtito, qvod non calumniæ cauſâ appellent, *Mynſ. 3. obſ. 57. pr. Treut. 2. diſp. 33. th. 1. lit. A.*

III.

Judex appellationis non ſemper in melius reformat ſententias. *l. 1. de appell.*

CAP. LXXIV.

Approbare, Approbatio.

Axioma I.

Qvod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. *C. qvod omnes. 28. de R. I. in 6. l. per fundum 11. ff. de ſervit. ruſt. l. receptum 18. Comm. præd.* neceſſario enim ad actum adhibendi ſunt qvorum intereſt. *l. 39. verſ. adhibitis etiam his, de adopt.* qvod adeo verum ut ſi unus deficiat ex pluribus corruat actus, qvod præſertim verum eſt, qvando res plures tangit ut ſingulas, *d. l. per fundum. 11. ff. de ſervit. præd. Ruſt. l. 2. §. ſi aqvæ ductus. ff. eod. l. fin. C. de auct. præſt.*

II.

Qvod qvis in ſe approbat, in alio reprobare non debet. *l. in arenam. 11. C. de inoffic. teſtam.*

III.

APPROBARE qvis non poteſt qvod ſemel impugnavit, *l. diſpenſatorem 62. ff. de ſolutionibus.* Menoch. *conſil. 395. num. 89.* Surd. *conſ. 157. num. 10. & conſil. 196. num. 2. cum ſeqq. & conſ. 364. n. 27.* Rot. *deciſ. 636. num. 7. apud Farinac. p. 1. recent. & decis. 456. num. 4. p. 2. recent.* Declara & intellige verum ſi actus pendet à voluntate unius, Surd. *conſ. 136. num. 30. & ſeq.* ubi *num. 3. & 4.* ſi ab impugnatione ante ſententiam impugnans deſtitit.

IV.

APPROBATIONE totius qvælibet ejus pars approbata cenſetur, Anton. Monach. *Bononienſ. deciſ. 55. num. 11.*

V.

APPROBATUM ſemel non poteſt amplius reprobari, *leg. Pomponius 9. ff. de negot. geſtis.* Thom de Thomaſſet, *in floribus legum. reg. 37.* Surd. *conſ. 18. num. 2. & conſ. 351. num. 41. & deciſ. 132. num. 4.* Anton. Monach. *Bononienſ. deciſ. 34. nu. 2.* Rot. *deciſ. 456. num. 4. apud Farin. p. 2. recent.* Mar. Antonin. *var. reſolut. lib. 2. reſol. 30. num. 25.* Sanchez *de Matrimon. lib. 9. diſp. 6. num. 9.* Mantic, *deciſ. 274. num. 2. & 3.* Vivian. *deciſ. 98. num. 12. libr. 1.* Mari. Giurba *deciſ. 24. n. 29.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 5. c. 941. n. 20 (Dyn. in reg. qvod ſemel placuit. 21. de R. I. lib. 6. & in cap. ratihabitionem 10. eod. tit.* Bart. *in l. qvo 12. rat. rem hab. ad qvod optime. fac. qvod not. per gl. Ferr. in forenſ. lib. qvo agitur ex compromiſſ. verſ. infra duos menſes. num. 3.*) Sed contrà *in l. ſi duas habenti. ff. de excuſ. tutor. & in l. ut gradatim 11. §. reprobari. ff. de muner. & honor.* At hoc in principe, illud in privatis.

Intellige ſive expreſsè, ſive tacitè approbatum proponatur, qvia ſi perens fieri editionem librorum promittat velle ſtare libris tàm pro ſe, qvam contra, tunc libri probant contra probantem librum exhibendum, ut per Bald. *conſ. 156. cum duæ ſunt, n. 3. lib. 3.* qvem refert Card. Tuſch. *tom. 3. lit. E. concl. 42. n. 1.* (& exigens uſuras nomen probare videtur, nec amplius poteſt reprobare. *Carpzov. p. 2. conſt. 11. d. 27. n. 2.*

Unde eſt, qvod, qvi approbant teſtamentum, approbare illud cenſentur in qvalibet ejus parte, uti ex *Cagnol. in l. Papinianus 8. §. meminiſſe 14. de inoff. teſtam. deducit Joh. Cephal. conſ. 670. n. 21. ubi Pariſ. & Ancheran. collaudat.*)

Limitatur tamen qvod approbare & improbare qvis diverſis reſpectibus poteſt. ut per Tiraq. *de nobilit. c. 28. num. 15.* qvem refert Card. Tuſch. *d. tom. 3. lit. E. concl. 54. num. 6.* (& ſane plures ampliationes & limitationes præſertim in donationibus à parente factis, vid. apud *Sichard. ad l. parentibus 8. C. de inoff. teſt. num. 7.*)

CAP. LXXV.

De Aqva & Aqva pluvia.

Execrabile videtur, domos urbis aqvam habere venalem. *l. 7. C. de Aqvæductu. 11. 42.*

CAP. LXXVI.

De Arbitro & Arbitrio.

Arbitrium boni viri intelligitur illud qvod in rebus ſuis qvis faceret, vel qvod vellet ſibi fieri. *Bart. in l. 1. de ſolut. & Lud. Rom. in Rubr. de recept. arbitr. n. 1. ob ſeqq. arb. col. 3.*

II.

Liberum cuiqve rerum ſuarum permitti debet arbitrium, *l. 21. C. Mandati.*

Limita hanc regulam in multis caſibus præſertim iis ubi Reip. intereſt; publicæ enim utilitatis cauſa ſæpe homines res ſuas vendere aut retinere coguntur. Plura ad hanc rem exempla licet colligere *ex C. I. A. de contrah. emt. theſ. 32. & ſeq.*

III.

Arbitrandi poteſtas alicui conceſſa intelligi debet, ut ſemel tantum arbitrari poſſit.

Hæc regula ita explicatur, ut procedat, qvâvis prima ſententia ab arbitro dicta ſit ipſo jure nulla. *l. 5. ubi gloſſ. Cod. Qvomodo & qvando judex. Bald. in l. ſi diverſa 14. de tranſact. Felin. cap 2. col. 3.*

col.3.de treuga & pac. Jaſ. in l. duobus. §. Si ei. col.2.ff. de jurejur. ſecus videtur de jure civili dicendum in judice ordinario, ubi idem qvi nulliter ſententiam dixit, iterum judicare poteſt vel ejus ſucceſſor. *l.1.C.de ſent. & interloc. l.6.C. Qvomodo & qvando judex. l.4.C.de Accuſat.*

IV.

Arbitria ad inſtar judiciorum ſunt redacta. *l.1.ff.de arb.*

Ab hac regula 31. fallentias *not. Socin. reg.27.*

V.

ARBITRIO judicis relinqvitur qvod in Jure definitum non eſt, *l.1 §. ult. ff. de jure deliber. l.in venditione 8.§.3. & 5.de bon.auctor. Jud. poſſid. C.de cauſis 4.§.1. de officio deleg.* (*text. eleg. in l.1. C. divort. facto l.13.§.1. de ann. leg.* Carpzov. *cum alleg. 7. conſ. 6. num. 16.*) Corraſ. *lib.4. Miſcel. cap.12.num.5. cum ſeqq.* Neviz. *in ſylva nupt. lib.5.num.74.* Menoch. *de arbitrar. lib.1.in proœm.num.5. & qvæſt.14. num.3. cum ſeqq.* Monet. *de diſtrib. qvotid. p.3.qvæſt.10. num.4.* ubi *num.5.* ſubdit, locum id habere non modò in Jure ſcripto, ſed & in non ſcripto, & in conſvetudine; *& num.7.* addit, id locum obtinere etiam qvoad pœnam. (*l.1.§.1. de Effract.* Non tamen iſtæ pœnæ ad mortem usqve extendendæ, niſi in delictis morte dignis, *Weſenb. Parat. de Acq. Rer. dom. num.7. in fin. & ad Leg. Cornel. de ſicar. num.16.* In qvibus tamen ipſis pœnæ legibus eſſe debent mitiores, Weſenb. *d.loc.* add. Carpz. *in tr. crim. p.2.q. 69. num.27. & ibid. cit.* aliqvando tamen poſſunt eſſe graviores, *l.28.§. ult. de pœn.* Carpz. *p.4. Conſtit.37. definit.2.*)

VI.

ARBITRIUM regulatur à Jure, *l.1. de uſur. cap. judicet 4. cauſ.3. qvæſt.7.* Rot. *deciſ.326.num.6. & deciſ.669. & num.1. & deciſ.698.num.1. apud Farin. p.2. recent.* Carpzov. *in tr. crim. p.3. qvæſt.120. num.4.* Nam ubicunqve aliqvid committitur per verba denotantia arbitrium boni viri, ille tenetur ſervare omnes regulas Juris communis, Alex. *conſ.33.num.3. lib.1.* Socin. jun. *conſ.49. num.16. lib.2.* Cravet. *conſ.612.num.11. & conſ.657.n.56.* Menoch. *conſil.69.n.4. & 5.* Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom 1. lit. A. concluſ.470. num.2.* Unde eſt, ut, ſi judici permittatur ſecundum liberum arbitrium procedere, arbitrium debeat eſſe regulatum ſecundum jus commune & æqvitatem, textus elegans eſt *in l.30.de op. libert.* add. Cagnol. *in l. generaliter 78. de R. I.* Alex. *5. conſ.118.num.1.* Natt. *1. conſil.155.* Ferr. *in for. lib. in act. real. verſ. ſummariè. num.16. & ibi in addit.*)

VII.

ARBITRIUM ſimplex licet reguletur à jure, & ſecundum arbitrium boni viri, tamen qvando dicitur plenum, ſeu liberum, tunc importat liberam facultatem, Bart. *extravag. ad reprimendam, in verb. videbitur. num.3. verſ. item ubicunqve*, qvem refert Card. Tuſch. *dict. lit. A. concluſ.476.num.1.* Menoch. *de arbitr. qvæſt.6. libr.1.* (nec enim neceſſitatem imponit lex, qvæ arbitrio alicujus committit, Mynſ. *3. obſ.28.* Nic. Boër. *deciſ.344.num.8. poſt princ.* Felin. *in cap.6. extr. de præſcript.*) Qvando & qvibus verbis à lege, vel ab homine arbitrium liberum ſeu regulatum Judici conceſſum dicatur, vide Aym. *conſ.190. num.5.* Matheſil *ſing.15.* Duen. *reg.788.* Benin tend. Bonon. *deciſ.31.* Seraphin. *de privil. Juram. privileg.132. num.13. & num.81. cum ſeqq.* Oſaſch. Pedem. *deciſ.111.num.9.* Roland. *conſ.62.num 18. cum ſeqq. & lib. 1. conſ.59.num 32. cum ſeqq. lib.2. & conſ. 55.num.15. & à num.47. lib.3.* Lancellot. *de attent. cap.12. limit.10.n.8.11. & 15.* Menoch. *de arbitr. lib.1.q.7.8.9. & 37.*

CAP. LXXVII.

De locis Argumentorum hîc foret agendum, niſi in ſpecie pertineret ad Topicam Juris, ubi de hac materia tractabimus.

CAP. LXXVIII.
De Argento & Auro.

Axioma I.

Aurum & Argentum habet Eccleſia, non ut ſervet, ſed ut eroget & ſubveniat in neceſſitatibus, *cap. aurum 70.c.12.q.2.*

II.

Pro argento rectè ſolvitur aurum. *l.1. C. de arg. pret. lib.10.*

III.

Aurum Barbaris ſubtiliter auferendum, *l.2. C. de commerc. & mercat.* nec evehendum extra Imperii fines, ad hanc rem vid. *eleg. locum in Carpzov. ad Leg. Reg. cap.8. ſect.9. num.1.2.3. 4.5.*

CAP. LXXIX.
De Armis.

Axioma I.

Arma magis qvàm jura milites ſcire oportet, *l. ſcimus 22. in princ. C. de jur. delib.*

II.

Arma portare regulariter prohibitum *cap. Clerici 2. de vit. & hon. cler. Novell. de armis 85. c pen.* plures fallentias vid. *in tom. Reg. Jur. Francoſ. ſub voce Arma.* nam qvi arma fert, ſtatim mali animi eſſe præſumitur, Menoch.

conf. 175. num. 8. defensionis tamen causa portare licet *l. 1. C. unde vi.* armis enim arma repellere licet. *l. 1. §. vim vi. de vi & vi arm.*

III.

Arma & leges fraternizant: *Arg. l. Advocati 14. C. de Advocat. div. jud.* nam arma legibus indigent, & leges armis. *l. 1. in pr. C. de Nov. Cod. fac.*

IV.

Arma fœminarum sunt lacrumæ, *l. 1. §. juxta hoc 28. ad SC. Syll.*

CAP. LXXX.
De Arrha.

Arrha probat contractum saltem per bonam præsumptionem *l. 35. ff. de C. E.* Unde est, qvod subarrhatio per desponsationis annulum sponsalia qvidem non faciat, verè tamen contracta probet, *cap. tenor 10. extr. de sent. & rejud.* Et per missionem annuli in digitum mulieris præsumi dicatur contractum matrimonium per verba de præsenti, nisi contrarium probetur. *cap. nostrates. 3. cap. fœminæ 7. caus. 30. qvæst. 5.* Matth. Col. *2. decis. 30.* Carpz. *p. 4. Const. 20. def. 8.*

CAP. LXXXI.
De Arrogantia.
Axioma I.

Nefandorum hominum arrogantia modis omnibus comprimi debet. *l. un. C. de priv. carcer.*

II.

Arrogantiam esse stultorum proprium. **Weise Leute erkennen/ daß ihre Weißheit nichts sey: Narren wissen alles/ und können nicht irren.** *Lutherus proverb. 30. n. 2. in not. marg.*

CAP. LXXXII.
De Arte & Artificibus.
Axioma I.

Cuilibet in sua arte credendum.

Fundatur hæc regula *in l. 1. §. 1. de vent. inspic. l. nemini 11. §. 1. C. de Advocat. div. jud.* Gail. *2. Observ. 111. num. 8. l. septimo 12. de stat. hom.* Besold. *1. conf. 19. num. 64.* Unde qvidqvid artifices in sua arte judicarunt, firmum inconcussumqve manere debet. *N. 7. c. 3. §. Scire autem Emphyteutas* 2. Anton. *Thes. decis. 25. nu.* 2. Pinell. *de resc. vend. p. 3. c. 4. num. 6.* Berlich. *p. 1. conclus. 59. n. 35.* Hoc tamen tum demum verum est, si juraverunt, *l. 20. §. omnes autem. C. de fid. instr. l. 6. §. hic illud. vers. mobilium C. de secund. nupt* Carpzov. *p. 1. const. 26. def. 5. & p. 4. const. 33. def. 5.* maximè veritatis, nam qvando credulitatis tantum juravere, de qva re vid. Gail. *2. Observat. 111. num. 13. & seqq.* (adde omninò Mynsing. *6. O. 35.*) non videtur transire eorum arbitrium in rem. jud *cap. fraternitatis. ubi gl. in verb. per errorem. extr. de frigid. & malef.* Gail. *d. Obs. num. 16.*

II.

Artes mechanicæ nobilitati non conveniunt, Anton Fab. *in Cod. lib. 9. tit. 28. def. 18. num. 1. 2.* imò nobilitas amittitur, qvotiens nobilis utitur vilibus artibus & mechanicis. Tiraqvel. *de Nob. c. 27.* Bald. *ad l. 3. C. de comm. & merc.* Fab. *d. lo.* Carpz. *p. 2. const. 6. def. 4.*

III.

Artificibus & opificibus carere neqvit Respublica, ideò sedulò principes in id anniti decet, ut suas civitates insignibus magistris reddant celebres. De hoc axiomate prolixius disserentem vide Carpzov. *1. conf. 47. num. 1. 5. & seqq. usqve ad n. 7.*

IV.

Officio alieno nullus artifex uti debet: ratio est, ne officia turbentur. *l. consulta 23.* ibi. *Absurdum est si promiscuis artibus rerum turbentur officia, & aliis creditum alius subtrahat, C. detestam. l. qvicunqve 2. C. de execut. & exact. 12. cap. singula. 61. destinct. 89.* exemplum est in Fabricensibus *l. 3. C. de Fabricensibus lib. 11. 9.* Qvin & puniendus venit, qvi alterius officio sese immiscet, prout videre est apud Carpz. *d. lo. n. 9. & 10.*

V.

Artis imperitus de ea judicare neqvit. Menoch. *conf. 680. num. 7.* cum plerunqve tot ejus hostes sint, qvot ignorantes. Spec. *de Adv. lib. 1. p. 4. n. 27.*

VI.

Omne artificium continua exercitatione recipit incrementum, *l. 65. §. 3. ff. de leg. 3.*

VII.

Magnum inter artifices discrimen est & ingenii & doctrinæ, *l. inter artifices 31. de solut. l. si non sortem 26. §. libertus 12. ubi Dd. de cond. indeb.* Cujac. *ad l. un. §. prò secundo 4. C. de cad. toll.* Hoc tamen non impedit, qvo minus duo artifices ejusdemqve peritiæ duo correi fiant, *l. 5. de duob. reis.* ubi Wesenb. *num 5.*

VIII.

ARS imitatur naturam in qvantum potest §. *minorem 4. Inst. de adoption. b 9.* Menoch. *de præsumptionibus. lib. 4. præs. 9. num. 22.* Unde arte non conceditur, qvod naturaliter denegatur, *l. ubi pugnantia 188. §. 1. ff. de regulis Juris.* Qvia natura omni arte potentior est, Tiraqvell. *de retract. lig. §. 1. glos. 11. num. 29.* Marc. Mantu. *consil. 20. Visis scripturis. n. 2. volum. 1.* prout eos refert Fusc. *lit. A. sing. 26.* (Richter. *regul. 8. p. 10.*)

IX.

ARS & natura nihil faciunt frustra, *l. qvi bis idem 18. ff. de verb. obligat. l. non cogendum 45. ff. de procuratorib. l. hæc stipulatio 14. §. Divus. ff. ut leg. seu fideicom. nomine caveatur. §. minorem 4. Instit. de adoption.* Arist. *lib. 2. Phys. qvæst. 1. & lib. 2. de Cœlo text. 59. & lib. 3. de Anima text. 45.* cum citatis per Brunor. à Sole *in locis communib. verb. Natura.* Et natura qvod non deficiat in necessariis, neq; abundet in superfluis, dicit Aristoteles *dict. libr. 3. de Anima, cap. 5.*

CAP.

CAP. LXXXII.

De Assertione vel Asseveratione. Laudatione, Commendatione. *v. inf.* Enunciatio.

Axioma I.

Asserere qvis facile non debet, qvod ignorat. *l.23.§. qvid tamen 3. de Act. Emti.* Hunc locum laudat & ad artifices trahit Cujacius *in recitat. ad tit. Cod. de op. publ.* qvomodo autem differant Consilium, Commendatio, Adfirmatio, Adseveratio etiam ratione obligationis, vid. Mæv. *lib.3. Jur. Lubec. tit.10. art. un. per tot.* add. infra *in voce consilium.*

II.

Assertioni haud juratæ non creditur, Carpz. *1. cons. 63. num. 21.* nisi sit geminata, nam hæc idem operatur sicut si fuisset jurata, Felin. *cap. si cautio num 36. de fid. instrum.* Ceph. *cons. 35. nu. 11.* Marsil. *in l.1. §. qvæstione. num. 2. de qvæst. & l.1. num 38. C. ad Leg. Corn. de sic.* qvod tamen eatenus verum, qvatenus assertio contra asserentem citatur.

III.

Qvotiens actus obscurus est, qvi in nudo animo gerentis consistit, declarationi & asseverationi agentis juratæ standum, Bart. *in l. 88. n.17. de acq. hered.* Johan. Plot. *in l. si qvando. §.29. n.3. C. unde vi.* Hartm. Pist. *observ.136.* Cravett. *cons.179.* & Carpzov. *p.3. const. 14. def. 22. n.4. & seq.*

IV.

Asseverandum nihil est sine juris auctoritate *cap. is qvi in Ecclesia 18. in fin. pr. de sent. excomm. in 6.* Hartm. Pist. *p. 2. qvæst. 13. num. 35.* erubescimus enim sine lege loqvi, *Novell. 18. cap.5 vers. sed qvi non hoc* Franc. Viv. *decis. 358. num.4* Jas. *in l. præses provinciæ 12. num. 3. vers. unde erubescimus. C. de transact.* Hier. Schurff. *cent.1. consil. 32. num. 2.* Wes. *cons. 2. n. 1.*

CAP. LXXXIV.

De Avaritia.

Axioma I.

Avaritia est radix & mater omnium malorum, præsertim si non privatorum sed judicum animis inhæret, *N.8. præf. & §.1.* imò mater idolorum. Fulgos *cons. 6. in fin.* & ideò meritò legitimis frienda ictibus. *l.33. in pr. C. de inoff. testam.* Avarus enim est insatiabilis, cui totus mundus non est obolus, *cap. sicut 8. distinct. 47.* (2) rapax *d. c. sicut 11.* (3) cæcus *cap. avaritiæ. 5. de Elect. in 6.*

II.

Nihil accipere morosi, omnia avari est *l.6. §. 3. de off. proconf.*

Auditus vid. Infra testis de auditu lib. 18. cap. 15. axiom. 24.

CAP. LXXXV.

De Augmento. *vid.* Accessio. Incrementum.

Axioma I.

Augmentum non facit desinere rem esse talem.

Hanc regulam cum 7. declar. ponit Albertus Brun. *in tr. de augmento. & dem. fol. 7. vers. 4.*

II.

Augmentum debet esse ejusdem qvalitatis cum suo principali, cui accedit, *l. etiamsi. 8. C. de jure dotium. l.3. ff. eod. l. inter socerum 26. ff. de pactis dotalib. l. si convenerit 18. § sinuda. ff. de pignorat. act. l. si ex toto 8. in pr. l. qvod in rerum 24. § si qvis 2. ff. de leg. 1.* Barthol. Perett. *ad extravag. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alienand. pag. 93. num. 22.* Bald. *cons. 407. In qvæstione. nu. 3. vers. dicet aliqvis, lib. 1.* ubi qvod idem jus statuitur in augmēto, qvod in principali aucto, Tiraqvell. *de retractu lig. §.1 gloss. 18. num. 51. & 52.* ubi ait: Augmentum esse ejusdem naturæ, & eodem jure regi, qvo principium regebatur, cui erat additum Barbosa *ad c. novit ille 1 n.4. Ne sede vac.* Anchar. *cons. 437. Ista sententia, num. 3.* ubi ait, qvod si territorium, seu comitatus civitatis augeatur, castra, qvæ uniuntur, confundūtur in tantum, qvod idem juris est de augmento, qvod de aucto, qvando simpliciter, & non secundum qvid sunt unita, Josephus Sesse Aragoniæ *decis. 124. num. 28.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 1. concl. 555. à num. 1* Rot. *decis. 94. n. 7. apud Farin. p 2. recent.* ubi dicitur qvod augmenti idem juris ac rei auctæ, & ibid. *decis. 72. n.4.* id intelligitur, ubi non urget diversa ratio. Fusar. *de substit. q. 652. n. 6.* Anell. Amat. *con. 23. n. 4. cons. 59. n. 9.* (Hinc est ut si jure simplicis locationis qvis fundum possideat, eodem jure & alluvionis incrementum consequi possit. *gl. in l. legem. C. locat.* & seqvitur cum Bapt. Aym. Parmens. *in tr. de alluv. lib. 2. c. 16. num. 18.* Carpz. *1. cons. 45. n. 13.*

Limita in feudo, qvia augmentum, qvod fit feudo per vasallum, si potest separari a feudo, non est feudale, sed ejus, qvi auxit, *c. n §.1. de invest. de reb. al. fact. 2 f. 8.* Alex. *cons. 44 Visa fact. n. 8. lib. 3.* Card. Tusch. *d. concl. 555. n. 4. 5. & 6.* restringentes qvando augmentū non potest separari, vel qvando non potest sciri, neqve probari, qvia tunc neqve separari potest; igitur neqve tanqvam separatum judicatur, sed feudale (Plures amplia-

ampliationes vid. apud Albert. Brun. *in tract. de augm. & demin. monet.*)

III.

AUGMENTUM fit cum omnibus suis qvalitatibus. *l. item qværitur 13 §. qvi impleto. ff. locati. l. Labeo 3. in pr. ff. de arbitr.* Bertaz. *in repet l. si pvis major 41. C. de transact. q. 1. n. 17.*

Privilegium principali concessum extenditur ad ejus augmentum, *cap. qvia circa 22. de privileg. cap. ex parte. cap. pen. de decim.* Bart. *in l. si ita 7. ff. de auro & argento legato.* Brun. *in tract. de augmento, concluſ. 9. per totam* Duen. *reg. 73.* ubi loqvitur de beneficio, Erasm. à Cochier *de jurisd. Ordin. in exemptos p. 1. q. 37. per tot.* ubi *num. 7.* subdit, omnem jurisdictionem & exemptionem augmentum recipere, aut diminutionem ab incremento vel detrimento; id qvod plurifariam docet Bapt. Aym. Parmens. *in tract. de alluvionib. c. 16. & seqq.*

Limita, si privilegium, beneficium seu exemptio tendat in præjudicium tertii, tunc non fit illius extensio ad augmentum superveniens. Angel. *in l. si servitus 23. col. pen. in princ. ff. de servit. urb. præd.* Albertus Brun. *d. concluſ. 9. num. 8. cum seqq.* Erasinus à Cochier *lib. 2. d. qvæst 37. n. 2.*

Jurisdictio alicujus castri si à Principe concedatur, & deinde numerus incolarum, aut ipsum castrum augeatur, etiam ad augmentum jurisdictio extenditur, ut ex Angel. resolvit Brun. *d. tract. de augmento, concluſ. 8. in princip.* & ex Bald. Guido Pap. *decis. 265. & decis. 489. n. 2. ac aliis.* Card. Tusch. *tom. 6. lit. P. concl. 735. à num. 3.* & plenius Covar. *practic. c. 2. num. 1. ad finem. & num. 8.* Qvorum argumento videtur dicendum, qvod si Princeps alicui Domino seu Magnati concedat datam officiorum alicujus civitatis, & deinde aliqs officia de novo creaverit, ad hæc qvoqve extendatur concessio, ut tenet D. Barbos. *in l. divortio 7. §. qvod in anno. num. 17. ff. soluto matrim.* qvicqvid dicat Afflict *lib. 3. const. rub. 4. n. 10.* cujus opinionē forsan in foro receptā testatur Cabed. Lusit. *decis. 22. n. 3. & 5. p. 2.*

IV.

AUGMENTUM venit rebus simpliciter & indefinitè donatis, seu remissis, *cap. ad audientiam 12. cap. ex parte 27. de decim. cap. qvia circa 22. de privileg.* ubi Anton. Henric. *à princip.* Anchar. *num. 3.* & Socinus *num. 1.* Albert Brun. *d. tract. de augment. concluſ. 9. & 16.* Pinel *in rub. C. de rescind. vendit. p. 1. c. 3. num. 24.* Valasc. *cons. 58. n. 10.* Card. Tusch. *lit. D. concluſ. 491. & lit. E. concluſ. 560. & tom. 6. lit. P. concl. 735. à num. 23.* Cabed. Lusit. *decis. 95. à num. 1. p. 2.* Et qvod in legatis simpliciter factis receptum sit venire augmentum, qvod postea rei legatæ accessit, sive cum pronomine *meo*, sive simpliciter fiant, probat elegans textus *in l. cum fundus 10. ff. de legat. 2.* qvem latè explicat Covarr *pract. cap. 2. à num. 2.* Sic etiam in hypotheca rerum ad me pertinentium facta simpliciter, qvod veniant tam præsentes, qvàm postea acqvisitæ, probat textus *in l. ult. C. qvæ res pignori*, cum aliis, qvæ post Neguzant. *de pign. p. 2. memb. 2. à pr.* adducit Duen. *reg. 76.*

V.

AUGMENTUM & diminutio pari passu ambulant, juxta regulam *in l. si ex toto 8. in princ. ff. de legat. 1.* Stephan. Gratian. Marchiæ *decis. 85. n. 6.*

Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem, *l. si à milite 29. §. 1. ff. de milit. testam. l. si Rufinus 4. C. eod. tit. l. legata inutiliter 19. ff. de legat. 1. l. 3. ff. eod. tit. l. cum tale 72. ff. de condit. & demonstrat. l. si mancipia 19. in princip. ff. de fundo instruct.* Bertaz. *de clausulis instrum. claus. 21. gloss. 23. num. 6.* Surd. *de alim. tit. 8. privileg. 22. n. 4. & decis. 195. num. 5. & decis. 238. num. 10.* Escob. *de ratiocin. c. 30. n. 12.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 3. q. 7. n. 23.* Ant. Menoch. Bononiens. *decis. 40. punct. 3. n. 51* Jos. Sesso *de inhibitionib. cap. 4. §. 1. n. 12.*

CAP. LXXXVI.
De Austeritate.

Austeritas nimia reprobanda *l. observandum 19. pr. & §. 1. ff. de offic. præsid.* Hinc est qvod si alicui generalis verberandi facultas si concessa, cum moderamine intelligatur, *l. 11. ff. de his qvi sunt sui vel al. §. fin. I. eod.*

CAP. LXXXVII.
De Autoritate, Autore. & *infra* Doctores. vetus.

Axioma I.

Nostra facimus, qvibus nos auctoritatem & robur impertimur. *l. 11. §. omnia. C. de V. I. E. gl. in §. lex est 4. vers. consule de I. N. G. & Civ.* Matth. de Afflict. *decis. 135. n. 5.* Cacher. *decis 141. num. 3.* Prosper. Farinac. *consil. 86. num. 6.*

II.

Ab auctoritate sumitur necessarium argumentum.

Procedit hæc regula semper in legis & consvetudinis auctoritate *l. 9. §. si nummos. vers. cum qvotidie si cert. pet. l. ut Alfenus 87. de V. S. l. 6. §. fin. de prec. l. qvod si nolit 31. §. qvia assidua. de Ædil. Ed.*

Aliqvando

Aliqvando etiam in auctoritate hominum necessitas est, puta magistratus, judicis, testatoris, patris & alterius, cui parere necesse est. *l. non potest 199. l. qui vetante 102. l. non videtur 167. §. 1. de R. I. cum N. 22. cap. 2.*

Fallit in auctoritate earum personarum, qvibus parere nulla nos cogit necessitas, probabile tamen argumentum nobis suppeditat auctoritas prudentum & communis opinio *arg. l. 1 §. sed neqve. C. de V. I. E. l. ob carmen. 21. §. fin. ff. de test. l. 5. §. pen. de impens. in res dot. l. 12. pr. de Instr. leg. l. si qvis servum 10. C. de condict. indeb.* Vigel. *in dialect. jur. lib. 2. cap.* 6. gloss. & Dd. *in l. 1. C. de ll. pr. Inst. de Cod. l 5. de man. vind.* Rectè dico probabilem, præsertim cum textui innitur, nam utut magna sit auctoritas JCtorum, imprimis veterum, tamen tanta non est, ut non cedat rationi & veritati: Eleganter & late Carpzovius *6. cons. 70. num. 5. 6. 7 8. 9. 10.* Wes. *cons. 2. num. 5.* Harpr. *ad §. 1. I. de Ob. qvæ ex del. num. 4. Nec enim tam auctores disputando* (Cic. *lib. 1. de natur. Deor. in princ.* inqvit) *qvam rationis momenta qværenda sunt*, qvin etiam obest plerunqve iis, qvi discere volunt, autoritas eorum qvi se docere profitentur, desinunt enim suum judicium adhibere & habent ratum, qvod ab eo, qvem probant, judicatum vident, unde eleganter Augustinus *de moribus Ecclesiæ Catholicæ c. 2. sub fin. Naturæ ordo ita se habet, ut cum aliqvid discimus, rationem præcedit auctoritas. Nam infirma ratio videri potest, qvæ cum reddita fuerit, auctoritatem posica, per qvã firmatur, assumit. adde qvæ scripsimꝰ in tr. de altero tanto. part. 2. artic. 2. θ. 2. pag 72.*

III.

Auctoritas majorum & in illicitis excusat, *cap. dixit Dominus, 12. caus. 14. qvæst. 5. declarat & deducit Richter. in centur. 29. regul. juris. 9. pag. 102.*

IV.

Auctoritate propria nemo sibi jus dicere debet *l. 1. §. 2. qvod leg. l. un. C. Ne qvis in sua causa jud. declarat Richter. d. lo. regul. 10. pag. 105.*

V.

Qvod omnes tangit, debet ab omnibus approbari, *l. fin. in fin. Cod. de auct. præst.*

VI.

Auctor in rem suam nemo esse potest, *l. 2. 7. de auct. tut.* nec hoc tantum in tutore procedit, sed & in marito, qvi uxori auctor fit, Carpz. *p. 2. const. 13. def. 22. n. 8. & p. 3. constit. 7. def. 16. n. 7.* Fallit hæc regula, 1. qvando qvis potest in officio proprio ad suum commodum & damnum plene auctoritatem interponere *l. an apud 5. de man. vind.*

2. Qvando qvis potest præstare auctoritatem in officio proprio tantum ad executionem facti *l. fistulas. 78. §. 1. de contr. emt.*

VII.

Auctoritas prætoris vel judicis ubicunqve in aliqvo actu reperitur, semper necessaria est causæ cognitio. *l. 10. §. prætor. ff. de in jus voc.* modò decretum desideretur, unde pro tribunali sedere judex debet, nisi enim sedeat pro tribunali, dicitur intervenire tanqvam privatus ejusqve auctoritas interposita nihil operatur, nec in actu voluntario nec necessario, Bursat. *cons. 307. num. 85.* Herm. Vult. *vol. 1. Cons. Marp. 34. num. 55.* Carpz. *p 2. cap. 16. def. 18. n. 7.*

VIII.

Auctoritates Philosophorum, Medicorum & Poëtarum possunt in causis allegari, *l. septimo 12. ff. de stat. hom.*

IX.

Auctoritas ll. bene disponit divinas & humanas res, & expellit omnem iniqvitatem, *l. Deo auctore 1. §. 1. C. de V. I. E.*

X.

Auctoritate legum nemo debet decipi, *l. 2. C. de his qvi ven. æt.*

XI.

Auctoritas pars solennitatis est, & debet in ipso actu intervenire, *l. qvæcunqve 13. §. fin. ubi gloss. & Bart. de public. in rem act. Wesenb. Parat. de auct. tut. n. 5.*

Procedit hæc regula, qvando ad integrandam personam auctoritas reqviritur.

Fallit, qvotiens ea tantum interponitur ad confirmationem actus, aut ad commodum ejus, qvi confirmat, velut domini in alienatione feudali, mariti in contractu uxoris, vid. Wes. *d. loc.*

XII.

Auctoritate propria non potest qvis venire contra proprium juramentum, alias est perjurus, ut *in cap. prædicandum 17. caus. 22. qvæst. 1. & in cap. pervenit 2. de fidejuss. & in cap. etsi Christus 26. de jurejur.*

Ampliationes & limitationes ad hanc regulam, vid. apud Felinum *in cap. 2. de spons.*

CAP. ULT.

De Auxilio. *v. inf.* beneficium & in verb. præsidium.

Axioma I.

Qvæ de novo emergunt, novo egent auxilio, *l. 1. de Vent. inspic. l. de ætate 11. §. ex causa 8. & ibi Bart. de interrog. act.*

II.

Non debet qvis ex eo auxilium petere, qvod impugnere nititur *l. cum proponas 21. C. de pact. cap. cum olim 19. de cens. c. ex eo 38. de reg. Jur. in 6. l. 8. §. meminisse 14. de inoff. test. l. post legatum 5. l. fin. de his qvæ ut indig. l. si legatarius 15. C. de leg.* unde frustra legem implorat, qvi committit in legem *l. auxilium 37. §. alt. de min. c. 23. extr. de Elect. & Elect. potest.*

III.

Auxilium qvod præstatur implorando misericordiam superioris, est permissum, nec punibile *l. qvidam 5. de reb. dub.* Bened. Cap. *concluss. 80. ubi in num. 38. qvinqve notat ab hac regula exceptiones.*

IV.

Auxilium contra sævitiam, famem, & injuriam intolerabilem non est iis denegandum, qvi juste deprecantur, *l. 2. de his, qvi sui vel alieni juris. §. 1. Inst. eodem.*

V.

Auxilium ordinariũ facit cessare extraordinarium, sive ut in ipso textu *l. 16. in pr. de min.* habetur communi auxilio & mero jure munito

non

non debet tribui auxilium extraordinarium. Exemplum elegans est *in l. 1. §. illud 16.* ibi: *Si potest aliàs heres ad suum pervenire, non esse honorariam hanc actionem tribuendam. Si is qui testamento liber esse jussus erit.* Exceptio (1) est, nisi contra diversos detur ordinarium & extraordinarium remedium. Sic enim cum pupillo (verbi gratia) vel minori diversa contra diversos competunt remedia, *l. 2. C. si tut. vel cur. interven.* adeo electio minori competit, ut etiam adversus ipsam electionem restituatur, *l. ult. C. dict. tit. Scotan. h. pag. 180.* vid. Cujac. *ad lib. 48.* Pauli *ad Edict. in l. 18. si vicinas. & seqq de damn. infect. p. 709. & 110.* (2) Monent alii generalius: regulam hanc accipiendam esse de remediis subordinatis; non de coordinatis, *ut in l. ult. de privat. delict.* Sic licet dolus sit pro possessore, & Rei vindicatio detur ei qvi dolo possidere desiit: *l. qvi petitorio 36. in fin. princip. de Rei vendic.* Nihilominus tamen adversus specialem dolum alienantis datur restitutio. *l. un. C. de alienat. judic. mut. caus. fact.* vid. Wesenb. *in parat. C. in qvibus causis in integr. restit.*

VI.

Non negligentibus subvenitur, sed necessitate rerum impeditis, *l. Non enim 16. ff. Ex qvibus causis major.* sicut nec iis qvi luctandi causa ex alterius pœna vel damno auxilium sibi impartiri desiderant, *l. sciendum 18. d. t.*

FINIS LIBRI PRIMI.

Cætera ad hanc literam A. pertinentia B. Lector inveniet infra in Calce totius Operis, qvia Augmentum pauló tardius elaboratum fuit.

Liber Secundus.

CAP. I.
Balbutire.

Vi balbutit, articulatè loqvi posse censetur, *l. 15. C. de testam. junct. l. 16. C. eod.* ubi Jas. *n. 2.* Hinc est, qvod balbutiens rectè testamentum condat sine scriptura, recte stipuletur, tutor fiat, & omnia ea gerat, qvæ sine expressione verborum fieri neqveunt. Add. Carpz. *p. 3. const. 5. def. 2.*

CAP. II.
De Bannitis, Banno.
Axioma I.

Bannitus durante banno non potest aliqvid alienare de bonis suis. *Paul. Fusc. singular. Jur. lit. B. n. 6.*

II.

Bannitus tenetur solvere collectas. *Bart. in l. inter qvos. §. damni. ff. de damn. inf. ubi DD. Dec. consil. 156.*

III.

Bannitus amittit omnem successionem etiam legitimam in illo loco ubi bannitus est. *Decian. cons. 64. vol. 3. n. 40. & cons. 86.*

IV.

Bannum dicitur sententia interlocutoria non autem definitiva. *Aret. in l. qvi à latron. n. 7. ff. de testam.* unde Bannitus intermissam innocentiæ probationem posteà docere potest. *Mynsi. 2. obs. 88.* & injustè banniens tenetur bannito de damnis omnibus. *Viv. decis. 355. lib. 2.*

V.

Bannum unius civitatis seu provinciæ non extenditur ad alias Civitas vel provincias *Wehn. obs. pract. verb.* Acht. nec bannitus in alieno territorio capi potest. *Socin. in L. 1. ff. de acqvir. poss.*

VI.

Banna sunt fructus jurisdictionis. *Capyc. decis. 27. n. 30.*

CAP. III.
De Bastardis.
Axioma I.

Bastardi non retinent agnationem, nec nomen familiæ merentur & indigni omni beneficio dicuntur *Dec. Vol. 2. consil. 472.* unde non possunt portare arma domus. *Marcus Mant. Vol. 1. Consil. 62. n. 7.*

II.

Bastardos posse esse Doctores asserit *Fusc. singul. Jur. lit. B. n. 18.* ubi scribit: *exemplum patet in multis bastardis Doctoribus, sine qvibus utrumqve jus nostrum esset obscurum, ut de Bartolo, Johanne, Andrea, Jasone, & aliis infinitis. non enim est impedienda dignitas ejus qvi nihil commisit. l. spurii in pr. ff. de decurion.*

CAP. IV.
De Bello.
Vid. Rubr. Necessitas. Arma. Hostis.
Axioma I.

Ex bellis civilibus & nomina & materia variorum onerũ nascuntur, *l. 1. in princ. C. de Cad. toll.* imò bellum causa primarum calamitatum humani generis est, Bald. *in l. 1. col. 1. C. de serv. fug.* perditio animæ & corporis, Bald. *ad l. 1. C. de cad. toll.* Hinc etiam pax iniqva bello justissimo est præferenda. Carpz. *cum alleg. ad L. Reg. cap. 4. sect. 1. n. 11.* cum qvod horum calamitas introducit,

ducit, pacis sopire qveat lenitas, *d. l. 1. pr. c. 1. caus. 34. q. 1. in pr.* unde omnia prius tentanda, qvam ad arma procedatur. Hinc Carolus V. Imperator, cum Legatum Venetum qvidam ad eũ detulisset, qvod tarditatem & lenitudinem ejus culpasset, prudentissimè, nihil inde offensus, respondisse legitur; nunqvam mundum à bellis qvieturum & respiraturum, si ea celeritate, qvâ res & causæ plerunqve postulant, bella statim moventur. David Chytræus *in orat. de vit. & morte Car. V.*

II.

Bellum temerè suscipiendum non est, præsertim Christianis, qvibus bellum permissum non est, nisi justum & legitimum, Gail. *2. O. 52. n. 3.* Ventura de Valent. *in Parthen. Litig. lib. 1. c. 3. n. 39.* alias latrocinium est, non bellum. *Herodot. lib. 1.* Bellum autem justum est, qvod pro recta ad Deum religione & pro subjectorum pariter libertate gerendum suscipitur, *Nov. 78. cap. 4. in fin.* Qvod tamen ita verum est, si infideles non qvietè vivant, secus si nullo modo Christianos homines & fideles Dei offendant, *l. Christianis 6. C. de pagan. c. dispar. 11. caus. 23. qvæst 8. c. Judæi 5. extr. de Jud. c. qvi syncem. 3. dist. 45.* vid. Carpz. *cum alleg. ad Leg. Reg. c. 4. sect. 6. n. 16. & seqq.* nec enim bellum modus est tollendæ scissuræ Thuan. *in præfat. hist.* Item justum est bellum, qvod necessarium & defensionis causa suscipitur, Carpz. *ad L. Reg. c. 4 s. 1. n. 18. & seq.* & singulariter etiam pro religionis defensione Carpz. *d. c. 4. s. 6.* qvod deniqve pro recuperandis rebus ablatis geritur, *c. 1. 2. caus. 23. q. 2. l. qvi restituere 68. de R. V. Nov. 30. c. 11. §. fin.* Rec. *de anno 1521. §.* Und als wir *29.* Rec. *de anno 1566. §.* Nach obgesetztem *125. &* Rec. *de anno 1570.* wir haben auch *105.* Nunqvam verò legitima belli causa sola Imperii amplificatio, licet sub prætextu religionis fiat. Vid. Carpz. *Ad L. Reg. c. 4. sect. 5. & 6. n. 10.*

III.

Qvæcunq; jura privatus perseqvitur in judicio, ea princeps perseqvitur bello. nam ubi desinunt actiones, ibi incipit bellum, causa ergò belli justa non est cupiditas extendendi imperii, metus vicinæ potentiæ; sed defensio vitæ, religionis, regionis &c. *Perez. in Cod. ut armor. us. n. 18. seqq.*

IV.

Bellum dicitur casus fortuitus, *l. in rebus 18. ff. commod.* imo & incogitatus, unde generali concessione immunitatis, non venit immunitas, ab oneribus belli, qvia immunitas non extenditur ad accidentalia, secundum communem opinionem Alex. *consil. 28. n. 8. lib. 1. & cons. 107. col. pen. lib. 3.*

V.

Tempore belli factum dicitur, qvod paulo ante vel post factum, Bald. *c. 1. col. 2. de pac. ten. Dd. comm. in l. si mulier. ff. solut. matr. l. Pedius, 4. ff. de incend. ruin. nauf.* Tiraq. *in tr. de retract. conv. §. 1. gl. 5. n. 2.* imo & in materia pœnali belli tempus sub se comprehendit tempus treugæ, textus *in cap. significavit 11. de Jud. text. in c. 2. §. vasalli. qvi feud. dare poss.*

Limitatur dupliciter Felin. *in cap. significavit ii. extr. de Jud. in pr. ubi vid. & agendum hac de re amplius in formulis.*

VI.

Qvicunqve non habet majestatem ille nec potest bellum gerere. Non igitur Consules aut principes inferiores arma movere possunt, illi enim Judicem habent ad componenda dissidia: neqve alii privati, qvi si arma moverint, rei criminis læsæ majestatis fiunt, semper enim in illis injusta belli causa præsumitur. Qvia verò cum Latronibus nullum bellum est, *l. 118. de V. S.* nec hi Dominium rerum captarum acqvirunt, nec captivitatis nec postliminii jus habent *l. 19. l. 24. de captiv.* Judices contra eos arma licitè movent, magis enim est executio jurisdictionis qvàm verum bellum. *Perez. in Cod. ut armorum usus. n. 15. 16. 17.*

VII.

Tantum in bello spectat ad privatum capientem, qvantum princeps belligerans permisit. qvia principi bellum geritur, & ipse pro operâ militibus stipendia solvit.

VIII.

Bellum priùs debet denunciari & hostis diffidari, aliàs agitur proditoriè. *Jas. in §. 15. Inst. de action.* vid. *Grot. de J. B. & P. L. 3. c. 3. §. 11.*

IX.

In bello justo capta statim fiunt capientium eaqve in foro conscientiæ retinere licet. *Jas. in L. 1. col. 3. ff. de A. P.*

X.

In expeditione militari ab omnibus Exercitui annona & res necessariæ advehendæ sunt, nec ullum dignitas, egestas, privilegium vel speciale rescriptum relevat. *Perez. C. de qvib. muner. vel præstat. n. 1. seqq.*

XI.

In principis expeditione cessat immunitas, qvam qvis habet à Contributionibus bellicis & omnibus servitiis. *Brunnem. Comm. C. de qvib. mun. vel. præstat.* XII.

In bello justo militare non est delictum, nisi fiat propter prædam *c. militare. 5. c. 23. q. 1.* & milites de justitiâ belli solliciti non esse sed credere debent, principem suum justè bellum suscipere adeoqve hostem occidere possunt, imò debent. *Perez. C. qvi milit. poss. n. 2. 3.*

CAP. V.

De benedictione, Benedicere.

Benedicere est Dei causare bonitatem, nostrûm est agnoscere Dei beneficia, Damhoud. *in prax. crim.* & præsertim paterna benedictio divinam promovet, maledictio non transit sine qvadam infamia. *l. 13. C. ex qvib. caus. infam.* non tamen patris benedictio tacitam statim involvit institutionem, Zabarell. *consil. 60.*

CAP. VI.

Bene facere, bene agere, bene fieri.

Axioma I.

Bene agier inter bonos oportet. *§. 1. Inst. de fideicomm. hered. ubi Cant.* hinc est, qvod in bonæ fidei negotiis, ubi boni viri arbitrium locum habet, tantundem valeat officium judicis, qvam

in ſtrictis ſtipulatio, *l. 7. de N. G.* & qvod id geſtum credatur, qvod agi ſolet, & loci conſuetudo exigit, *l. 31. §. 20. de ædil. ed.*

II.

Ut qvis benefacere dicatur & bene velle neceſſe habet *c. vaſis viæ 21. cauſ. 23. qvæſt. 4.* vid. D. Joan. à Lignar. *in tr. de amicitia, fol. 10. num. 3.* Unde rectè concluditur, qvod coactè benefaciens non benefacere ſit cenſendus. Jacob. Ayrer *in hiſt. Proc. Jur. p. 2. c. 6. obſ. 2. num. 5. per c. 8. de R. I.*

III.

Bene geſta non debent ex alio eventu probari, *l. Barbarius 3. de off. prat.*

IV.

BENEFACERE invitus nemo cogitur, *cap. de Judæis 5. diſt. 45. cap. ad fidem 23. qvæſt. 5.* Dec. *conſ. 319. n. 5.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicabil. eccleſiaſt. qvæſt. 147. n. 5.* (Ita diſertè poſt alios concludit Hieronymus Panſchman. *in reſponſo ſuo Senatui Lipſienſi dato qvæſt. 1. n. 11.* qvem referendo ſeqvitur Harprecht *in §. item lex Cornel. de ſicar. n. 41. Inſt. de hpulic. judic.* & aliasautoritates in comprobationem huc allegat Jacob. Ayrer. *part. 2. num. 273. de homicid. neceſſit.* Nam benefacere alteri magis eſt officii qvàm neceſſitatis. Bred. *Benefacere. de R. I.*)

V.

BENEFACERE tenemur benefacienti, *l. ſed & ſi lege 25. §. conſulit. 11. ff. de petit. hered.* ubi Bart. *l. ſi verò non remunerandi 12. § inde Papinianus 8. ff. mandati. l. ſi non ſortem 26. §. libertus 12. ff. de condict. indeb. cap. cum in officiis 7. de teſtam.* [Benefacienti enim ut beneficat, natura admonemur. *dict. l. ſed etſi 25. § 11. de pet. heredit.* Laurentius Kirch. *1. conſ. varior. auct. 37. num. 25.*) Thom. de Thomaſſet. *in floribus legum reg. 55.* ubi aſſerit procedere de honeſtate & conſilio, Card. Tuſch. *practic. concl. tom. 1. lit. A. concl. 48. n. 1.* [Coraſ. *in l. omnia. n. 6. ff. de offic. præfect. urbis.* Martin. Mager. *de advocat. arm. c. 10. n. 317.*) Valenzuel. *conſ. 173. n. 107. tom. 2.*

Obligatio hæc, qva beneficiatus ab aliqvo tenetur neceſſario benefacienti ad antidora & ſic ad remunerationem, non eſt taxata, neqve debita ex juſtitia, ſed ex amicitia, non ex neceſſitate ſed ex voluntate, ut per Roman. *conſ. 500. Summarius, in fin. col. 3.* qvem refert, Card. Tuſch. *d. concl. 48. n. 2.* ubi *n. 3.* cùm eodem Rom. *d. conſ. 500. n. 9.* ſubdit, ideò talem obligationem ad antidora non poſſe deduci in pactum.

[Qvanqvam autem cenſeatur jus humanæ ſocietatis lædere, qvi cum poſſit, nullum benefactori ſuo gratiam reddit, propter qvã rationem ſapientiſſimè Valerius Maximus *lib. 6. c. 3. in fine. verſ. Et recte, &c.* dixit, qvod dandi & accipiendi beneficii commerciũ, ſine qvo vita hominum vix conſtat, perdit & tollit, qvisqvis benemerito parem referre gratiam recuſat. Et qvidem hanc naturaliter obligationem animæ noſtræ inhærentem Seneca conſiderans affirmavit, qvod beneficium accipere eſt libertatem vendere, nam ex eo qvod manet obligatus benefactori, tenetur ex officio honeſtatis, ut loqvitur Pontifex *in cap. illud. 1. cauſa 8. qvæſt. 2.* reverentia exigente, voluntatibus ejus obedire: vid. omninò Pacian. *conſ. 112. n. 42. cum ſeqq. ubi plur. hinc. Cantiunc. Inſt. de donat. lib. 2. tit. 7.* Beneficium non reddere boni viri nõ eſſe judicat.

Rectè tamen & aliqvando officium Judicis intervenit lege accedente. Unde bene infert Ariſtoteles, qvod ſicuti parentes aluerunt filios imbecilles, ita mox illi imbecilles & ſenio confecti viciſſim eadem alimenta àvalentibus filiis reportare debent, qvam Philoſophorum ſententiam ſeqvuntur & JCti. Carpz. *p. 2. conſtit. 10. defin. 29.*

Hinc ſeqvitur ex contrario, ſummum nefas qvenqvam injuriâ affici eorum, à qvibus beneficia accepit, cum liberalitas donantis magis ad obſeqvia qvàm ad inſolentiam erigere debeat, *l. 1. verſ. nam qvi. C. de revocand. donat.* Juſt. Meier. *in diſp. de donat. ſimplici. theſ. 93.* & qvod ex ſuo benefacto nemo debeat inops fieri *l. 50 de re judic.* cùm ſemper qvi benefacit, ita benefacere velle videatur, ne ſibi noceat, qvia, ut ait gloſſa *in c. niſi 3. de auct. & uſupall.* me potius diligere debeo qvàm alium, Gomez. *Inſt. de act. §. pœnales 13. fol. 704.* Sed ſicut benefacienti benefacere decet, ita inimico nemo benefacere velle creditur, *l. pro dot.* Weſemb. *in parat. de adim. vel transfer. leg. n. 4.*]

CAP. VII.

De Beneficio.

Axiom. I.

Beneficium eſt benevola actio gaudium tribuens capienti, *cap. un. 2. f 23.* Panorm. *in c. un. de commod.* & in *cap. ad audientiam de præſcript.* Unde & qvi depoſitum accepit beneficium dare dicitur *l. Lucius 24. in fin. ff. depoſiti.* & beneficiũ dicitur jus ſuum remittere, & exigere qvod poſſis. *l. 32. §. ſive autem res 32. ff. de don. int. vir. & ux. l. ſed ſi unius 17 § planè 12. de injur. l. ſi majores 25. l. c. donationis. 34. C. de tranſact.* Hering. *de fide juſſ. c. 6.*

II.

Beneficii collatio qvædam eſt dominatio *c. fin. de off. Vic. in 6.*

Hæc regula declaratur ut propter eam non ſtatim neceſſe ſit beneficiũ omninò eſſe gratuitum

tum: *l. 3. ff. de obseq. parent. & patron. præst.* Sic v. c. feudum ex benevolentia & amore domini datur etiamsi mediante pecunia à Domino redimatur, qvia isthæc tantũ remunerandi causa intervenit *cap. unic. 2 f. 27. l. si remunerandi. 6 ff. Mandati. l 56. §. 3 eod.* à potentiore enim fit denominatio. Ant. Hering. *de fidejuss. n. 439.*

III.

Omnium interest hominem hominis beneficio affici. *l. si servus 7. in fin. de serv. export.* Wesenb. *in Paratit. de Appell. num. 7.* Mart. Magerus *de advoc. Arm. c. 14. n. 142.* modo id fiat legitime. Warem. ab Erenb. *2. de fœner. fol 47.* & benemerentibus dentur, *cap. relatum 12. vers licet autem. extra de test.*

Ratio, qvia beneficium & gratia concordiæ vincula sunt. Patrit. *lib. 5. de Institut. Reip. tit. 4.* Cic. *de fin. 2.*

IV.

Beneficio nos adjuvari non decipi oportet. *l. in commodato 17. §. sicut 3. ff. commod.* Wes. *in Parat. de his qvi not. infam. n 5.* nec decipere iis debemus. *l. 1. C. de his qvi veniam ætat.* Vult, *cons. Marp. 19. vol. 3. n. 59.*

V.

Beneficium auferri nobis per illum non potest cujus facto nobis qvæsitum est, postqvam radices egit, pleneqve coaluit. *l. si post mortem 10. §. fin. de bon. poss. contra tabb. l. si qvis 112. l. qvi Romæ 122 §. Flavius 2. & ibid.* Jas. *n. 17. ff. de V. O.* Thoming. *cons 9. num 41.* Unde Andreas de Isernia *in c. 1. num. 13. qvi succedere teneantur.* Innocentium IV. (qvi, cum post obitum Friderici I. Imperatoris multis multa concessisset, postea revocavit) damnat atqve improbat, *adde Nov. 10. c. un. §. 1.* Dn. Arum. *l. 2. dec. 5. n. 19. v. plenius* Enenkel. *de privil. in genere lib. 3. c. 8. & seq.*

Fallit hæc regula, qvotiens accipiens causam dedit revocationi, veluti si (1.) negavit beneficium aut beneficii causam, *l. 22. §. 1. de re jud.* hoc verum si sciens negavit, secus si ignorans. (2.) Ingratus *l. ult. C. de rev. don. cap. un. 2 f. 23.* adde Alex. *in l non tantum. §. qvod autem.* (qvi est hic ipse textus *l. 22. §. 1.*) *de re jud.* ubi 4. ponit exceptiones *l. sup. tit prox. Ax. 5.*

VI.

Beneficium sæpe qvis ex alterius persona habere potest, etsi id per se non haberet *l. 10. §. ult. de bon. poss. contra tabb. l 36. de excusat. tut.* Hujus regulæ explicationem una cum pluribus exemplis & limitatione vide apud Carpz. *p. 2. constit. 9. def. 4. per tot.*

VII.

Beneficium nemo cogitur facere *l. injuriarum. 13. §. si qvis. 4. de injur. c. precariæ 4. caus. 10. q. 2.* Jacob Ayrer *in proces. histor. part. 1. qvæst. 4 obs. 1. n. 8.* Mart. Mag. *de Advoc. arm. c. 14. n. 38.* Kremberg *de necessar. defens. q. 2. n. 5.* Unde qvi invitus dedit beneficium non dedisse videtur, *l. si servo 84. ff. de hered. Inst.* hinc beneficium ab homine duro aspere datum, *panem lapidosum* vocat Fab. Terrucos. *qvem esurienti accipere necessarium sit.* Senec. *de benefic. lib. 2. c. 7 & 8 & lib. 6. c. 4. in fin* Hering. *de fidejuss. lib. 1. c. 1. n. 54.* Et beneficium qvod sit ex debito, pro beneficio non habetur. *l. proximè. 50. ff. de rit. nupt. l. si servo 84. pr. de hered. Inst. l. 1. §. pen de aq. qvotid.* usurpatione potentiorum tamen successu temporis transeunt beneficia in necessitatem. *Brunn. ad l 5. C. de agric. & censit. in fin.*

VIII.

Beneficium nemo sibi ipsi dat. *cap. cum ad nostram. ult. de Instit.* nec sibi qvis donat vel vendit, cum nemo sit suus frater sed alterius, & nemo par sibi, sed alicui, ut pulchrè ostendit Senec. *lib. 5. de benefic. c. 10.* Marc. Anton. de Amet. *dec. 51 n. 14.* Hering *de fidejuss. c. 7. n. 12.*

IX.

Beneficium minimum non curatur. *cap. studeat. 39. dist. 50. cap terrulas. 53. causs 12. q. 2. cap. non potest. 21. de præb. in 6. l. scio 4 ff. de restit. in integ. l. 9 §. ult. & l. seq. ff. de dol. mal.* Ceph. *cons 39 num. 3. in* Rip. *tract. de peste. p. 3. n. 301.* Jas *in auth. qvi rem. n. 15. C. de SS. Eccles.*

X.

Beneficium regulariter est perpetuum. *l. fin. ff. de pact.* Hoc præcipuè locum habet in beneficiis principalibus qvæ decet esse mansura. *c. 16. de Reg. Jur. in 6. Nov. 10. c. 1. § 1 Nov. 1. cap. 1. in fin.* Laurent. Kirchov. *in cons. Var. JCtorum. vol. 2. cons. 11. n. 29.*

Declaratur hæc regula, qvod locum obtineat in beneficio non limitato & restricto ad certum tempus, nam tum limitata causa, limitatum etiam producit effectum. *ut vid amplius inf in lib. 3. in cap. de causa.* & de beneficiis qvæ genus actionis procreat, non qvæ dantur ex personæ conditione, tum enim deficiente persona deficit beneficium. *l 68 de R. I* Carpz. *p. 3 constit. 28. def. 6. n. 8.* unde est qvod beneficia personalia non transeant ad heredes *l. 13. fol. matrim. c. 7. de R. I. in 6.* Carpz. *p. 3 const. 11. def. 5 n 5.* qvod etiam locum videtur habere in emtore per *l. 6. de hered. vel. act vend junct. l. 9. §. fin. ff. de public. & vectig.* ab hac tamen limitatione 7. exceptiones colligere poteris ex Zas. *lib. 2. Responf 7.*

XI.

Beneficium nobis etiam ignotis acqviritur: *l. cum pater 77. §. 3 de leg. 2. conf. infr. ax. 19.*

Fallit hæc regula qvotiens agnitio seu factum acqvirentis reqviritur. *l. 10. de don. l. 38. §. 1. l. 86. §. 2. de leg. 1.*

XII.

Beneficium concessum principali trahitur etiam ad augmentum. *c. qvia circa 22. de priv.* ubi privilegium concessum Ecclesiæ super decimis Episcopalibus retinendis, extenditur ad prædia post concesionem privilegii qvæsita: De hac regula vide Albert Brun. *in tract. de augment. in conclus. 9. num. 1. & seqq. num. 8.* Limitatur tripliciter. *in libr. 1. cap. de Accessorio. 8. Axiom. 4. & Axiom. 5.*

XIII.

Beneficium juris nemini est auferendum. *Nov. 22. c. 23. l 2. §. 4. & 5. de re jud. cap. indul. 17. de R. I. in 6.* Kirchov. 1. *cons. var. JCtorum 11. n. 13.* nec etiam est angustandum Spec. *de Expens. §. nunc videndum 5. vers. sed pone.* verum potius ampliandum. *Idem de act 5. qvid si filius.* non ta-

men eousqve extendendum,ut contra mentem legis deferatur etiam incapacibus. *l. Lucius Titius 88.§. Lucius Titius 11.ff.de leg.2.* omnis enim dispositio, qvamvis generalis restringitur ad terminos habiles. *l. ut gradatim 11.§. 1. de mun. & hon.* nec ut concedatur ei qvi contra legem peccat. *l 37.§.1. vers. in delictis de min. l. sancimus.15.C.de judic.cap.bonæ 23. de elect.l.4.in fin. qvibus ad libertatem proclamare non licet.*

XIV.

Beneficia & gratiæ Principum non subjacent juri positivo, qvia princeps est supra jus positivum. *C. proposuit 4.cum ibi not. extr. de conces. præbend.* Et potest mutare qvadrata rotundis, ut dicunt Host. Ant. & Panorm. *in cap.cum venissent.12.ext.de jud.* Curt.jun.*part.2.feud.*

XV.

Verba in beneficiis Principum non debent esse sine effectu aliqvid operandi & ita intelligenda,ne lædant jus qvæsitum tertio & citra injuriam cujusqve sint. *l. prætor ait 2. §. merito ait 10. ff. ne qvid in loc. publ.l. nec avus.4. C. de emancip.lib.Consil.Argent.lib.1.consil.42.n.10.*

XVI.

Beneficium pro beneficio fœnerari non debet.Petr.Peck.*lib.1.c.44.num.1.de test.conjug.*

XVII.

BENEFICIUM Principis latè est interpretandum, *l.3.ff. de constitut. Princip.l.qvod vero 14 ff. de legib.l. si qvando 35.C.de inoffic.testam.l.2.C.de nox alib. actionib.l.cum multa 7. C. de bonis qvæ liber.cap. cum dilecti 6. de donationib.cap. qvia circa 22.de privileg.cap. olim 16. de verb.significat.* (*adde Bened.* Carpzov. *lib.4.conf.titul.9. Resp.63.n.20.23.27.*) Abb. *conf. 101. in qvæst. in fin.n.11.lib.1.* Alex. *conf.160. Viso themate.n.3. vers. secundò præsupponо,lib.2* latè Oldrad.*conf. 300.Factum tale est* Rom.*conf.89.Visis iis, n.4.cum seqq.* ubi enumerat reqvisita ad hoc, ut locũ habeat hoc Axioma; Tiraq *de Nobilit.c.37.nu.59.* ubi adducit textũ optimum *in l. 2.* ibi: cum perabsurdum perqve temerarium sit,hanc nostræ liberalitatem pietatis qvenqvam astuta interpretatione non ad augmentum, sed ad deminutionem convertere.*C.de præpos. agent.in reb.12.21.* Menoch. *de præsumpt.lib.3 præs.103.n.31.* Cott. *in memorab.verbo privileg.pag.704.* Valasc.*cons. 58.nu.11.* Thom. de Thomasset. *in florib. legum reg.56.* Card Tusch. *practic. concl. tom.1.lit.B.concl.49.n.1.* Cardos.*in praxi Judicum,& Advoc.verbo beneficiũ n.67.* Monet.*de distribut.qvotid.p.2.q.14.n.6. & 39.* Joseph9 Aldrette *in alleg. Juris pro omnimoda Regularium exempt. p.3. c.6. n.12.* Sanctarel.*var.resolut.p.1.q.41.n.32.* (Unde est qvod si liberalitatis principalis socius sine herede decesserit, totum id pertineat ad socium,*t.1 C.Si lib. Imp.soc. 10.14.*& qvod sua beneficia ipsi Principes soleant interpretari. *l.43. de vulgar. & pupillar. subst.*) hinc etiam qvando princeps inhabilem promovet, de impedimento præsumitur dispensare. *Perez.in C.si servit.vel libert.n.6.* & si princeps alicui donat possessiones vacantes integro statu, cum adjacentibus, fructibus & omni jure donasse censetur *l.2.C. de Don. vacant.*

Limita nisi donaret qvippiam non solitũ donari, vel damnosum Reipubl. aut alicui alteri. Itaqve donato castro jurisdictio simul donata non censetur, & cõcessâ Jurisdictione non derogare princeps censetur juri qvod populo competit eligendi magistratum. Multò minus donatâ Jurisdictione regalia & jus occupandi bona vacantia Concessa censentur. vid. *Perez.C.de bon.vac.n.4.5.6.7.8.*

Intellige hujusmodi Axioma, qvando agitur de præjudicio Principis concedẽtis, secus tamen est si agitur de præjudicio tertii,ut per Jason.*in l.fin.num.19. & 20.ff.de constit. Princip.* Oldrad *cons.50. in fine,ver.non obstat* Anchar.*cons.161.Viso diligenter, in princ.* Socin.*reg.1.* Alex. *cons.215. Non obstat.n.4.& seq.vers. item licet.lib.7.* Jo Imola *121.n.2.* Pinel.*in l.2.C. de rescind.vendit.p.1.cap.2.in princ.& n. 4* Molin.*de primogen.lib.1. cap.42.* Cald. Pereira *de nominat, emphyt. q.21. n.56.* Card. Tusch *d.tom.1. lit. B. concl.50. n.1.* (Schurff. *cons.23.n.13. Cent. 3.* tunc enim beneficium strictè est interpretandum *l. 40. ff. de administr. Tutor.gl. in l. fin. de constit. Princ.per l.2.§. merito & §. si qvis à Princ. ff. Ne qvid in loc. publ.* Schr. *de feud.part.4 c.1.n 31.* Qvia beneficia Principum non præsumuntur auferre jus tertii,eleg.Carpz.*p.2.const.22.def.10 per tot.* Masc.*de probat.concl.1003.n.22.* Menoch. *de præs.lib.2 præs.9.* Cabed. *Lusit. decis. 93.n.2.p.2.* Mart.*de Jurisd.p.4.casu 94.nu. 29.cum seqq.* Aloys.Ricc. *in collect. decis. p.5.collect.1752.* Gonzal.*ad reg.8. Canc.gl. 28.* Steph.Grat. *discept.forens.c.421.n.38. cum seqq.* Gabr.Pereira *de manu Regia,p. 1.c.6.n.17* [Recipit tamen Principis beneficiũ latam interpretationem, etiamsi sit in præjudicium tertii, qvando verba hoc important, Dec.*cons.113. Viso tenore, n.6.* qvem refert Card Tusch.*d.lit.B.conclus. 49.n.11.* ubi *concl.50.nu.25.* resolvit, qvod beneficium Principis strictè interpretatur, qvando concedit, vel donat reservata sibi in privilegium Coronæ vel Principatus: & *num. 13.* ex Zabarell. *consil.126.num.6.* subdit, qvòd licet beneficium Principis latè interpretetur, tamen,

tamen literæ beneficiales, seu ad beneficia Ecclesiastica obtinenda, tanqvam ambitiosæ strictissimam recipiunt interpretationem.

(Porrò hoc axioma de liberalitatibus & largitionibus recte effertur, non de privilegiis: *l. 7. in fin. C. de bon. qvæ lib.* maximè si sint privilegia immunitatis, qvæ stricta & odiosa sunt. *Perez. C. de immun nem. conced. n. 3.* unde cum pupillis largiuntur alimenta usqve ad pubertatem: hanc munificentiam interpretantur leges usqve ad plenam pubertatem *l. Mela 14. ff. de Alim. legat.* vel cum loca qvædam coloniis beneficio concedunt, aut assignant, latior fit interpretatio *Cujac. 1. feud. 12. 2.* Non intelligitur de beneficiis Privatorum, utpote qvæ odiosa. *glöss. in l. si maritus 2. de fundo dotali.* Petr. de Ravenn. *sing. 156.* Cum ne qvidem inferiorum Principum beneficia tam latè, sed strictè sint interpretanda. Alberic. *ad l. 3. num. 27. & in feudalibus.* Alciat. *respons. 7. num. 10. lib. 4.* Et qvod privati donatio vel beneficium non latè, sed strictè sit interpretandum, docuit Casp. Vallasc. *ad l. Imperium. num. 55. ff. de jurisdict.* cujus ratio est tum *in l. 25. ff. de probat.* tum *in l. qvidqvid 99. si de Verb. Oblig.* cum certum sit donationem non esse b. f. sed stricti juris. §. *actionum. Inst. de action.* *Dissent.* Innocent. *ad c. cum fidem. extra de restit. Spoliator.* Jason. *in d. l. 3. num. 10.* Alexand. *consil. 160. num. 6. consil. 204. n. 17. per text. in c. cum dilecti. num. 38. de don.* Gœdd. *in cons. Marpurg. cons. 26. v. 3. n. 65.*

XVIII.

BENEFICIUM non confertur in invitum, *l. fin. C. unde legitim. l. nec emere 16. C. de jure deliber. l. hoc jure 19. §. non potest 2. ff. de donat. l. invito 69. & l. invitus 156. §. qvod cuiqve. ff. de reg. jur.* Bald. *cons. 1. Qvædam Ecclesia. ver. in contrarium. lib. 1.* ubi loqvitur in unione, legitimatione & emancipatione, ut non valeant invito eo, qvi consentire debet, etiâsi actus fiat ad sui favorem propter mutationem status, latè Calderin. *consil. 56. An si Episcopus.* aliàs 1. *de translat. Episcopi.* ubi qvod Episcopus non promovetur ad Cardinalatum invitus, & *consil. 57.* aliàs *2. de translat. Episcop.* ubi qvod Papa invitos compellit Episcopos transire ex causa utilitatis Ecclesiarum; secus verò pro honore personarum, Tiraq. *de nobilit. c. 6. n. 40.* Thom. de Thomasset. *reg. 60. & 151.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verbo beneficium. nu. 65.* Surdus *cons. 167. num. 15.* latè Cardin. Tusch. *pract. concluss. n. 1. lit. B. conclus. 52.* Benedict. Ægid. *ad l. ex hoc jure 5. ff. de Just. & jure. p. 1. c. 6. nu. 36. vers. & qvamvis.* (Unde qvi semel principis beneficium repudiavit, ad illud postea non habet regressum, §. *4. de fideju ss.* Ratio, qvia semper id agere qvi libet magistratus debet, ne beneficium suum cuiqvam sit captiosum aut injuriosum, *l. Paulus notat 8. de prætor. stipul* qvod & ad ea beneficia pertinet, qvæ à principibus conceduntur. *l. 4. C. de Emancipat. liber. l. ex facto 43. de vulgar. & pupill. substit.* Ant. Faber. *in Cod. suo ad SCtum Vellej. defin. 2.* Et beneficia non debent esse captiosa. §. *2.* ibi: *& inhumanum qvid dam accidebat. I per qvas personas.*)

(Limitationis loco notari potest, qvod in hac regula 1. præsupponendi sint termini habiles. Sic infans nunqvam dici potest invitus, qvia nec volens esse potest &c. Inviti enim vocabulum πολυσημον est, & 1. denotat eum qvi possit velle & repugnare. 2. Denotat eum qvi repugnare non potest, cùm privatio præsupponat habitum, jam autem invitus nemo potest esse, nisi qvi voluntatem habuerit. Plura vide apud Knipschild. *exercitat. 13. qvæst. 1. adde qvæ infra 9. 83. 6.*

XIX.

BENEFICIUM datur propter officium *l. generaliter 52. §. 1. C. de Episcop. & Cler. l. ult. C. de restitut. milit.* Monet. *de distribut. qvotid. p. 2. q. 2. n. 40.* Nicolaus Garcia *de benefic. p. 1. cap. 2 n. 60. & p. 7. cap. 11. num. 1.* Leo Valentin. *decis. 145. num. 13. lib. 1. cap. fin. de Rescr. in 6.* Boër. *consil 21. n. 18.* Menoch. *de Arbitr. qvæst. caus. 329. num. 1.* & inter beneficium & beneficiatum contrahitur qvasi matrimonium. Unde qvi non potest præstare officium, ad eum non debet pertinere beneficium. *textus est. 2. feud. 21. in fin. de milit. qvi arma bellica depos.* Thoming. *consil. 44. num. 110.* Boër. *consil. 33. num. 18. per Panorm. in cap. consideramus. de Elect. junctis iis qvæ dicit in c. accedens 24. de præb.* Unde qvi negligit officium, beneficium non debet percipere *c. diversis fallaciis. 5. de cler. conjug.*

CAP. IIX.

De beneficio divisionis.

Axioma I.

Qvoties tutela à pluribus administrata, toties si unus conveniatur, locus est beneficio divisionis. Ratio consistit in æqvitate, qvia omnes administrarunt tutelam.

Limita (1.) modò omnes fuerint solvendo, *Mev. P. 7. dec. 297.* (2) modò omnes sint præsentes (3.) modò huit beneficio non renunciaverint.

II.

Qvoties plures ad eandem rem æqvaliter sût obligati, toties unô conventô locum habet beneficium divisionis. Ratio, qvia sic æqvum est, ut, qvi æqvales sunt in obligatione, æqvales qvoqve partes præstent in solutione. Hôc igitur beneficio gaudent fidejussores. §. 4. *Instit. de fidejuss.* Mandatores & Constituentes *l. fin. Cod. de constit. pecun.* plures correi debendi *Carpz. P. 2. C. 17. def. 13.* Tutores & Curatores. *axio. præced.*

CAP. IX.

De Beneficio excussionis seu ordinis.

Axioma I.

Qvoties plures sunt tutores, sed unius tamen facto agitur contra alterum, toties locus est beneficio excussionis. Qvia maximè æqvum est ut ille prius reddat rationes, cui omnium cura & administratio commissa. *Hahn ad Wesenb. de admin. & peric. tut. n. 8.* Exemplum est in tutoribus honorariis, qvibus præ omnibus hoc beneficium competit.

Limitatio præcipua est, nisi alter solvendo non sit, qvod sublimita: nisi contutor petat, ut suo periculo fiat excussio, & caveat de reliqvo solvendo. *Mev. P. 7. Dec. 296.*

II.

Qvoties plures ad eandem rem sunt obligati, unus principaliter, alter per consequentiam, toties locus est beneficio ordinis seu toties principalis primùm erit conveniendus. Ratio consistit in ipsâ æqvitate, qvæ suadet ut prius conveniatur, qvi vel ob præcipuam culpam seu utilitatem ex re perceptam, sive etiam ob aliam causam principaliter tenetur. Ita ergo gaudebunt hoc beneficio fidejussores simpliciter tales. *Nov. 4. c. 1. pr.* sicut & succedanei die Rückbürgen/qvi sunt fidejussorum fidejussores. Possessores item rei generaliter obligatæ *Nov. 4 c 2.* Tutores honorarii, *Mev. P. 7. Dec. 397.* Magistratus, si non idoneum dederit tutorem *l. 4. C. de Magistr. conven.*

Limita nisi is, qvi principaliter obligatus est, non possit conveniri, ut, si sit pupillus, *Carpz. P. 2. C. 18. def. 8. n. 5. Conf. l. 13. pr. ff. de Minor.* aut, si difficulter conveniretur vel bona non haberet.

CAP. X.

De benemeritis & remunerationibus.

Axioma. I.

Causa benemeritorum contractui par est, & privilegium ob benemerita concessum transit in contractum. Bald. *in l. qvi se patris 3. C. unde liber.* Tiraq. *in l. si unqvam 8. verbo donatione. num. 14. C. de Revocand. donat.* Decian. *consil. 25. num. 35.* Röland. á Valle *consil. 76. num. 12. col. 2.* Cravett. *consil. 963. num. 26. vol. 6.*

Unde consequitur, qvod privilegia ob benemerita concessa revocari non possint, Bald. *in l. cum inclyti ff. de dol. & in l. qvi se patris 3. C. un. de liber gloss. in l. si pater 34. §. 1. in verb. irrevocabilis. ff. de donat. & ibid. Ang. & Rom.* dicentes, qvod id, qvod alias est revocabile, fiat irrevocabile, si factum sit propter benemerita. Rip. *in l. si unqvam. verb. largitus num. 12. C. de revoc. don. Alex. consil. 216. num. 2. vol. 2.* Rom. *consil. 207. n. 7. col. 1.* Rimin. sen. *consil. 307.* Rim. jun. *consil. 540. num. 30. & consil. 556. num. 107.* Vult. *consil. Marp. 35. vol. 3. n. 13.* Et sicut contractus, ita privilegium ob benemeritum concessum reputetur esse reale, & adheredes transitorium Bald. *consil. 355. vol. 1.* Menoch. *1. præsumpt. 103. num. 13.* Vultej. *inter consil. Marpurg. vol. 3. consil. 35. num. 111.* Ratio, qvia, ut dictum, benemeritorum causa pars est contractus, ita ut qvod meritorum reponendorum nomine ob causam vel præteritam vel futuram conceditur, protinus in contractum transeat. *l. Lucius 21. §. fin. ff. ad municipalem. l. qvod semel 5. & ibid. Bart. ff. de decret. ab ordin. faciend.* Paul. de Castro *in l. digna vox 4. num. 6. C. de LL.* Cravett. *consil. 963. num. 26. lib. 5.* Capit. *decis. 166. num. 2.*

II.

In prohibitis benemerita sunt probanda, nec statur assertioni concedentis, sed in concessis creditur concedenti circa merita. Bartol. *in l. ambitiosa. col. 2. ff. de decret. ab ordin. faciend.* Bald. *in l. ex his verbis. C. de testam. milit. Dd. communiter in cap. primo. extr. de probat.* Roland. à Valle *consil. 5. n. 22.* Mascard. *vol. 1. concl. 184. de probat.* Vultejus *inter consil. Marp. 35. volum. 2. num. 91.*

III.

Benemeritis viris magnis & in dignitate constitutis aliqvid attestantibus fides plenaria adhibenda. Jas. *consil. 102. num. 3. lib. 2.* Cothman. *consil. 30. num. 54.* Schrad. *consil. 43. num 40. vol 2.*

IV.

Multa propter benemerita & remunerationem conceduntur, qvæ alias prohibentur. *l. Aqvilius Regulus 27. l. si pater 34. §. 1. de don.* Philippus Decius *consil. 498. n. 25.* Jason. *in d. l. ex hoc Jure. num. 57.* Unde est, qvod benemerita sustineant rei Ecclesiasticæ alienationem. *l. jubemus nulli 14. pr. vers. scientes.* ibi: *ad vicissitudinem beneficii. C. de SS. Eccles.* Jas. *in l. ex hoc jure. num. 60. de just. & jur.* Tiraq. *in l. si unqvam. vers. donatione largitus num. 27. C. de revocand. donat.* Ruin. *consil. 175. num. 4. volum. 1.* Menoch. *lib. 2. cas. 434. nu. 2 de arbitr. Judic. qvæst.* Schrad. *vol. 2. consil. 39. num. 124.* qvia obligatione naturali ad remunerandum benefacientibus tenemur. *l. 25. §. consuluit. ff. de hered. petit.* Jason. *in d. l. ex hoc jure. n. 52.* Wesenb. *in parat. num. 5. de O. & A.* Plura & elegantia exempla vide apud Arum. *lib. 2. decis. 5. n. 41. 42. & seqq. l. ad bestias. 31. de pœnis. conf. Tit. Cod. de auro Coronario* ibig, perez. *n. 1. 2. 3.* ubi bene meritis coronæ aureæ datæ dicuntur.

CAP. XI.

De Beneplacito.

Axioma I.

Beneplacitum (auff Wolgefallen) nulli legi subjacet. *l. fideicommissa 11. §. 7. ff. de leg. 3. & ibid.*

ibi gloss. in verbo voluerit. Natt. *consil. 608. num 5. vol 3.* Engelhart *in disp. de vectig. al. thes. 22. in fin.* Gail. *2. observ. 60. n. 15.* Mar. Mager. *de Advocat. arm. cap. 16. n. 321.* Et qvandocunqve revocari potest uti tradit Carol. Sapia *in l. fin. ff. de constit princip. c. 3 num. 17. part. 2.* Martin. Mager. *d. loc.* unde clausula reservatoria beneplaciti appositа contractui, reddit illum conditionalem. Cephal. *consil. 118. num. 9.* Pancirol. *consil 35. n. 5.* Borell. *consil. 47. n. 17.*

II.

Contractus ad beneplacitum tam diu durabilis ac firmus manet, qvamdiu alter contrahentium illum non revocat vel moritur. Martin. Mager. *de Advocat. armat. c. 16. num. 322.* Sine tamen causa legitima revocari non potest, Capit. *Decis. Neapolitan. 116. num. 1. & seq.* qvem refert & seqvitur Caroc. *tract. de Locat. & conduct. qvæst. 12. num. 13.* ubi dicit, Consulem ad beneplacitum positum, non debere sine causa revocari, & qvod semper talis concessio intelligatur arbitrio boni viri, & hæc reputetur notabilis limitatio. Bald. *in l. meminisse. de offic. Proconf. & legat. Franc. in c. si de legat. col. 3. de offic. de leg. lib. 6.* idem Bald. *in l. fin. §. 2. num. 4. C. comm. de legat. cum multis per Jason. in l. sic legatum. num. 6. in fin. de leg. 1.* Ruin. *consil. 81. num. 6. lib. 1.* Felin. *cap. 1 col. antepen. ubi etiam Andreas ab Exea num. 391. de constit.* Attento tamen communi usu loqvendi beneplaciti verbum importat beneplacitum liberum, & non ad arbitrium boni viri refertur, prout eo modo apud Gallos intelligi dicit Guido Papa *dec. 475.* & Corn. *cons. 156. colum. penult. lib. 3. seq.* Menoch. *de Arbitrar. judic. qvæstionibus, qvæst. 8. num. 10. libr. 2.*

III.

Beneplacitum solvitur morte concedentis, *l. locat precariiqve rogat. ff. loc.* Bart. *l. more. n. 17. ff. de jurisdict.* Gail. *2. obs. 60. num. 15. ubi vid. plur. cap. si gratiosè 5. de Rescript. in 6.* Gozadin. *cons. 22. num. 7.* Hinc est qvod suspensio facta ad beneplacitum alicujus morte solvatur seu revocetur. *vid. latè* Hieron. March. *ad l. 15. C. de Rei vind. n. 54. cap. seq.* sic suspensio banni ad beneplacitum morte finitur. Angel. *concl. 217. col. 9.* qvem seqvitur Decius *cons. 108. num. 2. vid.* Menoch. *2. arbitr. ad consil. 69. num. 5. confer.* Tom. 1. *R. Jur. Francof. lit. B. verb. beneplacitum.* Exempla alia huc pertinentia vide apud Martinum Mager. *de advocat. armat. cap. 16. num. 382. & seq.*

Regula hæc limitatur 1. nisi ad beneplacitum sedis Pontificiæ vel Cæsareæ Majestatis qvid sit concessum, tunc enim morte summi Pontificis vel Imperatoris non censetur finitum. Qvia eo casu dignitas Papalis vel Imperialis, qvæ semper durat, nō autem persona consideratur *per text. in c. si gratiosè 5. de Rescript. in 6. & tradit.* Bar. *in l. centesimis. §. si ita stipulatus. n. 3. de V. O. ubi* Jason. *num. 13. Idem in l. more. n. 7. de jurisd. omnium judic.* Decius *in cap. ex literis. 11. in fin. de constit.* Jul. Clar. *in prac. Crim. §. ult. qvæst. 71. in fin.* Covarr. *d. c. 15. n. 2. &* Johan. Bolognet. *cons. 2. num. 9.* Qvando autem concessio dicatur respicere dignitatem concedentis vel ipsam personam privatam, explicant Ruin. Capic. & Covar. *var. resolut. lib. 3. c. 15.*

Hinc officialis ad beneplacitum Principis reputatur perpetuus. Alexand. *in l. Principalibus. in fin. ff. si cert. pet. & ibi latè* Jas. Bart. *in l. de pupillo. § si qvis ipsi Prætori. qvæst 3. ff. de nov. oper. nunciat.* Cyn. Bald *in l. qvisqvis C. si cert. petatur.* Jason. *in l. sufficit. notab. 2. Dig. de condict. indeb.* Chasan. *in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 6. num. 82.* Tiraqvel. *de Retr. convent. §. 2. gloss. 1. num. 74.* Ratio prædictorum est, qvia ipsa dignitas, non persona, est causa finalis intentionis, secundum Præpos. *in §. illud. fin. num. 1. in fin.* Afflict. *num. 1. per cap. qvoniam. & ibi* Abb. *de offic. de legat.* Panormit. *in cap. qvoniam de offic. de leg.*

Secus si in literis concessionis scriptum sit ad beneplacitum Romani Pontificis vel Imperatoris: Eo enim casu per mortem hujus vel illius concessum expirat, qvia tunc magis spectatur persona, qvam dignitas, *ut tradit Philipp. Franc. in cap. si gratiosè. num. 8. ubi multos allegat. adde* Covarr. *lib. 3. variar. resolut. c. 15. num 2. adversus* Bald. *Lap. & Gom.* Qvod fortius procedit, si scriptum sit ad beneplacitum Papæ, Cæsaris, vel Regis nostri, ut voluit Bald. & Philip. Franc. *numero septimo, in dict. capit. si gratiosè adverf.* Joh. Andr. Card. Imol. *in cap. literis de Rescript.* Qvod tamen non procedit, qvando esset appositum beneplacitum imperſonaliter, ut donec Papæ vel Regi placuerit: *ita* Bald. & Philipp. Franc. *d. loc. vers. qvod tamen limitatur in qvo ut arbitror fundatur*, qvod decisum refert Capyc. *Decis. 136. n. 4.* concessionem ad beneplacitum regium, non extingui morte Regis. Ratio, qvia tunc demum cum voluntas à certa persona dependet, moritur cum persona, *tradente* Bartol. *in l. locatio. 4. ff. Locat. & in l. centesimis. §. fin. colum. 2. vers. ultim. formo hic unam. ff. de Verb. Oblig.* Cyn. *in l. fin. & ibid.* Bald. *in 6. qvæst. C. de contr. empt.* Alexandr. *in d. l. centesimis. §. fin. alias. l. seq. de Verb. Oblig. & in l. post dotem. ff. solut. matrim.*

Notandum, qvod hic de morte dicitur, non extendi ad mortem civilem, per eam enim non cessat voluntas vel beneplacitum, sicut dicitur in deportato *in l. cumpater 77. §. hæreditatem 4. ff. de leg. 2.* neqve enim mors civilis æqviparatur naturali, nisi in casibus in jure expressis. *ut per gloss. in c. 1. de offic. Vicar. & gloss. in cap. placuit 16. qvæst. 3.* Bartol. *in l. ex ea parte. 121. §. in Insulam. ff. de Verb. Oblig.* Plures limitatos casus huc spectantes *vid. apud* Martin. Mager. *de Advoc. armat. cap. 16. n. 344. & seqq.*

CAP. XII.

De Benevolentia.

Axioma I.

Benevolentia & justitia conservant imperia. Benbello *in fasc. prim. part. 2. capite. 1.* Vent. de Valent. *in Parth. litig. lib. 1. cap. 6. n. 24.* Hinc merito benevolentia populi Principum thesaurus, præsidiumqve firmissimum dicitur à Besold.

de Ærar public. c. 2. p. 28. Bodin. *lib. 5. de Republica, c. 5.* Solent igitur Imperatores & Reges primores Regni sui honorare, dum eos caput cooperire jubent, Cognatos, amicos, fratres suos vocant, & volunt ut à subditis honorentur. *Perez. Cod. ut dign. ord. serv. n. 19. seqq.*

II.

Benevolum Judicem habere bonum est Jac. Ayrer *in histor. proceſſ. jur. part. 1. c. 2. obſ. 2. num. 1.*

III.

Sæpe, qvod ex voluntate & benevolentiâ cœperat, in necessitatem cadit, licet de jure nec princeps nec privatus ullum jus acqvirat, ex actu, qvi à merâ voluntate procedit. Ita exprestationibus subditorum domino factis consvetudo inducitur & illæ præscriptione firmantur immemoriali. vid. *Perez. Cod. de auro Coronar. n. 6. 7. 8.*

CAP. XIII.
De Benignitate, Benigno, Rigore juris, Severitate.

Axioma I.

Benignitas merito laudanda. *l. si ventri 24. §. 3. ibi: poteſt benigne dici. ff. de privil. cred.* Unde 1. qvod benigne datum cum fraude revocari non debet. *l. 62. de Æd. Ed. 2.* in legum dubia interpretatione benignior semper, id est, juris rigore prætermisso, ut ait *gl. in l. si statu liber 6. ff. de ſtat. lib.* est seqvenda *l. proximè 3. circa med. ff. de his qvæ in testam. l. si fuerit 10. §. 1. de Reb. dub.* Ratio qvia benignitas æqvitati tribuitur, sicut ratio juri *l. nulla 25. de leg.* & 3. in pronunciando etiam benignitatis ratio rigori juris est præferenda. *l. si tibi pecuniam 20. in fin. ff. ſi cert. pet. l. ſi tibi 25. de donat.* Unde est qvod benignitatem condemnationi inferendâ Fulv. Pac. *lib. 2. de probat. cap. 44. num. 37.* censeat, meliusqve esse nocentem absolvere qvam innocentem condemnare JCtus *in l. 5. ff. de pœn.* statuat. *l. Adrianus 47. ff. de Obl. & Act. l. inter 38. de re jud.* Alciat. *3. præsumt. 44.*

II.

In benignitate & severitate æqvitas consistit pro facti sc. circumstantiis Decian. *in l. fugitivi 5. num. 94. C. de serv. fugit.* Jason. *in l. etsi legibus. num. 4. C. ſi contra jus vel util. pub.* de qva re latè tractat Benckend. *ad. l. 1. p. 4. membr. 4. limit. 1. per tot. ff. de R. I. &* Ant. Mar. Corat. *d. caſ. 32. per tot.* Jac. Ayrer *in histor. proc. Jur. part. 1. c. 2. obſ. 4. n. ult.*

CAP. XIV.
De Bestiis.

Axioma I.

Bestiis nihil inest virtutis. Conan. *Comment. jur. civil. lib. 1. c. 6. n. 1.* hinc cum bestiis certare infamiâ notatur: Provinciæ tamen noxias occidere licet *l. 1 §. 6. de poſtuland. vid. Perez. Cod. de Venat. Ferar. n. 1. 6.*

II.

Bestiæ caveis inclusæ principiqve transmissæ non plus qvàm septem diebus intra singulas civitates retineri possunt, tum ob periculum evasionis, tum ob sumtus qvi ad eorum alimoniam ex publico suppeditari debent. *l. un. C. de Venat. Ferar. ibiqve Perez. n. 16. seq.*

CAP. XV.
De Bibulis: Ebrietate.

Axioma I.

Bibuli sunt immemores legum. *gloſſ. in l. fin. verb. qværere. Cod. in qvibus cauſſ. in integr.* ubi tamen Platea nimis insolenter Imperatori Justiniano temulentiam tribuit, cum ipse leges melius componere ignorarit.

II.

Bibacior qvo qvis, eo malitiosior, sicut etiam aleator, qvo doctior eo neqvior. Sarisbon. *lib. 8. de nug. cur. cap. 6.* qvo magis dolendi sunt illi qvi ex bibacitate gloriam qværunt: qvos salsè perstringit Carpz. *in pract. crim. p. 3. qvæſt. 146. num. 12. & seqq.* ubi & illam qvæstionem, An & qvatenus ebrietas in delictis excuset, declarat.

CAP. XVI.
Biennium.

Axioma I.

Biennium est tempus anguſtum. *l. 1. in prine. C. de uſucap. transform.* vide infrà de tempore.

II.

Biennium continuum, qvô actio de dolo præscribitur in *l. fin. C. de dolo malo* non est mutatum in qvadriennium *l fin. C. de temp. in integrum reſtit. Brunnem. ad l. fin. C. de. dolo. n. 7. Mynſ. cent. 1. obſ. 51.*

CAP. XVII.
Bis.

Axioma I.

Bis das, qvi cito dat. Damhouder. *in practat. parium. loco dare invite.*

II.

Bis idem promitti aut solvi eadem res non potest. *§. ſic itaqve 15. de act. l. qvi bis 18. de Verb. Oblig. adde infra 2. 18. 8.*

Limita 1. nisi qvantitas promissa sit. *l. 34. §. 3. de legat. 1.* tunc voluntatis erit qvæstio, Ideoqve stipulator ad utrumqve teneri probare poterit, *d. l. 34. §. 3. de leg. 1.* Gothofred. *ad. d. l. 18. de V. O. 2.* Nisi debeatur qvid ex diversis causis. *l. 18. de Oblig. & Act.* Carpzov. *p. 3. c. 8. d. 17.*

III.

Bis qvod fit, dicitur freqventer fieri. Prosp. Farin. *de delict. & Pœn. lib. 1. t 3. qvæſt 23 n. 17.*

IV.

Consvetudo introducitur per binum actum. *Andr. in c. 1. n. 5. de his qvi feud. dare poſſ.* qvia multis vicibus dicitur factum esse, qvod bis tantum

tùm factum est. *Alex. in l. sæpe n. 2. ff. de Re Jud. gloss. in l. hoc rescriptum ff. ad SCtum Silan.*

CAP. XIIX.

Blandiri. Blanditiæ. Assentatio. Postulatio, Suggestio.

Axioma I.

Blandiri est licitum. Zas. *ff. de inoffic. Test. n. 10.* Adeo qvidem ut blanditiæ nec in testamento sint prohibitæ. *l. ult. ff. si qvis aliqvem testari prohibuerit & mutuis affectionibus amorem provocare non sit criminosum. l. 3. C. eod. l. 70. de hered. instit.* qvamvis blanditiis homines alliciantur, *c. qvi syncera 3. dist. 45.* Card. *in Clem. 1. §. nos de reliq. & vener. Sancti. juxta illud poetæ,*

--- Pueris dant crustula blandi

Doctores, elementa velint ut discere prima, & blanditiis novercalibus deliniti patres plerunqve malignum inferant judicium circa sangvinem suum. *leg. 4. ff. de inoffic. testam. Loccen. Synops. jur. Svetic. p. 218. q. 5.*

II.

Blanditiæ instantissimæ habent vim minarum. Pet. Peck *de testam. conjug. lib. 1. c. 9. num. 9. juxt. cap. petitio 31. extra de jurejur. l. 1. ubi gloss. C. si rector provinciæ. & gloss. in l. ult C. qvod cum eo* Rebuff. *ad ordin. Reg. tom. 2. Rubr. de rescript. artic. 2. gloss. 3. vid. l. 1. C. de petit. honor. sublat. lib. 10. t. 12.* sicut & potentioris assentatio fraude non caret. Unde preces & blanditias superiorum vehementes inducere vim & metum. Mascard. *conclusion 1.* observat. In vehementes blanditias acriter invehitur Cicero *lib. 3. offic. ibi:* Mihi qvidem etiam veræ hereditates, non honestæ videntur, si sint malitiosis blanditiis officiorum, non veritate; sed simulatione qvæsita: v. Loccenium in synopsi juris Suedici *pag. 217.*

CAP. XIX.

De Blasphematoribus. Blasphemia.

Blasphemia non est dissimulanda, *cap. in nonnullis 15. extra de Judæis.* & blasphemantem non deferens est puniendus, *cap. si qvis per capillum. 10. caus. 22. qvæst. 1. in med.* nec ullam veniam meretur. Hieronym. *Epistol. 33.* Unde nec gaudet immunitate templorum. Farin. *de delict. & pœn. lib. 1. tit. 4. q. 39. num. 102.* inficit enim aërem ut cœlum fiat pestilens. *Novel. 72. c. 1. §. 1. vers. propterea igitur.* Domin. Paris à Puteo *in suo tr. de Ludo. f. 191. n. 50.*

Bonum *v. infra* Malum.

CAP. XX.

De Bonis.

Axioma I.

Causa bonorum & causæ vitæ merito comparantur, arg. *l. 14. C. de Advoc. diversorum judic. 1.* Ratio, qvia bona dicuntur alter hominis sangvis *per dict. text. in l. Advocati 14. C. de Advoc. diversi. jud.* Kremb. *de necess. defens. qvæst. 7. num 3.* Rip. *in c. 1. num. 15. de judic.* Menoch. *de arbitr. jud. qvæst. cas. 110. num. 6. & seq. lib. 2. cent. 2.* Johan. Borch. *de feud. c. 8. num. 14. & c. 7. part. 1. num. 43.* Mascard. *de probat. concl. 898. num. 8.* Jac. Ayrer *de homicidio necess. part. 1. nu. 157.* Rosenth. *de feud. c. 6. concl. 53. num 3. v. Gothofr.* Anton. *disp. feudal. 8. thes. 4. B.* Ratio, qvia per res seu facultates nostras honor, vita, & status dignitas conservatur, qvæ per bonorum & facultatum inopiam sæpè pereunt, *per Nov. 90. c. 1. l. pietatis 6. C. de suspect. tut. & Ger. sing. 82.* Alex. *cons. 52. num. 4. vol. 4.* Bald. *in l. si tuis nummis. C. de Op. libert. & l. penult. C. de constit. pec.* Mart. Mag. *de Advoc. arm. c. 11. num. 94. & 95.* Theod. Reinck. *lib. 1. class. 2. c. 8. num. 100. de regim. Sec. & Eccles.* Unde rectè bona rerum agendarum nervus, secundus hominis sangvis & fidejussor futuræ necessitatis dicuntur. vide Soc. *in l. fin. tol. 2. solut. matrim.* Petr. Gerhard. *de Petr. Sanct. sing. 73. n. 5.* Böckel. *de publ. jud. disq. 6. fol. 131.*

Limitationis loco tamen ad hanc regulam notari potest, qvod qvanqvam bona seu res respectu hominis utilissimæ sint, non tamen per se, sed tantum hominis gratia conditæ & comparatæ intelligantur, *§. in pecudum 37. de R. Div. l. in pecudum 28. in fi. ff. de usur. l. cum igitur 2. ff. de stat. hom. eleg.* Obrecht. *de defens. necess. c. 8. n. 9. & 10.* ubi dicit: *Iniqvum esse vitam hominis pro qvo Christus est mortuus, tam vili rerum pretio æstimare.* Mart. Mager. *de Advocat. arm. c. 6. n. 420. & seq. ubi vid. plura de discrimine bon. & hominis vitæ.*

II.

Bona ingenii & fortunæ omnibus patent. Jas. *Inst. de R. D.*

III.

Bona in familia conservari Reipubl. interest. Bald. *ad l. Maximum 4. C. de lib. præter.* Ratio, qvia dignitates familiarum & ordinum conservari maximè Reipub. interest, honor autem per bona conservatur. vid. sup. Axiom. 1. Unde est qvod veteres magis amaverint ex masculis progenitos qvam ex fœminis, *§. 15. de hered. qvæ ab intest. def.* & jura ita constituerint, ut plerunqve hereditates ad masculos confluerent, *§. cæterum 3. Inst. de leg. agn. succes.*

IV.

Bona divisa minus utilia qvam unita. Tiber. Decian. *cons. 73. n. 9. vol. 2.*

V.

Bona Ecclesiæ sunt bona pauperum. *Nov. 7. c. 7. in fin. pr. ubi* Dn. Gothofr. *ad verb. ex reb.* Unde est qvod res Ecclesiæ velut pauperum perpetuo alienari neqveant. *dict. c. 7*

VI.

Qvoties de qvalitate bonorum qværitur, toties bona semper talia præsumenda ut plenius jus in illis habeat possessor.

Ratio: qvia pro possessore præsumitur, *arg. l. 42. ff. de O. & A.* Ita e. g. bona præsumuntur magis censitica qvam emphyteutica, magis allodia-

allodialia qvam feudalia. *Carpz. P. 2. Conſt. 39. def. 34.*

Limita, ut bona magis emphyteutica, qvàm cenſitica intelligantur ſi fortiores præſumtiones jus poſſeſſoris elidant, v.g. ſi dominus in translatione rei ſuæ ſibi reſervaſſet dominium directum. *Carpz. P. 2. Conſt. 39. def. 6.*

VII.

Bona præſumuntur eſſe allodialia non feudalia, text. *in c. un. § inter filiam. 1. ubi Dd. ſi de feud. def. controv. fuerit int. Dom. & Agn. 2. f. 26.* Albert. Bruno *conſ. 1. in fin.* Gail. *2. O. 69. n. 4.* vid. plures citatos á Dn. Carpz. *part. 1. C. 27. d. 7.* Ratio, qvia feudum qvædam ſpecies ſervitutis eſt. *gloſſ. & Dd. in l. ſi cujus. ff. de Uſufr.* res autem qvælibet libera eſſe præſumitur *l. 8. 9. C. de ſervit. & aqva.*

Ampliatur hæc regula, ut licet annuatim cappones vel alias res pro bonis poſſeſſor ſolvere cogatur, potius tamen emphyteuſis, vel cenſus præſumatur qvam fundus feudalis Carpz. *part. 2. conſt. 39. def. 34. per tot.*

Exceptio eſt niſi alia fortior & ſpecialis præſumtio hanc generalem excludat & minus fortem. Carpz. *d. p. 1. c. 27. def. 7. & p. 2. C. 39. d. 34.*

VIII.

Bona parentum etiam viventibus iis qvadantenus ad filios ſpectant, *l. 11. ff. de lib. & poſt. §. 2. Inſt. de hered. qval. & diff.* hoc verum qvodammodo ut *in d. §. 1.* reperire licet, ſeu qvoad votum & deſtinationem paternam. *d. l. 11.* non in rei veritate. *l. ſi legatarius. 8. §. fin. de leg. 3.*

IX.

In bonis maternis pater habet uſum fructum *l. 1. l. 2. C. de bon. matern.* Si tamen malè adminiſtrat, aufertur ab eo adminiſtratio. *l. fin. C. de ſent. paſſ.*

X.

Bonorum ſuorum vires nemo præſumitur ignorare. *l. qvisqvis, 15. C. de reſcind. vendit.*

XI.

Bona avita retinere maximè noſtra intereſt. *l. 38. de R. V. I. 1. § 15. ſi in fraud. patron. l. 35. de min.* præſertim domos, in qvibus ſorte defecere parentes, viximus minores, in qvibus majorum imagines aut videre fixas aut revulſas ſatis eſt lugubre. *l. 22. C. de Admin. tut. & cur.* Unde eſt qvod minor in licitatione bon. immobilium, qvæ majorum fuerunt, victus reſtituatur *d. l. 35. de min.* & qvod olim proximi agnati jus retractus habuerint. *l. 14. C. de contrah. emt.* qvod utut poſtea fuerit correctum *per d. l. 14.* Fridericus tamen primus, *5. f. 13* idem jus confirmavit: & Pontifex *in cap. 8. de reſt. in integ.* Nec Cam omnino ab eo adverſatur Mynſ. *3. obſ. 51.* Gail *2. obſ. 19.* unde etiam eſt, qvòd illæ perſonæ, qvibus alias prohibita eſt Bonorum immobilium emtio, poſſint tamen paterna & avita emere, e.g. in provinciâ militans *l. 62. de contrah. emt. l. 9. de re milit.* Exteri, *l. un. C. non licere habitatoribus metrocom.* hinc, licet palatini, milites, Curiales, non poſſint conducere prædia fiſcalia vel principis *l. un. C. qvib. ad conduction. prædior.* poſſunt tamen, qvæ anteceſſorum ſuorum fuerant. *Perez, Cod. d. t n. 3.* Hinc agnati prædia patrimonialia retrahere poſſunt. & bona feudalia monaſterium ingredientis agnatus ſtatim recuperat. *Perez. ibid. n. 45.*

XII.

Bonis carens fictione juris habetur pro mortuo, *l. 1. §. ſed etſi patruus. ff. de conjung. cum emancip. lib.* nec ſperat heredem. *l. 28. de vulg. & pup. ſubſt.*

XIII.

Mobilia bona oſſibus adhærent ejus cujus ſunt, ubicunqve etiam terrarum inveniantur. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 3. num. 230.* Jacob. Schultz. *p. 1. qvæſt. 39. n. 12.* ita ut non magis à perſona ejus ſeparari qveant, qvam anima ſeparari poteſt à vivo corpore. Coler. *d. cap. 3. num. 240. verſ. adeo ut mobilia.* Nimirum qvia bona hominum cauſa ſunt creata, ac propterea tanqvam acceſſoria ſeqvuntur ſuum principale, Oldrad. *conſ. 83. num. 3. verſ. acceſſoria enim ſunt.* Bertrand. *conſ. 121. num. 3. verſ. & hoc qvia acceſſoria & hominum cauſa. vol. 3.*

Declara hanc regulam ut oſſa hominum vel defuncti hic denotent domicilium: non ubi peregrinatur aut moritur dominus, Jacob Schultz. *d. q. 39. num. 50. 54.* Carpzov. *p. 3. conſt. 12. def. 15. & 6. conſ. 38. num. 4. 5. n. l. 2. de pec. legat. l. 35. § 3. de H. I. l. 32. de pign. l. 86. de leg. 3. l. 44. 78. in pr. §. ultim. l. 86. de leg. 3.*

XIV.

BONA non dicuntur niſi deducto ære alieno, *l. mulier bonæ. 72. ff. de jure dot. l. non poſſunt 11. ff. de jure fiſci. l. ſubſignatum 39. §. bona. 1. ff. de verb. ſignif. l. fin. §. ſin autem æs alienum. Cod. de bonis qvæ liber.* Rebuff *in comment. ad l. bonorum appellatio 49. verſ. & ſic infertur, cum verſ. ſeq. pag. mihi 260. & ad l. veniſſe 165. pag. 566. ff. de verbor. ſignific.* Mexi. *in tract. taxæ panis, concl. 2. nu. 94.* Surd. *d. conſ. 122. num. 22. & num. 81. & conſ. 216. num. 12.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 43. num. 17. cum ſeqq.* Pichard. *ad §. cum autem 3. n. 2. Inſt. de L. Falcid.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. c. 10. num. 7.* Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verbo bona, num. 4.* Perez. *Cod. pœn. fiſcal. Creditor. præferri n. 3. 5.*

(Ratio, qvia bona propriè dici non poſſunt, qvæ plus incommodi qvam cōmodi habent. textus *in l. propriè 83. de V. S.*

BONA qvi non habet, luit in corpore, *l. ult. ff. de in jus vocando. l. 1. §. fin. ff. de pœnis.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 5. caſu 447* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſolut. 251. num. 1. in 2. edit.* Farinac. *in praxi crimin. p. 1. q. 26. num. 1.* Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 3. lit. D. concl. 53.* vide inf. Pœna.

De

De Bonis mobilibus & immobilibus vid. Res immobiles.

CAP. XXI.

De Bonis conjugum.

Axioma I.

Qvæcunqve bona marito administranda commissa, ex illis tanqvam paraphernalibus usumfructum capit & vice versâ:

Qvæcunqve bona marito administranda non sunt commissa, ex illis tanqvam receptitiis usumfructum non capit.

Ratio, qvia hoc tacitè videtur actum, ut ob incommodû administrationis maritus iterum aliqvod commodum habeat, scil. usumfructum.

Limita: ut in dubio maritus consentiente uxore videatur paraphernalia administrasse. *Brunnem. ad l. 9. ff. de jure dot. n. 11.*

II.

Qvodcunqve constante matrimonio ab uxore acqviritur, illud omne marito acqviritur. *l. Qvintus Mutius 51. ff. de donat. int. V. & Uxor.*

Ratio qvia in dubio uxor ex re mariti præsumitur talia acqvisivisse ad excludendam turpis lucri suspicionem *d. l. 51. Mynsf. 2. O. 92.*

Hinc ergò qvod operis artificialibus acqvirit, marito acqvirit, qvamvis non possit cogi ad tales operas, nisi maritus fuerit ejusdem artificii. *Carpz. P. 2. Const. 25. def. 15.*

Limita: ut non procedat in fortuitis lucris, v. g hereditatibus *l. 77. §. 8. ff. ad SCtum Trebell.*

III.

Qvæcunq; bona non faciunt ad necessitatem, illa revocare poterit maritus. Qvia donatio inter conjuges non valet. *t. t ff. de donat. int. Vir & Ux.* Sic igitur revocare posset maritus catenam auream & splendidiores vestes conjugi datas.

CAP. XXII.

De Bonis vacantibus.

Qvicunqve merum Imperium habet, illi Jus competit succedendi in bona vacantia. Ratio: qvia merum Imperium habenti competit qvoqve jus fisci, fisco autem Jus competit in bona vacantia. *l. 1. C. de bonis vacant.* Richter. *de succes. ab intest. sect. 5. n. 3.* Matth. Coler. *P. 1. Decis. 22. n. 3.* Klock. *de æra. Lib 2. cap. 136. num. 18.* Guid. Papæ. *Decis 76. n. 1. Decian. Vol 2. Consil. 35. n. 64. Sixtin. de Regal. cap. 11. n. 37.*

Limita: ut procedat saltem de jure Saxonico. Landrecht. *Lib. 1. art. 28.* Ludov. Fachs *Differ. Jur. Civ. & Saxon. 35.* Reinhard. *P. 1. differ 34.* Besold. *Thes. pract. voc.* Erbloſe Güter *in fin.* & Lubecensi. *Mev. ad Jus Lubec. P. 2. Tit. 2. art. 24. n. 64.* Et sic tantum in illis locis qvi hôc jure utuntur, v. g. in Pomeraniæ aliqvibus Civitatibus. Mev *d. l. conf.* Stryck. *tract. de Succes. ab intest. Dissert. 5. cap. 1. th. 10. seqq.*

CAP. XXIII.

De Bonorum possessione.

Qvoties in personâ heredis est inhabilitas ut heres esse planè prohibeatur, toties cessat bonorum possessio. conf. *l. 12. §. 1. ff. de bon. possess.*

Ratio: qvia prætor non potest illum habilem efficere, qvem Jus Civile pro inhabili reputat, cùm ita jura tolleret, qvos verò ignorat, illos admittere potest. Deportatus igitur non potest petere bonorum possessionem benè tamen emancipatus.

CAP. XXIV.

Bona arbor.

Bona arbor bonos fructus facit. *l. qvod si nolit. 31. §. qvi mancipia. 21. de ædil. ed.* mala verò bonos ferre non potest. *gloss. ad d. §. qvi mancipia.*

CAP. XXV.

Bona causa.

Bona causa bona Advocato indiget. *l. si superatus 3. §. 1. de pignor.* Jacob Ayrer *in histor. proc. Jur. p. 1. cap. 1. obs. 1. num. 3.* Ratio, qvia bona causa etiam deteriorari & omitti potest malè agendo. *d. l. 3. pr.* Sæpè enim bonæ causæ mala est instantia, ex qvo fit sæpè ut pereat lis actori. *l. & post. 73. de judic. Tertull. lib. de patientia.* Qvotiens instantia ejus deterior est causa sua. Sæpè enim licet rei persequendæ jus suum habeat actor, fit tamen ut rem amittat, vel qvod non veniat instructus probationibus ad agendum. vel qvod non utatur propria actione & congrua. Cujac. *lib. 20. qvæst.* Pap. *in dict. leg. 3. de pignor.*

CAP. XXVI.

De Bona fide.

vid. Rubr. mala fides.

Axioma I.

Qvicunqve opinatur rem esse suam sive autoris sui, ille est in bonâ fide, qvia bona fides consistit in opinione, qvæ excusat possessorem ab ignorantiâ rei alienæ. Hinc igitur etiam ille, qvi postqvam rem sibi comparavit, de illâ dubitat, erit in bonâ fide, si magis rem suam esse opinetur qvàm alienam.

II.

Bona fides & mala fides sunt contraria, & non possunt esse in eodem subjecto *l. 3 §. ult. pro Soc.* Unde est qvod bonæ fidei contractus corrigant dolum, *l. 7. §. 3. de dol.* & malæ fidei emtio irrita dicatur. *l. 1. C. de rescind. vend. adde* Dyn. *ad cap. possessor. de Reg. Jur. in 6.* Arum *n. exercit. 6. qvæst. 5.* Bonû enim malum esse neqit, nec malum bonum, eqvidem bono melius esse potest, & malo pejus: at nunqvam qvod malum est propterea & bonum erit, neqve potest eadem de re conscientia eadem esse simul læsa & simul illæsa, simul certa & incerta: C. I. A. *de usurp.*

usurp. & usucap. thes 14. bona fides autem nihil aliud est qvam illæsa rei alienæ conscientia; mala fides rei alienæ scientia. *l. 32 §. 1. de usucap. l. 3. ad L. Fab. de plag. l. 27. de Contrah. Emt. l. 109. de V. S. & ibi* Gœdd. *num. 2.* Vult. *ad tit. Instit. de usucap. num. 39.* Wesenbec. *in Paratit. d. t. Treut. vol. 2. disp. 22. th. 6. lit. A.* Augustin. *cit.* à Gratiano *in cap. si virgo 5. caus. 34. q. 1. & 2. cap. fin. extr. de præscript.* Laurent. Kirchov *3. cons. var. JCtorum 10. num. 3.*

Limitationis tamen loco nota qvod bona fides per stratagemata & insidias (utpote qvæ fraudes propriè non vocantur, nec justitiæ & ordinatæ voluntati repugnant) non excludatur, prout asserit *per textum Bibl. Josuæ 8. c. Dominus 2. vers. cum autem justum 23. qvæst. 2. argum. l. 26. ff. de capt. & postlim. rev.* Abb. *in cap. unic. num. 1. de Sagit.* Dec. *in. l. 65. n. 3. d. Reg. Jur.* Abb. Gent. *2. de bell. jure 3.* Boc. *de bello & duello. 1. cap. 13. n. 13.* Gœdd. *in l. 177. num. 8. de V. S.* Boss. *pract. crim. tit. de Respons. à reo fac. num. 21.* Umm. *disput. de proces. 2. num. 41. & seq.* Martin. Mager. *de Advoc. arm. c. 11. num 83. & seq.* Lipsi. *lib. 5. pol. cap. 17.*

III.

Bona fides præsumitur, *l. 6. C. de dol. l. 51. pro Soc.* præsertim in possidente, Laurent. Kirchov. *2. cons. var. JCtorum 44. num. 14.* maximè si habet titulum verum, *gloss. in cap. fin. de præscript.* Bartol. *in l. Celsus. num. 17. vers. sed contra. ff. de usucap. & in l. fin. in fin. C. unde vi.* Panorm. *in cap. gravis col. 3. vers. si vero de restit. pol.* qvanqvam bona fides etiam præsumatur, ubi possessor putativum saltem allegat titulum, Bart. *in d. l. Celsus n. 17.* Curt. jun. *cons. 28. num. 4.* Socin. jun. *cons. 76. num. 6.* Vult. *inter Cons. Marpurg. 22. num. 20.* Unde est qvod bona fides ex causis injustis & temerariis causari dicitur, Paul. Castr. *in d. l. Celsus de usucap.* Matth. de Afflict. *decis. 40.* Jason. *in l. si id qvod. n. 35. ff. de jurisdict.* Alciat. *in reg. 3. præs. 5. n. 4.* Wesenb. *cons. 4. num. 83.* Bald. *in l. 1. C. ubi causa stat.* Sixtin. *inter Cons. Marpurg. 9. n. 72.* Imò solus hic longi temporis cursus potest sufficere, etsi nullus omninò allegetur titulus *cap. si diligente 17. de præscript.* Innocent. *in cap. 2. de restitut. in integr.* Alex. *cons. 71. num. 1. vol. 1. & cons 202. num. 12. vol. 6. & cons. 4. num. 3. vol. 3.* Rol. à Vall. *cons. 3. n. 93. vol. 1.* & communem testatur Rip. *in cap. cum Ecclesia. de caus. poss. & prop. num. 99.* qvem refert Menoch. *de arbitr. jud. qvæst. lib. 2. c. 43. n. 7.* qvod cum primis procedit si præscriptio est longissimi temporis (utpote qvæ pro titulo habeatur) & cæteris suis partibus absoluta & perfecta. Vultej. *Consil. Marpurg. 22. num. 90. vol. 1.* Cornel. *cons. 211. & 217. vol. 2.* Idem præsumitur ex auctoritate Judiciali. *l. 32. de min. l. 28. fin. de nox. act. vide plura apud eos qvi de præsumtionibus ex professo scripserunt.*

Ampliatur hæc regula qvod vera sit non modo qvoad cœptam, sed & qvoad continuatam bonam fidem. Alciat. *de præsum. reg. 3. præs. 5.* Covarruv. *de sponsa. p. 2. c 8. §. 1 n. 4.* Vult. *cons. 22. num. 22. vol. 1.* adeo ut nec per simplicem interpellationem tollatur; gloss. *in d. c. si diligent. 17. verb. bona fide. de præscript.* Dd. & gloss. *in l penult. ff. de Evict.* Vultejus *Cons. Marpurg. 22. volum. 1. n. 23.*

Limita 1. qvod nisi bona fides in judicio allegetur nullius sit momenti, *l. si adulterium 38. §. 5. Ad Leg. Jul. de adult.* Gail. *lib 2. observ. 46. num. 22.* excipe nisi Parens sit cujus bona fides semper præsumitur, licet non fuerit allegata, Kirchov. *1. cons 34. n. 86.*

2. Limita: qvod bona fides non præsumatur in incorporalibus nisi probetur. Bald. *in l. 2. n. 16. C. de servit. & Aqva.* Philip. & Francisc. *in c. 1. num. 10. vers. si verò de præscr. in 6. ita not. Dd. in d l. 2. C. de servit. & aqva.* Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto num. 2. de it. act. priv.* Abb. *in c. si diligenti. col. 5. num. 18. versic. venio ad secundum, ubi communiter ita Dd. sentire testatur de præscr.* Joseph. Mascard. *de probat. concl. 1214. n. 15. vol. 3.* Bald. *de præscr. 2. part. 4. pr. q. 2. n. 10. versic. tertio reqviritur. ubi vid. plures ad hanc rem cit. & communem hanc esse notat* Mart. Mag. *de advocat. arm c. 9. num. 104.*

3. Limita nisi aliqvid contra jus factum sit, tunc enim bona fides non præsumitur, *c. qvi contra 82. de R. Jur. in 6.* Arum. *exercit. 5. q. 6.* Unde Zas. *in l. si alienam. num. 15. ff. solut. matrim.* Bonam fidem in factis sceleratis locum habere negat.

IV.

Bonæ fidei convenit summam amplecti æqvitatem. *leg. 31. depos.* Bald. *cons. 51. vol 1.* Unde bonæ fidei non congruit de apicibus juris disputare, *l. si fidejussor 29. §. qvædam 4. Mandati.* Qvare etiam in mercatorum causis subtilitas juris non venit observanda, sed de simplici & plano proceditur, qvoniam inter mercatores bona fides maximè attenditur, Gail. *2. obs. 27. num. 26. & seq.* Gail *de arb. jud. c. 6. p. 2. art. 2. n. 27.*

Hæc regula ita declaranda ut procedat modo revera sint apices juris, qvæ prætenduntur, non ea qvæ alias etiam á jure naturali & communi reqviruntur. Kirchov. *2. var. cons. 14. n. 3. & seq.*

V.

Bona fides tantundem possidenti præstat, qvantum veritas qvotiens lex impedimento non est. Fundatur hæc regula *in l. 136. de Regul. Jur. ubi vide Philip. Matth.* Hinc sicut ad dominum ita etiam ad bon. fid. possessorem pro cultura & cura fructus pertinent, *§. 36. I. de R. D.* & id Juris habet qvod Dominus *l. 25. §. 1. vers. porrò de usur.* ratio & favor possessoris cujus semper magna in jure haberi debet ratio. *l. 126. §. 2. ff. de R. J.* ita e. g. ad bonæ fidei possessorem æqve ut ad dominum pertinent fructus pro culturâ & curâ *§. 37. Inst. de R. Divis.* ita bonæ fidei possessor actione publicianâ in rem agit haud secus ac dominus vindicatione. At qvoties lex possidenti resistit, toties bona fides ei nihil proficit. *l. 24. ff. de Usucap.* qvia sic adest error Juris qvi usucapionem impedit. *l. 31. ff.* de usucap. ita res qvæ non sunt in commercio, v. g. sacræ, religiosæ &c. item res furtivæ ne qvidem bonâ fide præscribi possunt.

VI. Bo-

VI.

Bona fides in omnibus contractibus intervenire debet *l. 4. C. de Obl. & A.* Declarationis loco notandum 1. vocem bona fide dupliciter sumi, quatenus opponitur stricto juri, & in hac significatione *reg. l 4.* non procedit, vel quatenus opponitur malæ fidei & hactenus rectè hæc regula universaliter exponitur, Pac. An. *C. de Obl. & Act. num. 5. & 6.* Hering. *de fidejuss. c. 2. num. 48. & 49.* 2. Observandum etiam bonam fidem diversimodè inesse b. f. & stricti juris contractibus: in illis eam magis requiri, unde vi contractus, qui ex bono & æquo æstimatur, & per actionem civilem dolus incidens in his corrigitur; in stricti juris negotiis tantum per actionem de dolo aut in factum. *vide l. 7. §. 3. junct. l. 11. §. 1. de dol.*

VII.

Bona fides in Principibus, Comitibus, Nobilibus, Doctoribus, & aliis honestioris loci personis præ aliis exuberare debet. Coler. *de proceff. execut. p. 2. c. 10. n. 251.* Arum. *de Jur. pub. discurs. Academ. 22. th. 4. conf. de contractibus axioma 16.*

VIII.

Bona fides & clausula seu promissio de præstatione doli (alles treulich und ohne Gefährde) exequantur. Virgil. Pingizer *quæst. Sax. 38. num. 18.* Wesenb. *conf. 14. n. 17. lib. 1.* Martin. Mager. *de Advoc. arm. cap. 14. num. 35. sed amplius de hac re agendum in clausulis.*

XI.

BONA fides non patitur, ut bis idem creditum exigatur, *c. bona fides 57. ff. de Reg. Juris l. bona fides 31. ff. depositi.* gloss. *verbo sententiæ. in c. suscitata 6.* ubi Abb. *num. 7. de in integ. restit.* Thom. de Thomasset *in floribus legum. reg. 63.* Roman. *conf. 28. n. 2. vers. respondeo.* ubi Apostil. *in verbo non patitur*, subdens propterea admitti exceptionem solutionis etiam in executione sententiæ, ne contra bonam fidem semel exactum iterum exigatur, refert Card. Tusch. *d. tom. 1. lit. B. concl. 117. num. 1. & 2.* dolosè enim facit, qui contra bonam fidem facit. Gravet. *conf. 142. num. 14.* vid. infra fides. & *supra 2. 12. 3.*

CAP. XXVII.
De Bonitate & Bono.

Axioma I.

Quod bonum aut optimum denominatur, aut tale est absolutè, aut in comparatione ad rem subjectam. Alia enim aliis conveniunt, non idè omnes appetunt. Sic multa natura ingrata, secundū diversitatem subjecti, cui applicantur, gratam mutuantur bonitatem; Valetudo quam inde speramus, an non acceptam ventriculo facit amaritiem absynthii? Annon araneus alimentum præbet gallinis? Quid ni venenum est? Quam multæ pestes serpunt in greges & parcunt civibus? Bonum est, inquit Apostolus, uxorem non ducere, *1. Cor. 7.* At cui quæso, an omnibus in universum? Imò bonum est hominem non esse solum, *Genes. 2* Illis enim demum convenit, qui sunt sicut Apostolus. Arnis. *lib. 2. relect. Polit. 7. s. 1. num. 5.*

Hinc rectè Dn. D. Sebizius exercitatione Medica 56. Nihil simpliciter & absolutè bonum malumve dici debet. Sed cum aliqua distinctione & certo modo. Unde *Hippocrates* prudenter lib. περὶ τροφῆς: πάντα τὰ φλαῦρα καὶ ἀσιτία πρός τι: Ad aliquid omnia mala & bona sunt. Et iterum: τὸ ξύμφωνον, διάφωνον, consonans dissonans est, καὶ τὸ διάφωνον ξύμφωνον, hoc est unum idemque alimentum, quod uni naturæ est conveniens, alii, quæ contraria est, minus convenit: & quod huic non convenit, alii, quæ aliter constituta, congruere potest. Es ist nichts so böß / es ist zu etwas gut.

II.

Angusta innocentia est, si quis secundùm leges tantùm sit bonus, & plura sunt de officio boni viri, quam quæ præcisè legibus desiderantur. Cic. 3. *de offic.* Bachov. *in comment. de pact. sub Rubr. de pactis adjectis.*

III.

Bonitas intrinseca rei debet considerari secundum tempus contractus. *l. cum quid 3. ff. si certum pet.* cujus est de natura non substantia, Bart *ad d. l. 3.*

IV.

Bonitas naturæ inest homini, Menoch. *de præsumpt. lib. 6. q. 29. n. 1.* sed arte expolitur. Omphal. *de usurp. LL. lib. 8. c. 1. n. 3.*

V.

Sicut bono melius datur, *l. 75. §. 2. de V. O.* ita boni rationem habet minus malum comparatum ad majus *c. juravit 4. caus. 22. q. 4. l. 31. in med. ubi v. not. depos.*

VI.

Bonum & malum à voluntate procedit. *l. qui injuriæ 53. in pr. ff. de furt.* unde bonum coactum est irremunerabile, *c. non satis 14. dist. 86.*

VII.

Ad bonum qui non studet malum facere videtur, *l. cap. 19. in fin. ubi gloss. de rit. nupt.* A malo enim non sufficit abstinere nisi fiat, quod bonum est, *l. in illa 50. de V. O.* duæ enim sunt justitiæ partes ad duplex justitiæ seu virtutis exercitium pertinentes, qua non tantum à malo abstinendum, sed & bonum faciendum esse monent, prout ipsa tria generalissima juris præcepta nos docent, non sufficere honestè vivere, alterum non lædere, sed etiam requiri, ut jus suum cuique tribuatur, *§. 3. Inst. de Just. & Jur. ubi Loc. in not. lit. A. add. cap. unic. vers. sed quia non sufficit. 2. feud. 6. l. 6. §. 7. de re milit. l. in illa 50. & l. 83. pr. de V. O. can. de for. 18. caus. 22. q. 5. c. veniens. de eo qui cognov. consang. ux. clem. 3. de pœn.*

VIII.

Bonum quandoque fieri non debet, ne de-

tur occasio delinquendi, *c. denique 6. dist. 21.* Ideoque bonum vitandum si ex illo potest descendere malum. Abbas *in c. cum ab omni in not. 2. de vit. & honest. cler.* malum ergo in potentia excludit bonum in actu: melius itaque est stare in terminis indifferentibus, quam ut sub spe boni malum aliquod committatur. Nam bonum ex malo gesto proveniens non excusat delinquentem, *l. 3. §. in bello. de re mil. c. relegentes 45. caus. 23. q. 5.* imo bonum prohibetur ratione mali consequentis, *c. ita ergo 5. & ibi gloss. 22. quæst. 1.*

IX.

Mala admittenda non sunt, ut inde sequantur bona, *can. forte 3. caus. 14. q. 5. can. sic non sunt 10. caus. 32. q. 4. c fin. 32. q. 8. cap. super eo 4. de usur. c. 3. & ibi gloss. ne Cler. vel Monach.* sed diffugiendum quod malum est, muniendum vero undique quod melius, ut loquitur Justinianus *in Nov. 89. pr. & c. 7.* Et ideo non sunt facienda mala, ne alii graviora committant, talis namque compensatio apud Christianos locum sibi non vindicat. *can. quod ait. 1. dist. 14. c. 1. de convers. infidel.* Unde qui hac intentione mala accipit aut facit, ut bene dispenset, gravari potius quam juvari censetur, *c. non est putanda 27. caus. 1. q. 1.* Et sanctus vir se non putat eligi ad melius, si ipse factus est deterior, *can. legi 16. quæst. 1.*

Et hæc quidem ita regulariter obtinent, limitationis loco notandum quod ubi inveteratum malum est, ita ut medicina ipso morbo periculosior videatur, malum non approbetur, sed toleretur propter bonum, quod ex malo sequitur, *cap. denique 6. dist. 4. cap. nervi 2. circa fin. dist. 13.* Eleg. hac de re Tiberius in prudentissima Oratione ad Senatum habita *v. Tacit. 3. Ann. 53. n. 2.*

X.

Bonum honestum præfertur bono utili Bald. *in l. Julianus num. 2. ff. si quis omissa causa testam.*

XI.

Bonum diu servatum non facile mutatur, Zas. *in l. minimè in pr. ff. de leg.*

CAP. XXIIX.

De Bono & æquo. *adde supr. lib. 1. cap.* de Æqvitate.

Axioma I.

Bonum & æqvum debet judex considerare, *l. 2. in fin. si quis caut.*

II.

De bono & æquo si tractatur plerumque sub auctoritate juris scientiæ perniciosè erratur, *l. si servum 91. §. 3. vers. & Celsus adolescens 3. de Verb. Obl.*

III.

Ex bono & æquo ubi agitur non est curandum de Apicibus juris, *l. si fidejussor 29. §. 4. ubi* Bart. *Mandat. cap. dilecti. ubi gloss. extra de Jud. vide supra de bona fid. & lib. 1. de æquitate.*

CAP. XXIX.

De Bono publico. *v. infra* publicum.

Axioma I.

Bonum publicum privatorum commodis anteponitur, *Nov. 39. c. 1. pr. vers. sancimus*, adeo ut propriæ hic consanguinitatis & pietatis ratio merito cesset, sic priscis olim Romanis disciplina castrorum antiquior fuit parentibus quam charitas liberorum, *l. 19. §. 7. de capt. & postlim. revers.* & filius qui patrem Reipublicæ hostem occidit præmio laudeque dignus judicatur, *in l. 35. de relig.*

II.

Bonum publicum fundatur in æquitate, Honded. *vol. 1. cons. 81. n. 30.*

CAP. XXX.

De Bono viro. Bono. Sancto.

Axioma I.

Bonus est, qui prodest, quibus potest, & nocet nemini nisi lacessitus injuria, Cic. *3. offic.* Bonus enim nocere non cupit *c. sapiens 14. caus. 6. qu. 1.*

II.

Bonus quis efficitur exemtus á mala conversatione. *l. 25. §. 6. de Æd. Ed.*

III.

Bonis sancta prosunt ad salutem malis ad judicium: mala autem prosunt bonis; per malum enim fit bonum, cum bene accipitur malum, ut eleganter exemplis declaratur *in can. & sancta 66. & seqq. de consec. dist. 2.*

IV.

Propter bonos interdum satius est prodesse malis, quam bonis deesse propter malos, Senec. *lib. 4. de benef. c. 28.* Hering. *de fidejuss. c. 1. n. 44.*

V.

Bonos paucos habere sanctius est quam multos malos, *c. cum sit ars 14. vers. sanctius enim, de ætate & qualit. præsic.*

VI.

Boni bonis nascuntur & fortibus. *vid. infr. Axiom. IX. in ampliat.* Unde Aristot. 7. *Polit. 8.* ait: *Par est meliores eos esse qui ex melioribus.* Sicut enim parentum vitia & liberis innasci verisimile est *l. 5. §. 1. C. ad Leg. Jul. Majest.* Aur. Bul. *tit. 24.* sic & virtutum quædam propago esse creditur, Gloss. *ad l. 31. §. 21. verb. non infamata. de Ædil. Edict.*

Sæpissimè tamen hæc regula fallit: unde iterum in proverbium abiit heroum filii noxæ: & rectè ex exemplo Abrahã, Isaac & Jacob, Pontifex propter eorum copulationes cum ancillis 4. genera hominum figurari observat, quod nempe aut per malos nascantur boni, aut per bonos mali, aut per bonos boni, aut per malos mali, *c. recurrat. 2. caus. 32. q. 4.*

VII.

Boni à malis in hac vita penitus separari non possunt: illud enim esset arrogantis & nimium inflati. Qui enim alios non tolerat ipse sibi per impatientiam testis est, quod non sit bonus: Abel

bel enim esse renuit quem Cain malitia non exercet: malorum vindicta Deo relinquenda.

Limitationis loco notari potest, quod utut boni à malis in hac vita separari nequeant corporaliter, separentur tamen spiritualiter. Sunt enim in Ecclesia Dei homines mali ut humores in corpore. *c. quomodo exaudit Deus. 41. de consecrat. dist. 4.*

VIII.

Boni præmiis afficiendi, mali coërcendi pœnis sunt. *l. 1. §. 1. de Just. & jure.*

IX.

BONUS quilibet in dubio præsumitur, *l. meritò 51. ff. pro socio. l. quoties 18. §. qui dolo. ff. de probationib. cap. unic. de scrutin. in ord. faciend. cap. dudum 16. & cap. ult. de præsumt.* Bernard. *reg. 65.* Duen. *reg. 75.* Socin. *reg. 30.* Tiraqvel. *de præscript. §. 1. gloss. 2. vers. sed quod. pag. mihi 87.* Aretin. *consil. 23. num. 10. vers. ad tertium.* Alciat. *de præsumt. reg. 3. præs. 2.* Socin. *in l. cum prætor. §. rogo. ff. de legat. 2. & consil. 15. num. 15. vol. 1.* Marsil. *in l. 1. num. 67. ff. de Sicar.* Crav. *cons. 8. n. 1.* Mench. *illustr. cap. 70. nu. 3.* Mascard. *de probat. concl. 222. & 224. & concl. 878. concl. 1003.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 3. num. 15.* Pac. *de probat. cap. 16. num. 17. lib. 1. & cap. 53. num. 30.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 10. qvæst. 3. n. 63.* Petr. Alphons. de Vasconcellos *in harmoniæ rubricarum Juris Canonici, ad rub. de scrutinio in Ordine faciend. num. 3. seqq.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo bonus.* Cened. *ad Sextum collect. 29. num. 1.* Card. Tusch. *d. tom. 1. lit. B. conclus. 123.* Garc. Girunda *de privilegiorum seu exempt. explicat. n. 1500.* Mendez. à Castro *in praxi Lusitana, lib. 3. c. 1. n. 64.*

(Ampliatur hæc reg. per Innoc. *in C. dudum 2. de Elect.* ubi scribit: Si probatur Electum esse venatorem, præsumitur hoc licitæ recreationis ergo facere, vel si probatur irascibilis, vel indignabilis naturæ, interpretatur, quod ex justa causa hoc faciat: ubi Abbas quem sequitur Felin. *in verb. Idoneus.*) Thom. de Thomasset *in florib. legum. reg. 67.* ubi quod bonus præsumitur, qui de bono genere natus est, Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepis. Neapol. p. 1. decis. 62. n. 6.* Octav. Glorit. *resp. 6. n. 77.* (seu bonis parentibus ortus Gloss. *ad l. quod si nolit 31. §. qui mancipia 21. in verb. non infamata. ff. de Æd. Ed.* Item qui bonæ nationis. *d. l. 31. §. 21. de Æd. Ed.*) Farinac. *in praxi crimin. p. 2. quæst. 47. n. 282.* ubi quod ex educatione bona quis bonus præsumitur, Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 1. n. 29.* ubi limitat, quando agitur de salute animæ, Sanctarel. *var. resol. p. 1. resol. 2. n. 4.* Phil. Pasch. *de virib. patriæ potest. p. 2. c. 2. n. 25.* ubi dicit, quod licet quis bonus præsumatur, non tamen 1. optimus, & qualitas illa debet probari (Alciat. *reg. 3. præsumpt. 2. n. 9. de præsumpt.* Angel. *in l. 2. § diem ff. quemadmodum testamenta aperiantur*) Vincent. Caroc. *sing. 286.* ubi ait intelligendum axioma. 2. in persona particulariter considerata, secus in populo simul collecto, & coadunato, quia in eo homines non integri, sed corruptibiles adesse præsumuntur, in acclamationibus scilicet, & aliis non maturè gestis.)

(Limit. 3. quando agitur de aliquo promovendo: tunc enim integritas non præsumitur, sed debet adhiberi aliqua informatio. Ita tenet Cardin. Clement. *1. in 2. rota. de concess. præbend.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2.*

4. Non habet locum hæc regula si quæstio sit de facultatibus. Gloss. communiter approbata *in l. si vero §. qui pro rei qualitate. in verb. dubitetur. ff. qui satisdare.* & ibi Jason.

5. Quando contra aliquem esset communis fama, quia tunc illam purgare necesse habet. Bartazol. *lib. 1. consil. 6. decis. 2. quæst. 5. per tot. tit. de purgat. Canon.*

6. Quando quis semel fuerit malus, tunc semper maximè in eodem mali genere talis esse præsumitur. *l. si cui. 7. §. 3. ff. de Accus. confer infra reg.* qui semel malus, semper præsumitur malus. Herm. Vult. *Consil. Marpurg. 15. n. 88. vol. 2.*

7. Hæc regula concernit personam hominis, ut illa excusetur à sinistra suspicione doli & fraudis, si quid minus rectè dictum aut factum reperiatur, ut id potius fragilitati humanæ imputetur, quam malo consilio; non justificat autem ea, quæ circa personam versantur, ut justi præsumantur actus hominum. Modest. Pistor. *p. 2. quæst. 75. n. 1.*

Præterea hæc præsumptio non præjudicat tertio. Decius *cons. 445. incipit in casu ad ine translato. num. 61. ibi & in præjudicium alterius &c.* Abbas Panormitan. *in cap. cum in jure. 31. num. 2. vers. item cum agitur de præjudicio alterius. extra de offic. & potestate judic.* Modestin. Pistor. *part. 2. quæst. 76. n. 1. & ibi* Schultz *in not.*)

CAP. XXXI.

De Brevitate.

Axioma I.

Brevitas non paginis aut lineis metienda, sed rerum necessariarum & verisimilium tracta-

tione censenda. Cothman. *2. respons. 59. n. 341. & seqq.*

II.

Brevitas actus & temporis facit præsumi consultum, quod illico sequitur. Alex. *vol. 2. cons. 69.*

III.

In causis modicis & brevibus nulla requiritur scriptura, nec respectu sententiæ, nec respectu processus, sed creditur simplici informationi judicis seu Notarii. *auth. nisi breves C. de sentent. ex per. recit. vid. Gæden. fol. 141. num. 1.* Quæ autem dicantur breves causæ, illud arbitrio judicis committitur. *Idem num. 9. hac de re latè Honthem. lib. 1. de art. not. cap. 27. n. 13. per totum.*

IV.

BREVITATI studendum est, non autem multiloquio, & superfluis Franc. Aretin. *cons. 1. Decreveram jam diu. in princ.* quem refert Card. Tusch. *pract. concl. tom. 1. lit. B. conclus. 127. n. 1.* (qvia brevitas parit locutioni gratiam. *cap. definimus 21. in fin. caus. 18. qvæst. 2.* Gabr. & Sarayn. *in addit. ad Ludov. Rom. Singul. 746. vers. nam & brevitas & seqq.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. pract. 9. n. 32.* longèque melior est prolixitate, Barth. Socin. *cons. 61. num. 6. vol. 1.*) at verba superflua & inania solent stomachari prudentes, Roland. à Valle *consil. 39. num. 2. lib. 2. & consil. 61. in princ. lib. 3.* quem refert Cardin. Tusch. *tom. 7. lit. S. concl. 895. num. 31.* (prolixitas enim confundit ingenium hominis fragile. *l. ampliorem 39. §. 1. C. de appellat.* tædium generat animis auditorum. *§. quibus 2. Const. de nov. Cod. faciend.* neque aliquod suffragium conferunt *Const. de emend. Codic. Dom. Justin.* Penè nihil immensum bonum *Novell. 3. in pr.* Hinc unusquisque abstinere debet à superfluis, *l. breviter 1. ff. de offic. præfect. prætor. l. instrumentorum 8. C. de precib. Imper. off. l. pediculis 32. §. 6. de aur. & argent. legat. l. si is à quo 3. §. fin. ut in possess. legat. fac. l. 1. in princ. & ibi Bart. ff. de orig. Jur. cons. Did. à Segn. in Repet. L. si ex causa legati. ff. de verb. obligat. num. 6. ibid. plura in addit. Didaci Perez.* cum frustra fiat per plura, quod potest fieri per pauciora, *ut in l. 1. ff. quod met. caus.* Didac. à Segur. *dicto loc.* quod maxime locum habet in legibus, ubi non debet apponi etiam unica syllaba superflua, ut *ibidem* Baldus notavit, & longè magis in summario, utpote quod magis verba brevia quàm ipsa lex continere debet, & nomina consona rebus. *l. fin. C. de donatione ante nupt. & in §. Est & aliud. Inst. de don.*) Unde gaudent etiam brevitate moderni *l. ampliorem 39. §. in refutatoris §. 1. C. de appell.* glos. *in l. 1. ff. quod met. causa*, Joan. Andr. *in proœm. Decretal. in verb. Gregorius. in princ.* ubi intelligit, dummodò, (quod sæpe tamen fit Oros. *in præfat. advers. pag. lib. 3.*) non sequatur obscuritas & incertitudo (Concinna enim brevitas laudem meretur ipsis rebus conveniens, & quæ neque plura, neque pauciora, quam oportet, complectitur tum omnibus in rebus, præcipuè verò in ipsis artium præceptis grata. Jac. Umphal. *de usurpat. legum lib. 6. c. 5. n. 1.* de brevitatis laude amplius vid. Costal. *in pareg. fol. 7. add. Spec. de Advoc. § consequenter. v. ad ejus.*) Et sanè quod consultor verborum prolixitatem rejicere debeat, ait Roland. *d. cons. 61. num. 2. libr. 3.* (& substantialiter loqui Aretin. *cons. 35. incipit Viso. colum. 1.* Bertazol. *lib. 1. consil. 6. num. 1.* (quia longa loquacitas solet stomachari legentes, ut dicit Castrens. *cons. 191. in princip. lib. 2.* & tædium animis inferre, secundum Baldum *cons. 155. loquacitate omissa lib. 2.* & Curt. jun. *cons. 288. num. 5. & cons. 329. in princ.* (Unde meritò Cujacius *in præf. lib. 1. Respons. Scevolæ* eum Jurisconsultis omnibus pro exemplo constituit, cum inquit: *Sit hic auctor nobis pro exemplo, cùm de Jure consulemur ut ad ejus exemplum breviter de jure respondeamus secundum factum, secundum propositum & secundum hypothesin. Cognito enim facto perito homini jus in facili & in proclivi est. Imperito neque pes neque caput sermonis uspiam apparet. Est enim omnis imperitus* ἀπλεόπηξ. *Sapiens enim ex paucis multa intelligit, secundum glossam in § 1. verb. opinari. authent. de consang. & uter. fratr. col. 4.* Et stultum est quærere gloriam ex sermonum foliis magis quàm ex radice rationis *cap. Marcion 64. caus. 1. quæst. 1. l. 3. §. conditio. de adim. legat. cap. sedulo. distinct. 38.* Ideò verborum apparatu & multiloquio omisso absque longo circuitu. *arg. Clem. auditor 3. in fin. extr. de rescript. l. 3. C. de relat.* circa decisionem juris brevitati studendum, Colerus *cons. 48.* censet, quod etiam notavit Hering. *cap. 10. de fidejuss. num. 456.* Quod fit, quando argumentorum prolixitate omissa breviter distingvimus. *Caball. part. 2. de divid. & indiv. pag. 217. n. 386.*)

CAP. XXXII.

De Brevitate temporis vel termini.

Axioma I.

Brevitas temporis non solùm actum reddit nullum per tradita *à Roland. consil. 76. n. 23. vol. 1.* Meno ch

1. Menoch. *de Arbitr. qvæst. lib. 1. quæst. 42.* Verùm etiam fraus & dolus præsumitur. Tiraqvell. *de retract. §. 1. gloss. 7. n. 77.* & Cephal. *cons. 89. num. 1. lib. 1.* Farinac. *1. decis. 14. in addit. tit. 6.*

II.

Brevitas, temporis facit præsumi eundem actum & statum. Aretin. *cons. 83. col. 5.* facit, ut non possit adhiberi causæ cognitio. Gilhaus. *arbor. judic. part. 1. c. 1. §. 71. num. 2.* vel ratio rectè reddi. *Masc. de prob. concl. 240. num. 3.*

III.

Brevitas termini non vitiat contractum bonæ fidei *l. insulam 58. §. in operis. ff. Locat.* sed arguit iniquitatem judicantis *cap. ad petitionem 22. de accusat. ubi Innoc. & ad c. 1. de dilat.* imò arguit multa Barth. Bertazol. *consult. decis. lib. 12. cons. 269. num. 11.* Brevitas autem termini æstimatur ex qualitate locorum & causæ *N. 69. c. 2. & l. 1. §. ult. C. de dilat.* Eleganter recess. *de Anno 1594. §.* Solten sich aber auch Sachen zutragen. 52. ibi: Damit sich dann niemand Abkürtzung der Zeit oder Ubereilens billich zu beklagen / dißfals setzen / ordnen und wollen Wir / daß der Richter in solchen Fällen / nach einer jedwedern Sachen Wichtigkeit ferner des Wegs / und Erwegung anderer Umbstände gute geraume Termin ansetzen / sich auch gleicher Bescheidenheit in prorogation derselben gebrauchen soll.

FINIS LIBRI SECUNDI.

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

De Cadaveribus.

CAdavera qvàm citissimè sepulturæ dari Reipubl. interest. Ratio, quoniam cadavera fœtorem solent excitare, unde facilè pestis aliaque morborum genera nascuntur *arg l. 3. §. Divus. ff. de sepulcr. viol. Spec. tit. de Appell. §. in quib. vers. 10.* Nic. Boër. *decis. 287.* Unde meritò providendum, ne cadavera maneant insepulta Jason *in l. ult. §. 9. C. de Jur. delib. cum aliis cit. à Carpz. p. 1. Const. 28. def. 39. n. 2.*

Amplia hanc regulam quod procedat, utut etiam interesse privatorum prætendatur, quoniam hoc merito publico cedere debet. *arg. l. 1. sol. matrim. Novell. 39. cap. 1. vers. Sancimus.* Gomez. *tom. 2. 12. num. 56* Hinc puniuntur, qui privati debiti causa corpora mortuorum sequestrare aut arrestare tentant, prout ostendit Carpzov. *p. 1. Const. 30. def. 22. per tot.*

Limita hanc regulam: nisi exemplum & Reipublicæ utilitas svadeat cadavera insepulta relinquere, velut punitorum ob læsam Majestatem, *l. 1. & 2. t. de cad. punit.* vel manifestè hæreticorum & usurariorum, quorum corpora etiam evelli possunt & exhumari *Rip. in tract. de remed. contr. pest. num. 145.* Gramm. *decis. 82. num. 5.* aut denique parricidarum & seipsos interficientium Jas. *in l. 2. col. 1. C. qui test. fac. Didac. Cov. lib. 1. var. res. c. 2. n. 11.*

CAP. II.

De Cæcitate.

Axioma I.

Cæcitas superveniens non adimit honorem antea quæsitum, *l. infamia 8. C. de decur.* sed impedit à novo honore quærendo *l. 1. §. 5. de postulando.* ratio videtur, quod oculorum vigor haud parum tam gratiæ quàm auctoritatis afferat. Unde, notante Procopio, Persæ ne luscum quidem ad Magistratum admittebant.

Judex tamen cæcus esse non prohibetur, *l. 6. de jud.* quem textum licet nonnulli accipiant de cæcitate superveniente judicio jam cœpto; textu tamen non distinguente, nec nostrum erit distinguere, *l. 8. de publ. in rem act.* præsertim cum argumentum à magistratu ad judicem *ex l. 1. §. 5. de postulando* tanquam à separatis petitum, minus stringat.

II.

Cæcitas interdum à Collectis eximit. *c. licet. X. de Censibus.* Idem in surdo & muto. Hi morbi denique excusant à munere jam suscepto. *l. 40. de Excus. Tut.* licet non honore. *Brunnem. ad l. 1. C. qui morbo.*

CAP. III.

De Calamitate.

Axioma I.

Calamitatis suæ auctor frustra legis auxilium implorat. *l. 134. de R. Jur.* Unde si mulieris culpa maritus ad inopiam redigitur, mulierem non habere dotis privilegium, notat Dn. Carpz. *p. 1. const. 28. def. 85. cum cit. ibi.* quod apprimè etiam observaverunt statuta Argentin. Reipub. Vom ungeerbten Ausgehen §. 11. ibi. Und da sichs erfünde / daß eine Frau durch überflüßige Kleidung &c. zugleich schuldig / dieselbe soll der Cession und Abtretung sich nicht behelffen.

II.

Omnis calamitas morte finitur Tiraq. *in tr. de nobil. c. 31. nu. 498.* Ratio, quia mors omnia solvit. *Novell. 22. cap. 20. vid. infra lib. 11. cap. de morte.*

CAP. IV.

De Calliditate, *v. infra* Dolus, Fraus.

Nemo debet propter calliditatem suam actionem habere. *l. 6. §. ult. Mand. Vide hanc regulam tractatã cum suis amplificationibus & limitationibus*

bus supra lib. 1. cap. 17. Axioma 3. v. not. ad l. 31. §. 1. de reb. auth. jud. poss.

CAP. V.

De Calumnia, Calumniatore. (*Conf. loc. infra* de (Fama)

Axioma I.

Calumniari is non solum dicitur, qui causam injustam defendit, sed etiam qui eam indebitè differt *text. in l. quisquis 6. §. præterea 2. C. de postul.* Gail. *1. observ. 88. num. 9.* Ratio, quia qui indebitè differt, negotium facessit. Calumniari autem dicitur, qui alteri fraudulenter negotium facessit. Sic enim Paulus *1. recept. sent. de calum.* Calumniator est, qui sciens prudensque per fraudem alicui negotium facessit, *vid. Regn. Sixt. inter Cons. Marp. consil. 16. n. 14. vol. 3.*

Sed limitationis loco notandum, quod Calumnia duplex ostendatur *in l. 1. §. 3. ad SCtum Turpill.* quædam enim talis est ratione eventus, & non punitur: quædam ratione formæ & dolosi propositi, & hæc punitur. Porro quædam calumnia est manifesta *l. 43. in fin. de petit. hered. C. A. th. 8.*

II.

Calumniari is non præsumitur, quem officii necessitas excusat. *l. post legatum 5. §. advocatum 13. ff. de his quib. ut indign. l. 2. C. qui accusar. non poss.* Gail. *1. observ. 90. num. 5.* Farinac. *quæst. 16. num. 24.* Klock. *3. consil. 193. num. 13.* sicut nec is qui jussui Magistratus obtemperat, cui parere necesse habet *text. in cap. quod quis 24. de R. I. in 6. l. non videtur 167. §. qui jussu 1. & in l. velle 4. ff. de R. I.* Gail. *1. obs. 88. n. 4.* qui enim facit ex necessitate, magis est dignus favore, quam qui facit ex voluntate *l. quod minor. 24. §. 4. de minor.* Zasius *in parat. de calumniat. n. 2.*

CAP. VI.

Capere.

Axioma I.

Melius est unum tene, tene, quàm centum cape, cape. Accursii hæc sententia est *in l. cum hi 8. de transact.* Sensus autem hujus axiomatis ille est, quod melius sit accipere pecuniosam præsentem, quam expectare longè majorem summam, sed cum molestia & litigio. Vid. hac de re Carpz. *p. const. 1. defin. 15. per tot.*

II.

Glorioſius est in acie occumbere quam capi. Hinc filius ab hoste captus patri in excusatione non prodest, cæsus prodest. *Brunnem. Cod. de iis qui numero liberor. p. 904. col. 1.*

Capitale. *v. infra* Sors.

CAP. VII.

De Capitis Diminutione.

Axioma I.

Quoties quis amittit libertatem, toties maximam capitis diminutionem patitur.

Ratio, quia libertate amissa omnia amissa censentur, cum quis jam mortuus habeatur. *l. 32. ff. de R. J.* Exemplum est in servis pœnæ.

Limita: ut intelligatur de libertate ex jure gentium competente §. 2. *Instit. de capit. dimin.* non verò de libertate ex jure quiritum, de qua intelligenda *L. 5. §. 3. ff. de extraord. cogn.* hæc enim nihil aliud est quàm status civitatis adeoque per deportationem aufertur. *d. l. 5.*

II.

Quoties quis amittit civitatem, toties mediam patitur capitis diminutionem.

Ratio: Est enim Civitatis amissio medium quoddam inter amissionem libertatis & familiæ. Hanc diminutionem patiuntur hodie, quibus bannum imperii ab Imperatore vel Camerâ Imperiali propter flagitium patratum aut contumaciam commissam est irrogatum: Item quoad particulares ditiones, qui propter delictum sunt virgis cæsi & certâ quâdam ditione cum infamia relegati, vel in opus publicum aut ad remos condemnati. *Struv. Jurispr. Rom. Germ. Forens. L. 1. Tit. XIV. §. 4. conf. Stam. de servit. person. c. 1. n. 20. 21.*

Limita, ut procedat, si amittantur jura Civitatis. Secus si alicui tantùm denegetur facultas commorandi in civitate, uti relegato. *arg. l. 17. §. 1. de pœn. Carpz. P. 4. c. 47. d. 9.*

III.

Quoties quis familiam amittit, toties patitur minimam capitis diminutionem. Quia reliqua Jura ipsa salva & integra manent.

IV.

Quoties quis nec libertatem nec civitatem nec familiam amittit, toties capite non minuitur.

Ratio, quia Status saltem in his tribus consistit. vid. infr. verb. STATUS. Sic Senator ordine motus capite non minuitur §. 5. *Inst. de cap. dimin.* nec relegatus, nec filius qui morte patris sui juris fit.

CAP. VIII.

De Captatione Hereditatis.

Quoties quis alterum heredem instituit hoc pacto, ut ejus hereditatem nondum sibi relictam consequatur, toties voluntas est captatoria adeoque non subsistit.

Ratio: quia turpis talis institutio, utpote quæ tendit ad captionem heredis instituendi. *l. 70. ff. de hered. instit.* Si quis ergò ita scripserit: *Titium heredem instituo, si me quoque instituerit*; erit voluntas captatoria.

Limita

Limita ex dictis: ut aliud sit, si hereditas jamtum relicta, vel verba in præteritum concipiantur *l. 71. ff. de hered. instit.* uti fieri solet in testamento reciproco inter conjuges, quod etiam respicere debet præteritam voluntatem. Nam si collata sit in futurum, non subsistit, uti in facultate Viadrinâ responsum testatur Brunnem. *ad l. 70. in fin. ff. eod.*

CAP. IX.
De Carcere & Captura.
Axioma I.

Carcer non pœnæ, sed custodiæ causa est inventus. *l. 8. §. 9. de pœn. l. incredibile 6. C. eod. const. crim. Car. V. art. 11. Gail. 1. obs. 26.* ideò de jure civili prohibetur ad perpetuos carceres pœna, nisi ex justa causa mentem principis movente *l. nemo carcerem. C. de exact. tribut.* Jure Canonico tamen licet ad perpetuos carceres condemnare *cap. quamvis, de pœn. in 6to.* unde hodie Carcer alius est pœnæ. *d. l. nemo C.* alius custodiæ. *l. fin. ff. & Cod. de Custod. reor.* alius pœnitentiæ, quò utuntur Episcopi. *Car. in Clem. 1. §. 1. de Hæret.*

Intellige scilicet limitationis loco respectu causæ finalis, non verò quoad materiam subjectivam, hoc est, ipsum carceratum, cui sæpè carcer magnum est tormentum *l. si hominem 7. ff. depositi.* Gail. *d. observ. 26. n. 10.* Unde est, quod mala mansio etiam torturæ species dicatur *in l. 7. in pr. ff. depos.* Bald. *in l. 2. num. 7. C. de Episc. aud.* Bursat. *consil. 201. n. 14. lib. 2.* Rol. à Vall. *conf. 17. num. 21. vol. 3.* Rauchbar. *quæst. jur. 49.*

2. Vocetur genus servitutis *text. in l. Titum 71. §. 2. de condit. & dem. Conf. Arg. vol. 1. consil. 41. nu. 25.* Est enim pœna quædam miserrima ac molestissima, ut quæ nobis aufert rem omnium gratissimam atque pretiosissimam libertatem scilicet rem prorsus inæstimabilem, ut ait textus *in §. ult. I. quib. ex caus. manum. Conf. Arg. d. loc.*

Imò 3. est ignominia irretractabilis, quæ facilè aboleri nequit, Wesenb. *in conf. 57. n. 9. p. 2. per text. in l. 5. §. 1. qui satisd. cog.* Roll. à Vall. *consil. 18. num. 5. vol. 3.* Rauchb. *p. 1. q. jur. civ. & Sax. q. 48. n. 8.*

II.

Carcere exire nemo debet, licet quis possit *gloss. in l. succurritur 9. ff. ex quibus caus. maj.* Carcer enim est locus publicus, imò & sanctus æquè ut muri civitatis. *l. 13. §. 5. vers. cùm tamen. ff. de re milit. l. 13. ff. de custod. reor.* Cuman. *consil. 106.* Jul. Clar. *§. fin. quæst. 21. num. 25.* Bart. *in tr. de Carcere, colum. 3.* Arnold. Rayger. *Thes. jur. lit. C. num. 65.* Vaud. *lib. 2. quæst. var. 29.* Bœkel. *de publ. jud. disquis. 9. n. 2.*

Limitat Baldus in incarceratis ex injusta causa, quòd quilibet privatus possit eos propriâ autoritate è carceribus extrahere, etiam renitente judice, quia officiali de facto procidenti potest resisti. Et potest vocare conjunctos, amicos & vicinos, ut veniant ad resistendum judici. Bald. *in L. 2. C. de exactor. tribut. & l. 5. C. de Jur. Fisci.*

III.

Judex etiam incompetens potest reum capere, non ad effectum cognoscendi de causa, sed ad mittendum captum suo judici competenti. Judex tamen Ecclesiasticus cùm directè in laicos non habeat Jurisdictionem; etiam in iis casibus, in quibus competens est, absque auxilio brachii secularis non potest capturam decernere *cap. 1. X. de offic. ordin.* licet Ecclesia carcerem habeat, & pœnæ locus sit *c. 3. de pœn. in 6. Perez. C. de exact. Tribut. n. 23. 24. 25.* de Captura Clerici à laico. *vid. Perez. C. nulli licere in fren. equestr.*

IV.

Privato & advocato fisci permittitur in flagranti Debitore carcerare, si fugam meditentur Perez. *ad tit. C. de exactor. trib. n. 26.* Brunnem. *ad L. 2. C. eod. tit.*

V.

Carcer pœna esse potest v. g. officialium malè in officio suo versantium. Brunnem. *ad L. 2. C. de exact. Tribut.* Et supplet Carcer pœnam relegationis, adeò ut si relegandus aliquandiu in Carcere fuerit, tempus illud relegationis tempori decrescat. *l. 25. ff. l. 23. C. de pœn.* Perez. *in Cod. de his qui in Exil. dati. n. 4.*

VI.

Qui debitorem carceri exemit, tenetur de integro debito *l. 3. C. de Exact. tribut.* Eximens enim videtur se reum pro debitore constituere. Præterea eximens Judicio Criminali subjicitur *l. 4. C. de Custod. Reor.* Exemtus autem nihilominus obligatus manet, Perez. *Cod. t. n. 27.* Brunnem. *ad l. 3. C. eod.*

VII.

Carcer publico sumtu instruendus & reficiendus est. Perez. *C. de quib. muner. vel præstat. n. 13.*

VIII.

Apparitores incarcerare neminem possunt, qui fixos habet lares, nisi in flagranti delicto deprehendatur, aut speciale & scriptum Judicis habeant mandatum, aliàs reus ipsis impunè resistit. Fugitivus autem in flagranti dicitur deprehensus & à privato quoque capi potest Perez. *C. de Curios. & Station. n. 8. & ad tit. de Cohortal. n. 7. seqq.*

IX.

Carcer privatus pœnâ capitis punitur. *l. 1. C. de privat. carcer. l. 1. C. de Cohartal. & princip.* Limita: in quibusdam Casibus detentio privata non est prohibita, Brunnem. *ad tit. C. de cohortal. & princip. col. 4.*

De Castitate, *v. infra* pudicitia.

CAP. X.
De Casu.
Axioma I.

Ubi casus enumerati sunt à lege, non est licitum ex cerebro alium casum addere, ut dicit Bald. *in l. unic. §. 1. in 2. col. C. de Cad. toll.* Gom. *in §. actionum 29. de act. num. 11.*

II.

Ubi Casus legis aliquâ ratione reperitur, ibi

nulla censetur restare controversia vel dubitatio, *l. ancillæ 12.* & ibi Bald. *C. de furt.* Philip. Port. *cons. 55. ex hoc sanè n. 22.* Corn. *consil. 136. p. 3.* quem sequitur Zasius *consil. 14. num. 97. lib. 1. Regn.* Sixtin. *Consil. Marp. consil. 13. n. 34. vol. 1.*

III.

Ubi casus est omissus, illic ostenditur voluntatis defectus Dec. *consil. 159. num. 5. & consil. 273. num. 1. & 3.* Paris. *consil. 74. n. 7. & consil. 10. num. 3.* Card. Alb. *consil. 26. n. 7.* & quod casus omissus ostendat abesse voluntatem testatoris tradit Baldus *in consil. 167. 2. col. vol. 5.* Bertazol. *consult. decis. lib. 1. cons. 69. n. 16.*

IV.

CASUS omissus habetur pro omisso, *l. commodissimè 10. ff. de liberis & posthum. cap. inter corporalia 2. de translat. Episc. cap. dilectus 18. de off. Ordin. cap. is qui 18. de sentent. excom. in 6.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 5. lit. O. conclus. 116.* Oldrad. *cons. 224. n. 14. vers. allegavit.* Socinus *consil. 32. Ex iis num. 18. libr. 1.* Petrus de Anchar. *consil. 37. num. 7.* Ferrer. *in constitut. Catal. gloss. 1. num. 104.*

Amplia primò in lege, statuto, vel consuetudine, ut per Tiraqvell. *de Jur. primog. quæst. 40. num. 194.* Alex. *cons. 123. num. 21. lib. 4.* ubi de consuetudine Roman. *cons. 23. Nescio quid, in princ.* ubi quod casus omissus in statutis habetur pro omisso, Alex. *cons. 80. Viso in princip. lib. 1. & cons. 1. num. 25. vers. denique lib. 3.* Ubi extendit in statuto pœnali & criminali, Anchar. *cons. 193. Subtiliter in princ.* ubi extendit in statuto loquente de feudis, & fructibus feudorum, Socinus *d. cons. 32. num. 18. lib. 1.* ubi subampliat, etiamsi statutum sit juratum. Surdus *cons. 38. num. 5.* Sigism. Scacc. *de judic. lib. 1. cap. 32. n. 17. vers. accedat.* Andr. Negusant. *resp. 27. num. 3. & Resp. 87. num. 7. & resp. 274. num. 15. & resp. 306. num. 23.* Mar. Giurba *ad consuetud. Messan. c. 10. gloss. 6. num. 9.* ubi hoc axioma extendit, licet in omisso major sit ratio, Ant. Mangil. *de imput. q. 59. n. 1.* Stephanus Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 813. num. 15.*

Amplia secundò in contractibus, *l. 1. l. quicquid adstringendæ 99. ff. de verbor. oblig.* Bald. *cons. 296. Quæritur lib. 2.* Petr. de Anchar. *consil. 37. num. 7. & cons. 245. num. 5.* Alex. *cons. 46. Ponderatis. num. 4. lib. 2.* ubi extendit in conventionibus, Decian. *cons. 2. num. 4. & 6. lib. 2.* Roland. à Valle *cons. 59. In causa. num. 25. lib. 3.* ubi quod non est facienda interpretatio contractus ampla, sed stricta, & ideò omissum habetur pro omisso, Socinus *de cons. 32. num. 18. lib. 1.* ubi loquitur de pactis, & mandato procuræ, & *cons. 47. in princ. eod. lib. 1.* ubi de venditione, Dyn. *cons. 50. num. 7. vers. præterea*, ubi de compromisso, Surdus *decis. 195. n. 11.* Rendin. *in prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 100. num. 17.* Franc. Molin. *de rit. nupt. lib. 3. quæst. 24. num. 277. & quæst. 34. n. 6. & 8.*

Intellige, quia in contractu ea, quæ non sunt de natura contractus, si non sunt expressa, censetur omissa quamvis una partium dicat hoc intellexisse inclusum, secus in iis, quæ sunt de natura contractus, ita Abb. *cons. 75. Illud. colum. 3. in princ. vers. præterea. lib. 2.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. O. conclus. 116. num. 21.* Et circa naturalia vel accidentalia contractus, tacitum pro expresso habetur, quando tacitè agitur ab utraque parte, ut *in l. cum quid 3. ff. si certum petatur.* si verò ab una tantùm parte, pro expresso non habebitur, ut *l. si repetendi 7. C. de condict. ob causam. & in l. majores 25. C. de transact.* ut notat Rendina *d. tom. 1. tit. 24. num. 2. tit. 100. num. 19.* ubi *num. 18.* tenet, quod si forma est servata in stipulatione, sed aliquid substantiale est omissum, putà locus, vel quantitas rei in obligationem deductæ, tunc si illud, quod tacitè agebatur, probari potest, pro expresso habetur, *l. triticum 94. ff. de V. O.* quod si probari non potest, habetur pro omisso, *l. 3. §. si quis insulam. ff. de eo quod cert. lo. l. ita stipulatus 115. in pr. & l. qui insulam 95. ff. de V. O.*

Amplia tertiò in omnibus dispositionibus, in quibus omissum habetur pro omisso, Anchar. *cons. 120. in pr. & cons. 245. n. 5.* ubi extendit, etiamsi major ratio militet; *& cons. 37. n. 7.* ubi extendit in rescriptis, dispensationibus, & privilegiis, & testamentis, Socin. *d. cons. 32. num. 18. lib. 1.* ubi extendit in dispositione Judicis, & dispositis à testatore, ac in impetrante Alex. *cons. 113. Viso instrumento. nu. 5. vers. confirmatur. lib. 2.* ubi extendit in treuga & pace; *& cons. 123. num. 21. lib. 4.* ubi quod in confirmatione omissum habetur pro omisso, Bald. *consil. 332. Statuto. circa fin. vers. rectè igitur. lib. 3.* ubi quod in libello casus omissus habetur pro omisso & non valet sententia lata super eo, quod omissum est in libello, Dec. *cons. 438. Accuratè* ubi quod in banno omissum habetur pro omisso, Castill. *cons. 17. num. 6. & num. 10. & 11.* ubi quod in iis, quæ sunt stricti juris, omissum habetur pro omisso, & non cogitato, Angel. *cons. 221. In volumine*, ubi dicit casum omissum haberi pro omisso, quando non obstat mens verisimilis;

lis; si autem obstet, secus, Valenz. *cons.* 159. *n.* 36. *tom.* 2.

V.

CASUS omissus à nova dispositione intelligitur secundum Jus antiqvum, *l. si verò* 64. §. *de viro* 9. *ff. soluto matrim. l. si commodissimè* 10. *ff. de liber. & posthum.* Garc. Gironda *de privilegiorum seu exemptionum explicatione. n.* 556. *& num.* 886. Non dicitur autem casus omissus, qui est similis expresso, juxta doctrinam glossæ *verb. mulieri, in l. si cum dotem* 22. *in princ. ff. solut. matrim.* Bart. *in l. Gallus* 29. §. *& quid si tantum* 5. *n.* 1. *ff. de liber. & posth.* Alexand. *cons.* 130. *num.* 5. *in fin. vol.* 2. Cravett. *consil.* 326. *num.* 9. Tiraqvell. *de retractu lig.* §. 20. *gloss.* 1. *num.* 11. *& de jure primog. qvæst.* 40. *num.* 197. Pelaez. *de major. part.* 2. *qvæst.* 18. *num.* 3. Simon. de Prætis *de interpret. ultim. volunt. lib.* 2. *interpret.* 3. *dub.* 1. *num.* 170. vel qui potest suppleri per conjecturas, *l. licet Imperator* 74. *l. si servus plurium* 53. § *final. ff. de legatis* 1. Paris. *cons.* 17. *num.* 15. *volum.* 3. Cravett. *consil.* 130. *num.* 7. Cardinalis Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 19. *n.* 15 Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 26. *n.* 18. Sim. de Prætis, *d. loco num.* 165. 169. *& 178.*

VI.

CASUS omissus à partibus intelligitur secundum dispositionem Juris communis. *d. l commodissimè.* 10. *de lib. & posthum. l. cum Prætor* 12. *ff. de Judic. l. si extraneus* 6. *ff. de condit. causa data caus. non sequentib. l. si cum dotem* 22. *ff. solut. matrim. l. voluntatis* 7. *C. de fideicomm. cap. cum venerabilis* 7. *de relig. domib.* Marian. Antonin. *var. resolut. lib.* 2. *resol.* 11. *num.* 16. Franc. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *qvæst.* 54. *num.* 6. Rot. *decis.* 171. *num.* 2 *apud Farin. p.* 1 *recent. & decis.* 703. *n.* 2. *apud eund. part.* 2. *recent.* ubi quod casus omissus à statuto remanet in dispositione Juris communis, *& 463. num.* 4. *& decis.* 840. *num.* 14. *p.* 1. ubi quòd casus omissus remanet in dispositione Juris communis; eadem Rot. *in Florentina capellæ* 4. *Decembris* 1617. *coram Reverendissimo Domino meo Pirovano, impressa per Vivianum post prax. Juris. patron. decis.* 62. *n.* 6. Alphonsus de Narbona *l.* 20. *gloss.* 21. *num.* 10. *& gloss.* 23. *num.* 19. *tit* 1. *gl.* 5. *num.* 42. *tit.* 21. *lib.* 7. *etiam Recop.* Giurba *decis.* 112. *num.* 2. Valenzuel. *cons.* 184. *num.* 44.

VII.

CASUS duo quando sunt æquiparati in jure, dispositum in uno censetur dispositum in alio, gl. *verb. advocandum, in l. nancipia* 5. *C. de serv. fugit. gloss. fin. in l. si quis servo* 20. *C. de furtis* gloss. *in cap. si postquam* 33. *de elect. lib.* 6. Tiraqvell. *de retractu lig.* §. 15. *gl.* 1. *num.* 10. Anton. Gomez. *var. tom.* 3. *cap* 11. *num.* 1. *vers. advertendum tamen* Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 16. Surdus *de alim. tit.* 2. *qvæst.* 10. *lib.* 4. *Recop. & lib.* 2. *num.* 2. Cald. Pereira *de potest. elig. cap.* 7. *num.* 5. Flores de Mena *var. quæst.* 3. *num.* 27. *& 29.*

VIII.

CASUS exceptus firmat regulam in contrarium, *l. nam quod liquidæ* 4. §. *fin. in primo resp. ff. de penu legata. l. quæsitum* 12. § *idem respondit* 43 ubi gloss. *verb. non potest. ff. de fundo instr. cap.* 2. *de conjug. leprof.* Aretin. *cons.* 30. *n.* 9 Dec. *cons.* 247. *num.* 8. *& cons.* 605. *num.* 6. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 30. *num.* 4. *& cons.* 4. *num.* 23. *& consil.* 148. *num.* 31. *& seq.* Surdus *consil.* 303. *num.* 11. *cum seq.* Valasc. *consult.* 45. *num.* 1. *in fin.* Cardin. Seraphin. *decis.* 459. *n.* 3. *& decis.* 1251. *num.* 11. *&* 23. Farinac. *in praxi crimin. part.* 4. *consil.* 65. *num* 74. Marian. Antonin. *var. resol. lib.* 1. *resolut.* 5. *num.* 28. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 51. *num.* 2. Fr. Anton. à Sousa *in relect. de censur. Bullæ Cœnæ cap.* 20. *disp.* 96. *num.* 1. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 522. *num.* 33 Rot. *decis.* 51. *num.* 10. *& decis.* 69. *num.* 4. *& decis.* 189. *n.* 2. *apud. Farinac. p.* 1. *recent.* Joan. Mar. Novar. *in praxi electionis fori. quæst.* 14. *num.* 19. *sect.* 2. idem Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 922. *num.* 31. (Kubach. *Brocard.* 7. *p.* 20. *per l.* 18. *de testib.* licet dissentiat & ex professo refutet Anton. Mass. Gallec. *lib.* 1. *de Exerc. Jur. ver. num.* 71. ubi præallegatas leges non de regula sed de generali dispositione loqui docet.)

IX.

CASUS mixtus non continetur sub simplici, quia aliter judicamus de mixto, aliter de simplicibus, Petrus de Anchar. *consil.* 37. *Contra Joan. num.* 6. *&* 7. Angel. *cons.* 257. *in princ. & consil.* 328. Anastasius *in fin. num.* 7. *vers. non obstat.* Dec. *cons.* 332. *Licet in princ.* ubi quòd mixtum non cadit sub simplici, nisi quatenus à lege inducitur contrarium ratione inseparabilitatis à simplici, Socinus *cons.* 246. *Eleganter. num.* 3. *vers. tertiò confirmo, lib.* 2. ubi quod mixtum non cadit sub simplici etiam in materia favorabili, Mandos. *in regul. Cancell. reg.* 9. *quæst.* 15. *num.* 5. ubi quòd dispositio de simplicibus loquens non comprehendit casus qualificatos, & diversæ naturæ, Surdus *consil.* 429. *num.* 25. Cardin. Tusch. *practic. concl. tom.* 5. *lit. M.*

concl.

concl. 294. à n. 12. de quo tamen vide latius infra *lib. II. in ax. mixtum an sub simplici contineatur.*

CAP. XI.

De Casu fortuito.

vid. Interitus Rei.

Axioma. I.

Casus major ac vis divina, item alia quæ sine culpa accidunt, à nemine præstantur. *l. contractus. 23. vers. animalium* & ibi Martin. de la Riv. *c. 21. de R. I. l. 30. §. final. locati. l. quæ fortuitis 6. C. de pign. act. cap. fin. & ibi gl. extr. de homicid. l. opus quod aversione 36.* ubi Bart. *l. item quæritur 13. §. Si navicularius 1. §. Si magister. 2. ff. Locati.* Surd. *cons. 12. n. 13.* Gœdd. *inter cons. Marpurg. cons. 24. num. 252. vol. 1.* Est autem casus fortuitus, qui provideri, vel provisus impediri nequit. *l. 25. §. 6. ff. Loc.* Scot. major *p. 384.* Strach. *de Assec. p. 3. num. 65.* ratio est, quia res perit suo domino *l. 5. ff. de pign. exempla in jure passim occurrunt, ut in l. 10. ff. de peric. & com. rei vend. l. 11. §. 1. Locat* cùm & ipse dominus impedire casum non potuisset. Et debitor speciei interitu ejus liberatur *l. 23. ff. de V. O.*

Amplia ut nec nautæ & caupones de vi majori teneantur. *l. 18. commod.* qui tamen periculum rerum illatarum præstant, licet sine eorum culpâ perierint. *l. 3. §. 1. naut. caupon.* scil. si perierint culpâ vectorum & viatorum. *l. 1. §. fin. l. 2. ff. cod.*

Limita 1. procedere ubi species debeatur *d. l. 23. de V. O.* secus autem esse, si genus debeatur veluti in mutuo *l. 11. C. si cert. pet.* Tim. Fab. *disp. Inst. 22. th. 12.* alias limitationes vide *in C. A. de N. G. th. 27.*

Limita 2. nisi culpa casum præcesserit; tum enim casus fortuitus etiam culpæ tribuitur, prout vid. *in Ax. 6.*

Limita 3. si speciale pactum de casu præstando intervenit. *l. 3. de R. I.* vide infra *Axiom. 4.*

Limita 4. nisi æstimatio adjecta, hæc enim periculum transfert. vid. ÆSTIMATIO.

Limita 5. si casus fortuitus ex natura initi negotii sit præstandus, e. g. in Contractu assecurationis. Perez. *Cod. de naufr. n. 22.*

Limita 6. si casus non singulos sed omnes ejusdem universitatis spectat, tunc enim ab omnibus præstatur. Hinc damnum à transeunte exercitu datum pro rata à Communitate restituitur, sicut & sumtus metatorii à quibusdam pro civitate vel provincia expensi. His enim illa à vastatione servata est. *l. 21. pr. de N. G. l. 2. §. 3. de L. Rhod.* Perez. *ad tit. Cod. de Salgamo. num. 6.* Brunnem. *ad Cod. eod. tit. in fin.*

II.

Quoties factum aliquid hominis casum patientis, quod causare casum fortuitum poterat, ejusmodi casum præcesit, toties non amplius est casus fortuitus.

Ratio: quia eatenus prævideri & præcaveri potuit. Exemplum est, si quis stipulam suam comburendæ ejus gratiâ incenderit, & ignis ulterius progressus fuerit, de quo consulatur *l. qui occidit 30. §. 3. pr. ff. ad L. Aquil.* ita incendium ex fœno madido ortum non est merè casuale. vid. Stryck. *Vol. 1. disp. 7. pos. 5. n. 10.* alia exempla sunt in *l. 5. §. 7. ff. Commod.*

Limita: modo culpa talis sit, quæ casui causam dedit, & ita casus acciderit propter culpam. *l. fin. §. 1. ad L. Rhod. ibique* Brunnem.

III.

Quodcunque damnum contingit ex facto tertii, illud ratione patientis est casuale, si impedire non potuerit, non verò casuale est respectu tertii. *Conf. l. si merces 25. §. 4. ff. locati.*

IV.

Quoties res non amplius est perfectè Domini, sed per Contractum jam alteri debetur, toties non perit Domino sed illi cui debetur.

Ratio: quia huic amplius tradi nequit. Ergò alter tanquam debitor speciei erit liberatus interitu speciei, cùm ad impossibilia nequeat obligari. *l. generaliter. 26. ff. de V. O.* Exemplum est in Emtione, Venditione, ubi si res tradenda periit, emtori periisse dicitur. *§. 3. Inst. de Emt. Vend. l. 5. §. ult. ff. de Resc. Vendit.*

V.

Casus aliqui absque culpa vix solent contingere, ut est incendium. *l. si vendita 11. ff. de peric. & comm. rei vend. l. 3. ff. de offic. præf. vig.* furtum, fuga hominum, qui custodiri solent. *l. si à bonæ 21. ff. de rei vend.* Præsumtio enim est contra allegantem hunc casum culpâ ipsius contigisse, ideoque non sufficit, quod casum hunc probet, sed necesse est, ut insuper etiam probet absque sua culpa id factum esse. Bald. *in l. Si creditor. per tot. Cod. de pig.* Castrens. *in l. si quis argentariis. §. Prætor num. 6. de Edend.* Gilm. *4. t. vot. 27. n. 258.* Ubi tamen limitationis loco advertendum, culpam, quæ in ejusmodi casibus interveniisse præsumitur, esse levissimam vel ei proximam Hart. Pist. *q. 18. n. 10.* Ideoque in illis demum casibus quis culpâ se vacare probare debet, in quibus de levissima culpa tenetur: in aliis verò casibus, ubi quis levem saltem culpam præstare tenetur, is qui dicit culpa alterius contigisse hoc probare debet. Hartm. Pist. *d. tit. loc num. 11.*

VI.

Casus fortuitus qui culpam ad casum subordinatum sequitur, semper culpæ tribuitur, *l. 5. §. 4.* ibi: *nisi aliqua culpa intervenerit l. 18. in princ.* ibi: *quæ sine dolo. ff. commodat. l. 1. §. 4. d. O. & A. §. 3.* ibi *si modò non ejus culpa, Inst. quib. mod. re contr. oblig. l. 22. ibi:* sine vitio ejus acciderit *ff. de negot. gest. l. 3. C. de peric. tut. l. 5. l. 8. l. 9. C. de pign. act. l. 47. §. ult. ff. de leg. 1. l. 14. §. 2. ff. de constit. pecun. l. 20. §. 2. de præscript. verb. l. 61. §. 7. ff. de furt. l. 45. de oblig. & act.* Meier. *in disput. de culpa. thes. 119. num. 4.* Vivius *decis. 524. num. 17. per l. qui injuriæ 53. de furt.* Ad casum autem ordinata culpa dicitur, quando sine ea casus non evenisset, Surdus *1. cons. 12. num. 64.* Unde non malè casus distingui potest, quod alius sit planè fortuitus & inculpatus §. 2. *I. ad Leg. Aquil.* Alius verò quadantenus procuratus & culpabilis *l. si negotia 11. de N. G. l. 11. §. 2. de pœnis.*

P. Gro-

P. Gregorius *in Syntagm. lib. 30. cap. 4.* quoties vero culpa præcesſit caſum, toties ille præſtandus, quod procedit in Contractu, in quo aliàs culpa præſtanda, ſecus, ſi in illo dolus tantùm veniat. uti in depoſito. vid. *Sande ad Tit. de R. I. n. 6.*

VII.

In caſibus fortuitis ſuſcipiendis non ſufficit generaliter in ſe ſuſcipere caſus fortuitos, ſed requiritur, quod ſpecialiter enumerentur *l. ſed etſi 4. §. quæſitum 4 ſi quis caut. jud. ſiſt.* Everh. *in loc. à vi energ. ſeu eff. jur. num. 34.* Hoc ita accipiendum, ut non omnes enarrare ſit neceſſe; ſed paucis præmiſſis ſufficiat generalem clauſulam ſubjicere, nec tamen ſtatim, quod limitationis loco notandum, qui caſum fortuitum ita in ſe recipit & de caſu inſolito & non veriſimili cogitaſſe intelligendus eſt, *l. jubemus 14. C. de SS. Eccl. l. fiſtulas 78. §. fin. ff. de contrah. emt.* Gail. 2. *obſ. 52. n. 27. & 2. obſ. 13. n. 19.* etiamſi illum mediante juramento in ſe recepiſſet, Gomez *var. reſol. 2. cap. 3. num. 19. in fin.* Eman. Suarez. *in theſ. comm. opin. num. 28.* Menoch. *conſ. 27. num. 18.* Surd. *conſ. 61. num. 65.* quos ſequitur Treutl. *conſ. 34. n. 32.* Zang. *de Except. p. 3. cap. 23. num. 10. vid.* Fach. *l. contr. 86.* Hœn. *in quæſt. jur. diſp. 13. § 8.*

IIX.

Caſus fortuiti regulariter ſpectant ad Dominum. *l. quæ fortuitis 6 C. de pign. act. l. ſi ut certo 5. § nunc videndum 2. in fin. ff. Commod. l. 1. C. de depoſit.* Natt. *conſ. 194. tom 1. n. 7.* hinc, quoties res aliena periit apud alterum, caſu fortuito, toties ad eam præſtandam non obligatur.

IX.

Caſus fortuiti à mora excuſant. Afflict. *deciſ. 152. num. 2.* Sebaſt. Med. *in tract. de caſib. fortuit. p. 2. quæſt. ult. num. 28.* Cum ipſis humano ingenio & diligentia reſiſti nequeat, *d. l. quæ fortuitis.* Rip. *in tract. de peſt. tit. de privil. Contr. num. 99.* Irrationabile enim eſt ei culpam imputare, qui nihil prævidere aut divinare potuerat, *cap. ut noſtrum. 1. Ut Eccl. benef.* Decian. *conſil. 115.* Cravett. *conſ. 645. n. 34.* Et iniquiſſimum à quopiam caſum exigere, quem nec impedire potuit, Delrio *in l. contractus. cap. 25. de R. I. l. ſed etſi 4. §. quæſitum 4. ſi quis caut.* Everard. *in loc. à vi energ. ſeu eff. jur. num. 34.*

X.

Quoties mora caſum præcedit, toties tunc ad caſum quis tenetur, ſi res penes alterum non fuiſſet peritura *l. 14. §. 1. ff. depoſit.*

Ratio: quia ſic ob moram factum, quo minus res extet, mora verò perpetuat obligationem, cùm averti potuerit.

Amplia: ut etiam tunc caſum præſtare teneatur, quando res penes alterum peritura fuiſſet, ſi alter interim rem vendere voluiſſet & potuiſſet. *conſ. l. 14 §. 11. in fin. ff. quod met. cauſ.*

XI.

Caſus fortuitus eſt ab allegante probandus. Hinc nautæ naufragium ſine culpa ſua accidiſſe probare debent (cujus contrarium tenet Brunnem. *ad l. 2. C. de naufrag.* quòd alter culpam nautæ probare debeat) & quidè publicas ſpecies vehentes intra annum *l. 2. C. de naufrag. ibiq.* Perez. *n. 5, 6.* quando autem probandus eſt caſus fortuitus, is ſtatim in loco, ubi contigit, probari poteſt, etiam altera parte, cont a quam probat o fit, ob longinquitatem itineris non citatâ, facitque hoc teſtimonium fidem coram legitimo judice. Brunnem. *ad l. 2. C. eod.*

Exceptio eſt in amiſſione apochæ. vid. Perez. *Cod. de diſcuſſor. n. 8. 9.*

CAP. XII.

De Cauſa.

Axioma I.

Cauſis duobus concurrentibus celerior præoccupat *l. ſi ita quis ſtipuletur 63. de V. O. l. ſi quis ita ſcripſerit 33. de hered. inſtit. Pantſchm. 2. q. 21. num. 14.*

II.

Cauſa per ſe ſemper eſt diſtinguenda, à cauſa per accidens. Sic *Rom. 7. verſ. 8.* Lex ſancta dicitur operari omnem iniquitatem, ſed occaſionaliter *verſ. 11.* Sic munera excæcant *Exod. 23. v. 6.* non ἐνεργητικῶς ſed ἀφορμητικῶς. vid. Meichſn *domin. 1. poſt nativ. p. 7.* ita carcer per ſe non infamat, ſed tantùm per accidens, quatenus ex cauſa famoſa condemnatio ſequitur *l. 13. §. quantum 7. ff. de his qui not. infiam.*

III.

Quod devenit in eam cauſam, à qua incipere non poteſt, extinguitur, & pro non ſcripto habetur *§ 14. in fin. Inſt. de legat. §. 2. Inſt. de inutil. ſtipul. l. 98. in fin. pr. l. 140. §. ult. de V. O. l. 13. §. ult. de his quæ pro non ſcript. habentur.* quod intellige non univerſaliter, ut docet Paulus *d. l. 140.* ſed in cauſis tantum internis, quod ſcil. materiam ipſam ac formam attinet, in externis enim ceſſare monet *Cujac. 25. obſ. 3.* item in cauſa totali hoc verificari, in partiali verò fallere docet Meier. *in C. I. A. de legat. th. 8.* Similem regulam proponit Carpz. *in cauſ. matrim. v. not. ad Clauſulam Barboſæ, Rebus ſic ſtantibus.*

IV.

Cauſa per effectum non debet definiri Bart. *in l. 1. in pr. ff. de appellat.* ubi per hoc reprehendit definitiones appellationis datas per *Placentinum & Azon.* ſed hoc conciliat Dec. *in rubr. extr. de probat. in 5. col.* quod Bartoli doctrina *in d. l. 1.* procedat, quando effectus eſt ſeparatus à cauſa, qui non ſtatim producitur, ſed ex intervallo, prout eſt in appellatione, de qua *Bart.* loquitur: ſecus vero ſi effectus immediatè ſequatur ex ipſa cauſa, quia talis effectus benè conveniet definitioni per text. *in l. 3. bonorum 2. ff. de bon. poſſ.* vid. Ludov. Gomez *ad §. ſupereſt. inſt. de act. num. 11.*

V.

Cauſa & effectus ſunt jungendi *l. 4, ubi* Bald. *ff. de juſt. & jur.* ſi hæc in idem recidunt & convertuntur, Cravett. *conſ. 137. n. 5. & conſ. 251. n. 2.* Weſemb. *p. 1. conſ. 1. num. 54.* cauſa tamen ut præcedat effectum neceſſe eſt, *l. generaliter 24. §. ſi quis 9. ff. de fideicom. libert. l. quoties 34. de uſufr.* Weſemb. *p. 1. conſ. 1. num. 58.* Etenim quod judicatur de cauſa, idem judicari debet de effectu & impoſſibile effectum cauſa meliorem aut legaliorem eſſe *per not.* Bald. & Dd. *in d. l. 4.*

Weſenb.

Wesemb. *in Par. ff. ad SC Maced.* Arum. *tract. de mora. cap. 8.* Kubach. *Axiom. 3. C. I. A. si servit. vindic. th. 7.*

Limita: nisi impediatur: Sic furtum potest esse, & tamen actio furti cessare, injuria seu contumelia, & tamen actio injuriarum cessare *l. 13. §. 4. ff. de injur.* nec intellige de causa quavis, sed de ea, quæ sit sufficiens & omnibus viribus instructa, scil. quoad numerum & vim effectivam. Kubach. *ibid.*

VI.

Qualis Causa talis effectus Timpler. *3. Metaph. cap. 2. q. 7.* Kubach. *in Axiom. p. 55.* Danhavver *Log. p. 42. & 43.*

Intellige scil. secundùm qualitatem, non etiam quantitatem, sæpè enim causa effectu, & contra hic illâ major est. Danhavv. *ibid.* Deinde effectus intelligendus est, quoad id quod ei causa communicavit, non enim fas est concludere, Filius est Doctor. E. & Pater. Pater enim filio doctrinam non communicavit. Danhavv. *ibid.*

VII.

Causæ quæ per alium agi nequeunt, nec earum appellatio per alium agi oportebit, ita *communiter Dd. in l. penult. §. ad crimen de publ. judic.* Farinac. *consil. 85.*

VIII.

Causam subesse nullam & non apparere sunt paria, *l. in lege 77. de contrah. emt. l. si repetendi 7. C. de condict. ob caus.* Tiraqvel. *de retract. convent. in fin. num. 104. l. duo sunt Titii 30. de test. tur. l. cum res 47. §. it aque. 2. de leg at. 1.* paria etiam sunt causam non esse & eam esse finitam. *l. 1 de condict. sine caus. l. nihil interest 4. de naut. fœn.* Wesemb. *1. conf. 16. num 9.* sic paria sunt causam nullam exprimere aut frivolam allegare vel injustam & insufficientem, *l. nulla 2. ff. de autor. tut. l. quamvis 8. §. si convenerit 8. ubi* Bart. *ad SC. Vellej. l. non putavit 8. §. si quis 6. de bon. poss. contr. tab. l. quoties 6. ubi* Jas. *qui satisd. cog. & in l. 1. in princ. post gloss. num. 18. de oper. nov. nunc.* Wesemb. *vol 1. consil. 28. n. 29.* Hinc in omni Emtione quæ decretum requirit, opus est, ut causa specialiter & sigillatim judici exponatur & probetur, & Judex de illa cognoscat, aliàs Decretum est nullum & surreptitium Brunnem. *ad l. 1. C. de præd. Decur. §. 1.*

IX.

Causa justa in omni dispositione subintelligitur Bart. & Castr. *in l. filius fam. 8 § procuratorem 4. de procur. per illum, text.* Tiraq. *de pan. in pr. per gloss. in l. damni. 18. §. si is qui verbo aliqua. de damn. infecto.* imò Legi adæquatur *l. properandum 13. §. pen. vers. nisi lex vel justa causa impediat. C. de judic.* Itaque statutum etiam limitatur non solum ob justam causam & rationem expressam Jason. *in l. non dubium. num 35. C. de LL.* verum etiam præsumptam & conjecturatam. Cravett. *conf. 8. num. 21.* pro varietate temporum Alex. *conf. 106. per spectis. num. 4 & 5. vol. 2.* Non tamen justa causa præsumitur, nisi probetur *l. 1. in fin. C. unde vi. l. si non convicii. C. de injur. gl. fin. in cap. cum causam. de re judic.* Wesemb. *p. 2. conf. 96. num. 15.* quando autem causa justa requiri intelligatur. *vid.* Wesemb. *p. 1. conf. 7. num. 7. p. 1.* Bald. *in l. 1. num. 3. C. An adver. donat. vers. dandus est* & quæ ejus requisita sint, tractat. Wesemb. *p. 1. consil. 333. num. 49.*

X.

CAUSA expressa regulat (sive dirigit) actum & indistinctè factum, ut restringatur secundum causam expressam. Angel. *cons. 248. Punctus est exort. num. 3* ubi loquitur in compromisso generalissimo, ut non extendatur ultra mentem, & causam compromissi, Abb. *consil. 3. Nitar. colum. 17. in fine vers. ad 23. qvæstion. lib. 2.* Anton. de Butr. *consil. 51. n. 5. vers. item hoc declarat.* ubi quod causa declarat dictum dubium, illudque ampliatur. & restringitur à causa, Bald. *consil. 312. Factum super quo. num. 2. vers. tertio ut causa lib. 4.* ubi ait: quod causa, & materia regulat mentes hominum, ut talis præsumatur mens, qualis est causa, quia causa dicitur dux mentis, Anch. *cons. 254. Statuto cavetur num. 4.* Roman. *cons 503. num. 7. & seq.* ubi quòd causa legati limitat & restringit legatum. refert Card. Tusch. *practic. concl. tom. 1. lit. C. concl. 136* (Wes. *in Paratit. de V. O. num. 10. & de O. & A. num. 7.* ubi quod contractuum causa semper sit exprimenda ait,)

XI.

CAUSA ex una datum, si illa causa non sequitur, revocatur, *l. 1. ff. de condict. causa data.* Ratio est, quia causa est proxima conditioni, ut sicut necesse est purificare conditionem, sic & causam, Chalderin. *cons 56. num. 2.* aliàs *cons. 1. de translat. Prælat.* Federic de Senis *cons. 164. Licet semper. in pr.* ubi ait, quòd resignatio facta ex causa permutationis revocatur non seqvuta permutatione, Mandel. *cons. 77. n. 28. & seq.* ubi quod promissio facta ex causa futuri Matrimonii, si non sequatur Matrimonium, cessat, & nihil debetur, Gemin. *cons. 96. num. 9. vers. licet enim.* ubi quod privilegium concessum ex certa qualitate, vel causa, si non adest qualitas, vel causa expressa, non valet privilegium, etiamsi concedens ex alia causa potuisset concedere, Bellon. *cons. 3. Curatus Ecclesiæ. in fine vers. ad secundum*, ubi ait, quod si Parochiani tenentur solvere mensuram avenæ pro candelis, quas dat Rector de consuetudine, & eis non datur candela, nec ipsi debent avenam, quia dicitur debitum conditionale, vel ob causam, refert Cardin Tusch. *d. tom. 1. lit. C. concl. 137. apr.*

XII.

CAUSA cessante vel deficiente cessat ejus effectus, *l. adigere. 6. §. quamvis 2. ff. de*

ff. de Jure patr. l. si pater 40. ff. de hered. instit. l. generaliter 52. C. de Episcopis & Cleric. l. cum te 6. C. de pactis inter empt. cap. magnæ 7. in fine, de voto. c. cum cessante 66 de appell. [*C. etsi Christus. 26. de jurejur. & c. cum infirmitas 13. de pœnit.* Sutholt. *disp. Inst. 1. §. 16.*] late Tiraq. *in speciali tr. Cessante causa cessat effectus, & de jure primog. quæst. 40. num. 170. cum seq.* Duen. *reg. 82.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum. regul. 71. & 271.* Brunor à Sole *in locis communib. verb. causa 2.* Cardos. *in praxi Judicum, & Advocat. eod. verb. num. 2.* Petr. de Anchar. *consil. 47. Pro clariori. num. 4.* ubi ait: quod hæc est regula generalis in legibus, tractatibus, & aliis dispositionibus, ut cessante causa, super qua fundatur dispositio, cesset & ipsa dispositio. Dyn. *consil. 6. Ex testamento Domini. num. 2. vers. præterea.* ubi quod in pacto cessante causa finali cessat effectus, Angel. *consil. 346. Titius.* ubi ampliat in omni dispositione sive legali, sive testamentaria, sive inter vivos, quia dispositio à causa regulatur, restringitur, & ampliatur, Angel. *consil. 86. Hæreditas materna in fin.* ubi loquitur in statuto mandante repudiationem hæreditatis præsumi simulatam, si non est notificata in consilio, quia cessat cessante causa, videlicet fraude, & quod hæres nihil consequutus sit ex hæreditate, Card. Pereira *de potestate eligendi. c. 10. num. 1. cum seqq.* Card. Tusch. *dict. tom. 1. lit. C. concl. 202. à princ.* Sanchez. *de Matrim. lib. 8. disp. 30. num. 12. cum seqq.* Josephus Sesse Aragoniæ *decis. 185. num. 102.* Joan. Franc. Leo *in Thesauro fori Ecclesiast. p. 1. cap. 15. num. 3.* Ludov. Rodolphin. *var. quæst. lib. 2. q. 35. num. 10.* ubi *num. 16.* intelligit, ubi causa expressa est in lege vel statuto, Dionys. Paul. *de vera quatuor patriarch. Sedium erect. c. 4. nu. 50.* Call. Argel. *de contradict. legit. q. 5. n. 13. & q. 10. n. 27.* Sigismund. Scacc. *de appellationib. q. 5. n. 117.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 62. n. 17.* Anton. Monach. Lucens. *decis. 14. num. 18. & decis. 21. num. 22.* & Florent. *decis. 1. num. 61.* Rot. *decis. 437. num. 3. apud* Farinac. *p. 1. recent.* Ludov. Cenc. *de cens. lib. p. 2. c. 2. q. 1. art. 3. n. 13. & p. 3. cap. 1. quæst. 4. num. 4.* Mari. Giurba *ad consuetud. Messanens. c. 8. gl. 12. n. 2.* Hinc causa perpetua perpetuam facit dispositionem, temporalis temporariam. Perez. *C. de his qui à princip. n. 4.*

Intellige præcipue de causa finali, quia ea cessante cessat effectus negotii, cui adjicitur, [*l. 2. §. ult. ff. de dona. l. 1. §. 5. ubi* gloss. & Bart. *ff. de postuland. l. sed si mors 13. §. ult. de donat. inter vir. & ux. l. cum tale 72. de condit. & demonstr.*] Petr. de Anchar. *cons. 47. pro clariori. num. 4.* Everhard. *in Topicis legalibus, loc. 80. à cessatione rationis. num. 4.* Card. Tusch. *d. tom. 1. lit. C. concl. 137. num. 14.* Sanchez *in præcepta Decalogi. tom. 1. lib. 4. c. 2. num. 42.* Mantic. *decis. 131. num. 4.* ubi quod causa finali cessante non tollitur effectus, qui est consummatus, & *num. 5.* quod causa fienda cessante non cessat effectus, sed cessante causa essendi tollitur. Flamin. Chartar. *decis. 68. num. 65. & 66.* Achil. Pedroch. *cons. 32. num. 187.* Silvest. Aldobrand. *cons. 62. num. 14.* Castill. *controvers. lib. 5. p. 2. cap. 172. n. 26. & num. 36. & 37.* Cenc. *d. p. 3. c. 1. q. 4. num. 5.* Nam cessante causa impulsiva non cessat effectus, [*l. 1. §. sexum. ff. de postuland. l. si mulier. 25. junct. gloss. C. de jur. dot. Canonistæ in cap. post translationem 11. de renunciat. l. 17. §. 2. de condit. & demonstr. l. 72. §. 6. eod.* Wes. *Parat. ff. de auct. tut. & de Rit. nupt. num. 8. jungendus est textus elegans in l. si mulier dotem. 15. C. de jure dot.* Nicol. Noalis. *casu 17. num. 45.* Ratio, quia dicitur causa impulsiva potius motivum quoddam, quàm causa, Bald. *consil. 337. Et præmitto. num. 2. lib. 3. & cons. 433. Casus talis est. num. 5. lib. 5.* Jason. *in l. si pecuniam 5. n. 18. & 19. ff. de cond. causa data.* Card. Tusch. *d. tom. 1. lit. C. concl. 137. n. 28. & 41.* Ceph. *cons. 81. n 8.* Tiraq. *in tract. Cessante causa, in 1. limit. n. 2.* Hippol. *in l. si quis Judicum. n. 2. & 3. ff. de quæst.* Rodolphin. *d. quæst. 35. n. 10.* Rot. *437. n 3. & decis. 587. n. 6. apud Farinac. p. 1. recent.* [Sive impulsiva proprie causa non est. Argentor. *1. Consil. 84. n. 109. & 110.* Hoc tamen limita non procedere in rescriptis impetratis ad beneficia obtinenda: quia translata causa impulsiva rescripti vel gratiæ, corruit etiam rescriptum seu gratia in odium materiæ beneficialis propter ambitionem reprimendam. text. *cap. postulasti 27. & ibi* Panorm. & Felin. *de rescript.* Everhard. *in loc. Top. à contrar. sensu. num. 18.*] Causa finalis quando dicatur, & quando impulsiva, vid. Cardin. Tusch. *d. tom. 1. lit. C. concl. 141. & 142.* Cov. *lib. 1. cap. 20. num. 2.* Tiber. Decian. *resp. 41. sub. num. 21. vol. 1.* Costa Sicul. *cons. 39. num. 3. cum seqq.* Duran. *de condit. p. 3. cap. 2. num. 5. 10. & 11.* Castill. *controver. tom. 6. cap. 172. num. 6. cum seqq.* Cyriac. *tom. 3. controver. 478. num. 73. & 74.* Maranta jun. *tom. 1. controver. lib. 1. resp. 15. num. 13.* Valenzuela *cons. 119. num. 78. tom. 2.* ubi quod causa finalis dicitur, sine qua quis non esset facturus saltem eo

modo, & *conſ.154. num.7.* ubi ait cauſam finalem dici, quæ movit partes ad conventionem, Solorzan. *de jure Indiarum tom.2. lib.2. cap.8. num.71. & 72.* Rot. *deciſ.587. num.4. apud Farin. p.1. recent.* & coram Buratto *deciſ.110. num.15. verſ. ſecundò quod iſta, & n.16. & deciſ.377. num.4.* apud quos illa eſt magis communiter recepta ſententia, quod cauſa finalis illa dicitur, quæ principaliter in agendo actu ab agente conſideratur, ſeu principaliter movet ad actum faciendum, & ſine qua actus non fieret, impulſiva vero quæ movet, & incitat ad exequendum actum. Cauſa in dubio potius præſumitur impulſiva, quam finalis, ut per Rot. *deciſ. 587. num.5. apud Farinac. p.1. recent.* Menoch. *conſ.106. num.92.* Bertazol. *conſ.119. num.40. in civilib.* Aloyſ. Ricc. *in deciſion. Curiæ Archiepiſc. Neapol. deciſ.80. n.7. p.3.* Foro *in compend. p.3. verſ. donatio facta Eccleſiæ pro illius fundatione. in col.4. p. mihi 324.* Donat. Anton. de Marinis *quotid. lib.1. c.87. num.8. & 18.* Valenzuel. *conſil. 112. n.73. & conſ.119. n.77. & conſil.130. n. 45. & conſ.237. n.12.* [Johan. Gœdd. *inter Conſil. Marpurg. conſil.32. vol.3. n.207.*] Et incumbit alleganti probare eſſe cauſam finalem, Tiraq. *in tract. Ceſſante cauſa. limit.1. num.48. in fine.* Surd. *deciſ.130. num. 13.* Morchech. *de diviſione bonorum. lib.3. cap.6. num.85.* Foro *d. pag.328.*

Amplia primò ſupradictam concluſionem, quod ſcilicet ceſſante cauſa ceſſet effectus, ut procedat in privilegio, quia ceſſante cauſa privilegii ceſſat privilegiũ, Anchar. *conſil.394. Dubium eſt. n.3.* & ſuperveniente nova cauſa contrariæ cauſæ, ex qua privilegium fuit conceſſum, ceſſat privilegium, Roman. *conſ.404. In caſu. n.5. & 6. verſ. ſecunda cauſa.* refert Cardin. Tuſch. *d. concl.202. num.27.* Extende in privilegio conceſſo ex certa qualitate, vel cauſa, quia ſi non adeſt cauſa, vel qualitas expreſſa, non valet privilegium, licet concedens ex alia cauſa potuiſſet concedere, Gemin. *conſ.96. num.9. verſ. licet.* Etiamſi cauſa finalis privilegii eliciatur ex proœmio privilegii, quia ea ceſſante ceſſat privilegium, Roman. *conſ. 180. Si admittimus. num.7.* Cardin. Tuſch. *d. lit. C. concl.137. n.8. & 9.*

Amplia ſecundo in quarta Epiſcopi, quæ debetur ratione jurisdictionis, ut ceſſante jurisdictione ceſſet quarta, Roman. *conſil.477. num.19. & 20.* Cardin. Tuſch. *d. lit. C. concl.202. num.7.* [ſic in ſpecie quâvis jurisdictionis ac officii alicujus cauſa ceſſante, ceſſat ejusdem effectus *l. Lucius 40. ff. de fideicom. libert. l. Tutelæ 7. §.2. de cap. minut.* Bald. *in l. generaliter. col.4. verſ. & add. circa primam. C. de Epiſc. & Cleric.* Sic etiam in nudis protectoribus & ſimilibus perſonis cauſa prohibitionis, qua iis prohibetur aliquid adverſus Magiſtratum aliquem facere, ceſſante, ceſſat ipſa prohibitio, & perinde eſt ac ſi iis non eſſet interdictum. *l.1. f. de curator. furioſ.* Cyn. *in l.2. C. quando provoc. non eſt neceſſ.* Petr. à Bella portu & Fr. Ripa. *in l. cui bonis 3. ff. de novat. & deleg.* Regn. Sixtin. *inter Conſ. Marpurg. conſ.8. vol.3. num.112.*

Amplia tertiò in dilatione, quia ceſſante cauſa dilationis ceſſat dilatio, Roman. *conſ.503. Diligenter. num.8.* Bald. *conſ. 112. Eundo ad veritatem. lib.4.* Card. Tuſch. *d. lit. C. concl.137. n.18. & concl.202. n.9. & 17.* Anch. *conſ.394. Dubium. n.3.*

Amplia quartò in mandato, quia ceſſante cauſa mandati ceſſat mandatum, *cap. ſi pauper Clericus 30. in fine, de præbend. lib.6.* Anch. *d. conſ.394. num.3.* plenè Roman. *conſ.374. præſens eſt quæſtio.* ubi *num.3.* ait, quod ceſſante contractu principali ceſſat pactum in contractu; & *n. 4. verſ. quartò. ait.* quod ſi aliquid promittitur propter caſtrum, deſinente caſtro promiſſio ceſſat; & *num.5. verſ. ſicut*, quod ſocietas ſuper certa re contracta finitur deſinente ipſa re, ſuper qua contrahitur; & *eod. num.5. verſ. ſexto.* quod ſi res locata deſinit eſſe, locatio & obligatio extingvitur; & *eod. num.5. verſ. ult.* quod in promiſſione ſucceſſiva pro cauſa habente pariter factum ſucceſſivum, ceſſante cauſa ceſſat promiſſio, refert Cardin. Tuſch. *d. concl.202. n.20. cum ſeqq.*

Amplia quinto in unione facta ex cauſa tenuitatis, quia ſi eſt falſa, unio eſt ipſo jure nulla, ut per Cephal. *conſ.260. Quod unio, in princip.* Cardin. Tuſch. *d. concl. 202. n.8.*

Amplia ſexto in impedimento, quia ceſſante cauſa impedimenti ceſſat impedimentum, Signorol. de Homed. *conſ.46. Statuto civitatis. num.4.* quem refert Cardin. Tuſch. *d. concl.202. n.14.*

Amplia ſeptimo in feudo, quia ceſſante cauſa finali conceſſionis feudi ceſſat feudum, etiamſi culpa vaſalli non interveniat, ut per Joan. de Anan. *conſ.7. numer.6. verſ. ſecundò probatur.* Cardin. Tuſch. *d. concl.202. n.32.*

Amplia octavò in foro animæ, ut per Tiraq. *d. tract. ceſſante cauſa p.1. n.18.* & in ſpiritualibus, Clar. *§. fin. q.76. in fine.* quem refert Cardin. Tuſch. *d. concl.202. n.41.*

Amplia

Amplia nonò tam in disposítione affirmativa, quam negativa; Vult. *inter consil. Marp. cons. 17. vol. 1. num. 105.* ideò si pater exhæredavit filium ex causa expressa, cessante causa cessat dispositio negativa exhæredationis, Roman. *cons. 438. n. 5. vers. tertio, quia*, quem refert Cardin. Tusch. *d. concl. 202. n. 42.*

Amplia decimò, sive causa respiciat privatam, sive publicam utilitatem, quia si ea cessat, cessare debet effectus, & dispositio, ex Joan. de Imola *cons. 87. vers. præterea secundò.* Card. Tusch. *d. concl. 202. n. 32.*

Amplia undecimò, ut procedat etiam quando plures causæ simul debent concurrere ad actum, quia una cessante cessat actus, vel dispositio, Abb. *cons. 70. Id de Jure quæritur, col. 2. vers. tertiò probatur, lib. 2.* Card. Tusch. *d. concl. 202. n. 43.*

Amplia duodecimò in obligatione & promissione, quia cessante causa obligationis cessat ipsa obligatio, & promissio, Rot. *decis. 50. num. 3. & 7. & decis. 55. num. 1. apud Farinac. p. 1. recent. decis. 428. num. 2. & decis. 463. num. 11. ead. p. 1.* ubi quòd cessante causa exclusionis cessat exclusio, quia hæc regula generalis est in omnibus dispositionibus, Ambrosinus Perusan. *dec. 1. num. 5. & decis. 3. num. 9.*

[Amplia decimo tertiò in exclusione, cum cessante causa exclusionis ipsa exclusio cessare debeat, *l. fin. §. ait lex 1. ff. de divort.* Phil. Matth. *inter consil. Marp. vol. 2. cons. 26. n. 85.*

Limita primò, quando causa produxerit effectum perfectum, & consummatum. *l. fin. in princ. ff. unde liberi. l. sancimus 25. C. de admin. tutor.* Tiraq. *de tract. Cessante causa. limit. 12. num. 2.* Thom. de Thomasset *d. reg. 271.* Gam. Lusit. *decis. 27. num. 4.* Valasc. *consil. 57. num. 1.* Molin. *de ritu nupt. lib. 3. qvæst. 25. num. 34.* ubi *n. 33.* Idem asserit jure jam radicato. Surd. *cons. 250. num. 24.* Mari. Giurba *ad consuetud. Messanens. cap. 7. gloss. 2. n. 6. p. 1.* Joan. Maria Novar. *in praxi elect. & variation. fori. q. 10. sect. 2. à num. 6.* Mangil. *de imputat. q. 101. n. 14. & q. 166. n. 5.* [Post actum enim consummatum etsi deficiat causa, non propterea cessat effectus. Referens ap. Klock. *relat. 138. n. 81.*]

Limita secundò, quoties causa requiritur certo aliquo tempore; si enim eo tempore fuit, licèt postea cesset, non tamen cessat effectus, *l. si quis hæredem 7. C. de instit. & substit.* Tiraq. *in d. tract. Cessante causa. limit. 4.* Gallet. *in margarita casuum conscient. verb. Causa.* Dec. *cons. 24. n. 1.* Rot. *decis. 733. num. 8. apud Farin. p. 2. recent.* Joan. Mar. Novar. *d. q. 10. n. 15.*

Limita tertiò, quando plures causæ concurrunt ad dispositionem, quia una cessante non cessat dispositio. [*§. affinitatis 6.* ubi Ang. *§. socrum. 7. Inst. de nupt. l. si non lex Ælia. 83. & ibi* Bald. Joan. de Imol. *ff. de hæred. Instit. l. si ventri 24. §. in bonis de reb. auct. jud. poss.* Wes. *5. cons. 203. num. 17.* Ita v. c. Is qui propter magistratum, quem gerit, semel connumeratus est inter Senatores, depósito magistratu Senator esse non desinit *Nov. 62. ubi Cujac.*] Roman. *consil. 497. Dubitatur. in fin.* Tiraq. *in d. tract. Cessante causa. limit. 22.* Rot. *decis. 733. num. 8. apud Farin. p. 2. recent. & d. decis. 587. num. 7. p. 1. recent.* Card. Tusch. *d. concl. 202. n. 59.* ubi *n. 60.* post Bart. *cons. 21. Visa prima. num. 3. & 4.* declarat, ut non procedat in fidejussione facta pro mutuo naturali & civili, quia ex pluribus causis obligatus fidejussor, de judicato solvendo non tenetur, si mutuum sit solùm naturale, vel solùm civile, quando obligatio est ex causis prædictis.

Limita quartò, hoc verum esse circa facienda, non circa jam facta, vel nisi utilitas succedat loco necessitatis. Gloss. *in cap. argumentum de Reg. Jur. lib. 6.* text. *in can. quod pro necessitate 41. caus. 1. q. 1. can. quod pro remedio 7. caus. 1. q. 7. & can. ordinationes. 5. caus. 9. q. 1.* Honthem *l. 2. de art. Notar. c. 22. num. 94.*

Limita quintò, quando remanent reliquiæ pristinæ causæ. *l. unius 18. §. servus 6. ff. de quæst. l. fin. ff. de decur. l. 2. & 3. rer. amot.* Bertazol. *lib. 1. consil. 47. num. 63.* Everhard. *in loc. Top. in loc. à cessat. rationis in fin.* Unde Bart. in hac re ita distinguit apud Manticam *lib. 3. de tacit. convent. lib. 3. tit. 12. n. 58.* Aut actus est perfectus, & tunc licet cessat causa, non tamen cessat effectus, *l. ult. unde liberi.* aut imperfectus, & tunc reliquiæ ejus causæ supersunt, & neque tum cessat effectus *d. l. 2. rer. amot. l. ex duobus 34. de vulg. substit. d. l. unius 18. §. servus 6. de quæst.* vel nullæ supersunt reliquiæ & tunc cessabit effectus *d. l. generaliter 52. C. de Episc. & Cler.*]

XIII.

CAUSA causæ est causa causati, *l. manumissiones. 4. ff. de justit. & jure.* Bart. *in l. 4. §. actor. num. 2. ff. de re jud.* Jason. *in l. pecuniam 5. num. 21. ff. de condict. causa data.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 42. n. 49. & cons. 196. num. 13. & cons. 407. n. 34.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. quæst. 34. num. 26.* Dionys. *Paul. de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect. c. 4. num. 50.*

Card. Tusch. *d. tom. 1. lit. C. conclus. 138.* [Secunda enim causa nihil operatur, nisi quantum accepit à prima. *l. peto 69. §. prædium 1. ff. de leg. 2. l. si quis domum 9. §. 1. ff. locat. l. manumissiones 4. ff. de just. & jur.* Tiraq. *in reg. cessante causa. limit. 20. num. 6.* Exemplum est *in l. 9. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Aristotel. 2. *Phys. cap. 7. quæst. 12. art. 2.* Surd. *cons. 420. num. 4.* Unde dicitur, is, qui causam damni dedit, damnum ipsum dedisse, *l. 15. de Sicar.*

Intellige ut procedat, si causa est proxima, quæ attenditur, non autem si est remota, Jas. *in d. l. si pecuniam. num. 21.* Anchar. *cons. 222. Subtiliter. num. 4.* ubi quod non dicitur creditor ex instrumento, sed ex successione is, qui successit creditori, Castr. *cons. 226. Dico dictum, in princip. lib. 1.* quicquid dicat Calderin. *cons. 282. in princ.* alias 4 *de locato.* [2. Fallit etiam in statutis, ubi verba propriè sumuntur, Cæpoll. *cons. 2.* Val. Georg. Forster. 2. *O. 9.* Deinde intellige hanc regulam, ut procedat saltem in causis necessariò subordinatis. Hinc licet nominans teneatur pro suo nominato ad officium, non tamen pro successore ab eo iterum nominato *l. 2. C. de pericul. Nominator.* exceptio est in patre, qui tenetur etiam pro successore quem filius nominavit. *l. 2. §. 3. ad municipal.* Brunnem. *ad l. 2. C. de pericul. nominator.*

XIV.

CAUSÆ, & causati idem est judicium, *l. quo minus 2. ff. de fluminib. l. etsi amici 9. ff. ad leg. Jul. de adulter. l. si autem 10. in fin. ff. de aqua pluv. l. non ideo 5. C. de hæred. instit. l. maritus 21. C. de procurat.* Causatum igitur regulatur secundum naturam causæ causantis, Bald. *consil. 150. Proponitur quod, in fine, lib. 5.* Card. Tusch. *d. concl. 138. num. 10.* quia causa ubi pendet, causatum pendet. *l. sed et si quid 22 ff. de usufruct.* Et causa dicitur talis, qualis est causa causans. [seu qualis est causa, talis effectus, Dan. Otto 1. *dial. Jur. c. 3. num. 3.*] Bald. *consil. 84. Dicta causa, lib. 4.* imò causa determinat suum causatum, Surd. *consil. 454. num. 30.* Et causatum regitur à causa suæ causæ, Rot. *decis. 287. num. 1. apud Farin. p. 1. recent.* & regulatur causatum secundum naturam causæ causantis. [text. *in l. adigere 6. §. quamvis, 2. ff. de jur. patron.* Socin. sen. *consil. 24. num. 11. cum seq. vol. 1. incip. Visis ac diligenter.*] Bald. *consil. 84. Dicta causa, lib. 4. & consil. 150. Proponitur, in fin. lib. 5.* quem refert Card. Tusch. *tom. 7. lit. S. conclus. 757. num. 33.* [nec in causato plus inesse potest, quam ab influentia causæ procedit. *c. 1. §. hoc autem. qui feud. dare poss. 1. f. 1.* Unde qui habet causam, habet & causatum. *l. de accessionibus 14. §. 1. de divers. & temp. præscript. Auth. ingress. C. de SS. Eccles. §. quos autem ubi Port. Inst. de bon. poss.* Wes. *p. 1, cons. 50. num. 20.*] At omne jus potentius dicitur in causante, quàm in causato, *l. digna vox. 4. C. de legib.* Castrens. *consil. 421. Quod renunciatio. vers. non obstat. lib. 2.* Wes. *p. 2. cons. 50. num. 20.* ubi quod disposita in causato, magis procedunt in causante, refert Cardin. Tusch. *d. concl. 138. num. 11.* quia non potest plus juris esse in causato, quam in causante. [*c. cum dilecta 4. de confirm. utili.* Ubi enim causa non est efficax, neque causatum efficax erit. *l. cum quis decedens 37. & ibi* Bart. *in pr. & n. 4. gl. in l. si ob turpem. ff. de cond. ob turp. caus. in verb. proxima causa.* Gail. *2. obs. 1. nu. 8.*] Castill. *controvers. lib. 5. p. 2. c. 103. n. 14.*

[Limitatur hæc regula, quod tantum procedat in causa essentiali & necessariò cohærente, fallat in causa per accidens, quæ tantùm occasionem dedit causato, sic ex malis moribus licet per se malis bonæ, tamen sæpè natæ sunt leges. *Tac. 15. A. 20. n. 3.*]

XV.

CAUSA limitata limitatum producit effectum, *l. in agris 16. ff. de acquir. rerum dominio. l. 63. de contr. emt. l. cancellaverat. 2. ff. de ius, quæ in testam. delentur. l. 2.* ubi Bald. *ff. de servis export. l. ex facto. 43. §. item quæro 1. ff. de vulgari, & pupil. substit. l. cum pater 77. §. dulcissimis 20. ff. de legat. 2. l. age cum Geminiano 3. C. de transact. cap. ea noscitur 13. de sent. excom.* [Exempl. elegans *vid. 2. F. 8. vers. quid ergo l. 5. §. 11. de Inst. act.* Tusch. *lit. L. concl. 356. &* Carpz. *decis. 50. n. 13. & decis. 53. n. 7.*] Tiraq. *in tract. cessante causa p. 2. num. 147. & de retractu lig. §. 32. gloss. 1. num. 49.* Surd. *cons. 10. n. 49.* Ugolin. *de offic. & potest. Episcopi. c. 57. §. 2. n. 6. vers. tertiò Episcopus.* Brunor. à Sole. *in locis communibus, verb. causa 9.* Cardos. *in praxi Judicum, & Advocat. eod. verb. num. 3.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 5. proœm. num. 6.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 56. num. 5.* Aloys. Ricc. *in decision. Curiæ Archiepisc. Neapol. p. 1. decis. 29. num. 7.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 31. num. 7.* Cæs. Angel. *de contradict. legit. quæst. 10. num. 168. & num. 244. & q. 4. num. 52. & q. 3. num. 108. & q. 8. n. 11.* Mantic. *decis. 232. n. 9. & decis. 267. num. 4.* Mari. Anton. *var. resolut. lib. 1. resol. 108. n. 18.* Rot. *decis. 690. num. 9. apud* Farin. *p. 1. recent.*

Joan.

Joan. Ant. Mangil. *de imputat. quæst. 51. num. 82.* [Ita in venditione *l. cum ab eo 41. de contrab. empt.* venditor ulterius non tenetur, quam quatenus vendidit jus quod in re habuit *l. qui tabernas 32. ff. de contrab. empt. ibi. & quod demonstravit. l. sed si 18. §. 1. eod.* Nam determinata venditio parit actionem determinato modo non ulterius, *leg. ultra 15. C. de act. emt.* Wes. 4. *consil. 177. num. 15.* Similiter in renunciatione limitata, renunciatio non extenditur ad alium casum *l. qui cum tutoribus 9. §. 1. transact.* Tiraquell. *de jure primogen. quæst. 86. num. 5.* & inclusio quarundam specierum operatur exclusionem reliquarum, Tuscus *concl. 71. lit. b.* Hinc bona descripta ad æstimium, si aliqua sunt registrata, sequitur quod non registrata libera existant. Cravett. *consil. 112. n. 4.* Besold. *cons. 75. n. 30. & n. 35. & 36. ubi ait:* in omnibus dispositionibus verba restringi ad specificata.]

XVI.

Causa proxima magis attenditur quàm remota, *l. sed si plures 10. §. in arrogato 6. ff. de vulgari, & pup. substit. l. ligni 55. in fine. ff. de legat 3.* [*l. 3. de custod. reor. l. 6. §. 3. de procur. C. I. A. pro Emptor. th. 4.*] Tiraq. *de retractu lig. §. 36. gloss. 3. num. 19.* Anch. *consil. 222. Subtiliter. num. 4.* Joseph. Sesse Arag. *decis. 187. num. 68.* Gallet. *in margarita casuum conscient. verb. causa.* Cardin. Tusch. *d. tom. 1. lit. C. conclus. 145. n. 1.* Aloys. Ricc. *in decisionib. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 216. num. 3. pag. 1.* Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc jure 5. de justit. & jure p. 1. cap. 6. num. 54.* Camill. Gallin. *de verbor. signific. lib. 5. cap. 17. num. 7.* Scacc. *de judic. lib. 2. c. 2. n. 484. & seq.* [Seu quod idem, causa immediata magis attenditur quam mediata, Bald. *in l. sub prætextu. C. de transact. per l. si mulier 21. rer. amot.* Barb. *in cap. Raynaldus. num. 186. vers. sextò facit de testam.* Curt. jun. *cons. 1. n. 4. & cons. 2. num. 40.* Cravett. *cons. 131. num. 15. & cons. 144. n. 2. & cons. 163. num. 4.* Ripa *in l. ex facto 43. num. 14. ff. de vulg. & pupill. substit.* Consil. Argent. *vol. 1. consil. 84. n. 118.* Et immediata causa semper potiori loco haberi debet quam mediata *l. interdum 13. §. paterfam. 1. ff. de hæred. instit.* Crav. *resp. 2. progenero, n. 2.* Curt. jun. *consil. 44. num. 5.* Heræa Magon. *decis. Florent. 83. n. 7.* Regner. Sextin. *inter cons. Marp. consil. 14. num. 144. vol. 2.* Bald. *in l. socium qui in 60. §. 1. per illum. text. ff. pro soc.* ubi dicit, causam remotam æquiparari causæ impulsivæ, & non finali *l. qui domum 57. in fin. ff. locat. l. huic scripturæ 15. ff. ad L. Aquil. l. sed etsi 10. §. in arrogato 6. ubi* Bart. *l. qui liberis 8. §. hæc verba 1. ff. de pupill. substit.* & causa remota magis est occasio quam causa, Bart. *in l. uxori. ff. de aur. legat. per text. in l. cum de Lanionis 18. §. Asinam 2. ff. de fund. instruct.* Corn. *cons. 263. post pr. lib. 4. vide latè Cons. Arg. vol. 1. cons. 84. n. 119.* Ideoque & causa proxima semper est inspicienda & sufficit *l. pen. de cond. ob turp. caus.* Sic exempli causa in interdicto de itinere actuque privato Prætor non inquirit, utrum habuerit quis jure servitutem impositam nec ne, sed hoc tantum, (quod proximum est) an itinere actuque hoc anno usus sit *l. 1. §. 2. de itinere actuq. priv.* Sic in SCto Maced. ne quidem pecunia existente creditori actio datur, licet pater vel filiusfamilias ita cum alterius damno locupletetur. *l. 9. §. 2. ubi Castr. ad SC. Maced.*

Limita tamen, quod aliquando spectetur causa remota & initialis. *l. 4. si mensor falsum modum.*] quando non est multum remota, & actus, qui fit, etiam fit contemplatione causæ non multum remotæ, *l. socium, qui in eo 60.* ubi Bart. *ff. pro socio,* Aretin. *consil. 14. Viso & diligenter. col. 4. post med. n. 7. vers. præterea.* refert Card. Tusch. *d. lit. C. concl. 145. n. 6.*

2. Quando sine causa mediata, immediata & proxima esse non potest. Bart. *in l. sed si plures 10. §. in arrogato 6. ff. de vulgari, & pupill.* Aret. *consil. 6. Viso. n. 9. vers. confirmatur ista conclusio.* Card. Tusch. *d. concl. 145. num. 3.* ubi *n. 4.* cum eodem Aretin. *locis citatis* idem dicit, quando causa mediata non est multum remota, quia tunc attenditur sicut proxima, ad quod citari solet, *l. uxori quis 13. inf. de auro & arg. legat.*

[Limita 3. quando ex ea resultare potest aliquis effectus, ut est casus *in l. certi condictio 9. ff. si cert. pet. & ibi* Dec. Fel. *in c. solicitæ de major. & obed.* & ante ipsos latè probat Socin. *in cons. 156. incip. pro fundamento, in 5. col. lib. 2. in gl. in c. quia diversitatem in verbo suspensionis. de concess. præben.* Lud. Gomez. *ad §. rursus. Instit. de action. n. 15.*]

XVII.

Quæcunque causa concernit utilitatem Impetrantis, præsumitur impulsiva; Quæcunque concernit utilitatem concedentis vel tertii, præsumitur finalis. Perez. *C. de his qui à princip. n. 4.*

XVIII.

CAUSA naturalis potentior est quàm accidentalis, *l. qui habet 3. ff. de tutel.*

l. filio quem pater 23. ff. de liber. & posthum. cap. præsenti 34. §. idem de præbend. lib. 6. Anton. Gomez. *var. tom. 1. c. 5. num. 34. & cap. 6. num. 8.* Menoch. *cons. 1. n. 16.* Card. Tusch. *d. tom. 1. lit. C. concl. 147.* Cevall. *commun. contra communes. tom. 4. quæst. 905. num. 53.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana lib. 2. cap. tertio. numer. 20.* Gallet. *in margarita casuum conscient. verb. causa.* Joan. Maria. Novar. *quæst. forens. p. 1. quæst. 143. num. 28.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 802. num. 2.* Fulv. Pacian. *de probat. c. 3. num. 89.* ubi quod sæpe accidens magis quàm natura consideratur, quia accidentia naturam obnubilant. Si enim plures causæ concurrunt, illa quæ est potentior, semper attenditur, Bart. *in quæst. 15. Statuto civitatis Lucanæ, in princ. vers. secundò sic.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. C. conclus. 147. nu. 9.* ubi *num. 10.* ait procedere etiam in præsumptionibus, quia cedunt veritati tanquam potentiori, & inter se una præsumptio potentior tollit aliam minus potentem.

XIX.

CAUSA naturalis & causa accidentalis quando concurrunt, semper naturalis præfertur, *d. l. qui habet.* Abb. *cons. 62. Incontroversia. col. 8. n. 16. lib. 2.* Bart. *in sua quæst. 18. pupillus num. 2. vers. tertiò.* Alex. *cons. 703. Consideratis. num. 6. vers. & quia. lib. 5. & cons. 4. Ponderatis. num. 2. & 3. vers. modò sic. lib. 4.* ubi ait, quod dispositio loquens, quod major succedat, intelligitur de majore natu, & sic de causa, & majoritate naturali, non de accidentali, vel ficta, si verba aliud non suadent. Abb. *cons. 62. num. 10. lib. 2.* Petr. de Anchar. *cons. 37. num. 6. in fine, & num. 7.* ubi ajunt, domicilium originale non mutari propter domicilium habitationis per accidens, quia potentius est naturale, quàm accidentale, refert Card. Tusch. *d. concluf. 147. à princip.* ubi *num. 12.* post Joan. de Imola *cons. 35. num. 7. vers. & primò.* limitat quando naturalis prodest, & accidentalis nocet, quia tunc accidentalis prævalet naturali, seu originali.

XX.

CASU quæ nocet, inspicitur, non quæ prodest, *l. si quis in gravi 3. §. ult. cum l. seq. ff. ad SC. Syllan. l. 3 ff. de suspect. tutor.* Felin. *in cap. 1. col. 5. in 2. limit. de rejudic.* Surd. *cons. 361. n. 16.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. Caus. 14.* [Tiraq. *de retract. conjang. §. 30. gloss. 1. num. 29. vide late* Menoch. *1. recuperand. possess. num. 16. cum seqq. ubi alleg. text. l. ult. Cod. unde vi. l. si coloni 14. C. de Agric. & cens.* Unde si causa odiosa cum favorabili concurrit, odiosa prævalet illaque magis spectanda. Joh. Andr. Gemin. Anchar. & Franc. *in cap. ult. in verb. similibus de V. S. in 6.*] ubi intelligit hujusmodi Axioma procedere, quando ambæ causæ essent æqualis potentiæ, secus quando ea, quæ prodest, esset potior; & per eam actus est factus principaliter, ad hoc est text. *in l. 3. §. si quis palam. ff. de jure fisci.*

XXI.

Nihil fieri debet sine justâ causâ. Itaque Principes non urgente publ. necessitate vel utilitate, ne quidem ob exsolvendum proprium æs alienum Tributa subditis imponere possunt: nisi principes non habeant unde vivant, etiamsi propriâ culpâ egeni facti fuerint. Perez. *C. de annon. & tribut. n. 11. 12. 13, 14.*

XXII.

CAUSA quælibet justa excusat à pœna, *v. axiom. 22.* Doctores *in l. Julianus 60. ff. de condict. indeb.* Bald. *in l. observari 4. §. proficisci 2. ff. de Offic. Proconf.* gloss. *in l. plagii 14. C. ad leg. Flav. de plagiariis.* Dec. *consil. 170. col. fin. in princ.* Socin. *cons. 127. col. 2. lib. 1.* Beroi. *cons. 4. in fin. & cons. 187. in fine, lib. 3.* Franc. Becc. *consil. 102. num. 3.* Alex. *cons. 119. Quæritur. num. 12. vers. secundo pro hoc facit. lib. 2.* ubi quod justa causa excusat à pœna legali, & à condemnatione expensarum, & à mora, ac pœna interitus rei debitæ, & à pœna interesse, seu ab obligatione interesse, Menoch. *remed. 5. recuper. num. 48.* ubi quod causa etiam levis excusat à dolo, Wesenb. *lib. 1. cons. 28. num. 27.* & multo magis à temeritate, & *n. 50.* extendit in dispositione pœnali statuti, *& num. 53.* extendit in crimine falsi, & *n. 56.* quod excusat à contumacia, & aliis delictis, & *num. 57.* quòd excusat à violentia, & *num. 63.* declarat, quod non excusat in aliquo justa causa, quando statutum, vel lex punit delictum, quoquo modo committatur, & *num. 61.* ait, quod injusta causa non excusat à lata culpa, quando delictum ex lata culpa solùm punitur, refert Cardin. Tusch. *d. tom. 1. lit. C. concl. 152. per totam.*

Amplia, ut quælibet causa, etiam grossa & bestialis excuset à pœna conventionali, Paris. *cons. 151. num. 29. lib. 4.* Alex. *cons. 115. num. 15. & seq. lib. 4. & consil. 233. num. 12. lib. 6.* Cravett. *cons. 6. num. 89. & consil. 319. num. 14.* Menoch. *remed. 3. recup. n. 49.* Card. Tusch. *d. concl. 152. num. 30.* & à dolo, & à mora, Jason. *in l. 2. num. 61. & 62. C. de jure emphyt.* Hieron. de Tort. *consil. suo post consilia Anton. de Butr. n. 5.*

circa

circa finem. vers. sed quid fortius. Rot. *dec. 528. num. 7. apud Farinac. p. 2. recent.* ubi quòd causa quælibet etiam bestialis & temeraria excusat à fructuum restitutione. [Sic causam fatuam & injustam excusare etiam in crimine falsi scripserunt Butrig. *in l. plagii. lat. 2. col. 1. vers. & ideo dicit. & Dyn. col. 2. vers. redeo ergo ad quæstionem. C. de plagiar.* ubi ponit exemplum in vendente rem duobus juxta *l. qui duobus 21. ff. ad L. Corn. de falsi.* Bald. *in l. 2. §. quod observari 2. C. de juram. cal.* Marsil. *in l. 1. §. præterea 1. num. 13. ff. ad L. Corn. de Sicar.* Sylvan. *consil. 53. n. 2. lib. 2.* Clar. *in pract. §. fin. quæst. 60. sub vers. & generaliter.* Menoch. *de recup. poss. remed. 5. num. 53. & consil. 98. n. 34. lib. 1.* Honded. *consil. 105. num. 29.* Cacheran. *consil. 68. n. 7.*]

XXIII.

CAUSATIVE multa fiunt, quæ directo non conceduntur, ut latè prosequitur Card. Tusch. *d. tom. 1. lit. C. concl. 161. per totam.*

XXIV.

CAUSA quælibet excusat à dolo. (*v. supra axiom. 20.*) *l. igitur 12. §. 1. ff. de liber. causa. l. 2. ff. de plagiar. l. 1. §. fin. ff. de abig.* Menoch. *de inter. remed. recuper. 5. num. 51. cum seqq. & cons. 28. à num. 16. cons. 31. à num. 8. & 32.* Hippol. *cons. 2. num. 14. & cons. 51. num. 28. & cons. 62. num. 3. & cons. 77. num. 21. & cons. 124. num. 13. & consil. 128. n. 31.* Bonacos. *p. 1. verb. causa quælibet. pag. 22.* Surd. *decis. 89. num. 22.* Farinac. *in praxi crimin. p. 1. quæst. 16. n. 64.* Perez *ad l. 3. titul. 6. libr. 8. ordin. p. 191.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. p. 1. decis. 137. n. 1. & p. 2. decis. 17. n. 12. & decis. 167. num. 4.* & à pœna, *l. igitur. 12. §. potest 2. ff. de liber. causa.* Clar. *§. fin. quæst. 60. num. 21.* Hippol. *cons. 11. n. 10. & in l. 1. C. de Sicar. num. 25.* Gutier. *pract. lib. 1. qvæst. 81. num. 3. cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 17. num. 10. & cap. 102. num. 32.* Gam. Lusit. *decis. 292. num. 11. & decis. 268. n. 1.* Flores de Mena *var. quæst. 21. n. 28.* Aloys. Ricc. *p. 2. decis. 167. n. 4.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 56. num. 133.* Melch. Phœbos Lusit. *decis. 167. n. 4. p. 2.* [Etiamsi sit injusta & fatua, *l. igitur. 12. §. 3. ff. de liberal. caus. gloss. in l. 1. in fin. ff. si quis jus dicenti non obtemp.* Menoch. *de recup. poss. remed. 5. num. 49.* Wes. *cons. 33. n. 6.* Gœdd. *inter Consil. Marpurg. cons. 28. n. 191. vol. 2.* Vult. *inter Cons. Marp. cons. 21. vol. 3. num. 96.* modo sit colorata. *ff. l. 4. §. 1. de liberat. l. sed etsi 25. §. scire. ff. de pet. hered.* Dec. *cons. 37. col. 4.* Jason. *ad l. qui juraſſe. n. 5. ff. de jurejurand.* Pinell. *ad l. 2. p. 2. c. 3. n. 18. in fin. C. de rescind. vend.* Gœdd. *inter Consil. Marp. vol. 3. cons. 33. n. 375.* etiam in feudis, uti placet Borcholt. *c. 8. de feud. num. 23.* Diss. Gothofred. Anton. *disp. 8. th. 6. B.* hinc injustam causam excusare à dolo etiam præsumpto voluit, Gabr post Chascen. quem allegat *l. b. 7. conclus. 8. n. 83.* Honded. *cons. 35. num. 59.* quanquam si agatur in pecuniario interesse partis causa injusta, non excuset. Hond. *consil. 30. num. 60.* & facit quod voluit Bertazol. *in cons. 365. num. 1. & seqq. junct. num. 11. in fin. lib. 1.* dum pluribus probavit ad condemnationem damnorum & interesse non exigi dolum, sed sufficere culpam, à qua quidem culpa causa fatua & injusta non excusabit Menoch. *de recup. poss. remed. 5. num. 62. & de retin. poss. rem. num. 6.* Gabr. *7. concl. 8. n. 77.* idem si actus sit vel à civili notoriè prohibitus. Salicet. *in l. Senatusconsulto. 3. n. 3. C. de his qui sibi adscrib.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 30. num. 60.* Et in terminis ruptæ pacis. Vulpell. *consil. 88. num. 5. & consil. 36. num. 10.* Moron. *de fid. Treug. & pace. q. 114. n. 1. & 7.* Farin. *1. cons. 31. n. 13.* Cæterum de veritate istius canonis accuratè disputatur in Achate sub tit. de dolo. *conf. Armamentarium Justinianeum pag. 223. & seqq.*

CAP. XIII.
De Causâ debendi.

Quoties obligatio causam debendi non continet, toties est vitiosa. *l. generaliter 13. C. de non num. pecun. & cap. si cautio. 14. X. de fid. Instrum.*

Ratio: quia omissâ causâ promissio censetur ex errore facta, & sic nulla est ob defectum naturalis consensus *l. 15. ff. de Jurisd.* Gail. *L. 2. obs. 13. n. 10.*

Non igitur valet: debeo seu promitto tibi mille. E contra valet: debeo tibi mille ex emto. *Conf. l. cum de indebito. 25. ff. de probat.*

Amplia: ut etiam procedat, licet non sit meritoria causa, sed sufficit liberalis.

Limita (1.) nisi Creditor causam probaverit. *d. l. 25. §. fin.* (2.) nisi appareat animus donandi. *conf.* Brunnem. *ad d. l. 13. C. de non num. pecun.* Ut etiam interdum præsumatur, scil. in piis causis, v. g. fateor me debere Ecclesiæ 1000. *vid.* Brunnem. *ad Wesenb. Tit. ff. de fid. Instrum. quæst. 7.*

CAP. XIV.
De Causâ possessionis.

Quicunque causam suæ possessionis ab alio habet, ille eandem mutare nequit *l. 3. §. 19. ff. de acquir. possess.*

Ratio: ne alioquin contingat verum Dominum sine culpâ rei suæ possessione defraudari.

Hinc igitur Colonus, Depositarius, Commodatarius non potest rem ipsis traditam ullo titulo usucapere. *conf.* Brunnem. *ad L. 2. C. de præscr. 30. ann.*

Limita, ut procedat, nisi extrinsecus accesserit factum, ex quo possessio sit immutata.

CAP. XV.
De Causæ cognitione.
Axioma I.

Quicquid ex causa fieri debet, id causæ cognitione opus habet. *l. in causæ verb. cognita causa. ff. de minor.* Wesenb. *consil. 7. n. 7.* Siquidem causæ cognitio à jure naturæ procedit, ut ait Bald. *in l. judex. C. commin. & epist.* cum Lex naturæ suadeat sine causa alterius jus tollendum non esse, *l. 2. ff. de his qui sunt sui jur. c. sine culpa 24. de Reg. Jur. in 6.* quo pertinet quod Apostolus *Paulus 1. Timoth. 5.* admonet judices, ne aliquid faciant sine præjudicio, h.e. sine causæ cognitione & diligenti examinatione. Versatur enim cognitio in audiendo partes & considerando jura ipsorum, ut ait Socin. jun. *cons. 32. num. 26. vol. 1.* Cephal. *cons. 89. num. 3. vol. 1.* Eaque ita demum fiunt, si partes citantur, eorum jura audiuntur, ordo judicii servatur, statuuntur termini, & hinc inde deducuntur exceptiones & replicationes; ut summatim hæc est complexus Menoch. *cons. 629. num. 11. vol. 7. & 1. arb. jud. 19.* Et in specie quod in causæ cognitione desideretur ante omnia citatio partium, tradit Gozard. *cons. 2. num. 15. & cons. 92. n. 3.* Hinc est ut judex sine causæ cognitione procedens non censeatur judex esse, sed privatus, ac proinde ei obediendum non sit, Felin. *in c. Ecclesia S. Mariæ col. 12. de constit.* Hyppol. de Marsil. *in sua pract. §. successive. num. 3.* dicens, quod judex non observans juris ordinem vel debitam consuetudinem redigatur ad instar privati, nec juvetur ratione officii, cum in illud deliquerit contra naturam ipsius officii; quam ob causam casus dicitur insolitus & inopinatus, si ordine judiciario non servato procedatur. Natta *cons. 45. num. 22. vol. 3.* quo accedit, quod voluit Bald. *in l. Ictus fustium 22. in fin. ff. de his qui not. infam.* Judicem, qui extra ordinem procedit, dici procedere de facto. Unde Bald. *in c. 1. §. injuria seu furtum. & ibid. Afflict. num. 10. de pac. ten. 2. f. 53.* Quod cognoscere juris ordine non servatô, sit jus alterius auferre. Ex quo decretum interpositum sine causæ cognitione nullum esse concludunt Bart. & Salicet. *in l. 1. C. si adverf. donat. vid.* Vult. *inter Consil. Marpurg. cons. 21. num. 121. vol. 3.*

II.

Causa cognita dicitur ubi princeps decretum interponit. *l. cum hi. §. vult igitur ff. de Transf. Dec. cons. 403.* quod procedit, si a principio, secus si ex postfacto. *ibid. n. 41.*

CAP. XVI.
De Causæ continentia.
Axioma I.

Causa ibi finienda, ubi agi est cœpta *l. ubi accepta 30. ff. de judic.* nec potest causa semel delata ad judicem, qui partibus boni viri fungitur, Bart. *in l. societatem. §. arbitrorum. num. 4. ff. pro soc. per l. continuus 137. §. cum ita 2. de Verb. Obl. l. vir bonus 18. judic. solv. gloss. in cap. potuit, in verb. tutori. extr. de locat.* ad arbitros revocari. *l. Etsi 16. §. fin. cum ll. seqq. de recept. arbitr.* Wesenb. *cons. 66. num 17. p. 2.* quod procedit etiamsi partes haberent diversos judices, vel quoties ad diversas jurisdictiones pertinet. Specul. *tit. de act. seu petit. §. super petitionibus. num. 15. & de compet. judic. addit. §. 1. num. 35. fac. l. omnes 5. C. arbitr. tut. l. cognitio 8. §. si plures. ff. de liberal. caus.* nedum in civilibus *l. nulli 10. C. de judic.* verum etiam in criminalibus, *l. qui de crimine 9. C. de accusat.* Farin. *1. cons. 85. num. 134.* Mynsi. *1. obs. 97.* Gail. *1. obs. 32.* imò & in feudalibus, Bald. *c. 1. num. 13. de contr. feud. ap. par. term. 2. f. 16.* Wesenb. *cons. 41. num. 46.* Gilman. *4. vol. 28. num. 8. & 9.*

Ratione enim connexitatis & conjunctionis causæ ac dispendii incommoditatis & perplexitatis evitandæ ad eundem judicem iri debet, adeo ut qui cognoscit de uno, possit & reliquum cognoscere, nec opponi possit regulariter exceptio incompetentiæ, Bald. *in l. cum Papinianus. C. de sentent.* Felin. *in cap. præterea vers. nota quod uno concesso. de offic. deleg.* dummodo judex sit capax cognitionis incidentis quæstionis. *cap. lator 5. qui fil. sint legitim.* Hinc denegari debet ei audientia, qui causæ continentiam dividit, Costal. *ad l. 1. ff. de quibus reb. ad eund. jud.* & judicis arbitrio puniendum reliquit, Menoch. 2. *arb. quæst. 371.*

Hoc tamen limita, 1. si tempore divisionis nihil fuit oppositum. Felin. *cap. ult. n. 8. de judic.* Menoch. *d. cas. num. 20.* 2. quando actor & reus essent diversi fori, Cravett. *cons. 258. num. 7.* Franc. de March. *quæst. 77. num. 4. p. 1.* 2. quando reus conventus esset contumax. Jason. *in d. l. nulli. n. 6. vers. 3.* 4. quando judex non haberet jurisdictionem super totâ lite, tunc ex necessitate oportet dividere, & alterum adire, Menoch. *d. cas. num. 23.* 5. si juramentum interveniisset in promissione, tunc uterque tam Ecclesiasticus & Laicus adiri poterit. Jason. *d. num. 6.* 6. si procederetur in Executivis, Menoch. *d. cas. 371. num. 25.*

II.

CAUSÆ continentia dividi non debet, *l. nulli 10. C. de judic. cap. fin. de rescript.* Bart. *in l. cum quem temere 79. in fine principii. ff. de judiciis. & in l. à Divo Pio 15. §. 1. num. 2. ff. de re judic.* Boër. *decis. 69. num. 24. & 25.* Lap. *alleg. 79. In Dei nomine. num. 7.* Menoch. *de arbitr. casu 371. num. 2. cum seq. & cons. 130. n. 1.* Alex. *cons. 65. In causa. num. 11. lib. 7.* Cardin. Tusch. *d. tom. 1. lit. C. conclus. 159. & tom. 2. conclus. 976.* ubi limitat in causis dividuis, Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib. 3. c. 3. num. 13.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 4. tit. de judic. resol. 3. à num. 1.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Camera*

Camer. Imper. lib. 1. concl. 32. & 33. Camill. Borell. *in sum. omnium decis. tom. 2. tit. 33. num. 286.* Joan. Maria. Novar. *in praxi elect. & variat. fori. quæst. 7. sect. 1. num. 8.* Mari. Giurba *cons. crim. 80. num. 26.*

CAP. XVII.

De Cautione, Cautela.

Axioma I.

Quoties res, de qua litigatur, incerta est, & indefinita, toties cavendum fidejussoribus; quoties verò certa, toties pignoribus.

Ratio: quia pignorum certa æstimatio est: ergò si incertum quid petatur, illa non admittenda, cum alioquin facilè lædi possit ille, cui per pignora cautum. Ita ergò Tutores fidejussoribus cavere tenentur *l. 4. §. 4. ff. rem pupilli salvam for.* quia incertum est, quantum damni sint daturi.

Declar. Moribus tamen in rebus etiam incertis pignora in subsidium admittuntur. *Carpz. P. 1. Const. 5. def. 7. & in Pr. Crim. P. 3. q. 112. n. 18. Conf. Hahn. ad Wesenb. ff. qui satisd. cog.*

II.

Quoties alio modo vir honestus cavere potest, toties ad juratoriam cautionem non admittitur.

Ratio: quia cautio juratoria saltem est subsidiaria, neque cuiquam nisi illustribus personis regulariter concessa *l. 17. C. de dignit.* Quicunque igitur hodiè juraverit, se credere, se non reperire posse fidejussorem, ille sub hâc cautione erit admittendus. *Nov. 112. c. 2. & Nov. 114.*

Declar. ut præprimis procedat in actore, contra quem non facilis est fugæ suspicio, secus est in reo, contra quem facilius arestum decerni potest.

III.

Quicunque bona immobilia jure dominii directi vel utilis sub eodem principe possidet, ille ad satisdandum non compellitur *l. sciendum 15. ff. qui satisd. cog.*

Ratio: quia in hôc deficit fugæ suspicio, ob quam præcipuè exigitur satisdatio. Nec difficilis hoc casu est sententiæ executio.

Exempl. non ergò satisdat Emphyteuta *d. l. 15. §. 1.* nec hujus exemplo vasallus, sicut nec nudus proprietarius nec obæratus. *Carpz. p. 1. c. 5. def. 14.* E contra satisdat usufructuarius *d. l. 15. §. 1.* & creditor pignoratitius. *d. l. §. 2.* quia hi non habent dominium directum vel utile, sed rem tantùm naturaliter possident. *l. 12. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poss.*

Declar. ut procedat (1) in civiliter immobilibus ut in annuis reditibus. *Carpz. d. Const. 5. def. 16. 18. & 19.* Quorsum referenda rei vindicatio ad rem immobilem competens *d. l. 15. §. 4.* (2) ut præprimis procedat in cautione de judicio sisti, non etiam in cautione de judicato solvendo. *Conf. Disputatio Dn. Lauterbachii ad d. l. fejendum. quæ extat volum. 1. disput.*

IV.

Cautionis vocabulum à Lege prolatum accipitur de idonea, v. c. quæ sit cum fidejussoribus, *l. si creditores 31. ff. de reb. aut. jud. possid. l. universa. 4. C. de prec. Imper. offer.* Guid. Papian. *decis. 249. num. 1.* Gail. *2 obs. 47. num. 4.* Idonea enim cautio in Jure dicitur quæ fit datis fidejussoribus vel pignoribus. *l. si mandato 59. §. ult. in fin. ff. mandat. ubi gloss. in verb. accepta. l. 4. §. si sub conditione. ff. de fideicomm. lib. l. si debitori 21. ff. de judic. ubi gloss. in verb. competenti.* Quanquam Bald. *in l. universa. C. de prec. Imp. off.* quæ cautio idonea & sufficiens sit, judicis arbitrio relinquat, *per gloss. in cap. ex publico. in gloss 2. de conversi. conjug.* Diss. tamen Ant. Corset. *in sing. 42. in verb. cautio.* incipit cautio simpliciter, ubi inquit Baldum in *d. l. universa.* malè sensisse, quia cautio idonea intelligitur, si pignora vel fidejussores præstentur, ex *d. l. si mandato Titii 59. §. ult. ff. mand. d. l. 4. §. adjici 8. de fideicomm. libert.* Si itaque vel fidejussores vel pignora præstare debitor potest, ejus est electio quorum alterum præstet. *cap. in alternativis 70. de Reg. Jur.* Non ergo est in judicis arbitrio, sed in electione debitoris, quare, inquit, si debitor fidejussorem idoneum præstiterit, non poterit eum recusare petendo velle pignus dari, subjicit tamen Baldum loqui & intelligi posse, cum de idoneitate dubium est, quoniam judex tunc arbitrari poterit dicendo, volo quod des pignora, & non fidejussores. Menoch. *2. arb. judic. cas. 142. num. 3.* Sed hæc expositio propriè ad clausulas pertinet, ubi hac de re tractabitur amplius.

V.

Qui promovetur ad officium publicum, maximè quod in administratione pecuniæ consistit, satisdare debet: adeò ut cautione non præstitâ frustra postulet cautiones approbatorias *l. 14. C. de murilegul.* ne quidem post gestum jam officium. *l. 6. §. 1. de muner. l. 1. C. de debit. Civ.* & hoc, licet compulsi fuerint ad administrationem *l. f. §. f. ad municipal.* Curator Calendarii tamen ex inquisitione datus non cavebat *l. fin. §. 7. de admin. rer. ad civit. pertin.* Hodie omnes officiales quidem juramentum præstant: se pro justitiæ ratione injunctam sibi sollicitudinem peracturos, *l. 16. C. de erogat. milit. ann.* non tamen omnes satisdationem præstant, præsertim constituti à principe, aut si locupletes electi sint & fundos possideant. *Perez. C. de Murileg. n. 15. seq. & n. 25. l. 7. C. de fund. Patrim. Brunnem. ad l. 14. C. de Murileg.* & rarò hodiè, sed minus benè, officiales non præstant Cautionem. *Perez. C. de peric. Nominat. n. 8.*

VI.

Cautio ab initio non petita posteà exigi nequit: Hinc licet Fiscus ab eo, qui fundum patrimonialem in Emphyteusin à principe suscipit, cautionem pro canone exigere debeat, *l. 7. C. de fundo patrim.* Si tamen ab Emphyteuta in possessione retento exacta non fuerit cautio, non ideò ei fundus auferendus, sed diuturnitate temporis defenditur *l. 11. C. eod. ibique Perez. n. 14. 15.*

VII. Cau-

VII.

Cautio obligatoria sine expressione causæ utroque jure est inefficax etiam stipulatione interveniente, ut puta, promittes? promitto, etsi desuper instrumentum confectum sit. text. *in c. si cautio 14. de fide instr. & ibi* Felin. *num. 1. l. cum de indebito. 25. §. fin. ff. de probat.* Roman. *in l. generaliter n. 5. ff. de V. O.* Gail. *2. obs. 13. num. 9.* Cum cautio sine causa extorqueri non debeat. Aretin. *in l. 2. solut. matrim.* Alex. *in l. stipulatio num. n. 12. V. O. per l. hæc stipulatio 14. §. 1. ff. ut leg. nom. cav.* quæ autem sit justa præstandæ cautionis causa, illud judicis arbitrio relinquitur. gloss. *in l. omnibus & gloss. in l. ult. ff. de judic.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 148. n. 1. & 2. v. infra Obligatio.*

VIII.

Cautio (seu provisio aut pactio) privata non adimit beneficium *l. penult. quæ in fraud. cred.* Don. *9. comm. 15.* Excipiuntur casus *l. ult. §. 14. C. de jur. delib. & l. ult. C. de pact. convent.*

IX.

Cautione nemo onerandus est supervacua *l. hæc stipulatio 14. in fin. ut leg. nom. cav.* Cujac. *ad l. 29. fam. ercisc.* utile tamen sæpè etiam expresse cautiones adjicere, etiamsi jure communi provisum sit. *arg. l. 54. §. 1. ff. locat.*

X.

Cautionis beneficio multa impetrantur quæ aliàs non concederentur, *l. 3. & 4. ff. de usufr. ear. rer. l. 7. ff. de cond. & dem. l. 18. de usufruct. leg. ubi C. A. thes. 2.*

XI.

Contractus cautè ineundi. Unde merito observanda Severi & Antonini Admonitio. *in l. 2. C. de furt. disce cautius negotiari.* Wesemb. *in Parat. Cod. de rest. milit.* omnes contractus sunt captionibus obnoxii, juxta Horatium *lib. 2. serm. Satyr. 3.*

adde cicutæ
Nodosi tabulas centum: mille adde catenas,
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Protheus.

JCti enim est addere catenas, i. e. cautiones & vincula obligationum. Et ob id nodosus dicitur, quod adhibeatur in vinciendis omnibus obligationibus. Ovid. *in epist. ad Lydig. vid.* Cujac. *in recit. C. ad tit. de R. V. A. §. 1. p. 316. in fin.* Captiosæ tamen cautelæ in præjudicium juris alterius interpositæ non sunt ferendæ. Gail. *de Arrest. c. 1. in fin. & c. 11. num. ult.*

XII.

Cautio intelligitur secundum naturam actus super quo interponitur. *fac. l. si stipulatus in pr. de usur.* Alex. Imol. *ad l. 54. ff. ad SC. Trebell. n. 6.*

XIII.

Cautio, quando non debet interponi in actu, si tamen interponatur & contrarium fiat, non committitur, ut determinat *And. in const. si damna. in verb. si personarum levium* per text. *in l. 24. §. viva. ff. de damn. inf.*

XIV.

Ad cautionem de non offendendo Judex ex officio quem cogere potest. *Asin. de execut. §. 3. c. 131.*

XV.

Cautio prætoria non interponitur ut plus exigi possit, quam de jure debeatur: sed solum ut sit tantum de eo quod de jure debetur fac. *l. 1. §. si quis sub conditione 14. ut leg. nom. cav. & l. si legati servi nomine 56. de leg. 1.* Imol. *ad l. 54. ff. ad SC. Trebell. n. 5.*

XVI.

Cautio interposita post rem judicatam nullius est effectus, sed facto & solutione opus est, ne sc. victus litem iterum refricet, & instauret. Bald. *in Auth. Et qui jurat. num. 20. de bon. auth. jud. poss.* Cravet. *consil. 204. num. 7.*

CAP. XIIX.

De Cautione rati.

Axioma I.

Quoties nullo in mandato defectus, toties ille per cautionem de rato suppletur.

Ratio: quia sic dubium quadantenus est mandatum. Hinc cautione de rato opus, ut per illam dubietas elidatur.

Exempl. ita ergo si mandatum non fuisset sigillo munitum; si hic vel ille actus in specie non fuerit procuratori commissus, cautio de rato ideò potest exigi *l. 1. C. de procur.* Idem si contra mandatum producatur. *Wurmf. L. 1. obs. forens. tit. 10. obs. 2. & 3.*

Limit. ut non procedat, quoties causa vel actus speciale mandatum requirit. *Brunn. ad l. 1. C. de procur. in fin.*

II.

Quoties nullus in mandato defectus, toties cautione de rato non est opus.

Ratio: quia Dominus litis tenetur factum procuratoris jure Mandati ratihabere. *l. un. C. de satisdand.* de quo quidem hodie minus dubium, cum ex Praxi notoriâ omnibus mandatis nunc inseri soleat clausula rati.

De Celatione v. infra de Occultatione.

CAP. XIX.

De Celeritate. *v. infra* Festinatio.

Axioma I.

Celeritate conjungendarum inter se actionum sæpe una actio occultatur & subripitur. *l. 3. §. 12. de donat. inter vir. & uxor. 66. de hered. instit.* Sic celeritate conjungendorum extremorum medium sæpè occultatur aut transcenditur, re transactâ brevi manu, ut Dd. loquuntur, & Liv. *l. 32.* transcendendo media summa continuans imis. neque enim possunt duo extrema esse sine medio, quod vel fingatur, vel intellectu apprehendatur. Cujac. *in Papin. l. 12. Respons. l. 31. §. 1. de donat. Betsch. ad te 2. f. 45. not. 2.*

II. Quod

II.

Quod celeritatis beneficio inventum est, non subdendum injuriis tarditatis. Jac. Cujac. *in parat. Cod. si de moment. poss. fuer. appell. & lib. 1. obs. 20.* Unde est, quod à sententia in summarissimo (ut Dd. loquuntur) possessorio lata, non liceat nec appellare nec leuterare. Carpzov. *p. 1. constit. 19. def. 24.*

III.

Celeritas in belli, tarditas in pacis negotiis prævalet. *Perez. Cod. de Comit. rei milit. n. 7.*

CAP. XX.
De Censu.

Axioma I.

Per receptionem Canonis & Census probatur Dominium *l. 19. C. de R. V. Brunnem. ad l. 20. C. de Agric. & Censit. n. 1.*

II.

Ob sterilitatem vel bellicos tumultus ad remissionem Canonis Emphyteuta agere non potest, nisi planè fundo uti non possit; Canon enim non pro fructibus, sed in recognitionem dominii datur. *Brunnem. ad l. 16. C. de omni agro deserto l. 3. C. de fund. patrimon. ibique Brunnem. n. 1.*

CAP. XXI.
Certus, Certum, Certioratio, *v. infra verbo jus, axiom. 2.*

Axioma I.

Certis modis contrahitur obligatio & dissolvitur. *l. exceptiones 7. §. 1. de Except. l. 52. de O. & A. l. 44. §. 1. vers. placet. Eod.*; et hæc decidendi ratio Impp. Diocletiano & Maximiano valde est familiaris, ut adparet *ex l. 20. C. de pact. l. 5. C. de pact. conv. l. 8. Cod. de ingen. manum l. 7. Cod. de sentent. & interloc. l. 12. & 13. C. de probat.* Ubi ratio quidem ista est criptica, sed tamen arguta. Dn. D. Bitsch. *in Comm. MS. add. l. 13. & l. 8.* ibi: certi sunt modi quibus matrimonium dirimitur. *ff. de his qui sui*) Sic sunt certa Vasallorum servitia, nec ultra Vasallus compelli potest. Heig. *1. quæst. 18. n. 15.* certi etiam modi quibus feudum amittitur. *2. f. 23.* si certæ & receptæ sunt excusationum & immunitatum causæ. *l. 2. §. 7. ff. de vac. & excus. mun.* Unde quia sunt certi modi ut constituendæ, ita & tollendæ obligationis, etiam necessum fuit ita definiri: Hinc ita colligere licet, quemadmodum Marcus Tullius *pro Cæcin.* Si per has rationes liberari majores voluerunt, intelligimus alio modo noluisse nos liberari, Cuj. *in recit. C. ad l. 5. C. de pact. p. 49.*

II.

Paria sunt quem esse certum vel posse certificari, Steph. Bertrand. *cons. 218. n. 15. lib. 2.* Alberic. de Rosat. *in l. si quis in gravi 9. si quis ignorans. num. 3. ad SC. Syllan.* Adr. Gylman. *4. vot. 27. num. 102.* certior autem factus non dicitur, cui non omnes rei circumstantiæ atque causæ diluciде sunt expositæ, Tiraq. *de retr. prox. §. 36. gloss. 2. n. 30. per Clem. causam 3. ubi* Imola *de Elect. c. concertationi. 8. ubi gloss. verb. sciverit de appellat. in 6.* Wes. *p. 1. cons. 43. num. 30.* Ea tamen facta non præsumitur. Bald. *in l. 1. n. 4. C. ad SC. Vellej. per l. sciendum 30. de Verb. Obl.* Est enim Facti Jas. *in Auth. sacramenta C. si adv. vendit. num. 55.* Facta autem non præsumuntur, sed probantur *l. asseveratio 10. C. de non num. pecun.* Et est certioratio solennitas extrinseca Jas. *præal. loco n. 59.* quæ nunquam præsumitur *l. quæcunque 13. §. fin. de publ. in rem.* Wes. *p. 1. cons. 23. n. 9.*

III.

Actiones nostræ certæ esse debent. Hæc sententia non modo à Jurisconsultis, sed & Theologis probatur. Eleganter P. Martyr *in Comment. 1. ad quæst. D. Paul. ad Corinth. cap. 9. vers. 26. p. 123.* ubi ex his docemur, inquit, actiones nostras non oportere vagas & incertas esse, cum perpetuo ad præstitutum finem dirigendæ sint: nisi velimus frustra sudare. Liberant ictus pugiles, ne illis pereant, quibus nos non debemus esse minus diligentes in nostris rebus ad justum finem detorquendis. Non est tantum verbis, sed reipsa præstandum quod profitemur. Hoc ergo licet in omni actione humana proceedat, cum primis tamen in actionibus judicialibus locum sibi vindicat, præsertim ubi in criminalibus versamur; hic enim vel maximè certum actorem esse oportet, nec temere in criminibus decet vagari. *l. 16. de dolo. ubi vid. Cujac. in Paul. lib. 15. ad Ed. l. 7. de injur.*

IV.

CERTUS qui est, amplius certiorari non debet, sicut nec is qui semel certioratus est, *l. 1. in fin. de act. empt. vend.* ubi gloss. *verbo qui non ignoravit.* quia certioratio sit ad finem, ut quis sciat; ergo si scit, non requiritur certioratio, *l. 16. ubi gl. verb. imputari. C. de Ep. aud. l. qui jure 7. de test. mil. l. 5. ff. de action. emt. cap. cum qui 31. de regulis Juris, lib. 6.* gloss. *verb. cognoverunt. in princ. in cap. cum inter 18. de elect.* Tiraq. *de retractu. lig. gloss. 2. §. 36. num. 24.* Rimin. jun. *cons. 238. nu. 37. volum. 3.* Gemin. *consil. 23. num. 5.* ubi ampliat in actibus de sui natura prohibitis, quia sufficit, ut quis sciat quomodocunque, etiamsi non sequatur intimatio prohibitionis: & *num. 13. vers. item quando.* ampliat, ut procedat etiam in casibus, in quibus requiritur insinuatio, & intimatio, quando quis habet plenam notitiam, quia non requiritur alia certioratio, & intimatio. Surd. *cons. 272. num. 12. & decis. 288. num. 44.* Menoch. *consil. 825. num. 11. lib. 9.* Thesaur. *decis. 221. in fine.* Card. Tusch. *practic. concl. tom. 1. lit. C. concl. 198. à princ.* Joan. Baptist. Costa *de scientia & ignorantia, inspect. 70. per tot.* Stephan. Gratian.

tian. *discept. forens. tom. 4. c. 478. num. 3.* Alphons. de Narbon. *lib. 17. gloss. 5. n. 7. tit. 18. lib. 4. Recop.* Adde Bald. *in l. Celsus. pag. 3. num. 22. de usucap.* Wesenb. *p. 2. consil. 52. n. 7.*]

Declara multipliciter cum Alex. *cons. 27. Viso themate, in princip. lib. 6. & cons. 138. Viso puncto, lib. 7.* Anton. Fab. *in rat. decid. ad l. 4. de pign. act.* ut scilicet quando denunciatio, intimatio, vel certioratio fit solùm ad finem, ut quis sciat, tunc sufficiat, quod quis sciat, & isto casu certus non debet certiorari; si vero certioratio est de substantia vel forma, [ut aliquid fiat vel non fiat, *post Azon. & Bartol. Mævius part. 2. jur. Lubec. tit. 2. artic. 28. n. 22.*] prout quando lex mandat denunciari, aliàs actus sit nullus, tunc non sufficit scientia, sed debet fieri denunciatio ei, qui certus est. Vel alio modo, ut scilicet quando notificatio & intimatio fit, ut quis reddatur certus de aliquo, tunc si ipse, cui debet fieri, sciat aliunde, non sit necessaria alia notificatio, vel certioratio; si vero fiat ad incitandum notificatum, ut aliquid faciat; vel ad prohibendum, ne aliquid faciat, tunc non sufficiat scientia; & quando res esset dubia, an sit facienda ad effectum notificandi, ut sit certus, an vero incitandi, ut aliquid faciat, vel non, in dubio præsumitur ut certus reddatur, adeò quod si sciat aliunde is, cui debet fieri notificatio, tunc non sit necessaria. Vel denique distingvi potest aut intimatio vel denunciatio requiritur ad commodum denunciantis, aut requiritur ad commodum denunciati. Primo casu, si ad commodum denunciantis, tunc si agitur, ut ex notificatione jus acquirat, vel ut notificatus pœnam, vel moram incurrat, non sufficit sola scientia notificati; si verò agitur solùm, ut notificatus incidat in malam fidem, sola scientia sufficit. [fac. text. *l. 3. §. 6. de lib. hom. exhib.* ubi is, qui nescit apud se esse hominem liberum, dolo malo carere, sed ubi certioratus retinet, dolo malo non carere dicitur.] Si vero agitur, ut fiat denunciatio ad commodum ejus, cui denunciatur, semper sufficit sola scientia, refert Card. Tusch. *dict. concl. 199. n. 8. cum seqq.* Limitatur tamen regula principalis, quando præter scientiam factum requiritur, *l. denunciasse 17. §. quid ergo. ff. ad leg. Jul. de adulter.* Ripa *in cap. cum M. Ferrariensis 9. num. 166. de constitut.* Joan. Bapt. Costa *de inspect. 70. num. 9.* Surd. *consil. 371. num. 73.* Fach. *1. contr. 35.*

V.

[Certum dicitur, cujus species vel quantitas, quæ in obligatione versatur, aut nomine suo aut ea demonstratione quæ nominis vice fungitur, qualis quantave sit, ostenditur. *l. certum 6. de reb. cred. l. stipulationum. 2. §. 1. de Verb. Obligat. §. incertis. 25. vers. sub certa demonstratione. §. 29. vers. nomina Inst. de legat.* (*v. infra de Expresso*) Regner. Sixtin. *inter Consil. Marpurg. cons. 11. vol. 1. num. 10.*] vel etiam id quod fit per relationem ad aliud certum, *l. ubi autem, 75. §. illud. 4.* ubi Jason. *not. 1. ff. de Verb. Oblig.* [*l. 14. de constit. pec. l. 2. §. ult. si pars hered. pet. l. 1. & tot. tit. C. de sentent. quæ sine cert. quant.* cum paria sint aliquid esse certum se vel per relationem ad aliud, *l. esse toto 77.* ubi Dd. *de hered. instit.* Exemplum elegans *in l. hæc venditio. 7. §. 1. ibique Mudæus pag. 92. num. 1. de contrah. emt.* Wes. *p. 1. cons. 4. num. 7.*] Vincent. Caroc. *sing. 301.* ubi intelligit si simpliciter certum aliquid lex requirat, secus si certum & expressum, quo casu ait non sufficere per relationem, nec in genere [Unde & certum dicitur non solum id quod proprio nomine appellatur, sed etiam quod nomine officii vel alia demonstrationis designatione. *l. quoties 9. §. si quis 8. de hered. instit.* Paris. *cons. ult. num. 46. & seq. lib 3.* Deinde certum quid esse potest vel ratione speciei, vel ratione nostri, *§. 6. Instit. de V. O. l. 7. §. de contr. empt. C. I. A. de contro. empt.* Sufficit enim aliquod actum fuisse per rerum naturam, etsi nobis fuerit ignotum. *d. §. conditiones. 6. de V. O. l. respiciendum 38. de reb. credit.* non tamen ita certum videtur esse, cujus quantitas aliunde metienda est, quam quod à contrahentibus exprimitur. Licet enim lege certà usurarum justa quantitas definita sit, non sufficit tamen de usuris tantum pacto convenisse: nam nisi certa summa vel quantitas usurarum expressa sit, non poterit à Creditore pignus usurarum nomine retineri. *l. 22. C. de usur. Perez. C. de fiscal. usur. n. 7.*

VI.

Certum tenendum & incertum dimittendum, quia quod certius est, *tutius est.* Spec. *de actore. vers. porro. vid. can. si quis 4. §. 1. in fin. dist. 7. de pœnit.* Meichsner. *tom. 3. decis. 6. num. 69.*] Nunquam autem temere certa pro incertis dimittenda sunt, *l. cum Titia 55. ff. ad leg. Falcid. l. non quemadmodum 35. ff. de judic. l. si idem 11. §. 1 de jurisdict. l. 1. de in lit. jurand. l. pactum 17. C. de pact.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 5. c. 884. n. 28.*

CAP.

CAP. XXII.
De Cessione, cessionariis.

Axioma I.

Cessio semper & ubique est concessa. Excipe 1. ubi in specie reperitur prohibita. *tot. tit. ff. & C. de hered. vend. l. 1. & 2. ubi* Jason. *C. ne lic. potent. l. 2. C. ubi* gloss. & Bald. *C. de litig.* 2. ubi causa finalis contractus obstat, cur cedi non debeat. *l. quia perinde 42. §. 1. ff. ad SC. Trebell. Dyn. in c. privilegium de reg. Jur. l. ex pluribus 42. ff. de admin. tut. l. Cerdonem 4. ff. de oper. libert. l. non solum 67. §. si puella 5. ff. de rit. nupt.* Gœdd. *inter Consil. Marpurg. conf. 28. vol. 1. n. 26.* 3. Quando tantum fit, ut alii officiat; cessio enim jurium tum demum valet, quando fit eo animo, ut cedenti proficiat, Bald. *in l. per diversas 22. C. mandat. num. 28. qu. 12. col. 5.* Pacian. *conf. 85. n. 25.* Imò licet in dubio præsumatur esse simulata hæc præsumptio, tamen cessat, quando apparet in contrarium de veritate cessionis, quæ facta sit palàm & publicè, vel inter honestos viros Pacian. *de conf. n. 88.* Licet etiam jus commune prohibeat fieri cessiones jurium in potentiorem, hoc tamen intelligitur verum, quando quis cessit ea intentione, ut potentior appareret alteri parti terribilior, sed si bona fide facta prædicta cessio, nec potentior vult apparere terribilior, tunc prohibitio locum non habet, sed cessio valet. Spec. *in §. 1. n. 4. vers. quod autem dixi de cess.* Socin. *conf. 170. col. 3. vers. & probatur. vol. 1.* Pacian. *d. conf. 88. n. 40. cum seqq.*

II.

Omne quod est transmissibile, est etiam cessibile. *l. ex pluribus 42. ff. de admin. tut.* Rip. *in cap. sæpè n. 25. de restit. spoliat.* adeò ut omne jus, quod competit cedenti cessione factâ, competat cessionario, ut probat Menoch. *conf. 416. n. 21. vol. 5.* & actio, quæ competebat cedenti, competere incipiat ei, qui jure cedentis sui utitur per gloss. *in l. Aristo. ff. quæ res pign. oblig. & in l. 1. C. qui in prior. cred. loc.* Vultej. *inter Conf. Marpurg. conf. 30. n. 83. vol. 7.* nam cedens omnia jura, beneficia & privilegia transfert in cessionarium. Cothmann. *Resp. 54.*

III.

Cessio sola sine constituto non transfert possessionem neque dominium absque traditione, ut plenè deduxit Natt. *in conf. 398. Reverendus n. 25. vers. demum quod per hanc. vol. 2. & conf. 399. postquam. n. 5. vers. quia respondeo. vol. 2.* Pacian. *conf. 16.*

IV.

Cessionarius utitur jure cedentis. *l. Emptor 5. ubi* Bald. *notab. 1. C. de hered. vend. &* Bald. *in l. per diversas 22. C. mand.* Jason. *in l. si emancipati. n. 13. cum seqq. C. de collat.* Wesenb. *conf. 2. n. 55.* Ideoque cessio nihil operatur, nisi constet de jure cedentis, unde si cessionarius jure cesso uti velit, cessionis instrumentum exhibere tenetur. Surd. *Conf. 22. n. 1. 19.* Dec. *conf. 321. in fin. vers. non obstat cessio illa & consil. 360. num. 5. in fin. & conf. 394. num. 11.* Curt. jun. *conf. 142. n. 8.* Roland. à Vall. *conf. 82. n. 11. vol. 2.* Hinc exceptio quæ nocet auctori, nocet etiam cessionario. *l. 4. §. auctoris 31. ff de doli except.* Castr. *consil. 287. n. 3. vers. non ergo vol. 1.* Pacian. *consil. 11. col. 1.* Et quod cedens plus juris non transferat in cessionarium, quam ipse habet, consuluit Socin. *conf. 97. n. 60. vol. 2. vid.* Vult. *inter Conf. Marp. conf. 22. vol. 3. n. 115.*

V.

Quodcunque jus ad hæredes non solùm consangvineos, sed quosvis transmissibile est, illud quoque est cessibile. *arg. l. 42. ff. de admin. Tut. vel Curat.*

Ratio: quia quodcunque per testamentum transferri potest, illud quoque potest per actum inter vivos. Exemplum est in Contractu conventionali. Ita arestum impetratum transfertur ad heredes, adeoque & cedi potest. Carpz. *Part. 1. C. 29. def. 3.*

Limit. (1.) ut non procedat in fideicommisso universali, hoc enim non agnitum transmittitur quidem in heredes, cedi tamen nequit. *l. 59. §. 1. ff. de jure dotium.* Conf. *Christ. Lenzius de nominibus & actionibus cessis cap. 19. membr. 2.* (2.) ut procedat etiam vice versa: Quodcunque est cessibile, illud est transmissibile.

VI.

Quodcunque jus sangvini cohæret, illud non potest cedi extraneo. *l. 34. ff. de pact.*

Ratio: quia in extraneo deficit qualitas sangvinis & proximitatis.

Exempl. ita ergò Jus retractus gentilitium cedi nequit, cùm familiæ inseparabiliter cohæreat, benè tamen contractus conventionalis, de quò *Ax. præced. conf.* Struv. *Jurispr. Rom. Germ. Forens. L. 3. T. 11. §. 23.*

VII.

Quoties cessio nominis simpliciter facta, toties sufficit verum esse nomen, licet non sit bonum *l. si nomen 4. ff. de hered. vend.*

Ratio: quia sic satis est, subesse id, quod ceditur sive venditur, scil. nomen, utut bonitas nominis non adsit. Imputet enim sibi Cessionarius, quod in hanc non inquisiverit. *l. 19. de R. J.* Carpzov. *P. 2. C. 34. d. 26. seq.*

Limit: quòd nomen bonum præstandum sit, (1.) si dolus cedentis subsit, ut si seducendi animo asseruerit debitorem esse solvendo, quem talem non esse sciebat. *l. 74. §. 1. de evict.* Carpzov. *d. def. 26. n. ult.* (2.) si cessionarius justo errore inductus putaverit debitorem esse solvendo. Franzk. *ad tit. de evict. n. 77.* (3.) si ita convenerit. *l. 4. l. 5. de hered. vend.*

VIII.

Quoties bonitas nominis simpliciter promissa, toties sufficit eam adesse tempore cessionis. *l. 96. §. 2. ff. de solution.*

Ratio: quia sibi imputet Cessionarius, quòd non statim exegerit nomen, & debitorem post cessionem bonis labi passus fuerit. Brunnem. *Cent. 1. dec. 72.* Mev. *P. 1. dec. 93.*

Limit. modò cedens non sit in dolo.

Quoties debitoris cessi consensus non accessit, toties non est delegatio, sed nuda cessio. *l. 1. C. de novat.*

Ratio: quia cessio fit ignaro: delegatio verò non nisi volente debitore (2.) nam in delegatione fit novatio debitoris, hinc consensus utriusque necessarius est, secus in cessione, ubi pristina obligatio salva manet penes cedentem. Cessionarius verò tantùm constituitur Procurator in rem suam. *Lenz. de nom. & act. cess. c. 4. membr. 4. per tot.*

X.

Toties debitor cessus cedenti rectè solvit, quoties cessionem esse factam ignorat. *l. si delegatio 3. C. de novat.*

Ratio: quia sic est extra omnem culpam. Obligatum enim se putabat cedenti.

Limit. ut tamen hoc casu cedens cessionario semper teneatur ad interesse, ideo quia ipse debitum exegit.

XI.

Cedi jus personale alii non potest, cum personam non egrediatur. Dyn. *in c. privilegium 7. de R. I. in 6.* & Dd. *in l. quod si in diem 16. §. Julianus 4. ff. de pet. hered.* Cujusmodi jus esse pactum de retrovendendo respondet Ruin. *cons. 72.* licet contrarium teneat Paul. de Castr. *cons. 45.* quod istud pactum, quia transmissibile ad heredes, sit etiam cessibile per *l. ex pluribus 42. ff. de adm. tut.* sed observandum; licet jus personale cedi non possit, id tamen de jure merè personali & simpliciter personæ cohærente intelligendum fore. At verò pactum de retrovendendo ejusmodi non est, ut quod personæ cohæreat, sed re venditâ mediante aut propter rem. At quoties jus aliquod inhæret personæ propter rem, istud jus est cessibile per not. Jason. Andr. *in addit. ad Specul. sub tit. de cess. act. §. 1. in add. incip. in actione injuriarum*, Rol. à Valle *cons. 22. per tot. & n. 33.* ubi ad contraria respondet Vult. *inter Cons. Marpurg. vol. 3. consil. 21. num. 233.*

XII.

Cessionarius est pro creditore. arg. *l. creditores 10. cum seqq. ubi* Rebuff. & Cæpoll. *n. 2. l. creditor 55. ff. de V. S.* Utiturque jure cedentis etiam in illo, quod speciale est, vel ex statuto fluit de creditore loquente. Wes. *cons. 8. n. 44.* Gœdd. *inter Consil. Marp. cons. 28. volum. 1. num. 221.*

XIII.

Ut cessio simulata præsumatur, pretii tenuitas est in causa. *l. per diversas 22. C. mandat.* Unde Bald. *ibid. quæst. 12. num. 16.* eam movet dubitationem, quod si illa tenuitas non sit ob rei naturam, sed ex accidenti. v. g. Ego tibi cedo, quod mihi decem valet, sed tibi ob loci distantiam quinque valebit, cedo pro quinque, an præsumatur simulatio, ut vitietur cessio? Respondet Bald. non præsumi, quoniam litis redemptor non est, qui rem tanti emit, quanti apud suæ conditionis homines valet. quod tamen sub judicis arbitrio relinquit Menoch. *2. arb. quæst. cas. 248. n. 1.*

XIV.

Cui debeo cedere actionem, ei debeo cedere, quod ex actione consecutus sum, *l. 14. de furt.* Cujac. *in Pap. ad l. 80. eod. p. 321.*

CAP. XXIII.

De Cessione Actionum.

Axioma I.

Quoties quis pro alio solvere compellitur, toties cessionem actionum justè exigere potest.

Ratio: quia æquissimum est, ut, cùm hæc cessio alteri non noceat, mihi verò prosit, ad eam teneatur Creditor. *arg. l. 2. §. 5. ff. de aq. & aq. pluv.* ita ergò Cessionem petere poterit fidejussor tutoris *l. 95. §. 10. ff. de solut.* Correus debendi. *l. 2. C. de duob. reis.*

Limit. ut procedat, etiamsi beneficio cedendarum actionum fuerit renunciatum, quamvis hoc casu solutio ob renunciationem differri nequeat. Carpz. *P. 2. C. 17. def. 17. n. 78.*

II.

Cedens alicui jura sua aut actiones non potest pro eo testificari, aut pro secundo cessionario. Salyc. *in l. omnibus col. 2. num. 3. C. de testibus.*

CAP. XXIV.

De Charitate.

v. supra Alienum.

CHARITAS benè ordinata incipit à se ipso, *l. qui servandarum 14. ff. de præscript. verbis*, *l. Præses 6. C. de servit. & aqua*, [ubi Imperat. crudelem vocat, qui rivos aliò derivat, cum agros suos siti sinat emarcescere.] *cam. non satis 14. dist. 86. can. si non licet 9. caus. 23. qu. 5. c. nisi specialis 3.* ubi gloss. *verb. eligemus, de auctorit. & usu pallii. c. dilecto. 25. de præbend.* Duen. *reg. 33.* Roman. *cons. 364. Dum secundò, in princip. num. 2.* ubi ait, quod charitas prima incipit à se ipso, quia quis priùs sibi, postea aliis providere debet, & ita quod incipere debet à suis, & sua familia. Ægid. Bellam. *consil. 16. num. 3. & 4.* ubi quòd dilectio proximi trahit originem à charitate, quia quis se ipsum diligit primo loco, Cravet. *consil. 8. num. 18.* ubi quod quis dolo facere non videtur, qui se plus altero diligit, Bald. *consil. 412. Factum super quo num. 3. lib. 4.* ubi adeò dicit verum in tantum, ut quis ex ordinata charitate magis amat se in ungve pedis, quàm adversarium in vertice capitis, Afflict. *decis. 290. num. 9.* [Cravett. *consil. 8. num. 17. tom. 1.* Unde pertritum Interulam magis stringere, quam tunicam Imol. *in l. heredes mei 57. §. fin. ad SCt. Treb.* nec convenit altare unum.

spo-

spoliari alterius vestiendi causa. *l. 15. §. sive 8. ff. de damn. infect.* Knichen. *de Jure super. cap. 4. num. 437. cum seq.*] Calcan. *consil. 7. num. 19.* ubi quod quis magis sibi, quam alteri providere debet, Anchar. *consil. 436. Iniis dubiis, in princ.* ubi quod ordo charitatis suggerit, ut prius nostris, quàm extraneis subveniamus, Petr. Alphons. de Vasconcellos *in harmonia rubricarum Jur. Canon. in tit. de auctorit. & usu pallii. n. 14.* Paulus Fusch. *lit. C. sing. 60.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 94. num. 1. & tit. 7. quæst. 8. & titul. 29. num. 1. & decis. 236. num. 21. & consil. 205. num. 12. & cons. 345. num. 28.* Gutier. *de tutel. p. 3. cap. 12. num. 1. in fine.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. tom. 2. lib. 9. quæst. 17. num. 117.* Cald. Pereira *quæst. forens. in comment. ad tit. Institut. de inoff. testam. in princip. num. 21.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 131. num. 3. in 1. edit. & resol. 16. num. 3. & resol. 518. num. 4. in 2. edit.* Bellet. *disquisit. Clerical. pag. 1. tit. de discipl. Clericali. §. 27. n. 8. & tit. de bonis Clericorum. §. 13. num. 3.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom. 1. lit. C. conclus. 220. à princip.* Josephus Sesse *Aragon. decis. 36. num. 6.* Pichard. *ad §. Juris præcepta. num. 29. Institut. de justit. & jure.* Mantic. *decis. 10. num. 7.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 3. resolut. 42. n. 9.* Peccat enim contra ordinem charitatis, qui præfert charitatem alienam charitati propriæ. Speculat. *in tit. de Advocat. §. 1. vers. n. quid.* Francisc. Marc. *decis. 155. num. 1. pag. 1.* Marant. *quæst. leg. 8. num. 5.* Bocer. *de invest. feud. cap. 4. n. 36.* cum nullus charior homini esse debeat se ipso, nec rem alienam prius curare quam suam. Alciat. 1. *præs. 52.* Arnis. *1. de Majest. cap. 5. num. 13.* Unde Accurs. Alpibus ille perit, qui plus se diligit ullum. Arnis. *1. lect. polit. cap. 1. sect. 2. num. 1.* Et Euripides: μισῶ σοφιστὴν, ὅς τις ἐχ αὑτῷ σοφὸς, Odi sapientem, qui sibi sapit nihil. Cic. *in Epist. fam. ad Trebat. Cons. Arg. 2. cons. 57. num. 92.* hinc qui vult Eleemosynam ordinatè dare, incipiat à se ipso. *can. qui vult. 19. dist. 3. de pœnit.* Nec unquam debet testator alienas successiones propriis anteponere. *l. cum acutissimi. 30. Cod. de fideicom.* Justaque censetur excusatio ejus, qui suam utilitatem alienæ præfert. *l. ubi 19. ff. de tutor. & curat. dat.* Et Terent. Adelph. *act. 1. sc. 1.* Vah! quemquamne hominem in animo instituere, aut ponere, quod sit charius, quam ipse est sibi. *Quid maximè ab homine exigitur (quærit* Seneca *de vit. beat. cap. 30.) ut prosit hominibus si fieri potest multis: si minus, paucis: si minus, proximis: si minus, sibi.*]

Declara ordinem charitatis esse, ut ante omnia diligatur DEUS, & deinde incipiat à se ipso, & ut post se ipsum primò parentes, secundò filios, deinde proximum diligat, ut per Anton. de Butr. *consil. 25. n. 4.* Ubi verò agitur de subministranda Eleemosyna etiam in actu ad salutem, putà pro consequenda Indulgentia mediante Eleemosyna juxta facultatem elargiri debentis, id intelligitur moderatè & civiliter, ut primò sibi & suis provideat, postea elargiatur pro Eleemosyna. Roman. *cons. 364. in princ.* prout illum refert Cardin. Tusch. *d. concl. 220. num. 15.*

Declara II. ut procedat regulariter, nisi sequatur absurdum vel inhonestum. Card. Zabarel. *in cap. per vestras in 1. quæst. de Jur. patron.* Lud. Gomez. *ad §. pœnales. Instit. de action. n. 37.*

De Chirographo vid. *Contractus Chirographarius.*

CAP. XXV.
De Circuitu.

CIRCUITUS inutiles sunt vitandi, *l. Dominus 53. ff. de condict. indeb. Clem. Auditor. 3. ibi: ut evitetur circuitus. de rescript.* Bald. *consil. 100. Petrus in fin. lib. 4.* Alex. *cons. 77. In causa in fin. lib. 2.* Dec. *cons. 407. Visis. col. 3. n. 8.* Socin. *cons. 27. Pro decisione, col. fin. lib. 1.* Guido Pap. *decis. 375. Mater.* Boër. *decis. 204. Præsuppone. n. 3.* Afflict. *decis. 8. Quidam filiusfam.* Tiraqu. *de retractu. tit. 2. §. 2. gloss. 1. n. 24. & 71. & ad finem tit. num. 60.* ubi quòd in supremis tribunalibus & curiis circuitus omninò tollendi sunt. Vincent. de Franch. *decis. 273. ad fin.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 1. lit. C. concl. 229.* Thom. de Thomasset *in floribus legum. reg. 73.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 81. 1. n. 14.* Cæs. Argel. *de contract. legit. qu. 5. n. 5. & n. 94. & q. 7. n. 113. & q. 8. n. 5. & quæst. 10. n. 135. & n. 223. & q. 17. n. 30.* Anton. Monach. Lucensi. *decis. 25. n. 87.* Fusar. *de substitut. quæst. 260. n. 4.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 887. num. 15. & cap. 964. n. 27.* [Sic fictionem triplicem circuitus fugiendi causa Leges non aspernantur. *l. licet 43. §. 1. de jur. dot. l. 3. §. fin. de don. inter vir. & uxor.* Cravett.

vett. *consil. 936. n. 25.* Regn. Sixtin. *inter Consil. Marp. consil. 14. vol. 2. n. 15.*]

Amplia primò, ut circuitus sint vitandi, quando subest æquitas, ut si quis rem meam indebitè detineat, ad cujus restitutionem debet condemnari, quia si ex inepta petitione esset instituenda nova actio, æquius est, ut condemnatio fiat ad tollendum circuitum, quando condemnandus retinet ex titulo lucrativo, Petr. de Anchar. *consil. 23. n. 11. vers. ad secundum dubium*, quem refert Card. Tusch. *d. concl. 229. n. 5.*

Amplia secundo, in tantum actum & circuitum frustratorium non esse faciendum, ut licèt quis teneatur offerendo deponere cum effectu, tamen si is, cui oblatio est facienda cum consignatione, recusat recipere, non teneatur facere actum frustratorium depositi, quod aliàs esset necessarium, Cuman. *consil. 5. Non revocando. n. 2. vers. nec dici potest.* Cravett. *cons. 331. n. 5. lib. 3.* Roland. à Valle *cons. 53. n. 26. lib. 1.* ubi *n. 34. & seq.* declarat, nisi is, qui contradicit, habeat justam causam contradicendi, quia tunc offerens debet deponere, licèt recuset recipere, refert Card. Tusch. *d. concl. 229. num. 10.*

Limita, quando circuitus non est omninò inutilis, quia tum non evitatur, [Anton. de Mattheis. *tr. de caus. possess. & propriet. num. 19. vers. non obst.* elegans exemplum occurrit *in l. 2. de L. Rhod. de jact.* ubi gloss. *in verb. agere potest. l. 33. de condict. indeb. l. 60. §. 5. locati.*] Card. *in d. Clem. Auditor. quæst. 14. n. 16.* Dec. *in l. cùm fundus 31. §. servum tuum 1. n. 5. ff. si certum pet.* Cravett. *consil. 376. n. 23. & 24.* Surd. *consil. 52. n. 70.* Monter. *decis. 36. n. 70.* Abbas *consil. 95. In præsenti, col. 1. in fine verb. & si dicatur. lib. 1.* ubi ait, quòd propter bonum obedientiæ admittitur circuitus inutilis, putà Religiosus non potest transire ad aliam Religionem etiam strictiorem, nisi petita licentia à Superiore, licet illam non obtineat, si detur casus, quod transeat non petita licentia, ille revocatur ad primam Religionem, licèt revocatus petita licentia, & non obtenta possit iterum ad eandem arctiorem transire; additque sufficere impotentiam, quod circuitus possit reddi utilis, licèt ab adventu non reddatur, refert Cardin. Tusch. *d. conclusion. 229. à n. 15.*

CAP. XXVI.
De Circumstantia.

Axioma I.

De singulis Circumstantiis subtiliter inquirendum est, *cap. licet 9. de probat. vid.* Heerfort. *in repert. Jur. Canon. hac voc. & in voce singula.* Mornac. *ad l. 52. §. in Clivo 2. ad L. Aquil. pag. 282.*

Bonus igitur judex variè ex personis causisque definiet. *2. F. 28. §. ad hæc 1. l. 4. in fin. ff. de incend. ruin. naufr.*

Variant enim circumstantiæ rem. *l. 26. §. 12. vers. Celsus. de condict. indeb.* tàm in civilibus, quàm criminalibus. Ernest. Cothm. *3. cons. 39. num. 12.*

Sunt autem circumstantiæ variæ, ætas, dignitas, valetudo, necessitas, propositum, personæ, *l. 16. §. 1. de pœnis. l. 16. §. 1. l. 38. §. 1. de oper. lib. l. 26. §. 12. ff. de condict. indeb.*

II.

Circumstantia temporis magis attendenda venit, quam loci. *l. 5. ff. de incend. ruin. naufrag.*

CAP. XXVII.
De Citatione.

Axioma I.

Quoties Citatio ante præscriptionem completam insinuatur, toties quælibet præscriptio est interrupta. *L. 2. C. de annal. Except.*

Ratio: quia per talem Citationem possidens accipit scientiam rei alienæ, & sic in malâ fide constituitur. *l. 10. §. 11. ff. de hered. petit.*

Limita ex *axiom. seq.*

II.

Toties Citatio interrumpit præscriptionem, quoties contra citatum sequitur sententia.

Ratio: quia ex sententiâ demum constat, an justè fuerit citatio decreta, an non. Et sententia confirmat jus citationem impetrantis. *Zoës. ad ff. h. t. n. 12.*

III.

Quoties actus tendit in alicujus præjudicium, toties ille ad hunc actum citandus.

Ratio: quia res inter alios acta aliis non debet præjudicare, nec absenti inferri iniqua conditio. *l. 47. de. R. J.*

Exempl. ita in unione prolium citandi ii, qui succedendi jus habent *Gail. L. 2. obs. 175. n. 5.* ita citandi creditores ad conficiendum Inventarium, quod tamen hodie non amplius observari solet.

IV.

Quoties in morâ nullum periculum, toties in causâ civili nemo realiter citandus.

Ratio: quia apprehensio personæ injuriam infert, adeoque judici ab eâ abstinendum, si aliud remedium suppeditatur.

Exempl. Debitor ergò fugitivus realiter citari potest, cùm etiam privato eum capere liceat. *l. 10. §. 16. ff. qui in fraud. credit.* modò eum ultra 20. horas non detineat. *l. 25. ff. ad L. Jul. de adult.*

Limita, ut procedat, etiamsi quis dicat, se veni-

venire nolle, cùm adhuc potiùs immissio in ejus bona decernenda, quàm realis Citatio. *l. 19. ff. de in jus voc.* nisi agatur de publico interesse, uti in delictis, ubi regulariter realis Citatio licita, sicuti etiam cùm præcisè personæ præsentia est necessaria, uti in matrimonialibus.

I.

Quoties in citando adest incertitudo vel ratione personæ vel ratione loci, ubi sit, toties tantùm obtinet edictalis Citatio.

Ratio: quia regulariter aliquis in faciem citandus *l. 15. §. 1. ff. de excusat. Tut.* & injuriosum videtur per edictum citare illum, cujus haberi potest copia.

Exemplum: sic igitur in Processu desertionis, & quoties quis vagabundus est, locum habet Edictalis Citatio. *Clement. 1. de Judic.* Præcipuè verò obtinet, si contradictores plures adsint, iique incerti, uti in processu Creditorum vel aditione hereditatis obœratæ. *Brunnem. in Process. Civil. c. 3. n. 19. s. q.*

CAP. XXIIX.

De Civitate, Civibus.

v. infra peregrinus.

Axioma I.

Civitatis quæ sunt, non sunt singulorum: aliud enim est universitas, aliud singuli de universitate. *§. universitatis 6. Instit. de rer. divis. l. in tantum 6. §. 1. ff. de rer. divis.* qui textus refertur *in cap. Episcopus 58. §. qui manumittitur. caus. 12. q. 2. l. sicut municipium. 7. §. si quid universitati 1. ff. quod univers nom. Cons. Arg. conf 11. n. 130. lib. 1.*

II.

Quoties administratoribus Civitatis sive senatui credita est pecunia sine consensu civium, toties ipse senatus quidem obligatur, non tamen Civitas, nisi probatâ versione *l. Civitas 27. ff. de Reb. Cred.*

Ratio consistit in favore Civitatis, ne ei per iniquos suos administratores facile damnum contingeret, *ubi l. fin. C. de reb. civit. vend.*

Limit. (1.) ut senatus obligetur ex quasi Contractu, seu condictione causâ datâ causâ non secutâ, contra Civitatem verò competat Condictio ex mutuo vel actio de in rem verso. (2) ut probanda sit hæc versio à Creditore. *Conf. Lauterb. Vol. 2. disp. 13. Mev. P. 5. dec. 383.*

III.

Quoties Civitas sive verè, sive repræsentativè consentit in mutuum (scil. per constitutum Syndicum) toties tenetur ex suo Contractu etiam non probatâ versione.

Ratio: quia sic civitas uti alia quævis persona obligatur ex suo Contractu. *Carpz. L. 2. Resp. 106. n. 1. & 2.*

Limit: ut teneatur Civitas ut Civitas seu universitas, non ut singuli. *§. 6. Inst. de R. D.*

IV.

Civitates sunt loco privatorum & prorsus eodem jure gaudent. *l. simile 10. ff. ad municip. l. eum qui 16. de V. S. l. metum 9. §. animadvertendum. 1. quod met. caus.* Forster. *in Cons. Marp. cons. 7. num. 9. l. si pignus 8. ff. qui pot. in pign.* quod in comparatione magis Urbis Romanæ quam simpliciter, *ut ex l. bona civitatis. 15. de V. S.* satis est manifestum. Vult. *in Cons. Marp. cons. 16. vol. 1. num. 16. & n. 55.* adde Reig. *in th. in voce Civitas. v. Infr. princeps.*

V.

Civitas instar unius hominis est ejusque personam repræsentat. Bart. *in l. 1. §. municipum n. 3. ff. de acquir. poss.* vid. Schonborn *1. polit. c. 13.*

VI.

Civitas æquiparatur minori & læsa restitutionem habet in integrum, ut minor *l. Respubl. 4. C. quib. ex caus. major. Respubl. 3. C. de jur. Reipubl. l. 1. C. de offic. ejus qui vic. ali. jud.* Gail. *2. obs. 62. n. 4.*

VII.

Pupillus quoque inter cives numeratur: Regula hæc secundum quid vera est, pupillus enim civis est, sed imperfectus. Unde nec pupillis actio popularis datur. *l. mulieri 6. de popular. act.* Cujac. *in lib. 12. ff. Juliani ad l. 5. de O. N. N. add.* Aristotel. *lib. 3. Politic. cap. 1.*

Clamor *v. infra* Exclamatio.

CAP. XXIX.

Clam facere, Clandestina, Secreta, Privata, Palam, Occulta.

Axioma I.

Dolosè fieri censetur, quod quis clam agit, Bald. *in l. error. 7. col. 4. C. de jur. & fact. ign.* quem allegat & sequitur Zas. *in consil. 18. n. 9. l. 1. text. in l. fin. ff. de rit. nupt. l. non existimo 54. in fin. ff. de admin. tut.* Cravett. *cons. 6. n. 8.* Regner. Sixtin. *inter Cons. Marp. cons. 13. n. 15. vol. 1.* è contrario bona fides probatur ex eo, quod quid publicè factum est. Tiraquel. *in præm. tr. de retract. convent. num. 13.* Menoch. *consil. 15. n 7* Barbos. *ad c. Perlatum 8. extra qui filii sint legitimi.*

II.

Clandestinitas non præsumitur. Dec. *cons. 219. n. 6.* Alciat. *resp. 504. n 7.* Decian. *cons. 16. n. 3. vol. 1.* Menoch. *cons. 2. n. 326. vol. 1.* Vult. *inter Cons. Marpurg. cons. 30. vol. 2. n. 181.*

III.

Qui clam delinqvunt, magis delinqvunt, quam qui palam. Henr. Rysvich. *in regul.* Wesenb. *in parat. de furibus balnear. in fin.* Et clandestina delicta gravius punienda sunt, quam quæ palam committuntur. *l. non existimo 54. de adm. tut. l. ult. de rit. nupt. l. nemo 4. C. de Sum. Trin. Auth. sed novo jure. C. de serv. fugitiv. vid.* Matth. Steph. *Nov. 12. n. 18.*

Contrarium habetur *in Can. nemo 4. caus. 32. quæst. 4.* ibi tolerabilior est, si lateat culpa, quàm culpæ usurpetur auctoritas. Wesenb. *de furt. n. 14. vers. cæterum communiter dicimus.* Imò

ea crimina corripienda demum sunt, quæ coram omnibus committuntur: ipsa enim corripienda sunt secretius, quæ secretius peccantur, *cap. si peccaverit 19. caus. 2. quæst. 1. cap. ex tua. 20. extra de simon. ubi Vivian. l. 2. §. 24. de vi bon. rapt.*

Limitationis loco distingve inter res per se illicitas & medias, seu quæ sua natura licitæ sunt, ex adjuncto autem demum illicitæ. Hoc casu: v. c. si agatur de conjunctione matrimoniali, ea quidem per se est res media, sed si detegantur coiisse personæ consangvineæ, gravius delictum habetur, si clam commissum fuerit, *d. l. ult. de rit. nupt.* ac proinde gravius etiam coërcetur. Quod si autem factum sit per se, suâ naturâ, ipso statu, & semper illicitum, tum gravius peccat & punitur, qui manifestè delinquit, *l. 2. §. 24. ff. de Vi bon. rapt. §. pœna. 5. Inst. de obl. quæ ex delict. ubi Osterm. in rat. decid.* Levius qui occultè, juxta illud vulgi: qui celat delictum penè est innocens. add. Bach. *2. disput. Treutl. 30. thes. 3. lit. B. p. m. 1080.*

IV.

Quæ in capitulo fiunt, non possunt facilè probari nisi per Canonicos ipsos. *cap. veniens 38. in fin. extr. de test. add. l. f. 26. in f. pr.*

V.

Secreta patrimonii non facilè sunt revelanda, *l. 2. C. de alim. pup. præst.*

CAP. XXX.

Claritas, Clarum, Manifestum.

Axioma I.

Nihil magis proprium est Legibus quam claritas. *Nov. 107. in princ.* Claritas enim est de substantia Legis *c. erit autem 2. dist. 4.* Alias sententia lata contra Legem obscuram non intelligibilem valeret, juxta Bald. *in cap. fin. de constit. fac. gloss. fin. §. ideò. Instit. de obl. quæ ex quas. delict.* Jason. *post* Imol. & Roman. *in l. cum prolatis, 32. in fin. ff. de re judic.* & Petrus de Anchar. *in cap. 1. in 2. col. eod. tit. lib. 6.* Gomez. *ad §. sed istæ. Inst. de act. n. 28.*

II.

In claris stare debemus expressis, aut quæ pro his habentur, ut intelligantur expressa esse. Verall. *decis. 28. n. 3. p. 1.* Atque ubi in claris versamur, nulla vel ulterius est admittenda quæstio aut hæsitatio, *l. ille aut ille 25. §. cum in verbis. 1. de leg. 3. l. continuus 137. §. cum ita 2. de V. O.* Dec. *consil. 503. n. 3.* ubi ait, quod in claris standum sit verbis, nec ulterius de ratione quærendum, neque, ut Bald. inquit *consil. 342. col. 2. vol. 1.* indigemus glossa cum textum habemus; Et ubi verba sunt clara, cavillationes advocatorum non debent habere locum, etiamsi lex dura esset. Bald. *cons. 174. in fin. volum. 2.* idemque hoc de verbis claris à Principe prolatis tradunt Dec. *cons. 137. n. 4.* Cravett. *cons. 4. n. 2. vol. 1.* Vultej. *inter Cons. Marpurg. cons. 31. n. 17. vol. 3.* imo ubi verba sunt clara & perspicua, calumniosa est quæcunque alia interpretatio. Bald. *in Auth. rogatio. col. 2. vers. namque ubi. C. ad SC. Trebell.* Paris. *cons. 1. n. 29. in fin. & cons. 3. n. 53. vol. 3.* Grammat. *cons. 105. n. 6. in civil.* quærere autem conjecturas cum verba sunt clara, infirmitas est intellectus. Bald. *in l. certo generi §. 1. ff. de serv. rust. præd.* Wesenb. *in parat. de R. N. n. 8. vide* Reiger. *in voce Manifestum. cap. quoniam 10. de fil. Presbyt. ordinand.* Unde quod dicitur in claris non esse locum conjecturis. *per d. l. continuus 137. §. cum ita 2. de V. O. l. ancillæ 12. C. de furt.* Menoch. *cons. 27. n. 1. vol. 1.* id non est accipiendum in claris, pro quibus ut maximè per se clara sint, etiam stant conjecturæ, sed in illis claris duntaxat, de quibus conjecturæ sunt in contrarium, ut ita in claris locus non sit conjecturis contrariis, locus autem sit non contrariis, tametsi hisce clara opus non habeant, ut quæ per se ipsa satis patent. Vult. *inter Cons. Marp. vol. 3. cons. 2. n. 213.*

Si clarum probatione non indiget, *l. 1. ff. de restit. in integr.* cum rei per se satis apertæ demonstratio ulterior addi non debeat, Roland. à Valle *cons. 7. num. 1. lib. 3. l. 1. de dot. præleg.* Soc. jun. *cons. 22. vol. 2. Cons. Arg. cons. 76. n. 3.* nec in claris opus est dubitatione. *d. l. 1. §. fin. de dot. præleg.* Gomez. *ad §. ferviana de act. n. 22.* & sic frustra de interpretatione quæritur. Bald. *cons. 343. col. 2. in fin. vol. 2. in fin. vol. 1. cons. 774. in fin. vol. 2.* Tib. Decian. *resp. 72. n. 3. vol. 2.* Cravet. *cons. 273. n. 7. vers. curia autem. n. 8. per l. quod Labeo. 9. de Carbon. edict. l. ancillæ 12. C. de furt.* imò in casu claro est calumniosa, & sic cessat in expressis à testatore, *l. si is, qui 13. §. fin. de reb. dub.* cum nimium subtilizare, ubi res est clara, nihil aliud sit, quàm perniciosè errare. Gœdd. *inter Cons. Marp. cons. 25. n. 21. vol. 1.*

CAP. XXXI.

De Clausula.

Axioma I.

Clausula posita ad determinationem actus in principio posita, porrigitur etiam ad actus sequentes, *l. si mihi & tibi 12. §. fin. l. talis scriptura 30. §. fin. & l. seq. de leg. 1. l. cum pater 77. §. fin. ff. de leg. 2. l. 3. §. filius de liber. & post.* Mynsing. *1. resp. 6. n. 40.* cum clausula præcedens majoris sit efficaciæ ad determinationem præcedentium. Bart. *in l. quisquis ff. de leg. 3.* Modest. Pist. *cons. 36. num. 10. vol. 2.* Vult. *inter Cons. Marp. cons. 19. n. 106. vol. 3.* Et clausula in capite adjecta, plus habet momenti, quam si in fine adjiceretur. *fac. l. 27.* ubi Bart. *quand. dies leg.* Costal. *ad l. 6. de edend.*

II.

Clausula quælibet secundum naturam & mentem actus principalis intelligi & restringi debet, *c. accessorium 42. de Reg. Jur. in 6. l. si stipulat. 5. 4. ff. de usur. l. fin. ff. de constit. pecun. gl. in l. si patronus 2. §. patronum 2. ff. Si quid in fraud. patron.* Soc. jun. *cons. 128. n. 133.* Regner. Sixtin. *inter Cons. Marp. cons. 12. vol. 3. n. 56.*

III.

Clausula generalis in una eademque dispositione addita non refertur ad specificata & pro-

proviſa in eâdem diſpoſitione, *l. ſanctio 41. & ibi* Bart. & Albert. *ff. de pœn. l. doli clauſula 119. de V. O.* ubi gl. Bert. *1. conſult. deciſ. conſ. 64. n. 1. l. alimenta 16. §. baſilica 2. ff. de alim. legat.* nec comprehendit majora non expreſſis. *cap. ſedes 15. extra de reſcript.* Cravett. *conſil. 95. incipiente viſis his n. 10. Conſil. Arg. conſ. 1. lib. 1. n. 47.*

IV.

Clauſula univerſalis tantum operatur quoad omnia; quantum particularis quoad ſingula. *l. ſi duo pluresve 51. in fin. de admin. tut. l. actione 65. §. renunciare 7. ff. pro ſocio. l. qui ſcit. 25. in princ. ff. de uſur. l. ſi ſervus 66. ff. de acquirend. hæred. l. quoties 10. C. famil. erciſc. l. 2. C. de quadr. præſcript. ibi vel quaslibet alias licet nominatim præſenti, &c.* Oldend. *inter Conſil. Marpurg. conſil. 5. n. 95. vol. 2.*

Limita in renunciationibus: ubi renunciatio generalis & univerſalis non valet, ut ſpecialis, niſi præceſſerint quædam ſpeciales. *l. 4. §. 4. ſi quis caut. jud. ſiſt.*

V.

Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia *l. 1. in fin. C. de liber. præter. l. 3. §. filius 2. ff. de liber. & poſt.* ubi clauſula in medio poſita ad præcedentia, non ad ſequentia refertur, *c. inquiſitionis 21. de accuſat.* Menoch. 2. *arbitr. jud. caſ. 64. n. 22.* Bertazol. *lib. 1. deciſ. conſ. 52. n. 39.* Myns. *lib. 1. reſp. 6. n. 40.*

Limita 1. Si clauſula præcedens haberet propriam & ſpecialem determinationem, tunc enim clauſula ultimo poſita ad eam nunquam refertur, text. *in l. ſtipulationes commodiſſimum 53. l. doli clauſula 119. de V. O. l. 1. §. eum qui. ff. de poſtul. l. ſed etſi 26. §. 2. in fin.* ubi gloſſ. *ff. ex quibus cauſ. major.* Corn. *conſ. 200. vol. 3.* Lud. Rom. *conſ. 152.*

Limita 2. ſi præcedentia eſſent contraria finali clauſulæ, quia tunc ea ad ſibi contraria non refertur. *l. ſi idem cum eodem 11. ff. de jurisd. l. quoties 10. C. famil. herciſc.* Alex. *conſ. 117. vol. 1. l. 1. C. de liber. præter.*

Limita 3. Ut non fiat relatio, quando ex eâ relatione læderetur intentio partium. Bart. Socin. *conſ. 21. col. 5.*

Limita 4. Si per relationem generalis clauſulæ procedens diſpoſitio redderetur inutilis. *l. cum vulgari 4. ff. de dot. præleg.* Alex. *conſ. 117. poſt med. volum. 1.*

Limita 5. Si per talem relationem ſequeretur abſurdum, Abbas *in cap. Eccleſia veſtra. de Elect. per illum text.* Bart. Socin. *in d. conſ. 21. vol. 4.*

Limita 6. Quando poteſt diverſa ratio aſſignari, quare non debeat procedere vel fieri relatio. Bart. *in l. 1. in fin. per illum text. C. de liber. præt.* Corn. *conſ. 69. col. 2. in fin. vol. 1.*

VI.

Clauſulæ conſvetæ ſi penitus omiſſæ fuerint, habentur pro expreſſis, Nic. Ant. Gravat. *poſt veſtr. libr. 7. cap. 1. n. 34.* Gabr. *concl. 3. de conſuet. lib. 6. n. 35.* Intellige ſi omittantur clauſulæ, quæ ſunt de natura contractus quidem, tales tamen ut ſine earum expreſſione ſatis de contractu conſtet, adeoq; fieri non poſſit, quin in conſequentiam expreſſi contractus intelligantur; ſi enim actus ſubſtantialia concerneret clauſula, tunc omiſſa non veniret extendenda, Gabr. *d. concl. 3. n. 27.*

Limita: niſi conſtet de re & ſolum de jure ſupplendum ſit, & ſi non ſuppleretur, periret actus, quod tamen non intenderent agentes, ut periret. *exempl. vide apud Honthem. 3. de art. Notar. c. 8. n. 14. cum ſeq.*

De Clauſulâ Codicillari
vid. Codicillus.

CAP. XXXII.
De Clementia.

Axioma I.

Clementia pares nos facit DEO, in quantum naturæ noſtræ eſt poſſibile. gloſſ. *in l. Imperialem. Cod. de Nupt. & in Nov. 8. §. itaque* Zabarell. *conſ. 94. in fin.* Oldrad. *conſ. 47.*

II.

Humanitatem oportet miſcere ſeveritati, imò quoad poſſunt judices ſine publico detrimento, clementiores eſſe debent. *l. illicitas 6. §. ult. l. obſervandum 19. ff. de offic. præſid.* Oldend. *cl. 1. act. 2.* Ratio: quia miſereri delinquentibus vera eſt juſtitia. *c. vera 15. diſt. 45.* Et qui putant miſericordiam negandam peccantibus, de juſtitia nimis præſumunt, & ideo percuſſi pereunt. Roland. à Vall. *conſ. 77. in fin. lib. 3.* propterea tradidit juſtus judex Deus ſubditos Principi, ut eos tueatur, cuſtodiat, ſervet. Cum tutius ſit ex benignitate, h. e. remiſſione præmium expectare, quam de avaritia reddere rationem. Alex. *conſ. 51. l. 4.* Bœckel. *de publ. judic. diſq. 6. f. 103.*

III.

Benigni Principis eſt ad Clementiæ commodum, tranſilire interdum æquitatis terminos, quando ſola miſericordia eſt, cui omnes virtutes cedere honorabiliter recuſant. Caſſiodor. *lib. 11. epiſt. 40.* Unde Claudianus:

Ignoſcere pulchrum.
Jam miſero pœnæ genus vidiſſe peccatum.

add. & Ariſtot. 2. *Eth. c. 4. & 4. Eth. cap. 11.* Sæpè itaque fit, ut qui clementiæ laudem nimium affectant, in extremum incidant, quod iis quidem accidere videmus, qui facinoroſis hominibus miſericordiam deberi putant. Quorum miſericordiam Ambroſ. *l. 1. offic. & ſerm. 8. in Pſ. 118. v. 2.* injuſtam vocat, quippe quæ iis impenditur, qui maleficiorum voluntatem non depoſuerunt. Arniſæus *lib. 1. de Majeſt. c. 3. n. 6.*

CAP. XXXIII.
De Coactione.

Axioma I.

Paria ſunt aliquid fieri coacte vel timore coactionis. *l. noviſſimè. 7. §.* non ſemper. 1. ibi: Quid ſi compulſus, aut metu ne compelleretur, auctoritatem tutor accommodaverit, nonne debebit eſſe excuſatus. *ff. quod falſo tutor. aut. geſt.* Ubi tutor excuſatur non ſolum, quod conſenſum pupillo præſtat coactus à judice, ſed etiam ſi ſponte

consensum præstiterit, metuens ne à judice cogeretur. Ancharan. *in consil. 159. Rationis. vers. quartò, hoc probo. col. 3.* Jason. *in l. 2. n. 5. vers. facit quod tenet. C. de transact.* Pacian. *cons. 1. n. 136. cum seqq.* Bald. & Dd. *in d. l. 7. §. 1.*

II.

Coactiones in omni quidem contractu, præsertim tamen matrimonii, difficiles habere solent exitus, *c. cum locum 10. c. requisivit. de sponsal. l. si patre cogente 22. ff. de rit. nupt.* Oldend. *inter Cons. Marp. cons. 4. vol. 2. n. 2.*

III.

Coacta voluntas etiam est voluntas, *l. si mulier 21. §. 5. ubi* Bart. *Quod metus causs.* Hinc est, quod contractus metu initi ipso jure subsistant, & ideo restitutione opus sit, *t. tit. Quod metus causs.*

Fallit hæc regula in delictis. Matth. Stephan. *ad constit. crimin. art. 32. & 40.* Carpz. *in pract. crim. 3. q. 121. num. 63. vid. infr. in cap. Voluntas. axiom. 34.*

IV.

Contumaces cogendi sunt remediis prætoriis (1.) pignora cupiendo, (2.) eadem distrahendo, (3.) multis coercendo. *l. 1. §. 3. de inspic. vent.*

Ita quamvis prætor juste agat, non tamen statim cogit prætoria potestate, vel manu ministrorum: sed melius & civilius facit, si per interdictum aliquem ad jus ordinarium remittat. *l. 1. §. 2. Si vent. nom. mulier.*

CAP. XXXIV.
De Codicillo, Clausula Codicillari.

Axioma I.

Quo casu testamentum valet coram duobus testibus, eo casu & codicillus.

Ratio: quia Codicillus sequela testamenti est. Ita ergo Codicillus inter liberos, ad pias causas, &c. valet coram duobus testibus. Carpzov. *P. 3. C. 4. def. 43.*

II.

Cuicunque non competit Testamenti factio activa, ille Codicillos condere nequit *l. 6. §. penult. & l. 8. §. 1. ff. h. t.*

Ratio eadem est, quæ in Axiom. præced. Exemplum est in pupillo, deportato, &c.

Limita ut procedat in illo, qui ob juris impedimentum testamentum condere nequit, secus si impedimentum sit facti. *pr. Inst. de Codicill.*

III.

Cuicunque non competit testamenti factio passiva, ille ex Codicillis nihil capere potest.

Ratio est in *Axiom. I.*

IV.

Quoties persona ad testandum habilis voluntatem suam coram testibus, quot ad Codicillum requiruntur, satis expressit, toties clausula codicillaris subjecta omnia vitia sanat. Sive:

Quicunque defectus non est inhabilitatis nec voluntatis, ille per clausulam codicillarem suppletur in Testamento.

Ratio: quia sic Testamentum subsistit ut Codicillus. Ad codicillum verò tantùm requiritur habilitas persona & voluntas coram quinque testibus expressa. *l. 11. §. 1. de Leg. 3.* Exempla habet Struv. *Jurispr. Rom. Germ. forens. L. 2. Tit. 28. §. 4.*

CAP. XXXV.
De Cogitatione.

Axioma I.

Cogitationis pœnam nemopati cogitur. *l. 18. de pœn. cap. cogitatio. 20. dist. 1. de pœnit. l. item apud Labeonem 15. §. abduxisse de injur. l. 5. in fin. quod quisq; jur.* Arnis. *lib. 3. cap. 6. de Majest. vid. C. A. de privat. delict. n. 13.* Bachov. 2 *D. 32. th. 1. lit. H.*

Ratio, quia sola cogitatio non est delictum. *Jul. Clar. in prax. crim. §. fin. q. 91.* Jac. Cujac. 8. *obs. 22.* Innocentia enim & incogitantia sæpius involuntaria produnt. Et propositum in mente retentum nisi actu insecuto nihil operatur. Bœckel. *de publ. judic. disquis. 4. f. 55.*

Limitationis loco nota, quod hoc procedat in cogitatione nuda; at ubi ad actum aliquem pervenit, fallit hæc regula in criminibus exceptis. *l. 5. §. 4. C. ad L. Jul. Majest. vid. plur. in libr. 1. c. 44. Axiom. 7.*

II.

Quotiescunque internæ mentis cogitationes se ullâ ratione exteriùs exserunt, toties ad objectum Jurisprudentiæ spectant & possunt puniri. Quia eatenus jus illis applicari potest. Exempl. est in *l. 6. C. de his, qui ad Eccles. confug.* & in *l. 5. C. ad L. Jul. Majest.*

Limit. puniuntur tamen non ordinariè, sed saltem extraordinariè. Carpz *Pr. Crim. Part. 1. Quæst. 17. n. 13.*

CAP. XXXVI.
De Cognitione.

Ad cognoscendam qualitatem contractus non attenditur nomen, sed id quod convenit contractui *post Purpurat. Neviz. Nast. & alios* Menoch. *lib. 3. præs. 105. n. 11. v. c.* Concessio facta sub nomine & titulo Emphyteuseos non illico infert Emphyteusin, nisi clare & specifice aliunde probetur. post Raudens. Besold. *in thesaur. pract. sub voce* Hofgut. *p. 416.* Mantic. *lib. 2. de tacit. & ambig. convent. tit. 3. n. 12.*

De Collateralibus *vid. Rubr.* Successio ab Intestato.

CAP. XXXVII.
De Collatione bonorum.

Axioma I.

Quæcunque ab illo, cui succeditur, non sunt profecta, ea non conferuntur *l. ult. C. h. t.*

Ratio: quia illa non inducunt inæqualitatem, propter quam tollendam introducta collatio.

Exempl. ita ergò non conferuntur dona baptismalia, das Paten-Geld. Brunnem. *ad l. 1. ff. h. t. n. 23.* sicut nec bona castrensia *l. 95. l. 1. ff. n. 15. h. t.* & ideò nec feuda.

Am-

Amplia, ut non solùm negativè procedat, sed etiam affirmativè.

II.

Quoties nepotes soli concurrunt, toties repudiatâ hereditate paternâ avo succedunt simpliciter sine collatione.

Ratio: quia sic succedunt jure proprio, & ex facto patris nullum lucrum sentiunt, quippe cui non succedunt. *Conf.* Carpzov. *P. 3. Constit. XI. def. 30.* ubi hanc sententiam in praxi receptam affirmat.

III.

Quoties nepotes cum patruis concurrunt, toties avo sine onere collationis non succedunt., etiamsi hæreditatem paternam repudiaverint.

Ratio: quia sic opus habent repræsentatione, ne à patruis excludantur. Dum igitur transeunt in locum patris, in onera quoque succedunt. *l. 3. C. de bon. matern. conf.* Berlich. *P. 1. Conclus. 247.*

IV.

Quotiescunque collatio non remissa à defuncto, toties illa obtinet, seu testatò, seu intestatò succedatur. *Nov. 18. cap. 5.*

Ratio: quia præsumitur testatorem memoriâ lapsum esse, aut mortis angustiis præpeditum omisisse collationis præceptionem, hinc, ut æqualitas servetur, illa omninò fieri debet.

V.

Quousque nemo in legitimâ læditur, eousque collatio remitti potest.

Ratio: quia eousque liberum est parentibus cuivis pro lubitu bona sua relinquere, ergò & collationem remittere. *vid. l. 8. C. de inoff. testam.*

VI.

Quicunque ab intestato successuri non fuissent, illi quoque ad collationem non tenentur, nec ipsis ab aliis conferendum.

Ratio: quia hi damno non afficiunt reliquos, nec inæqualitatem inducunt, nisi ad defuncti voluntatem. Exemplum est in extraneo herede cum liberis instituto. *Conf.* Struv. *Jurisprudent. R. G. F. L. 2. Tit. 32. §. 7.*

VII.

Quæcunque accipientem non reddunt locupletiorem, illa non sunt conferenda.

Ratio: quia hæc non ampliùs extant, eorum autem quæ non sunt, nec fuerunt, frustra petitur collatio.

Exemplum est in sumtibus nuptiarum convivalibus. Carpz. *P. 3. C. 11. d. 21.* nec non ea, quæ pater in dignitatem filii contulit. Carpz. *Part. 3. C. XI. def. 17. §. 8.*

VIII.

Toties sumtus studiorum non conferuntur, quoties de contrariâ patris voluntate non constat. *l. quæ pater. 50. ff. Famil. herciſc.*

Ratio: quia in dubio censetur pater animo donandi hos sumtus fecisse.

Exemplum: licet pater in librum expensarum communem in das Tage-Büchlein conscripserit studiorum sumtus, non tamen conferuntur. Secus si speciatim consignaverit. Carpz. *P. 3. C. XI. def. 21.*

IX.

Quæcunque post mortem acquiruntur, illa non conferuntur. *l. pen. ff. h. t.*

Ratio: quia hæc non tam jure filii, quam extranei capiuntur. *l. 10. C. h. t.* ex paternâ scil. voluntate & dispositione. *d. l. pen.*

Exemplum: ita ergò fideicommissum & prælegata non conferuntur. *Mev. P. 1. Dec. 84.* sicut nec donationes filio factæ. *l. 18. C. Famil. herciſc.* nisi filius hodie habeat separatam œconomiam. Dn. Brunnem. *de Collat. C. 3. d. 93.* pariter nec reditus anni gratiæ, des Gnaden-Jahrs/conferuntur. Carpz. *Jurispr. Eccl. L. 1. def. 205. n. 7.*

Limit. nisi post mortem quæsita retrò acquisita fingantur.

X.

Quoties non succeditur ascendentibus, toties collationi locus non est.

Ratio: quia descendentium causâ tantùm collatio introducta. *l. 1. pr. ff. h. t.* ne scil. ipsi se invicem incommodo afficerent, ergò præter legem ad alios casus non extendenda. Brunnem. *de collat. bon. cap. 3. n. 128. seqq.*

Limit. nisi conjuges ex statuto sibi invicem succedant. vid. *axiom. seq.*

XI.

Quoties Conjuges ex dispositione statuti sibi invicem succedunt, toties regulariter sua bona conferunt.

Ratio: quia portio statutaria non debetur, nisi ex bonis utriusq; conjugis collatis, aus dem gemeinen Gute.

Exempl. ita ergò maritus conferre tenebitur salarium, in quantum illud tempore mortis uxoris marito debebatur. Andr. Kohl. *de pact. dotal. q. 8. n. 14.* Sic & donata in nuptiis, in festo natalitio, &c. conferenda. Brunn. *ad l. 1. ff. de collat. n. 21.* Vestimenta quoque uxoris conferenda forent, nisi consvetudo locorum quoad hæc aliud induxisset. Stryck. *Tract. de succeſſ. c. 5. §. 18. in fin.*

Limit. ut procedat in bonis ante mortem quæsitis *d. Tract. c. 5. §. 15. (2.)* nisi conjux superstes portionem suam statutariam repudiaverit, quod facere potest, juxta *l. 29. C. de pact.*

CAP. XXXIIX.

De Collusione.

Collusio aliorum non nocet tertio, *l. 27. Cod. de lib. causa.*

CAP. XXXIX.

De Colore, Prætextu.

Axioma I.

Quæ ideo interveniunt, ut facilius excogitata fraus occultetur, non proficiunt, *l. qui per colluſionem. 49. de A. E. V. vid. omnino* Cujac. *lib. 10. qq.* Papin. *in l. 52. de donat. inter vir. & uxor.*

II.

Colores Juris non semper prohibiti: sic color quæritur in inofficiosi querela. *pr. Institut. de inoffic. test. l. 5. ff. eod.* & admittitur in lenocinio adumbratio, *l. 29. ad L. Juliam de Adult.* Item in stupri delicto & incestus. *l. 38. §. 5. 7. d. tit.*

CAP.

CAP. XL.
De Commendatione.
vid. infr. Consilium.

Axioma I.

Commendatio non inducit obligationem. *l. 12. §. 12. ubi* Gloss. & Goth. *Mand.* adde Mornac. *ad d. §. 12.* ubi hanc opinionem præjudiciis firmat. adde *omnino l. ult. C. quod cum eo. verb. commendant. ubi* Goth. & Wes. *Mandat. n. 6.*

Ampliationis loco nota, quod hoc non modo procedat in materia mandati, quasi teneretur, ut mandator pro eo quem quis commendavit, sed ut etiam locum habeat in emptionibus, venditionibus, ita ut venditor non obligetur, si quid dixit commendandi causa, *l. 19. de ædil. edict.*

Limita: nisi specialem qualitatem in re vendita prædicat, cujus intuitu rem charius vendit, *l. 43. de contrab. empt.* vel aliquid se præstiturum promittit. *l. 16. §. ult. de ædil. ed. vid.* Mornac. *ad d. l. 19.*

II.

Laus & commendatio sui aliquando permissa. *l. 4. §. 3. ubi* Ant. Fab. *de offic. pror.* & sæpe laudes nostras non gravate debemus audire. *d. loc.*

CAP. XLI.
De Commixtione.

Axioma I.

Quoties commixtio facta utriusque Domini voluntate, toties rem facit communem.

Ratio in *§. 28. Inst. de R. D.*

II.

Quoties commixtio facta sine Domini voluntate; toties communis non fit, sed dominium cuique manet salvum.

Ratio: quia singula corpora in suâ substantiâ durant, & in se manent distincta. *§. 28. Instit. de R. D.* distinctum ergò manet dominium.

Limit. modò quantum quisque habuerit demonstrari & probari possit; sic enim competit rei vindicatio, aliàs verò actio communi dividundo.

CAP. XLII.
De Commodato.

Axioma I.

Cujuscunque rei usus esse potest sine abusu, illa potest commodato dari.

Ratio: quia illa potest eidem finito usu restitui, in quo consistit natura commodati. Res igitur fungibiles, e. g. panis, frumentum, vinum commodato dari nequeunt, sed tantùm res non fungibiles seu non consumtibiles, v. g. equus, liber, &c. potest tamen pecunia ad pignorandum commoda todari.

II.

Quoties impensæ in rem commodatam factæ minores sunt usu, toties non repetuntur. *l. 18. §. 2. ff. Commod.*

Ratio: quia ad has tenebatur Commodatarius ob usum, qui cum major fuerit quàm impensæ, has absorbet. *l. 13. in fin. ff. de impens. in res dotal. fact.*

Exemplum poterit esse in equo commodato, in quem ob morbum factæ impensæ.

CAP. XLIII.
De Commodo.

Axioma I.

Commodum, à quo quispiam excluditur, certæ cujusdam personæ contemplatione, applicatur ei cujus contemplatione ille est exclusus, *l. post legatum 5. §. amittere 2. ff. de his, quæ ut ind. l. 2. §. si duo 7. ff. de collat. bon. l. pen. C. de Legat. l. 9. ubi* Corn. *C. de suis & legit.* Bart. *in l. uxorem. §. heres. ff. de legat. 3.* Bald. *in l. ult. C. de indict. vid.* Angel. *in l. Papinianus. §. quoniam vers. quid si filia. ff. de inoffic. test.* Roman. *in l. un. n. 63. vers. secundo, quia quando. C. quand. non pet. part. & conf. 32. n. 8.* Alciat. *conf. 479. n. 12.* Philipp. Matth. *inter Consil. Marp. conf. 21. n. 60. vol. 1.* Curt. jun. *conf. 87. n. 4.*

II.

Unicuique licet vigilare pro commodo suo etiam in alterius damnum. *l. pupillus 24. in fin. & l. qui autem 6. §. sciendum 7. ff. quæ in fraud. cred.* Ludovicus Gomez. *ad §. item si quis. Instit. de actionib. num. 40.* Sic v. c. cuilibet permissum est ædes suas altius tollere, aquæ venas præcidere, torrentem vicini avertere, & munitionibus riparum locum & fluminis cursum agri sui tuendi causa aliquatenus immutare, atque ita suæ ipsius utilitati, etiam incommodo alterius inservire, dum ne id nocendi animo, sed citra æmulationem cujusquam fiat. *l. altius 8. C. de Servit. & aq. l. 1. §. denique n. l. in summa 2. §. idem Labeo 9. de aq. & aq. pluv. l. 1. §. sed etsi 7. Ne quid in flum. publ. l. 1. C. de alluv.* Gail. *2. obs. 69. n. 10.* qui animus nocendi ex inverso forsan vicino lucro non præsumitur, ubi de utilitate facientis apparet. *l. merito 51. ff. pro* Soc. Klock. *de contrib. cap. 12. n. 138.*

III.

Non debet alicui commodum hinc accedere, unde pœnam potius meretur. *c. etsi necesse sit 5. extra de don. inter vir. & uxor.*

IV.

COMMODUM ejus esse debet, cujus est periculum & incommodum, *l. fin. §. sed cum Cod. de furtis l. penultima. Cod. de suscept. lib. 10. l. Julianus 13. §. ex vendito 19. ff. de actionibus empti l. 12. Cod. eod. secundum naturam 10. ff. de Regulis Juris. §. item pretium. Institut. de empt. & vendit.* Castrens. *conf. 133. num. 2. in fine, lib. 2.* Anchar. *conf. 180. Visa diligenter. num. 5.* ubi is, qui acceptat legatum cum onere, tenetur ad onus, Thom. & Thomasset. *in floribus legum. regul. 105.* Pichard. *ad §. placebat. n. 33. I. de legit. agnat. succes.* Mari. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. 23. n. 4.* Rot. *decis. 149. num. 6. apud Farin. p. 2. recent.*

cent. ubi quòd commodum ejus est, cujus est & incommodum, *& decis. 333. n. 1. ead. p. 2.* ubi quòd commodum non habens, neque debet habere incommodum, *& decis. 175. n. 3. & decis. 677. n. 5.* ubi quòd commodum qui sentit, debet sentire etiam incommodum, Card. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. O. concl. 144. n. 5.* Joan. Maria. Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 17. n. 7.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 5. c. 916. n. 35.* [hæc tamen res in infinitum non abit, vid. Grot. *2. de Jur. Pac. & Bell. c. 14. n. 12.*] Ratio hujus rei quod incommoda illum sequi debent, quem & commoda seqvuntur, *l. 1. §. fin. ff. de aqua pluv. arc.* quia omne incommodum aliquo commodo est compensandum, *l. cum fisco 9. ff. ad Syllan.* ubi quòd omne commodum cum suo onere pertransit. Card. Tusch. *tom. 8. lit. V. concl. 374.* Escob. *de ratiocin. c. 42. n. 12. & comput. 20. n. 24.*

[Limitationis loco hanc regulam intellige, quando scil. commodi & incommodi par sit ratio, adeoque utrumque & commodum & incommodum ex eodem fonte proveniunt, atque insuper persona tàm oneris, quàm lucri capax judicetur. Cæterum quando dispar ratio adparet, non procedit. Exemplum est in muliere, quæ licet ad successionem proximi Agnati impuberis admittatur, in suis tamen tutrix esse non potest. *l. 73. ff. de Reg. Jur.* Phil. Matth. *ad l. 10. ff. de Reg. jur. n. 10.*]

V.

COMMODUM ex malitia sua nemo reportare debet; *v. infr. lib. 11. cap. de malitia.*

VI.

Ad COMMODUM alicujus factum contrarium effectum operari non debet, *l. quod favorem 6. C. de legib.* Surd. *cons. 215. n. 68. lib. 3.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 922. n. 26.*

VII.

COMMODUM, aut præmium ex actu, in quo pœna apponitur, quis reportare non debet, Gonzal. *ad Regulam 8. Cancel.* gloss. 24. *n. 105.*

IIX.

COMMODUM & incommodum æqualiter determinantur. *l. secundum naturam 10. ff. de Regul. Juris. l. Plautius 49. ff. ad L. Falcid. l. quoties 23. ff. ad Trebell.* Surd. *cons. 150. n. 11.* Quia ferendus non est, qui commoda amplectitur, & incommoda recusat, *l. manifestissimi 22. §. pen. C. de furtis.* Steph. Gratian. *d. tom. 5. cap. 916. num. 35.* ubi *n. 36.* limitat, quando ex diverso fonte proveniunt, diversasque causas respiciunt, & Surd. *d. consil. 150. n. 87.* limitat etiam, quando non est par ratio.

CAP. XLIV.

Communio. Communis. Communiter.

Axioma I.

Communio non solet operari in rebus dividuis. Bald. Alber. Cuman. Florian. *in l. si communem 10. ff. quem serv. amitt.* Felin. *in c. 1. n. 12. vers. primò de reser.* Pacian. *consil. 139. n. 40.*

II.

In re communi plures unius vicem sustinent, ejusdemque omnino juris censentur. *l. 10. ff. de pact.* gloss. *in l. si quis ex argentariis. 6. §. cogentur. ad verb. edere. ff. de edend.* Bald. *cons. 396. n. 4. vol. 1.* Phil. Matth. *inter Consil. Marp. consil. 27. vol. 2. n. 19.*

III.

Res communes plerumque neglectui esse solent, quasi alienæ, nisi certus his rebus administrator præficiatur. *l. 2. C. quand. & quib. quartæ pars deb. C. A. quod cujusque univ. th. 5. f.* & ideo communio tantum consensu contrahitur. *§. 28. l. de Rer. div.* Wes. *in Pamt. pro Socio n. 4.* nec quisquam aut inchoandam bonorum communionem, aut ad persistendum in eâ compelli potest. *d. l. si non sortem 26. §. si centum 4. ff. de condict. ind. l. fin. C. comm. divid.* quo spectat, quod traditur *in l. in re communi 26. ff. de serv. urb. præd. l. qui neque 8. §. fin. de reb. eor. qui & in l. sancimus 34. §. ne autem communione 2. C. donat.* ubi ne donatarius quidem in rei donatæ communione cum donatore perseverare cogitur, non aliam ob causam, quam ne aliqua contentio inter eos oriatur, Regner. Sixtin. *inter Consil. Marp. cons. 11. vol. 3. n. 2. & 3.*

Dispositio enim communionem perpetuam inducens est odiosa. *l. fin. C. comm. divid. d. l. 77. §. dulcissimis 20. de leg. 2.* Hinc pactum ne unquam bonorum fiat divisio, sed ut in communione perpetua stetur, non valet. *l. in hoc judicium 14. §. si conveniat 2.* ubi gloss. & Dd. *ff. comm. divid.* Bart. *in l. si convenerit. ff. pro Socio.* & Jason. *in d. l. si non sortem. §. centum. de condict. ind.* Lud. Rom. *cons. 13.* Henning. Gœden. *consil. 10.*

Quod procedit, etiamsi per sententiam arbitri, cui stare promisimus, id fiat, quia non potest facere ne in perpetuum dividatur, ut probat Alex. *in cons. 48. visis & accurate. col. pen. in 6. vol. noviter edito*, adeò ut tale pactum non obliget etiam naturaliter, ut tradit Angel. *in cons. 225. incip. punctus talis col. 1.* libera enim rerum suarum dispositione quis privaretur, quod esse non debet. *l. nec emere 16. C. de jur. delib.* cum quilibet in re sua sit moderator & arbiter. *l. sed si lege 25. §. consuluit 11. ff. de pet. hæred.*

Limita 1. Nisi juramentum adfuerit, quia juramentum debet adimpleri in forma specifica. *cap. ad nostrum. 17. de jurejur.*

Limita 2. Quod non procedat, ubi esset præscri-

scriptum communioni, gl. *ad l. 1. §. ad hæc C. de annal. except. & in l. fin. Cod. comm. divid. & in d. l. 26. §. 4. de cond. ind.* quam opinionem secuti Butrius, Bald. & Ang. *in d. §. adhæc* Joh. Fab. *in §. quædam. Inst. de act.* ubi ait, ab omnibus ita teneri & hanc opinionem in puncto juris esse sustentabiliorem *per d. §. adhæc.* Vult. *inter Consil. Marp. cons. 22. n. 28. vol. 1.*

Limita 3. Nisi fuerit pactum temporale, quod in communione stetur, puta ad decem annos, quia tale pactum benè adstringit quem in communione stare per illud tempus. ita Aretin. *per d. l. in judicio 14. §. si conveniat. 2. ff. comm. divid.* Corn. *cons. 13. col. 1. in 4. volum.* & Bald. *per text. ill. in l. si ita quis 4. in 2. notat. ff. de condit. instit.*

Limita 4. Quando pactum de stando in communione esset factum in æternum. Alex. *in cons. 59. col. fin. lib. 5.* Dec. *cons. 61. incip. in instrumento in 2. part. per d. §. si conveniat.*

Limita 5. In casu singulari. *l. fin. ff. de alien. jud. mut.* videlicet, quando quis alienaret partem suam pro indiviso, causa mutandi judicium divisorium: quia tunc in pœnam mutantis negatur, ne possit petere divisionem, nec ipse qui alienavit, nec ille in quem alienatum est. Jas. *ad d. l. 26. §. 4. de condit. indeb.* Ludovic. Gomez. *ad d. §. quædam. n. 27.*

IV.

COMMUNIO regulariter parit discordias, & ideo solet dici, quòd nemo cogitur stare in communione, *l. si non sortem 26. §. si centum 4. ff. de condict. indeb. l. in re communi 26. vers. propter immensas. ff. de servit. urban. præd. l. cùm pater 77. §. dulcissimis 20. ff. de legat. 2. l. sancimus 34. §. ne autem 2. C. de donat. l. 2. ibi. naturale quippe vitium. Cod. quando, & quibus quarta pars. libr. 12.* Castrens. *cons. 107. videtur dicendum. in princip. lib. 1. & cons. 333. Viso testamento, vers. præterea non est credendum, eod. l. 1.* Alex. *consil. 46. Visis. n. 11. lib. 1.* Tiraquel. *de retract. lig. §. 23. gloss. 1. n. 17.* Mascard. *de probation. concl. 328. n. 2.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 1. lit. C. concl. 135. num. 1.* Pichard. *ad rub. Instit. de societate. n. 18.* Cevall. *commun. contra communes. tom. 4. quæst. fin. n. 220.* Lud. Gene. *de censib. pag. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 8. n. 15.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 905. num. 13.* Mari. Giurba *cons. 52. n. 6.* [adde Aristot. *2. Pol. 2. & 3.* Arnis. *1. relect. Pol. c. 1. s. 12. n. 12.*]

V.

COMMUNE quod est, meum non est, scilicet absolute *l. nemo ex sociis 68. ff. pro socio.* Rebuff. *ad l. littus est 96. vers. non procedit. ff. de verb. signif. p. mihi 413.* Valasc. *consil. 64. n. 12.* Cal. Pereira *de empt. & vendit. c. 10. n. 38. cum seqq.* Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc jure 5. ff. de justit. & jure p. 1. c. 3. n. 32.* Limitatur tamen *in l. rectè dicimus. 25. ff. de verb. signific.* secundum Surd. *decis. 263. num. 2. & n. 7. cum seqq. & decis. 273. n. 7. & 9.* Limita etiam, & intellige in propria & stricta significatione, secus in lata, in qua quod commune est, meum est, *l. servi electione 5. §. 1. ff. de legat. 1. l. in re communi 26. ff. de servit. urban. præd.* [*l. illud 46. ff. de rit. nupt. l. suos autem 73. ff. de leg. 3. l. 2. ff. de condit. Instit. l. 1. C. qui test. fac. poss. Consil. Argent. 77. n. 13.*] Franc. Milan. *lib. 2. decis. 19. n. 5.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 45. n. 30. & 31.* Giurb. *ad consvet. Messanens. cap. 1. gloss. 5. n. 32. p. 1.* Hieron. Buccaron. *de differ. inter judic. civil. & crimin. differ. 100. n. 24.* Ovid. de Amicis *de jur. emphyt. quæst. 87. n. 4.* [vel intellige quoad partis meæ dispositionem. Gail. *de pignor. cap. 9. n. 2.* potest enim quisque in rebus communibus pro suo jure versari. *l. 51. ff. pro Socio.* Wesenb. *in parat. de Expil. hæred. n. 2.*]

VI.

COMMUNI in re melior est conditio possidentis, *l. Sabinus 28. ff. communi divid. l. per fundum 11. ff. de servit. rust. præd. cap. in re communi 56. de Regulis Juris lib. 6.* Surd. *cons. 43. n. 3.* Rendina *in prompt. recept. sent. tom. 1. tit. 36. num. 14.* Gail. *de pignor. c. 9. n. 3.* Schurff. *cons. 8. n. 6. vol. 2.*

VII.

COMMUNITER id, quod fieri consvevit, præsumitur partes facere, *l. certi condictio 9. §. si nummos. 8. ff. si cert. pet.* ibi, *cum quotidie multam pecuniam poscamus, &c.* gloss. *in l. neque natales 10. C. de probat.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter vir. & uxor. §. 9. n. 6.*

IIX.

Ubi vera rerum communio, ibi ad æris alieni exsolutionem æqua obligatio.

Ratio: quia æs alienum usque adeò bonis immixtum est, ut bona non intelligantur, nisi quæ deducto ære alieno supersunt. *l. 39. §. 1. ff. de V. S.*

Exemplum: hinc v. g. cùm in Marchiâ constante matrimonio non sit vera bonorum communio inter conjuges, poterit uxor à marito obærato illa repetere. Conf. Stryck. *de succeff. ab inteft. cap. 5. art. 3. n. 23.*

CAP. XLV.

De Communi Usu loquendi.

Communis usus loquendi prævalet omni regulæ omnique constitutioni in intelligendis sermonibus, Bart. *in cons. 138. hæc est copia. ad fin. & cons. 159. visa quadam constitutione. col. 1.* Old. *cons. 168. ad primam qu. in 3. dub. Consil. Arg. 1. cons. 110. num. 41.* In omni enim materia non so-

solùm favorabili, sed etiam odiosa & pœnali attenditur. *l. in vulgari 162. §. 1. ibi: sed vulgi de V. S. I. ut Alphenus 87. & l. Anniculus 134. eod.* Gail. *lib. 2. obs. 79. n. 5.* Siquidem ex communi loquendi usu verba sunt audienda, *l. 7.* ubi Bart. *ff. de supell. leg.* Et omnis interpretatio merito frustra & absurda habetur, quæ non consonat, ut vulgo loqvuntur. *cap. ex litteris 7. extra de sponsal.* Cephal. *Consil. 40. n. 51.* Interim tamen iste non est potior, quam propria verborum significatio, ut multis probat Bart. *in rub. de fund. instruct. in 7. col.* Non enim communis usus loquendi est propria significatio: nisi idem sit cum propria significatione, tunc enim nihil repugnat, Engelhard. *de Vectigal. th. 4. f. 34. Cons. Argent. consil. 82. n. 10.*

CAP. XLVI.
De Communi Opinione.
vid. infra Opinio.

Axioma I.

Scholarum est, communes opiniones impugnare & sectari subtilitates: at fori, communes opiniones tenere, Coras. *de comm. opin. n. 74.*

II.

Communiũ opinionum conciliationes, quamvis apud Dd. valde sint favorabiles, ut videre est apud Menoch. 2. *præsumpt. 71. n. 47.* Grevæ. 2. *concl. 27. consid. 2. n. 5. & 6.* tamen plerumque sophisticæ sunt & fallaces, ut eas appellat Hottoman. *qq. illustr. 43.* quippe æquè incertæ, atque id cui conciliando adhibentur: *ut not. Vigel. in method. & rat. jur. contr. col. 3.* & evenire hic solet, quod sæpe aliàs, ut, quod subtiliores practici videri volunt, eo se præbeant ineptiores, ut ait Ant. Fab. *decad. 11. error. pragm. 7.*

CAP. XLVII.
De Comparatione, Comparativo, Positivo.

Axioma I.

Comparatio debet fieri in ima specie *Aristot. 7. Phys. 4. text. 29.* ᾧ μόνα δεῖ τὰ ξύμβλητα μὴ ὁμώνυμα εἶναι, ἀλλὰ καὶ μὴ ἔχειν διαφορὰν μητε ὃ, μητε ἐν ᾧ. i. o. Non solum ea, quæ comparantur, non æquivoca esse oportet, sed etiam nec id quod est, nec in quo inest differentiam habere, (seu specie differre) oportet. sive Comparatio non debet extendi ultra tertium, ad quod adhibetur. *Gerhard. in loc. de Conjug. 10. §. 195.*

II.

Positivus sæpè rem per se excellentem significat absolutè talem, qualem vocabulum declarat, quo casu positivus etiam plus significat quam superlativus: cum superlativus tantum ex comparatione significet; comparatum autem possit esse certo ordine & gradu limitatum. *vid. omnino & latè* Scal. *lib. 4. de caus. LL. c. 101.*

III.

Comparativus semper & ubique includit positivum. arg. *l. ubi autem. 75. §. 2. de V. O. l. 9. de in lit. jur.* Bart. *in l. cum filius. 76. §. pater. 5. ff. de legat. 2.* Sicul. *decis. 65. n. 8. 12. 13.* Agric. *de offic. advoc. c. 23. q. 90.*

CAP. XLIIX.
De Compascuo.

Quodcunque Juris est in precario, idem juris est in compascuo.

Ratio: quia compascuum est mutuum precarium, quod jure familiaritatis conceditur.

Exemplum: hinc igitur compascuum ab unâ sive alterâ parte poterit pro lubitu revocari. Carpz. *P. 2. C. 41. def. 9.* hinc quoque non potest præscribi; sicut enim precarium nulli possessionis jus tribuit, ita nec compascuum. Carpz. *P. 2. C. 5. def. 14. seq.*

De Compendio. *v. supra* Brevitas, *& infra lib. 14. c. 39. axiom. 1.*

CAP. XLIX.
De Compensatione.

Axioma I.

Delicta paria mutua compensatione tolluntur. *l. 39. l. 47. ff. solut. matrimon.* Compensatio enim latissime patet, omnemque causam complectitur. Imp. Just. *in l. ult. C. de compens. l. cum par. 14. ibique Ravard. de diverf. regul. juris.*

Limita tamen, quia compensatio rerum tantum est debiti & crediti inter se contributio. *l. 1. de compens.* Ideo hactenus tantum ex delictis venit compensatio, quatenus pecuniariter interest. *l. 10. §. quotiens de compens.* Hinc qui se mutuo deceperunt, invicem non agunt. *l. 36. de dol.* D. Franz. *in parat. de compensat.*

II.

Quoties utrinque debetur species, toties nullus compensationi locus. *l. 18. ff. de pign. action.*

Ratio: Compensatio est quædam solutio. *l. 4. ff. qui pot. in pign.* aliud autem pro alio solvi nequit invito. *l. 2. §. 1. ff. de reb. Cred.* ergo nec compensari ob affectum, qui circa species prætendi potest, & probabile interesse.

Exemplum: ita ergò si ab una parte debeatur eqvus, ab aliâ etiam eqvus vel bos, compensatio locum non habet. Idem, si ab unâ parte species, e. g. servus, ab alterâ vero quantitas, v. g. pecunia, vinum, &c. debeatur.

Limita: nisi species redacta sit ad modum quantitatis, ut si ei æstimatio adjecta. Hinc

III.

Quoties speciei æstimatio adjecta, toties locus est compensationi.

Ratio: quia æstimatio adjecta facit speciem degenerare in quantitatem. Mev. *P. 2. Dec. 232.*

Exempl. ita ergò si alicui bovem debuerim pro 10 solidis, potero illum compensare cum 10. solidis mihi ab altero debitis.

Limita, ut procedat, si æstimatio venditionis gratiâ facta. *arg. l. 10. C. de Jur. deb.* ut si adjecta

actui, per quem aliàs transfertur dominium, secus si taxationis gratiâ tantùm æstimata fuerit species. *arg. l. 21. C. eod. Sande Lib. 3. decis. aur. tit. 17. def. 3.*

IV.

Quoties moram res non patitur, toties compensatio non admittitur.

Ratio: quia tunc periculum in morâ, quô casu à juris communis regulis recedimus *l. 5. §. 11. ff. de novi oper. nunciat.*

Exemplum est in debito alimentorum, item quod ex spolio debetur, compensationem non admittit, cùm spoliatus ante omnia restituendus sit. *can. redintegranda. c. 3. q. 1. Conf.* Dn. Lauterb. *ad ff. Tit. de compens. §. 2. th. 9.*

CAP. L.
De Conatu.

Hic regulæ de conatu proponendæ essent, sed quoniam jam id *in lib. 1. de Affectione & Affectu, Axiom. potissimum VII.* præstitimus, ideo hic merito omittimus.

CAP. LI.
Concessio, Concessum.

Axioma I.

Omnis concessio dicitur facta præsuppositis terminis habilibus & subintellecto convenienti modo. *l. mutus 43. ibi: per eum modum, qui procedere potest. de procurat.* Hinc concessio facta aliquibus debet intelligi de habilibus. *l. ut gradatim 11. §. Et si lege 1. ff. de mun. & honor.* & inhabiles & odiosi in dubio censentur excluſi, ut latè per *ill. text.* ait Jason. *in l. 2. §. prætor. in primo notabili. qui satisdar. cog. fac. l. Lucius 88. §. Lucius 6. de leg. 2. & l. testamento centurio 51. §. cum ita 1. ff. de manu test.* vide Gomez. *in §. item si quis Instit. de action.*

II.

In omni concessione generali videndum, ut, quanto minus fieri possit, damnum inferatur concedenti, *l. 9. ff. de serv.* Zas. *in summ. tit. de servit. n. 23.*

III.

Concessio tendens ad præjudicium alterius potius interpretanda ut sit superflua, quam ut alteri præjudicet, secundum Bald. *in l. si quando. C. de inoffic. test.* Aretin. *in cap. 1. extra de rescript.* Crob. *in repet. l. 1. §. nunciatio. num. 9. & n. 22. de op. nov. nunc.* Jason. *in consil. 119. colum. 11. vers. quartò bene facit.* Schurff. *consil. 1. num. 45. cum seqq. centur. 3. Consil. Argent. consil. 2. lib. 1. num. 40.*

IV.

Cui conceditur, quod plus est, ei quoque conceditur illud, quod minus est, & sine quo illud esse vel consistere non potest. *text. in cap. cui licet 53. de R. I. in 6. &* ibi Dyn. *l. 2. ff. de jurisdict. Consil. Arg. consil. 88. n. 39. l. 1.* Sic è contrario si non conceditur, vel non licet, quod facilius concedendum vel licere videbatur, nec illud conceditur, quod difficilius. *est can. si Paulus 11. 6 auf 32. q. 5. c. si ergo 16. caus. 8. q. 1. can. qualibet 10. in fin. dist. 40. cap. ex parte 27. extr. de decim. Consil. Argent. consil. 2. lib. 1. n. 22.*

V.

Quod ob gratiam concessum est, non debet in dispendium retorqueri. *l. quod favore. 6. C. legib. & cap. quod ob gratiam 61. de R. I. in 6.* Joh. Ign. *in l. Cornel. n. 3. ff. ad SC. Syllan. Consil. Argent. consil. 24. n. 58.*

VI.

Ubi specialis concessio requiritur, non sufficit generalis, *c. qui ad agendum 4. de procurat. in 6.* Borcholt. *de jurisdict. cap. 1. Treutl. consil. 117. num. 4.*

VII.

Concessio conditionalis existente conditione, sub qua non datum aliquid intelligitur, penitus evanescit. *l. 1. & tot. tit. C. de instit. sub condit. & §. conditiones 6. ibi: si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio. instit. de V. O.* Bocer. *de feud. invest. cap. 5. n. 96.*

VIII.

Verba, quibus aliquid conceditur, convenire debent non solum rebus, sed & personis, *c. si pater 1. de testam. in 6.* qualitatum enim personarum, de quibus actum est in interpretatione concessionis, iis facta summa habetur ratio. *l. plenum 12. §. equitii 4. ff. de usu & habit. l. Ex militari 11. ff. de test. milit.* Riminald. *consil. 34. num. 13. lib. 1.* Cravett. *consil. 308. n. 7.* Schurff. *consil. 3. n. 2. cent. 1.* Regner. Sixtin. *inter Consil. Marp. consil. 9. n. 15. pag. 1.*

Limitationis tamen loco nota, quod qualitas concessionis ex persona concedentis efficiat, ut dispositio, quæ alioquin strictam interpretationem reciperet, largam tunc admittat. Vult. *inter Consil. Marp. consil. 16. n. 65. vol. 1.*

IX.

Concessiones, quæ fiunt per modum privilegii, stricte accipiuntur. Dec. *in c. 1. v. secundò limitatur. de rescript.* Crot. *in consil. 422. n. 11. lib. 3.* ubi addit, hoc adeò verum esse, ut licet privilegia concessa sint motu proprio & ex certa scientia, tamen quoad ejus fieri potest, restringi debeant. Regner. Sixtin. *Consil. Marpurg. consil. 9. num. 12.*

X.

Illa debet fieri interpretatio, ut concessio cum supplicationis & cum forma petitionis, ad quam concessio est impetrata, concordet. Unde etiam ipsa interpretationem, supplementum & declarationem recipit. *c. inter dilectos. 6. §. cæterum.* ubi Felin. *colum. 4. de fid. instr.* Jason. *in l. Gallus. §. idem credendum. num. 40. ff. de lib. & posth. & in l. causas. n. 5. C. de transactio.* Roman. *consil. 133.* Dec. *consil. 10. num. 8.* Sic concessio gratiæ debet intelligi secundum petitionem & omnes qualitates in petitione expressas, utpote quæ censentur in concessione repetitæ. *l. 1. & ibi* Bald. *Cod. de divers. rescript.* Rebuff. *in prax. beneficior. p. 2. num. 25. & p. 3. n. 24.* Paris. *consil. 3. n. 54. volum. 4.* Menoch. *consil. 202. n. 20. & consil. 244. n. 2. vol. 3.* Et hoc tanto magis procedit, quando ex concessionis præfatione apparet, quod concedens voluit concedere, quod

quod petitum fuerat. Ruin. *consil. 43. n. 8. vol. 1.* Menoch. *consil. 309. n. 21. vol. 4.* Vult. *inter Consil. Marpurg. consil. 21. vol. 3. n. 212.*

XI.

Quod in uno concessum est, in aliis denegatum videtur. *cap. cum quid una 84. de R. I. in 6. l. scire oportet. 21. §. 2. ff. de tut. & curat.* Gail. *l. obs. 135. n. 2. Consil. Argent. consil. 9. n. 5. lib. 1.* vid. plura inf. lib. 9. c. inclusio.

XII.

Concessio generalis & universalis cuncta complectitur & nihil excludit. *l. Juliano 68. ff. de leg. 3. l. 1. §. quod autem 3. ff. de Aleat. l. fin. §. uxore l. ff. de aur. legat. l. A. procuratore 13. C. Mandat.* Paris. *consil. 53. n. 21. col. 2. & consil. 53. n. 45. col. 3.* Covar. *var. resol. 1. cap. 13. n. 2.*

Amplia ut procedat 1. etiam in materia odiosa & stricte interpretanda. Angel. *in l. fin. vers. tertiò quare ff. de constit. Princ.* Dec. *consil. 5. post n. 4.* Aymon. *cons. 294. num. 3. vers. quantò fortius & consil. 118. n. 14.*

2. Amplia ut procedat, quando in uno casu major sit ratio, quam in alio. Dec. *consil. 5. n. 2. & consil. 277. col. 2.* Neviz. *consil. 19. n. 1.* Cephal. *consil. 29. n. 1. & consil. 138. n. 10. vol. 1.* Aym. *d. consil. 294. n. 2.*

3. Comprehendit etiam, quæ speciali nota sunt digna. Cephal. *consil. 36. n. 10. & consil. 92. n. 10. & seqq.* Roland. *consil. 54. n. 44. vol. 3.*

4. Comprehendit non solum casus inopinatos & insolitos, sed etiam ea omnia, quæ dici, aut excogitari possunt, sive in genere, sive in specie. Corn. *cons. 46. n. 3. vol. 3.* Cravett. *consil. 294. n. 2. vers. sed adhuc.* Francisc. Herculan. *in tract. de negativ. n. 84.*

Limita 1. quòd id, quod ex generali dispositione venit, dicitur comprehensum non per extensionem seu interpretationem, sed per intensionem & proprietatem verborum, cum generalis oratio habeat vim specialis & individuæ expressionis. Bart. *in l. 1. in fin. ff. si quis in jus vocat.* plen. Tiraquel. *de ll. connub. gloss. 5. num. 86.* Bald. & Angel. *in l. omnes. Cod. de præscript. 30. annor.*

2. Ubi aliàs universalis dispositio aliquam reciperet de jure restrictionem vel declarationem, ut puta ad terminos habiles, ad subjectam materiam, ad naturam rei secundum jus commune, & similia.

Quæ tamen omnia procedunt, quando sumus in dispositione Legis, statuti vel alterius constitutionis, secus in dispositione hominis. Curt. *cons. 1. num. 2.* Roland. *consil. 27. n. 27. vol. 4. & consil. 61. num. 43. vol. 1.* Osasc. *decis. Pedem. 169. num. 5.*

XIII.

CONCESSUM dicitur quicquid expressè prohibitum non reperitur, *l. nec non 28. §. quod jus. 2. ff. ex quibus causis majores.* Campan. *in divers. Juris Canonici. rub. 7. cap. 5. n. 1.*

XIV.

CONCESSUM ad tempus, post illud censetur denegatum, *l. si unus 27. §. 1.* ubi Bald. *ff. de pactis. l. Imperator 8. de postuland. cap. in præsentia. 8. de probat. l. in delictis. 4. §. si extraneus. 1. ff. de Noxal. act.* Lud. Gom. *ad. §. sic itaque Instit. de act. n. 2.* Dec. *consil. 328. in princ.* Castrens. *consil. 263. n. 3. lib. 2.* Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 21. n. 44.* Surd. *decis. 189. n. 9.* Petr. de Anchar. *consil. 70. n. 8.* Cardin. Tusch. *practic. concl. tom. 4. lit. I. concl. 71. n. 20.* Gemin. *consil. 15. n. 18. circa fin. & n. 19.* Rot. *decis. 215. n. 1. & decis. 617. n. 2. apud Farinac. p. 1. recent. & decis. 369. num. 1. apud eund. pag. 2. recent.* Ducan. Rotæ. *decis. 402. num. 2.*

XV.

CONCESSUM ad tempus limitatum, ultra illud non extenditur, *l. statu liberum 11. §. Stichum. 1. ff. de legat. 2. l. 1. §. si mulier. 7. ff. de liber. agnosc.* Tiraq. *de retractu convent. §. 1. gloss. 2. n. 46.* Rot. *decis. 596. n. 2. apud Farin. p. 1. recent.* Bald. *consil. 33. Statuto cavetur. n. 3. vers. nam id quod fit post terminum. lib. 5.* ubi quòd si est permissum infra certum tempus probari, lapso tempore censetur exclusa probatio. Cravett. *cons. 145. n. 22. vers. & si dicas.* ubi quòd obligatio manutenendi usque ad certum tempus excludit tempus posterius, Zabarell. *cons. 38. n. 4.* ubi quòd concessio facta de materia prohibita usque ad certos terminos, excludit ultra illos terminos, maximè quando in aliis non est eadem ratio, refert Card. Tusch. *d. lit. I. consil. 71. n. 52. cum seqq.*

XVI.

CONCESSO uno, conceduntur omnia necessaria ad illud unum: [etiam ea, quæ in consequentiam veniunt, seu quæ necessitate quadam conseqvuntur, & sine quibus aliàs illud foret inutile. Cothm. *responsi. 75. n. 40.* Knipschild *lib. 2. de jurib. civit. cap. 3. n. 252.* nisi majora fuissent concessis. Dd. *in l. 2. de Jurisdict.* Hartm. Pistoris *1. quæst. 15. n. 58.* Sic data facultate areæ datur superficies. *l. obligationum 44. §. circa diem. 1. fin. de O. & A.*]

De Conciliatione & Concordia jurium *vid. supra* Antinomia.

CAP. LII.
De Conclusione.

Axioma I.

Post conclusionem in causa nil amplius produci potest ad probandum *cap. cum dilectus 9.*

de fid. instr. Auth. atqui semel. C. de probat. Intellige, si agitur de probationibus testium vel instrumentorum: sed quo minus judex jurejurando causam decidere possit, nihil impedit conclusio in causa. Neque enim hæc est probatio litigatoris, sed judicis potius ad veritatem investigandam provisio. Fach. 1. *contr. 17.*

II.

Conclusio libelli restringit narrata ad ea, quæ in conclusione petuntur, *arg. l. 2. C. de pet. hæred.* quia in conclusione stat modus agendi. Dd. *in l. edita. 3. Cod. de edend. & in c. hæc quippe 10. caus. 3. q. 6.* Schurff. *consil. 81. centur. 1.* Ea causa est, cur Dd. libelli terminum conclusionem appellent. Bald. *in d. l. edita. n. 133.* Curt. jun. 302. *n. 2. vol. 3.* Vultej. *inter Consil. Marpurg. cons. 15. num. 32. vol. 1.* Adaptatur enim ad narrata præcedentia. Socin. *consil. 262. in causa. num. 1. vol. 2.* cum causa concludendi conclusionem declaret, ut ait Bald. *in l. 5. n. 1. Cod. de Rei vind.* Dec. *consil. 58. protervi, n. 4.* Wesemb. 1. *consil. 21. n. 5.* Nec narrata in libello extendunt libellum ultra quam in conclusione petitum fuit. Ant. de Butr. *in cap. fin. de judic.* Alex. *consil. 117. n. 2.* nisi in libello subjiciatur clausula petens jus & justitiam ministrari; tum enim etiam secundum ea, quæ probata fuerunt, ferenda erit sententia, quæ tamen clausula tunc demum hunc effectum sortitur, quoties id in actoris commodum redundat, secus enim est, si in ejus detrimentum cederet, tum enim potius conclusioni standum, quam ut libellus ex dicta clausula generali præter intentionem actoris extenderetur. Hartm. Pistor. 1. *q. 45. n. 23.*

III.

In conclusione censentur repetita, quæ in præfatione præmissa sunt. *l. Titia 134. §. idem 1. & §. ult. de V. O.* Wesemb. *comm. Cod. n. 34.*

IV.

Conclusum in causa vel sententiam esse perlatam sunt paria. *l. si rem 29. §. fin. ff. de evict. l. quamvis indubitati 19. C. de adult.* declara, quod scil. parificatio illa procedat quoad partem, cui ex conclusione manus sunt ligatæ: secus quoad judicem, cujus officium facta conclusione non conquieverit. Gail. *lib. 1. obs. 107. n. 7.*

V.

CONCLUSIO potius attenditur, quàm facti narratio. Lap. *alleg. 55. Quidam coram Judic. n. 5. vers. de hoc patet.* Innocent. *in cap. super litteris 20. de rescript.* Jason. *in §. omnium 1. n. 129. Instit. de actionibus.* Cuman. *cons. 63. Vicarius quidam. in princip.* Angel. *de Perus. consil. 36. Pro decisione. n. 3. vers. Secundò præmitto.* Gemin. *consil. 118. Ne super deductis. num. 5. vers. nec etiam potest justificare,* ubi quod conclusio, & non narratio attendi debet. Bald. *consil. 353. De libello, lib. 2.* Alex. *consil. 121. Viso processu, num. 2. & 3. lib. 1. & consil. 44. Eximie. num. 3. & 4. vers. quantum lib. 7.* ubi quòd libellus, in quo duo actores narrantur, sed in conclusione unus solus exprimitur, sustinetur secundùm conclusionem, Calderin. *consil. 483. in fine;* aliàs 5. *de accusat.* ubi quòd in denunciatione judiciali attenditur conclusio ad exemplum libelli, non autem narrativa, Federic. de Senis *consil. 158.* ubi declarat, quod non semel ex narratis sumitur conclusio, & sufficit, quod ex narratis sequatur idem quod exprimi debebat, refert, & alia plura adducit Card. Tusch. *practic. concl. tom. 2. lit. C. concl. 558. per totam.*

VI.

CONCLUSIO sola attenditur, ac obligationem inducit, & non quod tractatur, & dicitur, *l. si voluntate 8. Cod. de rescind. vendit. cap. tua 8. de his quæ fiunt à Præl.* Alex. *cons. 13. n. 6. in fin. & cons. 18. n. 2. & consil. 28. n. 3. lib. 1.* Rebuff. *ad concord. Franciæ. in rub. de constitut. in gloss. verb. tractatus vers. nec aliquod jus ex tractatu quæritur.* Gonzal. *ad Regulam 8. Cancel. gloss 63. num. 34.* [Unde ex modo concludendi qualitas actionis intentatæ colligitur, & demonstratur, *cap. literæ 3. de dilat. & ibi gloss. in verb. tribus annis. l. non debet 11. in fin. ff. de dolo.* Bart. *in l. certi condictio in princ. ff. de reb. cred. & in l. Aurelius. §. Stich. de liber. reg.* Ripa *in l. 12. §. 1. n. 137. de acquir. poss.* Dec. *cons. 136. n. 1. & consil. 252.* Vultej. *inter Consil. Marpurg. cons. 15. n. 30. vol. 1.* Bart. *in l. si priusquam. n. 13. ff. de oper. nov. nunc.* Decian. *conf. 130. num. 2. vol. 3.* Bursat. *consil. 234. n. 3. vol. 3.* Cephal. *consil. 393. n. 163. vol. 3.* Mynsi. *respons. 25. n. 2.*

Limita, quoad allegationes juris; licet enim sit conclusum, nunquam tamen intelligitur præclusa via allegationibus juris, cum semper Jura & Leges allegari possint. Bald. *in Auth. jubemus. in ult. col. C. de judic. & l. quamvis 19. Cod. de Adult. & Nov. 115. in princ.* Arnold. de Reiger. *in exercitat. practic. disput. 8. th. 3.*

CAP. LIII.

De Concordia.

Concordare non est idem utrumque in corde habere, quodcunq; illud sit, sed in re eadem (vel eodem modo, idem in eodem) Arist. 9. *Ethic. 16.* hoc eleganti exemplo declarat Joach. Camerar. cum ait: Audita est honorati cujusdam viri vox, quem tali in mentione nominare non oporter, se uxoremque suam unam sententiam habuisse complurибus annis ab initio conjugii, & *idem voluisse* ambos dicentis. *Et se enim & illam in domo dominari cupivisse,* & merito huc referri potest ex Augusta Caroli V. Historia memorabile exem-

exemplum. Cum enim post Franciſci Sforti æ mortem à Cæſare Gallus per Legatum Ducatum Mediolanenſem peteret, IDEM SIBI PLACERE, quod Fratri ſuo Regi Galliæ placere videret, reſpondit, Legatus optatam ſe obtinuiſſe ſententiam ratus tum quidem omnia felicia Regi perſcribit: ſed Carolus Ducatum eum ſibi non minus quam Gallo placere, ideoque à ſe non minori ſtudio retinendum, quam à Gallo expetendum ſenſerat. Chyt. in *Orat. de Carol. V.* facit ad hanc rem locus elegans Sen. *lib. 3. de vit. cap. 34. Quod vinculum amoris eſſe deberet, ſeditionis atque odii cauſa eſt*, idem velle: & *lib. 5. de benef. c. 83. omnes, qui in iſta negotiatione* (ſcil. emendi vendendique) *ſunt*, idem volunt (ſcil. lucrari & quæſtum facere.) Simile quid eſt *in l. generali. 32. de uſu & uſufr. leg.* ubi teſtator præcipit legatario, cui uſumfructum legaverat, ne contenderet cum herede, ſed potius concordaret; ſic enim putare teſtatorem aliquando etiam proprietatem fundi conſequuturum: Heredi autem imperat; omnia facere velint, ut amici ſint; Hoc enim utrique expedire.

CAP. LIV.
De Concurſu Agentium.

Quoties ob publicum intereſſe pluribus agendi licentia competit, toties ille præfertur, cujus ex populo magis intereſt.

Ratio: quia is majori jure agendi nititur præ aliis, ergò cæteris quoque potiòr eſſe debet.

Exemplum eſt in actione albi corrupti, & in omnibus aliis actionibus popularibus.

De concurſu duorum præceptorum juris naturæ vid. Jus Naturæ.

De Concurſu Sponſaliorum vid. Sponſaliorum concurſus.

CAP. LV.
De Condemnatione.

Axioma I.

Condemnari quem inaudita cauſa inhumanum eſt, *C. A. de in jus voc. th. 3.* idque æquitatis ratio non patitur. *l. 1. ff. de requir. reis vel. abſent. damn.* Quin imo in dubio potius ad liberationem & contra fiſcum concludendum. *l. non puto 10. de jur. fiſc. l. Arianus 47. de O. & A.* Gail. 2. *obſ. 101. n. 1.*

Excipe, niſi contumaciter abſit. *vid. l. 13. C. de jud.* ut tamen ita abeſſe dicatur, neceſſe eſt prius citationem rite inſinuatam & relationem nuncii, cui, quando, quomodo, ubi & in quo loco inſinuatio facta ſit, ad acta eſſe conſignatam. Hic enim relationis actus ſubſtantialis eſt: adeò ut niſi illo prævio totus proceſſus in contumaciam non ſubſiſtat. *l. 5. §. 1. ff. Ex quibus cauſ. in poſſ. eat. ubi Bart. num. 1.* Gail. 1. *O. 54. n. 7.* Mynſ. 6. *O. 10. n. 8.* Verum hæc dicta procedunt tantum in civilibus, ſecus in criminalibus, ubi nec ex cauſa contumaciæ velut ex nuda ſuſpicione, & præſumptione quis condemnari debet. *l. 5. de pœn.* addè Hortleder. *tom. 1. hiſtor. pag. 5. ubi Hadrianus 6. Pontifex in Inſtructione Nuncii ſui ad Comitia Norimbergenſia 1522. hoc axioma allegat, ſimulq. limitat.* Sublimita: in officio delinquentes & aufugientes etiam abſentes condemnari poſſunt *l. 21. C. de pœn. l. 6. C. de cohortal. & Princip.* vid. omninò de hâc materiâ Perez. *C. de Cohortal. n. 22. ſeq.* Brunnem. *C. eod. col. 4.*

II.

Patuus eſt judex, qui aliter condemnat, quam fuerit petitum. *l. ult. C. de fideicommiſſ.* Ratio, quia poteſtas judicis ultra libellum non extenditur. *vid. latè ad hoc Axiom.* Carpz. *P. 1. c. 26. def. 6. per tot.*

CAP. LVI.
De Condictione.

Axioma I.

Condictiones Dominis non dantur nec quisquam rem ſuam condicit. *l. ult. uſufruct. quem. cap. l. 1. §. 1. de Cond. Trit.* Ratio peti poteſt *ex §. 14. Inſtit. de act.* quia in condictione iſta formula uſurpatur. *Rem dare oportere.* Dare autem eſt dominium transferre, quod ut fiat, Dominus petere non poteſt. *l. 14. §. 2. de except. rei jud.*

Limitatur hæc regula quoad perſonam furis. *d. §. 14. verſ. plane odio furum. Inſt. de act.* nam Dominus licet rei furtivæ dominium retineat, tamen rectè cum fure condictione experitur, *tot. tit. de condict. furt.* quod ſpeciali odio furum introductum, ut non tantum ut alii poſſeſſores R. V. & actione ad exhibendum, ſed etiam in ſpecie ut fures condictione durius obligentur. Et hoc circa fures ab initio peculiare fuit. *d. §. 14.* hodie hac eadem condictione obligantur etiam. 1. raptor. *d. l. 1. §. 1. & l. 2. de Cond. Trit.* tanquam fur improbior. *pr. Inſtit. de vi bon. rapt.* 2. conjux quæ divortii cauſa res amovit. *l. 26. rer. amot.* 3. depoſitarius, qui depoſitum penes ſe eſſe negavit *l. 13. §. 1. depoſiti.* 4. qui pignus ſoluto credito dolo reſtituere noluit. *l. 4. §. 1. de reb. cred.* adeo ut generalem limitationem formare liceat: Cuilibet injuſtè poſſidenti Dominum rem ſuam poſſe condicere. *l. 6. de cond. ob turp. vel injuſt. cauſ.* Cujac. *ad d. l. 4. §. 1. de reb. cred. & in Pap. ad l. 5. rer. amot. pag. 282.*

II.

Condictiones non infamant, quamvis ex famoſis cauſis pendeant. *l. 36. de O. & A.* Ratio, quia licet cauſa importaret infamiam, formula tamen actionis in factum temperata facit eam ceſſare. *arg. l. 11. §. 1. de dolo.* Verum hæc procedunt, quoad infamiam Juris, non quoad infamiam facti. Weſemb. *in π. ff. de his, qui not. infam. l. 1. §. item adverſus. ff. unde vi. l. 8. C. eod.*

CAP. LVII.
De Condictione ex Lege.

Quoties adeſt pactum legitimum, toties datur Condictio ex lege. *l. un. ff. de condict. ex lege.*

Ratio: quia ex pacto legitimo vi legis inducitur obligatio Civilis, adeoque inde ex lege novâ datur actio, quæ cùm speciatim expressa non sit, meritò dicitur condictio ex lege. *Conf.* Hahn. *ad* Wesembec. *eod. n. 4.* Exempla pactorum legitimorum recensent *DD. ad tit. ff. de pact.*

CAP. LIIX.
De Condictione ob turpem causam.

Quoties nulla dantis est turpitudo, toties id, quod ob turpem causam datum est, repetitur.

Ratio: quia si etiam adesset dantis turpitudo, ipse in delicto foret, adeoque alium ejusdem delicti nomine convenire haud posset.

Exemplum: ita si quis amore justitiæ alteri quid dederit, ne furtum faceret, aut alteri injuriam inferret, repeti illud potest *l. 2. pr. ff. de condict. ob turp. caus.* contra merces meretrici data repeti nequit, quia sic adest utriusque turpitudo, quod tamen secundum mores seculi sui negat Ulpianus *l. 4. §. 3. ff. eod.*

CAP. LIX.
De Condictione sine Causâ.

Quoties res mea sine causâ ad alterum pervenit, toties eandem mihi restitui justum æquumve est. *l. si & me & Titium 32. ff. de reb. cred.*

Ratio: ne alioquin alter ex damno & jacturâ meâ locupletetur, contra *l. 206. ff. de R. J.*

Exemplum est *in d. l. si & me & Titium.* item si quis bonâ fide impensas fecerit in rem alienam eamque non amplius possideat, impensæ tamen ipsi ex æquitate sunt restituendæ.

CAP. LX.
De Conditione. *vide* Dies.

Axioma I.

Conditio illa propriè dicitur, quæ ab initio & ante perfectionem actus requirit implementum. *l. filiofam. 42. de condit. & dem.* & ideo ante implementum non oritur. *l. cedere 213. ff. de V. S.* Vult. *inter Consil. Marp. consil. 21. vol. 3. num. 82.* quod non est in modo: In eo enim post contractum demùm completum & perfectum, quid impleri debet, *l. Mævia. 44. de manum. test. l. demonstratio 17. §. fin. & in l. quibus diebus 40. §. Thermus 5. de cond. & demonstr.* Ruin. *consil. 26. n. 8. vol. 2.* Cravett. *consil. 59. n. 1. vol. 1.*

Limita, hoc verum quoad conditiones suspensivas, quæ non inducunt perfectum contractum. *l. 2. §. 2. pro empt.* non quoad resolutivas, quæ perfectum contractum nihilominus inducunt. *d. l. 2. §. 4. pro empt.*

II.

Quousque heredis institutio est voluntatis, eousque conditio qualiscunque adjici potest.

Ratio: quia eousque liberum est testatori facere heredem vel non.

Exempl. ita igitur extraneus sub quâcunque conditione potest heres scribi, etiam filius hodie quoad ea, quæ excedunt legitimam. Brunnem. *ad l. 4. ff. de hered. instit. n. 3.*

Limita: nisi conditio fuerit captatoria.

III.

Quousque heredis institutio est necessitatis, eousque nulla conditio adjici potest.

Ratio: quia eousque voluntas testatoris per leges restricta.

Exemplum: ita ergò cùm liberi quoad legitimam necessariò sint instituendi, omnis hîc rejicitur conditio. *arg. l. quoniam 32. C. de inoff. Testam.*

Amplia: ut ne quidem talis conditio adjici possit, quæ facilè impleri potest, quia impedit transmissionem in heredes. Brunnem. *ad l. 4. ff. de hered. instit.*

IV.

Quoties conditio arbitrio alicujus uxorem ducendi refertur ad patrem, toties valida: quoties verò ad extraneum, toties est invalida. *l. 72. §. 4. ff. de Condit. & Demonstr.*

Ratio: quia priori casu arbitrium patris jamtum de jure sequi tenetur filius; at in casu posteriori libertas matrimonii impeditur.

Limita: ut propterea aliud sit de conditione, quâ quis consilio alicujus nuptias inire jubetur; cùm consilium audire sufficiat, sequi autem nemo teneatur. Zœs. *ad ff. de Condit. & dem. n. 13.*

V.

Conditiones & qualitates non possunt de casu ad casum, multo minus vero personam trahi. *l. centesimis 46. §. penult. de V. O.* nec conservandæ agnationis gratia extendi debet fideicommissum ultra terminos à testatore præscriptos. *Nov. 159. cap. nos igitur. 1.* Matth. Layman. *conf. feud. in caus. Honold. n. 358.*

VI.

Positi in conditione non sunt positi in dispositione, i. e. institutione. *l. Gallus 29. §. idem credendum 2. & §. in omnibus 10. de lib. & posthum.* Cujac. *ad l. 85. de hered. instit. in respons. Scævol. pag. 256. C. A. de condit. & dem. thes. 29. num. 2.* declarationem hujus Regulæ vide *ap. Lover. lit. C. arrest. 46.* aliud in contractibus. *vide respons.* Hessen-Darmstadt *contra* Hessen. & Moller. *5. semestr. 4. 9. per l. 1. C. de pact.* Phil. Richter. *ad l. alb. C. de Edict. Div. Hadr. toll. n. 73. & seq.*

VII.

Conditionis adjectio non obstat, quo minus rei sub conditione datæ dominium transferatur. *l. dotis fructum 7. §. ult. cum seq. l. 9. §. 1. de jur. dot. l. 1. § 1. de usuc. pro dot. l. sub conditione 16. de solut.* Quippe cum nulla conditio impediat principium essentiæ contractus. *post* Tiraquel. Wesembec. *in Comment. de cond. ob caus. dat. num. 42.*

VIII.

Sub conditione relictum, sub contraria censetur non datum. *l. si legatum 10. l. legata inutiliter 14. de adim. legat. l. quod pure 6. in pr. quand. dies leg. ced. l. 2. & ibi gloss. in verb. conditionalis. ff. de in diem addict.* Forst. *inter Consil. Marpurg. consil. 15. n. 114. vol. 1.* Bocer. *de invest. feud. c. 5. num. 19.*

IX. Con-

IX.

Conditione semel impleta non amplius est quærendum. *l. cum uxori 4. C. quand. dies leg. ced.* Bald. *in l. ult. C. de hered. instituut.* Cravett. *consil. 161. n. 6.* Vult. *consil. 31. vol. 1. n. 42.*

Ratio: quia conditio deficit quoque & causa; deficiente itaque conditione deficit quoque & causa, neque subsistit obligatio. Felin. *in c. si cautio. n. 16. de fid. instr.* Gail. *lib. 2. observ. 132. n. 4.* Et actum reducit ad non actum. *l. proinde 8. ff. si cert. pet.* Conditio enim & causa finalis in idem recidunt. Wesemb. *consil. 16. n. 5.* Gail. *2. obs. 132. n. 4.* Vult. *inter Consil. Marpurg. consil. 15. n. 284. vol. 1.*

X.

Conditio habetur pro impleta, cum per eum, ad quem spectabat, steterit, quo minus impleretur. *l. hæc venditio 7. ff. de contrah. empt. l. jure civili 24. de cond. & dem.* Dec. *in l. 1. n. 5. C. de instit. & substit. Grammat. decis. Neapol. 102. n. 108.* Ruin. *consil. 166. n. 12. lib. 3.*

XI.

Conditio, quæ semel evanuit, amplius non reviviscit. *l. cum uxori 4. ubi* Dd. *C. quand. dies leg. ced.* Castr. *consil. 97. n. 3. vol. 2.* Bertazol. 2. *consil. decis. consil. 69. n. 11.*

XII.

Conditiones plures unius loco habentur & omnibus parendum. *l. si peredi plures 5. ff. de condit. instit. l. cedere 213. ibi: ubi sub conditione ff. de V. S. l. qui heredi 44. ff. de condit. & dem. l. cum quærebatur 13. ff. judicatum solvi l. si quis in 63. ff. de V. O.* Unde Capra *consil. 72. n. 12. incip. cum viso*, inducit hoc ad legatum sub pluribus conditionibus uxori relictum, veluti si & quoad honeste vixerit, viduaque permanserit atque in domo mariti testatoris habitaverit, quod nimirum legatum ei non debeatur, nisi omnes conditiones adimpleverit. *d. l. si heredi 5.* quod intellige procedere, si conjunctim data sunt, (seeus enim si disjunctim,) tunc enim cuilibet parendum erit, Gail. *lib. 1. de PP. cap. 7. n. 21.* adeoque quoties plures Conditiones copulativè adjiciuntur, toties omnes sunt implendæ §. *11. Instit. de hered. instit.* modò omnes fuerint validæ; si enim una invalida, validas implere sufficit, ne utile per inutile vitietur. Quoties autem plures conditiones disjunctivè adjiciuntur, toties unam impleri sufficit, quia in alternativis alternam implere satis est. *C. 70. de R. J. in 6.* nisi testatorem aliud voluisse aliunde satis constet. cujus Exemplum est in *l. 6. C. de instit. substit. & l 58. ff. de hered. instit. Conf.* Manz. *de testam. valid. & invalid. Tit. 7. q. 8. n. 6. seqq.*

XIII.

Quæcunq; conditio ab ipso herede vivo non impletur, ea ab ejus successore impleri non potest. *l. 109. ff. de cond. & dem.* ubi exemplum.

Limita, ut non procedat in contractibus vel actibus inter vivos, ubi spes conditionis ad heredes transit. *Conf. L. veteris 13. C. de contr. & committ. stipul.*

XIV.

Quoties implementum conditionis impeditur casu fortuito, toties evanescit institutio heredis.

Ratio: quia Testator videtur etiam ad hunc casum respexisse, ejus igitur voluntas potissimùm hic erit spectanda. Exemplum est in *l. 4. C. de Conditionibus insert.*

Limita (1.) nisi casus fortuitus contigisset vivo testatore *l. 8. §. 7. ff. de condit. instit.* (2.) nisi implementum conditionis impediatur facto tertii. de quò *Ax. seq.*

XV.

Quoties implementum conditionis impeditur facto tertii, in cujus personâ est implenda, toties conditio habetur pro impletâ, *arg. l. 31. ff. de cond. & demonst.*

Ratio: quia sic non stat per alterum, quo minùs impleat conditionem; ita igitur conditio, si Mevia duxerit, habetur pro impletâ, si Mevia noluerit.

Amplia: ut procedat, etiamsi tertius posteà paratus sit, non impedire implementum conditionis, v. g. si jam Mevia consentiat, nam adhuc habetur pro impletâ. Zœs. *ad ff. de cond. & dem. num. 31.*

XVI.

Quoties impedimentum provenit ex facto illius, cui quid faciendum, toties dicitur non stare per alterum, quo minus faciat. vid. *l. 31. ff. de cond. & dem. & c. 66. de R. J. in 6.*

Ratio: quia sic alterius nulla culpa, vel potestas, quippe qui libenter impleret conditionem, nisi alius hoc suo facto impediret. Exemplum est in *l. 23. ff. de condit. instit.*

Limita, ut procedat, modò impedimentum inde ortum, quia ille, cui quid faciendum, admittere illud non vult, tunc enim conditio habetur pro impletâ, secus si non possit.

XVII.

Conditio dividua, conjuncta individuæ totam conditionem individuam facit. *l. si ita fuerit 13. in pr. ff. de manum. test.* Socin. *consil. 107. n. 12. vol. 4. incip. visa sententia.* Gail. *de pignorat. c. 20. num. ult.*

XIIX.

Conditio impossibilis in ultimis voluntatibus non vitiat dispositionem, sed ipsa vitiatur. §. *12. l. de hered. instit.* quod regulariter quidem procedit, quanquam si conditio impossibilis possit per æquipollens adimpleri. *l. hujusmodi. 84. §. si ita 7. ff. de legat. 1.* hoc est, quando conditio non possit adimpleri eo modo, quo testator voluit, sufficiat impleri per modum similem. *l. legatum 16. ff. de usufr. leg.* Gail. 2. *obs. 4. n. 16.*

XIX.

Quoties sub conditione impossibili heredi adscriptâ legatum relictum, toties illud vitiosum. *l. 1. ff. de his, quæ pœnæ caus.* quoties verò ipsi legatario conditio impossibilis adscripta, toties legatum simpliciter valet, ac si conditio non esset adscripta.

Ratio: quia priori casu non stat per heredem, quo minus impleat, & cùm impossibilis sit ei conditio, pœnam certè non merebitur, quippe qui non peccavit.

In casu autem posteriori non stat per legatarium, sed per turpitudinem seu rerum naturam, quo minus talem Conditionem implere possit.

Cùm igitur Legatario hôc casu nihil possit imputari, puniri quoque non debet.

XX.

Quoties conditio est iterabilis, toties demum post mortem Testatoris est implenda. *l. 2. ff. de Cond. & dem.*

Ratio: quia quis mortuo Testatore demum scire videtur conditionem, cùm eousque sit ambulatoria hominis voluntas; scientia autem Conditionis requiritur, ut quis Conditioni paruisse dicatur. *l. 2. in fin. ff. de condit. & dem.* Exemplum est in conditione, si decem dederit, si capitolium ascenderit.

XXI.

Quoties conditio non est iterabilis, toties seu ante, seu post mortem testatoris impleta fuerit, nihil interest. *l. 10. pr. ff. de cond. & demonstr.* quia qui sic testatus est, impleri solummodo conditionem voluit, non satis egit, quando *d. l. 10.* præprimis cùm reiteratio hôc casu non sit in potestate legatarii *d. l. 10.*

Exemplum est in conditione, si Mevian duxerit, aliud est in *l. 7. C. de instit. & substit.*

XXII.

Conditionis adjectio cum sit res facti, probari debet. Menoch. 4. *præsumpt. 175. n. 3. & 4.* Mascard. *de probat. conclus. 733. per tot.* Unde conditionis implementum probari debet, per eum, qui se in dispositione conditionali fundat. *l. hoc jure 10. de V. O. l. ita stipulatus 115. §. 2. cod.* Bart. *in l. si quidem. n. 5. 4. de except.* Farin. 1. *consil. 104. num. 11.*

XXIII.

In conditionibus attenditur prima existentia & non successus. *l. si quis heredem. 7. C. de instit. & substit.* Bald. *in l. cum precibus n. 6. C. de impub. substit.* Rol. à Vall. *in tract. de luer. dot. q. 51. n. 1.* Paris. *consil. 32. n. 1. lib. 2.* Chassan. *consil. 53. n. 6.* Gylman. *tom. 1. p. 1. 3. vot. 7. n. 5.*

XXIV.

Conditionis hæc est natura, ut retrotrahatur. *l. si filiusf. 78. de V. O.* quod obtinet, quando à casu pendet, secus cùm à potestate contrahentium. *l. potior. 11. & ibi* Bart. *ff. qui potior. in pign. l. si servus 18. §. ult. de stipul. serv.* Fach. 1. *contr. 94.* Gail. 2. *obs. 2. n. 1.* Hartm. Pist. 1. *q. 4. num. 9.*

XXV.

Conditio formam non levem inducit, qua omissa dispositio non sortitur effectum, *l. qui hæredi 44. l. Mævius 55. ff. de condit. & demonstr.* Tiraq. *de retractu. tit. 2. §. 2. gloss. 1. n. 3. & 4.* Menoch. *cons. 60. n. 48. & consil. 69. n. 72.* Garc. Gironda *de explicat. privileg. & exempt. n. 667.* Cald. Pereira *de potest. eligendi, cap. 2. n. 16. & cap. 4. num. 30.* Gutier. *practic. lib. 1. quæst. 17. num. 11.* Sanch. *de Matrimon. lib. 3. disput. 5. num. 2.* Rot. *decis. 315. num. 3. apud Farin. p. 1. recent.* Grat. *consil. 12. num. 22. vol. 2.* Paris. *consil. 97. num. 86. lib. 1.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 2. lit. C. concl. 483. n. 8.* Honded. *consil. 60. n. 26.* Franc. Becc. *consil. 39. num. 19. & consil. 58. n. 18.* Carol. de Cras. *de except. ad mater stat. exclud. omnes except. 35. n. 5.* Nicol. Intrig. *decis. 21. n. 2. lib. 1.*

XXVI.

Conditio nihil ponit inesse, & ideo actus conditionalis non valet, nisi existente conditione, *l. si quis sub conditione 8. ff. si quis omiss. caus. l. cedere. 213. ff. de V. S. l. si quis fundum 37. ff. de contrab. empt. l. ex facto 35. de hæred. instit.* Afflict. *decis. 355. n. 4.* Cephal. *consil. 56. n. 11. & seq.* Rol. à Vall. *consil. 58. n. 14. & seq. lib. 3.* ubi quòd paria sunt nihil fieri, vel fieri sub conditione, quæ non purificetur. Rom. *consil. 421. Hic Matthæus. n. 2.* ubi extendit tàm in conditione affirmativa, quàm negativa, Alex. *consil. 145. lib. 2. & consil. 42. & 46. lib. 7.* ubi quòd procedit tàm in conditione expressa, quàm tacita, Bald. *consil. 478. lib. 1.* ubi quod deficiente conditione deficit conditionatum, Mench. *quæst. illust. cap. 55. n. 6.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 29. à n. 13. & decis. 209. n. 1. & consil. 38. n. 24. & consil. 298. n. 1. & consil. 322. num. 26. & consil. 423. n. 18.* Card. Tusch. *d. tom. 2. lit. C. concl. 593. à princip.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. 56. n. 3. & resolut. 88. n. 4.* Francisc. Molin. *de brachio seculari. cap. 18. n. 14.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. conditio 3.* ubi quod in conditione positum non est indispositione. Flamin. *de resignat. lib. 1. q. 14. n. 9.* ubi quod actus habetur, ac si non esset factus non purificata conditione. Intrigl. *d. decis. 21. n. 4. lib. 1.* Joan. Maria. Novar. *quæst. forens. lib. 1. q. 27. n. 4.* [Unde quotiens aliquid dicitur, vel constituitur sub conditione, si ea conditio non existat, conditioni locus non est *l. 1. vers. hujus rei. de offic. ejus cui mand. est Jurisd. l. 8. §. si ignorantes. 7. ff. mand. l. 1. de Reg. Caton.* Unde Dd. dicunt, si conditionalis dispositio affirmat conditione cedente, ea deficiente negat. Ang. *cons. 373. col. penult.* Cravett. *consil. 344. n. 4.* Bocer. *de investit. feud. cap. 5. n. 19.*]

XXVII.

CONDITIO debet impleri in forma specifica, *l. qui hæredi 44. & §§. seqq. l. Mævius 55. ff. de condit. & demonstr.* Bald. *consil. 437. in princ. lib. 5.* Oldrad. *consil. 244. n. 3. vers. respondetur.* Angel. *consil. 373. Visis instrumentis. n. 2. vers. in contrarium. Exemplo eleganti rem declarat.* Hartm. Pistor. 2. *qq. 25. num. ult. pag. m. 555.* latè Gail. 2. *observ. 2. num. 3. & obs. 132. num. 3.* Cravett. *consil. 796. n. 5.* ubi quod in volun-

luntariis, & contra piam causam conditio adimplenda est in forma specifica, & non sufficit implementum per æquipollens, Menoch. *cons. 1. num. 410. & cons. 35. à num. 4.* Bruno à Sole *in locis communib. verb. conditio 5.* Surd. *decis. 209. n. 3. & de aliment. tit. 5. quæst. 3. num. 16.* ubi quod non debet impleri per æquipollens, Flamin. *d. l. 1. quæst. 3. num. 15.* Cardos. *in praxi Judic. verb. conditio. num. 3.* Valasc. *consil. 82. num. 11. vers. præterea.* Marian. Anton. *var. resolut. lib. 1. resolut. 56. n. 2.* Ceval. *commun. contra communes, tom. 4. quæst. 900. num. 56.* Card. Tusch. *d. tom. 2. lit. C. conclus. 595. à princip.* Castill. *controvers. p. 2. lib. 5. c. 119. num. 6.* Joan. Maria. Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 40. n. 4.* Vincent. Fusar. *de substit. quæst. 246. n. 16.* Carol. de Crass. *d. except. 33. n. 17. & 59.* ubi addit conditionem necessariam per æquipollens impleri posse. [*text. in l. fideicom. 11. §. si cui. ff. 11. de leg. 3. & l. mulier 20. §. 1. de condit. institut.* maximè si dispositionis voluntati per æquipollens æque ac ipsam formam specificam satisfieri possit. Marc. Mantua. *singul. 121. vers. ad secundum.*] Et non purificata conditione, ac si non esset factus, habetur actus. Surd. *cons. 157. n. 7. & cons. 236. n. 36.* Joan. Marian. Novar. *d. lib. 1. quæst. 40. n. 2.* Castill. *d. cap. 119. n. 5. cum seqq.* Intrigl. *decis. 21. n. 5. lib. 1.* Cassanat. *consil. 2. n. 28. & seq.* Joann. Anton. Mangil. *de imputat. quæst. 62. n. 19. & q. 77. num. 51.* Paria enim sunt nihil fieri, aut sub conditione fieri, quæ purificata non fuerit. Surd. *cons. 371. num. 69. c. 70.* plures, de quibus Castill. *d. cap. 119. n. 1.*

Limita, quando conditio non stat per implere debentem, seu devenit ad actum impossibilem, implendi sine culpa implere debentis, *vid. supr. Ax. 6.* Cuman. *consil. 38. circa fin.* Angel. *cons. 301. Factum tale. n. 3.* Cardin. Tusch. *conclus. 595. n. 32. cum seqq.* Cardos. *d. verb. conditio. num. 7.* Rot. *decis. 439. n. 3. & 6. apud Farin. p. 1. recent.* Thom. Doct. *consil. 93. n. 4.* Mari. Angnisol. *consil. 2. num. 19.* Vivi *decis. 383. num. 1.* Carol. de Crass. *d. except. 33. n. 12.* Conditio enim habetur pro impleta, cùm non stat per eum, qui illam adimplere debet, *l. jure civili. 24. de condit. & demonstr. l. inter & l. seq. C. eod. tit.* Surd. *consil. 374. n. 7.* Gonzal. *ad Reg. 8. Cancel. §. 3. proœm. n. 38.* Joan. Maria. Novar. *d. lib. 1. quæst. 40. n. 7.* Carol. de Crass. *de except. 33. n. 24.*

[Limita 2. quando conditio non possit adimpleri formaliter, prout testator voluit: tunc enim sufficit virtualiter & in effectu impleri quantum ad mentem testatoris & causam finalem. per text. *in l. hujusmodi. 84. §. si ita 7. ff. de leg. 1.* Gail. *2. obs. 4. n. 16.*]

XXIIX.

CONDITIO frustra expectatur, cujus eventus nihil debet operari, *l. si quis ita scripserit 33. ff. de hered. instit. l. cum hæres 52. §. fin. ff. de acquirend. hæred.* Ant. Gom. *var. tom. 1. cap. 2. n. 12. prope fin. & cap. 10. n. 17. in fin.*

XXIX.

CONDITIONE deficiente, contractus celebratus censetur resolutus ab ipso initio, *l. necessario 8. §. 1. ff. de peric. & commodo rei vendit. l. pecuniam 36.* ubi Alex. *n. 4. ff. de reb. cred. si certum pet.* Menoch. *cons. 134. n. 30. & 31. & cons. 139. & seq. & cons. 322. n. 39.* Tiraq. *in l. si unquam 8. verb. revertatur. n. 277. C. de revocand. donat.* ubi quod defectus conditionis habet oculos retrò ad tempus dispositionis. Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 4. n. 23.* Flamin. *de resign. benefic. tom. 1. lib. 1. quæst. 3. num. 27.*

XXX.

CONDITIONE pendente actus non dicitur perfectus, suspendit enim conditio actum in effectum, vel eventum conditionis, *l. cedere diem 213. ff. de verb. signif.* Menoch. *consil. 63. à n. 18.* Surd. *consil. 186. n. 12. & consil. 238. n. 7. & consil. 208. n. 11.* Joan. Marian. Novar. *d. lib. 1. qu. 17. n. 5.* Castill. *d. lib. 5. p. 2. cap. 119. n. 7.* Intrigl. *d. decis. 21. n. 6.* adeò ut pro imperfecto pendente conditione habeatur. Menoch. *consil. 88. num. 9.* nec præsumuntur impletæ nisi probentur, Castrens. Alex. & Dd. *ad l. item quia ff. de pact.* Unde instrumentum guarentigiatum non habere executionem paratam, nisi liquidata conditione, tradunt Alex. *in d. l. item quia de pact.* Bald. *in l. 2. Cod. de Execut. rei jud.* Wesembec. *1. consil. 14. num. 91.*

XXXI.

Quoties versamur in materiâ ultimarum voluntatum, toties conditio turpis & impossibilis habetur pro non adjectâ. *§. 10. Instit. de hered. institut.* Quoties verò versamur in materiâ contractuum, toties conditio turpis & impossibilis actum vitiat. *§. 10. Inst. de inutil. Stipul.*

Ratio differentiæ, quia cùm in contractibus utriusque requiratur voluntas, sibi imputet alter, quod talem conditionem admiserit *arg. l. veteribus. 39. de pact.* In testamentis verò ille, cui injuncta est talis conditio, impedire eam non potuit, cùm testamenta dependeant ex solâ voluntate testatoris.

Exem-

Exempla prioris sunt in *l. 6. ff. de condit. Instit. l. 45. ff. de hered. Inst.* posterioris in *d. §. 10. Inst. de inutil. Stipul.*

Limita casum priorem: nisi sit conditio per accidens impossibilis, quam difficilem vocant Dd. quæ etiam ultimas voluntates vitiat. *arg. l. 4. §. 1. ff. de statu liberis.* utpote si quis pauperem heredem instituerit sub conditione, ut solvat Ecclesiæ mille.

CAP. LXI.

De Confessione.

vid. infra delatio.

Axioma I.

Confessio judicialis semper præjudicat confitenti, ac revocari sine justâ causâ non potest inducitque expressam renunciationem, quod in confessione extrajudiciali non est. *l. 5. C. de jur. & fact. ignor.* Brunnem. *ad l. 14. C. de omni agro deserto.*

II.

Confessio extrajudicialis geminata idem operatur, quod judicialis. Bart. *in l. cum scimus 22. Cod. de Agricol. & cens.* Paul. Castr. *in l. Publia. §. Titius ff. deposit.* Felin. *in cap. de hoc n. 3. de Simon.* Regner. Sixtin. *inter Consil. Marpurg. volum. 1. consil. 11. n. 87.* Bertazol. *lib. 1. consil. decis. 42. n. 2.* Everhard. *in loc. à vi geminat. n. 15.* Petr. de Ptolomæis *ad l. admonendi n. 110. de jurejurand.*

III.

Confessio est interpretanda secundum mentem confitentis. *l. si quis intentione 66. ff. de judic.* Alciat. *in tract. de præsumpt. p. 3. præsumpt. 35. n. 10.* Bertazol. *1. consil. decis. consil. n. 53.* Estque instar instrumenti. Bald. *ad l. fin. quæst. 3. C. de edict. D. Adr. toll.* ideoque quod non cantat, nostrum quoque non erit supplere vel addere, sed pro omisso & non confesso habere. *l. ad probationem 21. Cod. de probat.* Gœdd. *inter Consil. Marp. consil. 28. vol. 2. n. 62.*

IV.

Confessio acceptari debet cum omnibus suis qualitatibus, nec potest pro parte scindi vel dividi, Bart. & Bald. *in l. siquidem C. de except.* Bald. *in l. Gallus §. quidam. ff. de liber. & posth.* Ludov. Gomez. *ad §. item si quis. Institut. de Act. n. 17.* Roman. *consil. 167. vol. 2* Bart. Veronens. *in suo tract. concl. cautel. 86. & 226.* sed aut tota acceptanda aut tota rejicienda. Bart. *in l. Aurelius. §. item ff. de liber. legat.* Gribald. *in thes. commun. opin. verb confessio. n. 7.* Quod accipe verum esse in directo connexis capitibus, non etiam in iis, quæ quandam separationem admittunt, & separata ac diversa facta factorumque qualitates separatas respiciunt. Bart. *in l. unic. C. de confess.* Hyppol. de Man. *sing. 185.* Felin. *in cap. auditis. extr. de præscript.* Bald. *in l. siquidem in 2. notab. C. de transact.* Gœdd. *inter Consil. Marp. consil. 28. volum. 2. num. 77.* Lanfranc. de Orian. *in prax. c. 17. n. 14.*

V.

Confessionem unius cedere damno alterius absurdum est. *l. Seja Mancipia. 28. ff. ad SC. Vellej. l. Quintus 48. ff. mand. l. si quis in gravi 3. §. 1. ad SC. Syllan.* Vult. *inter Consil. Marpurg. consil. 30. n. 150. vol. 2.*

Amplia, quod hoc non tantum quoad personas procedat, sed etiam quoad actiones: sic confessio unius facti, vel causæ, non inducit facti, vel causæ alterius confessionem, Bald. *in l. is, qui reus. vers. deinde. C. de probat.* Gœdd. *consil. 28. num. 61.*

VI.

Confessio dubia interpretari debet in bonam partem & ad favorem confitentis, Bald. *in l. 1. n. 23. vers. primo casu. C. de confess.* Claud. Seyssel *in repet. l. ut vim. num. 113. ff. de justit. & jur.* ubi hanc regulam exemplis bene declarat. Farin. *in sua pract. crimin. p. 2. tit. de reo confess. & convict. q. 81. c. 1.* Ubi Regulam tribus modis limitat & declarat: 1. ut procedat in foro fori, secus in foro poli. 2. ut non procedat in homine malæ famæ. 3. ut non procedat in iis, quæ de se mala & prohibita sunt. Nam his omnibus casibus dubia concessio in deteriorem partem & contra confitentem interpretanda. Farin. *1. decis. 63. n. 3. & in addit. lit. A.*

VII.

Confessus habetur pro judicato. *l. 1. ff. de confess.* cum de confessis nullæ sint partes judicis, nisi ut condemnet, *sunt verba* text. *l. proinde 25. §. 2. ad L. Aquil.* etiamsi falso confessus sit. *l. 1. l. 3. & l. 7. de confess.* quæ regulæ sese mutuo collidere videntur & vertere, adeo ut Zas. *in l. 6. §. ult. dict. tit.* fateatur se salebra hærere nec nodum expedire posse. Itaque Bach. *1. disput. 4. thes. 1. D.* distingvit, an quis confiteatur apud judicem pedaneum seu in judicio post litem contestatam, an verò apud Magistratum in jure ante litis contestationem, ut priori casu condemnatio sequatur, posteriori vero nulla, sed confessus pro judicato sit, & parata executio detur per actionem ex confesso, in qua ad instar actionis rei judicatæ. *l. 56. ff. de re judic.* non hoc an debeatur, sed an confessus sit, quæritur, eoque licet adversarius probare velit, falsam confessionem fuisse, condemnatio tamen sequatur ex actione de confesso. *l. 3. 4. 5. 6. 7. de confess.* Unde Hartman. Pist. *obs. 34. pr.* ait, confessionem sufficere ad condemnandum aliquem de eo, quod fuerat confessus. *can. 1. & seqq. caus. 2. q. 1. can. Lotharius 4. caus. 31. q. 2.* Non sufficere autem ad puniendum seu pœnam infligendam. *l. 1. §. Divus 17. ff. de quæst.* nisi sit spontanea & verosimilis. Carpz. *Part. 4. constit. 33. defin. XI. n. 12.* vel religio judicis aliis probationibus instructa fuerit. *l. 1. §. 17. ff. de quæst.* nec enim mori forte cupienti fides habenda est. Gödelmann. *lib. 3. de Magis. cap. 7. n. 13. & seqq.*

VIII.

Confessio ficta non plus operari potest, quam vera. Bald. *in l. 2. §. quod si Actor in fin. C. de juram. propter calum.* Farin. *1. consil. 28. n. 1.*

IX.

Confessio in una instantia facit fidem inter easdem personas in alia instantia, nulla habita distinctione an tendat ad eundem vel ad alium finem. Cancher. *decis. Pedem. 1. n. 40. & decis. 107. n. 1.*

n. 1. quod idem consuluit Curt. jun. *consil. 41. n. 15. vol. 1.* ubi infert etiamsi confessio sit facta in uno judicio ad unum finem tendente: idque probat per doctrinam Accurs. *in Auth. possessor. C. qui pot. in pign.* Vult. *inter Consil. Marpurg. consil. 21. vol. 3. n. 223.* Et confessio facta in uno judicio, probat etiam in alio contra confitentem. *l. jubemus 41. & ibi* Bald. *C. de libertal. caus.* Purpurat. *in l. ii apud quem. n. 82. C. de edend.* Caputaq. *decis. 190. n. 1. p. 1. & decis. 208. n. 6. p. 2.* Cephal. *consil. 100. n. 17. lib. 1. & consil. 215. n. 56. lib. 2.*

Amplia, ut procedat non solum in civilibus, sed etiam criminalibus, in quibus criminis confessio in uno judicio facta præjudicat in alio. Bellam. *in cap. per inquisitionem. n. 1. in 2. oppositi. & ibi etiam Abb. post n. 12. extra de Elect.*

Limita, scilicet de vera confessione non ficta. Hæc enim in uno judicio emanata non præjudicat in alio. Mascard. *de probat. concl. 348. n. 32.* Honded. *consil. 66. n. 58. & n. 75. lib. 1.* Hieron. Cuchal. *in addit. ad Angel. de malef. in verbo & ad querel. n. 97. post med. vers. secundo in confessione.*

X.

Confessum esse quem vel convictum sunt paria. *l. qui sententiam 16. C. de pœn. l. fin. C. de custod. reor.* Gandin. *in tit. de præsumpt. post. n. 2. vers. & primo videtur.* Gramm. *decis. 36. n. 61.* Fatin. *1. cons. 26. n. 3.* limita in causa appellationis: Nam confessus nihilominus appellare potest, saltem jure civili; sed non etiam convictus. Wes. *cons. 239. p. 1291. n. 20. ubi explicat cap. Romana 3. §. si autem de appellat. in 6. v. Colleg. Argentor. de confessis th. 2. n. XI.*

XI.

Confessio ad hoc, ut confitenti noceat, debet esse clara, certa, lucida, expressa, & explicata: alias non præjudicat. Felin. *in cap. qualiter ill. 2. §. licet autem. n. 3.* Implicita enim confessio habet naturam confessionis incidenter emanatæ. Felin. *in cap. 1. n. 6. vers. item dicas. & n. 12. extra de except.* Butr. *in cap. per inquisitionem. col. 3. ad fin. vers. per hoc dicit extra de Elect.* Marian. *in qualiter & quando n. 1013.* ubi de confessione tacita & in consequentiam. Rom. *consil. 455. n. 2.* ubi de confessione dubia & obscura rationem reddit, quia scil. obscurè respondens similis est nihil respondenti. *l. de ætate. 11. §. nihil 7. de interr. act.* cum aliis ibi per eum allegatis. Francisc. de Ponzin. *in tract. de Lam. n. 71.* Brun. *de judic. part. 2. quæst. 6. n. 9.* ubi quod confessio non debet esse æquivoca nec vaga & generalis, sed certa & specialis. Foller. *in pract. crimin. verb. etsi confitebuntur. part. 1. n. 59.* Mascard. *lib. 1. de probat. conclus. 348. n. 36.* Farin. *lib. 1. consil. 19. in addit. lit. I.*

XII.

Cum confitente sponte mitius est agendum. *c. Presbyterum. dist. 50. v.* Wes. *de pœnis. n. ult.*

XIII.

CONFESSIO est probatio omnibus melior, & efficacior, quæ fieri possit, *l. cùm à matre 14. C. de rei vend. l. generalit. 13. C. de non num. pecunia. c. per tuas 10. de probat. cap. si cautio 14. de fide instrum.* Hippolyt. *sing. 201. n. 2. & sing. 257. & in rub. C. de probat. n. 81. & 82.* ubi quòd est clarior probatio, quæ haberi possit, Alex. *cons. 13. Ex iis, quæ in princ. lib. 1. & cons. 213. num. 15. lib. 2. & consil. 141. n. 3. vers. nulla lib. 6.* Angel. Aretin. *consil. 48. Videtur primò. n. 3.* ubi ait, quòd est melior probatio, quæ fieri possit. Paris. *cons. 103. n. 10. lib. 3.* Bald. *cons. 195. lib. 2.* ubi dicit, quòd est principalissima omnium probationum, *& cons. 353. col. 1. lib. 3.* ubi refert, quòd ubi adest confessio partis, ibi est relaxatio omnis probationis. Rim. jun. *cons. 303. n. 3. lib. 5.* ubi quod est regina probationum. Cravett. *cons. 380. n. 12.* ubi ait, probationum omnium illustrissimam esse. Sylvan. *consil. 62. n. 1.* Menoch. *consil. 21. n. 14. & de interdict. remed. 1. recuper. n. 217. & seq.* Mascard. *de prob. concl. 1326. num. 4.* præfertur convictioni in constit. Carolin. *artic. 22. ibi* **aus eigenem Bekennen oder Beweisung.** Surd. *decis. 10. n. 12. & cons. 143. n. 39. & de aliment. tit. 8. privil. 30. n. 11.* ubi ait, quod plenè probat in iis, quæ pendent à voluntate confitentis, Cam. *Lusit. decis. 165. n. 2.* Joseph. Sesse *Aragon. decis. 125. n. 3.* Anton. Monach. *Bononien. decis. 21. n. 8. & decis. 55. n. 25.* Card. Tusch. *d. tom. 2. lit. C. concl. 645.* Rot. *decis. 436. num. 2. apud Farin. p. 1. recent.*

Non minus probat confessio, quàm instrumentum, Joan. de Anan. *consil. 55. num. 3.* habetque vim publicæ scripturæ, *l. cùm te 5. C. de transact.* Paris. *consil. 99. n. 12. lib. 3.* Roland. *cons. 6. n. 26. lib. 3.* Mascard. *d. concl. 1326. n. 4.* Flamin. *de resignat. l. 11. q. 14. n. 73.* Gam. *Lusit. decis. 43. num. 1.* Valasc. *de Jure emphyt. quæst. 7. num. 27.* Cald. Pereira *de potestate elig. cap. 7. num. 1.* Imo est major probatio, & fortior eâ, quæ fit per testes, vel instrumentum, Bald. *consil. 192. Proponitur. col. 2. circa fin. lib. 2.* Cravett. *consil. 61. n. 3. cons. 171. n. 4.* Rol. à Valle *consil. 71. n. 41. & consil. 75. n. 24. vol. 2.* Mascard. *de probat. in proœm. quæst. 7. num. 3.* & ideò semper admittitur, etiam ubi aliæ probationes non admitterentur, Marant. *de ordine jud. p. 6. art. 5. n. 25.* Surd. *consil. 60. num. 1. & consil. 143. n. 39.* Anton. Monach. *Florent. decis. 1. n. 99.* Joan. Marian. Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 89. n. 2. & 3.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 981. num. 34.* Lud. Cenc. *de censib. p. 1. cap. 4. n. 20.* quia facit rem notoriam, Mascard. *d. concl. 1326. n. 4.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 142. num. 9. & 10.*

Car-

Cardos. *in praxi Judicum, verb. confessio judicialis. n. 36.* Farinac. *in praxi crimin. quæst. 21. n. 31.* Cald. Pereira *de potest. elig. cap. 7. n. 23.* [Talis enim confessio abit in contractum, adeo ut revocari amplius non possit. Castrens. *in l. si quis in conscribendo. n. 2. C. de Episcop. & Cleric.* Dyn. *in cap. quod semel. n. 3. de Reg. Jur. in 6.*] imprimis confessio facta in precibus principi oblatis revocari non potest. *Knichen. de superiorit. ejusve possess. cap. 3. n. 274. p. 37.*

Limita: sola confessio sine concurrente aliâ probatione non sufficienter probat, aliquem esse servum vel adscriptitium. *l. 22. pr. C. de agricol. & Censit.* Perez. *Cod. eod. n. 4.* nisi confessio sit judicialis. *l. 41. de liberali caus.* Brunnem. *ad l. 22. C. de agric. & censit.*

XIV.

CONFESSIO erronea non nocet, & confiteri non videtur, qui errat. *l. non videtur 2. ff. de confess. l. error. 7. C. de Juris & facti ignor.* Socin. *reg. 39.* Ant. Gom. *tom. 3. var. cap. 1. n. 66.* Mascard. *de probat. conclus. 378.* Surd. *cons. 345. n. 17.* Mari. Ant. *var. resolut. lib. 3. resolut. 1. num. 63.* Card. Tusch. *d. tom. 2. lit. C. conclus. 649.* ubi *conclus. seq.* agit, quando confessio dicatur erronea, vel non. Joan. Maria. Novar. *quæst. forens. lib. 1. qu. 89. n. 10. in fin.* [tamdiu tamen confessio erronea vera præsumitur, donec contrarium probetur. *l. 26. §. ult. ff. de posit.*

XV.

CONFITERI non censetur adversarii agentis intentionem, qui ad excludendum jus actoris exceptionem opponit, *cap. exceptionem 63. de Regul. Juris, lib. 6.* Covar. *var. lib. 1. cap. 1. n. 2. vers. eodem jure.* Ant. Gom. *tom. 3. var. cap. 12. n. 16.* Cacheran. *Pedem. decis. 178. n. 9.* Franc. Milanen. *Sicilia. decis. 3. n. 46. lib. 2.* Bellon. *Genuens. decis. 38. n. 8. & decis. 91. n. 1.* Petrus Gregor. *Syntagm. Jur. lib. 21. cap. 17. n. 3.* Cardos. *in praxi Judicum & Advoc. verb. exceptio. n. 26.* Steph. Gratian. *Marchiæ. decis. 19. n. 9.* Magon. *Floren. decis. 44. n. 6.* Cæs. Manent. *decis. 69. n. 1.* Camill. Borell. *in sum. omn. decis. tom. 1. tit. 48. n. 22.* Pyrrh. Mant. *de solut. cap. 23. n. 1.* Carol. de Grassis *de except. except. 25. n. 81. & 82.*

CAP. LXII.
De Confidentia.

Fortius dicunt, qui minus habent artis. *Quintilian.* Ratio, quia, qui minus sapiunt, minus habent pudoris, Erasmus *in Adagiis.* contra insciti confidentiam parit, unde Cujac. *ad l. 1. de R. Jur.* Imperitos omnia facile affirmare dicit, cum quo consentit Philosophus 1. *de generatione. cap. 2. &* Thucyd. *lib. 2.* ubi inscitiam audaciam, prudentiam cunctationem afferre asserit. Eruditio enim timorem creat, imperitia confidentiam. Hieronym. *Epist. 26.* & Plin. *lib. 5. Epist. 17.* Nescio quo pacto, inquit, in studiis homines magis timor, quam fiducia decet: cui dubio respondet 4. *Epist. 7.* quia recta ingenia debilitat pudor, perversa confirmat audacia: Rectè ergò *Sydon. Apollinaris* auctores in operibus edendis pudorem potius quam constantiam decere statuit. *lib. 9. Epist. 11.*

Confinis. *vid. Infra* Vicinus.

CAP. LXIII.
De Confirmatione.

Axioma I.

Confirmatio non potest retrotrahi in præjudicium tertii. Bart. *in l. bonorum rem. rat. hab.* Dyn. *in l. semper de Reg. Jur.* Wesenb. *1. cons. 6. n. 163.* Corn. *consil. 247. n. 5.*

II.

Confirmans actum nihil innovat, *cap. 1. de confirm. util. & inutil. & ibid. gloss. adverb. confirmationem.* vel novi dat. *c. inter dilectos. 6. §. porrò. de fid. instr.* Specul. *in tit. de instrum. §. nunc autem. n. 1.* Cum de natura confirmationis sit addere robur confirmato, non illud extendere. *l. Aurelius 28. §. testamento. 5. ff. de lib. leg.* Bald. *in l. adversus. n. 3. C. si adverf. rem judic.* Alex. *consil. 122. n. 21. vol. 6. incip. Viso puncto.* Gail. *lib. 2. obs. 1. per tot. n. 16.* Et confirmans valdum non dicitur aliquid de novo dare. Bart. *in l. more 5. in sua distinct. n. 5. & ibi Jas. n. 27. de jurisdict.* Quando enim confirmatum stare potest per se & ex se ipso, validum & utile est, illudque debet attendi & non confirmans. *l. asse 77. ff. de hæred. Institut. Cons. Argent. cons. 24. n. 55. vol. 1.* Treutl. *cons. 108.*

Limita 1. Regulam non procedere, quando actus nullus à Principe summo confirmatur, tunc enim eo casu qui confirmat, dat ad hoc ut actus potiùs valeat, quam pereat. *l. adoptio 38. ff. de adopt. §. fin. Institut. de tutel.* Gail. *lib. 2. obs. 1. num. 16.*

Limita 2. quando quis confirmat actum imperfectum, quia tunc confirmando perficit, & per consequens dat. *cap. 1. §. fin. de transact. Novell. 15. cap. interim. 1.* Gail. *2. obs. 1. n. 18*

Limita 3. quando quis confirmat actum tanquam jam antea factum, qui revera nunquam fuit celebratus, qui tunc de novo dare censetur. *l. si donatio. 5. C. de donat. ubi Bald. Jas. ad d. l. more majorum. 5.* Gail. *2. obs. 1. n. 19.*

Unde Bald. *in l. leges. colum. fin. n. 5. ff. de leg. & in l. ex placito. col. 3. n. 8. vers. secundo casu. C. de rer. permut.* Regulam sic declarat, quod si actus præcedat confirmationem, confirmatio non det, sed fiat ad benè esse, faciatque rem confirmatam esse majoris autoritatis. Paris. *consil. 10. n. 39. vol. 1. Consil. Arg. cons. 24. n. 54. lib. 1.*

III.

Confirmatio privilegiorum consilii potiùs est quam necessitatis; sunt enim perpetua & sine novâ confirmatione valent, tutius tamen est eam pete-

petere ad abundantem cautelam & dubitationis tollendæ causâ. Brunnem. *ad l. un. C. de immun. nem. conc.* superflua enim cautela non nocet *l. fin. C. de præd. tamiac. Perez. Cod. ibid. n. 3.* & hanc confirmationem princeps denegare non potest. *Perez. C. de decurial. urb. Rom. n. 8.* Confirmatione tamen non petitâ privilegia à successore possunt revocari vel suspendi. *Perez. Cod. de immun. nem. conced. num. 5.* hodie principes in inauguratione generaliter privilegia confirmare solent.

IV.

Quod non est, confirmari non potest. *c. cum nostis. 6. de conces. præb. l. sed etsi 7. ff. de precar. l. bonorum 24. ff. rem rat. hab.* Alex. *consil. 155. num. 2. vol. 6. incip. videretur.* Gail. 2. *obs. 1. n. 15.* Confirmatio enim ejus, quod nullum est, nihil operatur. *cap. inter dilectos 6. §. ceterum ubi.* Caron. *de fid. instr.* nec quicquam operatur confirmatio circa id, quod ab initio est inutile. Dyn. *in c. non firmatur. de R. I. in 6.* Vult. *inter Consil. Marpurg. consil. 15. n. 319. cum seq. vol. 1.* Pro declaratione tamen hujus distingve cum Dyn. *in reg. non firmatur. de R. I. num. 5.* Inter factum, quod omnino à jure annullatur citra ulteriorem limitationem vel dispositionem, & tunc nullum non confirmatur, etiamsi causa confirmans supervenerit, v. c. in institutione heredis, quæ ab initio est inutilis propter personam testantis: quia impubes, servus, filius, licet postea factus fuerit pubes, liber sui juris. Interque illud, quod quidem à lege declaratur nullum, nihilominus tamen superveniente causa confirmante, juris ipsius dispositione toleratur. Et hujusmodi omnino non potest dici nullum, sed aliquo respectu validum, veluti si accedat, quod jus admittit posse validare. v. c. sponsalia impuberum sunt nulla, quia deficit consensus, *cap. 8. de sponsal. impub. junct. cap. unic. de sponsal. in 6.* aliquo tamen respectu juris ordinatione valida sunt, cum teneantur expectare nubiles annos. *d. c. 8.* aliud exemplum vide *in l. fin. Cod. si major fact. alien. ntam.* Honthem. *3. de art. Notar. cap. 16. n. 38.*

V.

Confirmatio specialis plus roboris habet quam generalis. *cap. bonæ 3. de confirmat. util.* gloss. *in cap. quanquam 6. distinct. 23.* Gail. 2. *obser. 1. n. 5.*

VI.

Confirmatio generalis non trahitur ad illicita vel ipso jure nulla. *l. 32. §. 24. ff. de donat. inter vir.* Dd. *in cap. 1. de jurejurand. in 6.* Bart. *in l. 1. ff. de his, qui sunt sui jur.* Langenbeck. *in annotat. LL. cap. 3. vers. quæ tamen.*

VII.

Confirmatio semper debet intelligi salvo jure alterius. Jason. *in l. fin. n. 13. ff. de pact.* Afflict. *in cap. si quis investierit. n. 19. de feud. dat. in vic. Leg.* Gail. 2. *obs. 1. n. 14.* hinc confirmatio debet fieri ex certâ scientiâ, prævia causæ cognitione, audito procuratore fisci & iis quorum jus lædi posset. Nam & principi noxio confirmatio non valet. *Perez. Codic. de curialibus urbis Romæ. num. 10.*

VIII.

Confirmatio accessorium est confirmati, ut hoc sublato & illud intelligatur nullum esse. Vultej. *inter Consil. Marpurg. consil. 16. n. 32. vol. 1. per l. cum principalis 178. de R. I.*

IX.

Confirmatio actus etiam ex intervallo per ratihabitionem fieri potest. *l. semper 60. ff. de R. I.*

X.

Confirmatio Principis vitia contractuum supplet. *l. 2. C. quand. decret. non est opus.* Wesemb. *in Paratit. de reb. eor. qui n. 5. l. 38. de adopt.*

CAP. LXIV.

De Confirmatione Tutorum.

Quoties in tutelâ testamentariâ occurrit defectus vel ratione personæ dantis vel accipientis, vel ratione modi dandi, toties opus est confirmatione.

Ratio: quò ita tollatur defectus, & voluntas ejus, qui Tutorem dare voluit, potiùs subsistat, quàm corruat. Exempla habet *Struv. Jurisprud. Rom. Germ. forens. lib. 1. tit. 17. §. 5. seqq.*

Declara, ut aliud sit, si defectus sit in personâ tutoris dati, ut si fœmina Tutrix data *l. 26. pr. ff. de Testam. Tut.* vel infans aut incertus. *§. 27. Instit. de Legat.* talis enim defectus confirmatione non poterit suppleri.

CAP. LXV.

De Confraternitate.

Axioma I.

Quicunque liberam de bonis suis disponendi licentiam habent, illi liberè pactum confraternitatis inire possunt.

Ratio: quia per talia pacta bona transferuntur in alium, ergò libera circa ea requiritur potestas. Illi igitur, qui ratione bonorum neminem recognoscunt superiorem, liberè hoc pactum ineunt, & sic quoad bona allodialia principes Imperii non tenentur petere confirmationem Imperatoris. *arg. §. 39. Capitulationis Leopold. verb.* von dem Lehnthum keine *Dependenz* haben*der.* tenentur tamen quoad bona feudalia; hæc enim non possunt sine consensu domini alienari.

II.

Quoties dispositio bonorum alicujus restricta, toties illius consensus adhibendus, per quem libertas restricta, i. e. in cujus præjudicium actus tenderet. *arg. l. 39. ff. de adopt.*

Ratio: quia hic suâ contradictione poterit actum impedire *d. l. 39.* ita ergò quoad principatus Germaniæ non valebit inter principes pactum confraternitatis, nisi confirmatum fuerit consensu Imperatoris & Electorum. §. wenn auch Lehn. *30. Capitulat. Leopold.* Quoad Electoratus verò valebit solo consentiente Imperatore. *Conf. Limn. in addit. ad L. 3. Jur. publ. cap. 7. num. 69.*

CAP. LXVI.

De Confusione.

Axioma I.

Confusio est seditionis seminarium. Conrad. Brun. *l. 3. de sedit. cap. 6. n. 1.* Nolden. *de statu nobil. cap. 7. num. 56.* Unde & in rebus & nominibus vitanda est. *l. ult. Cod. de legitima tutela. §. hoc autem. 5. Instit. quib. mod. testam. infirm.* Qui ergo cives suos sine ullo discrimine confusos esse volunt, perinde faciunt, ut subulci, qui porcos omnes sive pingves, sive macilentos in eandem haram compellunt. Thom. Bozius *tom. 2. de Eccles. DEI lib. 22. c. 8.* vel qui hordeum frumentum, oryzam, milium, legumina, &c. in unum acervum cumulant, qua ex re & singulorum seminum & universi acervi usum amittunt. Bod. *de republ. lib. 3. cap. 8. in pr.* Fritz. *de Nobil. civil. concluf. 29. per tot.* Nolden. *d. loc. n. 56. facit. t. t. C. Negotiator. ne milit. l. 1. C. ne rustici ani ad ullum obsequium devocentur.* Berlich. 1. *decis. 26. n. 1. & 2.* hinc sub gravissimâ pœnâ prohibitum erat, gradus Civium circa distributionem annonæ civilis confundere. *Perez. C. de annon. civil. n. 2.*

II.

Confusio in comparatione inæqualium facit res æquales, & dicitur portio inæqualium æquata. *l. 7. in pr. solut. matrim.* ubi Zas. *n. 12.*

III.

Quodcunque ex confusione factum, illud utrique commune est. *l. 7. §. 8. ff. de acquir. rer. dom.*

Ratio: cùm enim materiæ confusæ non possint iterum separari, æqvum est, ut pro ratâ dividantur, v. g. si qui vina sua confuderint.

Limita (1.) ut commune sit pro ratâ ejus, quod quisque contulit *l. 3. §. 2. in fin. ff. de R. V.* (2.) ut ratio habeatur prævalentiæ, v. g. si aurum & argentum sit confusum.

IV.

Officia non sunt confundenda promiscuis actibus. *l. 23. C. de testam.* & nemo debet attingere ea, quæ sui officii non sunt. Brunnem. *ad l. 13. C. de susceptor.*

CAP. LXVII.

De Conjectura.

Axioma I.

Conjecturas aut præsumptiones nobis comminisci liberum non est. Eæ enim ex legibus sunt petendæ. Cujac. *in Papin. lib. 14. resp. in l. penult. de his quæ ut indign.* Judex enim & JCtus cognoscere debet intentionem disponentis, sicut Medici per tactum pulsi & per urinam. Pil. *in rubr. C. de probat. sub num. 4. vers. scias, quod judex est, sicut Medicus*, quem laudat & sequitur Alex. Raudens. *lib. 1. de analog. univ. & æquivoc. præf. in fin.*

II.

CONJECTURIS non est opus in claris, & præsumtio cedit veritati; *l. ille aut ille 25. §. cùm in verbis ff. de legat. 3. l. non aliter 69. ff. eodem titulo. l. continuus. 137. §. cum ita. 2. ff. de Verb. Obligat. l. 2. C. de legib.* Socin. *conf. 13. n. 38. vol. 1. & conf. 9. num. 19. vol. 3.* Roland. *consil. 80. n. 51. vol. 3.* Octav. Glorit. *resp. 6. n. 72.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præf. 31. n. 4.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 12. quæst. 5. num. 16.* Surd. *consil. 242. n. 9. & consil. 454. n. 49. & decis. 210. n. 1. cum seq.* Brunor. à Sole *in locis communib. in verb. Verbum. num. 35.* Conzal. *ad regul. 8. Cancel. §. 4. proœm. n. 68. cum seq.* Joan. Franc. Leo *in Thesauro fori Eccles. p. 3. cap. 7. n. 63.* Anton. Monach. *Florent. decis. 1. num. 20. & decis. 23. n. 16.* Marian. Anton. *Var. resol. lib. 1. resolut. 3. n. 9. & resolut. 18. n. 9.* Rot. *decis. 45. n. 5. & decis. 21. num. 5. apud Farinac. p. 1. recent.* Dionys. Paul. *in vera quatuor Patriarch. Sedium. erect. cap. 4. n. 15.* Mangil. *de imput. quæst. 39. n. 8.* Intrigl. *consil. 4. n. 9. & consil. 13. n. 95. & consil. 20. n. 27. l. 1.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 824. n. 10.*

CAP. LXIIX.

De Conjugibus & Conjugio. *vid. infra* Matrimonium.

Rixis conjugum non est ansa præbenda, nec quiescens matrimonium turbandum. *l. 26. ff. ad L. Jul. de Adult. adde l. 11. §. 11. ff. eod.* Unde maritus, qui uxorem & filios temere verberat, dicitur quasi in Deorum templa manus inferre. atq; ideo pro impio habendus, majorique laude dignum Cato bonum maritum, quam magnum Senatorem, judicavit, teste Plutarcho *in ejus vita.*

CAP. LXIX.

De Conjunctione, Contractione.

Axioma I.

Sæpe fit, ut celeritate actionum inter se conjungendarum una actio occultetur. *l. 3. §. 12. de don. inter vir. & uxor.*

II.

Conjunctus præsumitur scire facta conjuncti. *l. octavi. 9. §. 1. ff. unde cognati. l. si vicinis. 9. C. de nupt. l. si ita 15. in fin. de fund. instr. l. de tutela. 7. C. de in integr. restit.*

Ampliat. & limit. hujus reg. *vide in tom. reg. Jur. Francof. h.*

III.

Ob conjunctionem receditur à regulis juris. *l. Lege Julia 4. de testib. si non solum. 67. §. de uno. 1. ff. de rit. nupt.*

CAP.

CAP. LXX.
De Connexis.

Axioma I.

Connexa sive conjuncta habentur pro uno. *cap. cum singula. 32. in princ. de præbend. in 6. l. prætor. 7. §. unde quæritur 2. ff. de damn. infect.* cum sint individua. Angel. *consil. 326. dub. quarto.* Cravett. *consil. 102. n. 1. vol. 1.* Menoch. *de arb. quæst. lib. 2. cas. 95. n. 5. & 9.* Sic in conjunctione summarum duarum utræque debentur. *l.* si is qui, *13. de reb. dub.* Et in conjunctione personarum licet alii designati tantum, alii vero nominati sint, utrique legata alimenta debentur. *l. ult. de reb. dub.* Hinc ea demum connexa intelliguntur, quorum unum sine altero esse vel stare nequit, ut tradit Angel. Aret. *in cap. translato. not. 1. de constit. & consil. 58. & 29. n. 20. vers. his breviter.* Fr. Niconit. *n. rubr. ff. de nov. op. nunc.* quos sequitur Menoch. *d. cas. 95. n. 18.* Sicut & connexa ex eo æstimantur, si unum de illis tendat ad perfectionem alterius, textus *in l. eum actum 17. ibi: plane si quid connexum ff. de neg. gest.* Non sunt igitur connexa, sed separata, quæ ita sunt, ut unum sine altero esse & stare possit, nec unum ad sui perfectionem alterius ope indigeat. Dd. communiter *in d. l. 17.* Menoch. *d. cas. 95.* Quomodo connexa & separata sibi invicem opponuntur. *in l. si cognati 21. C. de negot. gest.* sicuti etiam connexa & divisa *in l. tutorem 37. §. 1. de admin. tut.* Vult. *inter Consil. Marpurg. consil. 29. vol. 3. n. 33.*

II.

Aliquid esse connexum non facit dependentia. Bald. *in l. in peremptorias in fin. n. 39. vers. quero actor. C. sent. rescind. non posse.* quia in connexis dependentia consideratur ex causa originaria, non autem ex causa accidentali. Anchar. *in cap. accessorium. col. 3. n. 16. vers. præterea isti duo actus. de Reg. Jur.* ubi ait: Quod duo non conjunguntur tanquam connexa, vel tanquam principale & accessorium propter accidentalem, sed propter causam originalem, quæ in connexis intuenda est, subjungens, quod administratio tutelæ & redditio reliquorum ideò sint connexa & ipsi tutelæ, quoniam naturaliter ab ipsa dependent. Pacian. *l. de probat. cap. 28. in addit. lit. f. ubi de connexis. vid. per tot.*

III.

CONNEXORUM idem est Judicium, *l. 3. §. judicio contrario. ff. de contrar. act. tutel.* Klock. *l. consil. 6. n. 9. l. proinde 22. ff. ad Legem Aquil. l. eum actum. 17. ff. de negot. gestis. l. 35. de ædil. edict. cap. translato 3. de constit. cap. præterea 5. de officio deleg.* Marsil. *sing. 251. Connexorum.* Decian. *cons. 45. n. 17. cum seqq. lib. 1.* Cravett. *consil. 275. n. 3. cum seqq.* Castrens. *consil. 110. n. 2. cum seqq. lib. 2.* Joan. de Imola *consil. 139. num. 6. & seq.* Ubi limitat, quando connexitas non est proxima, sed remota. Cott. *in memorab. verb. connexorum. pag. mihi 166.* Surd. *de aliment. tit 9. q. 31. n. 16. cum seqq. & consil. 196. n. 9. & consil. 338. n. 3. & decis. 199. n. 13.* Joan. Franc. Leo. *in Thesaur. fori Eccles. p. 3. cap. 7. n. 71.* Escob. *de ratiocin. c. 13. n. 11.* Hier. Fernandez. de Ottero. *in repet. cap. fin. de pact. n. 6.* Mar. Antonin. *Variar. resolut. lib. 3. resol. 9. n. 2.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana, lib. 5. cap. 1. n. 43.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap. 5. n. 37.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 2. lit. C. concl. 626. per totam.* Sigism. Scacc. *de appellat. q. 17. limit. 21. sub n. 26.* ubi ait, quòd connexa, & individua reputantur idem, & nihil fieri potest contra unum ex individuis, quin fiat contra alterum, de quo etiam Anchar. *consil. 160. n. 2.* Cravett. *consil. 275. n. 4. & 5. & consil. 461. n. 50. & consil. 936. num. 27. & seq.* Surd. *d. decis. 199. n. 13.* ubi quòd connexa dicuntur individua. Idem Sigism. Scacc. *de Judic. lib. 2. cap. 11. n. 307.* ubi limitatur, quando est diversa ratio, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 851.* Castill. *controvers. tom. 5. p. 2. c. 165. n. 15. cum seqq.* Joan. Marian. Novar. *in praxi elect. & variat. fori. quæst. 64. sect. 1. & quæst. 45. sect. 2. n. 11. & 16. & quæst. forens. lib. 1. quæst. 111. n. 16. & 113. n. 14. & q. 151. num. 8. & quæst. 155. n. 8.* Ovid. de Amic. *de Jur. emphyt. quæst. 80. n. 103.* Alphons. de Narbona *l. 20. gloss. 22. n. 36. tit. 1. lib. 4. Recopil.*

IV.

CONNEXUM quibus modis dicatur, latè ostendit Joan. de Imola *cons. 139. Præfatus Simius, à princip.* Cardin. Tusch. *d. tom. 2. lit. C. concl. 625. per totam.*

CAP. LXXI.
De Conniventia.

Axioma I.

Connivendo & tacite remittere licet quædam, quæ non licet expresse. *arg. l. 5. §. si opus 13. de damn. infect. c. 1. §. 1. de Jurament. Cal. in 6.* Wesemb. *in Comment. C. ad. l. 1. C. de usufruct. in fin.*

II.

Quidam mores inhumani & inciviles propter utilitatem fisci tolerantur potius, quam probantur. Cujac. *in l. 3. §. 6. de Jur. fisc. c. 2. de sponsal.*

III.

Conniventia quando dolum arguat, *vid. infr. in tit. de prohibitione & taciturnitate.*

CAP. LXXII.
De Conscientia.
vid. infr. Innocentia.

Axioma I.

Conscientiæ malæ signa sunt, erubescere, pallere, inconstanter loqui, & faciunt præsumptio-

nem malam. Clar. *in quæst. 21. pract. crim. 39.* Farin. *lib. 2. de Indic. quæst. 52. n. 39. vers. tertium.* Hinc ex vultu, aspectu, constantia, trepidatione, ex oculorum, sermonum indicio, delinquentis conscientia observari potest, qualis sit. *text. in l. de minore 10. §. plurimum ff. 5. de quæst.* Bart. *in l. si qui reus. n. 12. in fin. ff. de publ. judic.* Unde illud vulgatum: *Heu quam difficile est crimen non prodere vultu.* Et Juvenal.

Rubet (inquit) cui frigida mens est
Criminibus tacita, sudant præcordia culpa.

Hinc dicimus conscientiam mille testes esse, ut refert Quintil. *Orat. Instit. lib. 5.* Et Erasmus *in Chiliad. dicens:* Conscientiam rem unam esse omnium efficacissimam, adeò ut nulla tormenta melius prodant maleficium conscientâi. Vult. *inter Consil. Marpurg. consil. 15. n. 99. vol. 1.*

II.

Nullum peccatum gravius quam conscientiis velle dominari. Lambert. Florid. in seinem zu Straßburg *Anno 1583.* gedruckten kurtzen Bedencken von der *Emendation* des Jahrs *pag. 79.* ubi his verbis testatur: Es meldet Johan. Crato in Oratione funebri Maximiliani II. daß sich Ihre Käyserl. Majest. nie vermessen habe/ &c. sondern habe öffentlich bekant. Nullum peccatum, &c. Weinrich. *de constit. pacificat. Relig. f. 224.* Ideo relinquenda conscientiarum libertas. Aug. Lactant. *Evagr. cap. 14. lib. 3.* Cassand. *de offic. pil. ver. Cusac. Lips. Monf. de Lansac. in Orat. sua habita nomine Caroli IX. Reg. Francorum in Concil. Tident. & Caroli IV. Impemt. LL. publ. jud. §. 8.* quamvis prætextu protectionis sæpe pessum eat libertas. Maul. *de homag. tit. n. n. 6. vid.* Reichs-Abschied *1544. 1548. 1555.* § Setzen demnach. §. Und damit solches. §. Damit auch obberührte. *vers.* Solte die Christliche. & late Bœckel. *de publ. judic. disquis. Coron. f. 315.*

III.

Conscientia publica & communis privatæ præferri meretur. *can. judicet. 4. ubi gl. caus. 3. q. 7. Nov. 82. c. 13.* Bald. *in lib. 1. C. qui accusar. non poss. & in cap. Cler. de vit. & honest. Cler.* Afflict. *decis. 321. n. 1.* Natt. *consil. 6. in fin. consil. 49. in fin. lib. 1.* Hippolyt. *de Marsil. consil. 15. n. 17. consil. 20. n. 55.*

IV.

Conscientia ex jure debet informari & scrupulosa conscientia deponi. Bald. *consil. 295. n. 2. lib. 1.* Franc. Mantic. *de conject. ult. vol. l. 2. c. 14. n. 7.* Heig. *2. q. 1. n. 166.* Inprimis conscientia judicis secura non de proprio ipsius sinu vel pectore, sed de utero & conscientia Legis regulata secundum tramites juris proficisci debet. Bald. *in l. 1. col. 5. C. si plur. un. sent.* Arnold. Rayger. *in diss. An Judex secundum Conscient.*

V.

Conscientia habet veritatem & nemo præsumitur immemor suæ salutis. *l. quisquis 5. Cod. ad L. Jul. Maj. Zas. in l. quocunque de V. O. n. 34. l. ult. C. ad L. Jul. rep.*

VI.

Conscientia rectè factorum in rebus adversis una omnium maxima est consolatio. Gail. 1. *de P. P. c. 10. n. 6.*

VII.

Et quæ in conscientia nostra seu intellectu consistunt, per simplicem nostram assertionem cum juramento rectè probantur. *text. in c. cum in tua. 6. §. fin. qui matr. accus. poss. cap. pastoralis. 4. de except. l. non omnes. 5. §. à barbaris 6. ff. de re milit.* Gail. 2. *observ. 48. n. 24.* Mascard. *in præsat. conclus. 1056. n. 8.*

IIX.

Contra conscientiam agens ædificat ad Gehennam. *cap. per tuas 32. de Simon. inter hæc. 23. q. 2.* Pantschm. 2. *q. 7. n. 18.*

IX.

CONSCIENTIA, quam quis habet scrupulosam, nisi deponat, errorem non evadet, *cap. per tuas 35. de simon.* Joann. Paul. Lancell. *lib. 1. regul. ex universo Pontificio Jure excerptarum. pag. 65.* Dicitur Conscientia à conscio, quasi sciat, & cognoscat se ipsam, & quid sit relativè. Joan. de Anania *consil. 34. n. 5.* ubi Bologn. *n. 10.* asserit, Conscientiam esse judicium mentis consonans in quodam naturali jure, alienam quodammodo à rigore & subtilitatibus juris, & *n. 9.* ait, quòd Conscientia nihil aliud sit, quàm sensus animæ cognoscentis bonum & malum, & quid intrinsecus latens in mente, quod probari non potest directò, refert Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. C. conclus. 742. à princ.* [Hinc. Jason. *in §. sed ista. Instit. de action. n. 110.* docuit, *Virum bonum non esse, qui sine conscientia est.* Unde Cicero *ad Attic. Epist. 246. mea mihi conscientia pluris est, quam omnium sermo.* vid. Menoch. 1. *arbit. judic. cas. 8. num. 42. cum seqq.*]

CAP. LXXIII.
De Consensu.

Axioma I.

Consentire dicitur, qui, quando actum prohibere potest, non prohibet, multo magis si verbis expressis dicit se non prohibiturum. *arg. l. 2. & 4. ff. de noxal. act. l. item 13. §. 7. ff. locat. can. non inferenda. 7. can. qui potest. 8. & can. ult. 23. q. 3. c. sicut dignum. 6. §. illi. de homicid. c. dilecto 6. vers. & quidem de sentent. excomm. lib. 6.* Cravett. *consil. 409. n. 4.* Harprecht. *ad princ. Instit. de nupt. n. 182.* Seneca in Troade. Qui non vetat peccare cum possit, jubet. Hinc est, quod consensus argui ex patientia dicitur *l. 2. cum ibi not. per Bart. C. de acquir. poss.* scil. si cum illa sit conjuncta scientia. *l. item quæritur 13. §. fin. ff. locat.* gloss. *in l. quæ dotis in fin. solut. matr.* Mascard. *de probat. concl. 1153. n. 1. vol. 3.* Vult. *d. consil. 25. vol. 2. n. 20. limit. v. infr. de patientia.*

II.

Consensum verum vel interpretativum lapsus temporis vel negligentia nunquam inducit. gl. *in l. 1. §. penult. ff. de dol.* quod intellige, scil. de jure quæsito. Bald. *in l. cum quis. 7. C. de jur. & fact.*

fact. ignor. secus enim est, in jure quærendo. gloss. *in l. si ego. ff. de neg. gest.* Bald. *in Auth. ad hæc. C. de usur.* Vasq. *lib. 2. contr. jur. cap. 40. num. 19.*

III.

Consensus quibusvis verbis, imò etiam facto & nutu declaratur. *l. Labeo. 7. §. ult. de supell. leg. l. ubi non voce 124. ff. de R. I. l. 2. ff. de pact. l. 21. ff. de leg. 3. l. 22. C. de fideicomm.* Angel. *cons. 335. n. 3.* Harpr. *in Comm. Inst. pr. de nupt. n. 181. Consil. Argent. 104. n. 33.* Ita qui non contradicit, non uriq; creditur semper consentire. *arg. l. 3. de serv. urb. præd. l. 8. §. 15. quibus mod. pign.* vid. Reyger. *in voce consensus.* sed tantum in casibus certis. *l. 7. 12. de sponsal.* Quanquam in factis clarius & magis consensus declaretur, quia facta effectum ipsum ostendunt, verba verò aliquando contra voluntatem proferentis sint. *c. dilecti 52.* & ibi Dd. *2. de appell.* Gozadin. *consil. 101. n. 3.* Socin. jun. *consil. 98. n. 13. lib. 1.* Regner. Sixtin. *inter Consil. Marpurg. consil. 11. n. 37.*

IV.

Consensus est facti. *l. 1. ff. de cur. fur.* Dd. *in l. 1. de Verb. Obligat.* Vultej. *inter Consil. Marp. consil. 25. vol. 2. n. 83.* Unde nemo consensisse præsumitur, nisi hoc ipsum probetur, per tradita à Mascard. *de probat. vol. 1. conclus. 417. per totum.* Et quando is, de cujus consensu agitur, adhuc vivit, & interrogatus, an consenserit, negat se consensisse, standum est illius dicto & inficiationi. Salicet. *in l. si filiusfam. 10. col. 1. vire. fin. vers. & faciunt hæc. C. de petit. hered.* Alex. *cons. 9. incip. Viso themate col. 2. vers. non obstat.* Ruin. *consil. 41. incip. de duobus. col. 5. n. 11. vol. 1.* Lambert. *de contract. eorum. gl. 7. in verb. consensus. n. 52.* Quod intellige in illis terminis, ubi agitur de negotio, quod ad consentientem ratione alicujus commodi vel incommodi non pertinet, & ubi nihil interesse potest consentientis, an contractus iste, super quo consensus istius interponendus erat, validus an invalidus sit. v. g. si statutum sit in civitate, quod mulier consensu & autoritate Magistratus bona immobilia alienare non possit, & immobilibus quibusdam à muliere distractis, quæstio moveatur, num venditio illa à Magistratu fuerit confirmata vel non? quo casu stabitur assertioni Magistratus negantis se consensisse; quia testimonium hoc neque ad commodum neque ad incommodum Magistratus pertinet: Aliud est, quando disceptatur, num pater sponsalibus vel nuptiis à filia contractis assensum præbuerit? Tunc etenim patris dicto negantis se consensisse non erit standum, nisi probetur illum consensisse; quia contractus matrimonialis, quem liberi ineunt vel ad honorem & existimationem, vel ad ignominiam & dedecus parentis, plurimum adferre potest momenti. Harprecht. *pr. Instit. de nuptiarum. 164. juncto. num. 197.*

Fallit tamen hæc regula in omnibus quasi contractibus, in quibus omnibus consensus præsumitur, sic etiam in distinctis præsumitur quis consensisse in pœnam lege præscriptam. *l. 34. de jur. fisci.* unde *in l. 52. de R. I.* delictum male contractus dicitur, quia delinquens malè & infeliciter contraxisse videtur. *l. 1. 2. d. LL. l. 52. §. 5. de O. & A.*

V.

Consensus frustra requiritur ab eo, quo etiam invito actus perfici potest. *l. ejus est nolle 3. de Reg. Jur. l. pater 101. in princ. de cond. & dem. l. quid sit 17. §. idem act. 4. ff. de ædil. edict. l. nolle 4. ff. de acquir. hered. 2. feud. 26. §. moribus in f.* Regn. Sixtin. *inter Consil. Marp. cons. 10. vol. 2. n. 142.*

VI.

Consensus nunquam præjudicat, sed omni effectu caret, si actus, super quo interponitur, sit ipso jure nullus. *l. 4. §. fin. ff. quib. mod. pign. solv. l. 1. C. d. remiss. pign.* Rol. à Valle *consil. 2. vol. 1. n. 142.* Peck. *de testam. conjug. cap. 30. n. 5. lib. 1.* Rauchbar. *quæst. jur. civil. & Saxon. p. 1. quæst. 45. n. 16.*

Unde consensus adhibitus circa aliquem actum, hoc annullato nihil operatur. *d. l. 4. §. fin.* Hartm. Pist. *2. quæst. 27. n. 12.* cum præsertim is, qui consentit, autoritatem præstando actui ipsemet obligari non soleat. *l. cum quædam 26. C. de admin. tut. l.* Gajus *39. ubi hoc notat.* Paul. de Castr. *de pign. act.* Hartm. Pistor. *d. quæst. 27. n. 15.*

Ubi tamen hoc limitat *n. 35.* quod procedat in his, quando quis consensum suum impertivit rei ad alium magis, quam ad se pertinenti. Alias enim consensus potius obligationis, quam auctoritatis gratia censetur adhiberi.

VII.

Facientes & consentientes pari pœna sunt plectendi. *c. 1. de offic. jud. deleg. can. notum. 10. in fin. cauf. 2. quæst. 1.* Gail. 1. *de P. P. c. 1. n. 43. quam declarat d. c. 1. n. 47.* distingvendo quod in jure Consensus consideretur quadrupliciter, maximè in delictis & pœnis

1. Negligentiæ, quando quis delictum impedire potest & non impedit: quo casu minus peccat negligens quam faciens. *can. qui potest. 8. cauf. 23. q. 3.*
2. Consilii, quando quis delictum consilio adjuvat, ubi distingvendum, an delinquens — Etiam sine consilio delictum esset perpetraturus: ubi iterum mitius puniendus consulens, quam consultor & delinquens.
3. Cooptationis & auxilii, ubi dubium non est utrumque pari pœna plectendum esse, cum par sit utriusq; delictu. *can. facient. 3. dist. 86.* — Ex consilio delictum commiserit, & tunc uterque pari pœna afficitur. *cap. sicut dignum 6. §. qui vero. extra de homicid. l. qui servo 36. de furt.*
4. Autoritatis sive defensionis, quando quis autoritate & instigatione sua peccato causam præstat: & tunc consulens gravius peccat, quam faciens, quia etiam alteri scandalo & offendiculo est. Unde ipso peccatore acrius venit puniendus. *can. qui consentit. 100. cauf. 11. q. 3.*

III.

CONSENSUS non trahitur ad ignorata, & non cogitata. *l. si per errorem 15. ff. de Jurisdict. omn. Judic. l. nec ignorans 10. de donat.* Federic. de Senis *conſ. 325. Super eo quod. n. 2.* Caſtren. *conſil. 343. Conſiderandum, & conſ. 386. Sive dicamus, in fine. lib. 1. & conſ. 377. n. 2. lib. 2.* Rom. *conſ. 273. Clarum eſt, col. 1. verſ. ad hæc autem.* Cravett. *conſ. 257. n. 2.* Dyn. *conſ. 50. In quæſtione præmiſſa.. n. 5.* Oſaſch. *Pedem. deciſ. 90. n. 16.* latè Cardin. Tuſch. *practic. concl. tom. 2. lit. C. concluſ. 754. per totam.* ubi *à n. 58.* ampliat, etiamſi intervenerit juramentum, quia adhuc conſenſus juratus non trahitur ad ignorata, & incogitata, & *à n. 65.* quod ſufficiat cogitatus in genere. [Conſenſus enim adhibitus ad unum effectum non debet alium operari. *l. jubemus 21. C. ad SC. Vellej. l. 2. de reb. eor.* Bald. *in cap. 1. col. 5. An agnat. vel filius.* Hartm. Piſt. 1. *q. 16. n. 48.*

IX.

CONSENSUS non trahitur ad doloſè diſpoſita, Socin. *conſil. 159. In præſenti conſultatione. n. 29. & 30. lib. 2.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneſic. lib. 13. quæſt. 3. n. 5. cum ſeqq.* Card. Tuſch. *d. lit. C. concl. 754. num. 48.*

CAP. LXXIV.

De Conſenſu contrario.

Axioma I.

Quicunque actus conſenſu conſtat, ille contrario conſenſu iterum diſſolvi poteſt.

Ratio eſt in *l. 35. ff. de R. I. & c. 1 X. eod.* ita omnes contractus conſenſuales contrario conſenſu diſſolvuntur. §. *1. ff. quib. mod. tollitur oblig.*

Limita (1.) in Societate. §. *4. ff. pro ſocio.* & mandato, *§. 9. ff. mand.* (2.) ex *axiom. ſeq.*

II.

Quotiescunque per conventionem non ſolis contrahentibus, ſed tertio ſimul jus eſt quæſitum, toties mutuo conſenſu à contractu reſilire non licet.

Ratio: quia nemo alterius juri præjudicare poteſt. Exemplum eſt in ſponſalibus ritè celebratis. *Conf.* Mev. *P. 2. dec. 210.*

Limita, niſi cauſæ adſint ſufficientes ad repudium, quo caſu parti innocenti poteſtas nova vota ineundi concedenda. Mev. *P. 6. dec. 359. & p. 9. dec. 25.*

CAP. LXXV.

De Conſequenti.

Axioma I.

Quæ non ſiunt niſi per conſequentias, non ſolent attendi: maximè ut rei ſubſtantiam & qualitatem mutent. *l. 1. l. quod dicimus 7. de Aut. tut.* Ant. Faber *in not. ad l. 6. §. 3. ſi ſervit. vindic.* Iterum *in ration. decid. ad l. 10. §. 10. de in rem verſo.* hinc infamis poteſt ſuccedere in jus primogenituræ, cùm ei annexa dignitas veniat ſaltem in conſequentiam hereditatis. Perez. *Cod. de Infamib. n. 5.*

II.

Multa proſunt in conſequentiam, quæ abſolutè non prodeſſent. *arg. l. 72. de V. O.* ſive ut poſt Cyn. & Bald. effert Negunzantius de pignoribus *p. 2. membr. 4. n. 46. p. 113.* ſæpe permittitur obligatio conſecutiva ad actum, ubi non permitteretur obligatio conventionalis: addit exemplum de furioſo, quod tamen in privilegiariis & extraordinariis cauſis non procedit.

III.

CONSEQUENS qui vult, vult etiam ſuum neceſſarium antecedens. *l. ad rem mobilem 56. l. ad legatum 62. ff. de procurat. l. qui proprio 46. §. qui alium. 2. ff. eod. tit. l. illud 77. ff. de acquir. vel om. hered. l. 2. §. inſpectio. 5. quemadmod. teſtam. aper. l. 1. §. 1. ff. ſi uſufr. petat. l. denique. 8. §. interdum. 7. de pecul. legat. l. legatis. 6. ff. de aliment. leg. l. 2. ff. de jurisd. omnium Jud. §. idemque Juris 2. Inſt. ex quibus cauſis man. non licet. §. 1. I. qui teſtam. tutor. dar. poſſ. §. I. de hered. Inſt.* Angel. Aretin. *conſil. 20. Viſis actis. num. 21. cum ſeq. verſ. quia qui vult.* Caſtren. *conſil. 309. col. 1. verſ. qui autem lib. 2.* Anchar. *conſil. 261. Videtur prima facie. in princ.* Abb. *conſil. 101. Videtur primò. col. 2. verſ. ſed prædictis non obſtantibus. n. 3. lib. 2.* Alex. *conſil. 110. Attentis. n. 3. lib. 5.* Everhard. *in Topicis legalib. loco 95.* Ruin. *conſil. 119. n. 14. lib. 2.* Curt. jun. *conſ. 121. n. 11.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 68. n. 6. item q. conſ. 232. incip. de propoſita. n. 40.* Rimin. jun. *conſ. 21. n. 36. lib. 1.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt. 241. num. 67. & quæſt. 480. num. 21.* Anton. Gom. *tom. 1. var. cap. 3. num. 23.* Surd. *deciſ. 70. num. 5. & deciſ. 194. num. 6. & n. 32. & deciſ. 303. num. 9. & conſil. 447. num. 3.* Pichard. *in princip. Inſtit. de acquiſit. per arrog. n. 16.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 5. n. 53.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de favore clericorum perſonali. §. 14. n. 22.* Eſcobar. *de ratiocin. cap. 25. n. 11.* Sigism. Scacc. *de appellationibus quæſt. 2. n. 26. in fine.* Ugolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi, cap. 27. §. 1. num. 1.* latè Cardin. Tuſch. *practic. concl. tom. 2. litera C. concluſ. 757.* Rot. *deciſ. 44. num. 2. & deciſ. 105. num. 5. apud Farin. p. 1. recent.*

Declara, ut procedat in iis, quæ pendent à mera voluntate diſponentis, alias ſecus, ut per Ægid. Bellam. *conſil. 30. n. 4.* Angel. Aret. *conſil. 20. Viſis actis. n. 21. in fin.*

fin. & 22. vers. quia qui vult. & consil. 22. Viso dicto libello. n. 21. vers. & qui vult antecedens. Cravett. *cons. 134. num. 45.* quos refert Cardin. Tusch. *d. conclus. 757. n. 76. & 77.* [Neque etiam procedit, quando aliquid requirit specificam expressionem. *l. ult.* & ibi Jas. *C. de hered. inst.* tunc enim necessario debet exprimi, nec sufficit, quod veniat tanquam antecedens necessarium. Menoch. *lib. 4. præs. 4.* Fach. 18. *controvers. 35.* Aliam ἔνστασιν ex νομοθεσία adducit *Gerhard. de conjugio. §. 223. & 333.* Sic enim vetat DEUS meretricium seu prostibuli mercedem inferre ærario templi, *Deut. 23. vers. 28.* nec tamen meretricium quæstum approbat. Aliud enim est factum aliquod Punicâ consvetudine receptum nude recensere, & exeo casum, ut vocant, formare; aliud verò illud factum tanquam legitimum & divinitus concessum approbare; quod posterius ex priore deduci nequit.] Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 924. num. 17. & 46.* Fusar. *de substit. quæst. 480. num. 21. & quæst. 421. num. 67.* Duran. *Rotæ decis. 185. num. 18.*

IV.

[Consequenti destructo destruitur antecedens. *l. 2. §. mutui datio. 1. ff. de reb. cred.* Intellige scilicet, quando consequens necessario sequitur ad antecedens. Exemplum vid. apud Everh. *in Top. in loc. de consequenti. num. 2.*] Unde ubi consequens falsum est, antecedens subsistere non potest. *d. l. 2. §. mutui dat.* ubi gloss. & Dd. *ff. si certum pet.* Everhard. *in Topicis legalib. loco 97. in princ.* Surd. *cons. 428. n. 11.* Sigism. Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 9. n. 776.* Steph. Gratian. *d. tom. 5. cap. 972. num. 9.* Consequens enim sine antecedenti stare non potest. Mantic. *decis. 57. num. 4.* ubi subdit, locum habere etiam in sententiis.

In consequentiam quæ veniunt, non sunt attendenda, imò attendendum est, quod principaliter agitur, non quod incidenter. *l. 1. ff. de auctorit. tutor. l. is, qui. ff. de liberali causa. l. verum 39. ff. de furtis. l. si quis nec causam 4.* ubi latè Jas. *num. 3. cum multis seqq. ff. si certum pet. l. conditionibus 5. ff. de condit. & demonstrat.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 45. §. 1. num. 35.* Monet. *de distribut. quotid. p. 2. quæst. 5. num. 23.* Ludovic. Cenc. *de censib. p. 2. c. 1. quæst. 3. art. 8. num. 17.* Reinos. *in observat. practic. observ. 7. num. 34. obs. 36. num. 9.*

CAP. LXXVI.
De Conservatione.

Axioma I.

Juris jam acquisiti conservatio facilior est, quam novi acquisitio. *l. 1. in pr. ff. de pign. l. ult. de acquir. poss.* Ant. Faber *C. de ded. libert. def. 24. n. 3.* Quemadmodum in simili multò facilius est, ut aliquid mutetur, quam ut restituatur. *l. 48. de rei vind. l. 22. §. si heres, ad Trebell.* Ant. Fab. *in C. suo de cond. ob turp. caus. def. 2. n. 5.* Conf. Cravettam *consil. 292. n. 2. p. 201. & infra lib. 18. c. 33. axiom. 6. fin.*

II.

Conservatio æquiparatur constitutioni, *l. 3. in fin. C. de natural. liber.*

III.

Ad conservationem quod inductum est, non debet operari perditionem. *l. nulla 25. de LL.* ne quidem imminutionem. Jason. *in l. legato. n. 9. de leg. 1.* Wesembec. *1. consil. 1. n. 30.*

CAP. LXXVII.
De Consilio.

Axioma I.

Consilia non sunt necessitatis, sed voluntatis. Paul. Castr. *consil. 80.* Dec. *ad l. 47. ff. de Reg. Jur. & cap. cum olim 7. de arbitr.* Contingere enim potest, ut bene consulta vel casus aliquis repentinus immutet, vel culpa consilium accipientis pervertat. *l. si quis 9. §. ff. de dol. Cons. Argent. III. n. 4. lib. 1.* An autem ex colloquio, inprimis secreto, præsumatur consilium datum, *v. Bald. 1. consil. 250. n. 1. & seqq.*

II.

Obligatio petendi Consilium non inducit necessitatem sequendi. *l. 77. §. 24. de leg. 2.*

Limita: Quoties statuto disponitur, electionem faciendam esse de Consilio & Judicio peritorum, tunc illud sequi tenentur, quoniam illa verba: de consilio, necessitatem imponunt. Aliàs, si illud saltem petere sufficeret & aliter facere liceret, non diceretur Electio fieri de Consilio, sed contra consilium. Perez. *Cod. de Decurion. num. 28.*

III.

Consilia & responsa JCtorum semper ita sunt intelligenda, quemadmodum Cujacius in fronte consultationum suarum conditionem apposuit. Ergo si ita est, quemadmodum tua consultatione significas, &c. unde monet Cothman. *1. consil. 1. n. 527.* Benè & rectè judicare volentem non nuda Jurisconsultorum responsa, quæ proh dolor hodie nimis leviter, & ut ille ajebat superficialiter, non medulliter conduntur, sed mandata ac LL. divinas ac humanas intueri atque sequi oporteat.

IV.

Multis & magnis negotiis præpeditis non facile est aliquorum consultationibus respondere. *cap. licet. 3. extra de sponsa. duor.*

V.

Consulendum est ei, qui obtinendi spem non

habet, melius eum facturum, si se sumptibus inanibus non vexet, *text. in l. 1. in fin. de inoffic. test.* Der Jurist soll nicht gern wollen/daß sein Client ohne gewissen Grund und Hoffnung der Obsiegung sich in schwere Rechtsfertigung solle einlassen / *per d. text.* Wesemb. *vol. 6. cons. 259. n. 5.* atque ita faciunt Argentoratenses. 1. *cons. 86. n. 84.* Unde Cothmann. 1. *resp. 39. in fin.* Dominus cõsulens, cui hæc scribo, mihi ignoscet, quod justitiæ majorem & potiorem rationem habuerim & debuerim: nam qui veri consultoris nomen & dignitatem cum laude possidere velit, &c. justitiæ mancipium ut sit, necesse est.

VI.

Experientia testatur, Consilia & Responsa plerumque amore magis eorum, qui ea expetunt, quam veritatis & justitiæ dari. Cothmann. 3. *consil. 38. n. 332.* Sic Joseph. Lud. *cons. 12. circ. fin.* Doctores (inquit) nostri, dummodo superlucrentur, scribunt pro qua parte ab eis consilium petitur, & eam partem defensare conantur, sive justè, sive injustè. Quia Dd. sæpe æris magis, quam charitatis studio ducuntur in consulendo. Joh. de Castill. *in tract. at. de usufruct. c. 41. n. 8.* Joh. Surd. *in præfat. vol. 1. consil. suorum vers. equidem.* Ibi: *quandoquidem (quæ) in responsis dicentur, non satis habent fidei apud prudentes Judices, quod non omnibus semper veritatem assequi, sed non fundatis & non admodum consistentibus argumentis, deliniendo, eam, quæ magis ex re litigatorum esset, sententiam tueri curæ fuerit.* Klock. tamen *in Epist. dedicator. tom. 1. consil.* Consilia multis rationibus præfert. Et major quoque præsumptio est pro consiliis collegiorum. *v. §. 20. h.*

VII.

Consilium nudum neminem obligat, cum liberum sit cuique, apud se explorare an sibi expediat consilium. *§. tua interdum Instit. mandat. l. 6. §. 3. eod. l. 1. ff. de inoffic. testam. l. is, qui 24. ff. de rei vendic. l. pacto 15. ff. de trans. act. l. age 3. C. eod. Concennat. lib. 1. q. 8. n. 6.* ubi de Consilio videbis pl.

Limitationis loco tamen distingve cum Dd. inter consilium indefinitum seu absolutum, & determinatum seu relatum. *d. §. 6.* vid. Bachov. 1. *disp. 27. th. 5. fin.* qui distingvit inter consilium simplex, & quod vim aliquam habet impulsivam, confer. *l. 4. §. 3. ff. de fidej.* Wes. *Parat. mand. n. 7.* Idem in affirmatione procedit, ut, si causam impulsivam contractus habeat, obliget. *l. 13. §. 3. de A. E. V. l. 17. §. ult. de ædil. edict. l. 4. §. ult. de fid. & nom. tut. & cur. l. 5. §. 10. de Inst. act.*

VIII.

Quoties consilium in certam personam directum, toties degenerat in mandatum, præsertim si alter alioquin non facturus fuisset.

Ratio est in §. 7. *Inst. mandati*, quia sic fidem consulentis secutus videtur alter. Exemplum est in *d. §. 7.*

Limita: modò animo mandandi hoc factum, secus si animo consulendi tantùm, v. g. si dixerit: Ich hielte es vor gut und rathsam / daß er sein Geld Titio liehe; allein er mag es machen / wie er wil. vel: wenn es mich angienge/wolte ich ihm wohl trauen. Actus enim non debet operari ultra intentionem agentium. *l. 19. pr. ff. de reb. Cred. Conf. l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss.*

Declar. requisita hæc duo conjunctivè sunt sumenda, ut scil. (1.) consilium dirigatur ad certam personam, & (2.) is, cui consultum fuit, id aliàs non fuisset facturus.

IX.

Consilia extemporanea excusant Hartm. Pist. *lib. 2. quæst. 8. n. 30. & lib. 4. quæst. 25. n. 17. per l. 1, ibi. nam interdum locus, tempus. de Exerc. action.*

X.

Consulere alium indignum est, eum, qui Jurisperitiam profitetur. *c. 33. de Elect. & Elect. potest. gl. in l. 2. §. 43. in verb. publici. de O. I.*

XI.

Consultor etiam ex solo consilio obligatur, si quis citra consilium non fuisset contracturus, per text. *in l. si remunerandi 6. §. plane 5. mandat.* quem textum non tam de consulente, quam de mandatario loqui, ait Besold. *in thes. pract. in voce* Kriegischer Vormund. *p. 476. & Locam. q. 347.*

XII.

Consilium velox sequitur pœnitentia. Abbas *in cap. ad Apostolicam in 2. not. n. 13. extra de Regular.* Dec. *in cap. cum venerabilem. in gl. 2. n. 45. de Exc. Consil. Arg. cons. 115. n. 27. lib. 1.*

XIII.

Consilii verba, quæ in bonam & malam partem interpretari possunt, potius in bonam & ad exclusionem delicti, quam in malam, sunt interpretanda. Bald. *in l. 1. n. 13. C. de servis fugit.* Jason. *ibid. n. 24.* Felin. *in c. auditis. n. 33. in fin. de præscript.* Dec. *in l. consilii. n. 12. de R. I. & in c. 1. n. 48. de offic. deleg.* Aymon. *cons. 205. n. 9.* Aciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 1. n. 3.* Farin. 1. *consil. n. 4.* Gabr. *l. 7. conclus. 2. n. 2.*

XIV.

Consilium, quando est præbendum ab eo, qui particeps est illius officii, sapit consensum & sequendum est. Bart. *in l. 1. §. si plures. n. 7. ff. de exercit. action. per l. Titium & Mævium. 47. in princip. ff. de admin. tut. l. consil. 7. §. fin. ff. de cunt. fur.* quem refert & sequitur Abb. *in cap. cum in veteri. n. 12. de Elect. & in cap. cum olim. n. 5. extr. de arbitr. fac. text. in cap. Venerabili.* & ibi gloss. *super verb. consilio de offic. deleg. Cons. Arg. consil. 110. n. 39. lib. 1.*

XV.

Consilium decisivum reddens æquiparatur Judicis sententiæ & rei judicatæ. Philip. Corn. *consil. 137. vers. assimilatur enim tunc consultor.* Jac. de Aren. *in tract. de Comm. V. I. Dd. opin. lib. 1. lit. b. n. 74.* Gœdd. *inter Consil. Marpurg. 1. consil. 28. num. 2.*

XVI.

Consilium cum sit reverentiæ, tunc si non habet expressum præceptum contraveniens non peccat. Felin. *in cap. 1. n. 23. de constit.* & Dec. *ib. in princ. lectum. n. 13. vers. tertius est casus.* Et cum Lex sit de consilio, semper distingvendum consilium perfectionis à consilio reverentiæ, in consilio perfectionis inobediens non obligatur, atque sic non observando non peccat, siquidem con-

consilium hoc dicitur exhortatio, quæ liberam voluntatem excitat, *cap. ult. §. ult. 4. distinct.* gloss. 2. *in c. 1. de constitut. cap. quod debetur 2. caus. 14. quæst. 1.* ubi D. Augustinus censuit illum non peccare, qui illud consilium perfectionis non observat, dum dixit CHRISTUS: Si quis te percusserit in maxillam & alteram illi præbe, *Matth. 5.* Quemadmodum & illud *Matth. 19.* Si vis perfectus fieri, vade, & omnia quæ habes vende, & da pauperibus: quanquam non procederet, quando quis ex contemptu contraveniret huic consilio perfectionis. Andr. ab Exea *quæst. 140. membr. 3.* Menoch. 2. *arb. judic. cas. 380. n. 3. & 4.*

XVII.

Consilium habuisse non nocet, si non sequatur effectus. *l. 53. in fin. de V. S. l. cogitationis 18. ff. de pœn.* Vult. *inter Cons. Marp. consil. 28. n. 107. vol. 3. vid. plur. sup. lib. 1. cap. 44. axiom. 7.*

XIIX.

Consilium, quando ex commissione vel dispositione hominis peti debet, tum si omittitur, actus est nullus, *cap. cum in veteri 52. de Elect.* Dec. *in c. ex parte. n. 15. vers. postremo. de constit.* Alex. *cons. 59. Viso titulo. n. 4. lib. 4. & cons. 145. Viso processu. n. 4. lib. 5. Consil. Argent. cons. 150. n. 790. vol. 1.*

XIX.

Consilium rei turpis non est consilium. *l. si remunerandi 6. §. rei turpis 2. ff. mandat. l. idem apud 15. §. si cunverit 10. ff. de injur.* Concennat. *lib. 1. quæst. 8. n. 6.*

XX.

Consilium illud puniendum est, quod ad perniciem probitatis trahi potest. *l. si quis servo 20. C. de serv. corrupt.*

XXI.

Consulentes & Jurisconsulti alii non possunt sine flagitio stare ab utraque parte: cum in Dd. de Jure respondentibus vel maximè laudanda sit constantia. Cothman. 3. *Resp. 39. n. 11.*

Limita hanc regulam, nisi narratio variet, quo in casu rectè atque honestè consilia divisa dari possunt. Cravett. *lib. 6. consil. 985.* Cum enim minima circumstantia jus varier, Alciat. *in l. re conjuncti 89. princ. de leg. 3.* nota inconstantiæ vel contrarietatis impingi consulenti non potest, si variè consuluerit ob facti etiam minimam immutationem. Decian. *in sua Apologia c. 21. n. 29.* Joan. Baptist. Costa *de facti scientia & ignorantia. inspect. 16. n. 4.* imò si quis videt se in narratione deceptum, rectè etiam potest alteri parti consulere: cum non tàm personæ, quàm veritati sit succurrendum. vid. Menoch. *consil. 226. pr.* [Wie es dann kein ungewohntes / sondern gemeines Werck / daß die jenigen / so böse Sachen haben / und derohalben durch expracticirte Responsen vornehmer Consulenten gern ein gut Ansehen machen wolten / den Casum oder Speciem facti nicht bonâ fide, sondern partheylich und vortheilhafftiger Weise auffsetzen / damit ex falsis præsuppositis, davon ein Consulent nicht wissen kan / die Decision ihnen zum Besten ausschlage / quod & testatur Tiber. Decian. *in Apolog. contra Alciat. cap. 21. sub fin.*]

XXII.

CONSILIA multorum sunt tutiora, quia sincerius est judicium, quod plurimorum sententia comprobatur, *cap. prudentiam. 21. pr. de officio deleg.* Anch. *consil. 157. Summæ Prudentiæ. num. 3.* subdens, quòd consilia ubi multa, multa salus, refert Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. C. conclus. 764. à princ.* ubi *n. 3.* subdit, quòd hac de causa propter multitudinem sapientum, qui adstare solent Cæsari, & Principi, Princeps non errat in Jure. [Hinc Gail. 1. *obs. 33. n. 3.* magis præsumendum esse ait pro consilio alicujus collegii, quam pro consiliis particularibus. vide Finckelthus. *disput. Feud. 6. contr. 16. num. 44.*

XXIII.

CONSILII natura est, ut quamvis excitet ad deliberandum, non tamen obliget ad sequendum, *l. cum pater 77. §. mando 24.* & ibi Bart. *ff. de legat. 2. l. 1. §. idem Pomponius. 24.* ubi gloss. *verb. quia rem. ff. depositi. cap. cum olim. 7. de arbitris.* Emman. Costa. *in l. cum tale. 72. §. si arbitratu. 4. lim. 11. n. 1. ff. de condition. & demonstrat.* Cov. *in cap. quamvis pactum, de pactis, lib. 6. p. 2. §. 2. n. 6. & 7. vers. secundum, & de sponsalib. p. 2. c. 3. §. 8. n. 3.* Garc. *reg. 10. n. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 34. num. 25. cum seq.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum. reg. 78. & 196.* Pichard. *ad §. 3. Institut. de pupill. substit. n. 9.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. sine curatore. n. 106. C. de in integr. restit. minor. & de nominat. emphyt. quæst. 1. num. 39.* Gutier. *de tutel. p. 1. cap. 8. n. 4.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 46. n. 36. cum seq.* Sanch. *de Matrimon. lib. 1. disp. 34. num. 24.* Acac. Anton. *in comment. ad l. 5. n. 67. ff. de condit. & demonstr. & ad l. Titio centum. 71. §. Titio centum. n. 64. & 65. ff. eod. tit.*

XXIV.

CONSILIUM mutare in melius sapientis est, *l. nonnunquam 8.* ubi gloss. *ff. de collat. bonorum princip. Instit. de legatis.* Rebuff. *in tractat. nominat. quæst. 17. n. 4.* Bertazol. *in repet. l. si quis major. C. de transact. n. 282.* Sigism. Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 47. membr. 1. num. 33.* Et unicuique licet, gloss. *in d. l. nonnunquam auth. de nupt. §. 1. collat. 4. c. mutare. 33. de Regulis Juris, lib. 6.* Thom. de Thomasset *in floribus legum. reg. 186.* ubi ait procedere, nisi lex in aliquo casu resistat, vel nisi mutetur in alterius præjudicium & damnum. Surd. *consil. 167. n. 10.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 5. lit. M. concl.*

435. Alphonſ. Narbona *l. 35. gloſſ. 5. n. 19. tit. 3. lib. 1. Recopil.*

CAP. LXXIIX.
De Conſtitutione Principis.

Conſtitutio principis toties obligat, quoties ſit animo condendi legem.

Ratio: quia voluntas principis eſt anima legis. *arg. l. 1. ff. de Conſtit. Princ.* Hæc autem determinata eſſe debet, ut ſiat animo condendi legem.

Exemplum: Ergò Decreta, Edicta, Mandata & Reſcripta pro lege erunt reputanda. Econtrariò privilegia legem non faciunt.

Limita: modò tale fuerit negotium, de quò aliàs lex condi poſſit.

CAP. LXXIX.
De Conſtituto.

Axioma I.

Multa conſtituta durant, quæ conſtitui non poſſunt: ita capitulum ſine prælato non poteſt feudum ſolum concedere, conceſſum tamen ſuſtinet. Gothofred. Ant. *diſput. 7. theſ. 1.*

II.

Conſtitutum corruit corruente contractu, ſuper quo eſt appoſitum; nil enim operatur ſtante cauſa ſimulandi. Tiraquell. multos cumulans *de jur. conſt. poſſeſſ. limit. 9. n. 1. & 2.* Ægid. *deciſ. 71. n. 6. in fin.* Farin. *1. deciſ. 140. n. 11.*

CAP. LXXX.
De Conſtituto poſſeſſorio.

Quodcunque juris tribuit poſſeſſio vera, idem tribuit poſſeſſio ficta per conſtitutum. *l. quod nemo 18. ff. de acquir. poſſ.*

Ratio: quia quoad translationem dominii tantum operatur fictio in caſu ficto, quantum veritas in caſu vero. Mev. *P. 5. dec. 159.*

Exemplum: ita ergò conſtitutarius habet remedia poſſeſſoria, percipit fructus, poterit reſiſtere ei, qui vim in ſuâ poſſeſſione intentat. *l. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm.* ſi fuerit ſpoliatus, poteſt intentare remedium recuperandæ poſſeſſionis ex *L. ult. C. de acquir. poſſ.* Imò habet actionem ſpolii *ex can. redintegranda, Cauſ. 3. q. 1.*

CAP. LXXXI.
De Conſvetudine *v. infr.* Mos regionis, item uſurpatio.

adde l. 13. §. ult. de injur.

Axioma I.

Conſvetudo per non-actus non inducitur, quia non entia non habent materiam neque formam. *l. actor. 23. C. de probat.* Et ex nihilo nihil ſequitur, Gœdd. *conſil. 39. n. 36.* Principale enim eſt & eſſentiale, quod ſit per actus resque pluriſicatas introducta. Gœdd. *d. n. 36.*

II.

Conſvetudo eſt facti, ideoque probanda *l. 22. l. 34. & ibi.* Bart. Bald. Jaſ. Coſtal. *d. ll. gl. ad l. 1. verb. probatis his. C. quæ ſit long. conſvet.* Dec. *conſ. 538. n. 8. & conſil. 558. n. 2.* Cravett. *conſ. 624. n. 13.* Maſcard. *de probat. concl. 423. n. 26.* Pariſ. *conſ. 31. n. 14. vol. 2. c. 1. de conſtit. in 6.* Nec facit quod dicatur jus. *cap. conſvetudo 1. diſt.* quando enim conſideratur à principio, quatenus ex actibus inducitur, facti erit, ſed poſtquam in eſſe inducta juris eſt arg. *l. ſi unus 27. §. pactus ne peteret 2. ff. de pact.* Quomodo autem ſit probanda, patet ex Mynſ. *reſp. 12. n. 23.* Gail. 2. *obſ. 31.* Maſcard. *de probat. concl. 123. vol. 1.* etiam ſæpe prudentiſſimos fallit. *cap. 1. extra de conſtit. in 6.* Gilcken *in l. pactum pro dotali. C. de pact.* vide rubr. PROBATIO, Illud adhuc nota: Si conſvetudo ſit Juri communi derogans, ipſam non in genere, ſed in ſpecie & in eodem caſu probari debere. Perez. *C. de indiction. n. 20.*

III.

Conſvetudo difficilis eſt probationis. Dec. *conſil. 215. n. 2. & conſil. 402. n. 13.* Menoch. *conſil. 8. num. 16. vol. 1. & de præſumpt. lib. 2. præſ. 8. n. 8.* Maſcard. *de probat. concl. 423. vol. 1.*

IV.

Conſvetudo dici nequit, quæ legitimo tempore non eſt præſcripta. *cap. fin. & ibi gl. de conſvet. l. 1. in fin. de aq. pluv. arc. l. 1. C. de ſerv. fugitiv. l. 1. C. quæ ſit long. conſvetud.*

V.

Conſvetudo debet eſſe rationabilis, h. e. ratione atque ætate conſtare, aliàs non conſvetudo, ſed corruptela futura eſſet. *cap. 7. & ult. extra de conſvet. Nov. 134. cap. 1. fin. Colleg. Argent. de LL. th. 38. can. flagitia 13. cauſ. 32. q. 7.* Moller. *lib. 3. ſemeſtr. c. 2.* vid. Gail. *lib. 2. obſ. 125. n. 113. vid. omnino* Hieronym. Franc. *ad l. 34. verſ. unde ſi apparet. n. 5. p. 304. de Reg. Jur. conſer. Aur. B. tit. 15.* de conſpirator. ibi: conſvetudinem circa hujusmodi contra LL. introductam cenſemus potius corruptelam. Adhibenda enim eſt ratio, nec utendum praviſſima conſvetudinis regula. *Cic. in Brut. col. 333.*

VI.

Quæcunque conſvetudo juri divino & naturali non refragatur, illa eſt rationalis *l. fin. X. de Conſvet.*

Ratio: quia Conſvetudo eſt lex, lex autem rationabilis eſſe debet. Conf. *Novell. 134. cap. 1. in fin.*

Exemplum: ita ergò conſvetudo, quâ parentes à legitimâ excluduntur, habetur pro irrationabili. Mev. *P. 9. dec. 161.*

Limita: hinc igitur, utut conſvetudinis cujusdam ratio reddi nequeat, vel ei aliquid rationis opponi poſſit, ideò tamen adhuc præſumitur rationabilis. Mev. *P. 2. dec. 378. & P. 9. dec. 160.*

VII.

Quoties ſub principe introducenda conſvetudo, toties e jus tacitus conſenſus accedat, neceſſe eſt.

Ratio: quia enim populus ſub Principe non ha-

habet potestatem expressè condendi leges, ergò nec tacitè.

Limita: ut constet de tacito hoc consensu, si princeps talem consvetudinem toleret & non impediat.

IIX.

Quodcunque ad inducendum tacitum populi, & in statu Monarchico, Principis sive qui legis ferendæ potestatem habet, consensum sufficit, illud quoque sufficit ad consvetudinem.

Ratio: quia in tacito consensu consistit formalis ratio consvetudinis. *l. 32. §. 1. ff. de legib.*

Exempli loco hinc colligitur, non requiri ad consvetudinem certos annos, multò minus de jure communi certum tempus: imò nec actus plures esse necessarios, quàm ex quibus ille consensus colligatur. *l. 12. ff. de Testibus.*

IX.

Consvetudo arte chymica nigrum in album solet convertere. Knichen. *de pact. vestit. p. 2. c. 4. n. 203.* Jerem. Reusner. *disp. 2. de feud. th. 73.*

X.

Consvetudo vetustissima rationabilis censetur. Cravett. *consil. 21. hominis sanctæ. n. 12.* Decian. *resp. 51. n. 39. vol. 2.* Ideoque approbatio Principis cumprimis in ea non est necessaria, utcunque juri communi repugnet. *arg. l. hoc jure. §. ductus aquæ 4. ff. de aqua quotid. ubi* gl. & Ang. Alex. *consil. 6. vol. 1.* Jas. *in l. imperium col. 9. ff. de Jurisd.* imò præsumtionem juris & de jure, adeoque quoad rationem non erroneam, sed certam pro se habere censetur, & in contrarium non admittitur probatio, ut tradit Cyn. Paul. de Castr. *in l. si certis annis C. de pact.* Felin. *in cap. cum nobis col. 3. vers. scias. de testib.* Regn. Sixtin. *inter Consil. Marpurg. consil. 11. vol. 3. n. 20.*

XI.

Consvetudo quælibet iniqua reprobatur. *Novell. 134. c. 1. exempl. l. 26. §. 1. vers. nec licet. C. de usur. l. 33. de adult. l. 32. §. 6. de admin. tut. l. 13. §. ult. ff. de injur. C. A. de LL th. 37.*

XII.

Consvetudo locorum non potest comprehendere spiritualia. *cap. 2. 3. de judic. c. 3. de consvet.* Anton. Heisterman. *inter Consil. Marpurg. consil. 5. n. 26. vol. 1.*

XIII.

CONSVETUDO dicitur forma, & quasi alterum jus naturale, ac proinde omnia potest. Surd. *de aliment. tit. 1. n. 7.* Card. Tusch. *pract. concluſ. tom. 2. lit. C. concluſ. 806. n. 16.* Fr. Nunnez de Velasco *en los dialogos de contencion. de la milicia y scientia, dialog. 3. pag. m. 76. versa.*

XIV.

CONSVETUDO æquipollet veritati, *l. 1. ff. de servit. & aqua.* Bald. *consil. 289. Quia consvetudo, in pr. lib. 4.* Card. Tusch. *d. concl. 806. n. 17.* Joan. Anton. Mangil. *de imputat. q. 77. n. 25.*

XV.

CONSVETUDO facit de non licito licitum, & è contrà, ac proinde excusat ab omni pœna, si fiat actus non licitus, Bart. *in l. si fugitivus. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edicto.* Dec. *consil. 170. col. penult.* Grat. *consil. 39. & 49. lib. 2.* Cravett. *consil. 145. n. 12. & consil. 924. n. 16.* Roland. *consil. 58. n. 19. lib. 4.* Mexi. *in tract. taxæ panis, concluſ. 3. n. 25.* Joseph. Ludov. *Perus. decis. 62. n. 14.* Seraph. *de privileg. juram. privil. 83. n. 56.* Cardin. Tusch. *d. concluſ. 806. n. 18.* Gutier. *practic. lib. 3. quæst. 29. n. 22.* [Wesemb. *parat. de pœn. num. 10. in fin.* Exemplum est, *in can. objiciuntur 7. caus. 32. q. 4.* ubi de Jacobo quatuor uxores habente Augustinus inquit, his quando mos erat, crimen non erat: excusat consvetudo à dolo & culpa. *l. si pignore. 22. §. fin. & ibi* gloss. & Bart. *ff. de pign. act.* text. & gloss. *in l. pignus 9. & ibi* Bart. & Dd. *C. eod. Consil. Arg. 88. n. 23.* Bertazol. *lib. 1. consil. decis. cons. 70. n. 7.* à Falso *Hostiens. in cap. quando de his, quæ fiunt à Prælat. fin. consil. cap.* Blanc. *in cap. 1. in pr. n. 3. de feud. cognit.* Bertazol. 1. *consil. decis. consil. 56. n. 3.* Bec. Vid. Bernh. Græv. 2. *concluſ. 8. consid. 1.* & culpâ caret, qui facit id, quod consvetum est communiter fieri. Jason. *in l. certi. §. nummos. ff. de reb. cred. n. 21.* Bart. *in l. si pignore. §. fin. in pr. de pign. act.* Cravett. *consil. 6. n. 68.* Decian. *resp. 29. n. 16. vol. 1.* Regn. Sixtin. *inter Consil. Marp. consil. 20. vol. 2. n. 19.* Hinc à contrario qui non facit, quod fieri consvevit, se suspectum reddit, adeo ut dolus etiam eò nomine præsumatur, Rom. *cons. 54. n. 6.* Paris. *cons. 100. n. 67. vol. 1.* Bursat. *consil. 82. n. 18.* Cacheran. *decis. Pedem. 109. n. 9.* Cavalc. *in tract. de usufr. mulier. relict. n. 128.* Vult. *inter Consil. Marp. cons. 15. n. 213. vol. 1.*]

Declara: Procedere quoad pœnam temporalem, quia quoad pœnam peccati & spiritualem consvetudo non facit ex illicito licitum contra legem, gloss. *in cap. denique ult. dist. 4. & in cap. cum venerabilis 7. de consvetud.* Felin. *in cap. ex tenore. num. 12. vers. declara, de rescript.* Bero. *consil. 167. lib. 1.* Rom. *consil. 466. Videtur in princ. n. 2.* Cæpol. *cons. 40.* Cravett. *cons. 6. n. 103.* Cardin. Tusch. *d. concluſ. 806. n. 21. & 22.*

XVI.

CONSVETUDO parem vim habet cum lege, *l. de quibus 32. ff. de legib. §. ex non scripto. Instit. de jure nat. gentium. cap. fin. de consvet. cap. consvetudo. 1. dist. l. 2. C. quæ sit longa consvetudo.* Guid. *sing. 803.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum. reg. 78.* Bellet. *disquis. clerical. p. 1. tit. de favoreccl. vicor. perf. §. 3. n. 10.* Bern. Grævæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib. 1. concluſ. 36.*

concluſ. 36. Giurba *in conſvet. Meſſanen. in proœm. n. 12.* Mangil. *de imputat. quæſt. 15. n. 2.* Stephan. Grat. *diſcept. forenſ. cap. 801. num. 11. & 12. & cap. 892. n. 17.* [Unde venit appellatione Juris. Mench. *quæſt. frequent. cap. 3. num. 32.* Bernh. Græv. *d. concluſ. 36. n. 2.* imò prævalet juri ſcripto, ubi ſonat in turpe, *l. de quibus 32. & ſeq. ff. de legib.* Pariſ. *conſil. 13. num. 18. & ſeq. & conſil. 14. num. 5. & conſil. 21. num. 14. lib. 1.* Mangil. *d. tract. de imputat. q. 74. num. 4.* Et eſt potentior ſtatuto, Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 45. §. 1. num. 78.* Joan. Maria. Novar. *quæſt. forenſ. 103. num. 2.* [Hinc excedens conſvetudinis formam legem ipſam excedere dicitur, Menoch. 2. *arb. jud. caſ. 71. num. 1.* Hinc contra veterem Conſvetudinem nec literæ præſidis provinciæ attenduntur, ſed tanquam ſubreptitiæ rejiciuntur. Perez. *C. de Can. Largition. tit. n. 8.* Imò legem conſvetudine approbatam non tollit Reſcriptum motu proprio latum. Brunnem. *ad l. un. C. de Collat. donat.*

Limita, ſi ſcil. ſit inveterata & longo tempore firmata. *l. 2. C. quæ ſit longa conſvetudo. l. 1. §. ult. de aq. pluv. arc.* Coſtal. *ad l. 32. de LL.* quanquam ſi non concurrat cum lege, eique ſit contraria, lex ei ſemper præferatur, cum error potius & abuſus, quam uſus & conſvetudo dicenda ſit, *d. l. 32. l. 39. de LL. d. l. 1. C. quæ ſit long. conſvet.* Giph. *ad §. ult. Inſtitut. d. l. N. G. & Civil.*

Limita II. contra legem, quæ contrariam conſvetudinem prohibet, nulla conſvetudo poteſt introduci. Brunnem. *C. de Decurion. column. 5.* Privilegium tamen poteſt. *ibid. in fin.* poteſt ſiquidem conſvetudo per legem abrogari & prohiberi. *auth. Naufragia C. de furt. l. 3. §. 5. de Sepulchr. viol.* Brunnem. *C. de re milit. col. 2.*

XVII.

CONSVETUDO eſt optima legum interpres. *l. minimè 23. ff. de legib. l. ſi de interpretatione 37. ff. eod. tit. c. cum dilectus 8. de conſvet.* Sylvan. *conſil. 88. n. 27.* Tiraquell. *de Nobilit. cap. 10. n. 9.* Afflict. *Neapol. deciſ. 166. num. 9. & deciſ. 173. n. 3.* Menoch. *conſil. 32. n. 44. & conſil. 390. n. 21. & conſil. 577. num. 2. & 3. vol. 3.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1415. n. 10.* Brunor. à Sole *in locis communibus verb. conſvetudo 6.* Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. eod. verb. n. 3.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem. C. de in integr. reſtit. minor. verb. contractum. n. 29.* Bellet. *diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de clerico debitore. §. 12. num. 27.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. lib. 2. c. 1. num. 12.* Camill. Borell. *in ſumma omnium deciſ. tit. 14. num. 88.* Cened. *practic. & canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 3. num. 11.* Rot. *deciſ. 642. num. 15. in fin. apud Farinac. p. 1. recent.* Maril. *deciſ. 74. num. 4.* Giurba *conſil. criminal. 19. num. 42. & 54. & conſil. 39. n. 64.* [Et ſtandum eſt declarationi, quam dedit conſuetudo Mar. Socin. 105. *num. 28. lib. 3.*]

XIIX.

CONSVETUDO poteſt introducere, quicquid poteſt privilegio concedi, Oldrad. *conſil. 172. Quia omnes, in princ. & conſil. 146. in fine. & conſil. 254. n. 8. verſ. quintò opponitur.* Anchar. *conſil. 50. Conſvetudo.* Bald. *conſil. 49. In facto, lib. 1.* ubi quod circa jurisdictionem conferendam æquiparantur conſvetudo, & privilegium, & *conſil. 289. Quia conſvetudo, in princ. lib. 4.* ubi quod pedagium poteſt de conſvetudine competere, ſicut ex privilegio, refert Card. Tuſch. *d. tom. 2. concl. 808. per totam.* ubi *n. 11.* poſt Bald. *conſ. 338. in fin. lib. 1.* ſubdit, quòd privilegium dicitur eſſe majoris auctoritatis, quàm ſimplex conſvetudo, & *n. 13.* poſt Zabarell. *in Clem. 2. §. illi verò n. 4. in 10. notab. de ætate, & qualit.* declarat, quod ſemper à pari non procedunt conſvetudo & privilegium, quia ſi derogatur conſvetudini, non cenſetur derogatum privilegio.

XIX.

CONSVETUDO eſt interpretativa Privilegiorum, & ſcripturarum, quæ ex decennii lapſu interpretantur, Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 57.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 62. num. 26.* Molin. *de Juſtit. tom. 3. diſput. 590. conject. 9.*

XX.

CONSVETUDO poteſt, quicquid poteſt pactum, Gemin. *conſil 139. n. 1. in fine.* ubi intelligit affirmativè. Bald. *conſil. 349. Si hoc quæritur, in fine verſ. in contrarium, lib. 5.* ubi quod valet conſvetudo in iis, quæ ſunt valida per pactum, Card. Zabarel. *conſil. 146. num. 3.* ubi intelligit, quando ab eodem procedit conſvetudo, & pactum, Card. Tuſch. *d. tom. 2. lit. C. concluſ. 807.*

XXI.

CONSVETUDO poteſt, quicquid poteſt præſcriptio, & quæ per præſcriptionem induci poſſunt, multo magis per conſvetudinem. Feder. de Senis *conſ. 151. Thema tale eſt, in princ. n. 1. verſ. nec credo.* Ægid. Bellam. *conſil. 27. n. 4. verſ. circa ſecundum.* Card. Tuſch. *d. tom. 2. lit. C. concl. 809.*

XXII.

XXII.

CONSVETUDINE introduci potest, quicquid potest statuto, Lap. *alleg. 43. in fine.* Franch. *in c. unic. §. statuimus, in fine. de clericis non resid. lib. 6.* Federic. de Senis *cons. 17. n. 3. vers. præterea. & cons. 277. n. 1. circa fin. vers. secundò probatur.* ubi quòd regulariter valet argumentum de uno ad aliud. Cravett. *cons. 137. n. 3.* Alex. *cons. 52. n. 7. vers. sicrgo lib. 5. & cons. 119. Quoniam. n. 9. vers. quia à pari procedunt, lib. 6.* ubi quod quantum ad causam efficientem sunt paria, refert Card. Tusch. *d. tom. 2. conclus. 710. per totam* [Wes. *consil. 53. n. 59.* Mynsi. *resp. 49. n. 26.* siquidem consvetudo nihil aliud est, quam Lex sive statutum tacitum. *§. sine scripto. Inst. de jur. N. G. & C.* & quod statuto potest induci, idem etiam inducetur consvetudine. Joh. Andr. *in addit. ad Specul. de instrum. edit.* compendiosè Mynsi. *d. resp. 49. n. 26.* Vult. *inter Consil. Marp. cons. 29. vol. 2. n. 39.*

XXIII.

CONSVETUDO est interpretativa contractuum, *l. quod si nolit. 31. §. qui assidua 20. ff. de ædilit. edicto.* Magon. *Florent. decis. 56. n. 3. & Lucensi decis. 7. n. 21.* Menoch. *de arbitr. casu 83. n. 10.* Camil. Borell. *in summa omnium decis. tit. 14. n. 93.* Gabr. *concl. 1. l. 6. de consvet.* Surd. *decis. 223. à n. 11.* ubi ait, quod facit contrahere partes secundum eam, *dev. Infra de contract. §. ult. & in E. V. consvetudo regionis attendenda est l. 71. de contraben. Emt. & de aliment. tit. 1. quæst. 66. n. 6.* ubi dicit, quòd quælibet dispositio recipit interpretationem à consvetudine.

XXIV.

Quicunque non est subditus illius Reipubl. in quâ viget consvetudo, ille per consvetudinem non obligatur.

Ratio: quia consvetudinis idem effectus, qui legis expressæ, atqui lex expressa etiam forenses non obligat.

Limita: nisi quando occurrit publica utilitas exigendi Collectas ob bellum imminens, aut quando consvetudo vel statutum afficit ipsas res, quarum respectu Domino territorii obnoxii manet illi, qui ibi bona possident. Perez. *Cod. de indict. n. 22.*

De Consvetudine vicinitatis *vid. Infra* vicinitas.

CAP. LXXXII.

De Consveto, Solito, Usitato.

Axioma I.

Ea, quæ sunt moris & consvetudinis, i. e. quæ solent inter contrahentes convenire, in bonæ fidei judicium veniunt. *l. 31. §. 20. de ædil. edict. l. 2. Evict.* Cujac. *in Comment. ad lib. 7. African. l. 61. §. 8. de furt.* ubi JCtus 1. Exemplum ponit de stipulatione duplæ; quæ cum assidua sit & frequens in venditione mancipii, idcircò placuit, ex emto agi posse in duplum, etiamsi duplum venditori non caverit.

2. Quod in generali hypotheca soleret ita caveri, quæ habeo, quæque habiturus sum. *l. ult. C. de remiss. pign.* si quis obligaverit bona sua, nullo alio adjecto videtur etiam obligasse futura. *l. ult. C. quæ res pign. obligat.*

3. Nec alia ratio est, cur in locatione ædium invecta & illata ab inquilino tacitè sunt pignori obligata ob mercedem, quam quod ita conveniri soleat.

4. Et hoc argumento posset hodie defendi, in omnibus testamentis tacitè intelligi clausulam Codicillarem, quod soleat adscribi, frequentissimè, & omninò nostrorum ferè ea sit mens, quæ Lucii Titii *in l. penult. §. ult. de leg. 2.* ut judicia sua valeant quoquo modo.

5. Eodemque argumento defenditur ille mos auctoritate Martini & Theodori comprobatus: ut ita demum dos profectitia mortua filia in matrimonio redeat ad patrem, si mortua sine liberis, quod ita pacisci inter se solerent socer & gener, si in matrimonio sine liberis decesserit, quod vulgare pactum dicitur. *l. Bæbius 30. de pact. dotal. hæc Cujac.* II.

Quod consvetum est etiam est necessarium. *c. ex parte 18. d. Cons.* Everh. *in Top. loc. ab usitato. n. 3.* Zang. *de Except. c. 9. p. 2. n. 26. lib. 3.* Cujac. *in Paul. ad edict. l. 4. de pact.* alium canonem efformat: Quod vulgò fieri solet, inquit, sæpè abit in Legem, & habetur pro facto vel pro dicto, etsi factum vel dictum non sit. *l. ult. v.* si enim partis *C. de fidej.* unde colligunt ea, quæ communiter & vulgo fieri solent, in legem abire. Cujac. *in l. 4. de pact. in Paulo. C. de fidej.* explicationem vide exemplum in Bachov. *lib. 1. de pign. c. 11. n. 1.*

III.

Consveta fieri, in dubio facta esse præsumuntur, per tradita à Bald. *in rubr. C. de fid. instr. n. 8. vers. item quia non est incendium. C. si cert. per l. quod si nolit. 31. §. quia 20. de ædil. edict. c. ex parte 18. de censib.* Seb. Sapia *in l. si emancipato. C. de collect. n. 30. & ibi* Riminald. *n. 50.* Menoch. *de præsumpt. l. 6. præs. 14. n. 16.* Mascard. *de probat. concl. 781. n. 5. vol. 2.* Vult. *inter Consil. Marpurg. consil. 22. n. 10. vol. 1.*

CAP. LXXXIII.

De Consumptione.

Consumptione quis fructus suos facit. *l. si pignore 22. §. si prædo 2. de pignorat. act. l. adversus 4. de crim. expil. hered.* etiamsi sit malæ fidei possessor, à quo tamen condicuntur *l. C. de condict. ex L.* ubi Wesemb. *in Comment. C. n. 12.*

CAP. LXXXIV.

De Contractu & Conventione.

Axioma I.

Contractus sunt facti. *l. consilio 7. §. fin. ff. de cur. fur. l. 5. de just. & jur.* Mozz. *de Orig. contr.*

n. 3. ideoque non præsumuntur, text. *in c. cum in jure. de offic. deleg. & cap. 1. de constitut. in 6. l. in bello 12. §. facti 2. de captiv. & post. l. asseveratio 10. Cod. de non num. pecun. l. 1. C. de probat.* Vult. *inter Consil. Marpurg. cons. 15. n. 251. vol. 1.* quod intellige à principio, quando fiunt; postquam enim sunt in esse producti, dicuntur esse juris. *l. si unus 27. §. pactus ne peteret 2. ff. de pact.* Gomez. *ad §. supereſt. Inst. de action. n. 23.* quomodo autem probari & deduci debeat, an aliquis contractus nominatus sit vel innominatus, *v. ap.* Modest. Pistor. 1. *consil. 13.*

II.

Quoties utriusque facto seu consensu expresso, seu tacito inducitur obligatio, toties est verus contractus.

Ratio: quia sic verè id inter partes actum, ut unus alteri teneretur & obstringeretur.

Exemplum suppeditant omnes veri contractus nominati & innominati.

Limita, ut consensus tacitus toties inducat veram obligationem, quoties alter contradicere poterat & debebat. *l. qui patitur. 18. ff. Mand.*

III.

Quoties ex unius facto tantùm & alterius præsumto consensu inducitur obligatio, toties est quasi Contractus. *Tit. Institut. de Oblig. ex quasi Contract.*

Ratio: quia sic tantùm ex æquitate conventionem esse factam fingunt jura. Hinc non poterit quis hôc casu verè, sed saltem quasi seu impropriè contraxisse dici.

IV.

Quoties contractus speciale nomen habet nulli alii contractui applicabile, toties est nominatus.

Ratio: quia tale speciale nomen infert quoque specialem & à reliquis contractibus distinctam formam; in hâc verò consistit natura contractuum nominatorum. vid. Hahn. *ad* Wes. *Tit. de pact. n. 2.* ita ergò si partes inter se conveniant, ut unus rem sive operam præstet, alter verò det mercedem, nominatum hoc est negotium, scil. Locatio Conductio. *Confer* Guid. *Tract. de Contrab. stipul. cap. 1. n. 59.*

V.

Quicunq; contractus tantùm causam, i. e. dationẽ seu factum habent, sed speciali nomine destituuntur, illi sunt innominati, *l. 7. §. 2. ff. de pact.*

Ratio: quia hi ob varietatem negotiorum certam formam respuunt, & consequenter etiam specificum nomen.

Exemplum. Ita ergò contractus æstimatorius & permutatio erunt contractus innominati: Et quamvis nomen habeant, hoc tamen non est nomen juris seu speciale, & uni alicui contractui proprium. *vid.* Struv. *Synt. J. C. Exerc. 25. n. 16.*

VI.

Quoties judex non adstrictus est ad conventionis terminos, sed ex bono & æquo aliquid, quod non conventum, adjudicare potest, toties contractus est bonæ fidei. Quoties verò adstrictus est, toties est stricti juris, quia bonæ fidei consentaneum est benignè & ex æquitate, etiam ultra id, quod gestum est, interpretari actum. quod secus est in stricti juris Contractibus.

VII.

Quoties contractus est bilateralis, toties judex ex bono & æquo aliquid supplere potest.

Ratio: quia in contractibus bilateralibus non poterunt omnia à partibus exprimi, ob mutuas, quæ utrinque interveniunt, præstationes, ergò quædam hic relinquenda erunt judicis arbitrio. Sunt igitur ex veris Contractibus bonæ fidei omnes consensuales & sequentes reales: commodatum, depositum, pignus, *arg. §. 28. Inst. de action.* Ex quasi contractibus Tutelæ administratio, Negotiorum gestio, hereditatis & rerum communio. Ex innominatis Contractus æstimatorius & permutatio.

VIII.

Quoties Contractus est unilateralis, toties judex strictè secundum terminos conventionis pronunciare debet.

Ratio: quia cùm hic de unius tantùm obligatione agatur, adeoque mutuæ præstationes non occurrant, hinc imputent sibi partes, quòd non expresserint ea, ad quæ se voluerunt obligare. Exemplum est in mutuo, stipulatione, literarum obligatione, indebiti solutione, finium regundorum, & hereditatis aditione.

IX.

Quoties quæritur de contractu ineundo, toties omnes contractus sunt bilaterales, quia ad omnem contractum requiritur utriusque partis consensus, quamvis hic in aliis sit verus, in aliis verò præsumtus. *X.*

Quoties verò quæritur de effectu obligandi, toties contractus sunt vel unilaterales, vel bilaterales. Non enim omnes contractus æque ex utraque parte semper obligant, sed nonnunquam ab unâ parte claudicant. quicunque autem contractus ab utraq; parte producunt obligationem & actionem, illi sunt bilaterales; Quicunque verò ab unâ tantùm parte obligant, vocantur unilaterales. vide Lauterbach. *Vol. 1. disp. 9. d. 17.*

XI

Quicunq; contractus sui naturâ gratuitus, ille intercedente mercede degenerat in locationem conductionem. §. *fin. Inst. Mand.* aliâ verò re intercedente in contractum innominatum.

Ratio: quia eo casu omnia substantialia locationis aut contractus innominati eidem conveniunt. Exempla sunt in depositо, commodato, mandato.

Declara: ut procedat (1.) dummodo ab initio merces fuisset constituta, secus si ex postfacto remunerandi causâ aliquid oblatum fuerit. *l. si remunerandi. 6. pr. ff. Mandati.* (2.) dummodo sit factum locari solitum.

XII.

Quoties pecunia non ut quantitas, seu ut non numerata, sed ut species intervenit, toties est contractus innominatus, ut si alicui pecuniam non numeratam, sed v. g. in arcâ reconditam daturum me promittam, ut ædes mihi extruat.

XIII.

Contrahentibus naturaliter licet se invicem circumvenire. *l. 16. §. 4. de minor.* modò id fiat ἐμπορικῶς seu negotiativè & sine proposito fallendi. Grot. *de J. B. & P. Lib. 2. c. 12. n. 26.*

XIV.

XIV.

Contractus in dubio censetur celebratus secundum consuetudinem loci. *l. certi condictio 9. §. si nummos 8. ff. de reb. cred.* ac is contractus initus censetur, qui magis in provincia, ubi contractum est, frequentatur. post Everh. & Mascard. Joh. à Sand. *lib. 3. tit. 6. def. 10. p. 247. l. cum fundus 48. ff. de evict. l. si publicanus 4. §. fin. de publican.* Gail. 2. *obs. 8. n. 6. v. infr. axiom. ult.*

XV.

In contractibus nominatis resolutioni totius contractus non est locus sub prætextu conventionis vel non servatæ promissionis, etiam in substantialibus, sed agi debet vel ad implementum, vel ad interesse, salvâ interim in reliquis conventione principali. *l. sicut 5. C. de O. & A.* Everhard. *tom. 1. consil. 17. n. 57.*

Rectè in nominatis contractibus: nam si tantum nudæ conventioni à duobus initæ, vel innominato contractui unus prior contravenerit, alter ad observantiam contractus non tenetur. *cap. constitutus 7. extra de pœn.* cum frustra quis sibi fidem postulat ab eo servari, cui fidem à se præstitam servare recusat. *c. frustra. 75. de R. I. in 6. gl. in d. c. constitutus, & can. infidelis 2. caus. 18. q. 2. & l. quæro 54. §. inter locatorem. ff. locat.* quod adeo verum est, ut etiam procedat, si quis in re minima fidem non servaverit, quoniam nihilominus alter poterit à contractu recedere. Jas. *consil. 208. n. 11. col. pen. vol. 2.* Bald. *in l. 7. §. pacta conventa. n. 1. vers. secundo notæ ff. de pact.* Grat. *in cons. 3. n. 7. vol. 1.* Roland. *cons. 53. n. 29. vol. 1.* Cagnol. *in l. si quis major. n. 105. vers. in terminis nostris. C. de transact.* Pacian. 1. *cons. 1. n. 98.*

XVI.

Omnis contractus, nisi appareat aliud, de quo convenerit, secundum naturam ipsius, quam à jure habet, factus præsumitur, per ea, quæ respondit Decian. *cons. 48. n. 2. vol. 1. & cons. 13. n. 56. & consil. 45. n. 13. vol. 2.* Menoch. *consil. 410. n. 41.* Vult. *inter Cons. Marp. consil. 33. vol. 1. n. 29.*

XVII.

Quilibet contractus talis in essentia esse præsumitur, qualem figura literarum ostendit, *l. cum precibus 18. C. de probat. l. emptione. 3. C. plus valere, quod agitur.* Wes. *cons. 2. n. 14.* non enim in contractibus nedum clausula, sed nec minimum verbum debet esse sine virtute operandi. Ias. *in rubr. C. de contr. emt. n. 16.* Dec. *consil. 472. n. 3.* Wesemb. *cons. 52. n. 46.* Schurff. *consil. 32. n. 36. cent. 1.* Gilman. 4. 1. *vot. 14. num. 63.* cum verba contractus sint forma contractus, quæ dat esse rei. Bald. *in l. quoties. C. de suis & leg. hered.* Gilman. *d. loc. n. 81.*

XIIX.

Justum est contrahentium voluntatem magis, quam verborum conceptionem inspicere, *l. fin. C. quæ res pign. obl. l. sed falsus 6. §. si fundus. 1. ff. de contr. emt. l. semper in stipulationibus 34. de R. I.* Cum in contractibus veritas rei magis, quam scriptura perspici debeat. *l. 1. C. plus valere, quod agitur.* Gilman. 4. 1. *vot. 14. n. 71.*

Limita, verum esse in contractibus bonæ fidei, cum in stricti juris contractibus magis verba quam mens attendatur, & tantum dictum, quantum scriptum intelligatur. *l. quicquid adstringendæ 99. & ibi Doctores de Verb. Obligat. l. consensu 2. de O. & A.* Gomez. *ad §. actionum. Instit. de act. num. 4. in fine.* inque hisce hoc quasi proprium, ut in iis non fiat extensio, & propterea id, quod scriptum reperitur, stricte inspiciatur, ut declarat Blarer. *in c. 1. num. 2. qual. Dom. propr. feud. privil.* ubi ait non esse nostrum conventiones & contractus extendere *l. fidejussores Magistratuum 68. §. pro Aurelio 1. ff. de fidejuss.* Unde Bald. *in l. ex hoc jure. de just. & jur. n. 16.* à tenore contractus nullo modo recedendum esse, & à verbis ejus: quia inquit vera interpretatio contractui est, quæ legi potest, quippe cum horum lectio non recitantem, sed quem tenor scripturæ designat, adjuvat, & quod in contractibus verba sint attendenda, & omissum habeatur pro omisso. Decian. *resp. 21. à n. 3. usque ad 8. vol. 2.*

XIX.

Contractus in dubio præsumitur licitus & legitimus, non fœneratitius & usurarius. Bald. *in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet.* Alex. *consil. 200. n. 4.* Cravett. *consil. 29. n. 8. & 245. n. 2.* Socin. jun. *cons. 83. n. 6. vol. 2.* Rol. à Vall. *cons. 96. n. 11. vol. 2. & n. 58.* Bursat. *cons. 117. n. 4.* Ant. Gabr. *lib. 1. conclus. 2. n. 3.* Bertazol. *lib. 1. consil. decis. consil. 226. n. 3.*

XX.

Contractus illicitus juramento firmari non potest. *l. 5. C. de LL. ubi v. not.* Jo. Andr. *in addit. ad Specul. de renunt. §. 1. vers. & quia hæc.* Joh. Fabr. *in l. fin. C. de pact. pig.* Faucher. *inter Cons. Germ. cons. 46. n. 4. tom. 4.* Joh. Petr. Anchar. *aur. quæst. lib. 2. quæst. 20. num. 1.* imò quando in contractibus suspectis adhibetur juramentum, eo ipso contractus redditur magis suspectus. Bald. *cons. 275. col. 2. vers. nec prædictis obstantibus. vol. 5.* Socin. sen. *consil. 215. col. fin. vers. tertius autem vol. 2. & alii plures quos recenset* Tiraq. *de retract. convent. in præf. n. 16.* Calcan. *cons 26. n. 20.*

XXI.

Contractus in dubio censetur innominatus. *l. 1. ff. de æstim. act. l. 1. ff. de præscript. verb.* Jas. *in l. 7. §. quin imò. num. 5. ff. de pact. l. in princ. n. 6. ff. si cert. pet.* Andr. ab Exea. *de pact. n. 488.* Boër. *decis. 144.* Pinel. latè. *C. de rescind. vend. fol. 32.*

XXII.

Talis præsumitur contractus, qualis denominatur à partibus Nart. *consil. 49. n. 14. & 34. & cons. 194. n. 1.* Alex. *consil. 142. n. 2.* Aym. *cons. 20. n. 40. v. Infr. nominatio.*

XXIII.

Contractus & distractus sunt diversa, *l. fin. & ibi Bald. not. C. si Tutor vel Cur. interven.* maximè, quando nulla identitas rationis concurrit. Everhard. à Mittelb. *in Top. in loco à contract. ad distr. num. 12.* ubi pro hujus axiomatis intellectu vid. pl.

XXIV.

Contractus assimilatus regulatur secundum naturam illius contractus, cui assimilatur. text. *in l. 1. §. si quis servum 19. ff. depos. & in §. adeo Inst. locat.* text. *in l. naturalis 5. §. si factio 4. ff. de*

præscr. verb. Jason. *in l. 1. n. 75. cum seq. C. de Jure Emphyt.* ubi dicit hoc procedere in contractibus nominatis, secus in contractibus innominatis. Gail. 2. *obs. 23. n. 22.*

XXV.

Contractus est irrevocabilis. *l. sicut ab initio 5. de O. & A. l. 10. C. de lib. caus. l. 3. C. de rescind. vend. auth. Sacramenta puberum C. si advers. vend.* Carpzov. 5. *resp. 114. n. 2.*

Amplia: in Contractu Civitatis; nam si semel ritè rem suam vendiderit, non potest pœnitere, licet pingviorEmtor supervenerit, quod secus est in fisco. *l. 21. in fin. ad municipal. l. 1. C. de vendend. reb. Civit.* Perez. *C. eod. n. 7.* Amplia (2.) in Contractu principis, e. g. si cui fundum patrimonialem in Emphyteusin concessit, hunc prætentu pingvioris licitationis ei auferre nequit. *l. 3. C. de fund. patrim.* Perez. *Cod. eod. n. 12.* neque fundo vendito meliorato Canon augeri potest. Perez. *Cod. de fund. rei privat. n. 3. 4.*

Fallit hæc regula 1. in contractibus dolo initis, *l. 8. C. de jud.* Carpz. *d. loc. n. 72.* Controvertitur, an contractus testamento celebratus, vel in alia ultima voluntate mutet suam naturam, & revocabilis sit, non secus quam ipsa voluntas ultima. vide in utramque partem Vasq. *lib. 3. contr. c. 51. n. 1.* pro negativa tamen magis inclinat. vid. de hôc axiom. infr. sub rubr. *pœnitentia.*

XXVI.

Contractus, à quo lex removet potentiam vel quem prohibet, ipso jure nullus est. *l. 58. in fin. de rit. nupt. lib. 5. C. de LL.* Bald. *in tit. C. plus valere quod agitur. l. libertum minorem ff. de jur. patr. cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. l. 2. in princ. l. 3. l. 4. C. de præd. min. l. 55. ubi* Bologn. & Jason. *ff. de leg. at.* 1. Franc. Milanen. *decis. regn. Sicil. 2. n. 153. & decis. 16. n. 23. lib. 2. per l. cum lex 46. ff. de fidejuss.* Gœdd. *inter Consil. Marpurg. consil. 24. n. 135. vol. 1.*

XXVII.

Contractus ad tempus certum restrictus, transacto illo finitus & nullus censetur. *l. cum qui 56. §. qui ita 4. & ibi* Jason. *n. 7. de V. O.* Regn. Sixtin. *inter Cons. Marp. consil. 11. n. 29. vol. 1.*

XXIIX.

Contractum violare non licet contrahenti. *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de constit. pecun.* adeò ut nec Princeps quidem à contractu, quem fecit pro arbitrio, recedere possit. Bald. Castr. *in l. digna C. de LL.* ac ne ab eo quidem quem cum subdito celebravit. *cap. 1. ubi Dd. de probat.* adeo ut ne de plenitudine suæ potestatis hoc facere possit. Mynsi. *resp. 24. n. 19.* Vasq. *controvers. illust. C. 26. n. 6.* Decian. *consil. 35. n. 1. vol. 2.*

XXIX.

Conventio quælibet in dubio censetur esse realis, & sic transitoria ad heredes, non autem personalis. Quia intentio contrahentis in dubio talis esse præsumitur, ut non solum sibi, sed etiam heredibus suis prospicere velit. *l. 7. §. pactorum 8. ff. de pact. l. pactum 46. ff. eod. l. si pactum 9. ff. de probat.* Quod procedit non solum in probatione facti negativi, v. c. si quis ab alio stipuletur, ne sibi vim inferat, sed etiam in obligatione facti affirmativi: nisi res, quæ in contractum vel stipulationem deducitur, sui natura ad heredes non transeat. *l. 3. §. morte ff. quib. mod. usufr. amitt.* vel nisi factum cohæreat personæ, & sit electa industria personæ. *l. unic. §. ne autem C. de caduc. toll. l. inter artifices 31. ff. de solut.* vel nisi aliter inter contrahentes sit conventum. *l. Aurelius 28. ff. de liber. leg. l. non solum 8. §. tale 3. eod.* Gail. 2. *obs. 2. n. 17. cum seqq.*

XXX.

In contractibus conditionalibus quoad acquisitionem non inspicimus tempus contractus, sed conditionis existentis. Everhard. *in Top. loc. à contract. ad distract. n. 10.* Declara scil. quando conditio est potestativa, non autem quando est casualis vel mixta; tunc enim conditio trahitur retro & inspicitur tempus contractus, text. *in l. quidam cum filium 132. §. fin. de V. O. l. 1. l. qui balneum 9. l. potior 11. ff. qui pot. in pign. l. Titius 4. ff. quæ res pign. obl. l. si filius fam. 78. & ibi* Bard. *de V. O.*

XXXI.

Quando removentur substantialia contractus, ipse quoque contractus remotus videri debet. Salicet. *in Auth. Sacramenta. n. 10. C. s. advers. vendit. l. non Codicillum 14. C. de testam. l. cum manu fata 80. §. fin. de contrab. empt. l. Lucius 24. depos.* Wesembec. 1. *consil. 14. n. 38.*

XXXII.

Contractum in dubio semper interpretamur de eo, qui minus onerosus est debitori. *l. Labeo 21. ff. de contrahend. empt. l. cum quæritur 26. de reb. dub.* Wesemb. *consil. 2. n. 19. & 21.*

XXXIII.

Contractum quemvis æstimamus ex formula & conceptione verborum. *l. non figura 38. ib. omnione quam exprimunt litteræ obligamur. de O. & A. l. si ita stipulatus 126. §. Chrysogonus 2. de V. O.* Tiraq. *de retract. lignagier. §. 30. eschange. gloss. 1. n. 7.* Limita, si formalia contractus aliud exigunt, tum ei potius quod actum est, quam quod figura verborum profert, inhæremus. *l. promittendo 41. de Jur. dot. l. 17. de LL.* Tiraquel. *de retract. gentil. §. 1. gloss. 14. ubi ait: contractus æstimandus venit ex virtute, vi & effectu; non à verborum conceptione, quibus contrahentes abusi fortè fuerint.* Wesemb. *consil. 12. n. 30.*

XXXIV.

CONTRACTUS ex conventione partium legem accipiunt. *l. 1. §. si conveniat 6. ff. depositi. l. contractus 23. ff. de Regulis Juris. l. lege 10. C. de pactis convent. l. 1. C. de oper. liber. l. 1. C. commodati. cap. contract. 85. de Regulis Juris. lib. 6.* Castr. *consil. 472. Viso supradicto, in pr. lib. 1. & cons. 145. Videndum est, in fine, & cons. 219. in causa, quæ vertitur, col. 2. versic. contractus autem lib. 2.* Soc. *consil. 167. Non inutilis. vers. postremo, & consil. 154. Consultationem, circa princ. lib. 2.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum. regul. 8.* ubi dicit procedere, quando contractus sunt legitimè facti, Petr. de Greg. *de concess. feud. part. 3. quæst. 1. ver. ex præmissis.* Menoch.

noch. *conſ. 52. n. 58. & conſ. 477. n. 3.* Oct. Glorit. *reſp. 7. n. 61.* Surd. *conſil. 383. n. 6.* Cald. Pereira *de renovat. emphyt. quæſt. forenſ. conſil. 38. n. 1.* Pichard. *ad §. ſi quis alium, n. 2. Inſtit. de inutilib. ſtipulat.* Seraphin. *deciſ. 787. num. 2.* Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verb. contract. n. 12.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 2. lit. C. concluſ. 980.* Rot. *deciſ. 669. n. 4. apud Farin. p. 1. recent.* ubi quod à partium conventione recipit formam contractus, *& deciſ. 415. n. 4. apud eundem, d. p. 1. recent.* ubi ampliat, etiamſi fuerit conventum ultra, vel præter naturam contractus.

XXXV.

CONTRACTUS claudicare non poteſt, quia debet eſſe obligatorius hinc inde. *l. Julianus. 13. §. ſi quis 27. ff. de actionib. empti, l. quid tamen 21. §. penult. ff. de recept. arbitr. l. Labeo 19. ff. de verb. ſignif.* Alex. 40. *Circa primum, in princ. lib. 5. & conſ. 121. Viſis in princ. eod. lib. 5. & conſ. 23. Conſideratis, n. 6. & 7. lib.* Ægid. Bellam. *conſ. 33. col. pen. n. 62.* Thom. & Thomaſſet. *in floribus legum, regul. 84.* ubi ait procedere, quando militat eadem ratio, Menoch. *conſ. 122. n. 39.* Surd. *deciſ. 52. num. 9.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem verb. hunc contractum, n. 4. C. de in integ. reſt. minor.* Franc. à Souſa *in repet. §. actionum, Inſt. de actionib. p. 4. n. 27.* Card. Tuſch. *d. tom. 2. lit. D. concl. 982. per totam.* ubi *à n. 10.* multipliciter limitat, Mantic. *deciſ. 186. n. 4.* [Unde Brocardicum hoc non ſemper procedere ait Rittershuſ. *part. 5. Nov. c. 10. num. 6. arg. Nov. 127.* ubi donatio propter nuptias ex parte mulieris dicitur valida etiam ſine inſinuatione, non vero ex parte mariti. Alia exempla habentur in contrarium, *in tom. regular. jur. pag. 263. l. 13. §. 29.* ubi gl. *de A.E.V.* Etſane omnino diſtingvendum inter contractus conſtituendos & conſtitutos. Nam ab initio ſane conſtitui contractus ita poteſt, ut ex latere unius contrahentis plura, alterius pauciora deſiderentur: at contractu jam conſtituto, non poteſt aliquid eorum demi, quæ ad eſſentiam ejus pertinent.]

XXXVI.

CONTRACTUS non debet operari ultra intentionem agentium, *l. non omnis 19. ff. ſi certum petatur. l. in agris 16. ff. de acquir. rerum dominio, l. 2. ff. de his, quæ in teſtam. delentur, l. legata inutiliter 19. ff. de legat. 1. l. cum tale 72. §. ult. ff. de condit. & demonſtr. l. age cum Geminiano 3. C. de tranſact.* Conan. *Comment. Juris Civilis, lib. 7. c. 1. n. 13.* Ant. Gom. *l. 22. Tauri, n. 24.*

XXXVII.

CONTRACTUS ſunt ab initio voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis. *l. non idcirco 12. in fin. Cod. de contrab. empt. l. ſi mandavero 22. §. ſicut 11. ff. mandati, l. cujus bonis 9. in princ. ff. de curat. furioſ. ſicut ab initio 5. C. de action. & oblig. l. de contractu 3. C. de reſcind. vendit. l. quamvis 39. C. de tranſact. l. eo, quod 10. C. ſi certum petatur. l. ſi quis argentum 35. §. fin. C. de donat.* Alex. *conſ. 40. Circa primum. n. 2. lib. 5.* Bald. *conſil. 381. Factum tale eſt, lib. 4.* Tiraq. *in l. ſi unquam verb. libertis. n. 15. C. de revocandis donat.* Gutier *practic. lib. 3. q. 43. n. 14.* Thom. de Thom. *in florib. legum, regul. 6.* ubi ait procedere, quando contractus jure ſunt perfecti, ſecus verò ſi ſuperveniat fraus & dolus, vel ab eis deconſenſu utriusque partis recedatur, Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 1. q 13. n. 7.* Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verb. contract. n. 8.* Seraph. *deciſ. 427. n. 1.* Card. Tuſch. *d. tom. 2. lit. C. concl. 983. per totam.* ubi *n. 5.* limitat in contractu nominato, conditionali, celebrato gratia unius partis tantùm, quia poteſt revocari pendente conditione.

Ex hôc Axiomate ſequitur, quòd caupo, poſtquam hoſpitium aperuit, nauta, poſtquam navigationem incepit, cogi poſſit, ut ille hoſpites recipiat, hic naviget. Perez. *C. de Navicul. n. 38.*

Limita: Contractus etiam ab initio interdum ſunt neceſſitatis; urgente enim neceſſitate publicâ, ubi non poteſt expectari ſuperindictionis exactio, licitum eſt principi per manûs injectionem urbes, oppida & divites compellere ad pecunias ſibi mutuò dandas, quas deinde cum modico intereſſe ex reditibus reddit. Perez. *Cod. de ſuperindict. n. 5.* Provinciales coguntur fiſco vendere frumentum, Perez. *C. de condit. in publ. horreis n. 1.* Vicini deficientibus navibus cogi poſſunt ſuas præſtare & certâ mercede frumentum publicum advehere. Perez. *C. de navicul. n 21. ſeq.*

XXXIIX.

CONTRACTUS aut totus acceptandus, aut totus repudiandus; *l. cum quæritur 16. ff. de adminiſtr. tutor. l. nam abſurdum 7. ff. de bonis libert.* Tiraquel. *de retract. convent. ad fin. tit. n. 4. cum ſeqq.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 301. n. 57.* Cald. Pereira *quæſt. forenſ. conſ. 39.* Fachin. *conſil. 59. n. 10. lib. 1.*

XXXIX.

CONTRACTUS omnis, ſeu quælibet diſpoſitio, promiſſio, vel pactum, etiam juramento firmata, intelliguntur rebus ſic ſtantibus, *l. continuis 137. §. cùm quis 6. ff. de verb. obligat. l. quod Servius.* ubi gloſſ. *ff. de condict. ob cauſam. l. quæro 54. §. inter locatorem. ff. locati.* Hippol. *conſil. 76.*

num. 31. vol. 1. Tiraquel. *in l. si unquam, in princ. n. 166. C. de revoc. and. donat.* Mascard. *de prob. conclus. 1131. n. 27. & conclus. 1157. n. 7.* Surd. *consil. 418. num. 8. & consil. 445. n. 35. & de alimentis, tit. 2. quæst. 15. n. 187. & tit. 8. privil. 56. n. 61. & decis. 326. n. 31.* Gutier. *pract. lib. 3. quæst. 42. n. 37. & 38. & de tutel. part. 1. c. 1. n. 23.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 14. n. 11. & lib. 3. quæst. 18. n. 123.* Cald. Pereira *in respons. pro Duce Pastranæ, n. 6. & in resp. pro D. Roderico à Sylva, vers. ad hæc.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 96. n. 23.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1771.* Mart. *de clausul. part. 1. claus. 127. n. 1. cum seqq. & p. 3. claus. 73.* Hieronym. Fernandez de Ottero *selectar. interp. cap. fin. de consuet. num. 77.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 2. resolut. 55. num. 29. 31 & 32.* Rot. *decis. 606. n. 3. apud Farin. collect. 1. novissimarum.*

XL.

CONTRACTUS recipiunt interpretationem ex tacita mente contrahentium, *l. in conventionibus 52. ff. de V. O.* Perez *ad tit. 7. lib. 5. Ordin. pag. 188.* Et in contractibus potius mens, quàm verba sunt attendenda, Molin. *de primog. lib. 1. c. 4. n. 20.*

XLI.

CONTRACTUS uniuscujusque initium spectandum est, & causa, *l. si procuratorem 8. in pr. ff. mandati. l. 1. §. non solum. 27. ff. depositi. l. si tamen 12. ff. ad SC. Macedon.* & conclusio attenditur, *l. si dominus 8. ff. de præscr. verb.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 115. n. 35.* Mantic. *decis. 70. n. 1. & decis. 78. n. 2.*

XLII.

In CONTRACTIBUS omissum habetur pro omisso. *l. quicquid adstringendæ 99. ff. de V. O.* Paris. *cons. 117. n. 5.* Surd. *de alim. tit. 8. privil. 76. & decis. 283. n. 5.*

XLIII.

CONTRAHENTES, sicut & testator, videntur se conformare cum jure, *l. hæredes mei 57. §. cùm ita. ff. ad Trebell. l. quæro 54. §. inter locatorem. ff. locati.* Menoch. *consil. 111. n. 17.* Mascard. *de probat. concl. 1415. à n. 2.* Gam. Lusit. *decis. 16. n. 4. & decis. 193. n. 6.* Surd. Mant. *decis. 2. n. 11.* Gutier. *consil. 18. n. 7. cum seqq. & pract. lib. 3. quæst. 70. num. 29. & quæst. 101. n. 3.* Valasc. *consil. 134. n. 11.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 9. n. 10.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. n. 81.* Cardinal. Seraphin. *decis. 264. n. 15.* ubi dicit, quòd censentur se conformare cum statutis loci, in quo contrahitur.

CAP. LXXXV.

De Contractu Chirographario.

Axioma I.

Ad quodcunque quis ex mutuo vero obligatur, ad id obligatur ex mutuo præsumtivo, seu contractu Chirographario.

Ratio: quia præsumtio sequitur veritatem, imò tamdiu pro veritate habetur, quamdiu non probatur contrarium.

Exemplum: ita quis ex hoc contractu perinde atque ex mutuo obligatur ad reddendam in eodem genere ac bonitate pecuniam aliamve rem fungibilem, quam se accepisse literis expressit. Struv. *Jurispr. Rom. Germ. For. Lib. 3. tit. 16. §. 5.*

II.

Quæcunque exceptio opponi potest mutuo, illa opponi potest debito Chirographario.

Ratio est in *Axiom. præced.* Exempla vid. apud Struv. *d. l. §. 7.*

CAP. LXXXVI.

Contradicere.

Axioma I.

Cuicunque actui quis contradicit, ex eo non potest sentire commodum.

Ratio: quia invito non datur beneficium. *l. 156. §. ult. ff. de R. J.* ita si quis testamentum improbè inofficiosum dixerit; illud etiam amittit, quod alio titulo ipsi relictum. *l. 8. §. 14. ff. de inoff. Testam.* ita patri non competit ususfructus in peculio adventitio, quod filius ipsô renuente acquisivit. *l. fin. §. 6. C. de bon. quæ lib.*

II.

Contradictio nuda interdum plus operatur, quàm appellatio. Brunnem. *ad l. 2. C. de filiisfamil.*

CAP. LXXXVII.

Contrarietas, Contrarium.

Axioma I.

Contraria regulariter postremo loco sunt tractanda, *Coll. Arg. in præfat. tom. 1. fac. pr. f. 5.* Aliquando tamen, ante effectum causæ, quam impedire solent, explicantur, ut in materia Legatorum. Vid. Wesemb. *parat. de adim. vel transf. legat. n. 1.* Aliud exemplum est *lib. 5. ff. ubi tit. de inoffic. testam.* tractatur ante *petitionem hereditatis*, ita *in Institut.* prius tractatus *de exheredat. liberorum*, quàm *de institutione heredit.* ita *in feudis 1. F. 21.* prius explicantur causæ amittendi, & postea subjicitur modus constituendi investituram.

II.

Qui per contraria transit, is ferro viam aperit. Bald. *in l. precibus. col. 8. n. 33. vers. modo contr. C. de impub. substit.* Cons. Arg. *consil. 88. n. 24. lib. 1.* Mar. Socinus jun. *in consil. 29. n. 3.* Marc. Mantua *consil. 246. in princip.*

III. Ubi

III.

Ubi repugnantia est in sermone, nil valet quod actum est. *l. 188. de R. I.* Cothm. *5. resp. 33. num. 12.*

IV.

CONTRARIETAS est vitanda & concilianda in omni dispositione. *l. ubi repugnantia 188. ff. de Reg. Jur. cap. cùm expediat 29. de elect. lib. 6.* Alex. *cons. 141. Viso testamento. n. 4. & 5. l. 2.* Surd. *decis. 276. n. 3.* Farin. *in praxi crimin. p. 4. cons. 95. n. 7.* Soc. *consil. 159. n. 29. l. 2.* Franc. Aret. *cons. 9. Eleganter, in pr.* ubi quod interpretatio debet fieri, ut tollatur contrarietas, vel perplexitas, Crav. *cons. 70. n. 5.* ubi dicit, quod ea interpretatio sumēda est in omni materia, per quam non inducatur contrarietas, sed induci concordia debet etiam impropriando verba, & *n. 8.* quod per subauditos intellectus nunquam potest induci correctio dispositionis. Gemin. *consil. 131. in princ. & n. 5.* Bald. *cons. 181. verba dicunt. lib. 2.* Abb. *consil. 9. Omissa. n. 2. in fin. lib. 2.* Refert plura de hac materia Card. Tusch. *pract. concl. tom. 2. lit. C. concl. 1008. per totam.* ubi *n. 37.* limitat, ubi non est conciliatio, quia tunc ultima derogant prioribus, & *n. 39.* limitat etiam, quando unum est speciale, aliud generale, quia speciale prævalet, sive sit posterius, sive anterius compilatum. Inducitur autem contrarietas ex propositione contrariorum, veluti quod quis sit legitimus & illegitimus, præsens & absens, fatuus & sanæ mentis, virgo & corrupta, &c. gloss. *verb. directò contrariis in Clem. testibus. de testib.* Cagn. *in d. l. ubi repugnantia, n. 2.* Bald. *cons. 326. Acturus petitione, in fin. l. 2.* Card. Tusch. *d. tom. 2. lit. C. concl. 1007. à pr.*

V.

CONTRARIA simul esse non possunt, *l. Mutius 30. pro soc. l. 1. C. de furt.* Menoch. *remed. 3. retin. n. 516.* Anton. Monach. Lucens. *decis. 25. n. 6.* & se invicem eliciunt, & mutuò se expellunt, [*c. majores 3. vers. sed adhuc quæritur. ibi: sed hæc tanquam incompatibilia. De baptismo & ejus effectu. l. 4. §. pen. de proconsul.* Rob. *lib. 2. not. ad not. Mercat. 28.* sic *in l. 1. ff. de serv. fugit.* est idem agens & patiens *in l. secundum naturam 10. ff. de Reg. Jur.* onus & emolumentum sunt circa personam eandem, item causa & effectus simul esse possunt, modò unum sit contrarium, *hinc. gl.* quod copia est causa inopiæ, *gl. in const. omnem Reip. §. nos verò in tantum, in proœm. ff.*] & uno posito removetur alterum. Surd. *decis. 24. n. 10. & decis. 92. n. 11. & consil. 211. n. 16. & consil. 218. n. 34. & consil. 320. n. 13. & consil. 435. n. 15. & consil. 481. num. 7. & consil. 487. n. 34. & consil. 524. n. 20.* Gonz. *ad reg. 8. Canc. gl. 54. n. 24. & gl. 57. n. 6.* Steph. Grat. *discept. forens. tom. 5. c. 891. n. 18. & c. 894. n. 4.* Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §. 6. gl. 1. n. 24.* quia ad remotionem unius sequitur remotio alterius, *l. si inter 15. ff. de except. rei jud.* [Et Contrariorum uno simpliciter in esse posito removetur reliqvum *l. si inter 15. ff. de except. rei jud. l. Pomponius 40. §. 2. ff. de procurat. l. hæc verba 114. in princ.* ibi *aut dies, aut nox. de V. S. fac. l. si ut certo 5. §. si duobus 15. ff. commodat. Præposit. & alii, in c. hospitiolum 17. dist. 32.* Regn. Sixtin. *consil. 11. n. 82. vol. 1.*] Diversis tamen respectibus duo contraria procedere possunt, Tiraquell. *de nobilit. c. 28. n. 13.* Farin. *in praxi crimin. part. 4. consil. 30. n. 62.* [*v. omnino not. Dni. parentis ad l. 13. §. 2. de reb. dub. qui §. aliàs regulæ huic obstaret.*]

VI.

CONTRARIA non possunt esse sub eodem subjecto. [*text. in l. si per errorem 15. ff. de jurisdict.* Earum enim rerum naturalis pugna est: & quæ pugnant in eodem subjecto concurrere non possunt. *l. jus nostrum 7. de Reg. Jur.* Unde Seneca *lib. 6. de benef. cap. 6.* alioquin jubes me eodem tempore amare & odisse, queri & gratias agere; quod natura non recipit. gl. *in l. fin. ff. de divort.* Bernh. *reg. 25.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præs. 3. n. 5.* Cels. Argel. *de contradict. legitimo, quæst. 2. n. 59.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. c. 15. n. 22.* Thom. de Thom. *in florib. legum, reg. 101.* ubi ait procedere simul, & eodem tempore, ac eodem subjecto, vel secundum Logicos in habitibus moralibus; secus autem in speculativis, vel in concreto, & in realibus, aliter autem in abstracto, & in imaginatione. Sigism. Scacc. *d. §. 6. gl. 1. n. 77.*

VII.

CONTRARIA plura incompatibilia si concurrunt, prævalent ultima, Abb. *consil. 94. In quæstione, n. 3. & 4. lib. 2.* Cardin. Tusch. *dict. tom. 2. lit. C. concluf. 1011. per tot.* Sigism. Scacc. *d. §. 5. gl. 1. n. 77.* ubi amplificat. Robses de Salzedo *de repres. lib. 2. c. 28. n. 28.*

IIX.

CONTRARIA allegans non auditur, *l. Titia 100. ff. de condit. & demonstr. l. 1. C. de furt. l. transactione 26. Cod. de transact. cap. imputari. 13. de fide instr. cap. sollicitudinem 54. de appellat.* ubi Henr. *n. 4.* Gregor. *l. III. verb. ninguna, tit. 18. part. 6.* Covarr. *var. lib. 2. c. 2. n. 2. in fin.* Angel. *in*

l. Papinianus, §. sed nec impuberis. in princ. ff. de inoffic. test. & in l. si procuratorio, n. 1. ff. quando appellandum sit. Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 41. n. 2.* Cabed. Lusit. *decis. 34. n. 9. p. 1.* Steph. Gratian. Marchiæ. *decis. 54. n. 18.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocator. verb. Allegatio. n. 4.* Marian. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 56. n. 11.* Anton. Monach. Bononens. *decis. 34. n. 1.* [Qui enim tantopere variat, & sibi contrarius est, fortissimâ juris præsumtione se gravat. *l. qui falso 16. ff. de testib. Paris. cons. 77. n. 3. & cons. 152. num. 19. vol. 4.* Cravett. *cons. 178. n. 4. vol. 2.* ideoque non meretur, ut aliqua ipsi fides adhibeatur. *d. l. qui falso. Gl. in l. nemo ex his 43. ff. de R. I.* Jas. *in l. fin. C. de fideicommiss.* Salicet. *in Auth. contra qui propriam. C. de non num. pec.* Vult. *int. Consil. Marp. consil. 15. n. 100.*] Card. Tusch. *d. tom. 2. lit. C. conclus. 1005. per tot.* ubi *n. 2.* declarat, ut procedat, quando contrarietas est directa, secus quando est diversitas, Robles *d. lib. 2. cap. 28. n. 28.*

Limita primò, ubi quis vult contra diversas personas experiri, tunc enim contraria allegando audietur, ut tenent *in d. l. 1.* Petr. de Bellapert. *col. 2. in princip. vers. hoc nihil est*, & post eum Cyn. *col. 3. post. med.* Bartol. *col. 2. n. 4.* Paul. de Castr. *col. pen. n. 8.* Curt. jun. *col. 4. n. 16.* Bald. *consil. 313. Proponitur, lib. 3.* Card. Tusch. *de conclus. 1005. n. 27.* Rendin. *in promptuario recept. sent. tom. 1. tit. 100. num. 10.* Vel ubi quis in diversis judiciis experitur, nam qui negavit testamentum in uno judicio, poterit fundare se super testamento negato in alio judicio, quia diversitas judiciorum diversa & contraria admittit, Bald. *cons. 394. Quod notarii. n. 2. vers. super secundo. lib. 4.* ubi etiam ait, hoc multò magis procedere, quando pluralitas personarum inducitur, quia si ego negavi tanquam tutor testamentum, possum nomine meo proprio juvari ex illo testamento, refert Card. Tusch. *dict. concl. 1005. n. 28. & 29.*

Limita secundò, in eo, qui se defendit, quia potest contraria allegare, *cap. nullus pluribus 20. de Reg. Jur. lib. 6.* Calderin. *consil. 219. vers. item proponitur, aliàs 13. de appellat.* Cardin. Tusch. *dict. concl. 1005. num. 26.*

Limita tertiò, quando contrarietas tendit ad idem in effectu, nam appellans præsupponit sententiam aliquam, dicens verò de nullitate, præsupponit nullam; sed quia tendunt ad idem, ut tollatur sententia, per diversa remedia conciliantur, quia effectus non est contrarius, Calderin. *consil. 219. in princip. aliàs 13. de appellat.* Ægid. Bellam. *cons. 10. n. 54.* Cardin. Tusch. *dict. concl. 1007. n. 25.*

XIX.

CONTRARIORUM eadem est ratio vel maximè correlativorum, *l. 1. de his, qui sui vel al. jur. §. videamus Instit. eod. §. sicut autem 7. Inst. de hered. qual. & differ. l. illud quæsitum. 32. vers. cum enim. ff. ad Leg. Aquil.* Bocer. *de Invest. Feud. c. 5. n. 42.* Sic qui mandare potest jurisdictionem, potest eandem adimere. *l. solent 6. §. 1. ff. de off. Procons. ad l. 1. C. de cupress. lib. 11. tit. ult.* Anton. Fab. *in rat. ad l. 34. §. 1. de reb. credit.* Quod procedit, quando utrobique eadem militat ratio. *l. 83. §. 3. v. nam & de V. O.* secus enim est, ubi ratio est diversa, *d. l. 83. §. 5. vers. sed hæc dissimilia sunt. de V. O.* Gail. 2. *observ. 49. n. 8.* ita *in d. l. 34. §. 1.* dissimilia planè sunt, dare & accipere pecuniam fœnebrem: dare enim & collocare fœnori sordes & avaritiam Magistratus redolet; accipere necessitatem, dummodo id fiat sine scelere & concussione provincialium; eo enim causa & acceptio ipsa est prohibita. *l. pen. C. si cert. pet.* Ita in feudis quando quæritur, si antiqvum feudum ut novum concedatur, an naturam & qualitatem feudi novi induat? Negando respondebitur, non obstante quod id fiat, si novum feudum ut antiqvum concedatur testibus, Mynsing. *4. observ. 84.* Gail. 2. *observ. 51.* cùm procedat, quando eadem sit ratio; hic enim diversum esse liquet exinde, quod in feudo novo solius domini, in antiquo etiam agnatorum præjudicium vertitur. Hattyser. *pag. 20.* Alii generalius hoc axioma ita efferunt.] Contrariorum eadem est disciplina, *l. 1. ff. de his, qui sunt sui vel alieni juris. l. fin. ff. de legat. 3. l. in fundo 38. ff. de rei vend. l. inter stipulantem 83 §. sacram. 5. ff. de Verbor. Obligat. l. 1. §. si quis ultro 27. ff. de quæst. l. & si contra 35. in fin. ff. de vulg. & pupill. substitut. l. nihil tam naturale 35. ff. de Regulis Juris. §. 1. Instit. de his, qui sunt sui vel alieni juris. §. 1. Instit. de tutel. cap. translato 3. de constit. cap. intellecto 33. de jurejurando.* Aristoteles *lib. 7. Topic. c. 1.* Alex. *consil. 209. Statutis, n. 17. & 18. lib. 2. & consil. 111. Videretur, n. 13. vers. quod contrariorum. lib. 8.* ubi ait non procedere, quando militat diversa ratio, Cacheran. Pedem. *decis. 53. n. 10.* Paris. *cons. 131. num. 122. vol. 1.* Octav. Glorit. *respons. 5. num. 31.* Everhardus *in Topicis*

picis legalibus loco 73. Surdus *consil. 1. n. 92. & consil. 151. n. 27. & consil. 301. n. 22.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verb. contrarietas 2.* Acac. Anton. *in comment. ad rubr. ff. de condit. & demonstr. c. 1. n. 56.* Josephus Sesse *Aragon. decis. 52. n. 38. tom. 1.* Cardin. Tusch. *d. tom. 2. lit. C. conclus. 113. per totam.* Cevall. *communium contra commun. tom. 4. quæst. 897. n. 884.* Mar. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. fin. casu 51.* latè de intellectu Galganet. *de conditionib. & demonstrat. part. 2. c. 1. quæst. 19. n. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. n. 174.* Fusar. *de substitut. quæst. 245. n. 8.* ubi *n. 9.* limitat, quando adest diversa ratio, de quo etiam Marian. Giurba *consil. 15. n. 31.* Valenzuel. *consil. 100. n. 28.* Anell. Aman. *consil. 81. n. 20.* [Hinc est, quod Contrariorum uno cognito cognoscatur & aliud, *princ. Instit. de tutel.* §. *illud 3. Instit. de societ. l. adoptivum 8.* §. *patronum 1. ff. de in jus vocand. l. si contra 35. ff. de vulg. subst. l. nam quem 149. de V. S. l. penult. Cod. de solut. gloss. in rubr. ff. & C. de acquir. possess. l. si merces 25.* §. *vis major. 6. ff. locat.* Hinc quando JCti docere volunt, quibus quid facere sit permissum, regulariter docent, quibus id non licet; sic enim est jure comparatum, ut quotiens quæritur, quid alicui licet de jure privato, definiri quæstio debeat: licere cuivis omnia, si non prohibeant leges. Vid. G. Forster. 2. *obs. 21.* ratio, quia diversa juxta se posita magis elucescunt, Goth. 4. *Resp. 3.* unde non rectè aliquid solideque cognoscitur, nisi ex contrariis, Reusn. *in repet. l. lecta 40. de R. C. n. 55.*

X.

CONTRARIORUM contraria est ratio, & contrarius effectus. *l. fin. ff. de edendo. l. qui accusare 8. ff. de accusationib.* Everhard. *in topicis legalib. loco 75.* Surd. *consil. 350. n. 22.* Cels. Argel. *de contradict. legitim. quæst. 3. n. 75.* [Quod enim operatur propositum in proposito, id operatur oppositum in opposito, *l. si ex toto 8. in princ.* & ibi Paulus de Castr. *n. 3. de leg. 1. l. ult. ff. de legat. 3. l. si contra 35. vers. hic consequens. ff. de vulg. instit.* Sic argumentatur Pontifex: si bonum est mulierem non tangere, ergo malum erit tangere, *cap. hospitiolum 17. dist. 32.* quod de veris causis contrariis intellige: itaque si quis dicat, mala opera damnant: ergo bona justificant; Respondebitur concedendo, dummodo sint verè bona, juxta illud in sacris: Qui fecerit hæc, vivet in eis. Præclarè Hugo: *Mala mea jure mala sunt, & mala sunt; bona mea nec jure bona sunt, nec mea sunt,* unde apparet hæc non esse vera contraria. Servi est, vivere non ut vult, ergo liberi est, vivere ut vult, *Aristot. 6. polit. 2. vid. l. si creditor 39. de act. empt.*

XI.

CONTRARIUM effectum non debent operari inducta ad unum finem. *l. legata inutiliter 19. ff. de legat. 1. qui hominem 34.* §. *fin. de solut. l. 2. ante fin. C. de juram. calum. cap. majores 3.* §. *sed adhuc. de Baptismo.* Cuman. *cons. 7. Primum videndum n. 7. vers. ad ea.* Cels. Argel. *de contradict. legitim. quæst. 3. n. 136.* Cardin. Tusch. *d. tom. 2. lit. C. conclus. 1010. per totam.* ubi *n. 4.* limitat, ut eadem res possit producere diversos effectus diversarum personarum & rerum, quas eadem persona, vel res potest repræsentare. Sic inducta in favorem, contrarium effectum non debent operari. *l. legatum 21. ff. de adim. legat. l. quod favore 5. Cod. de Legib. cap. quod ob gratiam 61. de Regulis Juris in 6.* Cels. Argel. *d. tract. de contradict. legitim. quæst. 2. n. 101. & quæst. 3. n. 191.*

CAP. LXXXIIX.

De Contraventione.

Axioma I.

Contravenire is dicitur, qui divisionem nititur impugnare; vel qui pacta promissa non implet, ut dicunt Dd. *in l. si quis major. C. de transact.* Pacian. *consil. 1. n. 127.*

II.

Contravenire nemo dicitur ei, quod nullum est. gloss. *in l. transactione finita. C. de transact. l. pen. Cod. de testam. l. successores 10. C. de solut.* quia hoc faciendo allegaret propriam turpitudinem, quod admitti non debet. gloss. *in l. filios. C. de revoc. his, quæ in fraud. Cred.* Doctores. *in l. cum professeris. C. de revoc. donat.* nec obstabit. *l. 7. Cod. de Agricol. & censit.* in qua ei, qui actum nullum gessit, itemque heredibus ejus actui isti contravenire conceditur, quia lex illa locum habet in actu nullo principaliter ob favorem publicum, quo casu is, qui contraxit, potest ipsum contractum impugnare, quando omni respectu nullus est, quanquam non procederet in actu, qui nullus est partis favore, tum enim omnino stare cogitur. Bart. *in l. post mortem. vers. secundo casu. ff. de adopt.* Jas. *in l. 7.* §. *si paciscar. n. 3. ff. de pact.* Berous *in cap. si quis presbyter. n. 48. de reb. Eccles. non alien.* Vultej. *inter Cons. Marp. consil. 34. n. 120. vol. 3.*

III.

Contra factum suum nemo venire debet. *l. si creditoribus. 5. C. de serv. pign. dat. l. filios 4. C. de revocand. his, quæ in fraud. cred.* Dec. *cons. 59. n. 20.*

n. 20. vol. 2. Cephal. *consil. 30. n. 31. lib. 1. & consil. 393. n. 35. lib. 3.* Bursat. *consil. 157. n. 66. lib. 2.* Vult. *inter Consil. Marpurg. conf. 17. n. 96. vol. 1. & consil. 18. n. 30. vol. 1. vid. infra Factum proprium.*

IV.

Contravenire licet facto non obligatorio. Bald. *in l. 1. C. de liberal. cauſ.* Weſemb. *conſil. 52. n. 14. lib. 2.* quod intellige, cum actus plane eſt irritus & nullus, nec ejus reſciſſio à voluntate alterius dependet. Moller. *in conſtit. Elect. 23. n. 25. part. 2.* Ranchbar. *p. 1. quæſt. jur. q. 45. n. 17.*

V.

Directa contraventio renunciationem inducit. *c. cum acceſſiſſent. de conſt. ubi* Panorm. text. *in l. 2. C. de jur. dom. impetr.* Bart. *in l. 1. n. 1. C. de his, qui ſpont. mun.* Gail. 2. *obſ. 60. n. 10.*

VI.

Contraventio inferioris nihil operatur, quando de ſuperioris intentione conſtat. text. *in c. dilecto 25. de præbend.* gloſſ. *ibid. in verb. clauſula.* Schurff. *conſ. 14. n. 3. in fin. cent. 1.* Gail. *lib. 2. obſ. 60. n. 12.* Autoritas tamen ſuperioris à contraventione excuſat. *l. non videtur. de Regul. Jur.* Pacian. *conſil. 1. n. 133.*

VII.

Contraventione in una parte tantum mandati facta, in toto mandato contraventum dicitur, Bald. *in cap. ad audientiam. de reſcript.* Gilm. 4. 1. *vot. 30. n. 30.*

CAP. LXXXIX.
De Controverſiis.

Axioma I.

Nihil in jure noſtro eſt ſine controverſia. Tiraquell. *de Jur. primogenit. q. 34. n. 24.*

II.

Nihil uſitatius eſt inter Dd. quam quæſtiones quoque certas in dubium vocare. Forſterus *lib. 4. cap. 2. n. 24.* Exempla vid. apud Vigel. *de Ratione legendi juris controverſ. quibus adde eleg.* Ranchin. 2. *variar. c. 3. C. I. A. lib. 21. tit. 2. theſ. 6. n. 34.* Myns. 6. *obſ. 37. n. 4. Conſtit.* Juſtin. *de confirmat. ff. §. 17.* Joach. Scheplitz *in promt. Jur. tit. 33. §. 11. n. 1.* quod eſt contra *l. ult. §. ult. C. de temp. & rep. appell. Novell. 49. præfat. pr. & §. 1.* Petr. Matth. *conſil. 14. n. 32.* quod eſt contra *l. 69. §. 1. de legat. 2.* Aliud exemplum eſt apud Hering. *tract. de fidejuſſ. cap. 20. per tot.* quod eſt contra *l. 44. §. 1. de O. & A. l. 29. Mand. adde* Dn. D. Bitſchium *in Orat. inaug.* ubi Exempla ex Inſtit. ponit & nominatim *ex §. 5. & ult. Inſt. qui & ex quib. cauſſ.* per quos refutari poteſt dogma Dd. quod in ipſum Jus Can. irrepſit: & in ſpecie *in c. 5. de procurat. in 6.* Cujac. *22. obſ. 16.*

CAP. XC.
De Contumacia.

Axioma I.

Contumacia eſt delictum. *l. omne 6. §. contumacia 12. ff. de re milit. l. 53. de re jud. c. cordi. 1. in appellat. in 6. Umm. in proceſſ. diſp. 6. n. 2.* Ea ratione, quia non fit ſine dolo, ut dicit Bart. *in l. minor. ff. de min. fac. l. ex conſenſu 23. ff. de appell.* ubi limitat, quod procedat, quando illa materia ſubjecta, unde oritur illa contumacia, eſſet criminoſa, Gomez *ad §. item ſi quis. num. 47. Inſtit. de action. Vid.* & Menoch. 2. *arb. jud. caſ. 153. num. 1.*

II.

Contumacia habetur pro præſentia. *Auth. qua in provincia. C. ubi de crim. l. 13. §. 2. C. de judic.* Menoch. *lib. 1. arbitr. jud. caſ. 36. n. 9.* Weſemb. *C. C. de lit. conteſt. n. 40.* imò contumax ſæpe habetur pro confeſſo *l. pen. de Cuſtod. reor. l. 15. §. 4. de jure fiſci.* Limita: ſi quis comparere tenetur ratione officii vel juramenti, vel corporalis detentionis. *Brunnem. ad l. 11. C. de omni agro deſerto. n. 1.*

III.

Ob contumaciam cenſetur facultas appellandi ſublata. *l. 1. C. quor. appell. non recip. l. 14. §. ſin autem reus. C. de jud.* Gilm. 4. 1. *vot. 3. n. 19.* Gail. *lib. 1. obſ. 132. n. 3.* Treutl. 2. *diſput. 33. th. 3. lit. c.* Pariſ. 1. *conſil. 85. n. 22.* quod intellige de vera, non de ficta, ab hac enim appellari poſſe not. Bart. *in l. fin. n. 11. ff. de reſtit. in integr.* Lancellot. *de attentat. in 2. p. cap. 12. n. 142.* Vant. *de nullit. tit. de nullit. ex defect. proceſſ. n. 141.* Far. 1. *conſil. 85. n. 22.*

IV.

Contumacia actoris major & gravior eſt, quam rei. *c. cauſam. 3. de dol. & contum.* & ideo difficilius moram purgat, Bart. *in l. hæc conditio. in fin. ff. de cond. & dem.* Tiraquel. *latè de retr. conſangv. §. 8. gloſſ. 2. n. 12.* Menoch. 2. *arb. jud. caſ. 45. n. 1.*

V.

Contumacia unius alteri nocere non debet. Bart. & Comm. Dd. *in l. cum filius 49. ff. de V. O.* Boſſ. *in tit. de delict. n. 61. v.* Weſemb. *d. l. n. 23.* Natt. *conſil. 549. num. 29. lib. 3.* Farin. 1. *conſil. 56. n. 19.* non enim egreditur perſonam contumacis *l. 1. ff. de in lit. jur. l. ejus, qui. 29. ff. de jur. fiſc.* Corn. *conſil. 42. n. 9. vol. 2.* Caſtr. *conſil. 168. n. 7. vol. 1.* quod intellige, ut procedat quoad plenum præjudicium & plenam probationem. Cornelius & Caſtr. *dd. locis.* non autem quoad inducendam præſumptionem & indicium. Ant. Merend. *inter Conſil. crim. diverſ. 90. n. 17. vol. 2.* Farin. 1. *conſil. 55. n. 72.*

VI.

Contumacia purgatur per abſentiam. Menoch. 1. *obſ. 80. n. 52.* Declara hoc procedere de abſentia juſta, non vero de procurata & cauſaria, ubi judex contra abſentem tanquam præſentem procedere poteſt. *l. pen. §. ad crimen ibi. & ſi juſta ratione. de publ. jud.* Porrò à contumaciâ excuſant omnia impedimenta legitima: qualia ſunt captivitas, peregrinatio, expeditio publica, Herren-Geſchäffte/Reichs-Dienſte/ægritudo vel infirmitas, peſtis graſſans, locus non tutus, tempeſtas & vis fluminis, incendium, Waſſer- und Feuers-Noth. *l. 2. ff. ſi quis caut. in judic. ſiſti facit. non obtemp.* quæ impedimenta probari debent

bent juramento. *Mynsing. Cent. 3. Obs. 92.* Wehner. *obs. pract. verb.* geschäfften.

VII.

Contumacia cumulat pœnam. *l. 4. de pœn.* Igitur crescente contumacia, etiam pœnæ debent crescere. *cap. 19. de jud.* Reinhard. *in append. proceff. vid. infr. de delictis. c. 12. n. 3.* itaque contumacibus denegatur dilatio debitoribus confitentibus concessa. *Perez. C. de cap. & distr. pign. n. 5. & de Decurion. n. 49. 50.* & Contumacibus pœna plerumq; duplicatur. *l. 8. §. 7. ff. de pœn. l. 18. C. de Decur. Brunnem. C. eod. column. 7.* regulariter Judicis arbitrio relinquitur, quomodo contumaciam punire velit. Menoch. *de A. J. Q. cas. 280.* v. g. amissione privilegiorum. Mendoz. *de Monet. quæst. 31. n. 7.* denegatione audientiæ. Castrens. *in L. 1. §. f. ff. de off. ejus cui mand. Jurisd.*

IIX.

Qui ab adversario impeditur, contumax non est. *l. 1. §. si reus de eo per quem factum erit. Nov. 53. c. 4. §. 1. ibi. si non forte studio.*

IX.

Si propter contumaciam unius electio duobus concessa est, contumacem excludit. *l. si legatario 22. §. à duobus. de fideicommiss. libert.* Ant. *disputat. feud. 14. thes. 3. lit. B.*

X.

Contumax contumaciam non purgat, nisi prius damna restituerit & expensas, e. g. Decurio ab officio fugiens & reversus; nec revocatur immissio ex primo decreto, nisi refusis expensis. *l. 9. C. de bon. aut. Jud. possid.* neminique prius aditus ad judicem patere debet. *l. 15. C. de Judic. Perez. C. de Decur. n. 50.*

CAP. XCI.
De Conventu.

Axioma I.

Provinciales sine convocatione Præsidis convenire non possunt. Brunnem. *ad l. 5. C. de Legation.*

II.

Meretrices arcentur à conventu honestarum Matronarum, & prodeuntibus Vestalibus à lictore submovebantur. *Perez. Cod. de Spectac. & Scen. n. 7.*

CAP. XCII.
De Conversione Propositionum.

Axioma I.

Universale affirmativum quale est *in l. 35. ff. de jurejur.* Converti quidem potest per accidens. v. c. quicunque jusjurandum deferre possunt, ii & pacisci, solvere, solutionem accipere possunt. Ergo quidam qui pacisci, solvere, in judicio possunt consistere, poterunt & jusjurandum deferre; vel per contrapositionem. Ergo quicunque non possunt pacisci, solvere, in judicio consistere, ii nec jusjurandum deferre possunt. Non autem cóversione simplici. Ergo quicunq; pacisci, solvere, in judicio consistere possunt, jusjurandum deferre possunt. Dn. D. Bitsch. *in disput. de jurejur. th. habita Argent. 1616.*

II.

Quomodo converti debeat definitio cum definito, *vid. infra Definitio.*

De Conviciis *vid. Infra* de Injuriis.

CAP. XCIII.
De Convivio.

Convivia in matrimoniis non sunt de substantia. *Bald. in l. si donationum 22. Cod. de nupt.* Nec convivia in Doctoratu sunt de essentiâ. *Id. d. l.*

CAP. XCIV.
De Copia.

Axioma I.

Copia non probat absque originali *L. 2. ff. de fide instrum. cap. fin. X. eod.* nisi vel inter acta repertum, *Mynsing. Cent. 6. obs. 75.* vel antiqvum sit, vel cum originali per Notarios collatum, *Mynsi. d. l. obs. 74. & 79.* vel difficultas sit habendi originale. Wehner. *in obs. pr. verb.* Copey.

II.

Copia debet dari parti non tantùm de omnibus actis, sed etiam de allegationibus juris & Consiliis, ne judex circumveniatur ex falsis allegationibus: secus in his, quæ dantur ad instructionem Judicis. *Lud. Rom. in sing. 266.*

CAP. XCV.
De Copulato.

COPULATA plura, quando requiruntur ad aliquid disponendum, non sufficit unum tantùm intervenire, *l. si heredi 5. ff. de condit. institut.* Jason. *in l. 1. n. 2. & 3. ff. de justit. & jure.* Felin. *in cap. ex parte. n. 21. & 22. de rescript.* Bartol. *consil. 155. Facti contingentia. n. 3. & 4. lib. 1.* Joann. de Anan. *consil. 32. ultra alia. n. 2. vers. circa quartum.* Riminald. jun. *consil. 600. n. 10.* Roman. *consil. 166. Visa diligenter. n. 4.* Castrens. *cons. 103. lib. 1. & cons. 211. vers. ad secundum lib. 2.* [quoties enim plura copulativè ponuntur, omnium complementum requiritur, nec sufficit partis impletio. *l. si quis ita 129. de V. O. l. si heredi 5. ff. de condit. inst.* Gail. 2. *obs. 125. n. 8.* cum eorum hæc sit natura, ut æqualem & æquè principalem concursum omnium copulatorum requirat. *l. ea tamen 46. junct. gloss. ff. de leg. 3.* Decian. *resp. 1. num. 179.* Regn. Sixtin. *inter Consil. Marpurg. consil. 13. vol. 2. n. 9.* Everhard. *in loc. 109.*

loc. 109. à natura copulæ. n. 11. Vinn. *ad §. 11. Institut. de hered. instit.*] Ægid. Bellam. *cons. 33. num. 53.* ubi quod copulata plura non possunt distingvi & separari. Surd. *cons. 313. n. 39. & cons. 329. n. 25. & cons. 354. n. 22. & consil. 357. n. 26. & consil. 361. n. 20. & consil. 403. n. 30.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 973. n. 18. & 26.* latè Fusar. *de substit. quæst. 455. n. 1. cum seqq.* Alex. *consil. 123. Scripsit. num. 22. l. 4.* quod ubi requiruntur plura ad aliquid producendum in esse, si aliquid deficit ex requisitis, illud non potest dici esse perfectum. Bald. *cons. 64. Quidam promisit, in fine, lib. 1.* ubi quod obligatus sub pœna facere duo copulativè, non evitat pœnam, si unum tantùm facit, Signorol. *consil. 223. n. 3.* ubi quod copulata omnia ex pluribus in ratione debent concurrere, Angel. *294. Quoniam in ultimis, n. 2.* ubi quòd in ultimis voluntatibus, & conditionibus pluribus copulatis, ut dispositio habeat locum, debent copulata simul concurrere, *& consil. 160. Domina Catharina. num. 5.* ubi quod si statutum requirat duos consangvineos in contractu minoris, vel duos affines, non sufficit, quod unus consangvineus, & unus affinis intervenerint, si extabant duo consangvinei, & duo affines, Ruin. *consil. 112. n. 13. lib. 5.* ubi quòd in pœnalibus, odiosis, & exorbitantibus semper verificatio plurium copulatorum requiritur.

Limita primò, ubi plura copulata sunt adjectiva, quia non debent concurrere, imò veniunt adjectivè, & augmentativè: ut si testator dicat, Instituo in bonis meis assignatis & descriptis in tali instrumento; tunc enim sufficit, quod sint assignata, vel descripta. ita Alex. *cons. 20. Consideratis. n. 6. & 7. lib. 3.* ubi *n. 8.* subdit, quod in legato facto Doctoribus legistis, & Medicinæ, sufficit, quod sint vel Legum, vel Medicinæ Doctores, non autem debent copulari istæ duæ qualitates adjectæ, refert Cardin. Tusch. *d. tom. 2. lit. C. conclus. 1035. n. 53. & 54.*

Limita secundò, ubi copula ponitur inter duos honoratos, vel duos gravatos super re distributionem recipiente, quia non requiritur concursus utriusque copulati, Bald. *consil. 374. Verba Dyni, vers. nam sicut quando, lib. 1.* Alex. *consil. 64. In causa & lite. n. 4. vers. fortificatur, lib. 7.* ubi *n. 5.* subdit, quod quando sumus in materia odiosa, tunc omnia copulata debent concurrere, nisi appareat de mente. Ruin. *consil. 41. n. 6. lib. 3.* ubi quod statutum disponens, quod ascendentes masculi & agnati usque ad quartum gradum excludant matrem, habet locum, si soli ascendentes, vel soli agnati extant; & addit, quod legatum factum mercatoribus, & artificibus lanæ, vel Doctoribus, & Medicis non requirit concursum utriusque qualitatis, quia stant dispositivè, & propter se, secus si propter aliud, idem Ruin. *consil. 112. n. 9. & seq. lib. 5.* ubi quod legatum factum militibus, & Doctoribus, habet locum in simplici milite, & Doctore, Cravett. *consil. 909. n. 11.* ubi quod privilegium concessum originariis incolis, & habitatoribus, non requirit concursum omnium qualitatum, quia singulæ per se stant.

Limita tertiò, quando copulantur plura incompatibilia, tunc copula resolvitur in alternativam, vel disjunctivam, ut per Roman. *consil. 480. In casu propositæ consultationis. n. 4.* Socin. jun. *consil. 128. n. 3. & seq. lib. 1.* Cardin. Tusch. *d. conclus. 1035. num. 70.*

Limita quartò, quando constat de mente, ut copulata sint disjunctiva, quia menti inserviendum est. Castrens. *consil. 43. n. 2. vers. nunc est. lib. 2.* Alex. *cons. 130. Attentis, num. 8. vers. præterea, lib. 2.* ubi quod copulata sumuntur pro disjunctis, & è contrà, ut servetur mens, Cravett. *cons. 685. n. 12.* Cardin. Tusch. *d. concl. 1035. n. 73.* [ac verba fiant superflua & inutilia. Dec. *in l. generaliter, in not. 1. C. de institut. & substitut.* Cornel. *consil. 226. col. 1. vers. dato. lib. 4.* Regn. Sixtin. *vol. 2. cons. 13. num. 42.*]

Limita quintò, quando si copula conjungeret, inutilis redderetur dispositio. Rip. *in cap. inter cæteras, n. 55. de rescript. & in l. Centurio. n. 94. ff. de vulg. substit.* Felin. *in cap. Rodulph. col. 2. vers. & per elusionem, de rescript.* Castr. *consil. 43. Substitutio, n. 1. lib. 2.* Alex. *consil. 130. Attentis, col. fin. lib. 2.* Curt. jun. *consil. 172. Præsupponitur, n. 4.* Cravett. *consil. 485. n. 10 & 11.* Cardin. Tusch. *d. conclus. 1035. num. 71.*

Limita sextò, quia copulata plura non ad eundem finem tendentia, sed ad diversos fines, resolvuntur in orationes singulas, Anchar. *consil. 80. n. 4. & seq.* [Post. gloss. *in l. Gallus §. 1. & ib.* Bart. Bald. *Nov. de dot. part. 6. priv. 6.* Alciat. *de præsumpt. 26.* Brun. *in tract. de stat. exclud. solem. art. 8. quæst. 16.* Afflict. *decis. Neapol. 178.* Jas. *consil. 133. n. 11. vol. 4.* Hieron. Gabr. *consil. 156. n. 29. per l. fin. C. de dot. promiss. & l. 1. solut. matrim.*] Cardin. Tusch. *d. conclus. 35. n. 86.* ubi *n. 87.* limitat etiam, quan-

quando ordo charitatis induceret aliam credulitatem, & *n. 88.* post Roman. *consil. 104. n. 4.* limitat quoque, quando plura copulantur propter se principaliter, non propter aliud, quia in unoquoque procedit dispositio sine copulato, & *n. 93.* post Ruin. *consil. 116. num. 6. lib. 2.* limitat etiam, ubi plura copulantur in diversis orationibus, & unum non est respectu alterius. [Quia non tàm copulativè, quàm continuativè apposita videntur. Cum enim cœptam locationem continuare vis, nil aliud facere poteris, quam per copulam unam orationem sequentem priori orationi ita adjungere, *l. 1. in pr. ff. de infam. l. 1. pr. ff. de fals.* Bart. *in l. 1. in pr. ff. de just. & jur.* Vasq. 2. *controv. jur. cap. 36. n. 13.*] & *n. 96.* post Alex. *cons. 80. n. 13. lib. 3.* limitat quoque, quando copula cadit inter duo adjectiva respectu unius substantivi, quia non requiritur utrumque copulatum.

CAP. XCVI.

De Corpore delicti.

Quoties delicta sunt facti transeuntis, toties corpus delicti non nisi utriusque confessione aut per alia indicia probatur.

Ratio: quia sic ex rei naturâ impossibile est, ut corpus delicti aliter investigetur.

Exemplum præbent omnia delicta carnis, ut incestus, adulterium, &c. præterea assasinium, & interdum Magia, Injuriæ reales & similia.

CAP. XCVII.

De Correctione.

Axioma I.

Correctæ leges non sunt allegandæ, Angel. *ad §. in personam. Instit. de act.* quia nullius utilitatis censetur, postquam correctæ reperiuntur. *ut in Aut. de Naut. usur.* adeò ut quod dictum est de Lege, idem etiam dicendum sit de statuto correcto, ut dicit Bald. *in §. hunc igitur. C. de Justin. C. confirm. add. text. in l. fin. §. his itaque. C. de vet. jur. enucl. Præposit. in cap. 1. 19. dist. gloss. in summa cauf. 25. q. 2.*

Limita I. quod hæc regula tantum procedat, quando lex correcta allegatur in decisionibus causarum, & propter hoc alicui præjudicium est; secus enim, ubi ex illa allegatione nemini præjudicium infertur, *gl. in l. damus C. de fals.* Alex. *cons. 70. viso processu. col. pen. lib. 10.*

II. Quando lex in totum correcta reperitur, secus si in parte, quia pars, quæ correcta non reperitur, impunè allegatur, *fac. l. derogatur 102. ff. de V. S.* Bald. *in l. 1. §. fin. vers. item not. C. de lat. lib. toll.*

III. Quando lex correcta non fuit inserta in Corpore Juris: secus autem si inserta aut incorporata in jure inveniatur, quia tunc poterit allegari. Bart. *in l. fin. in fin. ff. de fals. c. autoritate 7. de conces. præbend. in 6.*

IV. Si principaliter allegatur, non verò in argumentum, Bart. *in d. l. fin. in fin.* quanquam posterioribus duobus insistere periculosum esse dixit Lud. Gomez. *ad §. in personam. Instit. de act. n. 17.* quia quando Lex correcta in argumentum allegatur, idem effectus resultat, ac si principaliter allegaretur, *text. in l. non possunt 12. ff. de Leg. Abb. in cap. for. de V. S.* & Andr. Siculus *in cap. tanquam. col. fin. de offic. deleg.*

II.

Correctio facta præsumi non debet. *l. 29. in princ. v. quod enim non mutatur. C. de testam.* nec intelligitur prior aliqua lex mutata per novam, nisi expressè & nominatim illud significetur. *l 32. §. 2. C. de appell. & cap. 1. de const. in 6.* Bocer. *de invest. feud. c. 4. n. 63.* Unde qui nititur jure correctorio exorbitanti à jure communi, illi incumbit onus liquidè probandi, quod de eo casu, de quo agitur, sit dispositio correctoria & exorbitans. Gl. & *Dd. in Clem. fin. de rescript.* Bald. *in l. hi, qui ad C. de appellat. Paris. consil. 62. n. 32. lib. 4.* Regn. Sixt. *inter Consil. Marpurg. cons. 14. n. 44. vol. 1.*

III.

Aut factione rei, aut correctione, ad bonos actus studere, debemus habere semper participium. *Novel. 59. in pr.*

IV.

Etiam propriæ sententiæ veritatis studio corrigendæ sunt. *Nov. 22.*

V.

Legum correctio periculosa; quia plerique, quæ non intelligunt, corrigunt. Bernh. Autumn. *Cens. Gallica Juris Rom. ad l. 7. §. si vir. 13. sol. matr.* Potius ergo sententiæ legum adhærentes correctionem non temerè inducemus. Post Imolam & Raynutium *in consil. 202. incip. quod est amplius P. Pecc. de test. conjug. l. 5. c. 24. n. 4.* Nec immeritò Don. 8. *Comment. 11. lit. L. Quid erit,* inquit, *si, quoties visum est, pro commodo & arbitrio nostro licebit veteres & receptas scripturas mutare.* Adde Hiliger. prolixè *ibidem.*

VI.

CORRECTIO est vitanda; & sunt concordanda contraria, quia non est verisimile, quod quis suam dispositionem voluerit illicò corrigere, Gemin. *cons. 88. in fin. vers. item cum Papa.* Roman. *consil. 104. Reverende Pater. col. 2. in princip.* ubi quòd debet fieri concordia, omnino ut evitetur correctio, plenè Alex. *consil. 123. Scripsit. n. 9. cum seqq. lib. 4.* ubi quòd etiam per subauditum sermonem vitanda est correctio, & *consil. 56. Viso processu. n. 8. & 9. lib. 2.* ubi quod non est verisimile, quòd statuentes voluerint se

corrigere, Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom. 1. lit. C. conclus. 1036. à princ.* ubi *n. 12.* post Alex. *consil. 59. num. 13. lib. 3.* & Roman. *d. consil. 104. col. 2. in princ. & consil. 438. num. 6.* subdit, quòd testatoris voluntas ita est interpreranda, ut ex sequentibus non præsumatur se voluisse in continenti corrigere, & *num. 14.* ampliat in mandato procuræ, & *num. 15.* in testibus, & *num. 18.* in scripturis, & *n. 19.* in privilegiis. Mangil. *de imput. quæst. 7. n. 8.* Castill. *controverf. lib. 5. part. 2. c. 125. n. 7. & seq.* Robles de Salzedo *de repræsent. lib. 2. cap. 29. num. 12. & lib. 3. cap. 17. num. 20.* Et quod semper interpretatio fit statuti, & alterius dispositionis, ne sequentia corrigant præcedentia, dicit Roman. *consil. 392. circa primum. n. 23.* quem refert Card. Tusch. *tom. 4. lit. I. concl. 330. num. 34.*

VII.

CORRECTIO Juris in omni interpretatione vitanda, ne Jura tot vigiliis fabricata unico verbo tollantur, Abb. *consil. 78. in princ. lib. 2.* Gemin. *consil. 131. Præmitto pro declaratione, in princip.* Cardin. Tusch. *d. tom. 2. lit. C. conclus. 1037. num. 1.* ubi *n. 2.* post Anchar. *consil. 190. in princ.* limitat in statuto correctorio Juris communis, quia in dubio facienda est interpretatio, ut censeatur correctum, ut reducamur ad jus commune, & *n. 4.* limitat etiam, quando non est locus concordiæ, quia tunc inducitur correctio, & ultima derogant prioribus.

VIII.

CORRECTIO tantum extenditur, quantum se extendit dispositio correcta, ut per Signorol. *de Homed. consil. 37. Factum sit proponitur. n. 5. & seq.* Cardin. Tusch. *d. tom. 2. lit. C. conclus. 1038. num. 1.* [& lex corrigens intelligi debet secundum terminos legis correctæ, ita glossa *in l. sciendum. qui satisd. cog. §. 3. in Auth. de fil. ante dot. instrum. nat.* Menoch. *4. remed. adipisc. poss. num. 142.* neque ulterius extendenda, Forsterus *de interpr. lib. 2. c. 2. num. 2.*] ubi *num. 2.* declarat procedere secundum correctionis potentiam; nam si corrigatur actus, extenditur correctio ad omnia, ad quæ actus correctus extenditur.

IX.

CORRECTIO legum in dubio est vitanda, *l. si quando 35. C. de inoff. testam. l. 1. C. de inoff. dotib. l. præcipimus. 32. in fin. C. de appellat. cap. 1. de novi operis nunciat. cap. cùm expediat 29. de elect. lib. 6.* Rom. *consil. 40. Visis. n. 5. & consil. 57. In causa vertente. num. 2. & 3. & consil. 322. In caus. num. 2.* ubi subdit procedere, etiamsi lex posterior contraria habeat clausulam derogativam: *Non obstante*; quia adhuc correctio non sumitur, si potest fieri conciliatio, & extendit etiam, quando adesset dictio taxativa, Pichard. *in pr. Institut. de L. Falcid. n. 34.* Cephal. *cons. 323. à n. 18. vol. 3.* Menoch. *remed. 4. adipisc. num. 21.* Franc. Becc. *consil. 1. n. 13.* Monet. *de distribut. quotid. p. 2. quæst. 11. n. 29.* Armendar. *in proœm. addit. ad recopilat. legum Navarræ. num. 51.* Cardin. Tusch. *dict. tom. 2. lit. C. conclus. 1036. n. 4. cum seqq.* Marian. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 18. num. 12.*

X.

CORRECTUM quod non est, stare non prohibetur, *l. præcipimus 32. C. de appellation. l. sancimus 27. Cod. de testam.* Surd. *decis. 195. n. 9. & consil. 163. n. 9. & consil. 509. n. 6.* Mangil. *d. tract. de imput. quæst. 130. num. 13. vers. & postremò.* Et sane multa correctionem merentur, nec tamen ab Imperatoribus corriguntur. *Constitut. hæc quoque. de nov. Cod. fac.* aliquando deleta ab Imperatoribus malè dissimulantur, *l. penult. Cod. Theodos. ne sanct. baptism. iter. l. 24. §. 14. de Relig.*

XI.

CORRIGERE seipsum in continenti nemo præsumitur, *l. cùm hic status 32. §. 1. in fin. de donat. inter virum & uxorem, l. præcipimus 32. in fin. C. de appellat.* Alex. *consil. 59. Attentis verbis num. 14. vers. Et pro confirmatione lib. 3. & consil. 142. Viso processu. num. 12. lib. 6. & consil. 170. Viso instrumento, in fin. cod. lib.* Cardin. Tusch. *tom. 2. lit. C. conclus. 1046. à princip.* Alciat. *de præsumption. reg. 2. præsumpt. 28. in princ.* Roland. *consil. 62. n. 9. vol. 3.* Surd. *consil. 241. num. 19. & consil. 362. num. 15. & consil. 365. num. 10.* Octav. Glorit. *resp. 1. p. 3. num. 124. & respons. 5. num. 31.* Rot. *decis. 763. num. 14. p. 1. diversi.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 37. num. 14.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. 7. num 76.* & ideo interpretatio debet fieri, ne disponens in continenti voluerit se corrigere. Fr. Aretin. *consil. 9. Eleganter. in pr.* quem refert Cardin. Tusch. *tom. 4. lit. I. conclus. 330. n. 73.*

CAP. XCIIX.

De Correlativo *vid. infra* Relatio. *item* Correspectivum.

CORRELATIVORUM idem est judicium,

cium, & eadem disciplina, de uno dispositum trahitur ad alterum, *l. fin. ff. de acceptil. l. fin. C. de indicta viduit. tollen. l. si quis servo 20. C. de furt. l. 1. C. de transact. l. 1. de cupressis, lib. 11.* Curs. Conimb. *in comment. ad Logicam, cap. 7. de relatis, in commento, attributo 3.* Ant. de S. Blas. *in tr. de correlativis. tom. 10. tractatuum.* Dd. Corn. *consil. 145. In supr. d. num. 7. lib. 4.* Ever. *in top. leg. loc. à correlativis. num. 8.* Ant. Gabr. *comm. lib. 6. tit. de Legib. conclus. 3.* Bald. *consil. 14. Super legitimatione. num. 2.* ubi *lib. 4.* ait, quòd valeat argumentum de uno ex correlativis ad aliud, & quod idem sit in marito & uxore, emptore & venditore: quia dispositum in uno procedit etiam in alio, Bellacon. *tom 1. comm. opin. lib. 1. tit. 17. de Legib. n. 57.* ubi Viv. *p. 203.* idem Viv. *d. tom. 1. tit. 28. quæres exportari non debet. num. 11.* Cov. *in cap. Rainutius. §. 3. num. 6. de testam.* Tiraquell. *de retractu lig. §. 1. gloss. 9. num. 171. & seq.* Boër. *decis. 48. n. 3. & 4.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 1. cap. 2. à num. 1.* Sebast. Medices *reg. 9.* Alphan. *collect. 826.* Valasc. *de jure emphyt. q. 29. in fine.* Garc. Falcon. *reg. 110. & 141.* Bertazol. *in repet. l. si quis major, n. 800. & 803. C. de transact.* Nav. *commento 3. de Regularib. 44.* ubi quod correlativorum unum non potest esse sine alio. Surd. *decis. 218. num. 10. & consil. 34. num. 26. & consil. 140. num. 120. & consil. 201. num. 3. & consil. 338. n. 4. & de aliment. tit. 1. quæst. 19. num. 3. & 10. & tit. 4. quæst. 18. num. 54. & 55. & tit. 6. quæst. 9. num. 6.* Aldovin. *consil. 74. num. 14.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de exempt. clerical. à statutis secul. §. 4. num. 5.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. C. conclus. 1041. Farin. fragment. crimin. p. 1. lit. E. n. 235. cum seqq.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disput. 54. num. 1. & lib. 6. disput. 19. num. 10.* Ferrer. *in Constitut. Cataloniæ. gloss. 6. num. 2.* Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc jure. ff. de justitia & jure. part. 1. cap. 8.* Sanctarel. *var. resol. part. 1. resol. 31. num. 31.* Melch. Phœbos *Lusitan. decis. 72. num. 8. tom. 1.* Joan. Mar. Novar. *in praxi elect. & variat. fori quæst. 47. sect. 1. num. 16.* Mangil. *de imput. quæst. 42. num. 8.* Fusar. *de substit. quæst. 257. num. 60.* Melch. Phœbos *Lusitan. decis. 253. num. 12. tom. 4.* Benedict. Ægid. *ad l. ex hoc jure. ff. de just. & jur. p. 1. cap. 8. n. 4.* Robles de Salzedo *de repræs. lib. 2. cap. 19. num. 16.* novissimè Joseph. Vela. *dissert. forens. dissert. 4. n. 96.* Ita ut uno destructo, destruatur & aliud. *l. filio 9. §. matri. ff. de adimend. leg.* Fusar. *de substit. q. 257. n. 60. in pr.* Giurba *decis. 86. n. 20.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 5. c. 924. n. 2. & cap. 960. num. 160.*

Regula enim correlativorum est regula parium. *l. Julianus 13. §. si procurator 25. ff. de actionib. empti.* Bertazol. *in repet. d. l. si quis major. n. 801.* Unde si quid est prohibitum uni, videtur & prohibitum alteri, Menoch. *consil. 136. num. 10. & 11.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 50. n. 12.* & sublato uno, alterum tacitè sublatum censetur, *d. l. fin. de acceptil. l. alteri 25. ff. de adimend. legat.* D. Barbos. *in rubr. ff. soluto matrim. part. 1. n. 37.* Surd. *decis. 52. n. 5.* Mar. Anton. *var. resolut. lib. 1. resolut. 56. num. 6.* & uno expresso, dicitur expressum alterum, idem Mar. Anton. *de tract. var. resolut. lib. 3. resolut. 9. num. 2.* [Quam regulam non semper procedere ostendit Cujac. *multis exemplis in Paul. lib. 48. ad edict. pag. 708.* Unde eam parum subtiliter extrui putat Bach. *ad §. 1. I. de Societat.*]

Limita eam 1. in contractibus, in quibus dispositio in uno ex correlativis non habet locum in alio, Dec. *consil. 212. Viso quæ accuratè, col. 2. num. 3.* Socin. *consil. 74. Difficultatem, col. 2. num. 5. lib. 3.* Cravett. *de antiquit. temp. p. 4. num. 71. & 72. vers. quod dictum, & eadem p. 4. §. Videamus. num. 26. cum seq.* Anton. Gabr. *d. tit. de legib. conclus. 3. num. 52.* Cardin. Tusch. *d. lit. C. conclus. 1041. n. 15. cum seqq.* ubi *num. 20.* intelligit in contractibus simpliciter stricti juris, & *num. 21.* post Bald. *consil. 188. in fin. n. 2. lib. 1.* limitat etiam ubi diversa ratio assignari possit, & idem Tusch. *concl. seq.* resolvit correlativorum non esse eandem disciplinam in iis, quæ ex pactione conventa sunt, quia potiùs stamus verbis, quàm argumento correlativorum.

CAP. XCIX.

De Correspectivis.

Correspectivorum ea est natura, ut unum sine altero non consistat, sed uno deficiente alterum etiam corruat. *l. filio 31. §. matri. l. alumnæ 30. §. Titia ff. de adim. leg. l. etiam 21. §. ex causa. de minor. l. cum emtor. 5. de resc. V. l. fin. de acceptil.* Alex. *consil. 112. colum. 3. lib. 3.* Socin. *consil. 150. col. 18. sed contra hanc. lib. 1. & consil. 27. col. 5. lib. 4.* Curt. Sen. *consil. 55. col. 3.* Cravett. *consil. 303. num. 2.* Decian. *respons. 1. n. 38. vol. 3.* Menoch. *de præsumpt. 12. num. 2.* Sunt enim contractus correspectivi ita connexi inter se, ut uno cessante cesse tetiam alter. Vult. *inter Consil. Marpurg. 11. consil. 18. num. 12. & 42.* Illa autem correspectiva esse præsumuntur & judi-

cantur, quæ in continenti celebrantur, unum ſcil. poſt aliud & ſtatim immediatè. Bald. *in l. petens. n. 49. verſ. dicunt tamen. C. de pact.* Dec. *conſil. 245. n. 5. & conſil. 279. n. 7. & conſil. 336. n. 2.* Socin. ſen. *conſil. 273. n. 4. vol. 2.* Corn. *conſil. 36. col. 2. vol. 2. & conſil. 57. col. 5. vol. 3.* Ruin. *conſil. 42. in fin. vol. 1.* Alciat. *reſp. 149. n. 6.* Natt. *conſil. 115. num. 2. vol. 1.* Cravett. *conſil. 298. n. 13.* Burſat. *conſil. 304. n. 16. lib. 3.* Menoch. *conſil. 1. n. 450. lib. 1. & de præſumpt. lib. 3 præſ. 12. n. 87.* Verall. *deciſ. 235. p. 1. & deciſ. 307. num. 1. p. 2.* quanquam etiam æſtimantur actus illi correſpectivi, quorum alter poſt alterum brevi tempore factus eſt, cenſeturque alter factus alterius gratia, Ancharan. *conſil. 434.* Joſeph. de Seſe. *deciſ regn. Arragon. part. 1. deciſ. 19. n. 9.* Hinc ex correſpectivitate arguitur contractus ſimulationis. Cagnol. *in l. lecta. n. 110. ff. de reb. cred.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 124. n. 19.* Angel. *conſil. 145. col. 2. v. item nitione.* Roman. *conſil. 445. n. 3.* Curt. ſen. *conſil. 55. col. 2. vol. 1.* Vultej. *d. conſil. 21. n. 41.*

CAP. C.
De Corruptione.

Axioma I.

Corruptor judicis vel tentans eum corrumpere punitur pœnâ falſi. Hippol. *de Marſil. in L. 1. §. 2. ff. ad L. Cornel. de Falſ.*

II.

Corrumpens acta cauſæ debet perdere cauſam, *Abbas in cap. 6. X. de Except.*

III.

Corruptionis attentatio punitur ſicut corruptio. *L. 34. ff. de Jure Fiſci.*

CAP. CI.
De Creditore.

Axioma I.

Creditor, cui eſt ſatisfactum, tenetur debitori reddere Chirographum & pignora, eique facere antapocham vel quietantiam. *l. plures. 19. C. de fid. inſtrum. l. fin. C. de pact.* & amiſsâ à Debitore quietantiâ tenetur aliam dare, Sich. *in l. diſſolutæ n. 6. C. de Condict. ex leg.*

II.

Si Creditor amiſerit obligationem vel Chirographum debitoris, de novo debitor promittere cogitur. *l. chirographis 57. ff. de admin. tut.* ſi verò penes debitorem reperiatur inſtrumentum debiti, præſumitur creditor eum liberaſſe. *Socin. reg. 183.*

III.

Creditor invitus non tenetur recipere debitorem debitoris ſui. *l. 15. C. ſi cert. petatur.* neque invito datur pignus in ſolutum. Bald. *in l. 1. C. de pign.* Si tamen Creditor in ſolutum recipiat bona debitoris, lucratur melioramenta. Bald. *in l. pen. C. de ſolut.*

CAP. CII.
De Crimine, *add. lib. ſeq.* de Delicto.

Axioma I.

Crimen dicitur omnis operatio mala, quæ poteſt accuſari, & puniri criminaliter in hoc ſeculo. *c. Apoſtolus 1. diſtinct. 81.* gloſſ. *in c. peccatum de R. I. in 6.* Felin. *in c. teſtimonium col. 3. de teſtib.* Marant. *in q. legal. diſp. 5. n. 18.*

II.

Criminis alieni nemo ſucceſſor conſtituitur, ſed morte delinquentis crimina & pœnæ extinguntur. *l. aut privatim 10. ff. ad SC. Turpill. l. in SCtum. 15. §. ſi propter 3. eod. tit. l. crimen 16. de pœn. l. defuncto 6. ff. de pub. jud.* Gail. 1. *de P. P. cap. 20. n. 1.*

III.

Crimini non eſt obnoxius, qui cum criminoſo ignorans converſetur. *l. 3. §. non tantum. ff. de incend. l. Metrodorum 40. ff. de pœn.* Gail. 2. *obſerv. 48. n. 2.*

IV.

Crimen directè excludere, vel aliquid deducere, per quod indirectè crimen excludatur, ſunt paria. Unde idem juris eſt de crimine, & de eo quod ad crimen tendit. Farin. 1. *conſil. 85. n. 175.*

V.

Crimina ſemel remiſſa & abolita in ultionem ulterius non redeunt. *l. ſi cui 7. §. his dem. de accuſat. c. de his 6. eod. tit. l. licet. 6. §. fin. ff. naut. caup. ſtab.* Anan. *conſil. 17.* Venefranc. *conſil. 37.* qui ampliat. Pariſ. *conſil. 1. n. 60. lib. 4.* maximè cum crimen compoſitione ſeu transactione ſopitum fuerit, ulterius enim de novo non intentatur ac reviviſcit. *l. fratris 10. l. non minorem 20. C. de transaction.* Farin. *lib. 1. conſil. 46. n. 6.*

VI.

Crimina indulgentia ſublevantur *l. ſi apparitor 6. Cod. de cohort. 12. 58.* & nihil magis impedit ſanitatem, quam criminum conniventia & remediorum negligentia, nec ad facinora impunitate connivendum, *l. 20. ff. de furt. c. 30. de ſentent. excomm.* Bœckel. *de publ. jud. in præloq.*

De Crimine læſæ majeſtatis *vid.* Majeſtas læſa.

De Criticis *vid. infra* Grammatica.

CAP. CIII.
De Culpa.

Axioma I.

Bonarum mentium eſt ibi etiam culpas agnoſcere, ubi nulla eſt. *cap. conſilium noſtrum 2. §. cum autem quæſieris ibi: preces tamen DOMINO pro illis effundat, ne ipſis aliquatenus imputetur: quia bonarum mentium eſt, ibi timere culpam, ubi culpa minimè reperitur. extra de obſ. jejun.* Joſeph. Maſcard. *de probat. concluſ. 13. n. 5.* Uſus hujus regulæ in multis Juris articulis poteſt oſtendi: cumprimis tamen locum habet etiam in materia abſolutionis à juramento, ubi certè tu-

tius

tius facit, qui illam petit ad effectum agendi, quam qui de jure disputat, an facere necesse habeat. Quo ipso consci entiæ & animæ maximè consulit, ne agendo opinione saltem perjurium incurrat. Peregrinus *consil. 53. n. 19. & consil. 77. n. 16.* Bernhardus Græveus *lib. 1. concl. pract. 22.* Tiber. Decianus *in tractat. crimin. lib. 6. cap. 11. num. 54. requiritur autem absolutio.* Bernhardus Muscatellus *in praxi regii consilii p. 2. gl. gmdum. n. 64.* Alex. Raudens. *vol. 1. cons. 42. n. ult.* quos citat & approbat Carpzov. 1. *consil. 64. n. 5. & 6.*

II.

Culpa est quædam species delicti, Menoch. 5. *præs. 3. n. 126.*

III.

Culpa ubi nulla, ibi nulla mora. *l. lecta 40. vers. licet enim. ff. si cert. pet.* Decian. *resp. 66. n. 36. vol. 2. fac. l. cum filius famil. 49. §. fin. de V. O. leg. 21. ff. de Usur. l. quod te 5. ff. de reb. cred.* Gœdd. *inter Consil. Marp. consil. 24. n. 100. lib. 1.* Ratio, quia culpa & mora pari passu ambulant, & una ex altera oritur, per ea, quæ respondet Decian. *respons. 60. n. 36. vol. 2.* Gœdd. *inter Cons. Marpurg. consil. 24. n. 57.*

IV.

Culpa frustra ab eo objicitur, qui causam illi rei præbuit, in qua admissam culpam dicere intendit. *l. 67. de fidejuss.* Cravett. *consil. 919. n. 10. per l. 47. solut. matrim. l. 1. §. si omnes vers. vel ipsi de ventre inspic.* Gœdd. *inter Consil. Marp. consil. 24. n. 126. vol. 1.*

V.

Culpa unius alteri nocere non debet. *l. sive hæreditaria 22. ff. de negot. gest.* cum iniquissimum sit ex facto unius alterum prægravari. *l. ex duobus 27. in fin. eod. l. 1. in pr. ff. de alien. jud. mut. l. si quis in suo 33. §. Legis 1. C. de inoff. test.* Menoch. 2. *arb. jud. cas. 182. n. 48. l. factum 155. l. non debet 74. ff. de R. I. l. sancimus 22. C. de pœn. cap. si compromissarius 37. de Elect. in 6.* Cravett. *consil. 696. num. 2.* ubi quod culpa unius ad alterius perniciem non trahatur. *l. 3. vers. non debet negligentiam. ff. de transact. l. fin. C. de censib.* etiamsi correi. *l. 32. § fin. de usur.* vel socii sint *l. cum proponas. 3. C. de Naut. fœn. l. si merces. 25. §. culpæ 4. ubi* Bartol. *Locati* vel etiam agnati bonis fideicommissariis affecti. Knipschild. *de fideic. cap. XI. n. 342.* quanquam secus si ad id specialiter se obligassent. *l. pen. de duobus reis l. 10. rem pupill. salvam fore l. 52. §. fidejussores. ff. de fidejuss.* Gœdd. *inter Consil. Marpurg. consil. 24. num. 69. vol. 1.* secus quoque in principe; licet enim hic propriâ culpâ ad egestatem pervenerit, subditi tamen ad conservationem suæ dignitatis contribuere tenentur. *Perez. C. de annon. & trib. num. 13.* Et Prælati culpa præjudicat Ecclesiæ, quando pœna in legibus statuta Prælati personæ non convenit. Brunnem. *ad l. 2. C. de navib. non excus.* Assecurans navem tenetur etiam damnum præstare, si merces culpâ naucleri vel rapinâ piratarum perierint. *Perez. Cod. de naufrag. num. 22.* Unus è collegio fabricensium tenetur pro culpâ alterius fabricensis, cùm mutuam invicem inspectionem habere debeant. *l. 5. Cod. de Fabric. num 10.* Sic Collega circa munus individuum tenetur solvere pro alterius Collegæ facto, excusso tamen priùs ejusdem Fidejussore & Nominatore. *l. 11. & 13. ad municipalem. l. 4. C. quo quisque ordin. conven.*

VI.

Culpa ad casum plane non ordinata non est considerabilis. *c. quia diversitatem 5.* ibi gloss. *in verb. suspensus. de concess. præbend. l. non omne 38. ff. de stat. lib. l. is qui 45. ff. de O. & A.* nec ad pœnam. *d. c. quia diversitatem.* nec ad commodum. *c. intelleximus 7.* ibi: *ne videatur de sua malitia. de judic. l. 2. § si quis tamen 8. ff. si quis caut. l. Papinianus 20. de minor. l. si dictum 56. §. si compromisero 1. ff. de evict.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 182. n. 59. cum seq.*

VII.

Præter culpam nihil cuiquam est præstandum. *Cic. lib. 6. Epist. famil. Ep. 1.* ubi enim nulla subest culpa, ibi & pœnæ nullus potest esse relictus locus. *l. aliud est 131. de V. S. l. sancimus 22. C. de pœn. l. ab administratione 8. C. de legat.* Hartm. Pistor. 1. *quæst. 30. n. 27.*

VIII.

Culpam abesse per juramentum non excluditur. Cæpoll. *consil. 18. n. 5. per l. præsenti 6. §. sanè 5.* & ibi gloss. *C. de his, qui ad Eccl.* Gilm. *4. 1. vot. 27. n. 89. & seq.*

IX.

Culpa lata cum levi, vel quod idem, major cum minore compensari non potest. Tyndar. *de compens. art. 5. n. 36.* Sebast. Med. *in tract. de compens. 9. 35. n. 2. & q. 34. & q. 37.* Pacian. *de probat. p. 1. c. 59. n. 15. per l. item si obstetrix 9. in fin. ff. ad L. Aquil.*

Declara verum esse, si nimirum simpliciter & insolidum compensari petatur, non vero quoad concurrentem quantitatem; tum enim culpam cum culpa compensari, maximè quando partes in ea sint. Berous *consil. 191. vol. 1.* Gilman. *4. 1. vot. 27. num. 104.* docent Zanger. *de except. p 3. c. 6. num. 28. per l. 4. C. de compens.* Gœdd. *inter Consil. Marpurg. consil. 24. num. 248. volum. 3.* Alex. *consil. 47. num. 11. lib. 1.* Cæpoll. *consil. 18. num. 25.*

X.

Ubi culpa præcedit casum, tenetur quis etiam de casu secuto. *l. si ut certo 5. §. sed interdum 7. & in l. in rebus 18. in pr. cum ibi not. commod. l. si is cui 7. ff. de accusat. l. verum 39. ff. de furt.* Bart. *in l. Div. Adrian. ff. de Sicar.* Aretin. *consil. 80. n. 60. vers. nec obviat.* Clar. *in pract. quæst. 84. in princ.* ibi: *pro culpa vero.* Carrer. *in pract. crim. fol. mihi 163. n. 13.* Cæpoll. *consil. 33. n. 19. vers. nec obstat.*

Limita 1. ut non procedat, quando sumus in casu, in quo sola culpa non est in consideratione. Marcus Ant. Eugen. *consil 64. n. 33.* 2. quando culpa non est ordinata ad casum secutum. Aretin. *consil. 146. n. 8. in med.* Aym. *consil. 8. n. 29.* Boss. *in tit. de homicid. num. 74.* Menoch. *de præs. lib. 5. præs. 3. num. 138.* tunc enim culpa non tendit ad casum. *d. l. si ut certo 5. §. nunc videndum 2. commod.* Farin. *1. decis. 28. in addit. lit. a.*

XI.

Culpæ præsumtio excluditur per probationem diligentiæ. *l. si vendita 11. ff. de peric. & comm. rei vendit.* & ibi Albert. Mascard. 1. *de probat. concl. 467. n. 20. & 2. concl. 892. n. 19.* Magon. *decis. Florent. 111. n. 27. in fin.* Raudens. *decis. Pisan. 6. n. 24. part. 1.* Farinac. *lib. 1. decis. 114. cum ibi allegat. in addit. lit. b.*

XII.

Quotiescunq; leges præstationem culpæ specificè non determinant, toties verba semper pro naturâ contractus seu materiâ substratâ sunt explicanda, quia hæc explicatio convenire videtur mente legislatoris, & talia debent esse subjecta, qualia permittuntur à suis prædicatis. *vid. Aut. infr. tit. de verbis.*

XIII.

Quoties quis non observat id, quod quilibet paterfamilias observare solet, toties committitur lata culpa.

Ratio: quia hoc deperditi planè & securi hominis indicium est. *l. 3. §. 1. ff. de jur. & facti ignor.*

Exempla occurrunt *in l. 3. §. 3. ad L. Aquil. l. 8. §. fin. l. 29. pr. mandati l. 7. §. 2. de admin. tut. l. 31. §. 12. de ædil. edict. l. 13. §. 3. Locati. l. 7. ad L. Corn. de sicar.* Huc quoque referri potest, si quis intempestivæ misericordiæ ductu aliquid faciat, quod facere non licet. *l. 1. pr. ff. de posit.*

XIV.

Quoties ob latam culpam agitur ad interesse civile pecuniarium, toties illa quoad effectum juris dolo æquiparatur. *l. 226. ff. de V. S.* vel: Quoties ob latam culpam ad restitutionem rei agitur, toties æquiparatur dolo; quoties verò agitur ob latam culpam ad pœnam infligendam, toties dolo non æquiparatur.

Ratio: quia illo casu jus præsumit, studio aliquem admisisse tantam negligentiam, hinc lata culpa dolus quidem dicitur *in d. l. 26.* sed præsumtivè tantùm. Uti igitur ob dolum, ita etiam ob latam culpam juramentum in litem defertur. Secus est, si agatur ad pœnam vel infamiam, ubi verum & ex proæresi commissum delictum requiritur. *Confer* Hahn. *ad Wesemb. Tit. de his, qui not. infam. n. 3. in fin.*

XV.

Quoties contractus solius dantis interesse concernit, toties præstanda est culpa lata. *l. 5. §. 2. ff. Commod.* quia enim alterius commodi causâ tantùm contrahitur, non debet officium suum facile cuiquam esse damnosum. Exemplum est in depositо. Exceptio est in tutelâ & negotiorum gestione, ubi culpa levis: ac in mandato, ubi culpa levissima præstanda, quæ etiam præstari debet, quoties quis ad factum se offert.

XVI.

Quoties quis non observat illud, quod diligens paterfamilias observat, toties committit culpam levem. Ita si quis fenestras altiores non clauserit, & furtum inde factum sit, levis culpa committitur.

Limita: ut procedat in patrefamilias, qui est ejusdem professionis & conditionis cum illo, qui culpam præstare debet. Lauterbach. *ad p. 3. ff. Tit. Commod. §. 4. n. 7.*

XVII.

Quoties in jure simpliciter fit culpæ mentio, toties regulariter intelligitur culpa levis, quia hæc demum propriè culpa dicitur, & in dubio id sequimur, quod medium est, *arg. §. ult. Instit. quib. ex caus. manumitt.*

Exempla sunt *in l. 5. §. 2. ff. Commod. l. 23. de R. J. l. 5. §. 3. ff. de in lit. jurand.*

Limita: nisi subjecta materia vel aliæ leges aliud svaserint. Struv. *Synt. Jur. Civil. exerc. 19. §. 27.*

XIIX.

Quoties contractus utriusque utilitatem concernit, toties præstanda est culpa levis. Ratio consistit in æquitate, quæ non patitur, ut tanta diligentia hic præstetur, quanta in contractu solius accipientis utilitatem concernente.

Exempla sunt in emtione, locatione, pignore, societate, &c.

XIX.

Quoties quis non observat id, quod diligentissimus paterfamilias observat, toties committitur culpa levissima.

Exempla habet Vinnius *ad Tit. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. §. 2. n. 10.*

XX.

Quoties contractus solius accipientis interesse concernit, toties præstanda est culpa levissima. *l. 5. §. 2. ff. Commod.*

Ratio est in æquitate, quæ vult, ut qui aliquid tantùm in sui commodum accepit, summam adhibeat diligentiam, ne alter pro beneficio damnum reportet.

Exemplum est in Commodato, quod in accipientis tantùm tendit utilitatem. *l. 8. pr. ff. Commod.* Exceptio est in precario, ubi culpa lata tantùm præstatur. *l. 8. §. 3. de precar.*

XXI.

Culpa, lata juris interpretatione, sub doli ambitu continetur, cum dolum repræsentet. *l. 1. §. 2. ff. si is, qui testam. lib.* doloque comparatur. *l. 1. §. 1. si mens. falsi. mod.* & in doli crimen cadit. *l. 1. §. 5. ff. de O. & A.* Est dolo proxima. *l. 8. princ. ff. de edend. l. 4. ff. de Magistr. conv. l. 47. §. 5. de leg. 1. l. 22. §. 3. ff. Ad Trebell.* est dolus. *l. 226. ff. de V. S. l. 32. ff. depos.* Unde etiam dolus præsumtus vulgò non male dicitur.

Declara 1. hæc procedere in contractibus vel quasi, in quibus res pecuniariæ tractantur; non vero in criminibus, quæ non perpetrantur nisi adsit animus hominis dolosus, quia crimina sunt fructus doli. *l. in L. Cornelia. 7. ff. de Sicar.* Old. *claff. 1. act. 3.* Cum in iis, maximè gravioribus, culpa omnino pari passu cum dolo

non

non ambulet, sed faciat, ut legitima & ordinata pœna cesset, quamvis mitior extra ordinem infligenda veniat. *l. 11. ff. de incend. ruin. naufr. l. 7. ff. de Sicar. Mejer. de culp. thes. 111.*

Declara 2. procedere in ea lata culpa, quæ ex malo proposito, quam jus dicit dissolutam negligentiam, non vero quæ ex vitio naturæ venit. sec. *l. si fidejusor. 29. in pr. mand. l. 1. si mensor. falsi. mod.* Zas. *ad tit. si mens. falsi. mod. n. 3* vel quando res esset mali exempli. *d. l. 7. ad L. Corn. de Sicar.* vel quando ultra terminos legis produceretur. Harpr. *ad §. 5. Institut. de public. judic. num. 236.* addatur Tabella *ex disputat. ult. elem. thes. 6.*

Declara 3. Latam culpam non æquiparari dolo, ubi venit imponenda pœna mortis. *l. in lege 7. ad l. Cornel. de sicar.* Bart. Capoll. *3. cons. 43. n. 2.* G. Anton. *disp. feudal. 8. th. 6. lit. B.*

XXII.

Culpæ verbo levis culpa significatur, quoties illud solum reperitur. *l. 23. ff. de Reg. Jur. l. 5. §. 2. ff. commod. l. 1. §. 6. ff. depos. l. 18. §. 1. solut. matrim.* Quod intellige verum tum, cum naturæ subjecti sive materiæ id admittit: quoties enim natura subjecti reclamat, vix est ut procedat, prout intelligi potest ex locis à Mejer. *in disp. de Culp. thes. 3. & seq. expositis. vid. & l. 5. §. 1. l. 9. §. ult. l. 10. ad L. Aquil. & ibid. th. 154.*

XXIII.

Quemadmodum culpa caret is, qui facit ea, quæ diligentissimus quisque paterfamil. observaturus fuisset. *l. 30. §. 3. ad L. Aquil. l. 25. §. 7. locat.* Sic vicissim ob culpam tenetur is, à quo id, quod à diligenti provideri potuisset, non est provisum, aut demum denunciatum, cum periculum evitari non posset. *l. 31. ad Legem Aquil.*

XXIV.

CULPA suos debet tenere auctores, *l. sancimus 22. C. de pœnis, cap. quæsivit de his quæ fiunt à majori parte Capituli, c. Romana 5. in fine, de sentent. excom. lib. 6.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 38. n. 30.* Farinac. *in praxi crimin. p. 1. q. 23. n. 1.*

XXV.

CULPA ubi non est, ibi non est delictum, *cap. cum voluntate 54. de sentent. excom.* Perett. *ad extravag. ambitiosa, de rebus Eccles. non alienand. p. 94. n. 30.* Nec pœna esse potest. *l. si putator 31. ff. ad Legem Aquiliam. cap. sine culpa 23. de Reg. Jur. lib. 6. vers. hi quoque. extr. de homicid.* Thom. de Thomasset *reg. 283.* Josephus Aldr. *de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. c. 10. n. 8.* aut onus, Lud. Rodolphin. *var. q. lib. 2. q. 44. n. 7.* quia culpa quod caret, in damnum revocari non debet. *l. Gracchus 4. C. ad Leg. Jul. de adult.*

XXVI.

CULPA non potest imputari ei, qui non fecit id, quod facere non tenebatur. Surdus *consil. 345. n. 31.* [vel facere non potuit, *l. cum quidam 17. §. si pupillo 3. ff. de usuris, cap. quia diversitatem 5. de concess. præbend. cap. 1. §. solet autem. ubi gloss. in verbo potuerit, de restitut. spoliat. in 6.* Oldr. *in cons. 242. col. 3.* Cravett. *consil. 509. n. 19. vers. tertiò.* Cons. Arg. *cons. 41. n. 18. lib. 1.* Unde culpa non potest imputari ei, qui alteri in re sua etiam abutenti legem non dixit. *l. 8. pro Emtor.* ubi Wesemb. *in parat. n. 6.*]

XXVII.

CULPA non imputatur ei, qui non fecit, quod factum non profuisset, Surdus *decis. 87. n. 6. & dec. 260. n. 5. cum seqq. & decis. 326. n. 69.* [Castrens. *ad l. si ab hostibus. 10. §. 1. ff. solut. matrim. per l. & in totum 4. ff. de impens. in rem dotal.* Johan. Petr. Surdus *cons. 39. n. 19. cons. 86. n. 17. cons. 371. n. 6.* Cravett. *consil. 366. n. 19. per l. fin. §. pen. ff. quis ordo in possess. serv.* Bald. *consil. 145. Casus talis est. vers. item non tenetur facere. lib. 3.* Cæsar. de Grass. *in decis. Rot. Roman. 140. n. 4. per l. 2. §. si mater. vers. ego etiam ff. ad SCt. Tertull.* ubi ex Cravett. *consil. 531. n. 5.* subjicit, quod id procedat, etiamsi dubium fuisset, an profuturum sit, cùm culpæ reus non credatur, qui rem dubiam non aggreditur. Bald. *in d. consil. 145. col. 4. lib. 3.* vid. & Gœdd. *Consil. Marp. 24. n. 102.*

XXIIX.

CULPA ubi major est, ibi gravior debet esse pœna, *c. cùm bonæ 8. de ætate & qualit. cap. tanta 18. de excessib. Prælat.* Perez. *ad l. 1. vers. in oppositum. prope fin. tit. 1. lib. 5. Ord. pag. mihi 31.*

XXIX.

CULPA non caret, qui se immiscet rei alterius artis, & professionis, *l. idem juris 8. §. ult. ff. ad Legem Aquiliam, l. illicitas 6. §. penult. ff. de officio Præsid. cap. sive culpa 23. de Regulis Juris, lib. 6. cap. tua 19. de homicid.* Thom. de Thomasset. *in florib. legum, reg. 203.* Tractent enim fabrilia fabri, & quam quisque norit artem, in ea se exerceat, Strach. *de mercat. tit. de naut. n. 33.* Cardin. Tusch. *tom. 3. lit. F. concl. 2.* Antonin. de Amatis *var. resolut. 46. n. 29.* [Culpa enim est, immiscere se rei ad se non pertinenti, *l. 36. ff. de Regulis Juris. c. non est 19. eod. in 6.* quod limitat Treutl. *disput. 10. th. 1. vol. 1. lit. e.* in negotiorum gestore locum non habere, sed respectu tertii tantum, ut si ego vindicem, tu ejus defensioni te offeras, & litem mecum contesteris, postea verò neges te possidere, non eris audiendus, quia culpa est, *confer. l. 25. de rei vind. l. 13. §. 13. l. 14. de petit. hered.*

Cunctatio *vid. infra* Festinatio.

CAP. CIV.

De Curâ, Curatore, Curatoris Consensu. *conf.* Minor. Pupillus. Tutor.

Axioma I.

Quoties tollitur causa Curatelæ, toties tollitur ipsa Curatela.

Ratio: quia sublatâ causâ tollitur effectus. ita Cura minorum finitur, si majorennes facti aut veniam ætatis impetraverint. Furiosorum, si sanitatem receperint. *l. 1. pr. de Curat. furios.* vitio & morbo laborantium, si convaluerint. *arg. d. l. 1. pr.*

II.

Quotiescunque actus alicujus præjudicii cum aliis expediendus, toties minor petere debet Curatorem.

Ratio: quia alioquin alter ob restitutionem in integrum minori competentem nunquam validè cum minore contrahere potest. Ergò petendus curator, si minori solvendum sit debitum, si rationes à Tutore sint reddendæ. *l. 1. l. 7. C. qui pet. tut. ordin. Imperii Polit. de anno 1577. tit. 32. §. so wollen.*

III.

Quoties tale negotium cum minore intercedit, ob quod restitui potest, toties ad Curatorem recipiendum cogitur.

Ratio: quia aliàs judicium redderetur elusorium, & minor locupletaretur cum alterius jactura.

IV.

Quodcunque præstandum à Curatore minoris, illud etiam præstandum à Curatore absentis. Struv. *Jurispr. R. G. F. Lib. 1. Tit. 28. §. 1.*

Ratio: quia etiam hic Curator datur bonis. Carpz. *P. 3. C. 15. def. 48. n. 5.* Talis ergò Curator tenetur inventarium conficere & satisdare. Bartol. *in l. 1. §. fin. ff. de ventr. in poss. mitt.* decretum Magistratus ad alienationem bonorum immobilium impetrare, cautionem præstare de bonis restituendis. Carpzov. *d. Defin. 48.* reverso absenti rationes reddere. Carpz. *ibid. Defin. 55.* bona cum omnibus fructibus perceptis restituere. *ibid. Defin. 56.*

V.

Quoties obligatio minoris non res ejus concernit, sed factum, toties ea valet sine consensu Curatoris. *l. 101. ff. de V. O.*

Ratio: quia obligatio ad factum concernit solummodo personam; hanc verò obligare potest minor sine Curatore, cùm Curator non personæ, sed bonis detur. Sic igitur minor ad mandatum exequendum semet obligare potest sine Curatore, non item se obligare potest in venditione bonorum suorum.

Limita, ut procedat, si quis Curatorem habeat, nam de Jure Civili Curatorem invitus accipere non tenebatur.

CAP. CV.

De Curatore ad litem.

Quoties ad litem dandus est Curator, toties ab illo judice dandus, ubi lis agitatur.

Quia dum ad hoc judicium habilitandus est pupillus, ab illo quoque Curatorem accipit, cùm talis Curator causæ principaliter detur.

CAP. CVI.

De Custodia.

Custodes tenentur de damno dato in herbis per animalia. *Vin. decis. 280.* & si in suâ custodiâ aliquid admiserit, tenetur ad ejus solutionem. Was der Hirt in seiner Hut verliehret/das soll er gelten. Schneidew. *pr. Inst. de serv. P. R. n. 40.* non tamen tenetur probare casum fortuitum mortui animalis, ne suspectus sit malæ custodiæ. Joh. de Arno. *sing. 31.*

FINIS LIBRI TERTII.

Liber Quartus.

CAP. I.

Damnum, *vid. etiam infr.* Detrimentum. Gravamen. Onus.

Axioma I.

Damnum ubi cessat, cessat & æstimatio damni, Laurent. Rodulus *in tract. de usuris. vers. Nunc venit. num. 14.* Farinac. 1. *consil. 15. num. 30.*

II.

Damnum, quod quis sentit suâ culpâ, sibi non aliis imputare debet. *cap. damnum 86.* & ibi Peck. *de Reg. Jur. in 6.* Cùm is damnum sentire non videatur, qui ex sua culpa damnum sentit, *l. 203. ff. de Reg. Jur.* Philipp. Matth. *ad l. 11. de Reg. Jur. num. 43.* Et damnificans non tenetur, quando damnum habet admixtam culpam damnificati, Cravett. *consil. 119. Quæritur. n. 15. Consil. Argent. 1. consil. 51. num. 50. add. l. 23. ff. de negot. gest. l. 9. & 17. eod. l. 52. §. ult. ff. pro soc.*

III.

Damnum injuria ubi factum, æquius est apud te remanere, quàm ad alium transferri, *l. 67. ff. de fideic. C. A. de procur. th. 88. l. si per imprudentiam. 51. pr. de Evict. l. nimia. ll. C. de O. & Act. l. 1. §. 2. de eo per quem fact.*

IV. Ne-

IV.

Nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere jus non habet, *l. 151. de Reg. Jur.*

V.

DAMNUM dedisse videtur, qui occasionem damni dat, *l. prætor ait 4. §. hoc autem Edicto, ff. de vi bonor. rapt. l. videamus 11. §. fin. l. qui domum 57. in fin. ff. locati. l. nihil interest 15. ff. ad L. Corn. de sicar. l. qui occidit 30. §. in hac 3. ff. ad L. Aquil. cap. sæpe 50. dist. 5. cap. fin. de injur. cap. de catero 11. de homicid.* Dec. *consil. 218. n. 4.* Abb. *consil. 21. lib. 2.* Corn. *consil. 38. Quamvis. n. 18. lib. 2.* Socin. *consil. 256. Pro fundamento. n. 2. lib. 2.* Christoph. Castel. *consil. 1. n. 5.* Bald. *consil. 62. alia via, in fin. vers. ulterius fiendum, lib. 2.* ubi de damno dato in re communi ab inimicis socii, & *consil. 152. Quidam locavit, libr. 5.* ubi ampliat in locatore domus, vel vicino, qui dimiserunt de nocte portam apertam, per quam vicinus, vel conductor fuit derobatus, quia tenentur ad damnum illatum, Alex. *consil. 168. Requisitus. n. 8. & 9. lib. 2.* ubi ait, quòd si duo socii possident castrum, & propter odium alterius occupatur castrum à potente, non tenetur socius, cujus odio castrum est occupatum, si ipse non dedit causam odii, & sic absque culpa sua; maximè quando etiam post odium injustum adhibuit majorem custodiam, quàm esset solitus, Cuman. *consil. 185. per totum.* Ubi ampliat in multis casibus, Romanus *consil. 475.* Surd. *decis. 326. n. 23. & 24.* Ferrer. *in Constit. Catalon. gloss. 5. n. 287.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 6. per totam.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg. 244.* ubi intelligit procedere, quando causam propinquam dedit. Hieronymus de Laurent. *Aven. decis. 29.* Joan. Marian. Novar. *in praxi elect. & variat. fori quæst. 7. sect. 1. n. 13.* Sigism. Scacc. *de camb. & commerc. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampl. 8. n. 96. versic. ratio quare.* [Intellige, quando præcessit dolus vel culpa in faciendo rem illicitam, aut in omittendo officium. Hinc damnum dari qui scit, nec prohibet, cùm posset, ipse fecisse censetur, ejusque scientia pro facto & ratihabitione habetur, *l. 1. §. 1. l. 5. ff. si fam. furt. feciss. dic. l. 2. l. 3. l. 4. de Noxal. l. 2. §. dolo 2. l. 4. §. hoc autem edicto 4. ff. de vi bon. rapt.* Gœdd. *inter Consil. Marp. consil. 24. n. 159.* & damnum is dat, qui damnum dare jubet. Decian. *in tract. crimin. cap. 39. lib. 9. post. num. 10. vers. aut verò statutum vol. 2.* Farin. 1. *consil. 85. num. 78.* secus verò ubi nihil potest imputari id duntaxat agenti, quod jure ac bonis moribus licet, Oldendorpius *in Tab. act. fol. 936.*]

VI.

DAMNUM qui sentit, debet sentire & lucrum, & è contra, *l. secundum naturam 10. ff. de Reg. Jur.* Castr. *consil. 307. num. 2. lib. 2.* Romanus *consil. 282. in casu, in fin.* ubi quod ista naturalis ratio, quod qui sentit commodum, debeat etiam sentire damnum, procedit quoque contra infantem & impuberem; *& consil. 475. num. 7.* ubi quod is, qui negotiatur cum periculo proprio, debet habere lucrum; secus si cum periculo alieno, quia semper est verum, quod lucrum sequitur periculum, & econtra; *& consil. 477. In casu. n. 19. vers. Quartò.* ubi quod à quo removetur officium oneris, removetur officii præmium; *& cons. 514. In quæstione. in princip.* quod Episcopus, qui non sustinet onera jurisdictionis, non debet habere emolumenta ejusdem jurisdictionis, refert Cardin. Tusch. *d. tom. 2. lit. D. concl. 13.* contra iniqvum est, ut ad unum lucra, ad alterum damna tantum pertineant. *l. humiliorib. 14. C. de suscept.*

VII.

DAMNUM pati, & lucrum perdere, paria sunt, Rolandus *consil. 21. n. 58. vol. 2.* Octav. Glorit. *respons. 1. p. 3. n. 213. vers. varia.* [Unde damnum is dicitur pati, qui lucrum amittit. *l. proinde 22. § ult. & l. seq. ff. ad L. Aquil.* sic & damnum dicitur quis sentire, cùm lucri spem amittit, *l. 2. §. damnum 11. ne quid in loco publ.* Menoch. *recuper. poss. n. 420.*

Imò damnum sentire & lucrum perdere non est par eademque ratio. *l. fin. §. licentia. C. de jure delib. l. fin. §. 2. Cod. de Codicill. l. Proculus 26. ff. de dam. infect.* Declarationis causa distingvi potest, quod eo tantùm casu posterior sententia procedat, quo lucrum non fuisset acquisitum, ut cùm est in spe, quia tunc lucrum amittere non est damnum sentire, *l. quod autem 6. in pr. quæ in fraud. cred.* secus enim est, quando lucrum est acquisitum & radicatum, quia tale lucrum perdere dicitur esse damnum. *l. liberto 26. ff. de bon. libert.* Gomez *Instit. de act. §. item si quis. n. 16.* Bertazol. 1. *consil. 77. n. 18.* (2.) declara de lucro licito.

VIII.

Damnum, quod quis ad promovendum plurium commodum sustinet, ab illis, quorum commodum promotum, est farciendum.

Ratio consistit in ipsâ æquitate, *l. 1. & 2. pr. in fin. ff. ad L. Rhod. de jact.* ita ergò si unius merces navis levandæ causâ ejectæ, omnium contribu-

bütione damnum compensandum est. *t. t. ff. ad L. Rhod. de jact.* idem est, si incendio urgente unius domus diruta cæterarum conservandarum causâ Gail. *L. 2. obs. 22. num. 4.* aut si hosti pecunia data avertendi incendii causa wegen des Brandschatzens. *Instrum. Pac. Monast. Osnabrug. artic. 4. §. processu desuper 48. in fin.* vel si suburbia destructa in securitatem fortalitii. *conf.* Hahn. *ad* Wesemb. *ad L. Rhod. n. 3. in fin.* Datur tunc ex lege Rhodiâ actio utilis ad damnum propter reliquorum commodum perpessum resarciendum, aut si transitus seu metata, quæ per totum fieri debebant Circulum, per aliquot tantùm pagos fuerint facta.

Limita: nisi uni in specie culpa possit tribui, quare hoc damnum fuerit sustinendum; sic enim ille, modò solvendo fuerit, priùs erit conveniendus, v. gr. si culpâ alicujus incendium ortum. Græv. *L. 2. obs. 22. n. 7.* (2.) modò reliquorum commodum fuerit promotum, hinc si casu fortuito cæterorum res nihilominus perierint, nihil resarciendum. *conf. l. 4. §. 1. ff. ad L. Rhod.* ubi diversi casus de Urinatoribus. *Conf. Tract. de Jure Sens.* Dn. Stryckii, *Diss. 1. c. 5. n. 31.*

IX.

Quoties quis dat operam rei illicitæ, toties tenetur de omni damno, quod inde immediatè fluit. *C. 10. & 29. X. de homicid.*

Ratio: quia sic una extitit causa ejus, quod inde secutum; secus igitur, si causa extrinseca saltem accesserit. Tenetur igitur, qui gladio aliquem percussit animo vulnerandi, cùm tamen per se mors exinde secuta fuerit. Carpz. *Pr. Crim. Q. 1. n. 18.* sicut & qui unam saltem incendere voluit domum, & plures combussit. *l. 1. §. ex incendio 2. ff. de incend. ruin. naufrag.*

X.

Quoties quis in re licitâ licitè versatur, toties damnum exinde contingens non præstat, quia tale damnum contigit citra ullam culpam, nec consilio humano facilè prævideri potuit, adeoq; est merè casuale. Exemplum est *Deut. 19. v. 5. l. 9. §. ult. l. 11. pr. l. 31. ff. ad Leg. Aquil. conf. c. 9. X. de homicid.*

XI.

De damno certantes potiores sunt lucrum captantibus. Hinc Fiscus in pœnis omnibus Creditoribus postponitur. Perez. *C. pœnis fiscalibus Creditores præferri n. 3.* nisi pœna fisci sit antiquior privato Credito. Brunnem. *C. eod. n. 4.*

CAP. II.

Dare. Accipere.

Axioma I.

Dare est dominium transferre, *§. sic itaq. Inst. de act.* Corn. *conf. 195. in princ. lib. 4.*

Declara hanc regulam, quod procedat, quando datur cum causa; aliàs datio facta sine causa non esset efficax ad dominium transferendum. Alex. *in l. si donatione in quinta col. n. 16. C. de collat.* Felin. *in cap. si cautio. in 1. col. vers. cessantibus. de fid. instrum.* v. c. dare & promittere à pari procedunt. *l. fin. C. ad Leg. Falcid.* & tamen promissio facta sine causa non est efficax, nec intelligitur facta ex causa donationis. *l. 2. §. si circa 3. ff. de except. dol.* idem est & in donatione simplici. *l. nunquam 31. ff. de acq. dom.* Gomes *ad §. sic itaque. Instit. de act. n. 5.*

II.

DARE alteri nemo potest id, quod ipse non habet, *l. traditio 20. ff. de acquir. rerum dominio. l. nemo plus. 54.* ubi Dec. & Cagnol. *ff. de Regulis Juris. l. si filius 14. C. de donat. can. quomodo 41. de consecrat. dist. 4. cap. quod autem 5. de Jure patron. c. nemo potest. 79. de Reg. Juris. lib. 6.* Ægid. Bellam. *consil. 10. n. 10.* Anchar. *consil. 318. In quæstione n. 4. & 5.* Roman. *consil. 159. in princip.* Joan. de Anania *consil. 86. in princ.* ubi quod hæredi suo majus commodum defunctus non relinquit, quàm ipse haberet, Joan. de Imola *consil. 8. num. 6. & consil. 40. per totum.* Roland. à Valle *consil. 46. n. 52. lib. 3.* ubi quod vasallus & feudatarius non potest habere majorem jurisdictionem in feudo, quàm habeat dominus, qui investivit, Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg. 191.* Surdus *consil. 194. n. 17. & consil. 247. n. 20. & consil. 265. n. 6.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 17.* Cels. Argel. *de contradict. legitim. quæst. 5. num. 28.* Anton. Monach. Bononiens. *decis. 19. n. 4.* Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. qu. 10. n. 19.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 4. c. 730. n. 30. & c. 900. n. 13. tom. 5.*

III.

DARE beatius est, quàm accipere, *cap. prædicator 64. caus. 16. q. 1. cap. 1.* ubi gloss. *verbo, ut debere, de donat.*

IV.

DARI & remittere paria sunt, *l. si fundum 81. §. Titio. 3. ff. de legat. 1. l. contra 28. §. si filius 2. ff. de pactis, l. 1. ff. de transact. l. si mulier 10. ff. de condict. ob causam. l. sicut 8. §. an paciscì 5. ff. quibus modis pignus, vel hypoth. l. in ædibus 9. vers. potest. ff. de donat. l. 3. §. fin. ff. de donat. inter virum & uxorem.* Tiraquell. *in l. si unquam, verbo donatione largitus. n. 173. Cod. de revocand. donat.* Ant. Gomez *var. tom. 2. c. 4. num. 9.* Covarr. *var. lib. 2. c. 4. num. 8.* Gam. *Lusit. decis. 118. num. 1.* Valasc. *consil. 135. num. 16. & seqq.* Fab. de Anan. *consil. 62. n. 5. lib. 1.* Anton. Hering. *de fidejuss. c. 20. §. 28. num. 2. & 3.* Camill. Borell. *in sum. decis. tom. 3. tit. 11. n. 93. cum seqq.* Vincent. Caroc. *de locato p. 1. tit. de sport. judic. num. 29.* Et paria sunt dare vel non adimere, *l. conficiuntur 8. in princ. ff. de Jure codicill. l. 1. §. sciendum. ff. de legatis. 3.*

CAP.

CAP. III.

De Debitore, debito

vid. Creditor.

Axioma I.

Omnis debitor vel debet ex delicto, vel ex contractu, *l. 14. de hered. pet. §. ult. Inst. de Obligat.* imò plures obligandi modos insinuare videtur, *l. 1. & 52. de Obl. & Act.* Res facilè expediri potest, si distingvamus inter obligationis figuras ordinarias & extraordinarias, ut regula vera sit de ordinariis figuris, vid. *Jurispr. Elem. p. 3. sect. 3. thes. ult.*

II.

Tanta est fragilitas debitorum quærentium pecuniam, ut nihil non consentiant immanitati creditoris. Bartolus *ad l. Si ex cautione. n. 7. C. de non num. pecun.* Robert. *libr. 2. cap. 6. rerum judic.* Mornacius *ad l. 8. C. Si cert. pet.*

III.

Sunt quidam, imprimis æruscatores & avari, qui totam fortunam habent in nominibus, *l. 40. §. 8. de stat. lib.* è diverso verò & tanta hodie debitorum est malitia, ut vix ulla obligatio tam firmis, tamque potentibus clausulis, etiam à viris peritis & bonis confici possit, quam non quorundam debitorum perversitates pertundant. vide Gail. *de arrest. c. 9. num. 17. & infra libr. 16. tit. reus.*

IV.

Debitor in diem vel sub conditione non est propriè debitor, *arg. l. ait prætor. 10. §. debitorem. 16. ff. de his, quæ in fraud. credit.* Bart. *in l. 1. ff. si cert. pet.* Est ita debitor sine vero debendi effectu, cum nondum sit nata actio, *l. unic. C. ut actio ab hered. vel contr.* quod in odiosis, in quibus stricta debet fieri interpretatio, in favorem reorum procedit. *arg. l. Arrianus 47. ff. de O. & A.* quanquam largo modo contrarium admittat Gomes *ad §. superest. Instit. de actionib. num. 60.* Hactenus enim debitor est debitor in diem, ut ante diem solutum repetere non possit. *l. 10. ff. de cond. indeb.*

Declara, si nempe in diem certum res debita fuisset; hæc enim, quia statim ipso conventionis momento deberi cœpit, repeti non potest, si ante diem sit soluta, *d. l. 10.* quod ad alium debitorem accommodari non posse, quam ad hunc, qui in certum diem debet, ait Philip. Matth. *ad l. 14. de Reg. Juris.* secus enim est, quando pendente conditione solutum esset. *l. Si quis id 7. §. 3. ff. de jurisd. l. mancipia 5. C. de serv. fugit. l. ult. ff. de in jus voc.* vid. Costal. *ad d. l. 7. ff. de jurisdict.*

V.

Debitorem nemo sibi annotatione suâ privatâ facere potest. *l. 60. ubi Dd. C. de probat.* Exemplo enim periculosum foret, ut & scripturæ credatur, qua unusquisque sibi annotatione propriâ debitorem constituit. *l. 7. Cod. eod.* Gœdd. *inter Consil. Marp. consil. 28. n. 284. vol. 1.*

VI.

Id quod debetur ex pluribus causis, semel tantum acquiri & obtineri potest. *l. 159. ff. de Reg. Jur. l. 14. §. actiones 2. ff. de Except. rei jud. l. 3. §. ex pluribus causis 4. ff. de acq. poss. l. 5. ff. de petit. heredit. l. 108. §. Stichum 4. de legat. 1.* Bocer. *Instit. de fideicomm. hered. n. 106.*

VII.

DEBITOR speciei perempta specie ante moram liberatur. *l. 23. 83. §. 5. de V. O.* Vide post regulas Socini *reg. 1.* (& *Don. 16. com. 1.*) prout refert Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. D. post conclus. 55.* Et dicit, quòd ampliat tribus modis, & limitat duobus: debitum enim quod non est, extingvi non potest, Surdus *decis. 305. n. 4. in fin.* Menoch. *de arbitr. casu 447. num. 1. cum seqq.* Peguera *crim. decis. 6.* Vincent. de Franch. *decis. 507. n. 2.* Farinac. *in praxi crim. p. 1. quæst. 26. n. 1.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect. 219 2. vers. quid autem dicendum.* An. Robert. *rer. judic. lib. 2. cap. 2.* Luc. Matth. Apicella *de tutam. pauper. tit. 4. n. 46. prope med.* Petr. Caball. *resolut. crim. casu 77.*

VIII.

DEBITOR, qui non habet in ære, luit in corpore, Socinus *reg. 6.* ubi ampliat, & limitat quatuor modis Cardin. Tuschus *d. tom. 2. lit. D. post concl. 53.*

IX.

DEBITOR nemo potest esse sui ipsius, *l. Uranius 82. ff. de fidejussorib.* Ad hoc citari solita, quod actio & passio in eodem subjecto non concurrunt, Cald. Pereira *de extinct. emphyteut. cap. 14. n. 33.*

X.

Debitum creditori legatum subsistit, quando ullâ ratione in Creditorem major exinde redundat utilitas. §. *14. Inst. de Legat.* ita si centum aurei debeantur, & debitor suo Creditori centum aureos legaverit, valet legatum, quia post moram solvendi legati usuræ debeatur. *l. 1. 2. C. de Usur. legat. l. 3. in pr. de usu & usufr. leg.* quæ aliàs non deberentur nisi per stipulationem promissæ. *l. 3. & l. 4. C. de usur.*

XI.

Quoties debitum Creditori est legatum, toties subsistit legatum, etiamsi nihil debeatur. *l. 75. §. 1. ff. de legat. 1.*

Ratio: quia testator hic voluit & potuit se obligare ad præstandum id, quod non debuit: ergò falsa demonstratio hoc casu non vitiat Legatum *l. 33. pr. ff. de Cond. & Dem.*

Limita: modò certa summa fuerit à testatore expressa, nam aliàs non constaret de quantitate legati.

XII.

Quoties Testator legat alteri, quod sibi tertius debet, toties, si hic nihil debeat, nihil consequitur legatarius. *l. 75. §. 2. ff. de Legat. 1.*

Ratio: quia hoc casu testator non voluit se obligare, sed tantùm obligationem alterius in legatarium transferre. Quod si ergò in altero deficiat obligatio, deficiet quoque Legatum.

XIII.

XIII.

Debitor Creditori legatum relinquens id animo compensandi fecisse non præsumitur: quia legata dependent ex liberalitate, liberalitatem autem non exercet, qui compensat.

Limita: ut procedat in debito merè voluntario, non in necessario, e. gr. in debito dotis respectu patris. Carpz. *P. 3. C. 13. def. 29.*

XIV.

Quodcunque debetur ex contractu seu dispositione hominis, illud dicitur debitum voluntarium; quod verò debetur ex dispositione legis, vocatur debitum necessarium. Quia contrahere ab initio cuilibet liberum est, legis autem virtus est obligare & necessitatem inducere.

XV.

Debitores carceribus includendi sunt, donec solvant. Speckh. *in quæst. 29. Befold. Thes. Pract. verb.* Schuldthurm. præprimis debitor de fugâ suspectus potest capi & incarcerari. Gail. *L. 2. obs. 44.* etiam à judice incompetente *Mynsi. Cent. 2. obs. 65.* & valet statutum, quod Debitor propriâ autoritate sine judice possit detineri. Coler. *de Pr. Exec. P. 1. c. 3. n. 44. 46.*

XVI.

Debitor tenetur ire ad domum Creditoris & ibi solvere debitum. *Innocent. in cap. 7. X. de pign.*

XVII.

Debitores inter se paciscí non possunt in præjudicium Creditoris. Bald. *in l. 25. C. de pact.*

XIIX.

Debitoris mei debitor non est meus debitor. Rol. à Valle *cons. 1. n. 5. vol. 2.* Neque debitor uxoris marito solvens liberatur. Bald. *in l. 11. C. de solut.*

XIX.

Debitum liquidum faciunt (1.) certi contrahentes. (2.) certa debiti quantitas. (3.) certa causa, & (4.) certa probatio. Probationem certam inducunt sententia, acta publica, matricula vel regestum, testamentum, instrumenta, scriptura privata & Chirographum. P. Frider. *de proceff. l. 2. c. 59.*

XX.

Naturali æquitati contrarium est, pro alienis debitis alios molestari. *l. un. Cod. ut nullus ex vicar.* Limitationes habet Perez. *C. de decurion. n. 8. - 17.*

XXI.

Debitores à diversis officiis arcentur, e. gr. à Tutelâ Creditoris, à Legatione *l. 4. pr. ff. de legation.* nisi debitores fisci sint. *d. l. 4. §. 2.* debitores ex administratione rerum Civitatis non possunt civitatis honores vel munera subire. *l. 1. Cod. de debit. Civit.* aut quibus jam funguntur, nihil à Civitate possunt conducere: qui autem mutuam pecuniam à Civitate habent, non sunt ab honoribus arcendi. *l. 6. §. 1. de muner.* Perez. *Cod. de debitor. Civitat. n. 12. 13.* arcentur etiam, qui aliquid ex pollicitatione debent, & debitores fisci, qui vectigalia volunt conducere. *l. 9. §. 2. 3. de publican.* Brunnem. *ad l. 1. Cod. eod.*

CAP. IV.

De Deceptione. *Add. infra* de Dolo. *Et supra* de beneficio axioma 4. *infra* de fide.

Axioma I.

Deceptio nihil aliud est, quam callida circumventio. *l. 1. & 1. 1. de dol. mal. l. 51. §. 4. de fidejuff.* Hæc regula ita procedit, quotiens scilicet deceptio propriè sumitur, aliàs enim significat & læsionem ex re ipsa contingentem, ut *in l. 19. de min. & in l. 2. §. 3. ad SC. Vell.* & corruptionem *l. 9. de doli mali except. de qua re agendum in lexicis Juris.*

II.

Decipi non reputatur ille, qui scit se decipi. *l. 1. §. si intelligatur 6 de ædil. Edict.* quia volenti & scienti non fit injuria nec dolus, unde qui sciens decepit ignorantem, omne detrimentum tenetur resarcire. *l. Julianus 13. pr. ff. de action. Emt.*

III.

Decipere in contractibus non est peccatum, *gloss. in c. si cupis 5. cauf. 16. quæst. 1. gl. in cap. civitate. de usur.* Jas. *in consil. 153. col. 3. in fin.* Licitum enim est contrahentibus se invicem decipere usque ad dimidium justi pretii, *l. in causæ cognitione 16. §. pen. ff. de minor. l. 2. Cod. de resc. vend.* C. A. *consil. 78. l. 1. n. 6. & 7.* quod accipe non de fraudulento venditoris consilio, id enim vehementer damnatur, & si interveniat, reddit aliquando contractum ipso jure nullum, vel resolvit. *l. 53. §. ult. de C. E. l. si dolo 5. C. de resc. vend. l. ex emto 11. §. 5. ff. de A. E.* sed potius intellige de ea deceptione, quæ re ipsa contingit sine injuria contrahentium, quia venditoris votum est pretio vendere plurimo, emtoris autem minimo emere. *l. si voluntate 8. Cod. de rescind. vend.* Mynsi. 4. *observ. 74.* Ludov. Gom. *ad §. superest. de act. n. 54.*

IV.

Deceptis non decipientibus jura opitulantur. *l. 2. §. sed ita. ad SC. Vell. text. in cap. inter dilectos. 8. de donat.* Phil. Matth. *ad l. 90. §. ult. de R. I.* Oldend. *cl. 4. act. 1.*

V.

Deceptio re ipsa & deceptio ex proposito æquiparantur, Jas. *in l. si quis cum aliter in princ. ff. de V. O.* scil. quoad rescissionem contractus, Anchar. *cons. 39. Pro clariore.* Abb. *consil. 8. Triæ ad decisionem. column. 2. lib. 2. & consil. 109. in 2. dubio, lib. 2.* Dec. *consil. 180. Visa renunciatione. per l. 2. de Except. doli.* cui adde *l. 1. §. causa 2. de ædilit. edict.* quod tamen in foro conscientiæ non posset simpliciter defendi, sed cum limitatione quadam, de qua vide Vasq. *3. contr. cap. 48. n. 5.* siquidem deceptio rei data utriusque contrahentium ignorantia circa valorem rei dicitur error, & non deceptio, gloss. *in d. l. si quis cum aliter.* Corn. *consil. 181. lib. 3.* quem sequitur & communem dicit Gomez. *in c. ut animarum de const. in 6. n. 8.* Vasq. *dict. loc. n. 6.*

VI. Re-

VI.

Pecunia turpiter accepta justior penes eum est, qui deceptus est, quàm qui decepit. *l. 9. de doli except.*

VII.

Decepti veniâ digni sunt. *l. miles. 11. §. mulier 2. ad L. Jul. de adult.*

CAP. V.
De Decimis.

Axioma I.

Nemo immunis est à decimæ solutione, nisi se probet immunem *cap. 24. X. de decimis.* acquiritur verò immunitas à decimis præstandis Zehend Freyheit privilegio *c. 3. 9. 10. 25. X. eod.* transactione *c. 2. 8. X. de transact.* consuetudine vel præscriptione *cap. 1. de præscript. in 6to.* nam jus decimandi à Laicis potest præscribi. Wehner *cons. Franc. 77.* per statutum autem nec tolli nec minui posse decimas asserit Bald. *in L. fin. C. sine cens. vel reliq. fund. comp. non posse.*

II.

Decimæ Ecclesiis debitæ solvuntur de proventibus molendinorum, piscariarum, de fœno & lanâ, de apibus etiam & de omni fructu. *c. 5. X. de decim.* & potest decimator prohibere asportationem fructuum inque eis ponere custodes, donec solvantur integræ decimæ juxta morem. *Viv. 1. decis. 4.*

III.

Decimarum onus annexum est prædiis. Abbas *in c. 16. X. h. t.* & solvi debent in ipso fundo, in quo fructus colliguntur. Bartol. *in L. 1. C. de fruct. & lit. exp.*

CAP. VI.
De Decisione. *Vid. Infr.*
Res judicata.

Axioma I.

Allegare regulas, ubi est decisio in terminis, est refugium miserorum & pauperum Doctorum. Felin. *in cap. 1. in 4. col. de præscript.* quem etiam laudat Jacob. Gothofr. *ad l. 1. C. de Reg. Jur. pag. 13.* & ideò in actu practico laborandum, ut inveniamus decisionem in terminis, cùm talem invenire sit Doctoris doctissimi, Felin. *in cap. cùm ordinem. col. 4. de rescript.* Ludov. Gomes *ad §. æquè. instit. de act. num. 14.* Knichen *de Saxon. non prov. jur. c. 5. nu. 99. & 100. omnino* Borgnin. Cavalcanus 1. *decis. 30. num. 38. lect. 2. & in decis. post primam part. decis. seu repert. prim. Motiv. in resp. n. 6. sub lit. V.* quia magnum in praxi habere decisionem Doctoris alicujus excellentis in terminis. Menoch. *cons. 73. num. 17.* Surd. *cons. 379. n. 29.* Magon. *decis. Florent. 66. num. 31.* Afflict. *decis. 169. num. 8.* Wesenb. *Consil. 240. de succes. feudal. num. 18.* Schulz. *in præfat. Observat. pr.* etiam sine lege loquentis, Gom. *d. §. æquè. num. 14.* Sunt enim decisiones in terminis securiores, ibique cessant omnia argumenta. Alb. Brun. *in tr. de statut. art. 6. q. 2. in fin. col. 3.* Neque tamen textum vincunt aut rationes. *v. infr. cap. 43. §. 2. f. pag. 363.*

II.

Decisio ista in dubio est eligenda, quæ minus habet iniquitatis. *l. 200. de R. I.* ubi Phil. Matth. *num. 1.*

III.

Ad decisiones causarum sufficit allegare rationem naturalem *cap. secundò requiris 41. de appell. l. scire 13. §. sufficit 6. ff. de Excus. tut. l. si me & Titium 32. ff. si cert. pet. l. ubi autem non 75 §. illud 4.* ibi: *ipsa natura manifestum est. de Verbor. Obligat.* Regn. Sixtin. *inter Consil. Marpurg. consil. 18. volum. 2. num. 111.*

IV.

Decisio semper super re certa formatur. Riminald. jun. *cons. 32. num. 18. lib. 5.* Thom. Trivis. 1. *decis. Venet. in præf. n. 5.*

V.

Quotiescunque casus decidendus occurrit, recurrendum (1.) ad consuetudinem loci specialem, (2) ad consuetudinem istius provinciæ generalem, (3.) ad Constitutionem Principis istius provinciæ. (4.) Hisce deficientibus ad Jus Civile vel Canonicum, si hoc in illo casu receptum.

Ratio: quia jus generale semper abrogatur per speciale, & consuetudo loci specialis præsertim attendenda, quia pro jure communi habetur ibi, ubi viget. Gail. *Lib. 1. obs. 36. n. 3.*

CAP. VII.
De Declaratione.

Axioma I.

Declaratio, quæ fit facto, fortior est illa, quæ fit verbis. *l. reprehendenda 5. C. de instit. & subst. l. pro herede 20. in princ. de acquir. hered. cap. cum super 23. extr. de offic. deleg. c. ex ore 3. extr. de his quæ fiunt à majori parte. cap. ut nostrum 56. extr. de appellat.* Tiber. Decian. *resp. 46. num. 74. vol. 3.* Gœdd. *inter Cons. Marp. Cons. 25. n. 23.*

II.

Declaratio non nisi semel fieri potest. Jas. *in l. quicquid astringendæ. de V. O.* ideo judex declarans verba ambigua sententiæ vel contractus, id mutare vel variare nequit. Angel. *in l. quod jussit. de re judic. l. Si quis intentione 66. ff. de judic. gloss. in d. l. quidquid. de Verb. Oblig.* Gilman. *4. pag. 1. vot. 4. num. 11. & 12.*

III.

Declaratio fieri non oportet cum solennitate requisita in ipso actu principali. *l. heredes palam 21. §. 1.* & ibi Bart. *de testam.* Sicut enim declaratio testamenti dubii potest fieri coram duobus testibus. Bart. *in l. i. C. de Codicill.* Ita & in sententiæ declaratione tantæ solennitates non requiruntur, quæ in ipsa sententia. Bart. *in l. ab executore n. 8. de appell. per d. l. 21. §. 1.* Gilm. *d. l. n. 11. & 12.* Hinc nulla est sententia declaratoria ex capite, quod fit contra sententiam priorem, & sic sententia contra sententiam lata, *l. 1. C. quando provoc. non est necess.* Franc. *in c. dilecto quæst. 14. de appellat.* Felin. *in cap. inter monasterium de re judic. adde l. 1. pr. ff.*

quæ sentent. sine appellat. rescindantur. l. 9. C. de sentent. & interlocution. cap. Inter. 9. extr. de sentent. & re judic.

IV.

Declaratio virtualiter continetur in ipso declarato. Decian. *cons. 423. in fin.* Ruin. *cons. 225. num. 6. vol. 1.* Socin. jun. *cons. 95. num. 74. volum. 3.* Vult. *int. Cons. Marp. cons. 29. vol. 2. n. 12.*

V.

DECLARATIO nihil de novo confert, & declarans nihil novi facit, *l. heredes palam 21. §. si quid 1. ff. de testam.* Schrader. *consil. 49. num. 14.* sed datum significat. *ibid.* [ubi Dauth. *num. 10. & seqq.* Gail. *1. obs. 101. n. ult. l. asse toto. 77. ff. de hered. instit.* Bartol. *in l. ab executore. num. 7. vers. quandoque interpretatio interponitur. ff. de appellat.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 1. tit. 16. n. 7.*] *l. adeò 7. §. 7. ibi: videtur. ff. de acquir. rerum dominio. Clem. exivit. §. harum declarationum, de verbor. sign.* gloss. *verbo de novo, in cap. per tuas. de donat.* [sicut & is, qui spicas excusit, non novam speciem feciſſe, sed quæ fuit, detexiſſe dicitur, *l. 7. §. cum quis, in fin. de acquir. rer. dom.*] Oldrad. *cons. 224. num. 20. vers. nec verbum declaramus, & cons. 318. in fin. vers. ad. articulos,* ubi quòd qui de novo dat, non declarat, quia effectus declarationis est verbum obscurum clariùs explicare. Dec. *in l. edita. num. 47. C. de edendo.* Paris. *cons. 65. num. 5. & 6. vol. 1.* Ruin. *cons. 225. num. 6. vol. 1.* Socinus jun. *cons. 95. num. 72. & 76. volum. 3.* [Et declaratio debet esse expositiva, non perimens notabiliter, Bl. *in Auth. at qui semel. col. 3. num. 4. C. de probat per cap. cum dilecti 18. extr. de accus.* Cons. Arg. *lib. 2. Cons. 47. num. 71. & seqq.*] Roman. *cons. 45.* ubi intelligit, dummodo stet in puris terminis declarationis, quia si adderet, vel minueret, diceretur nova dispositio, Socinus sen. *consil. 49. num. 5. vol. 1.* Calderin. *cons. 237. in princ. alias 16. de præbend.* ubi quod declaratio non ampliat gratiam, & nihil de novo addit, Petrus de Anchar. *Consil. 7. in quæstione, num. 3. & seq.* Ægid. Bellam. *cons. 33. num. 40. & 41.* Rolandus à Valle *cons. 15 num. 27. vol. 3.* Anton. Gabr. *commun. lib. 6. tit. de Reg. Jur. conclus. 3.* Bertazol. *de clausul. instrum. claus. 30. gloss. 4. num. 1.* Brun. à Sole *in locis communibus, verb. declaratio 1.* Menoch. *cons. 753. num. 20.* Francis. Gal. *in margarita casuum conscientiæ, verbo declarare,* Marian. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 3. num. 12.* Cardinal. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 86. per tot.* Octav. Glorit. *respons. 12. num. 29.* Rot. *decis. 454. n. 2 apud Farinac. p. 1. recent.* Sigismundus Scaec. *de commerc. & camb. §. 7. gloss. 3. num. 29.* Camill. Borell. *in sum. decis. tom. 2. tit. 3. num. 293.* Castill. *controvers. lib. 3. cap. 10. num. 30. & lib. 5. cap. 89. num. 172.*

VI.

DECLARATIO non mutat essentiam, aut naturam dispositionis, Roland. *cons. 15. num. 27. vol. 3.* Decian. *cons. 8. num. 211. lib. 1. & cons. 6. num. 30. lib. 4.* Menoch. *cons. 331. num. 100. & cons. 360. num. 5. & consil. 443. num. 71.* Octav. Glorit. *resp. 12. num. 21.* Eoque quæ majoris declarationis causa ponuntur, non mutant jus commune, *l. quæ dubitationis 81. ff. de Reg. Jur. l. quæsitum 12. §. pen. ff. de fund. instruct.* Gomes *ad §. omnium. Instit. de actionibus.*

CAP. VIII.

De Decreto.

Axioma I.

Decretum judicis facit rem claram. *l. Herennius 63. §. Gaja. 1. de Evict.* Gabr. *in conclus. 5. de sent. Pacian. cons. 112. num. 14.* & facit cessare omnem præsumtionem doli & metus. *Viv. 1. decis. 89.*

II.

Decretum habet vim sententiæ latæ à Principe cum causæ cognitione, ut ait Gond. de Villad. *in tract. de Leg. quæst. 8. num. 68. & 69.* Pacianus *consil. 47. num. 12.*

III.

Decretum obreptitium est ipso jure nullum. *Marp. cons. 48. num. 29. vol. 4.* Et omne decretum injustum est nullum, ita, ut non transeat in rem judicatam. *arg. l. Seiæ egressæ 26. ff. de tut. dat. Paris. cons. 51. num. 49. p. 4.* nec executionem mereatur. *Paris. cons. 98. num. 1. p. 3.* Marant. *p. 6. tit. de execut. sentent. num. 4.* Asin. *§. 31. can. 2. limit. 1. num. 1.* quos sequitur Meichsnerus *in decis Cameral. 1. decis. 28. num. 42. cum seqq.* vid. & Gail. 1. *observ. 109. num. 1.* idem de decreto subreptitio dicendum. Bartol. *in l. 3. §. 3. ff. de Carb. Edicto.*

Declara, si scilicet adversetur juri communi, Marant. *in specul. aur. p. 4. distinct. 16. num. 75.* Non verò si juri litigatoris, tunc enim non erit ipso jure nullum, sed tenet *l. 1. §. item eum. ff. quæ sent. sin. appellat. l. 16. ff. de appell. l. 2. C. quand. provoc. non est necess.*

IV.

Decreti interpositio præsupponit omnia, quæ facienda erant interveniſſe, nec quicquam ad actus perfectionem necessarium fuisse prætermissum. Jas. *in l. pacta novissima. n. 6. C. de pact.* Bald. *in l. cum hi. §. si prætor. de transact.* Gilm. 4. 1. *n. 84. fol. 64.*

V.

Decretum quodcunque sit, requirit causæ cognitionem. *l. 9. §. 1. de offic. Proconsul. Odd. p. 1. q. 34. art. 5. num. 484.*

CAP. IX.

De Defectu *vid. infr.* Omissio. Imperfectum.

Axioma

Axioma I.

Ex defectu implementi arguitur dolus ejus, qui implere tenebatur, nec tamen implevit. *l. dolus 10. & ibid. gl. C. de rescind. vendit.* Corn. *cons. 116. vol. 1. & cons. 128. col. 2. vol. 3. fac. notam. Magon. decis. Lucens. 31. num. 12.* Vult. *inter Cons. Marp. cons. 24. vol. 2. num. 32.*

II.

Defectus corporalis animi vitium attestatur. *can. Hinc etenim. 1. distinct. 49.* Mar. Socin. *ad cap. audientiam. de homicid. n. 21.*

III.

Defectus ubi plures sunt, de omnibus fieri debet mentio, aliàs clausula non obstante non operatur, quoad non expressa. Bald. *in l. 1. col. pen. vers. unum tamen. C. de furt.* Natt. *tom. 2. cons. 402. num. 34.*

IV.

Adminiculantia non impleta non vitiant, *l. 2. §. fin. de donat.* Cephal. *cons. 80. Magnificus Dominus n. 11. vid. infr. locum de Omissis axiom. 4.* Exempla in Jure passim occurrunt. Sic 1. sententia judicis continens duplicem causam, quarum una est vera, altera falsa, valebit ex illa vera *cap. per tuas 12. qui filii sunt legitimi ubi Abbas.* 2. quando plures sunt caussæ dispositionis, licet una cesset, si tamen vigent aliæ, dispositio non cessabit. *l. Si non Lex Aelia Sentia 83. de hered. institut.* Socinus 1. *cons. 30. num. 40. 3.* Similiter si actum exerces, qui non caret voluntate, nec etiam potestate, quamvis in aliqua qualitate erret, ideò tamen non vitiabitur actus. *c. Tua 26. & ibi not. Canon. de sponsal.* Pantschman. 2. *quæst. 21. num. 17.* Sic denique 4. defectus caussæ impulsivæ non vitiat actum. Gloss. & Dd. *in cap. post translationem. de renunciat. cap. cum cessante 60. de appell.*

V.

Defectuum pluralitas uno remedio non extinguitur. *l. Si domus 21. de serv. præd. urb.* Bald. *in l. 1. C. de furt.* Heig. *2. q. 19. num. 16. ubi vid.*

CAP. X.
De Defensione. *vid.* Moderamen inculpatæ tutelæ.

Axioma I.

Defensio juris est naturæ *l. 4. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. cum arietes 11. ff. si quadrupes paup. l. 1. §. 27 ff. de vi arm.* quod intellige scilicet respectu inclinationis; respectu enim moderationis inculpatæ tutelæ erit & juris gentium. *l. 3. junct. l. 1. § ult. de Justit. & jur.* quod postmodum melius Jus civile explicuit & confirmavit, sicque etiam Juris civilis defensio erit. *argum. l. 1. C. unde vi. l. 2. & 3. C. de sicar.* quod & juris divini esse patet *ex capite 22. Exodi, vers. 2.*

II.

In defensione sui non cogitur quis primum ictum expectare, nec fugere cum periculo & dedecore *Constit. Crim. Carol. art. 140.* Gail. *de Pac. Publ. l. 1. cap. 16. n. 21.*

III.

Justa est defensio pro parentibus, filiis, pro patriâ, pro conjuge, sponsâ, pro fratre, præceptore, consangvineo & affine, comite itineris, pro domestico & hospite, imò quolibet extraneo periclitante, etiam sine imploratione. Francisc. Zoannett. *in tract. de Defens. P. I. n. 56. & n. 94. usque 112.*

IV.

Promittens aliqvem defendere intelligitur promisisse defensionem justam, non violentam. Mynsing. *Cent. 2. obs. 29.*

V.

Defensionis remedia iis duntaxat sunt introducta, qui gravantur. *cap. fuggestim 15. ubi vid. gloss. ult. de appell. Novell. 119.* ne occasio Juris ad iniqvum trahatur compendium. *l. fin. in fin. C. de usucap. pro empt. c. quod nonnullis 25. in fin. & ibi gl. ult. de privil.* Arnis. *lib. 2. de Majest. c. 4. n. 6.*

VI.

Violentos laïcos coërcere non contra legem est agere, sed legi facere subsidium, *cap. 2. extr. de privileg.*

VII.

Defensio nemini est auferenda. *l. ut vim. 3. ubi Jason. de Just. & Jur. l. 1. §. cum arietes. ff. Si quadrupes paup. fec. dic. l. 4. & 5. l. scientiam 45. §. qui cum aliter. ad Leg. Aquil.* adeò ut eam ne quidem Princeps aut Imperator adimere possit, & sic rescripta ab una vel altera parte absque caussæ cognitione impetrata, ad instar decreti judicialis non obtineant, nec in rem judicatam transeant. vide latè Carpz. *cum all. 6. cons. 117. num. 11. 12. 13.*

CAP. XI.
De Definitione.

Axioma I.

In definitione, quantum fieri potest, genus proximum est assumendum. *Cujac. in* Papin. *lib. 1. de fin. ad l. 63. de R. N. pag. 613 D* quia quò propius ex rerum natura petitur, eò evidentiùs definiti naturam explanat Aristot. 2. *elect. polit. cap. 1. p. 1. num. 6.* Item, in definitione, causa non potest esse genus sui effectus: sic transactio aut pacto vel contractu. *l. 2. ff. de transact.* Bachov. *1. disp. 7.* Treutler. *th. 1. lit. D. n. 4.* Siquidem generis hæc est natura, ut latiùs pateat suo definito, & plures sub se contineat species, ut sit imbecillius, nec exprimat essentiam definiti, quod scilicet fit per adjectionem differentiæ, quæ genus restringit ad suum definitum. Bachov. 2. *Disp. 21. thes. 1. lit. C.* Galenus tamen plerisque in locis irridet eos, qui in quacunque definitione ita sunt occupati, cum alioqui res per se non obscura sit, & sine Dialectica definitione facilè explicari & intelligi possit, quod vitium, quo pleriq; laborant, vocat Φιλοσοφίαν, refert Duren. *ad tit. C. de probat. cap. 2.* idem refert Cujacius *in præf. recit. C. ad tit. de Jure fisci.* ubi de definitionibus elegantibus magis quam accuratis locus egregius apud Gell. *lib. 1. cap. 25.* Senec. *lib. 1. de vita beata c. 4.* varietatem definitionum (exemplo Rhetoricæ) inde extitisse, judicat. Quintilianus *lib. 2. c. 15. in fin.* quod pravum quorundam studium circa scriptores artium extiterit, scribit

iisdem verbis, si prior aliquis occupassèt finiendum. Duaren. *de judic. in pr.* profitetur, se aliquando integrum annum consumpsisse in explorandâ definitione judicii cum aliquot divisionibus, sed tandem has nugas valere jussisse, eumque notare videtur Cujacius *in parat. ff. præf. vers. etsi jus definitionibus multis &c.*

II.

Definitiones quædam sunt metaphoricæ, ut cùm sepulchrum dicitur domus defunctorum. *l. 4. C. de sepulch. violat.* Jurisprudentia urbana militia respondendi, privandi, concedendi. *Cic. pro Muræn.* add. definit. Leg. *in l. 2 ff. de Legib.* Quædam sunt elicitæ per contrarium, ut bona fides est absentia doli, diligentia est absentia culpæ. *l. §. in princ. de tritic. vin. ol. legat.* Virtus est vitium fugere. Dies feriati sunt dies non juridici, *l. 7. C. de fer. ubi C. A. thes. 2.*

III.

Definitio per effectus concepta non est bona. *Br. & alii in l. 1. de appell. Cujac. ad Theophil. lib. 10. qq. Papin. ad l. 72. de contrah. emt.* ubi ideo reprobat definitionem, quod contractum ab effectu definiat, quod accipe, quando effectus sequitur rem definitam non immediatè, & ab eo potest separari: si enim effectus immediatè sequitur, definitio per effectum concepta admittetur. *princip. Instit. de action. l. 3. §. 2. de bonor. possess.* vid. Osterm. *in princ. Instit. de obligat.*

IV.

Multa sunt in re definita, quæ non sunt in definitione. Arum. *exerc. 15. quæst. 5. Treutl. Disp. 27. thes. 3. lit. e. volum. 1.* Intellige scilicet expressè: tacitè enim inesse præsumuntur. Sic mandati definitioni tacitè inest, ne sit rerum turpium, quia earum nulla est obligatio. Vid. Arum. *dict. exercit. 15. quæst. 5.*

V.

Ut cujuscunque rei una tantum est essentia, ita tantum una quoque definitio, non plures esse possunt, ut *post Aristot. lib. 7. Top. cap. 2.* docet Cujac. *lib. 18. obs. 38. circa fin. vers. non feram.* quod intelligendum de definitionibus diversis & talibus, quæ non tantum verborum complexu, sed etiam essentia & substantiæ demonstratione differunt. Alioquin enim unius ejusdemque rei plures dari possunt definitiones, figura verborum, non rei substantia distantes, sicut autoritate Galeni & Senecæ, itemque exemplis luculentis demonstrat Cujacius *in præfat. parat. ad ff. & lib. 18. observ. 38. & in recit. C. ad tit. de temp. appell.* vid. Comment. D. Bitsch. *ad ad. 2. F. 23.*

VI.

Definitio est solius substantiæ *Aristot. 2. Metaph. cap. 5. text. 18.* Non enim sumuntur ex causis externis, quæ rei substantiam & naturam non ingrediuntur. *Colleg. Argent. de pecul. thes. 3. num. 16. scilicet* μάλιστα, πρώτως καὶ ἁπλῶς, *text. 19.* secundariò enim etiam ipsorum accidentium est definitio.

VII.

Definitiones à partibus sumtæ non sunt infrequentes in jure, *l. 1. §. 1. ff. de edend.*

VIII.

In definitionibus verba propriè sunt accipienda, Bartol. *in l. omnes. num. 19. vers. quæro. de l. & l.* Gom. *ad §. superest. Inst. de act. n. 69.* Hinc in quovis genere disciplinæ προπαίδευμα ac præliminare inevitabile est definitio. Coler. *in præfat. proces. execut.* Eaque scalam ad scientiam apparat, & fundamentum est sequentium, quâ neglectâ pronus admodum & præceps in tractatione ipsarum rerum solet esse lapsus. *Coll. Argent. si ager vectigal. thes. 59.*

IX.

Definitio ubi ponitur, communiter non fit summarium. Alex. *in l. 5. §. stipulatio. de Verb. Oblig.* summarium enim fieri debet ex materia longius evagata, quod omnia membra principalia comprehendat. *l. in summa 65. ubi not.* Mod. *ff. de condict. indeb.* & *l. 1. ff. de R. D.* Gomes *ad §. superest. Instit. de act. n. 1.*

X.

Quod in Jure definitum non est, in universum definiri vix potest, sed judicis arbitrio æstimandum relinquitur. *l. 1. ff. de testib. l. 15. de impens. in rem dot.* Menoch. *libr. 1. arb. quæst. in proœm. numer. 3. cum seqq.* Bocer. *de feud. invest. cap. 4. num. 5. & 8.*

XI.

DEFINITIO converti debet cum suo definito, *l. 1. §. dolum. ff. de dolo malo. l. omnis definitio 202. ff. de Reg. Jur.* Doctores *in l. 1. in princip. ff. de acquir. possess.* Cicero *lib. 4. Academ. num. 79. pag. 17.* Bartol. *in sua quæst. 7. Mulier habens. num. 4. vers. contra quod.* Tiraquell. *de jure primog. quæst. 1. num. 1.* Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib. 1. quæst. 1. num. 31. cum seqq.* Cardin. Tusch. *practic. concluf. tom. 2. lit. D. concl. 418.* Cels. Argel. *de contrad. legitim. quæst. 10. num. 161.* latè Monet. *de distribut. quotid. p. 1. quæst. 4. num. 3.* ubi *num. 2.* asserit, quod substantiam & naturam rei explicat, & *num. 5.* quod quælibet definitio in jure est periculosa, & *num. 6.* quod cauti esse debent, qui rem aliquam definiunt, & *num. 7.* quod definitio perfecta debet habere genus, ac propriam & completam differentiam, quod etiam asserit Pichardus *in disput. de mora, num. 26.* ubi *num. 24.* dicit, quod cujusque rei definitio ut bona sit, nihil superfluum, nihilque diminutum continere debet, citans Philosophum *Topicorum lib. 6. cap. 1.* Dicitur autem definitio initium omnis disputationis, Monet. *d. p. 1. quæst. 1. à num. 1.* [Omnis enim quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputatur. Cicero *1. de offic. & 1. de Orat. sect. 54. Hoc in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo, ut quid illud sit, de quo disputetur, explanetur, ne vagari & errare cogatur oratio,*

si ii,

sii, qui inter se dissenserint, non idem esse illud, de quo agitur, intelligant.] Et cuicumqve non convenit definitio, non convenit etiam definitum, *l. 2. §. appellata*, & ibi Doctores *ff. si certum petatur.* Camill. Borell. *de Regis Catholici præstantia cap. 70. num. 122. & 123.* Joan. Anton. Mangil. *in tract. de imput. quæst. 16. num. 18. & qq. quæst. 66. num. 14.* Ludovic. Cenc. *de censib. quæstion. 3. artic. 2. num. 17. & 18.*

De Delatione Juramenti *vid.* Juramentum.

CAP. XII.
De Delegatione, Delegato.

Axioma I.

Delegatus Principis in causa sibi commissa major est quocunq; ordinario. *cap. sanè 11. de offic. delegat. cap. Pastoralis 11. §. præterea. de offic. ordin.* Gomes *ad §. pœnales. Institut. de action. num. 45.* Quod intellige respectu dignitatis & negotii commissi, non vero respectu firmitatis: cum firmior sit jurisdictio ordinarii. vid. Marant. *in disput. 1. quæst. legal. num. 1. & num. 40.* Alex. & communiter Doctores *in rubric. ff. de offic. ejus cui mand. jurisdict.*

II.

Delegationis verba diligenter sunt observanda & custodienda. *l. diligenter 5. in princ. ff. mandat.* & ultra expressa delegatio non extenditur, *c. pen.* ubi Gilman. & Dd. *de offic. deleg.* Et quicquid in delegatione expresè concessum non reperitur, prohibitum censetur. *cap. inter corporalia 2. §. sed neque.* ubi Dd. *de transl. Episcop.* Anchar. *cons. 207. in quæst. col. 2. numer. 4.* Angel. *consil. 138. Visis omnibus. numer. 1. in fin.* Vant. *in tit. de nullit. ex defect. jurisdict. deleg. num. 91.* Farinac. 1. *cons. 89. numer. 1.* Quicquid enim præter verba & formam delegationis factum fuit, omnino nullum & invalidum est, *cap. cum dilecta 22.* ubi Dd. *de rescr. c. cui 27. de præb. in 6. cap. Visa de rest. spol.* Innoc. *in c. super literis. vers. in gl. de rescr.* unde & stricti juris *num. 19.* dicitur Menoch. 1. *arb. judic. cas. 74. n. 56.*

III.

Delegatus in alia causa alium subdelegare non potest, nisi in ea, quæ ipsi commissa est. *l. unic. C. qui pro sua jurisdict.* adeò ut si de facto contrafecerit, sententia ab illo judice lata ipso jure nulla sit. Ummius *in disput. 1. n. 41.*

IV.

Delegatio pro justa præstatione est. Anweisung ist an statt Zahlung *l. 9. §. ult. Comm. divid.*

Declaratur hæc regula, quod procedat in his, quos idcirco teneri dicimus, qui habent actionem, non item in aliis creditoribus omnibus. *l. 51. in princip. de pecul.*

V.

Quoties debitoris cessi consensus non accessit, toties non est delegatio, sed nuda cessio *l. 1. C. de Novat.*

Ratio: quia cessio fit ignaro, delegatio verò non nisi volente debitore. (2.) in delegatione debitoris fit novatio, hinc consensus utriusque necessarius est, secus in cessione, ubi pristina obligatio salva manet penes cedentem, cessionarius verò tantum constituitur procurator in rem suam. Conf. Lenz. *de nom. & act. Cess. cap. 4. membr. 4. per tot.*

CAP. XIII.
De Delictis, Criminibus.

Axioma I.

Quoties tantùm læso agendi licentia competit, & eidem pœna legibus determinata applicanda, toties delictum est privatum, quia sic ad privatum respicitur interesse, & ad id, ut resarciatur damnum rei privatæ datum. Exempla sunt in furto, rapinâ, damno injuriâ dato &c.

II.

Quoties cuivis ex populo agere licet ad pœnam Reipubl. debitam, toties est delictum seu Crimen publicum. quia sic potissimum respicitur ad publicum interesse, & ut damnum Reipubl. illatum pensetur. Exemplum est in Crimine læsæ Majestatis, homicidio &c.

III.

Quoties unusquisque ex populo agere potest, ita tamen, ut agenti applicetur pœna, toties delictum est populare, quia hujus delicti vindicatio potissimùm pertinet ad jus populi tuendum. *l. 1. ff. de popul. action.* ita ergò si quis corruperit album prætoris, erit delictum populare *l. 7. ff. de Jurisd.* idem est, si quis ex ædibus aliquid suspensum habuerit, quod nocere possit. *l. 5. §. ult. ff. de his qui dejec.*

IV.

Quoties læsus ad pœnam legibus non determinatam agit, toties est delictum extraordinarium: quia extraordinaria delicta, prout judex arbitratur & extra ordinem coërcentur. Exempla sunt *in t. t. ff. de extraord. Crimin.* vid. præprimis *l. 1. pr. §. 1. l. 6. ff. l. ult. ff. eod.* ubi de circulatoribus, qui serpentes circumferunt. *Conf.* Zœs. *ad d. Tit.*

V.

Delictum majus est illud, quod majori bono opponitur, *post. Arist. 8. Eth.* Farinac. *cons. 85. num. 76.* item si major ille qui peccat. Ernest. Cothm. 3. *cons. 4. n. 13.*

VI.

In delictis non quid delinquens facere seu dicere crediderit & opinatus fuerit, sed quod verè dixerit aut fecerit, spectandum est. Bart. *in l. inter omnes §. rectè. in fin. ff. de furt.* Menoch. *de arb. jud. quæst. cas. 90. n. 20.* Farin. 1. *cons. 104. n. 18.*

VII.

Delictis crescentibus pœnæ quoque exasperari debent *l. 28. §. solent 5. ff. de pœn.* Phil. Matth. *ad l. 138. de R. I. n. 5.*

VIII.

Delictum qui permittit, ipsemet delinquit.

l. cum in plures 60. §. locator 6. ff. locat. l. 2. de Asseſſ. Auth. credentes. C. de hæret. cap. Epheſiis 4. diſt. 43. quia delicto conſenſum adhibet. *c. 2. de accuſat. num. 6. l. ſemper 60. de R. I. Concinnat. 1. quæſt. jur. ſing. q. 9. n. 23.* Limit. modò quis poſſit & debeat prohibere, tunc enim patientia habetur pro conſenſu. Mev. *P. 2. dec. 228. n. 2.*

IX.

Delictum unius non debet alterius eſſe præmium *l. ſi ſequens 15. in princ. ad SC. Syllan.* Weſ. *2. conſ. 63. n. 29.*

X.

Paria delicta mutuâ compenſatione tolluntur. *l. 30. ſol. matr. fac. l. ult. C. de compenſ.* quod jure Juſtinianeæ conſtitutionis compenſatio latiſſimè pateat, omnemque cauſam complectatur. Hanc regulam ita declarare licet, ut, cum compenſatio tantum ſit debiti & crediti inter ſe contributio, *l. 1. ff. de compenſ.* hactenus tantum ex delictis fiat compenſatio, quatenus pecuniariter intereſt. *l. 10. §. quotiens. de compenſ.* Hinc qui ſe mutuò deceperunt, invicem non agunt. *l. 36. de dolo. Franzk. in parat. de compenſ.*

XI.

Ex delicto ſuo nemo debet lucrari. *l. 134. §. 1. de Reg. Jur.* Declaratur hæc regula, quod procedat, quatenus directò quis lucretur ex delicto; per accidens enim bene fieri poteſt, ut quis lucrum ex delicto capiat. *l. 5. §. 1. Ne quis eum qui in jus voc. de vi bon. rapt. v. ſupra 1. 17. 3.*

XII.

In criminibus agitur de periculo animæ. *N. 8. c. 1.*

XIII.

DELICTA puniri publicè intereſt, & expedit Reipublicæ, ne maneant impunita, *l. ita vulneratus 51. §. quod ſi quis, in fin. verſ. cum neque impunita. ff. ad Leg. Aquil. l. licitatio 9. §. quòd illicitè 5. ff. de publican. l. congruit 13. ff. de offic. Præſid. l. Stichum 95. §. tametſi. ff. de ſolut. extrav. ad reprim. in pr.* ubi Bart. *verb. impunita. cap. eſt injuſta 33. cauſ. 23. quæſt. 4. cap. ut famæ 35. §. 1. de ſentent. excom.* Signor. *conſ. 242. in fin. quod eſt Leonardi de Ceris*, ubi quod placatur Deus, quando delicta puniuntur. Caſtrenſ. *conſ. 168. ſuper primo. colum. 2. num. 6. verſ. Super quinto. l. 1.* Roman. *conſ. 105. Viſo themate. col. 2. in fin.* Grammat. *deciſ. 36.* Thomas de Thomaſſet. *in florib. deciſ. reg. 103.* Azeved. 14. *num. 1. tit. 9. lib. 3. novæ Recopilat.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneſic. lib. 14. quæſt. 1. num. 17.* Cabed. Luſit. *deciſ. 75. num. 1. p. 1.* Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 2. lit. D. concluſ. 157. per totam.* Cardoſ. *in praxi Judicum, verb. delictum. num. 9. & 10.* Bellet. *diſquiſit. clerical. part. 1. tit. de diſciplina clericali, §. 15. n. 86.* quia delictis & fraudibus non eſt via aperienda, Bartol. Perert. *ad extravag. ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alien. verb. illis exceptis, n. 3.* Celſ. Argel. *de contradict. legit. quæſt. 10. n. 104.*

XIV.

DELICTI paritas paritatem pœnæ requirit, *l. nihil intereſt. 32. ff. de adult. l. ſi quenquam 30. in fin. C. de Epiſcopis & Clericis. quia juxta* delicti menſuram futurus eſt plagarum modus, *cap. non afferamus 21. 24. quæſt. 1.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 90. n. 38.* Menoch. *illuſtr. quæſt. c. 24. num. 17. & prius cap. 8. num. 51.* Cardinalis Tuſch. *d. tom. 2. lit. D. concluſ. 162.* ubi quòd delicta graviora & atrocia graviùs puniuntur. Delicti enim pœna timeri debet, ut ſupplicium unius exemplum poſſit eſſe multorum *l. 2. C. ad l. Jul. de repet.* Cardoſ. *in praxi Judic. & Advoc. verb. delictum. numer. 8.* Unde illud:

Oderunt peccare mali formidine pœnæ. cap. irrefragabili 13. §. Cæterùm. ubi gloſſa *in verb. metu pœnæ, de officio ordinar.*

XV.

DELICTUM continuatum gravius punitur, Beroi. *conſ. 195. num. 16. & 17. lib. 3.* Alex. *conſ. 110. Stante ſtatuto. num. 4. verſ. confirmatur, lib. 4.* Sylvan. *conſ. 50. num. 12.* Clar. *§. furtum. num. 13. & 14.* Hippol. *in l. 1. num. 47. cum ſeq. C. de ſicar.* Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. pag. mihi 45. verſa, & 46.* Mench. *quæſt. frequent. cap. 10. num. 47.* Perez. *ad tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 49.* Sebaſt. Nævi. *ad l. capitalium. num. 6. ff. de pœn.* Farin. *in praxi criminali, p. 4. conſ. 30. num. 67.* ubi *addit. lit. R. & num. 129.* Marian. Giurb. *conſ. crim. 47. num. 3.* Carol. de Graſis *except. 14. num. 33. & ſeq.* ubi de exceptione ad ſtatutum excludens omnes exceptiones. Card. Tuſch. *d. tom. 2. lit. D. concluſ. 163. per totam*, ubi *num. 11.* ſubdit, quod homo facinoroſus in multis delictis etiam diverſis aggravatur apud Judicem, ut poſſit pœnam augere ſecundum qualitatem criminum multiplicium, Anton. Monachus *Lucenſ. deciſ. 54. num. 8. & 9.* ubi quod delictum ſæpius reiteratum fit majus, & ſolitus delinquere graviùs peccat. Imò delictum pluries commiſſum, ſeu reiteratum tot inducere delicta, quot ſunt reiterationes, ac proinde tot requiri purgationes, & tot pœnas imponendas eſſe, ait Gemin. *conſil. 106. n. 5. cum ſeqq.* ubi declarat delictum continuatum non effici plura, quando intervenit medio tempore vel abſolutio, vel alia proviſio, prout illum refert Cardinalis Tuſchus *d. tom. 2. lit. D. concluſ. 169. per totam.* ubi *num. 9.* poſt Socin. *conſ. 62. In præſenti conſultatione, n. 8. & ſeq. lib. 1.* limitat

tat & declarat, & *n. 7.* post. Petr. de Anch. *cons. 4.* limitat in iis, quæ non sunt reiterabilia, vel in iis, quæ respiciunt aliquem titulum præcedentem.

XVI.

DELICTA debent tenere suos auctores, *l. 22. C. de pœn.* ut per Ludov. Rodolphin. *var. quæst. lib. 2. quæst. 44. num. 5.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de favore clericorum person. §. 1. n. 43.* [unus enim de delicto alterius non tenetur. *l. si quis 33. §. Legis 1. C. de inoffic. testam. l. fin. ff. ad Sct. Syllan.* Clar. *in pract. crim. quæst. 86. in princ.* Covarr. *var. resolut. lib. 2. cap. 8. n. 1.* Farinac. *1. cons. 89. n. 7.* ita delictum unius fratris non nocet alteri in portione innocentis *Bald. in l. 9. C. de fidejuss.* ita delictum unius de universitate non nocet concivibus. *Bart. in l. 4. ff. de in jus voc.* delictum patris tamen filio nocet in feudis. *Curt. Sen. cons. 48. n. 48.*

XVII.

[Omne delictum vel est commissionis, vel omissionis, *l. 40. in fin. de judic. l. 121. de Reg. Jur.* Clarissimè *in l. 1. C. de Crimin. sacrileg.* itemque *in l. 1. de tut. & rat. distrab.* illud tamen quod] in omittendo consistit, levius est, quam in committendo, Wesenb. *de Just. & Jur. num. 9. vid.* Farinac. *quæstion. 18. num. 23.* ideò levissima culpa in omittendo non punitur, in committendo etiam, *l. Metrodorum 40. ff. de pœnis.* Jason. *in l. 2. C. de Jure Emphyt. num. 61. & 62. & in l. si mora. num. 22. ff. sol. matrim.* ubi facit regulam, extensiones & limitationes, Bart. *in l. qui bona. §. qui inter. ff. de damno infecto.* Hippol. *in l. infans. num. 6. C. de sicar.* Bald. *cons. 132. Nisi probetur culpa lib. 4.* ubi loquitur circa incendia, Alex. *cons. 10. vers. non obstat si dicatur. libr. 1.* Afflict. *decis. 57. num. 8.* Cravett. *cons. 97. num. 2.* Roland. à Valle *cons. 95. num. 39. lib. 2.* Tiraquell. *de pœnis tempor. causa 44.* Covarr. *de sponsal. part. 2. cap 6. §. 8. num. 13.* Marian. Antonin. *lib. 3. var. resolut. 39. n. 25. & resol. 28. num. 1.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. delictum, num. 1.* late Cardin. Tusch. *d. tom. 2. lit. D. concl. 177. per totam.* D. Barbos. *in d. l. si mora. num. 29. ff. soluto matrim.* Cels. Bargal. *de dolo lib. 2. tit. de dolo vero & præsumpto. num. 103. fol. 81. & lib. 4. reg. 4. per tot.* præcipuè *num. 4.* Mart. *de success. legali, p. 3. quæst. 3. art. 4. num. 32.* ubi limitat Joan. Anton. Mangil. *tract. de imput. quæst. 115. num. 24.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 8. num. 23.*

XVIII.

DELICTUM non imputatur, ubi dolus non est, Joseph. Sesse *Aragon. decis. 192. num. 65.* Marsil. *sing. 176. Voluntas, num. 2. ubi citat infinitos* Card. Tusch. *d. tom. 2. lit. D. concl. 160. num. 5.* quia lex pœnalis subaudit dolum intervenire debere in illo, qui deliquit contra disposita per eam, Cephal. *consil. 110. num. 10. volum. 1.* Alex. *consil. 109. num. 1. volum. 1.* Armendar. *in proœm. addit. ad recopilat. Legum Navarræ. num. 58.* aliquando tamen delicta etiam dolo carent. *ut in l. 3. §. prætor. ult. ne quis eum qui in jus voc. vi exim.*

XIX.

DELICTA ex voluntate & proposito distinguuntur, *l. divus 14. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. l. qui injuriæ 53. ff. de furtis.* Oldrad. *cons. 200. in princip. vers. secundo.* Marsil. *sing. 176. Voluntas & propositum.* Alex. *cons. 144. Post redditum. num. 8. lib. 2.* Card. Tusch. *d. tom. 2. concl. 160. à princ.* Farinac. *in praxi crimin. p. 4. cons. 65.* ubi *addit. lit. K.* Cels. Bargal. *de dolo. lib. 4. cap. 8. num. 13. fol. mihi 528.* Marian. Giurba *cons. crim. 32. num. 13. & seq.* Joan. Marian. Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 59. num. 12.*

XX.

DELICTUM in dubio non debet facilè præsumi, & ideo actus, qui potest sonare in delictum & non delictum, semper interpretatur, ut absit delictum, *leg. meritò 51. ff. pro socio. l. Prætor 4. §. docere 12. ff. de vi bonorum raptorum. cap. estote 2. de Regulis Juris in Decretalib. cap. ult. de præsumt.* Alex. *cons. 127. num. 12. cum seq. lib. 4. & cons. 129. per totum. eod. lib.* Mascard. *de probat. concl. 495. & concl. 1418. num. 2.* [in dubio enim delictum quis non censetur committere. Ruin. *cons. 1. num. 3. vol. 5.* Grammat. *cons. 13. num. 8. vol. 10. & decis. 18. num. 5.* Marsil. *cons. 21. num. 2.* [Brunor. à Sole *in locis communib. verb. delictum, num. 20.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 13. quæst. 1. num. 72. & lib. 14. quæst. 7. num. 55. cum seq.* ubi ait, quod ubi alia conjectura sumi potest, non est delictum præsumendum. Joseph. Sesse *Aragoniæ decis. 114. num. 25. & decis. 128. num. 4.* Farinac. *in praxi crimin. part. 3. quæst. 85. nu. 26. & part. 4. cons. 61. num. 12. & cons. 62. num. 6. & cons. 56.* ubi *addit. & p. 5. q. 126. num. 106.* latè Cardinalis Tuschius *d. tom. 2. lit. D. concl. 165. per totam.* Interpretatio igitur faciēnda est exclusiva delicti, Abb. *in cap. cùm tu de testibus.* Natt. *cons. 549. num. 11.* Mascard. *d. concl. 496.* Farinac. *d. part. 3. quæst. 85. num. 1. cum seq.* Menochius *de præsumt. lib. 5. præsumt. 161. num. 26.* [Imò delictum nec præsumitur data in-

stantia, Jason. *in l. creditori. n. 7. ff. de nov. oper. nunc.* Farinac. *1. conſ. 11. num. 33.*

Limita 1. niſi verba aliqualiter ſonent in delictum; nam tunc quia non apparet cauſa, propter quam quis poſſit excuſari, præſumitur delictum. Corn. *conſ. 28. col. fin. verſ. Nec obſtat. vol. 3.* Alex. *conſ. 74. nu. 2. vol. 6.*

Limita 2. quod præſumatur in iis, quæ ſunt de genere prohibitorum. *l. ſi non convicii. 5. C. de injur. l. 1. C. unde vi.* Joannes de Anania *in cap. cum delicti. colum. 3. verſ. in gloſſ. retorqueri. de accuſat.* & ibi Anchar. *col. 2. verſ. item per iſtud capitulum.* Weſenb. *de bon. eor. qui. num 3.*

Quod iterum declara procedere in iis, quæ prohibita ſunt à jure naturali, gentium vel divino, prout eſt homicidium, furtum & alia, quæ cadunt ſub illo præcepto: Alterum non lædere. Decian. *in cap. in præſentia. nu. 45. de probat.* Alciat. *de præſumt. reg. 3. præſ. 1. num. 10.* Maſcard. 2. *de probat. concluſ. 1103. num. 20.* ſecus in iis, quæ prohibita ſunt à jure poſitivo, quando actus ille neminem lædit, aut lædere poteſt, & ſi lædit, levis ſit læſio. Dec. *in c. præſentium. n. 55. de prob.* Farin. *1. conſ. 25. in addit. lit. A.*]

XXI.

DELICTUM præſumitur commiſſum ab eo, cujus commodo cedit. Bart. *in l. fin. num. 5. verſ. item quod illa res ſubtracta. ff. de quæſt.* Menoch. *de præſumt. lib. 5. præſumt. 31. num. 15.* Maſcard. *de probat. concluſ. 831. nu. 12.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 5. num. 45.* Surdus *de aliment. tit. 9. quæſt. 26. num. 119.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. num. 161.* Farinac. *in praxi criminali quæſt. 176. num. 89. & conſil. 60. num. 18.*

XXII.

DELICTUM qui fatetur, ejus petit veniam, *c. exhibita 22. de homic.* Maſcard. *de prob. concl. 501. n. 2.*

De delicto in adminiſtratione commiſſo vid. adminiſtratio.

An ſuper delicto tranſigi poſſit, vid. Tranſactio.

CAP. XIV.

De Demonſtratione.

Axioma I.

Demonſtratio vice nominis fungitur. *l. certum 6. de reb. cred. Cujac. lib. 6. Paull. ad Ed. in l. 6. de R. V.*

II.

Quicquid demonſtratæ rei adjicitur, ſatis demonſtratæ, fruſtra eſt. Ulp. *in l. 1. in fin. ff. de dot. præleg.* Ludov. Zuñdt. *in reſp. pro uxor. n. 179.*

III.

Demonſtratio falſa non vitiat diſpoſitionem. *l. demonſtratio 17. ff. de cond. & demonſtr.* maximè ubi de corpore conſtat, de quo diſponitur, *d. l. 17.* Bart. *in l. ſi pater. n. C. de hered. inſtit. per l. ſi quis fundi vocabulo 4. ff. de legat. 1. Pariſ. conſil. 4. n. 63. in princ. lib. 1.* Farinac. *1. conſ. 95. n. 5.* nam ſi de corpore aliàs non conſtat, neceſſaria eſt demonſtratio, & ejus falſitas vitiat diſpoſitum. *§. 15. I. de legat. l. 75. §. 1, & ſeq. de leg. 1. l. 9. de hered. inſtit.*

Limita in demonſtratione reſpiciente conjunctionem vel charitatem ſanguinis, in qua error teſtatoris irritam diſpoſitionem facit, latè Jaſ. *in l. neque profeſſo. num. 5. verſ. Ex ſecundo dicta. C. de teſtam. ibique Caſtr. in princ.* Angel. *in conſ. 93. Viſis & inſpectis, verſ. Non obſtat quod falſa. col. pen.* Facian. *conſil. 1. num. 43.*

Limita 2. Quando falſa demonſtratio ſcienter & conſultò eſt addita. *l. 7. §. 1. de tritic. vin. ol. leg.* ubi Weſ. *in parat. n. 2.*

Limita 3. Quando demonſtratio falſa eſt ex parte, non ex toto, tunc enim vitiat diſpoſitum tantùm ex parte. *text. in l. 5. §. fin. de leg. 1.* ubi Raph. Cuman. Alex. de Imol. Nic. Everhard. *in loc. à tot. ad part. n. 7.*

IV.

Demonſtratio ocularis omnium probationum, poſt confeſſionem, eſt optima. Burſat. *conſ. 235. num. 6. vol. 3.* Gail. 1. *obſ. 26. num. 9.* Stratic. *obſ. 13.* & *14.* Vult. *int. Conſil. Marp conſ. 30. vol. 2. n. 123.*

V.

Demonſtratione falſa rei veritas non immutatur, *l. 5. ubi Obrecht. C. de juris & facti. ignor.*

CAP. XV.

De Denominatione

vid. Appellatum.

Axioma I.

DENOMINATIO ſemper fit à digniori & potentiori, *l. quicquid 27. §. 2. ff. de acquir. rer. domin. l. quæritur 10. ff. de ſtatu hom. l. 1. in princ.* ubi Gloſſa & Doctores *ff. de verb. obligat.* Thom. de Thomaſſ. *in florib. deciſ. reg. 2.* Gonzal. *ad reg. Cancel. 8. gloſſ. 5. §. 7. n. 133. & gloſſ. 14. n. 66.* Joſeph. Seſſe *de inhibit. cap. 1. §. 3. num. 13.* Prior enim nominatio majorem dignitatem arguit, Tiraquell. *de jure primog. quæſt. 19. num. 2.* [Unde denominari non ſolent contractus à rebus circa quas verſantur, (quia eæ plerumque multiplices ſunt & variæ) ſed à forma, cauſis & effectu. Weſenb. *in paratit. de verbor. obligat. n. 2.* quia forma dat eſſe rei, *l. 9. §. 3. Ad exhib.* & quoties ad eundem actum perficiendum jus naturæ ſeu gentium & jus civile concurrunt, toties reputatur actus eſſe juris gentium,

gentium, quia hoc jus potius est & magis principale. *l. filio 29. de liber. & posthum.* Wesenb. *in parat. ff. de pact. num. 9. vers. dicuntur tamen, ubi exemplificat in contractibus.*

Limita, nisi actus talis totam formam à jure civili mutuetur. *l. 6. de pact.* Exemplum limitationis est in adoptionibus: licet enim hæ gentibus quoque fuerint usurpatæ, tamen quia specialem formam & solennitatem à jure civili nactæ sint, ut actus legitimi juris civilis dicuntur. *l. 3. de officio Proconf.* Wesenbec. *in parat. ff. de adopt. num. 2.*

Limita 2. quod actus sæpissimè denominentur ab objecto, ubi scilicet objectum potentius est quàm forma. *Vide supra lib. 1. cap. 25. ax. 36.* Semper enim ex eo, quod maximas partes continet, latissimèque funditur, tota res appellatur: Sic dicimus aliquem hilare vivere, licet semel tristior factus sit. Sic, verbi causa, M. Crassus, quem semel in vita risisse Lucilius ait, non effugit, quo minus ἀγέλαστος vocaretur. Cicero *l. 5. de finib.* Idem *lib. 5. Tuscul. qq. colum. 264.* quæstuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur, non si altera semper omni damno, altera omnis tempestatis calamitate semper vacet, sed si multò majore ex parte extat in utraque felicitas: Sic vita non solum si undiquaque referta bonis est, sed multò majore & graviore ex parte bona propendent, beata rectè dici potest.]

II.

DENOMINATIO sæpe probat qualitatem rei, D. Barbosa *in l. cum Prætor. 12. §. ultim. num. 243. ff. de judic.* & ideò contractus talis præsumitur, qualis fuit denominatus, Honded. *conf. 35. n. 4. lib. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 1. n. 2.* Ant. Monach. *Florent. decis. 51. num. 5.*

III.

DENOMINATIO diversa significat res esse in substantia diversas, *l. si idem 7. C. d. codicill.* Paris. *conf. 110. n. 45. lib. 1.* Cravett. *conf. 6. n. 1.*

CAP. XVI.

De Denunciatione *vide supra* delegatio. *infr.* Notificatio.

Axioma I.

Denunciationem & interpellationem semel fieri sufficit. *l. Titia Sejo 87. §. usuras 1. de leg. 2. l. trajectitia 23. de O. & A. v.* Treutler. *2. Disp. 1. th. 8. lit. G.*

Declarationis loco nota, denunciationem fieri ad finem duplicem; vel ob certificationem, vel ad implendam solennitatem. De priore casu vera est regula, *per dd. text.* In posteriore tot denunciationes præstandæ, quot à Lege requiruntur. *l. 4. de pign. act.* ubi vid. Anton. Fab. *in rat. decid. juncta l. 3. §. 1. C. de jure domin. impetr.* & ita solennis denunciatio magnum habet effectum, tum in contractibus, *d. l. 4. l. 1. §. 3. de peric. & com. rei vend.* tum in delictis. Exempl. *auth. Si quis post l. 30. C. de Adult.* Porrò de vocis hujus ambiguitate consule post veteres Ummium *disput. XI. de processibus. n. 14.* Renneman. *disp. de abusib. cap. 5.* Zanger. *part. 2. de except. cap. 2.* Cabalin. *§. 3. de Eviction. n. 21.* Nic Burgund. *Com. de Eviction. cap. 57.*

II.

Quoties denunciatio rem esse alienam fit ante contractum, toties impedit usucapionem *l. 17. C. de R. V.* quia denunciatio malam fidem inducit. Ita ergò si Dominus denunciaverit emtori, ne emeret, emtor usucapere non poterit.

De denunciatione Litis vid. LITIS DENUNCIATIO.

CAP. XVII.

De Deo.

Omnia in laudem Dei fiant. *cap. 1. de Officio Custod.*

CAP. XVIII.

De Depositio.

Axioma I.

Quoties depositarius deponentem occasione ipsius depositi obligatum habet, toties conceditur depositi retentio.

Ratio: quicquid contrario judicio peti & obtineri potest, illud etiam per retentionem servari potest ab illo, qui directo judicio convenitur. *l. 18. §. fin. ff. Commod.* poterit igitur retineri ob impensas quas fecit, ne res deposita in manus hostium deveniret. Non item ob debitum, quò antehac obligatus fuit deponens, uti intelligenda *l. ult. C. Commod. conf. Vinn. in select. Jur. quæstion. l. 1. c. 51.* nisi de hoc in specie etiam conventum. *Mev. P. 2. dec. 55.*

II.

Depositum habet executionem paratam, *Rol. à Valle conf. 4. n. 4. vol. 4.* nec ei potest objici exceptio non numeratæ pecuniæ. *Bald. in L. 13. C. de non num. pec.*

CAP. XIX.

De Derelictione.

Axioma I.

Ubicunque non est libera voluntas rem non ampliùs habendi, ibi res non est pro derelicto habita.

Ratio: quia in his, quæ quis ex necessitate facit, nemo præsumitur liberalis. *l. rem legatam 18. ff. de adim. & transfer. legat.* ut dominium sine animo

animo non amittatur. *arg. l. 58. ff. de A. R. D.* Exemplum est in rebus navis levandæ causâ ejectis.

II.

Quodcunque onus reale est, illud derelictione rei poterit evitari. quia talia onera ratione rei præstantur, nec adeò à me peti possunt, si res mea esse desierit. Exemplum est in Collectis seu Contributionibus, item in servitute oneris ferendi. *l. 12. & 32. ff. si servit. vindic.*

Descendentes *quomodo succedant, vid.* Successio ab intestato.

CAP. XX.

De Desertione *vid.* divortium.

Axioma I.

Ubi nulla malitia, ibi nullus desertionis processus.

Ratio: quia uti in omnibus delictis, ita etiam hic potissimùm voluntas delinquentis inspicienda erit, & juxta hanc quoque pœna dictanda *l. 53. ff. de Furt.*

Exempl. ita ergò si quis pœnæ loco ob delictum aliquod cogeretur abesse, v.g. relegatus, non posset contra eum hic processus institui. conf. *Köppen in usu pract. J. obs. 44.*

Limit. ut procedat de malitia, quæ vel ex odio conjugis, vel injustâ impatientiâ freni conjugalis fuit orta. *Carpz. Jurispr. Eccles. Lib. 3. def. 58. n. 11.*

II.

Quoties desertionis culpa non est in deserente, sed deserto, toties huic matrimonium interdicitur. quia nemo ex suo delicto debet sentire commodum.

Limit. nisi desertus in cœlibatu citra periculum fornicationis vivere non possit, de quo *Carpz. Jurispr. Eccles. P. 2. def. 191.*

III.

Miles, qui ducem vel præpositum suum deserit & non protegit, capite plectitur. *l. 3. §. fin. de re milit.* Vasallus feudum amittit. Limit. nisi tanta vis sit, cui resisti non possit, tunc enim potest saluti suæ consulere. *Perez. C. de re milit. n. 34. seq.* Miles, qui excubias palatii deserit, capite plectitur. *l. 10. pr. ff. de re milit.* qui stationis munus, militiâ dejicitur *l. 3. §. 5. ibique Perez. n. 38.* de pœnis militum desertorum. *vid. t. 1. C. de desert.*

CAP. XXI.

De Destinatione.

Axioma I.

Destinatio excusat à pœna falsi & mendacio. Domin. Geminian. *in cap. ponderet 14. distinct. 50. & in cap. cum illis §. 1. de præbend. in 6.* Zas. *ad l. 41. §. sed si paravit. num. 15.*

II.

Destinatione fundorum & domus nomina non naturâ constituuntur. *l. quod in rerum. 24. §. si quis 3. ff. de legat. 1. l. quæsitum 12. §. si quis eodem, & §. Papinianus 37. de fund. instr. l. ex facto 35. §. rerum. 3. ff. de hered. inst.* Gail. 2. *obs. 62. num. 4.* ubi ex allegatis textibus pertinentias destinatione & voluntate patrisfam. constitui probat. Innocent. *in cap. cum ad sedem. n. 2. & 3. de restit. spoliat.*

III.

DESTINATIO habetur pro re perfecta, vel pro facto. *l. 19. §. 5. vers. etsi non sunt. l. vestimentorum 22. ff. de aur. & argent. legat. l. ligni 55. §. 1. ff. de legat. 3.* Menoch. *de arbitr. casu 290. n. 19.* Francisc. Becc. *consil. 60. n. 32.* Surdus *consil. 105. n. 102. & consil. 293. n. 4. & decis. 141. n. 12.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 126. n. 23. & 24.* ubi limitat, & *cap. 937. cap. 24. & seq.* Joan. Marian. Novar. *in praxi elect. & variat. fori quæst. 47. sect. 1 n. 10. pag. 109.* Joan. Baptist. Costa *de facti scientia, & ignorantia, insp. 25. n. 4.* latè Castill. *controvers. lib. 5. part. 2. cap. 62. n. 56.* [Destinata enim ad aliquem eo loco interpretatione juris sunt, atque sic suum adepta finem essent. *l. 15. §. fin.* ubi Fulg. *ff. de re judic.* cùm quòd de proximo futurum est, id utique pro jam facto habetur. Bartolus & Baldus *in l. penult. de milit. testam.* maximè cum cingendus habeatur pro cincto. *Exempla v. ap. G. Anton. disp. feudal. 6. th. 7. lit. B.*

Declarationis loco hanc regulam intellige, si intentio perficiat actum, *Gail. 2. obs. 11. n. 5.* Regulariter enim, ubi facto hominis opus est, sola destinatio non sufficit, cùm multa animo patrisfamilias concipiantur, quæ tamen non perficiuntur, ut adeò illa destinatio facilè immutari possit. Hinc est, quod destinatio ad ædificium non habeatur pro affixis ædificio. *l. cætera 41. §. sed si 14. ff. de legat. 1.* Zas. *ad l. 41. §. sed si paravit. ff. de legat. 1.* Vel limita tantum in causis favorabilibus, non verò in strictis, Wesenb. *in paratit. ff. de sponsalib. n. 6.* Destinatio enim sola & nuda rei naturam non mutat. *l. 3. C. de furt.* Boër. *decis. 209.* Jas. *in l. cætera 41. §. sed si paravit. ff. de legat. 1.* Moller. *3. semestr. cap. 24. n. 3.* nec pro actu perfecto habetur, nisi forma & finis sit in destinatione. Hinc destinatio patris à fine & usu cujusque rei arguitur. *l. urbana 166. l. carbonum 167. l. 203. de verb. sign. l. 99. in princ. & §. 1. de legat. 3.* Gœdd. *inter Consil. Marpurg. cons. 33. vol. 3. n. 122.* quod tamen secus, si se destinatio habeat veluti causa impellens, vel per accidens *l. carbonum 167. de verb. signific.* Felin. *ad cap. cùm adeò. extr. de rescript.* Jas. *in l. divortio. §. interdum. solut. matr.* nec sufficit eam obiter fieri, sed expresè

expresse & significanter, seu per expressam declarationem. Cravett. *cons. 894. n. 21.* Multum enim inter se differunt, factum aliquod & destinatum esse, ac prorsus ad disparia judicantur. Alex. *consil. 97. n. 26. l. 3.* August. Beroi. *consil. 29. n. 24. vol. 2. consil. 120. num. 10. vol. 1.* Gœdd. *inter Cons. Marp. cons. 33. vol. 3. num. 272.* Hujus regulæ uberiorem declarationem vide *Racemat. Dn. Parentis crim. in Ind. ad l. 3. C. de furt. pag. 301. add. infr. loc. de* pecunia *lib. 14. C. 18. §. 15.*

CAP. XXII.

De Desuetudine *v. infra* non-usus, & supra lib. 3. cap. 59. *ax. 1.* item Dn. Parent. in tract. de alter. tanto, disp. ult.

Desuetudine Leges non abrogantur, sed constitutione correctoria opus est. Fundamentum hujus regulæ latet *in* § *ult. Instit. de libertinis.* ubi licet deditiorum nomen in desuetudinem abierit, abrogatoriâ tamen constitutione opus est.

CAP. XXIII.

De Deterioratione, Detrimento.

Axioma I.

Deterioremrem facit etiam, qui in meliorem statum eam commutat, *l. ult. de usu & habit.* scilicet respectu sui, potest enim usus fieri incommodior: Simile loquendi genus est *in l. 17. §. 2. ff. de serv. rust. præd.*

II.

Nemo potest alterius conditionem deteriorem facere. *l. non debet 74. de Regulis juris.*

Limita scilicet, ut non possit per injuriam alterius conditionem facere deteriorem; possit autem, si suo jure utatur, quia nullus videtur dolo facere, qui jure suo utitur. *l. nullus. 55. de Reg. Jur.* uti nec vim. *l. factum cujus 155. §. non videtur 1. eod.* & nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere jus non habet. *l. nemo damnum 151. de Regulis Juris.* Exemplum vide *in l. fluminum. 24. §. ult. l. Proculus 26. de damn. infect. in fin.* Meier. Endox. *dec. ad. 2. cap. 1.*

III.

Qui rem deteriorem reddit, reddere eam non videtur, *leg. 3. §. 1. Commodatis.* nisi Creditor in morâ accipiendi fuerit, tunc detrimentum, quod interim rei accessit, ad ipsum spectat. *Perez. C. de susceptor. n. 16.*

IV.

Deteriorator interdum cadit jure suo. Ita enim ob deterioratum prædium Emphyteuticum agi potest ad amissionem juris emphyteutici. *Brunnem. ad l. 7. C. de omni agro deserto. n. 2.*

CAP. XXIV.

De Determinatione *vid. infra* limitatio.

Axioma I.

Determinata pacto lege vel conventione non egent aliâ determinatione, sed solum indeterminata. *l. certo 13. §. si totus.* & ibi Bart. *ff. de serv. rust. præd.* Gœd. *inter Consil. Marp. cons. 28. vol. 1. num. 158.*

II.

Determinatio non sumitur ab eo quod erit, sed ab eo quod est, *argum. l. fundi 17. §. ea quæ 10. ff. de act. emt.* Nebelkræ *decis. 11. p. 134. num. 5.* ubi vide plura exempla *l 55. §. si lignum 6. de legat. 3. l. 58. §. 2 pro soc.* & omnino Pacian. *lib. 1. de probat. cap. 32.*

III.

DETERMINATIO una respiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare. *l. jam hoc jure 4. l. Lucius 45. ff. de vulgari & pupillari subst. l. quamvis 4. C. de impub. & aliis subst. eleganter.* Didac. Seg. *de lucr. marit. & uxor. num. 62.* Surdus *cons. 45. n. 37. & cons. 67. num. 28. & cons. 150. n. 17.* Menoch. *cons. 88. num. 19.* Cassanate *cons. 67. num. 28. L.* Schrader. *cons. 49. n. 5.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 70. num. 39.* Anton. Ricciul. *de Jure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib. 4. cap. 42. num. 9.* Marta *in summa succes. legal. part. 1. quæst. 13. art. 9. num. 91.* Giurba *in consuet. Messanens. cap. 3. gloss. 2, n. 12. p. 1.* Vicentius Fusar. *de substitut. quæst. 257. num. 8.* Joan. Marian. Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 7. n. 6.* [*conf. lib. 13. cap. 28. ax. 1. & lib. 14. c. 39. ax. 6.*] una enim determinatio respiciens plura, eandem qualitatem iis tribuit. Baldus *in l. sed et si quis. §. quæsitum. n. 4. ff. si quis caut. in jud. sisti.* etiam in odiosis, Wes. *consil. 42. num. 61.* Iatè Castill. *controvers. lib. 5. part. 2. cap. 97. n. 1. cum seqq.* ubi *num. 5.* intelligit, ubi eadem est ratio, non diversa, vel major. [vid. Summarischer Bericht in Sachen Burg und Stadt Fridberg. *p. 15.*] & *num. 12. cum seq.* limitat, quando determinabilia æqualiter determinare nequeunt, & ubi adest personarum diversitas, majorque in uno quàm in alio considerari potest ratio, & *num. 17. cum seqq.* limitat quoque, quando sumus in dispositione necessaria, aut negativa; vel quando ex æquali determinatione Juris induceretur correctio, & *num. 25. cum seq.* limitat quoque, quando utraque determinatio est clara, vel quando violarentur verba. Add. & Covar. *in cap. possessiones. in princ. part. 3. n. 2. vers. tertio eadem sententia. extr. de reb. Eccles.* Ludov. Gomez. *ad §. item si quis. Instit. de actionib. n. 19. & §. pœnales. Inst. eod. num. 30.*

CAP.

CAP. XXV.
Dictum.
Axioma I.

DICTUM unius, dictum nullius, *l. jurisjurandi 9. C. de testib. cap. cum dilecti 18. in fin. de accusat.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg. 307.* Mascard. *de probat. concl. 343. n. 30.* Farinac. *in praxi criminali part. 4. cons. 60. n. 15.* Et vox unius, vox nullius, *cap. veniens 30. in fin. de testib. cap. cum à nobis 28. eod. tit.* Ludovicus Rodolphinus *variar. quæstion. lib. 2. quæst. 51. n. 41.* Thomas de Thomasset. *reg 307.*

CAP. XXVI.
Dies.
Axioma I.

Dies quoties in obligatione non ponitur, tum pecunia præsenti die debetur. *l. 41. de oblig. l. 14. de Reg. Jur.* & exigi potest, *l. 213. de verbor. signif.* quod cum aliquo temperamento temporis intellige; nec enim cum sacco, ut loquitur *l. 105. ff. de solut.* creditor adire debet, sed expectabit aliquod spatium temporis, quo solutio ejus, quod debetur, commodè fieri possit. quomodo temperamentum illud interpretatur Justinianus *in §. ult. Inst de inut. stip.* Phil. Matth. *ad d. l. 14. ff. de R. I.* promissio: ich will es dieser Tagen entrichten/ intelligitur de biduo *L. 109. ff. de V. O.* ex æquitate tamen ad octo vel quatuordecim dies extenditur. *Schneid. in §. 2. Inst. de V. O. n. 9.*

II.

Dies incertus conditionis instar est. *l. 12. §. ult. ff. de legat. 2. l. sufficit 56. de cond. indeb.* Intelligè scilicet, quando dies adeò sit incertus, ut & illud sit incertum, an & quando venturus sit, veluti cùm Titius consul erit. Quod si enim dies ita incertus sit, quem tamen venturum esse certum est, veluti cum moriar, tùm non erit instar conditionis, nec quicquam repeti potest. Cujac. *lib. 13. observat. cap. 20.*

III.

Quoties dies certa hereditati adjecta, toties detractâ temporis mentione hereditas censetur purè relicta. *l. 34. ff. de hered. instit.* quia hereditas ad tempus non datur, cùm nemo pro parte testatus, pro parte intestatus decedere possit. *l. 7. ff. de R. J.* Ergò causa testati trahit hic ad se causam intestati, ne utile per inutile vitietur. Hinc si Cajum heredem instituerim & post eum Mevium, uterque erit heres.

Limit. ut non procedat (1.) in milite *l. 19. §. ult. ff. de testam. milit.* (2.) si verba ad fideicommissum apta. *l. 77. ff. de hæred. instit.*

IV.

Quacunque ratione dies est incertus, si tertio adjiciatur, semper in ultimis voluntatibus actum facit conditionalem. *l. 9. C. de hered. instit.*

Ratio: quia sic potest non evenire *l. 75. ff. de Cond. & dem.* incertum enim est, an dies ante mortem heredis vel legatarii unquam in tertio sit extiturus. Ita ergò si Cajum heredem instituerim vel ei quid legaverim cùm morietur Mevius, erit institutio seu Legatum conditionale. *Conf. l. 72. l. 75. §. 1. & 3. ff. de Condit. & dem.*

Limit: ut hinc aliud sit in stipulationibus, in quibus dies incertus non ita facit conditionem quoad effectum. *l. 17. ff. de Condict. indeb.* quia in Contractibus spes conditionis ad heredes transit.

V.

Quoties dies adjectus personæ heredis aut Legatarii, toties pro conditione reputatur *l. 75. ff. de Cond. & Dem.* quia sic negotium in futurum eventum differtur. Exemplum est *in l. 21. ff. quando dies legat.*

Limita: nisi dies sit incertus, quando sit extiturus, hic enim nunquam deficere potest. *l. 9. C. de hered. instit.* Exemplum hujus est in *l. 79. pr. ff. de Condit. & dem.*

VI.

Quoties obligatio purè contracta, toties cesit & venit dies, i. e. statim peti potest. *§. 2. Inst. de V. O.* quia ubi causa obligandi præsens, ibi quoque necessum est statim sequi effectum.

Limita: ut tamen debitori temperamentum aliquod solvendi relinquatur juxta *L. quod dicimus 105. ff. de solut.* quod arbitrio judicis erit determinandum: nam quoties in jure certum quid destinatum non est, toties ad arbitrium judicis recurrendum.

VII.

Quoties obligatio in diem contracta, toties cessit dies, sed nondum venit, i. e. incepit deberi, sed nondum peti potest per actionem *l. 44. §. 1. v. ex die. ff. de O. & A.* quia dies in gratiam debitoris est adjectus, minus ergò rectè petitur quod debetur.

Limit. ut tamen ex justâ causâ possit ante diem cautio exigi de debito suâ die exsolvendo.

VIII.

Quoties conditio adjicitur contractui, toties nec cessit nec venit dies *§. 4. Inst. d. V. O.* quia conditio differt obligationem; quod enim est in conditione, illud non est in obligatione, conf. *l. cedere diem 213. ff. de V. S.* limitatio eadem est cum *ax. præc.*

IX.

Dies in dubio semper censetur, favore debitoris adjectus *l. 17. de Reg. Jur. §. omnis in fin. Inst. de verb. oblig. l. eum. 41. ff. eod.* Wesenb. *paratit. de condit. & demonstr. num. 2.* & ita debitor potest vel ipso die vel ante adjectum diem, quandocunque velit, solvere, Obrecht. *ad titulum Codic. de plus petit. cap. 3.*

X.

Dies semper est pars obligationis, sicut & solutionis. *l. 21. §. si tibi 4. ff. de act. empt. l. 1. §. 1 ff. de edend.*

XI.

Dies transmissionem in contractibus non impedit. *§. sub conditione 4. Inst. de verb. oblig. l. in quantitate 73. §. in diem 4. ad Leg. Falcid.* Hartman. Pistor. *1. quæst. 24. n. 62.*

XII.

Diei quemadmodum duplex consideratio in jure usuque forensi Romano se offert: sic etiam duplex ejus usus & effectus erit observandus.

dus. *l. 2. §. 3.* ubi Gœdd. *num. 11. cum seqq. de verbor. sign.* De die solutionis, & num ante eum solvi possit, vid. *Solutio.* quando dies legati cedat, vid. *legatum.*

XIII.

DIES interpellat pro homine, Wesenb. *parat. ff. d. L. Commissoria. med.* ideò obligatus aliquid implere in certo termino, lapso termino dicitur in mora. *l. magnam. 12. C. de contrah. stipulat.* [*l. trajectitiæ 23. de obligat. & act. l. ult. de naut. fœn.* Cujacius *in Paull. ad l. 77. de verb. oblig. & ad l. 40. de reb. credit.* ubi certissimum esse ait, diem solutioni adscriptum interpellare pro creditore & debitorem constituere in mora, quoniam ipse se debitor die solutionis interpellare debet, sibique denunciare, quid sui sit officii, *d. l. 23. de obligat. & action. l. 9. §. 1. de usur. l. 4. §. ult. de L. Comm. l. magnam. 12. C. stipulat.* quod inprimis locum habebit, si legitimum non potest allegari impedimentum. Wesenb. *parat. t. de L. commiss. in med.*] Jason. *in l. si ex legat. num. 14. & seq.* ubi limitat novem modis, Socinus *reg. 15.* ubi limitat quatuor modis. Anton. Gabr. *lib. 3. commun. tit. de solut. concluf. 9.* ubi ponit regulam cum septem ampliationibus, & viginti limitationibus. Rolandus à Valle *cons. 98. num. 9. lib. 2.* Decian. *cons. 84. num. 5. lib. 2.* Cephal. *cons. 186. num. 16.* Mazol. *cons. 116. num. 8.* Riminald. jun. *consil. 1. num. 16.* Rot. *Januen. decis. 139. in princ.* Card. Tusch. *pract. concluf. tom. 2. lit. D. concluf. 408. per totam*, ubi *num. 15. cum seqq.* limitat, quando implementum esset impossibile, vel quando tempore diei certe esset nata obligatio & actio, & in contractu nullo, vel reprobato, aut usurario, vel quando adest probabilis ignorantia. Carolus de Grass. *de except. 32. num. 103.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 666. & cap. 579. num. 12.* Alex. Trentac. *consil. 69. n. 4. & 5.* ubi declarat Surdus *de alim. tit. 1. q. 42. n. 125. cum seqq.* Cancer. *var. resolut. p. 2. c. 5. num. 71.*

Intellige Axioma, ut etiam dies tacita interpellet, & constituat in mora sicut expressa, *l. 2. in fin. C. de Jure emphyt.* Rolandus à Valle *cons. 986. n. lib. 2.* & dicitur tacita, quæ inest à Jure, vel à natura rei, vel contractus, ideò idem operatur, quia dicitur certa, Cephal. *cons. 56. n. 16. & 17.* Anchar. Regien. *quæst. 68. n. 13. lib. 2.* Surdus *consil. 157. n. 26.* Mazol. *consil. 15. n. 74. & seq.* Cardinalis Tusch. *de concl. 408. n. 7.* ubi *n. 10.* post Decian. *cons. 84. n. 5. & 6. lib. 2.* ampliat, quia ne dum lapsus diei inducit moram, sed etiam lapsus horæ. [Adeoque Axioma procedit, sive dies ab homine appositus sit, sive à lege tacitè subintelligatur, *l. 1. §. exactio. C. de rei uxor. act. cap. potuit. 4. de locat.* Anton. Gomez. *var. tom. 2. cap. 11. num. 25. colum. 2. ante finem.* Anton. Bauer. *in tract. de mora part. 2. num. 1. & 2.* Pichardus *eodem tract. n. 67.* Gutier. *de juram. confirmat. part. 1. cap. 56. n. 1.* Rota Genuen. *decis. 139. num. 1.* Anchar. Regien. *decis. 68. n. 13.* Castill. *controvers. libr. 2. cap. 1. num. 62.*

XIV.

DIES termini non computatur in termino, *l. ubi lex 101. ff. de Reg. Jur. cap. 1. de restitut. spoliat. lib. 6.* Ordin. Regia Lusitan. *lib. 3. tit. 13. in princ.* Castrens. *cons. 399. Dies in princip. lib. 1.* Alex. *cons. 42. num. 5. lib. 3.* ubi intelligit, sive terminus statuatur à lege, sive à statuto, Socinus *reg. 16.* ubi ponit regulam, & limitat duobus modis, Tiraquell. *de retractu lign. §. 1. gloss. 11. n. 18. usque ad num. 42.* ubi limitat quindecim modis, Vant. *de nullitat. tit. ex defectu jurisdict. Ordin. num. 160.* Perez. *l. 2. tit. 2. lib. 3. Ord. pag. 494. & l. 22. vers. Sed est dubium. in med. tit. 2. lib. 7. pag. 408.* Fichard. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 14. n. 131. pag. mihi 274.* Azeved. *ad Curiam Pisanam, lib. 4. cap. 6. num. 58.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 12. quæst. 8. num. 8.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 161. à princip.* Cardos. *in praxi judicum & Advocatorum, verb. dies, num. 5. & 6.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 2. tit. de dilationib. resolut. 1.* Aloys. Ricc. *in decisionib. Curiæ Archiepis. Neapolit. decis. 76. num. 1. p. 2.* Cardinalis Tusch. *pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 409.* Rot. *decis. 333.* apud Farin. *in prima collect. noviss.*

[DIES inceptus habetur pro completo in favorabilibus, *l. 1. ff. de manum. l. 1. si quis cant. l. qua ætate 5.* ubi gloss. & Dd. *ff. de testam. l. usucapione 15. & ibi gloss. in princ. ff. de diverf. & temp. præscr. l. in omnibus de O. & A.* Mandos. *reg. 34. q. 20. num. 3. cum seqq.* Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib. 12. quæst. 8. n. 19.* latè Stephanus Gratianus *discept. forens. tom. 4. cap. 607. num. 6. cum seqq.* qui limitant in odiosis, cùm in his tempus numeretur de momento usque ad momentum. *Lin. in Institut. quib. manum. non licet.* & cingendus habeatur pro cincto. Jas. *in l. admonendi 1. lect. num. 55. de Jurejur.* & quæ in continenti fiunt, censeantur inesse, Jas. *in l. lecta. ubi communiter Dd. si cert.*

pet. Medina. *reg.5.* Aliquando tamen non tantum pro complemento, sed totus desideratur effluxisse tanquam in odiosis & debitores gravantibus. §. *2. ubi Osterm. Instit. de V. O. §. ult. Inst. de inut. stipulat.*]

CAP. XXVII.
De Diffamatione & Remedio ex L. Diffamari.

Axioma I.

Quoties alter me debitorem jactat, sed actionem differt, toties ex *l. diffamari 5. C. de ingen. manumiss.* citari potest, ut probet delictum aut taceat, quia sic mea interest, ut diffamatio probetur, quod aliter qvàm diffamantis citatione fieri nequit.

II.

Quoties diffamator prævià citatione se sistit in judicio, toties cessat processus diffamatorius, & incipit processus super debito ordinarius.

Ratio: quia processus diffamatorius non nisi eò tendit, ut alter compellatur ad agendum. Incipit ergò tunc diffamans esse actor & forum rei sequitur, *Mev. P 3. decis. 57. Confer. Barthold. Blazen in Tract. ad l. diffamari c. 4. n. 37. seq.* Hinc diffamatus uti aliàs potest contra diffamantem uti exceptionibus dilatoriis, v. g. satisdationis, vid. Carpz. *in Proces. Tit. 20. art. 1. n. 23.*

CAP. XXIIX.
De Difficultate.

Axioma I.

Difficultas imminens in facto perinde est, ac si fieri non posset, *l. un. §. 2.* ubi gloss. *in verb. consentire. de lib. univers.* Specul. *in tit. de solut.* Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 68. de constit.* Gilman. *4. 1. vot. 4. n. 22.* Revera tamen multum inter hæc interest, difficultas enim in persona, impossibilitas in re ipsa est: hæc impedit stipulationem, ista non item. *l. ult. de A. E.* Cujac. *ad l. 137. circa fin. de V. O.*

II.

Difficultas quæ causatur facto alterius non debet allegari. *l. omnes 17. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud.* Lup. Rom. *cons. 77. num. 2.*

III.

Difficultas excusat à pœnâ. *l. si vehenda 10. §. 1. ad Leg. Rhod. de jact. l. 2. §. 1. ff. si quis caut.* Fed. de Sen. *cons. 122.* Jason. *in l. 1. §. si jusserim. n. 15. de acquir. possess.* Pantschm. *pract q. 1. q. 21. num. 71.* Paris. *1. consil. 107. num. 3.* à mora, Covar. *ad cap. quamvis de pact. part. 2. §. 5. num. 4.* quando scilicet averti non potest. *l. 3. §. si per venditorem. 3. ff. de act. emt.* Gœdd. *de committ. stipul. cap. 11. num. 79.* Difficultas enim æquiparatur impossibilitati. *l. 2. §. 2. vers. ex quo. l. 137. §. cum quis 6. de verb. obl.* Felin. *in cap. Ecclesia. num. 81. de constit.* Sebast. Med. *in tract. de cas. fort. p. 1. quæst. 4. num. 13.* præsertim autem ea difficultas excusat, quæ contingit post contractam obligationem, *d. l. 10. §. 1. vers. idem juris ff. ad Leg. Rhod. de jact.* cùm in contractibus verisimilis mens contrahentium observetur. *l. ult. ff. quæ res pign. oblig. l. semper 34. de Reg. Juris.* ubi autem scivissent difficultatem, verisimiliter non promisissent. *arg. l. cum de indebito 25. ff. de probat.* cui accedit quod *in §. per alium. Instit. de inut. stipulat.* etsi quis promisit se facturum, ut Titius daret, intelligatur se facturum cum effectu: excusatur tamen, si omnem quam potuit diligentiam adhibuit. Ruin. *consil. 67. num. 9.* Bartholom. Kellbenz. *de renunciat. succes. cap. 11. num. 12.*

IV.

Difficultas non vitiat actum. *l. continuus 137. §. illud. 4. de V. O.* Pantschman. *1. pract. quæst. 21. num. 71.*

V.

Difficiliore casu posito, facilior per se intelligitur. *l. 39. §. ult. de vulg. substit. l. 33. de usufr.*

VI.

Quæ difficilia sunt, non statim sunt deteriora. Exempl. *l. Si quis. 11. si quis caut.*

CAP. XXIX.
De Dignitate, Digno.

Axioma I.

Ex dignitate hominis splendor provinciæ, non dignitas hominis ex provincia oritur. Matth. Stephan. *l. 2. de jurisdict. part. 1. cap. 6. num. 31.* ubi quoad Ecclesiasticos hoc limitat: quo alludit Gallorum formula, que la personne, ennoblit la chose, Masver. *in pacto tit. de Tallis n. 9.* Brisson. *in basilic. lib. 6. tit. 15. art. 1.* Molin. *consuet. Paris. §. 1. gloss. 5. verb. le fief. num. 63.* Chassan. *in consuet. Burgund. ult. de Droits apparata gens mariez art. 19. num. 27.* Victor. *in disp. de caus. exemt. Imp. concl. 25.*

II.

Dignitas semper est eadem, *cap. quoniam 4.* & ibi gloss. *de offic. delegat. cap. gratiosè 5. de rescript. in 6.* Menoch. *lib. 1. arb. judic. quæst. 67. num. 21.* Unde rectè dixit Baldus *cons. 345. col. 3. volum. 1.* Quod si successor principis facto sui antecessoris contravenit, contravenire dicatur sibi ipsi, cum semper sit unus principatus, unum Imperium. Vultejus *inter consil. Marp. cons. 20. volum. 3. num. 57.*

III.

Dignitas & honor non jubet deponere amorem patriæ *l. 28. C. de Decur.* Hinc Nobiles non possunt detrectare munera publica, si in Civitatibus habitent. *arg. N. 15. cap. 1.* Brunnem. *C. de decurion. col. 8.*

IV. Digni-

IV.

Dignitas criminibus amittitur, secutâ scil. condemnatione. *l. 1. in fin. C. ubi senat. vel Clariss.* & Judices, qui se furtis vel sceleribus inquinarunt, ablatis Codicillorum insignibus & honore exuti inter infimæ plebis homines habentur. *l. 12. C. de dignit.* ob crimen autem læsæ Majestatis nobilitas jam à commissi imò cogitati criminis die amissa censetur, quandocunque posteà sequatur condemnatio. *l. 6. l. fin. C. ad L. Jul. Majest.* Aliàs de crimine suspectus vel accusatus dignitatem & administrationem retinet. *l. 17. §. 12. ad Municip.* in Ecclesiasticis ei, donec causa finiatur, datur Coadjutor *cap. 37. X. de offic. deleg.* acquirendæ autem dignitati semper obstat quælibet criminis objectio. *Perez. Cod. de dignit. n. 71.-73.*

V.

Dignitates duæ in unâ personâ possunt concurrere. Limita (1.) si habeat una annexam administrationem, quæ superiorem dignitatem impedit. *l. fin. §. 1. C. de assess.* (2.) Beneficiorum Ecclesiasticorum concursus est prohibitus *can. sanctorum. dist. 70. vid.* Brunnem. *C. de dignit. col. 4. n. 3.*

VI.

Dignitas major non tollit minorem, *l. Senatoris 6. §. 1. in fin. ff. de Senatorib. l. 23. ad municipal. l. eos. 11. C. de excusat. mun. libr. 10.* Dignius enim trahit ad se minus dignum, Gail. *lib. 1. obs. 30. num. 23.* vid. Arnis. *de Majest. lib. 1. cap. 4. num. 1.* & retinetur minoris dignitatis titulus. *Perez. C. de silentiar. n. 4. 6.* imò hodie per acquisitionem minoris dignitatis non amittitur major. Et is qui antiquam dignitatem recuperat, recuperat quidem antiquum honorem, non verò locum. vid. *Perez. C. de dignit. n. 61.*

Limita: quòd dignitas major tollat minorem in diversis subjectis. Sic proconsul portam Romæ ingressus deponit imperium. *l. fin. de offic. proconsul.* Archiepiscopis Romam ingredientibus Crux non præfertur. Legati absente tantùm Principe lucent tanquam stellæ absente sole. *Perez. C. de Consul. n. 13. seqq.*

VII.

Dignitates plenissimè sunt interpretandæ, ne maneat inane nomen honoris, nec fiant elusoriæ, sed effectum aliquem sortiantur. *Brunnem. C. de decur. column. 9.*

VIII.

Onera dignitatis à patre filio impetratæ ipsi patri omnibusque ejus heredibus, non filio soli incumbunt. *l. 1. §. 16. C. de Collat.* Limita (1.) nisi filius mortuo jam patre dignitatem acquisivit. *l. 20. §. 6. l. 39. §. 3. famil. ercisc.* (2.) nisi militia emta à patre filio ejusque heredi lucrum ferat. *Perez. C. de pericul. succes. parent. n. 1. seqq.*

IX.

Dignitatis nomine contrahuntur, quæ contrahuntur de re pertinenti ad dignitatem. Mandel. *consil. 67. num. 1. & in cap. quoniam Abbas.* & ibi Dd. *de offic. deleg.* Quæ autem nomine dignitatis sunt contracta, non in personam, sed in rem sunt contracta, ut vult Baldus *in cap. ult. ante fin. de sent. & re judic.* & *cons. 59. colum. 1. lib. 3.* nec contractus extinguitur, qui ejus nomine celebratus erat. Tiraquell. *de jure primog. quæst. 35. num. 19.* Arnis. *d. l. 1. cap. 7. num. 13.*

X.

Dignitas non moritur nec mutatur, *l. à divo Pio 15. de re judic. l. 76. de judic. cap. quoniam Abbas. 14. de offic. deleg. cap. si gratiosè. 5. de refer. in 6.* sed in successorem transit, Panorm. & Dd. *in cap. 1. de probat.* Castald. *de Imperat. quæst. 114. num. 1.* Boër. *decis. 204. num 42.* Carolus Tapia *in l. fin. part. 2. c. 9. num. 12. de const.* per *cap. significavit. 36. de restr.* Costal. *ad d. l. 76. de judic.*

XI.

Dignitas diminuta non diminuit Majestatem. *l. semper 5. de jur. immun.* Arnis. *lib. 1. cap. 4. num. 1. de Majest.*

XII.

Dignitas fortior est, quam quis habet per se, illâ, quam quis habet per alium. Steph. Gratian. *lib. 1. discept. forens. cap. 111. n. 58.* Natta *cons. 179. num. 8. tom. 1.* Cravett. *cons. 982. num. 23. p. 6. arg. l. 1. & 2. ff. de offic. proconsul. l. 33. §. 1. de fideicommiss. libert. l. antepen. de captiv. l. 56. cum seq. de legat. 2. l. fin. ff. quod cujusque univers. nom. l. 9. de admin. tut. l. 5. ff. de jurisdictione.*

XIII.

Dignitas aliqua est sine gradu, ut *in l. un. C. de infam. ibi. integræ dignitatis homines.* Altera cum gradu, quæ manat ex honore aliquo seu Magistratu, illa non tam est ex honore, quàm integrâ existimatione. Besold. *loc. commun.* von Advocaten. *pag. 21.*

XIV.

Dignitas eò major habetur, qvò major est concedens. *l. 2. ibique gl. ff. de alb. scribend. Gilcken. lib. 1. C. ad Auth. quas Act. de SS. Eccles. cap. 9. n. 42.* Cravett. *cons. 982. n. 6.* Menoch. *cons. 51. num. 29. lib. 1. cons. 257. n. 11. tom. 3.* Peregrinus *cons. 3. num. 34. vol. 2.* Farinac. *cons. crim. 95. num. 9. lib. 1.* Cephal. *cons. 615. num. 42. lib. 5.* Natt. *cons. 638. num. 21. tom. 3.* Nolden. *de stat. Nobil. cap. 2. n. 15.*

XV.

Dignitas non pecuniâ, sed virtute emitur. Richard. Dieter. *de summa Imper. Majest. conclus. 115.* Martin. Laudens. *tract. de dignit. quæst. 106.* Decian. *resp. 19. num. 14. vol. 3.*

XVI.

Dignitas dignitati juncta, priorem non abolet, sed auget & illustriorem reddit, Simon. Majol. *tom. 2. dier. canic. colloq. 6.* Zasius *ad tit. de Senat. num. 6. tom. 2.* Guilhelm. de Montefer. *in succes. reg. dub. 1. num. 4.* Ludovicus à Peguer. *decis. 5. num. 4. per tot.* Coler. *consil. 33. num. 101.* Socinus *consil. 129. num. 7. volum. 1.* Cephal. *consil. 331. num. 20.* Nolden. *de stat. Nobil. cap. ult. num. 193.*

XVII.

Illi, qui sunt in dignitate aliqua, præcedere debent aliis, qui talem non habent, etiam quod sint natu majores *l.1. & 2. de alb. scrib.* quia dignitatum ordines sunt servandi: rubrica est expressa in Cod. *ut dign. ord. servetur.* Farin. *lib. 1. Consil. crimin. cons. 94. num. 8.*

XVIII.

Per dignitatem augetur utilitas, *l. 18. §. 1. in fin. de judic.*

XIX.

Dignitas auget delictum, quoties hoc cadit in contumeliam dignitatis. quia sic dupliciter peccatur, in dignitatem & in leges. Exemplum est *in l. 14. ff. de pœn.*

XX.

Dignitas & eminentia, marito ex nativitate vel ex singulari privilegio competens, uxori communicatur. quia viri conditionem sequitur uxor. *l. fœminæ 8. ff. de senat.*

Limita: nisi ad secunda vota transierit, quô tamen casu impetrare poterit à principe, ut priorem retineat dignitatem. *l. fin. ff. de senat.*

XXI.

Artes vilissimas qui exercent, ad dignitates non debent admitti. Tales sunt pistores, custodes portarum, vendentes ad mensuram sal, oleum, fructus & alia, itemque usurarii. *Joh. de Platea in l. 6. C. de dignit.* Posteris tamen non obstant intermediæ parentum sordidæ artes, si dignitas à majoribus dependeat. *l. 3. ff. de Interdict. & Releg. vid. Perez. Cod. de dignitat. n. 74. seqq.*

XXII.

Pernicioſum est dignitatibus imponere Collectas. *Brunnem. C. de prætor. & dignitat. Præturæ in fin.*

XXIII.

Personæ in dignitate constitutæ immunitatibus fruuntur, non tantùm quàmdiu sunt in illo munere, sed quoad vivunt. ita ut deposito officio præcedentia adhuc tribuatur ei, qui primus ad dignitatem pervenit; qui autem adhuc administrat, exofficiales præcedit. *Perez. C. de præfect. prætor. n. 5. 6.*

Limita, ut deposito officio non ampliùs gaudeant immunitatibus (1.) circa dispositionem Bonorum. *l. 21. de milit. test* (2.) si immunitas non propter dignitatem sed officium data sit. *l. 5. §. 3. de Jure immunit.* Brunnem. *C. de excus. mun. col. 2.*

XXIV.

Salutis cumprimis & dignitatis habenda est ratio. *l. 7. ad SC. Treb.*

XXV.

Sacrilegii instar est dubitare, an is dignus sit, quem imperator elegerit. *l. 3. C. de crim. sacril.* Petr. Peck. *de jur. quæsit. non toll. cap. 2. num. 4.* Gratian. *lib. 1. discept. forens. cap. 186. num. 52.* Martinus de Caraz. *tr. de princ. quæst. 2.* Castald. *de Imper. quæst. 109. num. 7.* Arnulphus Ruzæ *de Jurib. Regal. privil. 7. num. 7.* Nolden. *de stat. Nobil. c. 6. num. 49.*

XXVI.

Dignioribus dignior locus debetur. *can. Metropolitano 19. dist. 63. can. illud 20. caus. 8. q. 1. l. fin. de fid. instr. l. 1. §. sed si 22. ff. de aq. pluv. arc. l. potioris 5. C. de off. Rect. provin. l. 18. C. de nupt. l. honores 7. pr. ff. de decur.* Schneid *de feud. part. 9. n. 23.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 9. num. 151.* Hartman. *2. tit. 49. pract. obs. 4. num. 4.* Seraph. Oliv. *decis. 1445. num. 2. in princ.* & semper digniora sunt præponenda. *gl. in §. fin. Institut. de bon. pos.* Pacian. *1. de probat. cap. 6 num. 5.*

XXVII.

Digniori standum est. Panormitan *in cap. imputari 13. extr. de fid. instrum.* Salicetus *in l. scripturæ. post Bartol. & Cyn. C. de fid. instrum. & in l. exercendis. quæst. 2. Cod. eodem.* Gœdd. *inter Consil. Marpurg. cons. 21. num. 16. volum. 1.*

XXVIII.

Digniora sunt, quæ habent majorem virtutem, potentiam & jurisdictionem. *l. assiduis 12. C. qui pot. in pign. cap. cum inferior 16. de major. & obed. cap. in novo 2. cum gloss. 21. distinct. gl. in l. fid. juss. §. 1. vers. possit. de pign.* Fachin. *lib. contr. 63.*

XXIX.

A digniori fieri debet denominatio. *l. quicquid. 27. §. cum partes 2. ff. de acquir. domin. l. quæritur 10. de statu hominum.* Quod intellige cæteris paribus. Matrimonium enim non à digniori denominatur. *princ. instit. de nuptiis,* quia mater majora sustinet onera quàm pater; ante enim partum gravida existens est onerosa, in partu dolorosa, & post partum laborioſa, velut in educatione, *cap. ex literis. 2. de convers. infidel.*

XXX.

DIGNUM magis trahit ad se minus dignum, *l. quæ religiosis 43. ff. de rei vindicat. l. si communem 10. ff. quemadmodum servit. amitt. l. justissimè 44. de ædilit. edict. l. per minorem 54. ff. de judic. §. si in aliena, & §. litteræ, Instit. de rerum divis. cap. quod in dubiis 3. de consecrat. Ecclesiæ, cap. 1. eod. tit. lib. 6. cap. quando 3. de judic. c. si duobus 7. de Appell. cap. sacris. 12. de sepultur. cap. per tuas, 9. de arbitr.* gloss. *in cap. unic. de jure patron. lib. 6.* Alex. *cons. 82. In causa. in fin. lib. 1.* ubi Apostill. *in verb. dignum, & cons. 122. Viso puncto. num. 17. cum seqq. lib. 4.* Tiraquell. *de retractu lign. §. 1. gloss. 7. num. 82.* Anton. Gomez. *var. tom. 3. cap. 10. num. 6.* Hieronym. Grach. *in cons. syndicatus. num. 39.* Pichard. *ad princip. Instit. de empt. & vendit. num. 17. & ad §. 7. Instit. de fideicommiss. hæred. num. 3.* Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 29. num. 8.* Ugolin. *de potestate Episcopi, cap. 16. §. 1. num. 1.* Benedict. Ægid. *in repet. l. 1. C. de sacrosancta Eccles. part. 3. §. 1. num. 14.* Monet. *de decimis, cap. 9. quæst. 5. num. 258.* Ferrer. *in constitut. Cataloniæ, gloss. 2. num. 56.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapoli-*

Neapolitan. decis. 228. num. 9. part. 2. Bellet. *disquisit. Clerical. part. 1. tit. de favore Clericorum person. § 16. num. 4.* Cardinalis Tuschus *pract. conclus. tom. 2 lit. D. conclus. 435. per totam.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 641.* Joan. Marian. Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 11. num. 10.* noviſſimè Grana *ad cap. 3. num. 3. de judic.* [Sic majus lumen minus obfuscat Acac. Enenck. *2. de privil. c. 5. n. 20.* Victor *disp. de caus. exemt. imper. conclus 30.* Heig. *q. 16. n. 33. p. 1.* non contra.]

Hoc verum intellige, quando æquè principaliter datur concurſus; ſecus verò quando una res principalis eſt, & altera acceſſoria, *l. cum diverſis 44. ff. de relig. & ſumpt. funer. cap. unic. principale ad ſe trahere videatur, 10. quæſt. 3.* Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ verb. acceſſorium.*

CAP. XXX.

De Dilatione, Tempore, Spatio. *confer.* infr. mora, procraſtinatio.

Axioma I.

Ad quemlibet actum perficiendum conveniens ſpatium tribuendum eſt. *l. Spatium. q. 5. D. Edendo.*

II.

Facilius aliquid differtur quàm tollitur: ſic, verbi cauſa, princeps poteſt concedere debitori reſcriptum, per quod differatur ſolutio & debitum; ſed non licet dare reſcriptum, per quod in totum tollatur debitum. *l. 2. l. 4. C. de prec. Imp. off.* Jaſ. *d. loc. num. 37.*

III.

Dilationum materia, ut lites præcidantur, amputanda. *l. 2. C. de temp. & reparat. Appellat.* Menoch. *conſil. 105. num. 33.*

CAP. XXXI.

De Dilecto.

Axioma I.

Minus dilectus non debet cenſeri melioris conditionis, quàm magis dilectus, Natt. *2. conſ. 326. num. 3.*

CAP. XXXII.

De Diligenti, Diligentia: Negligentia, Negligente, *ubi vide plura.*

Axioma I.

Diligens & fidelis quilibet in officio ſuo præſumitur. *l. 2. verſ. quod non arbitramur. C. de offic. civil. jud. l. 1. in pr. C. de ſuſcept. præp. & arc. 10. 70.* Decian. *reſp. 2. num. 213. vol. 1.* Franciſc. Burſat. *conſ. 331. num. 9.* Clar. *5. ſent. recept. § fin. quæſt. 7. verſ. habet igitur.* Cravett. *conſ. 425. num. 58. conſ. 931. num. 7.* maximè qui jurejurando ſe obſtrinxit, Cravett. *conſ. 930. num. 10. verſ. juramenti mtione.* Gœdd. *inter Conſil. Marpurg. conſ. 33. volum. 3. num. 220.*

II.

Diligenti & vigilanti nihil eſt imputandum *l. 5. §. 4. verſ. jubemus eundem. C. de temp appell.* ne induſtria pœnas ſolvat, *l. 12. C. de agric & cenſ.* vel ne doleant diligentes, *l. 3. C. de alluvionib. C. A. de temp. appell. th. 19. l. 6. §. 2. ff. de rebus aut. jud.* ſic ſtudium commendatur, §. *ult. Conſtit. proœm. Inſt.* & ibi notat eleganter exemplo Voluſii Mæciani. *l. 17. in fin. de jure patron.* Sicut autem diligentia nemini debet eſſe damnoſa, *d. l. ult. C. de alluv. & Palud.* ita nec negligentia cuiquam debet eſſe proficua. *l. ſicut 17. C. de falſ.* Hujus enim fructus damnum eſt, *l. 2. C. de cond. in publ. horreis 10. 26.* qui enim, cùm bene poſſit facere, id negligit, nullâ veniâ dignus eſt. *l. Imperialis 23. C. de emt. L. de penna ad l. 4. C. de cenſ.* Sicut enim diligenti cultura prædiorum pretia ampliantur; ita ſi negligentius habita ſint, minui ea neceſſe eſt, *l. 3 §. Divi fratres 5. ff. de jur. fiſci.* Ne diligentior quiſque deterioris conditionis habeatur. *l. 8. de compenſ.*

III.

Diligentia nimia ſuſpecta, *l. 6. in fin. de bon. damn.*

CAP. XXXIII.

De diſciplina, Diſcipulis.

Adde infr. lib. XIV. Tit. Præceptor. *& hoc lib. cap.* Doctor.

Axioma I.

Boni diſcipuli eſt, egenum præceptorem alere. Elegans hujus rei exemplum *in l. 2. §. ult. de orig. Jur.* exſtat, ubi Sabinus ab auditoribus ſuis, cùm modicas per ſe facultates haberet, ſuſtentatus legitur.

II.

Diſcipuli eſt magiſtri ſui ſententiam, quatenus poteſt, excuſare: Exemplo Caſſii *in l. qualem 19. §. ult. de recept. arb.*

III.

Diſciplinæ modus ſervandus, *l. 13. §. 4. Locati.*

CAP. XXXIV.

De Diſcordia.

Reipublicæ intereſt, ne inter ſubditos ſint diſcordiæ, *l. ſi quis ingenuam 21. §. ult. de captiv. & poſtlim. reverſ. l. 13. § 3. verſ. æquiſſimum. ff. de uſufructu.* Schneid. *in §. quædam actiones. tit. de actionib. commun. divid. num. 17.*

CAP. XXXV.

De Diſcretione, Moderatione.

Omnia cum diſcretione fiant, quæ omnium virtutum mater eſt. *cap. 1. de officio cuſtod.*

CAP. XXXVI.

De Diſparitate.

Ubi diſparitas facti diſparitasque rationis eſt,

est etiam disparitas juris. Miſn. *resp. 90. n. 3. cum seqq.* Joseph. Ludov. *decis. Lucens. 44. n. 61.* Menoch. *cons. 50. n. 2.* Gœdd. *inter Consil. Marpurg. consil. 25. num. 58. vol. 1.*

CAP. XXXVII.

De Dispensatione. *v. Omnino Grotium l. 2. de jure belli pacis c. 20. §. 21. & seqq.*

Axioma I.

In iis, quæ tantum propter publicam honestatem introducta sunt, dispensatio sine læsione conscientiæ potest obtinere. P. Gregor. *lib. 8. Syntagm. cap. 11. num. 23.* Treutl. 1. *cons. 6. num. 31. vid. de dispens. prolixè* Kizel. *in Synops. matrim. cap. 2. thorem 2. & 3.*

II.

Gratia dispensationis extensionem non admittit. Mar. Frecc. *lib. de auth. & potest. Baron. erga subfeudarium quæst. 20.* nam dispensatio est stricti Juris Bald. *in l. 1. C. de ind. vid. toll.*

Limitatur hæc regula quoad connexa: nam dispensatio facta in uno trahitur ad omnia accessoria. glossa *in cap. quia in tantum. extr. de præbend.* Jason. *in l. 1. n. 3. C. de transact.* Carpz. *lib. 4. cons. 63. num. 25. & seq.*

III.

Quodcunque impedimentum est civile, illud per dispensationem licitè tollitur, quia princeps superior est jure Civili. Itaviduæ non gravidæ vel viduo remittere potest princeps tempus luctûs. Carpz. *Jurispr. Eccles. lib. 2. def. 160.*

IV.

Quoties verba & ratio legis sunt manifesta, toties non à Judice, sed à solo principe temperamentum adhibendum.

Ratio: quia voluntas legislatoris adest, quam judex immutare non potest, quippe cujus est non de Legibus, sed secundum Leges judicare *can 3. dist. 4.* Et Judex non debet esse clementior lege *l. perspiciendum 11. ff. de pœn.* Exemplum est in *l. prospexit 12. ff. qui & à quib. manum. lib. non fiunt.*

CAP. XXXIIX.

Disponere, Dispositio, Dispositum.

Axioma I.

Dispositionis præsuppositum cessans facit cessare dispositionem. Glossa *in l. mancipia. C. de serv. fug.* quam recipiunt omnes, teste Menochio *rem. recup. 9. num. 161.* Decian. *cons. 161. n. 1. cons. 317. in fin.* Wesenb. 1. *consil. 25. num. 11.*

II.

Dispositio hominis favorabilior est dispositione legis vel statuti, Menochius *cons. 16. num 24.* ac proinde potius attendenda Alex. *in l. qui liberis §. hæc verba. de vulg. substit.* Port. *cons. 8. n. 15.* Phil. Matth. *inter Cons. Marp. vol. 1. cons. 21. num. 31. v. infr. proviso. axiom. 5.*

III.

Dispositio contra pietatem, verecundiam & jus ipsum facta nullius est momenti. *l. 5. C. de ll. gl. in l. in re mandata. Cod. mand. per l. 15. ff. de cond. Inst.* Gœd. *int. Cons. Marp. cons. 26. vol. 1. num. 338.*

IV.

In dispositionibus hominum in dubio præsumitur causa impulsiva quam finalis. Bald. *ad l. cum tale. §. legata. ff. de cond. & demonstr.* Phil. Franc. *ad cap. cum cessante. col. 2. vers. sed si quæritur. extr. de appell.*

V.

Dispositio ubi duas habet causas finales sive rationes, quamvis una illarum cesset, non tamen cessat dispositio. *argum. §. adfinitatis. inst. de nupt.* intellige verum, quando singulæ rationes per se sunt efficaces & sufficiant. Alioquin quod ex duabus causis introductum est, altera cessante extinguitur Dispositio? Duo enim oracula arctius ligant quàm unum, qua de re eruditè disserit Alciat. *in l. 1. de V. S.* Lin. *ad §. affinitatis. Inst. de nupt.*

VI.

DISPONERE de re sua quilibet potest, *l. dudum 14. D. de contrah. empt. l. in re mandata 21. D. mandati.* [seu quilibet potest rebus suis imponere modum vel legem quem velit, Cravet. *cons. 112. num. 1. cons. 118. n. 3. cons. 147. n. 4.* Cacher. *decis. 100. num. 5.* Thoming. *decis. 13. num. 27. & decis. 53. n. 29.* Mun. de Escob. *in tract. de ratiocinat. cap. 6. num. 35.* Gail. *de arrest. Imp. cap. 6. n. 22.*] Anchar. *cons. 155. num. 7.* ubi declarat procedere, quando quis agit in re penitus sua propria; secus si communis sit, vel in ea alius prætendit, *& cons. 157. n. 7. vers. Secundo,* ubi quod licitum est cuilibet sibi prospicere, & meliorem suam conditionem facere, quando de re sua disponit etiam cum alterius detrimento, Castrens. *cons. 59. Propleniore. in princ. & per tot. lib. 1.* Alex. *cons. 12. lib. 5.* ubi ait procedere multò magis in ultima voluntate, quia potest testator legem, quam velit, imponere rebus suis, refert Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 486. per totam.*

[Limita hanc regulam in prædio serviente, cujus dominus nihil facere potest, ut servitus impediatur, *l. si domus 21. ff. de S. V. P. l. 9. si serv. vindic.* aut deterior fiat. *l. 20. §. 5. de S. V. P. l. 15. §. 6. de usufruct. l. 6. §. ultim. si serv. vind.* Gail. *2. observ. 67. num. 6.* Carpzovius *part. 2. const. 41. def. 1.*]

VII.

DISPOSITIO omnis intelligitur rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus, *l. quod Servius 8. ff. de condict.*

dict. ob causam. [l. 43. in princ. de vulg. subst. l. fin. C. de sponsalib.] cap. in parochia 31. caus. 16. q. 1. gloss. in cap. 2. de rescr. Oldrad. cons. 241. Factum tale est. num. 2. vers. secundo. Feder. de Senis cons. 239. circa med. vers. & vos scitis. Natt. cons. 525. Fuit lata sententia. num. 16. Anchar. cons. 84. Domina, num. 4. & 5. & cons. 394. num. 3. in fin. ubi ait, quòd mutato, vel alterato statu rei, aut dispositionis, seu personæ, mutantur res, dispositio, & persona, & num. 4. ampliat in pacto, quia intelligitur, si res in eodem statuo permanserit. Decian. cons. 334. Viso cons. num. 4. Socinus cons. 22. n. 18. vol. 4. Alex. cons. 25. num. 7. vol. 7. Cravett. cons. 95. num. 4. & cons. 216. vol. 1. Roland. cons. 1. num. 158. vol. 2. Tiraquell. in l. si unquam. C. de revocand. donat. in præfat. num. 166. cum seqq. Surdus cons. 27. num. 6. & plenius cons. 68. num. 18. ubi quod in omni dispositione, & omni contractu partes intelliguntur se restringere ad statum secundum tempus contractus, & rebus sic stantibus, Paris. cons. 165. num. 26. & seq. lib. 4. Nicol. Moron. in tract. de fide, treuga, & pace, quæst. 120. ubi ampliat in contractu pacis, Card. Seraphin. decis. 129. num. 1. & 3. ubi limitat in iis, quæ recipiunt augmentum, & diminutionem, Marian. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 50. num. 2. Joseph. Sesse Aragoniæ decis. 187. num. 23. Card. Tusch. d. tom. 2. lit. D. conclus. 502. per totam. Octav. Glorit. resp. 1. p. 3. n. 220. Steph. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 916. num. 22.

Intellige etiam, quando nova causa justa supervenit, à principio tamen prævisa, aut cogitata, quia tunc dici non potest, quod status rerum sit mutatus, secus vero, ubi non fuit cognita vel cogitata, ita Bartolus in d. l. quod Servius. num. 4. Tiraquell. in d. præfat. num. 168. cum seq. Romanus cons. 22. col. 1. vers. secundo. Gozadin. cons. 27. num. 9. Ruin. cons. 105. in fin. vol. 5. Osasch. Pedem. decis. 91. num. 14. cum seq. Natt. d. cons. 525. num. 16. cum seq. Rebuff. de privil. schol. privil. 76. n. 2. Menoch. cons. 156. num. 32. Octav. Glorit. d. p. 3. num. 265.

Amplia in dispositione jurata, cap. quemadmodum si vir 25. de jurejur. Anchar. cons. 84. num. 4. Hippol. Rimin. cons. 59. num. 76. lib. 1. Cardin. Tusch. d. lit. D. conclus. 502. num. 1. 20. & 34. Rot. decis. 51. num. 3. apud Farinac. p. 1. recent. quia etiam juramentum habet clausulam, rebus sic stantibus, ut resolvunt Doctores per me citati in tract. de clausulis usu freq. claus. 129. num. 2. [Vult. inter Cons. Marp. cons. 25. n. 149. vol. 2.]

VIII.

DISPOSITIO generalis generaliter est intelligenda, ut per Cravett. cons. 133. num. 5. & 6. ubi intelligit, nisi adsit causa restringendi, vel ratio, per quam restrictio sit facienda, & cons. 176. num. 4. & 5. Tiraquell. in l. si unquam. C. de revoc. donat. in præfat. n. 119. ubi quòd dispositio generalis operatur generaliter, tam in odiosis, quàm correctoriis, & pœnalibus, Roman. cons. 379. Circa primum, in princ. ubi extendit ad dispositionem juratam negativam, quæ dicitur universaliter negare.

Limita primò, quia dispositio generalis restringitur ex ratione particulari, l. cùm pater 77. §. dulcissimis 20. ff. de leg. 2. l. si de certa re 31. C. de transact. Garc. Girond. de privileg. seu exemt. signif. num. 277. Osasch. Pedem. decis. 98. num. 10. Surdus cons. 389. n. 9. & seq. [Cujuscunque enim dispositionis ratio restringit dictum ad limites rationis d. l. 77. §. 20. de legat. 2. & ibi Br. & Dd. Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. 39. num. 19.]

Limita secundò, quia omnis dispositio, quantumcunque generalis vel universalis, nunquam comprehendit illud, de quo disponens non posset in specie disponere, Anchar. cons. 155. Optimis rationibus. n. 10. quem refert Card. Tusch. d. tom. 2. lit. D. concl. 490. num. 16.

Limita tertiò, quia non comprehendit casum specialiter definitum, l. cùm in testamento 37. §. fin. ff. de hered. inst. l. servo manumisso 15. ff. de pecul. leg. nec ea, de quibus specialis mentio est facienda, Card. Tusch. d. concl. 490. num. 17. Surdus cons. 456. n. 58. & cons. 550. num. 14.

Limita quartò, quia non extenditur ad incogitata, l. cum Aquiliana 5. ff. de transact. Roman. cons. 294. Hæc confessio, circa fin. Cephal. cons. 3. n. 100. lib. 1. Pedroch. cons. 36. num. 150. & num. 272. cum seqq. Decian. cons. 3. num. 55. & cons. 35. num. 48. lib. 2. & cons. 11. n. 11. lib. 3. Camill. Gallin. de verbor. significat. lib. 1. cap. 9. Castill. controvers. lib. 5. part. 2. cap. 116. num. 4. cum sequentib.

Limita quintò, quia dispositio generalis non comprehendit personas exemptas, Socinus cons. 74. num. 11. lib. 1. quem refert Cardin. Tusch. d. concl. 490. num. 18. ubi num. 19. post Alex. cons. 59. libr. 1. Ruin. cons. 127. libr. 4. extendit non venire prohibita, & quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticam. Nec extenditur ad

personam loquentis, *l. inquisitio 18. C. de solution.* Surdus *cons. 152. num. 45.*

Quæ autem dicatur dispositio generalis, & quæ specialis, vide Barth. *cons. 21. Ut dixit, n. 2.* Menoch. *cons. 106. num. 18.* Card. Tusch. *d. lit. D. conclus. 487.*

IX.

DISPOSITIO limitata limitatum producit effectum, & non extenditur ultra limites, Petrus de Anchar. *cons. 118. Casus talis est. in princ. & num. 4. & cons. 328. Factum tale num. 2.* Cardin. Seraphin. *decis. 911. num. 2.* Cephal. *cons. 284. num. 13. lib. 2.* ubi loquitur in limitatione limitata. Angel. *cons. 138. Visis omnibus, in princip.* ubi de rescripto, & jurisdictione concessa limitate *& cons. 226. Punctus talis est. in fin.* ubi de liberatione limitata, Signorol. de Homed. *cons. 57. Creditor volens, num. 5.* ubi de commissione Judicis limitata. Decian. *cons. 33. num. 55. lib. 1.* ubi de exceptione limitata, *& cons. 19. num. 58. lib. 3.* ubi de renunciatione limitata, quia non extenditur ultra limites expressos, Rolandus à Valle *cons. 41. num. 16. lib. 3.* ubi de libello, *& cons. 58. num. 3. eod. lib. 3.* ubi de donatione limitata. Cravett. *cons. 361. num. 3. & 7. & cons. 363. num. 9. 12. & 20.* Joan. de Anania *cons. 66.* Eugenius *cons. 99.* Alciatus *cons. 44. lib. 9.* Menochius *cons. 326. vol. 4.* Cardin. Tuschus *d. tom. 2. lit. C. concl. 494. per totam.* Octav. Glorit. *resp. 6. num. 14.* Peregrinus *de fideicommiss. art. 1. num 36.* Joan. Anton. Mangil. *de imputat. quæst. 60. num. 1. & quæst. 84. num. 4.*

Intellige maximè, quando provisio in certo casu fit per modum conditionis voluntariæ, ut distinguendo docet Bartolus *in l. Gallus. §. & quid si tantum. sub num. 3. ff. de liberis & posthum.* quem communiter approbari inquit ibi Jason. *sub num. 42.* illumque sequuntur Alex. *cons. 1. sub n. 11. vers. & posito. vol. 1.* Anchar. *cons. 356. sub num. 3. vers. quarto.* Socin. *cons. 256. sub num. 3. col. 2. vol. 2. & cons. 76. num. 6. & 7. vol. 3.* Dec. *cons. 63. sub num. 3. & cons. 89. sub num. 2. vers. & quia.* Rol. *cons. 56. num. 22. vol. 3.* Hond. *cons. 60. num. 27. vol. 1.* Peregr. *cons. 51. num. 8. volum. 5.*

X.

DISPOSITIO omnis intelligitur, ut conveniat naturæ actus, qui celebratur, Alex. *cons. 22. Viso instrumento, in princ. lib. 1.* Surdus *de aliment. tit. 5. quæst. 1. num. 4.* Cardinalis Tuschus *d. tom. 2. lit. D. concl. 503. per totam.* & secundum naturam actus, qui geritur, censetur facta, *l. semper in stipulationibus 34.* ubi Dec. *num. 6. ff. de R. I.* Menoch. *lib. 3. præs. 38. & lib. 6. præs. 10.* Surdus *cons. 392. num. 22. & cons. 454. num. 29. consil. 480. num. 16.* Castill. *controvers. lib. 5. part. 2. cap. 131. n. 20.*

XI.

DISPOSITIO non habet locum, ubi verba non conveniunt dispositionis, *l. 4. §. toties 6. ff. de damno infect. l. quod constitutum 21. ff. de milit. testam.* Alexand. *consil. 17. Requisitus. n. 2. lib. 1. & consil. 17. Visis. num. 8. vers. ultimo. lib. 2.* Gemin. *consil. 65. in princ. v. secunda pars.* Joan. de Imola *consil. 9. in princ.* Bald. *cons. 486. Illud est ordinamentum, circa princ. vers. secundo probatur. lib. 2.* Roman. *cons. 197. Franciscus. in princip. vers. neque; & cons. 199. in princip. & cons. 442. num. 2. & consil. 462. in fin.* Decian. *cons. 9. num. 24. lib. 1.* Brun. à Sole *in locis communib. verb. dispositio. 16.* Cardinalis Tusch. *d. lit. D. concl. 493. per totam.*

XII.

DISPOSITIO omnis inspicitur, & interpretatur, prout verba diriguntur, *l. miles 75. §. pro parte 1. ff. de legat. 2.* Castren. *consil. 252. Viso puncto. col. 2. in pr. lib. 1.* ubi observat, quod curandum non est, cum quo verba sint prolata, sed in quem intentio & Juris dispositio sit directa, Bald. *cons. 495. Præsupposita. vers. non obstant illa verba, lib. 4.* ubi quod verba inspici debent, ut determinent id, ad quod referuntur, non autem alia extranea, Alex. *cons. 120. Omissis. num. 9. lib. 2.* ubi quòd ad cognoscendum, an venditio sit ad corpus, vel ad mensuram, inspiciuntur verba, an venditio incipiat à corpore, vel à mensura, Anchar. *cons. 327. Discurrit materia.* ubi quòd ad cognoscendum dispositionem in omni materia, an sit realis, vel personalis, inspiciuntur verba, an dirigantur in rem, vel in personam; plura alia adducit Cardinalis Tuschus *dict. tom. 2. lit. D. concl. 497. per totam.*

XIII.

DISPOSITIO omnis intelligitur de prima, & unicâ vice, *l. boves 89. §. hoc sermone.* ubi latè Tiraquell. *ff. de verb. signif.* latè Jason. *in l. duobus. §. si ei q. vi ff. de jurejur.* Alexand. *cons. 19. Breviter in casu, per totum. lib. 4.* ubi ampliat in salvo conductu concesso eundi & redeundi ad certum locum, & in omni dispositione, maximè odiosa & exorbitanti, & in dispensatione ad duo beneficia incompatibilia simul retinenda, & in licentia ingrediendi Monasterium Monialium, & in præmio concesso capienti vexillum, & in obligatione de repræsentando, & in venditione fructuum

fructuum, & in legato Pitantiæ in die S. Franciſci, Cumanus *conſ. 14. circa finem.* ubi intelligit in diſpoſitione hominis, ſecus in diſpoſitione legis, maximè favorabilis, Angel. de Peruſ. *conſil. 43. Fratres ſervorum*, ubi mandato ad vendendum, quia intelligitur de prima venditione, Lap. *allegat. 12. in princip. verſ. tertiò.* ubi de mandato ad locandum bona ad quinquennium, Anchar. *conſil. 404. Tria dubia n. 9.* ubi de Medico, qui promiſit liberare infirmum à podagra, quia intelligitur de prima vice, & etiam de conditione implenda, quia ſufficit primum implementum. Incertus Auctor *poſt regulas Socin. reg. 11.* ubi limitat quatuor modis, Antonius Gabr. *commun. lib. 6. tit. de legib. concl. 2.* Surdus *conſil. 18. num. 9.* Cardinalis Tuſch. *d. tom. 2. lit. D. concluſ. 499.* Azor. *Inſtitut. moral. part. 1. lib. 5. cap. 23. quæſt. 5.* Marian. Antonin. *var. reſolut. lib. 1. reſolut. 74. num. 4.* Armendar. *in proœm. addit. ad recop. legum Navarræ, num. 169.* Rot. *deciſ. 423. n. 4. apud Farin. p. 1. recent.* Hering. *de fidejuſſ. cap. 13. num. 14.* Mar. Giurba *conſil. crim. 99. num. 1.*

Limitat multipliciter Anton. de Butr. *conſ. 30. num. 1.* & præcipuè in diſpoſitione, cujus cauſa non reſtringitur ad certum actum, ſed eſt multiplicabilis, & maximè quando cauſa eſt multiplicabilis, & contingit caſu, vel fortuna multiplicatio, non voluntate. Limitat etiam, quando non eſt ratio, quare magis intelligatur de primo actu quàm de iterato, & materia eſt favorabilis, & ex verôſimili mente diſponentis, & quando agitur de modico præjudicio in materia favorabili ultimæ voluntatis, & alias limitationes refert Cardin. Tuſch. *d. concl. 499. num. 34. cum ſeqq.* Plures alias limitationes refert Mar. Giurba *d. conſil. 99. num. 19. cum ſeqq.*

XIV.

DISPOSITIO omnis ſimpliciter prolata, intelligitur, & ampliatur, ac reſtringitur ſecundum Jus commune. Petr. de Anch. *conſil. 9. Viſo themate. num. 13. verſ. omnis enim diſpoſitio. & conſ. 182. Thema tale eſt. num. 7. & conſ. 404. Tria dubia. num. 3. conſ. 421. Præmittendum. in pr.* ubi extendit in ſtatutis & omnibus diſpoſitionibus interpretandis, quia ſemper reducuntur ad Jus commune. Roman. *conſil. 359. In caſu. n. 24. verſ. tertio*, ubi extendit in reſcripto, cujus verba debent ſemper reduci ad ſenſum Juris, Tiraq. *in tr. le. mort. p. 1. declar. 2. num. 2.* Cardin. Tuſch. *d. tom. 3. lit. D. concluſ. 801.* Valaſc. *conſult. 42. num. 7.* D. Barboſ. *in l. 1. ff. ſoluto matr. p. 1. num. 61.*

XV.

DISPOSITIO omnis ſemper intelligi debet de actu valido, ut per Petr. de Anch. *conſ. 6. Viſo themate. n. 5. & 6.* Bald. *conſ. 442. Verba ita dicunt. lib. 1.* ubi quod promittens aſſignare tot debitores, intelligitur de debitoribus veris, & *conſ. 477. In iſto certamine in pr. lib. 2.* ubi quod mandans aliquem debitorem debere abſolvi, vel liberari ab obligatione, intelligitur de liberatione valida, & *conſil. 358. Dubitari poteſt, lib. 5.* ubi quòd obligatus ſolvere decem, & pro illis ſolvere tot nomina debitorum, intelligitur de nominibus debitorum exigibilibus. Angel. *conſ. 159. Conradus col. 3. verſ. de ſecundo.* ubi quod teſtator faciens fideicommiſſum, in eventum, quo hæres non fecerit teſtamentum, intelligi debet de teſtamento habente Juris effectum, Aven. *l. 40. Tauri, gloſſ. 1. num. 28.* ubi quod diſpoſitio regulatur ſecundum Jus vigens tempore diſpoſitionis, Aretin. *conſil. 142. num. 11. verſ. & ſimiliter*, ubi quòd omnis diſpoſitio loquens de probatione, intelligitur de valida & ſufficienti, & *n. 20.* quòd diſpoſitio ſtatuti loquens de ceſſione, de bannito, de contractu, & ſimilibus, debet intelligi de ritè & rectè conſtitutis, & ſic de validis, Bolog. *in addit. ad conſ. Joan. de Anania 83. n. 4.* ubi quod ſtante ſtatuto, quod cedens actionem nobilitate privetur, non intelligitur de ceſſione nulla: & dictante alio, quod de contractu ſolvatur gabella; & quod teſtes publicati excludant probationem ulteriorem, intelligitur de contractu valido, & valida publicatione, Cardin. Tuſch. *d. tom. 2. lit. D. concl. 504. per totam*, ubi *num. 36.* poſt Alex. *conſil. 148. Ponderatis, in princ. & num. 12. lib. 6.* limitat quando contraria præſumptio militat.

XVI.

DISPOSITIO omnis intelligitur de habili, & ſic recipit reſtrictionem de habilitate, Bart. *in auth. de nupt. num. 3. collat. 4.* Cravett. *conſil. 307. num. 2.* ubi quod quando tractatur de aliquo, ſemper præſupponitur habilitas ex alio capite, Bald. *conſil. 207. Quæſtio eſt, num. 3. lib. 2.* ubi loquitur de feudo conceſſo pro ſe, & quibus dederit, ut reſtringatur ad habiles. *& conſ. 424. Formata fuit, lib. 5.* ubi quod ſtatutum diſponens homicidam non poſſe abſolvi, niſi citatis proximioribus habilibus ad accuſandum, Angel.

conſ.

conſ.333.Statuto, Tudertino, ubi quod ſtante ſtatuto prohibente mulierem poſſe contrahere, vel teſtari ſine præſentia fratris, vel proximiorum, intelligitur de habilibus de jure, & de facto, Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, in proœm. num.38.* Cardin. Tuſch. *d. tom.2. lit. D. concluſ. 505.* Mari. Antonin. *var. reſolut. lib.2. reſol.40. n.5. & 6.*

XVII.

DISPOSITUM in principali cenſetur etiam diſpoſitum in dependentibus, Seraph. *de privil. juram. privil.74. num.184.*

XVIII.

DISPOSITUM in uno exæquiparatis, etiam in altero militat, quamvis materia ſit exorbitans, Reinoſo *in obſerv. practicis, obſerv.44.num.3. & obſerv.70.n.51.*

CAP. XXXIX.
De Diſputatione.
Axioma I.

Ab omni ævo digniſſimum creditum eſt ſtudiorum experimentum committere, artes corporum & vocum præſtantiam expendere. *Tertull. Adverſ. Gnoſticos.*

II.

Nemo eſt quem non pudeat convinci diſputantem. *D. Auguſt. Soliloq. cap.7.* hinc Cujacium in diſputatione pro Cathedra Bituricenſi turpiter ſtetiſſe diffusè narrat Joh. Robert. 1. *animadverſ. ult.* quod quanquam factum diffiteatur, Mercator. 1. *not. ult.* exemplo tamen inſervire debet. v. Oſium in præfat. diſpunct. ad Metill.

III.

Inanis eſt diſputatio, quæ ſit ſine cedendi voluntate. Niceph. Gregor. *lib. 10. cap. 11.*

IV.

Diſputando & opponendo veritas luculentior apparet. *l. 2. §. ex legibus. de O. I. l. cum quidam 19. ibique* Jaſon. *in 6. notab. de lib. & Poſth. l. Oſidius 97. de leg. 3.* Cravetta *6. conſ. 985. num. 4.* Franciſc. Caldas *conſ. 9 n. 1.* unde & notando & diſputando optimè profici, colligere licet ex *l. 18. §. 26. ff. de mun. & hon.*

CAP. XL.
De Diſſenſione, diſſenſu, diſcrepantia. *vid.* Conſenſus contrarius.
Axioma I.

Multæ Dd. controverſiæ ex contradicendi libidine ſunt ortæ. Ratio, quia naturalis eſt hominibus ad diſſentiendum facilitas. *l. 17. §. 6. de recept. arbitr.* Exempla ex veteribus habemus Julianum & Marcellum, Cujac. 14. *obſ. 35.* unde ex ea ipſa ratione vera facilius præſumebatur Juliani ſententia, quod ei Marcellus conſentiret. *vid. l. 27. §. 3. Ad legem Aquil. l. 2. §. 1. de nox. act.* & aliud *in l. 3. §. 7. de condict. cauſ. dat.* ubi Celſus filius à patre diſſentit. Idque non mirum eſſe ait Cujac. *in recit. ad l. 5. de ann. leg.* nam quod Marcus Tullius dixit de Philoſophis quibusdam: nihil tàm abſurdè dici poſſe, quod non dicatur à quodam Philoſophorum: Idem etiam de Dd. dici poteſt.

II.

E duabus diverſis ſententiis utraque ſuo reſpectu & modo vera eſſe poteſt. *l. ſi finita. 15. §. illud quæritur. 32. de dam. infect.* Cujac. *in not. ad lib. 2. animadverſ.* Robert. *cap. 28.*

CAP. XLI.
De Diſſolutione.

Unumquodque eodem modo diſſolvitur, quo colligatum eſt. *l. 35. 100. 135. de Reg. Jur.* Exempla in jure paſim occurrunt: ſicut nulla poſſeſſio acquiri niſi animo & corpore poteſt, ita nec amitti niſi utrumque in contrarium actum *l. 8. ff. de acquirend. vel am. poſſ.* Hinc Philoſophi eadem principia deſtructionis, quæ conſtructionis, dicunt, indeqve fit, qvod naturalia naturalibus & civilia civilibus modis tollantur. Hippol. de Collib. *ad d. l. 35. de R. I.*

Declaratur hæc regula à Decio, Petro Matthæi, Bronchorſto & aliis ad *d. l. 35.* quaſi iis tantum modis, quibus quid contractum eſt, etiam debeat diſſolvi per *l. 80. de ſol.* Ideoque varias exceptiones comminiſcuntur. Sed obſtat, quod contractus plures morte ſolvantur, qui tamen vita non conſtituuntur: & verbales contractus etiam reali ſolutione & compenſatione perimantur, quæ tamen ad ſui conſtitutionem rei interventionem non requirunt. Verior ergo eſt *gloſſ. ad d. l. 80.* verbo ſolvi explicatio: quod ſcil. modus ſolvendi maximè naturalis ſit idem qui conſtituendi. *d. l. 35. ibi: nihil tam naturale:* ut modi tamen minus naturales & civiles non excludantur. 2. accipienda eſt regula de cauſſis in contrarium actis. *l. 100. de R. l. 3.* de cauſſis ſimul junctis. Itaque inepta eſt limitatio in cauſſa matrimonii, quod licet conſenſu conſtituatur, diſſenſu tamen non diſſolvatur. Non enim hominum ſolum conſenſu conſiſtit, ſed & verbi divini auctoritate vid. *l. 1. C. Quand. lic. ab emt. reced.* Diodor. Tuld. *p. 1. Juriſpr. extemp. c. 29. p. 163.*

CAP. XLII.
De Diſtinctione.
Axioma I.

Lege non diſtinguente non noſtrum eſt diſtinguere. *l. 2. §. 5. ff. de vi bon. rapt. l. à procuratore 11. C. mandat. §. 3. verſ. & hæc. Inſt. de legit. agn. tut. l. 29. §. ult. ibi: quia non præfinitur tempus. de evict. l. 64. §. 9. ff. ſolut. matrim. l. 4. ibi: Prætor de hoc nihil adjecit. ſi à parent. manum. cap. 2. extra, de conjug. leproſ.* Bocer. *lib. 1. de bell. & duell. cap. 28. num. 11.* Gail. 2. *obſerv. 33. n. 2.* Tuſchus 1. *concluſ. 133. n. 6.* Jacob Curt. 2. *Conject. 10.* Cujac. *l. 1. qq. Pap. ad l. 8. de poſt.*

post. E. Ratio hujus regulæ ejusque declaratio sumi potest ex *l. 15. §. ultimo. ff. de testament. milit.* quia ubi generalis est determinatio, ibi non est distinguendum, maximè cum ex ea re sumitur distinctio, quam Legislator, qui distinctionem omisit, satis notam habuit. *l. 1. §. 1. in fin. ff. si mens. falsum mod.* hic enim dici potest, si distingui volebat, nulla erat difficultas in re nota distinguere. Exempl. *l. 1. §. 11. in fin. Cod. de caduc. toll. d. l. si rem 29. §. ult. ff. de evict. d. l. si vero negotium 64. §. de viro 9. ff. solut. matrim.* imò quamvis aliàs recepta sit distinctio, eadem tamen non est ubivis adhibenda. *l. ejus 34. §. ult. ff. de testam. milit.* & qvamvis elegans sit distinctio, tamen non semper fortiter potest defendi. *l. nuper 85. ff. de leg. 3.* Just. Mejer. *in disput. de hypothec. mulier. num. 70.*

Amplia 1. hanc regulam maximè procedere eo casu, si legislator specialem aliquam (quæ objicitur) circumstantiam sciverit. *d. l. 1. §. 1. si mens. falsi. mod.* valet enim hic maximè illud vulgatum: si id voluisset, nulla fuisset difficultas id disponere. *d. l. unic. §. 11. in fin. C. de caduc. toll.*

2. Quod qui lege non distinguente distinguit, is non tantum præter jus facit, arg. *l. 8. ff. de publ. in rem act.* sed etiam contra jus, *l. 2. §. initium ff. de O. l. vid. pl. infr. in cap. Lex.*

II.

Distinctio temporum est concordia scripturarum *l. apud antiquos. C. de furt.* quam ad hoc allegat Bald. *in c. 1. in pr. post n. 2. de pac. jur. firm.* licet quandoque contrarium dicatur: distingue tempora & vitabis scripturas. *idem* Bald. *d. l.* quô dicto usum fuisse facetum presbyterum Valentinum refert Fusc. *in Singul. Jur. lit. D. n. 75.*

III.

Distinctio ubi modica, ibi cessat confusio. Zas. *in Parat. ff. de servit. numero 13.* Illi enim qui distinctè loquitur plus credendum est. Wes. *lib. 2. conf. 61. num. 30.* Unde & proximum esse veritati dicimus, qui benè distinguit, Salicet. *in præfat. Cod.* cum ea, quæ divisim traduntur, commodius & facilius percipiantur. *§. sed non usque 3. Instit. de legat.* Divisio namque animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, & memoriam artificiosè reformat, *ut inquit Gloss. in §. igitur 4. verb. partiri. Instit. de action.* Distinctionum Exempla occurrunt *in l. 14. §. 7. ff. de religios.* Ea propter communiter in contrariis opinionibus est receptum, eam, quæ fœdere distinctionis cæteras conciliat, sequendam, & sic utramque in suis terminis recipiendam esse, arg. *l. 18. in fin. vers. ibi autem. ff. de hered. pet. l. si finita 15. §. illud quæritur 32. vers. ego puto. ff. de damn. infect. l. 3 §. 7. ff. de acquir. rer. dom.* Finckelthus. *observ. 10. num. 13.* Idque non tantum propter summum usum, qui ostenditur perspicuè & eleganter *in l. ult. C. de edend. & Cons. Arg. lib. 2. conf. 4. num. 64.* verum etiam propter necessitatem, ut videre est *in l. apud antiquos 21. C. de furt.* qvam ad hoc commendat Rota Genuens. *dec. 97. num. 13.* Unde etiam usu evenit, ut in qualibet dispositione ad evitandam contrarietatem oporteat, ubi opus, subdistinguere & subdividere, Alex. *consil. 121. num. 3. lib. 5.* Ruin. *conf. 109. num. 9. lib. 1. & conf. 76. num. 4. eod. lib. 1.* Farin. *1. conf. 95. num. 7.* maximè, quia sententiæ distinguentium & dissentientes opiniones conciliantium valde sint favorabiles. Nevizan. *lib. 5. Sylv. nupt. num. 32. p. 450.* & cæteris anteponendæ. Menoch. *2. præsumpt. 71. num. 47.* Græven. *2. concluf 27. consid. 2. num. 5. & 6.* Riminald. *Instit. de don. pr. num. 23.* qua ratione doctori distinguenti videtur standum, tanqvam magis appropinquanti veritati, quia per divisiones & interpretationes congruentes omnis evitatur amaritudo, Nevizan. *lib. 5. Sylv. nupt. p. 450. num. 32.* fac. *l. adeo 7. §. cum quis vers. & tamen media sententia de acquir. rer. dom. cum aliis*, text. *quos adjecit* Hottom. *3. qq. 4. n. 11.* Sic reprehensionem mereri illos, qui indistinctè loquuntur post gl. *in l. ult. §. ult. verb. portasti ad L. Rhod. de jact.* dixit Wes. *C. de Exerc. act. p. 2. n. 3.* Hinc sæpissimè fieri, ut distinctiones secundum rem potius quam terminos extent, v. g. juris gentium primarii & secundarii, officii judicis nobilis & mercenarii, fructuum naturalium & industrialium, obligationum in civiles, naturales & mixtas asserit Bachov. *in comm. ff. de pact. ad rubr. num. 3.* quibus tamen docendi causa rectè utimur.

Limita, nisi tales sint fallaces & sophisticæ, Hottoman. *quæst. illustr. 43.* Vigel. *in method. leg. jur. contr. col. 3.* Dn. Parens *in tract. de met at. p. 3. sect. 2. cap. 1. n. 10.* vel si sint supervacuæ, has enim exulare debere, patet *ex l. 27. C. ad SC. Velleian.* Unde sæpenumero fit, ut distinctiones hæ æquè obscuræ & incertæ sint, atque jus ipsum, cui distinguendo adhibentur. Vigel. *in rat. legendi juris controvers.* & solet aliquando hic evenire, ut qui subtiliores practici videri volunt, eo se præbeant ineptiores. Anton. Fab. *decis. 21. error. 7.* Exemplum hujus rei luculentum videre licet apud Græv. *2. concluf. 25. n. 5.* Unde merito Vasquius *19. controvers. 61. n. 9. in fin.* Per fenestras talium exceptionum regulas ferè totas evolare solere ait, veluti cum per rivulum aliquem totus amnis elabitur, & Giphan. *ad l. 1 C. de probat.* plerasque distinctiones glossographorum perfugium miserorum esse statuit.

IV.

Divisio ut sit bona, non debet poni per qualitates accidentales, sed essentiales. Dec. *in cap. postulasti in fin. de rescript.* Alex. *in d. l. 1. col. 10. n. 47. vers. in hoc artic. ff. de acquirend. poss. gl. in l. fin. §. quotiens. ff. de publ. & gl. in vers. in servorum. §. fin. Inst. de jur. pers.* Joan. Faber *in §. omnium in 1. col. vers. an hoc dicendum. Inst. de act.* Unde causa efficiens non solet admodum species distinguere. *l. 3. §. 21. de acquir. poss.* Wesenb. *in comm. C. de usufr. n. 18.* Cujac. *ad l. 1. de Vulg. & Pup.*

V.

Nullius sunt artis διχοτομίαι, quæ sine arte constituuntur, unde tales dicuntur phantasmata *in c. vero 4. distinct. 37.* vide Osterm. *de hered. qual. & diff.* solet tamen divisio tripartita in διχοτομίαν resolvi, *l. 5. ff. de pact.* & viceversa. *§. ult. Instit. de jur. nat. gent. & civ.* Sæpè etiam fit, ut divisio aliquando fieri possit in affirmativam & negativam. *§. 2. Inst. de publ. judic.* Ita

pœnæ

pœnæ dividuntur in capitales & non capitales, vid. Bachov. *ad princ. Inſtit. de donat. in fin.* In tali tamen repetitione ſpecierum, genus ſemper repetendum erit, v.c. donatio alia eſt mortis cauſa, alia non mortis cauſa, teſtamentum eſt vel inſcriptis, *l. 13. §. fin. C. de SS. Eccl.* Extraneus non extraneus, *§. 2. Inſt. de adopt.* Feudum Ligium & non Ligium 2. *F. 99.* patroni & non patroni, *l. 16. ff. de his quæ ut indign.* furti manifeſti & non manifeſti, *§. 1. Inſtit. de furt.* ſolet etiam ſæpè fieri, ut in diviſionibus æquivocatorum aut æquiparatorum membra diviſionis præmittantur, non ut pro ſpeciebus retineantur, ſed ut à propoſito removeantur. Arniſ. 2. *relect. polit. cap. 2. ſect. 15. n. 20.* Exempla *vid. 3. Phyſ. 1. & 4. Phyſ. cap. 1. ut & 8. Phyſ. cap. 3.* add. & Dan. Otto *in Reg. Jur.* de ſpecie. *p. 114.* & Bachov. *diſput. 7. theſ. 1. lit. d.* ubi monet, non ſemper ipſas requirendas eſſe ſpecies ritè oppoſitas, ſed & gradus ſufficere. Unde in jure non eſt novum, ut diviſa differant tantum ſecundum magis & minus. Bachov. *diſp. 6. de Act. theſ. 2.* quo fit quod quæcunque dividuntur, ea dividuntur: 1. vel κατὰ τὸ ποσὸν, ſecundum quantitatem, ſive εἰς μέρια in partes: vel 2. κατὰ τὸ εἶδος ſecundum ſpeciem, ſive τῷ λόγῳ ratione Ariſtot. 2. *Metaph. 3. text. 11. & 1. Ethic. 13.* Sic compoſitum usque ad ſimplicem & compoſitionis expertia (μέχρι τῶν ἀσυνθέτων) dividendum eſt. Ariſt. *1. polit. 1.* ταῦτα γὰρ ἐλάχιστα μέρια τοῦ παντός, quo circa Paulus eleganter dixit *in l. ult. ff. de inſtr. leg.* res dividi ſpecie & genere, non modo veritate & quantitate, cum magis & minus ſpeciem non variet. Giphan. *ad l. un. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. p. 259. 6.*

CAP. XLIII.
De Diſtractu.

Diſtractus judicantur ſecundum naturam & ſubſtantiam contractuum & habent in ſe vim relativorum & contrariorum. *l. de tutela 2. C. de in integ. reſtit. l. ab empt. 58. ff. de pact. l. 1. C. quando lic. ab empt. reced.* Bart. *in l. ut ideò. ff. de condict. furt. in princ.* Gail. 2. *obſerv. 2. num. 5.* Iisdem enim regulis continetur diſtractus quibus contractus, maximè quando eadem eſt ratio in utroque. *l. item veniunt 20. in princ. junct. §. 1. de petit. hered.* Gail. *de loc.* Ludolph. Schrader. *de feud. p. 2. part. 9. pr. ſect. 5. num. 16. per auth. e contra. C. de repud. l. 4. l. 7. C. præd. min.* Gœdd. 3. *conſ. Marpurg. 33. num. 71.* Ubi autem eſt par ratio appellatione contractus, veniet & diſtractus. *arg. l. Labeo 19. verſ. contractum. ff. de V. S.* Bald. *in l. fin. C. ſi tut. vel cur. interven.* Bald. *in l. ſive apud. col. 1. C. de tranſact.* Unde ſtatutum, quod de quolibet contractu ſolvatur gabella, non porrigitur ad diſtractum.

CAP. XLIV.
De Diverſitate *v. infra*
Identitas.

Axioma I.

A Diverſis non fit illatio, *vid. infr. cap. de Separatis.* Diverſa enim ratio reformat actum. *l. interpoſitas 13. C. de tranſact.* Carpzov. 1. *conſil. 59. n. 15.*

II.

DIVERSITAS nominum diverſitatem rerum & locorum inducit, *l. ſi idem 7. C. de codicill.* Bald. *conſ. 194. col. fin. verſ. facit etiam lib. 1.* [Diverſitas n. factorum diverſa jura deſiderat. *l. aut facta. 16. §. 3. ff. de pœn. l. ut reſponſum 15. C. de tranſact. ibi data vel minima imparitate.* Everhard. *in loc. Top. loc. 13. q. 11.* Gail. 1. *cap. 5. de Arreſt. n. 5. verſ. facta.* & ex diverſitate vocabulorum inducitur diverſitas effectuum, *ut notant Dd.* Butrius, Cyn. Bald. Caſtr. Albert. *in l. 2. n. 3. C. comm. de legat.* Pacian. *conſ. 3. n. 30.* quod & in teſtamentis & Codicillis obtinere patet *ex d. l. ſi idem 7. C. de Codicill.* Pacian. *conſ. 3. n. 32.* Huc pertinet, quod duo cum faciunt idem non ſit idem, ita idem quoque dictum in alio liberum, in alio furioſum, in alio ſuperbum eſſe. Quintil. 11. *Inſt. 1.*] Alexand. *conſ. 4. n. 4. lib. 1.* ubi quòd eadem quantitas confeſſata in diverſis quietantiis inducit diverſitatem ſolutionum, *& conſil. 96. Conſideratis n. 6. libro 5.* Decian. *conſil. 15. n. 54. lib. 1.* Cardin. Seraphin. *deciſ. 1137. n. 3.* Mari. Giurba *in conſuet. Meſſanen. ſ. cap. 15. gloſſ. 7. n. 14.* Jaſon. *conſil. 87. per totum lib. 3.* ubi quòd quantitas diverſa inducit diverſitatem ſolutionum & obligationis, Anchar. *conſil. 147. Super alia, in princip.* ubi quod diverſitas loci inducit diverſitatem delicti, & diverſitatem facti. Bero. *conſ. 142. n. 11. & 12. lib. 3.* ubi quòd diverſa qualitas diverſificat actus, & diſpoſitiones. Ruin. *conſil. 114. col. 2. n. 1. lib. 5.* & Rimin. *conſ. 429. n. 4. lib. 3.* ubi quòd diverſitas in qualitate facit unum ab altero differre, refert Cardin. Tuſch. *practic. concl. tom. 2. lit. D. concl. 517. per tot.* Rot. *in Piſtorien. ſ. beneficii 11. Maji, 1618. coram Buratto, impreſſa per Vivian. poſt. praxim juris patron. deciſ. 16. n. 11.* [Sic ex diverſitate temporis diverſitatem ſummarum probari *ex l. ſi non ſortem 26. §. libertas. 12. ff. de condict. indeb.* poſt Bart. *ibid. in 30. notab.* aſſerit Pacian. *conſ. 150. n. 15.* Ex diverſitate aut varietate quantitatum præſumi diverſitatem actuum *per l. quingenta 12. ff. de probat.* confirmat idem *conſ. 146. n. 11.* ita & in reſpondendo diverſitatem temporis operari diverſitatem orationum vel capitulorum ex Imola *in cap. cum venerabilis. n. 20. verſ. ſi autem explicite col. 4. extra de except.* deducit Pacian. 1. *de probat. cap. 28. in addit. lit. C.* imò diverſitatem morborum, diverſitatem

sitatem remediorum quærere, & diversa ingenia diversam gubernandi rationem postulare, elucet ex eo, quod aliter cum probis viris agendum sit, aliter contra improbos & audaces; illos n. modestum imperium demerebit, hoc autem acerbum redundet. Sic ingenia subditorum suorum Rex Cotis cognovit, qui Thracibus suis ita imperabat, ut acriter in delinquentes animadverteret, cui cum quidam dixisset, illud esse furere, non regnare, respondit suum furorem subditos efficere temperantes. Prout exempl. illustrat Pacian. 2. *de probat. cap. 44. num. 32. & seq.*]

III.

DIVERSITAS circa eandem rem non debet diverso jure censeri, *l. eum qui ædes 23. ff. de usucap.* Incert. auct. post regulas Socin. *reg. 3.* ubi ponit sex limitationes. Card. Tusch. *d. tom. 2. lit. D. concl. 518. n. 1.* Oldrad. *cons. 151. Si quis verba*, ubi limitat, videlicet quod eadem res diverso jure judicatur ex diversitate accidentium, vel respectu diversarum personarum.

IV.

DIVERSORUM diversum est judicium, *l. inter stipulantem 83. §. sacram. ff. de verbor. oblig.* Steph. Grat. *Marchiæ decis. 32. n. 8. & decis. 42. n. 10.* [& quæ diversos habent tractatus, diversam quoque habent substantiam. *l. 2. §. quartus 5. C. de V. I. E. l. 2. ff. de milit. testam.* Diversitas tamen effectuum diversitatem substantiæ non inducit. *l. fin. ff. de fund. instr.*

V.

Diversitas debet esse inter eligentem & electum. Paris. *Cons. 8. n. 39. Vol. 1.* sicut inter præsentantem & præsentatum, instituentem & institutum. *cap. f. de instit.*

CAP. XLV.

Divinare.

Axioma I.

DIVINARE nemo tenetur, *l. si putator 31. ff. ad L. Aquil. l. si fidejussor 29. vers. ignoscendum. ff. mandat. l. apud Celsum. 4. & ibi:* Sebast. Næv. *n. 47. ff. de dol. mali except.* Roman. *cons. 393. in fine vers. divinare. & cons. 395. n. 5.* Rimin. jun. *cons. 544. n. 198.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 519.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 45. § 3. n. 20.*

[Procedit hæc regula in prorsus divinatoriis, provisiones autem seu divinationes circa res, quæ facile & sæpe contingere solent, in jure requiruntur. *l. 35. d. N. G. l. 9. §. 1. locati. l. 4. Quod vi aut clam.*]

II.

DIVINATORIUS intellectus rejicitur *l. fin. C. de contrahenda empt.* Camill. Gattin *de verb. signif. lib. 5. cap. 10. n. 15.* ubi *n. 16.* limitat, ut legum contrarietas evitetur, & *lib. 6. cap. 7. n. 6.* Et ideo divinare non debemus in interpretanda testatoris voluntate. Leo *Valent. decis. 60. n. 20. lib. 1.* Mant. *de Conject. ult. vol. lib. 3. tit. 2. num. 1.*

De Dividuo *v. infra* de individuo.

CAP. XLVI.

De Divisione, Diviso.

Axioma I.

Divisio est species alienationis *l. 1. C. comm. utriusque jud. l. 2. ff. de fund. dotal. l. item quamvis 10. §. ult. ff. comm. divid. l. si pupillorum 7. in princ. de reb. eor. l. cum hi. 8. §. sed si pluribus. de transact.* Bart. *in l. qui Romæ §. duo fratres. ff. de verb. obl.* Regn. Sixt. *3. cons. Marpurg. 11. num. 10.* Carpzovius *p. 3. const. 15. defin. 44. n. 3.* Vult. 1. *cons. Marp. 22. n. 7.* Cravett. *cons. 264. n. 4.* & quidem necessaria, ut ibidem prosequitur *d. loc.* cum sit par emptioni Corn. *cons 212. n. vol. 1.* maximè ubi alius pro pretio prædium, alius pecuniam accipit, *d. loc. 1.* ubi Bald. Salicet. *n. 1. C. comm. utriusque jud. l. quod tamen 14. de contrah. empt. l. litis æstimatio 3. pro empt. l. 1. l. ad officium 3. C. comm. divid. l. plerumque 10. de jur. dot.* magis tamen tali in casu esse redintegrationem quàm alienationem vel divisionem dixerunt Bald. Alvar. & Dd. *in §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per* Frid. Jacob. *in investit. verb. Marchio. num. 7.* Socinus *cons. 18. Visis vol. 2.* Curt. *tract. feud. part. 4. num. 124.* potissimum inter fratres, Corn. *cons. 24. num. 12. col. 2.* Cùm enim pro pecunia alienatur sua portio in fratrē, res non mutatur, neque manum mutat, quia nec in extraneas personas abit, sed apud consortem manet. Andr. de Isern. *cap. 1. §. 1. per quos fiat invest. per text. cap. 1. de alien. feud. pat.* Bald. *in cap. unic. in fin. vers. item sciendum de alien. feud. per l. 1. §. ceteri verò 8. C. de impon. lucrat. descr.* & *ibid.* Bart. Joan. de Plat. Jacob. Rebuff. idem *in l. 1. n. 3. non licet. hab metrop. lib. 11.* Joan. Andr. ad Specul. *de feud. §. nunc verò aliqua. vers. 22. in princ.* Andr. de Isern. Præpos. Alvar. *in cap. 1. §. 1. per quos fiat invest.* Bart. & Castr. *in l. & ideo. de condict. furt. d. l. cum hi 8. §. si uni 15. de transact. l. si domus 71. §. fin. de legat. 1. l. qui Romæ 122. §. duo fratres 6. de verbor. obligat. l. voluntas 4.* ubi Jason. *C. de fideicommiss.* Molin. *Cons. Paris. lib. 1. §. 13. gloss. 6. num. 5.* Stephan. Bezrand. *cons. 188. Viso lib. 1.* Unde & divisio favorabilior dicitur, ac facilius de jure admittitur quàm aliæ alienationes, ideoque licet in feudis alienationes aliæ prohibeantur, divisio tamen regulariter licita erit, etiam non consentiente domino. *cap. 1. §. item si fuerint duo quib. mod. feud. cap. 1. §. omnes filii. si de feud. defunct. content.* Jason *in l. si de §. fin. ff. de legat. 1.* Regner. Sixtin. *3. Cons. Marp. 11. n. 11.* Hattyf. *de feud. cap. 10. n. 17 pag. m. 101.*

II.

Divisio contractus est reciprocus & ultro citroque obligatorius, Socinus *cons. 25. n. 7 vol. 4.* Joachim. Mynf. *consil. 49. Cum ad exhibitam. n. 11.* Wesenb. 2. *cons. 51. num. 45.*

III.

Divisio non cadit in res aliquas, nisi ubi

est communio. *l. 1. & 3. commun. divid. l. sed si fortè 6.* ubi Bart. *ff. de reb. eor.* Parii. *conf. 16. n. 46. & 47. vol. 2.* Divisio enim tantum fit respectu dividentium, ut à communione discedatur, & qvisqve suam portionem accipiat & acqvirat. *l. 1. l. 2. l. 3. l. ult. C. comm. divid. l. 1. l. 2. ff eod. §. si familiæ 4. Inst. de offic. judic.* ultra hunc finem operari & rerum ipsarum qvalitatem immutare debet. *l. non omnis 19. ff. si cert. pet.* Qvocirca intelliguntur res ex divisione eodem jure possideri, quo ante in communi possidebantur. *l. si familiæ 14. C. famil. hercis. l. si fratres 7. C. com. utriusqve judic.* exemplo emptionis, ubi res in emptorem transferuntur eodem jure iisdemqve facultatibus, quibus penes venditorem fuerunt. *l. si debitor 12. C. de dist. pign.*

IV.

Divisio si commodè fieri non possit, venitur ad licitationem, & habens majorem partem obtinet, si pretium æqvale offerat, qvod alter obtulit. Capycc. *decis. 36. conf. 1d. decis. 42.* maximè res avitæ & insignes uni adjudicantur, alteri æstimatio l. 3. *C. commun. div.* nec enim minutatim res, sunt dividendæ ut perdantur. *conf. axiom. 8.*

V.

Divisio paterna inter filios facta servanda, nisi sit læsio legitimæ; tunc enim usque ad illam revocatur. Decian. *Conf. 15. vol. 1.* Gail. *Lib. 2. Obs. 116.*

VI.

Provinciæ & Ecclesiæ à nemine scindi possunt, à principe autem tantum ex justis causis. Brunnem. *ad l. un. C. de Metrop. l. Beryto.* Perez. *C. eod. n. 34.* Imperii autem, Regnorum Provinciarumqve divisiones sunt maximè noxiæ. Perez. *C. de Comit. & Trib. Scholar. n. 4. 5.*

VII.

Divisio jus novum non tribuit, sed quæsitum ante distingvit. *l. 2. ff. com. præd.* Pet. Gregor. Tholosan. *syntagm. jur. 26. cap. 10. n. 1.* unde divisio præsupponit ab obitu patris bona cum matre filio communia. Decian. *conf. 30. n. 15.* Hect. Felic. *de societ. cap. 39. n. 7.* atqve ejus pro parte indivisa propria fuisse. *l. servi electione 5. §. 1. ff. de legat. 1. l. 46. ff. de ritu nupt. l. 2. ff. de condit. institut. l. 51. pro soc.* Joh. Petr. Surdus *decis. 263. n. 7.* Cons. Arg. *conf. 65. num. 5. lib. 1.*

VIII.

Nihil est tam magnum, qvod divisione non fiat parvum, *ut not. Novell. 18. Auth. de trient. & semiss.* Bald. *in Auth. hoc amplius. C. de fideicommiss. num. 8.* Gail. *2. observ. 153. num. 4.* Hinc est qvod regales dignitates non dividantur. *cap. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Frid.* cum ex Lege Evangelica omne regnum in se divisum desolabitur. *vid. infr. cap. regnum*, nec res divisa sit æqvè potens ac unita. Bald. *in cap. cum omnes num. 4. in fin. de constit. in l. servus in addit. ff. si quis caut.* Cravett. *conf. 60. n. 2.* Regn. Sixtin. *lib. 3. conf. 11. n. 21.* & res in partes plures divisa perire dicitur.

IX.

Divisio non fit ipso jure, sed factum & consensus alterius partis. ut accedat necesse est. *l. pen. comm. divid.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 1. def. fin. 25. n. 23.* Carpz. *p. 3. const. 33. defin. 3. n. 3.* Unde divisio non præsumitur facta, sed eam allegans probare debet. *l. penult. C. comm. divid.* Mascardus *de probat. concl. 526. n. 1. vol. 1.* & post eum Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 60. n. 1.* qvia est facti. Herm. Vult. *1. Consil. Marp. 22. n. 1.* quæ autem sunt facti, de his generaliter traditum est, qvod non præsumantur, sed allegata probanda sint. *l. in bello 12. §. facti 2. ff. de captiv. & postlim. reversi. l. denique 19. ff. ex quib. caus. major. l. si emancipati 9. C. de collat. l. 2. C. de donat. inter vir. & uxor. cap. cum in jure. de offic. deleg. & in cap. 1. de const. in 6.* Corn. *conf. 81. col. 9. vers. nec obstat. vol. 2.* Cephal. *consil. 53 n. 34. & conf. 130. n. 7. lib. 1.* Roland. à Valle *conf. 26 n. 14. vol. 3.* Menoch. *conf. 11. n. 301. lib. 1.* Bursat *conf. 36. n. 12. lib. 1.* Cacher. *decis. Pedem. 108 n. 9.* Joseph. Ludovic. *decis Perus. 62. n. 63.*

Limita, nisi causa præsumendi subsit. Jos. Masc. *de probat. concl. 732. n. 7. vol. 2. per cap. cum tu. 16. ibi quia utrumque esse potuit. extr. de restit.* Propterea divisio præsumitur facta, si per longum tempus, h. e. decennium inter præsentes & vicennium inter absentes fratres, vel alii similes separatim habitarunt, & qvilibet solus possederit partem suam, subeundo onera pro ea parte tantum, & emolumentum ex ea parte percipiendo. Gloss. *in d. l. penult. vers. si major. C. comm. divid. & ibi Dd.* Bart. *in l. cum de in rem verso. col. 3. vers. pro hoc etiam. ff. de Ulsur.* Bald. *in l. 1. col. 7. qvæst. 5. C. qvi admitt. & in l. 1. col. 5. C. de fideicom. & in l. si vertis annis. col. 4. vers. tertio probatur. C. de pact. & ibid.* Jason. *col. n. 12. v. Sexto facit* Felin. *in c. illud. de præsum.* Bald. *in tract. de præscript. p. 2. qvæst. 10. num. 39.* Sichard. *in l. major. num. 4. C. commun. divid.* Roman. *conf. 205. n. 3. vers. tertio principaliter. & conf 418. num. 2.* Calcan. *conf. 23. num. 4.* Dec. *conf 79. col. fin.* Corn. *conf. 17. in fin. & conf. 162. n. 5. vol. 3.* Socin. sen. *conf. 164. col. penult. vol. 2.* Grat. *conf. 121. col. 1. vol 2.* Rubæ *conf. 154. n. 5.* Alciat. *respons. 94 num. 8.* atqve hanc sententiam communem dicunt Castrens. *conf. 126. num. 2 vol. 2.* Alex. *conf 25. n. 6. vol 5.* Barbat. *conf. 29. col. 9. vol. 4.* Ruin. 20. *num. 2. vol. 4.* Bertrand. *conf. 344. vol. 1.* Jason. *conf. 127. vol. 1.* Modest. Pistor. *conf. 10. num. 11. vol. 1.* Boër. *decis. 58 num. 2. & 3.* Gabr. *de præsumpt. conclus. 1. num. 28.* Mynsi. *4. obs. 34. in fin. & in thes. comm. opin. sub lit. D.* Turzan. *in verb. An si fratres diu.* & Suarez *num. 93.* etiamsi inter ipsa bona separatim possessa esset aliqva inæqvalitas. Salyc. *in l. pen. C. comm. div.* fortè enim ille, qvi minus jam possidet, ab initio æqvivalentem partem habuit in pecuniâ vel aliis rebus.

X.

Divisio inter alios facta aliis nocere non debet. *l. coheredibus 17. C. famil. hercisc.* ex Regula Res inter alios acta. *tot. tit. C. Res inter alios l. sæpè 63. ff. de re judic. cum similib* Unde etiam jurium & rerum natura in successoribus, maximè in præjudicium Creditorum, per divisionem coheredum immutari non potest. *l. licet 23. C. famil. hercisc. l. 2. §. ex his igitur. 2. ubi Dd. ff. de V. O.*

Jas.

Jas. *in l. debitorum num. 4. 5. C. de pact.* Wesenb. *1. cons. 4. num. 40.* hinc etiam divisio facta inter præsentes non præjudicat absenti. Castrens. *Cons. 92.*

XI.

Divisione semel facta amplius hoc nomine agi non potest. *l. si filia 20. §. famil. herciſc. 4. ff. famil. herciſc.* Gloss. & Dd. *in l. 1. Cod eod. titul.* sublato enim principali tollitur accessorium *l. cum principalis 178. de R. I. l. 1. C. de condict. ob caus.* Unde si per divisionem & subsecutam solutionem principalis obligatio sit sublata *§ 1. Instit. quib. mod. tollitur oblig* non oportet de fructibus, & aliis accessionibus amplius admitti qvæstio. *l. 4. C. de Usur. l. 4. C. depos. l. centum l. fin. de eo quod cert. loc. l. 2. C. de usur. & fruct.* Wesenb. *1. cons. 2. num 5.*

Limita nisi in iis rebus qvæ, in priorem divisionem non esse illata ponuntur; hoc enim casu licet non obstante divisione agere ad ea, qvæ nec dum divisa, vel familiæ herciscundæ judicio. *l. si filia 20. §. familiæ 4. ff famil. herciſc.* Gloss. & Dd. *in l. 1. C. eod.* vel communi dividundo, *l. penult. C. commun. divid* Ferrar. *in flor. lib. pro hæc. verb. communiter. num. 4.* Petrus Jacob. *in act. fam. herc num. 3.* vel negotiorum gestorum, *l si quis 6. § sive autem 2. ff. comm. divid. l. si communes 40. ff. de negot. gest.*

XII.

Divisio vim habet transactionis. Marian. Socin. *consil. 128. num. 118 per l. tres fratres 35. de pact.* potest tamen rescindi propter læsionem enormem *L. 3. C. comm. utr. jud.* Schurff. *Cons. 28. n. 9. cent. 1.* Moller. *2. Sem. 28.* qvod in transactione non obtinet. Gail *L. 2. observ. 70.*

XIII.

Divisio à testatore prohiberi nequit *l. in hoc judicium 14. §. si conveniat 2. ff. communi divid.* Præceptum enim testatoris, qvod heredes nunqvam dividant & semper in communione permaneant, non valet, ut patet ex allegatis per Alex *consil. 3. circa primum. l. b. 3.*

Declaratur hæc regula ita, si prohibitio sit in perpetuum, secus si prohibitio est temporalis, puta ad 20. annos *l. 4.* ubi Bald. & Angel. *ff. de condit. Instit.* Bart. *in l. Quintus ff. de annuis legat.* Bald. *cons. 72. Factum super qvo. lib. 2.* Ludov. Roman. *cons. 13. Idem videtur.* Alex *cons. 18. Visis capitulis. lib. 2. & cons. 3.* Dec. *cons. 349 Consuluit.*

Limita, nisi communi coheredum consensu de non dividendo, per juramentum prohibitio illa testatoris confirmetur. *cap. cum contingat. de jurejurand.* Jason. *in l. si. non sortem. §. si centum. ff. de condict. indeb.* Dec. *cons. 265. Instrumento. col. 1.*

XIV.

Qvod pro diviso nostrum est, id non pars sed totum est. *l. rectè dicimus 25. §. 1. l. locus 60. princ. de V. S.* Exemplum hujus regulæ videre licet *in cap. un. §. 1. vers. item si fuerint. 1. f. 5.*

XV.

Major dividit, minor eligit. Nicol. Bets. *de pact famil. illustr. cap. 4. p. 66.* Mynsi. *Cent. 4 obs. 37.* Gail *L. 2. obs. 116. n 14.* Wehner. *in obs pract. verb.* Theilungsführ. Hæc regula Juris Can. & Sax. eleganter fundatur & declaratur à Cujac. *lib. 13. observ. 12.* C. P. Richter. *1. decis 68. n. 12.*

De divisione hereditatis vid. *hereditas.*

CAP. XLVII.

Divitiæ, Dives. *v. infr.* Locuples.

Axioma I.

Nemo tenetur suas manifestare divitias easqve invidiæ exponere *l. 2. C. qvando & quib. qvarta pars. ibique* Perez. & Brunnem.

II.

Ditiores plerumqve animo efferuntur & molesti sunt suis vicinis, ideoque compesci debent autoritate Magistratus & separari, si communio bonorum & habitatio discordias graves excitet. Perez. *C. de agricol. & mancip. n. 5.*

III.

Divites cæteris paribus in officiis pauperibus sunt præferendi, ut scil. Reip. securitas præstetur & ob divitias magis splendescat dignitas. Brunnem. *C. de decur. Colum. 4.* præferendi etiam sunt divites in conductionibus prædiorum Civitatis. Brunnem. *ad l. 2. C. de præt. decur.* & in genere in muneribus deferendis etiam facultates sunt attendendæ; nam debet eligi non tantùm idoneus qvoad mores, sed etiam sufficiens qvoad facultates. *Id. ad l. fin. C. qvemadm. civil. mun. indic.* Potior enim est, qvi ditior. Perez. *C. de potior. ad mun. n. 1 2.* & ad splendorem ordinis divitiæ sunt necessariæ. *Id. C. de equestr. dignit.* itaque divites licet expertes literarum ad magistratum promovendi sunt, *Id. ad Cod. de decurion. n. 5.* officia tamen minimè vendenda, nec pauperes ab officiis penitus excludendi *l. 4. C. de divers. offic. ibique* Perez. *n. 9.*

IV.

Dives qvis in præsenti non præsumitur, sed posse fieri dives. Aretin. *in l. fructus 7. §. 1. in fin. ff. solut. matrim. per l. si defunctus 10. C. arbitr. tutel. l. cura 4. § deficientium 1. ff. de munerib.* sunt enim hæc diversa, cùm unum sit in potentia, alterum in actu Unde si pauper præsumeretur in futurum fieri dives, multò fortiùs qvi semel est dives, præsumitur in futurum durare dives: qvod tamen falsum, qvia perseverantia divitiarum non præsumitur. *l. in confirmando.* & ibi Bart. *ff. de confirm. tut.* Et licet Cynus *in l. actor. col. 2 ff. de probat.* dicat, quod natura reddiderit homines rationis compotes, solertes & industrios, ut in futurum acqvirant. *l. penult. C. an serv. ex suo fact. & d. l. si defunctus 10.* tamen hoc procedit, ubi apparet de industria: aliàs natura humana tanqvam in primo homine corrupta, potius prona est ad desidiam & voluptatem, quàm ad laborem, atqve sic potius ad malum qvàm ad bonum *can. omn. atas c. 12. qvæst. 1.* Nec qvicqvam facit *d. l. cum proponas 2. C. pro soc.* super qvo se fundat Bartol *ibi: sanè qvod à te solo pretium &c.* qvia hoc debet subintelligi, vid. gloss. *in*

l. cujus. in verb. dicere, ff. de appell. recip. neqve etiam oberit, *d. l. si defunctus.* quia illud ideo fit, ut evitetur præsumptio delicti, juxta Bartol. *in l. cùm oportet, col. fin. C. de bon. quæ liber.* ideoqve dispositio *d. l.* non procedit, nisi appareat, qvod administrator habuerit aliqvid antea in patrimonio, & fuerit industrius, juxta Roman. *consil. 174.* aliàs præsumitur effectus dives ex bonis, quæ administrat. Nec ad rem qvicqvam facit, qvod ex possessione pecunia præsumatur propria: qvia hoc procedit, nisi appareret, unde pecunia originem habuerit, videlicet de bonis communibus. Natt. *cons 358. tom. 2. n. 7. 8.* latè Mascard. *concluf. 526.*

II.

Divitiæ conferunt ad nobilitatem, sed non nobilitant. Tiraqvell. *in c. 3. num. 13. de Nobilit.* Bart. *in l. 1. quæst. 3. num. 47. C. de dignit.* Pacian. *2. de probat. cap. 27. in addit.* Bald. *in l. 3. in princ. C. de Commerc. & Mercat.* Sine divitiis enim de nobilitate certare stultum est. Hostiens. *in cap. tua. de consanguin.* qvæ absque opibus admodum manca est, Tiraqvell. *de nobilit. cap. 25.* cùm sine iisdem dignitates conservari commodè non possint. Herman. *in repet. rubr. de acqvir. possess. num. 36. per l. qvisqvis 5. C. ad L. Jul. Majest. § hoc qvoqve 2. Inst. per qvas personas nobis acqvir.* Corn. *cons. 90. scrupulose in fin. lib. 3.* Andr. Sicul. *cons. 43* præclarè *num. 23. vol. 1.* vide & Barbat. *cons. 57. Excussis. num. 10. vers & plus duo. col. 4. vol. 2.* ubi ait tria copulativè requiri ad faciendum quem nobilem, qvod sit nobilis natalibus, honorum luce conspicuus, ac dives patrimonio. conf. Nolden. *tr. de statu Nobilium th. 141. & seq.*

CAP. XLIIX.

De Divortio. *vid.* Desertio.

Axioma I.

Divortio locus non est, si adulterium utrinqve sit commissum, qvia paria delicta mutuâ compensatione tolluntur *l. 39. ff. sol. matrim.* si agatur ad interesse privatum, secus si ad pœnam publicam.

II.

Qvocunqve modo fides conjugalis frangitur, illô matrimonium qvoqve qvoad vinculum tollitur. qvia fidem frangens non potest prætendere ut alter fidem servet. Exemplum est in adulterio, sodomiâ. &c.

III.

Qvodcunqve impedimentum nuptiis supervenit, illud nunqvam divortio locum facit.

Ratio consistit in arctissimo fœdere qvod inter conjuges intercedit. Et qvia nihil humanius est, quàm cujusqve fortunæ & casuum fortuitorum conjuges ex æquo esse participes. *l. 22. § 7. ff. sol. matrim.*

Exemplum: ita ob impotentiam supervenientem non rescinditur matrimonium. *Köppen. in Us pract. Instit. obs. 47. n. 23.* Sicut nec ob furorem. *l. 16. l. 26. §. 2. ff. de Ritu Nupt.*

Limita (1.) ut separatio possit peti usqèu ad thorum & mensam. conf. *Nov. 112. (2.)* nisi impedimentum fuerit ab alterâ parte causatum. *Köppen. d. obs 47. n. 24.*

De transitu post divortium ad alia vota vid. SECUNDÆ NUPTIÆ.

CAP. XLIX.

Doctor, docere, discere.

Axioma I.

Doctoris munus est publicum, & tenetur unicuiqve jura aperire. *l. 1. §. 1 de Just. & Jur.* Alciat. *cons. 393.* Jason *in l. cum qui res 13. C. de procurat.* Zas. 1. *conf 2. in princ.* Obrecht. *conf. Misc. 21. vers. 5.* ac dicitur esse in dignitate, quia Doctoratus est dignitas. Bartol. *in constit. Cod. vers. quæro circa hæc per cap. quanto. de Magistrat.* Dec. *cons. 160. num. 2.* Farinac *cons. 94. n. 5.* Alex. *consil. 15. col. fin. vol 1.* ac gradus ille, qvædam nobilitas, Alex. *in addit. ad Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12.* Bart. Bolognin. in *repet. Auth. habita, C. ne fil. pro patr. col. 11.* & hoc latius probat Bonus de Curtili *tr. nobilit. p. 3. n. 65.* Unde, qvia Doctoratus sit qvædam prærogativa authorizatio vel declaratio, qva qvis dignus & doctus reputatur, glossa *in clem. 2. verb. sequentes. de Magistr.* Sic & gradus Doctoratus in docto & perito homine veluti qvoddam accidens appellavit Bald. *in proœm. ff. orum & l. judices ubi 8.* ubi Bart. *C. de dignit.* vide Lud. Gomez. *ad § fuemt. Inst. de Act* Dn. Waltherum, *amicum nostrum, de statu & jurib. Dd. c. 18. §. 131. pag. 362.*

II.

Ad Creationem Doctoris reqviritur (1.) ut sit legitimè natus, (2.) non infamis, (3.) ut qvinqvennium vel decennium studuerit, (4.) Tentamen sustineat & Examen. Bocer. *Class. 1. D 3. th. 32.* notoriè tamen doctus sine Examine promoveri potest. Sebast. *Med. d. R. J reg. 1. n. 26. 36.* Insignia Doctoris sunt cathedra, biretum, liber, annulus, osculum. *Gloss. in Clem. 1. de Magistr.*

III.

Doctor potest compelli ad consulendum. *Gloss & Bart. in l. 2. C. de profess lib. 12.* & Doctoris excellentis consilium excusat succumbentem à condemnatione expensarum & judicem à Syndicatu. Curt. *Cons. 19. fol. 94. col. 2.*

IV.

Doctor promotus, si posteà minus idoneus reperiatur, degradari vel insignibus privari potest. Brunnem. *ad l. 2. C. de Profess. & Med.* ut & si per collusionem vel corruptis suffragiis promotus sit. Perez. *C. de Athletis n. 8.* Nec privilegio Doctoratus gaudent qvi approbantur à Doctoribus corruptis. Abbas *in cap. 4. X. de probat.*

V.

Doctores promoti variis gaudent privilegiis: (1.) immunes sunt à personalibus, sordidis & patrimonialibus muneribus Perez. *C. de profess. n. 4.* (2.) à nemine in judicium inviti trahuntur, nec in personâ capiuntur, sed possunt

per

per procuratores comparere. (3.) non debent capi pro debito. (4.) Salaria iis ex publico constituenda, etiamsi non legant, modò in Aulis vel Judiciis scientiam exerceant. Brunnem. *ad l. 6. C. de profess.* (5.) Nobilitatem adipiscuntur. Perez. *C. de athletis n. 10. seq.*

VI.

Bullati Doctores etiam à Tributis ordinariis exempti sunt, si prævio examine sint creati, qvod fortè præsumendum. Brunnem. *ad l. 6. C. de profess.*

VII.

Doctorum dicta sunt intelligenda secundum ea quæ allegant, Bartol. & Dd *in l. non solum 8. §. si verba liberationis. de liberat. legat.* Jason. *in l. servorum filii. §. si pocula. n. 6 de legat. 1.* Socin. *consil. 62. num. 9. vol. 1.* eatenus enim iis credendum, qvatenus allegant, legesq; vel rationes probant, non verò qvatenus nihil allegant. *cap. qvaliter 24. de Accusat.* Everhard. *in loc. legal. in prælud. circ. fin.* vel evidenti jure rationeqve refutantur. Panorm. *post. gloss. in cap. scientes 3. de Censib. cap. ego. cap. ut veterum. cap. qui nescit. cap. pen. & ult. distinct. 9.* vid. Hartm. Pistor. *qvæst. 33. num. 27.* Hujusmodi enim eâdem facilitate negantur & rejiciuntur, quâ asseverantur, & sana ratio auctoritatibus hominum atqve exemplis prævalere debet. *cap. ult. dist. 9.* nec considerandum qvis dicat, sed qvid dicat. *cap. secundum 8. distinct. 19. gl. cap. in ego. verb. quantalibet. distinct. 9. cap. intelligentia. de V. S.* vid. Anton. Gabr. Rom. *l. b. t. de probat. conclus. 4. in fin.* ubi limitat in Doctore illustri, & præsertim pragmatico; huic enim de consuetudine testanti credendum esse dixerunt Jas. *in l. 1. n 26. & l. ult. n 58. D. de jur. Empt.* Bart. *in l. de quibus ff. de legib.* Socin. *consil. 165. Visis. n. 16. lib. 2.* Anton. Coras. 1. *comm. opin.* Unde sufficere, qvod in genere testatur, se scire talem consuetudinem esse & servari, ait Wesenb. 1. *consil 13 num. 98.* cum peritis alias in sua arte credendum sit, Curtius *in cap. fin. qvæst 6. in princ.* conf. Dn. D. Franzkium 1. *resolut. 16. num. 83. & supra cap. 5. axiom. 1.*

VIII.

Doctor licitè vendit justum consilium. *cap. non licet. 11. q. 3. Cagnol. in l. 2. n. 579 ff. de orig. Jur.*

IX.

Doctor scriptis celebris præ alio ad officia publica promoveri debet. *Viv. decis. 255.*

X.

Doctorem qvi se dicit & non est, punitur de falso. Bart. *in l. eos. ff. ad L. Corn. de Falsi.* præsumitur tamen Doctor, qvi diu fuit habitus & reputatus pro Doctore Bald. *in L. 16. C. de appell.* non tamen præscribi posse Doctoratum notat Id. *in l. 1. C. de emanc. lib.*

XI.

Nemo est, qui doceri non egeat. Elegans est locus Ambrosii *lib. 1. offic. cap. 1. in fin.* de se ipso: *Ego raptus de tribunalibus atqve administrationis insulis ad sacerdotium docere vos cœpi, quod ipse non didici. Itaque factum est, ut prius docere inciperem, quàm discere. Discendum igitur mihi & docendum est, qvoniam non vacavit ante discere: & quantumlibet qvisqve profecerit, nemo est qui doceri non egeat, dum vivit. consil. l. 65. §. 3.* ibi: *omnes addiscere possunt. de legat. 3. l. 20. de fideicom. libert. l. 17. de jure patron. can. 2. distinct. 49.*

XII.

Mirum est tam multa sæpe excidere incautis, dum alius alium sequitur sine judicio. Argentræus *ad consuet. Brit. art. 418. gl. 1. n. 10.*

CAP. L.

De Dolo.

Axioma I.

Dolus in qvalibet dispositione censetur exclusus. *l. creditor 60. §. Lucius 4. ff. mandat. l si pater 12. ff. quæ in fraudem cred.* Paris. *consil. 107. num. 53 lib. 3.* Menoch. 1. *arb. judic. qvæst. 13 num. 8.* Farinac. 1. *cons 96. n. 35.* Glossa *in l. apud Celsum. in prin. ff. de Except. doli cap. 2. de renunciat. in 6.* Vult. 1. *cons Marpurg. 15. num. 70.* Alex. *cons. 152. num. 18. vol. 3. & cons. 143. num. 7. lib. 6.* Dec. *cons. 163. num. 10.* Roland. à Valle *consil. 11. num. 3.* Gravett. *cons. 100. num 3.* Ratio, qvia consensum excludit ab ea dispositione, ad qvam qvis dolo fuit inductus. *l. & eleganter 7. in prin. ff. de dolo. cap. qvamvis 2. de pact. in 6. cap. cum contingat. 28. extr. de jurejur.* Carpzovius *p. 2. jurisp. for. constit. 35. definit. 2. num. 5.* Sic in transactione vel simili actu, quantumvis generali, semper intelligi eum exceptum *ex l. cum Aquiliana 5. ff. de transact.* probat Mynsing. 4. *observ. 37. in fin.* qvem allegat Wesenbec. *p. 2. cons. 52. n. 65.* ita per quantamcunque generalem renunciationem non intelligi semotam qvæstionem seu exceptionem affirmant Jas. *num. 21. cum seq.* & communiter Dd. *in l. si qvis tam aliter. de V. O.* Tiraqvell. *in l. si unquam. in princ. n. 1. 2. & 3. C. de revoc. donat.* Imol. *in cap. pen. de empt.* Bald. *cons. 441. Visis. lib. 1.* Alex *cons. 1. Ponderatis. lib. 6.* Socin. *cons. 48. Viso. lib. 4.* Imò & dolum semper intelligi à juramento exceptum, colligitur *ex l. cum contingat.* ubi Dd *de jurejur. cap. qvamvis. de pact. in 6.* Ubi enim in contractu est dolus, præsumitur & in juramento. Cravett. *cons. 192. num. 9.* Curt. *cons 141. in fin* semperqve intelligitur jusjurandum tacitam habere conditionem, si dolus malus absit latè. Imol. *in cap. Qvintavallis n. 45. de jurejur per d. l. creditor. 60. § pen. ff. mand.* Wes. 1. *cons. 23. num. 4.*

II.

Dolus est delictum. *l. 1. junct. gl. verb. crimine,* qvam ibi notat Bart. *§. 1. de fidejuss. tut. l item exigit 16. ff. de dolo. l. 1. §. si apud. 43. ff. depositi. l. §. planè 14. ff. de tutel. & ration. distr. & ibi* Bald. ubi ait, qvod statutum loqvens de delicto, intelligatur & de dolo, quia est delictum, vid. & Jason. *in l. si vero. in 1. col. ff. qvi satisdar. cog.* Alex. *in l. si videtur. §. fin. in fin. ff si qvis jus dicent. non obtemp. & in l. si quis nec causam. in fin. ff. si cert. pet. addi potest & l. si ex causa 9. § nunc videndum 2. ff. de minor. l. 3. ff. de crimine pecul.* quas allegat Corn. *cons. 181. Videtur. in 4. volum cum similibus ibidem allegatis.* Vultejus 1. *consil. 15. n. 69.*

Intellige verum, quando materia subjecta, ex qva oritur obligatio, principalis erat criminosa, secus si obligatio principalis non oriebatur ex delicto, sed bono titulo. Nam tunc dolus postea obveniens non dicetur propriè maleficium. Bart. *in l. omne delictum. in princip. ff. de re milit.* Lud. Gomez. *ad §. item si qvis. Inst. de Act. num. 47.*

III.

Dolus nunqvam præsumitur. *l. meritò 51. ff. pro soc. v. latiss.* Klock. *de contribut. cap. 19. n. 667. pag. 477.* sed perspicuis indiciis est probandus. *l. dolum 6. C. de dol. mal. l. quoties 23. §. 1. de probat. l. dolus 10. in fin. C. de rescis. ven. ratio est in ax. præcedent.*

Intellige de dolo ex proposito, & qvi causam contractui dedisset, maximè in bonæ fidei judiciis. Dare autem causam contractui is tantum dicitur, qui effecit seu persuasit vel actum vel contractum, qui aliàs interpositus non fuisset: non qvi actu jam interposito, vel aliàs interponendo qvid egit. Cujac. *in recit. C. de rescind. vendit.* per comparationem *l. 5. & 10. C. d. t. l. 13. §. 5. ff. de act. empt. vend.* verbi caussa, cùm te nolentem aliàs dividere, induco per dolum ut dividas. Aut cum emtor dolosè inducitur ad emendum, cùm aliàs non emturus fuisset *gloss. in quod venditor. ff. de dolo.* Hoc enim probato contractum dolus facit ipso jure nullum. *l. 7. in princ. ff. de dol.* utpote dolo contractum bonæ fidei subsistere non permittente. *l. in causa 16. in princip. ff. de minor. l. „ „. pro soc. l. domum 57. §. fin. ff. de contrab. empt.* Glossa & Dd. *in l. si dolo. C. de rescind. vendit.* quod procedit, si scilicet ab utraqve parte intervenerit: Si enim ab alterutra parte interveniat, annihilatur contractus eo volente, qvi est deceptus, Wesenb. *in parat. ff. de contr. emt. num. 15 & de rescind. vendit. n. 6.* Carpzov. *p. 2. const. 34. def. 9.* Secus cùm dolus tantummodo in contractum ex re incidisset atque emersisset, ut si divideretur res, & ego ex divisione lædar enormiter, vel si qvis deciperetur in pretio, ubi aliàs rem carius distrahere potuisset. Ejusmodi enim dolus non evertet contractum, sed si re tantùm incidat, non considerabitur. *l. qviqvis 15. l. si voluntate 8. C. de rescind. vendit.* qvia licet contrahentibus se invicem hactenus decipere. *l. in causa 16. §. pen. ff. de minor. l. 2. C. de furt.* Unde dolum emptoris non qvantitate pretii, sed qualitate facti æstimari debere, docetur *in l. 10. de rescis. vendit.* atqve sic dolus præsumitur, qvi re ipsa divisione inest, & illa enormis læsio vel dolus, qui contractui inest, non qvidem faciet contractum divisionis nullum, sed ex mero jure valebit, usque dum infirmetur. Sichard. *ad l. 3. C. comm. utriusque jud.* Cæterum & cum dolus propositi ac μεγαιζέσεως subsit incidens, conventionem tamen non enervabit, qvin potius per actionem contractus purgabitur, *l. 5. C. de rescind. vendit. l. Julianus 15. ff. de action. empt.* Bart. *in d. l. 7. in princ.* vid. Wesenb. *2. conf. 65. num. 10.* Propterea si ob dolum contractus nullus est, is qui dolum admisit, nullitatem allegare non potest, & contractus in ejus præjudicium pro valido habetur. Glossa *in d. l. & eleganter. in princip. ff. de dol.* Angel. *in §. semel in fin. Instit. qui & ex quibus caus.* ubi Bachov. *not. ad princ.* Et hactenus quidem dicta vera sunt in contractibus.

Cæterum in omnibus iis, quæ sunt de genere prohibitorum, dolus præsumitur. *cap. 1. de resc. & l. 1. C. ad L. Cornel. de sicar. l. si non convicii. C. de injur.* qvos textus ad hoc adducit & ponderat Paul. Paris. *cons. 71. num. 16. p. 4.* & fac qvod notat Bart. *in l. Aurelius 1. item qua sit. ff. de liber. legat.* Angel. *in l. si vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10.* Bald. & Dd. *in l. dolum. C. de dol.* Regn. Sixtin. 3. *Consil. Marp. 12. num. 37.* Dolus enim præsumitur ex actu illicito, ut, quando qvis delinqvit, eo ipso etiam in dolo censetur, *d. l. 5. C. de injur. l. si ex plagis 52. §. Tabernarius 1. ff. ad Leg. Aquil. l. 2. §. doli. ff. de vi bon. rapt.* Felin. *in cap. si autem. num 1. & 2. de rescript.* Unde etiam verum dolum esse, qvi præsumptionibus & conjecturis hominis detegitur, volunt Castr. *in l. dolum. C. de dolo. per ill. text. num. 4.* & Joan. Sichard. *num. 5.* Paris. *cons. 49. num. 30. lib. 1.* Phanut. *de in litem jurand p. 2. cap. 2. num. 8. vers. ad hoc.* Surd. *decis. Mantuan. 216. num. 8.* Farinac. *lib. 1. cons. crim. 96. num. 30.* propterea & dolus præsumptionibus & indiciis probatur etiam in delictis occultis, utpote in qvibus ratione temporis, loci & similium circumstantiarum ex levioribus probationibus proceditur. Bart. *in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. 7. ff. de nov. oper. nunc. l. si quis. ex §. an verò n. 23. ff. de edend.* Innocent. *in cap. qualiter. de accusat.* Imol. *in l. cum oporteat. eod.* Bald. *in l. nemo. C. de Episc. audient.* Alexand. *cons. 77. & cons. 103. num. 15. & cons. 577. num. 12. vol. 1.* Dec. *consil. 363.* Antonius de Butr. *cons. 24. col. 2. vers. in talibus.* Vult. *lib. 1. Consil. Marp. 15. num. 71.*

Sic etiam dolus præsumitur, si quis id non facit, qvod facere erat obligatus. *l. si procuratorem. 3. §. dolo 9. l. dolus 44. ff. mandat. l. 1. §. est autem 21. ff. depos. l. dolo 41. ff. ad Leg. Falcid.* Cravett. *cons. 193. num. 2.* Intellige procedere tum, qvando factum tale doceatur, ex quo propositum & consilium illud animi, qvod cum potuisset, noluit implere vel facere, colligi possit. *d. l. l. §. est autem. & d. l. si procuratorem. §. dolo.* secus enim est, ubi factum nullum apparet, neqve apparere potest, ex quo dolus vel culpa colligi vel animi consilium latè percipi possit, cùm præsumptio nulla colligatur ex his, quæ facta nõ sunt nec apparent. Flamin. Paris. *de resident. benefic. quæst. 71. num. 50.* Anchar. *cons. 302.* Cravett. *cons 202. num. 9. per l. quod Servius 8. de condict. caus. dat. caus. non sec. l. lege ff. de contr. empt. & consil. 319. num. 3. vers. decimo nono. per l. quædam mulier 77. ff. de rei vendic. & l. 2. C. de acquir. possess.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 23. n. 2.* Joh. Gœdd. *1. consil. Marpurg. 24. num. 98.*

3. Præsumitur, si quis ea, quæ non sunt vera, expresse asserit, & ita alium ad actum aliquem inducit, *l. si quis affirmaverit 9. §. 1. l. eleganter 7. §. fin.* & ibi Bart. *ff. de dol.* Alex. *in l. dolum.* Bended. Luc. de Penn. *in l. quoties. colum 7. vers. sed quod si reus. C. de dignit.* Carolus Ruin. *consil. 73. num. 1. vol. 3.* Regner. Sixtin. 8. *Cons. Marpur. 12. num. 27.*

4. Præsumitur adversus eum, qvi scienter & studiosè contra æqvitatem aliqvid facit. *l. qui æquitate 12. ff. de dol. except.* Luc. de Penn. *in l. qvemadmodum.*

admodum. verſ. decimo quarto. C. de Agric. & poſt eum Maſc. de prob. concl. 531. n. 87. Regn. Sixt. d. conſil. 12. num. 32.

5. Præſumitur etiam ex nimia cautela & diligentia, qvæ actui adhibetur, l. ſi quis ſub conditione 7. ff. de condit. Inſt. Bertrand. conſ. 126. num. 10. volum. 3. Jaſ. in l. teſtamentum. num. 4. C. de teſtam. Decian. conſ. 32. n. 64. & conſ. 67. num. 15. lib. 3. Gratian. conſil. 53. num. 10. lib. 1. Maſcard. concl. 531. n. 105. & 108.

6 Præſumi cenſetur ex ſola variatione actum, ad qvos qvis fuit inductus. l. ab Anaſtaſio 23. C. mand. Bald. conſ. 125. lib. 1. Cravett. conſ. 153. n. 7. Regn. Sixt. d. conſ 12. num. 35.

7. Dolus non præſumitur committi absqve cauſa & ſine ſpe & animo lucrandi. Franciſc. Becc. conſ. 106. Videretur in caſu num. 27. arguitur enim factum dolo ex propoſito. l. cum qvis. ubi Bart. de dolo. gloſſ. in l. apud Celſum, de doli except. Bart. in l. error. de jur. & fact. ign. & in l. non fatetur, de confeſſ. Unde & quoad revocationem dolus ex propoſito & dolus præſumptus æquiparantur, Cephal. conſ. 405. num. 63. & conſ. 334. num. 94. imò dolum præſumptum propriè & verè dolum eſſe, dixit Johannes Cephal. dict. conſilio 405. n. 32. qvem allegat Pantſchmannus lib. 2. quæſt. 21. num. 113.

Denique non præſumitur in iis, qvæ in publico & aperto fiunt, l. ult. ff. de ritu nupt. ubi Bartolus & Bald. in l. errore 7. C. de teſtam. l. penult. de condict. indeb. Jaſon. in l. juſtè poſſidet 44. ff. de acqvir. poſſ. ff. Bald. Salicet. Caſtr. Jaſon. in l. pacta noviſſima. C. de pact. Foller. conſ. 139. num. 1. inter conſil. crimin. tom. 1. Vaſq. in tract. de ſucceſſ. creat. progreſſ. & reſol. lib. 2. part. 1. § 17. requiſit. 22. num. 13. Unde Tutorem bonâ fide contrahere, ſi contrahat palam, colligere licet ex l. non exiſtimo 54. de admin. tut. l. cum ipſe 5. C. de contrahend. empt. vid. Guid. Pancirol. conſ. 148. num. 27. cum ibi allegat. Pantſchm. 2. quæſt. 21. num. 38.

II.

Contra dolum præſumptum contraria probatio præſumptiva recipitur. Jaſon. in l. ut vim. 3. ff. de juſt. & jur. num. 7. Bald. in l. unic. C. de confeſſ. numero 21. Unde honeſtas & excellentia perſonæ multum operatur ad excludendam præſumptionem fraudis & doli. Bart. in l. quoties. §. ſed etſi non in corpore de hæred. inſtit. Bald. in l. 1. in fin. C. locat. Sic in dubio præſumendum qvemlibet eſſe opinionis laudatæ. l. cum pater 72. §. rogo 25. ff. de leg. 2. cum ſumenda ſit in dubio etiam interpretatio, per qvam dolus excluditur. Schwanman. 1. obſ. pract. obſ 39. num. 1. & 2. Sic à dolo quævis cauſa etiam injuſta excuſat. l. 12. §. & generaliter de liberal. cauſ. l. 1. in fin. ubi Accurſ. in verb. juſtis rationibus. de abigeis. Weſ. in parat. de his qui not. infam. num. 4. itemque temeraria. Angel. in l. plag. 1. num. 1. C. ad Leg. Fab. de plagiar. fatua ac beſtialis. Cornelius 2. conſ. 177. n. 25. qvod maximè verum eſt in iis delictis, in quibus dolus eſt de ſubſtantia, ut perjurium, falſum, injuria. Moller. 2. ſemeſtr. 38. num. 2. Erneſt. Cothm. 2. reſponſ. 19. ubi limitat, & imprimis qvod non procedat, ſi calliditas interveniat, d. l. igitur 12. §. generaliter de lib. cauſ. 2. qvod error ſive ignorantia ſimpliciter probari debeat, nec ſufficiat dicere errari vel ignorari. arg. l. ſi non convicii. ubi Dd. C. de injur. n. 51. Hæc enim cauſa fatua in delictis non præſumitur, niſi vehementibus conjecturis fuerit probata, Bart. & Angel. in l. ſed etſi. & Sejæ. ff. de petit. hered. Borch. d. reg. num. 66. vid. ſupr. cap. Cauſa. ax. 22.

V.

Dolus re ipſa, & læſio enormis, ſunt idem. l. 2. §. 1. ff. de Except. doli. l. ſi quis cum aliter. ff. de V. O. Pariſ. conſ. 12. num. 82. conſil. 20. num. 105. conſ. 89. num 68. vol. 1. Socin. jun. conſ. 77. num. 132. vol. 1. Cephal. conſil. 192. num. 8. vol. 1. Jaſon. conſ. 133. num. 17. verſ. non obſtat. vol. 4. vid. infr. c. Læſio. Dolus enim ex læſione enormiſſima præſumptus qvoad reſcindendum actum æquiparatur dolo ex propoſito. l. 1 in fin. ff. de dol. except. Dec. conſ. 39. vol. 9. Andr. Gail. 2. obſerv. 147. num. 11. Afflict. deciſ. 322. num. 7. Grammat. deciſ. 102. Dec. conſ. 349. num. 7. & conſ. 180. num. 4.

VI.

Dolus circa unum hominem non porrigitur ad alium, l. Fulcininus 7. §. quid ſi 5. quib. ex cauſ. in poſſ. Phil. Matth. ad l. 58. de R. I. n. 21. unde dolus, etiam qui cauſam dat contractui, ſi à Tertio contrahatur, contractum non vitiat. Struv. ſyntagm. Jur. Civ. Ex. 8. th. 29.

VII.

Dolus æqvè committi poteſt in parte ac in toto: ſic enim dolo malo non edere dicitur, qvi malitioſè edidit, & qui in totum non edit. l. 8. in princip. ff. de edend.

VIII.

Dolus difficilis eſt probationis Boër. deciſ. 101. num. 3. & 4. Jaſon. conſil. 141. vol. 4. col. 3. Menoch. lib. 2. arb. jud. caſ. 116. num. 21. Vult. 1. Conſil. Marpurg. 15. num. 69.

IX.

Doloſe excipientis conditio melior eſt qvam doloſe agentis. l. 4. §. Marcellus 13. de dol. mal. except. Klock. cap. 17. de collect. num. 284. cap. 8. extr. de except. l. 4. C. de condict. & turp. cauſ.

X.

De dolo actio ſeu in qvam dolus venit ſemper eſt famoſa. §. 2. Inſtitut. de pœn. tem. lit. doli enim individua comes infamia, Lyclam. 1. v. embr. num. 18. Intellige ſcilicet ubi velit principaliter, & ab initio, non ſi ex poſt facto, & incidenter per not. ibid. fac. l. 3. ff. de Oblig. & Act. l. 2. Cod. de publican. vid. diſpp. noſtræ ad parat. Weſenb. diſput. 10 quæſt. 9. unde Bachov. in Comment. ad tit. de his qui not. infam. cap. 2. p. 762. ſcribit, valde ſuſpectum ſibi hoc poſtulatum propter l. 7. de jud.

Ulterioris E. declarationis cauſa notari poteſt, magnum diſcrimen in jure eſſe inter actionem quæ ex dolo eſt, & inter eam qvæ de dolo eſt ſeu qvæ in dolum concipitur, ut l. 9. § 1. quod falſo tut. auct. l. 1. §. 1. l. 3. §. 5. l. 4. ſi menſ. falſ. mod. l. 8. de trib. act. ubi Cujac. in Julian. & C. I. A. theſ 12. num. 4. ad Weſ. rer. amotar num. 4. nec minorem differentiam inter actionem de

do, & actionem quæ dolum coërcet, *l. 8. in fin. de trib. act.* ubi Cujac. *in Paul. ad l. 2. d. t.*

XI.

Quoties dolus commissus, toties ille præstari debet, non obstante pacto in contrarium *l. 23. ff. de R. J.*

Ratio: qvia suus cuiqve dolus non alteri nocere debet. *l. & eleganter. 7. ff. de dolo mal.* & interest Reipubl. ut delicta evitentur. Hinc ne quidem pactum, ne dolus præstetur, valet, cùm invitet ad delinqvendum. *l. 27. §. 3. ff. de pact.*

Limit. ut procedat de pacto, quod dolum futurum remittit, non qvod præteritum. Hoc enim subsistit. *d. l. 27. §. 4.*

XII.

Quoties nulla alia actio competit, toties actio doli locum invenit. *l. 1. §. 1. ff. de dol. mal.*

XIII.

Ob dolum quis interdum privatur re suâ. Sic si qvis fundum emit rei privatæ principis, demto Canone, fundus ei eripitur, isqve pretium, fructus & meliorationes perdit, nullâ ipsum, nisi immemoriali, præscriptione juvante *l. fin. C. de fund. rei privat. Perez. C. eod. n. 5.* Qvod tamen tunc demum procedit, qvando contrahentes Canonem Principi penitus intervertere voluerunt, non autem quando id actum, ut Venditor futurum Canonem solvat: licet hæc conventio invalida sit. *Franzk. ff. de act. emti n. 156. seqq.*

XIV.

Quotiens dolus arguitur, totiens datur actio de dolo, *l. 15. de præscript. verb.*

Limita hanc regulam 1. nisi dolus sit innoxius qvi neminem lædit; tunc enim non plectitur hac actione, sed tantum quando damnum alii dedit, Cujac. *lib. 59.* Paul. ad Ed. *in l. 10. de reb. auct. jud. possid. conf. C. A. de dolo th. 60.*

2. Limita, nisi alia competat actio: cum enim hæc subsidiaria sit, non datur nisi nulla alia suppetat, *l. 1. §. 5. de dolo.* quod tamen iterum declara cum Bach. *in comm. ff. quod met. caus. cap. 2. num. 3.* pertinere ad actiones, qvæ ex contractibus vel aliis ejusdem generis negotiis descendunt qvæ non tam vindicant dolum, quam interesse quantum nobis abest. *l. 14. §. 13. quod met. caus.*

XV.

Ex dolo defuncti heres non tenetur, *l. 6. de dol. mal.*

Limitatur hæc regula, quando dolus ex contractu reique persecutione descendit. *l. 7. §. 1. depositi.* Tum enim actio in heredem & quidem in solidum datur. *l. 1. C. de hered. tut. & cur. l. 4. §. 6. de Mag. conven.* quæ ipsa limitatio non est perpetua, sed multas iterum patitur exceptiones, prout videre licet ex *l. 3. §. pen. Si mens. falsum. mod.* gl. *in d. l. 7. §. 1. depos. v. Racem. C. crim. 6.*

XVI.

In omnibus actionibus bonæ fidei inest actio de dolo. *l. & eleganter. 7. §. non solum 3. l. si qvis affirmavit 9. in princ. de dol. l. hoc jure 152. §. ult. ibi in contractibus quibus doli præstatio vel b. f. inest. de Reg. Jur.* quemadmodum etiam exceptio doli illis inest. *l. etsi ideo 21. solut. matrim.* Ratio est: quia bona fides & dolus malus opponuntur. *l. non debet 11. in fin. de dolo.* vid. not. Dn. Parent. ad rubr. de doli mali & met. except. ubi etiam egit de altero axiomate, quo dicitur: quod exceptio doli opposita stricti juris judicio illud efficiat b. f. Unde fit, ut si actio sit bonæ fidei, dolus ea coërceatur. Cujac. *3. Observ. 37. & in lib. 3. resp. Pap. ad l. 32. de N. G.* quare etiam judicia, qvæ à nostris auctoribus vocantur bonæ fidei, à Cicerone *lib. 3. de nat. Deorum* appellantur judicia de fide mala seu de dolo, quod nec omnino à Jure Civili alienum. *l. 1. §. 1. de A. E. V.* Sic actio mandati dicitur actio de dolo *in l. 14. §. si cui. de relig. test.* Cujac. *ibid. &* Pac. 4. Enantioph. 86. Similiter & Ulpianus *in l. 21. princ. de Evict.* de dolo agi posse ait, cum intelligat actionem exemto. Pacian. *cent. 2.* Enant. 74. ubi etiam agit *de l. 1. C. de dolo.*

XVII.

Dolus variè excusari potest; sic v. c. ei non potest imputari, qui id agit, qvod alii communiter facere consueverint. Bart. *in l. si pignore 22. §. ult. ff. de pign. act.* & pluribus adstruit. Cravett. *cons. 82. num. 78.* Dolo enim caret, quod fit jure permittente. *vid. infr. cap. Jus. & supr. §. 4.*

XVIII.

Dolus prudentiæ adscribitur. Waremund. ab Ehrenb. *lib. 1. de fœderibus cap. 2. num. 61.* Est enim dolus bonus & è regione malus *l. 1. §. 3. de dol & tot. tit. de dol. mal. & met. except. rubr. C. de dol. mal.* cum nominis mali adjectio non perpetuum doli epitheton sit; ut pacti nudi, quia nullum est vestitum, ut morbi, quia nullus obtusus; sed diastole uti vult Cujac. *ad l. 1. de dol. mal.* Gars. *in tract. de fin. Jurispr. num. 275.* Borcholt. *de pact. c. 6.* Nevizan. *sylv. nupt. lib. 4. num. 135.* Hinc Bald. *in l. ult. de dol.* Eum qui per dolum recuperaverit, qvod suum erat, non teneri ad restitutionem. Sic Advocatum habentem justam causam posse decipere adversarium, ait Tiraquell. *in præfation. tract. in retract. des lignag. num. 20.* arg. *cap. 1. 3. q. 4.* cum non videatur fraudare edictum qui sibi prospicit. *l. si pupillus 24. ff. de acqvirend. hereditat.* huc confer dictum Apostoli Paul. 2. *ad Corinth. vers. 16.* qvam obrem Ventin. mendacia narrata à Dione *lib. 49.* non improbavit, ut nec Themistoclis, quo Xerxem à Græcia exegit, de quibus Alber. Gentil. *lib. 2. & 3. de legat. c. 16.*

XIX.

DOLO facere præsumitur, qui fecit quod facere non debuit, *l. tutor qui repertorium 7. ff. de administr. tutor. l. si procuratorem. 8. §. dolo 9. ff. mandati. l. dolo 41. ff. ad Legem Falcid.* Menoch. *cons. 98. num. 30. & de præsumpt. lib. 3. præs. 55. num. 10.* Farinac. *in praxi crimin. p. 3. quæst. 89. num. 92. & part. 4. consil. 60. num. 18.* ubi *addit lit. l.* Unde in faciente rem prohibitam à lege semper præsumitur dolus & malus animus, *l. 1. C. de Sicar.* Wesenb. *de vi bon. rapt. num. 4.* Paris. *consil. 52. num. 33. & cons. 70. num. 16.* & leg. *vol. 4.* late Mascard. *de probat. conclus. 495. n. 4. & concl. 531. num. 50. & 102.* Farin. *in d. pra-*

xi cri-

ni crimin. qvæst. 18. num. 71. & q. 80. num. 72. & 78.

XX.

DOLO facit, qvi petit qvod restituere tenetur, *cap. dolo facit 59. de Reg. Juris, lib. 6. l. 137. §. ult. ff. de Reg. Jur. l. 8. ff. de dol.* Duen. *reg. 260.* Mascard. *de probat. concluſ. 351. n. 81.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſ. 3. num. 88.* Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verb. dolus num. 8.* Celſ. Bargal. *de dolo lib. 6. regul. 16. per tot.* [Obſtat enim ei exceptio. *l. verum 4. ff. de compenſ. l. & eleganter 7. §. ſervus pactionis. 8. ibi quoniam exceptione removeri poteſt. ff. de dol.* Sturt. *ad l. 13. num. 5. & 6. de R. I.* Unde fit, ut ſi Vaſallus nondum ſit inveſtitus & felonià commiſsà inveſtituram petat, Dominus ipſum inveſtire cogi non poſſit. Roſenthal *de feud. concluſ. 104. cap. 10.* Vult. *de feud. cap. 11. n. 5.* qvia dolo petit Vaſallus inveſtituram, cum mox feudum reſtituturus ſit] Intellige qvando ipſimet debitori convento reſtitutio facienda eſſet, ſecus ſi alteri. gloſſ. *verb. ſed alii in l. ſi ſocer 55. §. Lucius Titius,* & ibi Bald. *not. 7.* Caſtrenſ. *num. 6. ff. ſoluto matrim.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 627. numero 3. & ſeq.*

[Limita 1. niſi voluntas teſtatoris refragetur, h. e. exceptionem doli voluntas ejus excludat. *l. 19. §. 1. ff. de R. I.* tum enim petires poteſt, etiamſi aliqvando illa ſit reſtituenda. arg. *l. 41. ff. de condit. inſtit.* Phil. Matth. *add. l. 19. §. 1. de R. I.*

Limita 2. in ſpoliato, qvia ei ante omnia reſtitui rem oportet, cujus poſſeſſione dejectus eſt, etiamſi nihil omnino juris in re iſta habeat. *l. 7. C. ad Leg. Jul. de vi publ.* vid. Sichard. *ad l. cum ſervum. 6. num. 6. C. de ſerv. fugit.* Menoch. *2. arb. jud. qvæſt. caſ. 20. n. 1. & de recup. poſſ. remed. 1. num. 329.* Gail. *2. obſerv. 75. num. 4.* Covarruv. *pract. quæſt. cap. 23. num. 3. verſ. huic etiam opinion.* Matth. de Afflict. *deciſ. Neapolitan. 97. num. 3.* Cacher. *deciſ. Pedem. 116. n. 6. & conſ. 67. n. 28.* Marant. *conſil. 10. n. 26. part. 56. n. 6. & conſ. 182. n. 1.* Tiber. Decian. *reſp. 37. num. 16. & 26. vol. 3. & reſp. 67. num. 23. vol. 5.* Schurf. *conſil. 18. num. 2. cent. 2. & conſ. 6. num. 7. cent. 3.* Weſ. *1. conſ. 48. n. 503. eleg.* Klock. *de contribut. C. ult. ubi de can. redintegrandæ agit, cap. 19. num. 170. & ſeqq.*

XXI.

DOLUS unius non debet alteri nocere, *l. eleganter 7. in princip. ff. de dolo.* [æqvitas enim ſuadet, ut ſuus cuique dolus non alteri noceat. Umm. *de proceſſ. diſp. 8. n. 32.*] Card. Tuſch. *pract. concl. tom. 2. lit. D. concluſ. 582.* ubi *num. 2.* poſt Caſtrenſ. *conſ. 412. Viſo facto, num. 3. lib. 1.* ſubdit, dolum adminiſtratoris, vel tutoris nocere domino, & pupillo, quando ex tali dolo ſentiunt commodum.

XXII.

DOLUS nemini debet patrocinari, *l. nec ex dolo 12. ff. de dolo l. 3. ff. de tranſact. l. is qui dolo 69. ff. de rei vindicat. l. penult. in fine. ff. de Jure dotium. l. ſi ex dolo 51. ff. de re judic. l. etiam 18. §. 1. ff. ſoluto matrim.* [*l. ita demum 31. ff. de recept.* ubi gloſſ. *in verb. ferat. l. inficiando 67. §. infans 2. ff. de furt. gloſſ. in l. ſive hereditaria. ff. de negot. geſt. l. 45. ſed etſi non mortis. 2. ff. de ration. diſtrab.* Joſeph. Maſcard. *de probat. concl. 554. n. 2. & 3.* Joh. Gœdd. *3. conſ. Marpurg. 26. num. 66.*] *cap. audivimus. de colluſ. deteg.* [deceptis enim non decipientibus jura ſubveniunt. *l. 2. §. ſed ita demum. l. ſi decipiendo 30. ff. de SC. Vellej.*] Tiraqvell. *de retractu lign. §. 1. gloſſ. 9. num. 62.* Surd. *conſ. 15. num. 13.* Bellet. *diſqviſit. clerical. p. 1. tit. de clerico debitore. §. 2. num. 5.* Farinac. *in praxi crimin. p. 1. qvæſt. 31. num. 155.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 849. num. 11. & cap. 906. num. 12.* [& in genere qvi dolo malo aliqvid facit, ei non ſuccurritur. *l. eum poſt mortem 43. §. 1. de adm. tut. l. 2. C. ſi min. ſe major.* Anton. Fabr. *in Cod. ad SC. Vellejan. def. 4. num. ult.* nemo enim ex ſuo delicto meliorem conditionem facere poteſt, ne qvis doli ſui præmium conſeqvatur. *d. l. ita demum 31. ff. de arbitr.* Auguſt. Berous *conſil. 196. num. 5. vol. 1.* Bertrand. *conſil. 147. num. 2. p. 8. & conſil. 163. num. p. 6.* Cacher. *deciſ. 50. num. 36.* Bellon. *conſil. 97. & conſil. 106. num. 15.* ubi idem tenet, ſi alicujus culpa poſſit coargui, Decian. *reſponſ. 2. num. 53. vol. 1.* Roland. à Vall. *conſil. 4. num. 19. vol. 2.* Hippolyt. Riminald. *conſil. 243. num. 22.* Pantſchman. *2. qvæſt. 21. num. 149.*] v. Reinckink. *de retract. p. 274. q. 6. num. 391.*

XXIII.

DOLUS ibi non adeſt, ubi non eſt delictum pœna dignum, *l. 7. §. 4. de Jurisd. l. 23. §. 2. de Ædil. Ed. l. eum qui SC. ad L. Jul. de Sicar.* Menoch. *conſ. 28. num. 13.* Unde falſum ſine dolo non committitur, Cott. *in memor. verb. perjurium. pag. 683.* Menoch. *de arbitr. caſu 194. num. 58. & caſu 309.* Maſcard. *de probat. concluſ. 739. num. 12.* Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 11. n. 14.* Campan. *in diverſ. Juris Canon. rubr. 11. cap. 28. num. 5.* ubi poſt Menoch. *conſ. 121. num. 15.* ait, qvod non ſufficit qvilibet dolus, ſed ille tantum qvi ſit in lege expreſſus, ita ut non ſufficiat præſumptus, ſed verus

verus duntaxat reqviratur, ut per *l. nec. exemplum 20. C. de falsis.* tradit Hieron. Gabr. *conſ. 196. num. 16. & 17. tom. 1.* Unde qvoties in delicto minor eſt dolus, toties pœna qvoqve minor eſſe debet, Angel. *in tract. malef. verb. ſcienter, num 12. per l. ſi adulterium 38. §. 1. de Adult.* Weſ. *ibid. num. 6. & ad L. Cornel. de Sicariis.*

Procedit hæc regula qvoad delicta vera: nam qvaſi delicta etiam per ignorantiam & imperitiam perpetrantur. *l. 1. ff. de LL. ubi Cujac. ad Pap. C. I. A. de priv. del. 4. num. 6. add. l. 2. de term. mot. l. ult. §. 10. de publican.* qvod verum de ignorantia non ſimplici ſed culpoſa: licet enim negligentia, imperitia, & imprudentia delicta non ſint; delicto tamen ſunt proxima: maximè ſi ignorantia ſit ſupina, craſſa & affectata. *l. 5. §. 4. & ſeqq. de O. & A.*

XXIV.

DOLUS præponderat culpæ, l. *item ſi obſtetrix 9. §. fin. ff. ad legem Aqvil.* Card. Tuſch. *d. tom. 2. lit. D. Concluſ. 579. nu. 1.* Intellige procedere, qvando agitur civiliter, ſecus ubi ageretur criminaliter, & ad pœnam inferendam, ut per Alexand. *77. Viſis, ſub num. 12. lib. 3.* qvem refert & ſeqvitur Hieron. Buccaron. *de different. inter judicia civilia & crimin. differ. 115. n. 32.* Joan. Baptiſt. Coſta *de ratione ratæ. qvæſt. 104. num. 6. pag. 128.*

XXV.

DOLUS cum dolo compenſatur, *l. viro 40. ff. ſoluto matrim. l. ſi ambo 10. ff. de compenſat. l. ſi duo 36. ff. de dolo. l. quidam Titium 7. ff. ſi qvis omiſſ. cauſ. teſtam. l. ſi filium 37. C. de liberali cauſa. l. qvoniam 21. C. de hæret.* Farin. *fragment. crimin. p. 1. lit. D. n. 110.* Cardoſ. *in praxi Judicum & Advoc. verb. delictum. num. 37.* Cæſ. Bargal. *de dolo lib. 6. reg. 15.* ubi regulæ materiam per 64. numeros examinat. Intelligendo cum civiliter de crimine agitur, ſecus autem ſi criminaliter, ut per multa Jura & Doctores probat Hieronym. Buccaron. *de different. inter judicia civilia & crimin. differ. 131. n. 1. & 2.* [hoc verum, ſi uterqve dolus ex æqvo ſe habeat; qvod ſi enim non ſint in pari cauſa, ſed alter minus, alter plus deliqverit, qvi in leviori eſt culpa, minus oneratur. *l. ſi ſervum 19. §. ſequitur 3. de V. O. l. ſi duo 36. ff. de dolo.* Joh. Ferrar. Mantuan. *ad l. 197. de R. I.*]

XXVI.

DOLUS non fit volenti & ſcienti, *l. nemo 145. ff. de Regulis Juris, l. cum donationis 34. C. de tranſact.* Sim. de Prætis *conſil. 15. num. 9. & 10.* Celſ. Bargal. *de dolo. lib. 4. cap. 2. num. 63.* Card. Tuſch. *d. tom. 2. lit. D. concluſ. 589. n. 1.* ubi *num. 2.* limitat, qvando calliditate fuit ſciens ſeductus, & ſollicitatus. Thomas de Thomaſſet *in floribus legum, reg. 192.* ubi intelligit procedere, qvando ſciens & conſentiens liberè & ſponte conſentit, ſecus quando neceſſitate compulſus; id qvod non tantùm de compulſione, vel coactione reali intelligendum eſt, ſed etiam de verbali perſuaſione, ut per Celſ. Bargal. *de dolo, lib. 6. reg. 34. num. 13.* ubi à principio ampliationes & limitationes regulæ ponit.

CAP. LI.

Domicilium.

Axioma I.

Domicilium originis eſt immutabile; *l. 4. & ibi:* Cujac. *Cod. de municip. & origin.* Domicilium enim qvod deſcendit ab origine prima dicitur naturale. *c. aſſumptio 6. §. 1. ff. ad municip.* Dec. *conſ 284.* Socin. *conſ. 35. vol. 1. & c. fin. de for. compet.* igitur immutabile, *l. jura ſanguinis 8. de Reg. Jur.* Unde domicilium novum & ex accidenti non mutat cauſam originis aut civitatem tollit originariam. *l. Senatores 11. de Senator.* Anchora *conſ. 37.* nec eximit civem à commixtione civitatis originariæ. *l. 1. de decur. l. & qvi originem 5. in pr. de mun. & honor.* Roman. *conſ. 39.* adeò quidem, ut locus originis & non domicilii vel mortis inſpiciatur. Alber. *in d. l. 1.* Roman. *d. conſ. 39.* Gilman. *t. m. 1. p. 3. vot. 2. n. 23.*

Declara hoc locum habere reſpectu tantum honorum & munerum, & ſic onerum perſonalium ſubeundorum: item reſpectu ſucceſſionis; non etiam qvoad jurisdictionem, quæ mutato domicilio & ipſa muratur. Zanger. *de Except. p. 2. c. 1. n. 68.* Gail. *2. obſ. 36. n. 10.* C. I. A. *lib. 5. tit. 1. th. 205.*

II.

Domicilium facit incolas, *l. domicilium 20. & ibi gl. in verb. incolas. ff. ad municip. l. cives 7. l. ſi in patria 5. C. de incol.* Socin. *in cap. licet ratione. num. 8. de for. compet.* Gail. *lib. 2. obſerv. 35. n. 3.*

III.

Domicilium ſolo animo qværitur. *l. privilegio 6. ibi: domicilii voluntatem. C. de incol. l. de jure 37. §. Celſus. ibi ſi utroque deſtinato ſit animo. l. aſſumptio 6. ad municip.* Jac. de S. Georg. *in c. cum nullus de temp. ordin.* imò non ſolo animo qværi, ſed opus eſſe facto affirmat Gloſſ. *in l. cives C. de incol. verb. larem.* per *l. domicilium 20. & l. 21. ff. ad municip. & in l. non utique 4. ff. eod.* Bart. *in l. placet. ff. eod.* vide Socin. *ad cap. licet de for. compet. num. 25.* ubi hoc declarat, qvod maximè reqviratur animus, & ſola animi deſtinatio non ſufficiat; verum exigatur aliqvis actus conveniens domicilio, per qvem animus declaretur: & ſic expreſſus animus unà cum actu domicilii ſignificativo ſufficiat, v. c. ſi in civitate qvadã qvis conduceret vel emeret domum, & verbo exprimeret, qvod faciat animo ibi conſtituendi domi-

domicilium, qvamvis sola possessionis ratio non faciat, qvem incolam. *l. liberius 17. §. sola 5. ff. ad munic.* tamen hoc procedit, qvando qvis animi sui motum aliter non declaravit, secus si voluntatem suam circa domicilium constituendum expresserit, neqve in sola declaratione animi steterit, sed domum ibi emerit, & habitare cœperit, tunc actum sufficit, licet majorem partem bonorum ibi non habeat. Gloss. *in l. cives. C. de incol. confer. omnino* Ummium *de process. disp. 4. n. 6.* sed si de animo expresso non constet & aliqvis in diversis locis bona habeat, ibi præsumitur habere domicilium, ubi maxima patrimonii qvantitas sita; nam in dubio ibi videtur habere animum potissimùm commorandi. Conf. *Mev. p. 8 dec. 260. n. 3.*

Ex dictis patet, qvod ille, qvi in aliqvo loco (1.) habitare incipit, (2.) animum habet perpetuò ibi manendi, donec aliud quid eum evocaverit, domicilium ibidem habere dicatur. *l. 7. C. de incol. l. 20. & 27. ff. ad municip.* Ita ergò studiosi, Legati, officiales aulici non videntur in loco, ubi commorantur, domicilium constituisse, cùm ob solam officii rationem ibimet subsistant. Carpz. *Lib. 6. Resp. 38.* sicut nec mercatores in loco, ubi pergulam conduxerunt. *l. 19. §. 2. ff. de Judic.*

Declara: ut de hoc animo constet vel expressè vel tacitè, uti si qvis per 10. annos in aliqvo loco fuerit commoratus. *l. 2. C. de Incol.*

CAP. LII.
Dominus.
Axioma I.

Cuicunqve competit libera facultas de re suâ pro lubitu suo nomine disponendi, ille est Dominus.

Ratio est *in l. in re mandat. 21. C. mandat. Conf. l. 6. §. fin. C. de sec. nupt.* Ita ergò usufructuarii tutores & Curatores non sunt Domini, sed saltem loco Dominorum *l. 56. §. 4. ff. de furt.*

Limit. ut procedat, nisi lege vel conventione libera dispositio prohibeatur. De qvô *Tit. instit. quib. alien. lic. vel non.*

II.

Olim Dominus etiam hodie dominus præsumitur. Gl. & Dd. *in l. sive. C. de probat.* Bald. & Bart. *ad l. 1. C. de confess.* Balb. *de præscript. thes. 4. qvæst. 1.* Covarr. *cap. possessor. p. 2. §. 1. num. 1.* Everhard. *in loc. Top. loc. à præter. ad præs.* Mascard. *concl. 511. 874. 1074. 1346. quæst. 3.* Menoch. *lib. 1. præs. 48. num. 5.* Alex. *conf. 47. n. 12.* Gomes *ad §. sic itaqve n. 27. Inst. de Act.* Corn. *conf. 24. per tot. lib. 4. incip. licet in themate. & conf. 109. videtur in princ. 52.* Et hoc intelligitur si allegetur, ut dicit Alex. *conf. 69. in causa & lite, & lib. 3. col. 2. vers. accedit.* vid. Socin. *in l. 1. col. 2. n. 21. ff. de acquir. poss.* ubi hoc limitat & declarat. add. Alciat. *de præsumpt. 21. q. 2.* Ratio, qvia dominium habet naturam perpetuam: E. qvi dicit illud amissum aut mutatum, debet probare. Menoch. *lib. 6. præs. 62. n. 3. 4. & seqq.*

III.

Dominus qui semel factus est, amplius Dominus fieri neqvit. *l. 4. §. Iana. ff. de usucap. §. sic itaque Institut. de Act.* ubi Gomes *n. 13. vid. infra M. cap. Meum.*

IV.

Nemo est Dominus suorum membrorum. *vid. infra cap. Membrum.* add. Carpzovius *2. constitut. 21. definit. 1. num. 1. & p. 4. constitut. 1. defin. 11. n. 3. v. text. in l. 13. ad L. Aquil.* Bach. *2. disp. Treut l. 32. th. 5. D.*

V.

Dominorum hortari est imperare & legem ponere. *l. jubemus. 4. C. ad L. Jul. repet.* Joh. Gœdd. *1. Conf. Marp. 25. n. 64.*

CAP. LIII.
Dominium.
Conf. Tit. Rei Vindicatio.
Axioma I.

Dominium ex possessione præsumitur & probatur, *l. sicut 8. §. etsi ff. si serv. vind. l. ult. C. de rei vind.* Dd. *in l. 2. C. de probat.* Afflict. *in c. 1. n. 18. vers. decimo. de contr. inter Dom. & fidel.* Rip. *in cap. sæpè. n. 2. vers. quintum commodum de restit. spoliat.* Gail. *2. observ. 45. in fin.* Carpzov. *p. 2. jur. forens. constit. 14. defin. 25. n. 9.* Vasq. *lib. 2. contr. illustr. c. 70. n. 18.* Cujus rei ratio esse videtur, qvod dominium à possessione ceperit, & possessio ad dominium sit qvasi qvoddam antecedens, ut ait Tennin. *caut. 11. n. 7.* Unde qvod interdum ex possessione dominium probari posse negetur, id accipiendum est eo in casu, qvo dominium deducitur principaliter, sicut fit in rei vindicatione, Guid. Pap. *qvæst. 28.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 14. def. 3. n. 9.* per *l. Titia. 48. de solut.* Carpz. *p. 1. const. 16. def. 24.* secus si incidenter deducatur, ita Bart. *in l. sicut 1. §. si quæratur ff. si serv. vind.* qvem seqvuntur Bald. *in l. indicia. n. 3. vers. si vero deducitur. & in l. cum res. num. 10. C. de probat. & in l. non ignorat. C. de his qui accusar. non poss.* Rip. *in l. rem quæ nobis. n. 12. ff. de acqvir. poss.* Campeg. *in tractat. de testib. reg. 339 vers. 4.* Lanfr. de Orian. *in tract. de testib. num. 143.* Schneidew. *ad §. æquè. Instit. de action. n. 20.* Guid. Papæ *decis. Gratian. p. 28.* Boër. *decis. Burdegal. 42. n. 8.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsum. 63. n. 11.* Mascard. *concl. 539. n. 9. & conclus. 36. n. 25.* Gail. *2. observ. 46. in fin.* Fulv. Pacian. *lib. 2. de probat. c. 37. n. 18.* Bald. *conf. 37. n. 3. vol. 5.* Aretin. *conf. 148. in fin.* Barbat. *conf. 80. n. 7. vers. præterea est. vol. 1.* Calcan. *conf. 31. num. 11.* Dec. *conf. 221. n. 4.* Alex. *conf. 10. n. 3. vol. 4.* Alciat. *resp. 319. n. 1.* Socin. sen. *conf. 122. vol. 4.* Socin. jun. *conf. 135. n. 3. vol. 2.* Paris. *conf. 75. n. 44. vol. 4.* Cephal. *conf. 63. n. 13. vol. 1.* Simon. Pistor. *conf. 5. n. 4. vol. 1.* Uran. *conf. 6. n. 10. vol. 1.* Menoch. *vol. 8. conf. 725. n. 35.* Joseph. Ludov. *decis. Lucen. 54. n. 15.* qvod multo magis obtinet in probatione temporis immemorialis, qvia tali tempore probato censetur & probatum dominium. Mynsi. *1. observ. 30.* Schwanem. *lib. 2. process. Camer. c. 18. n. 48.* Sic dominium per investituras probari, ajunt Felin. *in cap. cum causam. de probat.* Gozadin. *conf. 94. in fin.* Bursat. *conf. 27. n. 7.* communem dicit Mich. Grass. *libr. 1. opin. 5. quæst.*

quæst. 4. nisi adversarius jus suum prætensum melius in re controversa probaverit. Afflict. *in proœm. feud. n. 73.* imò & probari per conjecturas asserunt *l. judicia 19. C. de rei vindic. l. proprietatis 4. C. de probat.* Menoch. *2. de arb. jud. quæst. cas. 42. n. 1.* Calcan. *cons. 31. n. 11.* Dec. *cons. 146. n. 14.* Socin. sen. *cons. 205. n. 3. vol. 2.* Socin. jun. *cons. 135. n. 14. vol. 2.* Wesenb. *cons. 21. in fin.* Mascard. *concl. 535. n. 5. & concl. 538.* Vult. *2. cons. Marp. 30. n. 114.* Unde etiam in antiquis per famam & opinionem hominum probari dixerunt Innocent. *in cap. veniens de V. S.* Jas. *in l. admonendi. de jurejur.* Bald. *in d. l. proprietatis C de probat.* ubi inqvit, ejusmodi famam esse maximè virtutis in universalibus dominiis, puta Regum, Comitum, & in territoris civitatum, idemqve repetiit. Bald. *in l. atqvi naturaliter §. cum me absente n. 1. ff. de negot. gest.* & post eum Jason. *in l. cum aliqvis, n 5. C. de jure delib add.* & Dec. *cons. 428. n. 3. & in cap. 1. de appellat.* Chassan. *in consuet.* Burg. *de just. rubr. 1. §. 2. n. 15.* Villalob. *in th. commun. opin. lit. D. n. 107.* Paris. *cons. 52. n 50. vol. 3.* Bursat. *cons. 28. n. 8 vol. 1.* Mascard. *de probat. concl. 546. n. 14.* Sichard. *in d. l. proprietatis. n. 2. in fin.* ubi limitando ait, quod de fama dicitur, non est accipiendum in eam partem qvasi per se probet, sed tum, cum est contentiens, i. e. si cum aliqvo concurrat, ut si dominium sit notum vel pro noto habeatur, aut si præsens status respondeat dominio de præterito, Barbat. *consil. 37. n. 13. & cons. 15. n. 6. vol. 3.* atqve sic & testes ad probationem dominii admitti referunt Bald. *cons. 486. n. 4. vol. 1. & cons. 166. vol. 4.* Cravett. *cons. 61. n. 5. vol. 1.* Ursill. *in addit. ad* Afflict. *decis. Neapolit. 277.* maximè si de facto deponant, per qvod dominium acqviritur, Bald *in l. cum res. num. 2. vers. 3. C. de probat. & in l. solam. num. 5. C. de testib.* Bertachin. *in repert. in verb. Testes deponunt n. 75.* quâ ratione fit, qvod qvoties deponunt de eo, qvod non sensu corporeo, sed solo intellectu percipitur, ipsorum dictum aliter non valeat, nisi & rationem dicti reddant. Uran. *cons. 13. n. 8. vol. 2.* & quidem concludentem de dominio, etiamsi de ea non essent interrogati. Innocent. *in cap. cum causam qvæ. de testib.* Alex. *cons. 57. n. 4. volum. 7.* atqve ita dominium sine reddita ratione non probari judicatum esse in Rota Romana testatur. Verall. *decis. 279. n. 5. pag. 1. & Cons. Neapolit.* Afflict *decis. 276. num. 3.* quæ omnia intelligenda esse, quando dominium probandum veniat principaliter in judicium deductum, non vero si incidenter; declarat Vult. *2. cons. Marp. 30. n. 15.*

II.

Dominium difficilioris est probationis qvam possessio. *§. commodum. Institut. de interdict.* Dd. *in l. cum res. ff. de probat.* Boër. *qvæst. 42. n. 125.* Menoch. *2. arbitr. judic. cas 42 n. 1.* qvia majoris momenti habetur dominium, quàm possessio, neqve facilè præsumendum Carpzov. *p. 1. jurisprud. for. const. 16. defin. 74. n. 5.*

III.

Quotiescunqve probandum dominium, toties non titulus tantùm, qvò quis rem habet, sed autoris etiam dominium probandum.

Ratio: quia si autor dominium non habuit, illud quoque in alterum transferre non potuit *l. 54. ff. de R. J. & l. 20. ff. de A. R. D.* & probanda est præter titulum etiam traditio. Mev. *P. 3. dec. 191.*

Limita, qvòd non opus sit tali dominii probatione, quoties quis usucapionis requisita probare potest, qvia post usucapionem completam lex verum dominium per se tribuit. *l. 3. ff. de usucap.*

IV.

Quotiescunque res nostra adhuc designari potest, toties dominium ejus nobis manet salvum; quianemini rei suæ dominium sine causâ & facto suo auferendum. *§ ult. Inst. de his qui sui vel alien. jur sunt.* ita si insula ita producta fuerit, ut agrum alicujus circumfluat aqua, tunc causa proprietatis non mutatur, sed ager prioris domini permanet *l. 30 §. 2. de A. R. D.*

Limit. nisi facto nostro sive tacito sive expresso res nostra ad alium pervenerit.

V.

Qvicunque habet facultatem liberè disponendi & fructus percipiendi, ille dicitur habere dominium plenum; qvicunqve verò horum unum non habet, dicitur habere dominium minus plenum.

Ratio consistit in ipsâ appellatione, fundamentum verò *in l. 4 ibi: ut pleno dominio hæc habeant, & non per solum usumfructum ff. de alim. vel cib. legat.*

VI

Qvicunque solam proprietatem habet sine facultate percipiendi fructus, ille dicitur habere dominum directum. Qvicunque verò facultatem percipiendi fructus liberam & ad certam personam non restrictam habet, ille dicitur habere dominium utile.

Hosce terminos utut in jure non reperiamus expressis verbis, reperimus tamen in re & sensu, & melioris doctrinæ causâ adhibemus.

VII.

Quocunque modo transfertur dominium directum, eo modo etiam transfertur utile.

Ratio consistit in argumento à majori ad minus, qvia dominium utile dependet à directo.

VIII.

Qvicunque dominus non est, non potest dominium transferre, potest tamen transferre facultatem usucapiendi.

Ratio: quia qvod qvis ipse non habet, illud nec in alterum transferre potest *C. 54. & 79. de R. J. in sexto.* ita ergò Creditor pignus vendendo non nisi facultatem usucapiendi transferre potest. *l. 46. ff de A. R. D.*

IX.

Quodcunque qvis in alieno facere potest jure servitutis, illud in suo facit jure Dominii & commoditatis naturalis. hinc qvod in fundo meo mihi ire liceat, &c. illud est ex jure dominii, qvia res sua nemini servit. *l. 5. pr. ff. si usufr. petatur.*

X.

Dominii translatio nulla est absque possessionis traditione, *l. traditionibus 20. C. de pact. l. 45. ff. eod. §. per traditionem.* & ibi Dd. *Inst. de rer. divis.* Gloss. ad Dd. *ad. l. 16. ff. de fundo dotal.* qvia traditio & apprehensio possessionis

tanqvam

tanquam forma est dominii, cum hoc non acquiratur, nisi præcedente rei occupatione, vel præcedente naturalis possessionis apprehensione. *l. 1. in pr. ff. de acquir. possess.* Ea propter dominium sine traditione vera vel ficta non transferri ajunt. *l. 50. ff. de rei vindic. l. pen. C. de pact. l. alienatum 67. de verbor. signific.*

Limita in principe; in eo enim specialiter receptum est, ut ex ipsius contractu transferatur dominium ipso jure sine traditione aut apprehensione possessionis, Joh. Andr. *in cap. olim. de verb. signif.* Isern. & Bald. *in cap. 1. de nov. form. fidel. & in cap. 1. quid sit investit.* Angel. *in l. officium. ff. de rei vindic.* Jason. *in l. civitas. col. 3. vers. adde etiam. ff. si cert. pet. & cons. 145. n. 4. vol. 2. & cons. 128. num. 5. vol. 4.* Alex. *cons. 187. in fin. vol. 2. & consil. 3. vers. septimò. vol. 5.* Vincent. de Franch. *decis. Neapol. 23. n. 11.* Et hoc unum esse ex specialibus Papæ & Imperatori concessis, respondit Tiber. Decianus *cons. 8. n. 230. vol. 1.* Vultej. *2. cons. Marp. consil. 30. n. 54.*

XI.

Dominium unius ejusdemque rei duobus in solidum non cedit. *l. 5. §. ult. commod.* Phil. Matth. *ad l. 141. §. 1. n. 1. de Regulis Jur. §. sed si rem. 10.* ibi: *quod proprium est. Inst. de legat. l. si itaque 14.* ibi: *nec res quæ actoris. Instit. de act. l. & an eadem 14. §. actiones 2.* ibi: *neque enim amplius. ff. de Except. rei jud. l. non ut ex 159.* ibi: ita *ex pluribus causis. ff. de Regulis Juris.* Ratio, qvia dominium est jus rem afficiens, plenissimè Gisanius *in l. 3. §. 4. n. 46. ff. de acqvirend. possess.* & dominium undecunque sit, unum est. Hilig. in Donell. *lib. 5. cap. 16. in not. lit. D.* Bronch. *cent. 3. assert. 94.* Col. Jurid. Arg. *lib. 41. tit. 1. thes. 8. n. 1.* adde & Dn. D. Biecium *ad l. 3. §. ex contrario 5. ff. de acquir. possess. p. post memb. 4. axiom. 5.* Tiber. Decian. *vol. 2. resp. 13. n. 1.* Gothofr. *in not. marginal. d. l. 3. §. ex contrario. in fin.* nec potest utile dominium formale cum directo in eadem persona concurrere, quia idem directo & utiliter dominus esse non potest, *l. 3. §. ex pluribus 4. ff. de acquir. possess.* esset enim dare recognitionem superioritatis de se ipso ad se ipsum contra. *c. 1. & 2. de consued.* Valasc. *de jure Emphyt. quæst. 9. num. 8.*

XII.

Dominii proprium est alienare atque de re pro libitu disponere. *infra de rebus. §. 11.* Bart. *in l. si quis. §. differentia. n. 4. ff. de acquir. possess.* Bald. *in l. fœminæ. §. illud. C. de secund. nupt.* Socinus *cons. 72. col. fin. & cons. 107. n. 34. vol. 3.* Herman. Vult. *1. cons. Marp. 29. n. 33. §. ult. ubi* Harprecht. *n. 6. I. de his qui sui vel al. jur. sunt.* Quia quilibet rei suæ moderator & arbiter. *l. in re mandata 21. C. mandat. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alieni jur. l. per provincias 10. C. de ædif. privat. cap. de his 4. de sepult.* etiam in abutendo. *l. sed si lege 25. §. consulvit 11. ff. de petit. hered.* quem textum ad hoc singularem dicit Jason. *in l. more. col. 3. ff. de jurisdict. & in l. fin. C. qui testam. fac. poss.* cum iniquum esset hominibus ingenuis non esse liberam rerum suarum administrationem, *l. 2. ff. si apparent. quis manumiss.* Baldus *in proœm. ff. col. pen. vers. juxta hoc qværo.* Castr. *cons. 125. vol. 2.* Dec. *cons. 55. n. 7. cons. 52. n. 2. cons. 419. n. 3.* sicut ecntrario justum, unicuique sua committere. *l. nemo exterus 9. C. de judæis*, qvod procedere tum demum, si res illa absolutè sua sit, declarat. Vult. *lib. 2. Consil. Marp. cons. 25. n. 80. vid. plura infr. in axiomate 14. h. t.*

XIII.

Dominium non amittit qui dominium non habuit, Phil. Matth. *ad l. non videntur 83. ff. de R. I.* quia non potest videri desiisse habere, qui nunquam habuit. *l. non potest 208. de Reg. Jur.*

XIV.

Dominium non præsumitur, qvando non constat de ipsius initio seu principio, Bald. *in l. sive possidetis. C. de probat.* per *l. ex persona 3. C. eod.* qvem refert & seqvitur Afflict. *decis. Neapolit. 273. num. 5.* & post ipsum Fichard. *cons. 151. num. 3. vol. 2.* eamque ob causam omnino & quidem plenè probandum est, juxta ea quæ deducit Bald. *in l. indicia. num. 3. vers. si vero deducitur per modum. C. de rei vind.*

XV.

Dominii acqvisitio per sententiam tantam vim habet, ac si jure gentium acquisitum esset, Cravett. *cons. 7. num. 10.* Pruckman. *in tract. de Regal. §. soluta. cap. 4. m. 1. effect. 5. n. 56.* Regn. Sixtin. *2. cons. Marp. 14. num. 69.*

XVI.

Dominium per præscriptionem qvæsitum verum est dominium, Jason. *in l. 1. in princ. num. 57. & l. 2. §. ex pluribus. num. 33. de acqvirend. poss.* Wesenb. *1. cons. 4. num. 78.* Est enim præscriptio titulus justus: *cap. de quarta 4. de præscript. c. 1. eod. in 6.* Imol. *in cap. fraternitatis de testib.* Ea propter qui allegat titulum, si probet præscriptionem, videtur sufficienter titulum probasse. Paris. *cons. 25. num. 18. vol. 4.* quia per eam jus omne contrarium tollitur. Paris. *cons. 32. n. 5. vol. 2.* omnisque actio contraria extinguitur. Curt. Sen. *cons. 82. cap. 10. num. 5.* Paris. *cons. 13. num. 17. vol. 4.* Covarr. *cap. possessor. p. 2. de R. I. in 6.* & plenissimam securitatem is qui præscripsit consequitur. Paris. *ibid. num. 19. & cons. 101. num. 81.* ubi dominium utile præscriptione quæsitum non amplius recognoscere directum, sed illi adversari asserit.

XVII.

Dominium ex causis tanquam effectus infertur. Bald. *in l. proprietatis. n. 4. C. de probat.* Wesenb. *1. cons. 21. n. 46.* unde & ex titulo tanquam causa dominii probatur ipsum dominium, & per titulum justificatur intentio. Idem Baldus *in l. cum res. num. 6. C. de probat. per c. licet causam de probat.*

XVIII.

Dominium est separatum qvid à jurisdictione, *l. 2.* ubi Dd. *C. de quadr. præscr.* Vult. *2. cons. Marp. 30. n. 163.*

XIX.

Dominium non potest esse in suspenso. *l. 3. §. si rem. 2. de leg. 3. l. si tibi homo 86. §. cum servus 2.*

de legat. 1. l. à Titio 64. ff. de furt. Fichard. *1. conf. 45. n. 4. & conf 47. n. 19.*

XX.

Nemini hominum jus suum detrahendum est, §. *ult. Inst. de his qui sui. l. 2. Si quis à par.* Qvod adeò verum, ut nec ipse Princeps id ex plenitudine potestatis facere queat. Gail. 2. *observ. 56. & 142.* Gyl. *4. p. 1. vot. 29. n. 14.* etiamsi dominium tantum esset qvæsitum à privato beneficio juris civilis. Fach. *lib. 8. controverf. 63 junct.* Pinell. *ad rubric. C. de rescind. vendit. cit. ibidem.*

Excipe 1. nisi res sit modica. 2. nisi res vel jus tantum quæsitum sit in spe, *ut vid. tract. apud Fach. d. loc.*

Denique limita hanc regulam, nisi utilitatis & necessitatis publicæ causa id fiat. Capuc. *decis. 61. in fin. & decis. 69. n. 1.* Mar. *de jurisdict. l. 1. cap. 4. num. 16.* Gregor. Magelot. *de Sec. & Salv. Cond. p. 1. n. 24.* Gail. *d. observat. 56. num. 3.* Mynsi. *5. observat. 79.* Vasq. *4. Contr. 1.* Ratio, qvia publica utilitas privatæ est anteponenda, *l. utilitas publica 3. Cod. de primipil. 12. 63.* Arnis. *l. 3. cap. 1. de Majest.* ubi tamen semper qvatenus possibile pretium refundi oportet. *l. 13 §. 1. comm. divid. l. 9. C. de Op. publ.* Gabriel. *de non toll. jure quæsito. concluf 2.* Car. Tap. *in l. fin. cap. 9. part. 2. n. 48. de Const. princ.* Arnis. *d. loc. n. 8.*

XXI.

Quilibet est rerum suarum moderator & arbiter. §. *per traditionem 41. Inst. de R. D. l. 21. C. Mand. l. 8. C. de Judic. v. notata Dn. Parentis ad* Dan. Otton. *de jure publ. cap. 9. p. 220. inf. ubi regulæ hujus limitationes invenies.* unde nemo invitus cogi potest, ut rem suam vendat, *l. 11. C. de C. E.*

Variè tamen hæc regula limitatur. 1. Ob testatoris voluntatem, quod fit, quando hæres vel legatarius damnatus est alteri rem suam vendere, vel etiam alienam emere, & ille agnoscendo, vel adeundo hæreditatem aut legatum est consecutus. *l. 49. §. pen. & ult. l. 66. de legat. 1. leg. 54. de leg. 22. §. 2. Institut. de singulis rebus per fideicommissum relictis. §. 4. Institut. de legat.*

2. Ob evitandam communionem, ut si quis partem sui fundi alienasset, & ante traditionem communi dividundo judicio conventus totum fundum per adjudicationem acceperit, cogi, & vicissim cogere alterius partis emtorem potest, ut dato pretio vel totum emat, vel accepto vendat qvoque suam partem *l. 34. §. 2. C. de donat.*

3. Ob nimiam sævitiam: si qvis enim olim durius tractaverat servos, cogebatur eos bonis conditionibus vendere, §. *2. Instit. de his qui sui vel al. juris sunt:* ex quo Dd. inferunt: si quis durius tractaverit subditos, jurisdictionem vendere cogitur. *Mynsi. 5. obs. 8.*

4. Ob favorem rei vendendæ. ut, 1. si pater ob extremam paupertatem infantem victus causa vendidit, cogitur emptor pretio oblato non solum à patre, sed & qvolibet alio eum restituere, *l. ult. C. de pat. qui filium distr.* 2. si alter ex Dominis servum suum manumiserit, alter eidem partem suam vendere cogitur. §. *ult. I. de don. l. 1. C. de com. serv. manum.*

5. Ob religionem: cujus intuitu cogit judex 1. vicinum vicino iter, qvod non habet, vendere ad sepulchrum, *l. 12. in princip. de relig. 2.* Si pecunia non sit in promptu, unde funus fiat, cogit hereditarias res vendere. *l. 14. in princ. §. 1. eod.*

6. Ob consuetudinem, nam & hoc induci potest, ut res certas quis justo pretio vendat, *l. 13. §. 1. com. præd. tam urb. qvam rust.*

7. Ob utilitatem publicam: hujus enim etiam intuitu multi res suas vendere coguntur. *l. 2. C. pro quib. caus. serv. pro præm. libert.* quippe cujus gratia etiam in aliis à regulis juris communis recedimus. *l. 51. §. ult. ad Legem Aquil.*

8. Ob annonæ vitandæ caritatem: ob quam quis sua victualia aliàs non venalia vendere cogitur *l. 2. C. ut nem. lic. in empt. specierum.*

Denique nisi specialis lex liberum illud arbitrium restringat, *l. 14. C. de contrah. emt.* ubi adde C. I. A. *th. 26.*

XXII.

Dominium in dubio irrevocabiliter à Lege & consuetudine delatum præsumitur, nisi contrarium probetur, *arg. l. sive possidetis 16. C. de probat. l. ait prætor 7. §. sed quod Papinianus, de min. l. ei qui 88. de hered. inst. l. 1. pr. ad SC. Trebell.* M. Grass. *2. com. op. c. 20 quæst. 4.* Rosenth. *c. 11. de feud. concluf 5. lit. e.* Anton. Goth. *disput. feud. 12. thes. 1. lit. C.* adde *cap. sup. axiom. 1.*

XXIII.

In ambiguis debitor non intelligitur dominium transtulisse, nisi probetur, aut subjecta materia diversum postulet. Vide Wesenb. *Conf. 2. n. 18.*

CAP. LIV.

Domus.

Axioma I.

Domus sua tutissimum cuique debet esse refugium, *l. plerique 18 ff. de in jus voc.* nihil enim sanctius esse quam domus uniuscujusque civium, inquit M. Cic. *in orat. pro dom. sua.* quem allegat Carpzov. *p. 4. Jurisprud. Rom. constit. 13. def. 9. num. 9.* Vid. Reusner. *lib. 1. decis. 16. num. 30.* unde neminem invitum posse extrahi ex domo sua, seu capi realiter, ait *dict. l. plerique.* qvod in civilibus causis, non verò criminalibus procedere ait Mynsing. *4. observ. 69. per gloss. in l. nemo de domo. de Reg. Jur.* Ubi tamen quoad prius limitat, ut non locum obtineat in debitore suspecto de fuga, qvi è domo extrahi potest etiam die festo & solenni, gloss. *in l. fin. C. de fer.* vel ob æs alienum. *l. sacrilegi 6. in fin. ff. ad L. Jul. pecul.*

II.

Domus non debet æstimari ex valore ædificii, sed ex reditu. Joh. de Plat. *in l. 2. C. de præd. & omn. reb. navic.* Boër. *decis. 19.* Vid. Joseph. Ludov. *p. 2. decis. 65. n. 11.*

III.

In domo vel ædibus qvod fit, per inhabitan-

tes

tes factum esse præsumitur, *arg. l. si vendita 11. ff. de com. & peric. rei vend. l. nam salutem 3. §. 1. ff. de offic. præfect. vigil.* Regn. Sixt. *cons. Marp. 13. n. 26.*

IV.

Domus cedit cum omnibus pertinentiis *Bart. in l. prædia 91. §. 5. de leg. 3.* hinc concessâ, venditâ vel legatâ Domô venit etiam hortus contiguus. Sed an domuncula? *Cons. Argent. vol. 1. cons. 83. 9. 4. & cons. 87.*

CAP. LV.

De Donatione. *Vide Infr.*

Liberalitas.

Axioma I.

Quodcunque necessarium est ad dominii translationem, illud quoque necessarium ad donationem, quia donatione quoque transfertur dominium. *pr. Inst. de donat.* ita ad donationem requiritur (1.) voluntas donandi verbis vel facto declarata *l. 7. l. 8. C. de donat.* (2.) facultas donandi, qvam habet is, cui administratio rerum suarum concessa *l. 12. C. de donat.*

II.

Ad sibi donandum unicuique licitum est hominesblanditiis inducere. Bellon. *cons. 74. num. 7.* Bursat. *cons. 47. num. 26.* Cephal. *cons. 414. Illustris uxor. num. 11. vol. 3.* Dec. *cons. 489. In casu. num. 6. vers. Primo ergo non obstat.* Pacian. *cons. 52. n. 46.*

III.

Donatio in dubio potius pro donatione inter vivos quàm pro ultima voluntate est habenda. gloss. *in l. apud Celsum. §. Julianus. in verb. spopondisset. de dol. mal.* Coll. Jurid. Witteb. *inter cons. Germ. Fctor. Francofurti impress. tom. 4. cons. 50. n. 3.* Florent. à Venningen *eodem tomo, cons. 1. n. 56.* ubi addit pro hac regula facere *text. in l. fin. C. de donat. mort. caus. & l. Seia 42. in fin. ff. eod.* add. & Jason. *in l. quæ dot. num. 26. ff. solut. matrim.* Jul. Clar. *in §. donatio. quæst. 4. n. 2.* ubi ait, qualitatem hanc quod sit causa mortis in dubio non præsumi, & ideò qvi illam allegat, debere eam probare. Vide Regn. Sixtin. *1. Consil. Marp. 12. num. 24.* quando mortis mentio à donante fit, pro donatione inter vivos non habetur. Bald. *cons. 108. dub. 4. lib. 3.* Dec. *cons. 305. num. 1.* Paris. *cons. 16. num. 7. lib. 2.* Rolandus à Valle *cons. 61. num. 5. lib. 2.* Dec. *in l. fin. Cod. de pact. num. 20.* Jason. *in l. quæ dotis. num. 6. ff. solut. matrim.* Paris. *cons. 16. num. 4. lib. 2.* nisi ob benemerita facta sit donatio; hanc enim in donatione inter vivos adeò considerari ait Baldus *in l. si mortis. col. 1. C. ad Legem Falcid. in vers. nunquid.* ut licet per verba hæc, dono tibi post mortem meam, celebretur mortis causa donatio, tamen hoc non procedere statuat, si ex meritis præcedentibus aliud præsumatur. *d. l. Seia. ff. de don. mort. caus.* qvem sequitur etiam Tiraqvell. *in rep. l. si unquam. in verb. largitione donatus. C. de revocat. donat. num. 53.* ubi inquit, qvod licet Doctores *in d. l. quæ dotis*, hanc limitationem prætermiserint, tamen hæc non minus quàm illæ omnes, de qvibus à Doctoribus ibi agitur, notanda esse, quod comprobat & Rolandus à Valle *cons. 61. n. 41. lib. 2.*

IV.

Qvoties voluntas donantis intuitu mortis elicita & in eventum mortis suspensa, toties est donatio mortis causâ.

Ratio seu fundamentum hujus est in *§. 1. Inst. de donat. & l. 2. ff. de donat. mort. caus.* nam non sola mortis mentio facit donationem mortis causâ, sed ut suspendatur etiam in eventum mortis.

Exempl. in *l. 3. 4. & 5 ff. de donat. mort. caus.* Limit. ut hinc aliud sit, si donatio facta sub clausulâ de non revocando. item si non voluntas, sed executio tantùm sit suspensa.

V.

Quoties voluntas donantis pura & traditio tantum in tempus mortis suspensa, toties est donatio inter vivos.

Ratio: qvia sic actus donandi est perfectus, consummatio verò tantùm dilata: ergò initium hic potisimùm respiciendum, nam ex primordio tituli posterior formatur eventus.

Amplia ut idem sit, si duo tantùm testes fuerint adhibiti, etiamsi sub commemoratione mortis facta fuerit donatio. *Carpz. P. 3. C. 1. def. 41.*

VI.

Donari censetur, qvod nullo jure cogente conceditur, *l. donari 29 ff. de donat. l. donari 82. ff. de Reg. Jur.* Regn. Sixtin. *2. Cons. Marp. 19. num 33.* Donatum enim non dicitur, qvod jure cogente datum est, cùm ex mera libertate ac munificentia donatio proficiscatur, *l. 27. 29. ff. de donat.* Philipp. Matth. *ad l. 16. de Reg. Jur. n. 18.* Hyppol. à Collib. *ad l. 82. in princip.* Sturz *n. 2.* Hœnon. *2. disp. 9.* Johan. Gœdd. *de contrab. stip. c. 1. concl. 3. n. 37.* Fachin. *7. contr. c. 75.*

VII.

Donatio inter patrem & liberos est nulla. *l. 1. §. 1. ff. pro donato. l. 2. §. fin. ff. pro hered. l. 11. C. de donat. l. 17.* ubi Bald. *l. 25. C. de donat. inter vir. & uxor.* Mozz. *de donat. cap. de personis, inter quas cadit donat. n. 13.* Clar. *de donat. quæst. 8.* Bocer. *de donat. cap. 3. n. 3.* Schneidew. *ad §. 2. num. 66. Instit. de donat.* Gomez. *2. variar. resolut. cap. 9. num. 25.* habentur enim pro una eademqve persona. *§. 4. vers. ei verò Instit. de inutil. stipulat.* nec concursus actionis & passionis in eadem persona circa idem ad idem eodem tempore per naturam toleratur. *l. frater à fratre 38.* ubi gloss. Bart. Jas. Castr. & alii *ff. de condict. indeb.* nedum per artem, Joh. Gœdd. *l. 1. Consil. Marpurg. cons. 26. numer. 276.* quia hæc naturam imitatur, *§. 4. ff. de adopt.*

Limita 1. non procedere hæc in remuneratoria, quia hæc non est propriè donatio, sed quædam accepti beneficii compensatio, *l. 12. §. 8. Mandati.* Bart. *in d. l. frater à fratre. num. 57. d. l. ff. de donat. num. 1. & l. Aquilius. num. 3. ff. eod. per l. si verò non remunerandi 12. ff. mandati.* Panorm. *ad rubr. de donat.* Gail. *2. obs. 38. n. 5.*

Limita 2. si esset jurata. Mynsi. *2. obs. 33. num. 5.* Mozz. *d. cap. de pers. inter quas cad. don num. 20.* Bocer. *de donat. cap. 3. num. 4.* Riminald. *in §. 1. Institut. de donat. numer. 273.* Treutler. *2. disput. 19. thes. 3. lit. e.* Gail. *lib. 2. observ. 38. n. 7.*

Limita 3. si publica autoritate aut per cessionem curatoribus fiat, maximè verò intuitu peculii adventitii seu bonorum maternorum. arg. eorum qvæ scribit Michael Cras. *lib. 2. artic. collatio bonorum qvæst. 9. n. 6.* vid. Joh. Petr. Ferrar. Papiens. *in pract. form. libell. pro herede vel re sing. verb. communiter. num. 13. in fin.* ubi hoc casu donationem valere ait, cum qvoad hoc peculium pater & filius pro una & eadem persona non habeantur. *l. 130.* & ibi Dd. *à contrario sensu de V. O.* Mynsi. *ad §. ei vero. num. 4. Instit. de inut. stip.* Gœdd. *d. conf. 26. num. 281.*

Limita 4. si donatio facta filio naturali tantum. Socin. *in reg. 140. incip. à patre facta. docatio. text. in l. omnes 17. §. Lucius 1. qux in fraud. ired.* Regn. Sixtin. *1. Consil. Marpurg. 12. n. 38.*

VIII.

Donationi inter vivos semel factæ standum est, *l. possessionem 3. l. fin. C. de revoc. donat.* qvia n donationem, qvæ perfecta est, nulla cadit pœnitentia, *l. sive Emancipatis 17. C. de donat. l. donationes in concubinam 31. §. pater 2. ff. eod.* Bart. *in l. fin. num. 7. vers. istam partem ego teneo. ff. de condict. caus. dat.* Pacian *cons. 52. num. 32.* ac adeo firma & perfecta censetur, ut conditionalis postea fieri nequeat, *l. perfecta 4. Cod. de donat. quæ sub mod.* ut ne quidem prætextu alicujus rescripti Imperialis revocari possit. *l. si donationem 5. C. de revoc. donat.* Regn. Sixtin. *1. Consil. Marp. 12. n. 33.*

IX.

Donatio semel extincta non reviviscit, sed extincta manet qvoad omnes effectus, *l. 98. §. aream 8. ff. de solut. l. inter stipulantem 83. §. si rem 6. ff. de Verb. Oblig. l. ejus qui 29. §. fin. ff. de jur. fisc.* Tiraquell. *ad l. si unquam verb. susceperit. n. 191. in fin. C. de revoc. donat.* Tiber. Dec. *resp. 49. num. 9. vol. 4.* Surd. *cons. 18. num. 10.* Gœdd. *1. Cons. Marp. 26. n. 176.*

X.

Donatio mortis causa nil aliud est, quam ultima voluntas. *l. ult. in fin. C. de mort. caus. donat. fac. text. in l. illud generaliter 37. ff. eod. & §. 1. vers. hæc mortis caus. Instit. de donat.* intellige scil. respectu confirmationis & effectus. Anton. Gomez. *var. resolut. tom. 2. tit. de donat. n. 16.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 10. num. 49.* Unde tamdiu durat ac valet quamdiu, à donante non fuerit revocata. Regner. Sixtin. *d. cons. 10. num. 58.* hominis enim ultima voluntas est ambulatoria usque ad extremum vitæ spiritum *l. cum hic status 32. §. ait oratio 2. ff. de donat. inter vir. l. translatio. 6. in fin. ff. de adim. & transf. legat. can. ultima voluntas 4. caus. 13. q. 2. l. si qvis in principio testamenti 22. ff. de legat. 3.* quare & hanc ad libitum & sola donantis pœnitentia revocari colligitur *ex l. non omnes.* ubi Bart. & Dd. *si cert. pet. l. qui mortis 30. ff. de mort. caus. donat.* Socin. *in repetit. sciendum. num. 52. ff. de legat. 1.* Joh. Crot. *in rubr. de V. O. num 44.* Jacob. de Nigr. *ibidem nu. 177.* Chassan. *ad consuetud. Burg. rubr. 7. §. 5. num. 9.* Regner. Sixtin. *2. Consil. Marpurg. 18. num. 132.*

XI.

Quicunqve poterit testari, ille poterit mortis causâ donare *l. 15. ff. h. t.*

Ratio: qvia cui plus licet, non debet id, qvod minus est, non licere *l. 21 ff. de R. J.* adeoqve pupillus nec qvidem tutoris autoritate interveniente, minor verò sine Curatoris autoritate mortis causâ rectè donat.

Limit. ut procedat affirmativè, non negativè, nam mortis causâ donare minus qvid est. Ita filiusfam. testari non potest, mortis causâ donare patre permittente potest. *l. 25. §. 1. ff. de mort. caus. donat.*

XII.

Qvodcunqve juris est in Legato, idem juris est in donatione mortis causâ *l. 37. pr. ff. de donat. mort. caus.*

Ratio: quia qvoad effectum hæc duo inter se sunt comparata *§. 1. Inst h. t.* ita utrumqve morte confirmatur, quinque testes ad utrumqve requiruntur. &c.

Limita: ut tamen in donatione mortis causâ reqviratur acceptatio donatarii, qvod secus est in Legato.

XIII.

Inter qvascunqve personas propter vinculum donatio prohibita, inter illas tamen, si revocata non sit, morte confirmatur. *l. 25. C. de donat. int. V. & U.*

Ratio: quia sic morte non tantùm cessat vinculum illud, & ita ratio prohibendi, sed etiam donantis enixissima voluntas ex perseveratione colligitur. *cap. fin. X. de donat. int. Vir. & Uxor.* ita confirmatur donatio conjugis in conjugem, patris in filiumfam. & vice versâ.

Limita: ut procedat, modò (1.) donans prior decesserit, *l. 32 §. fin. ff. de donat. int. V. & Ux.* (2.) legitima liberorum non lædatur. (3.) modo non excedat 500. solidos. qvoad excessum enim non confirmatur. *Zæs. ad ff. de donat. int. Vir. & Uxor.*

XIV.

Quoties conjux donans non fit pauperior aut donatarius locupletior, toties donatio est valida *l. 5. §. 16. & §. 8. ff. de donat. int. Vir. & Uxor.*

Ratio: quia sic cessat ratio prohibendi, ne scil. mutuum amorem conciliando se invicem spolient.

Exempl. ita valet renunciatio hereditatis à marito acqvirendæ, in gratiam Uxoris facta. *d. l. 5. §. 12. & 13. ff. de donat. int. Vir. & Uxor.* aliud exemplum est in *l. 25. ff. eod.* ita valet donatio conjugis facta conjugi ad locum sepulturæ emendum *d. l. 5. §. 8. Conf. l. 7. §. 1. & l. 31. §. 1. ff. eod.*

XV.

Inter conjuges valet donatio mortis causâ, itemqve jurata, & qvoqve reciproca seu vicissitudinaria *Gail. L. 2. O. 40. Mynsi. 2. obs. 31.* illaqve qvæ fit in festo Nativitatis Christi H. Christ bescheren. Berlich. *2. concl. 15. n. 29.* Besold. *thes. pract. verb.* Neu-Jahr-Schenckungen.

XVI. Quos

XVI.

Quoties merita præcedunt talia, ob quæ jus agendi competere potuisset alteri, donatio est propriè remuneratoria *L. aquil. 27. ff. de donat.*

Ratio: quia talia merita sui naturâ sunt compensanda; at merita exigua seu communia, cùm qvis ex officio pietatis ad ea teneatur, non efficiunt donationem remuneratoriam.

Exemplum, si filius patrem proprio vitæ periculo liberasset à vi latronum *l. 15. §. 1. ff. de manum. vindict.* Ita & qvod præceptori donatur, huc pertinet. *d. l. 27. ff. de donat.*

Limit. ut tamen judicis sit æstimare merita, an talia sint. Est enim hoc facti, adeoque à Judice definiendum.

XVII.

Quotiescunqve donatio facta in extraneum cum consilio fraudandi legitimam, toties tota donatio revocanda. *l. 5. & 8. C. de inoff. donat.* qvoties verò sine consilio fraudandi legitimam facta, toties tantùm qvoad legitimam revocanda. *dd. textt. & l. 87. §. 2. de Leg. 2.*

Ratio prioris consistit in consilio fraudis, qvam leges aversantur: Ratio posterioris, qvia sic in totâ donatione non est peccatum, sed tantùm qvoad legitimam; eousqve igitur tantum revocanda, nec pœna major esse debet delicto. Brunnem. *ad l. 1. C. de inoff. donat.*

Exempl. ita si pater omnia sua bona in fraudem liberorum lusu amiserit, omnia qvoqve erunt revocanda; secus si casu, ubi saltem usqve ad legitimam. Brunnem. *ad L. fin. C. de aleat.*

Limit. nisi liberi per qvinqvennium tacuerint.

XVIII.

Qvoties donatio facta uni ex liberis, sive cum sive sine consilio fraudandi, toties tantùm qvoad legitimam revocatur. quia sic favor sanguinis elidit consilium fraudis.

XIX.

Qvodcunqve donatur ad pias causas, illud hodie insinuatione non indiget. Ratio consistit in favore hujus donationis.

Limit. ut procedat moribus & Jure Canonico, aliud est in puncto juris. Zœs. *ad ff. h. t. n. 49.*

XX.

Donare est animi nobilis & liberalis proprium: eleganter Gregorius *in cap. 1. de donat.* *Hanc sibi* (prudens scilicet & magnus animus) *nobilitatis legem imponit, ut debere se, quod sponte tribuit, existimet: & nisi in beneficiis suis creverit, nihil se præstitisse putet,* qvem textum aureis scribendum dicit literis Gail. *2. obs. 72. num. 9.* add. Corneus *1. cons. 36. num. 8. & 2. cons. 186. num. 12.* Vivius *1. decis. 86. num. 11.* Donare enim ornamentum est nobilium *cap. 1.* ubi Cujac. *de donat.* Lup. *in repet. rubr. de don. int. vir. & uxor. §. 9. num. 1.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 59. num. 6.* Dec. *resp. 66. n. 36. volum. 43.* Thoming. *cons. 12. num. 27. vol. 1.* Carpzov. *p. 2. constitut. 42. defin. 16. num. 6.* Laus Regum, Anton. Corset. *de potest. reg. p. 1. num. 15.* Gail. *2. observ. 62. n. 9.* Natt. *cons. 554. n. 33. tom. 3.* Gloria Principum, *l. penult. C. de donat. inter vir. l. 1. C. de thesaur.* Reusner. *dec. 4. num. 51. lib. 4.* Cravett. *cons. 14. num. 16.* Cephal. *cons. 369. num. 73.* Proprium Senatorum, *arg. l. 7. §. 3. ff. de donat.* Nolden. *de stat. Nobilit. c. 2. n. 30. §. 3.*

XXI.

Nemo in necessitatibus liberalis existit, *l. 18. de Adim. legat.* Unde donare non dicitur, qvi necessariis oneribus succurrit. Ex Oldrat. Berlich, *lib. 2. decis. 229. in fin.* ubi exemplum in marito impensas in morbum mulieris faciente, qvod non donare videatur, *Vide infra lib. 10. tit. de Liberalitate.*

XXII.

Donanti qvi vicissim aliqvid præstat, videtur compensare donationem, *l. si remunerandi 12. §. inde Papinianus 8. mand.*

Limita: si animus donatarii & donandi intentio appareat, secus si credendi animus allegetur, *l. 3. C. de religios.* ubi Sich. *n. 2.*

XXIII.

Donatio juris liquidi est remissio, *l. si quis delegaverit 12.* ubi Bart. *de Novat. l. 4. C. eod. tit. l. hoc jure 19. §. 1. ff. de donat. l. si quis obligatione 11. de R. I.* Bart. *in l. si qvis cum aliter. num. 8. de Verb. Oblig. l. Modestinus.* ubi Doctores *de donat.* Alexandr. *consil. 22. num. 8. volum. 1.* Wesenb. *lib. 1. cons. 3. num. 63.*

XXIV.

DONARE est perdere, *l. filius familias 7. ff. de donat. l. cum de indebito 25. vers. qvi non solvit. ff. de probat.* [*l. 1. §. sed etsi non mortis 2. ff. de ration. distrab.* Joseph. Mascard. *de probat. concl. 554. num. 1. & 2.* Johan. Gœdd. *3. Cons. Marp. 26. num. 66.*] Surdus *de aliment. tit. 6. qvæst. 1. num. 4. cum seqq. & qvæst. 5. num. 7. cum seqq. & cons. 5. num. 72.* [Donare enim non est administrare, sed dilapidare, Bald. *in l. pactum Curatoris. num. 1. C. de pact. l. filius fam. in verb. ut perdat ff. de donat. & in l. 1. n. 3. C. si adverse. donat. per l. si fundum. §. pen. ff. de legat. 1.* Wesemb. *1. consil. 3. n. 64.* qvod intelligi debet, cum donatur indignis. Cancer. *variar. part. 2. cap. 5. num. 64. & cap. 8. n. 109.*

XXV.

DONARE suum nemo præsumitur, *l. cùm de indebito 25. vers. si vero. ff. de probat. l. Campanus. 47. ff. de oper. libertorum l. fin. C. de novat.* Tiraqvel. *in l. si unquam. verb. donatione largitus. num. 206. C. de revocand. donat.* Menoch. *de arbitr. casu 88.* Pichard. *ad princ. Inst. quibus non est permissum facere testam. numer. 66.* Mascard. *de prob. conclus. 554. num. 1.* Surdus *de aliment. tit. 6. qvæst. 5. num. 7.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 8. qvæst. 1. num. 5.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. donatio. num. 15.* Joseph. Sesse *Aragon. decis. 182. num. 6.* Marian. Antonin. *variar. resolut. lib. 2. resolut. 23. num. 11. & 12.* Bellet. *disqvisit. clerical. part. 1. tit. de bonis clericor. §. 9. num. 7.* Farin. *in praxi crimin. part. 4. decis. 136. in addit. lit. C.* Flores de Mena *var. lib. 3.*

qvæst. 23. num. 90. Octav. Glorit. resp. 4 part. 3. num. 47. in princip. Piccardus ad princ. Institut. quibus non est permissum fac. testam. num. 66. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 824. n. 17. Ita ut potius error, quàm donatio præsumatur, ex Mascard. de probat. concl. 554. num. 5. & conclus. 639. num. 10. & concl. 1173. num. 4. Menoch. consil. 1. num. 215. Flamin. Paris. d. tract. lib. 9. quæst. 19. num. 5. Joseph. Sesse d. decis. 182. num. 5. Bened. Ægid. in repet. ex hoc jure. ff. de Justit. & Jur. p. 11. cap. 11. num. 25. Natt. cons. 77. num. 16. Rolandus à Valle consil. 11. num. 46. volum. 3. Ruin. cons. 215. volum. 1. Becc. cons. 52. num. 70. Surdus cons. 202. n. 14. cum seqq. Octav. Glorit. resp. 10. n. 111. novissimè Joseph. Vela dissert. 21. num. 45. post princip. vers. at in dubio. [add. & Bald. cons. 189. Creditor. in fin. lib. 2. Dec. cons. 350. num. 4. cons. 571. num. 4. cons. 644. num. 5. Jason. in l. Jurisgentium §. si cum nulla. num. 28. de pact. etiam si in facto proprio esset. l. etsi me putem. 22. in princ. cum gloss. ff. de condict. indeb. junct. l. 1. eod. Curt. jun. cons. 56. num. 5. qvem secutus Cravett. cons. 77. num. 14. cons. 142. numer. 26. Ruin. cons. 215. num. 12. lib. 1. Sic fatuitas potius quàm donatio præsumitur, Bald. in l generaliter. C. de non num. pecun. imò datum potius præsumitur ex ea causa, quæ minorem jactationem continet, quam ex alia. Butr. cons. 65. Cravett. cons. 106. n. 11. Hinc stultum & dementem præsumi eum, qui omnia sua donat, dixit Paris. cons. 88. n. 13. lib. 3. vid. Tiraq. in l. si unquam. in verb. donatione largitus. num. 209. C. de revocand. donat.] & ideò omnis sumitur conjectura, ut donatio evitetur, l. eleganter 24. §. qui reprobos 1. ff. de pign. act. l. si cum aurum 10. ff. de solut. Decius cons. 150. num. 4. Surdus cons. 262. num. 73. Carol. Bardel. cons. 22. num. 40. quos refert Octav. Glorit. resp. 1. part. 3. num. 47. [Alex. cons. 40. lib. 4. num. 4. cons. 164. num. 6. lib. 5. & cons. 87. num. 15. lib. 6. Treutler. disp. 19. thes. 2. lit. a. vol. 2. Vult. 1. cons. Marp. 15. num. 150. Donatio enim fundata ex præsumptione nonnunquam est fallax : & ideò facilè per aliam potest tolli, ne fictio plus habeat roboris, quàm veritas, & tacitum plus valeat expresso, Tiraqvell. in d. l. si unquam. num. 156. Afflict. decis. 80. num. 4. Gilman. 4. 1. vot. 5. n. 53. Carpzov. p. 2. const. 19. defin. 28. n. 2. & p. 2. const. 12. defin. 38. num. 2. & p. 3. const. 11. defin. 15. n. 6.]

Limita, si animus donatarii & donandi intentio appareat, ut si credendi animus allegetur. l. 3. Cod. de religios. ubi Sichardus num. 2. Plures exceptiones vide in Colleg. Jurid. Argent. de negot. gest. thes. 43. Et tradit Cravetta 1. cons. 159 Incip. Divino subsidio ex corde postulato. n. 4. Donationem præsumi tribus concurrentibus, nempe (1.) conjunctione sanguinis, vid. Axiom. seq. (2.) patientia longi temporis. (3.) redditione rationum nunqvam exacta per text. l. servius communis 38. §. un. de donat. inter vir. & ux. Menoch. 1. cons. 29. n. 32.

XXVI.

Inter qvascunqve personas est præsumtio pietatis singularis, inter illas est præsumtio donationis. L. Nesennius 34. ff. de negot. gest.

Ratio: quia tales personæ non censentur habuisse animum alterum obligandi, sed à pietatis nexu se liberandi.

Exempl. sic si avia alimenta præstiterit, donasse videtur. d. l. 34. ff. de neg. gest. idem in matre. l. 11. C. eod. & avunculo. l. 27. §. 1. ff. eod.

De revocatione donationis propter supervenientiam liberorum vid. LIBERORUM SUPERVENIENTIA.

XXVII.

Quoties qvid donatur pro impetranda gratia, toties licite accipitur l. un. C. de suffrag. quia nullus Ministrorum Principis alicui obligatus est ad gratiam conciliandam: si igitur pro opera ideò impensâ muneris aliqvid offerri potest Ministris, potest etiam acceptari, modò nihil fraudis concurrat, sed agatur de re ex merâ Principis liberalitate dependente.

XXVIII.

Quicquid donatur pro impetrandâ Justitia, illud illicitè datur & accipitur. quia qui dat, judicem muneribus accipiendis assuefacit, judex verò accipere nihil potest pro eo, ad quod gratis & sine ullo redhostimento tenebatur. Conf. L. 2. §. fin. ff. de Condict. ob turp. caus.

Limit. nisi aliquid saltem detur ad maturandam sententiam. Zœs. ad ff. eod. n. 3. vid. ruor. CORRUPTIO.

CAP. LVI.

Dormiens.

Dormiens non committit maleficium. Gail. lib. 2. observ. 110. Clem. unic. de homicid. & can. si concupiscentia 8. caus. 15. q. 1. non enim peccare videtur, qui dolo caret, can. testamentum 1. ubi gloss. ad verb. rea distinct. 6. Bartol. in l. penult. ff. ad L. Pompej. de parricid. per l. 24. §. 2. vers. vitium ff. de damn. infect. cap. fin. ubi Dd. de his qui fil. occid. Wesenb. in parat. ff. de injur. numer. 4. Unde dormiens furioso quoad intellectum ac amenti comparatur, cap. majores 3. §. sed adhuc. & §. item quæritur. de baptism. ac mortuo similis esse dicitur. Clem. 1. in fin. de Summ. Trinit. ubi Cardin. Dd. in l. 1 §. adipiscimur. ff. de acquirend. poss. Bart. in l. ut vim. ff. de just. & jur. Sic Virgil. libr. 6. Æneid.

Dulcis

Dulcis & alta quies placidæque similima morti.

Item:

Stulte quid est somnus gelidæ nisi mortis imago?

Alia plura retulit Tiraquell. *in tract. de pœnis legum cauſ. 5. num. 2. ubi num. 3.* refert Platonem *lib. 6. de LL.* ſic dicentem: Nemo dum dormit alicujus pretii eſt, non magis quam ſi non viveret. add. & Menoch. *2. arb. jud. 327. num. 5.* Zaſ. *ad d. l. 1. §. adipiſcimur. num. 8. de acquirend. poſſ.* Damhoud. *in prax. crimin. cap. 84. num. 10.* Covarr. *in clem. ſi furioſus. in initio 3. part. relect. §. 5. n. 6.* Plac. *lib. 1. delict. cap. 31. num. 3. &* Mar. Socin. *ad cap. ad audientiam. num. 14. de homicid.*

CAP. LVII.

De Dote. Dotalitio.

Axioma I.

Quod judicatur de dote, idem & de augmento ejus judicari debet. *Auth. æqualitas. C. de pact. convent.* Augmentum enim dotis nihil ab ipſa dote differt, & quod in ea locum habet, etiam in augmento dotis merito obtinebit. *l. inter ſocerum 26. §. cum inter 2. ff. de pact. dotal. l. etiam. 8. Cod. de jur. dot.* Roland. à Valle *in tract. de lucr. dot. q. 100.* Regner. Sixtin. *vol. 2. Conſil. Marpurg. 17. num. 16.* Menoch. *conſ. 154. num. 5.* Weſenb. *1. conſ. 26. num. 26. & 28.* cum eodem jure argumentum cenſeatur cum principali & hujus naturam ſequatur. *l. ſi convenerit 18. §. ſi nuda 1. ff. de pign. act.* Sebaſt. Medic. *in tract. de ſtatut. p. 4. quæſt. 28. num. 5. verſ. in quibus regula ſit.* add. & Anton. Fabr. *in Cod. lib. 9. tit. 6. def. 3. n. 2.* Carpzov. *p. 3. Jurisprudent. forens. conſtit. 23. defin. 10. num. 6.*

II.

Pro dote relictum ſapit inſtitutionem. Jaſon. *in Auth. noviſſimi. cap. de teſtam. num. 33.* Jul. Clar. *de teſtam. quæſt. 38. num. 12.* Weſenb. *2 conſ. 85. num. 35.* Unde etiam dos cenſetur eſſe loco legitimæ, *l. quoniam 32. C. de teſtament. l. unic. §. videamus 11. C. de rei uxor. act.* Gemin. Philip. Franc. *in cap. 2. de pact. & ibi:* Georg. Natta, Caſtr. *conſ. 120. notandum. num. 2. & 3. volum. 2.* Alex. *conſ. 27. videretur. num. 6. & 7. vol. 5.* latè Coraſ. *in repet. l. filium quem. in fin. num. 115. cum mult. ſeqq.* Ricard. Matth. Cyn. & Bald. *in l. ſancimus. C. de nupt.* Bart. *in l. Titio. §. Titio genero. ff. de cond. & demonſtr.* Conſ. Argent. *1. conſ. 86. num. 73.* Vult. 2, *Conſ. Marp. 29. n. 41.*

III.

Dos ſuccedit locò alimentorum eorumque eadem eſt ratio, quæ dotis, *gloſſ. in l. ob æs. Cod. de prad. minor.* Hartman. Piſtor. *2. obſ. pract. quæſt. 37. num. 4.* Salicet. *in l. qui liberos. ff. de rit. nupt.* Alex. *in l. 32. §. 1. de cond. indeb.* Matth. de Affict. *deciſ. 111. n. 10.* Bald. Novell. *in tract. de dot. p. 6. priv. 16.* Carpzov. *p. 2. jurisprud. for. conſtit. 46. defin. 20. num. 10. & p. 4. conſtit. 26. defin. 2. n. 4.* æquiparatur cum cauſa ſtudiorum. Bart. *num. 31.* Jaſon. *num. 51.* Alex. *& communiter Dd. in l. 2. ff. ſolut. matrim.* Weſenbec. *part. 2. conſil. 80. num. 7.* & eſt inſtar peculii, *quod dicitur 5. ff. de impenſ. in rem dotal. fact.* Concennat. *lib. 2. quæſt. juris 5. num. 2.* Unde quia conſtat dotium cauſas eſſe privilegiatas. *l. 1.* ubi Dd. *ff. ſolut. matrimon.* æquiparantur etiam piis cauſis. *c. 1. §. donare qual. olim pet. feud. alien. 2. f. 9. l. cum num. 32. §. mulier 2. ff. de condict. indeb.* Bald. *in l. ſicut ab initio. in fin. C. de O. & A.* Everhard. *in loc. legal. a dot. ad piam cauſ. num. 1.* Natta *conſ. 100. num. 14. lib. 1.* Cephal. *conſ. 485. num. 91.* atque etiam fiſci privilegiis gaudere dicuntur, *l. dotis tuæ 9. ubi not.* Goth. *C. de jur. dot. l. 2. & ibi gloſſ. C. de privil. fiſc. l. 2. C. in quibus cauſ. pign. tac. contr. junct. l. un. §. 1. C. de rei uxor. act. l. fin. Cod. de pact. convent. l. aſſiduis 12. C. qui pot. in pign.* ideoque etiam favore dotium quam plurima contra juris communis regulas permiſſa & conſtituta ſunt. *l. 1. C. de rei ux. act. l. 1. l. ad actionem 6. C. de dot. promiſſ. d. l. aſſiduis 12. §. fuerat. 29. Inſt. de action.* Dd. *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Bald. Novell. *de dot. p. 6.* Roland. à Vall. *conſ. 25. num. 23. lib. 4.* & dicitur cum fiſco pari paſſu ambulare, exceptio tamen eſt in cauſa primipilari, *l. ſatis notum 4. C. in quib. cauſ. pign. tac. contr. l. utilitas 3. C. de primipil. lib. 12.* Hartman. ab Eppingen *lib. 2. tit. 27. de creditor. obſerv. 19.* quin & dotis cauſa aliquando fiſco eſt potior, *l. dotis tuæ 9. C. de jur. dot.* Didac. Covarr. 1. *var. reſolut. 16. num. 7. circa fin.* Socin. Rip. Jaſon. & Dd. *in d. l. 1. ff. ſolut. matrim.* Schneidew. *ad §. fuerat. n. 56. Inſtit. de action.* Anton. Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 6. tit. de pign. & hypoth. num. 24.* Hartm. Hartm. *d. obſerv. 19. & obſ. 17. eod. tit. 27. num. 12.* magisque privilegiata, *arg. l. unic. C. de rei uxor. act. junct. d. l. aſſiduis.* Hartm. Hartm. *d. obſerv. 17. num. 4. 9. 12.* adeo ut in ambiguis non pro fiſco, ſed pro dote reſponderi debeat, *l. in ambiguis §5. ff. de R. I. l. 2. C. de jur. fiſc.* Johan. Gœdd. *1. Conſ. Marp. 24. num. 170.* Doti tamen non ita favendum, ut aliis injuriam vel damnum faciamus. *cap. ex tenore 11. extr. de foro compet.* Ludov. Gomez. *ad §. fuerat. Inſtit. de Actionib. num. 32.* Carpzov. *p. 1. Jurispr. Forenſ. conſtit. 28. defin. 65. num. 13.*

IV.

Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, *§ ſi quis adverſus 12. Inſtitut. de nupt. l. 3. ff. de jur. dot. l. ult. C. de donat. ante nupt. l. ſancimus 24. C. de nupt.* Carpzov. *p. 2. conſtitut. 46. defin. 20. num. 5.* nec dos eſſe poteſt, ubi matrimonium adhuc nullum eſt, *l. ſi ego 9. in pr. l. tali 48. ff. de jur. dot.* Carpzov. *p. 2. conſtitut. 13. defin. 25. num. 3.* qvia dotis datio eſt de ſolennitate matrimonii. *can. 1. cauſ 30. q. 5.* Nicol. Boër. *deciſ. 22. n. 2.* Carpzov. *p. 1. conſtit. 28. defin. 3. num. 5.* nec dos niſi ſecutis nuptiis debetur, *l. cum multa 20. C. de donat. ante nupt.* Carpzov. *p. 3. conſtit. 19. defin. 8. num. 5.* cum ſemper in ſe conditionem habeat, ſi nuptiæ ſequantur, *l. promittendo 41. in pr. ff. de jur. dot.* Matrimonium tamen poteſt eſſe ſine dote. *l. ult. C. de donat. ante nupt. l. ult. C. de repud.* Weſenb. *in parat. de jure dot. n. 11.*

V.

Dotis numeratio, non ſcriptura dotalis, rem

faciat dotalem. *l. 1. C. de dot. caut. non num. l. si ex cautione 3. C. de non num. pec. ubi gloss. in verb. probare l. cum citra 15. C. de jur. dot.* Gail. 2. *obs. 81. num. 2.* Dos enim traditionis facto constitui dicitur Bart. *in rubr. ff. solut. matr. num. 16. & 21.* Wesenb. *cons. 11. n. 22.* Vult. 2. *cons. Marpurg. 29. num. 25.* ideoque nec præsumi datum in dotem ajunt Bart. *in l. nullam. num. 3. 4. C. de jur. dot.* Phanuc. *de lucr. dot. gloss. 10. num. 38.* Bart. *in l. si constante. quæst. 7. ff. solut. matrimon. num. 15.* Bald. Novell. *de dot p. 6. privil. special. 14.* Ea propter sicut dotis constitutio non præsumitur, sed probanda est, ut post alios deducit Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 7. per tot.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 5. tit. 2. definit. 8. n. 2.* ita nec numeratio dotis, etiamsi promissa sit, præsumi debet, sed probanda erit; ut idem tradit Menoch. *d. præs. 7. num. 1.* v. Mævium *lib. 3. ad Jus Lubec. art. 9. n. 19.*

VI.

Quæcunque bona ab uxore marito tantum traduntur, illa dotalia non præsumuntur, nisi hoc exprimatur.

Ratio: quia constitutio dotis facti est, & bona talia possunt esse paraphernalia Carpz. *P. 2. C. 16. def. 11.*

Limit. ut non præsumantur dotalia ex se, bene tamen ex aliis conjecturis, si v. g. uxori ideò bona legata, ut ei in dote essent. *l. 71. §. 3. ff. de condit. & dem.*

VII.

Ob quam causam filia poterit exheredari, ob hanc etiam potest dote privari. quia uti exheredatio, ita qvoqve dotis privatio fit ob ingratitudinem: ita ergò si ante vigesimum quintum annum in corpus suum peccaverit, poterit ideò dote privari.

VIII.

Qvoties soror aliunde dotem non habet, nec sine dote honestam nubendi conditionem invenire potest, toties frater illam dotare tenetur. arg. *l. 12. §. 13. ff. de admin. tut.*

Ratio: quia fratris dotandi officium saltem est subsidiarium. Ita ergo si à patre, avo vel matre dotari possit, frater non tenetur. Idem est, si ob singulares animi dotes nubendi conditionem obtinere possit.

Declar. ut procedat (1.) si frater ipse habeat sufficientia bona. (2.) si frater sit germanus seu consanguineus. *d. l. 12.*

IX.

Quodcunque potest alienari, illud etiam potest in dotem dari. Seu: Qvodcunqve in re aliqvâ est alienabile, illud qvoqve est in dotem dabile. Qvia dotis datio nihil aliud est qvam alienatio, cùm per illam qvoqve dominium transferatur. Hinc igitur fructus feudi in dotem dari possunt, non ipsum feudum.

X.

Qvotiescunqve maritus ratione dotis est debitor qvantitatis, toties illam liberè alienat, qvia sic maritus non tenetur ad idem restituendum, sed tantum ad simile *l. 42. ff. de Jure Dotium.* Itaqve si dos in pecuniâ consistat, maritus pro arbitrio & lubitu eam expendere potest; sin verò in bonis immobilibus, marito ea alienare non licet, sed saltem iis utitur atque fruitur. *tot. tit. ff. de fundo dot. pr. Inst. quib. alien. licet vel non.*

XI.

Quotiescunque rei dotalis fructus sine alienatione percipi non possunt, toties eam liberè alienat maritus. Ratio est in *l. pro oneribus 20. C. de jure dot.* Ita ergò res mobiles licitè alienat maritus, ita qvoqve bibliothecam, *l. 4. ff. de fund. dot.*

XII.

Quascunque impensas repetit bonæ fidei possessor, eas quoque repetit maritus ex fundo dotali.

Ratio: quia etiam maritus est bonæ fidei possessor, qvippe qui ex dispositione & voluntate veri domini possidet. Ita ob necessarias & utiles impensas maritus res dotales non antè restituere tenetur, qvàm ipsi satisfactum; qvoad voluptuarias autem permittitur marito auferre ornatum, qvem posuit, modò sine læsione rei auferri possit. *tot. tit. Dig. de Impens. in res dot. fact.*

Limit. ut non procedat in impensis voluptuariis voluntate uxoris factis. Hæ enim à marito repeti neqveunt. qvod hîc singulare *l. 11. pr. ff. eod.*

XIII.

Qvoties legatum dotis ab extraneo relictum, toties semper est conditionale, si scil. nuptiæ fuerint secutæ *l. 71. §. 3. ff. de condit. & dem.* qvi dos semper præsupponit matrimonium.

XIV.

Qvoties legatum dotis à patre relictum filiæ, toties purum est, & ad heredes transmissibile.

Ratio: qvia hoc intuitu legitimæ à patre relictum videtur, legitima autem ab omni conditione & dilatione debet esse libera. *l. 32. de inoff. testam.*

Limita: modò præter hoc legatum non sit relicta filiæ legitima: sic enim cessat dicta ratio, adeoque & ipsa regula.

XV.

Dos congrua dicitur quæ respondet legitimæ, Salicet. *in l. sancimus. in fin. C. de nupt.* Alex. *cons. 69. num. 2. vol. 1. & cons. 7 vol. 2. & cons. 83. num. 4.* Dec. *cons. 180. in princ.* Crot. *cons. 120. num. 44.* Neviz. *cons. 95. num. 10.* Gailius 2. *observ. 147. num. 6.* nomen enim dotis intelligitur de dote congrua. Vult 2. *Consil. Marp. 29. num. 50.* Unde & in dubio lex judex & quilibet bonus vir arbitratur patrem semper discrete, congrue ac convenienter filiæ dotem constituisse, Castr. *cons. 275. num. 5.* Laur. de Fano *in tract. extant. masc. fœm. bon. succed. circ. fin.* Simon. de Præt. *cons. 138. num. 43.* Contra vero Dos modica appellationem dotis non meretur, Regner. Sixtin. 2. *consil. Marpurg. 19. numer 36. arg. ejus quod dicitur*, qvod modicum & nihil in jure æqviparari soleant. *l. Senatus 43. §. Marcellus 1 ff. de legat 1. l. quamvis 32. ff. de condit. & demonstr.* Natt. *cons. 448. n. 10.*

XVI.

Dotare filiam patris est officium. *l. fin. vers. utrumque. C. de dot. promiss.* Socin. *regul. 348.*

Diaz.

Diaz. *reg.* 523. etsi filia sit dives, *d. l. fin.* & bona habeat propria, Alex. *in l. 1. num. 12. ff. solut. matrimon.* qvod & verum est, si vel maximè ab extraneo aut marito suo filia esset dotata, qvia pater adhuc ipsi dotem assignare tenetur. Bald. Novell. *in tract. de dot. p. 6. privil. 16. num. 8.* Vult. 2. *cons. Marpurg. 49. n. 4.*

XVII.

Dos debet assignari secundum consuetudinem regionis vel patriæ. Corneus *cons. 48. incip. de pluribus, col. 3. volum. 2. & cons. 107. incip. in hac col. penult. & fin. vol. eod. & cons. 111. videtur. col. 2. vol. 11.* Socin. *consil. 288. circa prim. qæst. col. 7. n. 17. lib. 2.* Cons. Arg. *1. cons. 86. n. 38.*

XVIII.

Dos mulieris est proprium matrimonium, *l. 3. §. ergo etiam 5. ff. de minor. l. Pompejus 8. ff. famil. ercisc. l. pater filiam 14. in princ. ad Leg. Falcid. l. in rebus 30. C. de jur. dot. l. unic. §. & hoc ex rei. 14. C. de rei uxor. act. l. qvamvis 75. ff. de jur. dot. l. fruct. 7. §. si fundum vero 12. l. si const. 24. §. si maritus 5. ff. solut. matr. l. pater filiæ 71. ff. solut. matr. gl. in l. Lucius Titius. ff. qvibus mod. pign. solv.* Vult. 2. *cons. 29. num. 1.* Mulieri enim debetur etiam constante matrimonio, *l. servum dotalem 21. ff. de manumiss.* & dicitur esse in bonis uxoris. *l. 4. ff. de collat. bon.* respectu mariti aliena, & naturaliter in dominio uxoris etiam constante matrimonio. *l. in rebus 30. C. de jur. dot.* atque sic rei vindicatione experiri posse ait, *l. 3. Cod. de Rei vindic.*

Declara, maritum Legis autoritate haberi ac esse Dominum rerum dotalium qvoad effectum rei vindicationis, ac jus utendi fruendi, sed non nisi revocabiliter, mulierem verò jure naturali ac revera Dominam permanere, *d. l. 30. C. de jur. dot.* prout sentiunt Francisc. Connan. *l. 8. comm. 9.* Johan. Coras. *lib. 5. miscell. cap. 14.* Jac. Cujac. *10. obs. 52.* Carpzov. 2. *Jurisprud. Forens. constit. 42. defin. 19. n. 21.*

XIX.

Dos & donatio propter nuptias æqualitatem desiderant. *Auth. æqualitas. C. de pact. convent. Auth. dos data. Cod. de donat. ante nupt. §. est aliud. Instit. de donat. c. donatio ibique. Canonistæ de donat. inter vir. & uxor.* Gail. *lib. 2. observ. 178. n. 1.*

XX.

Dos in priori matrimonio constituta, censetur repetita cum omnibus suis qualitatibus in contractu matrimonii secundi. Gail. *lib. 2. ob serv. 82. num. 7. per l. 30. de jur. dot.*

Hanc regulam eleganter declarat Sandæus *lib. 2. decis. Frisic. tit. 2. defin. 3.*

XXI.

Qvotiescunqve non constat de verâ dotis illatione, toties nec debetur dotalitium, qvia hoc constituitur intuitu dotis.

Exempl. hinc igitur ob solam mariti confessionem de dote illatâ non tenebuntur agnati dotalitium constituere, qvia talis confessio fraudis suspicione laborat. secus est in liberis. Carpz. *P. 2. C. 44. d. 10.*

Limit. nisi vidua post mortem mariti dotem unà cum usuris offerat, modo tamen dos fuerit promissa. Conf. Henn. *de Jure dot. c. 4. §. 22.*

XXII.

Qvodcunqve juris habet usufructuarius, illud qvoqve vidua habet in dotalitio, qvia dotalitium nihil aliud est qvàm ususfructus; hinc locare alteri poterit dotalitium, servitutem eidem imponere &c. ita tenebitur ad inventarii confectionem.

Limit. ut procedat, si vidua ipsa habeat bonorum administrationem: Aliud est, si certas pensiones annuas (Aliment Gelder) accipiat.

An de dotalitio transigi possit, vid. Rubr. TRANSACTIO.

XXIII.

Vidua habet jus retentionis in bonis mariti, donec ab heredibus præstetur dotalitium. Wesenb. *Cons. 77. vol. 2.*

XXIV.

Fructus dotalitii mortuâ usufructuariâ dividuntur inter agnatos & heredes pro ratâ temporis. Wesenb. *P. 2. Cons. 93. n. 10.*

XXV.

Vidua usufructuaria tenetur ædificare & resarcire dotalitium, si sit refectio modica; ruinosa autem ædificia reparari faciat expensis eorum, qvi successionem expectant. Ludovic. Roman. *singul. 148.* neqve tenetur vidua de dotalitio suo solvere debita, mariti, nisi promiserit. Mynsing. *Resp. 38. n. 3.*

CAP. LVIII.

Dubitans, Dubietas, Dubitare.

Axioma I.

Dubitare de singulis non est inutile, *gl. in l. nemo. C. de Summa Trinitate.* optime enim per rationes dubitandi & decidendi veritas invenitur: dubitatorum enim solutio veritatis est inqvisitio. Moguntin. *in consil. 3. inter cons. Zas. 1. num. 3. & 4. in 2. tom. Cons. Arg. volum. 2. cons. 57. num. 97. & Jas. 86. num. 30. lib. 5.* oportet non solum dubitare, sed etiam rectè dubitare; solvere enim nescit is qvi modum nescit, & qui sine dubitatione tali ad solutionem & inventionem veri progrediuntur, similes sunt iis qvi iter faciunt nescientes. Aristot. *3. Metaph. 1.*

Excipe: nisi res per solas rationes decidendi tractare non est necessarium, Ernestus Cothm. *lib. 2. resp. cons. 53. n. 4.*

II.

Dubitans ab ignorante non distat. *l. manifestissimi 22. §. sin autem 2. Cod. de furt.* Gamm. Lusit. *decis. 91. num. 1. in princ. gloss. in l. de statu 15. ff. de testam.* Bart. *in l. admonendi, in 4. col. ff. de jurejur.* cùm dubitans & ignorans regulariter comparentur, Alex. & Dec. *in l. quamdiu. C. qui admitti.* Cons. Arg. *cons. 67. num. 15. lib. 1. vid. l. 2. §. is qvi ff. de hom. liber. exhib.* Tiraqvell. *de retract. p. 1. §. 36. gl. 2. num. 31.* Hannibal. *in l. naturaliter. num. 192. de usuc.* Menoch. *cons. 9. n. 53.*

Unde

Unde & non solum errans, sed & dubitans poterit datum factumve repetere, §. *quæ de fullone 16. Inst de furt. l. fin. C. de condict. indeb. l. 1. de legat. 3.* Treutl. 1. *disp. 22. thes. 4. lit. e.* cum ignorantiam dubitatio imitetur, *l. 1. in princ. ff. de legat. 3. l. 14. l. 15. ff. qui testam. fac. poss.* Hinc efficitur, quod testis dubitativè deponens nihil probet. Bartol. *in l. 2. §. idem Labeo. num. 5. de aqu. pluv. arcend.* qvia dubia probatio non est probatio. *cap. in præsentia de probat.* vid & Vasq. *lib. 7. contr. jur. 63. num. 4.* Ungep. *exerc. Justin. quæst. 2.* ubi ait, qvod qvando dubitans *in d. l. fin. C. de condict. indeb.* comparatur ignoranti, illud non fiat qvoad bonam fidem, quam dubitans nunquam habuit, aut habere potest, sed fiat qvoad conditionem indebiti: cùm in dubitante cesset ratio, quæ conditionem impedire solet, nimirum donationis præsumtio, nec qui animo titubante solvit, donare videtur. Hinc in materia possessionis Dd dubitationem faciunt duplicem, unam, quæ plus habet fidei, quam suspicionis, alteram, quæ minus habet fidei, plus suspicionis. Qui enim dubitat, an res sua sit, magis tamen opinatur rem suam esse qvam alienam, illæsâ conscientiâ adhuc rem possidere dicitur. At qui ita dubitat, vix ut credat rem suam esse, & planè suspicetur rem esse alienam, non probabilem habet opinionem, sed in supina prorsus crassaque dubitatione versatur, læsamqve adeo habet conscientiam, ac in dubio in mala fide erit. *l. un. C. unde vi.* nec jure possidere videtur, vid. Fach. *contr. jur. 65.* Covarr. *ad c. possessor de R. I. in 6. p. 2. §. 7. num. 3. &* Surd. *decis. 265. num. 17. ubi num 47. & 62.* dicit, quod dubitans tenetur inqvirere, & de facili potuit certificari, Franc. Becc. *cons. 111. num. 11.* Idem Surdus *cons. 379. num. 18. & cons. 528. num. 43.* Decian. *cons. 39. num. 21. vol. 2.* Sfort. Odd. *de restit. in integr. part. 1. quæst. 8. art. 9. num. 47.* Farinac. *fragment. crimin. part. 2. lit. I. n. 96.*

III.

Inter homines nihil est sic indubitatum, ut non possit suscipere quandam solicitam dubitationem. *Nov. 44. cap. 1. §. 3.* unde videmus, qvod dubitare solent etiam peritiores *l. 17. de jur. patr.* & Triboniano etiam non erat infrequens dubitationes fingere & ullæ fuerunt unquam. *§. & plures 2. Inst. de vulg. subst.*

IV.

Dubitationes sæpe vanæ sunt *Nov. 19. in præfat. talis est*, ubi in casu instrumenti versamur. Joh. Cephal. *cons. 480. num. 10.* Joh. Gœdd. *cons. Marpurg. 33. num. 48.* nec in re satis clara longior inducenda dubitatio, ut ait Castr. *cons. 466. ad quod num. 1. vol. 1. per l. ille aut ille 25. §. cum in verbis 1. ff. de legat. 3. l. jam hoc jure 4 §. ult. de vulg. subst. fac. l. à nullo 4. C. de fer. l. continuus 37. §. 1. de V. O.* Wesenb. 1. *cons. 24. n. 14.*

CAP. LIX.

Dubium.

Axioma I.

In dubiis & de jure non ita clarè decisis casibus licet imitari & sequi exempla aliorum, *l. Titius 54. 14.* ibi: *quod mihi videtur non tantum æqvitatis ad SC. Trebell. l. filius emancipatus.* ibi *sic enim inveni, ad Legem Corneliam de fals. l. 3.* ibi: *probatis iis quæ in oppido. Cod. de ædif. privat.* qvod adeò procedit, ut si de jure aliquid non valeat, si tamen servetur de facto, observandum sit, Glossa *in l. qvi habebat. §. 1. ff. de manumiss.* Alexand. *cons. 107. incipit, pro investigatione lib. 3.* Hartmannus Pistor. *lib. 1. quæst. 15. num. 106.* Jason. *in l. dedi. §. si liber. num. 1. ff. de condict. caus. dat.* Decius *in cap. ob at æ. de appellation.* Cagnol. *in l. si qvis major. num. 216. C. de transact.*

II.

In dubiis à verborum proprietate non est recedendum. *l. non aliter 9. ff. de legat. 3.* Regulariter enim, qvoties dubitatur in Lege de re aliqua vel disponitur, habilitas alii omni respectui præponenda est. *l. qui testamento 14. ff. de testam.* Hartm. Pistor. 1. *q. 38. num. 21.*

Limita, nisi qvando lex vel dispositio in sensu proprio absurditatem, iniquitatem vel inhumanitatem contineret, *l. in ambigua 19. ff. de Legib.* vel qvando ratio dispositionis, quæ in dubio attendenda est, repugnaret, vel quando communis usus loqvendi (ut qui in talibus casibus attendendus est. Alc. *cons. 204. n. 4. & cons. 307.* Consil. Arg. *1. cons. 1. n. 72.*) esset in contrarium. Everh. *in loc. ab opin. Vulg. num. 5. pag. 125.*

III.

Dubitationis tollendæ causa sæpe qvædam in oratione adjiciuntur, quæ, etsi nõ exprimerentur, inessent, *l. 47. in fin. de condit. & demonstr. l. 56. ff. mand. l. 81. de Reg. Jur.* Dn. D. Bitsch. *commentar. de feud. 2. F. 55. not. 3.* Hinc dicitur, qvod qvæ dubitationis tollendæ gratiâ adduntur, jus commune non lædant, sed potius ea interpretationem recipiant, per ea quæ congessit Decius *ad d. l. 81. de Reg. Jur.* quam regulam illustrat exemplo Hœnon. *ibid. disput. 9 pag. 107. ubi vid.* Unde etiam multa in dubiis tolerantur, quæ in casu claro non permitterentur. Exempla hujus regulæ vide apud Alciat. *in l. ult. C. de transact.* & in his qvæ dubia sunt, qvod certius existimamus, tenere debemus, *cap. juvenis. de sponsalibus.*

IV.

In dubio actus debet judicari potius licitus quàm illicitus. Alciat. *in tr. de præsumt. 3. reg. præs. 1.* maximè quando versamur in his quæ non sunt de genere prohibitorum. Marc. *cons 61. n. 28. & 96. num. 8.* Bertazol. *decis. 2. cons. 385. n. 10. & 11.*

V.

In dubio animus nocendi non præsumitur. Gloss. *in l. fluminum. §. fin. de damn. infect.* Salicet. *in l. altius. C. de servit.* Paul. Castr. *in l. cum eo ff. de serv. urb. præd.* Alex. de Imol. *cons. 174. lib. 2.* Consil. Argent. *Cons. 88. n. 28. lib. 1.* cum in dubio nemo credatur in id consensisse, quod sibi nocet. Hœnon. *ad l. 9. disp. 3. de R. I.*

VI.

In rebus dubiis judici facultas est concessa superiores Magistratus consulendi. *Nov. 82. §. pen. & Nov. 113. §. cæterum.*

VII. In

VII.

In dubiis casibus semper sequi debemus illam opinionem, quæ magis favet publicæ utilitati. Bart. & Dd. *in l. 1. §. 1. ff. sol. matr.* Marant. *disp. 4. quæst. leg. n. 20. p. 431.*

VIII.

Dubium dicitur, quod potest referri ad utrumqve significatum. *l. ita fidei 40. ff. de jure fisci. gl. in l. veteribus. ff. pact.* Bart. *in l. ab exemtione. num. 7. circa medium. de appellat.* Felin. *in cap. clamor. col. fin. vers. ultimo suas. de test.* Aretin. *cons. 84. num. 5.* Corn. *cons. 30. num. 7. vol. 3.* Tiber. Cerasi. *cons. illustr. 9. vol. 3. n. 1.*

IX.

DUBIA in meliorem partem sunt interpretanda, *l. cum creditor 55. ff. de furt. l. proxime 3. ff. de iis qvæ in testam. delentur. fac. l. 7. pr. & §. 4. de furt. Coll. Arg. eod. th. 12. num. 36. cap. etiote. 2. de Regulis Juris.* [Qvia in dubiis semper benigniora præsumenda. *cap. ult. de præsumpt. l. pen. de pœn. l. semper 56. ff. de Regulis Jur.* nec unqvam capi debet præsumptio delicti. *l. meritò 51. ff. pro soc.* sed potius actus indifferens juxta leges factus, quam contra Leges. Hyppolit. *in l. 1. num. 68. C. ad Leg. Cornel. de sicar. & in rubr. de fidejuss. num. 43.* Jason. *in l. post dotem n. 22. solut. matr.* Menochius *cons. 95. n. 61.* Alex. *cons. 30. lib. 7.* Roman. *cons. 113.* Alciat. *in tract. de præsumpt. reg. 3. præs. 1.* Wesenb. *1. cons. 33. n. 26.*] Vid. & Aldret. *de relig. disciplina tuenda, lib. 2. cap. 4. n. 23.* Francis. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comparat. 16. num. 2.* Farinac. *in praxi crimin. part. 2. quæst. 85. n. 27. cum seqq.* ubi limitat. *& de falsitate quæst. 187. n. 11. vers. qværo etiam.* Ubi hanc conclusionem etiam in hæresis crimine procedere, ait Joannes Marianus Novar. *qvæstion. forens. lib. 1. quæst. 143. n. 21.* Thomas de Thomasset. *in floribus Legum, regula 445.*

In dubiis tutior pars est eligenda, *l. si fuerit 10. §. ult. ff. de rebus dub. cap. juvenis, de sponsalib. cap. ad audientiam. de homicid.* Covarr. *in cap. alma mater. part. 1. §. 2. num. 5. casu 1. & de sponsalib. part. 1. cap. 4. §. 1. n. 9.* Navarr. *in man. cap. 27. num. 139.* Ubi intelligit præcipuè, quando agitur de salute animæ, Emman. Roder. *in sum. tom. 2. cap. 51. n. 6. conclus. 4.* Vasq. 1. 2. *quæst. 19. art. 6. disp. 65. cap. 3. & disp. 66. cap. 1.* Salas *1. 2. quæst. 2. tract. 8. disp. unic. sect. 17. num. 152.* Sayr. *de censur. l. 1. cap. 16. n. 30. casu 1, & lib. 6. cap. 2. num. 16.* Flores de Mena var. *lib. 1. quæst. 9. num. 18.* Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 41. num. 9.* Joan. Maria Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 14. numero 12.*

In dubiis conventionibus contra dantem fit interpretatio, *l. veteribus 40.* ubi Bart. *ff. de pactis. l. stipulatio ista 38. §. alteri 17. vers. in stipulationibus, ff. de verb. oblig. l. Labeo scribit 21. ff. de contrah. empt. l. quicquid adstringendæ 99. ff. de verbor. obligat.* Menoch. *cons. 110. num. 36. & cons. 179. num. 19.* Surdus *de alim. tit. 6. quæst. 1. num. 26. & decis. 322. n. 63.* Dn. Barbosa *in l. si quis intentione ambigua 66. n. 28. ff. de judic.*

DUBIUS ab ignorante non distat, *l. manifestissimi 22. §. sin autem nescius & dubitans. 2. C. de furtis.* Gam. *Lusit. decis. 265. num. 17.* ubi *num. 47. & 62.* limitat, ubi dubitans tenetur inqvirere, & de facili potuit certificari. Francisc. Becc. *cons. 111. num. 11.* idem Surdus *const. 379. nu. 16. & cons. 528. num. 43.* Decianus *consil. 39. num. 21. volum. 2.* Sfort. Odd. *de restitut. in integr. part. 1. quæst. 8. artic. 9. quæst. 47.* Farinac. *fragment. crimin. part. 2. lit. I. num. 96. v. supra de Dubitante.*

CAP. LX.

De Duello.

Principes inter se de regno, principatu territoriove litigantes duellum possunt suscipere ad sopiendam causam Vasq. *L. 1. q. 29.* Privata verò duella sunt illicita, & provocans si provocatum occiderit, tenetur pœnâ ordinariâ; si vulneraverit, punitur arbitrio judicis, etsi provocationi ansam dederit provocatus. G. Obrecht. *Tract. de defens. cap. 11. n. 56.* Berl. *P. 4. Concl. 16, n. 11.* Provocatus verò provocantem tantùm vulnerans, ne qvidem ad expensas curationis tenetur, salvâ tamen mulctâ magistratus: occidens provocantem non punitur ordinariè. Berl. *P. 4. Concl. 17.*

CAP. LXI.

Duo.

Duo vel plura unita plus ponderis habent, faciliusque aliquid operantur quàm unum. *Auth. cessante. C. de legit. hered. §. sed hodie instit. de adopt. cap. non potest. de præbend.* Dd. *in l. 1. C. de pact. l. cum in adoptivis 10. in princ. C. de adopt. cap. inter corporalia, vers. unde cum non sit, de translat. Episcop. cap. 1. de Treuga & pac.* Bald. *in l. cum in adoptivis.* Cravett. *cons. 960. num. 17. vers. & quod de vinculo. & num. 18.* Curt. sen. *cons. 66. n. 17.* Regn. Sixtin. *2. cons. Marp. 11. n. 48.*

CAP. LXII.

Duplex.

Axioma I.

Duplex damnum nemo debet sustinere. *Novell. 59. Vide infra cap. pœna.*

II.

Duplex auxilium & lucrum si deferatur ex diversis

versis causis distinctisque temporibus, utrumque tempore successivo pati potest. *l. qui non militab. 78. ff. de hered. inst.* Const. *lib. 1. disp. col. 3. pag. 9.* Exemplo sit, quod de legatis conditionalibus aut in diem relictis possit filius ultra legitimam & Falcidiam detrahere, quam sententiam non modò de Jure Canonico, *cap. Raynutius & cap. Raynaldus extr. de testam.* diserte fundatam, sed & æquitati convenientem dicit ac tuetur multis Petr. Heig. *p. 1. quæst. 32. n. 15.* quam & defendunt Covar. *in d. cap. Raynutius* §. *11. num. 5.* Vincent. Honded. *conf. 63. n. 74.* Joh. Petr. Surd *lib. 1. conf. 77. num. 13.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 121. num. 12.* Anton. Faber *in Cod. lib. 8. tit. 37. defin. 6. 2.* Hartm. Pist. *obs. 171. n. 8.* Carpz. *p. 3 jurispr. Rom. const. 1. defin. 21. n. 3.*

III.

Duplici onere nemo gravandus *l. Titia 34.* §. *qui invita 5. ff. de legat. 2.* Tiraquell. *de Nobil. cap. 20. n. 170.* Valasc. *de jure Emphyteut. quæst. 17. n. 21.* Casp. Klock. *de contrib. concl. 37.* Vinc. de Franch. *decis. 22. num. 31.* Carpz. *part. 3. const. 28. defin. 19. n. 41. add. infr. lit. O. cap. Onus.*

IV.

DUPLEX funiculus, seu duplex vinculum magis ligat, & difficilius rumpitur, *l. si non lex 83. ff. de hæred. instit. l. discretis 10. C. qui testamenta facere poss. l. pen.* §. *si verò. C. de adopt. auth. itaque. C. communia. de successionib.* §. *sed hodie. vers. si verò pater. in fin. Inst. de actionib.* §. *affinitatis. Instit. de empt. cap. 1. de Treuga & pace.* Alex. *consil. 195. Assumo. nu. 6. lib. 2.* Ruin. *conf. 73. num. 3 lib. 3.* ubi quod quando concurrit duplex funiculus, difficilior est solutio, Anchar. *conf. 226. num. 4. in fin.* ubi quod duplex mendacium, vel delictum magis gravat, & magis operatur, Cravett. *conf. 346. num. 12. & 13.* ubi quod duplex, seu geminatus dolus, & geminatum delictum graviorem pœnam affert, Cacheran. *decis. 147. num. 20. & 21.* Oldrad. *conf. 325. num. 4.* Surdus *de aliment. tit. 6. qu. 13. num. 2. & decis. 154. num. 9. & conf. 61. num. 6. & conf. 173. num. 28. & conf. 175. num. 39. & conf. 329. num. 18.* Cald. Pereira *de resolut. Emphyteus. cap. 9. nu. 14.* Cardinal. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 810. cum 3. seqq. & tom. 4. lit. G. conclus. 28. num. 30. 32. cum seqq.* Marian. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 81. n. 3.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 13. num. 90. cum seq.* Octav. Glorit. *respons. 5. num. 26.* Sigismund. Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 9. num. 1673. & 1720.* Raudens. *conf. 18. n. 91.* Perez. de Lara. *de anniversar. & capell. lib. 2. cap. 3. num. 32. cum seqq.*

Unde provenit, ut clausulæ geminatæ enixam voluntatem magis ostendant, secundum Bartolum *in l. cùm scimus. C. de agricol. & cens. lib. 11.* Dec. *conf. 51. sub num. 3. & conf. 373. num. 8.* Roland. *cons. 110. num. 63. vol. 4.* Cravett. *conf. 54. volum. 1.* quia geminatio verborum indicat enixam voluntatem legislatorum, Decian. *conf. 1. n. 42. & 43. vol. 3.* Gutier. *pract. lib. 3. qvæst. 17. num. 134.* Cravett. *d. conf. 54. num. 7.* Josephus Sesse *Arag. decis. 230. num. 14.* Ferrer. *in const. Catalon. gloss. 1. n. 123.*

Et statutum disponens, qvod idem jus commune, addit vinculum, & magis ligat, ut notatur *in l. 1. in princ. ff. ad Legem Falcid. & in l. 3.* §. *si rem. ff. de legat. 3.* Alderan. Mascard. *de interpret. statut. concl. 12. num. 17. cum seqq.* Decius *conf 49. num. 17. vol. 1. & conf. 51. num. 7. vol. 2.* Et ideò concurrente duplici prohibitione, statuti scilicet, & testatoris, non poterit filia agere ad supplementum legitimæ, Cæs. de Graff. *decis. 2. n. 8. & 9. de const.* Paris. *conf. 26. num. 88. lib. 3.* & alii plures, qvos refert Gonzal. *d. gloss. 13. num. 96.* Vide infra *lib. 7. sub. verb. Geminatio.*

Limita Axioma, quando alterum est impertinens. Surdus *conf. 31. n. 34. vers. Secundò respondeo. & n. seqq.*

Limita etiam, quando unumquodque per se non adstringit. *l. patre furioso.* ubi Jason. *num. 44. ff. de his qui sunt sui.* Surdus *consil. 173. num. 113.*

CAP. LXIII.

Duplum.

Semper in duplo triplove simplum id, quod duplatur, continetur, nisi nominatim cautum, ut duplum triplumve præter simplum intelligatur. *§. ult. Inst. de oblig. quæ ex delict.* Donell. *26. Comm. cap. 20. in fin.* Bocer. *class. 6. disput. 29. thes 37.*

CAP. LXIV.

Curatio Permansio. *adde verb.* Tempus.

Non videtur factum, qvod non durat factum: fundatur hæc regula in *l. sequitur 4.* §. *tunc in potestate 12. de usucap.* Anton. Fab. *in rationalibus & amplius. gl. ad l. Papinianus 8. §. 14. in fin. de inoffic. testam.* Zas. *in paratit. quod cujusque univers. n. 22.* Exempla in jure passim occurrunt. Sic non videtur cautum, qvod non durat cautum, *l. 4. Ut in poss. legat.* ubi Cujac. *in Pap.* & permissum non dicitur, qvod non durat permissum, *l. item 6 §. quid si actor. Quod cujusque univers. nomine.* nec versum dicitur, quod versum non durat. *l. si pro patre. 10.* §. *10. in pr. de in rem vers.* nec defensum dicitur, quod non durat defensum. *l. 2. §. 4. in fin. Quibus ex caus. in poss.* Finckelthus. *obs. 12. n. 13.* Ant. Fab. *in rat. dec.*

dec. ad l. 11. §. 3. de pecul. Denique solutum aut cessum non videtur, quod non durat solutum.

Hanc regulam Anton. Fab. *in rat. decid. ad l 3 §. 7. de in rem vers.* declarat, quod regula sit accipienda de duratione, quæ sua sponte & naturaliter intercedit; non de ea, cum effectus rei casu aliquo fortuito impeditur.

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER QVINTUS.

CAP. I.

Ebrietas. Ebrius.

Axioma I.

EA, quæ ab ebrio committuntur, non fiunt ex animo deliberato aut ex proposito, *l. perspiciendum 11. §. delinquitur 2. ff. de pœn. l. illud relatum 3. §. 1. ff. de injur. cap. sanè. c. inebriaverunt Loth. 15. qvæst. 1.* ubi inopinata ebrietas Lothum ab incestu excusat, vid. Bald. *in l. data opera C. qui accusare non poss.* Hippol. *in l. 1. num. 63. ff. de Sicar.* & ibid. Salicet. Gail. 1. *O. 110. n. 24.* Furioso enim nemo est similior nec proximior, qvam ebrius. Fich. 1. *conf. 58. num. 4.* ac proinde in jure cum furioso comparatur. *l. 1. C. si quis Imperat. maledix.* ubi Albert. de Ros. *cap. venter dist. 35.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 326. num. 1.* Siqvidem Ebrietas dementat & pervertit sensum, *Ephes. 5. 18. 1. Timoth. 3. 8.* Unde Ambrosius eleganter: nesciunt qvid loquuntur, qui nimio vino indulgent, jacent sepulti: ideoque si qua per vinum deliquerint, apud sapientes Judices venia quidem facta donantur, sed levitatis damnantur autores, *lib. de Patriarch. cap. 6. lib. de Abraham. can. sanè 7. cauf. 15. q. 1. vid. & distinct. 35. per tot.* Unde nec Jure Civili consentire videtur. *l. 6. §. 7. ff. de remilit. l. d. l. 11. §. 2. ff. de pœn.* Bonifac. de Vital. *ad tit. de homicid.* Hippol. de Marsil. *ad l. 1. eod.* Damhaud. *in prax. crim. cap. 84. num. 15.* Carolus V. *constitut. crimin. 179.* nec etiam dolus nec voluntas peccandi in eo adest. Imò ebrietate oblivio omnium qvæ agi oportet inducitur. Hinc est, qvod ebrius dormienti similis sit vitamque obdormire dicatur, *cap. à crapula de vita & honest. Cler.* cùm in eo nec sit ratio, nec ullum vitæ gerendæ consilium rectum, nec ulla artium nec gestorum aut lectionum memoria, Gail. 2. *obs. 110. num. 24.* quo pertinet Horatii *lib. 2. serm. Satyr. 6.*

Prout cuique libido,
Siccat inæquales calices conviva solutus
Legibus insanis,

vid. & Platonem *lib. 1. & 2. de LL.* ubi temulentum bis puerum esse dicit, & Gellium *Noct. Attic. lib. 15. c. 2.*

Unde fit, qvod ebrius propter consensus defectum matrimonium contrahere non possit. Socin. *conf. 47. volum. 3.* Dec. *conf. 112.* Ripa *in l. fin. C. de revoc. donat.* Covar. 4. *decret. cap. 2. p. 2. n. 9.* Arum. *exerc. 12. thes. 8.* neque sponsalia in ebrietate contracta inducant necessitatem nuptiarum, si scil. ebrietas sit enormis, Wesenb. *in Pand. de ritu Nupt. n. 8.* neqve etiam in testamento testis adhiberi, cum nemo dicat testimonium nisi jejunus, *c. 1. & ibi gl. in verb. jejunus. extr. d. testib. fac. cap. honestum 22. qvæst. 15.* Specul. *tit. de testib. §. 1. n. 81.* multò minus testamentum facere, & si quod fecit, nullum est. *fac. can. sanè 25. qvæst. 1. can. venter. 15. distinct.* Tiraq. *de pœn. cauf. 6. n. 8.* Bald. *in cap. crapula 14. de vit. & honest. Cler.* Wes. *ad §. 1. Inst. qvib. non est permiss. fac. test. lit. b.* Quare si delictum commiserit, clementius etiam erit puniendus. *d. l. omne delictum 6. §. 7. vers. per vinum ff. de remilit.* judicis tamen arbitrio. Rom. *in l. 1. in pr. n. 9. de verb. oblig.* Joh. de Anan. *in cap. de infamib. n. 2. de iis qvi fil. occ.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. jur. §. fin. qvæst. 60. vers. Præterea.* etiamsi statuto cautum esset, qvod delinquens nullam misericordiam consequatur. Abb. & Butr. *in c. 2. de maled.* Tiraq. *in tract. de pœn. leg. cauf. 6. n. 2.* vel si deliqvisset contra personam Principis, *d. l. 1. C. si quis Imper. maledix.* ubi Angel. qvod exemplo declarasse Pyrrhum Epirotarum Regem *in ejus vita* refert Plutarch. & Valer. Max. ita ebrietas excusat ab injuriis levioribus, non atrocioribus, Treutl. *Vol. 2. Disp. 30. th. 6.* & ebrius homicidium committens mitius punitur, secus in ebrioso: distingvendum enim est inter ebrietatem Trunckenheit/ & ebriositatem, Vertrunckenheit/ Gewonheit voll zu seyn. Gail. *l. 2. obs. 110. n. 24. seqq.* Wehn. *in obs. pr. verb.* zu trincken. Besold. *thes. pract. verb.* Trunckenheit.

Limita, non procedere in eo, qui levi ebrietate affectus esset, quia tunc non minueretur pœna ordinaria, Bart. *in l. data opera. col. 2. vers. nunc de tertio. C. de his qui accus. non poss.* Angel. *in tract. malef. in verbo scienter. n. 17.* Joh. de Villama *in repet. l. Divus. n. 86. de ficar.* Rip. *in l. ult. n. 79. C. de revoc. donat.* vel qui data opera factus est ebrius, & deliquit, Bald. *in repet. l. 1. n. 40. C. unde vi.* qvia ebrietas affectata & dolosa, pœnâ etiam gravi est digna. Joh. de Villama *in d. l. Divus. n. 96.* vel denique qui dum in ebrietate deliquit, effectus deinde mentis compos gloriatur, se illud facinus perpetrasse. Illa enim jactatio efficit, ut ratum habere videatur, quod malè egerit, & ob id veniâ aliquâ dignus non erit. Rip. *in l. ult. n. 76. C. de revoc. donat.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 326. num. 10.* Carpz. *p. 3. crimin. quæst. 136. per tot.*

II.

Pactiones & contractus in ebrietate initi non valent. Dec. *Conf. 112. Viv. 1. decis. 105.* Treutl. *Vol. 1. D. 6. th. 15. lit. A.*

CAP. II.
De Ecclesia.
Axioma I.

Ecclesia dicitur cultrix justitiæ, *c. 1. vers. Mediolanensis 1. feud. 13. ubi v. not.* D. Parent. *c. 3. extr. Locat. collata l. 25. §. 6 Loc.* Klock. *3. cons. 157. n. 10. & 11.* Felin. *in cap. præsentia in 22. col. de probat.* Bald. *in l. ea lege in 6 q. & in l. ut acceptam. in fin. de usur.* Carpz. *p. 2. constit. 12. defin. 13. n. 3.* Wes. *l. 1. cons. 37. n. 11.* Et ideò alteri præjudicare non vult. Bald. *in l. 1. si quis precibus in 3. notat per illum text. C. de Episc. & Cler.* quem commodat Johan. de Anan. *cons. 68. Viso statuto. col. 1.* neque etiam favendum locis piis ut aliis injustitia fiat, ut dicit textus *in capit. ex tenore. de for. compet. cap. nuper. de donat. inter vir. & uxor.* Bald. *consil. 5. Quæritur lib. 1.* Hinc est, quod Ecclesia non exigit aliquid ultra justum pretium, Gloss. communiter approbata *in cap. & quæ alia est. cap hoc jus porrectum. in verb. ut plus 10. qu. 2.* neque pœnas etiam legitimas, puta dupli vel quadrupli, quæ aliàs justè acquiruntur, extorquet, postquam rem consecuta est. *cap. fraternitas 12. qu. 2.* Vid. Lud. Gomez *ad §. ex maleficiis. Instit. de Action. n. 37.* Obrecht. *disput. 2. de donation. thes. 175.* Harprecht. *ad §. aliæ. Instit. de donat. n. 140.*

II.

Ecclesia nunquam moritur. *l. jubemus nulli. 14. in princ. in verb. scientes. C. de SS. Eccles. c. si gratiosè de rescript. in 6. c. non super.* & ibi Innocent. *de caus. poss & propr. c. in litteris in fin. de restit. spoliat.* Gilman. *4. 1. vot. 37. n. 26.* rationem vide *in §. proponebatur 76. ff. de judic.* Bitsch. *in comm. Feud. 1. F. 13.*

III.

Ecclesia nunquam claudit gremium redeunti. *cap. super eo quod de hæret. in 6. cap. duo 23. quæst. 8.* Hinc est quod omnibus dicatur liberalis, *cap. sedes. de rescript. l. fine. §. æquum. Cod de Summâ Trinit. add. & cap. quanto 2. quæst. 5. & de pœnitent. distinct. 3. cap. talis §. ecce.* etiamsi pœnitentia sera sit, Ludovicus Gomez *in comment. ad §. ex maleficiis. Instit. de actionib. n. 42.*

IV.

Ecclesia esse debet in Republica in Ecclesia, ratio: quia Ecclesia est pars civitatis, & de territorio universali, sub quo sita est. Bald. & Castr. *in l. si quis C. de Episc. & Cleric.* Joh. Kœppen. sen. *cons. 1. n. 91.* Unde Respublica lædi dicitur, si diu vacet Ecclesia. *text. in cap si Apostolica 35. de præbend. in 6.* Monach. *in c. 1. n. 25. de concess. præbend. in 6.* Lancellot. *de attentat. p. 2. c. 12. limit. 48. n. 1.* Cephal. *tom. 4. comm. qu. c. 897. n. 841. & n. 521.* Propterea jure communi Magistratus seculares sunt patroni & protectores Ecclesiarum in ipsorum territorio sitarum. Covar. *in repet. 2. c. possessor. §. 10. n. 5.* Schurff. *cons. 72. n. 10. cent. 1.* Meichsner. *decis. 23. n. 20. & decis. 33. n. 4. tom. 1.* Menoch. *lib. 1. præsumt. 100. & lib. 2. arbitr. judic. cas. 238. n. 7.* atque sic Ecclesia ad eos pertinere, qui eam curant & custodiunt, Zas. *in l. Prætor ait. §. his verbis. ff. de bon. autor. judic. possid. n. 4.* Calderin. *cons. 6. sub tit. de verbor. signific.*

V.

Ecclesia minori æquiparatur *c. audivis. de restitut. in integr. glossa in l. Respublica. verb. solet. vers. licet in Ecclesia. C. ex quibus causis major.* Hartm. Pist. *2. observ. 68.* Carpzov. *p. 1. const. 28. defin. 196. n. 4.* imò major ratio concurrit in Ecclesia, ut sibi privilegia minorum competant, quàm ipsis minoribus, cùm Ecclesia magis subjaceat fraudibus, quàm minor; ratio, quia Ecclesia regitur alieno tantùm arbitrio, sed minor suo & alieno, & ideò strictiores sunt Ecclesiarum prohibitiones quam minorum. Bald. *in cap. 1. in princ. Episcopum vel Abbatem. in usib. Feud. glossa in l. 1. Cod. contra judic.* Bald. *in Auth. quibus cunq; C. de SS. Eccles.* Ludovicus Gomez *in comm. ad Instit. §. ex maleficiis, de action. num. 49.* Hinc est, quod Ecclesia per juramentum non fiat major, cùm semper possit restitui, & hoc speciale esse favore Ecclesiæ dixit Panormit. *ex gloss. in cap. 1. de restit. in integr.* vid. Vasq. *1. contr. 8. n. 27.*

VI.

Ecclesia dicitur sponsa uxorque Prælati. *cap. sicut alterius 39. caus. 7. q. 1. v l. omnem. 42. §. 1. C. de Ep. & Cler.* ejusque morte viduata, *c. ne pro defectu 41. de Elect. cap. 2. & fin. de translat. prælat.* Panormit. *quæst. 3. in pr.*

VII.

Ecclesia & Respublica paribus passibus ambulant, & eodem favore donantur *l. fin. C. de SS. Eccles. Novel. 6. §. fin minus.* Oldendorp. *l. 1. cons. Marp. 5. n. 9.*

VIII.

Ecclesia cum Ecclesia permutari non potest, *can. nemini 40. caus. 16. qu. ult. c. ad quæstiones 6. de rerum permut.* Bartholomæus Brixens. *de permut. quæst. 63. n. 157.*

IX.

Duo non faciunt Ecclesiam collegiatam. Archidiacon. *in can. Si ex Laicis num 3. 10. quæst. 1.* Pacianus *lib. 2. de probat. c. 31. n. 18. & in addit. lit. G.*

X.

Ecclesia indefensa non patitur sententiam contra se. *gloss. in l. si præses. in fin prim. gloss C. quomodo & quando judex.* Vasq. *lib. 2. contr. jur. 9. n. 24.*

XI.

Ecclesia est juris publici. *gloss. in l. 1. §. publicum. in verb. sacris. ff. de just. & jur.* ubi ait, quod jus publicum consistat in sacris, ut sunt Ecclesiæ. Pacian. *cons. 7. n. 113.*

XII.

Ecclesia non reperitur privilegiata nisi in casibus jure expressis, imo in dubio semper utitur jure communi, *c. 1. de alienat. feud. cap pervenit. 5. de censib.* Vasq. *1. contr. jur. 9. n. 31.*

XIII.

Ecclesia extructa in dubio præsumitur extructa ab illius loci habitatoribus. Joh. Andr. *quid alioqui lectur. 1. num. 10. de Reg. Jur.* Roch. de Curt. *de jur. patron. verb. extruxit quæro num. 28.* Covarr. *in cap. possessor. p. 2. §. 10. num 3. de Reg. Jur. in 6.* Et ex præsumptione juris fundatam habet intentionem dominus territorii hoc intuitu in Ecclesiis etiam cathedralibus & Abbatiis & aliis collegiis sub illo sitis. Nicol. Boër. *decis. 32. num. 1.* Archidiac. *in cap. dilectis distin. 63.* Bald. *in cap. quanto. in fin. de judic. ubi dicit*

dicit hoc esse notandum pro Magistratibus Alemanniæ. Mascard. *de probat. conclus. 383. n. 3.* Abbas *cons. 106. in princ. & in fin. vol. 2.* Ant. Fab. *lib. 1. C. tit. 2. defin. 46. n. 7.* Covar. *pract. qvæst. c. 36. num. 6.* Schrader. *inter Cons. Borcholt. cons. 20. vers. Secundo hæc. lib. 2.*

XIV.

Ecclesiæ, qvæ semel dicatæ sunt, in profanos usus redigi amplius non possunt, Jas. *in l. inter 83. §. sacram. ff. de V. O. n. 4. c. omnes 10. caus. 16. qvæst. 7. cap 1.* ubi glossa & Hostiens. *n. 1. & 2. de religios. domib.* Panorm. & Dd. *in rubr. de consecrat. Eccles.* ne qvidem propter abusum, sed potius in meliorem & pium usum sunt convertendæ, *Novell. 37. de Eccl. Afric. clem. 2.* ubi Zabarell. *de relig. dom. l. legatum 16. de usufr. leg. l. legatum. 5. de admin. rer. ad civit. pertin. l. 1. C. eod. l. Imperat. 13 ff. de pollicit.* Imol. Pan. & alii *in cap. nos quidem 3. de testam.* idqve plurimis confirmat Schurff. *cons. 48. Licet num. 4. 5. 6. 11. cent. 1.* qvod si contra fiat, à sacrilegio & homicidio non multum id putatur abesse. *c. bene qvidem 1. distinct. 96. cap. sunt qvi opes. cum seq. 17. qvæst. 4.* Wesenb. *lib. 1. cons 37. n. 8.* unde Magistratibus Ecclesiasticorum bonorum distractio est interdicta, *cap. nullis, cap. ad nostram 1. circ. fin. de reb. Eccles. non alien. clem. 1. eod. cap. pastoralis 9. de his qvæ fiunt à Prælat. cap. non liceat 12. qvæst. 2. Novell. 7. Novell. 129. l. 14. C. de SS. Eccl.* ratio, qvia res, qvorum administrationi præpositus est tutor, non sunt ejus propriæ, sed sunt Ecclesiæ & Deo debentur, *cap. concesso. cap. qvatuor 12. qvæst. 2. cap. cum ex eo. de Relig.* Menoch. *recup. poss. ff. 9. n. 106.* Duaren. *lib. 7. de benefic. cap. 9.* Arnis. *lib. 3. de Majest. c. 1. num. 10.* sicut & longi temporis locatio. *text. & gl. in l. 1. in verb. locationes in fin. de reb. Eccles.* Decius *cons. 142. num. 3.* Boër. *decis. 234.* Alex. *cons. 17. lib. 4.* Bellamer. *decis. 748.* Covarr. *variar. resolut. c. 16. vol. 1.* Valasc. *de jur. Emphyt. qvæst. 29. num. 8.* Ea propter talia bona sine solennitate reqvisita alienari non possunt. *Auth. hoc jus porrò & ibi gloss. de SS. Eccles. cap. sine exceptione 12. qvæst. 12.* in tantum ut solennitates reqvisitas à Canone non possit etiam consuetudo diminuere. *text. in cap. cum §. de re jud. & ibi Dd.* Gilm. 4. 1. *vot. 14. n. 27. pag. 97.*

Limita, nisi constaret alienationem evidenter in Ecclesiæ utilitatem redundare, eo enim casu etiam sine certa solennitate valebit. Marsil. *in rubr. C. de probat. num. 210. vers. facit etiam.* Gabr. *in concl. 5. de rerum alien.* Pacian. *cons. 139. n. 44.* vel si necessaria causa, verbi causa, captivitatis vel famis adesset *l. sancimus 21. C. de SS. Eccl.* necessaria enim venditio sub prohibitione alienationis non continetur. *l. Divus. ff. de petit. hered.* Gilm. 4. 1. *vot. 3. n. 59.* unde Panorm. *in cap. fin. de Eccles. ædif.* ait, si talis existeret præsens necessitas, ac res celeritatem desideraret, adeò ut dilatio sive mora consulendi Pontificem periculum haberet, qvod tunc alienatio rei Ecclesiasticæ etiam absqve solennitate valeret: vide Zabarell. *in clem. 1. n. 27.* Gilm. *d. l. num. 57. cum seqq.*

XV.

Ecclesia unita amittit privilegia, & gaudet tanqvam filia privilegiis matris, cui unitur, *fac. text. in cap. cum dilectus. 6. de his qvæ vi met. caus.* Gail. 2. *obs. 61. n. 11. gl. in c. 1. in verb. univendo. extr. ne sede vacante. gl. in cap. & temporis. in verb. unire. 16. qvæst. 1.* & ibi Bellam. *per §. illud. 9. Inst. de adopt.* Caccial. *in 8. art. in pr. de union.* Petr. de Perus. *in c. 2. in pr. de un. Eccl.* vid. & Pac. 1. *de prob. cap. 27. num. 1.* Wehner. *in obs. Pract. verb. filial.*

XVI.

Ecclesia de occultis non judicat. *cap. erubescat 11. distinct. 32. cap. sicut tuis 31. de simonia.* Philipp. Franc. *in mat. petitor. qvæst. 3. n. 3. & 4.* qvia animus soli Deo est notus. *cap. si qvid. inveniste 6. caus. 14. qvæst. 5. cap. tua nos 34. de simonia.*

XVII.

Ecclesia fundari non debet, nisi prius dotetur. *cap. cum sicut ex relatione 8. de consecrat. Eccles.* Panorm. *q. 5. n. 15.*

XVIII.

Qvoties contra Ecclesiam præscribitur, toties opus est 40. annis. *Auth. qvas actiones. C. de SS. Eccles.* ratio consistit in favore Ecclesiæ; exemplum esse posset in agris Ecclesiasticis. Carpzov. *P. 2. C. 5. def. 4. cap. 4. cap. 6. cap. 8. X. de præscript.*

Limita, ut procedat (1.) in rebus Ecclesiæ immobilibus, non mobilibus. (2.) nisi Ecclesia contra Ecclesiam præscribat. Carpzov. *d. Constit. 5. def. 2.*

XIX.

Qvoties Ecclesia præscribit contra privatum, toties attenduntur tempora præscriptionum communia, qvia hîc non Ecclesiæ subesset favor, sed privati.

XX.

Ecclesiæ res sunt in speciali salvaguardiâ & protectione *L. 4. C. de fund. rei priv.* & Ecclesiæ sunt asyla, ita ut confugiens ad eas violenter extrahi non possit *cap. inter alia. 6. X. de immun. Eccles. Dec. Cons. 80. vol. 3.*

XXI.

Ecclesia immunis est à collectis pedagiis & aliis oneribus *cap. 4. extr. de immun. Eccles.* tenetur tamen aliqvid conferre pro instructione, reparatione & refectione viarum publicarum, pontium, murorum, puteorum & similium. Guid. Papæ *decis. 78.*

XXII.

Privilegia concessa Ecclesiæ extenduntur ad hospitalia & alia loca pia *L. omnia privilegia. 35. C. de Episc. & Cler. N. 131. cap. fin.* Felin. *in Cap. 4. X. de præscript.* Pauperes qvoqve & miserabiles personæ gaudent privilegiis Ecclesiæ. Jason. *in auth. qvas actiones C. de SS. Eccles.*

XXIII.

Ecclesia à tyranno vel hostibus destructa non amittit sua privilegia. Gail. *L. 2. obs. 61.*

CAP. III.

Editio *vid.* Instrumentum.

Axioma I.

In eo dolus præsumitur, qvi edere differt, occultat vel recusat. Menoch. *lib. 5, præsumpt. 5 n. 105.* Mascard. *de probation. conclus. 531. num. 117. & 156.*

II.

Editio fieri debet sumptibus petentis, *l. 4. §. fin. ff. de edend. ubi Dd. & in l. Argentarius.* ubi Bald *eod. tit.* & semel facienda, nisi justa ejus reiterandæ causa subsit. *l. 6 §. fin. n. 11. ff. d. t.* Wes. *in part ff. eod.*

III.

Edere imperfecte & non edere sunt paria. *l. ubi exigitur 8. ff. de edend.* Pacian. *1. de probat. cap. 66. n. 144.* & ideò si instrumentum non sit editum, plenè non intelligitur editum, & pars condemnata ex tali omissione potest agere contra Notarium ad interesse, nili perfecte ediderit, ut notat Angel. *in l. si veluti. in princ. ff. de edend.* Castrens. *in l. si qvis ex Argentariis. §. fin. n. 4. vers. nota etiam dum dicit. ff. eod.* Bart. *in l. fin. num. 7. vers. qværo si propter ff. de tabul. exhib.* Dec. *in cap. 1. num. 208. vers. & ista editio de probat.*

CAP. IV.

De Effectu.

Axioma I.

Effectus colliguntur ex causis. *l. 2. §. fin. cum seq. ff. de donat.* Gail. 2. *observ. 1. num. 9.* Effectus enim cognosci solent per suas causas. *l. verum. 39. ff. de furt.* imò per effectum sæpe ipsam causam significamus, ut cùm Jurisconsultus ait contractum esse obligationem, significat esse rem, ex qva nascitur obligatio. Sic cùm *in l. ex hoc jure 5. de Just. & J.* Jurisconsultus dicit contractus introductos esse Jure gentium, Justin. *in tit. de I. N. G. & C.* obligationem etiam dicit Jure gentium introductam. Cujac *ad l. 9. de verbor. signif. p. 64. vid. & l. rem non novam. 14. in fin. C. de judic.* Regn. Sixtin. 1. *Conf Marp. 14. n. 7.* unde magnum mirabile futurum dicit Zasius *in l. finita 75. §. cum autem 18. num. 1. vers. 3. de damn. infect.* si effectus discordaret à sua causa.

II.

Effectus non debet excedere virtutem suæ causæ, *arg. §. 4.* ibi: *qvod ex re nostra Inst per qvas personas cuiq; acqvir.* vid. Otton. *in Leg. 58. reg. 1.* impossibile enim est effectum præstantiorem esse sua causa. Bald. *in l. 4. de just. & jur. cap. 1. qvib. mod. feud. amitt.* Everhard. *in loc. Top. loc. à minore in fin.* Wesenb. *1. conf. 2. num 30. & conf. 39. num. 6 & conf. 44. n. 45.* cum qvod judicatur de causa, idem judicari debeat de effectu *d. l. 4.* ubi Dd. *de Justit. & jure.* Et nullum agens agit ultra sphæram activitatis suæ: neqve discipulus est supra magistrum suum. Ministerium Tripolitanum Regiomonti in not. ad Epistol. Drejeri. *pag. 47.*

III.

Effectus efficacia testatur de potentia suæ causæ; ratio, qvia exitus acta probat. *vid. Infra cap. Exitus, Eventus.* Hinc si vulneratus mox decedat, absqve intervallo longiore præsumitur ex vulnere decessisse. *l. 16. §. eventus 8. ff. de pœnis.*

Limita hoc procedere, nisi effectus procedat à causis remotis; tunc enim effectus non tribuitur illi principio remoto, sed causis propinqvioribus. *l. 15. §. 1. ff. ad l. Aqvil.* Valentin. Forster. *lib. 2. observat. 13.* unde dicitur *in l. 1. in fin. qvod qvisqve juris.* Qvid officit conatus, cùm injuria nullum habuerit effectum.

IV.

Effectus non seqvitur dispositionem, nisi post conditionem adimpletam. Afflict. *§. si qvis per 30. annos. in 3. notab. num. 7. si de feud. defunct.* Wesenb. *1. conf. 16. num. 9.* qvia deficiente conditione deficit & actus. Paris. *conf. 31. num. 17. v. l. 4. l Titio centum 71. §. ante nuptias 3. l. qvibus diebus 40. l. in testamento 31. de condit. & demonstr. l. necessario 8. de peric. & comm. rei vend.*

V.

Effectus fine restringitur & ampliatur. Socin. *conf. 65. num. 7. & num. 21. vol. 2.* & declaratur qvalis res sit Tiraqvell. *de retract. proxim. § 1. gl. 7. num. 44.* Wesenb. 1. *conf. 12. n. 69. & conf. 16. n. 5.*

VI.

Effectum nullum parit, qvod nullum est. *vid. infr. cap. Nullum.* A qvo removetur nomen, removetur & effectus. *l. à nullo 4.* ubi Bart. & Odofred. *C. de fer. l. diurnos 2. ubi Gloss. C. de frum. Alex. lib. 11. tit. 27. l. fin.* ubi Bald. & Salic. *C. de inoff. testam.* Everhard. *in loc. ab Etymologia. in princ.* Wesenb. *1. conf. 16. n. 12.*

VII.

Cessante causa cessat Effectus. *c. cum cessante 60. de appellat. l. generali lege. C. de SS. Eccles. l. 1. in fin. ff. de donat.* qvod procedere ait, qvando causa cessat ante effectum consummatum, secus si effectus jam consummatus est. Qvo casu causa cessante effectus remanebit, ait Gail 2. *observ. 85. num 3. vide supr. cap. Causa, Axiom. 12.*

VIII.

EFFECTUS regulatur à causa, qvæ potius attenditur, qvàm factum, ut per Becc. *conf. 94. num. 17.* ubi qvod is, qvi rapit mulierem libidinis causa, non dicitur committere furtum, qvia non fecit animo furandi, & factum à causa regulatur. Socinus jun. *conf. 105. num 5. & 6. lib. 2.* ubi qvod sententia, qvæ adjudicat jus præsentandi ad beneficium, necessariò adjudicat jus patronatus, qvia præsentatio est effectus, & fructus juris patronatus, ideò non separantur, Castrens. *consil. 83. Præsens casus. num. 5. vers. nam statutum. lib. 2.* ubi dicit, qvod statutum excludens dotatum à successione, intelligit à successione dotantis, ut effectus suæ causæ commensuretur; ergo dos, qvæ est effectus exclusionis, causam supponit,

à qva

à qua regulatur, & à successione dantis dotem, Cephal. *consil. 181. num. 3.* ubi agens de colono partiario, qui fecit expensas gratia fructuum quærendorum, quia illos non repetit, ex quo fiunt gratia fructuum colligendorum: si igitur habet partem suam fructuum, expensæ, quæ sunt effectus fructuum, regulantur à sua causa, Jas. *in l. re conjuncti. num. 108. ff. de legat. 3.* ubi quod causa non potest esse sine effectu, ne inducatur frustratoriè. Corn. *in l. admonendi. num. 4. de jurejur.* Cravett. *cons. 201. n. 25.*

IX.

EFFECTUS durat durante causa, *l. semper 5. §. negotiatores 3. ff. de Jure immun.* Tiraquell. *in tract. cessante causa p. 1. num. 17.* Surdus *cons. 302. num. 5.*

X.

EFFECTUS principaliter semper attenditur, & in omnibus consideratur, *l. cum servus 104. ff. de verbor. obligat. l. 1. C. de aliment. pup. præst.* Oldrad. *cons. 150. num. 5.* Cardinalis Tuschus *d. tom. 3. lit. E. concluf. 48.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 45. § 3. num. 5. & gloss. 55. num. 11. cum seqq.* Menoch. *cons. 708. num. 15.* Surdus *consil. 380. num. 34.* Joan. Maria Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 9. num. 14.* Octav. Glorit. *respons. 1. p. 1. num. 118.* ubi quod effectus rei spectandus est; ille vero contingens præter intentionem agentis non consideratur, *l. qui foveas 28. l. si putator 31. ff. ad Leg. Aquil. l. 2. in fin. ff. de condit. & demonstr.* Unde dici solet: *Quicquid agunt homines, intentio judicat omnes. l. 1.* ubi gloss. & Doctores *ff. ad Legem Corneliam de sicar.*

XI.

EFFECTUS attenditur magis quam verba, *cap. in tantum 36. de simon.* Aymon. *consil. 59. n. 1. vers. nec attenditur, & consil. 214. in princip.* Federicus de Senis *consil. 198. Casus talis est. vers. item gloss.* Romanus *consil. 509. in princip.* Alexander *consil. 107. Perspectis verbis, lib. 3.* Hieronymus Gabr. *cons. 69. in princip. lib. 1.* Socinus sen. *consil. 56. num. 6. volum. 1.* Surdus *consil. 3. num. 26. cum seqq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 55. post num. 12. vers. & ideò, in ult. impress.* Mar. Antoninus *variar. resolut. lib. 1. resolut. num. 7.* Cardinalis Tuschus *lit. E. concluf. 50. per totam.* ubi *num. 8.* post Rip. *in l. 2. in princip. num. 37. ff. si certum petatur.* restringit, ut non procedat, quando effectus est dubius, & verba sunt clara, quia tunc attenduntur verba, & *concl. 56.* firmat effectum magis attendi quam naturam rei, Octav. Glorit. *respons. 1. p. 2. num. 181.*

XII.

EFFECTUS attenditur, non modus, *l. 3.* ubi Bald. *C. de institit. & substit.* [idem *in l. conventicula. num. 3. arg. ab æquipoll. Cod. de Episc. & Cleric. per l. 104. ff. de verbor. oblig.* Cardin. Tusch. *d. tom 3. lit. E. concluf. 51. per totam*, ubi *num. 2.* subdit, quod in tantum attenditur effectus, ut valeat actus celebratus tempore prohibito, si effectus confertur in tempus permissum, & citat Oldrad. *consilio 257. num. 4. vers. Effectus.* Federicus de Senis *consilio 244. vers. 2. Quia.*]

XIII.

EFFECTUS diversi non debent oriri ex una re, eademque causa, *l. meminerint 6. C. unde vi. l. quod Labeo 3.* ubi Bartol. *ff. de compensat. l. qui hominem 34. §. fin. ff. de solut. l. cum qui ædes 23. ff. de usucap.* Tiraquell. *in l. si unquam. verb. donatione largitus. num. 284. vers. tertia ratio.* Cardinalis Tuschus *d. tom. 3. lit. E. concluf. 54. num. 1.* [Sicut nec inducta ad unum effectum possunt contrarium operari, *l. legata inutiliter 14. de aliment. legat.* Gilmann. 4. 1. *vot. 1. n. 104. pag. 65.*]

Diversis tamen respectibus una & eadem causa diversos, vel etiam contrarios operatur effectus, *l. si finita 15. §. Julianus 16. ff. de damno infecto.* Oldrad. *cons. 263. num. 6. vers. neque novum.* ubi quod probatio eadem potest quoad unum effectum esse sufficiens, quoad alium secus. Tiraquell. *de nobilit. cap. 28. num. 11. cum seqq.* ubi quod potest quis esse superiòr, & inferior alio, diversis respectibus, & *de retractu lign. §. 1. gloss. 18. num. 23. & 24.* ubi quod contraria cumulantur in eadem persona diversis respectibus; & *num. 71. & seq.* subdit, quod unum verbum secundum diversos effectus habet diversas significationes.

XIV.

EFFECTUM contrarium operari non debent ad unum effectum inducta, *l. legata inutiliter 19. ff. de leg. 1. l. legata inutiliter 14. ff. de adm. legat.* Fusar. *de subst. q. 245. num. 93. in pr.*

CAP. V.

De Electione.

Axioma I.

Eligere se ipsum nemo potest. *l. 22. §. 7.* & ibi Bart. *ff. mandat.* Costal. *in l. 8. ff. de offic. præsid. cap. cum in jure petitus 33. & ibi gloss. de Elect. cap. Cumana 50. ubi gloss. verb. ad majorem. eodem tit.*

tit. cap. per noſtras 26. de jure patron. cap fin. de inſtit. Mar. Anton. *lib. var. 1. reſolut. 51. num. 1.* Put. *deciſ. 253. num. 2. p. 3.* Lamb. *de jure patron. lib. 2. part. 1. quæſt. 5. prine. art. 5. num. 2.* Johan. Mar. Bellet. *diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de bonis cleric. p. 1. tit. de bonis cleric. §. 11. num. 23. p. 527.* Azeved. ad Cur. Piſan. *lib. 2. cap. 11. num. 7.* Cardinalis Tuſch. *tom. 3. lit. E. concl. 72.* Cened. *ad decret. collect. 99. n. 3.*

Amplia in præſentatione per textum *in c. per noſtras 26. de jur. patr.* Campan. *in div. jur. Can. rubr. 11. cap. 13. n. 398.*

Limita, quando electio fit à pluribus, tunc enim poteſt unus ſe ipſum eligere cum aliis. Mar. Ant. *de reſol. 51. n. 5. v. not. Domini parentis ad Dan. Otton. de jure publ. cap. 10. pag. 187.*

II.

Eligenti imputatur, ſi malum elegit. Socinus *in l. filiusfam. num. 1. de verb. ſignif.* Eligens enim malè ſcienter dicitur decipere ſemetipſum, *l. ea quæ 43. §. 1. ff. de contrab. empt. add. text. 2. feud. 16. in fin.* Unde de ſe queri debet, non autem de alio, quaſi ab illo læſus ſeu deceptus ſit, cùm ſcienti dolus non inferatur. *l. nemo videtur 145. ff. de Reg. Jur.* Lud. Rom. 1. *conſ. 475. n. 3.* Sic mala electio ipſi, apud quem depoſita eſt pecunia, ſemper nocet. *l. 1. §. hæc actio 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. l. cum mandato 23. ff. de min.* quaſi mala electio ſit in culpa. *can. de cætero 109. cauſ. 1. q. 1. gl. in l. non ob eam rem. ff. pro ſoc.* Concennat. *quæſt. jur. ſing. lib. 4. quæſt. 12. gloſſ. in §. præterea. Inſtit quib. mod. re contr. oblig.* quemadmodum & in eligente malum ſocium. *§. ult. Inſt. de ſociet.* Sic qui eligit minorem in procuratorem, etſi lædatur, reſtitui non poteſt. *l. cum mandato 23. in fin. de minor.* idem eſſe & in eligente imperitum advocatum. Gloſſa *in l. utique. de rei vindic.* vel imperitum Medicum, Menoch. 1. *arb. jud. 65. n. 11.* vel Canonicum indignum, Bart. *in l. ſi patronus. de confirm. tut.* affirmant, vide & alia his ſimilia apud Bart. *l. ſi is cum quo. ff. ut in poſſ. legat. l. pen. ff. de jur. dot. l. 1. §. quæſitum. de ſeparat. l. Nam Servius 21. §. ult. de negot. geſt. l. eum qui 10. §. ult. ff. commod.* Jaſon *in §. bonæ fidei. num. 45. Inſtit. de act.* Cravett. *conſ. 97.*

III.

Electus ab aliquo, præſumitur electus ab eo, qui eligenti poteſtatem tribuit. Maſcard *volum. 2. concluſ. 593. num. 3.* Honthem. 1. *de art. Notar. cap. 21. n. 2.*

IV.

Qui eliguntur ad officium publicum, debent eſſe idonei eo tempore, quo eliguntur. Bart. *in l. impuberem.* & Bald. *ibid. ad Leg. Corn. de falſ.* Matthesilan. & D. *in & per l. ſi pater tuus 8. C. quando provocat. non eſt neceſſ. & l. excuſatur 2. in princ. ff. de excuſat. tut. cap. ſi eo tempore 9. de reſcript. in 6.* Honthem. 1. *de art. Notar. cap. 18. n. 7.* Unde qui tempore electionis fuit idoneus electior, amplius non tenetur, *l. 1. C. de peric. nomin. lib. 11.* Si igitur depoſitarius idoneum nominaverit, licet poſtea facultatibus ſit lapſus, liberatus eſt Bart. *in l. cum fundum. §. ſervum. col. fin.* ibi; *tertio. & l. eum qui §. ſed commoda, de uſu & habit & l. plenum 12. §. convitii 4. ff. eod.* Jacob. Concennat. *quæſt. jur. ſing. lib. 4. quæſt. quæſt. 12.* Roman. *conſ. 338.* Jaſon *in l. age. num. 3. C. de tranſact.* Angel. *in l. 1. C. ſi rector provinc. l. ſed addes 19. ff. locat.*

V.

Electio ab initio nulla per conſenſum vel ratihabitionem ſupervenientem confirmari non poteſt. *cap. auditis 9. de Elect.* Johan. Andreas *in quæſt. Mercur. tit. de Reg. Jur. quæſt. 75. n. 6. & quæſt. 45. n. 5.* quia in electionibus ſpectandum initium. *d. cap. auditis. & c. dudum 54. de Elect.* Joh. Andr. *d. loc. num. 10. cap. fin. de renunc. vid. & cap. inter dilectos. de fide inſtrum. in fin. l. non dubium 5. Cod. de LL. l. ex pupillari 44. ff. de vulg. ſubſt.* ubi per acceſſorium aliàs validum non confirmari principale non validum luculenter elucet.

VI.

Electio abſoluta non recipit conditionem, Bart. Brixienſ. *in quæſt. dominical. quæſt 2. num. 2. per cap ei 32. quæſt. ult. l. perfecta 4. C. de donat. quæ ſub mod.* Electio enim unius aliorum eſt reprobatio, *l. cum ita legatum 63. §. 1. ff. de condit. & demonſtr.* Surdus *conſ. 228. n. 8.* & reprobatio unius ex duobus propoſitis videtur includere approbationem alterius, *cap. nonne 5. de præſumpt.* Surdus *deciſ. 195. num. 3.* Unde qui ſemel elegit, non habet licentiam altero electo tranſire ad alterum *text. l. 13. in fin. de leg. 1. facit l. Cujus bonis. 9. ibi. ſicut integra re poteſtas ipſorum eſt, utrum velint eligendi; ita cum alterum elegerint, altero abſtinere debent. de Curat. furi ſ. & al. conf.* G. Antonius *diſput. feudal. 12. th. 6. D.* nec in electione facta amplius pœnitere licet. *l. 4. §. elganter. de L. commiſſor.* ubi vid. Weſenb. *in parat. in fin.* cùm via, quam quis ſemel elegit, & facto ſuo comprobavit, diſplicere amplius non debeat. *cap. quod ſemel de Reg. Jur. in 6. cap. ut quis duas. de Elect.* atque hoc quidem ita ſe habet, ſi ſemel tantum via aliqua placuerit, *l. in diem 9. ff. de aq. pluv. arc* Regn Sixtin. 2. *conſil. Marp. 8. n. 14. vid. infr. lib. ult. cap. Via.* Hinc qui unam certam agendi viam elegit, cæteris renunciaſſe & ſeſe ad electam reſtrinxiſſe intelligitur. *per text. in l. quod in hæredem 9. §. eligere 1. ff. de tribut act. l. ult. §. 2. C. de furt. cap. ut quis duas. de Elect. in 6. & utrobique Dd fac. & text. in cap. Abbate ſanè de ſent. & re judic. in 6.* ubi agens ex una cauſa ſi ſuccumbat ac in ea intentionem non probat, nec ad aliam admittetur. *vid. l. habebat 13. ff. de inſtit. action.* Herman. Vult. 3. *conſ 15. num. 17. & conſ. 20. num. 15. d. volum.* cùm actiones electione tollantur. Quod procedit, ſi ſcilicet ex una cauſa, vel pluribus cauſis contrariis tales actiones deſcendunt. *l. 9. §. eligere 1. ff. de tribut. act.* ſecus enim eſt, ſi ex diverſis cauſis & non contrariis actiones veniant, hoc enim caſu electione non tolli, ſed unam poſt aliam recte intentari, *per l. item 18. §. vetus 3. ff. de pecun. conſtitut.* probat Coſtal. *ad l. 9. ff. prædict. tit.* puta, ſi ex uno facto plura naſcuntur delicta, vel ex diverſis etiam factis actiones plures. *l. 1. §. 2. 3. 4. de public. l. 76. §. 1. de furt.* add. C. A. *de priv. del. theſ. 11. n. 2.*

VII.

VII.

Electio non est nisi inter duos vel plures. *Bald. in l. 1. num. 13. cum seq. de furt.* Vultej. *3. consil. Marp. 35. num. 64.* Cujac. *in Com. C. In quib. caus. tut. vel cur. hab. p. 573. C.* ubi ait: non esse electionem nisi nominentur plures, quemadmodum nec mediatio, *uti Apostolus Paulus inquit ad Galat. 3.*

VIII.

Elegisse agens censetur viam, per quam actus sustinetur. *l. 3. ff. de testam. milit. §. idemque juris 2. Instit. qui & ex quib. caus.* Bertrand. *consil. 264. in pr. vol. 2.* Paris. *cons. 72. n. 93. vol. 2.* Cravett. *cons. 92. n. 5. vol. 1.* Wesenb. *cons. 38. n. 63.* Vult. *3. cons. Marp. 35. n. 74.*

IX.

Electus ad officium vel dignitatem, non prius suscipere administrationem debet, quàm ut consentiat electioni, eamque confirmari petat, & confirmationem obtineat. *cap. cupientes. cap. quam sit. & cap. si electio. de Elect. in 6.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 477. n. 1. ubi vid.*

X.

Electio debitoris est, quando certitudo est habenda per viam electionis *l. comprehensum 60. ff. de contr. empt.* Dd. *ad §. 22. Instit. de legat.* Arn. Reiger. *in suo thesaur. super hac voce.* Wesenb. *in parat. de opt. vel Elect. legat. num. 1. in fin.* Sic non tantum in contractibus regulariter electio datur debitori, *l. plerunque 10. in fin. de jur. dot. l. lege 34. §. 6. de jurejur. l. 5. §. 1. ff. depos. l. 34. §. 1. ff. de contr. empt. 7. §. 5. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 6. §. 1. de jur. patron.* verum etiam in divisione bonorum, decisio *l. 2. C. de rescind. vendit.* quoad electionem, ut ea competat convento, locum habet adeò, ut liberum ei sit, vel consentire rescisioni divisionis, ut alia fiat, vel supplere, quod justo pretio deest. Gilman. 4. 1. *vot. 4. n. 24.*

Aliud tamen in ultimis voluntatibus obtinet. *§. si generaliter 22. Institut. de Legat.* Cùm enim legatario data fuerit in rem actio, opus fuit, ut & concederetur electio ejus rei, in quam actionem dirigeret. *l. 2. de opt. vel Elect. leg.* Wesenb. *in parat. de opt. l. n. 1.*

Fallit quoque hæc regula in casu, ubi actor plura habet remedia; quotiens enim duplici jure munitus est, facultatem habet alterutram eligendi. *l. 1. §. si proponatur 5. ff. si quis omiss. caus. l. 19. §. ult. ff. de jur. dot.* Anton. Peregrin. *de fideicommiss. art. 8. num. 45.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 63. n. 6.* Et generaliter in actionibus electio est agentis, *l. quod 9. §. 1 ff. de tribut. act. §. cæterum 5. vers. sed erit stultissimus. Instit. quod cum eo qui.* quotiens enim multa remedia in jure introducuntur alternativè, tunc optio eligendi alterum non judici, sed parti permittitur etiam eo casu, quo verba non partem sed judicem concernunt. Panormitan. *in cap. prout nobis. 4. n. 19. & 22. per illum text. de dol. & contum.* Gail. *lib. 1. observat. 60. num. 3.*

Limita 1. si alterutrum sit adjectum in favorem creditoris. Carpzov. 1. *respons. 52. num. 10.* (2.) Fallit in alternativis, quod verum est in omni alternativa in solutionem, *arg. l. 2. & 3. de Leg. commiss.* Mollet. *1. semestr. 27. in fin.* Rei enim hoc in casu est electio, quid solvat ante litis contestationem. *l. 2. 3. de eo quod certo loco.* post non item, quia cogitur solvere secundum naturam & formulam actionis intentatæ. Wesenb. *in comm. Cod. de commod. sub rubr. de act. commod. contraria. num. 8.* (3.) In judiciis *l. heres 19. §. ult. de judiciis.* Adde & eas limitationes, quas recenset Hartm. Pist. *3. quæst. 4. per tot. ubi vid.*

XI.

Electionis causa celeritatem desiderat, nec reconventionem expectat. But. *in cap. Ex literis. de mut. petit.* add. ibi Socin. *col. 26. vers. sexto fallit.* Menoch. *2. arbitr. jud. cas. 184. n. 5.*

XII.

Eligendi jus cum persona extinguitur, nec in hæredem transit. *l. qui heredi 44. in fin. de cond. & demonstr.* ratio, quia in facto personæ fundatur, vid. Wesenb. *in Par. ff. de opt. vel elect. legat. num. ult.* maximè si ex contractu sit debita, *l. 76.* ubi Donell. *n. 6. §. 1. l. ult. pr. de V. O.*

Limitationis loco notari potest, secus esse in legato optionis, ubi jure singulari & benigno contrarium servatur. *§. 23. Instit. de legat.* Vid. Treutler. *2. disp. 13. thes. 5. lit. a.*

XIII.

Electio propriè est inter æqualia similiaq; vid. Anton. *tit. 11. de morat. præscript. conclus. 69.*

XIV.

Electus dicitur non ab eligente, sed à mandante eligi, *l. unum ex familia. § si de Falcidia de legat. 3.* Dec. *cons. 251. col. 2. cons. 287. n. 2.* Cravett. *cons. 122. num. 3.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 200. n. 9.*

CAP. VI.

Electores Imperii.

Electores Imperii æquiparantur Præfectis prætorio atque sic Regibus. Anton. Surgens. *in Neapol. illustr. cap. 24.* Bernhard. Muscatel. *pag. 7. gloss. in verb. sent. n. 6. pmx. civil.* Peregrin. Jannin. *l. 1. n. 723. de citatione reali.* Joh. Phil. Monspel. *cons. 50. num. 33.* Ruland. *cap. 4. num. 18. lib. 5. p. 2. de Commiss.* imò ipsi Imperatori, Curt. *tr. feud. p. 2. q. 2.* Ex quo tamen nec quicquam decedit Majestati supremæ, quando his Septemviri Majestatis particularibus beati salvâ superioritate supremæ Majestatis ohne Ihrer Majestät Eintrag oder Schmälerung/ sed velut radii à sole, cui ne minimum quid lucis inde subtrahitur, etiamsi Lunæ lumen conferat, etiamsi radios undiq; diffundat, ac totum illustret terræ corpus, lumen accipiunt: unde sicut primæ lucis integritas memorati Numinis detrimenta sentit nulla; ita tanto magis imperiale attollitur sceptrum, quantò tribunal ipsius, ut Regis Regum, digniores in circuitu circumspicit Paraštatas & sacris addictos & sacris solutos, veluti dudum Justinianus Imperator dixit *in Nov. 15. in princ. §. Nos igitur.* Vid. Mindan. *constit. Regn. verb. Comitat. n. 48.* Gregor. *in hist. Rom. p. 191. lib. 2.* Lup. *lib. 1. de Magistrat. Franc.* Tilium *de Reb. Gallicis lib. 2.* Natt. *consil. 637. num. 35.* Scip. Ammirat. *2. discept. 8.* Arum. *de jurisdict. quæst. 1.* quorum constitutionem ab

Ottone II. institutam communis Dd. calculus comprobat. Abbas Spanheim. *in Chron.* & Abb. Stadens. Johan. Bapt. Egnat. *in vita Ottonis III.* Huld. Mutt. *lib. 14. Chron. Germ.* Blond. *lib. 3. dec. 2.* Jacob Bergam. *in supplic. ad ipsum Blond.* Platina *in vita Gregorii V.* Johan. Wolff. *cent. 8. rer. memorab.* Jacob Wimpheling. *cap. 10. epit. rer. Germ.* Bœckel. *de publ. jud. disquis. IV. p. 35.*

CAP. VII.
Eleemosyna.
Axioma I.

Eleemosyna de re aliena facienda non est. *cap. sicut dignum. §. eos. de hom. vid. cap. eam te. de jurejur. cap. 2. ubi latè gloss. & cap. eleemosynam 14. quæst. 5.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 182. n. 44.* sed de suo & superfluo. Qui enim vult Eleemosynam ordinatè dare, incipiat à seipso. *cap. qui vult. dist. 3. de pœn. tent. juncta gloss. in verb. se ipso. & gloss. in cap. si non licet. in verb. semetipso 23 qu. 5. per l. si servandarum 14. ff. de præscript. verb. l. si quis sumo 49. ff. ad Leg. Aquil. gloss. in cap. petitio. in verb. specialibus de jurejur.* Arnis. *de Majest. cap. 1. n. 13. lib. 1.*

II.

Eleemosynæ & sacrificium non placent Deo, quæ offeruntur ex scelere. *cap. scriptum 14. p. 5.* Honthem. *2. de art. Notar. c. 41. n. 10.*

Eloquentia v. Infr. Facundia.

CAP. VIII.
De Elusione.

Quælibet conventio ita debet interpretari, ne in unius vel alterius contrahentis potestate sit eam reddere elusoriam. *l. 83. §. 1. de verb. oblig.* quod non modò in conventionibus procedit, sed vel maximè locum obtinet in sententiis, decretis, Edictis, Imperio prætoris, cujus auctoritati interest, ne fiant elusoria. *l. 75. de judic. l. ult §. ubi autem. Cod. de bon. quæ lib. l. fin. ff. Ne quid in loc. publ.*

CAP. IX.
De Emancipatione.
Axioma I.

Emancipatio est honor. *§. hoc quoque 2. Instit. per quas personas cuique acquiritur.* ibi: *quod & honoris & beneficium. l. 1. in print. ff si quis à parent. manumiss. fuer. l. 7. ff. ut legat nom.* Harprecht. *in comment. ad Instit. d. §. hoc quoque num. 2.*

II.

Emancipati liberi non sunt sui heredes. *l. 7. de capit. minut. §. Emancipatos 3. Instit. de Exhered. liberor.* Emancipatus enim nomen filii in emancipatione amittit. *l. 6. de senator.* & per talem capitis diminutionem desinit agnatus esse, cum cognatus remaneat. *§. Emancipati 9. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. §. fin. ff. de legit. agnat. tut. l. sed cum patrono 6. §. 1. ff. de bon. poss.* atque pro extraneo habetur. *l. unic. §. extraneus. C. de rei uxor. act.* quæ procedunt de jure civili, non verò de jure prætorio, vigore enim hujus connumerantur suis hæredibus. *d. l. 6. §. 1. ff. de bonor. possess.* Vid Bocer. *in comm. ad Inst. de hered. Inst. & exhæred. n. 12. p. 324.* Unde etiam in statuto favorabili eum dici posse agnatum, licet propriè non sit, asserit Vasq *lib. 2. contr. jur. c. 39. n. 10.*

III.

Quoties agitur de relinquenda seu deferendâ hereditate, toties inter suos & emancipatos nulla est differentia, quia juxta *Novell. 115 cap. 3.* tam sui quàm emancipati heredes instituendi aut exheredandi, sicut & æqualiter ab intestato succedunt.

IV.

Quoties agitur de acquirendâ & transmittendâ hereditate, toties adhuc inter suos & emancipatos est differentia.

Ratio: quia sui ipso jure heredes sunt, & hinc etiam hereditatem non aditam ad quosvis heredes transmittunt. *§. 2. Inst de hered. qualit. & differ.* Emancipati verò aditione opus habent & sic anteà hereditatem non transmittunt. *l. 8. C. de suis & emancip.*

Limita: nisi emancipatus intra tempora deliberationis decesserit, ubi quoque ad quemvis heredem jus suum transmittit. *Carpz. P. 3. cap. 14. def. 23. n. 5. seqq.*

V.

Emancipatio non contentiosæ, sed voluntariæ est jurisdictionis. *l. 2. ff. de offic. præsid.* Bocer. *in comm. ad Instit. quib. mod jus patr. pot. tollitur. §. 5. & 6. n. 12.* Hinc est, quod emancipare liberos suos nemo cogi possit. *§. ult. Inst. quibus modis jus patr. potest. solv. l. non potest. 31. ff. de adopt.* adeò ut ne Principis quidem rescripto effici possit, ut pater invitus de suâ potestate filium dimittat. *l. 4. C. de Emancip.*

Limita 1. nisi pater filium durius tractet. *l. ultim ff. si à parent. quis manum.*

2. Si pater leno filias velit prostituere. *l. Si lenones. 12. Cod. de Episcop. aud.*

3. Si pater legatum sibi relictum eâ conditione, ut filium emancipet, acceperit. *l. si cui legat. 91 ff. de cond. & dem.*

4. Si quis à prædone adoptatus minor petat se restitui in integrum, *l. 3. §. si quis. 6. ff. de minor.*

5. Si impubes arrogatus postea pubes factus respondeat arrogationem sibi esse inutilem. *l. nonnunquam 32. ubi gloss. & l. seq ff. de adopt. vide & l. ult. C. de spectacul. lib. 11* Giphan. *ad d. §. 6. Instit. quibus modis jus patr. pot. solv.*

Addit 6. Schneidew. *ad d. §. 6. num. 7.* ut etiam pater possit compelli ad filium emancipandum, propter istas causas, ex quibus ei licet partem exheredare, cùm correlativorum sit eadem natura, *l. fin. C. de indict. viduit. vid. addit. Hubert. de Bono curs. in tract. de Except. rubr. quib. mod. suo nom. agentes. in verb. emancipare.*

De Emendatione Textuum vid. sup. Correctio.

CAP.

CAP. X.

Emergere.

EMERGENS novum novo indiget auxilio, & in rebus novis novum est remedium & consilium suggerendum, [*l. 10. §. 1. ff. qui satisdar. cog. l. non est. 12. ff. de transact. l. ille à quo 13. §. 4. ad Trebell. l. 1. in fin. ff. quand. de pecul. act. annal.*] *l. 1. in princ. ff. de ventre inspiciend. l. de etate 11. §. ex causa. 8. ff. de interrog. action. l. si jure 18. ff. de legat. 3. l. mater decedens 19. ff. de inoff. testam. l. oratione 7. ff. de feriis. cap. fin. de in integr. restit. minor.* [Vid. Wesenb. *5. cons. 235. num. 31.*] Petrus de Anchar. *cons. 84. Domina Azolina. n. 5.* Roman. *in l. si verò. §. de viro. n. 83. ff. solut. matrim.* Rolandus à Valle *cons. 2. num. 159. cum seqq. lib. 2.* Cravett. *cons. 264. n. 5. & 6.* ubi ponit plura exempla, Thomas de Thomasset. *in florib. reg. 248.* ubi intelligit, qvando accidentaliter & inopinatò aliqvid novum emergit, Surdus *cons. 418. num. 9.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom. 3. lit. E. conclus. 145. per totam. & lit. D. conclus 502. num. 36.* Anton. Monach. *Lucens. decis. 21. num. 32.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 4. num. 97.* Octav. Glorit. *respons. 1. part. 3. num. 221.* Nova enim res novum consilium capit, Ancharan. *consil. 204. Punctum unius. num. 12.* & novis morbis nova convenit antidota præparari, *cap. cæterum. de juramento calumniæ.* Tessaur. *Pedem. decis. 239. num. 11. cum seqq.*

Amplia axioma in constitutionibus, qvæ tendunt ad noxam; nam ex superveniente causa ab eis recedere licet, Cravett. *d. consil. 264. num. 5.* Anchar. *d. cons. 84. n. 4.* Rolandus à Valle *d. cons. 1. n. 159. lib. 2.* & in pactis Anchar. *d. n. 4.* & in omni promissione, etiam de non offendendo, Cravett. *d. cons. 264. num. 4. & 6.* ubi etiam in locatione, in legibus & statutis, item & in testamentis. Anchar. *d. cons. 84. n. 3. & 4.* Roland. à Valle *d. cons. 1. n. 159.* Cravett. *d. cons. 264. n. 5.* qvi idem dicunt in juramento.

Amplia secundò in privilegio, ut per Anchar. *d. cons. 84. n. 4. & 5.* Cravett. *d. cons. 264. num. 5.* Rolandus à Valle *d. cons. 1. num. 161. & seqq.* nam si tendit ad iniqvum, vel incipit esse damnosum, non est observandum, Rolandus à Valle *d. cons. 1. num. 158. & 160. lib. 2.* Menoch. *cons. 350. num. 27.* Bardel. *cons. 22. num. 10.* Cæs. Barz. *decis. 118. num. 8.* Octav. Glorit. *resp. 1. p. 3. num. 191.*

Amplia tertiò in materia probationum. Nam licet post publicatas attestationes & didicita testificata non admittatur nova probatio, tamen super emergenti de novo bene admittitur. *Clem. 2. de testibus.* Signorol. *cons. 23. num. 6. & 7.* Mascard. *de probation. concl. 118.* Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 46. num. 6.* Cardin. Tusch. *d. conclus. 145. num. 20.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c. 158.* Bernhard. Græv. *ad pract. Camer. Imper. lib. 1. conclus. 128.* Mendez. à Castro *in praxi Lusit. lib. 1. cap. 19. num. 12.* Amat. Roderic. *in pract. cap. 8. num. 7.*

Amplia qvartò in materia recusationis; nam licet exceptio suspicionis allegari non possit post litem contestatam, *l. apertissimi 16. C. de judic. cap. pastoralis. de except.* tamen ex causa de novo emergenti bene potest, secundùm Mascardum *de probat. conclus. 952. n. 35.* Bernhard. Muscatel. *in praxi aurea civili Neapolit. p. 2. gloss. competens. num. 55.* Amat. Roder. *in pract. cap. 10. num. 70.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 100. num. 32.* ubi ampliat etiam post conclusum in causa, dummodo causa recusationis habuerit ortum post conclusionem, & *num. 31.* subdit, qvod super hoc deferendum est juramentum ab ipso recusato.

CAP. XI.

De Emphyteusi *conf. tit.*

Locatio.

Axioma I.

Qvæcunqve dispositio ad conservationem fundi ejusqve majorem utilitatem spectat, ea licita est emphyteutæ.

Ratio: qvia finis emphyteuseos constitutæ est melioratio, & acqvirit sibi emphyteuta utile dominium *l. 1. §. 1. ff. si ager vectig.*

Exempl. Poterit igitur Emphyteuta servitutem fundo acqvirere, faciem fundi etiam in melius mutare, Wesenb. *ad ff. Tit. si ager vectig. §. 32.* non verò potest arbores fructiferas exscindere, neqve domum destruere ut faciat aream. Bald. *in l. 1. in fin. C. de Jur. emphyt.*

II.

Qvæcunq; incommoda rei accidunt tantùm, illam verò non omninò destruunt, illa emphyteutam à Canone solvendo non liberant *l. 1. C. de Jure Emphyteut.* Qvamdiu enim res adhuc existit, tamdiu remanet dominium directum, in cujus recognitionem Canon solvitur.

Exempl. hinc domò combustâ canon propter aream ab emphyteutâ præstandus. *arg. d. l. 1.* neqve sterilitas liberabit emphyteutam à Canone Carpz. *P. 3. C. 38. def. 19.* neqve inundationes, chasmata, hostiumqve incursiones. *Gail. l. 2. obs. 23. n. 23.*

Limit.

Limit. nisi emphyteuta ob talia incommoda malit rem derelinqvere. Zœs. *ad ff. Tit. Locat num. 4.*

III.

De bonis emphyteuticis venditis debetur domino laudemium, id est qvinqvagesima pars pretii, zween pro *cent. l. fin. C. de Jur. emphyt.* moribus nostris est decima vel vicesima, daß der zehende oder zwanzigste Gülden zur Lehn-Wahr gegeben werde. Schneidew. *in §. 3. Instit. de locat. conduct. n. 12.* Ob moram vero in solvendo laudemio emphyteuta non cadit jure suo. Besold. *thes. pract. verb.* Hand-Lohn.

IV.

Emphyteutam dominus ob caducitatem non propriâ sed judicis autoritate expellere debet. *Clarus. §. Emphyteusis qvæst. 11. Mynsing. Cent. 3. obs. 65.*

CAP. XII.

Emtio *vid. Venditio.*

Axioma I.

Emtio venditio contractus est synallagmaticus. *§. 1. Inst. de Auctor. tut. l. naturalis. 5. §. 1. ff de præscript. verb.* eamqve ob causam mutuam reqvirit obligationem, *d. §. 1. vers. ex qvibus mutua. l. Labeo 59. ff. de verbor. signif.* adeò ut non consistat alterâ parte non obligatâ, nec sese obligante. *l. qvid tamen 21 §. pen. ff. de recept. arbitr. gloss. eamqve secuti Dd. in l. Julianus, §. si qvis à pupillo. ff. de act. emt.* Vultej. *2. cons. Marp. 24. num. 25.*

II.

Emendi & vendendi Facultas est juris naturalis, Crav. *cons. 6. n. 121. vol. 1.* Menoch. *de præsumpt. 3. præs. 130. in fin.* Fabian. de Monte *in tract. de emt. & vendit qvæst. 1. pr. num. 4.* Nicol. Mozz. *dict. tract. cap. 1. n. 22.* ideoqve rem suam nemo cogi potest ut vendat. *l. invitum 11. C. de contrab. empt. l. invitus 11. C. de locat l. non emere 16. C. de jur. delib. l. qvamvis 8. de pignor. l. nemo exterus 9. C. de Judæis.* imò liberrimum cuiqve est rem suam vendere cuicunqve volet *l. 1. C. comm. divid.* & ibi Bald. Afflict. *in rubr. constit. Frider. de jur. protimis. num. 8.* Marcus Mantua *in l. dudum. n. 4. de contr. empt.*

III.

Emptio absqve pretio intercedente est nulla. *§. 1. & ibi Dd. Inst. de empt. vend.* Gœdd. *1. cons. Marp. 26. n. 341.* an emtio reqvirat scripturam, vid. *Scriptura.*

IV.

Emptio venditio ejus rei, cujus non est æstimatio, habetur pro nulla *§. fin. Inst. de contract. empt.* Gœdd. *d. cons. 26. n. 341.*

V.

Emptionis venditionis verbum omnem contractum, per qvem deducitur rei alienatio, comprehendit. *l. statu liberi 29. §. 1. ff. de stat. liber.* Caballin. *de Evict. §. 1. n. 4.* Carpz. *part. 1. Jurispr. forens. constit. 3. defin. 25. n. 3.*

VI.

Emptionis venditionis contractus dicitur fortior cæteris, ideoqve cæteros contractus necare. *arg. l. si te solum 27. l. si ita scriptum 67. ff. de hered. instit. l. emptorem 9. C. de locat.* Dec. *cons. 278. col. 2. in princ. vers. sed breviter.* Vultej. *3. cons. Marp. 17. n. 117.*

VII.

Emptionis venditionis contractus in dubio potius qvàm qvivis alius præsumendus est. Ripa *in l. 2. in princ. n. 31. ff de reb. cred.* per text. *in l. apud Celsum 1. §. si cum legitimæ 28. ff de dol. except. l. fin. C. de præd. Curial. lib. 10.* Rom. *cons. 86. colum. 2.* Socinus *cons. 156. col. fin. vol. 1.* Vult. *dict. cons. n. 93.* Sic in specie in dubio potius emptionem qvàm locationem aut oppignorationem præsumi, maximè si pretium justum rei venditæ sit appositum. *post gloss. in l. 1. §. 1. de superficieb.* affirmant Cœpoll. *in tract. de simulat. contract.* Jason. *in l. 1. num. 23. C. de jur. Emphyteut.* Pantschm. *1. qvæst. 17. n. 11.* qvanqvam si natura contractus aliud suadet, in dubio emptio non præsumitur. *l. rei commod. 8. cum sq. de commod. & l. non solet 39. ff. locat.* Pantschm. *1. q. 6. n. 37.*

VIII.

Emptio venditio patet latissimè *l. statu liberi 29. in fin. ff. de statu lib. l. sicut 8. §. venditionis 11. ff qvibus mod. pign. solv. facit §. præterea Inst. qvibus modis jus patriæ pot. solv. princ. Instit. de testam. ordin.* Vult. *d. cons. 18. n. 94.*

IX.

Qvoties qvis rem meam aliàs certò perituram à tertio emit, toties pretii repetitio locum habet: qvia proprietarius hâc emtione non læditur, sed jus ipsius potiùs conservatur.

Exempl. ita ergò si à fure fugitivo aut sociis stipato res emta fuerit animo restituendi vero domino, pretium repetere licebit. Carpzov. *P. 4. Const. 39. def. 7.*

X.

Qvoties error in venditione intercedit circa substantialia, toties integer contractus est vitiosus. *l. 9. pr. ff. de contr. emt.*

Ratio: qvia hic plane deficit consensus contrahentium, qvippe qvi nullâ sui parte concurrit circa rem venditam. Hinc ob nimiam inæqvalitatem materiæ & pretii meritò hic contractus dicendus est nullus. Bachov. *ad Treutl. Vol. 1. disp. 18. §. 7. lit. E.*

Exempla vid. in *leg. 9. §. 2. & l. 14. ff. eod.*

Limita: ut aliud sit in stipulatione *l. 22. ff. de V. O.* In hâc enim utile est etiam corpus, in qvod consensus incurrit, habere obligatum tale, qvale est. idem in pignore. Zœs. *ad ff. h. t. n. 10.*

XI.

Qvoties error committitur circa qvalitatem accidentalem, toties valet contractus, pretium tamen minuitur.

Ratio: qvia talis error non penitùs excludit consensum, cum hic revera aliqvid sit qvod creditur vendi.

Ita e. g. si aurum qvidem vendatur, sed deterius qvàm putabatur, contractus subsistit *l. 10. ff. de emt. vendit.* idem est, si corrupta vendatur pro virgine *l. 11. §. 4. ff. eod. adde l. 14. in fin. ff. eod.*

XII.

Emtor non præfertur conductori, qvoties huic in re conductâ jus reale qvæsitum.

Ratio: qvia jus reale prius præfertur Juri posteriori emtoris.

Ita e. g. Conductori sint res conductæ quoqve oppignoratæ, hic emtore potior erit. Coler. *P. 1. d. 8. n. 18.* Carpz. *P. 2. C. 37. d. 4. & 5. Sande lib. 3. decis. Fris. tit. 6. def. 1. & 7.* idem in praxi obtinere putarem, in eo, qvi ad decennium vel in perpetuum rem aliqvam conduxit, qvoniam & huic moribus jus in re qvæsitum. vid. Brunnem. *qv. 10. ad* Wesenb. *de Locat. Cond.*

Limit. nisi emtor præstare velit debitum, ob qvod res locata erat oppignorata *l. 6. §. 1. ff. qvib. mod. pign. solvat.* Zoes. *ad ff. de locat. conduct. n. 43.* Conf. Brunnem. *ad l. 25. ff. eod. n. 5.*

XIII.

Qvodcunq; vitium incurrit in sensus, ad illud non tenetur venditor. *l. 1. §. 6. ff. de ædil. edict.*

Ratio: qvia sibi imputet emtor, qvòd non cautiùs fuerit mercatus. *arg. l. incivilem 2. C. de furt.* & accuratiùs rem inspexerit, cùm in rebus visibilibus nullâ demonstratione aut admonitione opus sit. Carpz. *P. 2. C. 34. def. 16.* Mev. *P. 4. dec. 49.*

Exempl. ita ergò venditor non tenetur, si equus cœcus vel cicatricem evidentem habens fuerit venditus *l. 14. fin. ff. eod.* sicuti nec si porcus grandinosus venditus, Carpzov. *d. def. 16.* modo emtor hujus rei peritiam habuerit, vel lanio fuerit. Brunnem. *ad d. l. 14. in fin. ff. eod.*

Declar. ut procedat, licet Venditor ex crassâ ignorantiâ contrarium affirmaverit.

XIV.

Qvodcunque venditor de re venditâ in specie affirmat, illud tenetur præstare. *l. qvæ commend. 43. ff. de contrab. emt.*

Ratio: qvia specialis affirmatio sive commendatio habet vim promissionis: ita ergo si bibliopola alicui vendat librum tanqvam novissimè editum, ideo tenebitur. Idem est si qvis servum non esse erronem affirmaverit. vid. *l. 17. ff. §. ult. de Ædilit. Edict.* Aliud est, si in genere tantùm res à venditore fuerit laudata, v. g. eqvum esse bonum &c.

Declar. (1.) nisi res in specie laudata apertè falsò laudata fuerit. *d. l. 43. §. 1.* (2) ut illa, qvæ affirmata, non amarè debeant exigi *l. 18. ff. de Ædil. Edict.*

XV.

Emtis ædibus cedit alles was Erd- und Nagelfest ist/ was gemauert und genagelt/ Band und Nagel hat. nisi qvid excipiatur. Gœdd. *in l. 241. ff. de V. S.* Wehner. *Observat. Pract. verb.* Nagelfest. Sicqve domo venditâ veniunt etiam cisternæ, canales cuprei, coopercula, nec à venditore tolli possunt. Was Band und Nied beschleust und eingemauert ist/ kan der Verkäuffer nicht abbrechen lassen. Besold. *thes. pract. verb.* Cistern.

XVI.

Pecunia in muro ædium venditarum vel vestitu emto reperta non est emtoris, sed venditori restituenda. *l. à tutore 67. ff. de R. V.* Schneid. in *§. 40. Inst. de R. D. n. 4. Speidel. in Notab. verb.* gefundene Güter.

XVII.

In emtione venditione pœnitere non licet, si arrhæ dantur loco pretii zum Ankauff oder Kauffschilling/ vel denarii GOttes Pfennig. Besold. *Thes. Pract. verb.* Weinkauff.

XVIII.

Conventio pœnalis utrinqve valet, vulgò Newkauff. Berlich. *decis. 45.* Besold. *voc.* Neukauff.

XIX.

Qvi emit contra legis prohibitionem, efficitur malæ fidei emtor. *c. qvi contra de R. J. in 6to.* itaqve perdit fructus, aufertur ei res emta, & pretium amittit *l. 7. C. de agric. & censit. l. f. C. de fund. rei privat. l. 1. C. de præd. decur.* Perez. *C. eod. n. 1.* præsertim si in fisci aut Reipubl. præjudicium contractum sit *l. fin. C. de fund. rei priv.* Exceptio tamen est *in l. un. C. non licere habitator. metrocom.* Brunnem. *ad d. l. fin. C. n. 1. & Perez. C. eod. n. 5. in fin.* ut & in Emtione fundorum Civitatis sine Canone; licet enim non valeat hoc pactum, re tamen non privatur. Perez. *Cod. de divers. præd. urban. n. 4. 5. vid.* Brunn. *ad l. 5. C. eod.*

CAP. XIII.
Ens & non-Ens.

Axioma I.

Ens nobilius & dignius est non-Ente. Salicet. *in l. 1. §. rei uxoriæ. n. 6. vers. & si nota C. de rei uxoriæ action.* Pacian. *1. de probat. c. 6. n. 7.* Unde & melius ens comprehenditur ex teste, & imprimitur in ejus intellectu, qvàm non-ens. Aretin. *in cap. in nostra, n. 21. col. penult. extr. de testib.* Gabr. *concl. 4. n. 5. vers. concordia libr. 1. de testib.* Pacian. *1. de probat. c. 50. n. 51.*

II.

Non-Entis nullæ sunt partes nec qvalitates *l. ejus qui 41. vers. quod si stipulatus ff. si cert. pet. l. si servum 4. §. 1. ff. de act. emt.* Gail. *2. observ. 14. num. 12.* qvia nec demonstrationes, ut ait Bald. *in l. cum mulier. num. 30. vers. subsequenter. col. 12. ff. solut. matrim.* Butrigar. *in l. actor. col. 1. vers. qvæso qvid C. de probat.* non enim potest dici falsum vel verum vel injustum esse id, qvod nunqvam fuit, nec ullo modo posse deseri, qvod nullo modo verè est, & oportere aliqvo modo id verè esse, qvod aliqvo modo verè deseritur. *cap. fin. in fin. de pœnit. distinct. 2.* Sic etiam dicimus, rei, qvæ nondum est, privilegium non dari, nec accusari posse matrimonium, qvod nunqvam fuit, nec concedi rescriptum ad lites, qvæ nondum fuerunt. Pac. *cons. 1. n. 60.* nec videri desiisse habere, turbare, qvod nunqvam habuit, *l. non potest 208. l. non videntur 107. de Reg. Jur.* Sic in non-Ente non fieri passionem, dixit Aristoteles *lib. 2. de anima*, qvem refert Baldus *in l. si actor. post princip. C. de probat.* Vasq. *2. contr. 40. n. 32.* qvemadmodum nec in non-ente cadere remotionem, not. Bald. *in l. si pater. col. 3. C. de instit. & substit.* Vasq. *ibid.* unde nec rescindi etiam dicitur,

tur, qvod non est. *l. decem 116. de verb. obl.* Gomez *in Comment. ad Inst. de act. §. item si qvis. n. 33. per text. in l. 1. ff. de donat.* ubi conditionalis donatio non propriè dicitur donatio, quia non est simpliciter talis, scilicet cum qvalitate. Ergo ubicunque actus est cum aliqua qualitate, puta sub conditione, non dicitur propriè talis. *l. quæsitum 78. §. illud fortasse 4. ff. de legat. 3. l. si cui lana 70. de legat 3.* Jason. *in l. 1. col. 1. in princ. ff. de re judic. & in l. si tibi pecuniam. col. 2. num. 6. ff. si cert. pet.* & ideo homo mortuus non est homo propriè, sed homo mortuus, & sic cum qualitate illa. Gloss. *in princ. Inst. de action. verb. actio. in fin.* faciunt ea quæ notat Jason. *in §. omnium. n. 5. vers. advertite. Inst. de act.* Qualitas enim adveniens enti, ens ipsum qualificare perhibetur. *cap. statutum. 22. de Elect. in 6.*

III.

Entia præter necessitatem multiplicanda non sunt. Fundatur hæc regula *in l. 3. §. 1.* ibi: *Sed an sit necessaria. Naut. Caup. stab.* Unde etiam quotiescunque datur remedium ordinarium, cessat extraordinarium. *l. 32. de damn. infect. l. 1. §. 2. de public. l. 11. de Carb. Ed. l. 16. de min.* vide plura *infra in cap. remedium.*

Limita, nisi utilitas plura & extraordinaria remedia dare suadeat. *d. l. 1. §. 1. Naut. Caup. stab.* tunc enim si utilius est extraordinarium, & illud locum habet, licet competat ordinarium. *l. 9. l. 23. de min. l. ult. C. Si tut. vel cur. l. 13. C. de jud. l. 6. ff. de dol.*

CAP. XIV.

Enunciatio, *Vid. infr. in cap.* Verba, Narratio.

Axioma I.

Enunciativa verba nihil disponunt, *l. ex his verbis 7. C. de testam. milit. l. optimam 14. C. de contrab. stipul. l. ex hac scriptura 16. ff. de donat. l. 1. C. de dote promiss. c. Si Papa 10. de privileg. in 6. c. indicante 4. de testam. clem. unic. de probat.* Paris. *cons. 26. n. 124. vol. 2.* ideoqve in instrumentis non narrativa aut enunciativa, sed dispositiva attendi observarique debent. Dd. *in d. l. ex hac scriptura.* Menoch. *cons. 404. num. 39. vol. 5.* quod axioma non modo in contractibus, sed etiam in ultimis voluntatibo obtinere dixit Honthem. *lib. 4. de Art. Notar. c. 15. & 16.* Exemplo sit: si in instrumento aliqvo caveatur, talis tutor vel procurator aut syndicus hoc fecit, non creditur his verbis narrativis, nisi narrata aliàs comprobentur. Bover. *in verb. instrumentum 49. num. 9.* maximè quando verba enunciativa tenderent in præjudicium tertii. Bartol. *in d. l. ex hac scriptura. num. 7.* Bald. *in l. ex his verbis 7. C. de test. milit. l. generali 42. in princ. ff. de usufr. legat.* vel quando constaret de veritate in contrarium, cum simplex enunciatio & simplex confessio veritati non possit præjudicare. *l. cum falsa 5.* & ibi Castr. *in princ. C. de jur. & fact. ignor.* Cravett. *cons. 29. Pro clariori. num. 2. vers. sed ultra responsiones. col. 2.* Pacian. *consil. 66. num. 57.* Unde verba enunciativa negantia actum præteritum nihil disponere, in præjudicium veritatis in contrarium existentis colligi licet *ex l. verba 6. C. de testam.* ubi dicitur, qvod si in testamento negaret qvidquam mater se donasse, cuiquam donatario præjudicium non faceret. Sic nec per verba enunciativa institutio disponitur nec probatur, Petrus Costal. *in adversar. pandect. l. epistola 52. de pactis.* qvod etiam procedit in institutione tacitâ eorum, qvi necessariò instituì vel exheredari debent; verbi gratiâ, si quis habens filium in testamento dicat, non nominato eo, si ille, qvi ab intestato mihi successurus est, nolit esse heres, substituo Cajum, hæc institutio non valebit, cùm nominatim esse debeat, videantur Clarus *in §. testamentum. quæst. 35. num. 2.* & Petr. Gregor. *libr. 42. syntagm. jur. cap. 9. num. 6.* Hinc verba enunciativa principaliter propter se & pro ipsa dispositione principali, qvam testator intendit, prolata non aliter inducunt dispositionem, nisi in quantum natura verborum prolatorum patiatur. Exemplo sit *l. Titia cum testamento 34. §. Gajus Sejus 3. ff. de legat. 3.* ubi maritus extra domum suam in prædium uxoris, cum transtulisset quasdam res & ibidem discedens, uxorem & alios testamenti heredes scripsisset, addidit hæc verba: Imprimis sciant heredes mei, nullam pecuniam esse penes uxorem meam, sed nec aliud quicquam, ideoque hoc nomine eam inqvietari nolo. Ex his verbis quæstio erat exorta, utrum translata ex domo viri in prædium uxoris eidem donata censeantur, sed verborum materia non admittit; dicit enim nullam pecuniam esse penes uxorem, nec qvicqvam aliud, unde, qvia quædam reperta sunt, ea ex hæreditate defuncti præsumuntur. Ea propter, qvoad ultimas voluntates, quando ipsa verba enunciativa ad valorem & substantiam actus qui geritur requiruntur, distinctione regula declarari solet: Num illud, qvod enunciatur, dependeat à potestate ejus qui disponit, & tunc aut institutio sine eo non valebit; quare ut actus valeat, inducitur illud quod enunciatur, & institutio corroboratur, verbi gratia, si diceret testator, Mævium, libertum meum, (qui tamen non esset libertus) hreedem instituo. Hac ratione servus consequetur libertatem & hæreditatem. *l. cum servi constituti 2. Cod. de necess. serv. hered. instit.* quia, etiamsi sine libertatis mentione instituisset servum, liber efficeretur. *per l. 5. Cod. eod.* Aut verba illa enunciativa concernunt validitatem legati, & tunc in pagani testamento dispositio non inducetur, quamvis in testamento militis secus sit. *vid. d. l. ex his verbis 7. C. de testam. milit.* Aut illud, quod enunciatur, non potest disponi ab enunciante, & tunc etiam nihil operabitur. Nam dicendo: Ego heres Sempronii, quantum concernit meum arbitrium, probatur, inde me hereditatem adire. Jason. *in d. l. ex his verbis. limit. 8.* sed qvantum veritatem institutionis aut successionis attinet, hæc mea assertio non inducit in hoc dispositionem. Propterea

præterea verba enunciativa solùm inducere duobus casibus dispositionem, nempe ad probandum, & quidem potius ex benignitate quadam, quam jure ipso civili inspecto, patet *ex l. Publia 26. §. ult. ff. depos.* & quoad liberandum. *l. tale 40. ff. de pact.* ait Menoch. *2. arbitr. judic. cas. 261. n. 16.* Sic enunciativa verba dispositionem inducere, *ex d. l. ex hac scriptura 16. ff. de donat.* probant Jason. *in d. l. ex his verbis. C. de testam. milit. n. 1. & 7.* Emanuel Svarez *lit. V. n. 50.* Unde & probare dicuntur, secundum Bart. *in l. cum scimus. n. 1. Cod. de Agricol. & Censit.* quod idem censuit & Roman. *in l. gerit. n. 9. ff. de acquir. hered.* Joh. Annibal. *in repet. l. nemo potest. n. 62. ff. de legat. 1.* Vult. *3. consil. 21. n. 191.* quod procedere, si proferantur inter easdem personas, inter quas fuit facta illa enunciatio, atque etiam inter ipsorum successores, testantur Bart. & Bald. *in Auth. si quis in aliquo C. de edend.* Bart. *in l. ex hac scriptura. n. 7. ff. de donat. & in l. si forte. n. 4. ff. de pecul.* Crot. *in repet. l. re conjuncti. n. 186. ff. de legat. 3.* Alex. *consil. 184. n. 13. vol. 6.* Socin. sen. *consil. 68. n. 6. vol. 4.* Afflict. *decis. 83. n. 4.* Molin. *in consvet. Paris. §. 5. num. 10.* Vult. *3. Consil. Marpurg. 21. n. 191.*

Limita I. non procedere in antiquis & multo magis in immemorialibus instrumentis, in quibus enunciativa verba plenam fidem facere dicuntur, Dd. communiter *per gloss. in cap. cum olim. de censib. & in l. cum aliquis, C. de jur. delib.* Gail. 2. *observ. 71. n. 10.* Stephan. Aufrer. *in annotat. post. decis. Capellæ Tholosan. n. 3.* Alex. *consil. 12. n. 8. & consil. 74. n. 32. vol. 4.* Molin. *in Consult. Paris. 5. n. 10.* Vult. *consil. 9. & 11. vol. 6.* atque hanc opinionem communem esse testantur Socin. jun. *consil. 65. n. 7. vol. 1.* Decius *consil. 152. n. 2.* quam tum etiam obtinere, quando de verbis contingat disputari principaliter, affirmat Bart. *in d. l. gerit. num. 4.* cum tantæ sint efficaciæ, ut non contrahentes tantum, sed & adversus tertios quoque fidem faciant. Jas. *consil. 65. n. 1. vers. confirmatur. vol. 3.* Bald. *in l. pen. vol. 2. vers. item, quod dixit gloss. C. de jur. delib.* Ant. Butr. *in cap. fin. n. 30. de succes. ab intest.* Cott. *in memorabilib. in verb. antiquitas.* Bertrand. *consil. 167. n. 12. p. 2. vol. 3.* Alexand. *consil. 90. n. 11. vol. 6.* Corn. *consil. 247. n. 22. vol. 2.* Bero. *consil. 21. n. 2. vol. 3.* Natt. *consil. 283. n. 8.* Riminald. *consil. 76. num. 1. vol. 1. & consil. 339. n. 48. vol. 3.* præsertim si enunciata sint à Principe vel quo alio statu S. Romani Imperii. *arg. eorum, quæ consultus respondit* Gœdd. *in consil. 11. n. 12.* vide & Mascard. *de prob. conclus. 106. num. 4. & n. 9. & concl. 394. n. 8.*

Limita II. non obtinere, si verba essent geminata, Bart. *in l. cum scimus. n. 1.* & ibid. Angel. *C. de Agricol. & censit.* Castr. *in d. l. ex hac scriptura. n. 2.* Roman. *in d. l. gerit. n. 9.* Joh. Annibal. *d. l. nemo. n. 62. de leg. 1.* Jas. *in d. l. ex his. n. 2. C. de acq. hered.*

Limita III. regulam nec in dote obtinere; favore enim dotis enunciativa probare & disponere probant *ex d. l. 2 C. de dotis promiss.* Marsil. *sing. 442* Roman. *sing. 540.* Mascard. *de probat. conclus. 1267. n. 12. & conclus. 388. & conclus. 565. num. 1.*

Limita IV. in casibus piarum causarum tam in contractibus, quam ultimis voluntatibus. Masc. *conclus. 1171. n. 58.*

Limita V. quando verba enunciativa emissa principaliter propter se inducerent dispositionem, etiam in contractibus, & ideo si creditor dicat debitori, indigeo pecuniâ, quam mihi debes, vel similia verba, constituit debitorem in mora. Jason. *in l. si quis mihi bona. §. sed quod si mandavit. n. 10. & 11. ff. de acquir. hered.* secus enim est, si incidenter sunt prolata, ut si in compromisso incidenter narravero societatem inter te & me contractam; deinde principaliter inter nos moveatur quæstio, de societate per illa verba non probatur contracta societas. Gabr. Sarayn. *ad dict. sing. 23. n. 1.* nisi illud, quod enunciatur, incidenter dependeat à nudo & mero animo proferentis. Mathes. *in sing. 34.*

Limita VI. si probarent contra scribentem. Mascard. *conclus. 1256. n. 10.* vel contra eum, qui patitur illa inseri instrumento. Henr. Bover. *in verb. probatio 46. n. 10. & in verb. Instrumentum 48. num. 11.*

II.

Enunciatis non creditur in testamento, nisi probentur. Hyppol. de Marsil. *consil. 342. postquam rursus ad scribendum impellor. num. 106. & n. 59. vol. 3. per c. 2. cum ibi notatis de reb. Eccles. non alien.* Pantschmann. *2. q. 21. n. 97.*

CAP. XV.
De Episcopo.

Axioma I.

Episcopus visitans ecclesias debet inquirere de moribus clericorum non ad effectum eos puniendi, sed corrigendi & ad pœnitentiam ducendi. *cap. 1. §. sanè. de Censibus in sexto. Abbas in c. 1. gloss. 1. de offic. ordin.* cùm proprium ejus munus sit vitia redarguere. *Sess. 14. Concil. Trident. de reform. cap. 1.* Quid autem debeat inquirere visitando, circa quæ attendere? *Paul. de visitat. Episc.*

II.

Episcopus potest pro crimine imponere pœnam pecuniariam, si ea magis timetur. Didac. Covarr. *l. 2. var. resol. cap. 9. n. 3.* Quod Ravelli bis in facto ab Episcopo in causâ cujusdam presbyteri magis timentis unum nummum, quàm quamlibet suspensionem se observasse dicit Paul. Fusc. *in singular. lit. E. n. 25.*

III.

Episcopus scienter ordinans alienum clericum sine literis dimissoriis, suspenditur ipso jure per annum *cap. eos, qui de tempor. ord. in 6. cap. nullus. eod.* ubi de ordinante illiteratum & infantem.

CAP. XVI.
Epistola.

Axioma I.

Epistola semper loquitur Bald. *in l. 3. de pactis*, ideoque censetur consensisse, cujus ad manum

non contradicentis litera pacti pervenit. Socin. *consil. 64. in fin. lib. 3.* Bald. *de dot. p. 6 pr. n. 78.* Cravett. *de indemnit. mulier. n. 31.* Paris. *cons. 127. n. 29. & 30. vol. 1.* Wesemb. 1. *consil. 68. n. 4.* literis enim non minus, quàm viva voce, animi sensa declarari possunt, Hœnon. *ad l. 124. ff. de diverf. Reg. Jur.* Unde tacitus animi nuncius dicitur, ut Epictetus Philosophus Hadriano Imp. sciscitanti, quid esset epistola, respondit in altercatione, quam Hadrianus cum Epicteto habuit, pacta & per literas conficiuntur. *l. 2. de pact.*

Limitationis loco nota, hoc verum in actibus, ubi verba pro substantia non requiruntur, *d. l. 2. ff. de pact.* aliud enim esse in stipulationibus, ut in quibus leges verba desiderant, ajunt Donellus *ad l. 1. in princ. n. 4. & 10. ff. de verb. obligat.* Gomez. *lib. 2. var resolut. c. 9. n. 3. vers. ex quo primo.* Vacun. à Vacun. *declar. 68. n. 12.* Gœdd. *in tract. de contr. stip. cap. 3. concl. 18.* cum propriè per epistolam non loquamur. *l. 75. ff. de leg. 2.*

II.

Epistolæ contra scribentem plenè probare dicuntur. *l. Publia 26. §. fin. ubi dicit: licet O. non inducat, probare tamen inductam ff. depos. l. cum de indebito 25. §. fin. ff. de probat.* Lanfr. de Orian. *in l. admonendi. 31. n. 56. ff. de jurejur. & in cap. quoniam. extr. de probat. tit. de instrum. prod. num. 5.* Joh. Coras. *miscell. lib. 3. c. 4. n. 5.* Regn. Sixtin. *Consil. Marp. 13. n. 11.* Mascard. *de probat. concl. 1256. n. 10.* ubi ampliat, etiamsi verba epistolæ sint narrativa, vel sint sine die, & consule *l. cum tabernam 34. §. 1. ff. de pignor.* vel etiamsi esset donatio. Mascard. 2. *de prob. concl. 556. n. 3.* cùm ea non ex defectu veritatis impugnetur. Mascard. *dict. conclus. n. 4.* maximè si ea recognita fuerit. Michaël. Grass. *quæst. 24. c. 18.* Honthem. *p. 4. de art. Notar. c. 4. n. 32.* Add. Umm. *disput. 17. ad proceff. judic. th. 5. num. 24.* Schrader. *ad l. admonendi. n. 270. ff. de jurejur.* & habeat sigillum authenticum. *Bart. in l. nuda ratio. 26. ff. de donat.*

III.

Epistola approbata à recipiente inducit obligationem *L. si filiusfam. 16. ff. de JCto Maced.*

IV.

Epistola non habet vim Codicillorum. *l. 17. ff. de jur. Codicillor.* sed eos aliquo modo imitatur, neque etiam ea hæreditas datur vel adimitur. *l. hereditas 4. C. de his quib. ut indign.* Gothofr. *ad l. Imperatores 29. ff. de probat.* ubi intelligit nimirum directè; indirectè enim per fideicommissum dari posse *ex l. in Epistola 22. Cod. de fideicomm.* probat Petr. Gregor. *lib. 41. c. 18. n. fin.* In dispositione tamen patris per epistolam inter liberos secus esse, *ex l. inter omnes 26. C. famil. ercisc. Auth. quod sine. C. de testam. & Auth. si modo. famil. ercisc.* ostendit Mascard. *consil. 1352. n. 60.* quam sententiam communem esse *dicit Grassus §. testamentum q. 16. n. 2. 3. & 4.* vid. Honth. 2. *de art. Notar. cap. 32. n. 7.* Propterea si alia persona extranea sit immixta, quoad illam personam voluntas defuncti pro nulla haberi ac liberis accrescere dicitur. *l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto 1.* ubi Dd. *C. de test.* vid. Covar. *in c. Relatum 11. n. 2. de testam.*

CAP. XVII.
De Epithetis.

Quamvis de hac materia varia possent tractari; quia vero Kubachius in regulis sub tit. *Verba* multa elegantia hac de re edisserit, eò sedulum lectorem brevitatis studio remittimus, locum tantum notasse contenti.

CAP. XIIX.
De Equo.

Axioma I.

Venditor equi tenetur de vitiis internis, si eqvus sit calcitrosus vel retrogradus, stätig/ lunaticus aut phreneticus, kollrend/ pavidus/ scheu/ cœcus staarblind/ scabiosus haarschlechtig/ si habeat superossa vel gallas. *l. 1. § 9. l. 43. ff. de ædil. edict.* Adde, si sit bauchbiâsig oder verstreckt/ mit dem Wurm behafft/ lahm oder contract, kernschwendig/ gebrochen/ miltzsichtig. *Rovestrunck de Judic. equestr. cap. 4.* Col. *decis. 228.* Speckh. 1. *quæst. 18.* Besold. *thes. pract. verb.* Roßkauff. In statutis plerumque quatuor sunt vitia equi, vulgo die vier Wandel/ (1.) si eqvus sit retrogradus, (2.) lunaticus aut phreneticus, (3.) scabiosus & (4.) furtivus, aut secundum alios pituitosus rotzig. *Reform. Nor. L. 4. Tit. 16. §. 1. Reform. Francof. P. 2 Tit. 9. §. 5. 6.* Wehner. *obs. pract. verb.* Wandel.

II.

Equo vendito sella & capistrum debetur & famulo venditoris, das Halffter- oder Zaum-Geld. Schneid. *in §. 28. Inst. de act. n. 50.*

III.

Conductor equi non tenetur, si is morbo naturali vel casu fortuito in itinere decesserit. Besold. 3. *Consil. 120.* Eqvum verò in itinere decessisse probatur per scripturam cum juramento. Bald. *in Rubr. C. de fid. instrum.*

IV.

Eqvus venditus si intra triduum moriatur, præsumitur ex vitio præcedenti mortuus, adeoq; perit venditori. Rovestrunck. *de judic. equestr. redhibit. Lib. 1. cap. 6. n. 27.* Bonacoss. *tract. de mater. equor. quæst. 85.*

V.

Equi conductor de jure & ex naturâ contractûs expensas pro soleis ferreis, vel in ejus curationem factas repetere potest, *Lugo de Just & Jur. disp. 29. sect. 4. n. 67.* Molin. *de J. & J. tract. 2. D. 496. n. 7. in fin.* vid. tamen Bonacoss. *tract. de equis q. 61. vid. omninò Garc. de Expens. c. 14. num. seqq.* Caroc. *de locat. P. 4. q. 40. seqq.*

VI.

Si eqvus sit locatus eo pacto, ut non nisi quinque milliaria in die peragaret, & peractis septem eâ de causâ mortuus sit, tenetur Conductor de damno. *Lugo d. disp. 29. Sect. 4. n. 65.* vid. Molin. *d. tract. 2. disp. 494. n. 4.*

VII.

Equi conductor, si probat equum mortuum esse, de casu illo non tenetur, nisi Locator ipsius culpam probet. *Lugo d. disp. 29. sect. 4. n. 66. in fin.*

CAP. XIX.
De Errore vid. supra
Emtio.

Axioma 1.

Error non præsumitur, *l. si post divisionem 4. C. de jur. & fact. ignor.* sed probandus est Mascard. *de probat. conclus. 636.* & quidem liquidò. Dec. *ad l. librarius. n. 4. de Regulis Jur.* maximè si error prætendatur in facto illius, qui errasse dicitur proprio, utpote qui error injustus esse censetur. Mascardus *d. conclus. 636. n. 5.* svasione adversarii carens, *l. si existimans 48. de usucap.* unde ubi in actu geminato vel triplicato, & ubi ex eò lapsuque temporis aliisque similibus certa & enixa voluntas perspicitur seu elicitur, error non solum prorsus excluditur, sed nec allegari potest. Gloss. *in Nov. 134. §. hoc verò jubemus. verb. jussio. & gloss. fin. ad cap. Si quis inatus 3. quæst. 3. & ad cap. rescripta 25. quæst. 2.* Baldus *in consil. incip. Schisma possit. sub rubr. C. si quis aliquem test. prohib. per l. 22. C. ad SC. Vellejan.* Aug. Baro *consil. 49. n. 23.* Tiber. Decian. *resp. 91. n. 15. vol. 8.* Gœdd. *consil. 27. vol. 3. n. 38.* Hinc nunquam præsumitur quis per errorem quid esse confessus vel asseruisse, præsertim in judicio, nisi probet simul rem etiam aliter se habere; tunc enim denuo, ex quo hoc probabit, error præsumi potest, ante non potest. *l. errore 7. C. de testament. rer. 7.* ubi Jas. *d. l. si post divisionem 4. C. de jur. & fact. ignor.* Bart. *in l. non fatetur. de confess. n. 10.*

Limita 1. nisi in uno erret: nam in uno errans probabiliter errat & in altero ei connexo, cùm de appendicibus & connexis idem sit judicium, quod de principali. Cravett. *consil. 275.* nec possit fieri de uno, quin fiat & de reliquo, *c. si quis præbendas. 1. q. 3. quando.* ubi Dec. *not. 3. extr. de judic.* Gœdd. 3. *Conf. Marp. 32. n. 148.*

2. In donatione. Error enim in dubio magis præsumitur quàm donatio. Bald. Angel. *in l. generaliter. C. de non num. pecun.* Bald. *consil. 189. in fin. lib. 2.* Angel. *consil. 13. col. 2. volum. 1.* Dec. *consil. 350. n. 3.* Cravett. *cons. 76. n. 14. consil. 142. num. 26. & consil. 149. n. 9. tom. 1.* Vult. 1. *Consil. Marpurg. 17. n. 34.* Decian. *consil. 29. n. 75. vol. 2.* præsertim in muliere, Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 21. n. 57.* Riccius *decis. Litvan. 3. 538.*

3. Limitatur in repudiatione aut renunciatione. Ruin. *cons. 127. n. 19. vol. 3.* Decian. *respons. 29. n. 25. vol. 2.* Regner. Sixtin. 2. *consil. 94. n. 191.*

II.

Error, in qualitate admissus, gravior est, quàm is, qui in ipso objecto consistit, *l. 18. §. si injuria 3. ff. de injur.* Phil. Matth. *ad l. 56. de R. I. n. 36.*

III.

Error facti errore juris est prior, quia factum jure prius est, & ex facto jus oritur. *l. 52. §. in cli-*

vo 2. ff. ad Legem Aquil. Obrecht. *ad tit. C. de jur. & fact. ignor.*

IV.

Erratum non censetur, ubi præcessit deliberatio. Gloss. *in cap. ex literis. de divort.* Rom. *consil. 346.* Gilman. 2. 2. *vot. 4. n. 4.* Unde si per scripturam, vel alium actum non ter, vel quater, sed bis tantum fiat, vel declaretur, erroris præsumptio tolli dicitur. *l. si mulier 22. C. ad SC. Vellejan.* Felin. *in cap. si cautio. n. 31. de fid. instr.* Cephal. *consil. 261. num. 11.* Dec. *consil. 599. n. 5.* majorque & plenior quædam deliberatio accessisse censetur, *cap. Etsi CHRISTUS. de jurejur.* Rol. à Valle *consil. 60. n. 22. lib. 1.* Nicol. Everhard. *in loc. top. à geminat. n. 1.* Geminatio enim plurium actuum, quibus voluntatis suæ perfectionem haud obscurè quis potest testari, vim specialis clausulæ ex certa scientia habet, & animum ejus destinatum atqve deliberatum arguit. Hinc & nemo errare præsumitur, qui longo tempore deliberare potuit, Simon de Præt. *consil. 52. n. 6. cent. 3.* sæpiusque hoc factum discussit, Jos. Mascard. *de probat. conclus. 637. n. 16.* Et licet quandoque error in testamenti causa præsumatur, hoc tamen ita est, si illa præsumptio tendat ad testamenti conservationem, ut haud noceat. *l. errore 7.* ubi Dd. *C. de testam.* Augustin. Bero. *consil. 80. n. 17. vol. 2.*

V.

Error & ignorantia sunt diversa. Hermann. Vult. 3. *Consil. Marpurg. 35. n. 200.* Ignorantia enim est, cùm de facto nihil prorsus scitur, nec quis inde quicquam suspicatur. Error verò, cum res sese habet aliter, quam creditur, quomodo primum omnium inter ignorantiam & errorem distinxisse Azonem *in summa. C. de jur. & fact. ignor.* observavit Menochius *lib. 6. præsumpt. 23. n. 4.* quem secuti sunt Archidiac. *in cap. in quibus 22. quæst. 3.* & Alberic. *in l. error. n. 1. C. de jur. & fact. ignor.* quibus accedit D. Thom. *lib. 4. sent. distinct. 30. art. 1.* ubi dixit, ignorantiam eò differre ab errore, quod illa sui natura & ratione non ponat aliquem cognitionis actum, error verò ponat judicium perversum de aliquo, atque ita error, ut apertius *in d. distinct. 30.* dicebat, Albertus Magnus supponit aliquam notitiam ejus, circa quod erratur, eamque ob causam D. Augustinus *in Enchirid. c. 17. ad Laurent.* quod est relatum *in cap. quamvis. distinct. 31.* rectè dixit, errorem esse vera pro falsis approbare, ignorare verò esse nihil approbare, cum sit simplex scientiæ privatio, quod ibidem apertius declararunt Præpositus & Turrecrem. vid. & Angel. de Clavas. *in sua summ. in verb. errare. n. 1. & in verb. ignorantia. n. 6.* Similiter & multum interest, an quis errore, an contumaciâ delinquat. *l. 38. §. 1. ad L. Jul. de adult.*

VI.

Error est medium inter bonam & malam fidem. Panorm. *in cap. gravis. n. 17. de restit. spoliat. per l. fin. C. unde vi.* Wes. 1. *consil. 6. n. 110.* Propterea errorem facti alieni malam fidem non inducere, præsertim quoad possessorem hereditatis, dicitur *l. sed etsi lege 25. §. scire 6. ff. petit.*

hered. Wes. 1. *consil. 13. n. 39.* maximè si tectus & secretus fuerit, cum hic sæpissimè etiam prudentissimos fallere possit. *l. 2. & 3. de jur. & fact. ignor.* Covarr. *2. part. relict. § 7. p. 206.* Propterea si quis in facto erret, eum potius pro bonæ fidei possessore agnoscit. Wesemb. *in §. si quis à non domino. n. 1. Inst. de Rer. divis.*

Declara: si nimirum error sit facti alieni, non verò facti proprii, cum hic vulgò irreprehensibilis & tolerabilis habeatur. *arg. l. 7.* & ibi Gothofred. *ad SCt. Vellejan.* Gilken. *2. de usucap. m. 1. c. 2. n. 1.* quod de eo, qui in jure erraverit, dici non poterit; ipsum enim facere malæ fidei possessorem, ait Wesembec. *dict. loc.* quod quoad fructuum acquisitionem, hoc est, quia fructus tanquam bonæ fidei possessor lucrari nequeat, admittit. Umm. *in disput. 21. ad proceff. jud. thes. 3. n. 18.* indistinctè verò negat Joh. Gœdd. *ad l. 109. de V. S. num. 5.* Petr. Fab. *in l. 126. in princ. ff. de R. I.*

VII.

Error communis non facit jus. *arg. l. 15. ff. de jurisdict.* Hottomann. *in illustr. quæst. q. 17.* Govean. 1. *var. lect. cap. 6.* Harprecht. *ad §. 9. Inst. de jur. nat. gent. & civil.* Hillig. *1. Don. Enucl. 1. c. 6. lit. A.* Bronchorst. *l. ἐνὸ ν. 12.* Arum. *in disp. Pand. 1. th. 22.* Kubach. *cent. 1. D. 7. q. 2. Dn. Parens in quæst. Wesemb. disp. 1. quæst. 11.* pro veritate tamen nonnunquam habetur, ut actum sustineat, *l. 3. de offic. præt § 17. l. de test. ord.* justus enim error veniâ dignus est. *l. 11. §. 8. Ad SCtum. Macedon. l. 3. in fin. de supell. leg.* nec hoc tantum in damno vitando, sed etiam in lucro acquirendo locum habet. *l. quod vulgo 11. pro Emptore.* utilitatis enim ratio exigit, ne cui justus error damnum adferat. Cujacius *in Paull. ad l. 2. §. 13. pro emptore.*

IIX.

Error Scripturæ non obstare debet rei veritati. *l. Imperator 8. ff. de stat. hom. l. si liberarium 72.* ubi latè Dec. *ff. de R. I. gloss. in l. fin. de fidejuss.* Bald. *in l. si cum ante. C. de donat. ante nupt.* veritas enim rerum erroribus non vitiatur. *l. illicitas 6. §. 1. ff. de offic. præsid.* Exempl. vid. *in l. 1. C. de contr. stipul.* Carpzov. *p. 1. constit. 2 defin. 14. n. 4.* Unde & testamenta salva manere dicuntur, etiamsi scribentis errore quid omissum sit. *l. ambiguitates 24. C. de test.* intellige, si librarii error sit manifestus, reique veritas commodè possit ostendi. *arg. l. 4. ff. de fid. instrum.* cum in dubio verbis scripturæ stetur, neque error præsumatur, nisi probetur, ut patet *ex d. l. 3. C. de jur. & fact. ign. cui add.* & Alciat. *in reg. 3. præsumpt. 21. n. 1.* & Jac. Menoch. *lib. 6. de præsumpt præs. 22. n. 2.* Propterea errorem in scriptura probari debere *text. sunt in l. de ætate 11. §. fin. ff. de interrog. act. l. cum de indebito 25. §. 1. ff. de probat. l. si post divisionem 4. C. de jur. & fact. ignor.* Vult. 2. *consil. Marp. 29. n. 27.*

IX.

Non videntur, qui errant, consentire: fundatur hæc regula *in l. 116. §. 2. de R. I.* unde nec contractus, quos error copulavit, valent. *l. 22. de V. O.* quod tamen variè declaratur: aut enim error est in tantum, vel totum. Priori casu iterum versatur vel circa formam, vel circa materiam. Circa materiam si error est, non vitiat contractum stipulationis. *l. 22. de V. O.* pignoris *l. 1. §. 2. de pign.* aut alios, secus in contractu Emptionis-Venditionis, *l. 14. de C. E.* Idem in stipulatione obtinet, si error sit circa totum, hoc est, & materiam & formam. *l. continuus 137. §. 1. de V. O.* ad Pac. 1. *Enant. 59.*

X.

Actus per errorem gestus erranti non nocet. *l. 15. ff. de jurisdict.* intellige de actu licito & honesto, secus si quid per se illicitè geratur, tunc enim per errorem supervenientem haud sustineri potest. Unde error in persona hominis occisi commissus non juvabit occisorem, quo minus ordinaria pœna homicidii teneatur. Carpzovius *part. 4. const. 6. defin. 1.* quia & propositum occidendi in genere ad imponendam pœnam mortis sufficere docent Ant. Fab. *in C. lib. 9. tit. 10. def. 6.* & Reinhardus Bachov. *in not. ad Treutl. 2. disput. 31. thes. 6. lit. a.*

XI.

ERROR excludit consensum, *l. 4. §. ult. si quis caut. l. si per errorem 15. ff. de jurisdict. omnium judic. l. si procurator. 35. ff. de acquir. rer. dom. l. non idcirco 9. C. de jur. & fact. ignor.* Paris. *consil. 150. num. 22. vol. 4.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg. 198.* Bertazol. *de clausul. instrum. claus. 18. gloss. 3. num. 2.* Rot. *decis. 524. n. 4. apud Farinac. p. 1. recent.* Cardinalis Seraphin. *decis. 1190. n. 2.* Surdus *consil. 28. n. 122.* Anton. Monach. *Lucens. decis. 59. num. 10.* Marian. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. 2. num. 6.* Cels. Bargal. *de dolo lib. 2. c. de dolo vero & dolo præsumpto, divis. 1. n. 47.* Sigismund. Scaccia. *de commerc. & camb. §. 1. quæst. 7. p. 2. ampl. 19. num. 77.* Carolus de Grass. *de except. ad stat. excludens omnes exceptiones, except. 8. num. 2.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. c. 988. num. 6.* Duran. *Rotæ decis. 50. num. 19.* Errantis nullus est consensus & voluntas. Alex. *in l. quædam consulebant, num. 41. ff. de re judic.* Paris. *consil. 72. num. 60. & consil. 131. n. 36. vol. 1. & consil. 12. num. 98. volum. 2.* Socinus jun. *consil. 3. num. 28. vol. 2.* Roland. *consil. 32. num. 70. vol. 4.* Menoch. *consil. 279. n. 20. & consil. 296. n. 56. & consil. 857. n. 13. & de præsumpt. l. 2. præs. 19. n. 9.* Surdus *consil. 202. num. 10. & decis. 114. num. 10.* Bald. *consil. 2. num. 55.* ita enim error consensum abesse facit ab actu, in quo nihil juramentum operatur, Ruin. *consil. 127. num. 13. & 20. & consil. 137. n. 12. volum. 3.* Roland. *consil. 13 num. 22. volum. 1.* Unde qui errat, non dicitur fateri. *l. non fatetur 2. ff. de confess.* [Nec quicquam errantis voluntas disponere, *l. 1. Cod. de falsa causa adjecta. l. fin. in princip. ff. de legat. 2. & in l. 2. Cod. de ne-*

neceſſ. ſerv. hered. inſtit. Chriſt. Hardeſian. *conſil. 35. num. 177. vol. 1.* Gœdd. 3. *Conſil. Marp. 28. n. 29.* imò errantem potius haberi pro contradicente ex Bald. *in l. error. in fin. C. ad Leg. Falcid.* Hyppolit. de Marſil. *conſil. 218. n. 22.* allegat Autor Conſ. Argent. *conſil. 24. vol. 1. n. 90.* Sic erronea cauſa vitiare dicitur privilegium, *gl. in c. quia 6. de conſang.* Dec. *conſil. 373. n. 13.* Panorm. *conſil. 101. vol. 1.* dicit, unionem Eccleſiarum reddi nullam ex erronea cauſa, quod etiam probat Cravett. *conſil. 258. n. 12.* idem de diſpoſitione ex erronea cauſa reſpondit Dec. *conſil. 602. n. 16. & conſil. 613. n. 9.* & de reſcripto, Pariſ. *conſil. 51. n. 27.* ſic vitiatur & juramentum ex cauſa erronea præſtitum. Pariſ. *conſil. 96. n. 24. vol. 1.* vitiat idem in ſolutum dationem. Pariſ. *conſil. 81. n. 24. vol. 2.* & heredis inſtitutionem. Barbat. *conſil. 27. col. 7. vol. 1.* idemque vitiat & laudum latum ab arbitris. Pariſ. *conſil. 24. n. 146. vol. 2.* Dec. *conſil. 475. num. 14.* imò & judicis decretum vel ſententiam. Barb. *conſil. 6. vol. 4. col. 10.* Pariſ. *conſil. 81. num. 59. vol. 1.* Vult. 1. *Conſil. Marpurg. 20. num. 55.* idem conceſſionem factam à Principe etiam motu proprio. Socinus ſen. *conſil. 226. col. fin. vol. 2.*] & errantem non amittere rem ſuam probat *d. l. ſi procurator 35. ff. de acquir. rer. dom.* Tiraq. *de retr. lig. §. 1. gloſſ. 2. n. 20.* Menoch. *conſil. 162. n. 28. cum ſeqq.*

XII.

[In lata culpa eſſe præſumitur, qui in facto proprio errat, Romanus *conſil. 392.* Ferrer. *in ſcrm. action. real. verb. compellans.* Unde ad revocandum errorem actus proprii non ſufficit probare, rem aliter ſe habere, niſi probentur aliæ quoque circumſtantiæ, ex quibus veriſimiliter potuit cadere in errorem, veluti ſi probat ſe calliditate adverſarii inductum ad ſic reſpondendum. Ferrar. *dict. loc. n. 13. l. hominem 3. ff. pro ſuo l. 1. ff. quand. actio. de pecul.* Gilman. 2. 2. *vot. 4. n. 4.*] Hinc Error in facto proprio non poteſt allegari, & non relevat ad lucrum captandum, ſecus ad damnum evitandum, ut per Dyn. *conſil. 13. Quæſtio talis eſt. num. 3. verſ. Præterea.* Alex. *conſil. 69. In cauſa. num. 4. cum ſeqq. lib. 3.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. error. n. 5.* Cardoſ. *in praxi judicum. eodem verb. num. 2.* Card. Tuſch. *tom. 3. lit. E. concluſ. 316. num. 5. & concluſ. 317. à princip.* Joſephus Seſſe *Arragon. deciſ. 138. n. 16.* Mar. Antonin. *var. reſolut. lib. 3. reſolut. 21. num. 4.* Quorum aliqui, præcipuè Brunor. à Sole & Joſephus Seſſe, errorem in facto proprio excuſare ſcripſerunt, ſive tractetur de damno vitando, ſive de lucro captando. Limita, quando error in latam culpam non cadit, quia tunc etiam in facto proprio excuſat. Bartol. *in l. non fatetur 3. num. 7. ff. de confeſſ.* Stephanus Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 946. num. 37.* [Propterea, quod dici ſolet, errorem juris à dolo excuſare. *l. ſed etſi 25. §. ſcire 6. ff. de pet. hered.* hoc intelligi debere de errore probabili, non de ſupino vel affectato, ait Zaſ. *ad tit. de petit. hered. num. 26.*

XIII.

ERROR juris neminem excuſat, Lap. *alleg. 13. in princip.* Federic. de Sen. *conſil. 112. Amice. n. 2. verſ. Quæro ſecundò.* ubi quòd Clerici non excuſantur ignorantia Juris, quia peritiores conſulere debebant. Cravett. *conſil. 348. n. 9. & conſil. 699. num. 25.* Alex. *conſil. 100. Super primo. n. 7. verſ. Nec dicatur. lib. 7.* Roman. *conſil. 330. Circa primum, in fin.* Cardinal. Tuſch. *d. tom. 3. lit. E. concl. 320. à princip.* D. Barboſ. *in prælud. l. ſi mora. à num. 16. ff. ſol. matr.* ubi quod error Juris non excuſat, niſi conſtet conſuluiſſe peritiores. [Unde non probabilis eſſe dicitur, *l. 7. l. pen. ff. de jur. & fact. ign.* cum certum ſit & finitum ac in medio poſitum, ut ab omnibus cognoſcatur. *l. 2. ff. d. tit.* Hinc errorem juris condictionem indebiti impedire. *ex l. cum quis 10. Cod. de jur. & fact. ignor. l. ſi per ignorantiam 6. l. fideicommiſſ. 7. C. de condict. indebit.* tuetur Joh. Harprecht. *in §. 1. n. 54. Inſtitut. quib. mod. re contr. obl.* quod tamen cum mica ſalis accipiendum eſſe ait Carpzovius *part. 2. conſtitut. 28. definit. 20. num. 6.* Ea propter *p. 4. conſtit. 15. defin. 42. num. 11.* non aliter accipiendum exiſtimat, quàm de errore juris naturalis, aut quatenus agitur de compendio quærendo vel lucro faciendo. Tum enim errorem juris omninò nocere *ex l. 4. l. juris 7. cum legib. ſeqq. ff. de jur. & fact. ignor.* probat Jacobus Cujac. *lib. 5. obſervat. 39. & in l. nunquam 51. ff. de uſucap.* petentibus verò ſuum non nocet. *dict. l. juris.* cum in damnis amittendæ rei talem nemini in cauſa civili obeſſe traditum ſit *in l. error. 8. & in l. juris 4. ff. de jur. & facti ignor.* Felinus *in cap. quoniam. num. 8. de ſimon.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 48. num. 22.* Weſemb. *in parat. ff. de jur. & fact. ignor. num. 4.*] vel quando erratur in articulo Juris dubio & perplexo, tunc error Juris excuſat, Anchar. *conſil. 324. Pulchrum in*

princ. Joh. de Imola *consil. 98. num. 15.* Socin. *consil. 47. num. 10. vers. tamen quando esset error.* Mazol. *consil. 109. à num. 32.* Curtius jun. *consil. 28. In causa vertente. num. 8. & consil. 6. n. 22.* Rot. *in Paduana Prioratus 5. Decembris 1614. coram Reverendo Domino meo Pirovano, impressa per Farinacium decis. 608. num. 14. p. 2. recent.* ac proinde potest bonam fidem producere. Covar. *de sponsalib. p. 2. cap. 8. §. 1. num. 9.* Pinell. *in l. 2. Cod. de rescind. vend. p. 2. cap. 4. n. 40.* Joh. Garc. *de nobilit. in initio. n. 17.* Flam. Paris. *de resignat. benefic. lib. 11. quæst. 3. n. 64.* [Sic errorem juris perplexum ita excusari & justam causam præstare erranti ut errorem facti, respondit Socinus sen. *consil. 92. n. 13. lib. 4.* quare & in acquisitionibus fructuum ita prodesse juris dubii ignorantiam, ut ignorantiam facti. Exemplo dederunt Capiz. *decis. 10. num. 20.* Felinus *in cap. de quarta. num. 34. de præscript.* Menoch. 1. *arbitr. quæst. 53. num. 9.* Propterea erroris allegationem ob ignorata & incogitata tam favorabilem dixerunt Dd. ut si quis per assertionem ab adversario factam in eum sit inductus, post sententiam etiam definitivam talis error allegari & corrigi possit. Menoch. *consil. 54. num. 45.* post Socin. sen. *consil. 92. num. 13. lib. 4.* Bart. *in l. 1. §. ult. ff. quando act. de pecul. est annal.* Regn. Sixtin. 3. *Consil. Marpurgens. 12. num. 49.*

XIV.

ERROREM corrigens non dicitur quicquam de novo facere, sed jam factum declarasse, *ut per l. heredes palam 21. ff. de testam.* tradunt Felinus *in cap. qualiter & quando, lib. 1. n. 27. vers. facit, de accusat. & in cap. 2. num. 16. vers. pulchrè. de libelli oblat.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. error. n. 7.* Rot. *in Tudertina dotium 27. Januarii 1606. coram Patriarcha Manzanedo impressa per Farin. decis. 158. n. 2. p. 2. recent.*

XV.

ERROR nominis non vitiat dispositionem, si constat de intentione, seu corpore, *§. siquidem 29. Institut. de Legat. l. si quis in fundi vocabulo 4. ff. de legat. 1. l. si me in vacuam 34. in princip. ff. de acquir. possess.* [*l. si in nomine 32. l. quæ extrinsecus 65. ff. de Verb. obligat.* Mantic. *de tacit. convent. tom. 2. lib. 14. tit. 10. num. 21.* Carpzov. *part. 4. constit. 14. defin. 13. n. 5.*] Bartol. *consil. 179. Martinus. num. 2. lib. 1.* Gemin. *cons. 52. n. 3. vers. secundò sic.* quod duplicatur *cons. 119.* ubi ampliat, etiamsi erretur in qualitate extrinseca, seu demonstratione, Alexand. *cons. 18. Visa copia. lib. 7.* ubi extendit, licet erretur in pronomine seu cognomine. Rebuff. *in praxi, p. 3. signaturæ, verb. denominationum.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1496.* Duen. *reg. 256.* Azeved. *l. 13. n. 10. cum seqq. tit. 25. lib. 4. novæ Recop.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verb. error. n. 4.* Cardin. Tusch. *d. tom. 3. lit. E. concl. 324.* Rot. *in Salamantina Archipresbyteratus, 1. Julii 1615. coram Martino Andrea, impressa per Farinac. decis. 687. n. 5. p. 1. recent.* & apud Mantic. *decis. 138. n. 4.* ubi quod error in invocatione Sancti non officit veritati.

CAP. XX.

Erubescere.

ERUBESCIMUS, cùm sine lege loquimur, *l. illam 19. C. de collation.* [*vid. Infra alib. 10. cap. 13. axiom. 24.*] *auth. de trien. & semiss. §. consideremus. collat. 3. Nov. 18. Extravag. execrabilis, Joan. 22. col. 13. de præbend.* Everhard. *in topicis legalib. loco 64.* Bald. *cons. 337. Et præmisso, circa fin. vers. in contrarium. lib. 3.* ubi intelligit, cùm loquimur sine lege communi, vel municipali, quia sufficit alteram allegare, *& cons. 97. Super primo quæsito. num. 2. vers. si liceret. lib. 4.* ubi quod non est licitum ex proprio capite æquitatem ad distinctiones producere, sed procedendum est per viam silicatam, videlicet per textus legum, *& cons. 338. Secundum ea. vers. Quia erubescimus. lib. 3. & cons. 433. in princ. vers. idem non possum. lib. 5.* ubi quòd procedit, quando loquimur sine lege, sine statuto, & sine consvetudine, Abb. *cons. 20. col. 2. vers. & primò præmitto, lib. 2.* ubi quod sufficit allegare rationem naturalem, quando non extat lex certa, vel similis, quæ decidat causam, Wesembecius *cons. 2. n. 1. & sequentib.* Thomas de Thomasset. *in floribus legum, reg. 109.* Surd. *cons. 158. n. 13. & cons. 308. n. 3. & cons. 374. n. 12.* Monet. *in tract. de option. canon. cap. 3. n. 2.* Francisc. Molin. *de ritu nupt. libr. 3. quæst. 39. n. 2.* Cardin. Tuschus *tom 3. lit. E. conclus. 331. per totam.* ubi *num. 7.* post Abb. *cons. 21. in princ. lib. 2.* subdit, quod Doctor scribens in jure ad instantiam partis, debet allegare leges & jura: sed quando scribit, vel consultor datur judicibus, non tenetur allegare leges, neque jura.

CAP.

CAP. XXI.
De Essentia & Esse.

Axioma I.

Essentia rei dare debet, ut qualitati sit locus. Cardinalis Tusch. *tom. 3. lit. E. concl. 334.*

II.

Esse vel esse debere sunt paria, *l. qui cum alio 19.* ubi Decius *in fin. de Regulis Juris.*

III.

Esse quis ibi creditur, ubi habet animum revertendi. *l. nihil 26.* ubi Bartolus *ff. de capt. & postlim. reversi.* Wesemb. *lib. 1. consil. 17. n. 16. & n. 40. & consil. 38. n. 62.*

Etymologia. vid. infra Nomen & partit. Element. Dni. Parentis, part. 3. sect. 4. th. 2. ἐκθ.

CAP. XXII.
Eventus.

Axioma I.

Non tantum Eventus & veritas rei, sed animus & opinio delinquentis attenditur in delictis. *l. Divus Adrianus 14. ff. ad L. Cornel. de sicar.* Luc. de Pen. *in l. quoties n. 6. C. de exact. tribut. lib. 10.* Igne. *in l. 1. §. impubes. n. 35. ff. ad SC. Syllan.* Anchar. *consil. 216. Nos Bartholomæus. 4. & consil. 165. Permittendum est. n. 2.* Tiraquell. *de pœn. temp. cauſ. 51. n. 7. & 9.* ubi facit conclusionem generalem, quod actus hominum non eventu, sed consilio metiendi & æstimandi sint, ad text. *in l. verum 11. §. sciendum 3. ff. de minor. & in l. sed an ultro 10. §. 1. ff. de negot. gest. & l. fraudis interpretatio 10. ff. de reg. jur.* ubi dicitur, fraudis interpretationem semper in jure civili non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quoque considerari, Bart. Thæg. *in suis tract. crimin. part. 19. n. 13. & n. 17.* Oldrad. *consil. 53. n. 4. vers. ex delictis. & n. 5.*

Limita I. ut præcedat in eo, qui omnino habuit animū non delinquendi [*conf. infra loc. de Exitu*] tunc enim non tenetur de omni eventu, quia contra ejus voluntatem contigit, & isto casu non veritas actus, sed agentis intentio inspicitur, secus autem in eo, qui habuit animum delinquendi; sed non tantum quantum postea secutum fuit, quia tunc tenetur de omni exitu & eventu, & sic non voluntas, sed veritas attenditur. Ita limitat Bart. *in d. l. Divus ante. n. 1. in primo & tertio exemplo. ff. ad Legem Corneliam de sicar.* quem refert & sequitur Tiraquell. *de revocat. donat. in verb. revertatur n. 383.* ubi & hanc limitationem declarat, non procedere in pœnis impositis ipso jure, in quibus etiam isto casu non magis inspicitur opinio delinquentis, quàm veritas. Bart. ex Aretin. *in l. qui se pupillum. in fin. de acq. hered.* vide de hujus limitationis materia *l. quoniam multa 6. C. ad L. Jul. de vi publ.*

Limita II. quod non procedat, quando veritas rei tendit in utilitatem accusati, & sic quando accusatus habuit animum delinquendi, & credebat se delinquere, sed revera non deliquit, utputa, quia actus ab eo gestus non erat delictum; tunc enim non attenditur ipsius opinio & credulitas, sed veritas rei. Bart. *in l. inter omnes. §. rectè in fin. ff. de furt.* Menoch. *de arbitr. jud. quæst. 1. quæst. 90. n. 20.* Alberic. *in l. non solum. §. Proculus. num. 3. ff. de injuriis.* vide Aymon. Cravett. *consil. 2. n. 2.* Francisc. Becc. *consil. 60. num. 15.*

II.

Eventus diversi diversa gignunt consilia & suggerunt remedia, *l. 1. in princip. ff. de ventr. inspic.* unde & ipse DEUS ex his, quæ in veteri Testamento statuerat, nonnulla mutavit in novo. *cap. non debet. 8. extr. de consanguinit. & affinit.* Henr. Bocer. *ad §. sed naturalia 12. Instit. de J. N. G. & C. n. 9.*

III.

Eventus dubius potest æstimari. *l. si jactum retis 12. de action. empt. l. propter spem 23. ff. famil. erciscund.* ibi: *nisi tantum æstimatus sit dubius eventus. l. fin. ff. eodem. ubi æstimatur servus, qui est apud hostes. l. nam hoc modo 11. de hered. vel action. vend. in illis verb. quasi spes. &* ibi: *ipsum incertum.* add. & Bald. *consil. 133. & quod dictus. n. 3. vol. 3.* Aym. Cravett. *consil. 151. neminem existimare velint. num. 26. & consil. 294. verb. transactionis. num. 6. vers. decimo quinto. & n. 8. vers. quia etiam respondeo. & consil. 194. in casu proposito. num. 7. circ. fin.* Tiber. Decian. *consil. 39. num. 113. vol. 2.* Pantschm. 1. *quæst. 17. num. 145.*

IV.

Quæ in eam causam deveniunt, unde incipere non possunt, extinguuntur, & pro non scriptis habentur. §. *14. Inst. de L. Falcid.* §. *2. Inst. de inutil. stip.* & contra siquidem absurdum est, ex eventu actionem confirmari, quæ ab initio inutilis fuit. *l. 2. §. ult. ff. quod juss. §. 6. Inst. de noxal. act.*

Ratio est, quia prudentes omnia æstimant ex initio potissimum, non ex eventu, Cujac. *in lib. 15. qq. Pap. ad l. 3. de reg. Caton. p. 377. B. f. l. 41. §. 2. & seqq. de legat. 1.* ubi exemplum habetur, quod legatum, quod ab initio inutile est, ex post facto convalescere dicitur. Unde hoc axioma non esse universale patet *ex l. 146. §. ult. de V. O.* vid. C. A. *thes. 28. n. 6.* ibid. quod approbat & Cujac. *in l. 2. §. 2. de V. O. p. 843.* B. fallere enim ait 1. in legatis: quanquam enim inutile sit legatum, si debitor, qui purè vendit creditori, purè legaverit; utile tamen est, cum, quod in diem debet, purè legaverit. *l. debitor 82. de legat. 2. l. si à servo 20. ff. ad L. Falcid. 2.* in stipulationibus *l. ult. de act. empt.* Hinc eventum etiam seu id quod evenire potuit aliquando spectari patet *ex l. qui bonæ 13. §. causa igitur 2. ibi: quia fieri potest. de damn. infect. l. eo tempore 10. de pecul. l. 15. in fin. de reb. dub. l. 9. §. 1. locat. l. cum tale 72. pr. ff. de cond. & demonstr.* dummodo spectari, possit, citra injuriam aut malum omen. Ant. Fab. *in C. de reb. cred. defin. 14. num. 3. vid.* Hœnon. *ad l. 29. ff. de R. I. disput. 6. &* Phil. Matth. *ad d. l. 29. & l. 210. d. tit.*

V.

Eventus & exitus non semper respondet in-

ſtituto deſtinationi, *cap. ſtatutum 11. de Reſcript. in 6.*

VI.

Eventus dubii ratione aliqua habentur inter licita, quæ ſi certa eſſent, haberentur inter illicita. Sichard. & Dd. communiter *in l. pater puellæ. 13. C. de inoffic. teſtam. n. 3.* quod intellige de eventu planè caſuali & fortuito, non procurato & ex culpa orto. vid. expl. apud Weſemb. *in tit. de contr. tut. action. n. 4.*

VII.

Eventuum futurorum non eſt determinata veritas. Weſ. *conſil. 26. n. 29.* & ideo ea omnia, quæ in eventu incerto ſunt poſita, non conſiderantur. *l. de fideicommiſſ. 11. C. de tranſact.* Cravett. *conſil. 142. n. 8.* nec ex his ulli actus confirmantur antequam fiant. *l. ſed an ultro §. 1. de negot. geſt.*

IIX.

In actionibus (forenſibus) [*v. infra litis eventus*] in utramque partem fortuna dominatur, multum commendationis & detrahit & adfert memoria, vox, geſtus, corpus ipſum, poſtremo vel amor, vel odium rei. Plin. *lib. 41. Epiſt. 20.*

IX.

EVENTUS poſterior formatur à titulo primordiali, ſeu à primordio tituli in poſterum formatur eventus, *l. 1. Cod. de liberis præterit. l. unic. verſ. nulla.* & *ibi* gloſſ. *verb. primordium. C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10.* Petr. de Anchar. *conſil. 4. in princ. num. 3. & conſil. 137. in princip.* Surd. *conſil. 32. num. 12. & conſil. 459. n. 14.* Ferrer. *in conſtitut. Cataloniæ gloſſ. 1. n. 131.* Card. Tuſch. *tom. 3. lit. E. concluſ. 346. & tom. 7. lit. S. concl. 716. n. 3.* Rota *deciſ. 456. num. 9. apud Farin. p. 1. recent.* Pyrrh. Maur. *de ſolut. c. 8. n. 3.* [Bald. *conſil. 377.* Oddo *num. 1. vol. 5.* Weſemb. 1. *conſil. 18. num. 37. & conſil. 20. num. 2. & conſil. 34. num. 33.*]

X.

EVENTUS mali & ſiniſtri non ſunt habendi in conſideratione. *l. inter ſtipulantem. 83. §. 5. de V. O. l. ſi quis ab alio 13. ff. de re judic.* [nec artifici poteſt quicquam imputari. *l. 6. §. 7. de offic. præſ. l. 10. §. 1. de neg. geſt. ubi C. I. A. theſ. 40.*] ubi Rip. *n. 7.* limitans ad præcavendum. Jaſon. *in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. in notab. 9. n. 14. ff. de verb. oblig.* ubi quod ad odium, & damnum non conſiderantur, & *ibi* Bart. *num. 7. in fine.* limitat axioma favore libertatis, dotis, piæ cauſæ, fiſci. Bald. *conſ. 182. Locata fuit. n. 4. verſ. non enim debet conſiderari. lib. 1.* ubi quod eventus etiam mali & ſiniſtri ſunt habendi in conſideratione ad excluſionem lucri, quando lucrum ipſum ſuper futuro bono eventu & proſpero fundatur. Steph. Grat. *diſcept. forenſ. tom. 5. c. 937. n. 10.* ubi axioma procedere præcipuè notat, quando præter naturam occurrunt, ex Calder. *conſil. 24. num. 12. ad med.* & Oſaſch. *deciſ. 95. n. 41.* [hoc eſt, quando planè caſuales ſunt ac fortuiti, non procurati vel ex culpa orti.] hinc ſi proſperior flatus evitet, & nauta ſine causâ in portu permaneat, tenetur de ſequiore eventu ſubſecuto. Brunnem. *ad l. fin. C. de Navicul.*

XI.

EVENTUS alicujus rei fruſtra ſpectatur, cujus effectus nihil operatur. *l. aliquando 13. §. fin. ff. ad Vellejan. l. ſi quis ita ſcripſerit 36. ff. de hæred. inſtit. l. cùm hæres 53. §. 1. ff. de acquir. hered. l. non videtur 33. ff. de judic. l. fin. C. qui admitti. l. ad probationem. C. de probat. c. cùm contingat. de officio deleg.* Surd. *deciſ. 184. n. 8.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. compar. 10. n. 57.* Marſil. *conſil. 51. Licet ne dum. n. 17.* Cardin. Tuſch. *tom. 4. lit. F. concluſ. 520. num. 1.*

CAP. XXIII.

De Evictione.

Axioma I.

Quoties quis titulo oneroſo rem accepit, toties alter tenetur ad evictionem & redhibitionem.

Ratio: quia alioquin alter damno afficeretur, utpote qui & re & pretio defraudaretur.

Exempl. ita Evictio præſtanda in emtione, venditione, in permutatione & reliquis contractibus innominatis, quibus res in alium transfertur. *l. 1. C. de rer. permut. l. 29. C. de evict.* in datione in ſolutum *l. 4. C. de Evict.* in diviſione rerum communium vel hereditatis *l. 66. §. ult. de Evict.* in tranſactione *l. 30. C. de tranſact.* locatione conductione *l. 9. l. 33. loc.* in Contractu Emphyteutico *arg. §. 3. inſt. de locat. cond.* Non verò præſtanda in re certâ ſeu ſpecie legatâ, cujus ſe dominum credidit teſtator. *l. 40. l. 59. de Evict. l. 58. eod.* in donatione ſimplici. *vid. l. 2. Cod. de evict.* ſecus in donatione remuneratoriâ, ubi evictio præſtanda, quia talis donatio ſe habet ad inſtar Tituli oneroſi. Brunnem. *ad l. 2. C. de evict.* Carpzov. *P. 2. C. 34. def. 24.*

II.

Quamdiu res non evicta, tamdiu non eſt præſtanda evictio. *l. 3. C. de Evict.* quia ſic nondum habet emtor, de quo queratur, cùm adhuc quietè poſſideat.

Limita, ut procedat, niſi (1.) venditor ſciens rem alienam vendiderit. *l. 30. § 1. ff. de act. emt.* (2.) niſi aliud fuerit ab initio conventum. *l. 12. C. de Evict.* (3.) niſi in limine Contractûs evictio immineat. *l. 24. C. eod.* ubi ad cautionem cogi poteſt. Carpz. *P. 2. c. 34. def. 31.* Alias duas Limitationes vid. apud Brunnem. *ad d. l. 3. C. de Evict.*

III.

Quoties per injuriam tertii ſive privati, ſive judicis

dicis vel per culpam, vel per contumaciam res emta amittitur, toties de evictione agi nequit, quia facta illegitima non debent tertio innocenti nocere.

Exempl. ita ergò si emtor ultrò restituit & justas exceptiones neglexerit *l. 17. ff. de evict.* si à judice incompetente sit condemnatus, contra venditorem de evictione agi neqvit. Brunnem. *ad l. 56. n. 3. ff. eod.* Idem est, si facto principis minus juridicè seu justè res fuerit evicta. *l. Lucius 11. ff. eod.* aut per qualemcunque violentiam ablata. Vor Gewalt ist man zu wehren nicht schuldig. *DD. in l. fin. C. de act. emti.*

Amplia: ut procedat, etiamsi conventum, ut, quocunque modo res evinceretur, evictio tamen præstetur; nam semper subintelligendum, si res juridicè fuerit evicta. Brunnem. *ad d. l. Lucius 11. num. 4.*

IV.

Venditores unius rei in solidum & pro indiviso de evictione tenentur. Gail. *L. 2. obs. 14.*

V.

Cohæredes sibi invicem tenentur de evictione, nisi aliter convenerit. *l. si familiæ 14. C. de evict.* Schneidew. *in §. 20. Instit. de action. in act. fam. ercisc. n. 17.*

VI.

Actio pro evictione tollitur spatio triginta annorum. Hartm. Pistor. *obs. 1. tit. 29. n. 5.*

CAP. XXIV.
De Evidentia, Manifesto, Notorio.

Axioma I.

Evidentia est loco probationis, *cap. Evidentia 9. de accusat.* Hippolyt. *in rubr. de probat. ubi n. 157.* dicit hanc probationem esse multum privilegiatam, & aliis omnibus præferri ex Rom. *cons. 104. pater reverende. in fin. per §. ult. Instit. de grad. l. testium 3. de testib. l. inde Neratius 23. §. fin. ad L. Aquil.* cum aliis quæ cumulat *n. 158. 159. usque ad num. 166.* probatio enim, quæ fit per evidentiam facti, multum rem declarat, adeo ut dicebat Bald. *consil. 379. num. 6. vol. 1.* quod oculus videt, nemo fideliter negat, & quod patet expresse, non est probare necesse, Curt. *consil. 70. n. 18.* Bertazol. *lib. 1. consult. decis. 1. n. 25.* cum testis sit, quæ corrumpi vel subornari non potest. Idem *consil. 41. n. 74.* fortiorque de mundo, gloss. *in c. ad nostram. in verb. restitutio. de jurejur.* imò evidentia & inde nata præsumptio adeo fortis est præsumtio, ut ob eam omnes aliæ præsumptiones rejiciantur, *cap. fin. de præscript. cap. super hoc de renunc.* Cacher. *decis. 30. n. 5. & decis. 154. n. 13.* Regn. Sixtin. 2. *Consil. Marpurg. 8. n. 29.* unde nunquam prohibita est hæc probatio; nec ulli denegatam fuisse putandum est. Alciat. *in tract. de præsumpt.* Per evidentiam enim res notoria & manifesta redditur. *cap. manifesta. 2. quæst. 1.* atque ideo præferenda, *l. Magistros. 7. Cod. de profess.* Zas. *consil. 15. n. 24. lib. 1.* Port. *consil. 209. num. 110.* cum ea omnes superet probationes. Jas. *in l. fin. col. fin. ff. de in litem jur.* Boss. *in suis var. tract. crim. in 1. tit. de delict. num. 24.* Johan. Bapt. Plot. *in repet. l. si quando. num. 777. Cod. unde vi.* Farin. 1. *consult. decis. 1. num. 9.*

II.

Evidens & notorium dici non potest, quando dubitationem & disceptationem recipere potest. Franc. *in cap. dilecto. n. 153. ad fin. vers. intellige. & num. 168. in fin. extr. de appellat.* Dec. *in cap. ex parte. n. 2. vers. quinto fallit. de offic. delegat.* quos refert & sequitur Cephal. *consil. 201. vol. 1.* Farin. 1. *consil. crim. 85. n. 140.*

III.

Evidentia facti est testis, qui subornari non potest, & admittitur etiam post publicationem testium. Ruin. *consil. 149. n. 5. in 4.* Plot. *in repet. l. si quando. C. unde vi. num. 777. & 808.* Bertazol. 1. *consil. decis. cons. 79. n. 34.* imò convincit testes de falso. Bald. *in l. si quis testibus. in fin. & ibi* Salicet. *n. 22. C. de testib.* Marsil. *in rubr. de probat. n. 161.* Boss. *in suis var. tract. crim. in 1. tit. de delictis. n. 24. & 25. ubi ait: quod ex ea cognoscatur, an testes verum dicant. idem late tradit de Evidentia facti.* Johan. Baptist. Plot. *in repet. l. si quando. n. 777. C. unde vi.* vid. & Hier. de Mont. *in tract. fin. reg. cap. 30. n. 2.*

CAP. XXV.
De Exactione.

Axioma I.

Contra bonam fidem est bis idem debitum exigere. *l. bona fides 54. de Reg. Jur. l. Titia 34. §. qui invita 5. de legat. 2.* Carpzov. 3. *Jurisprud. Constit. 10. defin. 14. n. 6.*

Limitatur hæc regula, nisi eadem res debeatur ex diversis causis, quæ non sunt incompatibiles. *l. si is, qui Stichum 18. de Oblig. & act.* Carpz. *P. 3. Constit. 18. defin. 26. n. 9.*

II.

Qui non potest exigere, nec potest à sponte solvente recipere. *cap. exigit 2. de cens. in 6. cap. statutum 11. §. si quid autem. de cens. in 6.* Dec. *in l. invitus 156. §. quod cuique 4. n. 2. de Reg. Jur.* Itaque miles à provincialibus nullas Cœnas, i. e. Discretiones exigere, nec à sponte offerentibus accipere potest. *N. 130. cap. 4. l. 3. C. de erogat. milit. annonæ.* Perez. *ibid. n. 10. 11. 12.* nec balneum ab hospite petere *l. 6. C. de mens.* nec quicquam à sponte offerentibus accipere possunt *l. 5. C. eod.* Perez. *C. ibid. n. 5. seq.* si verò quid extorqueant, gravissimè sunt puniendi. Perez. *ib. n. 13. seq.* quando autem salaria non præstantur, victus militi præstandus est. Perez. *Cod. de salgamo n. 1. seqq.* Brunnem. *Cod. eod.* quantum verò milites miseros provinciales terrere soleant, experientiâ satis notum est hôc exulceratò seculo, quo omnis disciplina prorsus collapsa est, & istud hominum genus ferè omnia pro lubitu agere solet. Franzk. *L. 1. Resol. 10. n. 21.*

Limita: Nuncii lætitiæ publicæ nihil exigere, modicum tamen accipere possunt *tot. tit. Cod. publ. lætit.*

III.

Exactio tam privatorum Creditorum, quam publi-

publicorum tributorum absque violentiâ & injuriâ subditorum per officiales fieri debet. Perez. *C. de Exact. Trib. num. 16.* præsertim circa usuras præses provinciæ non acerbum se exactorem, nec contumeliosum præbeat, sed moderatum & cum efficaciâ benignum & cum instantiâ humanum; nam inter insolentiam incuriosam & diligentiam non ambitiosam multum interest. *l. 33. ff. de usur.* Perez. *Cod. de debitor. Civit. n. 2.* Exactores verò immodesti severè puniuntur, Perez. *C. de Collat. fundor. n. 3.* si autem debitores contumaces sint seque impudenter opponant, ad solutionem cogendi sunt missione in possessionem, sequestratione fructuum, subhastatione. Perez. *C. de Exact. Tribut. n. 17. seq.*

IV.

Officialis, qui debitum non exegit, ipse ad solutionem tenetur. Brunnem. *ad l. 7. C. de Exact. trib. §. 3.*

CAP. XXVI.
De Examine. Approbatione.

Axioma I.

Semel examinatus & approbatus, non est iterum examinandus. *l. licet. 12. C. de Assessor.* vid. Barbos. *in tract. Clausularum clausula. Si idoneus reperiatur. ubi late.*

Limita in professore, qui semel assumtus, si posteà minus idoneus reperiatur, potest reprobari & removeri. Brunnem. *ad l. 2. C. de Profess. & med.*

II.

Miles & Athleta den ùm, si tertiò victoriam reportavit, præfecti militiæ nomen meretur & immunis à muneribus est. Studiosus, qui ter se ritè defendit, præmium meretur; in uno enim eruditionis specimine potest quis casu magis, quàm peritiâ, respondere. Perez. *Cod. de athletis n. 6. 8. 9.* imò potest quis alio tempore promtiùs respondere, cùm sæpe ex præsenti dispositione humorum alteretur animus. Brunnem. *ad l. un. Cod. eod.*

CAP. XXVII.
De Exceptione.

Axioma I.

Exceptio actionis est exclusio. *l. 2. de except.* intellige nimirum de mera & simplici, non verò de exceptione in se actionem vel accusationem continente. Casus *in l. quoniam Alexandrum 26. & ibi omnes notant C. de adult.* Jas. *in l. libertus. col. fin. ff. de in jus voc.* Hinc videmus, quod excommunicato & bannito permittatur excipere, & sic se purè & simpliciter defendere *cap. cum inter. de except.* agere verò vel reconvenire, vel excipere eo modo, ut reconventio ex exceptione resulter, non licet, juxta Innocent. *in cap. si vero de sentent. excomm.*

Utut tamen hæc se habeant, ratione tamen formæ probandi reus dicitur actor, quoniam is non minus exceptionem quam actor intentionem probare debet. *l. 1. de except.* unde prosequi causam dicitur *in cap. 11. extra de except.*

Declara, Axioma verum esse, si actio strictè & propriè accipiatur, secus si large: cum appellatio persecutionis omne remedium ordinarium & extraordinarium comprehendat. *l. pecunias 79. §. actiones 2. ff. de V. S. l. dolus 44 ff. mandat.* vid. Lud. Gomez *ad §. superest. Instit. de action. num. 49.*

II.

Exceptiones nil aliud sunt quam defensiones, defensiones autem sunt juris naturalis. Roland. à Valle *consil. 3. n. 2. & consil. 12. n. 44. vol. 3.* Decian. *cons. 35. n. 47 vol. 1. & cons. 14. n. 84. vol. 3.* Menoch. *consil. 383. n. 4. vol. 4.* nec ipsi diabolo denegandæ, Wesemb. *consil. 47. n. 177.* atque inde exceptiones dicuntur æquitare niti. Cravett. *consil. 900. n. 29.* quæ mater exceptionum appellari solet. Menoch. *cons 332. n. 4. vol. 4.* Roland. à Valle *cons. 35. n. 54. vol. 2.* Hermann. Vultej. 3. *Consil. Marpurg. 20. n. 68.*

III.

Exceptio generica nullius est momenti, Bart. & Dd. *per il. text. in l. textores Titia 36. ff. de legat. 1.* ubi & Alex. *n. 2.* quanquam si à parte non opponatur, ea admittatur. Alex. *d. l. n. 3.* vide Vasq. *lib. 2. contr. jur. cap. 32. n. 14.*

IV.

Exceptione regulæ una posita cæteræ exceptiones exclusæ arguuntur. *l. 12. §. idem 43. ff. de instrum. leg.* quod & Cicero in orat. pro Balb. confirmat; ait enim, si exceptio fecit, ne liceat, ibi necesse est licere, ubi non est exceptum. Bocer. *de investit. feud. cap. 4. n. 1.*

V.

Exceptiones dilatoriæ ante litem contestatam sunt opponendæ. *l. 19. C. de prob. l. ita demum 13. C. de procurat.* Gail. 1. *observ. 38.* Mynsi. *cent. 4. observ. 59.* Donell. *lib. 22. comm. 9. circ. fin.* Cujac. *lib. 18. observ. 34* Borcholt. *cons. 4. assert. 29.* Arum. *disput. 19. exerc. 7.* Matth. Steph. *cent. 4. quæst. illustr. 61. lit. c.* Hœnon. *in quæst. controvers. disput. 22. n. 13.* post eam enim contestatam aut post statutum à Judice terminum eæ non amplius recipiuntur. *cap. pastoralis C. de except.* Intellige nimirum de dilatoriis judicii, non de dilatoriis actionis & causæ, de qua agitur, veluti est exceptio de non petendo intra certum tempus; hanc enim proponi posse, lite demum contestata, sicut & reliquas peremptorias exceptiones, patet *ex l. exceptionem 19.* ubi Dd. *C. de probat.* vid. Mynsi. *cent. 1. observat. 24.* Wesemb. *in pant. ff. de exception. n. 10.*

VI.

Exceptionem in scriptis proponi necessum non est. Bart. *in l. scire oportet. ff. de excusat. tut.* Cuman. *in l. 1. de except.* Vasq. 2. *contr. jur. c 32. n. 3.* nec requiritur in ea conclusio. Socin. *in d. l. 1. col. 2.*

VII.

Ad excipiendum quæ prosunt, eadem proficiunt & ad replicandum. *l. 2. C. de jud. l. ult. C. de edend.* Wesemb. 1. *consil. 3. n. 15.*

IIX.

Quod non est exceptum, secundum regulam judica-

dicatur. Decius & Dd. *in l. 1. n. 20. ff. de R. I.* Bartol. *in l. quoties n. 1. Si quis caut.* Jason. post Bart. *n. 33. si quis in jus voc. vid.* infra *axiom. 24.* secundum regulam enim pronunciandum, donec casus, de quo tractatur, exceptus esse demonstretur, Jason. *in l. cætera n. 5. ff. de legat. 1.* Baldus *in l. si tutor in fin. Cod. de serv. pign. dat.* Schurff. *consil. 15. Quod in præsenti. n. 6. cent. 3.* Wes. *1. consil. 30. n. 3.*

IX.

Exceptiones omnes suâ naturâ sunt perpetuæ. *l. purè 5. §. fin. ff. de doli mali except.* Wesemb. *in panut. de Except. num. 12.* quæ enim annua sunt ad agendum, perpetua manent ad excipiendum, *cap. si autem. ubi* Panorm. & Felin. *de rescript. l. licet 5.* ubi Glossa & Dd. *in fin. l. si pactum 6. C. de Except.* ad Cujac. *ad l. 5. §. ult.* ubi exemplis, rationibus, & limitationibus illustratur, adeò ut ne 30. aut 40. annis exceptiones præscribantur, sed perpetuò & semper etiam ad mille annos possint opponi. Gloss. *in l. 3. verb. persecutione. C. de præscript. 30. annor. & in l. si pact. a. C. de Except.* Panorm. & Felin. *in c. si autem. de rescript.* Franc. Balb. *in tract. præscript. 4. part. 4. pr. q. 37.* Wesemb. *1. consil. 42. n. 26.*

X.

Quæcunque exceptio opponi potest per modum actionis, illa non est perpetua, quia sibi imputet excipiens, quòd non anteà exceptionem in judicium deduxerit. Exemplum est in exceptione non numeratæ pecuniæ, idem est in exceptione non numeratæ dotis & in querelâ inofficiosi.

Limita: nisi semel fuerit in judicium deducta, sic enim, uti aliæ actiones temporales, fit perpetua. *tot. tit. C. quando libellus.*

XI.

Exceptione perpetua tutus desinit esse debitor, *l. Marcellus 67. de Reg. Jur. l. nihil interest 12. ff. eod. l. debitor. 108. de verb. signific.* add. Bachov. *1. disp. 22. thes. 4. lit. H. in fin.* Cagnol. *in l. non videtur cæpisse n. 5. de Reg. Jur. l. qui Exceptionem 40. de condict. indeb.* sicut creditor esse definit, qui exceptione potest repelli. *l. creditor. 55. de V. S. l. is cui 42. §. creditores 1. de O. & A.* etiam præscriptiones *l. si quis postquam 37. de fidejuss.* Bald. *in l. cum quis. n. 8. & 26. C. de jur. & fact. ignor. l. eos 26. C. de usur.* cum loco solutionis sit. *l. si pupilli 66. §. ult. de solut.* Bald. *in l. cum mandatori. C. de non num. pecun.* Balb. *tract. præscript. 1. part. princ. quæst. 7. n. 4.* Bald. *in l. item quod adjicitur. de const. pecun.* ut à tali nihil peti possit instrumenti debitore, qui ipso tempore sit liberatus actione instrumento præscripta. *l. cum notissimi 7. cum l. seq. Cod. de præscript. 30. annor.* cum præscriptio plenissimam liberationem inducat. Paris. *consil. 13. n. 19. & consil. 101. n. 81. vol. 8.*

XII.

Exceptionibus malitiosis non est indulgendum. *l. in fundo 38. ff. de rei vind. l. 1. ff. de Reg. Caton.* Oldendorp. *cl. 1. act. 8. p. 69.* tales enim, ut inutiles & frustratoriæ, non admittuntur. *l. non cogendum 45. ff. de procur. l. hæc stipulatio 14. §. fin. ff. ut legat. nom. caveatur.* Gail. *2. observ. 27. num. 19.* ac ejusmodi frivolæ exceptiones non faciunt vacillare fidem instrumenti. Gl. *in l. plures apochis verb. vacillare. C. de fid. instrum.* Panorm. *in c. super eo. de testib. cog.* Felin. Socin. & Dd. *in cap. si Clericus. de for. compet.* Molin. ac Dec. *consil. 162. In causa. n. 2. ad verb. probata.* cum à judice non recipiantur. Jac. de Nigr. *in l. omne. n. 12. de offic. Assess.* per doctrinam Bald. *in l. præscriptione. C. si contra jus vel util. publ.* Zas. *in l. 1. §. editiones n. 60. de edendo.* ubi addit eum calumniari, qui excipit adversus ea, quæ ex propriis instrumentis vel sigillis constant. Wes. *1. conf. 31. n. 35.* Unde fit, quod opponens exceptionem injuriosam teneatur etiam actione injuriarum. Socin. *conf. 118. Visa. n. 4. per l. 3. l. si quidem 10. C. de injur. l. si tibi 23. C. de liberal. caus.* Ang. *conf. 76. Super.* Oldrad. *conf. 53. consvevit. in fin.* cum non juris sui tuendi gratiâ, sed injurandi potius animo feciisse præsumatur. Angel. *in pract. in verb. verba injuriosa. n. 16. C. de injur.* Roman. *consil. 96. Super n. 4.* Salic. *in l. si non convitii. n. 6. C. de injur.* Wes. *1. consil. 22. n. 30.* Sic generalis exceptionum ademptio vel renunciatio frivolas tantum excludere dicitur. Cyn. & Dd. *in l. ita pudor. Cod. de adult.* Specul. *cum addit. de oblig. sol. & Exempt. §. 2. gl. c. licet. verb. absque ulla exceptione. de Elect.* Rebuff. *in cap. sine Exceptione 12. q. 12.* Hyppolit. *in pract. crimin. q. ult. n. 1.* non justas, Cyn. *in d. l. ita pudor.* gloss. & Dd. *in d. cap. licet. de Elect.* multò verò minus ignoratas, Speculat. *de Except. §. 2. n. 2.* Roman. *consil. 211. n. 3.* aut nascentes ex natura contractus. *l. quæro 56. §. inter. ubi Bart. & Dd. locat.* Wes. *consil. 10. num. 5.*

XIII.

Exceptiones à judice non supplentur, *l. unic.* ubi Castr. *n. 3. & 4. C. ut quæ desunt Advocat. judic. suppl.* sunt enim opponendæ Dec. Cagnol. *in l. Marcellus. in fin. de R. I.* licet ex actis appareat, ut quidam volunt. Balb. *de præscr. p. 1. q. 8. n. 1. 2.* Guid. Pap. *decis. 221.* Boër. *decis. 344. n. 1. 2. & 3.* Wesemb. *1. consil. 14. n. 68.*

XIV.

Exceptio de judicis persona omnium debet esse prima. *l. sed etsi suscepit 52. ff. de judic. l. quidam 57.* ubi Bart. *n. 9. de re judic.* Bald. *in l. ult. n. 5. C. de judic.* Marant. *in Specul. aur. p. 6. de appellat. n. 25.* Felin. *cap. exceptionem. n. 16. & 17.* Lanfranc. *cap. quoniam. verb. recusationes. in princ. de probat.* cum judex sit judicii dux & imperator. Bald. *in rubr. C. si à non comp. jud. n. 4. per gl. si procuratorem. de procurat.* & potissima pars. Bald. *d. loc. n. 4.* cujus à defectu judicium redditur nullum. *c. si à non compet. judic.* Felin. *in cap. Exceptionem. de Except.* Marant. *dict. loc.* vel querelæ implorato judicis officio proponuntur. Cyn. Bald. Salicet. & communiter Dd. *in l. licet 5. cum l. seq. C. de Except. per text. in l. quæsitum 30. §. fin. de pecul.* idem Bald. *latius in l. sicut. n. 12. & 13. C. de præscript. 30. annor.* Wes. *d. consil. 42. n. 33.*

XV.

Exceptio quando est probata, replicatio autem Actoris dubia, non propterea Exceptio est altioris indaginis, sed omninò contra instrumentum obligationis liquidum admittenda. Hartm.

Pist.

Pist. *part. 4. q. 10. n. 22. vid.* Brunnem. *ad l. 3. ff. de ed. nd. n. 20.* Mev. *P. 3. decis. 226.* ubi docent, quòd exceptio litis finitæ aliquo modo dubia ob replicam non rejiciatur post litis contestationem, sed litis ingressum impediat.

XVI.

Exceptio pro rejectâ habetur, quæ non est compatibilis cum sententiâ, adeoque non amplius admittitur. *Salgado. de Reg. Protect. part. 4. c. 7. n. 86.*

XVII.

Exceptio opposita rejecta esse censetur judice ad ulteriora procedente. Felin. *in cap. ex parte. n. 13. de testibus.* Jason. *in l. ex quacunque. n. 45. ff. si quis in jus vocat. non iter. fac. text. in l. ait Prætor 7. §. 1. ff. de minor.* idemque tenent Bart. *in l. à procedente. C. de dilat.* Bald. *in l. 1. n. 9. C. de ord. jud.* Ruin. *consil. 61. n. 36. vol. 5.* Aretin. *cons. 107. n. 2. vers. secundus casus.* Alex. *cons. 192. n. 4. vers. confirmat hoc.*

Limita 1. non procedere in Exceptionibus juris & actionem annullativis; tales enim per processum ad ulteriora non censentur esse rejectæ & sublatæ, prout declarat Felin. *in cap. suborta. col. 4. vers. limita tamen prædicta. n. 9. de re judic.* & post ipsum Jason. *cons. 100. in fin. & consil. 105. n. 5. vol. 1.* Decius *consil. 326. n. 4.* vide & Vultej. 3. *Consil. Marpurg. 21. n. 287.*

Limita 2. hanc regulam rejectionis exceptionum per transitum ad ulteriora, ut vera sit, tum demum veram esse, si judex super Exceptionibus illis cognoverit, & tum ad ulteriora processerit. Baldus *in l. à procedente. C. de dilat.* Felin. *in d. cap. suborta. de re judic.* Barbat. *consil. 45. col. penult. vol. 2.* Unde etiam Exceptio nunquam intelligitur tacitè rejecta, quando sententia potest stare absque eo, quod exceptione reprobatur. Panorm. *in cap. ex parte. de appellat.* ubi casum proprium esse dicit. *in l. quod in diem 7. de compensat.* & in argumentum adducit *l. sancimus 27. Cod. de testam.* eodemque faciunt relata ab eodem. Panorm. *in cap. cum inter. n. 23. de re judicat.* ubi expresse tradit, quod si judex propositis pluribus articulis diversis super aliquibus tantum pronunciavit, in his remanet tantum sententia, super quibus est pronunciatum, in reliquis autem nec absolvisse, nec condemnasse intelligitur.

XIIX.

Exceptio in jure tertii fundata nemini proficit. Vult. 3. *Consil. Marp. 35. n. 242.* nulli enim concedit, ut sese ex jure tertii defendat & tueatur. Text. *in l. loci corpus 4. §. competit. 7. ff. si serv. vindic. l. si quis emptionis 8. §. 1. vers. si verò nullum. C. de præscript. 30. annor. gloss. in l. indebiti. §. sed etsi nummi. ff. de condict. indeb.* Tiraquell. *in l. si unquam. verb. revertatur. n. 356. C. de revoc. donat.* Rip. *in rubric. ff. solut. matrim. n. 29. vers. non obstat, quod dos.* Socin. jun. *consil. 71. n. 6. vol. 2.* Cravett. *consil. 774. n. 7. vers. æquè.* Eoque jure eatenus utimur, ut etiamsi hoc jus tertii jus agentis penitus excluderet, frustra tamen adhuc jus allegaretur, nisi illum excluderet, cui opponitur ipso jure per doctrinam. Bart. *in l. 2. ff. de except. rei judic.* quam communiter esse approbatam testatur Roland. à Valle *consil. 57. n. 10. vol 3.* præsertim si jus tale sit, ut ab ejus voluntate prorsus dependeat, stet atque cadat; quibus add. & Cravett. *consil. 748. n. 21.* Jas. *in l. 2. not. 5. C. de jur. Emphyteut.* Pruckm. *consil. 27. n. 160.* Exceptio tamen de jure tertii opponi potest, quando est exclusiva intentionis adversarii. Tiraq. *in l. si unquam in verb. revertatur. n. 356. C. de revoc. donat.* Decius *consil. 246. in fin.* Soc. jun. *consil. 101. n. 29. vol. 1.* Joseph. Ludov. *decis. Perus. 64. n. 35.* Vincent. Franch. *decis. Neapolit. 14. n. 10.* atque hoc omnes dicere, *in l. 2. ff. de Except. rei judic.* respondit Menoch. *consil. 80. n. 8. vol. 1.* imò quotiescunque jus tertii foret exclusivum agentis, tertio etiam recusante posset opponi, probat Ant. Cioff. *consil. 28. n. 32. vol. 2.* quod maximè procedit, si exceptio illa de jure tertii prodesset opponenti per doctrinam. Panorm. *in cap. cum non liceat. n. 15. de præscript.* & Mandell. *consil. 64. n. 2. & seq.* Sic etiam excipere licere de jure tertii, quando quis in damnum incideret, & indebitam jacturam pateretur, nisi jure tertii uteretur. tradunt Bartol. *in d. l. 2. & ibid.* Socin. *n. 13.* & Jas. *n. 10.* Claud. de Seissel. *in repet. l. Celsus. n. 29. ff. de usucap.* idem esse ubicunque actus esset ipso jure nullus. Confirmant Alex. *consil. 38. in fin. vol. 2.* Roland. à Valle *consil. 15. n. 22. vol 1.* Menoch. *consil. 1. num. 120. & consil. 79. n. 28. & consil. 90. n. 110. vol. 2.*

XIX.

Exceptionibus pluribus uti nemo prohibetur, *cap. nullus pluribus. de Reg. Jur. in 6. l. nemo ex his 43. ff. eod. l. is, qui dicit 5. l. nemo 8. ff. de Except.* etiamsi essent contrariæ. Dec. *cons. 100. n. 30. vol. 3.* Vult. 3. *Cons. Marp. 35. n. 126.* & una omissa vel non probata ad aliam redire. *l. 8. & l. 5. ff. de Except.* modo non uno eodemque tempore proponantur, vid. Wes. *in paratit. ff. de Except. n. 10.*

XX.

Exceptiones juris statim debent determinari per ea, quæ scripsit Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib. 1. q. 53. n. 4.* ratio, quia jus est certum, nec aliquam probabilem dubitationem recipit. *l. ancillæ 12.* & ibi Bald. *n. 2. C. de furt.* quo faciunt scripta à Menochio *consil. 367. n. 3. & seq. vol. 4.* vide Vult. 3. *Consil. Marp. 20. n. 74.*

XXI.

Exceptio non opponitur, nisi coram eo, qui jurisdictionem habet Mandell. *consil. 62. n. 8. & consil. 64. num. 8.* Cravett. *consil. 209. n. 9. vol. 2.* Vult. 3. *Consil. Marpurg. 15. n. 168.*

XXII.

Exceptio non potest dici notoria, quando in ejus cognitione vertitur juris subtilitas. Socin. sen. *consil. 59. num. 2. vers. ex quibus patet. vol. 3.* Vult. *lib. 3. consil. 22. n. 87.*

XXIII.

Exceptio nisi probetur, resolvitur in confessionem. Felinus *in cap. cum venerabilis. n. 13. de Except. per gl. in N. 53. cap. 3. §. suscepto 2. vers. contestatio. de exhib. reis.* Wes. 2. *cons. 72. n. 21.* quin imò excipiens non censetur confiteri intentionem actoris, & quæ in exceptione includuntur. Acac. Antonin. de Ripell. *var. Resol. c. 4. n. 10.* vid. Franzk. *lib. 2. Resol. 18.*

XXIV.

XXIV.

Exceptio dividi non potest, sed tota est acceptanda, Gloss. *in l. non utique. ad verb. qui ff. de Except.* ubi licet Bartolus reprobet glossam, tamen Socinus *num. 1.* dicit communem Legistarum & Canonist. opinionem esse contra Bartolum, *in l. decem.* ubi latissimè Alex. *de verb. oblig. & in cap. cum venerabilis.* ubi Innocent. *in princ.* Panorm. *num. 26.* Felin. *n. 12. de Except.* idemque tenet Dyn. post gloss. *in cap. Exceptionem in fin. de Reg. Jur. in 6.* Specul. *de Except. §. viso. num. 2. 4. 6.* Cyn. Bald. Salicet. & Dd. *in l. si pedem. per illum text. Cod. de Except.* Lanfranc. *in cap. quoniam. verb. Exceptiones. de probat. num. 4.*

XXV.

EXCEPTIO facilior est, quàm actio, & ideò regulariter qui potest agere, multò magis potest excipere, *l. 1. ff. de superficiebus. l. 7. §. 4. vers. igitur. ff. de pact. cap. cùm inter. de except. cap. qui ad agendum. de Regulis Juris, in 6.* Federic. de Sen. *consil. 90. n. 3. vers. dixi.* Alex. *consil. 62. in causa. n. 6. & 7. lib. 7.* Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & uxor. §. 8. n. 2.* Surdus *consil. 377. n. 45.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 3. lit. E. concl. 374. per tot.* Sigism. Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 2. n. 121. de commerc. & camb. §. 7. gloss. 5. n. 98.* Undè qui habet actionem, ut aliquid consequatur, multò magis habet exceptionem, ut liberetur. Fulgos. *consil. 186. Pro determinatione. col. pen. vers. Postremò.* Alex. *consil. 47. Visis instrumentis. in fin. lib. 3.* Et cui damus actionem, multò fortius exceptionem. *l. invitus 156. §. cui damus 1. ff. de Reg. Jur.* Roman. *consil. 474. In casu proposito,* & quem de evictione tenet actio, multò magis agentem repellit exceptio, *l. vindicantem 17. ff. de evict.* Castrens. *consil. 352. Pro fundamento. col. fin. lib. 1.* quia multa conceduntur agendo, Angel. Aretin. *consil. 31. Viso supradicto. in fin. vers. quia multa.* [Sic ei exceptio datur, cui aliàs denegatur actio, *l. 4. in fin. ff. de doli except. cum multis similib. allegatis* à Curt. jun. *in l. petens. n. 14. C. de pact. Vid.* Vult. 3. *Consil. Marpurg. 34. n. 168.* Socin. *consil. 99. col. 1. in fin. vol. 1. & consil. 90. n. 3. in fin. vol. 4.* cùm exceptio majore æquitate nitatur quàm actio. *l. qui æquitate 12. ff. de doli except.* Vult. 3. *Consil. Marp. 29. n. 220.*] ideoque prohibitus petere, non prohibetur retinere & excipere, Decius *consil. 331. n. 3.* Ruin. *consil. 163. in fin. lib. 2.* Decian. *consil. 64. n. 51. lib. 3. & consil. 94. in fin. lib. 2.*

XXVI.

EXCEPTIO repellit eundem, quem de jure tenet actio, *l. fundi quem 18. cum l. seq. ff. de except. l. Exceptione doli 11. C. de evict.* Angel. Aretin. *consil. 20. Visis actis. n. 39. & seq. & n. 45.* Castrens. *consil. 166. Visis actis n. 3. lib. 2. & consil. 275. Ad primum. num. 3. vers. ad secundum. eod. lib. 2.* Decius *consil. 86. Viso puncto. col. 2. vers. quartò quia.* Rom. *consil. 457. Circa propositam. col. penult. in princip. vers. secundò quia.* Alex. *cons. 3. Viso processu. in princip. lib. 3.* Tiraquell. *de retract. §. 1. gloss. 9. n. 33.* Boër. *decis. 23. n. 13.* Neguzant. *de pignorib. part. 5. membr. 1. n. 53.* Molin. *de primogenit. lib. 4. cap. 1. n. 20. & 28.* Anton. Gomez. *l. 50. Tauri. n. 73.* Gam. *Lusitan. decis. 67.* Portol. *de consortib. & fideicommiss. cap. 22. n. 18.* Cardin. Tusch. *d. tom. lit. E. conclus. 75.* Dn. Barbosa *in l. 1. p. 5. n. 20. solut. matrimon.* Surdus *consil. 517. n. 24. & consil. 577. n. 12. & decis. 177. n. 8.* Vincent. Caroc. *singul. 73.* ubi limitat in casu *l. fin. C. de evict.*

XXVII.

EXCEPTIO firmat regulam in contrarium, *l. quæsitum 12. §. 43. vers. denique. ff. de fundo instruct. l. ex eo. 18. de testibus.* Robert. 2. *animad. 28. gloss. in rubr. de regulis juris. in 6.* ubi Dyn. Bart. *in l. 1. in fin.* ubi Decius *num. 20. &* Cagnol. *n. 31. & 34. ff. eod. tit.* Everh. *in topicis legal. loc. 3.* Decius *in cap. cum dilecta. n. 6. & 7. de confirm. utili.* ubi ait, quòd exceptio, licet sit de regula, non tamen ampliet regulam. Roman. *consil. 82. n. 3. & consil. 100. num. 2. & consil. 195. in princ. & consil. 337. n. 8.* ubi Apostil. *in verb. exceptuatis, & consil. 461. vers. refragatur,* ubi ait hoc non procedere, quando non est verisimile, Joan. de Anan. *cons. 69. in fin.* Baldus *cons. 131. Casus est talis. vers. super secundo lib. 1. & cons. 119. Verba dicunt, in princip. vers. secundò quia. eod. lib. 1.* ubi quod conductor excipiens nolle teneri pro uno casu fortuito, videtur se obligare ad alios casus fortuitos sub eodem exceptuatos, & *cons. 331. Quidam. lib. 5.* ubi intelligit Axioma, quando aliàs non esset facta inclusio, vel exclusio tacita, vel expressa circa non exceptuatos, Alexand. *consil. 107. In causa & lit. num. 2. lib. 1. & consil. 125. Viso titulo. num. 4. & 5. lib. 2.* ubi ampliat in concessione legati facta, quia exceptio declarat, & firmat regulam in non exceptis, *& consil. 7. In consultatione. num. 8. vers. quintò probatur. l. 5.* ubi ampliat in legibus feudalibus, & materia feudali, & *consil. 186. Zacharias in fine lib. 6.* ubi quod firmat regulam in contrarium, sed non ampliat, Afflict. *decis. 45. num. 2.* Menoch. *consil. 141. num. 17. & consil. 609. num. 9.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 5.*

quæst. 6. n. 186. Card. Tusch. *d. tom. 3. lit. E. conclus. 422. per totam.* Octav. Glorit. *respons. 12. n. 111.* Cardin. Seraphin. *decis. 980. num. 7.* Rot. *decis. 144. num. 6. apud Farinac. p. 1. recent.* Robles de Salvedo *de repræs. lib. 2. cap. 26. num. 21.* me citato in hoc loco Joseph. Vela *dissertat. forens. dissert. 2. num. 40.* [Eleganter Cicero *in orat. pro Balbo*, si exceptio facit, ne liceat, ibi necesse est licere, ubi non est exceptio, exemplum est *in l. 18. de testib. l. 28. §. 6. qui test. fac. poss.* Ratio hujus regulæ est, quod qui quædam eximit, de cæteris accuratius cogitasse videatur *l. nam quod liquidæ 4. §. ult. de pen. leg. l. cum Prætor. 12. ff. de jud.* Hartm. Pistor. 2. *q. 27. num. 7.*]

Limita Axioma, ubi alia interpretatio dari potest, quia tunc casus exceptus non firmat regulam in contrarium, Feder. de Senis *consil. 233. col. pen. n. 3. vers. non obstat*, ubi quòd Papa volens omnes teneri solvere decimas, si excipit certum ordinem, non propterea videtur velle omnes alios exemtos teneri, nisi expressè dixerit, quia talis exceptio potest operari concessionem exceptionis ordini exceptuato. Sic etiam non prodit Axioma, quando aliquid excipitur considerato effectu ejus, quod excipitur, quia tunc omnia sunt exceptuata, quæ habent eundem effectum, Castrens. *consil. 91. In causa appellationis. num. 9. & 10. lib. 1.* ubi quod statutum, quod fiat compromissum exceptis instrumentis quarentigiatis, non includit instrumenta non quarentigiata, quando habent executionem paratam, prout quarentigia, quia statutum considerat effectum quarentigiæ, non ipsam quarentigiam; nam casus similes exceptuatis censentur excepti, etiamsi exceptioni sit adjuncta. *d.* Alex. *consil. 30. In causa. n. 4. & 6. lib. 4.* ubi quod non continentur casus similes per extensionem sub exceptione, sed comprehensi dicantur. [*vid. cap. cum delicta.* ubi Panorm. *de confirm. util. gloss. in l. 1. verb. judicati. C. de condict. indeb. & in l. fin. verb. voluerit. C. de revocand. donat.*

Limita II. Regulam procedere in casibus non exceptis, sub regula tamen comprehensis, alias secus; quia licet ea firmet regulam in casibus non exceptis sub regula comprehensis, non tamen dilatat, nec ampliat regulam, ut faciat sub ea comprehendi, quæ de sui natura non comprehenderentur, exceptione non facta. *l. generaliter 32. §. uxo[illegible] ff. de usufr. legat.*

Limita III. Si casus speciales alibi expressi in contrarium extent *§. in b. f. l. de act. collata. l. ult de compens. l. 38. de re judic. coll. cap. pen. extr. eod.* vid. Gilken. *ad l. 13. in princip. n. 29. Cod. de judic.* Fallentiam vide apud Hartm. *d. loc. n. 28.* nempe nisi propter exceptionem sint & aliæ rationes, quæ regulam restringunt, *l. 32. §. 2. de usu & usufr. leg.*]

XXIIX.

EXCEPTIO debet esse de regula. *l. nam quod liquidæ 4. §. f. de penu leg.* [id est, de ipso genere regulæ, vid. *l. ult. Cod. Quand. ex fact. tut.* Ex qualitate enim exceptionis regulariter quævis dispositio declarari solet. *l. Proculus 19. cum ibi notat. per Bald. de usufr.* Alexand. *in l. senium. C. qui testam. fac. poss.* Roman. *consil. 187. cum similib. adductis per Decium in l. 1. n. 26. de Reg. Jur. & per Riminald. instit. de donat. in pr. n. 357.* Hartm. Pist. 1. *quæst. 32. n. 5.*] Castrens. *consil. 70. Pro pleniori. n. 3. lib. 1.* ubi ait, quòd si exceptio non esset de regula, diceretur derisoria, Gemin. *cons. 65. num. 8. vers. nam ex quo hic excipit*; ubi quod casus exceptus à dispositione generali, declarat dispositionem loqui de illa materia, Baldus *consil. 401. Super facto. n. 2. vers. secundo queritur. lib. 5.* ubi quod restringit, seu declarat regulam, debere intelligi de materia exceptionis. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 13. n. 77. & gloss. 14. num. 35. & gloss. 51. num. 2.* Surdus *cons. 152. num. 49. & consil. 262. n. 47. & consil. 402. num. 21. & consil. 527. n. 6. & 7. decis. 124. num. 13.* [Confirmat hanc regulam Donell. *ad l. 1. C. de condition. indeb. num. 16.* ineptissimam exceptionem esse contendens, quæ verbis regulæ non comprehendatur. Ratio est, (1.) quia exceptio est oratio, quæ regulæ detrahit; non potest autem de regula detrahere, quod regulâ non continetur, (2.) ideò aliquid de regula excipitur, ne, si exceptum non sit, sententiâ regulæ contineretur, (3.) quod si verbis regulæ aliquid satis excluditur, valdè stultum [illegible]d aliâ ratione amplius excludi velle. Verbi gratiâ: Omnes sciunt Exceptiones ista esse ineptissimas: omnes agri T. Lucii repeti possunt, exceptis pecoribus: atqui pecora non sunt de agris, & quamvis de pecoribus nihil exceptum esset, tamen valdè ineptus esset, qui putaret pecora agrorum verbo contineri. Similis est & hæc exceptio: Lego omnes libros, qui sunt in bibliotheca, exceptis lapidibus. Nec obstat *l. 1. Cod. de condict. indeb.* Nam in his verbis non ex causa judicati solu-

solutæ, non continetur exceptio, sed adversaria oratio.] Unde si procurator generaliter constituatur ad omnes causas, excepta causa restitutionis in integrum, dicitur constitutus in omnibus aliis causis requirentibus speciale mandatum, ex quo exceptio est de iis, quæ requirunt speciale mandatum, Imol. *in l. fin. col. 12. ff. quis & à quo appelletur.* Alexand. & Jason. *in l. fin. ff. quod quisque Juris.* Gemin. *in cap. qui ad agendum. ff. 1. de procur. lib. 6.* quos refert Card. Tusch. *com. 3. lit. E. concl. 423. n. 6.* Röbl. de Salzed. *d. lib. 2. c. 14. n. 38*

[Declara Axoima I. procedere saltem comprehensivè, licet non dispositivè. Everhard. *in Loc. legal. loc. ab Except. n. 9.* Cagnol. *ad l. 1. de Reg. Jur. num. 28. & 30. ibid.* Decius *n. 19. & 20.* & Dyn. *ad rubr. num. 17. eod. in 6.* alioquin non esset exceptio, sed ineptiæ ineptiarum, ac prorsus inutilis. Aym. Cravett. *consil. 965. num. 7. per d. l. nam quod liquidæ 4. §. fin. ff. de pen. legat. l. fin. quæsitum 12. §. idem 43. vers. denique. ff. de fund. instruct.* Hieron. Cagnol. *ad d. l. 1. n. 28. vers. & Archiepiscopus.* essetq; perinde ac si diceretur: Omnis homo currit excepto equo Titii: hæc enim non est exceptio, quia eqvus Titii non comprehenditur sub propositione illa, omnis homo currit. Cagnol. *dict. num. 28. & 29. d. l.* pari modo si dicam: illam pecuniæ summam, quæ mille est aureorum, totam tibi dono, exceptis bis mille aureis: hæc exceptio non est de illa regula; quia licet minor summa majori insit, non tamen inesse potest major minori, ut ab ea excipiatur. *l. 1. §. si stipulanti. ubi gloss.* Bart. Alexand. Castrens. Duaren. Egin. Bar. Coras. Donell. Cujac. *ff. de verb. oblig. §. præterea. ubi Dd. Instit. de inutil. stipul.* Gajus 2. *Instit. tit. 9. §. item si purè.* Hoc argumento ab exceptione, veluti fortissimo, teste Nic. Everhard. *d. loc.* nititur & Tiber. Decian. *resp. 22. n. 9. & 10. vol. 1.* ad demonstrandum, utrum exceptio decimandi extendat se etiam ad locum Terentiæ: quia exceptio erit de regula & de ipsius genere: & vice versâ ob id, quod pars est ejusdem naturæ & qualitatis, cujus est totum: Rursum idem Tiber. Decianus *respons. 55. num. 16. vol. 1.* Exceptio (inquit) non potest extendi ad ea, quæ aliàs sub regula non comprehenderentur, per doctrinam Bartoli *in l. generaliter. §. uxori. ff. de usufr. legat.* notata per Abb. *in cap. in nostra extr. de sepult.* quod idem Tiberius Decianus repetit, & ad transactionem super fideicommisso interpositam accommodat *in respons. 3. n. 130. vol. 1.* itemque Cravett. *cons. 519. n. 14. vers. tertio de fideicommiss.* ubi inquit: Exceptionem planè ad ea restringi oportet, quæ in regula sunt comprehensa, alioquin est, ut spurca & inepta, rejicienda. Idem Cravett. *consil. 965. n. 7.* Hinc non esse exceptionem veram, sed omnino falsam, quæ sub regula comprehensa non est, dixit Bartolus *ad l. in his. ff. de LL. & ad l. 1.* ubi Decius *n. 26. ff. de Reg. Jur.* Aym. Cravett. *consil. 808. n. 2. vers. tertio & validius. per l. fin. C. de lit ig. gloss. ad cap. 1. de appellat. in 6.*

Declara II. procedere respectu generis sive subjecti, de quo loquitur regula, non autem respectu actus & exercitii; verbi gratiâ, si dico: Omnes scholares studeant nisi Petrus. Certum est, quod hic ponatur regula, & exceptio est de Regula respectu subjecti, hoc est, quia Petrus etiam est scholaris; si enim sutor esset, non esset bona exceptio, quemadmodum ista, omnis homo currit, nisi anus, quia exceptio debet loqui de homine, & sic de subjecto principali, ut tradunt Dyn. *in rubr. de Reg. Jur.* Bart. *in l. ex his. ff. de Legib.* & Decius *in rubr. de probat. pag. 2.* sed tamen respectu exercitii exceptio erit contra regulam, & ei adversabitur, ut patet ex prædicto exemplo, quia scholares studeant, & Petrus non studet, sed aliud diversum à studio facit. Et ideò quoad illud exceptio non est de regula, ita Bartolus *in l. de his ff. de LL.* latè Decius post Bart. *in l. 1. col. 2. num. 25. vers. circa secundum. ff. de re judic. & in rubr. extra de probat.* vide & Ludovic. Gomez. *ad §. sic itaque. Institut. de action. n. 28.*

XXIX.

EXCEPTIO declarat regulam, sed tamen non ampliat, ut comprehendat ea, quæ non sunt de genere regulæ, Roman. *consil. 498. in fin. & consil. 107. col. 2. vers. quod autem cessant.* ubi quòd exceptio deducit ad certum, & declarat regulam generalem, *& consil. 379. num. 13. vers. veritas tamen.* Bald. *cons. 131. Casus talis est. vers. super secundo, lib. 1.* Cum. *consil. 98. n. 3. vers. non obstat. secundum.* Alex. *cons. 28. visis. n. 11. v. non obstat. lib. 1. & cons. 59. n. 9. vers. nec ad hoc obstat. eod. lib. 1. & cons. 186. Zacharias in fine lib. 6.* Surd. *consil. 352. n. 12. & decis. 100. n. 9.* ubi limitat, quando exceptio esset inutilis, quia tunc ampliat regulam. Socin. *consil. 47. n. 2. & 3. vers. sed contra. lib. 1.* ubi quod in venditione certorum bonorum propriorum,

excepto palatio, non includuntur bona communia, quia licet exceptio firmet regulam in contrarium, tamen non ampliat, Aretin. *consil. 8. Abundè, per totum.* & præcipuè *n. 3. & 4.* ubi declarat, dicens, quod exceptio expressa, quæ tacitè inerat, non extendit ullo modo regulam ad ea, quæ non sunt de regula; quia expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur: si verò est expressio, quæ tacitè non inerat, exceptio licet firmet regulam in non exceptis, nunquam firmat extendendo ad ea, de quibus disponens erat incapax, vel inhabilis; & rationem adducit *n. 7. vers. obstat.* quia exceptio non ampliat regulam, ut comprehendat ea, quæ sine exceptione non comprehenderet ex proprietate sermonis, sive ex mente, refert Cardin. Tusch. *tom. 3. lit. E. concl. 424. n. 4.* Sanch. *præcept. Decal. lib. 2. c. 27. n. 17. col. 3. in solut. ad 5.* Mieres *de major. in l. edit. part. 1. q. 22. n. 22.* Surdus *decis. 124. num. 17.*

[Declara axioma procedere in dubio, & quando verisimiliter aliud non fuit de mente disponentis. Ubi enim ex tali restrictione sequeretur aliqua absurditas, vel constaret aliud fuisse de mente disponentis, ut quia verba regulæ sint multum ampla, & exceptio seu qualitas exceptioni adjecta, & regula ita non habet inter se conformitatem, tunc regula per exceptionem non restringitur. *l. scire oportet 13. §. aliud 2. ff. de Excusat. tutor.* Cornel. *consil. 275. vol. 13.*

XXX.

EXCEPTIO ubi non reperitur posita, non est à regula recedendum. *l. prævaricationis. 3. §. ult. ff. de prævaricat. l. dissentientibus. 5. de repud. l. illam 19. C. de collationib.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 3. q. 7. n. 45.*

XXXI.

EXCIPIENS non videtur fateri ea, quæ in exceptione includuntur, *cap. cum venerabilis. de Except.* Alex. *consil. 83. In causa & lite. in princ. vers. nec ad hoc obstat. lib. 1.* ubi quod exceptio hujusmodi non est confessio, nec negatio, sed est medium inter negare & confiteri, prout intacente, & *consil. 49. n. 9. cum seq. lib. 7.* ubi quod libellans, excipiens vel repugnans illud, quod pars adversa asserit illud impugnando, non dicitur fateri, additque, quod is, qui dicit sententiam non rectè latam esse impugnando, non fatetur esse latam per *l. Gallus 29. §. forsitan. 8.* ubi gloss. *in verb. rectè. ff. de liberis & posthum.* quæ exponit: *rectè*, id est, nullo modo. Surdus *decis. 24. n. 5.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. E. concl. 427.* Mar. Anton. *var. resolut. lib. 2. resolut. 50. n. 31.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 2. tit. de except. n. 5.*

Intellige Axioma procedere quoad fundandam intentionem actoris, *l. non utique 9. ff. de Except. cap. exceptionem. de Reg. Jur. lib. 6.* Covarr. *var. lib. 1. c. 1. n. 2. vers. eodem jure.* Ant. Gomez. *var. tom. 3. cap. 12. n. 16.* Cacheran. *Pedem. decis. 178. n. 9.* Francisc. Milanen. *Sicil. decis. 3. n. 46. lib. 2.* Bellon. *Genuens. decis. 38. n. 8. & decis. 91. num. 1.* Petr. Gregor. *Syntagm. Juris lib. 21. cap. 17. n. 3.* Cardos. *in praxi Judic. & Advocat. verb. exceptio. n. 26.* Stephan. Grat. *Marchiæ decis. 19. n. 19.*

[Limita: nisi contra rei exceptionem aliqua juris præsumptio militaret, ut ostendit Ulric. Zas. *in l. non utiq. n. 3. vers. tertio fallit. ff. de Except.* Regner. Sixtin. *part. 3. Consil. Marpurg. n. 30.* vid. & Bald. *in l. Exceptionem. C. de probat.* ubi ait, quod reus excipiendo non fateatur, intentionem esse veram, præsertim quando ad effectum contradicendi excipit, non verò ad effectum confitendi. Vid. Wesemb. 2. *consil. 72. n. 24.*

CAP. XXIIX.

De Exceptione Dominii.

Quicunque causam ab altero habet, ille nequit opponere exceptionem dominii.

Ratio: quia hic simpliciter tenetur ad restituendum; restitutio autem hæc non poterit hôc solô prætextu, quòd sit res aliena, impediri.

Exemplum: ita ergò commodatarius non poterit commodanti quæstionem dominii referre *l. 16. ff. Commod.* idem in depositario *l. 31. §. 1. ff. depos.* locato, *l. si quis Cond. 25. C. de locat. cond.* & in actione pignoratitiâ *l. 22. §. 2. ff. de pign. act.*

Limita: nisi (1.) in continenti possit probari dominium, Brunnem. *ad d. l. 31. n. 3.* (2.) nisi ignoranter alicui res sua commodata, deposita aut pignorata sit. *l. 20. C. locat.* Plures Limitationes vide apud Brunnem. *ad d. l. 25. C. loc.*

De Exceptione rei judicatæ vide RES JUDICATA.

CAP. XXIX.

De Excessu, (*vide infra Inobedientia & supra Contumacia*) Excessivis, Nimio, Immodico.

Axioma I.

Excessus modicus non est attendendus. *cap. cum te. & ibi gloss. in verb. minima. extr. de rejudic.* Bald. *in l. 1. n. 5. in fin. vers. & qui parum transgreditur. ff. de LL. & in l. 2. n. 6. vers. item & illud. C. de rescind. vendit.* Farinac. 1. *consil. crim. 78. n. 5.* vide & Tiraquell. *de judic. in reb. exig. vers. sexto.*

II. Ex

II.

Ex nimiis & excessivis suspicio sinisterrima oritur, post Bursat. & Molin. Cothmann. 5. *respons. 33. num. 22.* Vitiosum enim quod nimium, *l. cum plures 12. §. nimium 2. ff. de admin. tut.* Cujac. *lib. 49. Paul. ad edict. l. 2. de aq. & aq. pluv. arcend.*

III.

Excedens in aliquâ re tenetur de damno subsecuto, hinc cùm equi cursus publici non lignis & fustibus, sed flagellis & calcaribus incitandi sint *l. 1. C. de Curs. publ.* si equus illis cæsus factus fuerit deterior vel extinctus, de damno tenetur. Perez. *C. de Curs. publ. n. 8. 13.* hinc agens in rebus, qui supra numerum Evectionis veredum usurpaverat, in quadruplum animalis pretium condemnabatur. *l. 15. C. eod.* Brunnem. *C. ibid. col. 4.*

Exclamatio vid. infra vociferatio.

CAP. XXX.

Excludere, Exclusio.

Axioma I.

Excludere verbum est propriè privativum, præsupponens habitum sive jus, quod excluditur. *l. 2. ff. de Except. l. si ponas 23. §. hæreditatem. 1. ff. de inoffic. testam. l. 1. §. 1. ff. fam. herciscund. l. 19. vers. si enim ipse. ibi: beneficio excludatur. C. de jur. delib.* Bocer. *de invest. feud. c. 5. n. 66.*

II.

Exclusio unius alterius est inclusio. *l. 12. in princ. ff. sol. matrim. l. 21. C. de procurat. l. 18. §. 11. de instr. legat. l. 2.* ubi Cujac. *quod fals. tut.* Menoch. *consil. 158. n. 29. lib. 2. & consil. 216. n. 22. lib. 3.* Bocer. *de investit. feud. cap. 4. n. 34.* vide Wesemb. 2. *consil. 94. n. 34.* qui enim ulteriores in ordine successionis tantum excluserit, proximiores in jus successionis inclusisse videtur. Wesemb. *d. consil. n. 34.*

Declara hanc regulam procedere de speciali. Ubi enim aliquid proponitur tanquam speciale & singulare, ibi colligitur regulam esse in contrarium, post Everhard. & alios, Wesembec. *in Comment. C. ad SCt. Vellejan. n. 27.* quod non procedit, cùm ille casus, qui excluso videtur, alia dispositione vel ratione includeretur. Dec. *in l. 1. in princ. in 3. lectura. n. 84. ff. si cert. pet. & consil. 11. n. 18.* & in specie Paris. *consil. 111. n. 39. lib. 1.* Menoch. 2. *arb. jud. cas. 65. n. 18.* cum per inclusionem unius non excludatur id, quod aliâ ratione vel viâ comprehendi potest. Riminald. *in pr. instit. de donat. n. 313.* Rauchbar. *p. 1. quæst. Jur. Civil. & Saxon. q. 48. n. 22.* Sic etiam inclusio unius non est exclusio alterius in iis, quæ sunt de genere permissorum, vel si casus inclusi non jure speciali, sed communi determinentur, Baldus *in l. 2. in fin. C. ad Leg. Jul. de adult.* Ruin. *consil. 157. n. 19. vol. 1.* quos refert Riminald. *in princip. Instit. de donat. n. 310.* Schrader. *in tract. feud. p. 2. cap. 9. in princip. sect. 2. n. 68.* Rauchbar. *d. p. 1. quæst. jur. civil. & Saxon. q. 48. n. 20. vid. infr. lib. 1. c. Inclusio.*

III.

Exclusio in dubio intelligitur esse perpetua. Anchar. *consil. 220. Hæc quæstio. sub n. 1. vers. nam omnis exclusio. col. 1.* Socinus jun. *consil. 110. in præs. n. 7. vol. 2.* Pacian. *consil. 49. n. 56.*

IV.

Exclusionis causa cessante cessat & ipsa exclusio. *cap. cum cessante 60. de appellat. l. fin. §. ait l. ff. de divort.* Tiraquell. *in tr. cessante causa. per tot. cum infinitis aliis allegat.* Phil. Matth. 2. *Consil. Marp. 26. num. 85.* unde quæ temporalitatem habent, ad exclusionem perpetuam trahere non est permissum. *l. Epistola 52. §. fin. ff. de pact.* Gilman. 4. 1. *vot. 7. n. 35.* quando persona una est exclusa, omnes ex ea descendentes exclusæ intelliguntur. Angel. *in §. reliqvum. vers. ex diverso. Auth. de hered. ab intest.* Baldus *in l. ult. col. 1. C. de lib. præter. & in l. ult. in fin. C. de V. S.* Alex. *consil. 174. vol. 5.* Cuman. *consil. 117. in pr.* Tib. Decian. *resp. 3. n. 30. vol. 2. & resp. 13. n. 9. vol. 3.* Phil. Matth. 1. *Cons. Marpurg. 31. n. 37.*

V.

Exclusio statutaria est quædam exhæredatio legalis. Bartolus *in l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legitim.* Surdus *consil. 237. n. 4.* Baldus *in l. 1. C. de revoc. his, quæ in fraud. cred.* Corn. 1. *consil. 89. num. 6. consil. 2. n. 90. vol. 3. consil. 82. n. 9. vol. 4.* Gail. 2. *observat. 140. num. 13.* Mynsi. *respons. 20. n. 60. & resp. 50. n. 20.* Gœdd. 1. *consil. 26. n. 132.* Brun. *in tract. statut. art. 4. n. 2.* Natta *ibidem q. 4. n. 126. 142. & 150.* & ideò strictè intelligenda & interpretanda. Glossa *in cap. statutum. 3. de præbend. in 6. in verb. numerandum.*

VI.

Exclusio liberorum à successione legitimâ, jure & naturâ debitâ, solo consilio non inducitur, nec perficitur, sed præceptum & diserta exclusio est necessaria. *Nov. 115. cap. 3. §. 1. & 2. Instit. de exhered. lib.* Coras. Castr. Baldus, & alii *in l. non dubium. 5. C. de Legib.* Gloss. & Zas. *ad l. 7. ff. eod.* Gœdd. 1. *Consil. Marp. 26. n. 140.*

VII.

Excludere à jure qui vult aliquem, quod sibi de jure naturæ vel civili competit, debet id probare, per quod excludatur. Bald. *in consil. 19. Factum tale est vol. 5.* Alciatus *præsumpt. 14. num. 3. vers. & propter. reg. 2.* Menoch. *lib. 2. de præsumpt. præs. 30. n. 50. vers. potest etiam adferri.* Pacian. 2. *de probat. cap. 24. n. 27.*

CAP. XXXI.

De Excommunicatione.

Axioma I.

Excommunicatio est ultimum & subsidiarium remedium, fitque post tres admonitionis gradus. Speckh. 2. *cl. 3. q. 16.*

II.

Excommunicatio similis est banno, non tamen eosdem effectus habet, quia non privat rerum dominio, nec contractûs cum excommunicatis factos annihilat. Mager. *de Advocat. arm. cap. 8. n. 138. & seqq.* Ayret *in proceff. 1. cap. 3. O. 3.*

CAP. XXXII.
De Excusatione.

Axioma I.

Excusationis causa cessante cessat & ipsa excusatio. *cap. cum cessante 60. de appell. l. 6. §. 2. de jur. patr.* Cravett. *consil. 656. n. 10.*

II.

Excusandus est, per quem non stat, quo minus aliquid fiat. *l. 1. C. de his, quæ sub conditione.* Wes. *in panat. ff. de condit. & demonstr. n. 9. f.* Unde & quisquis sequitur priores malè iter ingressos, excusationem habet, cum publica via erraverit. Joh. Dauth. *in tract. de testam. num. 28. p. 59.*

III.

Quicunque suis negotiis vel ob publicum, vel privatum impedimentum superesse nequit, ille à tutelâ se excusare potest, quia ita multò minus aliis negotiis præesse poterit.

Exempla sunt *in Tit. Instit. de Excus. Tut. & Curat.*

Limita: modò impedimentum non fuerit affectatum, hoc enim non excusat. *l. 4. ff. eod.*

IV.

Quæcunque excusationis causa concernit favorem pupilli vel Reipubl. illa est necessaria, ut ne quidem tutor voluns admittatur; quæcunque verò concernit favorem tutoris, ea est voluntaria, quia suo quilibet juri renunciare potest.

V.

Is, qui habet excusationem, non excusatur ab actu, qui facilè potest expediri. Brunnem. *ad l. 3. C. de Legation.*

CAP. XXXIII.
De Executione, & Executore.

Axioma I.

Executio juris non habet injuriam, text. *in l. quod Reipublicæ 33. l. injuriarum 13. §. 15. ff. de injuriis.* Gail. 2. *obs. 110. num. 40.* Wesemb. 1. *consil. 43. n. 23.* Surd. *decis. 21. n. 14.* Gam. Lusitan. *decis. 35. n. 1.*

II.

Executionem frustra exigimus, ubi nulla cognitio causæ est necessaria *l. executorem 8. l. si ut proponis 6. C. de Execut. rei judic.* Conecnn. *in quæst. sing. 3. n. 17.*

III.

Executor nihil novi facere dicitur, & ideo actus illi non attribuitur *l. ab executore 4. ff. de appell. l. ab Executore. 5. C. quor. appell. non recip. cap. novit. de appellat.* quæ enim veniunt ad executionem, non immutant dispositionem. *gloss. in clem. 1. de præbend. Fachin. 13. contr. 36.* Unde executor de causa cognoscere nequit, cum is pro Executore habeatur, qui post sententiam, auditâ omnique discussâ lite prolatam, rei judicatæ vigorem ad effectum producit. *l. pen. C. de Except. rei jud.* Concen. *d. loc. n. 9.*

IV.

Frustra sententiæ feruntur, si non executioni mandentur. Gail. 1. *obs. 123. in princ.* Robert. Marant. *Specul. aur. p. 6. t. de Execut. sent. num. 1. in princ.* Mynsi. 3. *obs. 67. in pr.* Matth. Coler. *de proceff. executiv. in præf. n. 4.* similes enim dicuntur campanis, quæ pistillis carent. Matth. Coler. *de proceff. Execut. in præfat. n. 4. vid.* Straßburg. Raths-Ordn. *sub. tit.* Sachen/ so vor grossen Rath gehören. *§. 43. & 44.* cum Magistratui non parum autoritatis detrahatur. Jacob. Thoming. *vol. 1. consil. 27. n. 6.* Carpz. *P. 1. Const. 32. Definit. 1. n. 2. & 3. ubi judices sic compellat: videant judices, ne ipsimet injuriam sibi & contemptum contrahant, si requisiti executionem denegent, ad quam jure obligantur, sive per executoriales à superiori, sive ex literis mutui compassus, à pari vel æquali demandata sit executio.* vide Cravett. 1. *concl. 113. n. 1. & seqq.* imò miserabile est, post multa variaque certamina, cùm res fuerit approbata, tunc ex altera parte, quæ jam convicta est, moratoriis ambagibus spem condemnationis excludi. *l. ult. C. de compens.* nec aures talibus frivolis exceptionibus accommodandæ, ut interim jus alterius & executio differatur. *cap. ex parte 11. de fid. instr.* Unde in processu executivo exceptiones illiquidæ, & quæ ulteriorem indaginem desiderant, nequaquam sunt attendendæ. *l. fin. ibi: si causa sit liquida, nec multis ambagibus innodata. Cod. de compens. l. 1. ibi: ad liquidum deducta ratione. Cod. Si secund. nupt. mul.* Coler. *de proceff. execut. p. 4. c. 2. num. 27.* Zanger. *de except. part. 1. cap. 26. n. 115.* [Hinc nullius momenti esse dixit Æschines civitatem, quæ non habet nervos executionis in contumaces. vid. Wesembec. *in panat. ff. ut in poss. legat. num. 1.*]

V.

Executio non est facienda juris ordine prætermisso. *l. si cum nulla 58. ff. de re judic. l. 1. C. de Execut. rei jud.* Unde ab Executione non est incipiendum. *d. l. 1. C. de Execut. rei jud. l. nec quicquam 9. §. ubi decretum 1. ff. de offic. proconf. & l. si cum nulla 58. ff. de re jud.* Angel. *in §. curare. n. 30. usque ad finem Instit. de Action.* Dd. *in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. nov. nunc.* Wesemb. 1. *consil. 7. n. 7. & consil. 10. n. 10. consil. 30. num. 22. consil. 33. n. 40. & consil. 41. n. 19.* Carpzov. *P. 1. Constit. 20. Definit. 1. n. 3.* Gail. 1. *observ. 13. num. 1. & 1. observ. 148. n. 1. Berlich. 1. concluf. 33. num. 13.* ratio, quia executiones sunt odiosæ, & sæpe cum peccato conjunctæ *l. 53. in princ. C. de Episcop. & Cleric.* quod axioma non procedit in quibusdam casibus notatis per Dd. in locis allegatis, quorum etiam aliquot recensentur *in ordin. Camer. lib. 2. tit. 21.* quibus mandata sine clausula decerni possunt. Gail. *dict. loc. ubi vid.*

VI.

Executor juris dicitur executor justitiæ. Lucas de Penn. *in l. neminem. col. 1. in princ. ante num. 1. ibi & justitiæ executivum. Cod. de fuscept.* Præpos. & Anchar. *lib. 10.* Bald. *in l. 1. n. 15. vers. quæro, an talis. C. si à non competent. judic.* Ruin. *consil. 4. n. 13. vers. & quilibet secundum eum. & n. 12. vers. si id faciat & minister justitiæ. vol. 5.* Farinac. 1. *consil. crim. 65. num. 36.* Jus enim est

obje-

objectum justitiæ, ut ex Aristotele *lib. 5. Ethic.* probat idem Lucas de Penn. *in d.l. neminem. post princip. vers. cum scienter. & col. 2. post n. 6. vers. jus verò.* & à justitia appellatum est jus. Ideoque qui juris auctoritate homines capit, percutit & occidit, non solum justitiæ, sed DEI minister dicitur *cap. qui malos & cap. quicunque percutit. 23. q. 1.* quia DEUS est justitia *can. existimant. 11. q. 3.* Lucas de Penn. *in l. neminem. col. 2. num. 5. vers. DEUS enim. & col. 3. n. 7. vers. CHRISTUS enim.* Ergo & minister justitiæ dicitur. Baldus *in l. 1. n. 15. vers. quæro, an talis occisor dicatur executor justitiæ. C. si à non compet. judic.* Ruin. *dict. consil. 4. n. 13. vers. & quilibet secundum cum intelligitur electus & deputatus executor & minister justitiæ. & n. 8. vers. si id faciat, ut minister justitiæ. vol. 5.*

VII.

Executio sententiæ nondum latæ est contra regulam juris communis. *l. 1. C. de Exec. rei jud.* Farin. *1. consil. cr. 85. n. 176.*

VIII.

Electio unius remedii executivi non præcludit viam aliis, quando per primum non est satisfactum; neque in causis executivis paratamque executionem habentibus obstat Exceptio litispendentiæ, proindeque variatio licita est de uno remedio ad aliud, item de personâ in personam. *Perez. C. de Exact. Tribut. n. 20.*

IX.

Apparitores in alterius territorio extra fines sui officii nihil agere possunt vel exequi. Limita (1.) Apparitores supremarum Curiarum mandata in toto regno exequi possunt, (2.) in causâ annonæ & tributorum, etiam non petitâ veniâ ubi liquidum est debitum, executio fieri potest ubique & per quemcunque Apparitorem. Perez. *C. de Apparit. Præs. annon. n. 5.*

X.

In negotiis privatorum nunquam tuitio vel executio militibus tribuenda *l. 1. C. de offic. mil. Jud.* sed apparitoribus, quia militaris executio plerumque violenta est & ferè hostilis; debent autem executores æqui esse in suo munere, ac, dum exeqvuntur, humani. *Nov. 8. c. 8.* nihilque debent apparitores exigere, nisi quod exigi consvevit, aut jure debetur *l. fin. Cod. de apparitor. Proconf.* Perez. *C. cod. n. 4. seq.* neque pro libidine suâ & arbitrio rei alicujus extorquendæ causâ terrorem incutere & concussiones facere, sed suo munere probè & decenter fungi debent. *vid. Perez. C. de Cohortal. & Princip. n. 6.*

XI.

Judex in executionibus sequi debet consvetudinem loci & antiquam observantiam. Brunnem. *ad l. 7. C. de Exact. Trib. §. 4.*

CAP. XXXIV.
De Executore Testamenti.

Ad quodcunque tenetur Curator, ad id adstringitur Executor Testamenti, quia Executor nihil aliud est, quàm Curator bonorum defuncti, hinc debent curare, ut inventarium conficiatur, ut heredes, quod ipsis debetur, accipiant, ut legata, maximè ad pias causas destinata juxta tenorem testamenti præstentur, hinc quoque bona hereditaria exigente necessitate non nisi consensu Magistratûs & eorum, quorum interest, alienare, & de administratione rationem reddere debent. vid. Oldendorp. *de executor. ultim. volunt. Jacob. à Canibus tract. de executor. ultim. volunt.*

CAP. XXXV.
Exempla.

Axioma I.

Exempla non sunt præponenda regulæ, sed postponenda, Hottomann. *ad princip. Instit. si quadr. pauper. feciss. dic. vers. Lex XII. Tabb.* quod licet reprobet Cujac. *lib. 12. observ. 11.* ubi ait, *parum esse, an ab exemplis, an regula incipiatur*, quem tuetur Bachov. *disput. 8. thes. 19. pag. 138.* Hottomannus tamen vicissim *1. obs. 13.* rescripsit, vix sanæ mentis (inquiens) eum futurum, qui ita ad Legem Aquiliam commentaretur: utputa, si quis equum, mulum, asinum occiderit, hæc autem in iis demum quadrupedibus locum habet, quæ pecudum numero sunt. Numquid hunc ordinem servari oportet, ut à regula incipiatur, ac deinde exempla subjiciantur.

II.

Exemplis utimur etiam in causis arduis ad executionem factorum propriorum. Arnis. *tit. 1. de Majest. cap. 7. num. 6.* Exemplo sit Pontifex Leo, qui usus exemplo Adriani *in can. in synod. 23. dist. 63.*

III.

Exempla mala imitari vel sequi par non est. *l. 1. ubi gloss. in verb. pessimo. ff. ad SCt. Macedon.* sed potius reprobanda, Rofred. Benevent. *in quæst. Sabbath. q. 38. n. 5.* ac exemplorum proclivitas coërcenda. *arg. l. aut 16. in fin. l. si quis 38. §. qui abortionis 5. ff. de pœn.* Pileus *in quæst. aur. quæst. 10.*

IV.

Exempla præsentia nos cavere præmonent in futurum. *cap. plurimos. dist. 82. gl. in c. 1. de serv. non ordinat.*

V.

Illud, quod constituitur exempli gratia, trahitur ad omne simile. Bart. *in l. fin. 13. §. oportet 10. de Excusat. circa fin. per l. actionum 25. §. 1. vers. in factum. ff. de O. & A.*

VI.

Exempla non faciunt consvetudinem. *l. nemo 13. C. de sent. & re jud. l. sed licet 12. ff. de offic. præsid.* Wes. *1. consil. 40. n. 68.* sicut nec regulam, præsertim quando certis circumstantiis distincta & circumscripta sunt, *d. l. nemo 13. C. de sent. & interloc.* cum factum tantum in suis qualitatibus declarent, quibus in casibus regula debeat locum habere, non verò ad casus dissimiles extenduntur, Paris. *consil. 158. n. 15. lib. 4.* Tiraquell. *in l. si unquam. verb. libertis. n. 30. C. de revo-*

revocand. donat. per gl. in cap. quod DEI timorem. de stat. Monachor. Wes. 1. *consil. 44. n. 72.*

VII.

EXEMPLA declarant regulam & aperiunt, *l. prætor. 3. §. quoties 2. ff. de collat. bon.* ibi, *quod dico exemplo, ut manifestius fiat.* Oldrad. *consil. 244. n. 14. vers. quinto & ultimo.* Baldus *consil. 358. Nulla mulier. num. 4. vers. sed quid est. lib. 1.* ubi quod exempla sicut digitus rem ostendunt, & tactui quodammodo subjiciunt. Cardinal. Tusch. *tom. 3. lit. E. conclus. 148. per totam.* [Exemplis enim rem ostendere non modò utile & necessarium est, *§. 1. Instit. de action. l. 1. ff. de præscript. verb. vid. & l. si in diem 46. de condit. & demonstr. l. 33. §. ult. de excusat.* sed etiam optimum dicendi genus est, exemplis rem declarare, ut ait Matth. de Afflict. *in prælud. Constit. Neapolit. q. 12. n. 12.*]

VIII.

EXEMPLA non restringunt regulam. *l. damni infecti stipulatio 18. ff. de damn. infect. l. pen. §. ult. ff. de juris & facti ignor. l. 1. §. quod vulgo 25. ff. de vi & vi arm. l. scire oportet 13. §. oportet 10. ff. de excusat. tutor.* Rom. *consil. 295. Donatio patris. n. 6. vers. Est enim notissima.* Tiraquell. *in l. si unquam. verb. liberis n. 37. C. de revocand. donat.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 8. n. 4.* Surdus *consil. 308. n. 10.* Cardin. Tusch. *d. tom. lit. E. conclus. 547. per totam.* Flamin. Paris. *de confident. quæst. 9. n. 75. & q. 27. num. 68. & quæst. 32. num. 28.* Stephanus Gratian. *disceptat. forens. tom. 3. cap. 563. num. 73.* hinc, quod de uno loco exempli causâ dicitur, id ad alia similia extendi potest. Brunnem. *Cod. de quib. mun.* Unde dici solet, quod exempla non excludunt similia. *§. hactenus. Institut. de gradibus.* Cravett. *consil. 544. num. 25.* Azeved. *l. 4. num. 24. tit. 29. lib. 8. novæ recop.* [Exempla enim ponimus, non ut ita sint, sed ut sentiant & intelligant rem facilius addiscentes, *text. junct. gloss. in l. obligationum substantia 3. in fin. ff. de oblig. & act.* siquidem per subauditiones & conjecturas textus nec glossæ debent impugnari, ut dicit glossa *in cap. cupientes. §. quod si per 20. in vers. petere. de Elect. in 6.* quam ait singularem Alexand. *in Authen. ex causa in princip. C. de lib. præter.* vid. & Jason. *in l. fin. col. 4. C. de SS. Eccles.* & Hippolyt. de Marsil. *in. l. furem. col. 1. ff. de sicar.* Quod intellige verum, nisi sæpius repetantur, quia tunc bene regulam restringunt ad casum propositum, Glossa *in Clem. 1. in verb. Diœces. n. 15. de jur. patr.* quam ad hoc multum commendant Mod. Bonon. *in tract. permut. col. 5.* Exemplo *§. sed iste. Instit. de actionib.* ubi Ludovic. Gomez *n. 27.* & Jason. *in l. si constante. col. 14. ff. solut. matrim.* Bart. *in l. nemo. C. de sent.*]

IX.

EXEMPLIS non est judicandum, sed legibus. *l. sed licet 12. ff. de offic. Præsid. l. nemo 13. C. de sent. & interlocut. cap. 1. de postulat. Prælat.* Socin. *reg. 8.* Thomas de Thomasset. *in floribus legum, reg. 110.* ait procedere malis exemplis, & in practica erronea judiciorum. Cæpol. *consil. 18. n. 17. vol. 3.* ubi dicit habere locum, quando res in contrarium est certa, non vero in casu dubio. Alex. *consil. 150. In causa. n. 7. lib. 6.* ubi intelligit, quando legibus constat, quod veritas est contra exemplum. Menoch. *consil. 996. num. 27. vol. 10.* Surdus *consil. num. 21.* Anton. Merend. *Florent. decis. 1. num. 93. & 94.* Lud. Rodolph. *conclus. 20. pag. 153.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. E. conclus. 549. per tot.* [Unde non modo leges aliquando non dedignantur exemplis judicare. *l. nam Imperator 38. & ibi gloss. ff. de legib. gl. in cap. fin. distinct. 20.* Joh. Andr. *in cap. in causis. num. 4. vers. judicium esto. de sent. & re jud.* Abb. *in cap. afferte. n. 1. vers. nota, quod exemplis. extr. de præsumpt.* & pleniss. Dominicus d. S. Geminian. *in d. cap. fin. col. 2. distinct. 20.* ibique Præpos. *num. 6. vers. tacitè per contrarium.* verum etiam frequenter nos admonent, ut de similibus ad similia procedamus. *l. non possunt 12. & ibi gloss. ff. de Legib. cap. 1. §. sed quia natura, quæ fuit prim. caus. benef. amitt.* & ibi Bald. & Afflict. *num. 29. col. 2.* Decius *in l. quod te. vers. 2. limitatur. col. pen. ff. si cert. pet.* & Jas. *in l. 1. num. 13. vers. ego nunc fortiter dubito. C. de transact.* quocirca in materia generali necessaria sunt exempla, per quæ mens legislatoris aperitur. *text. in §. item si in judiciis 5. Instit. de except.* & ibi Aretin. *in l. ut responsum Cod. de transact.* Et licet alias sint de bene esse, quando materia potest propriâ cognitione percipi; tamen necessaria sint ad declarandam regulam, ut tradit Jason. *in l. in actionibus. col. 2. de in lit. jurand. fac. text. in l. Prætor. 3. §. Julianus. 2. ibi & exemplo res manifestior. ff. de collat. bon.* vid. Everhardum à Mittelb. *in locis Top. loc. ab auctoritate n. 5.* ubi restringendo ait, quod exemplis supremi Principis bene sit judicandum, & ejus sententia faciat præjudicium inter omnes, & in omnibus causis similibus, *l. fin. junct. gloss. Cod. de Legibus. & cap. in causis.* ibique Felinus & Doctores, *de re ju-*

re judic. tamen exemplis inferiorum judicandum non est, nec eorum sententiæ faciunt præjudicium. *dict. l. nemo 13. C. de sentent. & interloc.* Propterea haud malè Natta exclamavit: O timidum (inquiens) judicem, qui, respiciens exempla, secundum jura decernere formidat! *cons. 24. n. 3.* & ab exemplis quem petere, cum rationes non suppetant, advocationis semper indoctæ putatum fuisse testatur Knichen. *de vestit. pact. cap. 1. n. 102.* Pruckm. 2. *consil. 12. n. 24. & seqq.* Berlich. *part. 3. concluf. 35. n. 8.* ratio est, quia etiam in judiciis sæpe aliter processus per imperitiam celebratur, quam oportet. *text. in §. ult. instit. de satisd.*]

CAP. XXXVI.

De Exemplo sive copia aut transumto.

Exempla non probant nisi originale exhibeatur. *cap. 1. de fid. instrum. l. 2. ff. eod. l. exemplo 7. C. de probat. l. procurator 7. C. de edend. Auth. si quis in aliquo. C. eod.* & ibi Bart. *in 1. lect. circa princ.* & post alios Jas. *n. 2.* Dec. *n. 6.* Curt. jun. *n. 7.* Speculat. *in tit. de instr. edit. §. postquam circ. princ. & §. nunc dicendum. pariter circa princ.* Bart. *in l. admonendi. n. 31. & post* eum *Dd.* vid. maximè Jason. *num. 84. in 1. lect. & in 2. lect. n. 155.* & Rip. *n. 151. ff. de jurejur.* Socin. *in tract. de fallent. reg. 179.* & Duen. *reg. 280.* Laurent. Tennin. *in tract. de Cautel. caut. 64. n. 1.* Morla *de fid. instrum. quæst. 1. n. 7.* Castill. *part. 2. quotid. controverf. cap. 16. n. 51.* Trentacinq. *de probat. ref. 5. n. 1.* multo minus exemplis exemplorum, etiamsi solenniter producantur. Bald. *in l. bonæ fidei. C. de reb. cred.* Cyn. Alber. Bald. *in l. sanctimus. Cod. de diverf. rescript.* Alex. *consil. 138. n. 4. lib. 1.* Carol. Molin. *in Consvet. Pariſ. tit. 1. §. 5. n. 34.* adeò ut neque Papa facere possit, ut exemplo credatur. Roman. *sing. 754. An Papa.* quod & de Principe dixit Panormit. *in d. cap. 1.* quod verum de exemplis nudis, nec vestitis usu & possessione, aut aliis adminiculis & conjecturis, intelligit Honthem. 4. *de art. Notar. cap. 9. num. 32.*

Hinc limita 1. non procedere in exemplis instrumenti publici, cum debitis requisitis in forma confectis, *cap. fin. de fid. instrum.* quæ ordine recenset *Mynf. 6. consil. 73.* & ante hunc Boër. *decif. 37.*

Limita 2. non obtinere in exemplis antiquis. Ant. Gabr. *lib. 1. tit. de præsumpt. concluf. 1. n. 2.* Mynf. 6. *obf. 75.* Molinæus *in consvet. Pariſ. tit. 1. §. 5. n. 59.* Covar. *pract. quæst. cap. 2. n. 7.* ubi hoc admittit, si exempla in solenni & consveta forma sint traducta *cap. ult. de fid. instrum.* aliàs ubi de Notario vel non constet, vel fine solennitatibus consvetis antiqua sint exemplata, tantum semiplenam fidem facient, quod tamen adhuc judicantis arbitrio decidendum relinquit. Mascard. *de probat. concl. 107. n. 3.*

Limita 3. si exemplum contra eum, qui edit, quid probaret. Bart. *in dict. Auth. si quis in aliquo. in 1. lect. n. 1. & ibidem* Dec. *n. 14.* & Curt. jun. *n. 8.* qui inquit, quod omnes Doctores simpliciter pro hac limitatione cum Bartolo transeant, quem sequitur Laurent. Tennin. Rodolph. *d. tract. caut. 67. n. 3.* facere enim fidem contra producentem *textus est in Auth. ad hæc. C. de fide instr.* Bart. *in l. tabularum. §. si dubitetur. num. 3.* Gabr. Sarayn. post Mathesilan. *in sing. 22. n. 4.*

Limita 4. in exemplis ex archivis publicis desumptis. *Auth. adhæc verf. & charta. Cod. de fid. instrum. l. causas. ff. de probat.* Pract. Papiens. *in form. product. instr. §. exhibens & producens. n. 12.* Felin. *in cap. cum causam 13. extr. de probat. n. 7.* Mart. Coler. *de proceff. executiv. p. 3. c. 1. num. 53. & seq.* Joh. Kœp. *pen. decif. n. 11. & seq.* Carpz. *part. 1. jurisprud. forens. conftit. 17. num. 38.*

Limita 5. si consensu partium approbatum. Bart. *in l. ult. ff. de Prætor. stipul.* Petr. Heig. *p. 2. q. 3. n. 15.* non quidem, ut privata illa scriptura vim habeat publici instrumenti, (quod in potestate partium non est. *l. si forte 8. ff. de Castr. pecul.*) sed ut plenam fidem inter paciscentes obtineat, saltem ex conventione, quæ facultatem probandi alterare & minuere potest. Ful. Pacian. 1. *de probat. cap. 5. n. 15.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1294. n. 13. & 14.* quod procedit inter ipsos, non verò contra tertium. Mascard. *concl. 711. n. 53. & 55.*

Limita 6. si contra exemplum non opposuerit adversarius *concl. 711. n. 79.* Turzan. *lit. E. 8. fin.* Plures limitationes accumulavit Honthem. *lib. 3. de art. Notar. cap. 23. per tot.* ubi ex Mascard. *concluf. 711. quindecim ibidem collegit.* add. & Umm. *in disput. ad proceff. 27.* Mynf. *ad cap. fin. extr. de fid. instrum. n. 2.* Lanfranc. *ad cap. quoniam 9. n. 11.* Molin. *in consil. Franc. §. 8. gloss. 1. per tot.*

CAP. XXXVII.

Exemtio, Exemtus,

vide *Immunitas.*

Axioma I.

Exemtus æquiparatur extraneo *cap. 1. junct. gl. de privileg. in 6.* Laur. Tennin. Rodolph. *in tract. cautel. 156. n. 7. Illustr. exam. Brunsw. q. 8.* ideoque pro non subjecto haberi debet, Jason. *in cap. ult. n. 5. ff. de jurisd.* ubi parificat non esse subjectum vel exemtum. *cap. cum Episcopus. ubi gloss. de offic. ordinar. lib. 6. cum aliis per eum allegatis.* Wesemb. *lib. 1. consil. 9. n. 5.*

II.

Exemtio extra suam causam non est extendenda. Innocent. *in cap. dudum. de privileg.* Ferrar. *tit. 15. gloss. 18. num. 5.* unde & odiosa & stricti juris dicitur. Bidembach. *qq. nobil. 19. num. 2.* Modit. *§. plebiscitum. dub. 72. num. 4.* Panorm. *consil. 101. lib. 1.* Beroius *consil. 24. n. 9. lib. 1.* Cravett. *consil. 811. n. 14. & consil. 851. n. 9.* nec ultra id (quia contra jus commune est) quod circa eam

est

est comprehensum *cap. ex onere. & ibi* Panorm. *de privileg.* Boss. *in tract. de princ. n. 136.* Gilman. *4. l. vot. 30. n. 141.* Propterea exemptus ratione loci certi non censetur ratione alterius loci exemptus. *c. ex ore 17. cap. cum capella 16. de privil.* Victor. *in disp. de caus. exempt. imp. conclus. 30.* Gilm. 1. 2. *vot. 3. tit. 11. n. 29.* sunt enim Executiones stricti juris, *l. cum capella. 16. de privileg.* Wesemb. *consil. 78. n. 8. ubi v. prolixe.*

III.

Exemtio præsupponit obligationem. *l. decem. 116. & ibi* Bart. *de V. O. cap. quod vero non 8. caus. 32. q. 2.* Gilm. *4. l. vot. 30. n. 241.*

IV.

Exemtus non potest in se jurisdictionem prorogare, quia in exemptione non saltem favor exemti, sed & superioris versatur. Ansaldius *consil. 62. n. 10. 11. 12.*

V.

Super exemtionis privilegio non ordinarius, sed superior cognoscit. Anton. de Marin. *lib. 1. Resolut. cap. 203. n. 14.*

VI.

Exemtio à vectigali non excludit professionem rerumque ostensionem; omnes enim res ostendendæ sunt, ut appareat, quæ sint licitæ vel veritæ. Quare etsi Clerici immunes res suas professi non fuerint, in commissum cadunt. Limita: nisi constet, navem ab omni vectigali esse exemtam, tunc enim Nauclerus non tenetur publicanis ostendere merces. vid. Perez. *C. de Navicul. n. 8. seqq.*

VII.

Exemtio unius est aggravatio alterius, quando scil. collecta imponitur simpliciter universitati, non singulis; & sic Jus Principi non est in perniciem subditorum quempiam oneribus eximere, ut alii onus subeant. Brunnem. *ad. l. 4. Cod. de exact. tribut* adeoque si princeps eximat aliquem de Censu vel Collectis, ejus portio non debet aliis accedere, vel aliorum portionem gravare, sed debet princeps sibi detrahere. Brunnem. *ad l. un. C. ut nullus ex Vican.*

VIII.

Dignitas superveniens non statim eximit aliquem à Jurisdictione ordinariâ *l. 47. C. de decur.* Brunnem. *C. eod. col. 11.*

IX.

Exemtio per præscriptionem perditur. *cap. 8. de Privil. in 6.* sed non nisi datâ scientiâ & patientiâ superioris. Ansaldius *consil. 34. n. 84.*

X.

Quando quis ab ordinario judice eximitur, & sub novâ Jurisdictione constituitur, necesse est, ut rationem exemtionis suæ reddat, & nominet Judicem, coram quo in posterum conveniri debet. Perez. *C. de decan. n. 4.* nam rescriptum præsumitur subreptitium, quo quis ab ordinariâ Jurisdictione eximitur, nec simul additur ratio exemtionis & cui subesse debeat. Brunnem. *Cod. de decan.*

XI.

Qui se dicit exemtum à Jurisdictione ordinarii, probare suam exemtionem tenetur, nec relevat eum possessio, cùm ordinarius fundatam habeat intentionem. Perez. *C. de Veteran. n. 9.*

XII.

Exemptio personæ non se extendit ad eas res, quæ ratione rei sitæ alibi oriuntur, hæ enim manent sub judice ordinario. Wames. *consil. 66. num. 6.*

XIII.

Ordinarius in locis exemtis nihil statuere, mandare vel interdicere potest: nam statuta condere & mandata affigere sunt actus jurisdictionis, Cephal. *consil. 38. n. 1.* Gozad. *consil. 40. n. 9.* neque Episcopi Jurisdictio extenditur ad monasteria & loca exemta; licet enim sint de territorio, non tamen sunt de jurisdictione illius territorii. *P. de Ubald. in tract. de Can. Episc. & Paroch. c. 4. q. 6. n. 11.*

XIV.

Exemtus ratione certæ rei vel loci non est talis ratione rei vel loci alterius. Hinc exemti in loco non exemto Ecclesiam constructuri consensum Episcopi requirere tenentur *c. 14. X. de privil.*

XV.

Jus Episcopale non læditur, si jus patronatus veniat ad exemtos *cap. 9. de privil. in 6. vid.* Besold. *Thes. Pract. verb. exemte* Clöster.

XVI.

Exemtio concessa à superiore non potest infringi ab inferiore. Decian. *consil. 51. n. 41. vol. 3.*

XVII.

Per exemtionem loca non desinunt esse de territorio quoad favorabilia. Castr. *consil. 132.*

XIIX.

Exemtus ab alicujus jurisdictione non censetur exemtus quoad delictum. *cap. 1. de privil. in 6.* Bart. *in l. beneficium ff. de constit. Princip.* Unde subjectus immediatè imperio, si sub alio Imperii statu deliquerit, licitè coram ipso convenietur ac multabitur. *arg. cap. volentes de privil.* Cardin. *in Clem. 1. quæst. 3. de offic. ord. & Clem. 1. de supplend. præl. negl.*

De Exercitore vid. tit. Institor.

CAP. XXXIIX.

De Exheredatione.

Axioma I.

Exheredatio non minus, quàm heredis institutio est caput & fundamentum testamenti *l. inter cætera 30. ff. de liber. & posthum. hered.* Vasq. *de succes. lib. 2. §. 14. n. 142. cum sit hereditatis privatio.* Bart. *ad l. quidam cum filium. ff. de Verbor. Obligat.* Mynsi. *ad princ. Inst. de exher. liber. n. 2.* Vasq. *de succes. creat. §. 20. n. 33.* adeo ut nisi illa quoque sit ritè rectèque facta, testamentum quoad institutionem reddatur nullum. *l. inter cætera 30. l. si posthumus 14. §. fin. l. fin. ff. de liber. & posthum. auth. ex causa. ubi Interpp. C. de lib. præter. Novell. 115. cap. 3. & 4.* Johan. Petr. Surdus *consil. 373. n. 20.* Schneidew. *Institut. de Exheredat. liberor. num. 1. & 2. & ibid.* Mynsing. & Wesembec. Gœdd. 3. *Consil. Marp. 18. num. 90.*

II.

Quibuscunque debetur legitima, illi cessantiò

riò heredes instituendi vel justâ ex causâ exheredandi.

Ratio: cùm enim legitima debeatur ex dispositione legis, non erit testatoris liberum de eâ arbitrium.

Ita necessariò heredes instituendi vel exheredandi sunt liberi *l. 30. de lib. & posthum.* Si hi non adsint, parentes. *Nov. 115. cap. 4.* & quâdam ratione fratres & sorores, si persona nimirum infamis vel levi maculâ laborans instituatur. *Nov. 22. cap. 47.*

III.

Quoties ex causis exheredationis aliqua testamenti factioni obstat, toties etiam ab intestato filius ab hereditate repellitur.

Ratio: quia sic lex supplet id, quod pater forsan facturus fuisset, si testamentum facere potuisset, & ita ob ingratitudinem filium à successione ob intestato excludit.

Exemplum: si filius (1.) patrem testari prohibuerit, (2) furiosum neglexerit, (3.) captivum ab hostibus non redemerit. vid. Stryck. *tract. de Succeff. ab Inteft. Differt. 12. cap. 2. th. 28. feq.*

IV.

Exheredari potest filia à patre clam matrimonium contrahens. Afflict. *decif. Neapol. L. 2. rub. 9. n. 1.* ut & filius turpes nuptias contrahens. Bart. *in l. 3. C. de Nupt.* Exheredari quoque potest filius ob injuriam verbalem gravem & inhonestam patri dictam. Alex. *consil. 202. vol. 2.*

V.

Exheredatio filii, licet justa, tollitur (1.) pœnitentia, (2.) reconciliatione factâ inter patrem & filium. Bart. *in l. 3. §. 11. ff. de adim. vel transf. legat.* Schneidew. *in pr. Inftitut. de exhered. lib. n. 17. feq.*

VI.

Exheredatio hodie non valet, nisi fiat (1.) ex justâ causâ *in Novell. 115.* recensitâ. (2.) illa causa in specie in testamento exprimatur. *Brunnem. Cent. 5. decif. 44.* (3.) ad heredè scripto probetur. *Nov. 115. c. 3. pr.*

VII.

Exheredatio patriam potestatem & exinde dependentem suitatem non tollit aut extingvit. *l. filium quem. 20. §. videamus. 1. ibi: manfit in poteftate, qui exheredatus nominatim fuit. De bonor. poffeff. contra tabb.* Retinet enim exheredatus jus sacrorum. *l. 6. ff. de religiof.* familiæ & agnationis. *l. 46. ff. famil. herciſc. l. 6. §. 2. ff. de Carbon. edict.* Itaque exheredatis liberis pupillariter substitui potest. *§. 4. Inſtit. de pupillar. ſubſtit.* quæ pupillaris potestate patria liberatis fieri nequit. Arumæus *exercit. 2. th. 25.* Franzkius *ad §. 4. Inſt. de pupill. ſubſtit. n. 3. & 4.*

VIII.

Exheredatio non agnoscit jus accrescendi. *l. ſi ita quis heres inſtitutus 74. ff. de hered. inſt. l. cum quidam 19. de lib. & poſthum. & ibi* Bald. & Alex. quia sicut institutio est habitus, & per consequens aliquid in esse ponit; ita exheredatio est privatio, & ita nihil, atque sic nec augeri, nec prorogari vel extendi potest.

IX.

Exheredatio alia sit malamente, alia bona. *l. 18. de lib. & poſth.*

CAP. XXXIX.

De Exhibitione.

Quoties quis aliquid detinet, quod exhiberi mea interest, toties tenetur actione ad exhibendum. *l. ad exhibendum. 19. ff. h. t.*

Ratio: quia quod alteri non nocet, mihi verò prodest, ad id alter potest compelli. *l. in ſumm. 2. §. 5. de aq. & aquâ pluv. arcend.*

Limita: modò mea interfit ex justâ causâ, peculiariter seu pecuniariter & proprio jure perfectò, ex quò habeam actionem realem vel personalem, ut ita mea interfit rem priùs videre; non enim oportet jus civile calumniari neque verba captari, sed quâ mente quid dicatur, animadvertere competit: nam aliàs etiam studiosus alicujus doctrinæ posset dicere sua interesse, illos aut illos libros sibi exhiberi, quia si essent exhibiti, cùm eos legisset, doctior & melior futurus esset. *l. pen. ff. ad exhib.* deinde interesse actoris juramento probandum, quò constet, an justum sit, an non. Brunnem. *ad l. 3. ff. eod. n. 8.*

CAP. XL.

De Exilio, Relegatione.

Axioma I.

Exilium non semper est pœna, sed portus supplicii, Græci enim ob casum fortuitum voluntariè in exilium ibant. *l. 16. §. 8. de pœn.* Quando autem à Judice damnatis imponitur, pœna omninò est. Perez. *C. de his, qui in Exil. n. 1.*

II.

Relegatus ad tempus ob Carmen famosum, perpetuò infamis manet; si autem causa non sit famosa, ad pristinos & novos honores regressum habet, Perez. *C. de his, qui in Exil. n. 5. 6.* an autem in eundem locum, si vacet, an in novum, quando unus vacaverit, concedat, vid. *l. 2. pr. & §. 1. ff. de Decur.* Brunnem. *ad l. 2. C. eod.*

III.

Non potest interdici Receptio Exulum ex aliâ provinciâ ejectorum. Brunnem. *ad l. 7. C. de Fabricenſ.*

Existimatio vid. infra Opinio.

CAP. XLI.

Exitus.

Axioma I.

Exitus aliquando, non solum consilium spectatur. *l. 3. §. quando 2. ibiq.* Cujac. *de jure fiſci*, licet regulariter secus sit. *vid. ſupra* de Eventu.

II.

Exitus causarum est in potestate & motu judicantis. *l. qui explicandi 10. C. de appellat.* Carpz. *P. 1. Jurispr. for. Conſt. 26. Defin. 21. n. 2.*

III.

III.

EXITUS acta probat. *l. quidam 5. ff. de reb. dubiis. l. cum Syllanianum 11. Cod. de his quibus ut indign. l. rem non novam 14. in fin. C. de judic. l. si mater 6.* ubi Baldus *C. ne de statu defunct. cap. quatuor 12. quæst. 3. cap. quod autem. 22. q. 2.* Tiraq. *de retractu lig. ad fin. tit. n. 23.* Surd. *decis. 288. n. 8. & consil. 181. n. 24.* Wesemb. *cons. 314. n. 132.*

CAP. LXII.

Exorbitans.

Exorbitantia sunt restringenda veluti odiosa. *cap. quæ à jure. de reg. jur. in 6.* Alciat. *respons. 8. n. 32. lib. 9.* Modestin. Pistor. *consil. 9. n. 15. vol. 1.* Corn. *consil. 195. n. 16. vol. 1. consil. 22. n. 4. vol. 3.* neque facilè admittenda, neque præsumenda, sed fortiter probanda. Bald. *in l. si quis non dicam. Cod. de Episc. & Cler.* Joh. Andr. *in c. 1. extr. de temp. ordin.* Corn. *cons. 88. n. 4. vol. 1.* Propterea constat etiam ea, quæ exorbitantia sunt, & in quibus à jure communi recedituir, strictè accipienda esse; nec ulterius immutata censeri, quàm quatenus expresè id cautum reperitur. *l. præcipimus 32. in fin. C. de appellat.* Dd. *in Authent. quas actiones C. de Sacrosc. Eccles.* Regner. Sixtin. 1. *Cons. Marpurg. 10. n. 33.*

Exordium *vid. infra* Initium.

CAP. XLIII.

De Expensis vid. rubr. *Impensæ.* item *Sumtus.*

Axioma I.

Victus victori in expensas condemnandus est, aliàs judex de suo istas sarcire cogitur. *l. properandum 13. §. sin autem 6. C. de jud.*

Hujus regulæ ampliationes & limitationes, item expensarum genera vid. apud Gilken. *ad d. l. 13. §. 6. n. 2. C. de jud.*

II.

Quoties de expensarum restitutione agitur, toties semper magis favetur possessori in judicio universali, quàm singulari.

Ratio: quia hereditas augmentum & decrementum recipit, non ita res singularis, ex quò tantæ non requiruntur probationes in judicio universali, quàm particulari. Bachov. ad Treutl. *vol. 1. disp. 14. th. 19. lit. e.*

Exemplum: sic malæ fidei possessor in judicio universali, si res extat, expensas utiles deducit. *l. 33. §. fin. de petit. hered.* in judicio verò singulari tantùm tollit, quantum re salvâ tollere potest *l. 5. C. de R. V.*

III.

Quodcunque in judicio expeditur, illud expediendum sumtibus petentis.

Ratio: quia hic ex tali actu commodum sperat; sui enim defendendi causâ hoc vel illud expediri petit.

Exemplum: tenetur igitur quis ferre expensas in producendis testibus *l. 16. C. de Test.* pariter & instrumenta sumtibus petentis sunt edenda, & acta, si ad instantiam unius partis in Facultatem Juridicam transmittantur, hujus sumtibus hoc fieri debet.

IV.

Expensæ non debent superare rei valorem; itaque nimis remoti ad vecturam annonæ militaris non tenentur, neque Tutor inventarium conficere, si tantum ferè pro eo expendendum sit, quantum valeant res. Perez. *C. de annon. & Tribut. n. 27.*

V.

Expensæ, quæ in vanos usus fiunt, corrigendæ sunt & ad utiles convertendæ, sicut missilia Consulum in refectionem aquæ-ductûs *l. 2. C. de Consul.* Brunnem. *C. eod. Col. fin. Platea ad d. l. 2.*

VI.

Expendens potest retinere rem pro expensis in eâ factis. Bartol. *in L. 5. C. in quib. caus. pign. tac. contrab.*

VII.

Expensæ contra alicujus voluntatem factæ repeti nequeunt, licet in ejus utilitatem erogatæ *l. fin. C. de neg. gest.* Fallit (1.) in expensis studiorum, (2.) funerum, (3.) pro liberatione factis. Ant. Corset. *in sing. h. verb.*

VIII.

Expensæ studiorum non debentur ex communi hereditate. Wes. *cons. 80. vol. 2.* neque expensæ nuptiales. Bart. *in L. 3. §. fin. ff. de mun. & hon.*

CAP. XLIV.

Experientia.

EXPERIENTIA omnium rerum est mater & magistra. §. *quæ omnia. Instit. de fidejuss. §. pen. Instit. de satisdat. cap. quam sit. de elect. lib. 6* Joh. de Imol. *consil. 43. in princ.* ubi quod experientia dicitur rerum magistra de iis, quæ videmus observari. Alex. *consil. 115. Visa scriptura. n. 4. vers. sed posito. lib. 7.* Baldus *consil. 136. Proponitur. n. 2. lib. 2.* ubi quod experientia facit artem, & cognitio veritatis ex experimento sequitur, & *n. 3.* quod experimenta morborum multas nos medicinas invenire compellunt. Surd. *consil. 61. n. 36. & consil. 132. n. 23.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. E. concl. 648. per totam.* Marian. Anton. *var. resolut. lib. 2. resolut. 33. n. 10.* Lud. Rodol. phin. *var. quæst. lib. 2. quæst. 35. num. 24.* Robles de Salzedo *de repræs. lib. 3. cap. 17. num. 19.* Cancer. *var. part. 2. cap. 1. n. 74.* [Unde etiam sine experientia longa prudentia nunquam acquiritur, Menoch. *1. arb. quæst. cas. 427. num. 1.* quare etiam ea tempori præsertim senectuti tribuitur, Arist. *6. Ethicor.* hæc ex multarum rerum memoria constat, & in agendis rebus plurimum valet. Siquidem (ut ait Aristoteles *lib. 1. Meteor.*) experti certius, quod intendunt, consequuntur, quàm illi, qui rationem absque experientia tenent, quocirca scriptum est *Eccles. cap. 34.* Vir

in

in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum; qui autem non expertus, pauca recognoscet. Hinc Horatius:

Aut virtus nomen inane est,
Aut decus & pretium rectè feret experiens vir.

Et eleganter *Novell. 82. præfat.* ut Legum fundamenta præcedant, experimenta sequantur, requirit.]

CAP. XLV.

Expressum *vide Infra*

Tenor. Omissum.

Axioma I.

Expressio censetur facta ad auferendam dubitationem. *l. qui mutuam 56. in princ. ff. mandat. l. quæ dubitationis 81. de Reg. Jur.* Socin. *cons. 102. n. 11. lib. 3.* Cephal. *cons. 104. n. 14.* Ruin. *cons. 59. n. 17. lib. 3. & consil. 4. n. 7. lib. 4.* Decius *in d. l. quæ dubitationis. & in l. 2. §. creditum. col. pen. in fin. n. 19. ff. si cert. pet.* Durand. *de art. testand. tit. 2. caut. 11. n. 1.*

II.

Non solum illud quod verbis exprimitur, sed etiam, quod ex expressis sequitur, pro expresso haberi debet. *l. cum quod 3. ff. si cert. pet.* Bald. *in l. 1. col. fin. C. de his qui ant. apert. tab. testam.* Paris. *cons. 97. n. 107. vol. 1.* Roland. à Valle *cons. 27. n. 37. lib. 4. & in tract. de lucro dot. quæst. 25.* Cravett. *cons. 149. n. 11. & cons. 257. n. 6.* Et expressum dicitur, quod in necessarium consequens aut antecedens venit. *cap. cum olim. de censib.* Gl. & Dd. *in l. Prætor. in pr. in vers. expressum. ff. de nov. oper. nunc.* Ruin. *consil. 23. num. 10. lib. 5.* Cravett. *cons. 556. n. 4.* Menoch. *de arbitr. quæst. cons. 270. n. 28.* Farin. *1. cons. 28. in addit. tit. 6.*

III.

Expressum dicitur illud, quod verbis specialibus designatur. *cap. inquisit. 16. ubi gloss. de hæret. lib. 6. cap. Episcopus, 4. & ibi gloss. de præbend.* ubi enim expressio est facienda, fieri debet specificè, nec sufficit, si fiat per relationem adacta. Angel. *in l. 1. ff. de liber. & posthum.* Perus. *in cap. consuluit. col. 2. de appel.* Bertazol. *1. consult. decis. cons. 38. n. 4.* Quod verum intellige, quando expressio specialis requiritur pro forma, quia eo casu non sufficit expressio in genere: secus vero si pro forma non requiritur, quia tunc bene sufficit generalis. *l. sancimus 28. §. omnem 4. C. de admin. tut.* Bart. *in l. prætor. de oper. nov. nunc.* Felin. *in cap translato. col. 2. de constit.* Ludovic. Gomez. *ad §. sequ. Inst. de action. n. 6.* vid. Jac. Æmil. *cons. 11. decis. Pedem. 23. n. 42.*

IV.

Pro Expresso semper est habendum id, quod quis interrogatus verisimiliter respondisset. gloss. & Dd. *in tale pactum. §. ult. ff. de pact. l. Titius 25. §. Lucius 1. de liber. & posthum.* Bald. *in l. 1. num. 2. C. quæ res oblig. poss.* Socinus jun. *cons. 78. num. 31. vol. 3.* Gabr. Roman. *conclus. 10. lib. 6. de Reg. Jur.* Tiber. Decian. *respons. 44. num. 79. vol. 2.* Hartm. Pistor. *2. qu. 36. num. 22.* Philip. Matth. *3. cons. Marp. 24. num. 9. adde vol. 4. consil. 16. n. 94.* Jason. *in l. 3. C. de liber. præter.* Salicet. *in l. 1. C. quæ res pign.* paria enim sunt vel exprimere, vel verisimiliter voluisse. *l. cum res 47. in pr. vers. ubi testator voluit, vel est verisimile eum voluisse. de legat. 1.* Jas. *in l. Titius §. Lucius. num. 3. de lib. & posth.* Wesenb. *2. cons. 85. n. 42.* quod & de contractibus affirmant Decius *cons. 555. n. 6. & 7.* Wesenb. *2. cons. 51. n. 42.* Et vice versa; non est habendum pro expresso, quod quis interrogatus non fuisset expressurus. *l. 6. de pignoribus.*

V.

Expressum non dicitur illud, quod per sensum à contrario colligitur. *gloss. quam ad hoc notat Bald. in l. 2. verb. comparandum. C. de condit. insert. & in l. apud Antiquos. ad verb. conjunctum. C. de furt.* Tiraq. *in LL. connub.* laudatus à Wesenb. *1. cons. 43. n. 122.*

VI.

Expressa nocent, non expressa non nocent, *l. 52. ff. de condit. & demonstr. l. expressa. 195. de Reg. Jur. & ibi gloss.* Concennat. *qu. 7. n. 19. lib. 4.* Exemplum vide *in l. si quis 68. ff. de hered. Inst.* & apud Anton. Fabr. *in C. de pign. defin. 25.* add. Pantschm. *1. qu. 6. n. 29.* Laurent. Tennin. Rodolph. *cautel. 101. n. 5.*

VII.

Expressum dicitur, quod oculis legi potest. Put. *decis. 144. n. 2. lib. 1. l. 1. in princ.* ubi Bart. & alii *ff. de his quæ in test. delentur.* vel quod per scripturam apparet. Baldus *in cap. ult. col. 4. vers. quæro extr. de consuet.* Non enim tantum quod voce profertur, sed & quod per scripturam ad oculum apparet, expressum dicitur. Bald. *in l. sed si quis. §. quæsitum. col. 4. venio ad quæstionem si quis caut.* Consil. Argent. *1. cons. 2. n. 80.* quod tamen declarat Put. *decis. 184. n. 2. lib. 1.* ubi ait, quod expressum dicatur illud, quod resultat ex verbis scriptis de necessitate, & non ex persuasione, quem allegavit Far. *1. cons. 28. in addit. lit. b.*

VIII.

Expressum dicitur illud, quod solet semper opponi. Covar. *1. var. resolut. 15. n. 9.* Farin. *d. cons. 28. in addit. lit. b.* consueta enim adjici conventionibus pro expressis haberi dicuntur. *l quod si nolit 31. §. quia assidua 20. ff. de ædil. edict. l. ult. C. de fidejuss. cap. quod transactionem. de offic. leg. c. cum M.* ubi Abb. Bald. Imol. Felin. & alii *de const.* idem Felin. *in cap. ex literis. col. 5. de fid. instrum.* Jason. post alios *in l. certi condictio. §. si nummos ff. si cert. pet. n. 24.* Soc. *cons. 101. vol. 3. t.*

IX.

EXPRESSI, & taciti licet per viam regulæ idem sit judicium, ut infra probabimus sub verbo *Taciti & expressi*; ubi tamen requiritur expressum, non sufficit tacitum, neque præsumptum, *c. 2. de præbend. cap. fin. de procurat. in 6.* Federic. de Senis *cons. 233. col. 2. vers. sed ubi requiritur.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. E. conclus. 654. per totam.* Cabed. *Lusitan. decis. 12. part. 2.* Valasc. *de partit. c. 14. n. 18.* [Unde regulam non procedere, quando tacitum est inductum ex præsumptione Legis; affirmant Bald. *in l. cent. col. pen. ff. de vulg. & pup. & ibi* Bart. *in col. 2.* vel ubi non est eadem ratio, ut patet *in l. major. 23. C. de pign. junct. l. si tibi 7. §. de pignore 2. & ibi gloss.* & Jas. *ff. de*

pact. cap. 1. de juram. calum. in 6. & l. 2. C. eod. tit. Lud. Gom. *ad §. fuerat. Inst. de act. n. 22.*]

X.

EXPRESSI major est vis, quàm taciti, *l. nonnunquàm. ff. de condit. & demonstr. l. expressa nocent.* ubi Decius *num. 5. de Regulis Juris. l. precibus. C. de impub. & aliis.* Oldrad. *cons. 126. num. 8. vers. tertio*, ubi quod expressa conditio apposita magis suspendit dispositionem, quàm conditio tacita quæ subintelligitur, Calderin. *cons. 221. num. 2. vers. ad idem facit stylus, aliàs 1. de cleric. non resid.* ubi quòd operatur saltem majorem declarationem expressio ejus, quod tacitè inerat. Surdus *cons. 10. n. 24. & cons. 310. n. 14.* Pichardus *ad §. 1. n. 9. Instit. de vulg. substit.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. E. concl. 655.* Sigism. Scacc. *de appell. q. 12. n. 87.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 39. n. 39.* Alphonsus Narbona *l. 14. gloss. 4. num. 7. tit. 2. lib. 6. Recop.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. tom. 4. cap. 699. n. 14. & 15.* Johan. Anton. Mangil. *de imputat. quæst. 116. n. 59.* Et expressum ubi requiritur, non sufficit tacitum. Cancer. *var. p. 2. c. 1. n. 76.*

[Declara hanc regulam, quod procedat, quotiens expressum est absolutum: nam quando expressum limitatum, major sæpe taciti vis est quam expressi, exempla sunt *in §. 8. & in §. 10. Instit. de Hæred. instit.*]

XI.

EXPRESSUM facit cessare tacitum. *l. cum ex filio 39. §. filio impubere 1. ff. de vulgari & pupillar. substitut. l. maritus 21. Cod. de procuratoribus.*

[Declara hanc regulam veram, cùm in casu faciliore minusque dubio aliquid expressè disponitur; tum enim id in casu difficiliore magisque dubio negari videtur. *arg. l. 7. §. 10. de min. 18. de testib. add. concl. 89. n. 9.* Cravett. *cons. 92. n. 3.* Riminaldus jun. *cons. 330. num. 5. lib. 3.* Francisc. Becc. *cons. 39. num. 24.* ubi etiam quod stipulatio dotis restituendæ facit cessare tacitam, & *num. 24. in fin.* quòd non sumitur argumentum à tacito, vel præsumpto ad destructionem expressi, sed bene è contrà. Decius *cons. 34. num. 98. cum seqq.* maximè *num. 101. lib. 3.* Ubi ampliat, etiamsi expressum colligatur ex præcedentibus & sequentibus, Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 13. §. 1. num. 5.* Surdus *cons. 157. n. 22.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. quæst. 15. num. 49.* Armend. *in proœm. addit. ad recop. leg. Navarræ. num. 13.* [ratio, qvia est mens scribentium, ut unum expri mendo, alterum verò tacendo vel omittendo, omissum pro expresso nunquam habere velint. Tiraquell. *in repet. l. si unquam. verb. libertis. n. 3. C. de revoc. donat.* Besold. *cons. 282. num. 13.*] Card. Tusch. *tom. 3. lit. E. concl. 656. per totam.* ubi *num. 20.* post Boër. *decis. 332.* limitat in expressa hypotheca dotis inducta à partibus, quia facit cessare tacitam inductam à lege, secundum communem, maximè ubi tacita dignior est. Duran. *Rotæ decis. 338. num. 27.* Et sic limitatur Axioma, quando provisio diversos respicit casus, quia expressum circa unum non tollet tacitum circa aliud. Bellon. *cons. 22. num. 3.* Surd. *cons. 198. num. 24.* ubi *num. 25.* limitat etiam, quando expressum & tacitum ad diversum tendunt finem, & effectum, quia tunc expressum non facit cessare tacitum, Alphons. Narbona *l. 20. gl. 2. num. 66. cum seqq. tit. 1. lib. 4. recop.*

XII.

EXPRESSUM dicitur, quod sub expresso continetur, Paris. *consil. 66. num. 62. vol. 2.* Cravett. *cons. 149. num. 11.* Roland. *cons. 27. num. 34. vol. 4.* Franc. Becc. *cons. 14. num. 15. vol. 1.* Menoch. *consil. 14. num. 15. & de arb. cas. 276. num. 2. cum seqq.* vel ex expresso infertur. *l. Prætor ait. §. 1.* ubi gloss. *verb. expressum. ff. de novi oper. nunciat.* Rebuff. *in praxi benefic. pag. 1. tit. forma vicariatus. n. 57. & 59.* Dionysius Paul. *de vera quatuor Patriarchal. sedium erect. cap. 5. n. 1.* Et ideò tantum quod sequitur ab expresso, dicitur expressum, *l. si ita 8. §. qui filio 1. ff. de bon. poss. secund. tab.* Bald. *in l. fin. n. 9. C. de hered. inst. & in l. 1. n. 10. C. de iis qui ante apert. tabb.*

XIII.

EXPRESSUM dicitur, quod ex natura verborum inducitur, Bart. *in l. si fidejussor. §. meminisse. ff. de legat. 1. vid. l. 6. si cert. pet. l. 74. §. 1. de V. O.* Ruin. *consil. 148. sub num. 6. vol. 3. & consil. 159. num. 8. cum seq. eod. vol.* Paris. *cons. 97. n. 107. vol. 1.* Octav. Glorit. *resp. 1. p. 3. num. 257. & resp. 9. n. 5.* Expressum enim omne id creditur, quòd verborum natura fert, & ex ipsis verbis percipitur. *l. Gallus 29. §. 1.* ibi: *quod ex verbis concipi,* ibique Bart. & Ruin. *col. 2. in fin. ff. de liber. & posthum. l. Prætor. 20. §. 1. junct. gloss. in verb. expressum. ff. de novi oper. nunciat.* Curt. sen. *consil. 49. num. 45. & num. 65.* Harprecht. *in comment. ad princ. Instit. de nupt. num. 184.*] Et quod ex generalitate verborum continetur, *l. Lucius 45. ff. de vulg. substit. gl. verb. specialiter. in l. ult. C. quod cum eo, secundum primam opin.* Bartol. *in l. Prætor*

ait.

ait. in princ. n. 1. ff. de novi oper. nunciat. & in l. 1. col. 2. vers. ad quod sciendum. ff. de vulgar. & pupill. Curtius jun. *in rubr. C. de collat. col. 3. num. 9.* ubi communem regulam appellat, Brunor. à Sole *in locis communibus, verb. expressum 4.* Rendin. *in promtuario recept. sent. tom. 100. num. 15.* Menoch. *consil. 331. num. 24.* ubi limitat, quando requiritur aliquid expresse, vel specialiter fieri in aliqua dispositione correctoria Juris communis. Flamin. *de resignat. beneficior. lib. 6. quæst. 2. num. 54. & lib. 8. quæst. 10. num. 23.* Anton. Menoch. *Lucens. decis. 62. num. 13. & Florent. decis. 69. n. 17.* Flores de Mena *var. lib. 3. quæst. 21. num. 26.*

XIV.

EXPRESSUM dicitur, quod continetur ex vi verborum, [quæ id important. Angel. *cons. 17. col. pen. & consil. 331. num. fin.*] Flamin. *d. quæst. 2. n. 55.* Joseph. Sesse *Arragon. decis. 65. n. 29. & decis. 113. n. 170.* Flores de Mena *d. quæst. 21. n. 26.* Mendez à Castro *in praxi Lusitan. lib. 3. cap. 11. num. 8.* Ferrer. *in Constitut. Catalon. gloss. 4. num. 52.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. tom. 4. cap. 698. n. 9.* & ampliat *n. 10.* etiamsi expressio pro forma requireretur. Vincent. Fusar. *de substit. quæst. 736. n. 5.* & ideò nihil refert, an aliquid expressis, vel æquipollentibus verbis exprimatur, ubi verba illud significant. *l. qui totam 45. ff. ad Trebell. l. fin. C. ad Legem Falcid.* Boër. *decis. 44. num. 33.* Paris. *cons. 21. num. 35. vol. 3.* Ruin. *cons. 47. n. 18. vol. 2.* Card. Mantic. *de conject. ultim. vol. lib. 7. tit. 11. num. 6. & 7.* Mascard. *de probat. conclus. 1389. num. 4.* Menoch. *cons. 374. num. 4. & de præsumpt. lib. 4. præs. 198. num. 10. cum seqq.* Petr. *de fideicommiss. quæst. 15. num. 190.* Joseph. Sesse *d. decis. 113. num. 170. & decis. 189. n. 52.*

XV.

EXPRESSUM censetur propriè & totaliter, quod per relationem exprimitur. [*l. Prætor ait 5. §. si judex 1. l. in summa 59. §. 1. ff. de re jud. l. si ita scripsero 38. ff. de condict. & demonstrat.* Aym. Cravett. *de antiq. tempor. part. 1. sect. quæritur etiam in hac materia. num. 22. decis. Pedem. 128. num. 2.* Farin. *1. cons. 93. num. 3.*] Joseph. de Sesse *Arragon. decis. 202. num. 31.* Anton. Menoch. *Lucensi decis. 33. num. 10.* Anell. Amat. *cons. 68. num. 1.* [Paria enim sunt specifice aliquid exprimere & per relationem ad aliud. *l. asse toto 77. ff. hered. instit. d. l. si ita scripsero. ff. de condict. & demonstr. l. fin. Cod. de fals. caus. adject.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 8. num. 10.* vid. & Mynsing. *observat. 86. & 6. obs. 81. num. 8.* Gail. *1. obs. 82. num. 26.* Unde est, quod docuit Bartolus *in l. qui liberis. §. hæc verba. in fin. ff. de pupill. substit.* quod persona, quæ nominatim atque ita singulariter exprimi debet, si per relationem demonstretur, nominatim expressa dicatur, & hunc secutus Alex. *in l. fin. C. de hered. instit. & ibi* Jason. *num. 12.* Ruin. *cons. 29. n. 4. vol. 2.* Hinc etiam post alios respondit Paris. *consil. 9. num. 18. volum. 3.* quod, quando lex requirit specialem expressionem, sufficiat expressio per relationem ad aliud. Vult. *3. consil. Marp. 21. num. 193. Osasc. decis. Pedem. 128. n. 1.*]

XVI.

EXPRESSUM dicitur, quod subintelligitur à Jure. *l. licet Imperator 74. ff. de leg. 1. l. 1. Cod. de testam. mil.* Tiraquell. *in l. si unquam. verb. donatione largitus. num. 158. C. de revoc. donat.* Puteus *decis. 184. n. 2. lib. 1.*

XVII.

EXPRESSUM dicitur, quod ex mente & conjecturis necessariò colligitur [*l. licet Imperator 74. de legat. 1. l. si quis locuples 57. ff. de manumiss. testam.* Matth. de Afflict. *decis. 44. num. 18.* Fichard. *1. cons. 47. num. 15.* Nevizan. *cons. 2. num. 40.* Menoch. *1. de præsumpt. quæst. 45. per tot.* Farinac. *1. consil. 28. in addit. lit. b.*] Surdus *decis. 254. num. 37.* Gam. *Lusitan. decis. 51. n. 8.* Flores de Mena *var. lib. 2. quæst. 21. num. 26.* Francisc. Molin. *de ritu nuptiar. lib. 3. quæst. 36. n. 19.* Gald. Pereira *de emption. cap. 9. num. 8. & 12. consil. 74. num. 9. 10. & 17.*

XVIII.

EXPRESSUM censetur, quod virtualiter inest. Joseph. Sesse *Arragon decis. 201. n. 31.* Anton. Monach. *Lucens. decis. 33. num. 10.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. tom. 4. cap. 916. num. 38. & cap. 957. n. 25.* ubi idem dicit in eo, quod ex natura actus venit, & quod in necessarium antecedens expressi venit. Andreas Gail. *lib. 2. observat. 2. num. 2. & 4.* Stephan. Gratian. *dict. tom. 5. cap. 855. n. 14.*

XIX.

EXPRESSUM dicitur, quod sub ratione comprehenditur, *l. quæsitum scio 13. ff. de testib. l. si postulaverit 27. §. sed si negaverit 13. ff. de adult.* Tiraquell. *in l. si unquam. verb. susceperit liberos. num. 37. C. de revocand. donat.* Molin. *de primogenit. lib. 1. cap. 5. num. 11. & 12.* Gutier. *pract. lib. 3. quæst. 17. num. 82.* Rot. *decis. 10. num. 3.*

apud Farinac. p. 1. recent. Vel ex eâdem ratione deducitur. Surdus *decis. 254. n. 40. & decis. 255. num. 23.* Cald. Pereira *dict. resolut. Emphyteut. cap. 2. n. 20. & 21.*

XX.

Expressum non dicitur quod venit in consequentiam. *l. sicut certi, vbi Aret. C. de testam. milit. Gem. in can. humanum genus. dist. 1.* præsertim ubi potest consequentia portare fallaciam, *Alciat. cons. 202.* quod enim lex non exprimit, nec nos exprimere debemus. *l. si verò. §. de viro. ff. sol. matrim.*

XXI.

EXPRESSO vitiato vitiatur etiam tacitum in eo comprehensum. *l. 3. §. fin. in fin. ff. de servit. rustic. præd. l. cum unus 12. §. planè 1. ff. de bonis auct. Judic. possid. l. fin. ff. de constit. pecun.* cum aliis citatis ab Antonio Gomez. *var. 2. cap. 3. n. 29.* non tamen vitiatur tacitum æquè principale. *l. si cui 49. §. 16. de legat. 1.* [*& ibi* Bartol. Fachin. *4. contr. 66.* licut nec vitiatur, si tacitum aliunde convalescere possit. Alciat. *in l. si pupillus. ff. de V. O.* vel quando non est eadem ratio vitiandi, Bart. *in l. 1. §. 1. ff. quib. mod. pign. solv.* vid. Everhard. *in loc. top. loc. ab expresso per tot.*]

XXII.

EXPRESSIO ejus, quod tacitè inest, nihil operatur, & non dat novam formam, nec facit actum conditionalem, *l. conditiones quæ extrinsecus 99. ubi gloss. ult. de cond. & demonstr.* [*l. 3. ff. de legat. 1. l. non rectè 3. C. de fidejuss.* Alexand. *cons. 30. Viso themate. col. 2. vers. nec adhuc obstat.* Ruin. *consil. 169. num. 15. vol. 1.* Paris. *consil. 110. num. 47. lib. 1.* Phil. Matth. *1. consil. Marpurg. 21. num. 7.* Rauchbar. *1. quæst. 2. num. 1.* Cujacius *lib. 14. respons. Paul. in l. 14. §. 1. de usur.*] Hartm. Pistor. *quæst. 2. 3. num. 32.* Castrens. *consil. 338. Ad primum. num. 1. lib. 2.* Anchar. *consil. 147. Super alia. num. 4.* ubi quòd id, quod tacitè inest, neque faciat actum conditionalem, si exprimatur, neque alteret dispositionem, & *consil. 404. Tria dubia. num. 7.* Federic. de Senis *consil. 163. num. 2. vers. nec obstat.* ubi quod expressio ejus, quod tacitè inest, non dat novam formam, nec facit conditionem, Alexand. *consil. 33. num. 5. lib. 1. & cons. 22. Viso titulo. n. 18. vers. quia respondetur. lib. 5.* ubi intelligit, si illud, quod tacitè inest, exprimatur, eo modo, quo inest, quia tunc nihil operatur; secus verò, si exprimatur alio modo quàm inest. Declarant aliis modis, Riminald. jun. *consil. 282. num. 103. & 104. lib. 3.* Tiber. Decianus *consil. 4. num. 24. & 25.* Cardinal. Tusch. *tom. 3. lit. E. conclus. 657. per totam.* Alphonsus Narbona *l. 82 gloss. 2. num. 17. tit. 5. lib. 2. Recop.* Anell. Amat. *consil. 8. num. 22.* Robles de Salzedo *de repræs. lib. 3. cap. 9. num. 5. & cap. 10. num. 8.* ubi *num. 24.* intelligit, quando expressio aliquid operari nequit, & daretur superfluitas, alioquin contrarium esset dicendum, & *n. 28.* etiam intelligit, quando, quod exprimitur, inest ex necessitate, & *num. 29.* pariter intelligit, nisi alio modo exprimatur, quàm quo tacitè inest, & *num. 22.* dicit, quod expressio illius, quod tacitè inest, superflua non est, cùm exprimitur id, quod prius erat tacitum, & *num. 23.* quòd expressio illius, quod tacitè inest, toleratur ad tollendam dubitationem. *l. 56. mandati.* Canc. *variar. resolut. part. 1. in respons. Juris, num. 54. pag. 425.* [Add. & Aretin. *in l. 3. col. 4. vers. tu enim dic verius. ff. de ligat. 1* ubi declarat, quod expressio eorum, quæ tacitè inerant, si fiat per viam separatæ & principalis dispositionis, hoc operetur, ut valeat etiam in illis, in quibus aliàs tacitum valere non potuisset, usque adeò, ut nullus casus excipiatur, quem secutus Crotus *in l. qui Romæ duo fratres. n. 34. vers. sæpius dubitari de veritate illius dicti ff. de verb. obligat.* idem voluerunt Bartol. *in l. diem proferre. §. statim. ff. de recept. arbitr.* & Abb. *in cap. cum dilecta. extr. de rescript.* Cravett. *cons. 181. num. 9.* Fulgos. *consil. 61.* allegatus à Phil. Matth. *d. cons. 21. n. 28.*]

CAP. XLVI.

De Expromissore.

Axioma I.

Expromissor dicitur, qui se principalirer obligat pro eo, qui non poterat efficaciter obligari. Schneidew. *in Inst. de Fidejuss. n. 4 seq.* ut pro servo adversus dominum, qui domino se obligare non potest ideoque nec fidejussorem dare: at expromissorem rectè dat, qui suo loco promittit. vid. *l. & eleganter 7. §. 8. de dol. mal* ubi etiam reus pactionis vocatur. Strauch. *Diss. ad Jus Justin. 14. th. 13. in fin.*

II.

Expromissio est susceptio nominis alieni per novationem in expromissorem translati *l. ult. ff. ad SCtum Maced. l. si mulier. 22. ff. ad SCtum Vellej.* adeoque videmus etiam efficaciter obligato substitui expromissorem posse. vid. *l. 4. ff. de Condict. caus. dat.* ut expromissor totam obligationem in se susciplat, quasi alienæ obligationis vicarius. Franc. Connan. *Comment. Jur. Civil. Lib. 6. cap. 6. n. 2.*

Extemporalitas *vid. Infra* Festinatio.

CAP.

CAP. XLVII.
De Extensione conf. *Restrictio.*

Axioma I.

Quoties ratio legis generalior est verbis, toties ad casus similes extendi potest.

Ratio: quia non omnes casus possunt ob multitudinem negotiorum gestorum Legibus comprehendi *l. 12. & 13. ff. de LL.*

Exemplum est *in l. 32. ff. ad L. Aquil.* Ita ex ratione *L. 1. §. 5. ff. de postul.* ob quam fœminæ pro aliis postulare prohibentur, colligitur, fœminas nutrices pro aliis postulare posse *l. 5. ff. eod.*

Limita: ut non procedat (1.) in jure singulari *l. 14. ff. de LL.* (2.) in materiâ favorabili.

II.

Nulla interpretatio tam latè producenda est, ut captiosam libertatem inducat. *l. 5. ff. de transact.* Nec ulli Extensioni locus est, ubi non eadem, sed minor subest ratio, etiamsi versemur in materia latè alioqui interpretanda. *l. Julia 44. §. 6. ff. de ritu nuptiar.* Hartm. Pistor. *2. quæst. 29. n. 19.* ratio, quia tota materia extensionis fundatur in rationis identitate, qua cessante cessat & extensio. Cravett. *consil. 17. incip. quæritur an nobilis. num. 2.* Hartm. Pistor. *d. loc.* maximè autem repudiantur interpretationes extensivæ in judiciis summariis per notata Decii *conf. 424. in fin.* Rolandus à Valle *3. consil. 3. num. 40. & seqq.* Unde quando lex deficit, & nos omissum habere, nec supplere debemus sine autoritatibus. Atque utinam eadem omnibus in omnibus religio esset, Nihil enim juris subversioni aut internecioni magis comparatum, atque Legum extensiones ad casus omissos, quæ tam familiares & frequentes sunt Juris Doctoribus. Ranchin. *de succes. ab intest. §. 13. num. 18.* Sic non licet nobis interpretationibus nostris stultis maximè ea, quæ sunt de solennibus, extendere vel amplificare, Cujac. *in recit. ad tit. Cod. de testam.* Quod enim Lex omisit, habetur pro omisso, nec suppletur commentationibus nostris vel argumentationibus. idem *ad l. 1. & seq. C. de collat. circ. fin.* cum nostrûm non sit leges extendere. Bart. *in l. 1. §. 1. ff. de bon. damnat. per l. si vero. pen. ff. solut. matrim.* vel, ut Baldus ait, extendere scripturas, *ad c. naturale. 2. Feud. 26.* quemadmodum nec interpretis est tacita pacta constituere vel fingere. Bachovius *2. disp. 28. thes. 5. lit. C. p. 944.* Vid. Mantic. *lib. 6. de conject. ult. volunt. tit. 15. n. 6.* nec Lex præscripta ultra suos terminos & circumstantias extendenda. *l. 32. de pact. l. 12. qui & à quib. man.* Hott. *q. illustr. 13.*

III.

Extensionem omnem vitiat expressio specialis. *l. commodissimè 10. ff. de liber. & posthum. l. si eum dotem 22. in princ. ff. solut. matrim. l. 4. ff. de vulg. substitut.* Carpzov. *part. 3. jurisprud. forens. constit. 8. definit. 18. n. 2. & constit. 25. def. 28. n. 6.*

IV.

Extensio in exorbitantibus jure communi non est licita. *cap. quia jure 28. de Reg. Jur. in 6. l. quod verò 14. ff. de Legib. l. si verò 64. §. de viro. ff. solut. matrim.* Rauchbar. *p. 1. quæst. 35.* Carpzov. *p. 2. jurispr. forens. const. 14. defin. 50. n. 6.* Laurent. Tennin. *in tract. Cautel. cautel. 6 num. 6.* Ubi ampliat, etiamsi rationis identitas istud suadere videatur, *per d. cap. quam à jure. cum sua sing. gloss. & aliis textib. quos allegat Everhard. in Topic. in loc. à rat. legum. num. 41.* præcisè illud verum declarans, quando extensio fieret de persona ad personas, etiamsi major ratio interveniat, idem Everhard. *d. loc. num. 44.* quod tamen non procedere limitat, cum majoritas rationis insurgeret ex vi regulæ. *l. non debet 21. ff. de Reg. Juris. & cap. cui licet 54. eod. in 6.* Hinc est, quod extensio in pœnis non fit, sed semper accipitur, quod tutius est. *l. pen. ff. de pœn.* quia odiosa sunt. Baldus *in l. cum proponas. circ. fin. C. de hered. instit.* Dec. Cagnol. *in l. factum. §. in pœnalib. ff. de Reg. Jur.* Afflict. *decis. 21. num. 5. vers. item quia stat. & decis. ult. num. 17.* ubi etiam ait, id per rationis majoritatem non admitti. (quamvis *in rubr. extr. de jud. sub num. 22.* contrarium communius esse dicat) Natta *cons. 339. num. 6.* Roland. à Valle *cons. 27. num. 19. vol. 1. & cons. 74. num. 18. vol. 1.* ratio, quia in hisce ut odiosis, ubi lex pedem supra aliquibus figit, ulterius procedere non debemus, cum odia debeant restringi. *cap. odia extr. de R. J. facit huc text. in l. & si quis 14. §. Divus autem Marcus 14. de religios.* ubi licet heres delinquat prohibendo testatorem ab eo funerari, quem testator elegerat, ideò tamen non ponitur; ratio, quia pœna in heredem non est statuta, sicut allegat Bald. *in l. 3. in pr. C. de Episc. & Cler.*

Amplia, quod & hæc regula procedat in contractibus, in quibus fit extensio de uno casu ad alium. *l. quicquid adstringendæ 99. de V. O. l. si cum dotem 22. solut. matrim.* Alex. *consil. 296. Quæritur. lib. 2.* Pantschm. *1. quæst. 12. num. 15.*

Limita, nisi id fiat jure permittente. Bocer. *in Comm. ad tit. Inst. de suspect. tut. n. 24.* Unde etiam in odiosis & pœnalibus fieri extensionem ad æquiparata patet *l. si quis serv. 20.* ubi gloss. & Bartol. *C. de furt. l. ut tantum 14. §. 1. ff. de serv. corrupt.* Jason. *in l. si arrogator. col. antepenult. vers. sed redeundo ad principalem quæstionem. ff. de adoption. l. 1. ff. de legat. 1. in Auth. quas actiones. col. 5. & 7. Cod. de SS. Eccles. & in l. transigere. num. 15. C. de transact. & in §. ex maleficiis. num. 32. Instit. de Action.* Decian. *in l. causam quæ. n. 32. ff. de judic.* Imò & in correctoriis fieri extensionem posse ratione peccati evitandi, ait Alex. *in l. Sempronius. §. præterea. col. 2. in fin. ff. de acquir. poss.* & post eum Robert. Marant. *quæst. leg. disp. 9. n. 15.* ad casum similem, quando unica tantum ratio assignari possit, post gloss. *in l. quamvis. C. de fideicom.* probarunt Jason. *in §. omnium. Instit. de action. col. 7.* Alexand. *cons. 98. col. 2. volum. 1.* ratione potissima ea, quod ubicunque militat eadem ratio, nunquam prohibeatur extensio dato quod major sit in uno quam alio. *text. notab. in l. 1. §. quod autem 3. ff. de aleat.* Ludovic. Gomez. *ad §.*

rursus. num. 18. Inst. de action. Sic & in correctoriis eam licitam esse, quando res ad pristinum statum & naturam revertitur, ex gloss. sing. *in cap. statum. in verb. nunc. eandem. de præbend. in 6.* Alexand. *in d. l. si constante. ff. solut. matrim. num. 5.* notavit Gail. 2. *observat. 35. num. 6.* Propterea quotiescunque principaliter tractatur de favore publico, etiam in dispositione prohibitiva pœnali, toties extensio ob identitatem rationis maximè in correlativis locum habebit. Baptist. de S. Blas. *in tract. de Correlat. n. 18. vers. quinquagesima facit.* Farin. 1. *Cons. crim. 85. n. 72.*

V.

Quod extenditur, non mutat esse suum. *l. sed si manente 5. ff. de procur.* Niconit. *in repet. rubr. solut. matrim. n. 88.* Bertazol. *lib. 1. consult. decis. cons. 63. n. 12.*

VI.

Extensio de persona ad personam fieri non debet, Cephal. *cons. 2. n. 22.* etiam in casu, quo aliàs de jure constitutio seu statutum extendi posset. Tiraquell. *de ll. connubial. gloss. 5. n. 195. & de revoc. donat. in verb. libertis. n. 28.* Alban. *cons. 74. n. 2.* Cephal. *cons. 147. n. 22. lib. 1. decis. Pedemont. 23. num. 48.* Farin. 1. *cons. 64. n. 5.* Rolandus à Valle *cons. 56. num. 24. lib. 3.* Unde Extensio de persona ad personam difficilior est quàm de tempore ad tempus, juxta notata Aret. *in l. Gallus. §. & quod si tantum. col. 3. ff. de liber. & posthum.* Vult. 2. *cons. Marp. 31. n. 20.* sicut etiam difficilius admittitur ea, quam extensio ad actus aut ad res. *l. si ita 16. §. pen. ff. de testam. tut.* Aretin. & Dd. *in d. l. Gallus.* Decian. *cons. 12. n. 44. vol. 1.* Francisc. Viv. *decis. 503. n. 11.* ubi ait, quod licet dispositio facta in uno casu aliquando extendatur ad alium, tamen extensio de persona aliquo modo non admittitur, adeò ut ad faciendam extensionem à persona ad personam non procedat argumentum, etiamsi in persona alia non expressa eadem militet ratio, & disponens de extensione fuisset interrogatus, quod verisimiliter eam permisisset; quomodo hoc ampliant Ruin. *cons. 74. n. 12. vol. 1.* Hyppolit. *sing. 499.* Paris. *cons. 20. n. 18. & cons. 63. num. 12. & cons. 66. num. 5. vol. 3.* Jason. *cons. 220. col. 4. & cons. 228. col. 2. vol. 2.* Decius *cons. 211. num. 5. & cons. 218. n. 9. & cons. 314. n. 5.* Mandell. *cons. 74. n. 2.* Natta *cons. 479. num. 6.* & post illos Decianus *cons. 16. n. 47. vol. 4.* Bursat. *cons. 51. n. 30. & seq. vol. 1.* comma *decis. Lusit. 369. n. 4.* maximè si extensioni verborum & sermonis proprietas repugnet, ac proinde extensio aliàs etiam in casu extensibili permissa non admittatur, per tradita à Menoch. *cons. 97. n. 22. vol. 1.*

VII.

In extensionum materia periculosum est aliquid firmare. Joh. Baptist. de S. Sever. *in repet. l. omnes populi. ff. de just. & jur. pag. 34.* Brun. *in tract. de statu fœm. & cogn. lin. à succes. excl. art. 8. quæst. 19. col. pen.* Paris. *consil. 47. num. 93.* decisiones enim in terminis sunt securiores. Brun. *loc. præalleg. & art. 6. membr. 3. quæst. 3. col. 2. n. 112.* Nevizan. *in sylv. nupt. lib. 5. num. 72. col. 3.* maximè temporibus istis, quibus non creditur Legibus & rationibus, sed decisionibus, ut inquit Curtius jun. *cons. 119. n. 6.* vid. Rub. *cons. 11. num. 24. & cons. 46. n. 4.*

CAP. XLVIII.

Extinctum.

Axioma I.

EXTINCTUM semel, amplius non reviviscit. [*l. Etiamsi 3. §. si capitis 9. vers. etiamsi. ff. de bon. libert. l. sed si meis 26. §. arbor. 2. ff. de acquirend. domin. l. in tantum 6. §. sacræ 3. vers. Semel. ff. de rer. divis. l. inter stipulantem 83. §. sacram 5. ff. de verb. obligat.* Bocer. *de invest. feud. cap. 5. num. 73.* Add. David. Loc. *ad §. si servus 6. tit. de nox. act. lit. B.*] Petrus de Anchar. *cons. 38. Mortua. num. 7. & consil. 404. num. 13.* ubi extendit maximè, quando extinctio fit ex voluntate ejus, qui privatur, secus ex necessitate. Decius *cons. 477.* Decianus *cons. 86. num. 41.* ubi agit de substitutione semel extincta, quia non reviviscit. Bellam. *cons. 34.* ubi de collatione nulla & extincta, quia non reviviscit. Socinus sen. *cons. 91. num. 10. lib. 4.* ubi quod obligatio semel extincta non reviviscit. Cravett. *cons. 322. num. 3.* latè Cardinalis Tusch. *tom. 3. lit. E. conclus. 676. per totam.* Vide supr. *lib. 1. cap. 16. Axiom. 4.*

CAP. XLIX.

Extraordinarium.

Axioma I.

Extraordinarium remedium cessat, quandocunque ordinarium locum habet, *l. 98. ff. solut. matr. l. 32. de damn. infect. vide infr. lit. O. cap. Ordinarium.* & *lit. R. cap. Remedium.*

Limita: nisi extraordinarium esset pinguius, Ita minori læso datur contra sententiam restitutio, licet ipsi etiam appellatio competat. Brunnem. *ad l. 5. C. si adversus rem judic. in fin.* (2.) si remedium ordinarium competat contra tertium & ille sit inops *l. 6. ff. de dol. mal.* (3.) si probabiliter dubitetur, an aliud remedium competat. *l. 7. §. 3. eod.* (4.) actio extraordinaria de dolo datur, si ordinaria actio æque sit famosa *arg. l. 1. §. 4. ff. l. 1. C. de dol. l. 59. §. 1. ff. mand.* Bach. ad Treutl. *Vol. 1. disp. XI. th. 6. lit. E.*

II.

Ex munere extraordinario potest fieri ordinarium. Brunnem. *ad l. 1. C. de Indiction.*

III.

Princeps non nisi urgente publicâ & summâ necessitate extraordinariam collationem subditis imponere, sed potiùs bona patrimonialia in feudum dare debet. Perez. *C. de superindict. n. 1. seqq.*

CAP. L.
Extrema.

Axioma I.

Extremum sapit naturam mediorum, quibus illud includitur. *l. arbor 19. in princ. ff. commun. dividund. l. si vero 5. §. quod si qui dejecer. ex mediano ff.* Everhard. à Mittelb. *in Topic. loc. 117. ab Extremis, n. 2. & 7.* Consil. Argent. 1. *conf. 28. n. 5. v. infr.* de medio *axiom. 5.*

II.

Sublato medio, sine quo ad extremum perveniri non potest, & ipsum extremum sublatum censetur, *infr. lit. M. cap. Medium.*

III.

Qualia extrema, talia & media præsumuntur. *cap. inter dilectos 6.* ubi Anton. de Butr. Abb. & Felin. *de fid. instrum. cap. accedens. ubi gloss. de conjug.* Bald. & Modern. *in l. talis. per illum text. ff. de legat. 1.* Regn. Sixt. 2. *conf. Marp. 8. num. 36.* per exteriora enim præsumuntur interiora, præsertim in causa testandi. Cyn. & ibidem Apostill. & Socinus *num. 1. ad l. 14. C. de testament. & ibi* Johann. Dauth. *num. 4.* Gœdd. *3. conf. Marpurg. 28. num. 35. gloss. in cap. ex studiis. de præsumpt. & in l. is qui. in fin. de tutel. dat. & in cap. legimus. post princ. distinct. 93.* Vultejus *lib. 2. consil. Marpurg. 15. n. 49.*

Limita hanc regulam, quando medium esset de solennitate & forma, vel si medium cum extremis non ita conjungeretur, ut inferret consequentiam necessariam & verisimilem. vid. W. Anton. *tit. 7. de rescript. morat. conclus. 22. n. 47.*

IV.

Extremum principale à quo trahit ad se extremum ad quod, & per consequens medium. *l. 3. §. si quis cum minore 1. & §. diu. 2. ff. de minor. l. 1. §. 2. ff. si quis jus dicenti non obtemp. l. 18. §. Sabini ff. de damn. infect.* Menoch. 1. *arb. judic. quæst. 37. num. 29.* Ubi procedere, cum principium est cum fine connexum ob actus perfectionem, exemplo monstrat Menoch. *de recup. poss. remed. 15. num. 126. eod.* si minor hereditatem adivit, & factus major debitores hereditarios exigendo aditionem confirmavit; adhuc tamen restitui poterit, si intelligamus aditionem ipsam jam perfectam in ætate minore fuisse, quo sit, ut is exactionis actus nihil tribuat ac detrahat ipsi aditioni jam perfectæ, utpote in qua initium, non finis spectetur. Vid. Grat. *respons. 116. num. 19. lib. 2.* secus enim est, cùm adhuc perfectus actus non sit omninò, qui, si postmodum perficiatur, tempore ætatis majoris non principium, sed finis inspici solet. Unde, quando minoris res alienatur, si factus major pretium petat, id agit, ut magis magisque venditionem censeatur perfeciſſe, adeò ut difficulter per restitutionis remedium possit ei subveniri. Vid. Cujac. *d. l. 3. §. scio. ff. de minor.* Everh. *in loc. Top. loc. ult. à virtute finis. num. 8.*

V.

Extrema præsumuntur habilia, quoties de aliquo quæritur. *l. si quæramus 4. ff. qui testam. fac. poss. cap. 1. de ætat. & qualit. & ordin. præficiend.* Ludov. Gomez. *ad §. sed iste. Inst. de act. num. 12.*

VI.

Duo Extrema in possessione sunt probanda, *l. 1. §. rectissimè 34. ibique* Bartol. & Alber. de Rosate *ff. de vi & vi arm. c. consultationib. 10. de off. deleg.* ubi Pontifex statuit, quod in remediis interdictorum recuperandæ agenti duo maximè incumbant probanda, nimirum quod tempore, quo se spoliatum conqueritur, possederit, & quod eâ possessione dejectus sit, post Philipp. Corn. *conf. 8. num. 2. fol. 1.* ostendit latissimè Nicolaus Boër. *decis. 15. n. 3.* quem allegat Johannes Fichardus 1. *conf. 9. n. 13.*

VII.

EXTREMA omnia sunt vitiosa, & ex duobus contrariis fit medium optimum, *l. solent 6. §. fin. ff. de offic. Proconf.* Joh. de Capistr. *in spec. conscient. num. 245.* Paul. de Castro per text. *ibi l. continuus. §. cum ita 1. ff. de V. O.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. E. concl. 685.* Flam. Paris. *de consident. quæst. 7. num. 39.*

VIII.

EXTREMA habilia posse conjungi impedit medium inhabile. Castrens. *conf. 422. Quod ista mater. num. 3. vers. sic lib. 1.* ubi loquitur, quando extremum debet transire per medium inhabile. Florian. de S. Petro *quæst. 3. dub. 1. num. 22.* Ubi declarat & limitat multis modis & casibus, in quibus extrema habilia de se junguntur, licet medium sit inhabile, quando illud medium fuit sublatum, vel non duravit, refert Card. Tusch. *tom. 3. lit. E. concl. 684.* Vid. *lib. XI. cap. Medium. Axiom. Medium inhabile &c.*

FINIS LIBRI QVINTI.

LIBER SEXTUS.

CAP. I.
De Fabricensibus, Fabris.

Axioma I.

EFabricenses erant, qui in publicis fabricis faciebant arma, hastas, sagittas, loricas, arcus, spatas, balistas, scuta, clibanos &c. horumque certum Corpus erat. Jacob. Cujac. *ad l. 1. C. de Fabricens. Lib. 11.* quod consortium Fabricensium dicitur *l. 4. C. de Fabricens. l. 6. Cod. Theod. eod.* quicunque verò ex his Fabricensibus sine herede decesserat, ejus hereditas non fisco, sed cæteris Fabricensibus deferebatur, qui ipsi tamen Fisco satisfacere tenebantur, si defunctus adhuc illi obligatus fuerit *l. fin. C. de hered. decur.* Ita enim Reipubl. ratio salva permanet, & Fabricenses Collegarum suorum solatiis fruuntur, qui damnis & detrimentis retinentur obnoxii, *d. l. fin.* Stryck. *tract. de success. ab intest. Diss. 5. cap. 1. th. 36.*

II.

Fabri, vietores & similes, qui artem suam cum strepitu exercent, domum juxta Doctoris vel Scholaris ædes hisce invitis & contradicentibus conducere & ibi artem suam exercere non possunt. Carpz. *Jurisprud. Forens. P. 2. Constit. 37. def. 23. arg. l. un. Cod. de stud. liber.*

Limita: nisi opifices emendo vel conducendo prævenerint Literatos & Doctores, qui alibi etiam commodè habitare possunt. Carpz. *d. l. n. 8.* (2.) erroneum hoc axioma putat Wissenbach. *ad ff. Locat. Cond. th. 22.* si intelligatur de ædibus literatorum privatis, non verò de ædificiis publicis, quæ auditoria & Collegia vocantur *arg. d. l. un.* quem enim publicus studentium cœtus meruit favorem, eum sibi privatos & singulos vendicare non posse.

CAP. II.
De Fabulis.

Causam impulsivam confectarum Institutionum recenset Justinianus: ut cupidæ legum Juventuti liceret prima Legum Cunabula non ab antiquis fabulis discere, sed ab Imperiali splendore appetere. *proœm. Instit. §. 3.* ad quem locum, & quid per fabulas hic intelligatur, vid. Ulric. Huber. *in digress. Justin. lib. 1. cap. 4. p. m. 13. & seq.* ubi simul Grotium, quòd parabolam Christi de divite & Lazaro fabulam appellaverit, defendit.

CAP. III.
Facere, Fieri.

Axioma I.

Faciens ex necessitate, magis est dignus favore, quàm qui facit ex voluntate. *l. quod si minor. & ibi* Bart. *l. si quis filio exheredato 6. §. quatenus 12. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. test. junct. l. qui & liberis 11. §. testamento 2. de bon. poss. secund. tabb. l. cum postulassem 44. §. 1 ff. de damn. infect. gloss. in cap. ab arbitris 11. de offic. deleg. in 6.* Johan. Crot. *cons. 6. num. 12.*

II.

Qui potest efficere ut possit facere, intelligitur facere posse, *cap. error. 3. distinct. 83. l. quid sit. 17. §. idem ait. 4. ff. de ædilit. edict. l. sed & si per prætorem 26. §. ait Prætor 4. ff. ex quib. caus. major. l. qui potest facere 174. de Regulis juris.*

Limitationis loco distinguendum, an facile possim, an non: in primo casu videor posse facere, in secundo non, ut *in dict. l. 26. §. 4. ff. ex quibus causis major. & l. cum natu major. 14. §. sed si minor 2. ff. de bon. libert.* Azo *rubric. 11.* Vid. Tom. Regul. Juris *lib. 6. p. 442. col. 2.*

III.

Qui non facit, quod facere debet, intelligitur facere, quod non debet. *l. quid sit 17 §. idem ait, si servus 7. & §. ult. de ædilit. edict. l. non omnes 5. §. ult. ff. de re militar. l. 4. & 5. ff. quæ in fraud. creditor. l. qui non facit 121. de R. J.* Vid. Tom. Reg. Jur. *lib. 6. p. 443. col. 1.* ubi dicitur, hoc esse quidem de juris intellectu vel fictione, non de veritate.

IV.

Qui lege permittente facit, non punitur. *l. Gracchus 4. C. ad leg. Jul. de adult.* ratio, quia nec peccat, qui facit id quod facere jus habet. *l. 151. de reg. jur.* unde & quod ab initio ritè & secundum leges actum, ex alio eventu non debet retractari.

V.

Facere quid sit, quando solutioni & præstationi opponitur in *l. 3. in pr. de O. & A.* difficile dictu est. Nil melius videtur, quàm eum facere, qui actum exercet, non pertinentem ad implementum generale certi contractus; ut ædificare domum, pingere tabulam, Romam ire, servum manumittere. *l. 72. §. ult. & l. 84. de V. O. junct. l. 124. ff. eod.* simpliciter alioqui facere significat etiam dare & præstare, uti videre licet apud Brissonium *in verb. Facere.* Huber *prælect. ad instit. tit. de obligat. n. 2.*

VI.

Facere dicimur id, ad quod faciendum auctoritatem præstamus, sicut consules dicuntur manumittere, *in l. 1. de off. Cons. ubi notat id Zas.*

VII.

Facere facilius est quàm dare, *gloss. in l. un. C. de sent. quæ pro eo quod interest.* Modest. Pist. 2. *cons. 1. n. 28.*

VIII.

Faciendi verbo continetur & non factum: facit enim hoc ut nolit facere. *l. 189.* ubi Gœdd. *de V. S.* & ut Philosophi ajunt, etiam privatio actionis est actio. Cujac. *in l. 174. de V. O. col. 343. E.* Mant. *de tac. & ambig. convent. lib. 14. tit. 31. num. 6.* Setser. 1. *de jurament. cap. 1. num. 10.* Ita verbo dandi aut faciendi in definitione pacti inest

est clausula non docendi, non faciendi. Wesenb. *in panit. de pact. num. 2.*

IX.

Quod solitum est fieri creditur, *can. dilectionis ult. dist. 76. l. matrem 17. l. sive possidetis 16. C. de probat. l. etiamsi 6. C. de donat. inter virum & uxorem. l. non omnes 5. §. à Barbaris 6. ff. de re militar. l. sicuti idem 7. §. 4. ff. de Accusat. l. quod & lex 3. § hoc interdictum 9. ff. de liber. hom. exhib.* Unde ex his, quæ plerunque inter homines contingunt, sumuntur in jure præsumptiones, quibus standum est, donec probetur contrarium. *d. l. etiamsi 6. C. de don. inter. vir. & uxor.* sicut etiam quod diu fuit & nunc esse creditur, *per l. sive possidetis 16. C. de probat.* Tom. Reg. Jur. *lib. 6. pag. 443. col. 1.* Multa tamen è contra fiunt, quæ fieri non præsumuntur, vid. Reink. *lib. 1. de regim. s. 5. c. 1. n. 71.*

X.

Fiendum de proximo, habetur pro facto. *l. 1. §. sed in eo 15.* ubi Bartol. *ff. ad SC. Silan, & in l. pen. ff. de testam. milit.* unde quod est in fieri, pro facto habetur. *l. cum uxori 58. de legat. 3.*

XI.

Fiendum cursu temporis non tollitur. *cap. cum ex officii 16. de præscr.* ubi hoc notat Bald. *& fac. l. sed licet 12. ff. de offic. Præsid. & cap. cum causam 27. de Election.* Everh. *in loc. ab usitato. n. 14.*

XII.

Illud solum fieri rectè dicitur, quod jure fit. *cap. faciat homo 15. c. 22. q. 2. cap. cum teneamur 6. extr. de præbend. cap. quod autem 5. extr. de jur. patr. cap. veniens 16. & cap. Quintavallis 23. extr. de jurejur. l. si filius ult. ff. de condit. instit. l. nepos Proculo 125. de V. S. l. Nesennius 43. §. ult. de rejud.* Vid. Tom. Reg. jur. *lib. 6. pag. 489. col. 1.* ubi statuit, hanc regulam locum habere in his, quæ jus desiderant: ut in contrariis productis & similibus, quæ, nisi jure fiant, non tenent. *l. Non dubium 5. C. de Legib. & constit.* Secus in his, in quibus desideratur factum, ut in acquisitione possessionis: Nam etiam prædo eam acquirit. *cap. in litteris 5. extr. de restitut. spoliat.* Damas *reg. 69.*

XIII.

Non dicitur posse fieri, quod per remedium extraordinarium fit vel per Principem. vid. Bertach. *Reprt. in voc. Facere. ubi text. & Dd. alleg.*

XIV.

Fieri illud dicitur posse, quod commodè & honestè fit *l. nepos Proculo 125. de V. S. l. ult. ff. de condit. instit. gl. pen. & ibi Dom. in cap. gratia 7. de Rescr. in 6.* Dynus & Lap. *in cap. semel. 8. de R. I. in 6. gl. in cap. Episcopum. de Præscript. in 6.* & alleg. à Bertachin. *dict. loc.* & quod fieri potest cum justitia *c. 22. quæst. 2. c. faciat cum gl. n. 22.*

XV.

Quod quis alii faciendi jus dat, ejus ipse autor censetur. Unde si in Imperio latè patente inferiores potestates belli inchoandi concessam habeant potestatem, censendum erit, bellum geri ex vi summæ potestatis. Grot. *de Jur. B. & Pac. Lib. 1. Cap. 3. §. 5. n. 2.*

XVI.

FACERE per se videtur, qui per alium facit, [*cap. qui facit 77. de Reg. Jur. in 6.*] *l. 1. §. dejecisse 12. ff. de vi & vi arm. l. ita 5. §. quod si quis 3. ff. de admin. tutor. l. si per alium 5. ff. ne quis eum. l. non ideo 5. C. de accusat. cap. mulieres 6. §. illi verò. de sententent. excom. cap. qui per alium 72. de Reg. Jur. lib. 6.*] Quam regulam malè P. Peck. tantum in delictis exemplificat, cum etiam ad contractus & actus alios pertineat, qui personæ præsentiam præcisè non desiderant.] Duen. *reg. 378.* Bart. *cons. 142. num. 3. lib. 1.* Roman. *cons. 94. Visis iis. num. 3. vers. ea enim.* [Ubi quod ea, quæ facimus per nostros procuratores, per nosmetipsos facere videmur, Angel. Aretin. *cons. 61.* Clarus *num. 15. & 16.* ubi extendit maximè in civilibus, & necessariò faciendis. Corras. *lib. 2. miscell. c. 22.* Clar. *§. ult. quæst. 38. num. 6.* Anton. Gomez. *var. tom. 3. cap. 3. num. 39. & l. 45. Tauri. num. 91.* Plac. *de delict. lib. 2. cap. 15. num. 17.* Menoch. *remed. 1. recuper. n. 407. & cons. 1. num. 304.* Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 17. num. 2.* Flamin. Paris. *de confident. quæst. 28. num. 83. & quæst. 31. num. 12.* Thom. de Thomasset. *in floribus Leg. reg. 249.* ubi *reg. 246.* ait, quod qui non potest per se, non potest per alium, Surd. *cons. 360. n. 19.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. F. conclus. 7.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de favore clericorum Canonis. §. 1. n. 6.* Aloys. Ricc. *in praxi rer. fori Ecclesiast. resolut. 564. n. 3. in ult. edit.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap. 3. num. 44.* Surdus *consil. 50. num. 13. & cons. 360. num. 22. & cons. 380. n. 4.* Alphons. Narbon. *l. 31. gloss. 8. num. 1. tit. 7. lib. 1. recopil.* Johan. Maria Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 143. num. 9.* Vincent. Caroc. *in singularibus juris sing. 402.* ubi ait, quod propriè & verè, & non per fictionem per se facere dicitur, qui per alium facit, in iis, quæ sunt Juris & facti simul, vel facti tantum. Et ad illud, quod qui potest per se, potest per alium facere, est *l. 1. §. usus autem 2. ff. de procurat. l. sed et si unius 17. §. idem Julianus 19. & §. idem ait 22. ff. de injur. cap. 68. de Regulis Juris. in 6. l. 15. §. 1. de Adopt. & ibi Bart.* Ego ipse *in praxi exigendi pensiones quæst. 1. num. 1.* late Vincent. Caroc. *sing. 416. vers. limitatur singulariter.* Ubi limitat In eo, cui competit jus vel facultas non de Jure communi, sed ex formâ statuti, vel aliquo speciali privilegio. Et ad hoc, quod qui non potest per se, nec per alium potest, *l. neque per se 10. C. de hered. institut. cap. quod alicui 67. de Reg. Jur. in 6.* Menoch.

de

de arbitr. casu 459. per tot. & cons. 444. n. 34. & l. 4. præsumpt. 38. num. 8. Marian. Giurba *in consuetud. Messanens. p. 1. cap. 10. gloss. 6. n. 28.*

[Fallit tamen hoc posterius sæpè. *l. 3. in fin. ff. quæ res pign. l. 55. ff. de acq. hered. l. 29. ff. de liber. leg. l. 7. §. 3. ff. de liberal. caus. l. 10. quemadmodum servit. amitt. l. 3. §. 8. ff. de Carbon. Edict. l. 74. de condit. & demonstr. l. 20. in fin. princ. ff. de bon. poss. contr. tabb. l. 12. in princ. ff. de reb. auth. judic. l. ult. ff. de liber. & posthum. l. 9. ff. de assignat. libert.* Everh. *in loc. de tanquam. num. 31. &c.* Pratoi. *lib. 1. reg. jur. c. 7. p. 73.* sed & loquitur hæc regula de eo, qui aliàs per se facere potest: perperam enim aliàs quæreretur, quid facere possit. Declara porrò hanc regulam, quod faciens per alium, propriè dicitur facere in omnibus factis, in quibus vertitur adminiculum acquisitionis, Baldus *in l. 1. §. ne autem 9. de Cad. toll. per cap. accedens 24. de præb.* & est textus notabilis *in l. certè 6. §. 1. de precar.* Item tunc quando illud factum non radicatur in persona alterius. Bartol. *in l. si is, qui pro emtore 15. in 16. col. verum venio ad secundum. ff. de usurp. & in l. sed si unius 17. §. 1. ff. de injur.* Sequitur Jason. *in l. 1. §. per procuratorem 20. in secunda col. in tert. notab. ff. de acquir. poss.* Add. Bart. *in l. 11. 3. col. C. de serv. fug. & in c. 1. §. si quis 5. si de feud. def. fuer. contr. f. 26. & in l. 1. §. ne autem 9. Cod. de cad. toll. & alibi.* ubi docet, an & quando per alium faciens, dicatur impropriè vel propriè per se facere, vid. Bertac. *b.*

Limita præterea in iis, quæ requirant servitium personale actu, ut est residentia in beneficio, ad effectum consequendi distributiones, & visitatio ad effectum recipiendi procurationes. Calderin. *cons. 221. num. 2. & in fin.* quod est *cons. 1. de Clericis non resid.* Ang. Aretin. *cons. 137. Quoniam. num. 13. vers. multo minus.* ubi ait, quod multa possumus per nosmet ipsos, quæ non possumus per alios facere, refert Card. Tusch. *d. concl. 7. à n. 23. ubi num. 35.* Limitat etiam ulterius in iis, in quibus est electa industria personæ, quia per alium expediri, vel fieri non possunt. Carpzov. 3. *Const. 3. defin. 24. n. 8.* ubi limitat etiam in actibus solennibus. Functiones etiam certi officii ne quidem per Collegam expediri possunt *l. 2. C. de Executor.* Nam non tantum turbantur officia, sed etiam eorum rationes confunduntur. Perez. *C. eod. n. 6.* Possunt tamen officiales vicarium idoneum in suum locum surrogare, modò fiat autoritate superioris *l. 13. §. 2. l. fin. C. de proxim. sacror. Scrin.* Quinimò quis suam militiam ob justam causam autoritate publicâ imprimis filio idoneo vendere & cedere potest, pro pretio tamen 100. aureos non excedente, & solutâ summâ pro introitu. *N. 35.* solus morbus & senium tamen non sufficit. Perex. *C. de proxim. sacror. Scrin. n. 9. seqq.* Brunn. *Cod. ibid. in fin.* Cæterum hæc militiæ venditio eum tem non statim officialem facit; resignatio enim non inducit traditionem officii, sed in manus Principis Collatoris recidit, itaque principis approbatione & obtentis literis provisionis opus habet, aliàs non dicitur officialis Regius, neque ante Immatriculationem Emolumenta officii percipit. Perez. *C. de agent. in rebus n. 4. seqq.*

Deinde limitatur, quod hæc regula procedat, quando factum nullum opus post se relinquat: nam si factum illud nullum opus post se relinquit, personæ cohæret, nec potest impleri per alium, ut si quis jubeatur capitolium ascendere, Alexandriam ire. Horum enim factorum nullus alius finis est quàm ipsa actio, vid. Aristot. *lib. 1. Ethic.* & Cujac. *in l. unic. §. pro secundo. vers. ordine. C. de Cad. toll.*] tertiò limitatur, quando lex præcisè personæ præsentiam & factum requirit, e. g. conventus Injuriarum per alium comparere nequit. *l. fin. C. de injur.* sublimita in Illustri & Civitate. Brunnem. *C. de re milit. col. 4. in fin.*

XVII.

FACERE non dicitur, qui causam ad finem non perduxit: *l. qui cum natu major. 14. §. accusasse 8. ff. de bon. libert.* Mexi. *in tract. taxæ panis. conclus. 5. num. 61.* Farin. *in praxi crim. p. 4. cons. 75. num. 83.* Vel inutiliter fecit, quia paria sunt non facere, vel inutiliter facere, *l. qui habebat 54. ff. de manum. testam.* Socinus *cons. 29. num. 8. vol. 3.* Cravett. *de antiqu. temp. p. 4. in princ. num. 144.* Ruin. *cons. ult. num. 4. volum. 3.* Afflict. *decis. 182. num. 4. & decis. 256. num. 3.* Menochius *consil. 658. num. 9. & cons. 695. num. 18.* quos refert Glorit. *respons. 1. part. 2. n. 180.*

XVIII.

Qui non facit quod debet, non facit quod oportet. *l. non erit 5.* ubi glossa *ff. de Jurejur.* Menoch. *remed. 1. recup. num. 89.* Surd. *de aliment. tit. 8. privileg. 53. num. 10.* & qui non facit, quod facere tenetur, præsumitur dolosus. Farinac. *in praxi crim. p. 3. quæst. 89. à num. 92.* Card. Pereira *de empt. c. 19. n. 18.* [Nemo tenetur facere id,

id, quod factum non relevaret aliquid quadantenus, *in l. 2. in fin. Si quis in jus vocat. non ierit. l. arbiter calendis 40. de recept. arbitr.* Bartolus *in l. 2. num. 8. qui pet. tut.*

XIX.

FIERI aliquid tempore prohibito, vel conferri in tempus prohibitum, paria sunt. *l. in tempus 62. ff. de hered. institut. l. Stichus servus meus. 30. ff. de manumiss. test. l. quod sponsæ 4. C. de don. ante nupt.* Tiraquell. *in tract. de Jur. const. p. 3. lim. 2. n. 3. cum seqq. & de Jure primog. quæst. 40. n. 178.* Conan. *comment. Juris lib. 8. cap. 2. num. 7.* Mascard. *de prob. concl. 1076. num. 1.* Valasc. *cons. 77. n. 4.*

XX.

FIERI aliquid tempore habili, vel conferri in tempus habile, paria sunt. *d. l. in tempus 62. ff. de hered. instit.* Cardin. Pereira *quæst. forens. cons. 17. n. 12.*

XXI.

Non fieri, & inutiliter fieri, paria sunt. *l. pen. in princ. ff. de suis & legit. hæred. l. quoties 6.* ubi glossa & Doctores *ff. qui satisdare cog. & sciendum 2. Instit. de satisd. tut.* Glossa *verb. inutilem. in cap. 2. C. de translat. Prælat.* Tiraquell. *ad leg. connub. gloss. 1. p. 6. n. 12.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & uxor. §. 70. num. 29.* Covar. *pract. cap. 7. n. 2. vers. Est & in hoc.* Surd. *decis. 28. n. 89.* sicut etiam paria sunt, non fieri, vel ita fieri, quod factum non duret. Ant. Menoch. *Bonon. decis. 40. punct. 7. n. 18.*

XXII.

Non fieri, vel minus legitimè fieri, seu aliter fieri quàm debeat de jure, paria sunt. *d. l. quoties 6.* ubi Jason. *l. si aut nullum 4. de legit. hæred. cap. inter corporalia 2. de translat. Episcopi. cap. veniens. 2. de Presbyt. non baptiz. cap. fin. de restit. spoliat.* Surdus *cons. 45. num. 42. & cons. 88. n. 16. & cons. 3. num. 12. & decis. 122. n. 6. & decis. 269. n. 12.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 11. quæst. 7. num. 8.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. factum num. 17.* Valasc. *de part. cap. 8. num. 44.* Thomas de Thomasset. *in floribus legum, reg. 127. in fin. & reg. 220.* Monet. *de distribut. quotid. p. 2. quæst. 2. n. 19.* Anton. Monach. *Florent. decis. 26. num. 2.* Mar. Anton. *var. resolut. lib. 2. resolut. 8. n. 8.*

XXIII.

Non fieri, vel invalidè fieri, paria sunt, *l. non putavit 8. §. non quævis 2.* ubi Bart. *ff. de bonor. possess. contr. tabb. l. 1. §. quod autem.* ubi Baldus *ff. de offic. Præfecti Urbis.* Surdus *cons. 157. num. 13.* Mar. Anton. *var. resol. lib. 2. resol. 11. n. 10.*

CAP. IV.

De Facie.

Axioma I.

In faciem aliquem cædens vel conspurcans realem infert injuriam. *Matth. cap. 26. v. 67. 68. cap. 27. v. 30. Luc. cap. 22. v. 64. 65. cap. 23. v. 11. 36. seq.* Althusii *Dicæolog. Lib. 1. cap. 124. n. 9.*

II.

In faciem condemnati stigmata minimè inurantur, cùm & in manibus & in suris possit pœna damnationis unâ inscriptione comprehendi: quò facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis cœlestis est figurata, minimè maculetur. *l. 17. C. de pœn.*

CAP. V.

Facilitas.

Axioma I.

Id, quod facilius quis facit, lex inhibere solet frequentius. Cujac. *ad l. 21. de R. J.* Sic SCto Vellejano succurritur mulieri obliganti, non donanti: facilius enim obligat se quàm donat; non enim tam promptæ sunt ad donandum. *l. 4. §. 1. ff. de SC. Vellejan.* Eâdem ratione Lex Julia de fundo dotali vetat, ne fundus dotalis obligetur pignori vel hypothecæ: non etiam ne vendatur. Sic etiam Lex Caninia vetabat manumitti intet morientes, non etiam inter vivos.

II.

Facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi. *capit. ut clericorum. ibique glossa 10. de vitâ & honest. Cler. can. est injusta. 23. quæst. 4.* ideò solitis delinquere non debet concedi *l. 3. ubi* Bald. *Cod. de episc. aud.*

III.

Facilius remittuntur sperata, quàm possessa, *l. 8. de transact.* Hinc Facilius omittitur jus quærendum, quàm quæsitum. *l. fin. Cod. de acq. poss.* & facilius datur exceptio quàm actio. *l. 1. §. si cui damus. de superfic.*

CAP. VI.

De Factore. *Conf. Rubr.* Institor.

Axioma I.

Factores hodiè vocantur mercatorum institores. Mev. *ad Jus Lub. L. 3. Tit. 6. a. 5. num. 11.* Besold. *in thes. pract.* & Speidel. *in voc. factor.*

II.

Factor tenetur domino suo reddere usuras ex pecuniâ ejus redactas. Gloss. *in cap. 7. X. de usur.*

III.

Factores ad solutionem tributorum pro dominis coguntur. Bart. *in L. 6. C. de exact. trib. lib. 10.*

CAP. VII.
Factum. Non-factum.

Axioma I.

Factum bonâ fide, bene factum videtur. Accurs. *in l. 30. §. in popularibus 3. ff. de jurejur.*

II.

Facti quæstiones non pertinent ad JCtos, sed ad Oratores aut Judices, *l. 79. §. 1. de judic.* vid. latè Duaren. *lib. 1. disp. 41.* Hillig. *in D. E. lib. 1. cap. 8. k. & lib. 15. c. 16. c. pag. 1297.* Cujac. *in lib. sing. respons. Marcelli ad l. 38. ff. mandati. & l. 69. de Leg. 3. & ad Paul. lib. 1. quæst. in l. 34. de negot. gest. & ad l. Mævia 13. ff. de ann. legat.* etsi enim jus ex facto oriatur, h. e. non ex thesi, ut generaliter scriptum est, sed ex circumstantiis casuum propositorum, quæ id subinde variant, æstimandum sit; attamen JCtus factum tanquam certum semper præsupponit: quippe omnis illius cura in statu finitivo vel juridiciali, ut Rhetores loquuntur, posita est, non conjecturali, in quô conjecturâ saltem, quid verum sit, quæritur, quâ in re, tanquam infinitâ, nullus scientiæ locus est. *arg. l. 2. de jur. & fact. ignor.* Franzk. *Comm. ad Tit. ff. de O. J. num. 51. Althus. Dicæolog. lib. 1. cap. 9. n. 2.*

Declarationis loco nota, rectè facti quæstionem ad JCtos pertinere negari, quatenus scilicet quæritur, an res in facto ita processerit, diligentissimè tamen facti circumstantias JCtum considerare oportet. Unde meritò Cujacius, observavi, inquit, Scævolam, quod magnæ eruditionis & prudentiæ argumentum est, multum & diffusum esse valdè in enarrandi propositionibus seu factis ὑποθέσεων, de quibus consulitur, cujus rei etiam oportet studiosissimos esse JCtos & judices & patronos causarum omnes, quia in facto jus est positum, ut ait *l. si ex plagis. 52. §. in clivo 2. ad L. Aquil.* Alioquin steriles juris sunt, aut esse videntur, qui non explanant facta, de quibus agitur latè atque perspicuè, quique ea omni ex parte non excutiunt: Il faut s'estudier a'cela, d'estre maistre du faict, Jus est facillimum. In Responsis autem suis Scævolam esse brevem atque concisum, penè dixerim Laconicum. Cognito enim facto, perito homini jus in facili atque in proclivi est: Imperito neque pes neque caput sermonis usquam apparet. Est enim omnis imperitus ἀπαλίυ|ῆ. Respondet autem Scævola de jure semper, non de facto. *l. Seja 20. §. ult. de instr. & instrum. leg.* secundum factum tamen, scilicet secundum ea, quæ proponuntur. Sic igitur hic auctor nobis pro exemplo, cùm de jure consulimur, ut ad ejo exemplum breviter de jure respondeamus secundum factum, secundum propositionem & hypothesin. Cujacius *in præfat. recizat. ad Scævolam.* Veteres JCtos factum allegare solitos fuisse dicitur in *l. Junius Diophantus. 50. ubi vid. Gothofr. de Minor. Add.* Joh. Baptist. Costa. *de facti scient. & ignorant. inspect. 16.* ratio, quia ex facto jus oritur, & nisi adsit fundamentum facti, nullum potest bonæ allegationis artificium supponi, prout eleganter declarat Speculat. *§. 1. de disput. & allegat. advoc.* in facto enim potissimum rei pondus consistit, cum levissima facti mutatione sæpe totum jus mutari contingat. *d. l. 31. de excusat. tut. l. hoc legatum 43. de leg 3.* facti enim ignorantia sæpe etiam peritissimos fallit. *l. 2. de jur. & fact. ignor.* Spec. *in tit. de Advoc. §. nunc tractandum. num. 2. 1. Cons. Arg. 56. n. 1.* factum ergo bene ut explices necesse est, si commodum accipere vis responsum *l. 15. C. de transact.* cum, quamdiu factum plene non est cognitum, de jure non sit cogitandum. *l. 5. C. Qui admitti.* Hinc rectè Mynsing. monuit: Venite ad factum; Curia enim satis intelligit jura. *cent. 5. observ. 88. in fin. Ord. Cam. part. 3. tit. 40. §.* Was aber die schrifftlich. Parthen. Litig. *lib. 2. cap. 14. n. 32.* Unde etiam est, quod allegationes juris pro parte actorum non habeantur. Scipio *lib. 4. decis. Rotæ Spirens. decis. 108.* Nec factum tantum, sed & causa facti ponderanda. Anton. *de rescript. monator. concl. 22. n. 45.* quorsum propriè pertinet *l. 52. §. 2. ad L. Aquil.* Quæstionem juris dirimunt JCti: quæstionem facti judices, vel eam etiam remittunt ad Rhetores, qui de ea probabiliter disserant apud judicem, ut solebat Gallus Aquilius, Collega Ciceronis, quum de facto consulebatur, eam quæstionem remittere ad Ciceronem. At non tamen ideò minus quandoque JCti respondent de quæstione facti, sed veluti in re facti, id est, satis dubiè. Cujacius *in lib. 1. quæst. Paul. l. Nesennius 34. de N. G. p. 907.* vide omninò Forster. *l. 6. de successionib. cap. 15. num. 2.* vide C. A. *de Re jud. thes. 10.* Vide plura *in Axiom. seq. XII.*

III.

Factum immediatè vel ante, vel post, dicitur eodem tempore factum, per Bald. *in l. 1. col. 1. & ult. C. de oper. libert.* Et factum eodem die & loco, dicitur factum uno contextu. per Bald. *ibid.*

IV.

Factum in fraudem legis, ipso jure non valet, Bald. *in l. 1. C. si quid in fraud. creditor.* Et dicit, quod totum vitiatur, quando simul totum factum est, non si successive diversis temporibus. *l. si libertus minorem 16. §. fin. ff. de jur. patron.* Alexand. *in l. stipulatio hoc modo 61. col. ult. de verb. oblig.* Nec alicui prodesse debet. *l. heres meus 79. §. fin. ff. de condit. & demonstr.* Johan. Crot. *consil. 86. n. 7.* Imò factum contra dispositionem legis habetur pro non facto *l. jubemus 4. §. 1.* & ibi Bart. *C. de SS. Eccles. & l. non dubium 5. C. de LL.* & ibi Bart. Bald. & Dd.

V.

Factum hominis plus operatur, & est potentius quàm factum legis. *Gloss. not. in l. si cum militaribus 6. C. de restit. milit.* ubi præscriptio conventionalis currit contra minorem, sed non præscriptio juris. Quod etiam tenet Baldus *in cap. 1. quo tempore miles. per c. constitutus 8. de in integr. restit. fac. l. legitima 6. ff. de pact.* ubi dicit, quod pactum hominis disponens illud, quod jus commune, alterat jus commune, & producit actionem, quam non produxisset, de jure communi. It. facit, quia uxor debet ali ab heredibus viri, nec tenetur operari primum annum, quando testator

stator legavit illi victum; licet aliàs non facto legato, & sic facto hominis non accedente, deberet operari in domo. Glossa est *in l. sicut. 48. ff. de oper. libert.* & ita Sali. *in l. 1. §. exactio. C. de rei ux. act. &c.* v. Bertach. *in repert. b.*

VI.

Factum à se nemo ignorare præsumitur, etiam post multum temporis spatium, cum factum est insigne. *l. fin. ff. pro suo. cap. quod dictis. ult. dist. 16. cap. cum illorum 32. §. circa. de sentent. excomm.* Abbas *cons. 3. quæst. 17. vol. 2.* Rom. *cons. 391. col. 2. cons. 441.* Hinc in facto proprio non est tolerabilis ignorantia. *l. quanquam 7. ff. ad SC. Vellejan. cap. ab excommunicato 41. de Rescript. l. magnam 12. in fin. C. de contrah. & commit. stipul.* Jason. *in l. si res obligata 57. ff. de legat. 1. num. 35.* ubi dicit fallere axioma in tribus casibus. In facto verò alieno tolerabilis est ignorantia. *l. quod vulgo 11. pro emptor.* quod tamen iterum fallere in quatuor casibus notat Jas. *in d. l. 57. de legat. 1. n. 35.*

VII.

Facta regulariter videntur etiam individua, *l. stipulationes non dividuntur 72. de verbor. obligat.* & ibi Jason. *num. 29.* ubi dicit fallere in duobus casibus, & in sex casibus. Mart. Sanet. à Vascoleto, *in tract. individuorum in 2. cellul. n. 19.*

VIII.

Factum à majore parte, regulariter ab omnibus factum censetur. *text. gloss.* & Bart. *in l. quod major 19. ff. ad municipal.* Fallit autem (1) in datione coadjutorum, ubi requirerentur duæ partes ipsius capituli, ut est textus *in cap. 1. circa princip. de Cler. ægrot. lib. 6.* (2) Fallit in postulatione, quæ concurrit cum electione, quia etiam illo casu requiruntur duæ partes, ut est textus *in cap. scriptum 40. de Elect.* & tenet gloss. *in d. cap. 1. de Cler. ægrot.* (3) Fallit, ubicunque major pars aliquid contrarium faceret juri communi: quia tunc omnes debent consentire, secundum Innocent. *in cap. humilis. ultim. de Majorit. & obedient.* Vide Tom. reg. jur. civil. &c. *lib. 6. pag. 454. ubi plur. alleg.*

IX.

Factum cuique suum non adversario suo nocere debet, veluti si reus dolo actoris judicio se non sistat, ipsi actori, non reo nocere debet. *§. juris præcepta Inst. de just. & jur. junct. l. 133. l. jure naturæ 206. de Reg. Jur.* add. tom. Reg. Jur. *lib. 6. pag. 456.* nam factum unius in genere alteri obesse non debet. *l. fin. ad SCtum Silan. l. de pupillo. §. si plurium de N. O. Nunt.* Cravett. *cons. 6. n. 68.*

X.

Factum & faciendum censentur ad paria. *l. pen. de milit. testam.* vide sup. *lib. 1. c. 12. axiom. 1. & lib. 4. c. 17. ax. 3.*

Limita, ut factum & faciendum per paria censeantur, necesse est, ut res jam tum sit in fieri, & deventum ad actum perfectioni proximum, cujus exemplum extat *in l. 19. §. 11. de aur. & argent. leg.* In reliquis, ubi talis respectus & affinitas facti & faciendi non est, per disparia censebuntur, nec faciendum pro facto habebitur, cujus rei evidens extat exemplum *in l. ligni 55. §. 1. de leg. 3.* ubi carbonibus legatis, lignum ad carbones faciendos deputatum, legato non continetur, nec legatario cedit. Eâdem ratione libris legatis, nondum perscriptos non contineri, neque chartis, papyrum ad chartas paratum venire, respondit Ulpianus *in l. librorum 52. §. cum seq. de Legat. 3.* Nebelkræ. *decis. 10. pag. 138.*

XI.

Factum civis Romani exigi seu cogi nequit. *l. Titio 71. §. 2. de condit. & demonstrat. l. pen. si quis à parent. manumiss. Wesenb. de fidejuss. n. 4.* (*v. infra* obligatio ad factum) Bachov. *lib. 2. d. Tr. 27. th. 1. d. l. moris est 9. §. interdum 10. de pœn.* Esset enim hoc novam servitutis speciem inducere. *l. 2. de lib. hom. exhib.*

Limita hoc de factis nudis intelligendum, & quæ in labore personali consistunt. vid omnino Franck. *exerc. 11. q. 1. n. 9. 11. Mod. Pistor. 2. cons. 1. n. 25.* ubi ait, hoc non procedere in obligationibus faciendi, quæ omnes resolvuntur in præstationem ejus, quod interest, *l. 13. in fin. de re jud.* Limitationes hujus regulæ plures si vis, vide apud Johan. Baptist. Cost. *de facti. scient. & ignor. insp. 33.*

XII.

FACTI narratio non facit jus, *cap. ex literis 3. de fide instrum.* Tiraq. *in l. si unquam. 8. verb. liberis. num. 37. C. de revoc. donat.* sed juris dispositionem inducit, *l. quidam referunt. 14. ff. de jure Codicill.* Federic. à Senis *cons. 152. in princip.* quia ex facto jus oritur, [ex re ergo jus faciendum, & causa facti respicienda est, *l. 1. §. Divus 3.* ibi: *si non occidendi animo.* & paullo post: ibi: *& qui hominem. ad Leg. Cornel. de Sicar. l. 79. §. 1. de judic.* Ita JCtus *in l. ult. de Leg. commiss. secundum ea, quæ proponuntur. l. ex facto 30. de N. G.* Nicol. Bellon. *cons. 5. num. 1.*] *l. si ex plagis 52. §. in clivo 2. ff. ad Leg. Aqu. l. fin. in pr. ff. de jurejur.* Fed. de Sen. *cons. 298. in pr.* Bellon. *cons. 5. In puncto. in princip.* Anchar. *cons. 254. Statuto cavetur. num. 2. vers. quomodo.* ubi ait, quod sicut ex facto jus oritur, ita ex facto jus moritur, Bald. *consil. 292. Verba pactorum circa fin. vers. verum. lib. 2. & cons. 67. Quia ex facto. in princ. lib. 3.* Menoch. *consil. 2. n. 208.* Dn. Barbos. *in l. Titia. num. 25. ff. soluto matrim.* Cardinal. Tusch. *tom. 3. lit. E. concluss. 13.* Anton. Monach. *Florent. decis. 48. num. 7* Johan. Baptist. Cost. *de facti scient. & ign. inspect. 16. num. 1.* Leand. Galgan. *de jur. patr. lib. 2. tit. 29. n. 17.*

Unde evenit, ut propter minimam facti mutationem mutetur sæpe totum jus, *l. si is 31. vers. ubi desiit. ff. de excusat. l. natura cavillationis 177.* & *ibi* Alciat. *ff. de verb. significat. l. ea est 65. ff. de reg. jur.* Pont. *de potest. Proreg. tit. 1. num. 15.* Mar. Giurb. *in consuet. Messanens. part. 1. in prooem.*

æm. n. 8. Joan. Baptiſt. Caſtr. *d. inſpect. 16. num. 2. cum ſeqq.* ubi *num. 4.* id ipſum firmando ampliat, etſi unico in puncto varietur factum. *cap. fin. de contrab. empt.* Federic. de Senis *d. conſ. 152. in princ.* ubi ſubdit, congruum reſponſum dari non poſſe à Jureconſulto, niſi factum percipiat, Ægid. Bellam. *conſ. 48. num. 15. quoad primum.* ubi qvod ſi factum non eſt certum, Jurisconſultus non poteſt reſpondere, Bald. *conſ. 304. Non eſt novum. in princip. lib. 1.* ubi qvod mutatione facti mutatur etiam conſilium, & *conſil. 12. Quidam nomine. in pr. & conſ. 251. Sententiam. poſt. med. verſ. unde ego. lib. 5.* ubi quod ſecundum diverſitatem punctorum redditur diverſum conſilium, *& conſ. 364. Certum eſt, circa med. eodem lib. 5.* ubi quod factum incertum non poteſt expectare conſilium certum, Angel. *conſ. 391. Sub aliis, in princ.* ubi qvod mutatio terminorum alterat, & mutat cenſuram Juris. [Hinc jus in cauſa, hoc eſt, facto poſitum dicitur. vid. Cujac. *ad l. 52. §. 2. ff. ad L. Aquil. in præfat. ad Scævolæ reſponſ.* Gœdd. *conſ. 109. num. 2. 3. 4.* Decian. *apol. cap. 21. num. 37. 38. cleg.* Kirchov. *conſil. 4. num. 1.* ideò factum diligenter ab advocato explanandum, qvæ aliquando obſcurius à clientibus proponuntur, *l. 8. C. de imp. & alior. ſubſtit.* ratio, quia factum judex non ſupplet. *l. 18. comm. divid.* vid. C. A. *de poſtulan. theſ. 1.* Pac. Weſenb. & cæteros cit. à Barboſa *ad l. un. C. ut quæ deſ. advoc. jud. ſupp.*]

XIII.

FACTO non minus, quàm verbo conſenſus elicitur, & ratificatio, *l. Paulus aliis. l. non tantum 5. ff. rem ratam haberi, l. de quib. 32. §. 1. circa finem, de legib.* Dec. *conſ. 58. Et pro tenui.* Roman. *conſ. 291. Cùm iſti fratres. n. 3. verſ. tertio, quia.* Joan. de Imola *conſ. 73. In caſu propoſito. num. 6.* Pariſ. *conſ. 33. num. 30. vol. 1.* Aretin. *conſ. 127. Eximiè. col. 2. verſ. ſed quando.* Grammat. *conſ. 13. num. 9. in civilib.* Anchar. *conſ. 99. num. 13. vol. 1. & conſ. 42. num. 14. vol. 2.* Menoch. *remed. 15. recup. n. 125.* Cravett. *conſ. 106. à princ.* ubi *num. 2.* quod plus eſt renunciare beneficio facto, quàm verbo, Alexand. *conſ. 88. In cauſis. col. penult. lib. 1.* ubi quod percipiens fructus rei ſuo nomine emptæ, dicitur facto ratificare, *& conſ 88 xol. penult. libr. 5.* ubi quod percipiens fructus rei legatæ, dicitur acceptare legatum. & *conſ. 117. num. 2. eodem lib. 5.* ubi quod exigens penſionem cenſetur ratificare vacationem, Card. Tuſch. *tom. 3. lit. F. concl. 15. à pr.* Franc. Becc. *conſil. 109. n. 21. vol. 1.*

Imò plus eſt aliquid facto ratificare, quàm verbo, *cap. dilecti filii. de appellat.* Decius *conſ. 449 num. 12.* Rom. *d. conſ. 291. n. 4. verſ. quin imò.* Bald. *conſ. 400. Super primo. column. antepen. Super verſ. nec refert utrum. libro 4.* quia ratificatio, quæ fit facto, dicitur magis efficax illa qvæ fit verbo Dec. *conſ. 586. In cauſa. col. fin.* Bald. *conſ. 184. Ad intelligentiam. lib. 2. & conſ. 103. Videtur. lib. 3. & conſ. 14. Punctus. lib. 5.* Alex. *conſ. 127. Viſo inſtrumento. & conſ. 175. Perſpectis. lib. 5.* Socinus *conſ. 64. Viſa bulla. col. fin. lib. 2. & conſ. 140 Viſis. colum. pen. in 1. dub. lib. 4.* [Facta enim diſtinguere ſoletanimus, *fac. l. 186. §. 1. de R. I. l. 53. in pr. de furt.* Unde in iis, quæ tendunt ad declarationem animi, plus eſt facto quam verbo declarare *l. ſi tamen 48 §. ei qui 3. ff. de ædil. edict.* Abb. *conſ. 116. Illud de Jure. num. 3. lib. 2.* Jaſon. *conſil. 153. Difficultas. col. 2. verſ. confirmantur prædicta. lib. 2.* Roman. *d. conſ. 291. n. 4.* ubi quod mens & voluntas magis facto, ſeu actu, quàm verbis declaratur; nam facta ſunt efficaciora ad declarandum animum faventis, quàm ipſa verba, Nevizan. *conſ. 76. num. 53.* Magon. *Lucenſ. deciſ. 22. num. 19.* Fuſc. *lit. F. ſing. 2.* & cum ratione, qvia verba quandoqve ſunt falſa, facta verò nunquam, ut inquit Baldus *in d. l. Paulus 5. ff. rem ratam haberi.* Alciat. *reſp. 248. n. 6. verſ. non obſtat.* ſecundum Lugdunenſem impreſſionem, & ideò ratificatio, quæ factis fit, validius confirmat actum, quàm illa, quæ fit verbis. Alex. *conſ. 117. n. 2. vol. 5.* Decius *conſ. 583. ſub num. 4. verſ. ulterius. & num. 5. & conſ. 586. n. 13.* Pariſ. *d. conſ. 49. vol. 1.* Cephal. *conſ. 51. n. 15.* Natt. *conſ. 341. num. 4. vol. 2.* Gratian. *conſ. 47. n. 22. vol. 1.* Calcan. *conſ. 22.* Socinus jun. *conſ. 18. n. 13. vol. 1.* Cravett. *conſ. 237. n. 2. & 3. & conſ. 776. n. 6.* Menoch. *d. remed. 15. recup. n. 118. cum ſeqq.*

XIV.

FACTUM ubi reqviritur, non ſufficiunt verba, ut per Alex. *conſ. 21. Viſo proceſſu. in fin. n. 7. lib. 1. fac. l. qui decem. 72. §. 1. de ſolut.* ubi quod ſtante ſtatuto, qvod mulier non audiatur, ſi non fidejubeat in judicio, non ſufficit oblatio fidejuſſionis, nomine mulieris facta, *& conſ. 44. num. 6. lib. 7.* ubi quod is, qui tenetur ſolvere cum effectu, non ſufficit quod dicat ſe partum ſolvere, qvia nihil relevat locatio verbalis, ubi opus eſt facto. [Volens enim facere, non dicitur feciſſe, *l. in vendentis 13. C. de contr. emt.* Ac aliud eſt, dixiſſe, aliud feciſſe, Bald. 4. *conſ. 21.* Hering. *de fidejuſſ. cap. 10. num. 483. & ſeq.*] Ægid. *conſ. 9 n. 17.*

verſ.

vers. item non obstat, ubi quod, quando realis restitutio est facienda, cautio non sufficit, Socinus *consil. 92. Viso instrumento, n. 10. lib. 4.* ubi quod quando lex requirit factum, non sufficiunt verba, Cardin. Tusch. *d. tom. 3. lit. F. conclus. 21. per tot.* [ubi hoc probat *ex l. servus 47. de condit. & demonstr.* quod tamen ibi non continetur.]

XV.

FACTUM non dicitur, donec aliquid supereſt agendum. *l. cum Syllanum 11. in fin. C. de his, quib. ut indign. l. pen. Cod. ad Syllan.* [etiamsi minimum sit, ex quo sequitur, de minimis quandoque rationem haberi, præsertim quando versamur in re individua, vel in eo, quod requiritur pro forma. Dd. communiter *in l. stipulationes non dividuntur 72. de verbor. obligat.* Med. *reg. 7.* Tom. regul. Jur. *lib. 6. pag. 455.*] Apostill. ad Barth. *consil. 36. Statuto civitatis, in ver. Verbum facta, lib. 1.* ubi hoc intelligit in delictis & odiosis, refert Cardinal. Tusch. *d. lit. F. conclus. 22. n. 4.* Girond. *de privilegiorum seu exceptionum explicat. num. 1133.* Anton. Monach. *Bononiens. decis. 28. n. 22.* Surdus *consil. 168. n. 9. & consil. 217. num. 12.* Cardinal. Mantic. *decis. 186. num. 3.* Costa *de facti scientia & ignorantia, inspect. 16. n. 12.* Joh. Marian. Novar. *quæst. forens. lib. 1. q. 1. n. 9. & 10.*

XVI.

FACTUM non dicitur, quod non durat factum, *l. si pro patre 10. §. versum 6. ff. de in rem verso.* [*l. inter Castellianum 44. & ibi Dd. de recept. qui arbitr. & in l. quod tamen. §. 6. eod. & ibi Dd.* vide Bertach. *in Repert. b.* Tom. Regul. Jur. *lib. 6. pag. 452.*] Menoch. *consil. 334. num. 19.* ubi intelligit, quando actus habet tractum successivum, Brunor. à Sole *in locis commun. verb. factum. n. 16.* Surdus *de alim. tit. 7. q. 20. num. 9. cum seqq.* Farinac. *in praxi crimin. part. 4. consil. 60. num. 72.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 63. num. 24. cum seqq.* Steph. Gratian. *disceptat. forens. cap. 115. num. 33. & cap. 132. num. 25. cum seqq.* Alphonsus Narbona *l. 20. gloss. 2. num. 17. tit. 1. lib. 4. & l. 10. gloss. 2. num. 10. tit. 6. & l. 29. gloss. 3. num. 1. tit. 7. lib. 1. novæ Recop.* Vincent. Caroc. *de remed. contra præjud. sentent. except. 21. num. 17.* Johan. Baptista Costa *de facti scientia & ignorantia, inspect. 11. per tot.* ubi *num. 19.* limitat, quando stat per facientem, quo minus duret factum. Joh. Mar. Novar. *quæst. forens. lib. 1. q. 28. n. 4.* latè Castill. *controvers. lib. 5. part. 2. cap. 89. num. 8. cum seqq.* ubi intelligit, quando actus habet factum successivum. Torreblanc. *de jure spirit. lib. 15. cap. 13. num. 42.* Rot. *decis. 503. n. 4. in fin. part. 1. in posth. Farin.* aliàs *part. 3. recent.* Nam facere non dicitur, qui non durat in facto, illudve ad finem non perducit, *l. qui cùm natu major. 14. §. accusasse 8. ff. de bonis libert.* Mexia *in tract. taxæ panis. conclus. 8. num. 61.* Joh. Mar. Novar. *d. l. 1. q. 28. num. 4.*

XVII.

FACTUM attenditur, non quod potuit fieri, Cravett. *consil. 189. num. 7. vers. quartus casus.* Cardin. Tusch. *dict. tom. 3. lit. F. concl. 24.*

XIIX.

FACTUM non attenditur, sed quod debuit fieri. *l. nemo 13. C. de sent. & interlocut.* Cravett. *consil. 320. n. 5.* Federic. de Senis *consil. 152. n. 3. vers. item quid per hoc.* Alexand. *consil. 3. Viso instrumento. n. 5. lib. 1.* Card. Tusch. *d. tom. 3. lit. F. concl. 24.* Rot. *decis. 252. n. 2. p. 1. in posthum. Farin.* aliàs *p. 3. recent.*

XIX.

FACTUM, quod non relevat, fieri non debet, *l. ad probationem 22. C. de probationib.* Surdus *decis. 260. n. 5. cum seqq.* nec factum dicitur. *l. jubemus 10. & ibi* Bartol. *Cod. de SS. Eccles.* Menoch. *consil. 351. n. 36.* Octav. Glorit. *responsi. 1. part. 2. n. 180. in fine.*

XX.

FACTUM non reputatur id, quod non habuit effectum, *l. 1. §. nihil. ff. de inoffic. testam. l. si quis sub conditione 11. ff. de testam. tut. l. 2. §. sed etsi sint sui. ff. de suis & legit. hæred. l. ex consensu 23. §. 1. ff. de appellat.* Surd. *consil. 436. n. 1.*

XXI.

FACTUM contra jus pro non facto habetur, *l. jubemus 14. §. 1. C. de SS. Eccles. cap. quæ contra jus 64. de Reg. Jur. lib. 6.* [*l. non dubium 5. & ibi* Bartolus, Baldus & Dd. *C. de Legibus.*] Cardos. *in praxi Judic. & Advocat. verb. factum. n. 2.* Azor. *Inst. moral. p. 1. lib. 5. cap. 16. q. 17.* Imò nemo præsumitur facere voluisse, quod facere jure non posset. *l. cum non facile 6. si cui plus quam per L. Falcid. l. Nepos Proculo de V. S.* Menoch. *consil. 242. n. 11.* Intellige quantum ad actus firmitatem & robur, secus ad punitionem, pœnamque incurrendam, Tiraquell. *de jure constituti, limit. 7. n. 49.* Alphons. Modit. *in §. lex est 4. Inst. de jure naturali, gentium & civili, dub. 100. num. 10.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 16. num. 20.* Joh. Bapt. Cost. *de facti scient. & ignor. inspect. 12. n. 5.* Card. Tusch. *d. lit. F. concl. 12. n. 3.*

XXII.

FACTUM quid non fuisse, vel nulliter factum, paria sunt, *l. quoties 6. ff. qui satisdare cog.* [*l. si se 4. §. condemnatum 6. de re judic.* Bart. *in l. de ætate 43. ff. de Minor.*] Surdus *consil. 359. n. 1.* Ant. Monach. *Florentin. decis. 26. n. 2.* [verbi causa, planè non comparere, vel non debito more comparere, paria sunt, *l. 1. §. 2. Quod cujusque univers.* Wesembec. *in paratit. de damn. infect. num. 6. vers. secundum decretum.*] Et factum inutile, invalidum, inefficax, minusque solenne non facto æquiparatur. Johann. Baptist. Costa *dict. tract. de facti scientia & ignorant. inspect. 23. per totam.* Et factum non dicitur, quod solenniter non est factum, *l. unic. C. de rei uxoriæ act.*

XXIII.

FACTUM unius non debet alteri nocere, *l. si unus 27. §. 4. vers. ante omnia. ff. de pactis. l. de pupillo 57. §. si plurium 5. ff. de novi oper. nunc. l. paterfamilias 44. ff. de hered. instit. l. non debet alteri 74. ff. de reg. Juris. l. cohæredi 17. Cod. famil. herciscund. l. hæredes 25. §. in illa 12. ff. eodem.* [seu factum cuique suum non alii obesse debet. *l. 155. de R. I.* Gail. *lib. 2. observ. 49. n. 5. & tract. de pignorat. obs. 6. n. 4.* ubi *in præc. num. 3.* proposuit exemplum. Sine culpa enim quis non est puniendus nisi subsit causa. *cap. sine culpa 23. de Reg. Jur. in 6.* nec in aliena potestate esse debet, conditionem non delinquentis deteriorem facere. *l. 2. Quod vi aut clam.*] Thom. de Thomass. *in florib. legum, reg. 125.* Menoch. *consil. 346. num. 26.* Surdus *decis. 102. n. 1. & consil. 22. num. 29.* Farinac. *in praxi crimin. p. 4. consil. 40. n. 45. & consil. 65. n. 100.* Et facto alterius nemo debet prægravari, *l. si quis suo 33. §. legis 1. C. de inoffic. testam.* Surdus *consil. 173. n. 84.* aut alieno facto onerari, *l. in causæ 27. in fin. princ. ff. de procurat.* [nisi ejus mandato actum sit. *l. ab agnato 12. ff. de Cur. furios. l. serv. furiosi 13. ff. de manumiss. l. fin. ff. qui & à quib. manum.* Paul. de Castr. *consil. 335. in pr. vol. 1.* Crav. *vol. 1. consil. 6. n. 86.* adde *infra lib. 13. c. Onus.* Sixt. *lib. 2. de regalib. c. 13. n. 79.*]

XXIV.

FACTUM proprium nemo impugnare potest tanquam vitiosum, *vide infra l. 9. c. 21. & supra verb. Contraventio. l. post mortem 25. ff. de adoption. l. per fundum 11. ff. de servitut. rustic. præd. l. sicut 5. C. de action. & obligat. l. cùm à matre 14. C. de rei vendic. l. generaliter. §. fin. de non numer. pecun. l. non idcircò 12. C. de contrab. emt. l. si creditoribus 5. C. de servo pignori dato. l. cùm profitearis 4. Cod. de revocand. donat. l. 1. C. de remiss. pignor. cap. veniens 5. de filiis Presbyt. cap. cùm super 8. de concess. præbend.* Menoch. *consil. 89. n. 47. Nicol. Burgundus de Eviction. cap. 49. n. 1.* Et non meretur auxilium legis, qui se facto proprio in necessitatem conjecit, *l. 7. §. 1. qui satisd. cog.* Ita non ferendus est, qui ad appellationis venit auxilium in his, quæ ipse facienda procuravit. *l. generaliter 12. §. 1. Cod. de Rebus cred.* [Exemplum addit Mornacius *in l. 25. de adoption.* quod donator non possit revocare donationem à se factam, eo prætextu, quod insinuata non sit; debet enim quilibet facti proprii esse certus, Specul. *de posit. §. 3.* ubi dicit, ideò partes teneri ad respondendum positionibus, quæ facti sunt, & sine consilio Advocati, nisi sit quis simplex.] Thom. de Thomasset *in florib. legum, reg. 26.* ubi ait, procedere, nisi ex justa & concessa causa deveniat. Menoch. *consil. 160. n. 5.* Surdus *consil. 284. n. 5. & 8.* Cardos. *in praxi Judicum, verb. factum. n. 3.* Joseph. Sesse *Aragon. decis. 230. n. 69.* Bartolus *in tract. de consortibus cap. 22. n. 13.* Mar. Antoninus *variar. resolut. lib. 1. resol. 5. n. 2.* Cæs. Arg. *de contradictore legitimo, q. 2. n. 256. & q. 4. n. 43. & q. 8. n. 4. & q. 10. n. 80.* Seraphin. *decis. 334. n. 14.* vid. Tom. Reg. Jur. *lib. 6. pag. 449.*

[Limitatur hæc regula, nisi causa adhuc sit integra, ita, ut alicui mutare voluntatem permittatur. Ita in filia mortua pater facto proprio contravenire non potest, qui diuturno silentio videtur emancipationem approbasse, Pac. I. *Enant. 34.*]

Limita: quando actus esset ipso Jure nullus, quia tunc quilibet potest venire contra actum à se gestum, *cap. magnæ 10. 22. q. 4.* Caputaquen. *decis. 170. n. 6. & 7. p. 3.* Grammat. *decis. 12. n. 14. & decis. 79. n. 3.* Magon. *Florent. decis. 69. num. 6.* Surdus *consil. 183. num. 43. & consil. 284. n. 1. & 14.* quos refert Mar. Anton. *var. resol. lib. 1. resol. 5. n. 23.* [Item ubi contractus seu factum prohibetur à L. favore tertii: vel ob publicam utilitatem; Tunc enim potest idem qui contraxit contravenire facto proprio. Natta *consil. 289. n. 6.*] Baëç *de dot. cap. 11. n. 82. & cap. 34. n. 2.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 1. n. 18.* Cavalcan. *de usur. n. 162. & 163. & 175.* Pinell. *in l. 1. C. de bonis mat. p. 3. n. 73.* Valasc. *consil. 69. n. 14.* Dn. Barbos. *in l. 1. p. 5. n. 15. ff. solut. matr.* Giurba *in consvetud. Messanens. cap. 14. gloss. 15. n. 11.* Vincent. Fusar. *de substit. quæst. 717.*

n.3. Johan. Bapt. Costa *de facti scient. & ignoran. inspect. 9. num. 4. cum seqq.* ubi etiam Axioma declarat, & intelligit verum, si actus proprio nomine gestus sit, secus si alterius, ut in Prælato, Rectore, & administratore Ecclesiæ, curatore, patre legitimo filii administratore, & similibus.

XXV.

FACTUM Judicis reputatur factum partis, *l. si ob causam 13.* ubi Bartolus, Baldus & alii, *C. de evictionib.* Bart. *in quæst. 1. Lucanæ civitatis, num. 15.* ubi quòd factum Judicis æquiparatur facto partis, ne dum circa affirmativum factum, sed etiam circa negativum, & quod imò factum judicis est majoris auctoritatis, quàm factum partis, Jason. *in l. à D. Pio. §. si emptor. num. 3. ff. de re judic.* ubi quod factum judicis censetur factum partis, si est legitimè & juridicè factum, & qvando clauditur sub administratione jurisdictionis, aliàs secus. [Factum enim judicis malè factum non nocet juri partis producentis. Bald. *in l. testium 18. col. 6. C. de testib.* add. eund. *in l. eleganter 24. in fin. princ. ff. de pign. act.* ubi dicit: Factum judicis non videtur factum partis: sed factum Principis æqviparatur facto partis.] Alexand. *cons. 212. Ponderatis num. 7. vers. secundo respondeo lib. 6.* ubi quod procedit in iis, in quibus Judex contra partem invitam habet à lege potestatem procedendi ad illum actum, & limitat in formalibus, qvæ debent specificè impleri, qvia non sufficit factum judicis, ubi forma requirit factum partis, Baldus *cons. 61. In ista qvæstione, num. 2. vers. & si dicatur, lib. 2.* ubi intelligit de facto judicis legitimo, Sign. *cons. 189. in fin.* Ancharan. *cons. 207. In qvæstione. num. 4. & 5.* ubi ampliat in arbitro & arbitratore, qvia illius censetur factum partis; & Menoch. *remed. 8. recuper. num. 44.* Surdus *decis. 266. num. ult. & cons. 36. num. 17. & cons. 49. n. 1. & 37. & cons. 374. n. 9.* Joseph. Ludov. *Perusina decis. 65. n. 5. p. 2.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 2. num. 2. & num. 16.* Cald. Pereira *de resolut. emphyteut. cap. 5. num. 52. & cap. 6. num. 5.* Cardinal. Tusch. *d. tom. 3. lit. F. conclus. 30. per totam.* Rot. *decis. 184. num. 2.* apud Farinac. *p. 1. recent.* Carolus de Grassis *de except. ad mat. stat. except. 17. num. 2.* Stephan. Gratianus *discept. forens. cap. 730. num. 34. & cap. 784. num. 11.* Rota *decis. 259. n. 1. & decis. 382. num. 3. & decis. 115. num. 2. & 3. p. 1. in postbum. Farin.* aliàs *p. 3. recentior.* Intellige, si Judex rectè procedat, non aliàs, Sylvanus *consil. 101. num. 7.* Surdus *cons. 49. num. 37. & cons. 168. num. 25. & decis. 128. n. 15.* Johan. Baptist. Costa *de facti scientia & ignorant. inspect. 40. num. 1. cum seq.* ubi *inspect. 41. num. 2.* subdit, factum Judicis perpetui, civitatis factum reputari, *& num. 4.* quod factum Vicarii pro facto Episcopi reputatur, & *insp. 44. num. 1.* quod factum tutoris pupilli factum censetur. Intellige etiam Axioma quoad validitatem & perfectionem, non quoad scientiam, Surdus *cons. 49. num. 34. cum seq.*

XXVI.

FACTUM præsumitur, quod fieri consuevit, *l. si cui 14. ff. de annuis legat.* [facit *l. si filiusfam. 10. C. de hæred. petit.*] latè Everhard. *in loco ab usitato. n. 6. cum seqq.* Salicet. *in l. exceptio. num. 1. & 3. C. de locat.* Beroi. *cons. 48. num. 11. lib. 2.* Surdus *decis. 199. num. 4.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verb. factum. num. 14.* Mascardus *de probat. conclus. 732. num. 5.* Flamin. *de resignatione, lib. 11. quæst. 14. num. 8.* Vel quod de Jure erat faciendum, Mascardus *de prob. conclus. 734.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. F. conclus. 10. num. 9.* Flamin. *d. quæst. 14. num. 7.*

XXVII.

FACTUM non præsumitur, nisi probetur, *l. in bello 12. §. facti 2. ff. de capt. & postlimin. reverf. l. si emancipati 9.* ubi Jason. *C. de collat. l. 1. C. de probationib.* Anton. Faber. *decad. 36. error. 1. in fin. l. adseveratio 10. C. de non num. pecun. cap. cùm Johannes 10. §. verum. de fide instrum. cap. licet. 1. de constit. lib. 6.* [Vid. Wesenb. *parat. de reb. cred. num. 12. & de probat. num. 15.* Abbas *in cap. in præsentia 9. colum. 3. de probat. fac. cap. cum in jure 31. de offic. deleg.* & probatur *in cap. cùm Johannes 10. de fid. instrum.*] Vital. de Camban. *in tract. clausularum pag. 320 num. 49.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg. 118.* Caputaqven. *decis. 11. num. 1. p. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 14. per totam.* Mascard. *de probat. conclus. 732.* Cardin. Mantic. *de conjectur. ult. volunt. lib. 2. tit. 1. n. 4. & tit. 12. num. 22.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 10. quæst. 8. num. 43.* ubi *num. 44.* ait, rationem hujus Axiomatis esse, quia facta sunt sui natura incerta, *per l. in omni 2. ff. de juris & facti ignor.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 43. n. 95. & gloss. 62. num. 28.* Cardin. Tusch. *d. tom. 3. lit. F. conclus. 10.* Mari. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. 98. num. 8.* Bellet. *disq. pisit. cleric. p. 1. tit. de bonis cleric. §. 15. num. 6.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. cap. 9. num. 2.* Probantur verò facta etiam per conjecturas *l. dolum 6. C. de dol. l. fin. C. de probat.*

Limita in factis notoriis & publicis. *cap. 1. de postulat. Prælat.* Camill. Borrel. *in summ. decis. tom. 1. tit. 2. de probat. num. 31. vers. declarandum.* Joan. Bapt. Cost. *de facti scient. & ignor. inspect. 13. num. 5. in fin.* Et in usitatis, seu fieri consuetis, Borrel. *d. loc. num. 32. & 34.* Modit. *in §. lex est. Institut. de Jur. nat. gent. & civil. dub. 100. num. 12. vers. consuetis verò.* ita in minore præsumitur infirmitas intellectus.

[Limita etiam, nisi subsit causa urgens præsumendi, ut est text. not. *in c. cum tamen 16. de testib.* Abbas *in d. cap. in præsentia 8. & in cap. sicut 13. in col. 7. de jurejur.* Item, nisi in scriptura opponatur tale verbum, quod de necessitate includat illud factum: tunc enim lex bene præsumit, textus est *in l. sciendum 30. & ibi Dd.* Jason. *1. not. ff. de verbor. obligat.*]

XXVIII.

FACTUM legitimè seu justè nullam pœnam meretur, *l. nemo damnum 51. ff. de Reg. Jur. l. qui servum 96. ff. de verb. oblig. l. Gracchus 4. C. ad Legem Juliam de adult. l. sancimus 25. C. de administr. tutor. §. injuria 2. Institut. ad Leg. Aquil. l. 2. ff. quod quisque jur.* Thom. de Thomasset. *in florib. legum, reg. 260.*

XXIX.

FACTA multa tenent, quæ à principio fieri prohibentur. *l. pater furioso 8.* ubi latè Jason. *de his, qui sunt sui vel alieni juris. l. circa 24. ff. de inoffic. testam. l. 1. §. biduum 5. ff. quando appellandum sit. cap. ad Apostolicam 46. de Regularib. cap. 1. de matrim. contracto contra interd. Ecclesiæ, cap. fin. de divort. cap. rursus 6. qui clerici. vel vovent.* Roman. *cons. 215. Duo sunt. num. 4. & 5.* ubi quod præsumptio Juris, & de Jure licet non admittat probationem in contrarium; si tamen est admissa & probata, relevat, & quod clericus, licet instrumenta conficere & rogare non possit, tamen confecta & rogata valent; & *consil. 409. Quoad primum, num. 7.* ubi quod licet quis prohibeatur fidejubere; si tamen fidejubeat, valet fidejussio. Angel. Aretin. *consil. 92. num. 15. vers. tertio dictus contractus*, ubi quod contractus, quamvis non possit celebrari in Ecclesia, tamen celebratus valet, Oldrad. *cons. 14. num. 9. vers. ad aliud.* ubi quod licet benedictio Abbatis tutius debeat fieri die Dominico, si tamen est facta alio die, valet, & *cons. 306. in fin. vers. secunda ratio*, ubi quod is, qui non potest dare de jure tertii, & non audiretur volens probare, si tamen jam probavit, auditur, Abbas *cons. ult. n. 5. lib. 2.* ubi quod qui non tenetur respondere libello generali; si tamen illi respondet, sibi præjudicat, Signorol. *cons. 227. In quæstione, num. 2.* ubi quod laudum licet ferri non possit, vel non debeat, stante claudicatione compromissi, si tamen feratur, valet, Federic. de Senis *cons. 104. n. 4. & cons. 293. in fin.* ubi quod mulier & miles, licet non possint esse procuratores, si tamen admittantur, valet processus. Bartol. *in quæst. 1. Lucanæ Civitatis. num. 12. vers. econtra.* Ubi hanc regulam infallibilem dicit Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg. 185.* ubi ait, procedere, quando à principio actus non est omninò invalidus, Lambertin. *de jur. patron. p. 1. lib. 10. art. 7.* Surdus *cons. 174. num. 12. & cons. 175. num. 41. & cons. 360. num. 14.* Cardinal. Tusch. *d. tom. 3. lit. F. conclus. 12. per totam.* Stephanus Gratianus *Marchiæ decis. 64. num. 11.* Cæs. Argel. *de contradict. legitim. quæst. 3. num. 98.* Anton. Monach. *Bonon. decis. 19. num. 22.* Escob. *de ratiocin. cap. 5. num. 38.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 29, num. 6. & tit. de clerico teste. §. 4. num. 7.* ubi intelligit Axioma, quando prohibitio fit in accidentalibus; secus verè si forma & actus substantialis prohibeatur, juxta doctrinam gloss. *verb. Sacramenti, in auth. decernit. C. de recept. arbitr.* quam probat Sot. 24. *distinct. 28. quæst. 1. art. 1.* [Bart. *in l. non dubium 5. C. de Legib.* & Alex. *in l. 2. §. dubium. ff. quando appell.* ubi dicunt, hoc axioma verum esse, si Lex ultro confirmet; aliàs secus. P. Phil. Cor. *in consil. 46. incipit in causa. lit. S. la. 2. & consil. 54. incipit, videtur. in lit. D. & seq. in prima part.* & Francisc. Aretin. *in l. Centurio. in col. 3. vers. est autem multiplex.* Dam. *reg. 109. ubi fallentiæ.*

XXX.

FACTA pro infectis haberi non possunt, *l. in bello 12. §. facti 2. ff. de captiv. & postlim. reversis.* [*l. 1. §. si vir. 4. ff. de acquir. possess.*] *l. veram 31.* ubi Decius *ff. ad Regul. Jur.* Thomas de Thomasset. *in florib. legum, reg. 117.* ubi quod procedit, nisi aliud contra leges, vel bonos mores fiat, Surdus *cons. 93. num. 8.* Ferrer. *in Constitut. Cataloniæ, gloss. 6. num. 121.* Anton. Monach. *Bononiens. decis. 28. num. 51. & decis. 30. num. 25.* Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. differ. 1. num. 27.* Cardin. Seraphin. *decis. 365. num. 7.* [Planè interdum lex fingit aliquid infectum esse, quod est factum, quo casu factum pro infecto habetur, & contrà, fingit aliquid factum, quod est infectum. *ut in d. l. 12. §. Codicilli 5. in fin. & l. 16. ff. de captiv. & postlim. reversis.*

§. si

§. *si ab hostibus 5. quibus modis jus patriæ potest. solvitur*, item *in l. 18. ff. dict. tit. cap. 13. §. quo circa. de desponsat. impub.*] Modit. *in §. lex est. Institut. de jure nat. gent. & civ. dub. 100. num. 1. cum seqq.* ubi *à num. 2.* probat, quod nec DEUS Optimus Maximus factum infectum facere queat. Intellige in veritate, id est, quantum ad rem & factum ipsum, ad juris verò effectus, actusve validitatem, cùm quid factum contra legem, aut bonos mores est, infectum reputari à lege potest, & reputatur. *l. jubemus nulli 14. l. 1. in fin. C. de sacrosc. Eccles. l. non dubium 5. C. de legibus.* Modit. *d. dubit. 100. n. 7.* Joh. Baptist. Cost. *de facti scient. & ignor. insp. 12. n. 4. & insp. 23. num. 5.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 16. quæst. 17.*

XXXI.

FACTA de facto etiam sunt revocanda de facto, juxta notata *in l. 1. §. nunciatio 16. de novi oper. nunciat. & in cap. 1. ut lite pend.* Alex. *cons. 179. In causa. in fin. lib. 6.* ubi, quod si judex de facto, & non citatâ parte, tradidit possessionem alienam alteri, dicitur spoliare, & sicuti de facto restituere debet, Gemin. *cons. 39. num. 4. cum seqq.* ubi quod sententia nulla, & de facto lata, de facto debet revocari, & similia exempla adducit Castr. *cons. 183. In causa. in princ. lib. 1.* ubi quod si causa requirente sententiam diffinitivam, judex sine causæ cognitione incepit à præcepto, omnia sunt nulla, & tanquam de facto facta sunt revocanda, & *cons. 412. Viso puncto. col. 2. vers. & ad quod dicitur. lib. 2.* ubi quod procedit Axioma in iis, quæ facta sunt non debito modo, & contra jus, secus si jus permittat, Baldus *consil. 257. Factum sic proponitur, lib. 4.* ubi quòd exequutio facta contra tertium possessorem, non citatum vigore sententiæ latæ contra bona hæreditaria, tanquam de facto facta debet revocari, Socin. *cons. 32. Ex iis, vers. quantum enim lib. 1.* ubi intelligit, ut judex debeat esse facilis in revocando, sed tamen prævia citatione, prout illum refert Apostil. ad Castren. *consil. 128. In ver. revocari. lib. 1.* idem Bald. *cons. 318. Ista captura. & cons. 338. In causa. & cons. 374. lib. 4.* ubi quòd si quis est carceratus, ut suspectus de fuga ordine non servato, puta non præstito juramento, seu non liquidato credito, prout requirit statutum, captura est revocanda, neque confirmari potest ex novis. Anchar. *cons. 340. Viso themate, in fin.* ubi quod sequestratio vel recommendatio carcerati facta de facto sine Judice, nihil relevat, & de facto revocanda est; dicit tamen Jason. *in l. à Divo Pio 15. §. in venditione 2. num. 12. ff. de re judic.* quod captura debitoris nulla, quia ordine non servato facta, potest confirmari, si constat de debito. Et ad communem allegationem hujus axiomatis vide Lancellot. *de attent. p. 3. cap. 25. n. 46.* Vant. *de nullitat. tit. quid sit null. num. 16.* Cardinalis Tusch. *tom. 3. lit. F. concl. 11. per totam.* Mar. Anton. *variar. resolut. lib. 2. resol. 29. num. 6.*

XXXII.

FACTA legitimè retractari non debent, nisi casus postea eveniat, à quo inchoari non possent. *cap. factum legitimè 73. de Reg. Jur. in 6. l. in ambiguis 85. §. non est novum. 1. ff. eod.* Surdus *cons. 125. num. 11.* Joan. Baptist. Cost. *de facti scient. & ignor. insp. 46.* Vincent. Caroc. *decis. 58. num. 13.* ubi intelligit in actu non omnino perfecto & consummato; & subdit perfectum non dici, nisi data ultima & finali perfectione. Idem tenent Joan. Bapt. Cost. *d. inspect. 46. num. 9.* & Surd. *d. cons. 125. num. 55.* ubi *n. 56.* limitat etiam, quando causa, ob qvam factum est, ad non causam devenit.

CAP. VIII.
De Facultate.

Axioma I.

Facultas libera intelligitur, dummodo juris ordo servetur. Bart. *in §. ad hæc. de pace jurum. firm. 2. F. 53.*

II.

Facultas facti non transit ad heredem. *l. cum quis 57. & ibi* Alex. *de V. O.* ubi vid. limitationes ad hoc.

III.

Res meræ facultatis non præscribuntur, Doctores & Bartolus *in l. sicuti 3. Cod. de præscript. 30. annor.* Bartolus *in l. cum notissimi 7. in princ. eodem titulo. & in l. prætor 20. §. fin. de op. nov. nunc. & in l. viam publicam 2. ff. de via publ. resic. l. in filiis 35. & ibi* Bart. *C. de Decur. in marg. verb. Statutum. vers. 6. & in l. licet. C. de jur. delib.* Knich. *de jure territ. cap. 3. num. 203. & seqq. ubi vid.* Lothringische Landsbräuch *tit. 18. §. 3. vid. Thesaur. decis. 16. per tot.* Kœpp. *decis. 19. n. 6.* Rosenthal. *de feud. cap. 3. concl. 25.* Cothman. *vol. 2. cons. 99. num. 40.*

Variè declarat hanc regulam Wesenbec. *lib. 1. cons. 2. n. 94.* ubi dicit, quod regula hæc tantum procedat (1.) in iis, quæ sunt facultatis publicæ, non privatæ, (2) in iis, quæ competunt ex meræ voluntatè: secus vero in his, quæ simpliciter non sunt facultatis, nec collata in puram & liberam voluntatem. *l. 1. & ibi* Bart. *C. de mund.* (3) in iis, quæ non sunt in judicium deducibiles, & quarum nomine non sit actio aut obligatio, (4) in iis, quæ sunt facultatis & libertatis naturalis,

non in illis, quæ veniunt ex contractu & obligatione, (5.) non procedit in facultate juris quæsiti: quia jus potius est quam facultas. Denique Bald. *in l. eum qui 2. C. si omissa causa testamenti.* hanc regulam veram ait in præscriptionibus temporalibus, non in immemorialibus.

CAP. IX.
De Falcidiâ.
Axioma I.

Quoties de herede gravato quæstio incidit, toties ex tempore mortis quantitas bonorum æstimanda.

Ratio: quia tunc cedit dies legatorum, i. e. ab eo tempore Legatariis ad legata jus quæritur. Quodcunque igitur post mortem accedit vel decedit hereditati, illud omne accedit vel decedit heredi. Itaque si is, qui centum aureorum patrimonium in bonis habebat, centum legaverit, nihil legatariis prodest, si ante aditam hereditatem ex fœtu pecorum tantum accesserit hereditati, ut centum aureis legatorum nomine erogatis heres quartam partem hereditatis habiturus sit: Sed necesse est, ut nihilominus quarta pars legatis detrahatur. Ex diverso, si LXXV. legaverit & ante aditam hereditatem in tantum decreverint bona, ut non amplius quàm 75. aureorum substantia relinquatur, solida legata debentur. §. 2. *Inst. ad L. Falcid.*

Limita: nisi id, quod hereditati post mortem accesit, ex testatoris facto oriatur: hoc enim uti auget hereditatem, ita quoque legatario prodesse debet, & ita intelligenda *l. 53. ff. h. t.* (2) notanda cautela pro herede, ut, si quartam habere non possit, simulet se adire nolle hereditatem, quæ res efficit, ut sit necesse legatariis, ne destituto testamento nihil consequantur, cum herede in portione paciscì *d. §. 2. Inst. ad L. Aquil.* Quam cautelam hodieque post *Novell. 1.* obtinere, eumque textum tantùm de casu, ubi heres adiit hereditatem & legata &c. solvere recusat, intelligendum esse probat Stryck. *tract. de success. ab intest. diss. 1. cap. 1. §. 53.*

II.

Quæcunque heres non habet Jure hereditario, illa in Falcidiam non imputantur *l. in quarta. 91. ff. ad L. Falcid.* quia lex Falcidia expresè vult, ut quarta pars hereditatis maneat apud heredem. Ita ergò quæ titulo prælegati vel fideicommissi à cohærede habet heres, non imputantur. *d. l. 91. ff.* aliud est in Trebellianicâ, de quâ *suo loco.*

Fallitus *v. Supra* Decoctor.

CAP. X.
Fallere, Falli.
Axioma I.

Fallor, dictum est testis dicentis: verum est, nisi fallor, probat, quia videtur magis affirmativè, quàm dubitative verba illa proferre. Ita dixit Angel. *in l. 1. in gl. in verb. nisi fallor. ff. de Instit. & Jur.* & subdit ibi, quod idem est, si testis dicat, Mihi videtur *l. 1. §. 1. de excus. tut.* vid. Bertach. *in Repertor. sub hac voce.*

II.

Fallens fidem, pro animali irrationali habetur, non pro homine; ut de Cœlestino Papa scripsit Baldus *in cons. 327. Pridiè. col. 2. lib. 1.* refert. Borcholt. *cons. 14. lib. 1. cap. un. in princip.* & sic etiam Leo *in Nov. 19.* scribit; Animali non convenire, pacta conventa per improbationem adulterare.

CAP. XI.
Falsum, Falsitas, Dolus.
Axioma I.

Falsa causa relictum non vitiat: exemplum est in legato. §. *longè magis 31. Inst. de Legat.* Nisi de voluntate testatoris doceatur. *l. cum tale 72. §. falsam. 6. de condit. & demonstr.* Bartol. *in l. damus 52 de condict. indeb.* Et dic ut *in l. Pactum ejus 92. & ibi* Bart. *ff. de hered. instit.* quod non vitiat, licet vitiet institutionem, nisi falsa causa sit pariter adjecta legatis & institutioni, ut ibi habetur. vid. plenè per Bart. *in l. demonstratio 17. §. quod autem 2. ff. de condit. & demonstr. & ibi Dd.* An verò vitiat sententiam, vid. *l. qui in testamentò. 37. §. 1. de Excusat. tut. & ibi gloss. & Dd.* add. Bertach. *Repertor. sub hac Rubr.*

II.

Falsa denominatio vel appellatio alicujus qualitatis non inducit dispositionem *l. 2. & ibi* Bald. *C. de necess. serv. her. inst.*

III.

Falsitatis suspicio cessare debet pro re parva. *l. cum hi 8. §. modus 10. ff. de Transact. cap. & si quæstiones 18. de simonia.* Oldrad. *cons. 162.* Alex. *cons. 7. vol. 1. col. 2.* Decius *cap. super literis 20. col. 3. de rescript.* Cravett. *cons. 56. num. 14.* non enim subest causa verisimilis, quod quis pro modico voluerit dicere falsum, Id. *cons. 75. num. 16.* & nemo præsumitur dejerare, ubi ex hoc nullum reportat commodum. *l. & eleganter 7. §. fin. ff. de dol.* Fulgos. *cons. 173.* Med. *reg. 5.*

IV.

Falsum quod est, nihil est. *l. eleganter 24. § qui reprobos 1. de pign. act. gloss. in l. 2. C. de Hæret.*

V.

Falsa simulatio veritatem non minuit. *l. nec omissa 15. Cod. de liberal. caus.*

VI.

Falsum non videtur, quod veritatis primordio adjuvatur. *l. 76. §. heres de leg. 2. & ibi* Bart.

VII.

Falsitas tacendo non committitur, gloss. *c. notabilis 22. quæst. 2. cap. ne quis arbitretur. ad fin.*

Fallit hæc regula (1.) in teste, qui si tacet quod dicere debuit: vel si loquitur insidiosè, falsum committit, *arg. l. 8. in fin. C. de Episcop. & Cler.* (2.) in Notario. *arg. l. 39. de Act. Empt.* Johan. Federic. Solis *de bon. const. matrim. acquis. quæst. 25. num. 12.*

VIII.

Falsitas est mutatio veritatis. *Justin. in Novell. 73. in*

13. in princ. Azo *in summa. de crim. falsi. in pr. l. quid sit falsum. ff. de falsi.*

IX.

Quoties veritas dolosè sine læsione alterius intervertitur, toties quidem falsum, non verò crimen falsi committitur.

Ratio: quia, ut crimen falsi dicatur commissum, requiritur, ut damnum tertio fuerit illatum per dolosam veritatis immutationem.

Exemplum: ita qui subtrahit sive occultat instrumentum invalidum & nullum, non committit Crimen falsi. *l. 38. §. 6. ff. de pœn.*

X.

Falsitas instrumenti probatur ex variis conjecturis, veluti ex additionibus in margine factis, imperfectione, rasurâ, foliis separatis, varietate chartarum, interlineaturâ, insveto scribendi modo, contrarietate & similibus. *Decian. consil. 100. vol. 2. n. 9. seqq. & consil. 91. vol. 3.* Menoch. *consil. 48. vol. 1.*

XI.

Contra falsificatores ponderum & mensurarum potest agi civiliter vel criminaliter. *Constit. Crim. art. 113.* Schneidew. *in §. fin. Instit. de emt. vend. n. 16.* Qui verò ignoranter utitur falsis ponderibus, tenetur ad restitutionem vel certam pecuniam ærario sacro, Armkasten/ conferendam. Speidel. *in Notab. verb.* Gewicht/Ellen/Maß.

XII.

Literas alienas aperiens, radens, lacerans falsi reus est. *l. 3. §. 18. ff. ad SCtum Silan.* item aurifex faciens aurum de minori ligâ. Hippol. *de Marsil. in l. qui falsam monetam 19. ff. ad L. Corn. de falsi.*

XIII.

Falsi pœna tenetur, qui legem falsè allegat, si ex proposito id faciat. *l. fin. de falsi.* Ita faciunt advocati nequam, ut dicunt Dd. qui in suis consiliis allegant glossas à Doctoribus damnatas. Zas. *in l. 1. §. sed an. cum l. seq. ff. de dol. except. col. 900.* Idem *in apostillis & dictis Doctorum.* Bart. *in tit. ult. ff. de Leg. Cornel. de falsi.* Adde Decian. *in apolog. cap. 22. n. 81. & seqq.* Lang. *lib. 1. Semestr. cap. 2. pag. 35.* Rationem tamen Legis correctæ citra falsi notam pœnamque allegamus rectè. Zas. *in l. 3. §. Neratius. n. 9. ff. de acquir. possess.*

XIV.

Falsitas non est sine dolo. *l. nec exemplum 20. & ibi* Cyn. & Doctores *C. de falsi.*

Committitur etiam ex obscuro loquendi modo, ut, quando non potest intelligi, quid dicatur. Bald. *in l. fin. q. 14. C. de hered. instit.* Qui dolus appellatur abscondita mentis machinatio. *l. ult. & ibi* Bald. *C. de Litigios.* Solis *d. loc.*

Declara hanc regulam veram esse de falso formaliter accepto: nam si materialiter sumitur, Falsum non semper præsupponit dolum, ut tanquam notabile tradunt Dd. *in l. 7. C. de in integr. restit.* ubi minor falsò se majorem probasse dicitur, cum putaret se esse majorem, & sic sine dolo erravit. Unde si quis dicat testi, tu falsum testimonium dixisti; vel dicat alicui, tu es falsus, non ideò tenetur actione injuriarum: quia falsum per hunc textum omne id potest dici, quod secus se habet, quàm res est gesta, etiamsi absit animus fallendi, qui animus in injuriis semper præsumitur, quod est notandum, Sichard. *ad d. l. 7. n. 5. C. de in integr. restit.* Add. Schneidew. *§. 1. Instit. de Injur. n. 10. & 11.*

XV.

Ex falsis vera concludi possunt. v. gr. Omne prædium in jure consistit. Servitus est prædium. Ergò servitus in jure consistit; Contrà ex veris falsa non sequuntur, ἐξ ἀληθῶν οὐκ ἔστι ψευδῆς. Cujac. *tract. 5. ad Afr. in l. 88. Ad L. Falcid.* Ratio hujus regulæ est, *quod semper falsis à vero petitur veritas.* Sen. *lib. 4. Nat. quæst. præfat.* i. e. verum aliquid assumitur vel admiscetur, ut etiam falsò fides fiat. Hinc Quint. *lib. 5. Instit. cap. 13.* merito ait: *Sæpe quod dicendo vel argumentis convelli nequit, quasi fastidiendo calcatur simulatione eo usque procedente.*

XVI.

Dolus non debet prodesse aut patrocinari dolosо, *l. verum 63. §. hoc quoque 7. pro soc.* gloss. *in l. Titio. 36. in princ. ad Municip.* Bart. *ad l. fi in fraudem 9. C. de Legat.* Unde meritò pactum dolosum infringitur doli exceptione. *l. cum posteaquam 9. C. de pact.* Solis *d. n. 12.*

CAP. XII.

Falx.

FALCEM in messem alienam quis ponere non debet. [*cap. venerabilem 34. de Elect. cap. patentibus 10. de privileg.*] Bald. *consil. 396. Quod autem. n. 2. vers. sed respondet. lib. 4.* Anchar. *cons. 11.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 3. lit. F. concl. 35.* Tractent enim fabrilia fabri, & quam quisque norit artem, in ea se exerceat, Strach. *de mercat. part. 3. tit. de nautis. num. 33.* Cardin. Tusch. *d. lit. F. concl. 2.* Et ideò non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet, *l. culpa 37. de Regulis Juris. cap. non est 19. eod. tit. in 6.* Corrasius *Miscellan. lib. 4. cap. 1. n. 10.* Thomas de Thomasset. *in florib. Legum, reg. 203.*

Licet autem nemo debeat ponere manum ad messem alienam, neque ordinem prævertere; tamen ex causa necessitatis permittitur, quod unum membrum fungatur officio alterius membri. Abbas *in sua quæst. 1. col. 22. n. 35.* quem refert Card. Tusch. *tom. 5. lit. N. concl. 18. n. 21.*

CAP. XIII.

Fama, Existimatio, Rumor. *conf. loc. de* Gloria & Nomine.

Axioma I.

Fama inducit justam credulitatem. Felinus *in cap. cum contingat 24. col. pen. in fin. extr. de rescript.* Bartol. *in l. 2. C. si serv. vel libert. ad de-*

cur.

cur. adspir. Hinc fit, ut qui publica fama seductus, falsum denunciavit, debeat excusari. *l. fin. & ibi* Bartol. *ff. de hæred. instit. l. cum quidam 30. §. quod dicitur 3. de Acqu. hæred.* Bald. *in add.* Specul. *de accus. vers. sed an fama.* Alex. *consil. 96. p. 3.*

Quod tamen limitandum restringendumque ad casum, quando fama procedit à personis fide dignis, vide Bertach. *in repert. sub hac voce.* quod si enim temerarius rumor fuit, facile credendum non est. *cap. 2. extr. de cohab. cler. cap. 5. de eo, qui cog. cap. 6. de fid. instrum. alioquin enim*, inquit Fabius Quintil. *declam. 18. fraude inimicorum falsa vulgantium sæpe fama noceret etiam innocentibus. famæ sæpenumero indignitas initium, credulitas incrementum dat.* Sicut autem vulgato rumori non temerè adhibenda fides; ita nec quidquam probat, nisi ortum habeat ex probabilibus causis. Petr. Phil. Cornæus *in consil. 130. incip. Eleganter. in lit. F. in quarta parte.* Aut alia probatio valde sit difficilis. Bart. *in l. fiquidem 5. Cod. solut. matrim. & in l. continuus 137. §. 2. de V. O.*

II.

Fama notorium non facit, sed ut cautius scriptum est, *in cap. ex literis 32. extr. de jurej.* quasi notorium, Cujac. *in recit. ad cap. 7. extr. de cohabit. Clericorum.*

III.

Fama plenè probat in antiquis. Cravett. *de antiq. temp. Part. 1. n. 302.* non verò in causâ matrimoniali, nec in criminali, licet famæ accedat unus testis. *Dec. consil. 123. & 210.* Neque sufficit fama sola ad torturam, nisi alia concurrant indicia & reus aliàs sit suspectus, so der Beklagte eines bösen Leumuths und sonst verdächtig ist. *Const. Crimin. art. 25. ibique* Zieriz. Besold. *thes. pract. verb.* Gerüchte.

IV.

Fama ab inimicis orta non præjudicat. Bursat. *consil. 20. n. 36. vol. 1.*

V.

Quibus charitas & reverentia debetur, eorum famæ & existimationi parcendum est. *l. 1. §. ostendimus. de suspect. tut. ubi* Wes. *parat. n. ult.*

VI.

FAMA bona est thesaurus inæstimabilis, Baldus *in l. 1. col. 4. Cod. de confessis*, quem refert Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 5. q. 3. n. 92.* Et est maximum bonum, per ea, quæ tradit Franc. Ant. à Sousa *in relect. de censuris Bullæ Cœnæ, cap. 13. disp. 70. n. 3.* & ideò melius est nomen bonum, quàm divitiæ multæ, *Proverb. 22.* Mascard. *de probat. conclus. 234. & seq. & concl. 1219. n. 9. & 10.* Sayr. *in clavi Regia lib. 11. cap. 3. n. 1.* Plura de hoc Surd. *consil. 68. n. 17.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 875. n. 21.* Prodest enim multum bona fama, & expurgat omnem suspicionem, Cravett. *consil. 145. in fin.* quem refert Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom. 3. lit. F. concl. 69. n. 17.* in tantum, ut crudelis dicatur, qui negligit suam famam, Anchar. *consil. 188. Visis consiliis n. 6.* Covarruv. *lib. 1. var. cap. 2. n. 8. in pr. vers. quibus suffragatur.* Dominicus Arumæus *decis. 13. n. 66. lib. 2.* Thomas Trivisan. *decis. 10. n. 15. lib. 1.* cum periculum infamiæ æquiparetur periculo mortis, Alexand. *consil. 133. circa executionem. n. 8. lib. 6.* Cardin. Tusch. *d. concl. 69. n. 20.* [& vita & fama pari passu ambulent. *l. 9. ff. de manumiss. vindict. l. 7. §. 1. l. 8. §. 2. quod met. causs. l. eorum. 4.* ibi, *cujusque salus aut existimatio. C. de Malef. & Mathem. l. 9. in princ.* ibi, *capitis famæque periculum. de fideicom. libert. l. 26. Si quis omiss. caus. test.* vide omnino Kremberg. *de necessar. defens. q. 8. n. 82.* Unde & Fama plus est custodienda, quàm oculi, & mortaliter peccat, qui eam non defendit jure. *can. sent. 51. & cap. non sunt audiendi 56. 11. quæst. 3.* omnique emolumento pecuniario præponderat, *l. 104. de Regulis Jur.* Explicationis causa notandum, quod quotiens jura famam & vitam comparant, per intensionem de fama loqui; nam in rei veritate hæc duo revera non procedunt à pari, nec rectè comparantur, *l. 38. §. 9.* ibi: *Nam cujus famæ, multo magis vitæ parcendum. ad Legem Jul. de Adult.* Aut certè argumentum ab æquiparatis non est admittendum, quando subest diversa ratio, *l. 60. §. 1.* ibi: *sed hoc dissimile est. de Condict. indeb.* Vitæ enim periculum longè majus est periculo honoris; honorem enim læsum vindicare legitimis possumus remediis: non etiam vitam recuperare. Kremb. *d. q. 8. num. 36. & seqq.* vid. omninò Wes. *de Proc. n. 5. post med.*]

CAP. XIV.

De Familia *vide supra*

Cognatio.

Axioma I.

Familia gaudet privilegiis patrisfamiliâs, Glossa *in l. 2. C. de Episcop. & Cleric. & in l. restituenda 6. C. de Advoc. divers. judic.* Dignitatem autem familiæ masculi, non fœminæ conferunt *l. 1. §. pen. de ventre inspic.* Jac. Aren. & Cyn. *in l. publico 1. C. ad Leg. Jul. de Adult.* Bald. *in l. maximum 4. Cod. de lib. præterit.*

II.

Pro conservatione familiæ testator potest prohibere, ne res aliqua extra familiam alienetur. Romulej. *in l. filiusfam. 114. §. 14. ff. de leg. 1.* Et ob eam causam rectè masculi præ fœminis bona familiæ retinent, & fœminæ recipiunt æstimationem suæ portionis. Wesembec. *consil. 51. vol. 2. add. Decian. cons. 6. 7. vol. 1.* Familiarum enim digni-

gnitas non per fœminas, sed masculos dicitur conservari. Curt. *sen. Cons. 40. n. 3.*

CAP. XV.
De Familiaritate.

Axioma I.

Familiaris inimicus pessimus est retributor: Et nulla pestis efficacior est ad nocendum, quàm familiaris inimicus. *l. data jam 27. C. de donat.* quia homo non sibi præcavet ab eo. Minus enim jacula feriunt, quæ prævidentur. Abb. *in cap. & si Judæos 13. de Judæis.* Adde gloss. *in cap. si inimicus. super verbo. Hostis. distinction. 93.* & Bartolus *in l. 2. Cod. de indictione.* Damas *regula 53.*

II.

Ex nimia familiaritate contemptus dignitatis oritur. *l. 19. de offic. præsid.* & Abb. *in cap. Et si Judæos 13. de Judæis.* addit, hoc fieri inter rusticos & fatuos, non inter prudentes, quia inter sapientes parit familiaritas benevolentiam & amicitiam: nam confabulatio & conjunctio inducit & conservat amicitiam, ut refert Aristoteles *lib. 8. Ethicor.* & auget affectionem, *ut in l. 4. C. de Cast. pec.*

CAP. XVI.
De Famulis.

Axioma I.

Famulus annalis debet habere salarium in fine anni. Bald. *in l. 2. C. locat.* & censetur reconductus pro salario solito. Bald. *in l. 19. ff. de Jure Dot.*

III.

Qui rem domino non jubenti per famulum mittit, omninò tenetur, si famulus aufugiat. Hippol. *de Marsil. sing. 430.*

III.

Gesta à famulo præsumuntur gesta mandato domini. Viv. *2. decis. 37.*

IV.

Famulus non obediens non debet habere salarium. Bart. *in l. 32. ff. de excus. tut.*

CAP. XVII.
De Favore *vid. infr.* De Gratia. *Supra* De Actore.

Axioma I.

Favorabilior debet esse judex in absolvendo, quam in condemnando. *l. favorabiliores 125. de Regulis Juris. & si præses 32. ff. de pœn. l. Arrianus 47. de Obligat. & Act.*

II.

In favorabilibus personæ ita juvandæ sunt, ne tamen justitia lædatur. *c. 6. extr. de donat. inter vir. & uxor. l. 4. C. de emancip. liber.* ratio, quia nulli hominum jus suum detrahendum, *l. 2. de his qui sui vel al. jur. l. 31. §. 1. vers. & probè. Depositi.* elegans hujus rei exemplum occurrit *in cap. ex tenore 11. de foro compet.* ibi: *sic sumus viduis injustitia debitores, ut tamen aliis injustitiam facere non debeamus: & in cap. 6. de donat. inter vir. & uxor.* ibi: *licet etiam Ecclesia in causa viduarum se favorabilem debeat exhibere; contra justitiam tamen non est eis favor Ecclesiasticus concedendus:* nec abhorrent ab hac sententia juris canonici civiles constitutiones: sic graviter olim prætor, ne, dum in favorem partus mulieri possessionem pollicetur, aliis prædæ occasionem præbeat. *in l. 1. si vent. nom. mul. in poss.* prospexit, ratio, qvia quemadmodum facilis est circa possessionem dandam mulieri, ita calumniam ejus non debuit relinquere impunitam, *l. 1. in princ. Si mul. vent. nomine.*

III.

FAVORE quod conceditur, non retorquetur in odium, *l. nulla juris ratio 25. de legib. l. quod favore 6. Cod. eod. tit. cap. quod ob gratiam 61. de Regulis Juris lib. 6.* [*ubi vid. omnino* Petr. Peck. Exemplum & textus allegans *in l. 3. §. 5. de Carbon. Edict.*] Thomas de Thomasset. *in floribus Legum, reg. 243.* ubi ait procedere, nisi aliquis in legem ipsam peccaverit. *& pag. 258.* ubi intelligit, nisi sua culpa retorqueatur, Surdus *decis. 195. n. 5.* Monet. *in tract. de opt. canon. cap. 3. n. 142.* Cardinalis Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 2. tit. 12. n. 27.* Octav. Glorit. *resp. 1. p. 3. num. 39.* Sigism. Scacc. *de commerc. & camb. §. 2. gloss. 5. n. 308.* Johan. Mar. Novar. *in praxi elect. & variat. fori, quæst. 43. sect. 1. n. 18. pag. 93.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 651. n. 21. & cap. 665. n. 20. & cap. 656. num. 17.* [Exceptio est egregia in beneficiis alternativè & sub electione concessis, ut est beneficium induciarum & cessionis. *l. ult. Cod. qui bonis ced. poss.*

IV.

FAVORI suo quilibet renunciare potest, [*text. est in l. pen. C. de pact. ibique gloss. l. 46. de pact. ubi vide simul exemplum*] *l. cum pater 77. §. libertis 27. ff. de legat. 2. l. si judex circumvento 41. ff. de minorib. l. potest 71. ff. ad Leg. Falcid. l. si quis in conscribendo 29. C. de pactis. l. quoties 13. C. de fideicom. l. 2. C. ut in possess. leg. l. penult. C. de Episcop. & cleric. cap. ad Apostolicam 16. de regularib. cap. si de terra 6. in fin. de privileg.* Bart. *in l. 1. C. de pact.* Anton. Gomez. *var. tom. 2. cap. 13. num. 17.* Menoch. *cons. 89. n. 97.* Surdus *cons. 198. num. 2.* Vitalis de Camban. *in tract. clausular. pag. 241. n. 9.* Cardinalis Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 12. tit. 18. num. 20.* Monet. *de opt. canonica. cap. 3. num. 207. & cap. 6. num. 4.* Mar. Anton. *var. resol. l. 1. resolut. fin. cas. 13.* Ferrer. *in Constitut. Cataloniæ. gloss. 4. num. 86.* Rot. *decis. 265. num. 3.* apud Farinac. *p. 1. recent.* Ambrosin. *Perus. decis. 3. num.*

num. 15. Intellige, si ipsius renunciantis tantum, & non alterius favorem concernat, *cap. cum tempore 5. & ibi* Panormitanus *n. 2. de arbitr.* & sic quando ipsi renuncianti principaliter, nec secundariò favor concessus est, Joan. Mar. Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 76. per tot.* [Excipe, si renunciatio vetita per Leges prohibitorias, vid. Perez. *num. 3. Cod. ne fidejuss. dot. dentur.* & Pacius Anal. *C. Quando imp. inter pupillos. num. 7. cap. diligenti 12. in fin. extr. de for. comp.* verbi causa, si aliquid constitutum sit, non tam in favorem privatum personæ, qvàm publicum ordinis. Qua ratione etiam utitur Wesenb. *in Com. C. de SC. Vellejan. num. ult.* negans mulierem illi SCto renunciare posse; qvia SCtum illud non in solius mulieris favorem factum sit, sed etiam contineat respectum aliqvem publicæ honestatis: qvia intercedere virile munus sit. Hinc Gail. *1. observ. 40. num. 11.* negat, patrem renunciare querelæ inofficiosæ donationis: qvia ea non tam favorem patris, sed & liberorum concernit, nec beneficio, *l. hac Edictali 6. C. de secund. nupt.* nec *l. si unquam 8. C. de revoc. donat.* Arum. *disp. 7. thes. 2.*

At limitationem hanc dubiam iterum reddit inculpatio Cujacii, *ad d. cap. 10.* qui ait, hanc limitationem fucum continere: qvia Clericus renuncians non infringit jus Universitatis, seu cæterorum Clericorum, sed suum, *l. 2. & l. 7. Quod cujus univers.* Responderi potest cum Barbosa *ibid. num. 4.* quia permissio seu licentia renunciandi, singulis concessa, denique vergeret in præjudicium ordinis, vel potus fori Ecclesiastici. Ex hoc igitur capite & argumento non male glossa & Dd. communiter inferunt, miserabiles personas non rectè privilegiis hisce renunciare: (1) qvia sic contra mentem Imperatoris prorogarent forum, (2) qvia imbecillitati eorum sic facilè imponeretur.]

V.

FAVOR publicus præfertur privato, *l. unic. Cod. de officio Comit. sacrar. largit.* Joan. Mar. Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 34. num. 3. cum seqq.*

VI.

FAVORES sunt ampliandi, *l. cum quidam 19. ff. de liber. & posthum. cap. odia 15. de Regulis Juris. n. 6.* Thom. de Thomasset. *reg. 209.* Joan. Maria Novar. *in praxi elect. & variat. fori, quæst. 5. num. 5. & 6. sect. 2. pag. mihi 142. & quæstion. forens. lib. 1. quæst. 23. num. 15.* [Odia verò sunt restringenda. Speculat. *de disp. & alleg. §. 53. vers. vel in Masculinum.* Unde cum favore qvorundam, & aliorum odio aliqvid sit statutum, dispositio illa non odiosa, sed favorabilis videtur, Decius *in l. venia. C. de in jus vocand.* Jo. Cro. *in l. omnes populi. ff. de Just. & Jur.* Aym. Crav. *cons. 118. num. 10. vol. 1.* Favorabili igitur in dispositione ejusmodi facienda interpretatio, ut favor extendatur, *cap. cum dilecti 6. de donat.* Alexand. *cons. 13. col. 4. vol. 2.* Dec. *cons. 49. col. 3. cons. 76. col. 2.*

CAP. XIIX.

De Feris bestiis & manſvefactis.

Axioma I.

Quousque fera bestia propriè talis à nobis detinetur, eousque nostra est.

Ratio: quia eousque possidetur: ex possessione autem in hâc materiâ dominium dependet.

Amplia: ut non solùm intelligatur detentio corporalis, sed etiam quæ fit solo animo. Nam quamdiu fera bestia in conspectu nostro est, tamdiu nostra manet. *§. 12. Instit. de Rer. Divis.* Modò non difficilis fuerit ejus persecutio *l. 5. pr. ff. de A. R. D.* sic enim cessare videtur animus possidendi.

II.

Quamdiu fera bestia habet consuetudinem revertendi, tamdiu manet in nostro dominio.

Ratio: quia tamdiu possidetur *l. 13. §. 16. ff. de acquir. poss.* Manente igitur possessione earum manet etiam dominium, quod possessione nititur.

Exemplum est in pavonibus, columbis, avibus. Videntur verò revertendi consvetudinem exuisse, si per triduum emanserint, modò sua sponte sine insidiis abfuerint. *Conf. l. 8. §. 1. ff. Fam. ercisc.*

CAP. XIX.

De Feudo.

Axioma I.

Feudum antiqvum non potest concedi ut novum, die Natur und Eigenschafft eines Stam̃-Lehns kan nicht verändert werden. *Gail. Lib. 2. obs. 49.*

II.

Feuda etiam majora ex consvetudine Germaniæ dividuntur. Gail. *Lib. 2. obs. 153. num. 1.* Besold. *thes. pract. verb.* Abtheilung der Herrschafften.

III.

Nobiles in Germaniâ non rarò prædia sua allodialia, castra, oppida, pagos, liberè ob protectionem cedunt superiori, ab eoque iterum accipiunt in feudum, vulgò feuda oblata aufgetragen Lehen vocamus. G. Everhard. *Vol. 1. cons. 49.* sed hæc feuda ex levi causâ fortè ob non petitam investituram non habentur pro commissis. Besold. *P. 2. Cons. 57. n. 83. seqq. & in Thes. Pract. verb.* auffgetragen Lehen.

IV. Mo-

IV.

Moribus Germaniæ Jus Feudi venditi peculiariter domino refutandum inque emtorem transferendum; sed est in arbitrio domini vasallum illum novum recognoscere vel non. Besold. *Thes. pract. verb.* Auflassung der Lehen.

V.

Quicquid datur in feudum, potest etiam subinfeudari, & vel totum feudum, vel pars ejus dimidia, tertia, quarta, *2. F. 9.* Subinfeudationis autem requisita sunt, ut fiat (1.) personæ æquali vel meliori *2. F. 26.* (2.) iisdem conditionibus. (3.) sincerè & sine fraude. Mynſ. *Cent. 1. obſ. 62.* Wehner. *in obſ. pract. verb.* Affter-Lehen. Fraudis nimirum suspecta est subinfeudatio, si (1.) fiat accepto pretio, (2.) prætextu ejus alienatio & venditio tegatur, (3.) à vasallo, liberos aut heredes non habente, fiat. Schrad. *de feud. p. 3. c. 2. n. 15.* Besold. *consil. 108. n. 12. seqq.*

VI.

Feudum in dubio præsumitur masculinum, idque deficientibus masculis ad dominum recidit, nisi pro more etiam fœminæ succedant. Rosenthal. *2. concl. 8.* Quod accidere solet (1.) in feudis fœmineis. Besold. *Thes. pract. verb.* Kunckel-Lehn. (2.) pignoratitiis. Gail. *lib. 2. obſ. 159. n. fin. Fich. 2. consil. 7.* Besold. *verb.* Pfand-Lehen. (3.) Ecclesiasticis; hinc dicitur: der krumme Stab schleußt niemand aus. Besold. *Thes. Pract. verb.* Krumstabisch Lehen. (4.) Curmedicis. Wehn. *obſ. pract. verb.* Curmed/ & denique (5.) Fuldensibus. Fich. *conſ. 17. vol. 1. & conſ. 15. vol. 2.* Wehn. *consil. Franc. 58. & in obſ. pract. verb.* Fuldisch Lehen.

VII.

Feudi concessio non facit subditum differtq; juramentum subjectionis & fidelitatis. Besold. *Thes. Pract. verb.* Lehnmann. add. Mynſ. *Cent. 4. obſ. 91. seq.*

VIII.

Servitia vasallitica tempore belli potissimum præstantur, ad quæ dominus vasallos per literas, Aufgebots-Briefe citare solet. sed & per alium æque idoneum Ebenbürtigen ea præstari possunt, nisi personæ industria sit electa. Besold. *Thes. Pract. verb.* Lehen-Ritterdienst.

IX.

Ludicra quandoque sunt servitia, veluti ut vasallus cantilenam cantet coram dominâ, vel portet ranam viridem, vel alaudam boum curru offerat aut aviculatum minimam, ein Königlein/ Zaunschlüpfferlein/ ut ranis imponat silentium. Turpia verò sunt & illicita hæc, ut vasallus quotannis faciat unum saltum, unum sufflatum & bumbulum: ut dominus primâ nocte cum sponsâ vasalli concumbat. Limn. *in jur. publ. lib. 1. cap. 11. num. 97.*

X.

In feudo novo regulariter collaterales non succedunt, nisi sint convestiti per investituram simultaneam, daß sie mit belehnet werden und die gesamte Hand haben. Gail. *lib. 2. obſ. 151. n. 4.*

CAP. XX.

Festinatio, Præcipitatio.

Supra Præcipitantia. Extemporalitas.

Axioma I.

Et Festinatio & mora nimis taxatur. *l. 7. §. 1. de admin. & peric. tut.* qui autem medium tenet, acceptior est. Cujac. *ad l. 15. §. cum ante 7. de jur. fisc. per illum textum.* Hinc eleganter inquit Augustin. *in can. quæro ergo 21. caus. 6. q. 1. Non audeo sententiam præcipitare. vid. l. 3. & ibi* Observationes Mornacii, *si pars hered. pet.* Sæpe tamen coguntur Professores præfestinare, præterlabente hora. Cujac. *lib. 11. respons. Papin. in l. 9. de usur. pag. 479.*

Nemo est in judiciis præcipitandus, man soll niemand übertreiben. *l. 1. §. 12. de succeſſor. Edict. l. 6. de interrog. in jur. fac.* Ratio, quia præcipitatio est justitiæ noverca, vid. late Harprecht. *ad princ. inſt. de offic. judic. n. 22. & ſeqq.* & plerumque ob temporis angustiam & festinationem non omnia ad amussim rediguntur in judiciis Hartm. Pistor. *4. q. 25. n. ult.* quod præsertim in criminalibus causis locum habere debet. *l. 1. C. de requir. reis,* sicut nec JCtum decet se ex tempore resolvere. Hiltrop. *1. de Proceſſibus. cap. 19. n. 133.* Plena enim periculi res est, subitò evomere, quod diu non concoxeris: μέγας ὁ κίνδυνος ἐν-θὺς ἐφεμίσαι ὁ ἐκ ἔπεψας, ut ait Epictetus; sive ut Aristoteles *in problematibus* duobus locis: celeritate plerumque delinquitur. ἐν τῷ τάχει ἡ ἁμαρτία πλείων. A Fabrottus *replicat. adverſ. Salmaſ. pag 147.* Et conqueritur Ernestus Cothmann. *1. consil. 29. num. 129.* de quibusdam, qui sine cunctatione & diffidentia prudente (quæ tamen omnis consilii recti caput est) calamum arripiant, & testamenta quævis ex præscripta aliqua communi formula condunt, & hâc suâ nimiâ & abundante scientia non tantum voluntatem testantium impediunt, sed & totam penè Jurisprudentiam evertunt. Elegans exemplum refert Paulus de Castro: Baldum, cum adhuc puer esset, argumentatum esse contra Bartolum de casu unius legis, producto textu (Hieronymus Cagnolus *in auth. ex causa. C. de liber. præter. n. 30.* dicit fuisse *l. cum mater 28. ff. de inoffic. testam. l. si inſtituta 27. l. ult. ff. d. tit.*) Bartolumque stupefactum, laudasse pueri ingenium, & in crastinum dixisse se responsurum. Quod imitatus est postea seculi sui Phœnix, & eximium juris Romani decus Jacobus Cujacius. Sæpe enim responsiones ad propositas in jure dubitationes, rejecit in aliquem diem, addita hujus facti sui ratione idonea & prægnanti: Nolle se autoritatem, tot annis in jure acquisitam, una calida & festinata responsione, in discrimen adducere. Not. Mich. Piccart. *in obſ. hiſt. decur. 11. cap. 10.* Vereor autem, ne in magno viro & exercitatio more Gallorum defuerit: impotentiam enim ei manifeste objicit Robert. *1. animadv. ult.*

II.

Festinans ad utrumque, neutrum bene peragit. Speculat. *de Assessoribus. §. finali.*

III.

Festinatio nimia suspicionem inducit §. Bald. *consil. 219. vol. 4.* Hyp. Marsil. *in l. unius. sero, qui ultro. n. 6. de quæst.*

CAP. XXI.

De Fictione.

Axioma I.

Fictiones non sunt perpetuæ, nec unquam, nisi semel, fiunt; ita ut, postquam casus in re ficta contingit, redeat res ad suam naturam. Ant. Mornac. *in observat. ad l. 13. ff. de Adopt.* ubi elegans exemplum subjicit: Si tabulis nuptialibus cõventum sit, pecuniæ, quæ in dotem datur, partem fore immobilem, seu habendam esse pro immobili, ut scil. maneat proprium sponsæ patrimonium. Quemadmodum hoc fit resp. societatis; ita soluta matrimonii societate immobile amplius non censebitur id, quod, ut ejusmodi esset, societatis tantum gratia fictum fuerat.

II.

Multa colorata & fictitia in jure sunt, Hering. *cap. 6. de fidejuss. n. 101.* velut venditio & locatio unius nummi. *l. si usuf. 66. de jur. dot.* (2.) in publiciana (3.) actionibus, quæ dantur bonorum possessoribus, quas fictitias propterea appellat Ulpianus *in lib. regular. tit. 28. & pen.* (4.) in traditionibus tacitis, *l. 2. pro foc.* (5.) in tacitis hypothecis, *t. 1. in quib. caus. pign. vel hypoth.* (6.) in actione inofficiosi *l. 2. de inoffic.* (7.) in privilegiis, *l. jubemus 14. §. scientes. C. de SS. Eccles.* & nullum est in jure frequentius verbum, quàm *fingitur, videtur.* adde Cujac. *in Com. ad l. 20. de R. C.*

Hanc regulam declara, quod fictiones in jure hæ tantum admittantur, quæ naturæ & juri conveniunt. Cujac. *in recitat. C. de furt.* Vid. Dn. Bicc. *de Acq. poss. q. 12. p. 168.* & quæ nituntur æquitate. *l. denique 19. ex quib. caus. maj.* Grib. *de rat. stud. c. 18.*

Limita 1. quod licet omnes fictiones sint super facto, Bart. *in l. non dubium 5. C. de legib.* juris tamen fictiones non pertinent ad ea, quæ sunt facti, *l. 19. ex quib. caus. maj.* Ant. Fab. 1. *Jurispr. Papin. 2. part. 5. illat. 3.* adde gloss. & Bart. *in l. verum est 31. ff. de R. I.*

2. Quod duæ fictiones non concurrant circa idem. *l. 1. & ibi* Dd. & Bald. *Cod. de dot. promiss.* nisi in casu, *l. captum 9. & ibi* Bald. *C. de postlim. reversi.* vid. Bart. *in l. singularia 15. in princ. ff. de reb. cred. & in l. si verò non remunerandi 12. §. Marcellus 1. ff. Mandat.* nisi procedant à diversis principiis. Bart. *in l. gerit. 88. col. ult. de acqu. hered. & in repet. l. si is, qui pro emtore 15. q. ult. ff. de usuc.* Omnis enim fictio super alia fictione reprobatur, latè Bart. & Jason. *in l. si quis pro emtore 15. C. de usucap.* la Torre de Cambiis *disp. 1. q. 4. n. 27.*

3. Quod fictiones legis non extendantur ad impossibilia. *l. qui ad certum 14. ff. locat.* & Bart. *in l. Gallus 29. de lib. & posthum.* septem tamen casus fallentes iterum notat Joh. Crot. *in l. 15. de usucap. n. 23. vers. pro resolutione.* sic verbi causa, facta infecta fieri nequeunt. Bart. *in l. ead. pr. de duobus reis.*

4. Nec locum habent super non existentibus. *l. cum. qui 56. de verb. obligat. l. quotiens 14. de Novat.* Bart. *in l. singularia 15. verb. veniamus ad tertium. de reb. cred.*

5. Fictio translativa non procedit, nisi ambo extrema sint habilia, videlicet extremum à quo, & extremum ad quod. Joh. Crotius *in l. si is, qui pro emtore 15. ff. de usucap.*

III.

Fictionis est, ut relatum dicatur in referente, Cephal. *consil. 253. n. 7.* hoc est, ut dicantur nominata, Ripa *in l. ait Prætor. 5. §. si judex 1. n. 1. ff. de re judic.* inesse tamen proprie dicuntur, *l. Titia 134. §. fin. vers. perinde. ff. de V. O.* & est communis opinio, *d. l. 5. §. 1. de Re Judic. vers. quasi quantitatem.* quæ dictio *quasi* imporprietatem atque fictionem significat. *l. item. cum gloss. ff. ex quib. caus. maj.* gloss. *in l. facto 60. de cond. & dem.*

IV.

Omnis fictio restringenda, nec ultra casus expressos extendenda, & sic intelligenda, quo minus tertius lædatur. Pruckm. *consil. 2. num. 238.* V. G. Forster. 2. *observat. 25.*

V.

FICTIO idem operatur, quod veritas, *l. 1. ff. de adopt. l. cùm ex oratione 44. ff. de excusat. tut.* [*cap. cum dilectus 14. & seq. de Cler. non resid.*] Pichard. *in princip. Instit. quibus modis testam. infirm. n. 8.* Surdus *consil. 488. n. 16. & consil 349. num. 45.* ubi intelligit, in fictione legis. [Nunquam tamen procedit ad veritatem inducendam, Bald. *in cap. contingit. col. 2. vers. dicunt Dd. extr. de dol. & contumac. per d. in bello. 12. §. facti 2. de Capt.* ubi ea, quæ facta sunt, nulla constitutione infecta fieri posse dicuntur. Michaël ab Aguirre *Apolog. part. 2. n. 202.* apud Besoldum 1. *consil. 1.*] Et tantum operatur in casu ficto, quantum veritas in casu vero, *l. un. in princ. C. de rei ux. act. l. 1. §. hoc senat. 5. ff. ad SC. Treb. cap. ad audientiam 15. de Cleric. non resid.* [Socinus *consil. 23. col. 6. vol. 1.*] Everhard. *in topic. legalib. à vi fictionis, n. 4. cum seqq.* Pichard. *d. loc. n. 5.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 51. n. 28.* Rot. *decis. 104. num. 3. & decis. 266. num. 8. & decis. 319. num. 3.* apud Farinac. *p. 1. recent.* Decian. *respons. 11. num. 150. lib. 1.* Joh. Mar. Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 143. num. 13.* Quia paria sunt, esse talem, vel haberi pro tali; unde si statutum dicat, quod aliquis habeatur pro cive, erit civis verè, & realiter, quando concurrit potestas in disponente, sicut in statuentibus, ut possint creare civem verum eum, qui non est, Paris. *consil. 71. Consultatio absoluta. n. 5. lib. 1.* Corn. *consil. 189. n. 5. lib. 2.* Bald. *consil. 480. Visa petitione. pr. vers. Sed his non obstantib. lib. 3.* Ruin. *cons. 227.*

Quia

Quia Manfredus n. 2. lib. 1. Hippolyt. Rimin. *consil. 23. n. 110. cum multis seqq. lib. 1.* Ratio est, quia quando verba proferuntur ab eo, qui habet potestatem faciendi, licèt sonent in fictionem, quòd licèt habeatur pro tali, tamen faciunt verè talem, Castrens. *consil. 6. col. fin. vers. cum igitur. lib. 1.* ubi quod res judicata, quæ pro veritate habetur, idem operatur, ac si esset veritas. Alex. *consil. 2. Visis. n. 10. lib. 1.* ubi quod quando lex mandat aliquem, illegitimum haberi pro legitimo in casibus obstaculi litis civilis, intelligitur verus legitimus, & non fictè; secus asserens, si obstaret Jus Gentium, vel Canonicum in lege seculari, Anton. de Butr. *consil. 20. circa medium*, ubi extendit generaliter in omni actu pendente à potestate legis, vel statuti, quia si per verba fictionem denotantia est hæres verè, & non fictè, quia potestas legis hoc operatur, Bart. *in q. 3. in princip. num. 8.* ubi quòd in adoptione, quæ est ficta filiatio, tantum operatur fictio, sicut veritas in vero & naturali filio, & *num. 10.* quòd tantum operatur ficta confessio, quantum vera. Unde ex dictis colligitur, non posse fingere Principem id, quod impossibile est, nec verum esse potest, *l. adoptio 16. ff. de adopt. l. si ut certo 5. ad fin. ff. commodati.* Decian. *resp. 69. num. 11. vol. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5 post. num. 29. in ult. impress.* Fictio quando veritati præferatur, vid. Cardinal. *in Clement. quod circa 6. quæst. ult.* DD. & Alexand. *in l. filio, quem 22. de lib. & posthum.*]

VI.

FICTIO Juris naturam imitatur, in quantum potest, *l. adoptio 16. ff. de adoptionib.* Bartol. & cæteri *in l. si is, qui pro emptore 15. ff. de usucap.* Pichard. *ad princ. Institut. quibus modis testamenta infirmentur. n. 5.* Francisc. Molin. *de ritu nuptiar. lib. 1. compar. 26. n. 22.* Sigismund. Scacc. *de commerc. & camb. §. 6. gloss. 1. sub n. 30.*

VII.

FICTIO cessat, ubi veritas locum habere potest, *l. 15. §. 3. l. 16. ff. de adoption.* Decianus *consil. 11. num. 139. lib. 1.* ubi quòd fictio semper cedit veritati, Cardinalis Tusch. *tom. 5. lit. F. concluf. 221. num. 14.* quia ubi concurrunt veritas & fictio, semper veritas præfertur & attenditur. Angel. Aretin. *consil. 135. Intellecto. n. 11. in fin. cum seqq. vers. quin imò.* Francisc. Curt. jun. *consil. 63. n. 4.* ubi quòd quando fictio & veritas tendit ad eundem finem, inspicitur magis veritas, quàm fictio.

CAP. XXII.

De Fideicommisso.

Conf. tit. Substitutio.

Axioma I.

Quoties in testamento vel Codicillis verba diriguntur in heredem, ut ipse quid faciat, toties fideicommissum potiùs est, quàm legatum: quia hæc verba sunt obliqua, & res per heredem demum ad legatarium transit, obliqua autem verba fideicommissum constituunt.

Exemplum est, si heredi meo injunxerim, ut domum Mevii reficiat, &c. *vid. §. 31. Instit. de Legat.*

II.

Quoties fideicommissum sub nomine partis quotæ, i. e. hereditariæ relinquitur, toties universale est.

Ratio: quia heredis appellatio semper continet jura defuncti, licet minima pars nomine hereditario relinquatur.

III.

Quoties fideicommissum sub nomine partis quantæ, i. e. expressâ quantitate relinquitur, toties est particulare, quia res singularis relicta, jura non continet, v. g. si vestis, argentum aut certa pecuniæ summa relinquatur.

IV.

Quoties de successione fideicommissi quæritur, toties secundum juris communis ordinem succeditur; dum enim testator aliud non expressit, videtur se conformasse juri communi.

Exemplum: si liberis fideicommissum relictum, locus erit repræsentationi. Conf. Carpzov. *P. 3. Constit. 8. Defin. 26.* Struv. *Jurisprud. Rom. Germ. Forens. Lib. 2. tit. 26. §. 5.*

V.

Quoties non-cognatus fideicommisso gravatus, ut post mortem Testatoris cognatis restituat, toties illi restituendum, qui tempore mortis Testatoris fuit proximus.

Ratio consistit in præsumtâ voluntate Testatoris, & quia talis fideicommissi dies statim videtur cedere à morte testatoris, hinc utut ille, qui tunc temporis proximus fuit, antequam dies veniat, moriatur, ad heredes tamen jus suum transmittit.

Exemplum est in uxore, vel aliâ personâ extraneâ fideicommisso gravatâ.

VI.

Quoties cognatus fideicommisso gravatus, ut illud in cognatione relinquat, toties illis debetur, qui heredi sunt proximi, non tempore mortis Testatoris, sed suæ.

Ratio iterum consistit in præsumtâ Testatoris voluntate, qui tantùm prospexit, ne bona ad extraneos devolverentur, sed ita manerent in familiâ, uti aliàs succederetur. conf. Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. Excrcit. 16. & 19.*

VII.

Quocunque casu in successione ab intestato locus est repræsentationi, eo casu etiam in fideicommisso. Rationem vid. *in Axiom. IV.*

IIX.

Quoties quis rogatus est hereditatem restituere, toties id restituere debet, quod jure hereditario habet.

Ratio: quia Testator de illo tantùm sensisse videtur, quod hereditatis appellatione continetur.

Exemplum: Prælegata igitur & Fideicommissa non sunt restituenda. *l. 96. in fin. de Leg. 3.* quatenus scil. à cohærede sunt relicta. Gail. *l. 2. obs. 135.*

Limita: nisi verba essent universalia. Brunnem. *ad d. l. 96. n. 2.*

IX.

Quoties quis rogatus est omne id restituere, quod ex hereditate ad eum pervenit, toties restituit, quod quocunque titulo ex hereditate habet, quia sic Testator de omnibus sensisse videtur, quæ ab herede percipiuntur. *l. 16. Cod. de fidei-comm.*

CAP. XXIII.
Fidejussor.

Axioma I.

Cuicunque competit libera de rebus suis disponendi facultas, illi competit etiam potestas fidejubendi. Quia in fidejussione obligantur res pro alieno debito. Pupillus igitur nequit fidejubere sine tutoris autoritate, sicut nec minor Curatorem habens. *l. 3. C. de restit. min.*

Limita: ut procedat, nisi quis lege in specie prohibeatur fidejubere uti mulier & miles. *l. 31. C. locat.*

II.

Fidejussoribus & aliis intercessoribus jura facilè subveniunt. vide Cujac. *ad lib. XI. Respons. Papin. in l. 9. de usur.*

III.

Fidejussio habetur pro solutione. Bartol. *in l. rescripto 6. §. 1. de muner. & honor.* quem vide omnino. *in l. statu liberos 3. §. si quis sic acceperit 12. de statulib.* quod statutum, de carcerando debitore non solvente, non habet locum contra eum, qui fidejussorem præstat, & Bald. *in l. fin. C. ad Legem Falcid.* dicit, quod si creditor contendat de fidejussore, tunc fidejubere est solvere.

IV.

Fidejussorem invenire, non cuivis facile. *Novell. 88. cap. 2. §. 1. & ibi* Gothofr. *l. 33. §. 2. Cod. de Episcop. & Cler.* Cujacius *ad cap. pen. extr. de don. inter vir. & uxor. fac. l. 2. §. pen. de judic.* A. Faber *in Cod. suo de Curat. furios. definit. 6. num. 2.*

V.

Fidejussorem ab aliquo exigere, contumelia quædam est, quasi sit ejus fides dubia. *l. 17. in fin. de testam. tut.* Cujac. *in Papin. lib. 5. quæst. ad l. 8. de prætor. stipulat.*

VI.

Fidejussor indemnitatis habet quoque privilegium excussionis. Gail. *L. 2. obs. 27.* Speckh. *3. cl. 1. q. 32.* Besold. *thes. pract. verb.* Schadloßbürg/ non verò, qui se ut principalem constituit, der sich verschreibet als ein Selbstschuldner/ dissent. Gail. *L. 2. obs. 28.* vid. Besold. *thes. pract. h. verb.*

VII.

Confidejussores, qui se pro indiviso obligant, die sich samt und sonders für eine Summe verschreiben/ non gaudent beneficio divisionis. Hering. *de fidejuss. cap. 17. num. 55.* Schneidew. *tit. Instit. de oblig. rubr. de Pactis num. 19* Besold. *Thesaur. pract. verb.* unterschiedene Bürgen. Speidel. *in Notabil. verb.* sämtlich und sonderlich.

IIX.

Ad fidejussorem fidejussoris seu succedaneum fit regressus, si primus labatur ad inopiam. Speckhan. *3. Class. 1. quæst. 32.* Besold. *thes. pract. verb.* Ruckbürg.

IX.

In causâ criminali admittuntur interdum fidejussores, qui reum judicio sisti, vulgò auf ein wiederstellen/ sub certâ pecuniæ summâ promittant, ad quam tenentur, si reus aufugiat, so hoch sie ihn ausgebürget haben. *l. 1. 2. & 4. ff. de custod. reor.* Reus tamen in flagranti crimine deprehensus vel fugâ delicti, non relaxatur sub fidejussoribus. Coler. *decis. 107.* Wehner. *in obs. pract. verb.* Handhafftige That.

X.

Fidejussio præstita sub pœnâ corporali nulla est. *Viv. 2. decis. 215.*

XI.

Fidejussor potest agere ad liberationem (1.) si diu in obligatione steterit, (2.) si debitor bona dilapidet, (3.) si solvere condemnatus sit. *cap. fin. X. de fidejuss.* Gail. *L. 2. obs. 29.*

XII.

Tempore solutionis prorogato debitori non liberatur fidejussor, nisi ad certum tempus fidejusserit. *L. 7. C. locat. l. 13. §. 11. ff. eod.* Gail. *L. 2. obs. 30.* Mynsi. *Cent. 6. obs. 53.*

CAP. XXIV.
Fides bona & mala.
vid. supra lib. 2. cap. 20.

Axioma I.

Omnes contractus sunt bonæ fidei *l. 4. C. de Obligation. & Action.* Huic regulæ gravissimè communis illa distinctio in contractus bonæ fidei & stricti juris *in l. 13. C. de pact. l. 3. C. in quibus caus. in integr. restit. l. 3. C. de reb. cred.* fundata videtur obstare. Unde declarationis gratia notandum vocem bonæ fidei dupliciter sumi: (1.) quatenus opponitur negotiis stricti juris, & hoc in sensu superior regula fallit. (2.) Quatenus opponitur malæ fidei & dolo, & hactenus rectè ea procedit. adde *l. 11. §. 1. & l. seq. ff. de dol. l. 10. in pr. Mand.* Pac. *An. Cod. h. num. 5. & 6.* Bachov. *6. disput. de Act. th. 17.* aliter hanc difficultatem dissolvit Gisan. *ad. d. l. 4.* & Rittersh. *3. diff. 9.*

II.

Bona fides etiam est incredulitas, seu alteri non credere, licet verum denuncianti. *l. pen. pro emt.*

Quin

Quin dolo caret, qui non credit denuncianti. Cujac. *in Paul. ad l. 2. Quod falso tutore. per illum textum.*

III.

Mala fides & dolus differunt, *l. 4. C. de crim. expil. hered.* ubi mulier, contrectans rem mariti mortui, sciens prudens, est in mala fide, adeoque restituere cogitur etiam fructus consumtos: neq; tamen in dolo esse fingitur, cum adversus eam actio famosa non detur. Sic & non sequitur: hic non est bonæ fidei possessor; Ergo malâ fide possidet: Vel, hic non est malæ fidei possessor; Ergo bonâ fide possidet. Tametsi optimè sequatur: hic est bonæ fidei possessor. Ergo non possidet malâ fide, & econtra. Nam bona fides, & mala fides non sunt contraria immediata; sed datur medium inter fidem nec bonam, nec malam, ut in dubitante. At bona fides, & non bona fides sunt contraria immediata. Covarruv. *in cap. possessor. §. 5. n. 2. & 3. de R. I. in 6.* Zas. *in l. 3. §. ult. n. 9. de acq. vel am. poss. col. 272.*

IV.

Bona fides possidenti tantundem præstare solet, quantum veritas. *l. 136. de R. I.* Wes. *de publ. in rem act. n. 2. in fin.*

V.

Bona fides & justus titulus differunt. *pr. & tit. I. de usucap.* aliquando tamen præstat titulum præsumtivum. *l. 10. si serv. vind.*

VI.

Mala fides probatur ex eo, quod res non sit sua, quia scire debuit, esse alienam, *l. fin. C. unde vi.*

VII.

Mala fides defuncti non nocet heredi. Alexand. *consil. 4. num. 1. vol. 2.* quia successor justam ignorantiæ causam habuit. *l. qui in alterius 42. de R. I. cap. cum quis 14. de R. I. in 6.* quod verum est quoad ea, quæ facti sunt & spectant ad colligendos fructus, non ad ea, quæ juris, ut est usucapio. *l. 11. de diverf. & temp. præscr.* Ampliationes, limitationes & fallentias vide *in tom. Reg. Jur. 2. p. 51. sub lit. M.* ubi plurimi citantur autores.

IIX.

FIDEM fallere, & promissa non adimplere grave est, *l. 1. in princip. ff. de constitut. pecun. l. 1. ff. de pactis. l. 11. §. 1. ff. de Act. E. V.* Hippolit. *sing. 42.* Rom. *consil. 52. In quæstione. col. 1. vers. cum ergo.* Covarruv. *de sponsalib. part. 2. cap. 3. §. 4. num. 1.* Tiraquell. *l. 13. connub. num. 42.* Roland. *consil. 85. n. 3. vol. 3.* Lara *in l. si quis à liberis. §. si mater. num. 23. ff. de liber. agnosc.* Menoch. *consil. 156. num. 22.* Matien. *l. 2. gloss. 1. à num. 1. tit. 16. lib. 5. novæ Recopil.* Flamin. Paris. *de confident. quæst. 6. num. 3.* Octav. Glorit. *respons. 1. p. 3. num. 268. & respons. 2. n. 11.* Roias *sing. 63. à princ.* Petr. Martin. *in cap. afferte. de præsumt. in verb. afferte. p. 1. n. 19.* Anton. Quesad. *divers. quæst. cap. 30. num. 13. ad finem.* Menoch. *consil. 156. num 22.* Dum hæc inter studendum scriberem, inveni Johann. Andr. *in proœm. Decretal.* incautè dicentem, quòd Hispanorum mos est non servare fidem, ubi Baldus *col. 6. vers. quære si aliqua*, ita inquit, *Cave tibi omninò à Cathalanis*, quorum dicta referunt Boër. *decis. 179. n. 8.* & Menoch. *de arbitr. casu 57. num. 48.* Miror equidem clarissimos Jurisconsultos ita parum modestè loqvutos, nostris falsò imponentes, quod in illis non invenitur, quorum fidelitatem ac fidem mirè extollunt Titus Livius *decad. 4. lib. 4.* Mar. Siculus *de Hispanorum morib. lib. 4. prope fin.* Johan. Rendina *de majest. Princip. in verb. non armis solum decoratam. num. 17. cum seqq.* Et ideò Imperatores Romani consveverunt semper, fidelitate Hispanorum nota apud omnes existente, in custodiam corporum milites Hispanos adhibere jam inde à Julio & Augusto Cæsare, ut recensent Svetonius *in August. cap. 49.* Livius *decad. 3.* Morales *lib. 9. cap. 41.* Et ita Sertorius de cognatis non fidens ex incolis Hispanis custodiam habebat, ut observat Morales *lib. 8. cap. 19. & 20.* Christiani enim famuli erant olim Imperatorum, eosque ut fideliores securiùs retinebant in domo & custodia ipsi Imperatores, ut de Neronis seculo patet ex D. Paulo *cap. 4. ad Philip. Salutant vos omnes Sancti, maximè qui de domo Cæsaris sunt:* idque notant ejus seculi scriptores, & præcipuè Tertullian. *cap. 36. & 37. in Apolog. adversus gentes*, & Irenæ. *lib. 4. cap. 49. contra hæreses.* [Fides ergo servanda est, sicut juramentum, aliàs perjurium committitur, & infamia incurritur, in Specul. *de Arbitris. §. qualiter. vers. sed idem est, si fides. & in §. sequitur. vers. sed pone, quod compromissum.* Alex. *in l. 4. §. dato. in fin. de jurejur.*]

Amplia I. quod si fidem grave est privatis fallere, ut hactenus probavimus, gravius est Principi ratione dignitatis, *arg. l. presbyteri 8. C. de Episcop. & Cleric. cap. cum quidam 12. de jurejur. cap. sicut dignum. 6. de homicid.* gravius enim peccat Princeps frangendo fidem, quam inferior & privatus, Paris. *consil. 82. n. 40. vol. 1.* Bellon. *consil. 37. in fin.* Aym. Cravett. *consil. 241. num. 19. vol. 2.* Rolandus *consil. 1. num. 32. vol. 2.* Cephal. *consil. 545. n. 100.* Menoch. *consil. 1. n. 227. & consil. 27. n. 24. & consil. 721. n. 3.* Rodolphin. *de absoluta Principis potestate c. 6. n. 183.* conveniunt tradita per Peregr. *consil. 87. n. 11. vol. 1.*

Amplia II. quod Fides publica etiam hostibus est servanda, *l. conventionum 5. §. 1. ff. de pactis. cap. noli 3. 23. q. 1.* quia est de jure gentium primævo, & sic de jure naturali, & semper continet bonum & æqvum, aliàs Princeps non servans fidem privaretur commercio hominum, quod est summè cavendum, ut ait Castrens. *consil. 318. Viso & examinato, colum. pen. vers. iis non obstantibus.* Baldus *cons. 343. Illustris Domine. in fin. lib. 2.* ubi quòd si quis captus in bello licito relaxetur sub juramento de revertendo, tenetur reverti: ubi tamen limitat, quando ageretur de redeundo ad capturam propter debitum civile, quia non tenetur reverti, *& consil. 358. Licet latrunculis. per totum. eod. lib. 2.* ubi quòd quando bellum non est justum vel propter crudelitatem hostium relaxatus timet mortem, non tenetur redire, quamvis promiserit etiam cum juramento reverti. Et hoc Axioma exornant Duen. *reg. 16. in fin.* Menoch. *consil. 100. n. 187. & n. 218. cum seqq.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. F. concl. 335. per tot.* Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. diff. 13. n. 4. cum seqq.* ubi intelligit de personis publicis, non de privatis. [Vid. Bertachin. *repert. jur. sub hac rubr. fol. 130. fac. 2. col. 1.*]

[Limita, quod fides in malis promissis non servanda, *cap. in malis promissis 96. & can. non est obligatorium 58. de Reg. Jur. in 6.* Thomas de Thomasset. *reg. 156.* ubi declarat procedere in malis promissis, quæ servari non possunt sine peccato mortali.]

IX.

FIDEM frangenti fides non est servanda, *vox est juris, inquit Cujac. in c. pervenit. 3. Infra de jurejur. per illum text. l. eum, qui 21. §. 1. ff. de inoffic. testam. l. quæro 54. §. inter locatorem 1. ff. locati l. qui fidem 16. ff. de transact. l. Julianus 13. §. offerri 8. ff. de act. empt. l. cum proponas 21. ad fin.* ubi *gloss. ult.* Bartolus, Baldus & Alexand. *C. de pactis.* [Gothofred. *ad l. 21. C. de pact. lit. m. l. 6. C. comm. utriusque.*] *l. pollicitatione 3. C. de sponsalib. cap. esto subjectus 6.* ubi glossa *verb. deferatur 95. dist. cap. pervenit. 3. vers. nec tu.* ubi *gloss. ult. de jurejur. cap. frustra 75.* ubi *glossa 1. de Regulis Juris, lib. 6.* Rolandus à Valle *cons. 57. n. 20. lib. 1.* ubi dicit, hanc esse regulam generalem Joh. de Anan. *consil. 7. n. 8.* Socinus *reg. 8.* ubi limitat septem modis, [Hippol. Marsil. *in sing. 155. incip. frangenti.* & Jacob. de S. Georg. *in l. cum proponas. 16. vers. nota illud vulgatum. C. de pact.* ubi hanc regulam notabilibus modis limitat.] Tiraquell. *de retract. convent. §. 3. gloss. unic. n. 19.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg. 129.* Joseph. Ludovicus *tom. 3. commun. opin. tit. de probat. concl. unic. vers. qualibet enim. pag. m. 423.* Menoch. *cons. 1. n. 364.* Surdus *consil. 359. n. 9.* Cardin. Tusch. *tom. 3. lit. F. concl. 337. per totam.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 2. resolut. 17. n. 11. & 13.* Christoph. de Pace *in scholiis ad leges styli, l. 41. num. 26.* Seraphin. *de privilegiis Juramenti, privil. 64. n. 15.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verb. fides. num. 2.* Farinac. *in praxi crimin. part. 1. q. 27. n. 65.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 3. tit. de verbor. obligat. resolut. 2.* Octav. Glorit. *respons. 1. p. 3. n. 169.* novissimè Noguerol. *allegationum juris tom. 1. allegat. 6. num. 70.* [Rationem hujus regulæ vide apud Reinking. *lib. 1. de regimine seculari & Ecclesiastico, class. 1. cap. 5. num. 89.*

Amplia primò, ut procedat, etiamsi in minimo fides deficiat. Surdus *de aliment. tit. 8. privil. 61. n. 16.* Sebast. Nanci *ad l. 2. ff. de jure immunit. n. 2. cum seqq. & ad l. si pater. Cod. de novation.* Gonzal. *ad reg. Cancellar. gloss. 31. n. 5. cum seqq.* Puteus *decis. 357. in fin. lib. 3. in utraque edit.* ubi dicit, quod propter unum minimum capitulum non servatum obstat exceptio agenti. Unde obligati observari pacta & conventiones, si contraveniunt etiam in uno, non possunt petere sibi observari, ut per Castrens. *consil. 176. Videtur. col. 2. in fin. lib. 2.* Natt. *consil. 481. in fin.* Riminald. jun. *consil. 122. n. 30. & seq. lib. 2.* quos refert Cardinal. Tusch. *d. lit. F. conclus. 337. num. 6.*

Amplia secundò, etiamsi intervenerit juramentum, ut per Roman. *cons. 244. Pro evidentia. n. 2.* Ruin. *consil. 136. col. 4. vers. quoad aliud, lib. 5.* Roland. à Valle *cons. 57. n. 21. lib. 1.* Cardin. Tusch. *d. concl. 337. n. 3.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. 87. n. 22.* [Jacob. de Sanct. Georg. *in l. cum proponas. vers. nota illud vulgatum. C. de pact.* Jusjurandum enim tacitam conditionem habet, si is, cui datur, fidem non violaverit, *fac. l. quidam, cum filium 132. ff. de V. O.*]

Quæ quidem ampliatio procedit, quamvis ultra juramentum additur clausula, *Rato manente pacto,* quia adhuc non tenetur servare fidem & promissa is, cui non servatur per adversarium. Gozadin. *consil. 31. n. 5.* Rolandus à Valle *d. consil. 57. num. 22. lib. 1.* Cardin. Tusch. *d. concl. 337. num. 5.*

Limitationis loco nota, quod regula hæc

hæc locum non habeat in contractibus nominatis, post executionem. Baldus & alii *in l. incivile 12. C. de rei vindic.* Sublimitat Rolandus à Valle 4. *cons. 69. n. 41.* alias fallentias vid. in Tom. de Regulis Juris *sub litera F. pag. 487. & seq.*]

CAP. XXV.
De Filiatione.

Axioma I.

Filiatio probatur per conjecturas & præsumtiones, veluti (1) ex cohabitatione mariti & uxoris, (2.) alimentis, (3.) nominatione & educatione. *l. filium eum definimus. 6. ff. de his, qui sui vel alien.*

II.

Probatâ copulâ carnali probatur quoque filiatio filii naturalis, quia probatâ causâ probatur effectus. Ita ergò si mulier juratò probet copulam Titii, Titius erit pro patre nati habendus.

Limita: ut procedat (1.) quoad effectus civiles, e.g. successionem, (2.) ut civiliter quidem ita probetur filiatio, vix tamen naturaliter.

CAP. XXVI.
Filius, Filia.

Axioma I.

Filiusfamilias in publicis muneribus pro patrefamilias habetur. *l. nam quod 14. ad SCt. Trebell. l. 27. juncta l. 78. de judic.* Wesemb. *in pamt. de tutel. n. 5.* Idem est quoad castrense peculium & quasi, *l. 2. ff. ad SCt. Macedon. l. 3. C. de Castrens. pecul. Itemque in foro. l. 1. §. 2. ad Municipal.*

II.

Filius; ergo heres. D. Paul. *ad Galat. 4. vers. 7. §. sui autem 2. Institut. de hered. qual. & differ.* Quo ipso onus probandi in filium transferri videtur, se scilicet à patris hereditate abstinuisse. Carpzov. *Part. 3. Constit. 14. Defin. 20. num. 2. & seqq.* Sed advertendum est: argumentum illud solum procedere in favorem filiorum, ad hoc, ut ipsorum intentio sit fundata, si velint esse heredes, aut petant hereditatem paternam; ut nempe præter filiationem nihil ulterius teneantur probare. Carpzov. *d. loc. num. 4.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 1. n. 3.* Gail. 2. *observ. 128. n. 3.* Gœdd. *Consil. Marpurg. lib. 1. cons. 26. n. 37. & seqq.* Everhardus *in loc. ab auctoritat. num. 9.* Neutiquam verò id ipsum in odium eorum est detorquendum, ut scilicet aliorum quoque contra ipsos agentium, propter onera hereditaria, intentio sit fundata. Menoch. 4. *præsumpt. 99. num. 4.* Licet enim filius sit propter jus filiationis: Attamen in arbitrio ejus est, an velit eo jure uti, nec ne. *l. ei, qui se 12. de adquir. hered. l. 1. & 2. C. si minor se ab hered. abstin.* Carpz. *d. loc. num. 6. & 7.*

III.

Filii parentum egregiorum præ aliis omnibus ad honores & munera sunt promovendi. *l. 13. C. de Advoc. div. jud. tit. 1.*

IV.

Filius regulariter sequitur conditionem patris. *(Confer infr. loc. de patre) cap. 2. de convers. infidel.* Baldus *in l. 8. 9. & 10. ff. de Senator.* Bartol. *in l. fin. ad Municipal.* Alex. *in l. assumptio 6. ff. d. t.* ubi dicitur verum, etiam quoad originem, & sequitur agnationem patris, præsertim in concernentibus commodum. Baldus *in l. fin. C. de serv. fugitiv.* Quod est verum, etiam stante statuto, quod filius denominetur à matre. Bartolus *in l. exemplo 36. C. de decur.* vid. tamen eundem *in l. 1. col. ult. ff. ad Municipal.*

V.

Filiorum appellatione qui comprehendantur, vide latè Bertachin. *in Repertor. part. 2. lit. F. fol. 137. fac. 2. & fol. seq.*

VI.

Quoties versamur in materiâ favorabili, toties filiorum appellatione continentur nepotes *l. 120. §. 1. ff. de V. S.*

Ratio: quia favorabilia sunt extendenda.

Exemplum: ita ergò Senatus-Consultum Macedonianum etiam ad nepotes porrigitur. *L. 6. C. ad SCt. Maced.* ita beneficium à Principe filio concessum etiam ad nepotem spectabit. *arg. l. beneficium. 3. ff. de Constit. Princip.* Econtra tutor filiis datus non etiam nepotibus datus censetur. *§. fin. Inst. qui Testam. Tut. dari poss.*

Limita: modò eadem ratio militet in nepote, quæ in filio.

VII.

Filius patre vivente non habet jus in legitimâ, & nihil præter alimenta petere potest de bonis paternis. Mynsi. *Cent. 4. obs. 25.* alendus tamen est etiam in studiis usque ad finem eorum. Gloss. *& DD. in L. 5. C. ad SCtum Maced.*

VIII.

Filia inscio patre vel invito nubens dotanda, nisi indignum elegerit sponsum. Gail. *L. 2. observ. 95.* non autem redotanda, si dos culpâ ipsius sit perdita. Schneidew. *in §. 29. Instit. de action. num. 91.*

IX.

Filia cum juramento renuncians hereditati paternæ succedere amplius non potest, *cap. quamvis de pact. in 6to.* non autem removetur à successione fratrum. *Viv. 2. decis. 211.*

X.

Filia dotata renuncians successioni ob læsionem enormem potest petere restitutionem in integrum. Gail. *L. 2. obs. 147.*

XI.

Filius regulariter puniri non debet pro delicto patris. *l. 2. §. 7. ff. de Decurion. & ibi gloss. l. 26. ff. de pœn. l. 22. C. eod.* Hanc regulam cum suis ampliationibus, limitationibus & fallentiis, vid. *in tom. Reg. Jur. 1. lib. 6. sub hac rubr. p. 509. col. 2. & pag. 512. col. 1. in fin.*

De filio legitimo vid. *partus legitimus.*

CAP. XXVII.
De Finibus, Terminis.

Axioma I.

Pro terminis habentur mare, fluminum ripæ, viæ regales, montes, muri, ſtipites, valles, foſſæ, aggeres, Landwehren / Landgräben / lapides, Marckmahl/ Stein/Güter/Schiedſtein/ columnæ, arbores cruce ſignatæ, iisque ſolent addi Carbones & Cineres. Zieriz *in Conſt. Crim. art. 114.* Wehn. *in obſ. Pract. verb.* Gräntze.

II.

Fines probantur per libros, teſtes, famam, aliaque adminicula & indicia. Mynſ. *Cent. 6. obſerv. 25. 26.* adde Wehn. *obſ. pract. verb.* Bezirck-Brieff.

III.

Judex vel debet fines manifeſtos cuſtodire, vel turbatos renovare, vel novos ponere per Geometras & agrimenſores, magis tamen ſequatur vias publicas die Landſtraſſen / quàm parvas & vicinales. Mynſ. *Cent. 6. obſ. 27.* Agrorum verò menſuratio & terminorum poſitio fieri debet partibus præſentibus ab agrimenſoribus juratis, geſchwornen Feldmeſſern und Untergängern. Schneidew. *in §. 20. Inſtit. de act. in act. fin. regund. n. 21.*

IV.

Crimen termini malitiosè moti eſt ſpecies falſi & punitur arbitrio judicis. *Conſt. Crim. art. 114.*

CAP. XXIIX.
Finis.

Axioma I.

Omnis agens agit propter finem, & finis eſt, qui movet agentem. *l. Si pater 4. Cod. de hered. inſtit. l. Eam. 14. C. de fideicommiſſ.* ubi Baldus. Hinc fine deficiente, deficit effectus. Exemplo *l. 1. C. de Condict. ob cauſ.* Vigel. *in dial. jur. p. 212. vid. ſupr. ſub lit. C. Ceſſante cauſa, &c.* Et fine exiſtente, ceſſat res vel actio, quæ ad finem tendit. Exemplum *in §. fin. Inſtit. de Autor. tut. & l. 65. §. item, ſi alicujus. ff. pro ſocio. l. 12. §. ſi quis ſervum. de captiv. & poſtl. l. 1. §. interdictum. ff. uti poſſid.* Vigel. *d. loc.* quare etiam fruſtra fieri dicitur, quod factum non relevat, *l. aliquando 13. §. ſi ſub conditione 2. ad SCt. Vellejan. l. ſi quis 6. §. exigitur 2. de edendo.* ibi: *Ne fortè vel ſupervacuas. & ubi* Angel. notat, & concordantes allegat Jacob. de S. Gregorio. Exempli cauſa, quando ceſſat cauſſa additionis, ea per calumniam fieri cenſetur. Baldus *in Rubr. C. de fid. inſtrum. n. 12. verſ. Concluſio.* Hieronym. Magon. *deciſ. Rotæ Lucenſ. 5. n. 7. & 8.*

II.

Quod contra vel præter finem & uſum rei fit, ratum non eſt. Exemplum *in l. 3. §. duæ autem 5. in fin. ff. de Carb. Edict. l. 1. §. Exceptionem. verſ. cum enim propoſitum. ff. quarum rerum act. non dat. l. plerique 18. ff. de in jus voc. l. 129. de Regulis Juris.*

III.

Qualis eſt finis, tale quoque cenſetur id, cujus eſt finis. Exemplum *in l. 1. §. hujus ſtudii. ff. de I. & I. l. 4. §. itemque fieri. ff. de alienat. jud. mut. cauſ. fact. l. ſi quis ſit 17. §. item apud. ff. de adilit. Edict.*

IV.

Finis eſt duplex, τέλος ὡς, καὶ τέλος ἐξ. Ita finis, cui fit medicina, eſt æger: cujus contrarium eſt ſanitas, Hugo Grotius *in defenſ. fid. Cathol. adverſ. Socin. cap. 1. p. 3.* Weſ. *in parat. de pact. n. 8.* Unde non datur finis ubi principium non præceſſit, & non dicitur deſinere, quod nunquam cœpit. *l. 96. de condit. & demonſtr.*

V.

Cauſa finalis ſeparanda eſt ſæpenumero ab impulſiva. Ita enim defectus cauſæ finalis facit locum condictioni cauſ. dat. cauſ. non ſeq. Defectus autem cauſæ impulſivæ tunc demum nocet, cum per eum ipſum ſtat, qui implere debet, quo minus impleat. Ant. Fab. 45. *de Err. Pragm. c. 9. pag. 991.*

VI.

FINIS eſt primus in intentione, & ultimus in executione, *l. 1. C. de execut. rei judic.* [Grotius *lib. 1. de relig. Chriſt. p. 39.* Scalig. *lib. 1. in Ariſtot. de plantis. pag. 102. & lib. 2. de plant. pag. 292.*] Ariſtot. *lib. 2. Phyſic. cap. 7. quæſt. 20. art. 2.* Tiraquell. *in tract. Ceſſante cauſ. limit. 1. n. 6.* Ægid. *in proœm. decret. ſuper gloſſ. rubr. 9.* ubi ſubdit, quòd finis movet efficientem, efficiens præparat materiam, & tandem in eam præparatam inducit formam, ex quibus finis & effectus cauſarum efficitur, Surdus *conſil. 67. n. 30. & conſil. 133. n. 21. & conſil. 199. n. 12. & conſil. 217. n. 4.* Giurba *in conſvet. Meſſanenſ. cap. 1. gloſſ. 4. num. 112.* Card. Tuſch. *pract. concl. tom. 3. lit. F. concluſ. 378. n. 11.* de fine cui competit judicare, convenit etiam judicare de mediis, Philoſophus *lib. 1. Ethic. cap. 1.* text. *in cap. præterea 5. de offic. deleg.* nam media ſequuntur naturam ſui finis, & ab eo regulantur, *l. oratio 16. ff. de ſponſalibus.* [Et proprium quidem eſt Philoſophorum in cauſſas inquirere, JCti ubi finem habent & effectum, de mediis non adeò ſunt ſolliciti. *l. mulier 22. ad SCt. Treb. l. ſi mater 3. C. de Inſt. & Subſt.*

VII.

FINIS actus eſt expectandus, *l. diximus 4. ff. de excuſat. tutor.* Everhard. *in Topic. legalib. loco 100.* Tiraquell. *de retractu lign. ad finem tit. num. 18. 19. & 23.* Mar. Giurba *in conſvetud. Meſſanenſ. p. 1. cap. 1. gloſſ. 4. tit. 12.* [non quod præſens eſt, Cephal. 3. *conſil. 329. num. 22.*] Et attendi debet in diſpoſitionibus, quæ ad certum finem factæ ſunt, ut contrarium non operentur, quia in præteritis finis eſt primus in intentione, & finis de Jure communi eſt victoria, [Cothm. *lib. 1. conſil. 9. n. 112.*

n. 112. & seq.] Oldrad. *consil. 283. in princip.* quem refert Cardin. Tusch. *d. conclus. 378. num 1.* inducta enim ad unum finem, non debent illius oppositum operari, *l. legata inutiliter 14. ff. de adimend. leg.* Socinus *consil. 38. col. 2. vol. 1.* Menoch. *consil. 151. num. 30. & consil. 170. num. 11. & consil. 362. num. 34.* Octav. Glorit. *respons. 1. part. 3. num. 39.*

IX.

A FINE res denominatur, *l. ex imperfecto 23. ff. de legat. 3. l. rem non novam 14. §. fin. C. de judic. l. sed & si quid 25. §. 1. ff. de usufructu. §. omne autem jus. ult. Instit. de Jure naturali, Gentium & Civili, cap. fraternitatis 6. §. fin. de frigidis & malefic.* Bart. Perett. *ad Extravag. Ambitiosæ, de rebus Eccles. non alien. pag. 93. num. 23. & 24.* Albanus *consil. 52. n. 7.* Surdus *consil. 164. n. 32.* Cassanat. *consil. 45. n. 107.* Giurba *ad consuetud. Messan. p. 1. cap. 1. gloss. 4. n. 112. vers. ut omnia.* [Finis enim designat, qualis res censenda sit. textus *in cap. fraternitatis §. ult. de frigid. & malefic.* ubi Barbos. *n. 10. l. sed & si quid 25. §. ult. de usufr.* Gail. *lib. 2. observ. 52. n. 7.* Finis enim est nobilior omnibus, quæ sunt ad finem. *l. 19. §. 13. de aur. & argent. leg.* Aristot. *lib. 3. Top.*]

X.

FINIS intelligi debet, ut conveniat suo principio. Surdus *decis. 43. n. 15.* [Baldus *in l. quamvis C. de fideicomm.*] & ideò modus agendi, seu excipiendi inspicitur, ut inde finis colligatur, glossa magna *in fin. in cap. hæc quippe 10. 3. quæst. 6.* quam singularem attestatur Baldus *in l. Papinianus. col. penult. Cod. de sent. & interlocut. & in l. nec quicquam. §. ubi decretum. de offic Proconsul.* quem referunt Felinus *in cap. 1. num. 17. vers. ultima conclusio, de except.* Octav. Glorit. *resp. 4. n. 13.* [Unde non datur finis, ubi principium non præcessit, & non dicitur desinere, quod nunquam cœpit, *l. 96. de condit. & demonstr.*]

XI.

Ordinata ad finem boni, non debent malum operari. Gemin. *consil. 126. num. 2. vers. ordinata.* Cardinal. Tusch. *pract. conclus. tom. 5. lit. O. conclus. 181.* & inducta ad unum finem contrarium effectum operari non debent. *l. legata inutiliter 19. ff. de leg. 1.* Rot. *decis. 140. num. 4. in fin. p. 2. in posthum.* Farin. aliàs *p. 4. recentior.* adde *supra lib. III. cap. 63. axioma ult.*

CAP. XXIX.

Fiscus.

Axioma I.

Omnia jura, quæ loquuntur de fisco, habent etiam locum in privato: nisi in Lege dicatur esse speciale in fisco. *l. 1. C. de H. P. l. item veniunt 20. §. in privatorum 9. junct. gloss. ibid. in verb. publica. ff. eod.*

Limitationis loco nota dictam regulam tum demum veram esse, si statim in una eademque L. causæ privatorum subjiciantur causis fiscalibus. *d. l. 1. d. l. 20. §. 9.* Berlich. 1. *concl. 23. n. 7.* Item si dispar ratio non appareat. *l. idem 12. de compensat.* Wesemb. *in com. Cod. de usur. num. 7. pag. 1589. in fin.* adde omnino C. A. *de jure fisci, thes. 20.*

II.

Boni principes semper privatis potius, quàm fisco favent. *textus est in l. 2. C. Theodos. de Advoc. fisci.* Exemplum est *in l. 2. & l. 6. C. de servo pign. dato.* ubi Imperatores non favent fisco suo: & pupillis tamen favent. Pupillus enim & fiscus habent tacitam hypothecam in bonis debitoris, & ob id debitor pupilli, si manumittat servum, nihil agit: si verò debitor fisci manumittat servum non obligatum aut pignoratum fisco specialiter, valet manumissio. Cujac. *ad l. 10. de jur. fisc.*

Limita: nisi causa non tam ad fiscum Principis, quam ad totam Rempubl. pertineat, velut est causa primipili *l. 3. C. de primip.* contributionum & pensitationum publicarum. *l. 1. C. si propter pub.* unde Germani: Herren und Heiligen gehen über alles.

III.

Quod semel sumsit fiscus, nunquam reddit, Cujac. *in recit. C. de requir. reis. per l. 2. C. d. t. & l. 1. ad Leg. Jul. de ambit.* Unde est, quod licet facinorosus à Principe restituatur, tamen regulariter bona non recipiat. *l. 9. 7. & pass. C. de sent. pass. & rest.* licet verbum restituendi latius pateat, *l. ult. §. fin. de V. S.* unde etiam est, quod *in l. 42. de cond. indebit.* dicitur, pœnæ non solent repeti, cùm depensæ sunt.

IV.

Fiscus est successor omnium improborum & indignorum. Sich. *Cons. Test. 6. n. 47.* item ex incestuoso coitu natorum. Mynsi. *Cent. 3. Obs. 91.* Bonorum vacantium. *L. un. Cod. de bon. vacant. l. fin. C. de pet. bon. subl.* Besold. *thes. pract. verb.* Erbloſe Güter. vid. supr. rubr. BONA VACANTIA. non autem succedit peregrino in peregrinatione decedenti. *auth. omnes peregrini C. commun. de success.* secus in Galliâ. Speidel. *in notabil. verb. Albinagium.*

V.

Fiscus habetur loco heredis etiam quoad onera, hinc tenetur satisfacere creditoribus delinquentis *L. 1. C. pœn. fisc. credit. præf.* & ejus filiam dotare. Bald. *in l. fin. C. de dot. prom.* atque uxori dotem reddere. Roland. à Valle *consil. 31. num. 33.*

CAP.

CAP. XXX.

Fœmina *vide Rubr.*

Masculus.

Axioma I.

Fœmina ab omnibus officiis publicis remota dicitur. *l. 2. ff. de Reg. Jur.* quæ Regula indefinita, universaliter procedit, in quacunque fœmina, nisi esset Regina, Decius *in d. l. 2.* ubi etiam Cagnol. *l. fœmina. ff. de edend. l. 1. ff. de postul.* Item ita intelligitur statutum, ut extantibus masculis, fœminæ non succedant, de quo per Alber. Brun. *in tract. Extantibus masc. in principio.*

II.

Fœminæ regulariter deterioris conditionis, quàm viri.

Hanc regulam declara, quod procedat, quantum ad civilia & publica officia pertinet. *l. 1. ff. ad SCt. Vellejan. l. fin. C. arbitr. tutel.* vid. Andr. Tiraquell. *in legib. connubial. gl. 3. n. 160.* Chassan. *in consvet. Burgund. in tit. des Justices. Rubr. 1. §. 6. n. 40.* quia fœminæ ob pudorem & verecundiam sexui huic congruentem *l. 1. §. 5. ff. de postul.* ab omnibus officiis civilibus arcentur *l. 2. ff. de R. J.* ubi exempla. Ita mulier incapax est feudorum, nec testis esse potest in testamento, &c. Nam in aliis multis fœminæ melioris sunt conditionis, quàm viri, quales casus ponit Hippol. *in sing. 248.* & nominatim undecim Specul. ponit *in tit. de Procur. §. nvtione. n. 3.* octodecim verò Dec. *in d. l. 2. de R. I. n. 70. usque ad n. 83.* vide Pruchmann. *t. tr. de fœminis.* Breviter: Quoties agitur de damno vitando, toties melioris conditionis sunt fœminæ, quam masculi, quia sexus hic ad læsionem pronus, ob cujus imbecillitatem ipsis succurrendum *l. 2. §. 2. ff. ad SCt. Vellejan.* Succurritur ergò fœminis (1.) in ignorantiâ juris, *l. fin. C. de Jur. & Fact. ignor.* (2.) in intercessionibus *l. 1. pr. ff. ad SCt. Vellej.* (3.) in pœnis *l. 5. §. 3. ad L. Jul. Majest.*

Limita: ut propriè hic intelligatur tale damnum, in quod ob lubricitatem cadere facilè potuit. Extra hos respectus ad paria judicantur mas & fœmina *tot. tit. C. de mulier.* ubi munera sexui congruentia vel honores agnoscunt.

III.

Quoties fœmina pro alio non intercedit, sed suum negotium gerit, toties validè obligatur.

Ratio: quia intercessio seu alienæ obligationis receptio tantùm fœminis interdicta, ad hanc enim fœmina pronior esse & faciliùs induci solet.

Exemplum: tenebitur ergò, si pro suo fidejussore fidejusserit *l. 13. & 14. ff. ad SCt. Vellej.* si debitorem suum delegaverit *l. 5. & 8. §. 5. ff. eod.* Item si ipsa à Creditore suo alii delegaretur *l. 2. C. eod.* plura vid. *in l. 3. ff. l. 6. 9. 10. 12. & in aliis C. eod.*

IV.

Fœminis dignitas mariti tribuit splendorem, *l. 8. ff. de Senat.*

CAP. XXXI.

Forma, Causa Formalis.

Axioma I.

Non debemus plus ad formam, seu substantiam alicujus actus exigere, quam lex ipsa agit. *arg. l. illam merito 19. vers. superstitibus quidem. C. de collationib. & Nov. 18. cap. 5.* Harprecht. *ad §. 3. Instit. de locat. n. 236.* vid. infra Lex.

II.

Causa formalis & finalis aliquando in idem recidunt, Wesemb. *1. consil. 16. n. 4. ubi vide.* Sic Scalig. *3. poëtic. 8.* sic verbi causa, cùm natura molitur hominem, pro fine dicitur habere ipsam formam. Est sanè forma finis generationis. Alii sic efferunt: Forma aliquando diverso respectu, etiam causæ efficientis, ut & finalis vicem supplet, *Efficientis* quidem respectu potentiore ab ea emanantium & operationum, in quas potentiæ desinunt. *Finis* autem respectu generantis & disponentis in rebus naturalibus, à quo nihil aliud intenditur, quàm consequentia formæ, sicut dici solet: Forma est finis, propter quem agens disponit materiam. Unde Aristoteles: Quid est, & cujus gratia est, dicit esse unum. Unde sic enunciatur ab Interpretibus: Finis generationis est forma rei genitæ: Finis generationis humanæ est forma hominis: Anima rationalis, quæ est in termino ad quem, istius mutationis. Et eadem anima rationalis est forma hominis producti.

III.

Forma rei perempta, si aliquid ex materia remaneat, potest durare circa illud, quod remanet, prior dispositio ac jus, actio & obligatio. Hanc regulam probat textus *in l. 29. §. 2. de pign.* ubi combusta domo pignorata, vel diruta ita, quod ad aream sit redacta, durat pignus in ea, *l. 44. §. 2. de Legat. 1.* ubi legatum poculorum debetur, licet defierint esse pocula, & fuerint ad massam redacta. Hanc regulam cum suis ampliationibus & limitationibus vide apud Alb. Brun. *in tr. de interit. & perempt. concl. 6. n. 23.*

IV.

Ex forma denominatur effectus. Sic ex forma hominis homo quis dicitur: ex forma equi, equus. Exemplum est *in l. 7. §. 12. ff. de pact.* Sic etiam pacta dant formam contractui, ut vel nominatus, vel innominatus dicatur, & nunc hæc, nunc alia actio competat. *d. l. 7. in princ. & §. 5. de pactis. l. 5. ff. de præscript. verb.*

V.

Deficiente formâ, deficit effectus. Sic cum actionibus civilibus certa forma à legibus præscripta sit, puta, testamentis ordinandis, judiciis exercendis, &c. formâ istâ deficiente, effectu caret actio, cujus exemplum proponitur *l. 4. C. de sentent. & interlocut. & l. 1. §. 2. de verbor. obligat. l. 14. de statu homin.*

VI.

Forma alia est rei constituendæ, alia constitutæ. Sic ususfructus constituendi forma est, patientia constituentis; & usurpatio ejus, cui constituta est. *l. 3. de usufr.* ubi Wesemb. *n. 9.* Constituti, ut utatur, salvâ rei substantiâ. *princ. I. de Usufr.* Sic feudi constituendi forma est investitura: Constituti, fidelitas. Sic forma Legis constituen-

ſtituendæ, eſt ſanctio: Conſtitutæ, eſt rationabilitas. Sic pacti conſtituendi forma in eo præcipuè conſpicitur, dum quidam ex diverſis animi motibus in unum conſentiunt. *l.1. §.3. de pactis.* ubi Colleg. Arg. *theſ.77.* alia eſt forma pacti conſtituti, nudus ſcilicet conſenſus. C. A. *dict. loc. theſ.85.*

VII.

FORMA ſubſtantialis dat eſſe rei, *l. Divus 7. ff. de in integr. reſtitut. l. Julianus 9. §. ſi quis rem 2. ff. ad exhibendum. l. qui heredi 44. l. Mævius 55. ff. de condit. & demonſtr. l. cum hi 8. §. ſi Prætor aditus 17. ff. de tranſact. l. qui per ſalutem 33. ff. de jurejur. l. in conventionibus 219. ff. de V.S. l. ſi is, qui quadringenta 80. §. quædam 1. ff. ad Leg. Falcid. l. cum antiquitas 28. §. cum autem 1. C. de teſtam. Clem. 1. de rebus Eccleſiæ non alienand.* Ariſtoteles *Phyſic. l. 1. c. 9. q. 10. art. 1.* Jaſon. *in l. cum quis. num. 11. Cod. de juris & facti ignor.* Caſtellion. *conſil. 17. num. 9.* ubi ait, quod forma ſubſtantialis ſit illa, quæ dat eſſe rei, Everhardus *in topicis legalib. loco 53.* Baldus *in l. comparationes, in 3. quæſt. in fin. C. de fid. inſtrum.* Decius *conſil. 429. n. 5. & conſil. 434. n. 2.* Tiraquell. *de retractu lign. §. 2. gloſſ. 21. à num. 11. & §. 36. gloſſ. 2. num. 28. & de retractu convent. §. 4. gloſſ. 6. num. 31.* Ant. Gomez. *var. tom. 1. cap. 2. num. 7.* Eſcob. *de ratiocin. cap. 6. num. 39. & cap. 11. n. 18. & cap. 31. n. 16.* Card. Tuſch. *practic. concl. tom. 3. lit. F. concl. 413. num. 2.* Octav. Glorit. *reſponſ. 9. n. 34.* Intrigl. *conſil. 1. n. 150. & conſil. 3. n. 10. lib. 1.* Sebaſt. Medices *de Regul. Jur. reg. 7. n. 1. & ſeq.* Novar. *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 71. num. 4.* Valenzuel. *conſil. 120. num. 32. & conſil. 187. n. 66. tom. 2.* Et actus factus absque forma deſtinata dicitur non eſſe. *l. Julianus 9. §. ſed ſi quis rem 3. ff. ad exhibend.* Novar. *d. lib. 1. q. 79. num. 9. in fin.* [& mutatâ formâ, propè extincta videtur rei ſubſtantia. *l. Julianus 9. §. ſed ſi rem 3. ad exhib.* Et alia res cenſetur. Vigel. *in Dial. jur. lib. 2.* imò res ipſa abeſſe videtur, cujus forma mutata eſt, licet maneat idem corpus. *l. mulieris 13. §. 1. de V. S.* Bachov. *ad §. cum ex aliena 31. de rerum diviſ. pag. 268.*] Sic quando aliquid requiritur pro forma, ejus omiſſio omninò vitiat, quando ea eſt ſubſtantialis, ſecus ſi non ſubſtantialis, ſed accidentalis, ex alleg. per Franciſc. Soar. *de legibus lib. 5. cap. 31. num. 2.* Salas *in ſimili tract. de leg. quæſt. 96. tr. 14. diſput. 16. lect. 9. n. 36.* In dubio autem forma præſumitur ſubſtantialis, non verò accidentalis, ſecundum Matheſil. *ſing. 130. & 131.* Rolandum *conſil. 43. n. 13. lib. 2. & conſil. 30. n. 1. & conſil. 55. n. 26. lib. 3.* Vant. *de nullitatibus, quot & quibus modis nullitas in judicio proponatur, n. 52.* [Exemplum hujus regulæ eſt in ſpecificatione. vide Weſemb. *in parat. de A. R. D. n. 8.* ubi rationem reddit: quod forma ſit præſtantior materiâ, eamque ad ſe trahat: prout & aliàs ſemper, quod dignius eſt, trahit ad ſe minus dignum. *cap. quod in dubiis 3. de conſecr. Eccleſ.* vid. Weſemb. *C. C. de ordin. judic. n. 1.*]

VIII.

FORMA inducta dicitur ſequentibus verbis. Primò, quoties dicitur, id quod diſpoſitum eſt, ſervandum eſſe pro forma, Gratian. *conſil. 16. n. 14. lib. 1.* Gozadin. *conſil. 73. n. 13.* Rolandus *conſil. 72. n. 61. lib. 3.* Virgin. Boccac. *in conſtitut. Piceni, gloſſ. 6. n. 164.* Secundò, quotiescunque additur neceſſitas aliquid faciendi, Tiraquell. *de retractu lign. §. 36. gloſſ. 2. n. 25.* Beroi. *quæſt. 24. num. 4.* Tertiò, quando diſponitur conditionaliter, Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 30. num. 5.* Virgin. Boccac. *in conſtitut. Marchiæ. gloſſ. 6. num. 156.* Cardin. Tuſch. *d. concluſ. 414. num. 10. 13. & 17.* Et ideò formam inductam per ablativos abſolutos reſolvunt Matien. *l. 9. gloſſ. 4. num. 1. tit. 11. lib. 5. novæ Recopil.* Roland. *conſil. 81. num. 15. & 82. cum ſeqq. lib. 1. & conſil. 55. num. 25. lib. 3.* Sanchez. *de matrim. lib. 3. diſput. 5. num. 2.* Joſeph. Seſſe *Aragon. deciſ. 31. num. 8. & deciſ. 131. num. 22.* Quartò, per temporis appoſitionem, quia tempus ordinatum à ſtatuto, dicitur eſſe de forma, Roland. *conſ. 72. n. 71. lib. 3.* Oſaſch. *Pedem. deciſ. 163. n. 9. cum ſeqq.* Virgin. Boccac. *in Conſtit. Marchiæ, gloſſ. 6. num. 162.* Quintò, ſi aliquid ſtatuatur præter jus commune, Roland. *conſil. 72. n. 61. lib. 3.* Boccac. *dict. gloſſ. 6. num. 163. & 165.* Sextò, ex vehementi & ſtudioſa animi applicatione, quam diſponens habet circa modum in diſpoſitione expreſſum, Boccac. *d. gloſſ. 6. n. 168.* ubi *n. 169.* ſubdit, formam cenſeri etiam inductam per juramentum, quòd lex ſeu ſtatutum præcipit intervenire debere in actu, & *num. 167.* reſolvit, per dictiones taxativas cenſeri formam inductam.

IX.

FORMA in aliquo actu ſervanda, ſi in illo deficiat, actus eſt nullus *l. Mævius 55. l. qui hæredi 44. §. 3. ff. de condit. & demonſtr. l. 1. & 2. C. quando provocare non eſt neceſſe.* gloſſ. *verb. irritum. in cap. cum dilecta 22.* & *ibi* Panormitan. *num. 6. de reſcript.* Tiraquell. *in l. ſi unquam. verb. re-*

ver-

vertatur. n. 67. C. de revoc. donat. Roland. *consil. 30. num. 2. lib. 3. & consil. 72. num. 54. & §. eod. lib. 3. & consil. 60. n. 24. lib. 4.* Alderan. Mascard. *de generali statut. interpr. conclus. 9. num. 8. & num. 55. vers. & quia.* Soar. *de legib. lib. 3. cap. 31. num. 1.* Salas *in simili tract. quæst. 96 tract. 14. disputat. 16. sect. 1. num. 1. ante med. vers. ex quib. legib.* Anell. Amat. *consil. 64. num. 6. & consil. 69. num 5. cum seqq.* Valenzuel. *consil. 112. n. 58. & consil. 187. num. 74. & 75. & consil. 177. num. 12.*

Amplia primò, etiamsi formæ omissio tendat ad faciliorem actus expeditionem, gloss. *in cap. solet. 2. de sent. excom. lib. 6.* Alderanus Mascardus *d. conclus. 9. num. 57.*

Amplia secundò, etiamsi aliquid legitime fiat, nam adhuc formæ omissio vitiat, quia non potest per æquipollens adimpleri, glossa *verb. transponentes, in cap. cum dilecta 22. de rescript.* Tiraquell. *de retractu lign. §. 1. gloss. 21. num. 11. vers. hæc. & § 36. gloss. 2. num. 38. & de legib. connub. gloss. 6. num. 26. & gloss. 7. num. 188.* Osasch. *Pedem. decis. 163. num. 4. cum seqq.* Alderan. Mascardus *d. conclus. 9. num. 62.* nisi quando lex, seu statutum formam inducens considerat effectum, Decius *in cap. de appellat. num. 5. cum seqq. de appellat.* Cephalus *consil. 33. num. 46. lib. 1.* Menoch. *cons. 131. num 15.* Osasch. *Pedemont. decis. 92. num. 25.* Cardin. Tusch. *lit. F. conclus. 414. num. 38.*

Amplia tertiò, procedere etiam in favorabilibus & piis causis, Tiraquell. *d. glossa 21. sub. n. 11. Grammat. decis. 79. n. 11. & 14.* Rolandus *consil. 72. n. 59. lib. 3.* Alderan. Mascard. *d. concl. 9. n. 64.*

Quartò amplia, ita procedere, ut non excuset ætas, rusticitas, sexus, militia, aut unaquælibet qualitas, Rolandus *consil. 30. n. 8. lib. 3.* Card. Tusch. *d. lit. F. concl. 415. num. 29.*

Limita primò, ut minimè procedat, si talis forma non contineat in se æquitatem, juxta ea, quæ tradunt Soar. *de legib. lib. 5. c. 31. num. 3.* & Joh. de Salas *in simili tract. quæst. 96. tract. 14. disputat. 16. sect. 9. num. 36.*

Limita secundò, quando aliqua necessitas impediat formam adimpleri, quia tunc ejus omissio non vitiat, Tiraquell. *ad leges connub. gloss. 6. n. 34.* Paris. *cons. 33. n. 29. & 30. lib. 2.* Roland. *consil. 81. n. 25. 26. 39. 40. 52. & 82. cum seq.* Mascard. *de conclus. 9. n. 78.* [Nam in casu necessitatis & imminentis periculi forma requisita potest remitti. Felinus *cap. quantum. ut lite non contest.* Exempli gratia: Si statutum caveat, ne testamentum valeat, nisi per Notarium immatriculatum factum; tempore pestis factum valet etiam ab alio non immatriculato. Angel. *in l. Si vacantia. in fin. C. de bon. vacant.*

Limita tertiò favore dotis, & in aliis dotis favorem respicientibus, Brun. *in tract. statutibus masculis, art. 9. q. 3.* Alderan. Mascard. *d. concl. 9. num. 80. & 81.* ubi *num. 82.* subdit, quòd formæ omissio non vitiat, ubi propter justam causam illa omittitur, quando præsertim justa causa talis est, quod nec eam negasset statutum, si de ea statuentes interrogati essent.

Limita quartò, quando forma omittitur ratione scandali vitandi, vel eminentis periculi, quia tunc ejus omissio actum non vitiat. *cap. statuimus 13. de offic. judic. deleg. lib. 6. cap. ubi periculum 3. §. porrò, de elect. eod. lib. Clem. 1. de for. comp.* Paris. *consil. 93. à num. 28. lib. 2.* Mascard. *d. concl. 9. n. 67.*

Limita quintò, si ex aliis menti & intentioni formam inducentium satisfactum fuerit, Card. Tusch. *d. lit. F. concl. 419. n. 21. & 22.* Alderanus Mascardus *d. conclus. 9. n. 76. & seq.* ubi *n. 79.* pariter limitat, quando forma tacitè subintelligitur adimpleta.

Limita sextò, ut quando lex seu statutum mandat aliquid fieri cum certa solemnitate, post actum jam factum solemnitate non adhibita, actus non dicatur nullus, nisi eadem lex expresserit, quod actus factus non valeat, & sic actus in esse productus stabit, donec fuerit per sententiam irritatus. Virgin. Bocc. *d. gloss. 6. n. 158. & gloss. 8. sub n. 308.* Soar. *de legib. lib. 5. cap. 32. n. 2.* Salas *d. disput. 16. sect. 8. n. 27. post med.* Alder. Mascard. *d. concl. 9. à num. 45.* [Huc pertinet etiam elegans limitatio. Gail. 1. *observ. 124. num. 4.* distinguentis, utrum lex vel statutum requirat Formam tempore contractus vel actus; & tunc vera est Regula: quod non servatâ formâ vel solennitate requisita actus vel contractus corruat. *Auth. hoc jus porrectum. Cod. de SS. Eccles.* vel post contractum seu alium actum jam perfectum: quo casu actus vel contractus non est irritus; sed effectum non habet, nisi formâ adimpletâ.]

[Limita septimò, ut actus, ob non servatam formam, ipso jure nullus, valere debeat, si tendat in ejus commodum, cujus favore illa forma introducta est. *l. non eo minus 14. Cod. de Procuratorib. l. neque tuto-*

tutoris 7. de contrahend. & commit. stipulat. Rumelin. *exercitat. 2. thes. 21.*

Limita octavo, ut regula non procedat eo casu, quando is, qui agit contra formam, formæ derogare potest: tum enim mutatio formæ actum nullatenus vitiat, Ludovicus Gozadin. *consil. 40. n. 6.* Asin. *in praxi Florentin. §. 3. cap. 46. incip. Decimò non vitiat, &c.*

Limita nonò, ut excipiatur solennitas levis seu modica, *l. 1. §. fin. & l. 2. de vent. inspic.* Paris. 1. *consil. 97.* Bl. *in l. 8. C. qui test. fac. poss.*

Limita decimo, quia potest etiam remitti forma accidentalis seu qualitatis, ratione svadente, Paris. 1. *consil. 47. & 2. consil. 32.* G. V. Forster. 2. *obs. 12.*

Limita undecimò, quod omissio formæ non vitiat in foro conscientiæ; cùm forum poli solennia Juris civilis non advertat, Gomez. §. *item si quis. n. 78. Instit. de Act. Diff.* Covarruv. *in causa de Testament.* & G. V. Forster. quod Leges civiles etiam in foro conscientiæ ligent.]

X.

FORMA est de genere indivisibilium, ut notatur *in l. si veritas. Cod. de fideicommiss.* [nec ab actu sejungi potest. *cap. auditis 29. cap. quia 42.* ubi Dd. *de Elect.* Wesemb. *ad l. 1. Cod. usufruct. n. 3. post med.*] Tiraquell. *de jure marit. gloss. 6. n. 4.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 9. num 17.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 8. q. 8. n. 94.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 18. num. 76. cum seqq.* Cald. Pereira *de potest. eligendi, cap. 7. num. 13. prope finem.* Escob. *de ratiocinat. cap. 11. num. 19.* Anton. Monach. *Lucens. decis. 18. num. 2. & 3.* Rendina *in promptuario recept. sentent. tit. 100. num. 5.* Rot. *decis. 30. num. 3.* apud Farinac. *p. 1. recent.* Surdus *consil. 282. num. 29.* Novar. *d. lib. 1. quæst. 71. num. 3.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 853. num. 28.* Joh. Anton. Mang. *de imput. q. 126. num. 11.* ubi quod est individua, & divisio formam corrumpit.

Et ideò debet non in parte, sed in totum adimpleri, & illa in parte quamvis minima, non adimpleta, in totum actus corruit, *l. cùm hi 8. §. si prætor 17. ff. de transact. l. qui Romæ 122. §. Flavius 2. ff. de verb. obligat.* [Bertachin. *latè in Repert. part. 2. sub axiom.* Forma ad ungvem debet servari.] Gloss. & Bald. *in cap. 1. in verb. vocationem, & de milite vasallo,* Bartol. *in l. 1. §. ait Prætor. ff. ne quid in flum. publ.* Alex. *consil. 137. num. 15. vol. 5. & consil. 42. n. 16. vol. 1.* Dec. *consil. 532. n. 4. & 5.* Tiraquell. *de retract. convent. §. 4. gloss. 6. à num. 31. & de judicio in reb. exig. vers. hoc tamen intellige.* Sebast. Med. *de reg. Juris, reg. 7. à n. 1.* Calderin. *consil. 314. vers. ad cujus declarationem,* aliàs *11. de feudis,* ubi intelligit, ubicunq; forma est de substantia actus, & sic substantialis, Jason. *cons. 165. in fin. lib. 2.* Baldus *consil. 351. num. 9. lib. 5.* Azeved. *ad l. 18. num. 4. tit. 21. lib. 4. novæ Recopilat.* Gutier, *pract. lib. 3. q. 15. num. 5. cum seqq.* Rendin. *in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 100. n. 5. & 6.* Gam. *Lusit. decis. 45. n. 3.* Valasc. *consil. 133. n. 3. & consil. 149. n. 6. & consil. 183. n. 3.* Roland. *consil. 30. n. 5. & consil. 72. n. 58. & 64. lib. 3.* Alderan. Mascard. *de gener. statut. interpret. concl. 9. n. 61.* Soar. *de legib. lib. 5. c. 32. num. 8. cum seqq.* Farinac. *in praxi crimin. p. 4. consil. 76. num. 13.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 5. quæst. 6. n. 227.* Cardinal. Tusch. *d. tom. 3. lit. F. concl. 415. n. 28.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. num. 137.* Mar. Anton. *variar. resolut. lib. 11. resol. 11. num. 4. & resol. 92. num. 4.* Cald. Pereira *de empt. cap. 3. num. 15.* Octav. Glorit. *respons. 9. num. 34.* Rot. *decis. 671. n. 2.* apud Farin. *p. 1. recent. Vid. supr. lib. 1. cap. 25. Axiom. 49.*

XI.

FORMA non potest per æquipollens adimpleri. *l. 3. §. fin. l. qui per salutem 33. ff. de jurejur.* Surdus *consil. 318. num. 10.* Bernhard. Græv. *ad pract. Cancell. Imper. lib. 1. conclus. 2. consid. 1. num. 2.* [Tiraquell. *in Legib. connub. verb. express. n. 187.* ubi dicitur, Forma debet impleri propriè & verè, & non per actum fictum & improprium, etiam æquipollentem. Zas. *in l. ubi 75. §. fundi. ff. de verb. obligat. n. 11. col. 384.* Sichard. *in l. 21. §. per nuncupationem 2. Cod. de Testam. n. 4. & 5.*] Scacc. *de convent. gloss. 5. n. 22. & §. 1. quæst. 1. n. 151.* ubi *num. 152.* limitat, quando forma respicit certum effectum, quem per æquipollens potest effectualiter consequi. Limita etiam necessitate, aut difficultate maxima existente, & ubi aliter præterquam per æquipollens adimpleri nequit: *ex l. 1. ff. de verbor. obligat.* Franciscus Molinus *de ritu nupt. l. 1. cap. 25. num. 45.* Surdus *decis. 268. num. 18.* Alex. Rauden. *de annal. cap. 38. num. 82.* Bernh. Græv. *d. consid. 1. num. 3.* [Quando id, quod pro forma & solemnitate actus requiritur, possit præstari & suppleri per æquipollens. Vide latè Gomez. *Tom. 1. cap. 2. n. 7.* Vasquez. *de succeff. Tom. 1. lib. 1. §. 4. num. 31.*]

XII.

FORMA legis omissâ corruit actus, *vid. supr. lib. 1. c. 25. Axiom. 49. & ibi* citat: adde Sebast. Medic. *de Regulis Juris, reg. 7. n. 2.* Intrigl. *consil. 1. n. 149. lib. 1.* Sacc. *de conject. §. 1. q. 1. n. 148.* Novar. *d. lib. 1. q. 78. n. 9.* Castill. *controvers. lib. 5. p. 2. cap. 149. n. 26. & seq.* [Gu. Forster. 2. *observ. 12.* ratio, positâ enim formâ, tum demum res ponitur, *cap. 1. & c. cum apud. 23. de sponsal. l. 7. §. 17. ff. de transact.* Everh. *in loc. à defectu formæ. per tot.* Hinc Forma à lege tradita, in dubio est de substantia, & omissa vitiat actum. Bald. *in l. comparationes 20. col. 2. C. de fid. instrum. & l. 1. C. ut in poss. leg. & in l. si tutor 4. C. in quib. caus. in integr. restitut. non est necess.* ideò Formâ non servatâ, actus est nullus, etiamsi statutum ultra non procedat annullando, si statutum est prohibitorium: aliàs secus. Alex. *consil. 23. part. 4.*]

[Limitationis loco porro notâ, quod cum Forma servari non potest, quæ acta sunt, valent, etsi forma servata non sit, Joh. Andr. *in cap. in toto 80. de Regulis Juris in 6.* Abb. *consil. 25. col. 2. vol. 2.* Alex. *consil. 206. dub. ult. vol. 6.* Aym. Crav. *consil. 12. n. 2. consil. 165. vol. 1.*]

CAP. XXXII.

Fortuna, Facultates, Opes, Sors.

Axioma I.

Sæpe de bonis suis amplius sperant, quàm in his est, homines. §. 1. *Instit. qui ex quib. caus. manum.*

II.

Non tenetur nauta fortunas cujusque excutere. §. 6. *de L. Rhod.*

III.

Fortuna sæpe in controversiis adhibetur. §. 23. *Instit. de opt.*

CAP. XXXIII.

De Fortuitis & Inopinatis.

Axioma I.

Incerta & inopinata turbant & actus impediunt. *l. 4. §. 4. de officio Proconsul.*

II.

Fortuiti casus non continentur appellatione periculi. Hanc regulam probat glossa *in l. 4. §. 4. ff. si quis caut. in judic. l. 1. §. 35. in fin. ff. depos. l. 6. C. de pign. act.* Ampliat verò & limitat eam Francisc. de Ripa, *de pest. in princ. in cap. de privilegiis contractuum causa pestis. n. 70. cum seq.* aliam limitationem ponit Jacob. de S. Georg. *in d. l. 4. §. 4. Si quis caut. judic. n. 14.* Est autem fortuitus casus inopinatus rei eventus, quem nulla hominum providentia vel cura cavere aut providere potest. *l. 6. C. de pign. act. l. 23. in fin. de Reg. Jur.*

CAP. XXXIV.

Forum, Forensis.

Axioma I.

De renunciatione Fori vide Mynsing. 1. *obs. 88.* Gail. 1. *obs. 1. n. 29. & obs. 40. per tot.* Grev. *ibid.* Frider. Martini *de jure censuum cap. 6. n. 33.* Fachin. *lib. 1. controvers. 61.* Ant. Hering. *de fidejuss. cap. 23. n. 18. & seqq.*

II.

Forum Rei sequitur Actor. *vid. supr. Actor.*

III.

Forum domicilii potentius est originis foro, *l. 190. de verb. signif. gloss. in cap. statutum 11. §. cum verò. de Rescript. in 6.* Decius *in cap. ad nostram. c. 3. col. 1. n. 3. de appellat.* Unde cum quis uno loco domicilium, ex altero verò originem habet, & dubitatur, an sit judicandum secundum locum domicilii, vel originis, subjecta materia est inspicienda, & si ad domicilii locum spectat, secundum jura civitatis, in qua domicilium habet, est judicandum. Bald. *in l. 1. col. 4. Cod. de Sum. Trin.* Dec. *concl. 352. n. 4.*

IV.

FORUM sortiri, & statutis ligari, paria sunt, gloss. *in l. 2. ff. de eo quod certo loco. & in cap. 9. quod clericis. de foro compet.* Alexand. *consil. 157. n. 15. lib. 2. & consil. 211. Visa facti. n. 5. in fin. vers. similiter. eod. lib. 2. & consil. 44. n. 10. lib. 5.* ubi ait, quòd in omnibus casibus, in quibus quis delinquendo in territorio, vel contrahendo dicitur sortiri forum, ut ibi conveniatur, ita poterit eisdem casibus ligari statuto, quia à pari procedunt, Thesaur. *Pedem decis. 123. n. 12.* Menoch. *consil. 343. n. 33.* Brunor. à Sole *in locis communibus. verb. forum 1. & verb. forens. n. 5.* ubi hinc infert, quòd forensis contrahens in loco, tenetur servare solemnitates ejusdem loci, Cardin. Tusch. *tom. 4. lit. F. concl. 444. per totam.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de exemt. clericor. à statutis secularib. §. 1. num. 7.* Steph. Grat. *discept. forens. tom. 4. c. 709. n. 22.*

V.

FORUM sortiri, & consvetudine ligari, à pari procedunt, Alexand. *consil. 217. Viso quodam. n. 6. vers. hoc confirmo. lib. 7.* quem refert Cardin. Tusch. *d. concl. 444. num. 5.*

VI.

Quotiescunque agitur de onere rei impositi, toties forenses tenentur.

Ratio: quia onera rei cohærent, ergò de re ibi, ubi est sita, agendum. *l. 1. C. ubi in rem actio.* Mev. *P. 2. Dec. 367. n. 5.* Exemplum in Collectis ratione rei impositis, v. gr. Hufensteuer.

Li-

Limita: Nisi Lege seu Consvetudine aliud fuerit receptum. Mev. *P. 2. Decis. 373.*

VII.

Quotiescunque agitur de onere personæ imposito, toties forenses non tenentur, quia in personas eorum nulla competit jurisdictio. vid. *l. extra territorium. fin. ff. de Jurisdict.* Exemplum in Capitationibus, im Kopff-Gelde/ de quibus *tot. tit. C. de Capit. Civ. Censibus exim.*

VIII.

Quoties quis deprehenditur in loco Contractus non mox inde recessurus, toties in illo conveniri potest. *cap. 1. §. contrahentes de foro compet. in 6to.*

Ratio: quia sic contrahendo in isto loco videtur se accommodare ejus loci legibus & ibidem solutionem fieri voluisse. *l. 1. 2. & 3. ff. de Reb. aut. Jud. possid.*

Exemplum: ita ergo, qui transvehendo urbem obiter quid emerat, vel vendiderat, termino ad solvendum dato, non poterit ibi conveniri. Zanger. *de Except. P. 2. C. 1. n. 127.*

Declara: nisi convenerit, ut alibi fiat solutio, sic enim in illo loco convento agendum. *l. contraxisse 21. ff. de O. & A.* Plura vid. apud Brunnem. *ad l. 19. ff. de judic. n. 16.*

IX.

Ubi quis deliquit, ibi forum sortitur. *l. un. C. ubi de Crimin.*

Ratio: quia delinquendo sese subjecisse videtur legibus loci, & ibi statuendum exemplum, ubi commissum est delictum.

Limita: ut etiam puniri possit in foro deprehensionis, sed secundum statuta loci, ubi delictum est commissum. Carpz. *Prax. Crim. Q. 54. num. 51.*

X.

Quoties causa ob singularem qualitatem privilegiatum habet forum, toties non admittit prorogationem.

Ratio: quia si ipsius eximentis interest, ne ille, quem exemit, ab alio judicetur, interest sua, ne talem jurisdictionem amittat. Gail. *lib. 1. observ. 40. n. 5.* Ita ergò vasallus non potest consentire in alterius Jurisdictionem, pariter nec Clericus. *cap. 12. X. de foro compet.* Nec studiosus in Jurisdictionem Senatus oppidani.

Declara: nisi ille, cui per talem prorogationem præjudicatur, consentiat. *arg. cap. 1. & 18. X. de foro compet.*

XI.

Quoties actus est voluntariæ Jurisdictionis, & nullam causæ cognitionem desiderat, toties poterit coram quocunque judice, etiam incompetente, expediri.

Ratio: quia sic nulla lis est inter partes, ad quam coërcitione opus. Hinc nec competentia judicis necessaria, sed in arbitrio relictum est privatorum, ubicunque talem actum expediri velint, modò hoc autoritatis gratiâ in aliquo judicio fiat.

Exemplum: ita ergò manumissio ubicunque fieri potest, non autem atrogatio impuberis. *l. 15. §. 2. & l. 17. ff. de adopt.*

XII.

Quoties judicis jurisdictio restricta est ad certam quantitatem, toties quidem in contentiosis intra illam quantitatem judicare nequit, in voluntariis tamen pro habili etiam in majori quantitate reputatur. *l. 74. §. 1. ff. de Judic.*

Ratio: quia priori casu res agitur inter partes dissentientes, quibus Judicis sententia præjudicare posset, quod secus in casu posteriori, ubi liberum erit alterius jurisdictioni se subjicere eamque in se prorogare *l. 1. ff. eod.* & ita poterit donationis insinuatio fieri coram judice, cui tantùm usque ad centum thaleros jus dicere permissum.

XIII.

Fori incompetentia semper debet allegari. Angel. *in l. 5. §. 2. ff. de Jurej.*

CAP. XXXV.

Frater.

Axioma I.

Quoties inter Fratres de bonis paternis lis est, non spectantur regulæ juris, quæ omnes sunt summi juris, sed benignitas & æquitas. *l. 8. de collat. bonor.* ubi Cujac. *in lib. 3. qq. Papin. pag. 80. lit. D. & E.* ait, non esse ad vivum resecanda ea, de quibus disceptatur inter fratres. *fac. l. 3. C. de inoffic. test.* Wesemb. *consil. 321. n. 25.*

II.

Frater dives tenetur alere fratrem inopem. Gloss. & Bart. *in l. 1. C. de alend. Liber.* & dotare sororem inopem. Campes. *de dot. 1. q. 23.*

III.

Frater, qui administravit rem familiarem, tenetur reddere rationes, aliàs est in dolo. Socin. *consil. 78.* Dec. *consil. 215. vol. 2.* & agi potest contra ipsum ad bona adventitia fratris vivo patre dissipata. Bald. *in l. filiæ 18. C. fam. ercisc.*

IV.

Fraternitas jurata non tribuit jus succedendi. Sich. *in l. 1. n. 3. C. qui test. fac. poss.* Boër. *decis. 355.* Wehn. *obs. pract. verb.* geschworne Brüder.

V.

Fratres mortuo patre simul habitantes in domo paternâ intelliguntur contraxisse societatem. Dec. *consil. 21. & 68. vol. 1.*

VI.

Fratri pro administratione rei familiaris non debetur salarium. Jason. *in l. 20. in fin. C. de Collat.*

CAP. XXXVI.

Fraus, Fraudator.

Axioma I.

Fraus, quibus ex conjecturis probetur, vide Dec. 4. *consil. 71. per tot.* quomodo à dolo distingvatur, vid. *in not. ad Brisson. hac voce.*

II.

Fraus duplex est: Altera in mente, altera in re: in mente est dolus, in re damnum. *l. 7. §. sed si fraudandi 10. de pact.* Pac. *in Anal. §. 3. Institut. quibus ex causis manum. non lic.* vid. *l. 1. C. si adversus delict. l. 36. de Verb. obligat. l. 2. §. 1. de dol. & met. except.*

III.

Fraus non est, quæ fraudem excludit. Fraudem enim excludere dolus bonus est. *l. cum pater 77. §. Titio 31. & ibi* Gothofred. & Dd. communiter *de legat. 2.* Cothm. *lib. 3. resp. 35. n. 122.* vid. omninò Tiraquell. de *retract. in præfat. n. 70.* Et sanè cum vulpibus vulpinandum, &c. Gail. *cap. 11. de Arrest. n. 34.* talesque cautelas Reipubl. salutares dicit, Gail. *d. loc.* Adde Mynsi. *3. observ. 6.* Hinc Quintil. *lib. 2. cap. 17.* ait: Quia imperiti judicant, frequenter in hoc ipsum fallendi sunt, ne errent. *Et ibid.* Mendacium dicere, etiam sapienti aliquando concessum est. Calumnias calumniis repellere, & cavillationibus comprimere licet. Ripa *in l. 1. §. quia autem. n. 13. ff. quod legat.* Unde prudentia, quæ fraudem excludit, maximè in jure laudatur. *l. 77. §. 31. de Legat. 2.* & notabiliter *in l. 19. §. 3. de N. G.* junctâ *l. quod ergo 90. in princ. de legat. 1.* Tiraquell. *de retract. in præfat. num. 70. l. 1. §. 3. de dolo malo.* vide omnino eruditè & prolixè Hilliger. 18. *Donell. Enucl. cap. 3. lit. W.*

IV.

Fraudem facere non dicitur, qui facit, quod debet. *l. quod autem 6. §. apud Labeonem 6. ff. quæ in fraud. cred.* & *ibi* Bart.

V.

Fraus ei non fit, qui ipse jus suum diminuit. *l. potest 71. ff. ad L. Falcid.* quilibet enim juri suo renunciare potest. *l. 51. C. de Episc. & Cler. l. pen. C. de pact. c. si de terra 6. de privil. c. tuis 29. in fin. de testib.*

VI.

Inventa lege inveniri solet fraus legi. *l. 28. de usu. l. ult. de usur. rei jud. l. ult. C. Mand.* quod tamen non debet fieri. *l. si quis patremf. §. is autem 3. ad SCt. Macedon. l. qui test. 27. in fin. de probat. l. cum quis 37. §. Titia. de legat. 3. l. si quis inquilinos 112. §. ult. de Legat. 1.* vid. *l. ult. §. 3. ad SCt. Vellej.* nec tam æstimetur ex consilio, quam ex effectu. *l. 3. §. quando.* ubi Cujac. *de jure fisci.*

VII.

Fraudatores habentur pro possessoribus. *cap. pro possessore 36. de R. Jur. in 6.* quia pro possessore dolus est. *l. qui dolo 131. de R. I.* Wesembec. *in parat. quorum bonorum. n. ult.*

IIX.

FRAUS & dolus nemini debent patrocinari. [Alii ita efferunt: fraudem propriam alleganti prodesse id non oportet. *l. transactione 26. C. de Transact. l. mercalem 5. C. de Cond. ob turp. caus.*] *l. itaque fullo 12. ff. de furtis. cap. dictum 30. quæst. 1. cap. intelleximus 7. de judic. cap. tuæ. 12. de Cleric. non resid. cap. sedes 15. cap. ex tenore 16. de rescript. cap. 2. de dolo. cap. 2. de cognat. spirit. cap. 1. de colluf. de teg. cap. tuus. de usuris.* Oldrad. *consil. 257. num. 41. prope fin. vers. fraus insuper.* Cravett. *consil. 764. n. 6.* Bald. *consil. 76. Factum tale est. in fin. lib. 1.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 182. n. 60. & consil. 121. n. 5. & consil. 136. n. 8. & consil. 198. n. 13.* Covarr. *var. lib. 1. cap. 18. num. 5.* Tiraquell. *de retract. lig. §. 1. gloss. 9. n. 67.* Cardin. Tusch. *practic. concl. tom. 4. lit. F. concl. 474. per totam.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verb. dolus. n. 3.*

IX.

FRAUDIBUS via non est aperienda, *l. in fundo 38. vers. constituimus.* ibi: *neque malitiis indulgendum est. ff. de rei vendic. l. cum ii 8. §. si cum lis 20.* ibi: *ne circumveniatur oratio. ff. de transact. l. qui sub prætextu 9.* ibi: *fraudibus esse obviandum. Cod. de SS. Eccles. cap. porrò de divort. Clem. 1. de usur. Clem. 1. §. fin. de concess. præb.* Lap. *alleg. 55. n. 2. in princ.* Calderin. *consil. 294. vers. item si contrarium.* aliàs 2. *de rer. permutat.* Butr. *consil. 5. n. 2. & consil. 42. n. 2.* Alex. *consil. 2. num. 17. vers. non obstat. lib. 1.* ubi limitat, dicens, non esse curandum quod aperiatur via fraudibus, si principaliter hoc non fieret, sed secundario, & occasionaliter in quandam potentiam consecutivam, *& consil. 108. Viso. n. 3. & 4. lib. 4.* Joh. de Anan. *consil. 70. n. 2.* ubi quod non est danda materia delinquendi, Cravett. *consil. 764. n. 6.* ubi quod, ut occurratur fraudibus, Jus admittit latam interpretationem, & facit dispositionem favorabilem, Gem. *consil. 42. num. 11. vers. Est ergo istud.* ubi quod argumentum & dispositio interpretativa rejicitur, ubicunque aperiretur via fraudibus, & dolo in præjudicium tertii, Petr. de Ancharan. *consil. 99. Egregius, ac venerabilis,* ubi quòd fraudibus occurrendum est, & quòd dicitur fieri fraus, quoties constitutio, vel lex per indirectum, & cautelam redditur elusoria. Feder. de Senis *consil. 7. n. 5. vers. ista pars videtur, & consil. 93. n. 6.* ubi quòd in dubiis opinionibus illa est amplectenda, per quam fraudibus obviatur. Decianus *consil. 4. n. 33. lib. 1.* ubi quòd ne dum via non est aperienda, sed occurrendum ne fiant fraudes, Card. Tusch. *d. tom. 4. lit. F. concl. 475. per totam.* Mar. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 50. n. 31. & resolut. 62. n. 5.* Carol. de Grassis *de except. except. 13. n. 36.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 5. n. 851. n. 12. & cap. 875. n. 5.* Joh. Mar. Novar. *quæst. forens. lib. 1. q. 129. n. 5.* Mangil. *de imput. q. 183. n. 6.* Modern. *de supplicit. ad sanctiss. part. 1. cap. 10. num. 26. cum seqq.*

X.

FRAUDEM fraude repellere licet. *l. cum pater 77. §. Titio fratri 31. ff. de leg. 2.* gloss. *verb. malignantium. in cap. cupientes 16. de elect. in 6.* Alciat. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. n. 37. cum seqq.* Vinc. Caroc.

in

in tr. de re furtiv. penes tertium reperta. q. 4. n. 13. Franc. Molin. *de rit. nupt. lib. 2. p. 11. n. 25.* add. *supr. ax. 3. b. cap.*

CAP. XXXVII.
Frivolæ Objectiones & Exceptiones.
vide Objectio.

De Frivolis excusationibus *v. l. 1. 7. 8. 9. & 13. C. de Excusat.* ubi Wesenb. *parat. ff. n. 1. Clem. 1. de sentent. Excomm.*

CAP. XXXIIX.
De Fructibus, Accessionibus.

Axioma I.

In quibuscunque fructibus producendis vel sola natura operatur, vel industria humana concurrit, ita tamen, ut natura prævaleat, illi sunt naturales.

Ratio: quia in his natura magis spectatur, quàm industria humana. Exempla sunt in fœno, nucibus & omnibus fructibus sylvestribus.

II.

Quoscunque fructus natura producit concurrente operâ humanâ quoad culturam & curam, & naturæ prævalente, illi sunt industriales. Quia in hisce plus videtur operari industria, quam natura, à principaliori autem debet fieri denominatio. Exempla sunt in vino, frumento, fœtu pecudum, &c.

III.

Quoscunque fructus quis bonâ fide percepit & consumsit, illos irrevocabiliter suos facit. *l. 4. §. 2. ff. Fin. Reg.*

Ratio consistit in bonâ fide, quæ tantundem præstat possidenti, quantum rei veritas domino vero *l. 136. ff. de R. J.*

Limita: ut procedat (1.) in judiciis particularibus, e. gr. in rei vindicatione, non in universalibus, in his enim omne lucrum restituendum. (2.) in fructibus ante Litem Contestatam perceptis, non post eam, *l. 22. C. de R. V.* Modò postea possessor condemnetur, si res evincatur.

IV.

Quicunque fructus non ex ipsâ re, sed occasione rei percipiuntur, illi sunt Civiles; exemplo sunt pensiones ædium, der Milch-Zins/& usuræ *l. 34. ff. de Usur.*

V.

Quicunque fructus sunt bonâ fide percepti, sed adhuc extant, illi cum prædio sunt restituendi. *l. 22. C. de R. V.*

Ratio: quia fructus extantes se habent per modum accessorii ad prædium: restituto igitur prædio tanquam principali, restituendi sunt fructus ut accessorium.

Limita: ut procedat, nisi tales fructus per tres annos possederim & sic usuceperim. Köppen *in usu pract. Instit. obs. 13. n. 10.*

VI.

Quicunque fructus sunt pendentes, seu nondum percepti (stehende Früchte) illi semper cum prædio restituendi, quia sunt pars fundi *l. 44. ff. de R. V.* Exemplo sunt poma nondum decerpta omninò restituenda. *conf.* Carpzov. *P. 3. C. 31. Defin. 1.*

Limita: ut procedat ita, si prius deductæ fuerint impensæ necessariæ. Nam fructus non intelliguntur nisi deductis impensis.

VII.

Quò ipsò tollitur bona fides, eò etiam tollitur acquisitio fructuum, quia bona fides causa est acquisitionis fructuum. Hinc igitur postquam quis agnovit rem esse alienam, fructus non amplius acquirit *l. 48. §. 1. ff. de A. R. D.* Quod moribus hodiernis conveniens testatur Brunnem. *ad l. 25. ff. de usur. in fin.* Ita bonæ fidei possessor tenebitur etiam ad fructus percipiendos post scientiam rei alienæ, quia sic incipit esse in malâ fide.

IIX.

Quicunque fructus vel jam percepti sunt, vel etiam honestè percipi potuerunt, illos omnes tenentur restituere malæ fidei possessores *l. 33. ff. de R. V.* quia nemo ex suo delicto sentire debet commodum, & imputet sibi malæ fidei possessor, quòd rem alienam detinuerit.

Limita: nisi subsit aliquid, quod à malâ fide purget, sic enim à fructibus percipiendis quis excusatur. Mev. *P. 8. Decis. 387.*

IX.

Quoties quis tenetur ad rei restitutionem, cujus usus permissus ipsi non erat, toties omnia restituere tenetur, quæ occasione rei percepit.

Ratio: quia accessoria sequuntur suum principale. *arg. §. 26. Inst. de Rer. Div.*

Exempla sunt in malæ fidei possessore, *l. 117. ff. de R. V.* depositario *l. 1. §. 24. ff. depos.* Creditore *l. 14. ff. de condit. indeb.* Mandatario *l. 10. §. 2. ff. mand.* Tutore *l. 1. pr. §. 1. seqq. de tutel. & ration. distrab.*

CAP. XXXIX.
Frustra, Frustraneum.

Axioma I.

Frustra nihil debet positum intelligi; sed omnia verba debent aliquid operari. *l. si quando 109. de Legat. 1.* Nec est disputandum de rebus inanibus aut superfluis. Sichardus *ad l. 1. C. Ne uxor pro marito. n. 3. incipit. Lex frustra disputatur.* Imò nemo censetur, frustratorium actum celebrasse, Carpzov. 5. *Resp. 97. 14. per l. 59. de V. O.*

II.

Frustra fit, quod non relevat, Joh. Baptist. Costa *de jur. & fact. scient. & ignor. inspect. 31. n. 2.* vid. omnino Surd. *1. consil. 86. n. 17.*

III.

Ars & natura frustratoria non admittit. *l. hæc stipulatio 14. §. Divus 1. ut legat. nom. cav.* Sic nec contrahentes ullam syllabam otiosam posuisse, præsumitur. post gloss. & alios, Goth. Anton. *disput. feud. 6. th. 5. C.*

IV.

Qui id agunt, ut litem protrahant, non possunt videri boni viri arbitratu defendere. *l. ult. de procur.* ubi Bachov. *cap. 5. n. 9.* eleganter hunc textum ad rabulas nostri temporis accommodat, quorum summa ars est, protelare lites.

V.

Frustra importat nullitatem actus. *l. cum Reus 14. de fidejuss. l. cùm donationis 34. C. de transact.* Quandoque tamen importat opem exceptionis, *l. 1. C. de non num. pec. l. si Titius 48. pr. ff. de fidejuss.*

VI.

Frustra exspectatur alicujus rei eventus, cujus effectus nihil operatur (*conf. sup. 3. 54. axiom. 5.*) *l. aliquando 13. §. fin. ad SCt. Vellej. l. 33. de hered. institut. l. cùm heres 52. §. 1. ff. de acquir. hered. l. 33. de judic. l. fin. C. qui admitt. ad bon. poss. l. ad probationem 21. C. de prob. cap. cùm contingat. 36. de offic. jud. deleg.* Surd. *decis. 184. num. 8.* Fr. Mol. *de rit. nupt. lib. 1. comp. 10. n. 57.*

VII.

Frustra legis auxilium invocat, qui committit in legem. *l. auxilium 37. Confer. Infra 10. 10. 39. §. 1. vers. in delictis. in fin. de minor. l. sancimus 15. C. de judic. cap. ult. de immun. Eccles. cap. bonæ memoriæ 23. de Elect. cap. contingit 45. de sentent. excommun. cap. in audientia 25. eod. cap. quia frustra 14. de usur.* Surdus *consil. 37. n. 3.* Acac. Anton. *in Comm. ad l. Titio centum 71. n. 47. ff. de condit. & demonstr.* & multi alii, quos citat Simon Vaz.

VIII.

Frustra fieri dicitur omne illud, quod aliquo jure valere non potuit. Ferrer. *in consuet. Catalon. gloss. 7. n. 133.*

IX.

Frustra quæritur de eo, quod nullum operatur effectum. *l. 3. ff. quando dies legat. l. non oportet 52. ff. de legat. 2.* Et frustra disputatur de validitate actus, cujus nullus est effectus. *l. 1. C. ne uxor pro marit.*

X.

Frustra precibus impetratur, quod à jure communi conceditur. *l. 1. ff. ad municipal. l. Impetratores 30. de reb. autor. jud. poss. l. 1. C. de Thesaur.* Surd. *decis. 173. n. 18. & consil. 216. n. 23. & consil. 298. num. 26.* Escobar. *de mtiocin. cap. 6. n. 20. in fine.*

XI.

Frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora. *l. 1. ff. quod met. causs. l. 30. §. 1. C. de Appell. l. generaliter 6. C. de institut. & substit. l. in donationibus 31. C. de donat. pr. Instit. quod cum eo qui in alien. potest.* Aristot. *lib. 9. top.* Thom. de Thomasset. *reg. 73.*

XII.

Frustratoria & eluforia non debet esse lex, neque provisio legis. Cardin. Tusch. *tom. 4. lit. E. concl. 520.*

CAP. XL.

Fundamentum.

Axioma I.

Fundamentum ubi deficit, totum etiam ædificium, seu omne id, quod superducitur, corruit. *cap. cum Paulus 26. 1. quæst. 1.* Menoch. *consil. 48. num. 35.* Fr. Viv. *decis. 21. num. 25.* Aleman. *in Palæst. Consult. consil. 7. pag. m. 358. in fin.* ubi ex Schurff. *2. consil. 77. num. 1.* ait: Tollamus capitale præsuppositum seu fundamentum, & illata per se cessabunt.

Nam collapsa ruunt subductis tecta columnis.

Musculus *de success. convent. & anom. class. 1. membr. 2. concl. 7. num. 351. pag. 169.* Unde Fundamentum ubi non est, superædificari non potest. *cap. 3. extr. de presbyt. non baptiz.* Et rectè dicitur, quod Fundamenti error totam massam corrumpit. Bald. *in præf. Decret. ad fin.*

II.

Fundamento sublato, ipsa quoque opinio, quam propter id Doctor aliquis fovet, corruit. Hond. *vol. 2. consult. 75. num. 50.* sive Lege vel Canone non probante id, ad quod allegatur, nec manet nuda autoritas allegantis. Everhard. *in loc. argument. legal. præamb. num. 29.* Gœdd. *Consil. Marpurgens. lib. 3. consil. 32. num. 243.* Sic Aurea Bulla Caroli IV. concussis columnis, totum ædificium ruinæ subjicitur. *sic etiam cap. qualiter 17. extr. de Accusat.* Kirchb. *de feud. cap. 2. n. 15.*

III.

Fundare intentionem debet Actor, cùm probat id, quod intendit. Panormitan. *in cap. 2. in 1. notab. extr. de probat.* sed tamen etiam ex sola præsumptione intentio fundata dari potest, quemadmodum & is, qui pro se regulam habet, fundatâ intentione gaudet. Mynsi. *ad d. c. 2. n. 4. & 5.*

IV.

FUNDAMENTO destructo corruit ædificatum, *l. nam origo 8. ff. quod vi aut clam. l. egi tecum 26. ff. de except. rei judic. cap. cum Paulus 26. 1. q. 1.* [*ibi* hoc tantum dicitur: Ubi CHRISTUS non est fundamentum, ibi nullum boni operis est superædificium.] Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 9. quæst. 25. n. 36.* Ant. Monach. *Lucens. decis. 13. n. 24. &* Florent. *decis. 48. num. 3. &* Bononiens. *decis. 18. num. 45.* Cardin. Tusch. *practic. concl. tom. 4. lit. F. conclus. 513.* Valenzuel. *consil. 105. num. 105. & consil. 123. num. 42. & consil. 161. num. 3.* Torreblanca *de jure spirituali, lib. 15. cap. 13. num. 13.*

CAP. XLI.

De Fundo, Instructo, cum Instrumento.

Axioma I.

Quoties instructus fundus legatur (das Gut/ wie es eingerichtet) toties non tantum instrumenta necessaria, sed omnia illa, quæ restatoris fundi gratiâ ibi habuit, continentur. *l. 12. §. 27. ff. de Instrum. legat.* quia hæc omnia fundum red-

reddunt instructiorem. Ita sub fundo instructo legato veniunt etiam imagines, quæ in aliquo ornatu villæ fuerunt. *d.l. 12. §. 36.* sicut & bibliotheca *ibid. §. 34.* Theriaca & cætera medicamenta.

Limita: ut non procedat in iis, quæ non usus, sed custodiæ aut alterius causâ in fundo sunt, ut frumentum venale, fructus in fundo repositi, sed in alium quàm fundi usum convertendi *l. 12. §. 29. §. 30. & 37. ff. de instruct. vel instrum. legat.* nec ea, quæ tutelæ causâ ob incursionem latronum testator ibi habuit. *l. 1. C. de V. S.* neque imagines, quæ in ornatu villæ non fuerunt, neque vina in horreis reposita, quibus alibi instrueretur paterfamil. *d. l. 12. §. 36. & 39.*

II.

Quoties fundus cum instrumento legatur, das Gut mit dem Hofgewehr/toties tantùm veniunt instrumenta ad culturam necessaria, quamvis testator ibi plura habuerit.

Ratio: quia instrumenti appellatione veniunt tantùm ea, quæ fundi causâ parata sunt, & sine quibus exerceri nequit possessio. *l. 12. pr. ff. eod.* veniunt ergò sub hoc legato aratra, ligones, pecora, quæ stercorandi causâ ibi habentur.

Limita: nisi de aliâ testatoris mente constet.

CAP. XLII.
Furor, Furiosus.

Axioma I.

Furiosus comparatur ignoranti, *l. filiusfamilias 16. §. 2. in fin. & ibi* Bartolus *qui testam. fac. poss.* Item prodigo. *l. 1. ff. de cur. furios.* absenti & quiescenti. *l. 2. §. Furiosus 3. ff. de jur. Codicill. l. 124. §. 1. de Reg. Jur.* quia in eo animus deest. Æquiparatur item infanti. *l. 1. de bon. poss. furios. infant.* quoad consensum præstandum. *l. 7. in princ. eod. ad SCt. Trebell.* Hinc Furiosi vel ei, cui bonis interdictum est, nulla est voluntas. *l. 40. de Reg. Jur. l. 47. de Acquir. vel. O. Her.* Furiosum tamen haberi pro consentiente, in casu, in quo si fuisset sanæ mentis, non habuisset causam contradicendi, volunt Alexand. *in l. 2. §. voluntatem. col. 2. not. ult. &* Jas. *in col. 3. not. 2. ff. solut. matrim.*

II.

Furor non dissolvit patriam potestatem nec matrimonium. *l. 8. de his, qui sui vel alieni jur. ubi glossa.* Plura de hac materia qui vult, videat Tom. Reg. Jur. *pag. 54. b.*

CAP. XLIII.
De Furto.

Quoties deficit lucri participatio, toties ob furtum nemo tenetur propriè. Quia formalis ratio furti consistit in lucro, quò cessante ipsum furtum cessat. *arg. §. 1. Instit. de oblig. quæ ex delicto.* Exemplum est in receptatoribus furum.

Declarat: ut præprimis procedat, si quæratur de pœnâ capitali infligendâ.

CAP. XLIV.
Futurum. Accidens.

Axioma I.

Futura non considerantur aut impediunt, nisi certa sint & infallibilia. *l. quemadmodum 29. §. si vario 2. ad Leg. Aquil. l. 1. de in litem jur.* Wesemb. *in Comm. C. de condict. ob caus. dat. n. 43.*

II.

Futuri indulgentia non extenditur ad præterita. *in Nov. 129. cap. 4.* ubi tamen vide Gothofredum.

III.

FUTURA contingentia sunt incerta, apud nos, unde dicimus, de futuris contingentibus non est determinata veritas, *l. ventre 84. ff. de acquirend. heredit. l. si putator 31. ff. ad Legem Aquiliam. l. qui bona 13. §. cùm inter 2. ff. de damno infecto.* D. Thomas *1. part. q. 14. art. 13. & lib. 1. contra gentes, cap. 67.* Curs. Conimbricens. *in comment. ad Logicam, libr. 1. cap. 8. art. 3. quæst. unica.* Roman. *consil. 503. Diligenter. n. 12. vers. non enim scire poterat.* [Et futura imprimis litigiosa, adesse & non esse se habere possunt. Parth. Litigios. *lib. 2. c. 4. n. 11.* ubi vide ex Jas. *in l. Stichum. de Legat. 1.* & glossa *in l. cùm hi 8. de Transact.*] Ancharan. *consil. 392. Viso diligenter. n. 5. cum seqq.* ubi quod etiam aliquando judicamus futura contingentia, secundum communem contingentiam. Surdus *de alimentis tit. 8. q. 1. n. 8. & consil. 454. n. 14.* Cardin. Tusch. *practic. concl. tom. 4. lit. F. concl. 568. à princ.* ubi *num. 4.* ait, fallere, quando verisimile est, quod futurum possit evenire, & citat Baldum *in l. fin. §. quia. in fin. C. commun. de legat.* Decius *in l. si idem cum eodem 11. §. si una 2. col. 2. de jurisdict. omn. judic.*

IV.

FUTURA contingentia despiciuntur à præsenti utilitate, unde dicitur, ad præsens ova sunt pullis futuris meliora, Decius *consil. 474. Viso instrumento. num. 4.* quem refert Cardin. Tusch. *d. concl. 568. num. 6.* [Hinc illud: Ad præsens ova cras pullis sunt meliora. apud Scacc. *de commerc. §. 1. quæ sp.* Surdus *consil. 45. num. 32.* quod dicterium est gloss. *in l. cum hi 8. verb. modico præsenti de transact.*

vide supra *tit. Accipere.*]

FINIS LIBRI SEXTI.

LIBER SEPTIMUS.

CAP. I.
De Gabella.

Axioma I.

OB non solutam Gabellam & pedagium res cadunt in commissum, sind zollfällig. Pfeil. *consil. 192.* forensis tamen si Gabellam non solvat per ignorantiam, excusatur. Gail. *l. 2. obs. 48. num. 26.*

II.

Re aliquâ sub pacto addictionis in diem venditâ, pendente conditione hâc resolutivâ Gabella vel laudemium solvi nondum debet, quia res nondum plenè est alienata, sed existente conditione redire potest ad venditorem. Franzk. de Laudem. *cap. 5. n. 65.* Mudæ. *de contr. emt. cap. 5. rubr. de pact. resol. n. fin.* Marc. I. *dec. 571.* imò existente conditione Gabella soluta repeti potest. Brüssel. *Tract. de condit. lib. 4. tit. 5. n. 11. seq.* Bonacin. *de contract. D. 3. q. 2. punct. 7. n. 4.* Molin. *de Just. & Jur. tract. 2. D. 379. n. 12. seqq.*

III.

Gabellarius tenetur pro suâ familiâ, si quid fraudis in exigendo committat. *Dd. in l. 12. ff. de Publican.*

IV.

Fraudasse Dacia vel Gabellas dici nequit, qui tempore belli per viam insolitam iverit. Raud. *de analog. l. 1. c. 30. n. 284.*

CAP. II.
De Ganerbinatu.

Axioma I.

Ganerbinatus est conventio unius aut plurium familiarum nobilium, super communi castro aut oppido, inter eos aut solos, aut etiam Imperatoris ganerbicum castrum constituentis voluntate inita, ut illud contra hostes mutuis viribus defendant, unâque lineâ aut totâ familiâ extinctâ superstes demortuæ bona acquirat, illique pars ejus accrescat. vide omninò Dn. Stryck. *Tract. de Pact. succes. cap. 8. dissert. 8.*

II.

Non solùm bona allodialia, sed & feudalia possunt fieri ganerbica cum consensu agnatorum & domini feudi. Rittershus. *in part. Feud. lib. 1. c. 17.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. membr. 1. concl. 48. per tot.*

III.

Ganerbinatus, cùm confœderationem sapiant, debent fieri Imperatoris consensu. *arg. A. B. tit. 15.* Killing. *tract. de ganerb. disc. 15.*

IV.

Privilegia & regalia Ganerbiis ab Imperatore concessa non sunt singulorum, sed pariter omnium, Wehner. *in obs. pract. verb.* Ganerben *cap. 4.* Nec Jurisdictio Ganerbica à singulis seorsim, sed ab omnibus conjunctim & in solidum exercetur. Killing. de Ganerb. *disc. 8.* Gail. *de Pignorat. obs. 20. n. 8.* Plerumque tamen conveniri solet, ut maximus natu inter ganerbios sit bonorum administrator, vulgò Obmañ/ proque eo onere partem fructuum habeat præcipuam, reliqui fructus æqualiter inter dominos dividantur. Rittersh. *in part. feud. lib. 1. c. 17.*

V.

Unus Ganerbiorum Jurisdictionem communem habentium non potest punire alterum delinquentem, Surd. *consil. 47.* Killing. de Ganerb. *disc. 9.*

CAP. III.
De Gaudio *conf.* Lætitia.

Gaudium sicut Ira mentem & rationem confundit, ut hinc dubium sit, an donatio nimio gaudio causata valeat. Perez. *C. publica lætitia. num. 12.*

CAP. IV.
Geminatio, Geminatus, Repetitio, Reiteratio.

Axioma I.

GEMINATIO actus seu verborum majorem deliberationem, & enixam voluntatem manifestè inducit, *l. Balista 22. ff. ad SCt. Trebell.* Bart. *in l. cum scimus 22. n. 7. C. de agric. & censit. lib. 11.* Decius *in l. 1. num. 30. Cod. de pact. & consil. 51. col. 2. & consil. 180. col. 3.* Corn. *consil. 59. n. 8. & consil. 140. n. 2. lib. 2.* Paris. *consil. 94. n. 4. vol. 2. & consil. 89. n. 23. lib. 3.* Curtius jun. *consil. 264. n. 32. in fin.* Cravett. *consil. 201. num. 42. & consil. 20. num. 2. & consil. 54. num. 7.* Decian. *consil. 57. num. 41. lib. 1. & consil. 46. n. 37. cum seqq. lib. 2. & consil. 1. n. 42. & 43. lib. 3.* Francisc. Becc. *consil. 70. n. 10.* Gutier. *pract. lib. 3. quæst. 17. num. 134.* Cephal. *consil. 40. n. 8. & 9.* Surdus *cons. 10. num. 54. & consil. 73. num. 64.* Bertazol. *in repet. l. si quis major 41. Cod. de transact. num. 260. cum seqq.* ubi ampliat, etiamsi sit facta in uno instanti. Menoch. *consil. 10. num. 1. & consil. 255. n. 41.* Josephus Sesse *Aragoniæ decis. 230. num. 14.* Marian. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resolut. 3. num. 7. & lib. 2. resolut. 35. num. 9.* Ferrer. *in constitut. Cataloniæ, gloss. 1. n. 123.* Cardinal. Tuschus *pract. concluf. tom. 4. concluf. 28. à princip.* Octav. Glorit. *respons. 1. part. 2. num. 58.* Rot. *decis. 626. num. 5.* apud Farinac. *num. 2. recent. & decis. 676. n. 2. ead. part. 2. recent.* Carolus de Grassis *de except.*

except. 14. n. 38. cum seqq. Stephanus Gratianus *discept. forens. cap. 651. n. 6. & cap. 737. num. 4. & cap. 834. num. 7. & cap. 967. num. 27.* Sebastian. Medices *de Regulis Juris, reg. 7. à num. 6. cum seqq.* Mar. Giurba *in consult. Messanens. cap. 1. gloss. 3. num. 1. & 2. part. 1.* Ambrosin. *Perus. decis. 3. n. 18.* Britto *ad cap. potuit. §. 2. num. 23. de locat.* Actus enim geminati majorem firmitatem inducunt, ut dixi *lib. 1. t. Actus*, & censentur gesti cum majori animi deliberatione, *cap. Etsi Christus 26. de jurejur.* Decius *consil. 1. sub num. 1. & consil. 504. colum. fin.* Barbat. *consil. 43. vol. 2.* Ossasch. *decis. 38. num. 16.* Roland. *consil. 61. num. 39. & 40. vol. 2.* quos refert & sequitur Octav. Glorit. ubi *supr. num 59.* ubi *num. 60.* post Menochium *consil. 393. num. 17.* intelligit maximè, quando geminatio fit ex intervallo. [Anton. Corset. *tr. de verborum geminatione, per tot.*] Valenzuel. *cons. 102. num. 102.* ubi quòd geminationis vis est magna, & *consil. 187. num. 47. & 49.* ubi quòd geminata & duplicata sunt potentiora simplicibus. Leo *Valent. decis. 4. n. 8. p. 1.* Anell. Amat. *consil. 71. num. 2. & consil. 74. num. 24.* Ubi quòd geminatus actus magis enixam voluntatem ostendit. [Plura de effectu geminationis & iterationis prolixè tractat Wesembec. *lib. 5. consil. 235. num. 5. Marpurg. 1. cons. 24. n. 4.* Schurff. 2. *cons. 37. num. 10.* Anton. Corset. *tractat. de verborum geminatione, per tot.* & nunc geminationis vim indicavit Josephus *Genes. 41. v. 32.* Quod autem vidisti secundò somnium, firmitatis indicium est: eò quòd fiat sermo DEI, & velocius impleatur. (An pro geminatione præsumatur, vide Menochium 1. *Q. casu 213. num. 2.* Tusch. *in voce identitas.* ubi enim Mascard. & pluralitas.) Et hinc est, quòd Reiteratio & repetitio actuum tollit omnem erroris præsumptionem: quippe quæ plenam præsupponat deliberationem & perseverantiam. Glossa *in cap. ex literis 5. verb. admonita. extr. de divortiis. cap. si quis iratus 5. ubi gloss. verb. iterare caus. 2. quæst. 3. vol. 1.* Consil. Marpurg. 24. *n. 4.* ita, ut nihil opponi possit contra ejusmodi actum, sæpius repetitum; sed talis repetitio vim confirmationis habeat. Tiraquell. *de retract. gentilit. §. 21. gloss. un. num. 5. & seqq.* Decius 2. *consil. 86.* & quòd geminatio & repetitio actus eundem confirmare dicatur. Wesembec. *in parat. de constit. pecun. num. 2. & in Comment. Cod. ibid. num. 17.* Exempli gratiâ: Mulier iterando intercessionem, amittit beneficium Vellejani. *l. si mulier 22. Cod. ad SCtum Vellejanum.* In delictis geminatio, iteratio & multiplicatio delictorum magnam vim habet ad pœnam exaggerandam: Imò geminatum delictum non debet sperare veniam. *l. 3. ibi: Crimina nisi semel commissa. Cod. de Episcop. audient. l. quicunque 4. C. de serv. fugitiv. l. capitalium 28. §. solent. 3. de pœn.* & plures ad hoc allegat Carrer. *in prax. Crim. §. circa. n. 107.* Diss. gloss. & Dd. *in l. vulgaris 21. vers. nam etsi quis. in verb. fur, de furtis.* ubi dicunt: Ex doctrina interpretum plures copulas unum facere adulterii crimen, & factum pluribus intervallis & temporibus. Et iterationem tantum aggravare delictum, non pœnam mutare. *per auth liberi furiosi. C. de Episc. audient.* Obrecht. *cons. MS. 40. fin.* quod posterius non placet.]

Sic & confessio extrajudicialis geminata plenè probat, quia habet vim confessionis judicialis. Jas. *in §. in personam 8. n. 48. Instit. de actionib.* [*l. cum scimus 22. & ibi* Bartol. *C. de Agric. & Censit.* Paul. de Castr. *consil. 34.* ubi ampliat, verum hoc esse, etiamsi cuilibet confessioni adsit unus testis tantum, & non potest revocari, ut vult glossa *in cap. ex literis 5. de Divort.* Baldus *in l. error. 8. de juris & facti ignor.* [Joh. de Anania *cons. 55. n. 3.* Rom. *cons. 290. In casu proposito. n. 7.* Afflict. *decis. 164. n. 3.* Florian. de S. Petro *cons. 21. in fin. num. 56. & 57.* Paris. *cons. 73. n. 6. lib. 2.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verb. confessio. n. 20.* Cardin. Tusch. *tom. 4. lit. G. conclus. 28. à num. 39. usque ad 48.* Farinac. *in praxi criminali, quæst. 82. num. 13. & part. 4. cons. 38. lit. B. & ibi decis. 89. n. 5.* ubi *addit. lit. C.* Decianus *consil. 46. n. 38. lib. 2.* [Geminata tamen confessio, tanquam per errorem facta, erroris causa probatâ, revocari potest. Decius *in l. 1. not. 4. C. de Error. calculi.* ubi dicit, hanc esse communem opinionem. Ludovicus Roman. *cons. 391.* Socin. *cons. 228. colum. 1. vol. 2.*]

Confessio geminata parit actionem, Cornel. *cons. 223. num. 10. lib. 1.* & inducit obligationem. Decian. *cons. 44. num. 76. lib. 3.* Cardin. Tusch. *d. concl. 28. n. 45.*

Confirmationem inducit geminatio actus præcedentis, Paris. *cons. 10. num. 122. lib. 2.* Cardinal. Tusch. *d. conclus. 28. n. 32.* Et confirmatio geminata in forma communi habet vim motus proprii. Decius *consil. 33. num. 2.* Cardinalis Tuschus *d. conclus. 28. num. 55. ubi num. 56.* declarat,

ut

ut procedat, si Papa etiam confirmans bis rescripsisset, aliàs secus.

Consensus geminatus habet vim quandoque jurati consensus, Beroi. *consil. 22. num. 7. lib. 2.* Cardin. Tusch. *d. concl. 28. n. 50.* & tollit læsionem, *ex l. 2. C. de rescind. vendit.* in majore. Romanus *consil. 54. Visis. circa finem.* Cravett. *consil. 151. n. 31. & consil. 160. n. 6.* Cardin. Tusch. *d. concl. 28. n. 90.* Verùm quòd geminatus consensus minoris parum operetur, resolvit Paris. *consil. 69. num. 71. lib. 2.* quem refert Cardin. Tusch. *d. concl. 28. num. 103.* ubi *n. 112.* post Romanum *dict. consil. 54.* & Cravett. *d. consil. 160. num. 6.* observat, quod licet consensus geminatus in majore tollat rescissionem, & læsionem ultra dimidium; tamen secus est, si primus consensus est in ætate minori, & secundus in majori, quia arguit majorem animi declarationem, sed non auget obligationem, ut sit remissa læsio enormissima.

Electionem industriæ personæ causat, & convalidat contractuum geminatio, Cornel. *consil. 81. n. 28. lib. 1.* quem refert Cardin. Tusch. *d. concl. 28. n. 28.*

Interpellatio geminata magis aggravat debitorem morosum, Jason. *in l. si ex legati. n. 18. ff. de V. O.* quem refert Cardin. Tusch. *d. concl. 68. n. 57.*

Literæ geminatæ habent vim motus proprii, qui exprimendus esset, Paris. *consil. 9. num. 21. lib. 3.* Decian. *consil. 46. n. 43. lib. 2.* Curt. jun. *consil. 310. n. 131.* ubi quod tollunt omnem subreptionem, refert Cardin. Tusch. *dict. concluf. 28. num. 49.* itaque si Judex ostenderit Principi, Rescriptum adversari Legibus aut moribus patriæ, & nihilominus princeps id impleri velit, secundæ jussioni obsequendum est, non aliter, quàm cum princeps motu proprio aliquid fieri jubet. Perez. *C. de petit. bonor. sublat. n. 4.* ut & si princeps aliquem secundà jussione à Tributis eximat. Perez. *C. de Annon. & Tribut. n. 31.* licet ipse inferior princeps remissum damnificatis resarcire teneatur. Perez. *d. t. num. 32.*

Mora geminata non purgatur, quæ aliàs esset purgabilis, Jason. *in l. vinum 22. n. 17. ff. si certum pet.* Marsil. *in l. 1. §. quæstioni. n. 16. ff. de quæst.* Capit. *decis. 19. n. 4.* Cephal. *consil. 25. n. 2. lib. 1.* Cravett. *consil. 346. n. 12. & 13.* Card. Tusch. dict. *concl. 28. num. 33.*

Pactum nudum geminatum parit actionem, Cephal. *consil. 40. n. 10. lib. 1.* Decian. *consil. 46. n. 39. lib. 2.* quos refert Cardin. Tusch. *dict. concl. 28. num. 24.* Pactum de donando si est geminatum, importat donationem, Menoch. *consil. 1. n. 236.*

Promissio sine causa, quæ non valet, si est geminata, valet. Decianus *consil. 46. n. 40. lib. 1.* Card. Tusch. *dict. concluf. 28. num. 27.*

Obligatio naturalis geminata parit efficacem actionem & obligationem. Dec. *d. concl. 46. n. 40. lib. 2.* Card. Tusch. *d. concluf. 28. n. 26. & 82.*

Renunciationis vim habet geminatio, & trahitur etiam ad incogitata. Socin. jun. *in l. qui Romæ 122. §. duo fratres 6. num. 120.* ubi Rip. *n. 69. ff. de V. O.* idem Socin. *consil. 20. lib. 4.* Rom. *consil. 403.* Card. Tusch. *d. concl. 28. n. 95.*

Renunciatio geminata habet vim specialis renunciationis. Paris. *consil. 9. n. 20. lib. 3.* Cardinal. Tuschus *dict. concluf. 28. num. 96.*

Simulationem purgat geminata dispositio, & tollit fraudem, & deceptionem. Decian. *d. consil. 46. n. 38. lib. 2.* Cardin. Tusch. *d. concl. 18. n. 75.*

Rescriptum geminatum habet vim clausulæ, *Non obstante.* Felinus *in cap. Nonnulli 28. n. 14. de rescript.* Cremens. *sing. 136.* Ruin. *consil. m. n. 19. lib. 5.* Ubi limitat, quando secundum rescriptum non emanavit in augmentum primi, sed in declarationem, & respicit potius difficultatem introitus, & illam tollit, & sic est quædam confirmatio, quæ non operatur derogationem Juris communis. Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 202. num. 79.* ubi declarat multipliciter, Cardin. Tusch. *d. concl. 28. à n. 77.* ubi *n. 81.* ait, rescriptum geminatum habere vim derogationis, & clausulæ motus, quando in secundo est facta mentio de primo, aliàs non. vide Everhard. *loc. à conjunct. duar. ll. n. 4.*

Verba geminata operantur, quod nihil potest opponi. Curtius jun. *consil. 278. num. 18.* Cardinal. Tuschus *d. concluf. 28. num. 44.* Verba importantia arbitrium boni viri, si geminantur, important liberam voluntatem, Riminald. jun. *consil. 65. num. 19. lib. 1.* Paris. *consil. 71. num. 18. & 19. lib. 3.* ubi plura cumulat, & dicit, quod verba, *placuerit* & *videbitur*, cumulata important liberam voluntatem. Verba quantumcunque universalia licet non trahantur ad incognita, tamen trahuntur, si sint geminata, quia sufficit in genere cogitatum esse, Cravett. *consil. 531. num. 2. & 3.*

& 3. & consil. 630. n. 3. & 4. Cardin. Tusch. *d. concl. 28. n. 60.* Verba enunciativa geminata efficiuntur dispositiva, ut probant Barbatus *consil. 32. n. 1. lib. 3.* Castrens. *consil. 92. col. 2. num. 3. lib. 2.* Roman. *consil. 64. num. 5.*

[Limitationis loco nota, quod regula procedat, cum quis sciens prudens actum repetit & confirmat: secus est si interveniat dolus, vel quod idem est error. Pac. *in comm. ad l. un. Cod. de Err. calc. in product. 2.* (2.) Et quod geminata oratio incontinenti facta nihil operatur. *l. 4. & ibi* Dd. *de pignor. act.* Umm. *de Process. D. 1. thes. 7. n. 40. in fin.*

Præterea in pluribus casibus Geminatio actus nihil operatur, de quibus Paris. *consil. 110. num. 47. cum sequentib. lib. 1.* videlicet quando exprimitur pluries illud, quod tacitè inest, & *num. 48.* quando expressio geminata induceret contrarium effectum, & *n. 49.* quando magis explicitè declaratur illud, quod erat expressum, & *num. 50.* quod non operatur contra naturam contractus, vel rei in contractum deductæ. Item non operatur, facta eodem contextu, quia dicitur una, Glossa *in l. si convenerit 18. ff. de pignerat. action.* Glossa *in verb. instanti. in cap. ab eo 6. de appellation. lib. 6.* Roman. *consil. 427. n. 3.* Cephal. *cons. 94. in fin. lib. 1.* Paris. *cons. 71. n. 20. vers. nec obstabit. lib. 3.* ubi declarat Decianus *consil. 37. num. 92. lib. 2.* ubi ait, quod licet geminatio plus operetur, quando ex intervallo ex diversis scripturis, tamen etiam aliquid operatur, si est in eodem instrumento. Item nihil operatur, quando gerens actum non habet potestatem, & in præjudicium tertii, & in actu suspecto, & ubi in actu geminato intervenit defectus, vel vitium, ita Cravett. *consil. 494. n. 16. & 17.* Cardin. Tusch. *dict. conclus. 28. à num. 102. usque ad n. 120.* ubi post eundem Cravett. *consil. 70. n. 10.* observat, aliquando verba geminari, ut quis sibi plenius & clarius provideat, non autem ut plus operentur. Denique actus prohibiti non dant robur actui. *Authent. si qua mulier. post l. 22. C. de SCto Vellejan.* ubi Gothofred. Bald. & Jason.

II.

Geminatio atque iteratio delictum aggravat. *l. 8. §. 1. de Vi publ.* itaque ob multitudinem delinquentium & iterationem delicti pœna non capitalis potest mutari in capitalem. *l. 16. §. fin. de pœn.* Brunnem. *ad l. 5. Cod. de delat.* Repetiti autem honores dignitatem non augent, itaque is, qui bis Consul fuit, Consulem tempore potiorem non præcedit. *l. 1. Cod. de Consul.* Brunnem. *C. eod. col. 3.*

CAP. V.
De Gemmis.

Axioma I.

Sabinus & Ulpianus *in l. 19. §. 17. ff. de aur. & arg. leg.* gemmas & lapillos ita distinguunt: gemmæ sunt pellucidæ materiæ, ut smaragdi, chrysolithi, amethysti; non translucentes verò sunt lapilli, ut obsidiani & vejentani; at margaritæ neque lapilli nec gemmæ sunt, sed conchæ seu uniones. Quam distinctionem improbat Laur. Valla *lib. 6. elegant. cap. ult.* asserens, lapillum, si magnus sit, gemmam esse, eoque nomine & margaritam dici posse. Sed prolixè hanc sententiam refutat & JCtorum doctrinam defendit Andreas Alciat. *lib. 4. de V. S. n. 24. pag. m. 166. seq. & Cattel. Cott. in memorab.*

II.

Gemmæ veniunt in Legato Auri. Bart. *in l. 32. §. 1. ff. de aur. & arg. leg.*

III.

Gemmæ aliaque uxoris ornamenta soluto matrimonio viri sunt. Bald. *in l. 9. C. de don. ant. nupt.*

CAP. VI.
Generalis *vid. in voce* Omnis.

Axioma I.

Generalia seu universalia judicia, ut à singularibus & specialibus differant. vid. Cujac. *lib. 7. Resp. ad l. 8. de usur.*

II.

De Generalitatis, generalis sermonis, & generalium verborum restrictione, significatione, affectionibus, &c. vid. Mantic. *in tract. de ambig. convent. lib. 3. tit. 2. per tot.*

III.

Generaliter dictum, generaliter debet intelligi. *l. 1. §. generaliter. 1. de Legat. præstand. cont. tab. b. p. pet. l. ult. C. de dotis promiss.* Add. Everhard. *in loc. de Generalit. n. 2.* Sed tamen civiliter & sobriè. Qua de re vid. Zasium *lib. 1. singul. Respons. cap. 7. per tot.* Ratio, (1.) quia ubi Lex non distingvit, nec nostrum est distingvere. *l. de pretio 8. & ibi* Bartolus *de public. in rem act.* (2.) nec à verbis in se est recedendum, etiamsi lex sit perquam dura. *l. 12. §. 1. Qui & à quibus manum.* Exemplum est in renunciatione, transactione, liberatione generali, si facta sit ab omni, ex quo sibi partes hinc inde undequaque tenebantur, & ex omni causa, & ab omni jure: tunc verba ista generalia, salvâ ratione recti sermonis, non possunt restringi ad aliquam speciem. Socinus jun. 3. *consil. 103. num. 4.* Bertazol. *de clausul. Instrum. clauf. 35. gloss. 2. n. 3.* ubi ait verbis istis (videtur quod omnis causa, quæ esse possit, sit remissa) censentur etiam remissa, quæ quis ignoret.

Limi-

Limita (1.) si constet plus scriptum, minus intellectum: tunc enim verba debent restringi. *l. ult. C. de LL. l. 17. de LL. l. 6. de pig.* vid. V. G. Forster. *de jur. interpr. c. 2. n. 5.* Eleganter Quintil. 2. *Instit. 15. cap. 3. n. 5.* Omnia subjecisse Oratori videtur Aristoteles, cùm dixit, vim esse dicendi, quid *in quaque re* possit esse persvasibile: Et Patrocles: qui non quidem adjicit *in quaque re*, sed nihil excipiendo idem ostendit.

Limita (2.) Generalitas Legis recipit limitationem de habilitate. gloss. *l. ut gradatim 11. §. Et si l. de Muneribus. & in l. 1. C. de SS. Eccles.* ubi Gothofred. *in lect.* Verba enim, quantumcunque generalia, semper sunt civiliter accipienda, *l. fidejussor 2. §. quod ait prætor. 4.* Et sæpe voce generali intelliguntur singula generum, non genera singulorum, *l. 13. de in jus vocand.* Hinc generalia verba, quæ in una tantum re locum habere possunt, non autem ad multa, ejus expresse mentionem facere videntur. *l. 24. de instruct. & instrum. leg.* Bart. *consil. 196.* & Generalitas, quæ non nisi in una specie verificari potest, ad eandem speciem contrahitur, & pro expressa habetur. Zas. *lib. 2. consil. 1. n. 73.* post Jasonem, &c. Tiraquell. *de Retract. verb. express. n. 137.*

Limita (3.) quod generalia verba generaliter non sunt intelligenda, sed restringenda, ne altera pars maneat decepta, damnumque sentiat. *l. penult. ff. ad exhib. l. cum Aquiliana 5. ff. de transact. l. 35. ff. de pact. l. 6. de pignor. l. 11. de jurisdict.* Ratio, cùm non sit par eademque ratio omnium casuum, qui sub verbis illis generalibus possunt comprehendi. Bartol. *in l. si pluribus 44. p. 2. de legat. 2.*

Limita (4.) quod generalia verba, quæ sequuntur, secundum ea, quæ antecedunt, restringenda sunt, *l. non est novum 26. de Legib. l. 100. §. 1. de Legat. 3.* Decius *consil. 179. col. fin.* & quod generalis dispositio ita intelligenda veniat, ne, quæ antecedunt, corrigere videatur. Rom. *consil. 499. col. 3.* Alex. *consil. 77. col. 3. vol. 7.* & Generalis lex sive constitutio nunquam derogat speciali, licet anteriori, & clausulam derogativam habenti. Schrader. *de feud. p. 10. sect. 5. n. 42.* ubi multos citat.

IV.

Ire per generalia, est doctorum positivorum, quos vulgus procuratores appellat, è Felin. Nevizan. *lib. 5. Sylv. nupt. num. 43.* Quia generalia & indefinita enunciata periculosa sunt, ideò & Imp. Justin. & boni Jurisconsulti solent sibi cavere per adjectionem particulæ *ferè* vel *penè*. Bachov. *ad §. jus autem Gent. 1. de I. N. G. & Civ. num. 4.*

V.

Quando generalis seu universalis oratio in uno deficit, redditur in totum falsa. per text. *in l. si is, qui ducenta. §. utrum. 3. de rebus dub.* Anton. Gom. *in l. 47. Tauri. n. 7.* Joh. Gutier. *in repet. text. in §. sui. Instit. de hered. qual. & diff. n. 121. fin.* seu in omni enunciatione universali, si quid aliqua ex parte falsum inest, totam enunciationem falsam efficit; quæ est Juliani sententia, sumpta à Dialecticis, *in l. si is, qui ducenta 13. §. utrum. 3. vers. quia cum significatio de rebus dubiis.* Donell. *ad l. pignus 9. Cod. de pignoratit. act. n. 4.*

VI.

Novum non est, ut generalia specialibus subjiciantur. *l. si servus 27. §. 16. ad Leg. Aquil.* Coll. Arg. *de Noxal. act. th. 1.* Exquisitè Hering. *de fidejussor. cap. 17. num. 58.* Berlich. 2. *concl. 22. n. 21.* Carpzov. 2. *constit. 17. defin. 2. & seqq. fac. text. cap. 4. de Procur. in 6.*

VII.

An generalis clausula fortior sit, quàm specialis, vid. Coll. Argent. *qui pot. in pign. thes. 3. num. 4.*

IIX.

Generalitas ad locum relata debet restringi & intelligi secundum subjectam materiam: sicut restringitur generalitas relata ad bona. *fac. cap. ut animarum ult. vers. statuto. de Constit. in 6. & l. fin. §. cui dulcia. de vin. attic. ol. leg.* Vid. Everh. *in loc. à nomin. dignit. n. 6.*

IX.

Ubicunque generalitas propter medium habile verificatur, in qualibet sua specie generalitas indistinctè operatur: quando autem medium non est habile, tunc operatur quantum potest. Everh. *in loc. à Generalit. conf.* Limnæum *lib. 2. de jure publ. c. 13. n. 9.*

X.

In omni dispositione generalitas restringitur ad intellectum juris communis, ut patet *ex l. quæro. l. 54. §. 1. ff. Locati.* vid. fusè apud Everhard. *d. loc. à generalit. n. 8.*

XI.

GENERALIS dispositio omnes species comprehendit, & expressio generis, continentis species, operatur idem, ac si singulæ species essent expressæ, *l. si chorus 79. ff. de legat. 3.* [*Facit l. si duo 51. sub fin. de administrat. tutor. l. omnes 4. post princip. Cod. de præscript. triginta vel quadraginta annorum.* Berlichius *l. 2. conclus. 22. n. 3.*] Alexand. *consil. 233. Ponderatis. n. 16. lib. 6.* Federic. de Senis *consil. 82. In puncto. in princ. & consil. 85. Statuto civitatis. n. 2. & 3.* ubi quod tantum operatur genus quoad omnia, quantum species quoad specialia, Zabarell. *consil. 99. n. 2. vers. 4.* ubi quod idem operatur genus, seu dispositio generalis, quod specialis, quando non subest ratio diversitatis, Anch. *consil. 3. n. 4. in fin.* ubi de legato generali, ut idem operetur in genere, quod speciale in specie, Gemin. *consil. 65. n. 19. vers. circa primum.* Bald. *cons. 11. n. 5. vers. ratio differentiæ. lib. 3.* ubi quod genus resolvitur in singularitates, Natt. *consil. 613. n. 3.* Curtius jun. *consil. 199. n. 15.* ubi ampliat maximè, quando generalis dispositio non potest verificari, nisi in una specie, quia tunc habetur pro speciali & individua, & *consil.*

316.

dua, & *conſ.316.in princ.* ubi qvod expreſsio generalis idem operatur, qvod particularis, Franciſc. Becc. *conſ.80. n.7. cum ſeqq.* Cardin. Tuſch. *pract. concl. tom. 4. concl. 29. per tot.* Fr. Molin. *de rit. nupt. qvæſt.87.n.17.*

[Limita: qvod nullus eſt adeò generalis ſermo, à qvo non tacitè qvædam accipiantur ex mente loqventis, *arg.l.6.de pignor. l.9. de ſervitut. l.60. de procuratorib.* Cujacius *in lib. 4. reſponſor. Papin.l. 34. de jure dot.* vide ſupra *axioma 4.* & infra *lib.18.in dictione totus.*]

XII.

Generalis loqvutio, ſeu prohibitio comprehendit omnia, *l.cum qværebatur 240. in fin.ff. de verb. ſignificat. l.ſervitus 23. de S.V.P.* ibi: *humanius eſt verbo generali omne lumen ſignificare.* Joſephus Seſſe *Aragon. deciſ.48. num.12.* Franciſc.Molin. *de ritu nupt.lib.3.qvæſt.54. num. 4.* etiam minima, *cap. majoribus, de præbend.* D. Barboſ. *in l. cum prætor.12.§. 1. num. 112.ff. de judic.* Surdus *conſil.33. num.24.* late Sebaſtianus Medices *de reg.jur. reg.1.* & generalis prohibitio minima comprehendit. Dn. Barboſa *in l. cum prætor 12. §. 1. num.112.ff. de judic.*

XIII.

GENERALIS diſpoſitio non extenditur ad non veriſimilia, non cognita, non cogitata, illicita, neque ad ea, qvæ ſpecialiter qvis non expreſſiſſet. [Textus expreſſus & elegans *in l.1. C. qua res pignor. obl. add.l.34. de R.N.*] Federic. de Senis *conſ.125. num.1.* Curt. jun. *conſ.267. num.3.* ubi qvod generalis diſpoſitio non trahitur ad ea, qvæ de novo ſuperveniunt, & *conſ. 294. n. 71.* ubi qvod generalia verba nunquam trahuntur ad ea, qvæ diſponentibus ſunt impoſſibilia, & *conſ.334. num. 36.* ubi qvod generalis diſpoſitio nunqvam comprehendit actus juratos, Roman. *conſ.209. Pro verificatione. num.2.* ubi qvod nunqvam præſumitur qvis velle comprehendere ſub generali diſpoſitione illud, de qvo ſpecialiter diſponere non potuiſſet, & *conſ.108. in fin.* ubi qvod generalis qvietatio, vel liberatio non extenditur ad dolosè occultata, qvia ad incognita non trahitur, & *conſ. 403. Pro deciſione. num. 4.* ubi qvod verba generalia laudi nunqvam extenduntur ad ea, quæ in ſpecie arbitri non potuiſſent arbitrari, Johan. de Imol. *conſil. 82. in princ.* ubi qvod generalis diſpoſitio non comprehendit ea qvæ inducunt peccatum, Fulgoſ. *conſ.146 n.1.* ubi qvod generalis ſermo non comprehendit prohibita, & qvæ de jure fieri non poſſunt. Corn. *conſ. 269. In hac conſultatione. num.23.lib .1.* ubi quod generalis approbatio non trahitur ad dolosè geſta, & *conſ.176. n. 2. lib. 2.* ubi qvòd in mandato generali non veniunt ea, qvæ quis in ſpecie non eſſet mandaturus, & *conſ. 89. n. 12. lib.3. & conſ. 83. n.2. lib.4.* ubi qvod generalis conceſsio, ſeu gratia non comprehendit ea, qvæ concedens in ſpecie non eſſet veriſimiliter conceſſurus, Cravett. *conſ.33.num.5.* ubi quod impugnatio generalis non comprehendit ea, qvæ impugnanti ſunt favorabilia, & *conſ 34.n.8.* ubi qvod ſicuti generalis diſpoſitio non comprehendit tertii præjudicium, ita neqve præjudicium diſponentis, & *conſ. 95. nu. 10.* ubi qvod clauſulæ generales non comprehendunt majora expreſſis, & *conſil. 70. n.28.* ubi quod generalis diſpoſitio non comprehẽdit ea, in qvibus poteſt eſſe capio & læſio, & *conſ. 100. n.6. & n.7. & num.8. & conſ.109.nu.6.* ubi qvod non comprehendit ea, qvæ ſunt in ſpecie prohibita, & *conſ.158.n.9.* ubi qvod mandatum principis non comprehendit illicita, & *conſ. 160. n. 5.* ubi qvod generalis ratificatio non comprehendit illicita, neqve ea qvæ ratificans veriſimiliter non incluſiſſet, & *conſ.174. n.4.* ubi qvod reſcriptum principis generale non extenditur ad ea, qvæ princeps facere non poteſt, vel etiam difficilius facere ſolet, latè Cardinalis Tuſch. *tom. 4. lit. G. concluſ. 31. per tot.* [Hæc autem Regula per omnia vera non eſt, ſed expreſsè refutatur per Br. & alios, qvia omninò plus valet renunciatio ſpecialis, qvoad ſpecialia, latè Berlichius *2.22.n.4.* Intelligendum autem de ſpeciebus homogeneis, non de heterogeneis. (2)non procedit in privilegiis. *l.ab his 10. de vacat. & excuſat. mun.*

XIV.

Generalis loqvutio perſonam Loqventem non comprehendit, *l. inqviſitio 18. C. de ſolut. cap.1.* ubi *gloſſ. ult. de prohibita feudi alien. per Federic. 2. F.55.* Curt. jun. *conſ.332.n.4.* ubi dicit eſſe vulgarem juris regulam, Cravett. *conſ. 274. num. 12. & conſ. 296. n.30. & conſ.585.n.30.* ubi dicit, qvod materia eſt brocardica, & *conſ. 25. n.5.* ubi qvòd per clauſulas generales non cenſetur qvis velle ſeipſum liga-

re, latè Surdus *conſ. 47. num. 19.* ubi qvod generale reſcriptum, & generalis diſpoſitio non comprehendit Principem confirmantem, vel concedentem, etiamſi dicat, *ex certa ſcientia.* & *num. 20.* qvòd ſtatutum generale non ligat creditorem, & *n. 22.* qvod jurans adjuvare contra omnem perſonam, non intelligitur contra ſeipſum, *& n. 23.* qvod cedens jura contra omnes, non cenſetur cedere contra ſeipſum, Afflict. *deciſ. 319. n. 8.* ubi qvod promiſſio de defendendo non intelligitur contra ſeipſum. Et qvod communitas non continetur ſub generali loqvutione gabellæ, qvando ipſa non tenebatur prius ſolvere, reſolvunt Boër. *deciſ. 213. num. 2.* Surdus *d. conſ. 47. num. 21. & 23.* Cardin. Tuſch. *d. tom. 4. lit. G. concl. 33. à princ.*

Limita, qvando conſtat de mente, vel materia ſubjecta aliud ſvadet, vel ſubeſt ratio, qvod perſona loqventis includatur, Cyn. *in d.l. inquiſitio 18.* Gabr. *commun. tit. de verbor. ſignific. concluſ. 9. num. 7.* Cravett. *conſ. 274. poſt n. 12.* Curt. jun. *conſ. 195. in fin. num. 46.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 44. num. 27.* Cardinalis Tuſchus *dict. concluſ. 33. n. 17.* ubi *n. 18. & 19.* poſt Decium *conſil. 104. Et diligenter. num. 4. & 5.* limitat etiam, qvando ceſſio fieret ex cauſa oneroſa, vel qvando ſumus in diſpoſitione legis, qvia continetur perſona loqventis, ſecus in diſpoſitione hominis.

XV.

GENERALIS diſpoſitio non comprehendit ea, qvæ non eſſet qvis in ſpecie comprehenſurus, *l. obligatione generali 6. ff. de pignorib. l. 3. ff. de evict. l. qvi peculii 46. ff. de peculio. cap. veniens 16. cap. Quintavallis 23. de jurejur. cap. ult. de offic. vicarii, lib. 6.* Corn. *conſ. 89. n. 12. lib. 3. & conſ. 83. num. 2. lib. 4.* Surdus *conſ. 73. num. 17.* Cardin. Tuſch. *dict. lit. G. concluſ. 31. num. 2.* Item Surdus *conſil. 123. n. 36. & de aliment. tit. 8. privileg. 7.* Carolus de Graſſis *de except. except. 32. n. 30.* Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 982. n. 20.*

XVI.

GENERALIS mentio idem operatur qvoad omnia, qvod ſpecialis qvoad ſingula, *l. ſi chorus 79. ff. de legat. 3. l. ſi duo 51. ff. de admin. tut.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 8. in princ. n. 22.* Surd. *conſ. 2. num. 44. & conſ. 350. num. 20.* Stephanus Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 656. num. 30. & cap. 766. num. 11.*

CAP. VII.

Generalis deciſio.

Decidere per generalia, pauperis eſt Doctoris indicium, ſecundum Felinum *in cap. 1. de præſcript.* Prudentis autem eſt, reſpicere ad deciſiones particulares, & ex iis reſpondere, ut ex Ariſtot. *5. Ethic. & 2. Rhet.* monet Ant. Maſſa Galloſius *lib. 1. de Exercit. Juriſpr. num. 18.* Eò qvod ſpecialia jura generalibus derogant. *l. in toto 80. de Reg. Jur. l. 8. C. de judic.* Et deciſiones in terminis ſunt tutiores, & omnia argumenta generalia excludunt. Albertus Brun. *de ſtatut. art. 6. quæſt. 2.* Adeo ut Doctoris alicujus deciſionem habere in terminis, etiam ſine lege loqventis, cùm in praxi caſus incidit, magnum eſſe, poſt Gomez. probe dixerit Weſenb. *1. conſ. 19. num. 63. & conſ. 24. num. 13.* Argentinenſ. *1. conſ. 62. n. 1.*

CAP. IIX.

De Genitivi ſignificatione.

Axioma I.

Regulas huc pertinentes vide eleganter declaratas apud Panciroll. *3. varior. 25.* adde Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 841.*

II.

Genitivus caſus importat dominium. Bart. & Dd. *in Rubr. ff. de Op. Nov. nunc.* adde Horatium Mandoſium *in tract. de privileg. ad inſtar. gloſſ. 3. num. 1. & ſequentib.* Et Genitivus caſus propriè de ſui natura dicit dominium directum. *l. ſi domus 71. §. ult. ff. de Legat. 1. gloſſ. not. in cap. 1. in verb. terram propriam. de poſtul. prælat.* & Dd. omnes *in rubr. ff. de O. N. N.* Ampliationes, limitationes & fallent, vid. in Tom. Reg. Jur. *lib. 7. p. 544.*

CAP. IX.

Genus.

Axioma I.

Genera in jure multa dantur. Ratio, qvia plures ſunt res, qvàm vocabula. *l. 4. de præſcr. verb. C.* ideò ſæpe nomen idemqve verbum plures res ſignificat; qvod cum variis modis, tum hoc qvoqve accidit, ut unum verbum fungatur vice generis & ſpeciei; cujusmodi eſt vocabulum CULPA, (qvod in genere acceptum, etiam comprehendit dolum, à qvo aliàs tanqvam diverſa ſpecies diſtinguitur) COGNITIO, PACTUM, Jurisdictio, Adoptio &c. Bachov. *ad §. Adoptio 1. Inſt. de Adopt. & Com. ff. eod. num. 2.* Donatio. *pr. Inſtit. de donat.* ubi Bachov. *num 5.* Pignus, in pignus & hypothecam Novatio &c. delegatio. Plura vide à C. I. A. *de Novat. th. 2.*

II.

Qvoties in Jure mentio fit generis, toties intelligitur ſpecies ſpecialiſſima logica, qvia diſpoſitio aliàs de genere Logico non valeret ob ſummam incertitudinem, e.g. ſi animal legetur, & qvia hoc caſu legatum reduci poſſet ad rem minimam. Exemplum in *§. 22. Inſt. de Legat.*

III. Qvo-

III.

Quoties res in genere legata, toties electio competit Legatario.

Ratio: qvia alioqvin Legatarius non haberet actionem realem ad rem petendam, cùm illam demonstrare non possit, e. g. si eqvus, bos &c. sit legatus.

Limita: (1.) modò verba ad Legatarium fuerint directa, secus si ad heredem, sic enim hujus electio est. *l. 84. §. 9. ff. de Leg. 1.* Zoës. *ad ff. de opt. Legat. n. 3.* (2.) modò testator ejus generis res in bonis suis habuerit. *l. 67. §. 8. ff. de Legat. 2.*

IV.

Qvoties genus relinqvitur, qvod sui naturâ certam habet determinationem, toties hoc debetur, licet testator tales res non reliqverit, qvia sic voluntas testatoris certa adest, qvæ impleri potest per heredem, ejusmodi rem emendo. e. g. si eqvus legetur.

V.

Qvoties legatum Generis habet suam determinationem ex voluntate & facto hominis, toties non valet, qvia sic voluntas Testatoris est incerta, ob quam legatum corruit. *l. 24. §. ult. ff. de Legat. 1.* Exemplum est in ædibus, fundo, libro, legatis.

Limit. nisi testator ejusmodi res in bonis suis reliqverit. *l. 71. pr. ff. de Legat. 1.* qvo casu legatum utile est, & legatario electio competit.

VI.

Interest inter genera singulorum, & singula generum. Sub universali veniunt genera singulorum & singula generum. glossa *ad l. 1. de fidejuss. vid. l. 13. de in jus voc.* Kub. *p. 405.* v. Tulden, *p. 1. c. 4.*

VII.

Genus & species, cum circa unam & eandem personam ponuntur, non limitationis sed demonstrationis causa species censetur adjecta. *l. quæsitum 12. §. 32. de instruct. & instrum. leg.* Pec. *in l. in toto 80. de R. J.*

VIII.

GENERI per speciem derogatur, *l. in toto jure 80. ff. de Reg. Jur. l. sanctio 41. ff. de pœnis. cap. 1. cap. pastoralis 14. §. qvoniam. de rescr. cap. 1. de Regulis Juris. lib. 6.* [v. Kubach. in Brocar. c. 22. Axiom. 6.] [non speciei per genus, Knipschild. de fideicommiss. famil. *cap. 16. nu. 237.* vid. ad hanc regulam textum *in l. 13. de in jus voc.*] exornavit Fulgos. *cons. 215. in princip.* Angel. *cons. 355. Utrum per statutum. in princip.* Baldus *cons. 292. numer. 3. libr. 2.* Mant. *Dialog. 90. vers. qvia.* Menoch. *cons. 141. num. 26. cum seq. & num 37.* Thomas de Thomasset. *in floribus Legum, reg. 132.* Surdus *de aliment. tit. 12. qvæst. 15. num. 130. & tit. 9. qvæst. 8. & decis. 255. num. 21. & consil. 352. nu. 1.* Gutier. *pract. lib. 3. qvæst. 24. num. 6.* Armend. *in addit. ad recop. Legum Navarræ, in proœm. numer. 5.* Cardinal. Tusch. *practic. conclus. tom. 4. lit. G. conclus. 36. per totam.* Aldrete *de relig. disciplin. tuenda libr. 2. cap. 7. numer. 26.* Cæs. Argel. *de contradict. legitim. qvæst. 2. num. 212.* Octav. Glorit. *resp. 11. num. 31.* Sanctarel. *variar. resolut. part. 1. qvæst. 14. num. 5.* Sebastianus Medices *de Regulis Juris, reg. 1. verb. generi. num. 44.* latissimè Castill. *controvers. lib. 5. part. 2. cap. 95. per tot.* Ovid. de Amicis de *Jure Emphyteut. qvæst. 82. num. 1. cum seqq.* Covarr. *var. p. 1. cap. 11. num. 6.* [Exempla sunt in generalibus propositionibus exæqvantibus jura, *ut l. ult. C. de inoffic. donat. l. 33. de condit. indeb.* Præterea aliud exemplum vide apud Tulden. *l. 1. Jurisprud. extemp. cap. 4. pag. 27.* & apud Bronchorst. *ad l. 80. de Regulis juris.* ubi exemplificat in legibus, contractibus & ultimis voluntatibus.

Ratio hujus Axiomatis in eo consistit, ut genus & species diversa concordentur; nam ubicunqve duæ dispositiones sibi adversantur, debent ad concordiam reduci, salva, qvoad fieri potest, utriusque natura & proprietate, si generi per speciem derogetur, *igitur*, &c. Juxta qvam rationem intelligenda est glossa *in l. si domino 107. ff. de legat. 1.* dum inqvit, speciem derogare generi ex Juris interpretatione, & illa qvæ movet Gamb. *in dialect. legali, lib 3. cap. 3. n. 2.* qvia regula *l. semper in generalibus 190. ff. de Reg. Juris.* cùm similibus non procedit in specie excepta, qvæ generi adversatur. [Aliam rationem affert Claud. Pratus *in gnos. generalib. lib. 2. tit. 2. cap. 4. pag. m. 45.* Qvia species sic opposita generi, in dispositione eximatur de genere. *l. si peculium 10. de manumiss. testam.* Alias rationes vide apud Kubach. *in Brocard. cap. 22. sect. 6. pag. 405.* Putarem & hanc subesse, qvia genus repræsentat regulam, species opposita generi exceptionem. Nam exceptio qvidem derogat regulæ; sed non regula exceptioni.

Hanc regulam declarat Pacius *in An. C. Qvand. Impp. int. pup. vel vid. vel miser. personas cognosc. & ne exhibeantur, num. ult.* Qvod è diverso, speciei non iterum derogetur per genus. Sic enim generalis constitutio *Novell. 69.* [qvia qvis vetatur de Provincia sua extrahi] non derogat

speciali privilegio miserabilium personarum, qvo illis concessum est, adversarios suos ad Principem & extra provinciam trahere. Sic speciale mandatum derogat generali: non iterum generale speciali, Tulden. *d. cap. 4. pagin. 29.* Obj. (1) *l. 7. C. de Jurisd.* ubi privilegio tanqvam legi speciali derogatur per jus commune, seu constitutionem generalem. R. (1) Regula vera est in specialibus positivis, non privativis. (2) Qvatenus species adhuc subsistunt: non si etiam iis specialiter & expressè sit derogatum. Est ergo (3) in inductione hac fallacia causæ. (4) Milites isti se ipsos indignos reddunt privilegio militiæ, dum aliis negotiationibus & professionibus se immiscent. Qvòd ergo privilegium amiserunt, non possunt opponere generali legis comprehensioni & vinculo. Obj. (2) *l. pen. C. de injust. & inut. nupt.* ubi constitutio generalis derogat juri Ægyptiorum speciali. Resp. negando Ægyptiorum morem fuisse jus aut privilegium, sed fuit prævaricatio. Ergo sub idem genus legum haut qvaquam pertinet. Eodem modo respondendum est ad Constitutiones alias, clausulam cassatoriam continentes. Verbi gratia, de bonis naufragorum, de repressaliis, de obstagio. Nam statuta & consuetudines damnatæ non sunt amplius pro jure habendæ, sed pro injuria.]

Amplia hanc regulam primò, ut procedat in omni materia, qvod specialis dispositio derogat generali, si sunt incompatibiles, Castrens. *cons. 476. Videtur quod prædictus, in princ. lib. 2.* Cardinalis Tuschus *d. lit. G. conclus. 16. num. 5.* Beroi. *cons. 57. num. 10. volum. 3.* Natt. *cons. 7. num. 5.* Surdus *cons. 56. num. 1.* Octav. Glorit. *resp. 11. n. 31. vers. qvod vendicat.*

Amplia secundò in legatis, qvia legatum speciale derogat generali. Abb. *cons. 4. In qvæstione. num. 5. lib. 2.* Baldus *cons. 253. num. 3. vers. si verò lib. 5.* ubi qvòd si lego Titio duas statuas marmoreas, & etiam eidem lego omne marmor, non veniant nisi duæ statuæ propter specificationem specialem, qvod refert Cravett. *cons. 86. num. 4. & 5.* Ruin. *cons. 90. n. 9. lib. 2.* ubi qvòd si testator legavit in specie aliqvibus sororibus nominatis, postea in genere vocavit sorores, intelligitur de aliis, qvia specialis provisio præcedens derogat generali, & maximè dicit procedere, qvando etiam prohibuit honoratas plus petere, Surdus *de aliment. tit. 2. qvæst. 15. num. 130.* Cardin. Tusch. *d. concl. 36. num. 7. 27. & 53. cum seq.* latè Castill. *cap. 95. n. 23. cum seqq.* ubi pariter ampliat in fideicommissis, institutionibus, substitutionibus, & in omni ultima voluntate, in legibus, statutis, consuetudine, compromissis, judiciis, rescriptis, mandatis, & in omni actu, materia & dispositione.

Amplia tertiò, ut procedat sive præcedat, sive seqvatur genus, *l. servo 15. ff. de pecul. leg.* Dec. *num. 7. & 14. in d. l. in toto jure 80. ff. de Reg. Jur. & in cap. 1. num. 6. de rescript.* ubi Beroi. *num. 45.* Fulgos. *cons. 215. in princip. & cons. 135. col. 3.* ubi qvod imò etiamsi generalitas sit posterior, & habeat clausulam derogatoriam, specialitas attenditur, Bald. *cons. 253. vers. qvintò qvia. lib. 5.* Joan. de Imol. *cons. 139. num. 7. & cons. 140. num. 3. in fin.* ubi qvod generalis dispositio seqvens non præjudicat speciali specificè, etiamsi generalis habeat verba habilia conprehendere specialem.

Amplia qvartò, ut sicut generi per speciem derogatur, ita etiam speciei derogatur per speciem magis specialem, & individuam, Zabarell. *cons. 149. num. 4. vers. item scivit.* Alexand. *cons. 29. Qvoniam. in princip. lib. 1.* Baldus *cons. 371. In volumine, in princip. lib. 5.* ubi intelligit, qvando sunt species individua & dividua paris potentiæ, aliàs secus. Idem procedit etiam inter duo genera, qvia minus universale habetur loco speciei, magis universale loco generis, Baldus *cons. 253. num. 4. vers. tertiò præmitto. lib. 5.* Card. Tusch. *d. concl. 36. num. 30.*

Amplia qvintò in rescripto seu mandato speciali, qvod derogat generali, etiamsi de eo nullam faciat mentionem, *cap. 1. de rescript.* Suar. *alleg. 28. num. 16.* Baldus *cons. 88. Qværitur. in princ. lib. 2.* ubi extendit, idem esse in generali commissione, revocatione, seu deputatione, qvia non revocat specialem præcedentem, nisi constet de mente, Rebuff. *tom. 2. ad Leges Galliæ. in præfat. tit. de rescript. n. 103.* Sebastian. Medices *de Regulis Juris, Reg. 1. n. 44.* Menoch. *de arbitrar. casu 97. à n. 2. & cons. 36. n. 48. & de præsumpt. l. 6. præs. 40.* Card. Tusch. *d. concl. 36. à n. 43.* Valasc. *cons. 72. n. 2.* Unde mandatum de providendo speciale derogare generali mandato præcedenti, licet de illo nulla mentio habeatur, tenent Xuar. *dict. alleg. 28. n. 3.* Cephal. *cons. 393. à n. 19. libr. 3.* Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. libr. 9. tit. 6. num. 22.* Valasc. *ubi proximè.*

Amplia

Amplia sextò in statutis, qvia statutum speciale semper prævalet generali, Decius *consil. 188. col. 3. & consil. 301. col. 1. & consil. 482. & consil. 617. colum. penult.* Angel. *consil. 355. Utrum per statutum.* Baldus *consil. 78. Duo sunt statuta. lib. 1.* ubi declarat, qvòd si statutum speciale continet idem qvod jus commune per omnia, tunc statutum generale contrarium disponens præfertur, secus si primum speciale in aliqvo discrepat à Jure communi, Alexand. *consil. 89. Circa primum. num. 10. lib. 6.* Apostil. *ad eundem consil. 65. n. 10. in verb. Baldus. lib. 7.* Idem Alex. *consil. 123. Scripsit. num. 10. cum seqq. lib. 4.* Fulgos. *consil. 215. In primo. in princip.* ubi extendit etiam, qvando statutum generale esset posterius, qvia adhuc speciale derogat generali statuto, Corn. *consil. 66. lib. 1.* ubi qvod si duo sunt statuta specialia, magis speciale attenditur, Angel. *consil. 160. in princ.* ubi extendit ad statutum generaliter loqvens de alienationibus, & de bonis ad cridas ponendis, qvia non extenditur ad bona minorum, in qvibus per statutum sub certa solemnitate est specialiter provisum, & *consil. 355. per totum.* extendit ad statuta contraria, latè Card. Tusch. *d. conclus. 36. num. 10 cum multis seqq.*

Amplia septimò in tempore, qvia per tempus speciale, in qvo aliqva immunitas conceditur, derogatur generali dispositioni, qvod qvocunqve tempore solvatur gabella, Bald. *consil. 256. Præmittenda sunt, vers. qvarto præmittendum. lib. 4.* qvem refert Cardin. Tusch. *d. concl. 36. num. 26.*

Amplia octavo in observantia, qvia specialis derogat generali, Fulgos. *consil. 232. In qvodam instrumento, in fin. qvem refert* Cardin. Tusch. *d. concl. 36. num. 36.*

Amplia nonò in compromissis, qvia etiam in illis genus per speciem derogatur, ideò si fiat compromissum speciale super pretio venditionis factæ declarando, licet postea fiant alia compromissa inter easdem partes de litibus & controversiis, non est derogatum primo, item Joan. de Anan. *consil. 19. Visis instrumentis, n. 6. & 7.* Card. Tusch. *d. conclus. 36. n. 38.*

Amplia decimò in consuetudine, qvia specialis derogat generali, & attendi debet, Cravett. *consil. 195. n. 16.* qvia generalis recipit declarationem à magis speciali, Cravett. *consil. 118. n. 4.* Card. Tusch. *d. conclus. 36. n. 41.*

Amplia undecimo, in facultate legitimandi latissimè concessa per Imperatorem etiam ad feuda, qvia non veniunt ea feuda, in qvibus specialiter Imperator disposuit, qvod non succedant, nisi nati & concepti de legitimo matrimonio, qvia generalis provisio demandata non se extendit ad specialiter provisa, sed species derogat generi, Anchar. *consil. 308. Prima facie. num. 7. & 8.* Card. Tusch. *d. conclus. 33. num. 39.*

Amplia duodecimò in probatione, qvia magis creditur duobus testibus in specie, qvàm mille in genere deponentibus, Decius *consil. 488. in fine.* Alexand. *consil. 148. num. 4. libr. 2.* Paris. *consil. 88. num. 31. lib. 3.* Cardinal. Tusch. *d. conclus. 36. num. 42. & num. 65.* ubi *num. 66.* post Alexand. *consil. 27. num. 6. lib. 1.* subdit, qvod probatio in specie delicti prævalet probationi in genere, qvod accusatus sit bonæ famæ.

Amplia decimotertiò in contractibus, qvia species derogat generi, etiamsi præcedat speciali contractus, Fulgos. *consil. 215. in pr.* Card. Tusch. *d. concl 36. num. 64.*

Amplia decimoqvartò, qvando in eadem lege sunt verba specialia & generalia, qvia species derogat generi, Angel. *consil. 214. num. 2.* Lap. *alleg. 88. num. 5.* Fulgos. *consil. 215. in princip.* ubi extendunt, ut idem sit, qvando species & genus sunt in aliis & diversis legibus, & se non compatiuntur, neqve constat de mente, Cardinal. Tusch. *d. concl. 36. n. 57. cum seqq.*

Amplia decimoqvintò in opinionibus Doctorum, qvia communis opinio in genere derogatur per opinionem in specie in casu individuo, ut per Riminald. jun. *consil. 265. n. 5. & 6. lib. 3.* qvem refert Cardin. Tusch. *d. concl. 36. n. 71.*

Amplia decimosextò in provisione hominis, qvia pœna promissa in genere, puta 200. in casu contraventionis, si partes per pactum speciale conveniunt, qvod damnum reficiatur prout liqvidabitur, tollit pœnam generalem, Alexand. *consil. 94. in fin. & consil. 95. num. 7. lib. 4.* ubi extendit, ut procedat, etiamsi generalis provisio sit jurata, qvæ habet vim specialis, qvia intelligitur in eo, in qvo consentitur, & non ultrà, refert Cardinalis Tuschus *d. conclus. 36. num. 72. & 73.*

Limita primò, qvando species & genus se invicem compatiuntur, stare possunt, ita Bartol. *in l. servo 15. ff. de pecul. leg.* Cagnol. *in d. l. in toto 80. num. 13. ff. de regulis Juris.* Roman. *sing. 249.* Decianus *consil. 51. num. 16. vers. qvartò considerato, lib. 1. & consil. 122. num. 13. lib. 3.* Card. Tusch. *d. concl. 36. n. 95.*

Limita ſecundò, qvando genus & ſpecies apponuntur favore ejusdem perſonæ; qvia genus non tollitur, neqve reſtringitur per ſpeciem ſubſeqventem, Bald. *conſ. 329. in fin. verſ. in contrarium. lib. 1.* Card. Tuſch. *d. concl. 36. n. 79.*

Limita tertiò, qvando ſpecies accedit generi, qvia prorogato genere, vel mutato, prorogatur & mutatur ſpecies, qvæ habet ſubſtantiam ab illo genere, & non ſtat per ſe, Lap. *allegat. 88. Commune. num. 6. circa finem.* Ubi etiam pariter limitat, qvando ratio ſuadet, qvod per generalem providentiam ſit receſſum à ſpeciali. Item qvando ſpecies apponitur ad coadjuvandum genus, Surdus *conſil. 56. num. 36. & 37.* Cardinalis Tuſch. *dict. concluſ. 36. num. 80. & 81.*

Limita qvartò, qvando genus eſt certum, determinatum & præciſum. Surdus *conſ. 352. n. 11.* ubi *n. 17.* limitat etiam, qvando genus exprimitur per verba diſpoſitiva, ſpecies autem per verba enunciativa, Caſtill. *d. c. 95. n. 40.*

Limita qvintò, qvando declaratio generis conſiſtit in eadem ſpecie, qvia tunc ſpecies non derogat generi, Bald. *conſ. 177. In Eccleſia, in fin. lib. 1.* Cardin. Tuſch. *d. concl. 36. num. 103.* [Ita qvando verba ſpecialia non determinationis gratia, ſed ad majorem evidentiam ſpecialiter videntur facta, generi non derogant. *l. qvæſitum 12. §. penult. de inſtruct. & inſtrum. leg.* Conſil. Marpurgenſ. *libr. 1. conſil. 7. n. 35.*]

Limita ſextò in jurisdictionalibus, qvia ſi datur in genere & in ſpecie, cenſentur potius per ſpeciem conceſſa accumulativè, qvàm derogativè, ut per Surdum *conſil. 5. num. 35.* Gutier. *pract. lib. 3. quæſt. 15. n. 6.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 36. num. 102.* Caſtill. *d. cap. 95. num. 22.*

Limita ſeptimò, in liteiis gratioſis generalibus ad beneficia, qvibus non derogatur per ſpeciales poſteriores, qvando ex primis generalibus eſſet jus qvæſitum, ſecus ſi effectus penderet ab eventu incerto, Federic. *conſ. 69. circa fin. verſ. item non obſtat.* Cardin. Tuſch. *d. concluſ. 36. num. 101.*

Limita octavò in diverſis diſpoſitionibus diverſo tempore factis, qvia non habet locum regula, qvod generi per ſpeciem derogetur, ſed contraria, qvod ultima qvantumcunqve generalia derogant primis, Signorol. *conſ. 87. num. 7. & 8.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 36. num. 112.* Idem qvando ſpecialis proviſio ad diverſum tendunt finem, Surdus *conſ. 359. num. 93.* Caſſanat. *conſ. 44. num. 48.* Stephanus Grat. *diſcept. forenſ. cap. 304. num. 5. cum ſeqq.* Caſtill. *dict. cap. 95. num. 35. cum ſeqq.* Vel qvando genus & ſpecies ſuper eodem jure non concurrunt, ſed ſuper diverſo, latè Rolandus *conſil. 8. num. 37. lib. 1.* Card. Mantica *de conject. ultim. volunt. libr. 9. tit. 6. n. 22. & 23.* Surdus *426. num. 36. verſ. ad ſextum.* Caſtill. *d. cap. 95. num. 41.*

Limita nonò in privilegiis, qvia per ſpeciale privilegium non derogatur generali, Federic. *conſil. 197. verſ. non obſtat.* gloſſ. *verb. ſed ante. in ſum. 25. qvæſt. 2. gloſſ. ult. verb. ſuper privilegiis. in d. cap. 1. de reſcript.* ubi Abb. *num. 10.* Felin. *num. 3. verſ. limita.* Rip. *n. 74.* & Beroi. *num. 39.* Alexand. *conſ. 155. num. 1. lib. 6.* Rebuff. *tom. 2. ad Leges Gallix. tit. de reſcript. in præfat. num. 105.* Xuar. *allegat. 28. num. 10.* Loriot. *de Regulis Juris Axiom. 136.* Menoch. *conſ. 36. num. 48.* Cardin. Tuſch. *d. concl. 36. num. 99.*

Intellige in totum, nam in illa ſpeciali parte poſſe privilegium ſpeciale poſterius minuere prius generale, nulla facta illius mentione, per text. *in cap. dudum 14. §. nos igitur, & in cap. qvamvis tibi 38. de præbend. in 6.* reſolvunt Sylveſt. *in ſum. verb. privilegium. qvæſt. 10.* Ruin. *conſ. 98. n. 4. volum. 4.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſ. 40. num. 21.* Mar. Giurb. *conſil. crimin. 65. num. 41.* Monet. *d. commut. ultim. volunt. cap. 8. num. 529.* Soar. *de legib. lib. 8. cap. 39. n. 7.* Bonacin. *in ſimili tractatu, diſput. 1. qvæſt. 3. punct. 8. §. 3. n. 17. verſ. ex dictis.*

Limita decimò in caſu, qvò fiſcus generalem Syndicum ad exigendos omnes debitores, & alium ſpecialem ad qvædam nomina conſtituit, ſi hic negligens, non tenetur generalis, ſed tamen in ſubſidium. Brunnem. *ad l. 3. C. de conven. Fiſc. Debit.*

IX.

GENUS includit omnes ſpecies ſub genere comprehenſas, *l. omnes 4.* ubi Angel. *C. de præſcript. 30. l. ſemper 147. ff. de Reg. Juris.* Marc. Anton. *var. reſolut. lib. 2. reſolut. 33. n. 2.* Menoch. *conſ. 266. n. 69.* Cravett. *conſ. 134. n. 5.* etiamſi in una ſpecie major ſit ratio, qvàm in alia, *l. 1. §. qvod autem 3. ff. de aleatorib.* Riminald. jun. *conſ. 12. n. 31. lib. 1.* Decian. *conſ. 51. lib. 1. & conſ. 122. lib. 3.* Cardin. Tuſch. *tom. 4. lit. G. concluſ. 40. n. 17.* Surdus *conſ. 255. n. 20. & conſ. 559. n. 19.* Marc. Anton. *d. reſolut. 33. n. 3.* Menoch. *conſil. 141. n. 33.* [Et Oratio generalis ſermonis compendio

res

res singulas & omnes species comprehendit, qvod ex Logicis notum esse ait Bachovius *lib. 1. de pignor. cap. 5. in fin.* & firmat *per l. namqve 15. §. 1. de pignorib.* ibi: *perinde ac si specialiter fuissent obligatæ. juncta l. rei 17. C. de distract. pign.*]

X.

GENUS verè & propriè repræsentatur in qvalibet specie. *l. si qvid earum 47. §. interemptum 1. ff. de legat. 3.* Surdus *cons. 121. n. 3.* Bald. *cons. 239. Testator, in princ. lib. 1.* Dyn. *cons. 51. Qvæstio. n. 3. vers. præterea.* Cardinal. Tusch. *tom. 4. lit. G. concl. 40. n. 5.* & ideò qvæ prædicantur de genere, debent prædicari de singulis speciebus, *l. juris gentium 7. §. sed fraudandi 10. in fin. ff. de pact.* cum aliis citatis ab Everhardo *in top. legalib. loco 61.*

XI.

GENERE remoto, removentur species, *d. §. sed si fraudandi 10. l. fundi 25. §. fin. ff. de fundo instruct. l. sancimus 3.* ubi Bart. *C. de usur. rei judic. d. l. 1. §. qvod autem 2. ff. de aleatorib. l. 1. in fin. ff. de suis & legit. hæred. l. si causa cognita. 32.* juncta glossa *verb. peremisti. Cod. de transact. §. vulgo 4. institut. de succeff. cognat.* cum aliis, de qvibus Everhardus *loco 62.* Sigismund. Scacc. *de appellat. qvæst. 19. remed. 1. conclus. 2. num. 11.* v. Kubach. *in Brocard. cap. 22. broc. 1. pag. 397. add. ax. 4.* à qvo removetur proprietas generis, ab eodem removentur omnes species *l. 1. in f. de suis & legit.*

XII.

GENUS in suo genere tantum operatur, quantum species in sua specie, *l. si chorus 79. in pr. ff. de legatis 3. l. si duo 51. ff. de admin. tutor. d. l. omnes 4. C. de præscript. 30. annor.* Cravett. *cons. 161. num. 2.* Cardin. Tusch. *d. tom. 4. lit. G. conclus. 40. n. 20.* ubi *n. 21.* cum eodem Cravetta *cons. 118. n. 14.* extendit etiam in materia odiosa. [Nota tamen casum, in qvo non operatur tantum genus, qvoad omnia, sicut species, qvoad speciem: Nam licet sub genere comprehendantur omnes species generis, ut not. *in l. 7. §. 10. de pact.* tamen ubi reqviritur notabilis expressio speciei, non sufficit facere mentionem, qvia expressio per speciem possit retardare Principem à concessione. Abb. *in c. in nostra 2. col. 1. de Rescr.* v. Kubach. *c. 22. brocard. 12.*]

XIII.

Genus perire non potest, *l. in ratione 30. §. incertæ 5. ff. ad Leg. Falcid. l. si te bonis 10. C. de jure delib. l. incendium 11. C. si certum petatur.* Curtius jun. *cons. 239. n. 35.* Anton. Gomez *var. tom. 2. cap. 2. n. 32. colum. 3.* Surdus *de aliment. tit. 3. qvæst. 16. cum seqq. & cons. 391. num. 3.* Marc. Anton. *var. resolut. lib. 2. resolut. 13. num. 3.* Cardinal. Tusch. *d. lit. G. conclus. 40. num. 2.* ubi *num. 3.* post Paris. *consil. 94. num. 8. lib. 2.* ait, qvod genus non est res mobilis, nec immobilis, sed consistens in intellectu. [Itaqve si genus aut qvantitas promissa vel legata sit, licet qvædam de genere perierint, obligatio tamen durat. v. Kubach. *in Brocard. de genere. cap. 22. axiom. 13. pag. 412.*

XIV.

GENUS, qvod non potest nisi in una specie verificari, pro specie reputatur, *l. 2. ff. de liber. & posthum. l. si optio 13. ff. de opt. leg. l. fundus qvi locatus 24. ff. de fundo instr.* Becc. *cons. 34. num. 14.* Menochius *cons. 71. num. 23.* Surdus *cons. 135. num. 2. & cons. 179. n. 24. & cons. 269. n. 29. & cons. 431. num. 5.* Vincent. Fusar. *de substitut. qvæst. 351. numero 34.*

CAP. X.

De Generatione.

Generationi natura magis studet qvàm intellectui, & magis curat de esse rerum qvàm de scientiis. Guilhelm. Benedict. *in cap. Raynutius. in verb. quæ filium, ex eo n. 3. col. 1. & num. 7. vers. & tamen præsumptio. volum. 3. part. 3. extr. de testam.* Pacian. *cons. 1. num. 16.* Naturalissimum enim est generare unum tale qvale est, ut ait Aristoteles *lib. 2. de anima text. & ibi gloss. in l. qvod si nolit. 31. §. qvi mancipia 21. ff. de ædilit. edict.* Et natura nihil magis nos docuit, qvàm generare & procreare aliquid nobis simile, ut immortalitatem, qvam in individuo non possumus, in specie saltem conservemus. Thadæus Piso ad *pr. Inst. de jur. nat. gent. & civil. num. 7.* qvo pertinet, qvod Callistratus respondit, ideò nos filios filiasqve concipere atqve edere, ut ex prole eorum earumque diuturnitatis memoriam nobis in ævum relinqvamus. *l. 222. §. ult. de verbor. signif.* Harprecht. *ad princ. instit. de jur. nat. gent. & civ. num. 6.* sic pater prudens prudentem, & nobilis generat nobilem. *gloss. in l. nullus. C. de decur. lib. 10.* imò mirabilius voluit glossa *in l. fin. in vers. consequentia. C. de Natural. liber.* qvod filius spurius spurium generat, & simile producit suum simile. Ludovic. Gomez, *ad §. superest. Instit. de action. num. 38.* Siqvidem ex bono bonum, ex malo malum nasci dixit Cardin. *ex art. de sapient.* & natus ex mala progenie præsumptionem præ se fert, qvod sit malus. Ang. *in l. si qvos. C. de Consulib. in fin.* Boeckel. *in tr. de public. judic. disqvis. 4.*

CAP. XI.

De Geradâ.

Quodcunque non tantùm ad ornandam uxo-

rem, sed & ad usum ejus spectat, & in ejus custodia est tempore mortis mariti, illud ad Geradam spectat.

Ratio hujus potissimum consistit in consuetudine locorum. Exempla habet Carpz. *P. 2. C. 14. def. 22. seqq.* Conf. omninò Stryck. *de succeff. ab inteft. Diff. I. c. 5. §. 10. seqq.* Struv. *de succeffionibus in append. p. m. 401. seqq.*

CAP. XII.

Gerundia.

Axioma I.

Gerundia de sui natura inducunt formam, Bald. *in l. falsus. col. 2. verf. & Not. hic C. de furt.* Ludovic Gomez. *in Comm. ad rubr. Inft. de action. n. 8.* & tum necesitatem important; id tamen non semper verum, nam aliqvando etiam Gerundia non inducunt necesitatem, sed sæpè tantum designant possibilitatem, ut *in l. 20. de Eviction.* Gerundium *excipiendum*, sumitur, pro excipi potest, excipere licet. *l. 66. §. 6. de leg. 2.* petendus est, pro peti potest. C. A. *de Legat. th. 28. n. 6.*

II.

Gerundia etiam passivè usurpantur, (nam & sic dicta putantur) qvasi duplicem significationem gerant, activam & passivam: veluti (1) Gerundia in DO, Damnum dando. *in l. 24. de oblig. & act.* Judicium suscipiendo. *l. 23. de solut.* Sic apud Qvintilian. Memoria exercendo augetur. Et Virgil.

Utrique videndo
Fœmina.

(2.) Gerundia in DUM. Cic. Verba ad *audiendum* jucunda, (id est, auditu) Res difficilis ad *judicandum lib. 9. Epist. ad Attic. 11.* Sic Lucretius *lib. 2.* Res difficilis ad credendum. (3) In DI. Cicero *Verrin. 2.* Hæc freqventia convenit ludorum censendiqve (id est, ut censeatur) contraria. Add. Goclen. *lib. 1. Gram. probl. 3.* ubi dicit: In his passivam significationem rarissimam esse, & ideò notandam potius qvàm imitandam.

III.

Gerundium pro participio in jure poni, non planè infreqvens est. ut in *l. 25. §. 2. de usur. & fruct.* qvoad percipiendos fructus, id est, percepto. Sic, Rei judicandi tempus, pro judicatæ *l. 5. §. 2. de liber. leg. l. 7. §. 15. qvib. ex cauf. in poffeff. eatur.* De jurejurando, pro juramento præstito, *v. Difp. Dn. Parent. Wesembec. de juram. q. 1.*

IV.

Gerundia factum significant, non substantiam, ut ait glossa & omnes *in rubr. 1. de action.* vel jus *l. vim facit. ff. de vi armata cum similib.* ut per Aret. & Jas. *in rubr. Inftit. de action. & in rubr. C. de edend.* Corn. *conf. 224. in antepen. col. 4.* Ludovic. Gomez *in comment. ad §. fupereft Inftit. de action. n. 43.*

CAP. XIII.

De Gloria.

Axioma I.

Gloria mundi qvoad Deum est vanitas vanitatum & omnia vanitas. *Eccles. cap. 1. in princ.* Chassan. *in Catalog. glor. mund. p. 1. consid. 59.* Bertrand. *conf. 24. n. 4. p. 1.* Nolden. *de stat. Nob. c. 7. n. 56.*

II.

Promptius est cuivis parare qvàm servare gloriam. Joh. Gruter. *in Not. Trochaic. p. 2. floril. Ethic. polit. ex Polyb. leg. §. 6. n. 25.*

Nec minor est virtus qvam qværere parta tueri.

Vid. Nolden. *de stat. Nob. c. 14. n. 145.*

De Glossa *vid. inf.* Opinio.

CAP. XIV.

De Gradibus.

Axioma I.

Qvot sunt generationes inter personas, de qvarum cognatione qværitur, tot qvoqve sunt gradus. qvia qvælibet generatio jure civili gradum constituit *l. 7. ff. de grad. cognat.*

Limita (1.) ut procedat in computatione juris civilis. (2.) ut intelligatur de totâ primâ generatione patris, qvæ in summo gradu est, cùm filiorum unus non distet remotior à patre qvàm alter.

II.

Qvoto gradu in lineâ Collaterali persona remotior distat à communi stipite, toto gradu inter se distant secundum computationem canonicam, qvia conjunctio sangvinis in stipite, tanqvam in fonte cognationis qværenda, cùm in stipite demum utraqve persona concurrat. Qvam rationem tamen improbat Stryck. *in annot. ad Inftit. de nupt.*

CAP. XV.

Grammatica, Philologia.

vid. inf. Græca.

Studiosos Juris eos, qvi nefas esse putant alios libros, qvàm juris, attingere, ab aliis elegantioris sermonis amantibus tam facile internoscas, qvàm hircosos & nitidos ab unguentatis & nitidis. Budæus *annot. in Pandect. ad l. Sed adeft. Locati. p. 668.* Hinc bene Athalaricus Gothorum Rex ad Senatum urbis Romæ apud Cassiod. *lib. 9. varior. c. 21.* Prima Grammaticorum schola est fundamentum pulcherrimum &c. & prudenter Alber. Gentilis *lect. Virgil. cap. 19.* Grammatica non dedecet viros summos. Non ejus puduit summum Imperatorem Cæsarem; summum Medicum Galenum; summum Theologum Augustinum; summum Jurisconsultum Labeonem; summum doctum Varronem; qvi etiam privatos tractatus isthic scripserunt. Commune autem hoc excellentissimorum virorum fatum fuit, ut Grammatici per contemptum vocarentur; qvod & Erasmo, & Lipsio, & Drusio, & Scaligero accidit. Sixtinus Amama *in præfat. librorum Drusii de sectis Judæorum.* Vid. Cujac.

Cujac. 1, *observ. 27. & 10. O. 2.* & P. Fab. *2. semestr. 2.* Hanc tamen non nimis rigidè exigendam aut subtilem ejus scientiam in viro practico reqviri, patet ex Alciato *lib. 9. par. c. 24.* qvando, cum in qvæstione facti respondissem, inquit, erectione furcarum censeri qvandam regulam qvæstionis & meri Imperii qvasi possessionem retinuisse, venditoque fundo, id jus distractum non videri: Ecce mihi nova cum adversario controversia; negabat ille, Furcam, apud Ciceronem veteresqve autores, usqvam reperiri eo sensu: *Dixi*, idem mihi contingere, qvod Cassio Severo clarissimo olim Oratori, cum M. Pomponius Marcellus, sermonis Latini exactor molestissimus, solœcismum à cliente factum exprobrare adeò perseveravit, ut necesse habuerit dilutionem petere, ut Grammaticum adhibere posset: Qvoniam putaverit cum adversario de jure, sed non de solœcismo sibi controversiam fore; ut est apud Tiraqvell. ubi hoc ipsum etiam ad Dialecticam trahit. Unde Jurisconsultorum nomini non multum officere, qvod alias artes non percalluerint, probat Duaren. *in l. 5. de pact. p. 50.* adde omninò Johannem Ferrarium *lib. 1. de præexercit. judic. cap. 10. pag. 57.*

CAP. XVI.

Gratificatio, Gratia, Beneficium.

Axioma I.

Nullus unqvam casus in jure reperiri poterit, nec excogitari debet, qvi contineat qvæstionem pro amico, & in qva gratificationi locus sit. *l. eum qvem temerè 79. §. 1. de judic. Thesaur. decis. 89.* Berlich. *2. conclus. 22. n. 70.* Et sanè in justitiæ administratione nihil interest. An pecuniâ aliqvid, an nimiâ gratiâ fiat, *l. 4. Si qvis omiss. caus. testam. Novell. 2. cap. 1. & Novell. 22. cap. 25. l. 6. §. 2. & ibi.* Cujac. *in Paul. de reb. auth. jud. possid.* Et vix potest esse sine dolo. Anton. Faber *in rat. decid. ad l. tutores 61. de condict. indeb.* Maximè si accedat lucri captatio, qvæ suspicione non caret. Menoch. *5. præsumpt. 20. n. 48.* An & qvando illi locus sit, in solutum crediti vel non, vide Hartm. Pistor. *3. qvæst. 20.* An in judiciis, v. Anton. *de rescript. morat. c. 63. n. 305. lit. i. k. l. m. 6.*

II.

Pleriqve gratificari aliis cupiunt, sine suo tamen onere. *l. 4. in fin. ad SC. Trebell.*

III.

Gratia semel recusata non potest amplius acceptari. Baldus *in l. fin. 10. opp. C. de condit. insert. col. ult.*

IV.

Gratia in dubio intelligitur, sine præjudicio tertii. *cap. quamvis 8. de rescript. in 6.* Secus, si ex justitia. Baldus *in l. fin. C. de sent. pass.* Idem si concedatur à jure, sine ministerio hominis. Johannes de Imola & Dd. *in cap. 1. de Præscript.*

V.

Gratia, quæ solita est concedi, si non concedatur, injuria est. *arg. l. 1. §. pen. ff. de aqu. qvotid. Matth. de Afflict. in constitut. Neapolit. lib. 1. rub. 97. qvæ est depœna contum. n. 22.* & ex eo Gabrielius *lib. 3. commun. concl. tit. de jur. Emphyt. conclus. 8. n. 2.* Adde eundem Afflict. *in decis. Neapolit. 238.* & Bartol. *in d. l. 1. §. pen. de aqu. pluv.*

VI.

Qvod ob gratiam alicui conceditur, non est in ejus dispendium retorqvendum. *l. 6. C. de LL. l. 5. C. de secund. nupt.*

VII.

Gratia solvitur morte. *cap. si gratiosè 5. de Rescript. in 6.* Gozzad. *cons. 22. n. 8.* procedit hoc re integra, etiam ante litem contestatam. *l. si defunctus 25. de Procur. cap. relatum 19. de offic. & potest. jud. delegat.* Alex. *cons. 128. vol. 6.* Si tamen Gratia suum effectum jam assecuta est, non expirat per obitum concedentis. *cap. si super. de offic. deleg. in C.* Alvarot. *ad cap. un. qvi success. teneantur, n. 3.* sed successorem obligat, Roland à Vall. *cons. 3. n. 30. vol. 1. & cons. 45. n. 13. vol. 3. per cap. 1. verb. prædecessores.* ubi Canonistæ *extr. de probat.*

VIII.

Gratia non præsumitur, nisi in gratiosè concedere solitis. *arg. cap. bonæ memoriæ.* ubi Canonist. *de postul. prælat.* Joh. Meusehner. *tom. 1. lib. decis. 42. num. 4. p. 162.* Harpr. *in Com. ad Inst. tit. de rer. divis. §. feræ. n. 250.*

CAP. XVII.

Gratus. *vid. infr.* Ingratus, Meritum.

Ex præsumptione naturæ qvilibet gratus præsumitur. Alberic. *in l. sed si. 5. consuluit. de petit. hered.* & Pacian. *lib. 1. de probat. cap. 53. n. 10. & lib. 2. cap. 40. n. 85. idem cons. 112.* Corn. *cons. 120. n. 7.*

CAP. XVIII.

Gravare, Gravamen.

Axioma I.

Gravaminis timor idem operatur, qvod ipsum gravamen. *cap. dilecti. 1.* ibi: *timentes à judicibus aggravari. de dilat.* Anton. Corset. *in singul. verb. metus.*

II.

GRAVARE non possum, qvem non honoro. *l. ab eo 9. C. de fideicommiss. l. si adrogator 22. ff. de adoptionibus. l. unum ex familia 67. §. 1. ff. de legat. 2. l. 1. §. sciendum 6. ff. de legat. 3.* Tiraqvell. *de privileg. piæ causæ, privil. 37.* Donell. *comment. Juris Civil. lib. 8. cap. 7.* Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 2. n. 33.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 1. n. 8. & lib. 2. cap. 4. n. 15. cum seqq.* Peregrin. *de fideicomm. art. 33. num 33. & cons. 63. lib. 4.* Menoch.

noch. *conſ. 707. num. 1.* Surdus *de aliment. tit. 8. privileg. 14. num. 1. & conſil. 236. n. 16.* Cardin. Pereira *qvæſt. forenſ. conſ. 31. n. 3.* Benedict. Pinell. *ſelectar. Juris interpr. lib. 1. cap. 1. num. 13.* Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 666. num. 18. & tom. 5. cap. 917. num. 21.* Mangil. *de imput. qvæſt. 16. num. 2.* [E contra gravari poteſt is, qvi honoratus eſt. Hæc regula colligitur *ex l. filiusfam. 114. §. apud Marcellum 3. de Legat. 1.*

Declaratur tamen, ut non procedat ultra, quàm qvis honoratus eſt. *d. §. 3.* Pone exemplum in eo, qvi capellam conſtituere juſſus eſt: nam non tenetur plus erogare in eam rem, qvam ei relictum eſt. Paul. de Caſtat. *in l. bujusmodi 84. de Leg. 1.*

Ampliatur regula, ut non poſſit in plus gravari, per modum conditionis implendæ, ſi conditio veniat adimplenda per honorem & commodum ex teſtamento qvæſitum. Saly. F. Rip. *l. ex facto. in fin. pr. ff. ad SC. Trebell.*

Limitatur in eo, qvi aliqvod commodum conſecutus eſt, qvod pecuniarium non ſit: nam conſtat, eum gravari non poſſe. *l. planè 2. fin. §. ff. de legat. 1.* Sublimitatur, ſi conditionaliter qvid relictum ſit. *l. ſi qvis teſtamento. ff. de condit. inſtit.*

Limitatur etiam in ſubſtituto exheredati. textus eſt *in l. fin. in princip. ff. de Legat. 3.*]

III.

GRAVARI nemo debet alterius odio, *l. ſi qvis ſuo 33. in fin. C. de inoffic. teſtam. l. non debet alteri 74. ff. de Regulis Juris. cap. non debet 22. eod. tit. lib. 6.* Rebuff. *ad l. Urbis appellatio 2. verſ. in qvantum. propè fin. ff. de verb. ſignif. pag. mihi 19.* Surdus *deciſ. 102. num. 1.* Farinac. *in praxi part. 4. conſ. 40. n. 45.* Iniqvum enim eſt, alium alterius odio prægravari, *d. l. ſi qvis ſuo 33. §. legis 1. cap. ſi compromiſſarius 37. §. porrò, de elect. lib. 6. Palat. in repet. cap. per veſtras. de donat. inter virum & uxorem. §. 8. n. 6. cum ſeqq.* Tiraqvell. *de jur. mariti. gloſſ. 8. n. 141.* Rebuff. *in tract. de except. n. 138.* Farin. *dict. part. 4. conſ. 65. n. 98.* Nam pro alieno commodo non debet qvis jacturam ſentire, *l. ſi qvando 19. C. de teſtib.* Surdus *de aliment. tit. 7. qvæſt. 37. n. 55.*

IV.

GRAVARI nemo debet alterius facto. Vide ſupra *lib. 6. cap. 3. Axiom. 23.*

V.

GRAVATUS in uno, in alio debet relevari. *l. eum qvi 30. de jurejur. l. jure ſuccurſum 6. ff. de jure dotium. l. ſecundum naturam 10. ff. de Regulis Juris.* Simon Piſtoris 1. *conſ. 20. n. 10.* Thomas de Thomaſſet. *in floribus Legum, reg. 134.* ubi ait, qvod fallit, ſi unum veniat in conſeqventiam alterius, Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. part. 2. cap. 15. n. 57.* Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 612. n. 18.* Johan. Maria. Novar. *qvæſt. forenſ. lib. 1. q. 31. num. 9. & qvæſt. 86. n. 4.*

CAP. XIX.

Græca, Græci textus.

Axioma I.

Græca ſunt, ergò legi non poſſunt. *gl. in §. 2. Inſt. de Emt. vend. l. 52. §. ſi qvis aſinum. 20. ibi: Et eſt hic Græcum de furtis.* Ideò *§. 1. l. 15. ad Legem Cornel. de Sicar.* planè à veteribus eſt omiſſus, à Gothofredo reſtitutus. Hic ſeqvitur Græcum, qvod intelligi non poteſt, inqvit gloſſa *in l. 19. §. 2. verb. à viatore. de judic.* Imò ſine textu Græco multas controverſias expedire non poſſumus: illuſtre exemplum vid. in C. A. *ad Leg. Jul. repetund. theſ. ult. l. 7. §. 1. de Edend.* Ita variè hariolatur gloſſa in reddenda phraſi Græca. *l. 29. §. 1. qui teſtam. fac.* Gloſſa tamen bene græciſſat. *l. 1. §. 3. verb. diceterii Naut. caup. ſtabul.* interpretatur Græca. *l. 6. §. 1. verb. theatra. de Rerum Diviſ.* laudatqve Græcos interpretes, Gloſſ. *in l. 6. §. ultim. de Relig. in voce Cenotaphium.*

II.

Græci textus an ſint authentici? *v. c.* lib. Modeſtin. *tot. tit. de Excuſ. tutor. l. 48. de judic.* An præferenda ſit ibidem Latina verſio? vide Cujacium *ad l. 1. de Legib. ad lib. definit. Papin. 1. Obſ. 10.* Ad Græcum exemplar provocat Pontifex *in cap. Etſi Chriſtus. 26. de jurejur.* Cujacio tamen contradicit Forner. *2. ſelect. 18. in fin.* ubi de Græcorum auctoritate ſic ſcribit: Haud ſcio ſatis ſani ſimus in dijudicandis Romanorum ſcriptis; ſi perpetuò in Græcorum ſcriptis pendeamus, & qvidqvid κατὰφραγικῶς attulerint, ad digiti crepitum protinus amplectamur & probemus.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

LIBER

LIBER OCTAVUS.

CAP. I.
Habere.

HAbere non tam is dicitur, qvi rem simpliciter tenet, qvàm is, qvi rei dominus est. *l. stipulatio ista 38. §. habere 9. ff. de V. O.* Regner. Sixtin. 3. *Cons. Marp. 7. num. 3.*

CAP. II.
De Habilitate.

Axioma I.

Actus non potest celebrari, nisi personæ sint habiles. Wesemb. *parat. de auct. tut. num. 5.* qvare rectè monet Ictus *in l. 14. de Jure Codicill. non ante Juris ratio qvam persona qværenda est*, habilitas tamen personæ in dubio præsumitur, *cap. fin.* ubi glossa & Dd. *extr. de præsumpt.* vide plura in Tom. Reg. Jur. *1. lit. H. pag. m. 558.*

II.

Verba generalia referuntur ad habilitatem personæ. De hac regula vide Tom. Reg. Jur. *d. loc.*

III.

Habiles termini in omni oratione subaudiendi sunt. Gloss. ad verbum habent *in l. 30. de adopt.* ratio, qvia talia sunt subjecta, qvalia permittuntur esse à prædicatis.

CAP. III.
Habitus.

Axioma I.

HABITUS non facit Monachum, sed sola professio Regularis, *cap. porrectum 13. de Regularib.* ubi glossa *verb. non faciat. cap. consuluit. 4. Qui clerici, vel voventes.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 4 lit. H. conclus. 12. n. 1.* Campan. *in diversor. Jur. Canon. rubr. 12. num. 5.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali. §. 15. n. 10.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi novitiorum, disp. 11. dub. 20. sub. n. 1.* Gail. *de Arrest. cap. 10. num. 11.*

II.

HABITUS facit præsumptionem, ita ut in dubio judicetur talis, qualem habitus, qvem defert, demonstrat, *l. item apud 15. §. si quis 15. ff. de injur.* Feder. de Sen. *cons. 13. n. 3. vers. si talis namque.* Bald. *in l. non ignorat. C. de his qvi accus. gl. in l. si ignorans. in verb. contemnit. ff. pro soc.* Gail. *1. O. 21. n. 8.* qvia qvalis actus apparet in sui figura, talis præsumitur in sua essentia, Hieron. Tort. *in suo consil.* post consilia Antonii de Butr. *num. 20. vers. & ideo multum ad propositum.* Castrens. *cons. 261. Visis & consideratis. in princ. lib. 2.* & contractus talis præsumitur, qvalis in prima sui figura apparet, Decianus *cons. 59. in fin. lib. 1.* refert Cardin. Tusch. *d. lit. H. conclus. 12. n. 2. cum seqq.* [Hinc Johan. Cirier. *de primogenit. 2. qvæst. num. 21.* ait: chlamydem demonstrare militem, purpuram Regem, togam advocatum, cucullum monachum Et viduam ex habitu cognosci respondit Alex. *cons. 151. col. pen. vol. 2.* Siqvidem qvilibet secundum ordinem & dignitatem vestitus esse debet, *l. sed si qvod 14. §. mancipiorum 1. de usufr.* & in specie qvod ex vestitu & habitu aliqua arguatur uxor. Affirmant Alexand. *cons. 151. col. pen.* Cephal. *cons. 435. n. 65.* & Dd. *in c. illud. de præsumpt.* Vult. *3. cons. Marp. 34. n. 48.*]

CAP. IV.
De Hæreticis.

Axioma I.

Non omnes hæretici eâdem austeritate plectendi sunt. *l. 65. Cod. Theodos. de hæret.* nam moderatè & qvietè viventes asperius tractandi non sunt, textus notabilis *in Novell. 129. cap. 1.*

II.

Hæretici sunt expellendi è civitate, ne inficiant alios, *L. nullus 2. C. de summ. Trinit.* & Hæreticus docens hæresin morte dignus est, *Gloss. in Cap. pen. X. de hæret.* audire autem conciones eorum non est hæreticum, nisi adsit frequentia. vid. *Menoch. Lib. 2. cent. 4. c. 373.*

III.

Hæretici sunt, qvi qvatuor illa concilia, Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, & Chalcedonense non amplectuntur. *l. 8. C. de hæret. Novell. 115. cap. 3. §. 14.* Matth. Wesenb. *in parat. C. de hæret. num. 1.* Hinc qvoad effectus juris nec Lutherani, nec Pontificii pro hæreticis habendi. Carpzov. *p. 3. c. 1. c. 14. definit. 10. num. 10.*

CAP. V.
De Hærede *vid.* testator.
item: transmissio ad heredes.

Axio-

Axioma I.

Hæres non potest aut debet contravenire facto defuncti. *l. 1. cùm ibi not.* vid. infr. ax. *14. de diverf. & tempor. præscr.* Socin. jun. *conf. 107. n. 57. vol. 3.* Mandell. *conf. 73. num. 3.* Cephal. *conf. 392. num. 35. vol. 3.* vel factum ejusdem impugnare, *l. cum matre 14. C. de rei vind. l. si ab eo 7. C. de neg. gest. l. 24. C. de donat. l. filius familias 114 §. cum pater 15. ff. de legat. 1. l. unum ex familia 67. §. sed si uno 3. ff. de legat. 2. l. successores 10. C. de solut. l. si uxor 7. C. de bon. aut jud. possid.* Roman. *conf. 140. in fin.* Ruin. *conf. 1. n. 13. & conf. 7. num. 39. volum. 1.* Carpzov. *part. 2. const. 48. defin. 3. n. 2.* Mantua. *conf. 71. n. 14. vol. 2.* Decian. *conf. 31. num. 157. vol. 1. & conf. 56. n. 23. vol. 2. & conf. 55. n. 87. vol. 3.* quin potius qvod à defuncto est gestum & factum hæredem omnimodò teneri ratum habere docent Tiraqvell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num. 48.* Afflict. *decis. Neapolit. 285. num. 11. vol. 2.* etiamsi propriâ suâ personâ proprioqve jure niteretur, juxta textum *in d. l. si ab eo 7. C. de negot. gest. l. venditorûs 3. C. de reb. alien. non alien. l. 1. ff. de Except. rei vend. & in l. Seia 73. ff. de evict. l. filium 31. ff. de liberal. caus.* Bursat. *conf. 138. num. 38. volum. 2.* nisi ageretur de bonis quæ filius non haberet à patre; sed à majoribus, Knipschild. *de fideicommiss famil. cap. 11. n. 405. & seqq.* unde ad omne id, ad quod defunctus tenebatur heredem ex illo contractu teneri dixit Hieronym. Magon. *decis. Luc. 85. in princ.* Sic heres institutus, si ex testamento hæreditatem adierit, tenetur alteri parti, cui facta est conventio, & stipulatio ad observantiam dictæ conventionis vel stipulationis. Mynsing. *lib. 1. conf. 4. num. 83. decad. 14. cent. 2.* Idemqve voluit Franciscus Vivius *decis. Neapol. 118. num. 5.* dicens: Heredem absqve ullo scrupulo teneri observare promissa & conventa per defunctum, qvod Dan. Moller. *in Comment. suo ad constit. Saxon. p. 2. constit. 15. num. 96.* eousque extendit, tametsi heres præter legitimam nihil acqvirat; qvod eò magis procedit, si juramento instrumentum per defunctum sit firmatum, cum illud habeat duo vincula, unum qvod obligat animam jurantis, & illud cum sit personale, personam jurantis non egredietur, & aliud civile, qvod ligat heredes & successores, ut contra factum defuncti juratum venire non possint. Angel. *in l. qui superstitis in fin. ff. de acquir. hered.* qvem seqvuntur Romanus, Aretinus, Imola *ibid.* idem Imol. *in cap. cum contingat. n. 16. de jurejur.* Francisc. Monald. *conf. 38. num. 16. vol. 1.* Atqve inde est, ut juramentum qvoad firmitatem contractus transire dicatur in heredes, Covarruv. *in cap. quamvis. de pact.* Seraphin. de Seraph. *in tract. de privil. juram. priv. 52. n. 9.* Anton. Gabr. *in suis conclus. tit. de jurejurand. conclus. 6.* Franciscus Bursatus *conf. 339. num. 7. vol. 3.* & proinde ad juramenti istius observationem adstringantur per tradita ab Anton. de Butr. *in d. cap. cum contingat. col. 5. in princ. & ibidem* Panorm. *num. 8.* Afflict. *decis. Neapol. 381. in fin.* Hieron. Gabr. *conf. 127. num. 22. vol. 1.* Alexand. Raudens. *conf. 9. num. 17. vol. 1.* qvo facit, qvod dicitur, heredem teneri exonerare conscientiam defuncti. *cap. fin. de sepult. cap. in literis 8. de raptor.* Alexand. *in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. dom.* Capyc. *decis. Neapol. 4. num. 13.* Carpzov. *p. 3. const. 14. defin. 17. num. 3.* Ruin. *conf. 20. num. 2. vol. 4.* Menochius *conf. 24. num. 22. vol. 1.* Decius *conf. 272. n. 6.* ratio esse potest, tum qvia ex qua persona qvis lucrum sentit, ejus etiam factum improbare non debet. *l. ex qva persona 149. & in l. secundum naturam 10. ff. de Reg. Jur. cap. qvi sentit. eod. in 6.* Marius Anton. de Amat. *decis. March. 169. num. 21.* tum etiam qvod heres hereditatem adeundo dicatur qvasi contrahere, atqve eo ipso sese ad implendum omnia obligare, ad quæ defunctus tenebatur. §. *heres quoque 5. Instit. de obligat. quæ ex qvasi contr. l. apud Julianum 3. in fin. ff. quib. ex caus. in poss. l. si quis 5. §. heres 2. ff. de O. & A.* Jas. *conf. 63. n. 16. vol. 3.* Paris. *conf. 16. n. 38. vol. 2.* Menoch. *conf. 115. n. 59. vol. 2.* Id verò imprimis verum est in filio, cui pro impietate imputatur, si cum Perseo dicat, nihil ad se pertinere factum patris. Livius *Decad. 5. lib. 2.*

Limita, nisi defuncti factum esset contra legem, atqve sic invalidum, non obstante regula *in d. l. cum à matre.* per ea qvæ adducit Menoch. *conf. 89. n. 6. 7. 8. 9. & 10.* qvem allegat Joh. Gœdd. *1. Conf. Marp. 27. num. 127.* Unde quando alienatio à defuncto facta per se nulla est, etiam heredi contra factum defuncti venire licebit. *l. quemadmodum 7. Cod. de agric. & censit.* Bald. *in d. l. cum à matre.* qvem seqvuntur Socin. *lib. 4. conf. 29. n. 47.* Cravett. *conf. 200. n. 5. 6. 8.* Pinell. *in l. 1. part. 3. n. 83. vers. limitatur decimo. C. de bon. matern.* Hartm. Pistor. 1. *obsrv. 190. num. 10.* Carpzov. *part. 2. constit. 14. defin. 70. n. 10.* Latè Knipschild. *de fideicommiss. famil. cap. 11. n. 394.*

II.

Quoties in rei non suâ naturâ ad heredem transeunte mentio fit heredum, toties id de primo herede tantùm intelligitur. *arg. l. antiqvitas C. de usufr.* qvia hoc est contra naturam rei. Neqve tamen nimis hoc extendendum nec nimis restringendum est, ne inde oriatur absurditas.

Exemplum est in usufructu Titio & heredibus suis relicto, *Franzk. ad ff. qvib. mod. usufr. vel usus amittitur n. 11.*

III.

Quoties in re sui naturâ transmissibili heredum mentio fit, toties omnes intelliguntur.

Ratio: qvia sic nihil repugnat, qvare non heredum mentio ad ulteriores porrigatur, cùm voluntas ejus, qvi heredum meminit, congruat cum lege, qvæ heredum appellatione etiam heredis heredes complectitur *l. 25. ff. de V. S.* Exemplum est in annuis legatis, qvæ heredibus legatarii etiam sunt relicta *l. 22. C. de Legat.*

IV.

Quoties heres ex facto defuncti convenitur, toties tantum tenetur pro ratâ. nam qui solus non est heres, non tenebitur solus factum defuncti præstare; ita ergò ob debitum defuncti heredes tantùm pro ratâ tenentur, idem est in cæteris actionibus personalibus.

Limi-

Limita: modò factum sit dividuum; nam si individuum fuerit, seqvens notandum axioma:

V.

Qvoties negotium est sui naturâ individuum, toties ex promissione testatoris qvisqve heredum tenetur in solidum, qvia frustra excipitur de dividendâ obligatione qvæ dividi nequit. Exemplum est in servitute legatâ. aliud habetur in *l. 11. §. 23. ff. de Legat. 3.*

Limit. ut tamen heres, qvi solvit aut præstitit rem individuam, regressum habeat contra reliqvos.

VI.

Qvoties negotium ad heredes non est transitorium, toties tamen incumbit heredi negotii cœpti continuatio *l. 40. ff. pro socio.*

Ratio: qvia sic res non amplius est integra; uti ergò aliàs præstare factum defuncti, ita & qvod ille incepit, perficere heres tenetur.

Exemplum est in Tutelâ, *l. 1. ff. de fidejuss. Tut.* in negotiorum gestione *l. 21. § 2. ff. de negot. gest.* in mandato &c.

Limita: Modò negotium tale sit, ad qvod exeqvendum heres sit idoneus *d. l. 1. ff. de Fidejuss. Tut.*

VII.

Hæres una eademqve persona cum defuncto putatur *Novell. 48. cap. 1.* Decius *cons. 281. num. 5.* Bursat. *cons. 412. num. 18. lib. 4.* Cephal. *cons. 100. num. 5. lib. 1.* Vult. *lib. 1. cons. Marp. 18. num. 10. & lib. 3. cons. 21. num. 24.* Pac. *l. cum à matre 14. Cod. de rei vindic l. venditrici 3. Cod. de reb. alien. non alienand.* Gilhaus. *in virid. cap. 6.* maximè in jure jam nato mortis tempore. *l. pro hereditariis 2. C. de act. hered.* Roland à Valle *cons. 50. n. 8. volum. 2. & cons. 6. num 15. vol. 3.* Hieron. Gabr. *cons. 106. n. 5.* Intellige 1. in his, quæ fecit defunctus in vita, secus autem in his, qvæ non fecit, ut est Glossa secundū Baldum *ibid. in l. si servus fugitivus. in vers. extitisset. de condict. fugitiv.* Alex. *in l. in executione. §. ex parte. de verbor. oblig.* & Dyn. *in cap. raptum col. pen. de Reg. Jur. in 6.* Intellige 2. pro ea parte, qvatenus est institutus, *gloss. fin. in l. 2. ff. de prætor. stipul.* qvem seqvitur Jason *in l. 1. col. 1. num. 5. ff. de acquir. hered. & in l. si qvis filium. §. 1. col. 1. n. 3. eod. tit. & in l. frater à fratre 38. l. 2. & l. 4. ff. de condict. indeb. l. cùm à matre.* ubi Bald. *C. de rei vind.* ratio esse potest, qvia apud eum res defuncti reperiuntur, in qvibus administrandis fingitur esse idem secus autem qvando ad illum nulla res defuncti proveniret, tunc enim cessaret illa repræsentatio, qvamvis facto suo adiret hereditatem. Vis igitur tota repræsentationis & identitatis defuncti & heredis ejus consistit in bonis, qvibus demptis tota fictionis colligatio solvitur. *argum. cap. quæ ipsis 5. 38. distinct. & cap. dicat. 9. in fin. 32. quæst. 4.* cum si re priveris neqve nomen habere merearis. *cap. Chorepiscopis 5. ubi glossa fin. 68. distinct.*

Declara procedere largo modo & impropriè, sicut loqvitur *dict. Auth. de jurejur. in princ. ibi, qvodammodo eadem persona &c.* qvod verbum denotare improprietatem concluditBartolus *in l. 4. §. Cato in 6. oppositi ff. de V. S.* Siqvidem propriè vera est alia persona defuncti, alia hæredis, ut dicit Jason *in l. si ita qvis promiserit. §. ea lege in 12. c. n. 47. de V. O.* adde & Dynon. *cap. ratum. fol. ult. de Reg. Jur. in 6.* Sicut alia est anima unius, & alia alterius, ut notabiliter declarat Socin. *cons. 60. incip. in præsenti. col. pen. vol. 1.* & ideò licet defunctus de calumnia juraverit, nihilominus ejus heres jurare tenetur, qvia in istis eadem persona nō reputatur, & ita in qvibuscunq; rebus facti, secus in his qvæ juris sunt, latè Mar. Socin. *in cap. fin. col. 10. de juram. calumn.* Phil. Franc. *in cap. 2. in fin. de confess. lib. 6.* idem esse & in qvolibet alio juramento defuncti, *ex cap. veritatis 14. de jurejur.* tradit Corn. *consil. 2. circa primam col. 3. volum. 3.* Natta *in repet. cap. qvamvis. col. 22. extr. de pact.* & ideò heres non succedit in officio defuncti, cujus industria est electa, ut dicit idem Corn. *cons. 244. circ. primum. col. penult. volum. 3.*

II. Declara hanc regulam locum habere, qvoties heres simpliciter adiit hereditatem: at si inventarium confecit, ab omni damno redditur immunis. Qvamvis enim Heres post aditam hereditatem videatur qvasi contraxisse, & omnia defuncti facta in se transtulisse; Inventarium tamen & personarum & factorum & jurium & actionum separationem conservat. *l. ult. §. 9. Cod. de jur. delib.* & fictionem illam contraria fictione perimit. Finckelthus. *disp. 6. de feud. thes 22.* Confer omnino Dn. Carpz. *p. 2. C. 48. d. 3. n. 3.* & Forster. *lib. 2. de succes. c. 2. n. 17.*

III. Fallit hæc regula in omnibus juribus & privilegiis personalibus, ubi scilicet defuncto aliqvid ob specialem favorem personæ fuit concessum. vid. *l. 13. de dol. & ibid.* Ant. Fab. *in rationalib.* Plures ab hac regula exceptiones qvi desiderat, adire poterit Reig. *h. n. 109. p. 2072.* an verò mala fides defuncti ad heredem transeat, vid. *MALA FIDES.*

VIII.

Heres non est, qui coactus hereditatem adit. *§. penult. Instit. per quas personas cuique acquir. l. 6. §. ult. ff. de acquir. hered.* Philip, Matth. *ad l. 4. ff. de Reg. Jur. num. 3.*

IX.

Heres semel factus nunqvam potest desinere esse heres, *l. ait prætor. 7. §. sed qvod Papinianus 10. ff. de minor.* ne qvidem per restitutionem in integrum prætoriam, Modest. Pistor. *cons. 46 n. 22. vol. 1.* ratio, qvia res factæ infectæ fieri nequeunt. *l. in bello 12. §. facti 2. ff. de captiv. & postlimin. Novell. 97. de æqval. dot. §. 1. vers. quæ igitur.* Joh. Gœdd. *lib 1. consil. Marpurgens. 28. n. 300.* adeò ut nec conventio, qua hoc ageretur, ut qui semel heres factꝰ est, post mortem suam heres esse desinat, nullius momenti dicatur, *l. qui solvendo 4. ff. de her. inst. d. l. ait prætor 7. §. sed qvod Papinianus 10. de minor.* Phil. Matth. *1. cons. Marp. 21. num. 12.*

X.

Heres heredis etiam per multas successiones primi defuncti heres est. *l. heredis 65. l. sciendum est 70. l. heredis 170. ff. de V. S. l. 194 de R. I.* Gœdd. *1. cons. Marpurg. 28. num. 32.* Heredis enim mei heres meus qvoqve heres esse censetur. *l. si heredum 10. C. de inoffic. testam. l. fin. C. de hered. instit. l. 6. §. fin. ff. de inoffic. testam.* Bartolus *in l. paterfam. ff. de hered. instit.* Cravett. *cons. 298. n. 9. lib. 2.* Cephal. *cons. 499. num. 13. lib. 4.* Vult. *1. cons. Marp. 18. n. 29.* qvamvis in testamento heres heredis non possit vi-

sit videri scriptus, cum oculis corporeis ibi non legatur. *l. 1. §. legi ff. de his quæ in testamento delentur.* Bartolus *in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de pupill. substit.* Cephal. *cons. 58. num. 33. vol. 1.* adeò ut etsi testator in substitutione (idem est & in institutione) heredis mentionem fecerit, non tamen intelligatur heredis heredem substituere voluisse, nedum substituisse. Cephal. *d. consil. num. 22.* Gœdd. *1. consil. Marpurg. 25. num. 52.*

XI.

Heredi sæpius plus permittitur, qvàm defuncto. *l. fin. Cod. de evictionibus.* Bald. *in d. l. cum à matre. vers. nunquid ergo filius. & ibi Castrens. num. 5.* Gœdd. *1. cons. Marp. 27. num. 125.*

XII.

Heres nemo scriptus aut nuncupatus ex solis conjecturis dicitur. *l. unic. si tabul. testam. extab.* Bologn. *ad l. Gallus. in princ. num. 125. & 131. de liber. & posthum.* Dauth. *de testam. ubi de hered. instit. n 331.* Gœdd. *1. cons. Marp. 25. n. 22.*

XIII.

Heredis institutio est basis & fundamentum totius testamenti. *§. ante heredis Instit. de legat.* imo caput & anima ipsius testamenti. Dauth. *de testam. n. 272. per l. quærebatur 19. §. utrum. 1. ff. de testam. milit.* Vasq. *de succes. creat. lib. 2. cap. 16. num. 21.* adeoque ejus forma substantialis. *l. quod per manus 10. l. ult. ff. de jur. codicill. l. pen. ff. de his quæ in testam. delentur. l. 1. in princ. ff. de hered. instit.* Carpzov. *part. 3. Constit. 4. defin. 12. num. 2.* ut per ejus perfectionem illud omninò sit qvod est. *arg. l. Julianus 9. §. si qvis rem. 3. in fin. ff. ad exhibend.* Baldus *in l. si nondum. Cod. de furt.* Decianus *resp. 86. n. 11. vol. 2.* Gœdd. 3. *cons. Marp. 27. n. 6. & 7.* Et sine hac heredis institutione nihil in testamentò scriptum valet. *l. 1. in fin. ff. de vulg. & pup. substit.* neque potest ullum testamentum valere, qvod heredem directò institutum non habet, *l. 3. vers. Calphurnius ff. quæ in testamento delentur,* & ut Justinianus ait, inutile est testamentum, in quo nemo heres instituitur. *§. imprimis igitur. Instit. de fideicomm. hered.* Unde Julianus Ictus & post eum Paulus ait, tabulas testamenti non intelligi, qvibus heres scriptus non est. *d. l. ult. ff. de jur. Codicill.* Henricus Bocer. *in Comment. ad tit. de instit. & exhered. liberor. n. 15. pag. 324.*

XIV.

Unicuiqve licitum est blanditiis & adulationibus inducere testatorem ad se instituendum, *l. fin. C. si qvis aliq. testar. prohib.* Pacian. *cons. 66. n. 41.* Ubi limitat, hoc non procedere in præjudicium filiorum & in præjudicium alterius testamenti jam facti, *per text. in l. non est enim 5. ff. de inoffic. testam.* Socinus jun. *cons. 183. Licet. n. 30. vers. nec etiam prædictis obstat. col. 2.* Angel. *in dict. l. fin. Cod. si quis aliq. & l. non est enim. de inoffic. testam.* Afflict. *decis. 69. Quædam domin. num. 6. colum. fin.* Jason. *in l. fin. Cod. si quis aliq. testar. prohib.* conf. Rubr. de *CAPTATIONE HEREDITATIS.*

XV.

Institutiones heredis sunt favorabiles, & benignâ juvantur interpretatione. *l. filio 22. l. si posthumus 14. l. si ita 13. l. cum qvidam 19. l. placet 4.* ubi Bart. *ff. de liber. & posthum. l. 1. §. si ex fundo 4. ff. de hered. instit. l. pen. §. sed cum veteres. & §. illo. C. de necess. serv. hered. instit.* Cons. Arg. *1. cons. 84. n. 172.* Hinc ejus interpretatio non solùm ex verbis, sed & ex conjecturis evidentibus seu concludentibus elicietur. Mandell. *cons. 31. num. 9. vol. 1.* Paul. Paris. *cons. 66. num. 12. vol. 3.* Corn. *cons. 101. num. 4. vol 3. cons. 5. num 35.* Dec. *cons. 242. in fin.* Cravett. *cons. 62. num. 6.* Non. *cons. 31. n. 13. cons. 32. n. 9.* Borell. *cons. 3. n. 22.* Gœdd. *1. cons. 25. n. 3.*

XVI.

Qvotiescunqve heredis persona incerta ullo modo certa reddi potest, toties valet institutio, qvia sic certum adest Testatoris judicium, & poterit res commodè exitum sortiri *l. 62. §. fin ff. de hered. instit.*

Exempl. ita sufficiens certitudo subest, qvando pia causa, v gr. pauperes, item Ecclesia vel Civitas instituitur heres. *l. 8. l. 12. C. de hered. instit. Mallius tract. de ultim. volunt. tit. 16. Conf. l. fin. C. de SS. Eccles.*

XVII.

Heredes necessariò instituendi vel certâ ex causâ exheredandi sunt ii, qvibus debetur legitima; cùm enim legitima debeatur ex dispositione legis, non erit testatori liberum de illâ arbitrium. vid. *LEGITIMA.*

XVIII.

Hereditas, cui certum tempus adjectum est, detractâ temporis mentione censetur purè relicta *l. 34. ff. de hered. instit.*

Ratio: qvia hereditas ad tempus non datur, cùm nemo pro parte testatus, pro parte intestatus decedere possit. *l. 7. ff. de R. J.* ergo causa testati trahit hic ad se causam intestati, ne utile per inutile vitietur. hinc si Cajum heredem instituerim, & post illũ Mevium, uterqve erit heres.

Limita: ut non procedat (1.) in milite *l. 19. §. ult. ff. de testam. milit.* (2.) si verba ad fideicommissum apta *l. 77. ff. de hered. instit.*

XIX.

Ad instituendum non potest qvis adstringi spe præmii. gloss. *in l. 71. ff. de hered. instit. in fin.* qvæ dicit, qvod institutio debeat fieri ex mera affectione, non ex cupiditate lucri vel alterius successionis. Consil. Argentin. *1. cons. 85. n. 20.*

XX.

Qvi in re sua à parentibus instituitur, pro instituto non est habendus, sed revera præteritus est. Gl. *in l. 3. §. sed utrum 4. ff. de minor.* Bald. *cons. 93. vol. 3.* Castr. *cons. 455. col. 1. circa fin. lib. 2.* Alex. *cons. 20. col. 3. lib. 3.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 19. n. 28.* Dec. *in l. posthum. col. 3. circ. med. C. de bonor. poss. contr. tab.* De institutione heredis in diem & sub conditione vid. *DIES* & *CONDITIO.*

XXI.

Heres succedit in omne jus qvod defunctus habuit. *l. heredem 59. l. hereditas 62. de Regulis Jur. l. 119. de verbor. signific.* Excipe omnia ea, qvæ facti sunt, & nominatim jus possessionis. *l. cum heres 23. de acquir. vel amitt. possess.*

XXII.

Heres tenetur præstare factum defuncti, & subsequi ejus voluntatem. *l. 14. C. de R. V. l. successores 10.*

res 10. C. de solut. l. 114. § cum pater 15. de legat. 1. Carpzov. *5. Resp. 73. n. 8.* Idque triplici ratione, (1.) quia eadem persona cum defuncto reputatur per dicta *supr. h. loc. Axiom. 2.* (2.) quia lucrum à defuncto capit. (3.) per reg. *l. venditrici 3. C. de reb. alien. non alienand.* Jacob. Mandel. *cons. 73. n. 3.* v. Wesembec. C. C. *de hered. act. n. 7.*

Declara hanc regulam 1. quod hactenus procedat, quatenus voluntatem & factum defuncti lex admittat, non item cum illi refragatur. Ant. Fab. *in c. de hered. act. def. 1.* Osasc. *decis. Pedem. 180. ubi plura vid.*

2 Limita, quod heres non teneatur implere voluntatem defuncti, sed possit contra ejus factum venire, quando heres jus suum non habet à defuncto, illudque testator ei jure relinquere tenebatur *per l. 2. cum ibi not. C. de inoffic. donat.* Jacob. Mandel. *d. cons. 73. n. 2.*

XXIII.

Quicquid scelere ab aliquo quæsitum est, id heredi ejus est extorquendum. *l. 5. pr. de calum.* ubi C. I. A. plurima jura adducit. *v. Inf. Lucrum. in f.*

XXIV.

Actiones quæ damnum pecuniarium persequuntur, & in heredem dantur. *l. 4. de calum. l. 5. § 5. de his qui effud. vel dejec.* ubi C. A. *th. 49. in fin.* add. *l. 35. de O. & A. t. t. C. de hered. act. conf. inf. pœnales.*

Amplia, quod hoc procedat in contractibus, etiamsi in eos delictum incidat, aut dolus interveniat. *l. ex depositi 12. de O. & A.*

Limita, fallere hanc regulam, quoties actio rei persecutoria ex delicto descendit, tum enim eatenus contra heredem actio datur, quatenus ad eum pervenit. *l. un. C. ex del. def. l. 26. de dol. mal.* Bach. *de act. disp. 5. th. 4.*

2. Limita, quod non procedat in contractibus stricti juris: ubi dolus incidens in contractum non vendicatur adversus heredes in solidum. *§. 1. l. de perpet. & temp. act. & ibid. Loc.* ratio, quia in contractibus stricti juris dolus incidens etiam non actione ex contractu, sed doli vindicatur, adeoque per se principaliter & directò delictum venit in actionem. vid. *l. 7. §. 3. de dol.*

3 Limita in omnibus actionibus irregularibus, quæ ejus naturæ sunt, ut contra heredem non transeant. Exempla vide apud Loc. *quæst. 66.* rationem *in l. 14. de legib.*

XXV.

Plerumque tam heredibus quam nobismet ipsis cavemus. *l. si pactum 9. in fin. de probat. junge. 2. f. 18.*

Exceptio est in compromissis, ubi nisi expressa heredis mentio facta sit, is comprehendi pacto non censetur. *l. 27 §. 1. de recept. arb.*

XXVI.

Interpretatio testamenti eò dirigenda est, ut testator heredem quam minus fieri potest gravasse videatur. *l. Titia 34. §. 5. l. unum ex familia 67. §. 8. de Legat. 2.* Menoch. *4. præsumt. 66. n. 4. vide infra* testamentum.

XXVII.

Heredis institutio non debet pendere ab alieno arbitrio. *l. 32.* ubi Gœdd. *de hered. Inst.* C. A. *d. l. th. 16. l. 52. in fin. de cond. & demonstr.*

Declara hanc regulam, quod procedat in iis, qui suo pollent arbitrio, secus in impuberibus. *pr. I. de pupill. subst.*

CAP. VI.

De Hereditate.

Axioma I.

Hereditas vicem personæ sustinet. *pr. de stip. serv. §. 2. de hered. inst. l. non minus 31. §. 1. ff. eod. tit. l. hereditas 61. ff. de acquir. dom. l. cum hereditas. 6. C. depos. l. 38. de R. I.* Intellige verum quoad personam defuncti, sed non ratione futuri heredis. Gail. *2. obs. 130. num. 10.*

Fallit tamen nonnunquam hæc regula; nam aliquando etiam personam heredis futuri repræsentat *l. 24. de novat.* Cujac. *in l. 4. de pub. jud. in Paul. lib. 37. ad Ed.* scilicet quoad finem & emolumentum acquisitionis. *d. l. 37. de novat.*

Secundò fallit, quod aliquando neutram personam sustinet, velut in iis quæ sunt facti. *l. 61. de A. R. D.* vid. Dn. Harprecht. *ad princ. l. de stipul. serv. num. 10. l. 68. de furt.*

Tertiò fallit in omni possessione *l. 80. §. ult. de furt.* sive ea consideretur ex animo sive ex corpore. Quidquid enim aliquid facit seu agit, corpus est, hereditas autem non est corpus, sed res incorporalis. Viceversa si possessio ex animo possidentis æstimatur, neque tameu in hereditatem cadit; cum hereditas sit Jus inanime. Cujacius *lib. 12. qq. Pap. in d. l. 80. §. ult.*

II.

Hereditas non pactionibus sed testamentis & legibus defertur. *l. pactum 15. C. de pact. l. ult. ff. de suis & legitimis.* Neque enim per contractum testamentum, neque in testamento contractus fieri potest *l. 5. C. de pact. convent.* cum à jure publico dependeat. Hartm. Pist. *part. 4. quæst. 2. num. 1.* Carpzov. *part. 3. const. 5. defin. 22 num. 6.* hodie tamen per pacta dotalia in vim testamenti confecta rectè transfertur hereditas. Vid. Wesemb. *in parat. de pact. dot. num. 4.* sic etiam filia jurato renunciare potest in pactis dotalibus hereditati futuræ, *cap. 2. de pact. in 6.*

III.

Quoties indigno relicta hereditas, toties illa aufertur à Fisco, quia indignus capere potest hereditatem, sed ob delictum non potest retinere, hinc Fisco delicti vindicta permittitur.

Tales indigni sunt (1.) qui testatorem occidit vel causa mortis ejus fuit, (2.) qui necem testatoris non vindicavit *l. 9. C. de his quib. ut indign.* quod tamen hodie non observatur. *arg. ord. Crim. art. 214. Carpz. Pr. Crim. P. I. Q. 34. n. 74.* (3.) si quis injuste suo nomine testamentum impugnaverit, (4.) si quis testamentum aliquem facere, aut conditum mutare prohibuerit *l. 1. pr. l. 2. si quis aliq. test. prohib.* (5.) si quis aliquem testari coëgerit. *l. 1. C. si quis aliq. testari prohib. vel coëg.*

IV.

Quoties heres est incapax, toties hereditatem retinēt ab intestato succedentes, quia quod incapaci relictum est, habetur pro non scripto *l. 4. &*

ult. ff. de his quæ pro non script. habent. quæcunque autem pro non scriptis habentur, illa manent penes hæredes ab intestato. Exemplum est in deportatis *l. 3. pr. ff. eod.*

V.

Quocunque modo acquiritur hereditas, eo modo etiam repudiatur, quia contrariorum eadem est ratio. Ita etiam solo animo repudiatur. *l. 95. ff. h. t.*

VI.

Quotiescunque nomina hereditaria inter cohæredes dividuntur, toties illa divisio nocet tantum cohæredibus, non Creditoribus. *l. 3. in fin. ff. Fam. ercisc.* quia creditoribus jam jus quæsitum est ex lege, vi cujus quemlibet heredem pro ratâ cóvenire possunt, cui juri factis aliorum non poterit præjudicari. Cohæredes verò favori suo renunciare possunt. Exemplum est in divisione cohæredum inter se, sive à Judice factâ. *Conf. Brunnem. ad l. 2. ff. cod. n. 7. & seqq.*

VII.

Hæreditas non adita non transmittitur. *l. 1. §. & in novissimo. C. de Cad. toll. l. unic. C. de his qui ante apert. tabb. testam. l. quoniam 7. Cod. de jure delib.* ratio, quia hereditas competens heredi, ex testamento vel ab intestato ante actionem non est in bonis nostris. *l. pretia 63. ff. ad Leg. Falcid.* & *ibid.* Alexand. *num. 3.* Bart. *in l. is potest. num. 14. ff. de acquir. hered.* cum illud, quod non est nostrum, impossibile sit ad aliquem transmittere. Gail. *2. de P. P. cap. 19. n. 15.* Intellige verum esse de transversalibus & extraneis, qui hereditatem non aditam ad descendentes transmittere nequeunt: secus verò esse in liberis, qui soli hereditatem etiam non aditam ad descendentes suos transmittunt. *d. l. 1. §. in novissimo 5.* ibi *exceptis videlicet liberorum personis. C. de caduc. toll.* idque ex præsumpto parentum voto, quo bona sua ad omnes posteros transire voluerint. *d. l. 1. C. de his qui ant. apert. tabul. l. 1. C. de condit. insert.* Corn. *cons. 230. num. 6. circa fin. vers. nec refragatur.* Tiberius Decianus *resp. 1. num. 119. & respons. 46. n. 148. volum. 2.* Phil. Matth. *1. conf. Marp. 21. n. 57.* Quid in Ascendentibus? v. Richter. *1. decis. Jenens. 68. per tot.*

VIII.

Hereditas augmentum & diminutionem recipit. *l. pecuniæ 178. §. hereditas ff. de verb. signif. l. item veniunt 20. §. non solum 10. ff. de pet. hered.* Paris. *cons. 26. n. 78. lib. 3.* Ruin. *cons. 107. n. 16. & cons. 135. n. 14. lib. 1. & cons. 60. n. 24. lib. 3.* Vult. *1. conf. Marp. 17. n. 54.* ratio dari potest, quia universalium judiciorum hoc dicatur proprium, quod tam augmenti quàm diminutionis ratio in eis habeatur. Bartol. & Salicet. *in l. si post motam. C. de pet. hered.* Ang. Aretin. *in §. actionum autem. vers. ac etiam.* & *ibi* Jason. *n. 235. & seq. Instit. de act.* Achill. Personal. *in tract. de perit. hered. n. 695.* Joh. Cop. *tract. de fruct. lib. 3. c. 3.* Regner. Sixtin. *2. conf. Marp. 14. n. 75.*

IX.

Hereditatem nemo ex testamento consequi potest, nisi qui in eo heres institutus est. Gylman. *in symphor. supplic. & vot. Camer. Tom. 1. part. 3. vot. 6. n. 49.* Tilem. de Benign. *in prodrom. decis. relat. Camer. syntagm. 3. decad. 2. vot. 10. num. 49.* Joh. Dauth. *de testam. ubi de hered. inst. num. 331. vers. atque hinc infertur.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 1. num. 5. & 6.* Gœdd. *1. conf. Marp. 25. num. 19.*

X.

Hereditatis capax quilibet esse præsumitur, nisi qui in specie exceptus docetur. Rolandus à Valle *cons. 67. num. 15. volum. 3.* Gœddeus *lib. 1. consil. 25. num. 73.*

XI.

Hereditatis aditio rerum hereditariarum communionem inducit. Dd. *in §. item si. instit. de obligat. quæ ex quasi contr. & in rubr. ff. & C. famil. herciscund.* Vult. *1. conf. Marp. 22. n. 35.* unde facit ut hereditas non amplius sit hereditas vel patrimonium defuncti, sed heredis. *§. 1. Instit. ex quib. caus. manumitt. non licet. §. 1. Instit. de inoffic. testam. gloss. in l. ejus qui in ff. si cert. pet.* & *ibi* Bart. *post pr. col. 2. vers. secundo oppono. l. 2. ff. de bonor. possess. l. cum heredes 23. ff. de acquir. possess.* Cephal. *cons. 429.* Phil. Matth. *1. consil. Marp. 21. num. 6.* Et hereditas adita amplius propriè non dicatur hereditas, sed patrimonium. Bart. in *l. Titius in princ. ff. ad SC. Trebell.* Cons. Argent. *lib. 1. conf. 76. num. 4.* Wesenbec. *ad §. 1. Instit. ex quib. caus. manumitt. non lic. §. 1. Inst. de hered. qualit. & differ. l. sed si plures 10. §. filio 2. ff. de vulg. & pupill. substit. l. fin. in fin. C. de inoff. Testam. Gloss. in l. ejus qui in provincia. ff. si cert. pet. & ibi* Bart. *post princ. col. 2. vers. secundo oppono. Text. in l. 2. ff. de bonor. possess. l. cum heredes 23. ff. de acquir. possess.* Cephal. *cons. 429.* Philip. Matth. *1. conf. Marpurg. 21. n. 6. Gloss. in l. heres. de acquir. hered.* Decius *cons. 318.* Menoch. *cons. 81. num. 24.* Paris. *2. cons. 10. & 75. num. 27.* C. A. *de acquir. hered. thes. 16.* Ratio est, quia hereditas jam juncta & confusa est cum bonis heredis. *l. sed si plures §. filio. de vulg. & pupill. substit.* Scip. Gentil. *de secund. nupt. cap. 3. pag. 16.*

XII.

Quicunq; actus non alio quàm heredis animo expediri potest, ille infert gestionem pro herede *l. 20. §. 4. in fin. ff. de acquir. vel amitt. hered.* quia non minus actibus quàm verbis voluntas alicujus declaratur.

Exempl. ita ergo ex rerum hereditariarum venditione, locatione, nominum exactione præsumitur pro herede gestio, non etiam ex detentione hereditatis. *Mev. P. 4. dec. 173.*

Limit. ut procedat, nisi ille, qui talem actum gessit, protestatus fuerit se hoc non agere nomine heredis, sed pietatis & utilitatis causâ *d. l. 20. §. 1. Mev. p. 1. dec. 71. & 72.*

XIII.

Ad quemcunque actum admitti potuisset negotiorum gestor, ex eo non præsumitur hereditatis aditio.

Ratio: quia hic actus alio quàm heredis animo expediri potuit, scil. animo negotium alterius gerendi.

Exemplum est in *l. 20. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. hered.*

XIV.

Quicunq; potest liberè velle, ille etiã potest hereditatem adire, quia ad hereditatis aditionẽ nihil amplius requiritur quàm voluntas *§. fin. Inst. h. t.*

h. t. adire ergò potest surdus & mutus *l. 5. ff. h. t.* sicut & prodigus *d. l. 5. in fin.* Non ita furiosus *l. 36. ff. eod.*

XV.

Quæcunque Jure hereditario non obveniunt, ab illis renuncians hereditati non excluditur, quia renunciatio est stricti juris. *L. 21. C. ad Sctum Vellej.* nec ad ignota & non cogitata extenditur *l. 8. ff. de petit. hered.* ita ergò nõ excluditur à bonis feudalibus, sicut nec à petitione Legati à patre in Testamento relicti. v. omninò *Struv. Jurisprud. Rom. Germ. Forens. L. 2. Tit. 34. §. 5. Stryck. Tractat. de Success. ab intest. Dissert. 8. cap. 10. per tot.*

XVI.

Quotiescunque renunciatur hereditati, toties semper subintelligitur conditio, si ea renuncianti vivo fuerit delata, quia juri non delato nemo renunciare potest. *vid. infr. Tit. de* RENUNCIATIONE.

XVII.

Hereditas codicillis nec dari nec adimi potest. *§. Codicillis. Instit. de Codicill. l. hereditatem 2. C. eod. l. Divi 6. in princip. & l. quod per manus 10. ff. de jur. Codicill.* ratio est, ne idem possint Codicilli quod testamentum. *d. §. Codicillus.* vel ut loquitur Papinianus *in d. l. 10.* ne per codicillos, qui ex testamento valerent, ipsum testamentum, quod vires per heredis institutionem accipit, confirmari videretur. Intellige verum, quando directò de hereditate in codicillis agitur & directo datur vel adimitur; per indirectum enim & fideicommissum, si nimirum quis hereditatem restituere rogatus sit, rectè in illis etiam hereditas relinqui dicitur. Regnerus Sixtinus *lib. 2. Consil. Marpurg. 19. num. 61.*

XVIII.

Hereditas & bona se habent ut continens, & contentum. Forster. *2. de succes. cap. 14. n. 13.* Regn. Sixtin. *2. cons. Marp. 14. num. 41.*

XIX.

Hereditas quamdiu jacet, possessio est nullius. *l. 1. §. Scævola 15. ff. si is qui testam. lib. esse juss.* Carpz. *p. 4. C. 37. defin. 6. n. 4.*

XX.

Hereditas illa repudiari nequit, quæ nec aditi potest. *l. 18. ff. de acquir. hered.* Unde qui sub conditione heres est institutus, pendente conditione hereditatem repudiare nequit, quia heres etsi pendente conditione velit hereditatem adire, ob incertum tamen conditionis eventum adire illam non potest *l. si qui heres 23. ff. de acq. hered.* Add. Phil. Matth. *ad l. 3. ff. de Reg. Jur.* & *ibid.* Hyppolit. à Coll.

XXI.

Hereditas nomen juris est. *l. pecuniæ 178. §. hereditas. 1. ff. de V. S.* etiam sine corpore intellectũ juris habet, *l. hereditas 50. de petit. hered.* hoc est, intelligitur ex juris disciplina hereditas existere, quantumvis nullum corpus seu nulla res corporalis, quæ sub sensum aspectumque cadit, in ea reperiatur. Wesemb. *in parat. ff. de petit. hered. num. 2.* Unde hereditatem non corpus significare, sed juris nomen esse monstrat. *l. 1. ff. de rer. divis.* Propterea & Justinianus eam inter res incorporales retulit, quantumvis maximè in ea sint corpora, §. 2. *Instit. de reb. corporalib. l. 1. §. quædam. ff. de rer. divis.* Gœdd. *ad d. l. pecunia. §. 1. de V. S.*

XXII.

Hereditatis aditio non tam facti quàm animi est. *l. 2. ff. de acquir. hered.* adeoque in nuda voluntate adeuntis consistit. *§. fin. Instit. de hered. qualit. & different. l. si avia 6. C. de jur. delib.* Consil. Arg. *1. cons. 104. num. 19.* Gail. *lib. 2. observat. 128. num. 9. & 29.* Phil. Matth. *ad l. Non vult 6. ff. de Regulis Juris. num. 1.*

XXIII.

Hereditatis partem qui adit, etiam alias partes adire videtur, *l. si solus 80. ff. de acq. hered. l. quidam elogio 20. C. de jur. delib.* qui vero partem repudiat, non videtur alias partes repudiare, Gloss. *in l. 2. ff. de acquir. her.* ratio, quia quod est aliquid positive, recipit augmentum, & potest prorogari; illud autem, quod nihil est, non potest augmentum vel diminutionem accipere, *l. adeò 7. § quod si. 5 ff. de acquir. dom. fac. cap. significantibus 38. cum ibi not. at. de offic. deleg.* Vasq. *2. contr. cap. 14. n. 5.* imò absurdum est partem respuere, partem verò agnoscere velle, sed aut omnia accipere oportet, aut omnia repudiare, *d. l. quidam elogio. l. 1. l. 2. l. 80. in princ. ff. de acquir. hered.* Arnis. *de Majest. lib. 1. cap. 7. n. 12.* Unde qui partem hereditatis petit, universitatem petere dicitur; quod enim juris obtinet in toto, idem & in qualibet ejus parte. *l. 76. ff. de rei vind.* & ut hereditas tota est universale corpus bonorũ, ita & quota hereditatis portio. *l. 26. §. fin. ff. de legat. 1.* Wesemb. *in parat. ff. de petit. hered. num. 5.*

XXIV.

Hereditatem non adire & nulliter adire sunt paria, Dd. *in l. 2. C. de succes. edict.* Pacian. *cons. 13. num. 21.*

XXV.

Hereditarius titulus est valde honorabilis. vid. *l. 5. §. 6. ff. de legat. præstand. contr. tabb. b. p. pet.* longèque antecedit titulum legati. *l. 29. si quis omiss. causs. testam.*

XXVI.

Hereditas non est dividua. vid. Hottom. *in Epil. Si pars hered. pet. n. 2. arg. l. 1. §. 2. ff. d. tit.* & latius *quæst. illustr. 2.*

Declara hanc regulam, quod procedat quoad divisionem physicam non intellectualem. Gœdd. *de contrah. stip. cap. 6.*

XXVII.

Hereditas, quæ heredem invenit, haud dubiè solvendo esse præsumitur. *l. libertus 36. de bon. libert.*

CAP. VII.
De Hermaphrodito.

Axioma I.

Quoties sexus est dubius, toties persona referenda ad eum qui prævalet, quia à potentiori solet fieri denominatio *l. 10. ff. de Statu hom. l. 15. §. 1. de testib. Carpz. P. 2. def. 16. n. 10.* Ita ergò si sexus masculus prævaleat, succedit Hermaphroditus in feudum. *Rittersh. de feud. l. 1. c. 6. q. 10.* & potest esse testis in testamento. *l. 16. §. 1. ff. de Test.*

II.

Quoties neuter sexus prævalet, sed de utroque quis æqualiter participat, toties ipse electionem habet. *Sanchez. de matrimonio lib. 7. D. 106. n. 6. Caranza Tract. de partu cap. 17. n. 68.* semel tamen electum non mutat. *Sanchez. d. l. Gutierez. de matrim. cap. 117. Zach. Lib. 3. Quæst. med. leg. tit. 1. q. ult. n. 1. & 2.* quo casu per juramentum constringi solet, ne altero sexu utatur, & cautè procedendum est, ne scandalis ansa detur. vid. *Stryck. Tract. de Jur. sens. Disp. 1. cap. 1. n. 62.* in dubio autem præsumitur masculus, quia omnis præsumtio fieri debet in partem validiorem, adeoque & ad negotia civilia admittendus erit.

CAP. IIX.
De Historia, Historicis.

Axioma I.

Historici qualem in jure fidem mereantur, vid. Gilken. *ad l. 15. Cod. de pact. num. 87.*

CAP. IX.
De Homicidio.

Axioma I.

Quoties de lethalitate vulneris non constat, toties homicida ordinariâ pœnâ non plectitur, quia sic non constat de corpore delicti, sine quo nemo condemnandus *l. 1. §. ult. de quæst.* Ita ergò ob neglectam inspectionem cadaveris sæpius pœna ordinaria fuit remissa, cùm sine illâ non possit constare, an ex vulnere illato, an alio symptomate mors sit secuta. vid. *Carpz. Pr. Crim. q. 26. n. 51. & 52.*

II.

Quoties de lethalitate vulneris constat, toties nulli dies Critici sunt attendendi, quia sic satis est, adesse corpus delicti, hoc cùm certum sit, non opus est conjecturis. arg. *l. continuus 137. §. 2. in fin. ff. de V. O.* quando igitur is, qui telo lethifero est vulneratus, in continenti decedit, pœna ordinaria obtinet, utut inspectio fuerit omissa argum. à contrario sensu desumto ex *Const. Crim. Art. 147. Stryck. de Jure sensuum diss. 1. c. 3. n. 23. seq.*

III.

Homicidium per lasciviam vel latâ culpâ commissum non punitur pœnâ ordinariâ, sed mitiori. *Hippol. de Marsil. in L. 7. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* v. g. si in colluctatione jocosâ cum ensibus nudis perpetretur. *Menoch. lib. 2. cas. 400. Besold. Thes. pract. verb.* Todtschlag. In hastiludiis verò im Turnier commissum est impunibile. *Gilhans. in arb. crim. c. 2. tit. 12. n. 45.*

CAP. X.
De Homine.

Axioma I.

Hominis gratiâ omne jus est constitutum. *l. 2. ff. de stat. hom.* quia hic solus ratione atque ita jure utitur. §. *1. Instit. si quadr. paup. feciss. dicatur.* Gœdd. *ad l. 1. de verb. sign. num. 29.* dicitur enim forma omnium rerum, ad cujus finem omnia sunt disposita. *§. final. Instit. de I. N. G. & C. §. in pecudum. Inst. de act.* Ludov. Gomez, *ad § supereſt. Inst. de act. n. 113.*

II.

Homo ex conjunctione animæ & corporis subsistit, ut explicat Innocent. *in c. quadam. v. sed adversus. de cel. miss. junct. cem. 1. §. porrò. de sum. Trin.* & ex Arist. D. Augustinus explicat, *Navar. in manu. præl. 1. n. 11.* Gom. *var. res. tom. 3. c. 3. n. 32.* imò nobilissima DEI creatura maximumque naturæ miraculum & inæstimabilis reputatur. *l. 3. §. quadr. paup. feciss. dic.* Harpr. *ad §. feræ. instit. de rer. divis. n. 310.* dignissima creaturarum. *l. justissimè. ff. de ædilit. edict.* Bœckel. *de publ. judic. in præloq.* vid. Besold. *in dissert. de jur. & rer. divis. cap. 5. n. 11. pag. 42. & in delib. jur. ex lib. 1. Pandect. l. ult. de rer. divis. n. 35. pag. 128.* Harprecht. *in Comment. ad Instit. §. sanctæ. de rer. divis. n. 23.* Siquidem ad imaginem Dei conditus est, unde nec damnatum propter crimen in fronte esse signandum jura volunt, ne facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis cœlestis est figurata, maculetur. *l. Si quis in metallum 17. Cod. de pœn.*

III.

Hominis nomen plenum est fragilitatis, & ejus index miseriæ, quamplurimum patitur inhumana natura mortalitas. Fulv. Pacian. *lib. 2. de probat. cap. 44. num. 102.* Sic nihil aliud esse hominem, attestatus est Aristoteles, quàm imbecillitatis exemplum, temporis spolium, inconstantiæ imaginem, invidiæ ac calamitatis trutinam, reliquum verò pituitam ac bilem. Et Simonides cùm Pausaniam in convivio admoneret, ut meminisset se esse hominem, sub eo nomine comprehendit omnium ærumnarum, omnium malorum appellationes, & omnium morborum genera, quæ nobis agminatim miserabilis naturæ nostræ conditio comparavit. Pac. *d. l. n. 104. ubi vid. plura.*

IV.

Quoties vocabulum hominis in jure absolutè ponitur, toties regulariter servus intelligitur.

Ratio: quia servus tantùm homo est, non persona, utpote quod est vocabulum juris civilis, juxta quod servi pro nullis habentur *l. 23. ff. de R. J.* Exempla sunt in *l. 22. ff. de compens. l. 66. §. 3. ff. de Legat. & L. 2. §. 1. C. de const. pecun.*

Limita: nisi materia, de quâ agitur, diversum quid suadeat. *Stryck. in præcogn. annot. ad Instit. c. 7. §. 1.*

V.

Homo hominis mei non est meus homo, Glossa *in l. Modestinus. de V. S. verbor. signific. & in l. de accessionib. de divers. & tempor. præscript.* Bartol. *in l. si quis à liberis §. pen. ff. de liber. agnosc.* Feudistæ *in c. 1. §. illud. de prohibit. feud. alien. per Frider.* Bald. *in l. 1. C. commun. de legat.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum. de const.* Dec. & Cagnol. *in l. consilii 47. §. socii ff. de Reg. Jur.* Wesenb. *1. cons. 43. n. 51.* Speculat. *lib. 4. tit. de feudo. §. 1. col. 12. in vers. 14. quæritur.* sicut nec libertus liberti mei meus est libertus. *l. si quis à libertis 5. §. si quis à libertis. 22. ff. de liber. agnosc. & l. alimenta 16. §. 1. ff. de alim. legat. fac. cap. legitur. dist. 81.*

Gail.

Gail. *de Arrest. cap. 7. num. 21.* Menoch. *remed. 10. recup. possess. num. 73.*

VI.

Homo centum annos vivere præsumitur. Matth. Coler. *ad cap. cum num. 7. extr. de præscript.* Frideric. Pruckm. *vol. 1. conf. 32. num. 116.* Mascardus *de probat. vol. 1. concl. 103. num. 4.* Petr. Wesenbec. *consil. 15. num. 47.* Cuman. *in l. ex facto. §. si quis autem n. 6. vers. ego opono. ff. ad Trebell. gloss. in l. 2. §. si dubitetur. in verb. liqueret. ff. quem adm. testam. aper. per l. an usus-fructus. in fin. ff. de usufr. l. fin. §. & nobis quidem tordi. C. de SS. Eccles.* Corn. *cons. 204. quanquam videatur. lit. d. vers. his tamen non obstantibus. volum. 3.* Jason. *in l. not ab. inter divinum. num. 31. vers. ultimo pro perfecto. Cod. de Sacros. Eccles.* Angel. *in l. hæres. in fin. ff. de acquirend. hered.* Barbat. *cons. 10. Difficile. col. 2. in fin. vol. 3.* Decius *cons. 575. In casu. num. 10. sub vers. non obstat.* Riminald. sen. *cons. 265. Visis scripturis. num. 18. vers. num juris præsumptione. ad vol. 2. & cons. 93. num. 35. vers. & maximè quando est. vol. 1.* quod tamen ridiculum esse ex Menoch. *lib. 6. præsumpt. 59. num. 11. & 12.* ait Carpzovius *part. 3. constit. 15. defin. 57. num. 6.* quinimò & contra legem divinam *Psalm. 90. vers. 10.* tutius enim existimat, si cum Cagnol. *in l. si emancipati. num. 92. C. de collat.* id judicis arbitrio relinquatur, nec præallegatas leges ad rem facere respondet Aretinus *in l. sed si de sua. col. 5. vers. sed adverte diligentius. ff. de acquir. hered.* Aliud enim esse, posse vivere usque ad centum annos, & aliud vivere, nec omne, quod possibile est, statim præstatur. Unde, quia vivere ad centum usque annos sit ex rarò contingentibus, & à communiter accidentibus contrarium potius eveniat, idemque non benè ex dictis juribus hoc axioma probari poterit. vid. Corn. *cons. 119. Placet mihi. in lit. 1. vers. & quod dicant. vol. 1. & cons. 341. Quod dicta dos. in lit. n. vers. & sic non præsumitur. vol. eod.* Gabr. *conclus. 16. num. 3. vers. contrarium videtur. lib. 1. de præsumpt.* Alciat. *de præsumpt. 44. reg. 1.* Cagnol. *in l. Emancipati. num. 92. vers. non obstat, quod quis præsumatur. C. de collat.* Covar. *lib. 2. var. resol. cap. 7. n. 6. vers. 3.* Curt. jun. *in d. l. emancipati. num. 12. vers. considera etiam. C. de collat.*

VII.

Hominis provisio facit cessare provisionem legis. *vid. infr. lit. P. cap. Provisio.* quibus adde Carpzov. *part. 2. constit. 37. num. 5. & part. 3. constit. 7. defin. 13. num. 4.* Antonius Faber *in Cod. libr. 4. tit. 41. definit. 51. num. 5.* Homo duorum quis esse potest, diversis respectibus. *vide infra literam P. cap. Persona.*

VIII.

Homo non recte dicitur, qui in utero adhuc est, etsi fieri speretur. *l. cum inter 14. C. de fideicom. lib. 1. in Falcidia placuit 9. ff. ad Leg. Falcid.* Gloss. *in l. qui in utero ff. de stat. hom.* Aristot. *lib. 2. de generat. animal. cap. 11.* Alberic. *in tract. statut. p. 3. quæst. 59.* Menoch. *357. n. 9.* Schneidew. *in Comm. ad instit. §. quantitas. num. 7.*

IX.

Homo in fructu non est. §. *in pecudum. Inst. de rer. divis. l. pecudum 28. §. 1. in fin. ff. de usur.* Bart. *in l. vetus ff. de usufr.* Gothofr. *in not. ad Schneid. §. is verò. cum duob. seqq. n. 10. lit. b. de R. D.*

X.

Homo rei minoris non potest esse accessio. *l. justissimè 44. ff. de ædilit. edict.* Gothofred. *in not. ad Schneidew. §. fin. inst. de Jur. nat. gent. & civil. lit. a.* Homo enim dignissimum animal. Ovid. *1. Metamorph.* sanctius animal vocat, & qui dominatur in cætera alia animantia. *Plin. 7. in princip.* in omnibus animantibus principium homini tribuit, cum ejus causâ videatur cuncta genuisse natura, Gothofr. *ad d. l. 44. ad verb. hominum. lit. l. & ad d. l. in pecudum 28. §. 1. lit. q.* unde nec homines mercis appellatione contineri dicuntur, *l. 207. ff. de V. S.* Gœdd. *ad l. 66. n. 4. ff. cod.*

Amplia, quod homo nec venit in accessionem hominis. *l. 63. de legat. 1. §. 17. ubi Loc. lit. a. Inst. de legat.* Cujac. *ad l. 52. de legat. 1.* Ratio itidem est in hominis dignitate. vid. Cujac. *ad l. illi 40. de usu & usufr. leg. fac. l. justissimè 44. de ædil. edict. obst. l. 12.* ibi: *matris furem etiam horum. Cod. de furt. junct. l. 14. §. 15. de furt.* C. A. *de condict. furt. thes. 9. num. 5.* Declarationis ergò distinguendum, an vox accessionis strictè sumatur, & tum partus non est accessio matris. *arg. §. in pecudum 37. I. de R. div.* an verò latè & improprie pro sequela Harpr. *ad d. §. 17. Inst. de leg.*

XI.

HOMINIS dispositio facit cessare dispositionem legis. *l. si maritus 21. ff. de procurat. l. ult. C. de pact. convent.* Anton. Gabr. *tom. 3. commun. opin. lib. 6. tit. de Regulis Juris, conclus. 8.* Anton. Gomez. *var. tom. 1. cap. 9. num. 50.* Molin. *de primogen. libr. 1. cap. 2. num. 27.* Vital. de Camban. *in tract. clausul. part. 4. num. 5.* Cardinalis Seraphin. *decis. 829. num. 3.* Cevall. *commun. contra commun. quæst. 265. à num. 1.* Stephanus Gratianus *disceptat. forens. cap. 376. num. 1.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana, lib. 3. cap. 11. num. 8.* Rot. *decision. 392. num. 4. apud Farinac. part. 1. recent.* ubi quòd hominis provisio non facit desicere provisionem legis, quando cum ea concurrere potest.

CAP. XI.

De Hominibus propriis.

Axioma I.

Quoties proprii homines ratione glebæ & servitiorum Domino inde præstandorum considerantur, toties eatenus sunt servi & domino acquirunt. Extra verò hanc causam liberi sunt homines.

Ratio: quia connexorum eadem est ratio. *l. 3. §. 8. ff. de contrar. Tutel. & utili act.* uti ergò gleba seu fundus ipse ad dominum pertinet, ita quoque glebæ adscripti; hinc pars fundi dicun-

tur. *l. 22. in fin. C. de agric. & Cenſit.* & fundo tanquam membrum affixi. *l. 23. pr. C. eod.* hinc igitur fundo vendito vendi quoque ruſticus videtur tanquam pars fundi. Extra glebam verò habet perſonam legitimam ſtandi in judicio, gaudet patriâ poteſtate & teſtamenti factione.

II.

Quoties contractus non tendit in præjudicium prædii ſeu operarum, toties homines proprii licitè contrahunt, quia quoad ea, quæ extra prædium poſſident, gaudent jure liberorum hominum. *vid. axiom. præced.*

CAP. XII.
De Homonymia.

Homonyma ſunt, quibus præter nomen nihil commune eſt. Arniſ. *t. reſect. polit. cap. 5. ſect. 9. num. 56.* maximus autem eorum eſt lapſus in definitionibus, qui præter cæteros eſt ſingularis, ſi quis, antequam homonymiam explicaverit, unam faciat eorum, quæ varia ſignificant, definitionem: cum longè diſtent rerum definitiones à definitione nominum. Galenus *de different. pulſ. cap. 3.*

CAP. XIII.
De Honeſtate & Honeſto.

Axioma I.

Id quod honeſtum potius, quàm quod utile eſt, ſequi debemus. *l. ſemper in conjunctionib. 197. l. non omne 144. ff. de R. I.* Hinc quod honeſtum eſt, meritò debere obtinere JCtus *in l. 4. §. 2. de in jus voc.* & jus honeſtatis ab omni lege & ſuperioritate exemplum eſſe dicunt Decius & Cagnol. *in d. l. ſemper.* Baldus *in l. quod ex libera. Cod. de oper. libert.* ubi per hanc regulam dicit, quod Domini non poſſint cogere ſubditos ſuos, ut eant ad tripudiandum & ad choreas, quas ipſi faciunt, quoniam hoc non eſt honeſtum, & honeſtas eſt excepta ab omni juſſu & imperio, prout allegat eum Pacian. *conſ. 4. num. 24.* tantaque vis eſt honeſtatis, ut anteferenda veniat cuicunque utilitati, & verè apud viros bonos illud dicetur utile, quod honeſtatem quoque contineat, ait Menochius *lib. 2. arb. jud. caſ. 442. num. 3.* unde ſæpiſſimè accidit, quod ratione honeſtatis à licitis abſtineamus, *can. aliud. 11. quæſt. 1.* cujus forma, ſi oculis cerneretur, mirabiles ſui amores excitaret, ut teſtis eſt Cicero *libro 3. officior.* & multis ex ſacris ſcriptoribus refert Johannes Capiſtranus *in ſpecul. conſcient. §. reſtat. num. 81.* adeò ut nec commiſſioni Pontificis, quæ de honeſtate deviat, parendum ſit, Abbas & Doctores *in cap. ſi quando. de reſcript.* Crotius *conſil. 351. num. 6. vide reſponſ. juris feudal. in controverſ. Ferrarienſ. num. 17.*

II.

Honeſtum magis quàm inhoneſtum eſt præſumendum. Paris. *conſ. 10. num. 50. vol. 2.* Panorm. *in cap. intelligimus. de adult.* Menoch. *2. de arb. jud. quæſt. caſ. 89. num. 22.* Vult. *1. conſ. Marp. 15. num. 92.* Gail. *2. obſerv. 97. num. 2.* quod procedere in dubio ait Vult. *d. conſ. 273.* cum ſemper hoc in caſu credendum & præſumendum ſit, quod honeſtum eſſe conſtat. Bartolus *in l. non ſolum. §. ſed & ff. de oper. nov. nunc.* Palæoth. *de Noth. & Spur. cap. 20. num. 3. & 4.* ac ſemper in dubio præſumptio in partem meliorem fieri debet. *l. ſemper in dubiis 161. l. rapienda 168. de Regulis Juris. l. penult. ff. de pœn. cap. fin. de præſumpt.* Alciatus *in tract. de præſumption. regul. 3. præſumpt. 1.*

III.

Honeſtatem vitæ multum operari ad excludendam præſumptionem doli poſt Bald. *in l. 2. C. de falſ.* Bart. *in l. quoties. §. ſed ſi non. ff. de hered. inſtit.* Hoſtienſ. Johan. Andr. *in cap. ſinem litibus. de dol.* Alexand. *in l 13. §. ſin autem. C. de judic.* Gloſſa *in l. omnimodo. in verb. non licebit. Cod. de inoffic. teſtam.* refert Vult. *vol. 1. conſ. 15. num. 91.* Farinac. *quæſt. 55. num. 82.* niſi quando ex vita præcedente aliud induci poſſit & colligi, *cap. ſemel malus 8. de Reg. Jur. in 6. §. ſancimus. Auth. de teſtib. l. de minore 10. §. penult. ff. de quæſt.* Bald. *in l. 1. in fin. Cod. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* Luc. de Penn. *in l. quemadmodum. C. de Agricol. & Cenſit. lib. 11.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. num. 7.*

IV.

Leges ac mores ſuum habent ævum ac fatum, ut quod quandoque inhoneſtum viſum eſt, deinde honeſtè fieri putetur. *Auth. ſed novo. Cod. ad Leg. Jul. de adult.* Nicolaus Boër. *deciſ. 298.* Jacob. Cujac. *lib. 6. obſerv. 15.* Carpzov. *Juriſpr. for. part. 4. conſt. 19. defin. 10. num. 3.* ubi exemplo transactionis de adulterio hoc illuſtrat. Etſi enim quondam de adulterio tranſigere non licuit. *l. tranſigere 18. C. de tranſact.* ubi Jaſon, Salicet, Donellus, Petr. Heig. *p. 2. quæſt. 16. n. 1.* hodie tamen ea impunè fieri perhibetur, vide Julium Clarum *5. ſentent. §. ult. quæſt. 58. num. 11.* Arniſæum *de jur. connub. cap 5. ſect. 9. num. 10.*

CAP. XIV.
De Honore *vid.* Dignitas.

Axioma I.

Honoris augmentum non ambitione ſed labore unicuique contingit. *l. ſancimus. 6. C. ad L. Jul. repet. c. per illicitam 25. 1. q. 7.*

II.

Honores ambire & faſces dignitatum quærere per ſe illicitum non eſt, Baro *ad ff. præterea. Inſtit. de public. judic.* Menoch. *2. arbitr. jud. caſ. 491. num. 4.* ſed approbatum & exercitum à viris maximis. Salmuth. in Pancirol. *tit. 1. rer. memorab. de nomencl. p. 738. Decian. lib. 8. cap. 22. num. 8. tr. crimin.* Bœckel. *de public. judic. diſq. 12. pag. 282.*

III.

Honores gradatim deferuntur. *l. ut gradatim 11. ff. de muner. & honor. tot. tit. ut dignit. ord. ſervetur. cap. legimus 24. in fin. diſtinct. 93. arg. cap. Monachos 29. 16. quæſt. 1. cap. ſi officia. 2. cum*

3. seqq. 59. dist. cap. fin. 48. dist. l. qui utiliter 45. de negot. gest. Cæpoll. de imp. mil. deleg. cap. 2. n. 4. Bernhard. Bombin. cons. 22. n. 6. Non per saltum. cap. sollicitudo 1. 52. distinct. Zasius in l. 3. §. si servus. n. 6. ff. de acquir. poss. ut qui heri servus, hodie sit liber. l. 7. §. 2. ff. de injus voc. Nam ut nemo fit casu bonus, Seneca epist. 123. §. 3. in princ. repente pessimus, Cic. in orat. pro S. Rosc. ita nec repente aliquis sit summus. Johan. de Pavin. in tract. de visitat. quæst. 5. n. 29. Hieronym. Magon. decad. 40. n. 44. fortuna siquidem, quibus repentina, iis & gravis. H. Kirchner. in Mervilles lib. 3. cap. 3. num. 96. Nold. de stat. Nobil. c. 1. n. 1. non tamen semper spectandum est, qui priores in ordinem venerint, sed qui potiores sint. l. honores 7. de decur.

IV.

Honos dextrum virtutis latus claudit, ait Stephanus Vinand. Campens. prodit. in Pomp. Equestr. fol. 428. unde qui incedit à dextris, dicitur honorabilior eo, qui incedit à sinistris, Stephanus Gratianus lib. 1. discept. forens. cap. 106. num. 40. Castald. in tr. de Imperat. quæst. 22. num. 30. & quæst. 66. num. 3. quæst. 88. num. 7. Johan. Staphil. in tr. de grat. expectat. rubr. videndum. part. 6. num. 41. Thom. Grammat. decad. 64. num. 24. unde si plures sint, medius erit dignior. Tholosan. lib. 6. de Repub. cap. 10. num. 12. quamvis in hoc cujusque regionis consuetudo sit attendenda. Gail. 1. obs. 21. in fin. Knichen. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum. cap. 2. num. 36. præsertim cum apud Germanos quot fere oppida, tot de hac re reperiantur differentiæ. Rul. de commissar. lib. 7. cap. 2. num. 12. p. 1. Pacian. de probat. cap. 26. n. 39. Nolden. de stat. Nobil. cap. 10. n. 81.

V.

Honore aucto prior conditio non mutatur. l. falsa 33. §. sed si cui 2. ff. de cond. & demonstr. & ibi Bald. Auth. sed Episcopalis. Cod. de Episcop. & Cler. Dignus enim trahit ad se minus dignum. Arnisæus lib. 1. de Majest. cap. 4. n. 1.

VI.

Honoribus publicis fungi prohiberi, vel ab ordine removeri, maxima est infamia. l. 5. §. 2. ff. de extraor. cog. unde nemo ab honoribus est prohibendus, quia accusatorem non habet. l. 2. §. 2. de mun. & hon. sed ad novos honores quilibet admittendus, donec inter reos sit receptus & postulatus, l. 1. C. de reis post. quod fieri demum post litem contestatam, ex l. 7. ff. de publ. jud. probat Gylman. 4. 2. num. 93.

VII.

Honor ei non servatur, qui se deduxit in scelus. l. 47. ff. de secundis nupt. l. 1. C. ubi Senator vel Clariss. l. 47. ff. de rit. nupt. l. 2. l. judices 12. l. quoties 17. C. de dignit. l. Divo Marco 11. C. de quæst. c. inter. de Exc. præl. Nolden. de stat. Nob. c. 16. n. 176.

VIII.

Honoribus majoribus functus ad minores non est devocandus l. 2. Cod. quemadm. civil. muner. inducantur. lib. 10. Ascendendo enim confetri debent honores l. ut gradatim 11. ff. de muner. l. quæ utiliter 45. in princ. de negot. gest, non descendendo, ut ait glossa in d. l. 2. & ibid. Bald. quia, inquit, non cogitur quis incedere retrò circa honores, & qui semel assumptus est ad Digestum, non cogitur redire ad volumen. l. 2. C. de Professor. lib. 10. cap. cum in tua 4. de consuetud. in 6. quia hoc pertineret ad injuriam & imminutionem electi & nominati, & foret contra rationem, ac esset parvi facere majorem ordinem prius obtentum, ut dicit Lucas de Penn. in d. l. 2. per cap. 1. de translat. Episcop. qui addit in l. 1. C. ne quis lib. invit. actum Reipubl. lib. 11. hominis pudori ac famæ parcendum esse, per l. Quintus 48. in princ. ff. mandat. ad idem. Alber. in repetit. rubr. de muner. n. 18. vers. item servatur ordo, ut de minoribus ad majora, non è contra munera imponantur, & in d. l. ut gradatim de muner. in princ. ait, eum, qui in majore honore est, non debere eligi ad minorem, quod facit (inquit) contra eos, qui habuerunt regimina magnarum civitatum & nobilium, & postea acceptant inferiora: pro quo facit & etiam Text. in l. honorem sustinenti 10. ff. de mun. & honor. ubi dicitur honorem sustinenti munus imponi non posse, quia scilicet vilius est: munus verò sustinenti honorem deferri posse, quia scilicet majus est: & declarat ibidem Bartolus, quod habenti officium sine dignitate vel honore, possit imponi dignitas vel honor; non verò illi, qui cum dignitate officium gerit. Unde & Odofred. in d. l. 1. turpe esse asseruit, aliquem à majori officio vocari ad indignum munus, & ideò neminem esse cogendum, & addit: si aliquis habuit magnum officium in aliquo loco, ut quia officialis fuit, vel Magistratus, non debet postea vocari ad aliud officium vilius, putà decurionatum, vel ut Rebuff. ad d. l. 2. loquitur, Doctor Juris non debet vocari ad docendum Grammaticam, vel aliud munus deterius. vid. & Alberic. de Rosat. præalleg. loc. & ibi Johan. de Plat. ubi concludit, in ascendendo esse honorem, & in descendendo dedecus, quæ omnia obtinere putat Rebuff. in d. l. 2. quando remoto primo honore ad minorem quis vocatur: secus esse si duret: quia tunc cessat ratio, cùm non vocetur ad minorem honorem, ubi prior durat, per l. si quando pen. C. de appell. §. 1. in Auth. de consulib. Nov. 105.

IX.

Honorem petenti honor non est offerendus. cap. sicut is qui 30. 1. quæst. 6. Angel. de Clavas. in summ. Angel. in verb. honor. num. 3. fugienti verò dandus, cap. in scripturis 9. 8. quæst. 1. l. si quemquam 31. C. de Episc. & Cler. Roland. de commissar. lib. 8. cap. 3. n. 6. sine peccato enim honor appeti non potest. Angel. de Clavas. in d. loc. n. 3. Hinc Aristoteles lib. 3. Ethicor. ait, non esse fortes, qui propter honores faciunt fortia. Hinc quod dicitur, honorem esse præmium virtutis, Aristotel. lib. 4. Ethic. atque sic appetibilem, illud procedit ex parte aliorum, qui scilicet majus, quod retribuant, non habent, ideoque Philosophus ait, quod honor sit propter virtutem, non virtus propter honorem. proinde si non propter seipsum sed ad laudem & gloriam Dei appetitur, secus dicendum erit. arg. eorum, quæ D. Paulus 1. Timoth. 3. & Philip. 4. vers. 8.

pro-

probat, adde & Aristot. *lib. 4. Ethic. cap. 4.* Pac. *de honore fol. 19.* Francisc. de Vier. *in tract. de honor. cap. 2.* Fabian. Albergat. *de mod. redim. ad concord. privat. æmul. libr. 1. cap. 10.* Sic virtutis uberrimum alimentum esse, existimatum fuit ab Ethnicis, teste Val. Max. *lib. 1. c. 1.* & Lælius apud Ciceron. inquit, virtus honorem, & nec est virtutis alia merces, refert Cæl. Lactant. *de Justit. c. 15. lib 5.* Virtus itaque principalis causa honoris, licet etiam ratione alterius conferatur. Johan. Tabiens. *in sua sum. in verb. honor. n. 1.*

X.

Honor diminuitur diminutis divitiis. Schneidew. *in comment. ad Iust. tit. per quas personas cuiq; acquir.* honor enim est sumptuosus, Gloss. *in §. hoc quoq; Instit. d. tit. in verb. decresceret.* atque sic honos sui numerositate vilescit. *cap. 1. de privileg.* unde bona olim plerumque agnatis servata. Vide *infr. Axioma 12.*

XI.

Honor delatus finem certi temporis & loci non habet. *l. Jurisperito 5. 30. ff. de excus. tut. l. sufficit. 56. ff. de condition. indeb.*

XII.

Non meruit is honorem, qui non honoravit. Speculat. *lib. 1. part. 4. de Advocat. rubric. Jam nunc. numero 5.* juxta illud: Cur te habeo in Principem, cum me non habeas in Senatorem? *cap. esto 7. distinct. 95.* & qui dicit quod vult, audiet quod non vult. *cap. iniquum 3. 32. q. 6.* unde Martialis:

Deridens alios non inderisus abibit.

Et Seneca *in Epist.* Ab alio expecta, quod alii feceris. Propterea scriptum est: Patere legem, quam ipse tuleris. *cap. cum omnes. de Constit.*

XIII.

Honorem ab aliquo accipiens eum impugnare non debet. *l. qui necessario 2. Cod. de Advocat. diver. judic.* Honthem. *libr. 1. de Art. Notarior. cap. 29. numero 11.*

XIV.

Familiarum dignitati, honori, & conservationi jura quam plurimum solent favere. *arg. l. libertis 108. de cond. & demonstr. l. Titius 83. §. cum pater 6. de Legat. 1.* quippe in quibus est fons memoriæ. *l. permutatio 194. de V. S.* Alberic. *in rubr. ff. de vulg. & pupill. substit.* Idcircò meritò familiæ atque cognationis prima ea & præcipua causa esse debet. §. *item vetustas Inst. de hered. quæ ab intest. l. 4. C. de lib. præterit.* Inquè bona conservari valde utile est ac propemodum necessarium, *l. 14. §. Divi 11. de legat. 1. l. 4. §. sed et si servus vers. publicè interest. de vent. inspic.* quoniam sine opibus ac divitiis familiarum dignitas atque amplitudo ægrè sustinetur. *d. l. ab omnibus 104. de Legat. 1. l. sunt agnati 7. de legitim. tut.* vide Reusner. *lib. 4. decis. 7. num. 69. & seqq.*

XV.

Quem non honoro, nec debeo onerare. *l. 8. §. 1. ff. de Codicill. §. 1. Inst. de sing. reb. per fideicomm.* Ubi post Rittershus. Harprecht. *num. 3.*

Declara, nisi alia causa subsit, ut non tam onus quàm honor videatur, *§. 5. Inst. de pup. substit. l. 4. ff. de test. tut.*

XVI.

Honorem sustinenti munus imponi non potest. Munus vero sustinenti honor deferri potest. *l. 10. ff. de muner.*

XVII.

Duo Consanguinei simul in magistratus ejusdem societatem non admittuntur, ne colludant & ut suspiciones corruptelarum tollantur. Perez. *C. de muner. & hon. non continuand. n. 6.* Sic pater & filius possunt esse Consiliarii in eodem senatu, sed non in eodem munere. Brunnem. *ad l. 1. C. eod. tit.*

XIIX.

Honores à Principe non cuivis tribuendi adeoque provulgandi. vid. Perez. *C. de Comit. & Tribun. Scholar. n. 5, 6. 7.*

XIX.

Honor descendit, non ascendit. Hinc Consularis Viri mater non fit fœmina consularis. *l. 1. §. fin. de senator.* & Filii senatores senatoriam dignitatem Parentibus non communicant. Perez. *C. de filiis officialium n. 9.*

HONOR est maximum bonorum, *gloss. 1. in extravag. ad conditorem, in vers. honorem. de verbor. signific.* Philosoph. *Ethic. lib. 4.* D. Thom. *1. 2. q. 2. art. 2.* Navarr. *in tract. de fin. bonor. act. num. 45.* [Est enim omnium rerum pretiosissimus. *l. si in duabus 104. ff. de R. I. fac. text. in l. ex hac 3. ff. si quadr. paup. feciss.* gravior- que oculorum amissione habetur. *per text. in l. infamia. 8. Cod. de decur. lib. 10.* ac præferendus omni commodo pecuniario. Bertazol. *cons. 42.* nec carere dolo dicitur, qui honorem proprium non curat. *l. Julianus 26. in princ.* & *ibi* Baldus *ff. si quis omiss. causs. test.* idem vol. *d. cons. 42. n. 7.* v. Vultej. *1. cons. 29. num. 3. & seqq.*] Et ideo non solum lucro, sed etiam vitæ præfertur, *l. isti quidem 8. §. 2. ff. quod met. causs. l. reprehendenda 5. C. de instit. & substit. l. quisquis 6. C. de postulando. cap. nolo 12. quæst. 1.* Menoch. *de arbitr. cas. 277. n. 19.* Surdus *cons. 426. num. 57.* Farinac. *in praxi crim. p. 1. quæst. 15. num. 6.* Anell. Amat. *cons. 89. num. 19. & 20. & cons. 30. num. 14.* Nam honoris & vitæ causa æquiparatur, *l. justa causa 9. ff. de manumiss. vind.* [*d. l. Julianus 8. ff. si quis omiss. caus. testam. gloss. in §. suspectus autem. verb. ob culpam. Inst. de suspect. tut.* Bart. *in l. ut vim. n. 10. ff. de just. & jur.* & *ibid.* Jas. *n. 36.* Dec. *n. 56. cons. 686. num. 8.* Petr. Gerhard. *sing. 1. num. 9. & sing. 82. num. 7. & sing. 33. num. 4.* Mant. *sign. 383.*] Gregor. Lop. *l. 4. verb. las leys. tit. 13. part. 2.* Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis, in princip. num. 34. ff. de liber. agnosc.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 1. consid. 2.* Menoch. *cons. 96. num. 15. & cons. 98. num. 8. & cons. 302. à princ.* Mencha q. *illustr. cap. 18. num. 13.*

Cald-

Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. cum non absimilis. num. 10. C. de in integr. restit. minor.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. honor. numer. 4.* Surdus *decis. 89. num. 21.* Mar. Anton. *var. resol. lib. 3. resol. 21. num. 2.* [adeò ut crudelis esse dicatur, qvi famam suam negligit. *cap. non sunt audiendi 56. 11. qv. est. 3. cap. nolo. 10. 12. qv. est. 1.* & mortem potius perferre, qvam honorem perdere. Luc. de Penn. *in l. 1. qu. est. cap. civ. cens. exim. lib. 4.* Neviz. *silv. nupt. lib. 1. num. 24.* Socin. jun. *cons. 38. num. 40. vol. 1.* Cravett. *cons. 168. num. 3.* Unde sicut homicidium, pro defensione commissum, impunitum est. *l. scientiam 45. §. qvi cùm aliter 4. ff. ad Leg. Aqvil. cap. si quis hominem. de pac. ten. 2. feud. 28.* Dd. *in d. l. ut vim. de I. & I.* ita etiam impunitum censeri debet ratione defensionis honoris. Vult. 1. *cons. Marp. 29. num. 6.* siqvidem naturaliter homo honorem appetit. Speculat. *in tit. de citat. §. jam de citatione. vers. porrò.* Hinc est qvod notat pulchrè Johan. Andr. *in cap. si religiosus. super gl. in vers. obtenta. de Elect. in 6.* qvod dictio *honor* scribatur cum aspiratione ex eo, qvod omnes ad honores aspirant, secus in dictione onus, qvia nullus aspirat. Bertazol. *1. consult. decis. 42. num. 7.* Hyppolit. Riminald. *cons. 5. num. 98. 99. & 234. num. 18.* Honorem igitur suum nemo pati debet, à qvopiam sibi imminui. Fichard. *lib. 1. cons. 77. num. 6.* qvi ordinem turbare & honorem nostrum præripere vellet, contra eum agere possumus officio Judicis, ut nobis cedant, juxta Johannem Fabr. *in §. alium verò. instit. de bonor. possess.* qvem sequitur ibidem Angel. sed & actione injuriarum, vel si res exigat, possumus resistere, de facto manu armata, secundum Baldum *in l. observare. §. antequam vero. ff. de offic. Proconsul.*]

XXI.

HONOR patris est gloria filii, Federic. de Senis *consil. 185. num. 2. vers. ex hoc*, qvem refert Cardinalis Tuschus *practic. conclus. tom. 4. lit. G. conclus. 32.*

CAP. XV.

De Honorariis.

Honorarium non impedit, quo minus negotium gratis celebratum videatur: unde est, qvod contractibus gratuitis remuneratio rectè accedat, ut commodato, deposito. Treutl. *1. disp. 26. thes. 1. lit. e. & l. 2. §. 24. de vi bon. rapt.* Mandato, Treutl. *1. disp. 27. thes. 1. lit. e. & l. 6. Mand.* Aliud enim est merces, aliud honorarium. Merces est pretium qvoddam, *l. ult. §. ult. ad Leg. Rhod. de jact.* hoc verò honoris causa tribuitur. *l. 1. §. 1. ibi: Honorarium ad remunerandum datur. si mens. fals. mod.* Hinc mercedem de factis locari solitis; honorarium de factis locari non solitis sumi observavit Bachov. *1. disput. 27. thes. 1. lit. E.*

CAP. XVI.

De Hospite, Hospitatione.

Axioma I.

Turpis ejicitur, qvàm non admittitur hospes. Versiculus hic probatur *in cap. qvemadmodum 25. de jurejur.* ubi Innocentius III. hoc dicterio utitur, qvod mulier facilius ante nuptias, qvàm post nuptias celebratas possit repudiari, eodemque utitur Vivianus *in rationalibus ad cap. antecedens 24. de Accusation.* Berlich. *2. decis. 299. numero 32. ubi* v. Schæffer. *p. 3. q. 49. numero 21.*

II.

Milites hospitandi in urbibus vel suburbiis, ubi eorum insolentia facilius coërceri potest, non in pagis locandi sunt, ne rustici agros colere per eos impediantur, *l. 7. C. de metat.* Perez. *ibid. n. 4.*

III.

Nuda hospitatio militibus præbenda, nec qvicquam ab eis, imò nec balneum ab hospite petere, nec à sponte offerentibus qvid accipere possunt. *l. 5. 6. C. de* Metat. Perez. *ibid. n. 5. 6.* Extorqventes qvid graviter puniendi *ibid. n. 13.*

IV.

Milites moderatè ædibus hospitatoriis uti debent, non dominum propriâ domus suæ commoditate privare. *l. 6. §. 5. de offic. præsid.* sed tantùm tertiâ domus parte frui, relictâ domino Electione; Illustribus tamen dimidia pars concedenda, *l. 2. C. de* Metat. Perez. *ibi, n. 7.*

V.

Cives pecuniâ hospitationem militarem redimere possunt, qvô casu tamen miles alibi hospitium exigere neqvit. *l. 9. C. d. t. ibi* Perez. *n. 8. 9.* & qui sustinet Hospitationem militarem, immunis est à pensitatione pecuniæ, qvæ *Servis* vocatur. Mev. *P. 6. dec. 169.*

VI.

Hospitatio militum tam locatoris qvàm conductoris onus esse creditur, si non appareat, qvô intuitu indictio fiat. Mev. *P. 2. dec. 90. n. 9.*

VII.

Hospitationis onere prægravatus an refusionem à Civitate exigere possit, vid. Mev. *P. 6. Decis. 171.*

CAP. XVII.

De Hostenditiis.

Hostenditiæ vox juxta Freherum *in Comment. ad Constit. Carol. III. dicti Crassi & Loccenii explicat. voc. feud.* est merè & verè Teutonica Dosten-Dienst / qvasi aus dem Dienst / i. e. servitium in exercitu vel pecunia qvâ illud redimitur. Aliam Etymologiam affert Struv. *in Syntagm. Jur. Feud. p. 412.* & dicuntur adjutorium, qvod faciunt dominis Romani cum Rege in hostem (i. e. Exercitum) pergentibus Vasalli, qui cum

iis

iis non vadunt: v. g. in Lombardia de modo duodecim denarios, in teutonicâ terrâ tertiam partem fructuum, factâ computatione fructuum solummodo ejus anni, qvô hostem, (i. e. exercitum seu expeditionem) faciunt. *2. Feud. 40.* Struv. *Synt. Jur. Feud. p. 411.*

CAP. XIIX.

De Hoste *conf. Rubr.* de Bello.

Axioma I.

Vocem hostis veteri Latio nil nisi externum significasse notat Grotius *de Jure bell. & Pac. L. 2. cap. 15. §. 5. n. 2. in fin.* propriè autem hostes sunt, qvi nobis aut qvibus nos publicè bellum decernimus: cæteri latrones aut prædones sunt. *l. hostes de V. S. L. hostes ff. de capt. l. postliminium §. 2. ff. de captiv.*

II.

Fides etiam hosti servanda est. Gloss. *in Can. noli. c. 23. q. 1.* Bodin. *L. 5. de Republ. c. 6.*

III.

Mobilia ab hostibus capta non possunt vindicari absqve pretio à possessoribus. Carpz. *P. 4. C. 35. d. 8.* in fugâ verò ab hostibus recuperata vero domino sunt restituenda, Carpz. *ibid. def. 9. Conf.* Ziegl. *de Juribus Majest. p. m. 590.* ubi tractat, qvando res ab hostibus verè dici possit acqvisita.

IV.

Arma & annona hostibus subvehi prohibentur. Ziegl. *de Jur. Majest. p. 720. seqq.* an verò exteri negotiatores, qvi cum neutrâ parte faciunt, prohiberi possint, ne cum hostibus nostris negotientur, vid. Ziegl. *pag. 695. seqq.* Et qvomodo ille, qvi hosti publico gratificatur, post pacem compositam plecti possit, Mev. *P. 8. Dec. 302.*

CAP. XIX.

De Hyeme.

Axioma I.

Providendum est de habitatione maturius, ut, si hyems ingruerit, habeas qvo te recipias. *l. 6. in fin. de S. P. R.*

II.

Hyemis tempus periculosum. Itaqve milites hyeme non pugnant, & navigatio remittitur, nisi tamen qvis suo periculo velit navigare *l. 6. C. de offic. rector. provinc.* aut consuetudo navigationem hyeme permittat. Perez. *C. de navicul. n. 29. 30.*

CAP. XX.

De Hypotheca *vid. Rubr.* de Pignore.

Axioma I.

Hypotheca nec activè nec passivè invito creditore potest dividi. *l. 1. Cod. de luit. pignor. l. solutum 11. §. si creditori 4. ff. de pignorat. action.* Molin. *in tract. de divid. & individ. part. 3. num. 28.* Gilman. *4. 1. vot. 3. num. 102.*

II.

Hypotheca transfert jus reale, *§. 7. l. de act.* excipe hypothecam feudi, per qvam jus reale, nisi secuta traditione, aut investitura non transfertur. *cap. un. quid sit investit.* Præpos. & alii post Bald. *in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Frideric.* Zas. *in Epit. feud. p. 9. num. 18.* Hartm. *obs. 20. per tot. de feud.* Curt. jun. *in tr. feud. 4. part. 1. n. 95.* Gilm. *4. 1. vot. 3. n. 88.*

III.

Hypotheca generalis non complectitur pecuniam, eaqve qvæ qvotidiano usui inserviunt. *arg. l. 6. cum l. seq. de pign.* Bald. *in l. ubi adhuc. num. 8. Cod. de jur. dot.* Frider. *de contin. caus. cap. 15. num. 8.* Rauchbar. *part. 2. quæst. jur. civil. & Sax. q. 9. n. 26.* Ea enim plerumque non cadit super pecunia, sed super rebus soli. *§. item serviunt. in verb. maximè. instit. de action.* Pacian. *consil. 131. num. 35.*

IV.

Hypothecam expressam habere in bonis alterius, est habere jus in re, non ad rem. *l. in noxalibus 30. ff. de noxal. l. eorum 19. ff. de damn. infect.* Signorol. *cons. 90. incip. Ambrosius mutuo. col. 4. n. 23. & cons. 176. Qvæstio exponitur. col. fin.* Angel. *cons. 288. Viso puncto. col. fin.* ratio est, qvia in hypotheca constituitur jus reale. *d. §. item Serviana. Instit. de act.* & habere jus reale dicitur jus in re habere. Ludovicus Gomez *ad §. fuerat. Instit. de action. n. 30.* Et plus est habere hypothecam expressam qvàm tacitam. Hinc licet fiscus ipso jure habeat tacitam hypothecam. *l. 46. §. 3. de jure Fisci*, de expressis tamen hypothecis sibi constituendis sollicitus est. *l. 7. C. de fund. patrim. ibique* Brunnem.

V.

In re suâ nemo potest habere hypothecam, qvia idem debitor esset & Creditor, qvod Juris rationi adversatur.

Limita: in re perfectè & absolutè non secundum qvid suâ. Ita uxor retinet hypothecam in bonis immobilibus sine ejus consensu à marito alienatis. *auth. permissa. C. de donat. propter nupt. l. 29. C. de jure dot. Nov. 97. cap. 6.* Carpz. *P. 1. C. 28. d. 97.*

VI.

Qvoties hypotheca in bonis administratoris competit, toties illa non à tempore damni dati sed susceptæ administrationis incipit.

Ratio est, ut ita plenè cautum sit illis, qvorum bona administrantur, & qvia administrator non minus tenetur de neglectis qvàm de malè gestis. *tot. tit. C. si Tutor vel Curat. non gess.*

Exemplum: Ita hypotheca tacita in bona tutoris incipit à die susceptæ tutelæ, neqve solùm competit pro sorte principali, sed etiam pro omnibus accessionibus. Carpz. *P. 2. C. 14. def. 12.* Et transit etiam ad heredes pupilli hæc tacita hypotheca, non tamen ejus privilegium, utpote qvod est personalissimum. Mev. *P. 8. dec. 393.*

VII.

Qvodcunqve in securitatem crediti obligatur sine traditione, illud est hypotheca, qvia hypo-

theca

theca cùm sit conventio, nudo consensu constat. hinc sine traditione fit, tribuitqve jus in re *l. 9. §. 2. ff. de pign. action.*

Declar. ut adeò etiam hypotheca in mobilibus, si hæc non tradantur, constitui possit, v. g. in bibliothecâ, grege ovium, frumento collecto &c. Brunnem. *ad d. l. 9. ff. n. 5.*

VIII.

Ubicunqve juris dispositio deficit, ibi tacita hypotheca locum non invenit, qvia hypotheca tacita oritur ex legis dispositione. Ita ergò Ecclesiæ ob simplex mutuum nulla competit hypotheca, sicut nec Civitati *l. 2. C. de bon. Reipubl.* nisi saltem in Saxoniâ. Carpz. *P. 1. C. 28. def. 115. seq.* Nec ei qvi ad emendam domum mutuò dedit, Carpz. *d. l. def. 107.*

IX.

Qvoties res generaliter oppignorata vendita, toties contra possessorem agi nequit, nisi excusso prius principali *Nov. 4. c. 2.* Qvoties verò res specialiter oppignorata vendita, toties statim contra possessorem pignoris agi potest. *Nov. 112. C. 1. vers. ob hoc autem aliqui pugnant.*

Ratio differentiæ: qvia pignus speciale magis afficit rem qvàm generale, Carpz. *P. 2. C. 18. def. 18.* Hinc pignus speciale aliter vendi neqvit, nisi ut pretio illius satisfiat Creditori: qvod si igitur hoc non factum, jus in illâ re salvum retinet Creditor, qvapropter excussione Creditoris gravandus non est. *conf.* Berl. *P. 2. Concl. 24. n. 7. & seqq.*

X.

Hypotheca perit cum re hypothecatâ. Bart. *in L. 29. ff. de pign. act.* non tamen extinguitur, licet rei hypothecatæ qvantitas mutetur. Bart. *in . si fundus. 16. §. 2. ff. de pign.*

XI.

Hypotheca constitui potest etiam in rebus alibi sitis. Bald. *in L. 2. in fin. C. mand.*

XII.

Hypotheca bonorum immobilium, de qvibus debitor judicialiter non est investitus, valida non est in foro Saxonico. Carpz. *Decis. 127.*

XIII.

Hypotheca publica, qvæ per descriptionem in libro publico constituitur, inscio & invito debitore non fit, nisi ob contumaciam. Mev. *P. 8. Dec. 125.*

CAP. XXI.

De Hypothesi, Præsuppositio.

Axioma I.

Dispositio intuitu certi præsuppositi facta non potest locum habere, nisi prius præsuppositum & hypothesis verificetur. *l. Lucius 14. de fideicommiss. libert.* Glossa & Dd. *in l. mancipia 5. in verb. avocandum. C. de serv. fugit.* Wesenb. *1. cons. 30. n. 8.*

II.

Hypothesis & causatio falsa vanum efficit responsum. vid. *supr. lib. 1. loca de antecedenti & consequenti ax. imprimis 3. 4.*

III.

Rei evidentiam dimittere & præsuppositum qvoddam fingere est intellectûs qvædam ægritudo & infirmitas. Everhardus *in topic. loc. a L. cessante. num. 3.*

FINIS LIBRI OCTAVI.

Liber Nonus.

CAP. I.

Jactare, Jactatio, Gloriatio.

Axioma I.

DE Jactatione vid. Ant. Matt. tr. criminal. d. qvæstionibus. 771. *num. 3.* C. C. *Car. V. art. 44.* Menoch. *de arb. jud. qv. est.*

II.

JACTARE suum nullus præsumitur, *l. cum de indebito 25. vers. qvi non solvit. ff. de probat. l. qvi vas. §. vetare. 3. ff. de furt.* exornant Tiraq. *in l. si unqvam. verb. donatione largius numero 206. cum seqq. C. de revocat. donat.* Nicolaus Mozz. *de contractib. tit. de donationib. art. de naturalibus don. numero 2. cum multis seqventib.* Brunor à Sole *in locis communibus. verb. jactatio.* Menoch. *de arbitr. 2. casu 88. à princip.* Mascard. *de probationib. conclus. 554. num. 2.* Surdus *cons. 7. num. 44. & consil. 80.* D. Barbos. *in l. qvæ dotis. num. 17. cum seqq. ff. soluto matrim.* Octav. Glorit. *respons. 10. num. 110.* Ambrosin. Perus. *decis. 15. num. 20.* Rot. *decis. 34. num. 3. & decis. 108. num. 2. part. 1. in posthum. Farinac.* præsertim in judiciis, in qvibus semper facienda est interpretatio, quæ magis utilis & expediens sit facienti. Rot. *decis. 171. numer. 3. ead. part. 1.* Alexand. Trentacinq. *consilio 20. numero 13. part. 1.* Laurentius Tennin. *in tr. cautel. caut. 152. numero 17.*

CAP. II.

Idem, de Identitate *conf. infr.* Bis.

Axioma I.

Plus est idem cum alio effici, qvàm pro eodem haberi. Brunnem. *in L. 1. C. de indict.*

II.

Identitas rerum & actuum non præsumitur, sed probatione indiget. Mev. *Cons. 3. n. 82.*

III.

Identitas insignium & armorum agnationem qvidem, sed non proximitatem probat. Mev. *Cons. 90. n. 51.*

CAP. III.
Idoneus.
Axioma I.

Idonei sunt, qvi lege non prohibentur. *l. cum prætor 12. ff. de judic. l. nulli 3. quod univers. nom. l. 15. ff. de jurisd. l. qui accusare 8. ff. de accusat.* Concennat. *qvæst. jur. sing. 3. num. 16.* vel qvem virtutum ornamenta probant. *arg. l. 1. C. de cond. in publ. horr. l. 42. §. fin. ff. de V. S.*

II.

Idoneus & solvendo qvilibet præsumitur, donec probetur contrarium. *l. 5. in fin. ff. de separat. l. 10. C. arbitr. tut. gloss. in l. 5. §. qui pro rei. ff. qvi satisdar. cogantur. l. sive possidetis 16. C. de probat.* Hostiens. Johann. Andr. Panorm. *in cap. 1. in fin. extr. de scrutin.* Pacian. *de probat. cap. 54. numero 20.* Gœdd. 1. *consil. Marp. 24. numero 227.* Innocent. III. *in cap. dudum. de præsumpt.* Honthem. *1. de art. Notar. cap. 22. numero 1.*

Limita: qvi aliqvem dicit solvendo fuisse, cùm tamen jam non sit, illi incumbit probatio; nam à præsenti aliàs in præteritum præsumitur. Brunn. *ad l. 1. C. de pericul. Nominator. in fin.*

III.

In insignibus Civitatibus præsumuntur plures idonei esse ad munera. Brunnem. *C. de decurion. column. 11.*

IV.

In muneribus personalibus subeundis non tam ordo qvàm idoneitas attendenda. Brunnem. *ad l. un. C. de potioribus ad munera.*

V.

Qui tenetur de alterius idoneitate, non statim tenetur de ejus negligentiâ, Brunnem. *ad l. 2. C. de Navicul.* sufficitqve qvòd qvis usqve ad officii sui depositionem idoneus sit; nam hôc ipsò is, qvi pro eo tenebatur, liberatur, *l. 15. §. 1. ad municipal. l. 53. de admin. tut. l. 1. C. de pericul. nominat.* Nisi is simùl tenebatur ab eo rationes susc ipere & ipsæ suâ culpâ tardiùs fuissent exactæ. *d. l. 1. in fin.* Perez. *C. de pericul. Nominat. n. 5. 6.*

CAP. IV.
De Jejunio.
Axioma I.

Jejunium in se & ratione finis sui spectatum non est cultus Dei, sed adminiculum tantùm pietatis. Ziegl. *Jur. Can. p. 336.* Hinc ei sine fundamento tribuitur reconciliatio & propitiatio Dei, culparum redemtio & peccatorum remissio. Ziegl. *d. l. & pag. 159.*

II.

Inter Jejunii causas impulsivas in primitivâ Ecclesiâ fuit directio Consiliorum & actionum in arduis negotiis à Deo flagitata. Hoc jejunium fuit liberum & non præceptum. Sed Jejunia veterum seqvioribus temporibus omninò fuerunt collapsa. Ziegl.

dd. ll.

CAP. V.
De Igne *conf. Rubr. de* Incendio.
Axioma I.

Ignem fovere in domo non est prohibitum aut improbatum, cùm sit unum ex qvatuor elementis, sine qvibus nemo vivere potest. Roland. *à Valle Vol. 2. Cons. 95. n. 16.*

Limita: nisi ignis sit noxius, talem enim habere non licet, & æstimatur hic vel ex qvantitate ligni vel periculo loci, stipulis aliisqve combustibilibus materiis vicini. Is qvoqve noxium ignem habet, qvi fœnum madidum & putrefactum, vel alias fruges à pluviis humidas nec antè satis arefactas horreis importat. *Cons.* Altorff. *116.*

II.

Ignem negligenter servantes in suis ædibus puniuntur. *l. 3. §. 1. ff. de offic. Præf. vigil.*

III.

Ignis nomine circa communem parietem cautio exigi potest. *L. 27. §. 10. ff. ad L. aqvil.*

CAP. VI.
De Ignorantia.
Axioma I.

Ignorantia vel est κατ' ἀπόφασιν, quæ ignorantia scientiæ privativè opponitur, & in illos cadit, qvi in Philosophorum scholis non sunt instituti: & κατὰ διάθεσιν, cùm qvis putat verum esse, quod falsum est; Et opponitur hæc ignorantia scientiæ positive, hoc est, contrariè. Et hæc duplex est; vel vera, qvando qvis certò statuit, id verum esse, qvod verum non est: vel affectata, è Jacobo Martini *lib. 1. de loco cap. 1. p. 2.* Aliter paullò ignorantiam distinguit Dn. Goth. *ad l. 2. de Legib.*

II.

Ignorantia legum est lata culpa: Bart. *in repet. l. qvod Nerva 32. numero 7. depos.* Wesemb. *de jur. & facti ign. numero 7. ibi: latæ culpa est jus commune ignorare, ubi* vide Bachov. Declarationis tamen caussa distingui potest, an jus sit *certum* vel *dubium*. *Certum* iterum sit *generale* an *speciale*. *Generale* iterum vel *merum civile*, id est, qvod tantum ex inductione valet, vel *petitum ex principiis Juris naturalis aut gentium*. Hujus enim ignorantia ut non immeritò latæ culpæ tribuitur, *l. 123. de Reg. Jur.* ita cæteras species latæ culpæ promiscuè imputare durum est. vid. Dn. Ludwell. *in not. ad* Wesenb. *d. loc.* & Bachov. *2. disputat. 4. thes. ultim. B.*

III.

Ignorantia in iis non excusat, qvæ qvis ratione officii tenebatur indagare, *cap. cùm in cunctis. & cap. innotuit. circa finem, extr. de Elect. text. in cap. qvamvis. de R. I.* Gail. *2. observat. 48. sub numero 21.* Ratio, qvia scire & scire debere sunt paria. Carpz. *6. resp. 10. numero 17.*

IV. Nemo

IV.

Nemo debet esse ignarus conditionis ejus, cum quo contrahit. *l. quamdiu 19. de R. I.* ubi Cujac. quin & aliquando inquirere debet creditor, quorsum res vertatur. *l. 27. de R. C. l. 3. §. 9. de in rem verſ.* licet regulariter nihil pertineat ad credentem, quomodo debitor pecunia utatur *l. 11. ad SC. Vell.*

V.

Ignorantiæ præsumptio potentior est quàm scientiæ. Bursat. *3. cons. 210. numero 13.* Bertazol. *lib. 2. consil. decis. consilio 442. numero 10.* quod cumprimis in loco longinquo locum habet. Glossa *in cap. qui & divinis 12. quæst. 2.* Uran. *3. consil. 4. numero 30.*

Excipe 1. in facto sæpius tractato: hic enim incredibilis & inexcusabilis. Gail. *2. obs. 48. numero 21.* Menoch. *3. præs. 23. numero 93.*

2. Limita in instrumentis penes se habitis, quorum tenorem nemo ignorare præsumitur. *l. non est ferendus 12. de transact.* Menoch. *6. præs. 23. n. 64. & 74.* Mascard. *conclus. 1293. n. 20.* Joh. Baptist. Cost. *de fact. scient. & ignor. insp. 81. n. 15. & insp. 99. num. 16.*

3. Similiter nec potest obtendi ignorantia ejus, qui actui interfuit. Menoch. *6. præsumpt. 21. & 23. n. 65. & 72.* Tepat. *in compend. decis. tit. 66. cap. 4. §. præsens.*

VI.

Ignorantia unius alii neque utilis neque inutilis est. Bald. *in fin. quæst. 3. C. de Edict. D. Adr. toll.* Cravett. *cons. 962. p. 5. n. 13.*

VII.

Ignorantia in animo consistit. Carpzov. *part. 1. Jurisp. forens. const. 22. defin. 6. num. 5.* adeoque ex numero est eorum, quæ juramento probari debent. Bart. *in l. inter omnes 46. §. rectè. num. 2. ff. de furt. 2. feud. 42.* Andr. Gail. *lib. 2. observat. 48. num. 24.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 2. conclus. 881. num. 2. gloss. in cap. qui divinis 12. quæst. 2. & cap. proposuisti 2. 82. distinct. cap. nulli 8. de Elect. in 6.* Jason, *in l. 3. §. jurari. num. 13. ff. de jurejur.* Abbas *in cap. cognoscentes. num. 9. de constit. & ibid.* Decius, Felin. Menoch. *de arb. jud. q. cas. 186. n. 2. 3. 4. & cons. 74. num. 17.*

Limita, nisi quando alleganti ignorantiam adversaretur præsumptio Juris aliqua. Felin. *in cap. cognoscentes. de const. num. 18.* & *ibid.* Decius *num. 10. verſ. similiter arbitrari.* Marant. *in l. si potest. num. 247. ff. de acquirend. hered.* Romanus *consil. 47. n. 10.* Anchor. *qu. fam. 63. num. 3.* Bursat. *cons. 119. num. 10.* Cacheran. *decis. 71. num. 3.* Regnerus Sixtinus *libr. 3. cons. Marp. 13. num. 28.*

VIII.

Ignorans defectum alicujus actus non potest dici illum approbare. Alex. *cons. 135. col. 1. circ. med. num. 1. verſ. & similiter. lib. 7.* Ratio, quia ignorans neque acceptat, neque ratificat. *l. nec ignorans 10. C. de donat.* Bart. *in l. quæ dotis. n. 20. ff. solut. matrim.* Socin. *cons. 159. num. 31. lib. 2.* Patis. *cons. 47. num. 91. & seq. lib. 1.* Farin. *1. cons. 70. num. 49.* nec remittere aliquid potest. *l. mater 19. C. de inoffic. testam.* Gail. *2. observ. 139. num. 5.* Hinc ut nec donare ignorans intelligitur. *d. l. ignorans.* Bart. *in l. Aurelius §. 1. de liberat. leg.* ita nec renunciare ei juri, quod sibi errore quodam competere ignorat, ut argumentatur Bartolus *in l. si de certa. num. 4. C. de transact.* Wesenb. *2. cons. 74. num. 62.* sicuti nec dici potest patientiam præstitisse. *arg. l. si quis longè. 5. in princ. verſ. longè. ff. de oblig. & act. l. tres fratres 35. ff. de pact.* Vult. *2. cons. Marpurg. 30. n. 136.* Unde in materia litigiosi nullam pœnam sustinet. *l. fin. C. de litigios.* quia scientiam non ignorantiam obligari volumus. *l. generali 3. Cod. de tabular. lib. 10. l. fin. de decret. ab ord. fac.* Vult. *3. cons. Marpurg. 22. num. 48.* neque in delictum consentire perhibetur. Vult. 1. *cons. Marp. 16. num. 192.* cum quælibet supina etiam & crassa ignorantia, à dolo remota, crimen excludat. *l. Fabia 3. ff. de Leg. Fab. de plagiar. l. igitur 12. ff. de liberal. caus. & in l. 1. §. bestias. ff. de postuland.* Bartolus & alii *in l. ex hoc jure. ff. de Justit. & Jur.* nec Principis autoritatem contemnere, ac proinde rebellare, *l. ignorans 50. ff. locat.* quam citat Cacher. *decis. Pedemontan. 138. n. 24.* Ideoque ignorantiam à pœna mendacii excusare, post Vincent. Caroc. *de excuss. bonor. part. 2. quæst. 69. num. 34.* addit Carpzov. *part. 2. constit. 18. defin. 6. num. 4.* sicut & in crimine incestus tuentur Henricus Bocerus *tract. de adulter. §. 11. num. 58.* Salicet. *in l. 29. n. 38. C. de adult.* Carpzov. *part. 4. constit. 23. defin. 6.* & non posse dici eum contra legem facere, qui legis dispositionem ignorat; quia scientem & non ignorantem lex vult obligari, patet *ex l. ex generali 10. C. de Tabular. lib. 10.* Roman. *consil. 473. Circa propositam.* Tiraquell. *in caus. 13. de pœnis mitig.* Pacianus *cons. 4. num. 14.*

IX.

Quæ communia sunt apud omnes, verisimiliter ignorari non possunt. Carrer. *in pract. m. 1. tr. de appellat. §. text.* ibi: *item eorum. n. 26.* Decian. *in tr. crim. lib. 8. cap. 3. num. 26.* Clar. *§. fin. q. 85. num. 2. verſ. secundus est casus.* Arnisi, *lib. 2. de Majest. cap. 5. num. 9.*

X.

Ignorantem jure suo privari iniquum est. *arg. l. fin. junct. gloss. ff. de decret. ab ord. faciend. l. si quis absentis 5. in princip. ff. de obligat. & action. l. genero 8. ff. de his qui not. infam. cap. 2. de constitut.* Decian. *consil. 23. num. 44. volum. 1.* Vult. *lib. 3. cons. Marp. 19. num. 57.* sæpius tamen id iniquum non est, quotiens scilicet ignorantia ex culpa venit. *l. ult. Cod. de long. temp. præscr.*

XI.

Duæ ignorantiæ species sunt, simplex & duplex; prior, cùm quod nescimus, non scire nos scimus: alterum, cùm aliquis ignorat, non ignorantia solum implicitus, sed sapientiæ opinione. Plato *lib. 9. de Legib.* de quo Cicero *lib. 1. de finib. colum. 61. lit. f. Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, Geometriaque perfecto: Huic* (Epicuro scilicet) *bipedalis fortasse: tantum enim esse censet, quantus videtur, vel paullo aut majorem, aut minorem.*

XII.

IGNORANTIA facti justa & probabilis excusat, de qua loquitur *cap.*

ignorantia 13. de Regulis Juris, lib. 6. 7. de jur. & fact. ign. §. 10. Inst. mandati. affectata vero vincibilis, crassa, improbabilis, seu supina, quia propter rationem præcedentis negligentiæ volita censetur, minime excusat, *l. 1. §. 1. ff. de act. empt. l. qui contra 4. C. de incest. nupt. cap. 1. de postulat. Prælat. cap. cùm in tua 6. qui matrim. accus. possunt. l. nec supina 6. ff. de jur. & facti ignor.* Gabr. *commun. sub tit. de regulis Juris, concl. 6. num. 43.* Sebast. Medic. *de casibus fortuitis part. 1. quæst. 3. num. 10.* Sfort. *de in integr. restitut. part. 1. quæst. 8. num. 57. & 58.* quia regulariter pro scientia habetur. *l. etsi consensum. §. ignorantia 1. ff. de contrab. empt. l. nec supina. ff. de juris & facti ignorant. gloss. in cap. 1. §. similiter. in verb. scientes. quibus modis feud. amitt.* Carpzovius *part. 2. constit. 50. defin. 3. num. 5. gloss. in cap. eos. in verb. affectata. extra de tempor. ordin. in 6.* latè Gail. *2. observ. 48. num. 12. & seqq.* rationem vide *in eleg. can. ult. distinct. 37.* veluti si quis in facto publico ignorantiam prætendat; nam talis ignorantia non excusat, quia in iis, quæ publicè nota sunt, scientia præsumitur, veluti in edictis publicis, in his enim non est necesse singulos convocare, & contenta edictorum omnium auribus inculcare, *cap. quod dicitur. distinct. 16.* Gail. *d. loc.* quam observationem vide *per tot.*

Limita, quod non procedat in edictis, quæ non proposita sunt, aut ad notitiam non pervenerunt. *l. 1. § 3. Quæsent. sine appell.* ubi Wesenb. *num. 2.*] Hinc etiam fit, ut ignorantia facti proprii non excuset tanquam crassa & improbabilis, *l. quanquam 2. ff. ad Vellejan. cap. ab excommunicato 41. in fin. de rescript.* Socin. *reg. 219.* Mant. *Paralip. cap. 44.* Marant. *in repet. l. is potest. num. 227. ff. de acquir. har.* Gail. *lib. 2. observ. 48. num. 19.* Sfort. *d. quæst. 8. num. 61.* Mascardus *conclus. 637. n. 3. & conclus. 879. num. 40.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 23. num. 32.* Cardinalis Tuschus *tom. 4. lit. I. concl. 22. num. 1. & 19. & conclus. 23. num. 25.* Præterquam in illis casibus, in quibus circumstantiis negotii, & personarum etiam in factis propriis admittitur probabilis excusatio, veluti quando factum est antiquum, [*l. peregre 44. ff. de acquir. possess.* Socin. *in reg. 219. in secund. fallent.* Pacian. *cons. 33. num. 49.*] in quo sit verosimilis oblivio, secundum Marant. *in d. l. is potest. num. 227. in 3. limit. ff. de legat. 1.* Gail. *d. observat. 48. num. 20.* Sebastian. Medic. *de cas. fortuit. part. 1. quæst. 3. num. 17.* Cardinalis Tuschus *d. lit. I. concl. 22. num. 15.* vel quando factum est intricatum & obscurum, Marant. *in repet. d. l. is potest. num. 227. in 4. limit.* Gail. *d. observat. 48. num. 207. vers. item si factum.* Sfort. *d. quæst. 8. n. 28.* Menoch. *d. præsumpt. 23. num. 41.* Vel in eo, qui multis negociis implicatus est, Marant. *d. num. 227. in 5. limit.* Medic. *d. quæst. 3. num. 12. & 18.* Honded. *cons. 55. num. 57. & 58. lib. 1.* Menoch. *d. præsumpt. 23. num. 47. & 48.* aut in extremis laborat, Marant. *d. num. 227. in 2. limit.* Seraphin. *de privileg. juram. privileg. 4. num. 28.* Mascard. *de probat. concl. 879. num. 51. cum seqq.* Menoch. *de præs. 23. num. 49.*

Sic etiam licet regulariter ignorantia facti alieni in dubio præsumatur, & excusetur, *l. verius 21. ff. de probationib. l. hoc autem 6. ff. de administr. tutor. l. fin. in fin. ff. pro socio*, cum aliis citatis per Honded. *cons. 9. num. 35. & cons. 55. num. 48. & cons. 109. num. 26. lib. 1.* Gabriel. *comm. tit. de Regulis Juris, conclus. 5. num. 11. Gail. dict. observat. 48. à num. 1. & 19. vers. secus.* Menoch. *d. præsumpt. 23. à n. 51.* Sfort. *dict. quæst. 8. à num. 55. & num. 60. & quæst. 38. num. 5.* non excusat tamen, [ubi quis tenetur investigare. *l. regula 9. verb. diligenter. ff. de Juris & facti ignor. l. 3. §. sed si 4. ff. de in rem vers. l. qui hominem 34. §. si nullo 4. ff. de solution. cap. innotuit 20. vers. habito ergo. ibique gloss. in verb. ignorantiam. de Elect. cap. pen. de Regulis Juris. gloss. in cap. penult. eod. tit. lib. 6. in cap. in nos. verb. scienter. de temp. ord. eod. lib.* Cravett. *cons. 962. p. 5. num. 13.* Unde sic ignorans dicitur in lata culpa, Castrens. *cons. 295. num. 2.* Hinc talis ignorantia, quando quis tenetur investigare, dicitur habere mixtam negligentiam non investigando, Castrens. *cons. 168. circ. fin. p. 2.* & ideò alleganti ejusmodi ignorantiam tanquam negligenti jura non subveniunt. Gylm. *4. vot. 37. num. 49.* Rol. à Vall. *cons. 72. n. 20. lib. 3.* vel [ubi aliquid proponitur, propter quod & potuit & debuit sciri per mediocrem diligentiam, ut quia factum vel est publicum, *d. c. 1. de postul. Prælat. c. cum illorum, de sent. excomm.* Gabr. *d. conclus. 5. a num. 18.* Mascard. *conclus. 879. num. 11. 12. 16. & 17.* Menoch. *d. præsumpt. 23. num. 68. cum seqq.* Sfort. *d. quæst. 8. num. 67.* Sebastian. Medic. *d. quæst. 3. num. 4. vers. si erat publice notum. & num. 10. vers. 8.* vel notabile, grave, & ponderosum, Mascard. *d. conclus. 879. num. 49.* Menoch. *d. præsumpt. 23. num. 81. & 82.* Card. Tusch. *d. lit. I. conclus. 22. num. 16.* [Hinc etiam

iam qvod ignorantia & errore commissum est, sæpe pœnam meretur. *l. 1. de Legib. l. ult. §. 10. de publ.*]

XIII.

IGNORANTIA Juris non præsumitur, ac proinde non excusat, *cap. ignorantia 13. de Regulis Juris. lib. 6.* Gail. *2. observat. 48. num. 22.* Gabr. *sub tit. de Reg. Jur. conclus. 7. num. 1.* Paris. *cons. 68. à num. 302. lib. 4.* Valasc. *de Jur. emphyteut. qvæst. 38. num. 15.* Sebastian. Medic. *d. qvæst. 3. n. 1.* Menoch. *d. præsumpt. 23. à num. 10.* Sfort. *d. qvæst. 8. num. 39. & 40.* Cardin. Tusch. *d. lit. I. conclus. 11. num. 1. & 2.* Leges enim scire omnes debent, & lata culpa est Juris dispositionem ignorare. *l. leges sacratissimæ 9. Cod. de Legib.* [Bartol. *in l. qvod Nerva. num. 3. & 7. ff. depositi. Gail. 2. observat. 48. num. 17.* Wesenb. *lib. 1. cons. 33. num. 5.*] Socinus *consil. 108. num. 12. vers. & licet.* Aym. *consil. 671. num. 11.*

Amplia procedere non tantùm in ignorantia Juris divini, naturalis vel gentium. *cap. turbatur 12. §. notandum 1. qvæst. 4. l. 2.* ubi gloss. *C. de in jus vocand.* Gloss. *in sum. 38. distinct.* Ign. *in l. 3. §. si conditioni. à num. 3. ff. ad Syllanian.* Sed etiam in ignorantia Juris humani, sive communis, sive municipalis, vel statutarii, ut per Gabr. *d. conclus. 5. num. 12.* Sebastian. Medic. *d. qvæst. 3. num. 42. vers. item statuti ignorantia*, Gail. *d. observ. 48. num. 29.* Mascard. *d. conclus. 879.* Cardin. Tusch. *d. lit. I. conclus. 11. n. 3.* nisi civis esset novellus, [& qvi parum moram traxit, eo in loco, ubi statutum illud viget. Ludovicus Romanus *cons. 251. n. 3.*] in qvo tunc statuti ignorantiam præsumi, & ipsum excusari voluerunt, Gail. *d. observ. 48. num. 28.* Seraphin. *d. privileg. 4. num. 117. cum seqq.* ubi etiam resolvit, qvod licet ignorantia nedum Juris, sed etiam statutorum, seu constitutionum non excusset, bene tamen excusat ignorantia alicujus Extravagantis non positæ in librorum, statutorum, seu constitutionum corpore.

Limita tamen, qvando ignorantia Juris habet admixtam ignorantiam, seu errorem facti, Socinus *cons. 47. num. 11. lib. 1.* Mascard. *conclus. 639. num. 20.* Cardin. Tusch. *d. lit. I. conclus. 13. num. 18.* Vel qvando jus est dubium, obscurum, difficile, seu arduum, Sebastian. Medic. *d. qvæst. 3. num. 1. vers. nisi esset.* Sfort. *d. qvæst. 8. num. 44.* Seraphin. *d. privileg. 4. num. 16. & 17.* Mascard. *conclus. 639. num. 19.* Ignorantia Juris nunqvid excuset rusticum, militem, vel minorem? vide Sfort. *d. part. 1. qvæst. 9.* Card. Tusch. *d. lit. I. conclus. 13.* latè Farin. *fragm. crim. part. 2. verb. Ignorantia. num. 273. cum multis seqq.* [Adde Bald. *in l. venditioni. num. 3. C. de usucap. pro emptore.* ubi eundem in minore præsumi probat *per l. 9. §. 1. ff. de jur. & facti. ignor.* juris enim ignorantiam in eo facilius præsumi qvàm in alio, *ex l. cum de indebito 25. §. si autem 1. ff. de probat.* confirmant Bartol. Alexand. & alii *in l. ne passim. Cod. de jur. & facti ignor.* Cephal. *377. num. 58. vol. 3.* Corn. *cons. 26. num. 9. vol. 2.* Bald. *cons. 445. col. fin. vol. 3.* Aretin. *cons. 67. num. 9.* Decius *cons. 445. num. 35.* sicuti & de fœmina sive muliere idem respondit. Decius *cons. 351. in fin.* vid. Ruin. *cons. 60. nu. 25. vol. 3.* ubi ait, qvod mulieri & minori quidquid agunt, præsumantur agere per ignorantiam & simplicitatem, adeo qvidem, ut etiamsi super actu, qvi geritur, minor jurasset, adhuc tamen non præsumatur actum illum scire, juxta Balt. *in rubr. C. de rer. permut. num. 4.* quia etsi juramentum eum faciat majorem, per hoc tamen eum non facit sagacem & prudentem, ut ait Socinus *cons. 263. num. 2. vol. 2.* qvem seqvitur Curtius jun. *cons. 141. num. 17.* Menochius *cons. 401. num. 202. vol. 5.* dicens præsumptionem esse minorem ex simplicitate qvid fecisse, qvod idem & de fœmina dicendum esse, quæ minori qvoad consilii fragilitatem æquiparatur, confirmant Imol. *in c. cum contingat. de jurejur.* Corn. *cons. 124. in pr. vol. 3.* Soc. jun. *cons. 50. num. 4. vol. 3. Vult. 3. cons. 29. num. 152.*

XIV.

Qvoties qvis agit de damno rei suæ amittendæ, toties ei ignorantia Juris non nocet. *l. 7. ff. de Jur. & facti ignor.*

Ratio: qvia Error non est sufficiens rei meæ adimendæ vel amittendæ causa. Exemplum est in eo, qvi in Jure errans semet obligavit.

Limita: ut qvoad damnum rei amittendæ potissimùm inspiciatur tempus solutionis, non Condictionis. *Conf.* Brunnem. *ad d. l. 7. in fin.*

XV.

Quoties qvis agit de damno rei amissæ, & ita de lucro, toties ei ignorantia juris nocet. Quia lata culpa est ignorare ea qvæ legibus continentur; hæc verò pœnam meretur, non lucrum. Exemplum est in usucapione, ubi error juris nocet. *l. 31. pr. ff. de usucap.* Idem est in solutione legati vel fideicomm. non deductâ quartâ. *l. 9. §. 5. ff. de ignor. jur. & facti.*

Limita, in minore & milite. *Conf.* Zoës. *ad ff. h. t. n. 7.*

XVI.

IGNORANTIA semper præsumitur in dubio, nisi scientia probetur,

verius 21. ff. de probat. cap. præsumitur 47. de Regulis Juris. lib. 6. Fr. Vivius *lib. 3. decis. 505. n. 19.* Socin. *reg. 3.* ubi limitat tribus modis. Lap. *alleg. 90. num. 4. in fin.* Calderin. *cons. 84. num. 2. vers. circa secundum. alias cons. 4. de offic. legat. & cons. 366. in fin.* aliàs *cons. 37. de testam.* Roman. *cons. 273. Clarum est. num. 2.* Anton. Gabr. *commun. lib. 6. tit. de Regulis Juris. conclus. 5.* ubi ponit ampliationes & limitationes, Menoch. *remed. 16. recuper. n. 28. & de arbitrar. quæst. 72. n. 3. & de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 23. num. 51.* Mascardus *de probationib. concl. 879.* Surdus *decis. 221. in princ. & num. 14. & decis. 246. num. 8. & cons. 7. n. 35. & cons. 73. n. 42.* Ossasch. *decis. 71. n. 23.* Joseph. Ludovic. *Perus. decis. 19. num. 22.* Magon. *Lucens. decis. 49. num. 11.* Azeved. *l. 2. num. 10. cum seqq. tit. 20. lib. 6. novæ recopil.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. Ignorantia 5.* Flores de Mena *var. lib. 1. quæst. 3. num. 5.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 3. cap. 5. num. 4. cum seqq.* Sanchez. *de Matrim. lib. 9. disp. 32. num. 4.* Mar. Anton. *var. resolut. lib. 3. resolut. 29. n. 12.* Anton. Monach. *Florent. decis. 7. n. 15.* Cardinal. Tusch. *d. tom. 4. lit. I. conclus. 23. per totam.* Glorit. *resp. 6. n. 76. & resp. 10. n. 109.* Castill. *controvers. lib. 5. part. 2. quæst. 127. n. 47.* Stephan. Gratian. *decis. 69. num. 29.* Intrigl. *cons. 1. n. 76. lib. 1.* Mangil. *de imputat. quæst. 113. n. 11. & q. 135. n. 15.* Plures limitationes refert Farin. *Fragm. crim. p. 2. lit. L. num. 104. cum multis seqq.*

XVII.

IGNORANS nihil agere, nec consentire censetur, *l. mater decedens 19. ff. de inoffic. testam. l. in repudianda. de acquir. hered. Consil. Arg. 1. cons. 24. num. 87.* Castrens. *cons. 46. Viso & examinato n. 2. vers. sed breviter. lib. 2. & cons. 377. num. 2. lib. 1.* ubi quod paciſci non dicitur, qui ignorat, vel errat, Alex. *cons. 2. Ex narratis. num. 9. lib. 4.* ubi quod consentire nec dissentire dicitur ignorans, nec confirmare factum quod ignorat. Abb. *cons. 20. n. 2. lib. 2.* ubi qvod renunciare nemo dicitur Juri, quod ignorat, nec exhæredare dicitur miles filium, quem ignorat habere, Romanus *cons. 273. Clarum est. col. 1. in fin. vers. ad hæc autem.* ubi quod ignorans non renunciat jus ignoratum, *& cons. 409. num. 2. cum seqq.* ubi quod ignorans dicitur legitimo impedimento impeditus, & donec durat ignorantia, durat impedimentum, refert Cardinalis Tuschus *tom. 4. lit. I. conclus. 17. per tot.* Nam ignorans dubio, comparatur. Surdus *decis. 265. num. 17.* ubi *n. 47. & 62.* limitat, quando dubitans tenetur inquirere, & de facili potuit certificari.

XVIII.

IGNORANS non dicitur negligere, nec contemnere jus suum. *l. nec ignorans 10. C. de donationib. l. si quis in gravi. §. 4. in fin.* ibi: *ignoratum. ff. de SC. Syllan. l. generali 3. C. de Tabular. lib. 10. l. genero 8. ff. de his qui not. infam. cap. quod diversitatis. de conceſſ. præbend.* Cravett. *cons. 226. n. 6. vers. non obstat. & num. 7.*] Surdus *decis. 25. num. 30. & cons. 7. num. 15. cum seqq. & cons. 454. num. 51.* Farinac. *in praxi crim. p. 4. cons. 96. num. 33.* Menoch. *cons. 120. n. 37.* ubi quòd ignorans non dicitur ratificare. [Imò ignorans nihil facit, ut inquit Paul. de Castro *in l. servitutes. n. 11. ff. de servit.* Cons. Arg. *1. consil. 24. n. 87.* Unde etiam ei nihil potest imputari, *l. fidejussor 29. in princ. ff. mandat.* Marc. Mant. *sing. 127.* Cons. Arg. *cons. 67. num. 25. lib. 1.* Sic non contemnere dicitur constitutiones Imperii. *argum. l. si ignorans 50. ff. locat. gloss. sing. in l. 1. verb. latrones. ff. de receptatorib.* & *ibi* Bartolus *in §. in pari. n. 2. Idem in fin. n. 2. ff. si quis testam. lib. esse juss. & in l. omnes. n. 1. C. de Agricol. & Cens.* Bald. *in c. à nobis. num. 1. extr. de except.* Gail. *2. de P. P. cap. 10. n. 7.* sicut nec dominum. *l. fin. ff. de operib publ. d. l. generali 3. C. de Tabellar.* Gail. *2. obs. 48. n. 6.*]

XIX.

IGNORANTI non currit tempus, *l. quandiu 5. C. qui admitti. l. genere 8. de his qui not. inf.* Dan. Otto *de jure publ. cap. 10. pag. 171.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 11. q. 4. num. 38. cum seqq.* Cald. Pereira *de renov. Emphyt. q. 7. n. 13. cum seqq.* Surd. *cons. 371. n. 86.* Joh. Bapt. Cost. *de fact. scient. & ignor. insp. 87. n. 5. & insp. 88. num. 2.* [sicuti nec præscriptio. *l. 1. §. fin. C. de annal. except.* Bart. *in d. l. genere de his qui not ant. infam.* Schurff. *cons. 61. num. 6. cent. 1. incip. licet in præsenti.* Gail. *2. obs. 105. num. 5.* nam qui nescit experiundi potestatem non videtur habere. *l. 56. de Ædil. Ed.*

CAP. VII.

De Ignotis.

Axioma 1.

Ad Ignota renunciatio non extenditur, *l. mater 19. vers. cæterum. ff. de inoffic. testam.* Fulgos. *ad l. 2. n. 5. Cod. de rescindend. vendit.* Gail. *2. obs. 48. n. 12.*

II.

Ad Ignota juramentum non porrigitur. *l. fin. Cod. de non numer. pecun. cap. veniens 16. de jurejur.* Gail *2. obs. 41. n. 3.*

CAP.

CAP. VIII.
De Illatione.

Axioma I.

ILLATIO non fit à diversis, *l. ult. in fin.* & *ibi* Bart. *ff. de calumniatorib. l. Papinianus exuli 20. ff. de minorib. l. inter stipulantem 83. §. sacram. 5.* ibi: *sed hæc dissimilia sunt. ff. de verb. oblig. l. naturaliter 12. §. nihil commune 1. ff. de acquir. possess.* Lancel. *de attent. part. 2. cap. 12. limit. 2. num. 2.* Paris. *cons. 18. n. 10. vol. 1.* Socinus *cons. 18. num. 41. vol. 1.* Mar. Anton. *var. resolut. lib. 1. resolut. 106. num. 42. & lib. 2. resolut. 1. num. 9.* Stephanus Gratianus *discept. forens. tom. 3. cap. 516. num. 6. cap. 524. num. 56.* Anton. Monach. *Bononiens. decis. 6. n. 5. & decis. 19. num. 34.* Cancer. *variar. part. 2. cap. 5. num. 131.* Surdus *cons. 150. num. 94. & cons. 460. num. 59. & cons. 552. num. 17.* Johan. Mar. Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 15. num. 6.* Quod procedit, etiamsi diversitas sit in sola ratione. Menochius *cons. 106. num. 304.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 859. n. 20.* Rot. apud Paul. de Rubes *decis. 116. num. 46. & decis. 218. num. 28. & decis. 255. num. 20. tom. 2. diverf.* aliàs *p. 2. recent.*

De illegitimis liberis *vid. Rubr.* de Bastardis. *Quomodo succedant, vid.* Successio ab intestato.

CAP. IX.
De Illicito.

Axioma I.

Ea quæ illicite, & contra jura, legum prohibitionem, bonosque mores sunt, ne quidem facere nos posse credendum est. *§. 1. ibique* Wesenb. *Instit. de Jur. personar. l. non dubium 5. C. de LL. l. 35. l. 61. ff. de V. O. l. 7. §. ait Prætor. 7. & §. & generaliter 16. l. 27. §. pacta 4. l. jus agnationis 34. ff. de pact.* Gœdd. *1. cons. Marp. 26. n. 323.* Unde sicuti illiciti, veluti ejus, quod de jure est impossibile, nulla est obligatio, ita nec collatio, quia nec in familiæ herciscundæ judicium venit. *l. 4. §. 1. ff. famil. herciscund.* ideoque nec officium judicis, quod circa collationem obtinet, *l. si soror 8. C. de collat.* Vital. Nemaus. *in tr. de coll. ubi de personis. n. 25. in fin.* intercedere potest & jubere ejusmodi rei illicitæ collationem fieri, *d. l. 4. §. 1.* Gœdd. *d. cons. n. 324.*

II.

Illiciti qualitas ex ipsa re ipsoque facto colligitur. *arg. l. si non convicii 5. C. de injur.* Gail. *de P. P. lib. 1. cap. 7. num. 13.* Paris. *cons. 52. num. 33. & cons. 78. n. 16. vol. 4.* Gœdd. *2. cons. Marp. 28. num. 67.* atque idcirco cum illicitè quid fit, semper præsumitur fraudulenter & dolo malo factum. *d. l. si non convicii. l. 1. ubi gloss. C. unde vi. cap. 1. extr. de præsumpt.* Plot. *in l. si quando. num. 264. C. unde vi.* Cephal. *cons. 113. num. 20. vol. 1.* Farinac. *1. cons. crim. 30. num. 30.* Wesenb. *1. cons. 19. num. 8. cons. 33. num. 7. & 2. consil. 53. num 21.* Idem *in §. quia tamen. num. 1. vers. ea tamen probanda. Inst. de vi bon. rapt. & in §. item Lex Cornelia. num. 2. Inst. de publ. judic.* Gœdd. *3. cons. Marpurg. 28. num. 152.* quo fit, quod illiciti qualitas hoc ipso probetur, quia non probatur contrarium. Mascard. *de probat. conclus. 419. concl. 815. num. 2.* Gœdd. *dict. consil. 28. num. 162.* Unde & illiciti juramenti transgressor multò melior quàm servator esse dicitur. *cap. ubi periculum 3. §. cæterum. in fin. de Elect. in 6.* Mynsing. *resp. 40. num. 3.*

III.

Illicitæ rei dans operam, tenetur de omni eo quod consequitur. *l. 6. C. ad L. Jul. de vi pub.* ubi vid. not. Carpz. *1. q. crim. 1. num. 29.*

IV.

Pœna illiciti non extenditur ad res licitas. Hinc ob res vetitas navi impositas licitæ in commissum non cadunt, nisi Dominus licitarum de dolo participet. Perez. *C. de Navicul. n. 8. seqq.*

CAP. X.
De Illiterato, Imperito, Ignorante.

Axioma I.

Illiteratus puer ille dici non debet, qui pro ætate didicit, quique ostendit pro tempore proficere posse. Card. de Turre Cremat. *in cap. illiteratos. 36. distinct.* & *ibi* Geminian. Rebuff. *in tr. de pacific. possess. num. 263.* Menoch. *2. quæst. arbitr. cas. 405. n. 59.*

II.

Illiterati omnia temerè affirmant. Cujac. *ad l. 1. de Reg. Jur.* Cognito facto perito homini jus in facili & in proclivi est, imperito neque pes neque caput sermonis uspiam apparet. Cujac. *in præfat. recit. in libr. resp. suor. vid. supra lib. 1. cap. Arrogantia.*

III.

Illiterati possunt ad magistratum promoveri, modò facultatibus abundent. Multa enim in Republ. sunt officia, quæ scientiam literarum non requirunt, sed naturalem quendam vigorem & Experientiam. Perez. *C. de Decur. n. 5.*

IV.

Ab illiterato si contractus fit in Civitate in scriptis supra libram auri (h. e. 72. solidos, Gothofr. *ad Nov. 73. c. 9.*) tunc requiritur ut adsint 5. testes bonæ opinionis, quia imperiti facilius negant ea, quæ literis sunt comprehensa. Si vero sine scriptis contrahitur, sufficit Contractum testibus vel juramento probari. Contractus vero ruri celebrati manent veteri loco, secundum observantiam cujusque loci. Brunnem. *ad auth. sed novo jure. C. si cert. petatur.*

CAP. XI.
De Illustribus.

Axioma I.

Illustres per se litigare prohibiti sunt *Ziegl. Jur. Canon. p. 685.* in foro tamen Saxonico per procuratorem jurare non possunt. *Carpz. Proceff. Tit. XI. art. 2. n. 32. seq.*

II.

Illustres personæ opus non habent curatore ad litem. *Carpz. P. 2. decis. 142. n. 4.* & ex contractu mutui sine curatore obligantur. *ibid. n. 6. limitationes* vid. *n. 7. seqq.*

III.

Illustres personæ qvænam apud Romanos fuerint, vid. *Carpz. P. 3. Q. 118. n. 66. seqq.*

CAP. XII.

Imaginarium.

Imaginarium dicitur, qvod non verè sed simulatè dicis causa tale est, seu ut Modestin. *in l. contractus 25. de R. I.* definit, in qvo fides facti simulatur veritate non intercedente. Vide Philip. Matth. *ad l. 16. de Regulis Jur. n. 3.* & *ibidem* Hyppolit. à Coll. *conf. inf. tit. de simulat.*

CAP. XXIII.

De Imaginibus *vide*

Rubr. de Insigniis.

Axioma I.

Imagines Mimorum & Scenicorum non debent poni in locis, ubi Imperatorum imagines ponebantur; In aditu Circi & Theatri tamen poni eas licet. *l. 4. C. de Spectac. & scen. Perez. C. ibid. n. 12.*

II.

Insignia majorum Magistratuum olim erant Mulierum imagines, Provincias indicantes, item Codices qvi librum mandatorum repræsentabant, deniqve vultus Principum. Hodie insignia Gentilitia imaginibus successerunt *Perez. C. ut dignit. ordo servetur n. 7.* Consulum Insignia erant toga prætexta, h. e. purpurea circumtexta, stola latis clavis distincta, Calcei aurati & cum securibus fasces prælati, & Stella Curulis à Principe data *Perez. C. de Consul. n. 12.* Comes Palatii auream virgam gestabat. *Perez. C. de Comit. & Trib. Schol. n. 12.* Rectorum, Consularium, Correctorum (qvi scil. mediis Provinciis præerant) insignia erant Chlamys & Ensis. *Perez. C. de Apparit. Proconf. n. 1.* Consules & qvidam proconsules fascibus & securi, vehiculo argenteo & cohorte utebantur. *Perez. d. l. n. 2. in fin. seq.*

III.

Insignia Principis ob securitatem sive salvas Guardias nemo ædibus suis præfigere potest, nisi permissu ipsius principis; Dux enim belli hoc non potest concedere. *Perez. C. de erogat. milit. annon. n. 26.* & principis imaginem ad alicujus invidiam portare injuria est. *Petr. Gregor. Tholos. lib. 38. c. 3. n. 30.*

IV.

Imaginum principis violatio vel percussio qvidnam crimen, qvæve ejus sit pœna. *Petr. Gregor. Tholosan. lib. 35. c. 7. n. 1. 5.*

CAP. XIV.

De Imbreviaturâ.

Imbreviatura accipitur à doctoribus pro primâ qvasi delineatione & ut loqvimur, Concepto, sive Codice conceptorum variorum qvæ facit Notarius, unde posteà in mundum redigat instrumenta. *Rittershus. ad Novell. P. 9. Cap. 24. n. 4.* an verò probet ejusmodi Notariorum imbreviatura vid. *Petr. Gregor. Tholos. lib. 47. cap. 42. n. 6.*

CAP. XV.

De Immissione.

Axioma I.

Immissio decreta & facta intelligitur salvo jure tertii. *Mev. P. I. Decis. 141.* nec statim alterius, qui in fundo est, ejectionem infert. *ibid. Decis. 142.*

II.

Immissio tribuit Creditori possessionem & usumfructum excluso debitore. *Mev. P. 1. Dec. 208. num. 1. & Part. 7. Dec. 69. n. 1. Carpz. L. 5. tit. 3. Resp. 19. n. 17. seqq.*

III.

Immissio ex secundo decreto fieri non debet, nisi debitum sit liqvidum. *Mev. P. 1. Dec. 206.*

CAP. XVI.

De Immobilibus.

Immobilia bona non seqvuntur conditionem personæ, sicut mobilia. *l. 1. C. de impon. lucrat. descript. cap. 1. §. si verò de pac. tenend. 2. E. 28.* Gilman. *4. 1. vot. 3. num. 6.*

CAP. XVII.

De Immunitate.

Axioma I.

Immunitas concessa non intelligitur ab his, qvæ sunt necessitatis, *l. 1. C. ut nem. lic. se abEmpt. l. jubemus. C. de SS. Eccl.* Heig. *p. 1. quæst. 18. num. 23.* Ant. Fab. *in. Cod. de mun. patr. defin. 26.* Ægid. Thomat. *in tract. de Collect. §. nobilitas.* Enenckel. *de privileg. cap. 5. num. 75.* Mynsi. *4. observ. 70.* Gail. *lib. 2. observ. 52.* & belli tempore indicuntur. Wintzler. *de Collect. decad. 6. num. 13.* Remig. de Genny *de charitat. subsid. qvæst. 59. num. 35.* Lucan. *de fisc. p. 3. num. 23.* Cacher. *dec. 39. num. 14. & 20.* præsertim si necessitas tanta, ut sustineri non possit, nisi perveniatur ad exemptos. Vasq. *4. contr. 6.* Mart. *de jurisdict. p. 4. cent. 1. cas. 9. num. 24.* Bidenbach. *qvæstion. nobil. 19. n. 2.* Curt. jun. *conf. 61. num. 14.* Natt. *conf. 275. num. 4.* Nolden. *de stat. Nobil. c. 11. num. 96.* Rol. à Vall. *conf. 80. n. 23. vol. 3.*

II.

Immunitates concedere spectat ad supremum Principem, *l. sunt munera 11. ff. de vacat. muner. l. va-*

l. vacuatis. 19. C. de decur. Pariſ. *conſ. 69.* Joſeph. Ludov. *10. deciſ. 3.*

III.

Immunitas mediante contractu impetrata, temerè nec revocanda nec infringenda, latè Natt. *2. conſ. 397. num. 9.* ſed ſuſtinenda, maximè ſi ex cauſa oneroſa deſcendat. Cacheran. *conſil. ultim.* Sixtin. de Regal. *lib. 2. cap. 14. num. 136. v. tract. noſtrum de met at. part. 3. ſection. 2. cap. 1. num. 14.* & fortior eſt cæteris. Alber. *conſ. 1. num. 2.* Neviz. *conſ. 66. num. 44.* Cephal. *conſ. 58. num. 38.* ubi dicit, in ea latiorem eſſe faciendam interpretationem. Rolandus à Valle *conſ. 79. n. 13. & ſeq. vol. 2. & deciſ. Pedem. 91. n. 13.* Unde & plenior ea immunitas interpretanda venit, ex qua donatio facta fuit ex cauſa remunerationis meritorum. Sylvan *conſil. 98. num. 16.* neque poteſt per concedentem revocari, ſi in contractum tranſiverit. Marſil. *ſing. 333.* Reſt. *in tract. de Imperat. q. 55. & 94. num. 11.* Grammat. *deciſ. 65. n. 25.* Roland. *conſ. 5. num. 8. volum. 1. & conſ. 13. num. 24. vol. 3.* Cùm talis per contractum conceſſa magis ad verbum ſervanda, & potius extendi quàm reſtringi debeat. Pariſ. *conſ. 69. num. 5. vol. 1.* Alber. *conſil. 2. num. 2.* Nevizan. inter Conſil. Brun. *conſ. 12. num. 29.* Natta *conſ. 397. num. 9. & 10.* Rolandus à Valle *conſ. 76. num. 18.* Sylvan *conſ. 66. num. 18.* Hinc concluditur, quòd immunitas, quæ ex pacto & contractu fuit conceſſa, realis non perſonalis cenſeatur. Sylvan. *conſ. 66. num. 51.* Jaſon. *conſ. 217. colum. 1. verſ. 1. num. 2.* Bellon. *in conſil. 20. num. 9.* Feſtus *dict. part. 4. quæſt. 22. num. 11.* Jaſon. *conſil. 217. colum. fin.* Decius *conſ. 262. num. 8.* Bertazol. *1. conſ. deciſ. Conſ. 42. num. 44.*

IV.

Immunitas à muneribus patrimonialibus non tribuit exemptionem à perſonalibus, multò minus à Jurisdictione & foro. Alexand. *conſ. 157. num. 23. vol. 2.* conceſſio enim immunitatis non tribuit omnimodam civitatis liberationem, adeò quidem, ut etiam ſtatutum loquens de civibus, locum habeat in civibus exemptis, non ſubeuntibus munera. Bart. *in l. 1. n. 17. ff. ad Municip.* Bald. *in l. urbe. de ſtat. hom.* Gilm. *4. 1. vot. 30. num. 243.*

V.

Immunitatis generalis conceſſio caſus inſolitos & publicam utilitatem concernentes non comprehendit. Cacheran. *deciſ. 91. num. 1.* Capell. Tholoſan *deciſ. 349.* & *ibi* Stephan. Aufrer. *num. 9.* Cæpoll. *cautel. 63.* Vivius *in Comm. opin. verb. Immunitas.* Gilmann. *dict. vot. 30. n. 201.* niſi quando concedatur ſub ejuſmodi verbis geminatis *omni quocunque*, tunc enim & caſus improviſi veluti bellorum peſtis & ſimiles includuntur, licet non exprimantur. Cacheranus *deciſ. 39. num. 21.* Gilmannus *dict. loc. numero 202.*

VI.

Immunitatis conceſſio cum effectu fieri nequit, niſi cum clauſula, non obſtante *l. vacuatis 19. C. de decur.* Veſt. *de eſtim. p. 4. num. 1.* Boſſ. *in pr. crim. tit. de princip. n. 135.*

VII.

Immunitas ex obſervantia ſubſecuta declaratur. Bart. *conſ. 59. Commune Spoleti. n. 3.* Cravetta *conſ. 101. num. 3. & 4.* Alber. *conſ. 64. num. 31.* Natt. *conſ. 406. num. 28.* Sylvanus *conſ. 66. num. 20. & conſ. 88. num. 27.* Bertazol. *1. conſ. deciſ. conſ. 21. num. 15.*

VIII.

Immunes in ſua libertate ſunt manutenendi & conſervandi. Caſtrenſ. *conſ. 325. Poſtremò colum. 1. vol. 1.* Cravett. *conſ. 111. n. 10.* Boſſ. *in tit. de fiſco & privileg.*

IX.

Immunitas manet firma in caſibus non exceptis. Alex. *conſ. 215. col. 1. vol. 2.* Dec. *conſ. 151. n. 1. ant. fin.* Unde ſi excipiatur unicus tantum caſus unius oneris, firma remanebit immunitas in cæteris oneribus non exceptis. Bertazol. *1. conſ. deciſ. conſ. 21. n. 5.* maximè ſi clauſula taxativa & non ultra, quæ alia excludere ſolet, addita ſit. *l. fin. in princ. C. de mod. mulct. l. eos 26. §. 1. C. de uſur.*

X.

Immunitas ſemper eſt perpetua. Abbas *in l. antepen. in fin. ff. de annuis Legat.* Tiraquell. *in repet. l. hoves. §. hoc ſermone. limit. 8. num. 4. ff. de V. S.* Bertazol. *1. conſult. deciſ. conſ. 28. n. 29.*

XI.

Immunitas eſt favorabilis, cum res ad primævam naturam reducitur. Sylvan. *conſ. 66. num. 19.* Nicolaus Feſt. *in tract. de collect. part. 4. quæſt. 22. num. 8. & 19.*

XII.

Immunitas conceſſa ab omni onere, frey ſeyn von allen Beſchwerden/ ad omnes immunitatis ſpecies eſt trahenda. Cravett. *Conſ. 447. n. 5.* Beſold. *Theſ. pract. verb.* Beſchwerung. non tamen extendenda ad onera, quæ imponuntur ratione belli, licet conceſſa ſit immunitas ab oneribus ordinariis & extraordinariis, ſolitis & inſolitis. Cravett. *Conſ. 294. Natta conſ. 63. 274. 275. 310. 398. & 408. vol. 1.*

XIII.

Immunitate onerum perſonalium gaudent Doctores, non patrimonialium. Thoming. *deciſ. 55. Viv. 1. dec. 162. n. 11. ſeqq.*

XIV.

Quæcunque immunitas lege tribuitur, ea integrum perſonarum ordinem, quæ verò ex privilegio eſt, ea unam tantùm perſonam eximit. Ziegl. *de Jur. Majeſt. p. 876.*

XV.

Immunitas ab alimentis miniſtrorum Eccleſiæ nec à Pontifice conceſſa valet. Ziegl. *in Jur. Canon. p. 609.*

XVI.

Immunitas in dubio conceſſa cenſetur etiam pro bonis poſtea quæſitis vel quærendis. *cap. quia circa 22. extr. de privileg.* Bartol. *in conſ. 59. Commune Spoleti. dub. 2. n. 4.* Baldus *conſ. 407. Super facto. dub. 2. volum. 5.* Aretin. *in l. ſi ex toto. in princ. col. 2. ff. de legat. 1.* Alexan. *conſ. 168. & conſ. 193. dub. 2. vol. 2.* Bertazol. *1. conſult. deciſ. 27. n. 30.* Pariſ. *conſ. 68. n. 9. & 10. vol. 1.* Carpz. *p. 4. juriſpr. forenſ. conſt. 6. defin. 8. n. 8.* Hyppolit. de Marſil. *in pract. §. aggredior. n. 143.* Cacher. *deciſ. 136.*

XVII. Immu-

XVII.

Immunitas non est concedenda in præjudicium Civium, *Brunnem. C. de decur. Col. 9.*

XVIII.

Immunitatem allegans, eam sibi ritè concessam esse probare debet, etiamsi liberalem artem exerceat *l. 4. C. de Excusat. mun. Perez. eod. n. 2.* imò ut præstatione Canonis alteriusve oneris publici quis liberetur, requiritur Concessio principis & 40. annorum possessio *l. fin. C. de fund. patrim.* sine Concessione principis enim in his nulla præscriptio procedit, nisi immemorialis. *Perez. C. eod. n. 15. 17.*

CAP. XIIX.

De Impedimento.

Axioma I.

Multa contrahendo præstant impedimentum, quæ non dirimunt contractum. *l. 1. §. origo, vers. casum. de postulat.* ubi vid. gloss. hoc amplificantem & declarantem.

II.

Culpæ reus est, qui impedimentum non amovet, cum possit. *l. quib. diebus 40. in pr. ff. de condit. & dem.* Dd. *ad l. qui potest facere. ff. de R. I. c. fin. extr. de Elect.* Gœdd. *1. cons. Marp. 24. n. 66.*

III.

Impedimentum non juvat in causa, quæ potest expediri per procuratorem. Vant. *in tract. de nullitat. tit. de nullit. ex defect. jur. n. 161.* Alexand. *in l. quæsitum. §. fin. de rejudic.* Josephus Ludovic. *part. 1. decis. 36. num. 6.*

IV.

Quot sunt impedimenta, tot debent esse sublationes impedimentorum, *l. de pupillo 5. §. si in pluribus 16. ff. de nov. oper. nunc.* Lud. Roman. *cons. 326. n. 3.* Unde, ubi plura impedimenta obstant, non sufficiet alterum tantum auferre, quia alterum impedit quod non est sublatum, *l. si non lex 83. ff. de hered. inst. l. si domus 21. ff. de serv. urb. præd.* Bald *in l. 1. C. de furt.* Natta *tom. 1. cons. 194. num. 10.*

V.

Impedimentum non excusat cum suo facto, quis illud sibi imposuit. *arg. l. si fidejussor 7. §. si necessaria 1. ff. qui satisd. cog.* Menoch. *2. arbitr. judic. cas. 337. num. 20.* sicuti nec excusat, quando tolli potest. Decius *cons. 677.* Oldrad. *cons. 247. circa med.* Baldus *in l. quibus ff. de condit. & demonstr. per cap. fin. extr. de elect. & cap. Romana 3. extr. de appellat.* Crot. *cons. 87. n. 5.* Natta *cons. 60. num. 3. lib. 1.* Joseph. Ludovic. *decis. 36. num. 1. in fin.* Impeditus enim is non dicitur, qui de facili impedimentum removere potest. Baldus *in l. sed etsi per prætorem. §. 1. vers. sed nec ad nos. ff. ex quibus caus. major. per l. qui potest facere 174. ff. de Reg. Jur. item per ill. text. in l. quibus diebus 40. in princip. de condit. & demonstrat. & consil. 192. Super eo. lib. 3.* Abbas *in cap. fin. de Elect.* Ludovic. Gomez *ad §. rursus. inst. de act. numero 15.* Unde impedimentum non suspendit præscriptionem, quando poterat ab impedito removeri. Bald. *in 1. part. 6. numero 28. vers. & hæc in foro de præscript.* Cravett. *consil. 263. numero 7. vers. nec videtur curandum. colum. penult.* Paris. *in cap. transmissa. numero 29. colum. fin. de præscript.* Pacian. *2. de probat. cap. 47. num. 27.*

VI.

Impedimentum præsumitur præstitum ab eo, cujus intererat illud præstare, Bartol. *in l. fin. numero 3. vers. illa re. ff. de quæst.* Conrad. *in pract. crim. rubr. de crimin. & torment. post numer. 20. vers. 7. quando res subtracta cum aliis relatis.* per Gampeg. *in tr. de testib. reg. 394. vers. sexto illa præsumitur.* Farinac. *1. consil. crimin. consil. 26. num. 8.*

VII.

Scientia impedimenti præsumitur in eo, ad quem Examinis cura & confirmatio pertinet. Non tamen præcisè requiritur Impedimenti expressio in literis promotionis, licet melius sit, illud exprimi. *Perez. C. si serv. vel libert.*

VIII.

Impedimentum præstans tenetur de damno causato. Hinc impediens debitorem alicujus ne laboret & Creditori laboribus suis satisfaciat, tenetur ei ad interesse. *Brunnem. ad l. 8. C. de Agric. & Censit. n. 4. in fin.*

IX.

De Impedimento si satis doceatur, vel constet, sine solennitate legali dilatio tertia vel ulterior dari potest. *Mev. P. 5. Dec. 200.*

X.

Impedimentum aliud est juris, aliud facti, *Ziegl. Jur. Canon. pag. 675. seq.*

XI.

Impedimentum potuisse tollere, & quem non fuisse impeditum, sunt paria. Pacian. *2. de probat. 47. n. 10.* qui enim potest facere ut possit conditioni parere, jam posse videtur. *l. qui potest 174. de Regulis Juris.* Felinus *in cap. ex transmissa. colum. 1. vers. pro tanto dixit. extr. de præscr.* Dec. *in l. 1. lect. 1. numer. 27. vers. similiter dicta regula. C. qui admitti. & in cap. cum inter. num. 48. vers. prædicta conclusio. colum. 8. extr. de Except.* Paris. *44. absolutio num. 2. vol. 1.* Socin. jun. *cons. 117. facti contingentia. n. 6. vers. verum hoc non obstante. vol. 2.* vid. *Perez. C. de Metallar. n. 24. 25.* ubi: quod ab initio actus nobis præjudicantes impedire debeamus.

XII.

Impedimentum alleganti incumbit onus probandi, *l. in exceptionibus 19. §. cum quis 1. ff. de probat. l. qui commeatu 14. ff. de re milit. l. 2. §. quod diximus 6. ff. si quis caut. l. 2. C. quib. ex caus. major. l. 2. §. utrum 1. ff. de legationib.* Innocent. *in cap. ex transmissa. n. 1. vers. necesse tamen. colum. 1. extr. de rescript.* Salicet. *in d. l. in exceptionibus. §. cùm quis. & ibi* Florian. *in princ. &* Jacob. & Aren. *in l. scire oportet. §. consequens. vers. & nota, quod ex hac litera. ff. de Excusat tut.* Albetic. *in d. l. qui commeatus. ff. de re milit. & in d. l. scire. §. sufficit. num. 2. vers. & nota. ff. de Excusat. tut.* Baldus *in d. l. 2. in fine. C. ex quib. caus. major.* Felin. *in cap. pro debilitate. num. 5. vers. queritur utrum. extr. de offic. judic.* Abbas *in cap. plerumque. n. 6. vers. dic tamen. extra de Rescript.*

Reſcript. Franc. *in cap. cupientes §. quæ ſi per vigint. in princ. de Elect. in 6.* Bart. *in l. 2. §. qvod diximus, in fin. ff. ſi quis caut.* & *ibi* Baldus *in §. ſi quis tamen. n. 3. verſ. primo caſu debet. col. 2.* & *ibi* Caſtren. *num. 3.* Dec. *conſ. 454. Judicas. num. 6. verſ. & ad hoc adduco. col. 2. & in cap. ex ratione. num. 61. verſ. tertio & ultimo. extra de appell.* vid. Pacian. *2. de prob. cap. 47.*

XIII.

IMPEDIMENTUM non præſtat, qvod de Jure non ſortitur effectum, *cap. non præſtat 52. de Regul. Juris. lib. 6.* Cald. Pereira *de poteſtate eligendi. cap. 13. n. 5.* Thomas de Thomaſſet. *in floribus Legum, reg. 205.* Sanchez. *de Matr. lib. 8. diſp. 22. num. 21.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 57. num. 30.* Cardinalis Tuſchus *practic. concluſ. tom. 1. lit. A. concluſ. 139. num. 2. & tom. 5. lit. N.* Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. cap. 58. num. 6. cum ſeqq.* Dionyſius Paul. *de vera qvatuor patriarch. Sedium erect. cap. 6. num. 11.* [Speculat. *in tit. de dolo & contum. §. reſtat. verſ. ſed vacuans.* Ludov. Gomez *ad §. pœnales. Inſt. de act. num. 42.*]

CAP. XIX.

Impeditus.

Axioma I.

Juſte impedito Eventus ſiniſtre non imputatur, ſed ei omnes dies utiliter currunt, proinde Nauclerus eos etiam dies, quibus adversâ tempeſtate progredi non potuit, numerat, perinde ac ſi deſtinato tempore in locum conſtitutum merces vexiſſet *l. 15. §. 6. locati. l. 4. §. 5. de ſtatu liber. Perez. C. de Navicular. n. 31.*

II.

Impedito agere non currit præſcriptio, *l. 1. in fine. C. de annal. except.* rationem hujus axiomatis vide in fra *in lib. 14. cap. Præſcriptio.* addi poteſt & Jaſ. *ad §. rurſus. Inſt. de action.* ubi reſpondet, qvod procedat in impedito impedimento juris, Aretinus *in l. pacta noviſſima. colum. 2. C. de pact.* Jaſon. *in §. item ſi quis in fraudem. num. 37. ff. de action.* Corſet. *conſ. 191. in c. ſatis. vol. 3. & conſ. 304. incip. videtur. col. pen. vol. eod.* Alex. *in l. fin. §. donec. col. fin. C. de jur. delib.* Henr. Boich. *in cap. auditis. in 2. diſtinct. extr. de præſcript.* Matth. de Afflict. *in tract. protomiſ. col. 1. pag. 10.* & hoc quando quis directe impeditur ſeu inhabilitatur a jure ad agendum, ut ipſo facto impediatur præſcriptio durante impedimento, ſive impedimentum acciderit a principio, ſive poſt inchoatam præſcriptionem, exemplum vide in filiofam. durante patris poteſtate, *in l. Cod. de Annal. Except.* & in muliere durante matrimonio in rebus dotalibus, *l. in reb. 30. C. de jur dot.* quod ſi enim directè quis non inhabilitetur ad agendum, ſed extrinſecus veniat impedimentum, tunc licet illud ſit veridicum, tamen præſcriptio curret, ſed dabitur reſtitutio. *l. ſed etſi per prætorem 26. in princ. & §. ſi feriæ 7. ff. ex quib. cauſſ. majores.* niſi ubi contrarium reperiretur expreſſum, qvod præſcriptio non curreret, qvia tunc illud jus ſervandum erit. Panorm. *in cap. qvia diverſitatem. de conceſſ. præbend.*

Unde limita, ſecus eſſe in impedito impedimento facti; tunc enim, ſi impedimentum eſt juſtum, licet agere non poſſit, currit tamen præſcriptio, ſed reſtituitur. *l. Et Attilicinus 35.* ubi Bartolus *ff. de ſerv. ruſtic. præd.* ſi tamen impedimentum facti eſſet injuſtum, tùnc bene currit præſcriptio, ſed non reſtituitur. *l. 2. §. ſi quis tamen ff. ſi quis caut.* Bartol. *in l. ſenatus. ff. de off. Proconſ.* qvanqvam de jure Canonico non procederet, qvia taliter impedito, etiamſi impedimentum pervenerit culpâ ſuâ, præſcriptio non currat, *ex d. c. diverſitatem.* aſſerit Jaſ. *d. loc.*

III.

IMPEDITO non currit tempus, vel præſcriptio, [*v. inf.* Terminus] *l. 1. §. fin. C. de annal. except. cap. quia diverſitatem 5. de conceſſ. præbend. cap. fin. de elect.* Tiraq. *de retract. lig. §. 3. gloſſ. 4. n. 6. & §. 35. gloſſ. 4. n. 29.* ubi intelligit, dummodo impedimentum non ſit affectatum, *& de retractu convent. §. 2. gloſſ. unic. num. 78.* Menoch. *conſ. 38. n. 35.* Surd. *dec. 151. n. 4.* Flam. Pariſ. *de reſig. benef. lib. 11. q. 13. n. 11.* Gut. *pract. lib. 3. q. 34. à n. 21.* Card. Serap. *dec. 997. n. 3. & deciſ. 1066. num. 1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſiaſt. reſolut. 550. n. 5. in ult. impreſſ.* Cardoſ. *in praxi Judicum & Advoc. verb. impedimentum. n. 2.* Monet. *de opinione canon. cap. 6. quæſt. 5. num. 40.* ubi etiam intelligit, dummodo impedimentum non ſit affectatum, Mar. Anton. *Var. reſolut. lib. 1. reſolut. 84. n. 5.* Nic. Garc. *de benefic. part. 10. c. 2. n. 17.* Ubi autem agitur de modico præjudicio, tempus, ſive inſtantia currit impeditis. Abbas *conſ. 5. col. fin. lib. 2.* Cravett. *conſ. 182. n. 15. verſ. rurſus.* qvos refert Card. Tuſch. *pract. concluſ. 1. tom. 5. lit. M. concl. 239. num. 9.*

CAP. XX.

De Impenſis. *vid.* Expenſæ.

Axioma I.

Impenſarum onus ad eum ipſo jure pertinet, ad qvem fructus & commoda rei pertinent, *l. 3. l. neqve 13. de impenſis in rem dot. fact.* Petr. Anton. de Petr. *de fideicommiſſ. quæſt. 15. n. 234.* Joh. Gœd. *lib. 3. conſ. Marp. 33. num. 88.* vide latè Menochium hac de re *lib. 2. arbitr. jud. caſ. 215. per tot.*

II.

Impenſæ factæ circa res non præſumuntur donandi animo factæ, *fac. l. alimenta 11. C. de negot. geſt.* & *ibi* Bart. *in fin.* Salicet. *col. fin. n. 4.* &

Joh.

Joh. Sichard. *n. 11.* Toties enim donationis præsumptio cessat, qvoties alia conjectura sumi potest. Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. qvæst. lib. 2. cent. 1. cas. 88. n. 2. & lib. 3. præsumpt. 10.* Schneidevv. *ad §. qvædam actiones 20. tit. de Action. famil. ercisc. n. 51. Instit. de Act.* Unde Bart. *in l. si donatione 13. n. 4. C. de collat.* ait, si pater qvid dat filio, præsumi id potius in peculium datum, qvam donatum, qvod placet & Salicet. *in l. filiæ 10. col. 4. vers. Secundo igitur casu, C. famil. ercisc.* Menoch. *3. præsumpt. 30. num. 26.* nisi cum benevolentiæ affectione concurrant causæ pietatis & impensæ exiguitas. Menoch. *d. cas. 88. n. 61.* Carpz. *part. 2. constit. 12. defin. 38. n. 8.*

III.

Impensa præsumitur facta ab eo, qvi erat obligatus facere impensam. Pacian. *1. cons. 98. n. 44.* Bart. *in l. eum servus. col. 2. ff. de V. S.* ubi ait, qvod si testator injunxerit heredi, ut sub certa pœna faciat in Ecclesia cathedrali ædificari capellam, si illa repetiatur ædificata, nec constet à qvo, tunc ad evitandam pœnam præsumitur ædificata ab eo, & expensis ejus, qvi obligatus erat, eam facere, juxta textum *in l. fin. C. de alim. pupill. præstand.* qvem seqvitur & Bald. *cons. 366. Sequitur. volum. 1.* ubi per eundem textum dicit, qvod hospitale præsumatur ædificatum per eum, qvi tenebatur ædificare, adde Castrens. *in d. l. cum servus. n. 2. vers. & penult. hoc respondetur. col. 2.* Imol. *n. 2. vers. & prædicta faciunt ad qvæstionem. col. 2.* Alex. *n. 4. vers. subdit etiam subtiliter.* & Jas. *n. 5. vers. unde infert.* Bart. *col. fin.* Bald. *in l. fin. C. de aliment. pupill. præst.* Felin. *in cap. sicut. n. 53. vers. fallit qvinto. extr. de re judic.* Socin. *in l. 2. col. fin. vers. præterea. ex qvo navicularius. ff. de condit. & demonstr.* Pacian. 1. *cons. 98. n. 44.*

IV.

Qvoties possessori conceditur impensarum repetitio, toties hoc semper intelligendum de impensis supra fructus perceptos in rem factis. Qvia reliqvæ impensæ ob summam æqvitatem cum fructibus sunt compensandæ. *l. fumtus 48. ff. de R. V.*

Declar. ut non modò fructus percepti sint compensandi, sed etiam usucapti *Donell. Lib. X. cap. 7.* imò etiam illi, qvos qvis habuit ex meliorationibus factis. *Sande Lib. 3. decis. Tit. 15. def. 5.*

V.

Qvoties alteri tollere licet expensas, toties semper Domino licitum est tantum offerre, qvantum pro sublatâ re sit consecuturus. Ratio est in *l. 38. ff. de R. V.* qvia malitiis hominum non est indulgendum, & qvod tibi non nocet, mihi verò prodest, ad id compelli poteris *l. 2. §. 5. ff. de aq. & aq. pluv. arcend.* Exemplum est in illo, qvi novas arbores in horto posuit, eas verò alteri cedere non vult, sed tollere; qvod non potest, si pretium justum ipsi solvatur.

VI.

Qvoties in personâ expendente ullus parentelæ respectus & in personâ accipiente magna indigentia vel necessitas, toties impensæ præsumuntur vinculo pietatis factæ. qvia sic ab utrâqve parte causa impulsiva concurrit, pietatis officia eliciens. Exempla sunt in matre, aviâ, *l. 44. ff. de negot. gest.* idem esse dicitur in vitrico *l. 15. C. de Neg. Gest.* Extraneus igitur si qvid in alimenta impendit & in res filii, repetit *l. 11. C. eod.* vid. *Brunnem. ad L. Nesennius 34. §. 4. ff. de negot. gest.* qvodcunqve autem pietatis gratiâ impenditur, hoc non repetitur.

Limita: ut hæc omnia procedant, nisi protestatio fuerit adjecta de animo repetendi; sic enim præsumtio pietatis penitùs cessat. *d. l. 34.*

VII.

Qvoties impensæ in rem commodatam factæ minores sunt usu, toties non repetuntur *l. 18. §. 2. ff. Commod.* qvia ad has tenebatur Commodatarius ob usum, qvi cùm major fuerit, qvàm impensæ, has absorbet. *l. 13. in fin. ff. de impens. in res dot. al. fact.* Exemplum poterit esse in eqvo commodato, in qvem ob morbum impensæ factæ.

VIII.

Impensas necessarias & meliorationes etiam malæ fidei possessor recipit.

Limit. (1.) in eo, qvi fundum rei privatæ emit & principi Canonem intervertere intendit *l. fin. C. de fund. rei priv.* (2.) Vasallus qvi culpâ suâ feudum amittit. *Brunnem. ad d. l. fin. n. 2.* secus si sine culpâ suâ feudum amittat. *Brunnem. ad l. 2. C. eod. n. 1.* tunc enim Meliorationum repetitio etiam ad heredes transit, *ibid.*

IX.

Impensæ non debent superare rei valorem, e. g. vectura non excedat tributum *l. 9. C. de annon. & trib.* Tutor non tenetur exigere debita, si exactio ea absorberet; nec reficere ruinosas ædes, nec Inventarium conficere, si expensæ ipsam absorbeant hereditatem. *Brunnem. in l. 8. C. de annon. & trib.*

X.

Impensæ ad res voluptuarias, e. g. Ludos, destinatæ potiùs ad res necessarias, e. g. munitionem urbis, structuram templi, pontis &c. impendi debent. *Perez. C. de Expens. Ludor. n. 3. seq. Brunnem. C. eod.*

XI.

Volens recuperare rem sibi obligatam aut propriam, debet restituere Expensas meliorationis. *Perez. C. de Censib. n. 18.*

XII.

Impensæ sunt omne id qvod erogatur, & fiunt vel propter litem, qvæ in specie dicuntur expensæ *l. 13. §. 6. C. de Judic.* vel propter rem ipsam, & vocantur Impensæ in specie, suntqve vel fructuum, qvi fiunt propter fructum præsentis anni, *l. 3. §. 1. l. 7. §. fin. ff. de impens. in res dot. fact.* vel rei, qvæ fiunt ad perpetuam h. e. duraturam aliqvandiu rei utilitatem *Hahn ad Wesemb. de impens. in res dot. fact. n. 1. Eckolt. ibid. §. 1.*

XIII.

Qvænam sit differentia Impensarum ex officio judicis & jure actionis debitarum, vid. *Mev. P. 7. Decis. 351. n. 1. 2. 3.* & an Impensæ in rem alienam factæ juxta æstimationem operis an designationem impendentis reddendæ, *id. P. 3. Dec. 41. n. 2. 3. 4.*

CAP.

CAP. XXI.

Imperator, Imperare.

vid. infra de Magistro.

Imperio.

Axioma I.

Imperator omni virtute virtior est, ut ait Tertullianus, atq; omni Majestate major. *lib. de Trinitate 4.* Bartol. *in cap. intellectu. n. 5. de jurejur. & in l. hosti. ff. de capt. & postlim. rev.* Bald. *in l. fin. C. de appellat. & §. ult. n. 24. de prohibit. feud. alien. l. inter claras 8. C. de Summ. Trinitat. l. quæris 3. ff. de natal. restit.* cujus in terra Majestate nihil majus. *l. 12. C. de Legib.* Carol. Tap. *in rubr. de const. Princip. cap. 4. n. 11.* Covarr. *pract. q. 1. n. 9.* Blarer. *consil. 359. lib. 3.* qui ideò meliore jure quadruplici β gloriari potest, & esse βασιλευς, βασιλέων, βασιλεύων, βασιλεύσει, ut Bodinus *de Imperat. Turcic.* ait, *cap. 9. lib. 1. 146.* cujus in imperio αὐτοκρατεία, Italis Signoria, Gallis Souveraineté, nullū sublimius imperium, ut testantur de se Ludov. IV. & Frider. Pulcher Imperatores in verbis über alle Welt. Cuspinian. *in Austr.* præter Deum recognoscentis neminem, Aventin. *lib. 8.* Anton. Vacca *ad l. 1. de constit. Princip.* Hieron. Balb. *in coronat. Caroli V.* Hier. à Monte *in tract. de fin. regund. c. 96. n. 9.* Mart. de Curat. *in tract. de Principe.* Unde hominem à Deo secundum, & solo Deo minorem dicit Tertullianus ad Scap. à quo potius immediatam dependentiam habet, & imperium accepit. *Nov. 82. cap. 4. l. 1. C. de V. I. E. l. fin. C. de Legib.* Hinc Von GOttes Gnaden titulum tenet præ aliis suum, Sigon. *9. Histor.* qui potestatem divinæ successaneam, quamvis humano quidem utatur idiomate, accepit Phil. Maced. *apophthegm.* Stobæus *serm. 46.* Unde prisci majestatem cœlo delapsam finxerunt, quam ut Deam coluerunt filiam reverentiæ, inde sacram vocant. Briss. *lexic. lib. 17.* Sixt. 1. *de Reg.* quem ergo si quis mundi neget Dominum, *l. 9. ad L. Rhod.* hæreticum esse ajunt, Bartol. *in l. hostes. de captiv. & postlim.* Bald. *in l. cunctis. C. de Summ. Trinitat. cap. jus Quiritum 17. distinct. 1. cap. ad Apostolicæ 2. de re judic.* & orbis Romani Monarcham scribunt *Clem. Pastoralis de judic.* Ant. de Butr. *consil. 61.* Ruin. *lib. 5. consil. 3.* Carol. de Grassal. *lib. 1. de Regal.* Franc. 6. *n. 6.* Joseph. Sesc. *de inhibit. Instit. Armagon. c. 8. §. 1. n. 2.* Prosper Caravit. *tit. 46. n. 11.* Gretser. *cap. 20. lib. de cruc.* Sturc. *de Imperio Romano cap. 1.* Hubert. Goltz. *cap. 5. th. rei antiqu.* Reusner. *Isag. de Aquil. Rom. lib. 1.* quem serenissimum suum Dominum vocat Greg. Machajus, & se indignum ejus servum, *lib. 2. epist. 4. epist. 34.* Bœckel. *de publ. jud. disqu. 4. fol. 31.* Hodiè autem summum ejus Imperium Statibus est communicatum *Brunnem. ad l. un. C. de stud. liber. in fin.*

II.

Imperator est solus civium Romanorum Dominus. *l. 3. C. de Summ. Trinitat. l. 3. C. de quadr. præscript.* Zoannet. *de Roman. Imper. n. 149.* Castald. *de Imper. q. 52. n. 1.* Jason. *consil. 177. n. 11. vol. 2.* Reipublicæ enim Maritus censetur *per not.* Igne. *ad l. necessarios 5. §. 2. part. 4. n. 38. ff. ad SCt. Syllan.* Luc. de Penna *ad l. quicunque 3. col. 3. C. de omni agr.* Harpr. defect. *ad proœm. Inst. n. 56.* imò tanquam stella matutina eminet inter omnes Reges in medio nebulæ meridionalis. *l. penult. & ibi* Bartol. *Cod. de bonis quæ liber.* Sixt. *de Regal. cap. 4. n. 6. lib. 1.* A quo scaturiunt omnes dignitates tanquam à suo fonte & principio, Gail. 1. *obs. 30. n. 21.* Gœden. *consil. 3. n. 13.* ad quem rursus tanquam rivuli & flumina ad mare redeunt, Vant. *in tract. nullitatis tit. 10. n. 10.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 15. n. 3.* in quo requiescunt tanquam thesauri in scrinio reconditi. Borcholt. *de feud. cap. 4. num. 12.* Modest. Pistor. *cons. 51. n. 28.* penes quem residet velut scabellum pedum suorum. Cravett. *consil. 338. n. 1.* adde Josiam Nolden. *de stat. Nobil. cap. 2. n. 14.* unde & solo verbo facit civitatem, Bart. *in l. 1. C. de metropolit.* Fab. de Anan. *consil. 56. n. 19.* solo verbo creat Doctores, Angel. *in l. 1. Cod. de sent. pass.* Restaur. Castald. *de imper. quæst. 100. priv. 41.* Schneidew. *de feud. p. 3. n. 63.* Cacheran. *consil. 2. n. 30.* solâ nominatione constituit Duces, Marchiones, Comites, Nobiles. Molin. *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 11. n. 22.* Vincent. Franch. *decis. 62. n. 6.* Peregr. *cons. 84. n. 13. lib. 1.* & in summa dignitate facit pro suo velle. Andr. *in cap. 1. n. 22. de Capit. qui cur. vend.* Duaren. *de feud. cap. 4. n. 8.* Paris. *consil. 23. n. 17. vol. 1.* Nolden. *de stat Nobil. cap. 2. n. 14.*

Limitā tamen, quoad superioritatem & majoritatem, qua omnibus Principibus præfulget, à se abdicare & in alium transferre non possit. Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum. n. 90. extr. de constit.* ratio, quia inferior superioritatis non est capax; superioritas enim consistit in summo gradu, inferior autem cum ex necessitate naturali & absoluta superiorem habeat, in summo gradu existere non potest.

III.

Imperator in dubiis semper consulendus. Symm. *lib. 1. epist. 33.* hinc animata lex in terris dicitur, *Novell. 110.* quo nihil majus, nihil sanctius, *l. 12. C. de LL.* Warem. de Ehrenb. 1. *de fœder. c. 2. n. 231. pag. 280.* unde & Dominus mundi appellatus fuit, *in l. 9. ff. ad Legem Rhod. de jact. vide infra litera P. cap. Princeps.* Ideoque Imperatori debetur tanquam orbis Christiani capiti, *in Aurea Bullac. 2.* super alios Reges præeminentia, & nulli Principum tanta debetur majestas, quanta Imperatori, ut ait Purpurat. *in l. quicung;. n. 116. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* quia omnia regna superat imperium antiquitate, Arnis. *lib. 1. de Majest. c. 4. n. 1. pag. 78.* & graviter peccare dicuntur, qui Cæsari sunt inobedientes, Bald. *in c. 1. in princ. n. 1. vers. & peccant. tit. de Pac. Jur. firm.* Imò mortaliter, ut vult Hostiens. *in cap. per venerabilem. §. videbatur. col. 2. vers. numquid ergo mortaliter. extr. qui fil. sint legitimi.* qui tamen limitat, & tum valere asserit, si interpellati à Cæsare, ad obedientiam tamen non redire cupiunt, quem sequitur & Laudens. *in tract. de Princip. quæst. 17. & 60.* vid. & Arnis. *lib. 1. de Majest. c. 2. num. 2.*

IV.

Imperatores olim utrumque gladium habuere, temporalem sc. & spiritualem, & tunc contulerunt omnia beneficia Ecclesiastica per universum orbem, & elegerunt etiam Papam. *Ziegl. in Jur. Canon. pag. 295.* Sed & hodie adhuc Jura sacrorum exercet Imperator, nisi in quantum per transactionem inter Henricum V. & Calixtum II. remissa sunt. *Rhet. Instit. Jur. publ. Lib. 1. Tit. 4. §. 62.* Quo jure autem negent, Imperatori ullam in rebus Ecclesiæ competere jurisdictionem, vid. *Ziegl. de Jur. Majest. pag. 323.*

V.

Imperator omnia ponderare & cum consilio facere debet. Bald. *in l. placet. n. 2. C. de SS. Eccles.* annotavit & Jas. *ibid. in 1. lect. in 1. not. n. 9.* Cons. Arg. 110. *n. 35. lib. 1.* quamvis enim prudens & sagax sit Imperator, ob multitudinem negotiorum tamen Consiliariorum ministerio opus habet & quidem plurium, non enim uni omnia fidat. *Perez. C. de Comit. Consist. n. 1. usque 15.*

VI.

Imperatoris sententia vim habet Legis & pro Lege observatur, *l. fin. in princ. C. de Legib. & ibi* Bart. Baldus *in proœm. ff. n. 29. vers. item. col. 2.* Pacian. *consil. 149. n. 64.* ex pactis tamen & conventionibus æque ac alii obligatur, *l. donatione 5 quas Divus 26. C. de donat. inter vir. c. 1.* ubi Dd. communiter *de probat. cap. 2.* ubi Bald. *de Natur. Feud.* Regner. Sixtin. 2. *Consil. Marp. 9. n. 82.*

VII.

Imperatori, ut summo Principi, multa permittuntur, quæ ab aliis inferioribus judicibus fieri nequeunt. *l. 1. §. quæstioni. §. ult. ff. de quæst. l. Divi fratres 27. ff. de pœn.* Alber. *in l. ab executore ff. n. 4. de appell.* Regn. Six. 2. *Consil. Marpurg. 14. num. 49.*

VIII.

Imperator non nisi ex Germanis eligendus. *arg. c. venerabilem 74. post princip. de Elect.* vid. Harprecht. *ad proœm. inst. n. 37.* Besold. 1. *polit. c. 5. §. 6. n. 34.* Henning. Gœd. *consil. 1. p. 2.*

IX.

Imperator in arduis in causa propria judex esse non potest, Dd. communiter *in c. 1. extr. de probat.* idque svadet æquitas, cum non sit verisimile aliquem judicaturum contra seipsum, præsertim in causa ardua & magni ponderis, ut testatur Castald. *in tract. de Imperat. q. 98.* Consil. Argent. *lib. 1. consil. 1. n. 123.*

X.

IMPERARE sibi ipsi nemo potest, *l. prætor. 4. l. pen. ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his. l. ille à quo 13. §. tempestivum 4. ff. ad Trebell. l. pen. ff. de arbitr. l. Princeps 31. de Legibus.* Surd. *consil. 152. num. 46.* Bocer. *de feud. investit. cap. 3. n. 86.* Cardin. Tusch. *practic. concl. tom. 4. lit. I. concl. 47. n. 1.* ubi *n. 2.* ampliat in tantum, ut nec possit præscribi, quod quis ipsi imperet, & *n. 3.* post Anchar. *consil. 154. in princip.* limitat, quia exeqvutor, qui debet compellere, potest officium exercere, etiamsi ipse sit unus de compellendis, agnoscendo bonam fidem, & obtemperando sine imperio, quia hoc modo duplicem personam potest repræsentare.

CAP. XXII.

De Imperfecto. *add. Loc.* de Defectu, Omisso.

Axioma 1.

Quod imperfectum est, nullam inducit obligationem, *cap. dudum 20.* ubi Panormitan. *de convers. conjug.* Socinus *consil. 93. circa part. 1.* per Bart. & Dd. *in l. certi. in princ. ff. si cert. pet.* Panormit. & Dd. *in cap. ex parte. de for. compet.* Decis. Neapol. 77. *n. 7.* Decius *consil. 57. conf. 62. in princ.* Non enim dicitur actum, quamdiu supereſt aliquid agendum, *l. penult. in fin. de his, quæ ut indign.* Jason. *n. 3. post gloss. & alios in l. cum Syllanianum. C. de his quib. ut indign.* Speculat. *de salar. Advocat. n. 11.* Sandæ. *lib. 4. tit. 1. defin. 5.* Unde & contractus non perfectus pro nullo dicitur, *gloss. pen. cap. tuæ. de Cler. non resident.* ubi patia definit, nullum esse actum, vel imperfectum, *per l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto 1. C. de testam.* Wes. *lib. 1. consil. 32. n. 42. l. 5.* Qui satisdare. §. 7. *in fin. Inst. quib. mod. testam.* vid. *supr. lib. 1. cap. 25. Ax. 30.* Bornit. *P. 2. de re instr. part. c. 8. p. 33.*

II.

Imperfecta plura non possunt simul conjungi, quando unumquodque non est concludenter probatum. Bald. *in l. si quis ex argentariis. §. 1. n. 4. ff. de edend.* Alexand. *consil. 180. n. 6. lib. 2.* Grammat. *consil. 3. n. 18.* Surdus *consil. 132. n. 58. in fin. lib. 1.* Farinac. 1. *cons. crim. consil. 70. n. 47.* Duo enim imperfecta diversi generis non faciunt unum perfectum, *l. unic. in fin. C. qui n. tut. l. 1. §. ult. ff. de vacat. mun.* cum enim forma in unitate consistat, ineptum est eam de pluribus partibus imperfectis componere velle, Julian. Peleg. *quæst. illustr. n. 27.*

Limita: nisi tendant ad unum eundemque finem (ut paries & tectum perficiunt unam domum) tunc enim facile conjungi possunt. Consil. Argent. 1. *consil. 112. n. 71.* Mynsing. 2. *observ. ult.* Unde si plures imperfectæ probationes etiam diversi generis tendant ad eundem finem, conjungi possunt ad faciendam plenam probationem. *cap. cum causam 15. & ibi gloss. in vers. adminicula. & ibi* Abbas *n. 2.* Felinus *n. 10. vers. secundo casu.* Decius 10. *de probat. glossa in l. 2. in vers. legitimis de Excusat. tut.* Baldus *in l. Spadonem. §. qui plum. ff. eod.* Bart. *in l. admonendi. n. 48. & ibi* Jas. *de commun. n. 257. de jurejur.* Farin. *d. consil. 70. num. 67.*

III.

Imperfectio sensus magis vitiat, quam formæ & solennitatis, Baldus *in l. si is, qui. ff. de testam.* Castrens. *consil. 205. consil. 201. & 363.* Unde dici solet defectum juris naturalis plus peccare quam juris positivi. Alexand. *in l. hac consul-*

tis-

tissima. §. ex imperfecto. C. de testam. n. 2. Hinc aliud est non perfecta, alia non solennis voluntas, quippe nihil actum censetur, cum aliquid adhuc supereſt peragendum. *l. pen. ff. de his quib. ut indign. cap. 1. de succeſſ. ab inteſt.* Abbas *consil. 105. vol. 1.* & qui partem individui facit, nihil censetur peregisse. *l. fin. C. qui testam. fac. poss. l. fin. C. ad SC. Syllan.* Jaſ. *in l. si mihi. §. in legat. n. 10. ff. de legat. 1.*

CAP. XXIII.

Imperitia, Negligentia.

Axioma I.

In quolibet artis suæ imperio imperitia culpæ venit annumeranda, *l. illicitas 6. sicuti 7. de offic. præsid. l. si quis domum 9. §. Celsus. ff. locati. §. præterea Inst. ad Leg. Aquil.* Exempla in jure passim invenire licet, in Medico est exemplum *in l. 8. ad Leg. Aquil. l. 132. de R. I.* in mulione, *d. l. 8. §. 1.* Idemque in Doctore, Procuratore ac omnibus vel minimæ artis professoribus usque ad bubulcum. Ang. Sand. & alii *ad §. imperitia 7. l. ad L. Aquil.* in nautâ, *Perez. C. de Naufrag. n. 13.* in Suariis, Vaccariis, Caprariis, *Perez. C. de Suar. num. 5.*

Amplia hanc regulam (1.) quod procedat etiam extra artis professionem, quoties impotentia & infirmitas in culpa est, ut in gubernanda nave, regendis equis, jumentis, &c. quæ ab aliis rectius regi potuissent, *d. l. 8. cap. significasti. de homicid.* ratio hujus ampliationis est *in d. l. 8.* quod adfectare nemo debeat id, in quo intelligit vel intelligere debet (quod idem est, *l. quisquis 15. C. de rescindend. vendit. l. 4. C. si cert. petat.*) imbecillitatem suam alii damnosam.

Amplia (2.) ex hac ipsa ratione, quod ignorantia non excuset eum, qui scire debuit, ex facto suo damnum cuique contingere posse, *cap. ult. de injur.* Wesemb. *in Comm. C. ad L. Aquil.*

Limita (1.) quod supradicta tum demum procedant, quando quis scientiam affectat, ut industriam suam profiteatur, §. *7. ad L. Aquil.* fallat, ubi ea dissimulatur. *l. 3. C. de testam. milit.*

Limita (2.) in eo, qui amicitiæ causa adscitus est, *l. 1. §. 2. Si mens. fals. mod. dix.*

II.

Imperitis literarum beneficia non sunt conferenda, *cap. illiteratos 1. 26. distinct. cap. pœnitentes 3. 55. distinct. cap. cum in cunctis 7. de Elect. & cap. ult. de temp. ordin. in 6.* Menoch. 2. *arbitr. judic. cas. 425. num. 6.* sicut nec imperiti judices esse possunt, *Novell. 82.* neque enim convenit, ut illi judicum gerant nomen, qui & legum sunt imperiti, & in agendis rebus nullum habent usum, nullam experientiam, *d. Nov. 82. in princip.* Excipe, nisi ejusmodi casus emergat, de cujus justitia non minus imperito, quam jurisperito liqueat, tunc enim & imperitus rectè judicabit, vide Zasium *in l. certi. num. 4. C. de judic.* Donell. *lib. 17. comm. 24.* Vult. *discept. 8. p. 83.* Umm. *disp. ad proceſſ. thes. 8. n. 45.*

CAP. XXIV.

Imperium *vide supra* Imperator & *infra* jussus.

Axioma I.

Imperium à DEO est ad dandam Legem, *Novell. 73. in princ. Deut. c. 17.* & ad faciendam justitiam, *Novell. 26. cap. fin.* ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, *1. Petr. 2. cap. solitæ 6. de majoritate & obedient.* Honthem. *lib. 1. de Notar. cap. 34. num. 4.* Hinc Imperium Cæsareum immediatè à DEO esse profectum, patet & *ex l. 1. in fin. C. de Summ. Trinitat.* ibi: *ex cœlesti arbitrio, & §. 1. Auth. de instr. Caut. Nov. 73.* ibi: *Imperium Dominum de cœlo constituit, & c. 1. §. si verò ut Auth. defuncti sensum. Nov. 60.* ibi: *in omnib. gent. nobis principatum alium quidem ab initio dedit DEUS, Nov. 7. c. 2. §. sinimus igitur. Auth. de bon. alien.* ibi: *Imper. cui plurima DEUS dedit & c. Add. 2. F. 28. vide & cap. Imperium. distinct. 96. & cap. quæsitum 45. 23. quæst. 4. Deut. cap. 17. vers. 1. 1. Sam. 8. Luc. cap. 2. Joh. 19.* & hanc opinionem defendit Ant. de Rosell. *in tract. de potest. Pap. vol. 30. col. 4. in fin. quæst. 1.* Mich. Ulcurrus *in tract. de regim. mund. quæst. 2. principal. per tot.* Schwaneman. *observat. pract. observ. 2. n. 4. & 5.* Unde & Imperatorum Leges censeri procedere ab ipso DEO, ratione eâ, quod Imperator dicatur divinâ gratiâ constitutus, ut sit Imperator in terris, sicut DEUS in cœlo, & habere divinum numen, ait Marant. *in disput. 1. quæst. legal. n. 33.*

II.

Imperium extra Ecclesiam non est, *cap. schisma 34. §. sed nec illud 24. quæst. 1.* Sensus hujus regulæ, quod illi tantùm competat Imperium de jure, cui Ecclesia id tribuerit, vid. Arnis. 1. *de Majest. c. 2. n. 3.*

III.

Imperium par in parem non habet, *vid. infr. Par.*

IV.

Imperium summum, quod in universum orbem terrarum sibi transscribit Pontifex Romanus, merum est commentum ex fastu Hildebrandino natum. *Ziegl. de Jur. Majest. p. 121. 218. 347. 368. 387. 398.* & hoc imperium Pontificis multùm limitatum tùm in temporalibus, tùm in spiritualibus *id. p. 363.* postquam universum imperium in Clericos hodiè Reges & Status Evangelici masculè sibi asseruerunt. *Id. pag. 347.*

V.

Imperium merum nihil habet commune cum Regalibus. *Mevius Part. 6. Decis. 252. Consil. 2. num. 58.*

VI.

Imperium merum seu jurisdictio Criminalis nihil aliud est, quàm delictorum capitalium animadversio & coërcitio, atque hodiè pro uno eodemque sumitur jus gladii, & per consequens merum Imperium & superior Jurisdictio. Zeit-Gerechtigkeit / Malefiz-Recht / Hals-Gerichts-

richts Obrigkeit. *Carpz. Prax. Crim. P. 3. q. 109. num. 10.*

VII.

Imperium mixtum seu jurisdictio civilis ad rerum civilium cognitionem & animadversionem pertinet, idemque ferè est, quod vogteyliche Obrigkeit/die Nieder- und Mittelbare Obrigkeit/Untergericht/Erbgericht. *ibid. n. 11.*

CAP. XXV.

De Impersonalibus.

Verba impersonalia locum actioni injuriarum non faciunt: frustra tamen objicitur impersonalitas, ubi de mente dicentis per argumenta constat. *Mev. P. 7. decis. 113. n. 1. 2. 3.*

CAP. XXVI.

De Impertinentibus.

Axioma I.

Impertinentia non debent admitti. *l. si duo patroni 12. §. idem Julianus 2. ff. de jurejur.* Decius *cons. 162. n. 1. incip. in causa quæ agitatur. & consil. 517. n. 1. incip. in sententia.* Speculat. *tit. de position. §. sexto. num. 36. & §. 7. n. 4. & n. 6.* Gail. 1. *obs. 81. n. 3.* quo fit, ut nec articulis sive capitulis impertinentibus respondendum sit, per tradita à Paris. *consil. 67. n. 14. vol. 4.* eosdemque à judice, ac ne quidem cum clausula, salvo jure impertinentium & non admittendorum admittendos, sed rejiciendos esse, per doctrinam glossæ *in cap. cùm contingat. extr. de jurejur.* ubi Bald. & Dd. communiter. Jas. *in d. l. si duo in fin.* Muscatell. *in prax. civil. verb. impertinentes. n. 21.* Herm. Vult. 3. *Consil. Marp. 29. n. 75.* Honded. *decis. 15. n. 19. vol. 1.* Mascardus *de probat. concl. 1177. n. 4.* Menoch. *consil. 707. n. 24.* Umm. *in disp. ad proces. disp. 15. th. 3. n. 15. & disp. 13. th. 2. n. 15.* ubi declarando admittit, si omninò impertinentes sint, quales erunt, si planè ad causam neque directè neque indirectè accommodari possunt. Rutger. Ruland. 3. *de commiss. 1. c. 4. n. 2.* unde nec testes super talibus impertinentibus recepti quicquam probant, Vincent. *Neapolitan. decis. 100. n. 29.* Menoch. *cons. 717. n. 28.* imò si judex tales admiserit, pars adversa benè posset appellare. Mascard. *de probat. concl. 132. num. 1.* Sicut enim à rejectione & non admissione articuli relevantis datur appellatio, Henning. *cons. 24. n. 11.* Castrens. *cons. 335. n. 1. lib. 3.* quia vim habet definitivam, Castrens. *d. loc.* ita etiam datur appellatio à rejectione exceptionis oppositæ, quod reus non teneatur respondere libello impertinenti irrelevanti generali & obscuro, si judex respondendum & procedendum mandaverit, Gemin. *cons. 218. per tot.* Castrens. *d. cons. 335.*

II.

Vitiosum est id augeri, quod convenit doceri. Cicero 2. *ad Herenn. sub fin.* ubi regulam hoc exemplo declarat: ut si quis quem arguat hominem occidisse, & antequam satis idoneas ejus rei probationes attulerit, augeat peccatum, & dicat, nihil indignius esse, quàm hominem occidere: non enim indignum sit, annon, sed factum nec ne sit, quæritur. Facit huc vulgatum proverbium: *Multa bona dicis, sed nihil ad propositum.* Schurff. *lib. 1. consil. 53. in fin.* Quintil. *lib. 3. Institut. Rhet. cap. ult.* Luther. *in Genes. cap. 18. ad verb. text. Dixitque DEUS ad Abraham. p. 638. Audivi aliquando Doctorem Henningum cum erudito, eloquente & acri adversario disputantem de magna causa: cùm igitur adversarius magnum acervum ll. attulisset, & causam suam, quam poterat, optimè communivisset, Henningus moderatè & amicè eum compellabat: Licere ei tota LL. volumina adferre; sed etsi translocare montes posses, & in imo aquarum incedere, tamen si de proposita causa voles mecum disputare, huc descendas necesse est: ostendens quis rei scopus esset. Atque hoc uno verbo hominem facundum & eruditum compescuit & quasi prostravit.*

CAP. XXVII.

Implementum.

Axioma I.

Qui ipse conventionem non implevit, is de pacto sibi non servato conqueri non debet. vide *C. A. de except. l. Julianus 13. §. offerri 8. ff. de act. emt.* Carpz. *p. 2. Jurispr. forens. constit. 44. defin. 12. num. 6.*

II.

Ex defectu Implementi arguitur dolus ejus, qui implere tenebatur, nec tamen implevit, *l. dolus 10. & ibid. gloss. C. de rescindend. vendit.* Corn. *consil. 116. in fin. volum. 1. & consil. 128. col. 2. vol. 3.* faciunt notata à Magon. *decis. Lucens. 31. num. 12.* Adde Vult. *libr. 2. Consil. Marpurg. 24. num. 32.*

III.

Implevisse se probare debet, qui implere tenebatur. Bartol. *in l. in illa. ff. de verb. oblig.* Alexand. *consil. 101. in fin. vol. 2. & consil. 41. col. 2. vol. 3. & consil. 52. col. 2. vol. 6.* Corn. *consil. 113. col. 2. vol. 1. & consil. 11. col. 2. vol. 1.* Bald. *in d. l. in illa. ff. de verbor. obligat.* Alexand. *consil. 101. in fin. vol. 2.* Tiber. Decian. *consil. 60. n. 14. vol. 2. & consil. 1. num. 66. vol. 3. Vult. 3. Consil. Marpurg. 33. n. 226.*

IV.

Implementum in rebus omnibus requiritur: hinc omnia privilegia, quæ depositâ militiâ nonnullis tribuuntur, sunt intelligenda, si laudabiliter se gesserint in officio usque ad tempus destinatum continuum. e. g. Professores per 20. annos, *l. un. C. de Profess. qui in urb. Constant.* silentiarii per tredecim, *l. 3. in fin. C. de silentiar. Brunnem. C. eod. col. 2. n. 7.*

V.

Implementi probatio incumbit ei, qui ex contractu actionem instituit, *Mevius Part. 4. Decis. 332.* adeò ut in actione præscriptis verbis implementum probandum sit ab actore.

etsi de illo excipiat reus. *Mevius Part. 8. Decis. 367.*

VI.

Ei, qui implevit, duplex competit actio, præscriptis verbis & condictio causâ datâ, causâ non secutâ, *Mev. P. 3. Dec. 27. n. 4.*

VII.

Non impleti Contractus exceptio est impeditiva litis ingressum. *Carpz. lib. 2. R. 88. n. 1.*

CAP. XXIIX.

De Imploratione.

Imploratione Judicis, quæ sine contradictione exerceri non possunt, reverâ subeunt vicem actionum. *Ziegl. Jus Canon. p. 797.*

CAP. XXIX.

Impossibile.

Axioma I.

Impossibile est, cujus contrarium necessariò verum est. Arist. 4. *Met. 2.* Unde Accursius, cum hujus conditionis contraria sit impossibilis, consequens est, hanc necessariam esse. Cujac. *ad l. 8. de V. O.*

II.

Conditio impossibilis pro non adjecta habetur. §. *Impossibilis. Instit. de hered. Inst. l. 1. 14. 20. de condit. instit.*

Declara, hanc regulam procedere in iis, quæ per se & absolutè sunt impossibilia, nec in ullius hominis potestate: sed vel ipsa natura, vel jure prohibita, ut *in l. 137. §. 6. de V. O.* Secus est, si tantum secundum quid impossibile, hoc est, respectu tantum ejus, cui aliquid in testamento est adscriptum, per se difficile magis, quàm impossibile, quæ omninò implenda est. *l. 4. §. 1. de statu lib.* Hæc tamen aliquando pro impleta habetur: ut si in personam tertii collata sit, *l. 1. C. de instit. & substit.* Locam. disp. de leg. *thes. 6. q. 6.* plenius Bachov. 2. *disp. 13. thes. 6. f.*

Declara secundo, quod regula hæc locum habeat in ultimis voluntatibus, vitietur in contractibus, in quibus conditio impossibilis vitiat ipsum negotium. *d. l. 137. §. 6. de verb. oblig.*

III.

Impossibile quod est esse in sensu, impossibile est esse in intellectu. Florian. *in l. actor. n. 11. vers. circa quod est sciendum. col. 2. C. de probat.* Pacian. *consil. 13. n. 6.*

IV.

Impossibilium & inhonestorum idem est judicium. Gloss. *in l. vulgo ff. de stat. hom. & in l. si cum dies. §. plenum. ff. de recept. arbitr. per text. in l. cum ita legatum. 63. cum l. seq. ff. de condition. & demonstrat.* Pacian. *consil. 4. n. 25.*

V.

Impossibile nullum sequitur possibili in esse posito. Bl. *in l. testium. n. 24. vers. quia. C. de testib.* Pacian. 1. *consil. 117. n. 4.*

VI.

Dispositio, quæ pro parte est impossibilis, pro ea, quæ est impossibilis, non debet impleri, sed tantum pro ea, quæ possibilis est, adimplenda erit. Baldus *in l. fin. in fin. ff. de condit. Inst. & ibid.* Castr. Forster. 1. *Consil. Marpurg. 8. num. 9.* Validum enim in re sustinetur cum invalido, vel quod deinde non existit. *l. hereditas 65. & ibi* Alber. *in summar. ff. de hered. institut. arg. l. actus legitimi 77. ff. de R. I.* Paris. *consil. 38. n. 34. lib. 3.*

VII.

Culpam non admittit, qui rem impossibilem non aggreditur. *l. cum quidam 17. §. si pupillo 3. ff. de usur. gloss. ad cap. 1. §. solet. verb. potuerit. de restit. spoliat. lib. 6. per text. in cap. quia diversitatem 5. vers. & tunc si voluerit. extr. de concess. præbend. ibidemque gloss.* Aym. Cravett. *consil. 53. num. 10. & consil. 362. num. 2. & consil. 319. n. 15. vers. tertio culpa.* ubi ait: Culpa imputari non potest, si quis id non fecerit, quod facere non potuit; neque enim solum illud non possumus, quod facto nobis est impossibile, sed & quod jure, quia fit contra mores. *l. 3. §. idem cum Pollidius 3. ff. de usur.* vid. Gœd. 1. *Consil. Marp. 29. num. 99.*

IIX.

Impossibilitas, quæ nulla diligentia præcaveri potest, à mora excusat, Köhl. *exercit. 12. num. 66.* itemque à pœna, Coler. *consil. 52. n. 51.* imò à perjurio, *l. cum quidam 17. §. si pupillo 3. ff. de usur.* Cacheran. *decis. 92. n. 20.* Unde debitor etsi juratus, si non potest solvere tempore debito, non incidit in perjurium. *cap. felicis 5. prope fin.* ibi: *si ei potestas. de pœn. in 6. & l. impossibilium 185. de Reg. Jur. ubi Dd.* Hinc cùm Ferdinandus I. Pontifici jurato promisisset, se schismaticos omnes extirpaturum, id autem non præstitisset, quibusdam Papæ assectis concludentibus Imperatorem dignitate suâ *per l. quoties 17. C. de dignit.* seipsum spoliasse, Doctor Seldius Cancellarius verissimè respondit, Imperatorem per verba juramento adjecta (pro posse) meritò esse excusandum, cùm regulariter in omnibus promissionibus conditio, si potero, subesse intelligatur, ita refert Mager. *in tract. de advocat. armat. cap. 11. n. 788.* Carpz. *ad Aur. Bull. cap. 2. sub fin.* Sic Vasallus excusatur à Felonia, quando per virium impotentiam Dominum suum non potuit defendere. §. *sed non est alia, quæ sit prim. caus. benef. amitt.* Curtius jun. *P. 4. n. 61. cap. 8. de feud. lib. 1. cap. 12.* Farin. *in frngm. crim. part. 1. lit. D. n. 141.* Inopia enim & impossibilitas sunt magnæ Deæ, quæ etiam Svadæ & violentiæ resistunt, neque id, quod petitur, dare concedunt. Besold. *in discurs. de æran. publ. cap. 4. thes. 5.*

IX.

IMPOSSIBILE dicitur id, quod rarò, vel nunquam evenit, licet evenire possit, Corn. *consil. 217. n. 5. lib. 3.* Id quod est contra bonos mores, vel quod honestis moribus non convenit, impossibile reputatur, Baldus *cons. 373. Præmittendum est. in priuc. lib. 1.* Et impossibile dicitur, quod salvâ dignitate fieri non potest,

Joh. Jacob. de Leonard. *consil. 117. inter consilia Bruni. n. 173. & 174.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom. 4. lit. I. conclus. 52.* [Illud etiam impossibile censetur, quod commodè fieri non potest. *l. Nepos Proculo 125. ff. de verb. signif. ibiq.* Alciat. & Bræchæus Dec. *consil. 555. n. 13.* Menoch. 2. *arbitr. judic. consil. 237. n. 24.* sicuti quodammodo pro impossibili est reputandum, quod vix accidere potest, *arg. l. 39. §. constat. 9. de legat. 1. l. 1. §. permittitur 41. ff. de Aqua quotid.* Sogar. Consil. Illustr. *tom. 3. cons. 5. num. 3.*]

X.

IMPOSSIBILE censetur, quod pendet à Principis voluntate, *l. cùm servus 39. §. constat. 7. ff. de leg. 1. l. continuus 137. §. cum quis 6. & ibi* gloss. *verb. relictæ. ff. de verb. obligat.* [*fac. l. 2. §. tractari 44. ff. ad SCt. Tertull.* Bart. *in l. fin. num. 2. C. de sentent. pass. & in l. si quis sub conditione. col. 2. de testam. tut. & in tract. minor. in cap. incipere aliquis.* Vult. 1. *consil. 16. n. 57.* Jac. de S. Georg. *in verb. sed an Princeps. num. 12. vers. 44. de feud.* Curtius jun. *consil. 182. num. 12.* Pacian. 1. *consil. 5. num. 46.*] Abbas *in cap. cum esses. num. 19. de testam.* Rebuff. *ad l. 143. vers. limitatur etiam. ff. de verb. signific.* Mandos. *ad reg. 32. Cancell. quæst. 31. num. 11. & 12.* Escob. *de ratiocin. cap. 25. num. 5.* Monet. *de distribut. quotid. p. 2. quæst. 3. num. 13.* Sanchez. *de Matrim. lib. 5. n. 4.* Francisc. Molin. *de rit. nupt. lib. 2. different. 2. n. 15. & different. 3. n. 36.*

Intellige, quando Princeps regulariter illud concedere non consvevit, quamvis ex plenitudine potestatis potuisset; longè quidem aliter si consveviſſet Princeps illud de facili indulgere, tunc enim illud venit considerandum, & possibile judicabitur, adeò quod alicui imputari poterit, si illud non imputavit. *per l. quidam relegatus 5. in princ. ff. de reb. dub. l. 1. §. permittitur 41. ff. de aqua quotid. & æstiva.* tradunt Raph. Cuman. *in d. l. continuus. §. cum quis. col. 1. num. 7.* Paul. de Castr. *num. 5.* & Francisc. Aretin. *notab. 2. col. 1.* ac alii, quos refert & sequitur Rendina *in promptuar. recept. sentent. tom. 1. tit. 91. num. 8.*

XI.

IMPOSSIBILE dicitur, quod tantùm fieri potest per remedium extraordinarium, Tiraquell. *de retract. lig. §. 32. gloss. unic. n. 56.* Mandos. *d. quæst. 31. n. 12.* Sanchez. *d. lib. 5. disput. 5. num. 4. vers. & confirmatur.* Cardinal. Tusch. *d. tom. 4. lit. I. concl. 55.*

XII.

IMPOSSIBILIA non obligant, seu ad impossibile nemo tenetur, *l. si quis in gravi 3. in princ.* ubi Bartol. *ff. ad Syllan. l. si stipulor. 35. ff. de verb. oblig. l. Paulus 3. ff. quæ sentent. sine appellat. rescind. l. impossibilium. ff. de Reg. Jur. §. impossibilis 10. Instit. de heredibus instituend. cap. nemo potest. 6. de Reg. Juris, lib. 6.* Thom. de Thomasset. *in floribus Legum, reg. 194.* Oldrad. *consil. 232. Quidam testator. vers. tertia ratio.* Joh. Jacob. de Leon. *inter consilia Bruni consil. 117. n. 212. cum seqq.* ubi *num. 214.* ait, quod procedit in contractibus, sententiis, & præceptis, Surdus *decis. 289. n. 21.* Flamin. *de resign. benefic. lib. 11. quæst. 13. n. 8.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 2. tit. de clerico debitore. §. 1. n. 4.* Cardin. Tusch. *dict. tom. 4. lit. I. conclus. 54.* sic subditi non tenentur ad impossibiles Collectas. *Brunnem. ad l. 1. Cod. de fundis limitrophis num. 1.*

Declara hanc regulam, quod procedat in impossibilitate vera, secus verò si causaria. *l. 1. §. 1. ff. de Excus. tut.* neque impossibilitas, in quam quis seipsum conjicit, excusat. *Mev. P. 7. decis. 99. n. 4.*

XIII.

IMPOSSIBILIUM & valde difficilium idem est judicium, *l. cum servus 39. §. constat. 9. ff. de legat. 1. l. cum heres 4. §. 1. ff. de statulib.* Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. gloss. 10. num. 120.* Surdus *decis. 141. num. 9. & 10.* Pyrrh. Maurus *de fidejuss. part. 1. in prælud. sect. 3. cap. 25. aliàs 34. num. 8. & 9.* Impossibilitati enim æquiparatur difficultas magna, *l. 2. §. ex quo. & l. continuus 137. §. cum quis 6. ff. de verb. oblig.* Beroi. *consil. 88. In causa. num. 35. lib. 1.* Sebastianus Medic. *de casu fortuito. part. 1. quæst. 4. num. 13.* Farinacius *fragm. crimin. p. 1. lit. E. num. 143. Ziegl. de Jur. Majest. pag. 775.*

XIV.

IMPOSSIBILITAS facit recedere ab omni interpretatione verisimili, vel mentis, etiamsi verba hoc importarent. Calderin. *consil. 336. aliàs consil. 7. in fin. de testam. & consil. 150. alias consil. 5. de verb. signific.* quem refert Card. Tusch. *practic. concl. tom. 4. lit. I. concl. 330. n. 27.*

CAP. XXX.

De Impotentia.

Axioma I.

Causæ impotentiæ masculinæ sunt defectus lanceæ, nimia membri magnitudo, carnosi-

tas,

tas, ſiccitas, frigiditas. Wehn. *Conſil. Francon. 40.*

II.

Experientia teſtatur de ligâ genitalium, quæ ſit certis quibusdam incantatoriis vocibus inſuſurratis vel alio intoxicationis genere. Zieriz. *ad Conſt. Crim. art. 133.*

III.

Impotentia coëundi omnimoda impedit & dirimit matrimonium. Ziegl. *Jus Canon. p. 423. 444. ſeq. 483. ſeq.*

IV.

Impotentia in fœminis plerumque ex arctâ nimis uteri conſtitutione naſcitur. Ziegl. *d. loc. pag. 446.*

CAP. XXXI.
De Impubere.

Axioma I.

Impuberes nec conſentire, nec diſſentire, nec quicquam ante pubertatem intelligere exiſtimantur. Ziegl. *Jus Canon. p. 399.*

II.

Impuberes diſtinguuntur in infantes, infantiæ proximos & pubertati proximos. Struv. *Synt. Jur. Civ. Ex. 6. theſ. 39.*

III.

Impubes quanquam doli ſit capax & crimen contrahere queat, commiſeratione tamen ætatis mitius puniri debet. Ziegl. *Jus Canon. pag. 1028.* Carpz. *Pr. Crimin. P. 3. q. 143. n. 35. ſeqq.*

CAP. XXXII.
Impugnare *vid. loc. ſupr.* de Contraventione.

Qui actum impugnat, aut diſpoſitionem, ex ea ſe juvare non poteſt. *cap. ex eo 38. de reg. Jur. in 6.* Klock. 1. *conſil. 11. n. 121.* Gabr. *Comm. opin. lib. 6. concl. 1. in pr. de R. I.* Surd. 1. *conſil. 136. n. 29. act. Arg. p. 149.*

Limita: ſi inſtantia nondum ſit ſortita finem in impugnantis favorem, poteſt pro ſe in alio judicio deducere etiam contra eandem perſonam. Vid. *Cancer. Part. 3. Var. Reſolut. cap. 17. n. 393. ſeqq.*

CAP. XXXIII.
Impunitas.

Impunitas non tollit turpitudinem, aut delet, imò quos indulgentia liberat, eosdem notat: nec infamiam criminis tollit, ſed pœnæ gratiam facit. *l. fin. Cod. de gen. abol. l. generalis. C. de ſent. paſſ.* quamvis pœna remittatur, litura ſcelere inuſta perpetuò manebit. Cicero 1. *de Legib.* Arniſ. 1. *reflect. polit. 3. ſ. 5. n. 37.*

Improbitas *vide ſupra lib. 1. cap. 14. axiom. 3.*

CAP. XXXIV.
Improprietas.

Impropria ſubjecta non admittunt propria prædicata. *l. 20. C. de rebus creditis.*

CAP. XXXV.
De Imputatione.

Axioma I.

Multa imputationi ſunt obnoxia, quæ tamen collationem repudiant. *l. filiæ 4. l. filiam 7. l. à patre 10. ubi Dd. Cod. de collat. l. ſi quando 35. §. & generaliter. C. de inoffic. teſtam.* Cujac. *lib. 3. obſerv. 20.* Bart. *in l. 1. §. nec caſtrenſi. n. 6. de collat. bon.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 17. n. 36.* Herman. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 117.* Hartm. Piſtor. *part. 2. quæſt. 38. n. 17.* Heig. *part. 1. q. 24. n. 30.* Goldbeck. *de Gerad. c. 6. num. 8.* argumentum enim à collatione ad imputationem univerſaliter non procedit. Carpzov. *Part. 3. Conſtit. 11. Definit. 8. num. 11.* quod declarat idem per rationem differentiæ. *d. Conſt. 11. Definit. 10. num. 4. ubi vid.*

II.

Imputandum eſt illi ſemper, quotiescunque ſtat per eum, quo minus aliquid conſequatur. *fac. l. cum te 6.* ibi: *non poterit tibi ea res eſſe fraudi, quando non impletâ promiſſi fide, jus tuum in ſuam cauſam reverti conveniat. Cod. de pact. inter emt. & vendit. l. 1. Cod. de donat. quæ ſub mod. cap. cum non ſtat. 66. de Reg. Jur. in 6. & l. jure civili 4. ff. de condit. & demonſtr.* Decius *in l. in jure ff. de Reg. Jur. gloſſ. in l. in teſtamento in. in verb. conditione. verſ. illud notatur circa modum ff. de condit. inſert. gloſſ. in l. libertis quos §. manumiſſis. in verb. ſi conditio. ff. de alim. legat. & l. illis libertis. verſ. aut per eos non ſtetit. ff. de condit. & demonſtr.* Pacian. 1. *conſ. 134. num. 81.* Sic imputatur emtori nominis, ſi non inveſtigavit, an debitor ſit ſolvendo, vel non. Decius *in l. qui cum alio. num. 3. ff. de Reg. Jur.* Caſtrenſ. *in l. 1. num. 3. verſ. Auget autem. ff. ſi quis in jus voc. non erit.* Alexand. *in l. ſi cum dotem. §. ſi prætor. col. pen. verſ. cum addo. ff. ſol. matr.* Stracha *in tract. de decoctor. part. 5. n. 4. verſ. & addit in ambiguo.* Pacian. *conſil. 50. num. 15.* Sicuti & illi imputatur, qui non quærit, an tutores pupilli legitimam autoritatem habeant. Vant. *de nullitat. ex defect. mandat. comparent. num. 148. verſ. inſuper ſi actor.* vid. Cravett. *conſil. 223. n. 1.* Borgn. *de tutor. n. 28. verſ. & ideo adverſarius.* Pacianus 1. *conſil. 21. num. 52.*

III.

De ſe quæri debet, qui ſciens in rem alienam impendit. *l. 38. in princip. de hered. petit.*

IV.

Imputatio & Collatio ab invicem differunt; illa in legitimam, hæc verò in hereditatem fieri ſolet. Carpz. *P. 3. Conſt. 11. d. 10. n. 1.*

CAP. XXXVI.
De Inæqualitate. *Adde ſupr. lib. 1. cap. 36.* de Æqualitate.

Axioma I.

Inæqualitas quantitatum facit inæquales & proinde diſpares obligationes. Weſembec. *in pa-*

nat. ff. de duob. reis. n. 5. Idem est in disparitate causæ, quæ itidem dispares facit obligationes, & duorum reorum constitutiones impedit, *l. 9. §. 1. de duobus reis.*

Fallit hæc regula in disparitate circumstantiarum, veluti loci & temporis *l. 7. d. t.* quæ extra naturam obligationis plurium in solidum ejus substantiam non evertunt. vid. Cujac. *in Pap. vid. l. 9. ff. de duob. reis.*

II.

Non sufficit, quòd gravatus alleget inæqualitatem, sed debet eam testibus vel instrumentis probare *l. 1. 5. Cod. de Censib.* Contra hanc verò probationem discussor rectè opponit: se secundum facultates gravati tributum seu Censum definivisse *l. 1. C. de Discussor.* & Perez. *eod. tit. n. 6.* Contrarium tamen, quòd æstimatori incumbat onus probandi justitiam æstimationis, neque hoc casu pro magistratu præsumatur, tenet Brunnem. *ad l. 1. C. de discussor.*

CAP. XXXVII.
De Incantatoribus.

Axioma I.

Incantatores apud Italos dicuntur, qui cum dæmone expressum habent commercium, eoque auxiliante penè miracula edere possunt. Ziegl. *Jus Canon. p. 959.*

II.

Pœnam incantatorum ex jure divino tradit Petr. Gregor. *Tholosan. Synt. Jur. lib. 34. c. 15. §. 1.* ex legibus Caroli M. *Id. cap. 14. §. 8.* Indicia incantationis vid. apud *Theoderic. Crimin. p. 1258. num. 32.*

CAP. XXXIIX.
De Incapace.

Axioma I.

Incapax gaudet beneficio capacis, *l. si communem 16. ff. quem servit. amitt. l. qui duos 15. ff. de liberat. legat.* Intellige in connexis. Gilman. 4. 1. *vot. 330. n. 262.* eoque casu regulariter procedit, ut qui ex sua persona consequi non possit, ex persona consortis consequatur. *l. si emancipati 9. Cod. de collat.* Felin. *in cap. placuit. num. 6. de præscript.* Hippolit. *sing. 108.* Gail. 1. *de P. P. observ. 6. n. 16.*

II.

Incapacis sine suâ culpâ melior debet esse conditio quàm ejus, qui suâ culpâ se incapacem fecit. Perez. *C. de delator. n. 11. 12.*

III.

Incapacitas nunquam præsumitur, sed probationem requirit. Mev. *consil. 64. n. 6.* Plura de Incapacibus vid. apud *Marc. Anton. Peregrin. de Jure Fisci lib. 3. c. 1.*

CAP. XXXIX.
De Incarceratione *conf. Rubr.* Carcer.

Axioma I.

Incarceratio spectat ad eum, qui habet jurisdictionem. Besold. *Thes. pract. verb.* Einziehung der Maleficanten.

II.

Pessima est consvetudo, quòd incarcerati præter pœnam carceris solvere cogantur pecuniam das Fang- und Schließ-Geld / seque ipsos alimentare. *Parthen. litig. lib. 1. c. 23. n. 12.* Besold. *Thes. Pract. h. verb.*

CAP. XL.
De Incendio.

Axioma I.

Incendia plerumque culpa inhabitantium fiunt, *l. nam salutem 3. §. 1. de offic. præfect. vigil. l. si vendita 20. ff. de peric. & comm. rei vendit.* Gail. *lib. 2. observ. 21. num. 3.* Jason. *in l. Juris gentium. §. Prætor ait. n. 21. ff. de pact.* Tiraquell. *de retract. consangvin. §. 1. gloss. 9. n. 224.* Ludovicus Gomez *§. sed istæ. n. 21. Instit. de action.* Alexand. *consil. 50. n. 1. & 2.* Baldus *in consil. 149. Quidam. in fin. lib. 2.* Jason. *consil. 116. num. 1. lib. 1.* Calcan. *consil. 39. n. 2. & consil. 40. in fine.* Marsil. *sing. 393. in fine.* Gozadin. *consil. 63. n. 1.* Francisc. de Marchis *quæst. 61. part. 1. & q. 521. part. 2.* vid. latè Menoch. 2. *arbitr. judic. cas. 390. num. 3.* Johann. Kœpen. *decis. 38. num. 22.* Johann. Gœdd. 3. *Consil. Marp. 33. n. 218.* Unde hujus respectu incendium non censeri casum fortuitum, patet *ex d. l. nam salutem 3. §. 1. ff. de offic. præfect. Vigil.* Alex. *consil. 262. Visis opportunè col. 2. vol. 2.* Turzan. *commun. opin. 185. n. 8. & 11.* Regner. Sixtin. 3. *Consil. Marpurg. 7. n. 87.* quanquam etiam inter casus fortuitos enumerari possit, si nimirum fortuitò, atque ita aliunde quàm è domo & loco ipso ortum habuisse, ut puta, si è cœlesti fulmine immissus ignis sit, constiterit, quo exemplo usi Fulgos. *in d. l. si vendita 20. ff. de peric. & comm. rei vendit.* & cum eo Gozadin. *consil. 63. num. 2. vers. quarto adduco.* Alberic. *in l. fistulas. §. ult. ff. de contrab. emt. & in tract. statut. part. 2. quæst. 81.* Marsil. *in l. 1. num. 118. ff. ad Leg. Cornel. de sicar. vid. & l. cum duobus. §. damna fatalia. ff. pro socio. l. quo fortuitis. C. de pignor. act. l. si ut certò 5. §. quod verò senectute 4. ff. commod. l. pen. ff. de incend. ruin. naufrag. gloss. in l. incendium. C. si cert. petat. & ibi* Salicet. *in princ. l. ex conducto 15. §. fin. l. si quis domus 9. §. fin. in fin. ff. locat. §. item is cui 2. Inst. quib. mod. re contr. obligat.* Joseph. Ludov. *dec. 25. num. 2.* Petrus de Ubald. *in tract. de duobus fratribus. 8. part. principali. quæst. 18. n. 19.* Angel. Aretin. *in §. item is cui. num. 2. Institut. quibus modis re contrah. obligat.* Igne, *in l. contractus. num. 84. de Regulis Juris.* Gail. *dict. observat. 21. num. 2.* item si ignis sit immissus, wenn es angelegt ist / vel venti violentiâ ortus, Schneidew. *in §. 2. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. num. 15.* aut si constet inhabitantes esse vigilantes, *Hippol. de Marsil. sing. 393. consil. Altdorff. 96.* & tale incendium fortuitum non imputatur obligato de incen-

incendio tenetur, nisi probetur culpa lata vel levis ejus vel servorum aut domesticorum. Schneidew. *in §. 28. Institut. de action. in action. locat. n. 24. seqq.* Gail. *L. 2. O. 21.* Rauchb. *2. q. 10. n. 33.* Nec vicinus vicino de incendio tenetur, nisi probetur culpa certi hominis circa officium delinquentis. Gail. *L. 2. observ. 22.* Rauchb. *dict. q. 10. n. 60. seqq.* Berlich. *P. 2. concl. 25. n. 105. 108.*

II.

Incendium ære alieno non exuit debitorem. *L. incendium 11. C. si certum petatur.*

III.

Ob incendium culpâ seu negligentiâ eorum, qui in familiâ sunt, ortum non tenetur paterfamiliâs, nisi de familiæ negligentiâ monitus fuerit & monitum non observaverit. Struv. *Synt. Jur. Civil. Ex. 23. th. 95. Decis. Elect. Saxon. 79. ibique* Philipp. *obs. 2.* sed malæ fidei possessores de incendio fortuito etiam tenentur. Carpz. *P. 2. Decis. 200. n. 6.*

IV.

Incendiarii dolosi supplicio ignis & flammarum *ex ordin. Crim. Carolinâ* afficiuntur nec ordinariam pœnam effugiunt, licet damnum datum resarcire velint. Ziegl. *Jus Can. p. 962.*

V.

Incendium culposum nunquam severiori quàm fustigationis pœnâ coërcetur. Carpz. *P. 4. C. 17. Defin. 12.*

VI.

Incendii, ruinæ, naufragii, &c. occasione qui dolo malo rapuerit, damnive quid dederit, contra eum datur intra annum utilem actio in quadruplum, post annum in simplum *l. 1. & seqq. ff. de incend. ruin. naufrag. ubi* Struv. Ex incendio verò rapere quis dicitur, non tantùm si ex igne vel ex loco, ubi incendium fit, sed & si propter incendium vel ex adjacentibus prædiis rapiat. *l. 1. §. 2. ff. eod. ibique* Eckolt. *§. 2.*

CAP. XLI.

De Incertitudine & Incerto.

Axioma I.

Incertitudinis ratione licitum fit, quod aliàs in certo casu esset illicitum. *text. in l. si ea 17.* ubi gloss. *in verb. conducta. l. si oleo 23. C. de usur. & ibi* Salicet. *n. 1.* Gail. *2. obs. 8. n. 3. & obs. 126. n. 5.* Ob incertitudinem enim eventus multa sustinentur, quæ aliàs non subsistunt. *l. emtorem 12. in fin. cum l. seq. ff. de act. emt.* Tiraquell. *ad l. si unquam. 8. verf. donatione largitus. n. 128. C. de revoc. donat.* Carpzov. *part. 3. constit. 20. definit. 3. n. 4. & in asylo debit. gen. cap. 1. §. 3. n. 99.* Sic incertitudo à contractibus vel negotiis removet suspicionem, crimen usurarum ac læsionem etiam in foro conscientiæ, Tiraquell. *in l. si unquam. in verb. donatione. n. 126. C. de revoc. donat. & de retract. convent. in fin. n. 133.* Vasq. *illustr. quæst. lib. 2. q. 20. cap. 52. n. 11.* Rauchbar. *part. 2. q. 25. quæst. Jur. Civil. & Saxon. num. 77. & part. 1. q. 20. num. 24.* suspendit omnem condemnationem. *l. item Mela 11. §. sed si plures 2. l. ita vulneratus 51. in princ. verf. rursus. ff. ad Legem Aquil.* Schneid. *in Comm. ad Instit. §. incertis. de legat.* à pacto de mutua & vicissitudinaria successione excludit votum improbum captandæ mortis alterius. Jas. *consil. 5. verf. nec prædictis. col. 2. vol. 3.* Socinus *consil. 43. n. 15. vol. 4.* Francisc. Hottoman. *consil. 1.* sustinet emtionem annuorum redituum ad vitam, quantumvis precium non exsoluturum esse, vel vita emtoris in plures annos prorogata, vel obitus ejus acceleratus postmodum comprobaverit. Dd. *in l. si ea lege C. de usur.* Molin. *de usur. q. 72. n. 472.* Gail. *lib. 2. obs. 8.* Copus *de fructib. lib. 1. tit. 3. cap. 5.* Læl. Zechus *de usur. cap. 10. n. 23.* Heig. *quæst. 72. num. 7.*

II.

In re momentosa nemo se incerto committere tenetur. B. Argentræus *in consvet. Brit. tit. 3. art. 96. not. 6.*

III.

Incertum illud dicitur, quod multipliciter intelligi potest. Baldus *in l. scire 17. ff. de LL. & in consil. 218. incip. petita venia. col. 1. post med. & consil. 340. incip. & præmitto. col. 2. libr. 3.* Solin. *in rubr. ff. de rebus dubiis.* Cravett. *consil. 415. n. 12.* Harprecht. *in Comment. ad Instit. tit. de nupt. pr. num. 67.*

IV.

INCERTITUDO rei vitiat actum, seu dispositionem. *l. idem Pomponius 5. §. fin. ff. de rei vendicat. l. duo sunt Titii 30. de testam. tutel. l. tutor incertus. ff. eod. tit. l. ita stipulatus 115. l. ubi autem non apparet 75. ff. de verb. oblig. l. si sic. 75. §. 1. ff. de legat. 1. l. cùm post 69. & gener. 4. ff. de jure dotium. §. incertis 25. Instit. de legatis.* [Camill. Gallin. *cap. 36. n. 46. lib. 9. de verb. signif.* Farin. 1. *consil. crim. 85. n. 161.* Sic ob incertitudinem vitiari privilegium asserit Oldrad. *consil. 257. in fin.* idem de provisione beneficii Ecclesiastici ait Oldrad. *cons. 229.* quem sequitur Cravetta *consil. 104. & consil. 143. in fin. & cons. 147. n. 1.* vid. & Marsil. *sing. 206. & sing. 513.* Tiraquell. *de primogen. quæst. 17. num. 12.* hinc incertitudinem omnem perimere probationem, *ex l. item apud 15. §. cui non 9. ff. de injur. l. si servitus. 23. ff. de serv. urb. præd.* probat Harprecht. *in comm. ad princ. Inst. de nupt. n. 167.* Sic incertitudo impedire perhibetur acquisitionem dominii. *l. 3. §. incert. 2. ff. de acquir. possess.* licet in rem actio detur ratione partis incertæ ab adversario possessæ. *l. quæ de tota 56. §. incertæ 1. ff. de rei vind.* Fachin. 11. *contr. 51.* imò ratione incertitudinis vitiari titulum, *ex l. locus 26. ff. de acquir. possess.* firmavit Oldrad. *cons. 164. Viso privilegio.* vide Baldum & Dd. post Dyn. *in l. si sic. §. 1. ff. de legat. 1. & ibi* Castrens. ubi ait, se habuisse in facto, & quod talis titulus non prosit, & censeatur venditus vel cessus dubius probat *l. si ja-*

ſi jactum. ff. de contr. emt. quem ſeqvuntur Alexand. *in d. leg. locus. & in conſil. 28. Viſis. colum. 3. in tract. de emt. & vendit. membr. 6.* Bertrand. *conſil. 1. num. 107. p. 2.* Balb. *in tract. de præſcript. 1. part. 3. in princ. quæſt. 6.* Bertazol. *1. conſult. deciſ. conſil. 108. n. 62.* cùm res incerta nec poſſideri poſſit, quia talis res ignoratur, ubi, qualis, quantave ſit, & conſequenter nec tradi nec accipi. *l. 3. §. 2. l. 26. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 32. ff. de uſucap. l. 4. ff. pro Emtor.* Hegenit. *lib. 1. de poſſeſſ. cap. num. 23.* vide latè Marſil. *in rubr. C. de probat. num. 354. cum multis ſeqq.* ubi multipliciter limitat. Bart. *in l. 1. §. ſi quis in duobus. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tab.* ubi de duobus teſtamentis eodem tempore factis, Fulgoſ. *conſil. 183. Circa primum, in princip.* ubi declarat, quando incertitudo eſt incerta, ſecus ſi poteſt reduci ad certitudinem. *& conſil. 204. col. pen. verſ. ad ſecundum.* ubi idem dicit, additque, incertitudinem vitiare diſpoſitionem in ſententia, contractibus & ultimis voluntatibus, Cald. *conſil. 521.* aliàs *conſil. 6. de priv.* ubi quòd privilegium conceſſum Eccleſiæ S. Venantii talis loci, ſi ibi ſunt duæ S. Venantii, nec apparet, de qua ſenſerit concedens privilegium, eſt nullum maximè ad petitionem partis conceſſum, Alex. *conſil. 48. Copioſe. lib. 4.* ubi quod inſtitutio heredis vitiatur propter incertitudinem, ſicut & tutoris datio incerta, Caſtr. *conſil. 177. In quæſtione. n. 2. l. 2.* ubi quod non poteſt dari procurator incertus, refert Card. Tuſch. *pract. concl. tom. 4. lit. I. concl. 65. per tot.* Mareſcota *var. reſol. lib. 1. cap. 11. num. 44.* Thom. de Thomaſſet. *reg. 146.* ubi intelligit, quando actus eſt omninò incertus. Steph. Grat. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 640. n. 29. & cap. 682. n. 7. & cap. 715. n. 7. & 8. & cap. 736. n. 61. & cap. 742. n. 15. & tom. 5. cap. 1000. n. 19.* Mangil. *de imput. q. 82. n. 18.* [Exemplo illuſtrat Treutler. 1. *diſput. 27. theſ. 3. lit. b.* ubi ait, quod mandatum de re incerta nullum ſit, ſi res & pretium ſit incertum, valeat autem, ſi res certa apparet. *l. 3. §. 1. ff. mandat.*]

Amplia etiam in favorabilibus, Dyn. *conſil. 41. n. 5. verſ. præterea incertitudo.* Anchar. *conſil. 216. n. 4.* & favore libertatis, Fulgoſ. *conſil. 204. Albertus contraxit. in princip. n. 1.* Cardin. Tuſch. *d. concl. 65. n. 25. & 26.*

Limita de Jure Canonico, quia ubicunque poteſt mens haberi, etiamſi non ſit expreſſa, tunc valet diſpoſitio incerta, quæ de Jure Civili non valeret, Alexand. *conſil. 158. n. 8. lib. 7.* quem refert Cardin. Tuſch. *d. concluſ. 65. n. 56.* & quod de æquitate Canonica non obſtante incertitudine actus valeat, & agi poſſit, ut declaretur arbitrio boni viri juxta qualitatem perſonæ, & patrimonii, dictum fuit elegans Archid. quod Doctores miris laudibus proſeqvuntur, *in cap. ſunt nonnulli n. 2. verſ. ſi res alia 1. q. 1.* refert & ſequitur Baldus *in l. qui mutuam. §. ſalarium. in lect. antiq. n. 2. verſ. item vide. ff. mandati.* ſequitur etiam Anton. de Butr. dicens eſſe notabile, & perpetuò mente tenendum. *in cap. ex parte. num. 7. de cenſib.* Panorm. *in cap. 1. n. 5. de decim.* Afflict. *deciſ. 337. num. 10.* Anton. Gomez. *var. tom. 2. cap. 11. col. 4. verſ. ad vertendum.* Gutier. *de juramento confirmator. part. 1. cap. 69. num. 6.* Rendina *in prompt. recept. ſentent. tom. 1. tit. 100. num. 7.* [vid. & Claud. de Sayſell. *in 3. col. verſ. ex hoc infero. ff. de verbor. obligat.* Ludov. Gomez *ad §. item ſi quis Inſtitut. de action. n. 8.* ubi exemplo illuſtrat, ut ſi promiſſio incerta eſſet jurata, tunc talis promiſſio bene valeret, quia veniret certificanda per arbitrium boni viri, adde & Jaſon. *in l. triticum. col. 1. de V. O.*]

Limita etiam, quando incertitudo poteſt reduci ad certitudinem, ſive per circumſtantias, ſive per conjecturas, vel aliquo modo certitudo colligi poteſt, Calderin. *d. conſil. 521.* aliàs *conſil. 6. de privileg.* Roman. *conſil. 188. In caſu. n. 3. & 4.* [Illud enim non dicitur incertum, quod habitâ relatione ad aliquid certificatur. *l. ubi autem non 75. §. illud. 4. ubi gloſſ. de verb. obligat.* Decius *in l. certum. n. 3. ff. ſi cert. pet.* Ruin. *conſil. 165. n. 8. l. 2.* Menoch. 1. *arbitr. judic. quæſt. 68. n. 43.* Exemplum vide *in l. quidam 30. ff. de legat. 2.* ubi ſi teſtator legat in refectionem viæ nec legati quantitatem exprimit, valet legatum, ſed judicis arbitrio æſtimatur, quantum cenſeatur legatum id, quod favore viæ reficiendæ conſtitui quidam ſentiunt, Bartol. *in d. l. quidam.* Tiraquell. *in tract. de privil. piæ cauſæ in præfat. verſ. item legatum.* ſed plerique hoc concedi dicunt, quia illa incertitudo per relationem ad aliud, hoc eſt, ad patrimonii quantitatem judicis officio certa reddi poteſt. Rebuff. *in tract. de privil. ſcholar. privileg. 8.* Menoch. 2. *arbitr. judic. caſ. 188.* ſic incertitudinem non vitiare dotis conſtitutionem, patet *ex l. filiæ pater 43. de legat. 3. l. cum poſt 69. §. gener. 4. ff. de jur. dot.* cum certitudo ex his ſatis declaretur.

Bar-

Barbat. *conſil. 33. col. 4. in fin. lib. 1.* Pariſ. *conſil. 8. n. 41. lib. 3.* Socinus jun. *n. 33. lib. 2.* Grammat. *conſil. 101. n. 16.* Sic etiam incerta petitio admittitur, ſi acceſſoriè aliquid petatur, cum re principali. *cap. inter dilectos 6. verſ. hæc omnia. & ibi* Felin. *de fid. inſtrum.* Mynſ. *in §. curare. n. 18. inſtit. de action.* Regner. Sixtin. 1. *Conſil. Marpurg. conſil. 11. n. 15.* His alia incertitudo dicitur determinabilis. *§. 25. ff. de legat.* alia apparens, alia in veritate *l. 7. §. 1. de C. E. l. 27. de condit. & demonſtr.*] Baldus *conſil. 188. per tot. lib. 5.* ubi quod valet legatum factum futuræ uxori, vel futuræ nurui, quia licet ſit incerta, tamen ex facto poteſt reduci ad certitudinem, Cravett. *conſil. 162. n. 3. verſ. tertiò.* Ubi idem dicit, quando ex Juris diſpoſitione poteſt reduci ad certitudinem, & *n. 4.* extendit, quando uno caſu tantùm poteſt verificari, & *n. 6.* extendit etiam, quando incertum per judicem venit certificandum, vel quando relatio fit ad unum certum de incertis, Bartolus & alii *in l. fin. C. de codicill.* ubi quod non vitiat, quando provenit culpa adverſarii, Baldus *conſil. 290. Allegationes hinc inde n. 2. lib. 4.* ubi quod incertitudo non vitiat diſpoſitionem, vel opponi non poteſt, quando cauſatur à culpa opponentis, Zabarell. *conſil. 105. n. 2.* ubi quod incertitudo, quæ brevi tempore venit declaranda, non nocet, ſed imò ceſſat, & ideò limitatur axioma, quando incertitudo ad certitudinem reduci non poteſt, vel adeſt incertitudo in univerſo. Surdus *conſil. 128. n. 19. & 20. & conſil. 221. n. 56. & 57.* Stephanus Gratianus *d. tom. 4. cap. 766. num. 8.* qui *cap. 742. num. 56.* limitat etiam in incertitudine circa acceſſoria.

CAP. XLII.
De Inceſtu.

Axioma I.

Inceſtus eſt concubitus illicitus inter conſanguineos vel affines in gradu prohibito admiſſus, & punitur in conſanguinitate lineæ rectæ ultimo ſupplicio. Inter fratres & ſorores atque eos, qui ſibi ſunt parentum & liberorum loco, fuſtigatione cum relegatione perpetua. Inter reliquos collaterales conſanguineos relegatione tantùm. In affinitate in lineâ rectâ, fuſtigatione, in lineâ collaterali, relegatione. Carpzov. *Pnax. Crim. Queſt. 72. 73. & 74.* Berl. *P. 4. concl. 32. n. 14. & concluſ. 33. num. 5.* Speid. *in Notab. verb.* Blutſchande.

II.

Inceſtus cum parentibus & liberis in ſpecie dici ſolet nefarius, quòd ipſum Jus Naturæ violet & talem bruta etiam animalia plerumque abhorreant. vid. Hug. Grot. *de Jur. B. & P. L. 2. c. 5. §. 12.* Carpz. *Pnct. Crim. Q. 72. n. 19.*

III.

Inceſtus committitur etiam in affinitate imperfectâ, non verò in cognatione ſpirituali, quæ merum Pontificiorum inventum eſt. Ziegl. *in Jur. Can. p. 985.*

IV.

Inceſtuoſi liberi à legitimationis beneficio Jure Civili Romano excluduntur. Ziegl. *de Jur. Majeſt. p. 215.* Solet tamen hodie Comitibus Palatinis concedi facultas, ſuper maculâ nativitatis eorum diſpenſandi, quod à legitimatione in effectu non differt. Stryck. *in uſu modern. ad ff. de his, qui ſui vel alien. jur.*

CAP. XLIII.
Incidenter.

Axioma I.

Incidenter permittuntur multa, quæ non fiunt per ſe. *l. quoties 3. C. de judic. l. nullum 14. de teſtib.* Curtius jun. *in l. 2. n. 32. ff. de juriſd.* Laur. Tennin. *cautel. 6. n. 97.* Cujac. *ad cap. lator. 5. qui fil. ſint legitim.* Sic is, qui non poteſt cognoſcere de cauſa ſtatus per ſe, cognoſcere tamen poteſt de ea, ſi inciderit in quæſtionem de hereditate. *l. 3. C. de judic. l. 1. C. de ordin. jud.* Sic Prætor de crimine capitali non cognoſcit, niſi incidat in cauſam civilem. Cujac. *in l. 6. C. de reb. cred.* C. l. A. *de offic. Præt. theſ. ult.* Sic incidenter & conſequenter Camera etiam de cauſis criminalibus & matrimonialibus cognoſcit.

II.

Incidens articulus quatenus reguletur ſecundum cauſam principalem, vid. Mev. *P. 3. Dec. 83. n. 4.* Et an incidens cauſa in foro cauſæ principalis judicanda, *id. P. 3. Dec. 280.*

CAP. XLIV.
De Incluſione vide.
Limitatio.

Axioma I.

Ex incluſione non infertur alicui certæ perſonæ præjudicium. Corn. *conſ. 95. n. 20. & conſ. 133. n. 10. lib. 2.* Honded. *conſ. 12. n. 18. & conſ. 13. n. 41. lib. 1.* Farinac. *1. conſ. 95. n. 16.*

II.

INCLUSIO unius eſt excluſio alterius, *l. cùm Prætor 12. ff.* [*vid. ſupr. de except. ax. 8. & de negatione ax. 7.*] *de judic. l. cùm maritus 21. C. de procuratorib. l. quamvis 2. C. de pignoribus. l. ait Prætor 7. §. ſed quod Papinianus 10. ff. de minorib. cap. nonne. de præſumpt.* [Exemplum eſt *in l. 22. de Legib.* ubi Anton. Fab. *& l. 11. §. ult. ff. de pignor. act. add. l. 14. ut in poſſeſſ. legat.* ubi C. J. A. *theſ. 6. num. 40.*] Angel. Aretin. *conſil. 29. Quando primum. à num. 6. cum ſeqq.* Simon. de Prætis *de interpret. ultim. volunt. lib. 2.*

lib. 2. dub. 3. n. 32. & 33. fol. 448. vol. 2. ubi multipliciter limitat Jac. Mandel. *conſ. 164. per totum.* ubi latè declarat Decian. *conſil. 64. num. 11. lib. 2.* Thom. de Thomaſſet *in floribus Legum, reg. 148.* Menoch. *conſil. 106. n. 314. cum ſeqq. & conſil. 141. à n. 9. & conſil. 406. n. 44. & conſil. 452. n. 27. & conſil. 583. n. 11. & conſ. 148. à n. 13. & de arb. jud. lib. 2. caſ. 37. n. 22.* Surd. *deciſ. 195. n. 12. & deciſ. 291. n. 20. & conſil. 25. n. 3. & conſil. 58. n. 2. & conſil. 152. n. 55.* Pichard. *ad princ. Inſtitut. de exhered. lib. n. 10.* Cardin. Tuſch. *practic. concl. tom. 4. lit. I. concl. 71. per totam.* Ugolin. *de officio & poteſtate Epiſcopi cap. 13. §. 13. verſ. hæc regula.* Cæſ. Argel. *de contradict. legitimo. quæſt. 5. n. 32. & quæſt. 10. num. 47.* Mar. Anton. *var. reſol. lib. 1. reſol. 1. num. 10.* Octav. Glorit. *reſponſ. 1. part. 3. num. 132.* Nicolaus Intrigl. *conſil. 3. n. 49. & conſil. 49. & conſil. 16. n. 15. lib. 1.* Carolus de Graſſis *de Exceptionibus except. 7.* Joh. Mar. Novar. *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 7. n. 19.* Duran. *Rotæ deciſ. 48. n. 7.* Mangil. *de imputat. quæſt. 60. n. 3. & quæſt. 35. n. 6.* Rot. *deciſ. 273. in fin. & deciſ. 364 n. 4. & deciſ. 477. n. 3. part. 2. in poſth. Farinac.*

Amplia primò in conſvetudine, privilegio, ſervitute, præſcriptione, & omni diſpoſitione includente certum locum, tempus, rem, vel perſonam, quia excludit reliqua plenè, Ruin. *conſil. 112. circa primum. n. 3. lib. 5.* Angel. *conſil. 375. num. 3.* Balb. *conſil. 33. Statuto cavetur. n. 3. verſ. nam id. lib. 5.* ubi quòd ſi eſt permiſſum infra certum tempus probari, lapſo tempore cenſetur excluſa probatio, Signorol. de Homod. *conſil. 39. Quæritur. in fin.* ubi quod in facultate & privilegio aliquid faciendi, inclusio unius eſt excluſio alterius. Caſtrenſ. *conſil. 468. Super hoc puncto. num. 4. lib. 1.* ubi quod excluſio ad tempus inducit inclusionem poſt tempus. Petrus de Anchar. *conſil. 70. n. 8.* ubi quod conceſſum ad tempus, videtur poſt tempus denegatum, quia inclusio unius, &c. Gemin. *conſ. 15. n. 18. circa fin. verſ. ad ſextum. & num. 19.* ubi ſi alicui conceditur poteſtas aliquid faciendi usque ad certum tempus, poſt illud tempus cenſetur negata.

Amplia ſecundò in exemptione conceſſa in uno, quia operatur, ut alii non ſint exemti, Caſtrenſ. *conſil. 456. Viſis. in fin. lib. 1.* Cardinal. Tuſch. *d. concl. 71. n. 13.*

Amplia tertiò in reſcripto, quia expreſſio unius cauſæ, vel ſpeciei, ne dum non includit aliam, ſed imò excludit. Calderin. *conſil. 543.* aliàs *conſil. 11. de ſentent. excomm. circa medium. verſ. expreſſio autem* Abb. *conſil. 57. Attingam. n. 2. verſ. 6. lib. 1.* ubi quod ſi in reſcripto pluribus aliquid mandatur, & in aliquo unum excluditur, alios includi cenſetur, refert Cardinalis Tuſchus *dict. lit. I. concluſ. 71. num. 73.*

Amplia quartò in Judice, quia inclusio unius ut judicet, eſt excluſio alterius, *l. cum Prætor. 12. ff. de judic.* Angel. *conſ. 375. Prætenſis. per totum.* maximè *n. 3.* ubi ait procedere quoad habentes parem vel minorem jurisdictionem, quia commiſſio uni facta privat æqualem, vel minorem habentes jurisdictionem, & quod delegatio facta uni de cognitione cauſæ, alteri cenſeatur denegata, quando fieret per modum diſtribuendi jurisdictionem, niſi aliter conſtaret de intentione, vel in contrarium eſſet conſvetudo, Bald. *conſil. 253. num. 1. & n. 2. verſ. idem quando. lib. 5.* ubi extendit, ut procedat, ubicunque alicui ſpecialiter committitur jurisdictio etiam delegata, vel ordinaria per modum ſuperioritatis, vel ad excellentiam commiſſarii, quia tunc cenſetur prohibita cognitio cuicunque alteri; vel ubicunque aliquid committitur uni Judici, quod jure magiſtratus non competit alteri, quia tunc is ſolus cognoſcitur, cui facta eſt commiſſio.

Amplia quintò in ſtatutis, ut per Dyn. *conſil. 16. Diligenter, num. 11. verſ. præterea.* ubi quod ſtatutum diſponens de conſanguineis, naturalibus, excludit ſpurios, ex quo inclusio unius eſt excluſio alterius, *& conſil. 27. Quæſtio. articulus, circa fin. n. 5. verſ. præterea.* ubi quod ſtatutum inducens certum onus Magnatibus, ut fidejubeant, prout Florentiæ, cenſetur eximere ab aliis. Bald. *conſ. 68. Quia ſtatutum. circa finem. verſ. præterea interim. lib. 1.* ubi quod ſtatutum excludens fœminas poſtquam dotatæ fuerint, cenſetur illas includere ad ſucceſſionem, antequam dotētur, *& conſil. 205. Præmiſſis verbis, ante med. verſ. item notandum. lib. 4. & conſil. 95. Quæſtio eſt, & conſil. 339. Opinio communis. lib. 4. & conſil. 459. Circa quæſtionem. in princip. n. 2. lib. 5.* ubi quod ſtatutum circa ſucceſſionem includens certas perſonas, cenſetur alias excludere, Caſtrenſ. *conſil. 441. iſta quæſtio. in princip. verſ. quantum verò, lib. 3.* ubi quod ſtatutum novum corrigens antiqvum in uno, cenſetur confirmare in aliis. [vide & Fr. Anſel. *conſil. 108.*

ubi

ubi, quatenus in statutis procedat, declarat.]

Limita primò, quando eadem ratio militat in excluso, quæ in incluso, ut per Thom. de Thomas. *d. reg. 148.* Menoch. *consil. 197. n. 83. ver. non obstat primò.* ubi etiam limitat, quando constat de mente, vel quando inclusio ad unum effectum contrarium operaretur, refert Cardinal. Tusch. *d. lit. I. concl. 71. n. 86.* Alex. Trentacinq. *var. resol. tom. 1. tit. de consvet. res. 1. n. 13. vers. huic textus.*

Limita secundò, quando unum exprimitur ratione frequentioris usus, quia non est exclusio aliorum, Petr. Gerhard. *sing. 97. in fin.* Cardin. Tusch. *d. lit. I. conclus. 71. n. 87.* Flam. Paris. *de consident. q. 29. num. 52.*

Limita tertiò, quando inclusio & enumeratio unius fit per verba ampliativa, ut est dictio, *maximè,* quia tunc non est exclusio alterius. Gemin. *consil. 6. n. 3. & 46.* ubi idem si inclusio fit comparativè, Alex. *cons. 133. Viso processu. col. 2. in fin. vers. nec etiam ad hoc. lit. I.* quos refert Cardinal. Tusch. *dict. lit. I. concl. 71. n. 79.*

Limita quartò in illicitis. Alexand. *consil. 59. n. 9. vers. ne ad hoc. lib. 1.* ubi quod exclusio aliquorum statutorum non includit, ut alia illicita censeantur approbata, nisi Princeps simpliciter confirmans ea legerit & discusserit, aliàs non, refert Cardin. Tusch. *dict. lit. I. conclus. 71. num. 83.* ubi *num. 85.* limitat etiam in dispositione odiosa.

Limita quintò, quando inclusum & exclusum sunt connexa, quia regulantur eâdem ratione, quando ex dispositione Juris exclusum includitur, vel quando inclusio fit causa dubitationis tollendæ, Decius *consil. 11. n. 17. & consil. 99. col. fin. vers. tertiò non obstat.* Alex. *consil. 75. Videtur. n. 3. 4. & 10. lib. 5. & consil. 225. Ponderatis. n. 24. & 25. lib. 6.* Simon de Prætis *de interpret. ultim. volunt. fol. 448. n. 39. & 40.* Cardinal. Tusch. *d. concl. 71. n. 80.* [sicut nec procedere potest regula Juris, cùm de eo quæritur, quod alio jure vel medio inest, quàm ejus, quod includitur. Gl. & Salic. *in l. qui de crimine 9. Cod. de accusat.* Wesembec. *in CC. de inoffic. testam. n. 22. p. 804.* Decius *in l. 1. in princ. in 3. lectur. n. 84. si cert. pet. & consil. 11. n. 18.* Paris. 1. *consil. 111. n. 39.*]

Limita sextò multis modis, ut per Mandel. *cons. 164. per tot.* Primò quia uno permisso alii non sunt prohibiti, sed in dispositione Juris remanent: secundò, quia non censetur derogatum aliis casibus, quia alia via includuntur: tertiò procedit, quando eadem est ratio, aliàs non: quartò, quando constat de mente & potestate: quintò, quando adest verisimilis causa, aliàs non; quando agitur de modico præjudicio, secus si de magno. Limitat etiam Mangil. *de imputat. q. 69. n. 11.* ubicumque favor unius includit eum, & excludit alium, ita demum alius excluditur, si ille, cujus favore inclusio est inducta, includitur, aliàs secus. Et limitatur denique axioma in his, quæ sunt de genere permissorum, in quibus unius exclusio non est exclusio alterius. Schrader. *de feudis, part. 2. quæst. 6. princ. sect. 6. n. 68.* Mar. Giurba *ad consvetud. Messanens. part. 1. cap. 15. gloss. 12. n. 13.*

III.

Inclusio animalium est animalis pascentis apprehensio ad detentionem, donec damnum resarciatur; neque Jure Saxonico tantum, sed ex generali quoque consvetudine Germaniæ est recepta. Mev. *ad Jus Lubec. l. 3. tit. 11. ad rubr. n. 9.* eamque ex Jure Civili quoque deducit Feltmann. *de Inclus. animal. cap. 2.* Requiritur autem, ut fiat in ipso facto, deinde ut pignus captum apud Judicem apprehensionis deponatur. Berl. *Part. 2. concl. 34.*

CAP. XLV.

De Incogitato.

Axioma I.

Incogitatum id dicitur, quod quis ignorat sibi competere, cui nunquam renunciare intelligitur. *l. mater decedens 19. ubi Dd. de inoffic. Testament.* Wesemb. 2. *consil. 74. n. 59.*

II.

Ad incogitata dispositio non extenditur. *l. qui cum tutoribus 9. §. 1. & ult. ff. de transact. l. tres fratres. 35. ff. de pact. l. mater decedens 19. de inoffic. testam.* Alex. *consil. 81. n. 22. vol. 6.* Wes. 2. *consil. 51. n. 13.* Nec conventio *l. qui cum tutoribus. 9. §. 1. & ult. de transact.* Carpz. 2. *constit. 34. definit. 19. n. 5.*

Declarationis loco nota, non tamen alicui incogitatam posse proficere ignorantiam; sic, verbi causâ, ferendus non est, qui cùm generaliter transegerit, postea causetur de una aliqua parte se tantum cogitasse, *l. non est ferendus 12. ff. de transact.* Illius enim animi incogitantia jus alteri inde quæsitum auferre non debet. Bartol. Bald. Salic. Jas. *in l. sub prætextu specierum 29. l. si de certa 31. l. age 3. C. de transact. l. emtor 47. §. Lucius 1. ubi* Castr. *de pact. l. qui Romæ 22. §. duo fratres 6. ubi latè* Jason. Socin. & communiter Dd. *de V. O.* Paris. *consil. 20. num. 24. 35. 77. 82. vol. 1.* cùm propositum in mente retentum nihil operetur *l. si repetendi 7. Codic. de Condict. ob caus. dat.* unde ejusmodi quæstiones facti, cùm

quis dicit se aliud sensisse, quam ex contractu apparet, judex non admittit. *l. sicut 8. §. si debitori 16. quib. mod. pign. solv.* Itaque generalis transactio complectitur omnia, ad quæ salva recti sermonis ratione extendi potest, nec prætextu alicujus omissi vel non cogitati impugnari debet. *d. l. sub prætextu.* Alex. *consil. 11. Viso. n. 9. & 15. vol. 2.* Paris. *consil. 20. n. 78. vol. 1.* potissimum, quando clausula de non amplius petendo subjecta, Bart. *in l. Aurelius. §. Cajus n. 15. de libenat. Leg.* Jas. *in l. in hoc 14. §. ult. ff. commun. divid. n. 5. & 6.* nec læsio ultra dimidium subest, nec major potest peti summa, quàm quæ sit expressa. *l. sed etsi 4. §. quæsitum 4. ubi* Bart. *n. 2.* Bald. *n. 4.* Jas. *n. 15. & Dd. si quis caut.* Panorm. *cap. 1. n. 18. commod.* Dec. *consil. 27. pro virili. n. 4. 5. & 8.*

CAP. XLVI.
De Incolis.

Axioma I.

Incola est, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit. *l. 239. §. 3. ff. de V. S.* Carpz. *P. 3. C. 12. d. 18. n. 6. & P. 3. Const. 38. Defin. 18. n. 9.* neque hi tantùm incolæ sunt, qui in oppido morantur, sed etiam qui in alicujus oppidi finibus ita agrum habent, ut in eum se, quasi in aliquam sedem, recipiant. *d. l. 239.* Mev. *P. 3. Dec. 165. num. 5.*

II.

Incola legibus & consvetudinibus loci, ubi est incola, subjectus est. Mev. *P. 2. decis. 160. num. 5.* Carpz. *P. 3. C. 12. Defin. 16. n. 1.*

CAP. XLVII.
De Incommodo. *Adde lib. 3. cap. 31.* de Commodo.

INCOMMODA eum sequi oportet, quem commoda & utilitates seqvuntur. *Clem. 1. de censib.* [*l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. C. de furt. l. secundum naturam. de reg. jur. reg. qui sentit. de Reg. Jur. in 6.*] Escob. *de ratiocin. cap. 42. num. 12. & comput. 20. n. 14.* Ferrer. *in constitut. Cataloniæ, gloss. 3. n. 89.* Vide dicta *supr. verb.* Damnum.

CAP. XLIIX.
De Incompatibilibus.

Axioma I.

Quoties duo Incompatibilia concurrunt, tunc illud præferendum, quod est potius. *argum. l. 10. ff. de stat. hom. l. 3. in princip. ff. de tutel.* Schrader. *de feud. p. 6. cap. 6. num. 6.* Guilielm. Anton. *in tractationib. de Rescript. morator. c. 59. num. 44.*

II.

Incompatibilia plura quando copulantur, tunc copula resolvitur in alternativam vel disjunctivam. Rom. *consil. 480. n. 4.* Socin. *consil. 128. n. 3.* Tusch. *tom. 2. lit. C. concl. 1033. n. 71.* Et concurrentibus pluribus incompatibilibus prævalent ultima. Tuschus *eod. tom. concl. 1011. per tot.* Assumpt. *in telo necessitat. pag. 29.*

CAP. XLIX.
In continenti.

Axioma I.

In continenti (von Stund an) fieri dicitur, quod in ipso actu fit. Bart. *in l. obligari. §. 1. n. 1. ff. de autor. tutor.* Octav. Vulpell. *in tract. de præpos. ad verba & conjunct. signif. lit. I. verb. in continenti* faciunt, quæ de hac re notavit Cephal. *consil. 221. n. 16. vol. 2. & consil. 710. n. 24. vol. 5.* & significat actum esse expediendum summariè absque strepitu judicii sine novo processu, ut docet Bartolus *in l. 1. n. 2. ff. jud. solv.* Panorm. *in cap. quia propter. n. 17. post gloss.* & Dd. *ibid. de Elect.* Hinc quando dicitur probationem in continenti fieri debere, quidam pro in continenti intelligunt quasi in momento, *l. 3. vers. hodie* ibi: *hodie constat, hodie agemus. de fideicommiss. Ut in possess. legat.* alii largiuntur biduum vel triduum. *l. ult.* & ibi Castrens. *C. de errore Advocat. l. ult. Cod. de judic.* quidam decendium. *l. 20. §. 1. de constit. pecun.* Wesemb. *consil. 3. n. 32. & cons. 6. n. 38.* alii 15. dies. *arg. cap. 1. de restitut. spoliat.* nonnulli duos vel tres menses, *ex l. 45. §. 10. l. 46. §. 4. ff. de jur. fisc.* alii quatuor, *per l. fin. C. de usur. rei judic.* plerique tamen judicis arbitrio committunt, Hartmann. *tit. 5. observat. 1.* Menoch. *2. arb. q. 17. n. 8.* Boër. *in decis. q. 296. n. 7.* Coler. *de process. execut. p. 4. cap. 2. n. 12.* Frideric. 2. *de mandat. cap. 74. n. 3.* Vult. 2. *jurispr. Roman. cap. 21. n. 50.* Rauchbar. *p. 2. quæst. Jur. Civil. & Saxon. q. 25. n. 104.* Qui pro subjecta materia variè hanc formulam interpretatur, adeo ut quandoque longum tempus contineat: sic exempli causâ, si quis pecuniam recipit quasi statim redditurus, non prius tenetur ad usuras, quàm interpellatio judicialis facta sit, licet longo interposito temporis spatio. vid. Carpz. 4. *conf. 56. per tot. add. plura de effectu hujus form. apud Dn. Barbos. in dict. usufreq. in hac voce.* de privilegio T& in continenti vid. *Ces. Argel. de Paltron. Tr. de acquir. Possess. quæst. 2. art. 1. segq. latissimè.*

II.

IN CONTINENTI quæ fiunt à Jure, inesse dicuntur, *l. lecta 40. vers. dicebam. ff. si certum petat. l. petens 27. C. de pactis. cap. officii 38. de elect.* [Quod procedit maximè in contractibus, cum ea, quæ in continenti fiunt, ipsi contractui inesse censeantur. *l. 7. §. quinimò 1. cum seq. de pact.* Tiraquell. *de retract. §. 1. gloss. 18. num. 11.* Berlich. *part. 2. conclus. 41. n. 15.* Carpzovius *Part. 2. Constitut. 33. Defin. 5. num. 12.*] vide Alexandrum *consil. 90. Ferè omnis. num. 5. lib. 1.* ubi ait locum habere in iis, in quibus partes possunt de novo disponere, non autem in Judice, qui functus est officium, propter verbum,

bum, *absolvo* vel *condemno*. Anton. Gabr. *commun. l. 1. tit. de præsumpt. conclus. 13.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 43. n. 54.* Marian. Anton. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 69. n. 5. & resolut. fin. casu 62.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 4. lit. I. concl. 81. per tot.*

Limita, nisi uterque contrahentium consentiat, id enim vult textus *in d. l. lecta.* dum de actis agit in continenti adjectis, quæ certè non nisi utriusque consensu constant. *l. 1. §. 2. de pact.* Schultz. *not. ad q. 4. p. 2. vol. 2.*

CAP. L.
De Incorporalibus.

Incorporalia dividi non possunt. *l. 2. §. & harum 1.* ubi Jas. *n. 2. l. 72.* ubi Bart. *de V. O. l. 17. de servit.* neque ad numerum mobilium immobiliumve aggregari, *l. 15. §. in venditione 2.* ubi Jason. *de judic. l. 7.* ubi Bart. *de pecul.* nisi per interpretationem, cum pro subjecta materia id fieri necesse sit, quo casu plerumque pro immobilibus habentur. *l. 2. C. de servit. vid. l. 14. C. de SS. Eccles. l. 1. C. si adverf. transact.* Wesemb. *in parat. ff. de rer. divis. n. 4.* quapropter nec possideri nec detineri intelliguntur. *l. 13. §. 1. ff. de acq. dom. l. 4. §. 27. ff. de usucap.* ideoque nec actione rei vindicationis peti possunt, licet aliis actionibus in rem vindicentur *tot. tit. ff. si serv. vind.* & simpliciter nec traditionem, nec usucapionem recipiunt. Quod si tamen aliquando possideri legantur, veluti *in l. fin. de itin. act. priv.* & tradi *l. 11. §. 1. l. 3. in princip. ff. de usufruct.* hoc de impropria & analogica possessione intelligendum erit: sicut plerumque particula *quasi* vel *veluti* improprietatem denotans adjicitur: itaque cum Ulpianus *in l. 2. circa fin. de precar.* loquatur de possessione juris vel corporis, non in uno significatu possessionem accipit, sed respectu corporis propriè, respectu verò juris impropriè, Hegenit. *lib. 1. de poss. ff. cap. 3. num. 28.* Ex quo consequitur, quod jurium incorporalium illa quasi possessio non aliter induci ac acquiri dicatur, quam sciente & patiente Domino, in cujus præjudicium acquiritur, *l. quoties 15. & l. fin. ff. de servit. l. 2. Cod. eod. ibique Dd.* Gail. *lib. 2. observ. 66. n. 4.* Covarr. *in cap. possessor. p. 2. in princip. num. 8. de Reg. Jur.* Schurff. *consil. 84. num. 3. cent. 2.* vid. & Fridericum Mindan. *in tract. de interdict. 28. n. 70.* ubi ait, quod licet aliqui Doctores putent scientiam & patientiam in his casibus non adeo esse necessariam, sed sufficere ad acquirendam quasi possessionem jurium incorporalium ipsum usum absque scientia illius, cui præjudicium fit, hoc ipsum tamen limitat, modo usus ille fuerit pacificus, & ab eo, cui præjudicat, non impeditus, add. & Covarr. *d. loc. n. 9. vers. ego vero.* Ex diuturno enim usu & maximè non clandestino, sed manifesto actuum possessoriorum, præsumitur quidem scientia & patientia ejus, contra quem exercetur, sed ista omnia cessant & eliduntur, ubi per actus contrarios prohibitionis, protestationis liquido de dispatientia constet, contra quem possessio vel quasi vult quæri, adeo ut etiam vel per unicum actum dispatientiæ possessionis acquisitio impediatur. Wesemb. 1. *consil. 18. num. 19.* Molin. *in Consvet. Paris. rubr. 1. de feud. §. 7. n. 19.*

CAP. LI.
De Incorporatione.

Axioma I.

Incorporata eodem Jure habentur cum illis, quibus incorporantur. Mev. *consil. 5. n. 29.*

II.

Per incorporationem jura quæsita non nisi in futurum exerceri possunt; ad præterita verò & lites pendentes minimè pertinent, cùm nec ipsa lex eò extendatur. Brunnem. *consil. 136. num. 56. & 125.*

III.

Incorporatio facti est, neque præsumitur. Brunnem. *consil. 162. n. 31. n. 168. 175. seq.*

CAP. LII.
De Incrementis Juris
vid. supra Augmentum.

Sententiæ Juris paullatim admittuntur, *l. 11. §. 13. de legat. 3.* Nulla enim lex neque scil. videtur ad omnia sufficienter ab initio promulgatum: Sed multa indigere correctione & ad naturæ varietatem & ejus machinationes sufficiat. *Nov. 74. præfat.* Bitsch. *in prælect. 1. F. 8. §. 1. in fin.* Cujac. *ad tit. C. de præd. & aliis reb. min. l. 13. ff. de LL. §. 1. Inst. de fideicomm. hered. §. 3. Instit. de testam. ord. & §. item si quis 13. vers. sed Inst. de inutil. stipul. princ. Inst. de Codicill. §. 1. vers. antiquissimo. 1. F. 1. l. 18. §. 1. ff. de judic. §. cæterum 3. ibi: Prætores paulatim. Instit. de legit. agnat. succeff.* Exemplum est *in l. 9. de oblig. & act.* ubi cum quatuor tantum actiones filiofam. datæ essent, postea omnes datæ sunt: aliud vid. *in l. 5. de manumiss. vind.* ubi cum diceretur dubitatum fuisse, an Consul apud se posset manumittere, post collata cum *l. unic. §. 2. de offic. Consulis*, nullam amplius hac de re dubitationem esse ibidem deciditur. Simile habemus in Lege Falcidia; cum enim initio pactis demum heredes hoc obtinerent, ut detrahere ipsis partem de hereditate liceret, *§. 2. in fin. Instit. ad Leg. Falcid.* Tribunus plebis id, quod usitatum fieri in civitate, traduxit in legem. Bachov. *add. §. 2. Instit. d. tit. in fin.* His adde & *l. 10. & ult. C. de advocat. diverf. judic.* Fuit huc illud Cujacii *lib. 3. Paul. ad edict. l. 4. de pact. p. 15.* ubi ait, quod vulgo fieri solet, sæpe abit in Legem & habetur pro facto vel pro dicto, etiamsi dictum aut factum non sit. *l. ult. Cod. de fidejuss.* quod haud mirum est: non enim consistunt exempla, unde cœperunt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissimè evagandi sibi viam faciunt, & ubi semel recto aberratum est, in præceps pervenitur, nec quis-

quam sibi putat turpe, quod alii fuit fructuosum. Vellejus *lib. 2. hist. cap. 3.* Hinc dicit Imperator *in Præfat. Novell. 74.* nullam Legem esse, quæ ab initio statim suffecerit & perfecta fuerit, sed omnes indigere multa correctione, ut ad naturæ varietatem & ejus machinationes sufficiat. Eodem etiam modo se habet res quoad decrementum: ut enim paulatim jus civile crescit, ita & illud non nisi paulatim decrescere potest, Cujac. *in parat. C. tit. de bon. libert. & jur. patr.* exemplum vide *in §. 2. Inst. quib. alien. licet vel non. l. 4.* ibi: *hoc jure utentium. Novell. 89. in præfat. vid. infr. cap. jus.* Hanc autem regulam potissimum de sententiis JCtorum accipiendam esse docet Jacob. Schultes. *q. 69. n. 55. & seq.*

CAP. LIII.
De Indebito.

Axioma I.

Quoties indebitum solvens accipienti ullo modo naturaliter obligatus est, toties, quocunque errore fuerit solutum, non repetitur. quia obligatio naturalis utut non debet actionem, concedit tamen Exceptionem & sic impedit condictionem indebiti, nam & hæc naturalis est. *l. 15. ff. de condict. indeb.*

Exemplum: ita filiusfamiliâs, qui contra Senatus-Consultum Macedonianum solvit mutuum, illud non repetit *l. 40. pr. ff. eod.* idem dicendum de eo, qui malè absolutus spontè per errorem solvit. *l. Jul. 28. ff. eod.*

Limita: ut procedat (1.) in obligatione naturali plenâ, quæ jure naturali actionem producit. Lauterbach. *ad ff. de Condict. indeb. Tit. XI. §. 1.* (2.) nisi illa naturalis obligatio à Jure Civili in specie sit reprobata, ut in pupillo *l. 41. ff. eod.* & muliere, si ex causâ fidejussionis pecuniam solverit.

II.

Indebiti condictio datur ad repetendum indebitè solutum, quia nemo cum alterius detrimento debet fieri locupletior. Mev. *consil. 99. num. 1.*

III.

In indebiti condictione duo extrema Actor probare debet, solutionem & ignorantiam sive errorem, Carpz. *P. 2. C. 28. d. 21. n. 4.* Juxta Brunnem. verò *in l. 1. Cod. h. t.* tantùm probandum quòd indebitè solutum sit, ignorantia autem seu error præsumitur.

CAP. LIV.
De Indefinitis.

INDEFINITA æquipollet universali, *l. si servitus 24. ff. de serv. urban. præd. l. si ita relictum 43. l. pluribus 44. ff. de Legatis 2. l. si plures 98. ff. de Legatis. 3. l. Julianus 60. ff. de legat. 2. l. si quis filio 6. §. 1. ff. de irrito rupto testam. l. 2. ff. de liber. & posthum. l. Cæsar 15. ff. de publican. l. si quis 5. §. idem Julianus 2. ff. de lib. leg. facit dilucide text. in l. qui peculii. 46. de pecul. l. 7. de tritic. vino vel oleo legat. Cujac. in l. 2. eod. tit. Non ineleganter adduci etiam potest text. in l. si duo patroni. 13. §. idem Julianus scribit. 2. de jurejurando. cap. solicitæ 6. de majorit. & obedient. cap. quia circa 22. de privileg.* Gloss. *verb. aliorum. in c. ut circa. de elect. lib. 6.* Menoch. *consil. 97. à n. 154. & consil. 173. n. 16. cum seqq. & cons. 329. n. 24. & de præsumption. lib. 4. præsumpt. 21. n. 5. & præsumpt. 62. num. 7.* Mascard. *de probationib. conclus. 1181. n. 38.* [vid. Carpzov. 6. *respons. 8.* ubi elegans hujus rei ponitur exemplum.] Pichard. *ad §. si eadem res. l. de legat. n. 43.* Thom. de Thomasset *in florib. Legum, reg. 150.* Covarr. *var. lib. 1. cap. 13. n. 6.* Cardinal. Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib. 3. tit. 4. num. 12. & lib. 7. tit. 5. num. 1. & 10.* Menchaq. *quæst. usufreq. lib. 2. cap. 30. à num. 28.* Surdus *de aliment. tit. 5. quæst. 1. num. 13. & 16. & tit. 8. privileg. 27. & tit. 9. quæst. 13. num. 10. 13. & 17. & decis. 188. n. 4. & consil. 216. n. 25. & consil. 244. num. 21. & consil. 308. n. 48.* Brunor. à Sole *in locis commun. verb. definita 2.* Francisc. Leo *in thesaur. for. Ecclesiast. part. 1. cap. 9. n. 24.* Dn. Barbos. *in rubr. ff. solut. matrim. p. 4. n. 49.* Mar. Antonin. *variar. resolut. lib. 3. resol. 29. n. 6.* Farinacius *in praxi crimin. p. 4. decis. 69. num. 8. & decis. 458. num. 1.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 4. lit. I. concl. 86. & 87.* Francisc. Mólin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 40. num. 8.* Eman. Figueira de Negreiros *in introduct. ult. volunt. lib. 1. cap. 11. n. 37.* Octav. Glorit. *resp. 6. n. 89.* [Est enim tantæ potentiæ, quantæ universalis, *cap. sicut nonnulli 1. quæst. 1. Gloss. in cap. pastoralis. de donat.* Bart. *in l. si ita. de aur. & arg. leg. Cravett. consil. 86. n. 60. vol. 1.* v. c. sic *in pr. I. quib. mod. toll. oblig.* dicitur obligatio tolli solutione ejus, hoc est, omnis ejus, seu totius ejus, quod debetur, ita *in l. 1. ff. de test.* testamentum definitur voluntatis nostræ justa sententia de eo, hoc est, de omni eo, &c. Sic *in l. 1. Cod. de jur. Emphyt.* legitur, ipsius rei, id est, totius. Sic agere, est in solidum agere. *l. 40. solut. matrim. l. 5. C. de rei vind. l. 3. in pr. ff. de constit. pec. l. 28. §. 9. de liber. legat. l. 7. in pr. de tutel.*]

Intellige primò axioma procedere, quando subest eadem ratio omnium sub indefinita comprehensorum, [*cap. ut circa. verb. aliorum veneficiorum. ubi gloss. de Elect. in 6.* Dyn. *de Reg. Jur. n. 8. in proœm.* Decius *consil. 243. col. 1. & consil. 388. n. 3.*] Castrens. *consil. 153. Super primo. num. 3. vers. circa secundum. lib. 1. & consil. 176.*

Vide-

Videtur, n. 2. lib. 2. Alexand. *consil. 26. Consideratis verbis. n. 3. lib. 4.* Cardinal. Tusch. *tom. 4. lit. I. concl. 86. num. 1. & 2.* Covarr. *d. cap. 12. n. 9.* [non solum si proferatur à Lege, sed etiam si ab homine, & hoc ex interpretatione non necessitate verborum. Vasquez. *lib. 2. contr. Jur. cap. 31. num. 43.*]

Intellige secundò, ut indefinita æquipolleat universali distributivè, non collectivè, Cardin. Seraphin. *decis. 409. num. 9.* [Abb. *in cap. 2. de conjug. Leprosor.* Oldr. *consil. 100.* Alexand. *consil. 10. col. 1. lib. 1. & in l. rescriptum. ff. de pact.* Hippolit. *sing. 171.* Ludov. Gomez. *Comment. ad rubric. Instit. de actionib. n. 4.* Roland. *consil. 89. n. 15. lib. 3.*

Intellige tertiò, ut indefinita universalis significationis vim obtineat; non ex propria vocabuli significatione, sed ex æquitate & benignitate quâdam, propter mentem disponentis, vel materiam subjectam, ut per Bartolum *in l. 1. num. 3. de Reg. Jur.* Covarr. *d. cap. 13. num. 5.* Menoch. *d. consil. 97. n. 155.* Rendin. *in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 82. n. 1.* Corn. *consil. 160. n. 6. in fin. lib. 3.* Cardinal. Tusch. *d. concl. 86. num. 16.* Hippol. Riminald. *in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 225. de constitut.* Cardinal. Mantic. *dict. tit. 5. num. 1.* Peregrin. *de fideicom. art. 7. n. 55.* [Adde & Bart. *in l. si pluribus. de legat. 2. & in l. qui ædificium. ff. de servit. urb. præd. per text. in l. si servitus 23. de servit. urb. præd.* ibi: *& humanius est verbo generali, &c.* Corn. *consil. 138. placet mihi col. fin. lib. 2. & consil. 250. lib. 3. col. 3. pr. & consil. 83. eod. lib. & consil. 224. Considerata. col. 6. eod. lib.* Lud. Gomez. *in Comm. ad rubr. Inst. de action. n. 4.*] Et hinc jam facilè constat decidendi ratio, & concordia ad textum *in l. placet 4. de lib. & posthum. cum l. 2. eod. tit.* quare scil. institutio indefinita posthumi valet, & ad omnes posthumos porrigitur, etiamsi ex alia, quàm testator duxit, uxore nati sint; exhæredatio verò non ita, juxta *d. l. 2.* Nam ultra rationem differentiæ inter odiosas, & favorabiles dispositiones, utrumque illud ex verosimili partis mente facilè colligitur: nam sicut pietatis paternæ officium postulat, quod filium instituens de omnibus intellexisse videatur, cùm affectus paternus omnem alium vincat, *l. ult. C. de curat. furios.*, & notatur *in cap. afferte, de præsumpt.* ita eadem paterna pietas exigit, ut videatur pater exheredare voluisse; notant omnes præcitati, & melius cæteris. Cov. *d. cap. 13. n. 9. vers. 8. & vers. 14.* Paleoth. & alii plures, de quibus Alphan. *collect. 658.*

Amplia primò, ut etiam indefinita negativè concepta vim habeat universalis, [Fulgos. *in l. juris gentium. §. sed si fraudandi. per gloss. ibidem ff. de pactis.* Decius *in cap. nam concupiscentiam. not. 5. de constitut.* Felin. *in cap. fin. de Treug. & pac. & consil. 3. incipit: Et diligenter. col. 3. n. 5. p. 1.* Ludov. Gomez *in dict. rubric. num. 5.*] Cuman. *consil. 38. Maritus. col. 2. vers. ex adverso.* Decianus *consil. 13. num. 11. & 12. lib. 1.* Cardin. Tusch. *dict. concl. 86. num. 15. & 16.* ubi *num. 25.* post Castrens. *consil. 441. Ista quæstio. n. 3.* subdit, quod indefinita negativa æquipollet universali indistinctè. Riminald. jun. *consil. 150. num. 53. cum seqq.* Octav. Glorit. *respons. 3. part. 1. n. 153.* & procedit juxta vulgarem traditionem, quæ docet, quod plus tollit negatio, quàm ponit affirmatio; negatio enim malignantis naturæ est, & quicquid sequitur negat, Gloss. *verb. à suspensis, in cap. cum dilectus. de consuetud.* Gloss. *verb. non potest. in c. 1. de Reg. Jur. lib. 6. gloss. 1. in l. Juris Gentium. §. sed si fraudandi. ff. de pactis.* quos sequuntur frequentissimè scribentes per text. *in l. si is, qui ducenta. §. utrum. ff. de rebus dub.* cum multis aliis, quæ latè prosequitur Tiraquell. *de primogen. quæst. 24. num. 12. & in l. boves. §. hoc sermone. ff. de verbor. signif.* latè comprobans, quod licet ex illo textu conditio, *si nupserit*, affirmativa de iis nuptiis solum intelligatur, negativa tamen, *si non nupserit*, de omnibus intelligitur, ex text. *in l. si sic stipulatus 134. ff. de verbor. obligat.* notat *gloss. ult.* per text. *in l. hoc genus 105. ff. de condit. & demonstrat.* & in nostris terminis receptum comprobat Covarruv. *d. cap. 13. num. 7.* eoque exemplo demonstrat, quia qui dicit, homo nusquam currit, dicere videtur, nullus homo currit, & sic de similibus. [Imò indefinitam orationem affirmativè prolatam æquipollere universali, non ex propria verborum significatione, sed ex humanitate & benigna interpretatione, negativam ex virtute verborum, non autem ex humanitate universali, testantur Fulgos. *in l. si servitus. num. 3. vers. secundum Dd. ff. de serv. urb. præd.* Tiraquell. *in l. boves. §. hoc sermone. num. 5. vers. hinc que prodit in septima limitatione. ff. de V. S.* Dec. *consil. 400. num. 5. vers. & hoc omninò dicendum est. col. 3.* Felin. *in cap. 2. col. fin. in sexta fallentia. extr. de treug.*

treug. & pac. Cagnol. *in l. 1. n. 8. ff. de Regulis Juris.* Decian. *consil. 1. n. 61. vers. & indefinita. vol. 2.* Cephal. *consil. 46. Adhuc. n. 14. vers. sic etiam indefinita. vol. 1.*]

Amplia secundò, quod indefinita à lege probata vim habet universalis; cùm enim de ratione legis sit, quod in omnes, non in singulos dirigatur, *l. Jura 7. ff. de legib.* meritò indefinita à lege prolata vim habere dicitur universalis ex materia subjecta & legislatoris mente, ut bene notavit gloss. *verb. aliorum, in cap. ut circa. de elect. libr. 6.* quam seqvuntur alii omnes *in princip.* hujus axiomatis citati, unde quoque, & consequenter deducentes, idem dicendum esse in statutis municipalibus, quia similiter ad omnes subditos diriguntur, & omnibus de municipio, non singulis dantur, ac subinde verba indefinita eorum æquipollent universali, ita Bart. *in l. omnes populi. n. 57. ff. de Justit. & Jur.* Corn. *consil. 106. n. 5. & 6. lib. 3.* Socin. jun. *consil. 118. n. 3. lib. 3. & consil. 110. num. 3. eod. lib.* Rolandus à Valle *consil. 61. num. 28. lib. 3.* Decianus *consil. 17. num. 20. & 21. lib. 1.* Covarruv. *d. cap. 13. num. 8. vers. Quartò.* Cardin. Tusch. *d. concl. 86. num. 17.*

Amplia tertiò, in supplicatione, ut per Rolandum à Valle *consil. 61. num. 28. lib. 3.* Cardinal. Tusch. *dict. concl. 86. n. 19*

Amplia quartò, ut indefinita æquipolleat universali in contractibus, & renunciationibus, quando verba sunt apta comprehendere, Roman. *consil. 251. Clarissimè dicitur. n. 5. vers. Respondetur.* Cardinal. Tusch. *dict. concl. 26. n. 20.* Cardin. Seraphin. *concl. 1008. n. 8.*

Amplia quintò, in alimentis, Alexand. *consil. 171. Viso processu. n. 4. & 5. vers. superest. lib. 2.* Card. Tusch. *d. concl. 86. n. 14.* Francisc. Molin. *de rit. nupt. lib. 3. q. 46. n. 12.* Sebast. Medic. *de reg. jur. reg. 2. n. 7. vers. alimentorum favore.*

Amplia sextò, in omni dispositione, Fulgos. *consil. 130. Gaspar. notarius. n. 1.* ubi loquitur in calculis & computis, quia calculus de gestis & factis æquipollet universali, ut comprehendat omnia gesta & facta, Alexand. *consil. 36. Viso themate. n. 8. vers. sed ita est libr. 2.* ubi agit in renunciatione facta feriis messium indefinitè, quia intelligitur quoad omnes causas, & *n. 9.* de constitutione procuratoris indefinitè ad causas, qui erit etiam procurator in causa appellationis. Et in ultimis voluntatibus, *l. si plurib. 44. ff. de legat. 2. l. si plures 98. ff. de legat. 3.* Surdus *consil. 336. num. 7. & consil. 352. num. 19.* Stephanus Gratianus *discept. forens. cap. 685. num. 9.* Item & in statutis, Covarr. *lib. 1. var. cap. 13. num. 8.* Rendina *in prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 82. num. 1.* Surdus *cons. 393. n. 6. & cons. 402. n. 14. & cons. 426. n. 24.* Stephan. Gratianus *d. cap. 685. n. 9. & 15.* [& quod indefinita oratio comprehendat remedia tam ordinaria, quàm extraordinaria, ponit Petr. à Placha *in epitom. delict. lib. 1. c. 1. num. 7. ante fin. vers. Quartò his tandem prænotatis*] nisi statutum sit correctorium vel odiosum. Osasch. *Pedem. decis. 168. num. 21.* Surdus *consil. 430. num. 24.* Sebast. Medic. *d. reg. 2. num. 11.*

Limita primò, quando non est eadem ratio particularium contentorum sub indefinita, quia tunc distinguitur ex ratione, etiamsi lex indistinctè loquatur, [exemplum evidens est *in l. 20. §. 2. ff. qui testam. fac. poss. add. l. 42. §. 2. de noxal. act.*] ita Calderin. *consil. 494. circa fin.* alias. *3. de hæret.* Signorol. *consil. 69. n. 8. vers. nihilominus tamen.* Corn. *consil. 83. Circa primum. n. 2. lib. 4.* Fulgos. *cons. 75. in fin.* Francisc. Niconiq. *in cap. quoniam contra p. 2. n. 775. de probationib.* Covarruv. *d. cap. 13. num. 9.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 7. num. 56.* Cardin. Tusch. *d. concl. 86. num. 29.* Menoch. *d. lib. 4. præsumpt. 21. num. 5. & præsumpt. 62. num. 7. cum seqq.* rectè inferentes, quod licet deficiente similitudine rationis indefinita universali non æquipolleat, comprehendat tamen eos tantum casus, quibus ratio convenit. Cardinalis Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 4. n. 12.* Surdus *cons. 430. num. 22.* Sebastianus Medices *d. reg. 2. n. 7. & 12.*

Limita secundò, in materia odiosa, vel pœnali, in qua indefinitam non æquipollere universali, resolvunt [Jason. *in l. 2. num. 18. ff. de liber. & posthum. ibique* Alex. *num. 5.*] Bartol. *in d. l. si plures. n. 6. in fin. vers. si verò cadit.* Cardin. Tusch. *d. conclus. 86. num. 28.* Francisc. Molin. *d. lib. 3. quæst. 85. num. 59.* Sebastian. Medices *d. reg. 2. n. 16.* Menoch. *consil. 97. num. 155.* Surdus *consil. 430. num. 21. & consil. 431. num. 70.* Stephanus Gratianus *cap. 650. num. 10. tom. 4.* Sed rectè Covarr. *d. cap. 13. num. 10. vers. 12.* docet, quod si de mente constet, sive favorabilis sit materia, sive odiosa, semper indefinita universalis habet significationem, si mens

deficit, neque etiam in favorabilibus id operabitur; Bartolus verò hanc communem distinctionem rectè procedere ait in casu dubio, quando scilicet de mente expresse non constat, tunc enim ex rationis paritate in favorabilibus possumus mentem conjecturare, in odiosis non ita, ut patet ex iis, quæ circa exhæredationem filii, & institutionem posthumi supra notavimus, & ipse Covarr. fatetur.

Limita tertiò in materia contingente, *l. 42. §. ult. de noxal. act.* ut enim habet canon Logicus: Propositio indefinita in materia contingenti habenda est pro particulari, Aristot. *περὶ ἑρμηνείας cap. 8.* C. J. A. *de procurat. thes. 7.* ubi exemplum: Sic propositio illa: *Qui vim facit, dolo malo facit. l. 2. §. 8. de vi bon. rapt.* Limitanda est, ut intelligatur de ea, quæ incidit in edictum de vi bonorum raptorum: Esse enim vim aliquam sine dolo, & extra eam, qua quis in edictum istud incidit, manifestum fit *ex §. ita tamen. Institut. de vi bonor. rapt. l. 3. §. 2. Ne quis eum, qui in jus voc.* Locam. *fasc. 5. εναντιοφ. 8.*]

Limita quartò in probationibus, in quibus indefinita vim universalis non habet, quia scil. id postulat ratio materiæ subjectæ, in qua regula certissima est, quod probationes debent esse concludentes, *l. neque natales 10. C. de probationib. cap. in præsentia eod. tit.* Unde cùm indefinita ex sui proprietate universalis significationem non habeat, sed ex benigna interpretatione, atque ita ex conjectura voluntatis, minimè in materia probationum debet sufficere, ut docuit Innocentius *in cap. auditis. de præscript.* quem sequuntur Felinus *num. 24. &* Paris. *num. 16.* & alii communiter ibi teste Covarruv. *d. cap. 13. num. 10.* idem etiam tenent Andr. ab Exea *in cap. cum omnes. num. 3. & ibi* Anton. de Burgos. *num. 323. de constit.* Alexand. *cons. 110. n. 2. vers. & expressius. lib. 1. & consil. 68. Et viso. num. 8. & consil. 108. In causa. num. 13. vers. præterea. lib. 2. & consil. 112. In causa dominorum. num. 4. lib. 7.* Menoch. *d. cap. 30. n. 27.* Rebuff. *de reprobat. testium, n. 110.* Brunor. à Sole *d. verb. indefinita. n. 1.* Mascard. *de probationib. concl. 1199. à numer. 19. & conclus. 1205. num. 20.* Surdus *decis. 263. num. 10.* Rendin. *in promptuar. recept. sent. tom. 1. tit. 82. num. 2.* Morl. *in Emporio Juris Civilis, tit. [illegible] in prælud. n. 55.* Cardinal. Tusch. *d. conclus. 86. num. 31. & 39.* Rot. *decis. 509. num. 5.* apud Farinac. *p. 1. recent.* Cardin. Seraphin. *decis. 490. n. 1.* ubi *decis. 544. n. 1.* disputat, an indefinita æquipolleat universali in confessione, Sebastian. Medices *d. reg. 2. n. 13.* Steph. Gratian. *d. cap. 650. n. 6. cum seqq.* [Quid in testibus & instrumentis dicendum sit, vid. Jason. *in l. non hoc. num. 14. C. unde cognat.* Marsil. *sing. 171.* Villalob. *in commun. opin. lit. L. n. 23.* Monticell. *in repet. test. pag. 431. col. 2. vers. pen.* Jos. de Grass. *decis. 82. n. 13.* Pacian. 1. *de probat. cap. 35. num. 20.*]

[Limita quintò, quando de præjudicio tertii ageretur, vel de privando quem jure suo. Grat. *consil. 16. n. 12. & consil. 122. n. 17. lib. 1.* Crot. *consil. 94. n. 26.* Osasch. *decis. Pedem. 195.*]

CAP. LV.
De Indemnitate.

Indemnitatis promissio in maleficiis locum non habet. Bartol. *in l. si à reo 20. §. ultim.* per illum textum *de fidejuss.* Glocken. *de collectis, cap. 17. n. 283.*

CAP. LVI.
De Indiciis.

Axioma I.

Indicium unum alio contrario fortiore tollitur. Alexand. *consil. 77. In causa circa fin. vol. 1.* Angel. *in l. injuriarum. §. si quis de honore. de injur.* Baldus *consil. 302. vers. inter. circa fin. vol. 2.* Fulgos. *consil. 173. In causa.* Hippolit. *in practic. crim. §. diligenter. num. 194. & seq.* Blanc. *in pract. crim. §. datis. de defensionibus.* Mascardus *de probat. concl. 225. num. 15. concl. 882. n. 15.* Et plura vincunt pauciora, Masc. *de probat. conclus. ult. n. 15.* & verisimiliora semper sunt præferenda, Bursat. *consil. 153. n. 45.* Farin. 1. *cons. 40. num. 71.*

II.

Quodcunque judex naturali ratione assequi nequit, illud admittere non debet.

Ratio: quia judicis tantùm est judicare secundum prudentiam, quæ in hominem cadit. Hinc non debet admittere, nisi indicia indubitata & luce clariora *l. fin. C. de probat.* Cætera divino relinquet judicio.

Exemplum: utut ergo ex tactu cadaveris occisi sanguis fuerit emissus, ex hoc tamen solò non probabitur homicidium, sicut nec sufficiens erit ad torturam indicium. Carpz. *Prax. Crim. q. 122. num. 30.*

Declar. nisi alia concurrant probabilia adminicula, sic enim tortura dictari posset. *vid. Stryck. Tract. de Jure sens. disp. 7. c. 3. n. 14.*

III.

Indicium ad torturam debet esse sufficiens, redliche Anzeigung / Argwohn / Verdacht /

Vermuthung. *Constit. Crim. art. 19. Wehn. obs. pract. verb.* Anzeigung.

IV.

Indicia purgantur per probationem bonæ vitæ. *Bartol. in L. 2. §. pen. ff. de re milit.*

V.

Indicia duo levia faciunt unum indicium grave. Farin. 1. *consil. crim. 5. n. 103.* Conrad. *in pract. tit. de negat. crim. & torment. num. 29.* adeò ut sufficiat ad torturam, ne dum ad transmittendam inquisitionem, quia ad torquendum si non prosunt singula, multa juvant. Grammat. *decis. 34. num. 35.* Cephal. *consil. crim. 32. n. 16.* Gigas *de crim. læs. Majestat. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læs. Majest. probatur. quæst. 25. in fin.* Hinc indicia plura dubitata facere unum indicium indubitatum ad condemnandum sufficiens, confirmant Bald. *in l. fin. num. 2. vers. sed quando. & vers. item ponit. & num. 3. vers. patet igitur. ibique etiam* Alberic. *num. 2. C. de probat.* Brun. *de indiciis & tortura. part. 1. quæst. 10. num. 3. vers. quandoque tamen.* Justin. Bonderan. *consil. crim. divers. 54. n. 30.*

Declara, procedere I. quando plura indicia, ex quibus generari debet, unum sint gravia & valde proxima, non verò levia vel remota. Brun. *de Indic. part. 1. quæst. 4. num. 3. vers. quod intellige.*

II. Quoad pœnam pecuniariam, non verò corporalem. Gandin. *in tit. de præsumpt. & indic. indubit. n. 2.* Farinac. 1. *consil. 10. n. 17. & in addit. ejus Cent. lit. F.* Bonderan. *d. cons. crimin. divers. 54. num. 32. lib. 2.* Unde indicium unicum remotum non sufficere, ut tortura locum habeat, ajunt Bartol. *in l. fin. n. 6. & ibi* Blanc. *ff. de quæst.* Bossius *in tit. de indic. n. 71.* Joh. de Amic. *consil. 127. n. 26. & consil. 131. num. 6.* sed ut sufficiens sit, debet esse legitimum & legibus probatum, nec merè ex arbitrio & opinione privata judicis dependere, ut patet ex Const. crim. Imp. *art. 20.* Paris. *consil. 151. n. 14. p. 5.* Cach. *decis. 19. n. 56.* Hippol. de Marsil. *consil. 15. lib. 1.* Regn. Sixt. 2. *Consil. Marp. 16. n. 110.*

VI.

Indicia cessant cessante causa delicti. Farinac. 1. *consil. crim. 56. n. 13.* ratio, quia præsumitur sine causa delinquere. Bart. *inter consil. crim. divers. consil. 8. num. 8.* Follet. *inter eadem consilia 138. n. 13. & in pract. crimin. in verb. idem quod sororem venenavit. post num. 19.* Grammat. *consil. 42. num. 10. in fin.* Cason. *de indic. & tortur. tract. 1. cap. 9. n. 2.* Farinac. *in tit. de indic. & tortur. q. 52. n. 150. lib. 2.*

VII.

Ex indiciis violentis nemo potest condemnari. Grandin. *tract. de Malefic. tit. de præsumpt. col. 2. Cephal. consil. 241. n. 73.* Boër. *decis. 146. n. 6.* huc faciunt *cap. literas 14. in fin. de præsumpt. l. fin. C. de probat. l. absentem 5. ff. de pœnis. cap. quia verisimile. de præsumpt.* Mascard. 3. *de prob. concl. 1222.* Declara scilicet in criminalibus, quia regula est, quod solis præsumptionibus nullus condemnetur. Johan. de Anan. *consil. 17. num. 3.* videlicet pœnâ ordinariâ, indicia autem sunt præsumptiones, & iisdem æquipollent. Alexand. *consil. 124. num. 7. l. 6.* seu adminicula, quæ de se non probant. Mascard. *de probat. concl. 55.* Bœckel. *de public. judic. disquisit. 2. num. 5. vide plura infr. lit. P. cap. Præsumptio.* Unde indicia etiam indubitata per torturam reiteratam demum purgari, dixit Alberic, *in l. edictum. n. 2. ff. de quæst. & in rubr. C. eod. num. 9.* quod tortus persistens puram veritatem dixisse præsumitur. Cæpoll. *consil. 32. col. 1. vers. hoc potest dici.* Boër. *decis. 163. num. 15.* Grammat. *decis. 8. num. 9. & decis. 96. n. 2.* Boss. *in tit. de confess. num. 28. & in tit. de confession. per tort. n. 26.* Natt. *consil. 202. n. 9.* Hippolit. *consil. 64. n. 2.* Laurent. ab Occa *consil. 60. n. 31.* Farin. 1. *consil. 25. n. 45.*

IIX.

Indicia certa, quæ jure non respuuntur, non minorem probationis fidem quàm instrumenta continent. *l. indicia 19. Cod. de rei vind.* Angel. *in singular. verb. indicium. n. 3.*

CAP. LVII.

De Indifferentibus, Identitate, uno, separatis.

Eadem quæstio est, cùm vel res eadem iterum petitur, vel eadem est causa petendi, *l. 7. & l. 11. §. 4. de Except. rei judic.* ubi Wesemb. *in pamt. num. 3.* Hæc regula non caret difficultate: quid enim si mutatis personis eadem movetur actio, aliudne an idem est judicium? Idem certè esse vult Pac. *in Anal. Cod. de Ed. num. 3.* contrà verò aliud esse disputat Cujacius *ad l. 75. de judic.* ibi: *Judicium aliud est si mutetur. per l. 64. §. 1. de jud.* Declarationis causa res facilè distinctione compescitur, aliud est totum integrale, aliud essentiale; illud mutatur mutatis partibus, hoc non mutatur. *argum. l. 76. de jud.* Adde *l. 30. de usucap.*

CAP. LIIX.

De Indigenis.

Indigenæ in officiis præferendi sunt peregrinis, *l. 11. C. de Episc. & Cler.* quod intellige procedere, quando scilicet habiles sunt ad munera sustinenda. *l. ut gradatim 11. §. 1. de mun. & hon. l. 1. §. pen. Quod cujusque universit. nomine:* hinc cùm Germania nunquam egena fuerit magnorum ingeniorum, factum, ut Carolo V. inter cæteras conditiones, sub quibus ipsi Imperium delatum, etiam hæc fuerit: ut negotiis publicis præficiat non exteros, verum Germanos ex nobilitate delectos: item quod Senatum in Imperio debeat constituere ex Germanis delectum, teste Sleidano *lib. 1. Comment.* ratio, quia insita patriæ charitas haud facilè indigenam ad malum deviare sinet. Verùm huic regulæ & Germanis moribus vehementer repugnare videtur. *l. 4. ff. de Adsessorib.* Ex quo lege manifestum fit, neminem in sua patria debere assessoratus vice fungi. Verum sciendum est, agi ibi de Assessoribus præsidum, quorum officium consistebat in cogni-

cognitionibus causarum postulationumque, item decretis edictisque judicum concipiendis: hinc ne igitur amicitia aut consangvinitate judicia corrumperentur, ne quis in patria assideret, constitutum est, quæ specialis in assessoratu ratio mutata jam Reipublicæ forma generaliter vim suam exercere nequit. vid. *Schifordegher lib. 3. tract. 30. q. 2. 3. 4. seqq.* ubi probat valere privilegium & consvetudinem à Principe confirmatam, ut alicubi non nisi indigenæ ad Episcopatum promoveantur, sed Jure Romano multa officia iis, qui *in illo loco* nati erant vel larem tenebant, dari sub pœnâ prohibebantur *l. 3. C. de divers. offic. ibig, Perez. n. 11.* imò sacrilegium committit, qui hoc loco officium petit *l. fin. C. de Sacrileg.* nisi princeps speciali beneficio in suâ provinciâ assidere concedat. *l. 38. pr. ex quib. caus. maj. Brunnem. C. de divers. offic. col. 3.*

CAP. LIX.
De Indigno.

Axioma I.

Qui indignus est ordine inferiore, multo minus superiorem merebitur. *l. 4. ff. de Senat. l. non debet. 21. de Reg. Jur.* Concennat. *quæst. jur. singul. q. 3. n. 8.*

II.

Indignus est beneficio dispositionis, qui diametraliter contra dispositionem peccat, eamque contemnit. *l. auxilium 37. §. ult. ff. de minor. gl. in l. fin. §. sin verò postquam. C. de jure delib.* Gail. 2. *obs. 138. n. 2.* Indignus enim judicatur, qui deliquit, *dict. l. auxilium.* adeò ut si ex dolo conventus aliquid præstiterit, à cæteris tamen doli participibus nihil possit recuperare. *l. 1. §. 14. ff. de tutel. & rat. distrah.* unde & ingratus ob ingratitudinem se beneficio indignum reddere dicitur. *tit. de ingrat. lib. l. liberi. l. omnimodo 30. Cod. de inoffic. testam. l. ult. Cod. de revocat. donat.*

III.

Qui indignum scienter eligit in beneficiis ecclesiasticis, pro eâ vice amittit facultatem eligendi, devolviturque ad eum, qui proximè præesse dignoscitur *cap. 25. seqq. X. de Elect.* In officiis secularibus autem talis punitur, quòd damnum illatum Reipublic. pensare teneatur. *Perez. Cod. de potior. ad muner. n. 6. Brunnem. Cod. eod. in fin.*

IV.

Unusquisque debet agnoscere suam conditionem, nec adspirare ad dignitatem quâ est indignus, vid. *Perez. C. de Pistorib. n. 3. - 6.*

V.

Qui semel beneficio indignus est judicatus, postea illud impetrare non potest. *Brunnem. C. de re milit. col. 5.*

VI.

Ab indigno ablatum fiscum sequitur, *l. 8. §. meminisse 1. ff. de inoffic. test. Eccles. cap. 7. Harm. c. 5. n. 7.* quod toties habere locum ait Costal. *in advers. p. 2. d. l. 8. §. meminisse.* quoties aliqua culpa in eo, à quo aufertur, argui potest; tunc enim capere potest hereditatem, sed ob delictum vel culpam retinere non potest. Hic ergò fisco permittitur delicti vindicta. Exempla præbet *tot. tit. ff. de his, quib. ut indign.* Si verò nulla illius culpa detegitur, fisco non applicabitur, sed heredi competet. *l. 4. C. de hered. institut.* Bart. *post gloss.* itidem si indignitas favorem alicujus respiceret, illi applicatur commissum, non fisco. *l. penult. de Legatis.*

CAP. LX.
Indirectè.

Per indirectum non est concedendum, quod directo est prohibitum. *cap. cum quæ una. de Reg. Jur. in 6to.* Hartm. & Dd. *in l. Sejus & Agerius 27. ad Legem Falcid.* Gail. 2. *observ. 145. num. 6. ubi exemplum. l. contra Leges. de LL.* Gilcken *ad l. quisquis 16. C. si cert. pet. num. 2.* Barbat. *cons. 45. in fin. vol. 2.* Fulv. Pacian. 1. *consil. 164. num. 4.* Hoc scilicet ita regulariter verum, sæpius tamen fallit: indirectè enim aliquando, oblique & in consequentiam aliqua licent, & consequimur, quæ directè & per nos non obtineremus. *l. 82. §. 2. in fin. de legat. 2.* ita ex persona alterius aliquando quis consequitur, quod per se non posset. *l. si emancipati. in gloss. 1. per* Bart. & Dd. *qui regulam hanc 15. similibus & exemplis illustrant. C. de collat.* Reiger. *in voce factum. n. 29.* ita facere quis aliquando per alium potest, quod non potest per se. Gloss. & Doctores *in l. ultim. verb. accommodaverit. Cod. de pactis.* Reiger. *dict. loc. num. 31.*

CAP. LXI.
Indistinctè.

Quæ indistinctè proferuntur, generaliter & sine distinctione sunt exaudienda. *l. de pretio 8. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de Leg. præst. l. 1. §. ait ergo 2. ff. quæ in fraud. cred. l. Julianus 60. ff. de Legat. 2.* Vultej. 3. *consil. 17. num. 29.*

CAP. LXII.
De Individuo & indivisibili.

Axioma I.

Individua ea esse dicuntur, quæ si separentur, commodum & utilitatem tantam non afferrent, quantam afferunt conjuncta. *l. quod autem 11. §. fin. & l. seq. ff. de in diem addict. l. cùm ejusdem 34. §. interdum 1. ff. de ædilit. edict. l. si quis aliam 46. ff. de solut.* Bart. *in l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb.* Hinc ea, quæ sunt individua & communia pluribus, & illis in solidum, tametsi cuique pro sua parte indivisa competere certum est. *l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig.* Johann. Anton. Lanar. *consil. 59. num. 31.* Unde & jure constitutum, ut quæ sunt individua com-

mu-

munia, & pluribus in solidum competentia, unum per se, quantum ad jus seu substantiam attinet, judicari sive intelligi sine altero non possit. *l. si ita scriptum 13. §. regula 1. ff. de liber. & posthum.* Bald. *in l. quidem. n. 18. vers. & confirmatis. C. de jure delib.* idem *in repet. l. edita. num. 94. C. de edendo.* ubi infert, quod libellus intelligatur esse unus, etiamsi ob res plures & diversas agatur, quoties eâdem actione, aut ex facto eodem omnes petuntur, quod idem refert & sequitur Socin. *consil. 26. n. 1. & seq. vol. 4.* Ex hac obligationis individuitate inde etiam sequitur, quod unius exactionis condemnatio non possit non trahi ad alterum. *cap. si quis objecerit 7. cap. si quis præbendas 15. 1. q. 3.* Jas. *in l. 2. C. de jud.* imò etiam ea, quæ insequuntur, regulariter ex eadem individuitatis natura, ut plenè persequitur Cravett. *in repet. l. 1. limit. 20. ff. de Leg. 1.* Sic transactio super re una interposita ad alia connexa trahitur, tametsi horum nulla prorsus facta sit mentio. Gloss. *in cap. accusans de hæretic. in 6.* Castr. *in l. si de certa. C. de transact.* Crot. *in l. 4. §. Cato. n. 124. vers. tertio facit. ff. de verb. oblig.* eademque ratione, quæ cum tutore uno facta est transactio, ad aliorum utilitatem in individuis trahitur, Jas. *in l. 1. notab. 2. C. de transact.* & similiter appellatio unius aliis etiam condemnatis in individuis sive rebus communibus prodest, cùm pro omnibus eadem defensionis causa sit. *cap. pen. de appellat. l. omnibus. ibig.* Jas. *notab. 3. C. de his, quib. ut indign.* vid. Vult. 3. *Consil. Marpurg. 3. n. 35.*

II.

Indivisa & connexa unum & idem esse existimantur. *l. quod conclave. ff. de damn. infect.* Pacian. 1. *consil. 139.*

III.

Indivisibile semel factum divisibile, postea indistinctè divisibile manet, quod in terminis feudi Regalis respondit Socinus *consil. 68. vol. 1. & consil. 165. n. 18. vol. 2.* Schrad. *de feud. p. 8. cap. 8. n. 41. vers. 12.* Vult. *d. consil. n. 246.*

IV.

Eorum, quæ per se sunt individua, ut jurisdictio, &c. administratio tamen dividi potest, adeò ut vel alternatim, vel per Vicarium socii ea expediant. *Perez. C. de Tabular. n. 7.*

V.

Ubi negotium est tale, ut ex parte expediri non possit, socius invito socio, si utiliter agit, re communi uti potest. Hinc si duo sint domini navis & unus congruo tempore vult navem in mare mittere, alter in portu detinere, præferendus & is, qui re communi uti vult. *l. 25. §. 15. fam. erc. Perez. C. de Navicul. n. 39.*

VI.

Si pluribus munus individuum committatur, singuli in solidum obligantur. vid. *Perez. & Brunnem. t. t. C. quò quisque ordin. conven.*

CAP. LXIII.
De Indulgentia.

Axioma I.

Quæ per Indulgentiam fiunt, juris vigorem non obtinent, nec præjudicium possunt creare. *l. 1. de Constit. Princ.* Arnis. 2. *relect. polit. cap. 6. sect. 3. n. 6.* vide plura de hac re *infr. in fin. lib. 14. cap. de privilegiis.*

II.

Indulgentiis crimina sublevanda à Principe non sunt *l. 6. Cod. de cohortal. & Princip.* hinc & maximè privilegiati immunitatem à Principe habere non debent. *Brunnem. C. eod. col. 4.*

CAP. LXIV.
De Industrio.

Industrius semper præsumitur ditari & locupletior fieri quotidiè. *Cornel. consil. 199. ad evidentiam lit. q. vers. nec obstat. vol. 1.* Bald. Salicet. *in l. si defunctus. C. arbitr. tutel.* Pacian. 1. *consil. 117. n. 5.*

CAP. LXV.
De Inepto, Ridiculo.

In omni dispositione sensus ineptus & ridiculus vitandus *l. 86. de hered. Inst. l. 100. de Condit. & demonstrat. ubi vid.* Cujac.

CAP. LXVI.
De Infamia & Infami
vid. Levis notæ macula.

Axioma I.

Cujus nullum est turpe factum, illius nulla vera est infamia. Quia infamiæ causa sunt turpia facta *arg. l. 1. §. 5. ff. de Extraord. cognit.* quibus cessantibus ipse quoque effectus cessabit. Ergò carnifices, filii eorum, item spurii non erunt verè infames. Laborant tamen levis notæ maculâ, de quâ suo loco.

II.

Quoties quis ex facto culposo damnatur, toties cessat infamia. *arg. §. 6. Instit. de suspect. Tutor.* Odiosa enim, quibus infamia accensetur, potiùs sunt restringenda *cap. odi. 15. De R. J. in sexto.*

Exemplum est *in l. 8. ff. de his, qui notantur infamia.* ubi ille non fit infamis, qui ex ignorantiâ peccat, quæ tamen lata culpa est. Ita ex L. Aquiliâ condemnatus non fit infamis.

Declara: nisi fuerit culpa lata versutiæ vel factum culposum à Lege specialiter notatum.

III.

Quoties quis ex delicto doloso condemnatur, toties fit infamis, quia dolus est mater infamiæ & causa impulsiva, ob quam infamia irrogatur. Ita ergò propter calumniam *l. 4. §. 4. & 5. ff. de his, qui not. infam.* item ob furtum, rapinam, &c. condemnatus fit infamis.

Limita: modò in sententiâ expressum fuerit, quòd quis ob dolum sit condemnatus, alioquin reo integra manebit existimatio *l. 4. §. 1. & 2. ff. de suspect. tutor.*

IV.

Quoties factum turpe notorium non est, sed ullam excusationem admittit, totiès illud per-

pe-

pettans non ipso jure, sed per sententiam fit infamis.

Ratio: quia non sufficit turpe aliquid factum esse, sed animus quoque inspiciendus, quô id factum, ne alioquin is, qui citra intentionem deliquit, æqualiter puniatur cum eo, qui peccat ex proposito. Ita ergò furta, homicidia & alia pleraque delicta, cùm aliquatenus possint excusari, non ipso jure infamant, sed per sententiam. *Baccov. ad Wesembec. T. 8. de his, qui not. inf. num. 6.*

Limita: modò quis suo nomine per sententiam fuerit condemnatus, secus si alieno. *l. 6. §. 2. ff. de his, qui not. infam.*

V.

Quoties quis ex contractu condemnatur, toties non fit infamis, etiamsi ob dolum condemnetur, quia in contractibus principaliter non agitur de pœnâ doli, sed de restituendâ re, ad quam alter ante Contractum se obligavit. Quamvis ergò dolus in venditione admissus, venditor tamen ea propter non fit infamis, sicut nec locator & conductor.

Limita: modò non in contractu de singulari fide ruptâ, ad quam alter contrahentium ab initio respexit, agatur, ut fit in societate, mandato, depositi & tutelâ. Hoc tamen casu (1.) quis directo judicio debet esse condemnatus. (2.) mentio doli in sententiâ exprimi.

VI.

Quando pœna à lege statuta imponitur delinquenti ob crimen famosum, licet ea sit temporalis, infamia tamen est perpetua & durat etiam finito tempore pœnæ; non enim tempus pœnæ, sed causa ejusdem infamat *l. 5. de Decur. l. 6. C. quib. ex caus. infam. irrog.* Si autem quis non ex crimine famoso ad tempus relegatus vel ordine motus est, e. g. advocatus falsum Instrumentum recitans, *l. 13. §. 1. ff. de falsis.* completo tempore honore & pristino officio fungi adque novum adspirare potest, hoc casu tamen tanto tempore ab eo abstinere debet, quanto per Exilium abfuit *l. 1. 2. C. de his, qui in Exil. dati. Perez. eod. n. 5. 6.*

VII.

Infamia est vel perpetua, quæ descendit ex crimine per se famoso, vel temporalis, quando Judex infamiam irrogat ex delicto extraordinario, & tunc finitâ pœnâ finitur infamia. *Brunnem. ad l. 1. C. de his, qui in Exil. l. 8. ff. de postuland.*

VIII.

Infami dignitatis portæ non patent. *cap. infamibus. 87. de R. I. in 6. l. 38. C. de decur. l. cum Prætor. 12. §. non autem 2. ff. de judic. l. 2. C. de dignit.* Carpz. *decis. 17. num. 7.* Ubi exemplificat in materia de postulando (scil. pro alio) *gloss. d. l. 2.* assidendo *l. liberti. 2. de offic. assess.* judicando *d. l. cum Prætor. 12. l. Cassius 2. ff. de Senat. gloss. in c. cum deputat. 16. de judic. l. judices 12. C. de dignit.* procurando *l. reum. 6. C. de procur. cap. infames. caus. 3. q. 7. gloss. in d. c. cum deputati. 16. in verbo rationis.* Alvis. de Albert. *sing. 47.* militando *l. 3. C. de re milit. l. 2. §. ignominia ff. de his, qui not. infam.* vel si pro Principe & supremis tribunalibus agere vellet, Roman. *sing. 814. per l. nemo Præfectus. 5. C. de dignitat. arg. l. sed & milites 8. §. 9. ff. de Excus. tut.* Covar. *pract. quæst. c. 19. concl. 1.*

Amplia primo, hoc non tantum locum habere in juris, sed etiam facti infamia *d. l. 2. C. de dignit.* hoc est ea, quæ licet revera infamem non faciant, opinionem tamen alicujus apud bonos gravat verecundiamque onerat *l. 13. l. 17. Cod. ex quibus caus. infam.* add. Roman. *consil. 297. in casu isto post med. vers. quoad secundum, ubi Apostill. in verb. incurreret.* Unde non tam infamem infamia juris ex Bart. *in l. cunctos populos. Cod. de Summ. Trinit. per l. sciant cuncti 25. C. de probat. cap. testimonium. cap. licet ex quadam de testib. cap. præterea de test. cog.* quam infamia facti à testimonio dicendo post Bart. *in d. l. cunctos n. 12. Jas. ibid. in lectura. 1. n. 70.* Jul. Clar. *lib. 5. §. fin. num. 13. quæst. 24.* repellit Honthem. *lib. 1. de art. Notar. cap. 35. num. 6.* quod de Jure Canonico admittit Ummius *disp. 16. ad proces. judic. thes. 1. num. 11.* in terminis vero juris civilis hoc vix sustineri posse, propterea quod certi demum infames illo jure à testimonii dictione arceantur, concludit.

Amplia secundo, quod procedat non solum, ut repellatur quis à dignitate obtinenda, sed & obtenta *l. 8. C. de decur.* Castrens. *consil. 180. super eo, quod n. 3. lib. 1.*

Limitationis tamen declaratur hoc axioma, quod id tum demum procedat 1. quando fuisset lata sententia privativa, vel in casu privationis ipso jure lata declaratoria, Zabarell. *consil. 129.* Excipe I. nisi infamis infamia facti innocentiam suam purgaverit. *c. accusatum de simonia.* II. si annus lapsus, postquam accusatus, denunciatus aut inquisitus fuit, causa tamen citra accusati culpam remanente indecisa. *d. l. reus delatus. 7. ff. de muner. & honor. quam refert. & sequitur gloss. in c. omnipotens de accusat.* III. si delectus personarum non esset *l. 3. & 6. l. eos 12. ff. de decur.* tunc enim in subsidium infames infamia facti bene admitti possunt.

IX.

Infamare nocentem jure est permissum *l. eum qui 18. in pr. ff. de injur.* intelligendum esse de eo, qui aliquem de vero, sed obscuro adhuc crimine pœnâ & vindictâ publica digno infamat, ut scil. flagitium ejus dispalescat & publicè à Magistratu coërceatur *per text. in l. un. vers. sane quis C. de famos. libell. l. 3. C. de offic. Rector. Provinc.* post Gail. *lib. 2. obs. 99.* Mynsi. *cent. 4. obs. 4.* Fachin. *lib. 9. contr. jur. cap. 10.* Matth. Coler. *de proces. Executiv. p. 1. c. 8. n. 79.* Cujac. *in lib. 55. Pauli ad edict. pag. 78.* & Donell. *lib. 15. comment. c. 24. pag. 448.* Bronchorst. *cent. 4.* ἐναντιοφανῶν *assert. 77.* declarat Bocer. *de Investit. feud. cap. 3. num. 97.*

X.

Infamiæ pœna gravis est. Clar. *§. fin. quæst. 72. in pr.* & comparatur periculo mortis *l. 9. de manumiss. Vindict. l. 5. ibique gloss. ff. de var. & extraord. cognit.* Alex. *consil. 133. n. 8. lib. 6.* Hartm. Pistor. *1. q. 30. n. 28.* Ideoque crudelis dicitur, qui famam suam negligit, & qui in jure infamatus non venit ad se purgandum, fateri videtur.

deli-

delictum, super quo infamatus, & recte condemnari potest. Panorm. *in c. veritatis 27. cum seq. de dol. & contum.* vid. tamen distinctionem elegantem apud Gail. 2. *de P. P. c. 7. n. 22.*

XI.

Infamis in uno loco dicitur infamatus ubique *c. postulasti. de for. comper.* Feder. de Sen. citat. apud Tusch. *pract. concl. lit. I. concl. 110.*

XII.

Infamia neminem sequitur ob defensa negotia publica patriæ suæ *l. 9. ff. de his, qui not. infam.*

XIII.

Lege non convitio alicujus infamia quis notatur *l. 1. & tot. tit. ff. de his, qui not. infam.* nullius enim honor aut dignitas denigrari potest injuria sive contumelia alterius, qua premitur *l. unic. C. de famos. libell.* Donell. *lib. 15. comment. cap. 38. pag. 504. vers. nihil agit voluntas*, etiamsi convicium illud contemnatur *pr. Instit. de Injur. & l. 1. in pr. ff. eod.* Bocer. *de investitur. feudi cap. 5. n. 97.*

XIV.

Infamiæ nomen non retinet, qui malæ fuit famæ, si nunc est bonæ. Bald. *in l. 1. in fin. Cod. locat.*

XV.

Cessante infamia cessat effectus ejus *l. reus. 7. ff. de muner. & honor. fac. l. qui ex libertate 26. ff. de liberal. caus.* Ludov. Gomez. *in §. rursus de Action. n. 25.*

XVI.

Infamiæ quando fit mentio, indubio de infamia juris intelligi debet. Panorm. *in c. super his 8. n. 2. de pœn. per cap. cum dilectus 2. de ordin. cognit.* vid. Honthem. *lib. 1. de art. Notar. c. 35. n. 5.* Infamia facti verò per ignominiam denotatur. Si tamen princeps militem dimittens exprimit, se ignominiæ causâ eum dimittere, jure infamis fit. *l. 2. §. 2. de his, qui not. infam.* Perez *C. de his, qui non implet. stipend. n. 8. 9.*

XVII.

Infamatus amplius infamari non potest *l. 2. C. ut intr. certum temp.* Speculat. *in tit. de accus. §. 6. n. 33.* nec libellus famosus dici potest, quandocunque infamari non potest *l. un. C. de famos. libell. c. qui in alterius famam. 1. 5. q. 1.* Farin. *consil. crim. 30. n. 135.*

CAP. LXVII.
De Infante. Infantiæ proximo.

Axioma I.

Infantem excusat innocentia consilii *l. infans 12. ff. ad L. Cornel. de sicar.* facit quia talis ætas, quicquid videt, ignorat. *l. 1. C. de falsi. monet. vid. quæ not. in l. quod infans 66. ff. de rei vind. & l. sed etsi 5. §. pen. ff. ad L. Aquil.* Unde nihil etiam scire præsumitur, nec præscriptiones adversus eum currunt. *l. 1. & tot. tit. C. de bon. poss. furios. infant. ubi* Wesembec. *in parat.* Ita leges civiles crudele esse dicunt, ut infantes omnis tum culpæ tum doli incapaces peccasse intelligantur *l. si quis testamenti 33. §. Leges 1. C. de inoffic. testam.* Hartm. Pistor. 1. *quæst. 32. n. 29.* Sic infantem, qui fari non potest, non multum à furioso distare, neque ullum habere intellectum *ex §. furiosum. Inst. de inut. stipul.* colligit Phil. Matth. *in l. 5. de R. I. n. 5.* quare nec infantis ullus esse ususfructus dicitur, usque dum infantiam excesserit *l. 1. 2. §. 3. l. 68. in pr. ff. de Usufr. l. 41. §. 4. de legat. 1.* hoc tamen intellige, quod licet ex infante nulla percipiatur utilitas, & ita factum utendi fruendi non sequatur, jus tamen utendi fruendi eo homine, qui jam infans est, constitui & retineri possit *dd. ll.* hinc si ususfructus infantis ita constitueretur, ut intra infantiam tantum sit, & finita infantia finiatur, tum revera ususfructus nullus erit C. I. A. *lib. 7. tit. 1. th. 21.* quo fit, quod nec infantes donare possint, cum intellectu & προαιρέσει destituantur. Et licet aliqui fari possint, non tamen intelligunt quibus, quando, & quantum dare oporteat, & ubi honestum sit, aliosque modos, qui donationem rectam consequuntur, non attendunt, quæ omnia tamen ab homine liberali exigit. Aristot. 4. *Eth. Nicom. c. 2.* Ita etiam nec infanti hereditas proprie acquiri dicitur tutore autore, sed per tutorem: siquidem tutor nullo infantis actu interveniente, solus omne additionis istius negotium expedit, per ea, quæ not. Cujac. 1. *obs. 34.* & Phil. Matth. *in l. 5. ff. de R. I.* licet jure singulari ex causa peculiari per servum possessionem acquirere dicatur *l. 1. §. item. l. 32. in fin. ff. de acquir. poss.* Infantis enim servus peculium retinet, quod à patre ejus non est prohibitum *arg. l. 3. §. item. ff. de pecul.* Hegenit. *lib. 1. de possess. c. 3. n. 36.*

II.

Infantes qui exponunt in locum solitarium, ubi pereant inediâ, tenentur homicidii, *Nov. 153.* Secus si in vias publicas misericordiæ ergò exponant, tùm enim extraordinariè puniendi. *Wesembec. in π. ff. ad L. Corn. de Sicar. n. 14.* & infanti expositio succedit, qui illum alit, in defectu liberorum. *Moller. 4. Semestr. 45. n. 7.*

III.

Infans cùm nullum omninò intellectum habere censeatur, nec cum tutoris quidem autoritate quicquam gerere potest, quia nulla pupilli voluntas, nulla actio, cui tutoris autoritas accedat, sed tutor nomine infantis contrahere debet. *Ziegl. Jus Canon. p. 688. Sam. Stryck. de Cautel. Contract. p. 12. §. 13.*

IV.

Infantiæ proximus stipulari & promittere & hæreditatem adire, omniaque tutore autore non minus rectè agit, quàm qui proximus est pubertati. Item Sponsalia contrahere & sine autoritate tutoris incipere possidere potest. *Ziegl. d. l.*

CAP. LXIIX.
De Inferiori.

Axioma I.

Inferior non potest permittere, quod superior pro-

prohibet. *c. cum inferior. 16. de major. & obed. l. nam magistratus. 4. de arbitr. c. 1. 2. dist. 10.* Bart. Bald. Alber. Castr. Jason. & Dd. *in l. cunctos populos C. de Summ. Trinitat.* Bald. *in Auth. adhæc. col. 2. C. de Usur. & l. 2. quæst. 4. eod. tit.* Roland. à Vall. *consil. 96. n. 49. vol. 2.* Cephal. *consil. 549.* Laurent. Tennin. *in tr. Cautel. cautel. 94. num. 31.* ratio, quia inferior locus servit superiori *l. in summa 2. in princ. de aqv. pluv. arc.*

II.

Inferiore qui gradu indignus, multo minus superiore. vide *supr. cap. Indignus.*

III.

INFERIOR non potest tollere legem superioris, *l. formam 2. Cod. de officio præfecti prætor. cap. cum inferior, de majorit. & obed. Clem. ne Romani. de elect.* [*c. inferior. 4. dist. 21.* Melander *in proceff. Cam. Nicol. Meurers. part. 1. c. 7. num. 54. fol. 137. inf. Vant. de nullitat. sent. tit. ex defect. processus. 13. num. 12.*] gloss. *verb. figura in cap. fin. de hæretic. lib. 6.* gloss. *verb. mandamus, in Clem. sæpe, de verb. signific.* Thomas de Thomasset. *in floribus legum, reg. 147.* ubi intelligit, nisi major subjiceret se jurisdictioni minoris, & ab eo judicari vellet, Bart. *in l. omnes populi, colum. 4. vers. sed hic dubitatur. ff. de Justit. & Jure.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. inferior. 4.* Azeved. *l. 2. n. 56. tit. 14. lib. 4. nov. Recopil.* Menoch. *quæst. illustr. cap. 35. n. 10. cum seqq.* Surd. *consil. 58. num. 6.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 45. §. 1. num. 69.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocator. verb. lex. num. 9.* Carolus de Grassis *de except. except. 1. n. 5.* Gutier. *alleg. 1. num. 26.* Joh. Mar. Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 56. num. 11.* Mangil. *de imputat. quæst. 51. num. 7.* Non licet enim inferiori contra factum superioris dispensando venire, *l. pen. §. pen. ff. de aqua pluvia arc. l. ille à quo, 13. §. tempestivum, 4. ff. ad Treb. l. nam & magistratus. 4. ff. de arbitr. cap. literas. 13. de restitut. spoliat. cap. super eo, 4. de usuris, cap. ut nostrum. 56. de appellationib.* Surd. *consil. 558. num. 2.* Unde non licere inferiori concedere salvum conductum damnato per superiorem, resolvunt Grammat. *voto 25. n. 11.* Herculan. *in tract. de caution. de non offenden. cap. 37. rub. de salvo conduct. num. 8.* Menoch. *consil. 109. n. 227.* Farinac. *in praxi crimin. quæst. 29. num. 88.*

Intellige, nisi aliter ex causa factum sit, propter quam licet inferiori contra factum superioris venire, *arg. text. in l. si hominem, 30. ff. mandati.* Innoc. *in cap. 1. de constitut.* ubi singulariter voluit, quod inferior ex causa potest transgredi Jura, quod latè prosequitur idem Felin. *sub n. 49. vers. septimò fallit.* Jas. *in l. omnes populi, num. 13. in 2. lect. ff. de justit. & jure, & consil. 1. n. 6. vol. 1.* Marsil. *sing. 182.* Cravett. *consil. 21. num. 3.* Abb. *in cap. studuisti, de offic. legati,* ubi ait, quod Episcopus ex causa potest statuere contra Canones, quod etiam voluit idem Abb. *in cap. & si clerici, §. de adulteriis, col. 5. & ibi.* Felin. *de judic.* idem Felin. *in cap. quod super his, num. 4. de major. & obed.*

Amplia Axioma in tantum, ut inferior ne dum non possit tollere legem superioris, sed nec possit corrigere, mutare, modificare, vel addere, *Clem. 2. de elect.* Federic. de Senis *consil. 12. n. 2. vers. item videtur.* Oldrad. *consil. 259. num. 6. vers. tamen ad jura.* quos refert Cardinal. Tusch. *tom. 4. lit. I. concl. 119. num. 10.* Nec aliquid potest inferior decidere super eo, quod superior fecit, Surd. *d. consil. 558. num. 3. cum seqq.* Giurba *ad consvet. Messan. cap. 2. gloss. 1. num. 20. & 21.* nec interpretari. Cavalcan. *decis. 11. num. 49. p. 1.* Alderan. Mascard. *de statut. interpr. conclus. 8. n. 85.* Giurba *d. gloss. 1. n. 20.*

Limita: quando inferior non tollit factum superioris, sed distingvit, seu qualificat, quia tunc valet. Alex. *consil. 506. n. 15. & 16. lib. 2.* ubi etiam idem ait, si limitat, vel distingvit jus superioris tam prohibitivè, quàm etiam permissivè, refert Cardin. Tusch. *d. concl. 110. à num. 40.* Joh. Anton. Mangil. *de imputat. quæst. 51. num. 39.* Justis etiam de causis legem superioris destruere inferiori licet. Tiraquell. *de pœnis temper. in præfat. num. 29.* Menoch. *de arbitr. in addit. quæst. 54. n. 26.* Cardin. Tusch. *d. conclus. 119. n. 37.* Giurba *d. gloss. 5. n. 23. circa fin.*]

CAP. LXIX.

De Inficiatione *vide infr.*

Mendacium, Negatio, Reticentia.

Axioma I.

Inficiatio non est furtum *l. 67. de furt. junge Dn. Parent. in tractat. criminal. ib. pag. 252.* sed est propè furtum. *l. 3. §. si rem. 18. ff. de acquir. poss.* ita scriptum reperitur in consvetudinibus Neustriæ *cap. 7.* jaçoit que l'on ne die pas que

ce soit larrecin, que denier, si est ce quil y à vn peu de saueur de larrecin. quemadmodum nec abjuratio, quia ad furtum contrectatio seu locomotio requiritur, vid. Cujacium *in lib. 26. qq. Papin. ad l. si rem. 47. ff. de acquir. poss.* Inficiatio genus est subtractionis, inquit Duarenus *C. ult. ad L. Falcid. in f. pag. m. 575. per l. 68. §. ult. d. t.* quamvis dissentire videatur Locam. *in not. ad §. 1. & 6. Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc.* verum si distingvatur inter inficiationem per se, & eam, quæ conjuncta sit cum contrectatione, utrumque bene subsistere poterit.

II.

Sæpius Inficiando lis crescit. Exempla in jure passim invenire licet; ut (1.) in L. Aquilia *l. inde Neratius §. hæc actio ff. ad L. Aquil. §. 26. Instit. de act.* (2.) in actione, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur *l. 1. §. 15. si quadrupes paup.* (3.) Legatorum ad pias causas *§. 19. & 26. de action.* (4.) depositi ex certis causis, ut tumultus, incendii, ruinæ, naufraugii. *§. sed & facti 26. Instit. de act.* (5.) condictio ex syngrapha, *Novell. 18.* ut si debitor, se scripsisse Syngraphan, inficietur vel exceptionem non numeratæ pecuniæ ei opponat, & convincatur scripsisse vel accepisse pecuniam, condemnetur in duplum: Liceat tamen pœnitere & bonam fidem agnoscere, quamvis initio conatus sit inficiari; & hôc casu venia locum habet, sed sumtus litis præstabit, prout jurejurando suo actor eos taxaverit. *Rittershus. ad Novell. pag. 636. §. 4.* porrò inficiantium propriam Syngraphan pœna est, ut non possint uti pluribus defensionibus, sicut alias potuissent ex regula juris. Et pœna dupli obtinet quoque in inficiantes apocham à se scriptam. *Rittershus. d. l. num. 5. 6.* (6.) Ex contractu habito cum argentariis sine scriptura *ex ed. Justin. 7.* Quorum omnium insignis is in jure effectus est, quod solutorum per errorem indebite nulla sit condictio *§. ult. Instit. de Obl. quæ ex delict. nasc.* quia qui ea ultro solvit, videtur sciens solvisse vitandæ inficiationis causa, & sic transigendi animo. Cujac. *ad l. 2. C. de condict. Indeb.* vide omnino eundem *in Comment. ad Novell. 18. circ. fin. & 4. F. 5.*

Amplia, quod non tantum lis sæpe in jure crescat inficiando, sed aliquando etiam obligatio jure civili minus valida consolidetur. *§. fin. Instit. de fideicom. hæred. l. ult. Cod. de fideicom.* Imò & possessio transferatur *l. ult. de Rei vind.* & quasi dominium quandoque amittatur: Veluti si Vasallus sciens qualitatem feudalem negaverit *2. F. 26. §. vasallus 3.* vid. Antoninus Gothofredus *disput. feud. XI. thes. 3. in fin.*

III.

Advocati, negantes quid contra acta, arbitrarie puniendi. Carpzovius 3. *Respons. 5.* ubi plura cumulat.

CAP. LXX.
De Infidelibus.

Axioma I.

Infidelitas non est causa sufficiens divortii, & nec separationis quidem quoad thorum & mensam. *Ziegl. Jus Canon. pag. 483.* Matrimonium enim ita proprium Ecclesiæ non est, ut inter infideles consistere non possit. *Conf. 1. Cor. 7. v. 12. seqq.*

II.

Infideles nec in personis, nec in rebus, quamdiu quietè vivunt, molestari aut offendi debent. *Carpz. de Leg. Reg. c. 4. S. 6. n. 26.*

CAP. LXXI.
De Infinitate.

INFINITAS est vitanda, *l. qui bona. 13. §. ult. ff. de damno infecto, l. fideicommissa, 11. §. si quis decem, 18. ff. de leg. 2. l. fin. C. de SS. Eccles. l. unic. C. de sent. quæ pro eo,* [*cap. cum in multis de rescript. in 6.* siquidem in omni re quod est infinitum detestamur. Gilcken. *ad l. properandum in pr. C. de judic. per l. non distingvemus 32. §. quæsitum 16. de recept. arbitr.* Socin. jun. *consil. 25. viso themate n. 10. Vol. 2.* Pantschmann. *1. pract. quæst. 21. n. 66.*] Calderin. *consil. 438.* aliàs *consil. 21. de jure patron.* quod patronus, qui potest accumulativè præsentare plures, intelligitur de duobus, & non ultrà, ut tollatur infinitas, Bald. *in cap. fin. num. 31. de constitut.* ubi quod ut tollatur infinitas, prorogatio non debet esse longior prorogato, Marsil. *in l. unus. §. cogniturum, num. 28. cum seqq. ff. de quæstionibus,* ubi ponit multa verba importantia infinitatem. Exornant Axioma Vital. de Camban. *in tract. clausul. pag. 56. n. 3.* Escob. *de ratiocin. cap. 18. num. 4.* Valasc. *consult. 51. num. 49. & de partitionib. cap. 9. num. 50. & 51.* Garc. Gironda *de privilegiorum, seu exemt. explicat. num. 1392.* Cardin. Pereira *de potest. eligendi, c. 3. num. 18.* Stephan. Gratianus *discept. forens. tom. 3. cap. 600. n. 30.* Cardinal. Tusch. *practic. conclus. tom. 4. lit. I. conclus. 128. per totam,* ubi *num. 23.* limitat, nisi verba patiantur infinitatem. Fusar. *de substit. quæst. 382. num. 2.* Cancer. *variar. p. 2. c. 16. num. 112.* [quia tunc infinitas tolerabilis & in jure permissa, veluti si adjecta sit dictio toties, quoties aut quandocunque vel similes dictiones, quæ sui natura & ex propria verborum significatione infinitatem important. *l. si ita stipulatus à Sejo. 55. ff. de fidejuss.*

juff. & in l. si duo. 34. §. fin. ff. de recept. arbitr. Alex. *in l. qui bona §. ult. ff. de damn. infect.* Gail. *de Arrest. Imper. c. 11. num. 11.* quanquam si infinitum accipias non pro multitudine incerta & quæ extremis carent, sed pro numero, qui Lege quidem definitus non est, voluntate tamen testatoris definitur, illud non detestari, sed potius permittere jura dicantur §. *& unum. 4. Instit. de hered. instit. l. qui restituere. 68. ff. de rei vind. l. videamus. 4. §. 2. ff. de in lit. jur.* Bocer. *in Comm. ad §. 4. Instit. de hered. instit. n. 2.*]

CAP. LXXII.
De Informatione.

Axioma I.

Informationis haustæ documentum non est denegandum iis, qui ad magisterium artis suæ adspirant. *Mev. Cons. 49. n. 16.*

II.

Informatio judicis in iis sufficit, quæ sunt probationis difficilis. *Carpz. Defin. Consist. L. 2. tit. 12. Defin. 209. n. 15.*

CAP. LXXIII.
De Infortunio.

Axioma I.

Infortunium unius alteri nocere non debet, Pantschm. 1. *quæst. pract. 14. n. 9.* Exemplum vide *in l. si te bonis 108. de jur. delib.* ubi debitoris infortunium non nocere creditori collegit Bald. vid. Afflict. *decis. 10. n. 6. 7.* Cravett. *decis. 6. n. 86. & 97.*

II.

Tristis casus & adversa fortuna non solet esse in consideratione *l. inter stipulantem 83. §. sacram 5. de V. O. l. Julianus 6. qui & à quib. manumiss. lib. non sunt.* Pantschmann. 1. *pract. q. 10. num. 39.*

CAP. LXXIV.
De Ingerentibus sese in officia, sive se obtrudentibus.

Ingerentes se negotiis alienis merito suspecti *l. 25. de procurat. l. 21. §. ult. Ex quib. caus. major.* Unde invitos ad officia eligendos Imper. monet *in l. 31. Cod. de Episc. & cler.* seu eos, qui fugiunt, *c. in scripturis 8. q. 1.* quia dignitates merentib. sunt dandæ, qui autem cum maximè solent desiderare, ii plerumque minime merentur *l. ut gradatim. de muner. & honorib.* Decianus *tr. crim. cap. 21. num. 10. add. c. officii, & ibi Abbas de elect.* Petr. Theod. *disp. crim. 9. th. 6. lit. B.* Alibi id dicitur negotiis se offerre: quod itidem culpæ proximum. *l. 36. §. Senator. l. de judic. §. 10. l. de suspect. tut.*

CAP. LXXV.
De Ingratitudine.

Axioma I.

Ingratitudinis vitio nullum majus est detestabilius, Panorm. *in c. fin. extr. de donat.* Menoch. *consil. 723. n. 3.* Vasq. *de success. progress. in præfat. n. 3.* tollit enim naturæ debitum. *§. hoc autem quod plus. Nov. 22. de Nupt.* & secundum Bernard. Ventus est ovans siccans fontem misericordiæ, rorem pietatis & fructum gratiæ. Panorm. *in d. c. fin.* Wesemb. 1. *consil. 24. n. 12.* Gœdd. 3. *Consil. Marp. 28. n. 132.* dicturque inimica animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio. Just. Mejer. *in disput. de donat. simplic. thes. 93.* Unde & illam, quando ex contemptu beneficii contingit, inter peccata mortalia retulit Thomas *c. 22. q. 109. art. 3.* quem sequitur Covar. *in c. cum in officiis n. 9. vers. gloss.* Bernard. *de testam.* vid. Consil. Arg. 1. *consil. 112. mun. 175.* quocirca & ingratus beneficio se indignum reddere dicitur *tot. tit. C. de ingrat. liber l. liberi 28. l. omnimodo 30. Cod. de inoffic. testam. Nov. 115. l. ult. C. de revoc. donat.* Wesemb. 1. *consil. 24. n. 11.*

II.

Ingratus nemo præsumitur erga genitorem, nisi doceatur. Menoch. *lib. 4. de præsumpt. part. 1. præs. 29. n. 2. 3. & 4. per d. l. 30. C. de inoffic. test. & Nov. 115. cap. 3. §. sin autem hæc omnia.* Vult. 3. *Consil. Marp. 28. n. 104.*

III.

Ingratitudinis vitium considerari nequit, ubi non præcessit beneficium. Pacian. *consil. 112. n. 31.*

IV.

Ingratitudo matris, non est ingratitudo filiorum. *l. divi fratres 17. ff. de jur. patr. l. Emancipatum. 7. ff. de Senator. l. 3. §. si emancipatus 5. de bon. poss. contr. tab.* Fichard. 1. *consil. 46. n. 17.*

V.

Ingratus ex solo conatu nemo judicatur. Rip. *in l. ult. q. 25. C. de revoc. donat.* Menoch. *cons. 101. n. 50.* Wes. *p. 1. cons. 29. n. 60.* imo non potest committi sine donatarii & beneficiarii dolo. Schrader. *de feud. p. 9. c. 4. n. 96.* Vult. 1. *F. XI. n. 53.*

VI.

Ingratitudo non potest remitti. *l. 1. ubi Bald. C. de ingrat. liber. l. ult. C. de bon. libert. c. cum inter 21. de elect.*

Limita: nisi juramentum accedat, Alex. *in l. stipulatio hoc modo. de V. O.* Tiraq. *in præfat. l. si unquam. num. 140. de revoc. donat.* Pantschm. 1. *quæst. pract. 10. n. 59.*

Limita 2. hoc procedere in ingratitudine futura, non præterita. *l. ult. C. de rev. donat.*

CAP. LXXVI.
De Inhabilitate.

Axioma I.

Inhabile esse & non esse sunt paria, *arg. l. 6.*

ff. qui satisdar. cog. l. 1. §. 2. ff. quod cujusque Universf. l. 17. ff. de manumiss. testam. §. 2. Inst. de satisd. tut. Sigismund. Scaccia *de judic. cap. 9. n. 186. lib. 2.* Cavalc, *decad. 39. n. 43.* Reusner. *decad. 4. num. 25. lib. 3.* Azeved. *consil. 11. n. 22. lib. 1.* Nolden. *de statu Nobil. c. 3. n. 22.* hinc inhabilis, si ad officium electus est, removeri debet *l. 8. 12. C. de decur. l. 12. C. de dignit.* non tamen per eos, qui ejus admissioni interfuerunt & consenserunt *l. 13. §. fin. ff. de Decur.* nisi inhabilitas nota sit & nimium fœda officio, *Perez. C. de infam. num. 3. & 4.*

II.

Quando princeps inhabilem aliquem ad officium promovet, censetur cum eo dispensare, e. g. servum liberum facere. Modò tale sit impedimentum, quod princeps potest tollere, & constet, principem scire impedimentum. Scire vero is præsumitur impedimentum, ad quem Examinis cura, confirmatio & stabilitio pertinet. Licet autem non tam præcisè necessarium sit, ut scientiæ hujus in literis promotionis mentio fiat, melius tamen est si exprimatur. *Perez. C. si servus vel libertus n. 6. 7. & 9. l. 4. §. 1. ff. de re milit.* sed & sufficit aliunde probare scientiam. *Brunnem. ad l. 2. C. si serv. vel libert. & Perez. C. de infam. num. 5.*

III.

Ad officium vocatus tenetur suam inhabilitatem detegere. Limita: (1.) nisi inhabilitas planè sit ignota, tunc enim se prodere non tenetur. (2.) si ipse circa eam erraverit. *Perez. C. si serv. vel libert. n. 8.* (3.) si inhabilitas non ab ipsâ naturâ dependeat. *Brunnem. ad l. 2. C. eod.*

IV.

Non statim qui jus habet eligendi, habet potestatem super inhabilitate dispensandi. *Brunnemann. ad l. 2. C. si serv. vel libert.*

V.

Habilitas unius supplet inhabilitatem alterius. Abbas *in c. per tuas n. 3. extr. de arbitr.* Ubi in terminis laudi tradit, quod licet compromissum de re spirituali non possit fieri in Laicum; si tamen fiat in duobus, quorum alter sit Laicus, alter Clericus, sustinebitur laudum, quia habilitas Clerici facit habilem Laicum, qui ex se ipso non erat habilis, *Felin. in c. 2. num. 19. vers. utrum causa col. pen. extr. de judic.* Socin. *consil. 168. imprimis determinanda est. col. pen. vers. in casu autem nostro vol. 2.* Blanc. *de compromiss. q. 2. n. 64. vers. Laicus & Clericus.* Sic etiam in simili dicimus de teste inhabili, qui cum per se nihil probet, conjunctus tamen cum alio habili fidem faciet, prout demonstrat Marsil. *in l. de minore §. tormenta n. 8. vers. sed ultra. ff. de quæst. & plenissimè* Gabr. *de testib. concl. 5.* Pacian. 1. *de probat. c. 22. n. 2. vers. sed limita quarto per l. si quis 7. §. cogentur. ff. de edend.* Pacian. 1. *cons. 162. n. 49.* ubi *n. 60.* prædicta vera esse ait, quando uterque esset habilis & compromissi capax: nam ex eo, quod simul cœperunt cognoscere, debent etiam simul finire, quamvis in solidum jurisdictionem habeant, prout evenit idem in judicibus ordinariis jurisdictionem in solidum habentibus, juxta *gl. in l. si uni. in verb. proferre. vers. item cum sic de ordinariis. ff. de re judicat.* Secus enim esset, quando daretur jurisdictio simpliciter in solidum duobus, quorum alter est capax, alter ab initio incapax. Nam licet simul sententiam dicant, ratione tamen solidi sententia valebit ex parte illius, qui capax erat, nec habebitur in consideratione, quod incapax in ferendo sententiam intervenerit, quia cum intervenerit, perinde est, ac si non interveniisset, *exempl. l. 1. §. sed Pomponius 3. ff. quod falsf. tutor.* cum paria sint, non intervenire actui, & esse ad actum inhabilem, *l. 1. §. fin. ff. quod cujusque universf. nom.* Felin. *in c. super Abbatia. num. 6. vers. limita. col. 2. extr. de offic. judic. delegat.*

Declara, verum esse, si inhabilitas illa veniat ratione honestatis, non vero ratione personæ incapacis. *d. l. Pædius 7. in pr. vers. in servum ff. de recept. arbitr.* cum enim ibi servus omnino sit incapax compromissi, ideoque etiam à dicto munere propter incapacitatem personæ removetur, nec associatio alterius personæ habilis ipsum capacem facere potest, per ea, quæ refert Abb. *in cap. per tuas in quarto notab. de arbitr.*

CAP. LXXVII.

De Inhibitione.

Axioma I.

Inhibitio injusta non est timenda *cap. non solum 7. de appellat. in 6.* Bero. *cons. 85. dicam breviter n. 23. lib. 3. cum aliis citat. a* Robert. Lancellot. *de Attent. c. 20. ampliat. 11. n. 5. & limitat. 2. per tot.* Farin 1. *consil. crim. 17. n. 24.* quia ad hoc, ut operetur attentata & nullitatem actus contra ipsam gesti, requiritur, quod sit canonica, prout voluit Rot. *decis. 58. alias 412. si appelletur. de appellat. innov.* semperque inhibitio censetur decreta cum conditione, si de jure fieri poterat. Bero. *d. consil. 85. num. 23.* quare si dicatur inhibitio, quæ de jure dari non debebat, non operabitur suum effectum, neque etiam illi parendum erit, ex quo deficit ejus conditio. Farin. *d. loc. & ibi* Famian. Cantolin. *in addit. lit. h.*

II.

Inhibitio præsupponit jurisdictionem fundatam & judicem competentem *c. Romana. 3. §. si verò. ubi Dd. de appellat. in 6. l. 1. ff. si quis jus dicent. non obtemp.* Inhibitio enim fieri non potest, quando inhibitus non recognoscit jurisdictionem inhibentis. Archidiac. *in cap. de persona 11. quæst. 1.* Hostiens. *in c. volentes de offic. delegat.* Bald. *in l. 1. C. quomod. & quand. judex. & consil. 99. incip. sereniss. num. 21. & seq. lib. 3.* Berous *consil. 117. in pr. usque ad n. 9. lib. 3.* Consil. Arg. 1. *consil. 11. n. 102.* siquidem hæc est provisio ad jurisdictionem, & jura partium de cætero conservanda à jure introducta, vel ab habente jurisdictionem ordinariam vel delegatam per sententiam interlocutoriam ex officio ad instantiam partis emanata actus contra eam facti nullitatem & pœnarum incursum inducens. Robertus Lancellot. *in tract. de attent. p. 2. cap. 20. in præfat. num. 7.* ac jus inhibendi dependere à juris-

à jurisdictione & superioritate dicitur *c. tuam 3. de ordin. cognit. ut post* Socin. *in consil. 109. lib. 3. & alios* per eum *allegatos respond.* Berous *consil. 117. n. 2. lib. 3.* atq; operatur, ut processus postea per eum factus nullus sit. Francisc. de Aretin. *consil. 75. in pr.* Marat. *in disputat. quæst. leg. 6. n. 25.* nec ea habet clausulam justificatoriam; eo enim ipso, quod appellatio legitime interposita est, judex à quo amplius quid attentare jure prohibetur *text. in c. non solum 7. de appell. in 6. ibiq; Dd. & tot. tit. nihil innov. appellat. pendent.* quanquam si appareat eam per dolum & fraudem esse impetratam, malitiis indulgendum non sit *l. 38. de rei vind.* Boër. *decis. 161. n. 4.* inhibitio enim non aliter operatur effectum attentatorum, nisi sit Canonica. Felin. *in c. super quæstione §. fin. col. 1. de offic. deleg.* Roland. à Vall. *conf. 77. vol. 2. n. 24.* Alex. *consil. 69. col. 7.* Covar. *pract. q. 24. n. 3.*

III.

Ab inhibitione excipitur, ubi constat, possessorem nullum jus habere. *Mev. Part. 2. Dec. 213. num. 6.*

IV.

Inhibitio obligat non à die decretæ, sed insinuatæ inhibitionis. *Ziegler. Jus Canon. pag. 883.* adeoque ad ea non pertinet, quæ post appellationem ab interlocutoriâ ante vel intra decretam & insinuatam inhibitionem facta sunt. *ibid.*

V.

Inhibitioni non parens haud condemnandus est in mulctam, quamdiu parendi causa sub litem versatur *Mev. P. 8. Dec. 84.*

VI.

Constare debet priùs de veritate allegatorum & gravaminis appellantis, quam inhibitionem decernat judex superior, & quamdiu cognoscit an appellatio sit recipienda, inhibere non debet. *Ziegl. Jus Canon. p. 874. 883.*

CAP. LXXIIX.
De Inimicitia & Inimico.

Axioma I.

Inimicitia semel causata, adhuc durare præsumitur. *l. in ipsius. 5. ubi* Bald. *C. famil. herciſc. idem* Bald. *in Auth. ſi dicatur C. de teſtib.* Alex. *consil. 78. in causa & lite lib. 1.* pro quo facit *text. in c. accusatores 2. 3. q. 5. c. cum P. Marconella. 10. de accusat. gloss. in c. per tuas vers. capitalis de simon.* Alex. *consil. 99. in causa inquisitionis lib. 1. col. 1.* Ludov. Gomez. *ad §. rursus Inst. de Action. num. 25.* maximè ubi causa inimicitiæ adest, ibi enim semper ea præsumitur. Alex. *d. consil. 99. lib. 1. num. 2.* Decianus *in tract. crim. lib. 3. c. 25. num. 12.* unde causa cessante etiam ejus præsumptio cessabit. Bart. *inter consil. crim. divers. consil. 8. n. 8. lib. 1.* Foller. *inter eadem consil. 1. consil. 38. n. 13. & in tract. crim. verb. quod sororem venenavit: post crim. 19.* Grammat. *consil. 42. n. 10. in fin.* Francisc. Cason. *de indic. tract. 1. c. 9. n. 2.* Bertazol. *consil. 556. n. 20. lib. 2.* Farin. *conf. crim. 63. n. 6.*

II.

Ab Inimico omne malum est expectandum *c. repellantur 7. de Accusat. l. ſi inimicitia 9. ff. de his, quib. ut indign. l. 1. §. præterea. 24. & cum quis 26. ff. de quæst.* Fachin. *9. contr. 82.* Qua de causa etiam à testimonio repellitur *Auth. ſi teſtis C. de teſtib. & in §. ſi vero quis. in Auth. de teſtib.* Hyppolit. *in l. 1. §. præterea. num. 1. & seq. de quæst.* Petrus Anchar. *consil. 246. col. 2. vers. an testis.* Corn. *consil. 101. col. 4. vers. quia non omne odium. vol. 2.* Alexand. *consil. 99. in pr. volum. 1.* Grammat. *consil. crim. 46. num. 5. & 8.* Paris. *consil. 58. num. 73. vol. 3.* Socin. jun. *consil. 73. num. 14. vol. 2.* Umm. *disput. 16. ad proceſſ. judic. num. 13.* Menoch. *2. arb. jud. caſ. 110.* etiam in casibus, in quibus difficilis est probatio, & aliunde veritas haberi non potest, Aufrer. *de reprobat. teſt. num. 16. vers. item verum.* Antonin. Gomez. *rubr. de probat. delict. cap. fin. num. 21. vers. advertendum tamen.* Menoch. 1. *arb. quæſt. 28. num. 2.* Hyppolit. Riminald. *inter consil. crimin. divers. consil. 84. num. 8.* Bursat. *consil. 346. num. 12. vers. quibus instantibus. & num. 37. lib. 4.* Bertazol. *consil. 528. num. 6. lib. 2.* Honthem. 2. *de art. Notar. c. 46. num. 15.* nec inimico creditur etiam cum tortura *l. 1. §. præterea. ubi* Marsil. *ff. de quæst.* quod procedere etiamsi in articulo mortis esset, vel si essemus in criminibus exceptis, velut læsæ Majestatis, simoniæ, vel hæreseos *è cap. per tuas 32.* ubi Johann. de Anania *extr. de simon.* extendit Speculator *in tit. de accusat. §. 1. in fin.* quem seqvuntur Alberic. *in l. famosi. ff. ad L. Jul. Majeſt.* Gigas *de crimin. læſ. Majeſt. lib. 2. tit. per quos crimin. læſ. Majeſt. probetur. quæſt. 2. num 1.* Cror. *de teſtib. p. 3. num. 97. in prima & ſecunda ampliatione.* Campeg. *in tr. de teſtib. reg. 26. in pr.* Clar. *in pract. §. fin. quæſt. 24. vers. item quæro.* Mascard. 1. *de probat. concl. 462. n. 31. & lib. 2. concl. 857. n. 40.* Farin. 1. *consil. crimin. 70. n. 6.* Marsil. *consil. 20. n. 27. & consil. 65. n. 20.* Grammat. *vot. 3. n. 30. vot. 11. n. 17. & conſ. 45. n. 16.* Bertazol. 1. *consult. decis. consil. 38. num. 16.* quapropter, quoad repellendum à testimonio, dici non solum eum, qui odium in mente, sed etiam, qui inimicitiæ causas habet, vel habere præsumitur, etiam sine mentis odio. *arg. cap. 2. 2. q. 5. post* Innocent. *in cap. cum L. & A. de re jud.* ampliant Felin. *in c. quoties vers. nota quarto. de teſtib.* Hyppolit *ſing. 178. incip. inimicus repellitur.* Bursat. *consil. 69. n. 31. p. 1.* adeò ut nec reconciliatus quidem admittendus videatur. Panorm. *in c. cum oporteat. n. 6. de accuſat.* Felin. *in c. cum te vers. infidelitas limit. 2. de reſcript.* Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſ. 11.* quamquam non sufficiat quem allegari, ut arceatur, nisi etiam probetur, Vult. 1. *Conſ. Marp. 15. n. 185.* Ut enim talis repellatur ex causa inimicitiæ, requiritur probatio causæ inimicitiæ, & quidem capitalis, debetque in specie allegari qualitas inimicitiæ, aliàs non dicitur esse probata. Imol. *in c. Rainutius de teſt.* Jas. *in l. Titiæ textores ff. de legat. 1.* Bald. *in c. conſtitutus de reſcript.* Jas. *in l. ſororem C. de his, quæ ut indign. auſer.* quæ autem gravis vel levis dicatur, illud arbitrio judicantis reliquit. Bart. *in l. Maritus ff. de quæſt.* quem sequitur Grammat. *deciſ. Neapol. 34. n. 21.*

decis. 86. n. 4. Vult. 1. *Consil. Marp. 15. n. 187.* Sic inimicum capitalem ab accusatione repellunt *c. cum P. 10. c. cum oporteat. 19. c. meminimus 13. de accusat.* & etiam in casibus exceptis *dict. cap. per tuas 32. de sim.* quod de Jure Canonico non vero Jure Civili admitti posse, *per l. qui accusare 8. ff. de accusat.* probat Petrei. *concl. crimin. concl. 17. lit. b.* add. Mar. Socin. *in c. repellitur n. 16. de Accusat.* Decian. *lib. 3. c. 25. n. 3. gloss. &* Abb. *in c. 1. n. 8. de Accusat.* Boeckel. *de publ. judic. disquis. 3. num. 15.*

Fluit ex hôc axiomate, quòd ob inimicitiam tam præcedentem, quàm supervenientem Judex ordinarius recusari possit, imò creatio ad munera propter inimicitias præbet nominato justam causam appellandi seque excusandi *l. 6. §. 17. de Excus. Tutor. l. un. C. si propter inimicitias. Perez. C. eod. n. 1. 2.* Denique inimicitia annullat laudum arbitri *l. 32. §. 14. de recept. qui arbitr.* Judicium Judicis ordinarii *l. 9. in fin. de liber. caus.* officium Procuratoris *l. 21. de Procur. Brunnem. ad l. un. C. si propter inimicit.*

III.

Inimicitia capitalis oritur ex diffamiâ, minis, insidiis, verbis injuriosis, atrocibus, percussione in facie, litibus, spoliatione. *Blanc. in repet. L. f. ff. de quæst. Alex. Cons. 99. vol. 1.*

IV.

Inimicitia justa ex quibus causis oriatur vid. *Mev. P. 4. Decis. 45.*

V.

Qualis inimicitia requiratur ad repudium vel negandam consummationem voti conjugalis. *Mev. P. 4. Decis. 44. Carpzov. Defin. Consist. L. 2. tit. 10. Defin. 176. n. 6.*

VI.

Inimicus consangvinei mei meus inimicus dicitur. Bart. *in l. tutor. §. si tutor. ibique* Alex. *in addit. ff. de suspect. tutor.* Alex. *consil. 99. n. 4. lib. 1. & in l. si ita stipulatus* §. *Chrysogonus n. 21. ff. de V. O.* Aufrer. *de reprobat. test. n. 46. in fin.* Decian. *in tract. crim. p. 1. lib. 3. c. 25. n. 17.* Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 898. n. 39.* ita inimicus meus præsumitur inimicus filiorum meorum *Schneidew. in §. 9. Institut. de excus. tut. n. 2.* imò amicum inimici mei dici etiam inimicum meum, ait Pacian. 2. *de probat. c. 40. num. 21.* adeò ut sic cum inimico meo conversaretur, pro inimico etiam habeatur, Blanc. *de indic. n. 163. & seqq.* Menoch. *lib. 5. de præsumpt. 42. n. 12.* Decian. *in tract. crim. p. 1. lib. 3. c. 42. n. 72.* Pacian. *d. loco in addit. lit. C.* Castrens. *in l. liberi C. de inoffic. test. Abb. in c. repelluntur 7. X. de accus.* Ubi hoc verum intelligit in filio vel alio intrinseco, qui ab hoc debet abstinere mei contemplatione, secus in extraneo, qui propter me non cogitur ab inimico meo abstinere, Farin. 1. *consil. 61. num. 14.* Ubi intelligit, dummodo fuerit conversatio directa & continuata, aliàs secus, Marsil. *in l. 1. §. præterea n. 12. vers. & intelligi. ff. de quæst.* Blanc. *de indic. num. 170.* Gig. *de Crim. læs. Majest. lib. 2. rubr. qui accusar. poss. 9. 6. num. 11. ante fin.* Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. [illegible] num. 29.* cum seq.

Inimicitiarum pluralitate data, semper præsumitur ex causa gravioris inimicitiæ, Franc. March. *decis. Delphin. 423. num. 27.* Joh. Tutrius *inter consil. crim. divers. consil. 81. num. 34. lib. 2.* Foller. *in pract. crim. verb. recipiantur defensiones reo. n. 2. vers. item poterit.* Farin. 1. *consil. 102. num. 18.*

CAP. LXXIX.

De Iniquo & Iniquitate.

Axioma I.

Iniquitas omnia præcipitat, *cap. inter hæc hircum 34. de pœnit. dist. 3. cap. magna 7. extr. de voto.* Speculat. *lib. 2. p. 2. cap. de præparat. judic. num. 2.*

II.

Ad iniqvum compendium occasio juris trahi non debet *l. fin. in fin. Cod. de Usucap. pro empt. c. quod nonnullis 25. in fin. & ibi gloss. ult. de privileg.* Arnis. *lib. 2. de Majest. c. 4. n. 6.*

III.

Quod iniqvum est, non est viri boni. *l. societatem. 76. ff. pro soc.* Cujac. *ad l. 22. §. generaliter. 1. de R. I.*

CAP. LXXX.

Initium, Principium, Exordium. *Adde supr. lib. 3. cap. 23. ax. 1. & 5.*

Axioma I.

Universa benè geruntur & competenter, si rei initium fiat decens & amabile DEO. *Nov. 6. in præfat.* Hœnon. *disput. juris contr. 1. n. 4.* Nihil enim rectè nihilque sapienter homines auspicari possunt sine DEI immortalis auxilio, quod est fundamentum totius operis *c. cum Paulus 26. 1. quæst. 1. c. legimus 7. §. omnis ratio. distinct. 37. c. quam pio 2. 1. q. 2. c. qui sine Salvatore. 7. 26. q. 2. c. non observetis 17. §. dicit enim Apostolus 26. q. 7. §. bene autem universa. Auth. quom. oport. Episcop. Auth. de quæstore. in pr. Auth. de Armis. l. 1. in pr. C. de V. I. E. l. 1. 2. C. de offic. Præfect. Afric. & not.* Alber. *in proœm. C. n. 4.* Pacian. 1. *de probat. c. 5. n. 1.*

II.

Quæ ab initio utiliter constituta sunt, durant, licet in eum casum devenerint, à quo incipere non possunt *l. 35. §. non est verum. de R. I.* huic sententiæ gravissime obstare videtur *l. 82. de leg. 2.* distingvendum, an ille casus, in quem incidit, sit accidentalis vel substantialis & intrinsecus, priori casu actus subsistet, posteriore vero secus. *vid. not.* Dn. D. Locam. *ad §. 14. Instit. de legat. lit. C. &* Bachov. *ibid.*

III.

Non eventus, sed initium cujusque rei spectandum *l. 8. ff. mand.* Sic verbi causa in contractibus semper principium spectatur *d. l. 8. l. 1. §. idem Pomponius quærit. 13. de pos.* Gœdd. *p. 5. de contr. stipulat. n. 127.* Harprecht. *ad pr. Inst. quibus modis re contr. obl. n. 65. add.* Cujac. *lib. 28. Paul. ad Edict. l. 2. §. 1. de L. C.*

Am-

Amplia, quod idem procedat in distingvendis delictorum formis. *l. 6. de furt.* studio dixi in delictorum formis, nam quoad eorum quantitatem simul & exitus consideratur. Limita in testamentis & ultimis Voluntatibus, ubi regulariter non tantum primordium, sed & exitus mortis scil. testatoris & additionis spectatur §. 4. *Instit. de hered. qualit. & differ.*

IV.

Multa possunt ab initio impediri, quæ, postquam connivere cœpimus, persequi nos oportet. c. gr. Metallifodinas in fundo nostro fodere. Perez. *C. de Metallariis n. 25.*

CAP. LXXXI.

De Injuria. *vid. Libellus famosus.*

Axioma I.

Injuria ubi minor, ibi & pœna minor esse debet, Angel. *in tract. de malefic. in verb. scienter n. 12. l. unic. C. de fals. monet.* Wesemb. *in parat. de adult. n. 7.*

II.

Injuria ex affectu facientis constat *l. 3. §. 1. ff. de injur. ubi gloss. ad verb. ex affectu.* Wes. 1. *consil. 22. n. 3.* Absque animo enim injuriandi ea non committitur *d. l. illud. 3. §. 1. ibi cum injuria ff. de injur.* Roman. *consil. 69. per tot.* Gail. 2. *obs. 106. n. 40.* Barbat. *consil. 15. col. pen. vol. 4.* Ruin. *consil. 145. n. 10.* cum dolus exigatur. Bald. *cons. 443. n. 4. vol. 4.* Alex. *consil. 209. n. 14. vol. 6.* Boss. *in tit. de injur. num. 13.* Sic animi absentia impedit actionem injuriarum nasci, quæ non nisi ex voluntate & affectu inferentis causatur. *l. si non convicii 5. C. de injur. vid. & l. 11. in pr. ibi qui dolo l. 26. ibi quoties ille qui svadet. ff. eod.* Rom. *cons. 96. n. 3.* Grammat. *decis. 37. n. 5.* Aym. Crav. *cons. 9. n. 35. in fin.* ubi amplius, quod in actione injuriarum lata culpa dolo non æquiparetur, Boër. *cons. 4. n. 3.* Jod. Damhaud. *in pract. crim. c. 136. num. 8.* Petr. Plac. *in Equit. delict. c. 6. n. 2.* Pract. Corrad. *tit. de injur. num. 4. f. 403.* Mynsi. *consil. 7. n. 24.* Bajard. *in addit. ad Clar. §. injuria. num. 19.* Mascard. 1. *de probat. concl. 97. n. 7.* Claud. ad Bertazol. *consil. 206. vers. primum itaq;* Honded. *cons. 112. n. 22.* Surd. *decis. Mantuan. 89. num. 23.*

Excipe, si non injurians de bono animo doceat, injuriantis enim animum etiam in dubio præsumi probat *d. l. si convicii 5. in verb. probare potes. C. de injur.* sumpto inde argumento à contrario sensu, prout not. *ibi gl. in verb. probare* Butrigar. *in 2. notab. & in vers. oppono, quod qui dolum,* Bellapertica *in pr. Cyn. n. 2. vers. ad Legem istam & ibi in addit. lit. a.* Bald. *in summario* Salicet. *n. 1. in prima oppositione. Angel. n. 3.* Joh. Fab. *n. 4. in fin.* Felin. *in c. cum te n. 18. vers. & omne verbum de sent. & rè judic.* Baërt. *in addit. ad Belvis. in pract. lib. 1. c. 3. rubr. de injur. n. 5. in verb. probare tenetur.* Augustin. *in addit. ad Angel. de Malefic. in gl. verb. injuriosa. n. 3.* Rom. *cons. 96. n. 4. & ibi* Mandos. *in addit. lib. B.* Bonif. de Vitallin. *tit. de injur. n. 44.* Socin. *consil. 146. n. 7. lib. 1.* Jodoc. Damhaud. *in pract. crim. c. 137. n. 14. in fin.* Pract. Corrad. *tit. de injuriato n. 5. pag. 403.* Mynsi. *cons. 7. n. 27. & 28.* Lud. de Peguer. *decis. crim. 13. n. 7.* Mascard. 1. *de probat. concl. 97. n. 9. & 2. concl. 902. num. 6. ubi plures de communi testantes refert* Magon. *decis. Florent. 25. n. 6.* ubi tamen hoc in rustico limitat ex Grammat. & Cæpoll. *in locis per eum allegatis.*

Declara: procedere in verbis seu factis, quæ de sua natura injuriam præ se ferunt, & illicita sunt, secus si quis vellet injuriam arguere ex verbis aut factis de sui natura licitis & injuriam in se non continentibus, hoc enim casu animus injuriandi non præsumetur, nisi probetur. Alberic. *in l. injuriarum actio in pr. n. 1. & §. si quis per injuriam l. item apud Labeonem §. si communem. per jura prædicta. ff. de injur. vid. &* Joh. Fabr. bene declarantem *in d. l. si non convicii.* ubi idem quando verba probata de se non sunt injuriosa, veluti ironicè dicta, *& in §. fin. n. 5. Inst. eod.* Azol. *in summa de injur. n. 4. in fin.* Ubi ponit septem casus, in quibus animus injuriandi non præsumitur, sed ostendi debet. Belvis *in pract. l. 1. c. 3. tit. de injur. n. 7. in fin. junct. n. 8. vers. & sic injuratus.* August. ad Angel. *de Malefic. in gl. verb. injuriosa n. 3.* Surd. *decis. Mant. 89. n. 28. in fin. vers. respondetur secundo & n. 31.* Quare & in verbis indifferentibus, & quæ injuriam importare vel non possunt, in dubio judicandum esse, quod non importent, & quod non malo animo prolata sint, pluribus exornat. quia omnis interpretatio facienda in partem meliorem, ut excludat delictum. Ita si quis dixit, se meliorem vel nobiliorem esse altero, injuriarum non tenetur. Berl. *P. 5. concl. 59. n. 72.* Nec si quis aliquem tuissavit Harpr. *ad §. 1. Inst. de Injur. n. 148.*

Declara: nisi Circumstantiæ aliud svadeant, v. g. si quis de aliquo absente dixerit per Ironiam: est vir bonus scilicet! Berl. *d. concl. 59. num. 32.* Aym. Cravett. *consil. 9. n. 20.* ubi amplius *n. 24.* quod verba debeant impropriari, & etiam intelligi per fictionem juris ad fugiendum delictum & malum animum, præsertim quando verba hujusmodi sint prolata palam & in publico, quo casu eo magis debet cessare suspicio injuriandi. Quare etiam justa causa ab injuria dicitur excusare, Oldrad. *consil. 53. consvevit col. fin. post med.* Barbat. *consil. 15. col. pen. post med. vol. 4.* ubi dicit coloratam sufficere etiamsi esset injusta, Boss. *in tit. de injur. n. 4.* Bertazol. 1. *consult. decis. cons. 28. n. 45.* Sic excusatur, qui verba injuriosa protulit, de quibus erat fama, Bart. *in l. fin. n. 7. ff. de hered. instit. & in l. 1. 6. ubi ait excusari à Calumnia. ff. ad Turpil.* Cæpoll. *consil. 70. num. 13. inter crim.* Boër. *consil. 4. n. 43.* idem est, si ab amicis & consanguineis, Cæpoll. *d. n. 13.* Boër. *d. cons. 4. n. 45.* vel ab aliis fide dignis audiverit. Bart. *in d. l. fin. ff. de Hered. Inst.* vel si à testibus fuisset deceptus, idem referentibus licet falso Angel. *in l. 3. n. 3. Cod. qui accusar. non poss.* Arctin. *in tract. malef. vers. nec non ad querelam. col. 2. vers. requiritur. in fin.* Felin. *in c. 1. n. 18. de Except.* Steph. Aufrer. *in addit. ad decis. Capell. Tholos. super decis. 409. col. pen.*

III.

Veritas convitii toties ab injuriâ excusat, quo-

ties ob favorem Reipubl. crimen justo modo detegitur *l. eum, qui nocentem 18. ff. de injur.* quia favor Reipubl. animum injuriandi excludit. Confer Mev. *P. 3. decis. 37.* ita ergò si quis aliquem in Judicio furem, latronem, &c. dixerit, ut puniatur, actione injuriarum non tenetur, secus si quis aliquem pauperem, cœcum, claudum appellasset; hoc enim etiamsi verum esset, non tamen expediret Reipublicæ scire *l. 2. C. quando & quib. quarta pars.*

IV.

Quoties quis aliquid facit defensionis gratiâ, toties non præsumitur adesse animus injuriandi. Quia sic versatur in re licitâ & omnibus permissâ. Hinc suspicio doli cessat *l. si non convitii 5. C. de injur.* qui enim Jure suo utitur, nemini facit injuriam *l. 13. §. 1. ff. eod.* Ita si quis ad reprobandos testes crimen objiciat, injuriandi animus non videtur subesse *l. 15. §. 38. de Injur.* Gail. *L. 2. obs. 106. n. 6.* Carpz. *P. 4. Const. 42. Def. 7.* Idem est, si quis à Judicis sententiâ provocaret *l. 20. C. de appellat.* Modò tamen non frivolè id faciat. *l. ult. in fin. C. quando provoc. non est necesse.*

V.

Injuria verbis facta non tollitur honoris præfatione, veluti si quis dicat, tu mentiris salvo honore tuo, deiner Ehren ohne Schaden / das ist nicht wahr / sondern erlogen: nisi injuriosè provocatus ita respondeat. Gail. *L. 2. obs. 101.* Besold. *thes. pract. verb.* Lügen.

VI.

Appellans aliquem cuculum, cornutum vel virum bonum injuriandi animo, tenetur injuriarum. Parlador. *rer. quotid. lib. 1. cap. 17.* Besold. *Thes. Pract. verb.* Cornut.

VII.

Qui falsò gloriatur, se vel alium cum alterius conjuge, vel cum virgine aut viduâ rem habuisse, tenetur ad palinodiam & punitur incarceratione, interdum relegatione. Coler. *decis. 161. n. 20. & 26.*

IIX.

Non excusatur injurians, si audita referat vel verba injuriosa sub conditione proferat. *l. 120. ff. de V. O.* Bocer. *Class. 3. D. 4. th. 28. lit. D.* Besold. *Thes. Pract. verb.* Schmachsachen, neque veritas convitii excusat injuriantem. Pfeil. *H. D. art. 110. ibique* Zieriz. *Mynsi. Cent. 4. observ. 4.* Gail. *l. 2. obs. 99.*

IX.

Injuria non remittitur per conversationem familiarem, sed saltem rancor animi; hinc injuriati pocula accipere solent cum protestatione auf Hofrecht / salvâ scil. actione injuriarum. Gail. *de arest. cap. 4. n. 9.*

X.

Remissio injuriarum facta sacerdoti in foro pœnitentiali & conscientiæ non operatur in foro contentioso, nisi dicat, se plenam facere remissionem, Bart. *& Dd. in L. non solùm 11. §. 1. ff. de injur.*

XI.

Injuria realis censetur qualibet etiam graviore gravior. *§. atrox. ubi Dd. Instit. de injur. l. 1. l. 5. l. 6. in fin. ff. de injur.* Gail. *2. obs. 104. n. 1. vers. quia realis.* Jac. Rævard. *1. varior. cap. 9. n. 4.* Gœdd. *3. Consil. Marp. 28. n. 123.*

XII.

Injuria scripta cæteris atrocior & inhonestior est. Menoch. *2. arb. jud. cas. 263. n. 34.* tum propter ejus diuturnitatem, Gail. *2. obs. 104. n. 3. per l. African. 5. C. de hæret.* tum etiam ex eo, quod graviore pœna & quandoque capitali puniatur, juxt. *l. unic. C. de famos. libell.* Menoch. *d. cas. 263. n. 34.* nec moveat aliquem (inquit Gœdd. *3. consil. 28. n. 25.*) quod Gail. *d. loc. n. 1. arg. l. 5. §. si quis librum 9. ff. de injur.* implicitè asserat scriptam injuriam reali non esse parem vel atrociorem, sed leviorem, quoniam JCtus eam non solum quoad pœnam, sed etiam delicti qualitatem parem facit injuriæ verbali; primum enim ista comparatio ex illo textu elici nequit, deinde si qua ibi collatio foret instituenda, tum famosa scriptura potius æquiparanda veniret injuriæ reali quam verbali. In antecedentibus enim & seqq. JCtus *in d. l. 5.* agit de injuria ex L. Cornelia vindicanda, cum tamen verbalis non ex Lege, sed ex edicto Prætoris vindicanda sit. *§. pœna ibique Dd. Inst. de injur. l. Prætor. 7. l. 1. l. apud Labeonem 15. §. ait Prætor. 2. per tot. ff. de injur. 2.* Quia ex hâc Lege Cornelia scil. dicit agi propter librum famosum, pœnam dicit esse, ut condemnatus fiat intestabilis, colligitur ergo, hoc non de verbali, sed reali accipiendum esse. Denique si ibi occurreret collatio, hæc tamen intelligenda esset quoad communem verborum materiam & formam, non quoad reliqua.

XIII.

Injuria tanto gravior & atrocior, quanto major est cognatio sangvinis, reverentiæ, pietatis, necessitudinisque copulatio inter injuriantem & injuriatum. *l. cum oportet. 6. vers quod etiam gravius C. de bon. quæ liber. ibique gloss. l. 4. l. 6. §. §. 1. & fin. cum l. seq. l. 10. §. Prætor ait. 12. & fin. l. 12. cum seq. de in jus. voc.* Hyppolit. de Marsil. *sing. 573.* Tiber. Decian. *respons. 35. n. 30. vol. 1. & resp. 82. n. 5. vol. 2.* Gœdd. *3. consil. 28. n. 130.*

XIV.

Injuria uni ex familia illata respicit omnes, qui sunt de ejus familia & cognatione, *l. Lex Cornelia 5. ibique* Bart. *ff. de injur. l. 1. 2. 3. de liberal. caus.* Cravett. *post alios à se adductos cons. 4. venerabilis Dominus n. 3.* Bart. Angel. & Salicet. *in l. unic. C. de rapt. virg.* Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cas 262. in pr. cent. 3.* Hyppolit. de Marsil. *consil. 68. visa accusatione. num. 3. & 4.* ubi idem de affinibus tenet latè Tiraquell. *de pœn. LL. rejicit causa n. 68.* Regner. Sixtin. *3. Consil. Marp. 16. n. 29.*

XV.

Injuria semel remissa in perpetuum remissa censetur. Alciat. *in tract. de præsumpt. reg. 2. præs. ult.* Lancellot. *de offic. Prætor. §. 3. tit. de injur.* Farin. *1. consil. crim. 30. n. 142.*

XVI.

Injuriam verbalem cum alia verbali injuria propulsare nemo prohibetur. Felin. *in c. dilecti col. 5. extr. de except. per l. agenda. 19. C. qui accusare non poss. & sequitur* Boss. post Claud. *per eum citat. in suo tr. tit. de homicid. n. 86.* Jas. *in l. ut vim. n. 36. ff. de injur. ibique* Bolognet. *n. 16.*

ubi

ubi ait, quod si injuriatus dedit causam injuriæ sibi illatæ, ei non competat actio injuriarum *juribus ibi per eum allegatis*. Mar. Socin. *in c. fin. n. 21. ad fin. extr. de injur.* Ubi tamen loquitur, quando provocatus veram profert injuriam, Angel. *de Malefic. in gloss. verb. injuriosa n. 10. ibique* Augustin. *in addit.* Grammat. *decis. 37. n. 37. n. 3. & seq.* Damhoud. *in pract. c. 136. n. 7.* Ubi tamen loquitur, quando injuriæ hinc inde illatæ non sint enormes, sed tolerabiles, *& c. 137. n. 12.* Petr. Plac. *in Epitom. delict. lib. 1. cap. 1. n. 21. p. 33.* Fab. à Monteleon. *in prax. arbitr. p. 4. q. 9. n. 14. & 63. p. 369.* Conrad. *tit. de injuria. n. 34. vers. decimo quarto cessat injuria p. 412.* Ubi tamen loquitur quoad privatam vindictam, non quoad publicam, vid. & Gail. 2. *obs. 100. num. 1. 2. & 4. cum obs. seq. n. 5.* ubi hoc pluribus ostendit atque sic communiter ait observari, præsertim quando in continenti injuria retorquetur. Bajard. *in addit. ad Clar. si injuriam. 63. vers. & quod provocatus. cum seq.*

Limita primo, secus esse quando provocatus non in continenti, sed ex intervallo cum alia injuria illatam vult retorquere. Gail. *d. obs. 100. n. 9.* Clar. *in pract. §. fin. q. 60. n. 14.* Bajard. *in addit. ad* Clar. §. *injuria. n. 66.* Petr. Plac. *in epit. delict. lib. 1. c. 28. n. 12.* Vivius *opin. 6. n. 4.* Decian. *lib. 3. c. 33. n. 6. in suo tract. crim.* Gramit. *theorem. 5. n. 2. & n. 11.* Bertazol. *consil. 358. n. 4. & ibi* Claud. *in addit. vers. quæ conclusio.*

Limita secundo, si convicium provocanti objectum aliud factum concernat, ita ut ad ejus innocentiam non spectet, quo casu utrique actio injuriarum competit, *fac. cap. veniens. 16. de jurejur. ibi alternatim. convicia inferendo*, vid. tamen quæ distingvendo tradit Bolognet. *in l. ut vim. n. 94. sub. vers. sed ego puto. & vers. secundo casu ff. de just. & jure.*

XVII.

Injuria illi fieri non censetur, qui jam ante est infamis, nec lædi ejus dignitas & honor videtur, quando ipsi probrum aliquod objicitur. Bocer. *de feud. invest. c. 5. n. 97.* siquidem injuria pertinet ad imminuendum honorem alterius *l. 1. §. omnem 2. & §. usque adeo 5. ff. de injur.* nec injuria sive contumelia alterius, qua quis premitur, honor aut dignitas denigratur *l. unic. C. de famos. libell.* Donell. *15. comm. c. 38. vers. nihil agit voluntas*, cum Lege, non convicio alicujus infamia quis notetur. *l. 1. & tot. tit. ff. de his, qui not. infam.* etiamsi per convicium illud contemnatur *pr. Inst. de injur.*

XIIX.

Injuriam qui faciunt, constat & hanc pati posse *l. 3. in pr. ff. de injur.* quamvis qui facere nequeunt, (veluti furiosus impubes) nonnunquam patiantur, *l. 7. §. 1. ff. eod. tit.* Wesemb. *in paratit. ff. dict. tit. n. 6.*

XIX.

Injuria nunquam censetur remissa, nisi remittendi animus ex verbis appareat. Farin. 1. *consil. crim. 98. n. 5.* declara nimirum non generalibus, sed specialibus, non dubiis & æquivocis, sed veris, necessariis & concludentibus. Belvis *in pract. lib. 1. c. 3. n. 89.* Bald. *in l. in ipsius. num. 4. C. famil. hercisc.* Mascard. *de prob. l. 2. conclus. 992. num. 28.*

XX.

Injuriam nemo facere potest, nisi qui scit se injuriam facere, etiamsi nesciat cui faciat. *l. 45. §. pen. ad L. Aquil. l. 3. §. itaque de injur.* Philip. Matth. *ad l. 56. de R. I. n. 6. & n. 41.*

XXI.

Injuriam nullam videtur accipere, qui semel voluit *l. in diem. 9. ff. de aq. pluv. arcend.*

XXII.

Injuria verbalis & per scripturam illata non inducit offensionem facti. *l. 1. §. 1. de injur.* Herculan. *in tr. de caution. c. 24. n. 11. in fin.* Farin. 1. *consil. crim. 87. n. 6.*

XXIII.

Injuria quæ fit viventi, major est, quam quæ committitur in defunctum. Gravett. *consil. 205. pernoctavit. n. 26. per not.* Bart. *in l. fideicommissum C. de fideicomm.* Wesemb. 1. *consil. 22. n. 2.*

XXIV.

Injurias Judices etiam ex officio vindicare debent: hinc illud toties in Jure Magistratibus injungitur, ut *in l. 13. C. de Cursu publ.* Perez. *C. eod. num. 11.*

XXV.

Injuriam non propulsare, cum possis, injustitia est *c. non inferenda 7. 23. q. 3.* Cic. *lib. 1. offic.* ubi ait: duo esse genera injustitiæ, unum eorum, qui inferunt, alterum eorum, qui ab his quibus infertur, si possunt, injuriam non propulsant. *add. & c. fin. 23. q. 3.* Hyppolit. *in l. unius §. cognitarum ff. de quæst. n. 56.* Gail. 1. *de P. P. c. 16. n. 17.* imò injuriam non remittere sæpe expedit, ut crimina & convicia puniantur. Vitiosa quidem est ulciscendi libido, non tamen accusatio quam lex statuit. Hinc Colonus suam injuriam etiam contra dominum vindicare potest. Perez. *C. in quib. caus. coloni. n. 5.*

XXVI.

Injuria per interpositam personam facta, ab ipso committente facta censetur. *l. sed etsi uniuæ 17. §. si jussu. 7. ff. de injur. & l. non solum 11. ff. eod.* quod enim quis facit per alium, per se ipsum facere videtur *l. quod jussu 180. ff. de R. I. cap. qui facit. 72. eod. tit. in 6.* & dejecisse videtur, qui mandavit vel jussit, ut aliquis dejiceretur. *l. 1. §. dejecisse 12. ff. de vi armat. l. hoc jure 152. §. 1. ff. de R. I. l. 2. §. restituas. 43. ff. ne quid in loc. publ.* Bart. *in d. l. sed si unius 17. §. si servus n. 4. ff. de injur.* Gail. *de pignorat. obs. 5. n. 2.*

XXVII.

Tot sunt injuriæ, quot & personæ injuriam facientium *l. si plures 34. ff. de injur.*

XXIIX.

Injuriam suam persequi magis est species defensionis, quam offensionis. *gl. & Dd. in c. un. §. si delat. quæ fuit prima caus. benef. amitt.* Curt. *in tract. feud. p. 4. n. 62.* Jas. *eod. tract. p. 10. n. 47. fallent. 3.* Wesemb. 1. *consil. 43. n. 126.* ubi infert, quod Vasallus, qui Dominum accusat, feudo privetur, si dolo malo facit tantum ad periculum & damnum Domino creandum, non vero si faciat id juris sui tuendi causa, *per l. qui cum major. 14. §. 6. vers. ignoscendum, de hon. libert.*

XXIX.

XXIX.

Ad injuriam vel damnum aliorum nemo facere præsumitur, sed potius propter seipsum. Alciat. *de præsumpt. 3. reg. 23. præs. n. 1.*

XXX.

Jus suum persequens injuriam non facit. *l. nullus. 55. de R. I. l. 1. §. 12. de aq. pluv. arcend.* C. I. A. *tit. quib. appell. non lic. thes. 1. v. inf. lib. 9. cap. 96. ax. 23.* quod tamen ita accipiendum, modo legitimè jus suum persequatur, & à verbis calumniosis, iracundis, petulantibus, ac proximi, contra quem quis acturus est, famam & existimationem bonam sugillantibus & qualitatem calumniosam habentibus prorsus abstineat. *l. non debet. in fin. verb. temperandam. de dol. l. 1. §. secundo loco verb. inverecunde. de postulând.* & si vel in judicio vel extra judicium quis aliter faciat, injuriarum tenetur, *l. si non convicii. 5. ubi Dd. C. de injur.* Wurmbs. 1. *obs. 17. tit. 46.* Cothman. 2. *resp. 59. n. 62. & seqq.* ubi *n. 65.* dicit; imò talem in judicio factam injuriam crescere & pro atrociori haberi, ut dolo facta videatur, nec dolus iste facile excusetur, Bl. *in l. non probasse. n. 3. C. de calumn.* Unde tradit Speculator, quod advocatus ab adversario lacessitus secure dicere possit: Tu mentiris.

XXXI.

Tum maximè ad convicia personarum perveniri solet, cum causæ infirmitas deprehenditur: ut ex Amm. not. Gothofredus *ad l. 6. C. de postulând.*

XXXII.

Injuria non fit scienti & volenti. *l. 1. §. usque adeo. 5. ff. de injur. l. 1. ff. de action. empti, l. nemo 145. ff. de regulis juris, cap. scienti. 28. eod. tit. in 6.* Aristot. *lib. 5. Ethic. cap. 9. & 11.* S. Thom. 2. 2. *q. 59. art. 3.* Sot. *lib. de justit. 3. q. 3. art. 3.* Padil. per text. *ibi in l. cùm donationis. C. de transactionibus.* Menoch. *consil. 98. n. 39. cum seqq.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg. 275.* Surd. *decis. 194. n. 1.* Sebast. Næv. *ad l. 1. n. 15. ff. de injur.* Joseph. Sesse *Aragon. decis. 189. n. 15.* Cæs. Argel. *de contradict. legit. q. 10. n. 66. & n. 97.*

Ratio est, quia injustitia non sit nisi ei, qui ab alio illam patitur, *l. 3. princip. & §. 1. ff. de injur.* nec enim potest ab aliquo sibi ipsi fieri, secundum S. Thom. 2. 2. *q. 58. art. 2.* non obstante text. *in cap. quod verò 25. q. 2.* ibi: *injuriam mihi facio*, quia intelligitur per indirectum, & retorqvutionem, secundum Archid. & alios ibi, *planè sciens, & consentiens non patitur ab alio*, quia de natura patientis injustitiam est, quod resistens & invitus patiatur, sicut de natura agentis, quod sponte agat, ex Aristot. & Sot. *ubi suprà.* & ita qui consentit, potius ex se sponte agit, quàm ab alio patiatur, & consequenter eidem non fit injuria, nec injustitia. [injuria enim plerumque invitis nobis fit. *l. cum donationis. 34. Cod. de transact.* non ubi scientia & consensus intervenit. Hœnon. *ad l. 145. de R. I. disp. 11.*

Limita: non procedere ubi de honestate agitur, quia tunc benè fieret injuria, ut tenet Bald. *in l. 1. §. usque adeò. ff. de injur. & l. 3. §. si quis volentem. ff. de libr. hom. exhibendo. vid. l. 7. Cod. ad L. Jul. de adult. l. 15. §. 24. de injur.* Wesemb. *de adulter. n. 7. & ibid.* Bachov. sed ibi vox injuriæ materialiter sumitur pro ignominia. Angel. *in §. sancimus per ill. text. in Auth. de Lenon.* Ludov. Gomez. *ad §. pœnales. Instit. de act. n. 32.*]

XXXIII.

Injuriæ inde nasci non debent, unde jura nascuntur, *l. meminerint. 6. C. unde vi cap. qualiter & quando 17. de accusationib.* Aym. *de antiquit. tempor. p. 1. cap. 2. ampl. 13. n. 10. cum seq.* [Ludov. Gomez. *in Comment. Instit. §. maleficiis de act. num. 5.* quod toties fit, quoties homines malâ interpretatione juribus ad injurias suas tegendas abutuntur, ut conqueritur Justin. *in Novell. 160.*]

CAP. LXXXII.

De Innocentia.

Axioma I.

Innocentia nullo modo punienda *l. absentem 5. in pr. ff. de pœn.* satius enim esse ait Ulpianus *ibid.* impunitum relinqui facinus nocentis quam innocentem damnari, cum exemplo grave sit latronem requirere, ut innocentibus periculum fiat. *l. 2. C. de his, qui latron. vel al. crim. reos occult.* Oldendorp. 2. *Consil. Marp. 2. n. 5.* Imò Judex ipse ex officio pro defensione rei laborabit. *l. si non defendantur. 19. ff. de pœn. l. 1. de quæst.* Auth. *qui semel. Cod. quom. & quand. judex.* Panorm. *in c. veniens. n. 19. & 22. de accusat.* cum publicè interfit innocentes defendi. *l. servum 33. §. publicè. 2. ff. de procur.* Matth. Wes. 1. *cons. 43. n. 179.* non detrimentis affici. *l. 2. §. fratris. ne quis aliq. test. l. si fratres. 53. §. fin. ff. pro soc. l. si is cum quo 20. commun. divid. l. id quod nostrum. 11. ubi* Cagnol. *n. 2. & 14. de R. I.* Bald. *in l. si constante, in fin. C. de donat. ant. nupt.* Aretin. *consil. 71. diligenter in 3. dubio.* Dec. *consil. 107.* Jas. *in l. servi electione. §. Labeo. n. 15. cum seqq. de legat. 1. l. 2. l. ult. n. 3. C. si contr. jus vel utilit. publ.* Geminian. *in c. si sententia. §. 1. n. 5. & 6. de sentent. excom. lib. 6.* Salicet. *in l. jubemus. 2. n. 1. C. de SS. Eccl.* Zabarel. *clem. 1. §. terra. n. 29. de pœn.* Wesemb. 1. *consil. 45.* Unde etiam in favorem innocentiæ sæpissime à regulis juris receditur. Hyppolit. de Marsil. *in l. 1. §. si quis ultro. n. 98. & seqq. ff. de quæst. & in pract. crim. §. opportunè, n. 7.* Dan. Moller. *ad constit. Electi. 23. n. 13. pag. 4.* Carpz. *p. 1. Constit. 12. Defin. 15. n. 4.*

& in pract. crim. part. 3. quæst. 15. num. 74. cum seqq. Ita pro rei innocentia & defensione unico testi etiam singulariplena fides adhibetur. Jas. *in rubr. de jurejur. n. 8. quem sequitur* Wesemb. *t. consil. 19. n. 21.* Ægid. Boss. *in pract. crim. tit. de defens. reor. n. 10.* Gabr. *comm. concl. lib. 1. tit. de testib. concl. 1. n. 37.* Regner. Sixtin. 2. *Consil. Marpurg. 16. n. 69.* Ita quando de rei innocentia agitur in criminalibus, testibus tam negantibus quàm affirmantibus creditur. Bertrand. *consil. 189. col. 2. vol. 1.* Ludov. Roman. *in l. illa col. pen. ff. de V. O.* Hyppolit. de Marsil. *sing. 541.* Roland. à Valle *consil. 93. in causa de qua agitur, num. 9. lib. 4.* etiamsi de credulitate deponant. Gabr. Satayna. *in addit. ad Matheslan. sing. 37. n. 12.* Hyppolit. de Marsil. *consil. 24. Munda cor meum, n. 33.* idem tenent Bald. & Salicet. *in l. non solum. C. de test.* Alex. *consil. 76. Visa inquisitione, lib. 1. n. 5.* Jas. *in l. ut vim. ff. de Just. & Jur. n. 4.* ita pro ejus innocentia & domestici testes admittuntur, Jas. *in d. l. ut vim. n. 5.* Angel. *in pract. crim. verb. ut doctus Titius se defendendo, n. 18.* Johan. de Anania *consil. 59. visa inquisitione in pr.* & quivis alii minus idonei *arg. c. literas. 14. de præsumpt.* Hostiens. *in summa de accusat. rubr. de inquisit. col. 3. vers. sed nunquid infamatus.* Bald. Salicet. & Dd. *in l. parentes, C. de testib.* Joh. de Anania *d. consil. 59. in pr.* atque hanc sententiam tum æquam, tum etiam communem esse dicit Anton. Gomez. *var. resol. lib. 3. c. 12. n. 23.* imò & suspectis testibus in criminalibus pro innocentia rei credi post Jas. & Cravett. tenet Wesembec. *Consil. 19. num. 13.* quapropter actore in probatione deficiente innocentiam juramento purgationis probari defendit Hostiens. *in summ. de purgat. Canon. n. 3. per cap. fin. de jurejur. ibique gloss. verb. probationum*, & in terminis actionis injuriarum *l. furti. 6. §. qui jussum. 4. ff. de his qui not. infam. ibig. gloss. verb. innocentiam, l. non damnatos. 18. C. eod. vid. l. præsenti. 6. §. 4. vers. sicuti C. qui ad Eccles. confug.* Gilman. 2. 2. *vot. 11. n. 4.* Quo fit, quod nec statuta exceptionem innocentiæ expressè, multo minus tacitè (cum juris naturalis sit) tollere possint. *Clem. Pastoralis §. uti igitur de re judic. l. unius. 18. §. cognituram. 9. ff. de quæst.* Bald. *in l. unic. C. de confess. num. 27. & in l. 1. num. 3. ff. ne quis eum, qui in jus voc.* Paris. *consil. 2. n. 155. vol. 4.* Gail. 2. *de P. P. c. 8. num. 5.*

II.

Innocens est is, qui ignorat, quod noceat. *Can. innocens. 23. caus. 22. q. 5.* Non tamen innocentia semper eadem, sed tres ejus gradus sunt: (1.) malum non facere, (2.) facientibus non consentire, (3.) fortius malum avertere *can. ita plene, caus. 23. q. 4. cap. tria sunt cum seq. dist. 45.* Gail. 1. *de P. P. cap. 1. n. 48.*

III.

Innocentia probatur præsumptionibus & conjecturis. Hyppol. *de Marsil. consil. 51. n. 54.* qualis est, non aufugere cùm quis potest. Fr. Bursat. *Consil. 215. n. 54.* item præsentatio spontanea & conscientia alacris. Decianus *Consil. 92. vol. 2. num. 114. seqq.*

IV.

Probatur Innocentia etiam uno teste & semiplenâ aliàs probatione, & in eâ deducendâ testes consangvinei aliique inhabiles admittuntur. Mevius *consil. 83. n. 58.*

CAP. LXXXIII.
Innovare, Innovatio.

Axioma I.

Innovare aliquid non dicitur ille, qui utitur veteri possessione. Innocent. *in c. à memoria. lit. lit. pendent.*

II.

Innovatio seu confirmatio actus nec novum jus conferre, nec vetus tollere potest, *c. quia intentionis. 29. de privil.* sed antiqvum conservat. *c. cum dilecta, 4. de confirm. util. vel inutili.* Gail. 2. *obs. 1. n. 3.*

III.

Innovari nihil debet inter Actorem & Reum lite pendente, ne quis jure suo sine suâ culpâ privetur. Ungepauer *ad Tit. decret. ut lit. pend. nihil innov. n. 1.* Carpz. *Defin. Consist. Lib. 2. tit. 18. Defin. 287. n. 12.*

CAP. LXXXIV.
De Inopia.

Axioma I.

Inopia & paupertas debitoris inanem constituit intentionem, *l. nam is nullam. 6. de dol.* Mev. *P. 1. dec. 31. n. 8. p. 6. dec. 8. n. 1.* Hæc regula ut penitius intelligatur, notandum inopiam debitoris dupliciter posse considerari, (1.) ratione rei quæ debetur, quod scil. ipsa species, quæ est in obligatione, deficit, (2.) ratione personæ debitoris quæ solvendo non est: prior omnino perimit vinculum obligationis; posterior non tollit jus agendi, sed impedit effectum plenariæ executionis *arg. l. 11. ubi* Donell. *C. si cert. pet. vid. pl. infr. de paupertate.*

II.

Ad inopiam vergente marito mulier dotem & donationem propter nuptias petere potest. Rittershus. ad Novell. *pag. 259. num. 4.* unde autem æstimetur ad inopiam vergere, vid. *ibid. n. 5.*

CAP. LXXXV.
De Inquilino.

Axioma I.

Apud Inquilinum si quis denunciatione, sive arrestatione, sive interdictione suâ hoc effecerit, quò minus hic domino eidemq; locatori ædium pensionem præstaret, ei, qui suâ denunciatione præstationem pensionis impedivit, hæc pœna irrogatur, ut locatori domus omne damnum, quod inde emerserit, resarcire cogatur, periculum pecuniæ ad ipsum pertineat, & pecuniæ usuras triętes præstet à tempore interpositæ denunciationis,

nis, interdictionis atque impedimenti. *Nov. 88. auth. sed jam cautum est & l. penult. Cod. depos.* Rittersh. *ad Nov. pag. 140. n. 2. seqq.*

II.

Inquilini emigrantis persona arrestari potest, donec pensionem solvat. Carpzov. *P. 1. Const. 30. Definit. 18.*

CAP. LXXXVI.
De Inquisitione.

Axioma I.

Inquisitio loco accusationis succedit, *c. qualiter. 24. de accusat.* Bart. *l. 2. §. si publico de adulter. l. infamem notab. §. de publ. judic.* Solennitas enim eadem requiritur in inquisitione, quæ accusatione, *cap. qualiter. 17. cum seqq. & d. c. 24. de accusat.* cum surrogatum sapiat ac retineat naturam ejus cui surrogatur, *l. si cum 10. §. qui injuriarum. 12. ubi gloss. verb. danda. ff. si quis caut.* Unde & Exceptiones, quæ accusationi ineptæ vel minus solenniter institutæ rectè opponuntur, similiter valent etiam adversus inquisitionem. Chilian. *in pract. c. 2. n. 4. per* Speculat. *tit. de inquisit. §. viso igitur vers. hoc autem scias. &* Bart. *in d. §. si publico vers. quæro utrum contra judicem & d. l. infamem de publ. judic. l. libertorum. ff. de accusat.* Ideoque ut in eâ ordinarius processus est observandus *l. 3. C. ubi Dd. de accusat.* ita & in inquisitione *c. ult. ubi* Hostiens. Panorm. & Dd. *ut lit. non contest.* imprimisque copia indiciorum ac famæ reo est facienda, ut de iis se purgare vel interrogatoria opponere articulis possit. Angel. *in pract. crim. verb. fama publ.* Bart. & Dd. *in l. ult. de quæst.* Barbat. *consil. 47. lib. 1.* & testes in ejus præsentia jurare, sicut aliàs debent, Boër. *decis. 309. n. 4. vers. debere jurare in præsentia*, alioquin processus inquisitionis nulliter instituitur, neque reum prægravat, cum inquisitio formata sine indiciis & probationibus & sententia subsecuta pro nulla habeatur. Angel. de Malefic. *in verb. hæc est quædam inquisitio. num. 30.* Marsil. *in pract. §. constante. num. 33.* Boss. *in tit. de Inquisition. num. 21.* Clar. *in pract. §. fin. quæst. 2. vers. ad formandam.* Menoch. 2. *arb. jud. 1. quæst. 78. num. 1.* Cephal. *consil. 204. num. 18. & consil. 206. n. 21. lib. 2.* Roland. à Valle *cons. 96. num. 1. & seq. lib. 4.* Farin. 1. *consil. 86. num. 61.* dato etiam, quando consvetudo esset in contrarium. Chilian. *in pract. c. 2. de Inquisit. num. 1. 2. 3. 4. per l. severiter. 14. de Excus. tutor. Clem. 1. §. verum quia. de hæret.* Angel. *in l. si vacantia. Cod. de bon. vacant. l. 10. §. oportet in Auth. ut jud. sine quoque suffrag.* Card. Zabarell. *clem. 1. vers. quarto quæro. de offic. ordinar.* Bart. Bald. *in l. prolatam. 3. 4. C. de sentent.* idem *Bald. in Auth. generaliter. C. de Episc. & Cler.* Wesemb. 2. *consil. 98. num. 7.* Quo fit, quod ad inquisitionem formandam, si non prius diffamatio & legitima indicia procedant, judex procedere non possit. Bald. *in cap. licet undique de offic. ordin.* Jas. *in l. si sic legatum, num. 25. de legat. 1.* Dec. *in c. dilecti. de judic.* Plot. *in l. si quando n. 635. C. Unde vi.* Gandin. *in tract. malefic. sub rubr. de quæst. in fin.* Lud. Cat. *inter consil. crimin. divers. consil. 99. colum. 1. & 2.* Riminald. *consil. 105. num. 2.* Adeo ut etiam locum habeat, si statutum judici procedendi liberum arbitrium super crimine tribueret, Ruin. *consil. 147. num. 1. lib. 5.* quanquam, si princeps causa cognita nullâ habita indiciorum & diffamationis cognitione formari inquisitionem mandaret, secus dicendum foret. Bald. *in l. nullus per ill. text. C. ad L. Jul. Majest.* Dec. *consil. 175. num. 3. & consil. 256. in fin.* quod verum intelligit Alex. *consil. 180. num. 11.* quando Princeps ex suo motu proprio procedi mandat, secus si ad judicis postulationem, vel quando Princeps clarè asserit ad sui notitiam pervenisse, illum inquirendum deliquisse, quem sequitur & Menoch. 1. *arb. jud. q. 78.* Sic & damnatum ex inquisitione infamem effici post Bart. *in l. Athletas. §. calumniator. ff. de his, qui not. infam. notat.* Cornel. *consil. 42. vol. 1. col. 2. vid.* Canteran. *crim. quæst. q. 11.* maximè si causa sua natura esset infamatoria, ex qua proceditur. *l. 22. ff. de his, qui not. infam.* quamvis gloss. contrarium tenere videatur *in l. fin. in verb. ob negligentiam. C. de suspect. tutor.* cujus opinionem juxta Abbat. *in rubr. de judic. num. 7. communem dixit* Hieronym. de Cæval. *p. 2. quæst. pract. comm. opin. quæst. 430. vid.* Bœckel. *in tract. de publ. judic. disquis. 2. n. 9.*

Declarationis tamen loco observabis, de jure quidem Canonico omni subducto crimine medio inquisitionis procedi posse, *gloss. in c. infames. 6. quæst. 1. cap. 1. ut Eccles. benefic. sine dimin.* Berber. *in prax. aur. p. 4. n. 128.* vid. tamen Laur. Tennin. *in tract. cautel. caut. 116. n. 5. cum seqq.* cum de Jure Civili regulariter per inquisitionem (ut detegantur facinora) non fiat processus, *l. §. si publico. 5. ff. ad L. Jul. de adult.* Bart. *in l. congruit. ff. de offic. Præsid.* Cæval. *d. pract. quæst. comm. contr. comm. p. 2. q. 430.* Hyppolit. *consil. 110. n. 17.* Unde eam odiosam, quia venit contra Regulas juris, vocavit Blarer. *consil. 332. post med. vers. est verum, lib. 3. vid.* Tusch. *super hoc vocab. concl. 175.* nisi in casibus à jure expressis, *arg. l. credendum, 4. ff. qui pet. tut. arg. l. 1. & 3. ff. de suspect. tut.* boni tamen publici gratia, *l. 1. in pr. ff. ad SCt. Syllan.* odio criminum atrocissimorum, *l. si quis. 5. C. de Episc. & Cler. l. 4. §. mandati. ff. ad L. Jul. peculat.* & delictorum magnitudine. Bart. *in cap. ad reprimendam. §. n. 41. de offic. jud. ordin.* jure locum habere, testis est Speculator *tit. de inquisitione. §. 2.*

II.

Quodcunque delictum ullâ ratione lædit publicum, de eo processus inquisitionis formari potest, quia inquisitio tendit ad conservandum interesse publicum, ut malis hominibus respubl. purgetur *l. congruit. 13. ff. de offic. præsid.* Exempla per omnia præcepta decalogi refert Brunnem. *in Process. inquisit. cap. 5. per tot.*

III.

Judex incurrit pœnam, si non inquirat in delicta publica, & de Syndicatu tenetur, imò litem suam facit. Brunnem. *C. de stator. n. 2.* Parù *de Syndicat. in verb. Negligentia.* Ziegl. *in Jur. Canon. pag. 908.*

IV.

IV.

Inqvisitio vel generalis est vel specialis Mev. *Cons. 74. n. 21.* Brunnem. *in Proceff. Inqvisit. c. 2. n. 4. seqq.* illa est, per qvam investigatur corpus delicti. Mev. *Cons. 74. n. 1.* & ad eam judex ex conjecturis procedere potest. Mev. *Cons. 72. numero 7.*

V.

Inqvisitio incerta minime admittenda, sed pro nulla reputanda. Bald. *cons. 259. n. 2. lib. 1.* Jas. *in §. cumro. num. 17. Inst. de action.* Marant. *in Specul. tit. de inqvisit. n. 37.* Farin. *1. cons. 86. n. 59.*

VI.

Inqvisitionis defectum non supplet vera confessio. Bald. post Innocent. *in l. 1. n. 30. C. de confess.* qvem allegat Fulgos. *in l. 1. n. 3. in fin. ff. eod. & in l. si confessus. num. 2. ff. de custod. reor.* Lanfranc. *in cap. qvoniam contra. verb. confessio. num. 21. extr. de probat.* Farin. *1. cons. crim. 86. numero 61.*

VII.

Inqvisitionem non supplet denunciatio. Farin. *d. cons. crim. 86. num. 52.* qvia ex eâ non inducitur diversus ac separatus procedendi modus, sed tantum judici aperitur via ad inqvirendum & inqvisitionem formandam, & ita in praxi servari tradit Angel. *de malefic. nec non ad denunciationem. n. 4. vers. præterea dico.* Papiens. *in pract. §. fin. q. 7. in pr. & vers. qværo.*

IIX.

Inqvisitio formari non potest, ubi non adest delictum. Farin. *1. cons. crim. 70. n. 7.* Alberic. *in l. prætor. §. præterea. ff. de injur.* Marsil. *cons. 128. n. 25.* Riminald. *cons. 327. num. 29. lib. 3.* imò inqvisitionem corruere, ubi crimen non est punibile, confirmant Marsil. *in pract. crim. §. constante in fin. & cons. 128. n. 5.* Paris. *cons. 171. n. 27. in qvarto.* Dominic. Ludov. Cat. *cons. 99. n. 12. cons. crim.* Bertazol. *1. consult. decis. cons. 45. num. 1.*

CAP. LXXXVII.

De Inscriptione.

Axioma I.

In opere publico munificentia ejus qvi pecuniam legavit ad id, non nomen ædificantis vel alterius ambitiosi inscribi debet. *l. 4. in fin. de admin. rer. ad Civit. pertin.* Et, si ædificia reparentur, non nomina & insigniaRenovatorum sed primorum autorum sunt affigenda *l. 16. in fin. de Usufr. leg.* Perez. *C. de admin. rer. p. n. 7.* vel Principis *l. 3. §. 2. ff. de oper. publ. vid.* Perez. *C. de diverf. præd. urban. n. 6.*

II.

Nemo gaudet privilegiis cohortalium, scholarium &c. nisi Matriculæ prius inscriptus fuerit *l. 10. C. de cohort. & Princip.* Brunnem. *C. eod. Col. 3.* qvamprimùm autem qvis inscriptus est, Privilegiis statim gaudet, non demum si aliqvandiu in officio se benè gesit. Brunnem. *ibid. Col. 4.*

III.

Inscriptio in librum civitatis publicum fit salvo jure tertii. Mev. *Cons. 7. n. 57.*

IV.

Inscriptio Clavicularia die heimliche Klage apud Stetinenses usitata explicatur à Mev. *Cons. 62. n. 33.*

V.

Inscriptio ab accusatoribus olim fieri debuit & similitudine supplicii eos obstrinxit, qvod hodiè passim à foro recesit. Ziegl. *Jus Can. p. 905. 907.*

CAP. LXXXIIX.

De Inseparabilibus.

Axioma I.

Inseparabilium inseparabile est judicium. Alvorat. *in cap. un. §. si qvis de manso. 5. n. 5. si de investitur. feudi. 1. feud. 4.* Wesenb. *2. cons. 69. n. 17.* hinc qvi rem ab aliâ inseparabilem emit, tenetur vel alteram etiam emere vel rem emtam restituere. Brunnem. *ad l. 7. C. de agric. & censit. numero 4.*

II.

Qvæ inseparabilia sunt, ea nec cassari qveunt. *l. si mulier. 50. §. ex asse ff. de jure dot.* Wesenb. *1. cons. 8. n. 20.*

CAP. LXXXIX.

De Insignibus. *vid. Rubr.* de Imaginibus.

Axioma I.

Insignia in Curiâ aliisqve locis publicis, an denen Thoren/Kirchen/Rathhäusern depicta probant jurisdictionem dominorum. Wes. *Cons. 21. n. 89. & in tract. Cod. ut nemo priv. tit. præd.* in Ecclesiis verò insculpta arguût jus patronatus. Menoch. *L. 3. præs. 130. n. 31. & L. 2. præs. 59. n. 2.*

II.

Moris est inter nobiles, ut ultimo familiæ masculo defuncto insignia frangantur simulqve cum eo sepeliantur, daß der Schild und Helm des Geschlechts zerbrochen und mit ihm begraben werde. Wehn. *obs. Pract. verb.* Helm uñ Schild.

III.

Insignia officii potest portare qvi habet officium. *L. 1. ff. de offic. proconf.* hinc insignia Doctoratus vel militiæ non potest ferre qvi non est doctor vel miles. Bart. *de insign. & arm. col. 1.*

IV.

Insignia reorum criminis læsæ majestatis ubicunq; depicta in perpetuam ignominiam tolli & dejici solent. *L. 24. ff. de pæn.* Gail. *Lib. 2. de P. P. cap. 6. n. 34.* Schneidevv. *in §. 12. Inst. de action. n. 22.*

De insinuatione donationis *vid.* donatio.

CAP XC.

De Insolito.

Axioma I.

Insolita sunt, de qvibus cogitari non potuit, sed qvæ præter opinionem ex casibus de novo evenientibus oriuntur Mev. *P. 5. dec. 18. n. 4.*

II.

Qvod insolitum est, licitum non est, & econtrario qvod solitum etiam impunitum. Joh. Baptist. Cuccialup. *in tract. de ludis. q. 17. num. 72.*

Conſ. Arg. *1. conſ. 2. n. 138.* & dolus præſumitur in eo, qvi conſvetum qvid agit. Perez. *C. de curſu publ. num. 9.*

III.

Inſolita non veniunt in diſpoſitiones, *l. ſi merces. 25. §. vis major. 6. ff. locat. fac. l. fiſtulas. 78. §. frumenta, 3. ibiqve gl. ff. de contr. empt.* Bald. *in l. à procuratore. Cod. mandat.* Zaſ. *in parat. ff. ſi qvis caut. in jud. fiſt. n. 9.* Ex his enim qvæ præter morem fiunt fraudem argui, *ex l. qvæ ſub conditione, 85. ff. de condit. inſtit.* colligit Oldend. *claſſ. 1. act. 2. vid.* Cravett. *conſ. 477. n. 6. vol. 5.* Ex inſolito actu dolum præſumi ſcripſerunt Aym. *conſ. 321. n. 3. verſ. præſumitur contra eum & conſ. 100. poſt n. 5. verſ. itaqve ex actu ita inſolito.* Guid. Papa *in tract. de præſumpt. n. 27. verſ. & inſolitis.* Maſcard. *2. de probat. concl. 815. num. 40. in fin. & 42.* Curt. *conſ. 74. col. antepen.* ſicut nec contra dolum præſumi in eo, qvi actum ſolitum facit, *ex l. qvid ſit. 17. §. apud Labeonem. 12. ff. de ædil. edict.* affirmant Bart. *in l. ſi pignore. §. fin. in pr. ff. de pignorat. act. qvem ſeqvitur* Marſil. *conſ. 90. num. 12.* & *conſ. 100. n. 12.* & Alberic. *in l. dolum verſ. idem ſi facit. C. de dolo.* ita ex nimiâ & inſolita cautela dolus & fraus præſumitur. Bald. *in l. teſtamentum. n. 3. verſ. qvandoqve tamen. C. de teſtam.* & *conſ. 75. n. 2. lib. 2.* Caſtr. *conſ. 337. primo qværitur. col. 1. poſt. n. 20. verſ. qvarto præſumitur fraus. lib. 1.* Crat. *reſponſ. 53. numer. 10. l. 1.* Curt. jun. *conſil. 78. numer. 13. p. 2.* maximè ſi plures ſimul junctæ fuerunt. Bene. *conſ. 72. n. 26. vol. 1.* Vultej. *3. conſ. Marp. 37. n. 162.* inde & inſolitæ clauſulæ omne negotium actumqve omnem reddere ſuſpectum. *can. qvisqvis. 1. diſtinct. 41.* Bald. *in l. ſi qvis 7. ff. de condit. inſtit.* & *lib. 2. F. tit. 27. in pr. n. 8. ibidemqve.* Matth. de Afflict. *qvos refert & ſeqvitur* Cæpol. *in tract. de ſimulat. contract. n. 18. verſ. nona præſumtio add.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 122. n. 67.* Bocer. *de inveſtit. feudi. cap. 4. n. 21.* Tiraq. *de retract. convent. in præfat. n. 71.* ſuſpicionemqve parere dicuntur. Cravett. *conſ. 355. num. 10.* & *conſ. 494. n. 25. vol. 3.* Joh. de Seſe *Regni Arragon. deciſ. 118. num. 17.*

Limita: Cives collectis inſolitis onerari poſſunt ob imminentem neceſitatem Brunnem. *ad l. 2. C. de immun. nem. conced. in fin.*

IV.

Inſolita pacta probanda ſunt ab eo, qvi pacta inſolita allegat. Jacob. de S. Georg. *in §. qvi qvidem inveſtiti. n. 65. verſ. in dubio.* Pacian. *conſ. 104. n. 5.*

CAP. XCI.

De Inſpectore, Inſpectione.

Axioma I.

Si cujus bona profeſione factâ ſunt ſterilia, ut iis frui neqveat, eo caſu inſpector mittendus, qvi cenſum emendet prædiis inſpectis, item qvi referat qvænam prædia ſint malè cenſa, qvæ facta ſterilia &c. Perez. *ad Cod. de Cenſib. & Cenſitor. & peræqvator. & Inſpector. n. 6.*

II.

Inſpectio cadaveris ſpectat ad corpus delicti indagandum. *Claſen. ad ordin. Crim. p. 642.* adeoqve ſi ea omiſſa fuerit, pœna ordinaria adhiberi neqvit, qvæ verò ad talem inſpectionem reqvirantur, vid. Carpz. *Pract. Crim. P. 1. q. 26. n. 91. ſeqq.* Claſen. *d. l. p. 643. ſeq.*

CAP. XCII.

De Inſtantia Logica.

Inſtantia data corruit argumentum. *c. venerabilem, 34. ubi præcipue* Bald. *extra de Elect.* Bart. *in l. interdum in pr. ff. de condict. in deb.* Farin. *1. conſ. crim. 50. n. 40.* Unde ad tollendam conſequentiam ſufficit etiam unam Inſtantiam dare, *cap. ſicut urgeri. 1. q. 1.* Crot. *in l. Gallus. §. & qvid ſi. col. 37. ff. de liber. & poſth.* Pacian. *conſ. 33. numero 15.*

Qvod verum intellige, qvando inſtantia eſt ſuper ratione illius, de qvo qværitur, Jaſ. *in l. creditor. col. fin. ff. de oper. nov. nunc.* Alciat. *in l. credit. autem verb. ſimilis. ff. de V. S.*

CAP. XCIII.

De Inſtantia judiciali.

Axioma I.

Inſtantia finita finitur judicis officium, *l. 4. C. depoſ. per ea qvæ allegat* Bald. *in l. litigator. n. 5. in pr. & l. judex. de re judic.* Weſenb. *1. conſ. 6. n. 114.* Hinc inſtantia perempta omnia acta perire dicuntur. *l. cum lite mortua ff. judic. ſolv.* Dec. *in l. 2. C. de edend. n. 53.* Ruin. *conſ. 89. n. 5. lib. 1.* Socin. jun. *conſil. 132. n. 2. lib. 2.* Bald. *in l. 2. n. 5. in fin. C. 2. de formul. ſublat. l. C. de fructib. & lit. expenſ.* Gail. *1. obſ. 67. n. 3.* Vult. *1. conſ. 15. n. 20.* Intellige verum de judiciis ordinatoriis, non vero deciſoriis, ut ſunt dicta teſtium. Bart. *in d. l. cum lite. n. 5.* Abb. *in cap. cauſam 1. de teſtib.* Ruin. *d. conſ. n. 5.* Menoch. *de recup. proceſſ. remed. 1. n. 230.*

II.

Inſtantia perempta vitium legitioſi non attenditur, *l. 2. ibi lite nihilominus. C. de litigios.* Bart. *in l. 1. §. fin. ff. eod. DD. in l. poſtqvam liti Cod. de pact. l. cum mota, C. de tranſact.* Natt. *conſ. 2. cum aliis auctoritatib. in hanc ſententiam adductis per* Cravett. *conſ. 279.* Cacheran. *deciſ. 144.* Tob. Non. *conſ. 78.* qvi loqvitur de inſtantia per ſententiam perempta, etiam in caſu, qvod de executione ejusdem ſententiæ etiamnum diſceptatur, *vid.* Hartm. Piſtor. *1. qvæſt. 40. n. 14.*

III.

Inſtantia prima nemini adimenda. Carpz. *Proc. Jur. Tit. 3. art. 4. n. 71.* ei tamen renunciari poteſt, Mev. *P. 2. dec. 376. n. 7.* Eamqve non opponens tacitè Jurisdictionem prorogat. Mev. *ibid. num. 9.*

IV.

Inſtantiæ peremtio hoc tantùm efficit, ut acta illius litis circumducantur, non etiam ut ipſa cauſa ſive effectus pereat. Carpz. *L. 3. tit. 4. Reſp. 36. num. 12.*

V.

Inſtantia cauſæ principalis triennio finitur, *l. properandum. 13. in pr. Cod. de judic.* qvod verum intellige in civilibus, ſecus in criminalibus, cum

in

in his biennii spatio pereat, *d. l. 13. in fin. l. fin. C. ut intr. cert. temp. crim. qvæst. termin. de qvâ vid.* Gram. *vot. 31.*

Amplia primo, qvod procedat non solum in causis, qvibus non modo per viam actionis vel accusationis, verum etiam ubi per inqvisitionem proceditur. Bald. *in d. l. properandum, pr. col. 3. incip. Tunc instantia.*

Amplia secundo in causis, qvibus per officium judicis procedi solet, *cap. venerabilis de judic.* qvinimo & in causis executivis & instrumentalibus, qvibus executio parata est, locum habere perhibent Roman. *cons. 174.* Socin. *cons. 95. vol. 1.* Felin. *in d. c. venerabilis, in fin.* Alex. *cons. 50. vol. 2.*

Amplia tertio, obtinere non tantum coram judice ordinario, verum etiam delegato, *d. l. properandum. ibi sed omnes judices.* An & coram arbitro, *vid.* Marant. *de ord. judic. p. 5. n. 10.*

Amplia qvarto, procedere etiamsi litigator pendente lite moriatur. *l. heres absens, l. si petitor. l. si qvi Romæ, ff. de judic. l. si cum hominem ibiqve* Bart. & Joh. de Imol. *ff. de fidejus.* Maria. Socin. *in cap. qvia V. de judic.*

Limita primo, axioma verum esse de jure civili, non vero Canonico, ut qvæ vigore illius nunqvam pereat. Panorm. & Dd. *in c. venerabilem & c. fin. de judic.* Alex. *cons. 23. col. 1. vol. 3.* Diaz. *reg. 228.* Sebast. Vant. *in tract. de nullitat. tit. de nullit. ex defect. jurisdict. & und. ac qvib. mod. n. 126.* Eman. Soarez. *in suis commun. concl. tit. 1. n. 113.*

Limita secundo, non procedere qvando causa ventilatur in consistorio Principis. Bald. *cons. 217. col. fin. vol. 3. per Auth. sed lis. C. de temp. appellat.* vid. tamen Matth. de Afflict. *cons. Neapolit. 283.* his addi possunt & eæ, qvas adducunt Robert. Marant. *d. p. 5. d. ord. judic. &* Laurent. Tennin. de Rodolph. *in tract. cautel. caut. 18. n. 5. ubi vid.*

CAP. XCIV.

De Institore.

Axioma I.

Qvousqve qvis Institorem præposuit negotio, eousqve etiam ejus factum præstare tenetur, qvia præpositio dat legem contrahentibus *l. 1. §. 12. ff. de exerc. act.* Non igitur tenetur qvi aliqvem præposuit frumento emendo, si hic etiam emat vinum. plura vid. *in d. l. 1. §. 7. & 12.*

II.

Qvoties institor simpliciter contrahit, toties acqvirit præponenti.

Ratio, qvia unusqvisqve ita contraxisse præsumitur, sicuti contrahere debebat.

Limita: ut procedat, modò alter contrahentium sciverit ipsum ab alio mandatum habere; sic enim institor, etiamsi tacitè sibi acqvirere velit, nihilominus acqvirit præponenti, uti intelligenda *l. 13. ff. de donat.* qvia propositum in mente retentum nihil operatur *l. 7. C. de Condict. ob caus. dat.* Et plus valet qvod agitur qvàm qvod simulatè concipitur. Rubr. *Cod. plus valere qvod ag.*

III.

Qvoties institor expressè suo nomine contrahit, toties principali non acqvirit, sed nihil agit *l. 37. §. fin. ff. de A. R. D.*

Ratio: qvia multa expressa nocent, qvæ non expressa non nocent; procurator igitur, dum sibi non potuit, mihi verò noluit possessionem acqvirere, nihil agit. Ita ergò si procurator à me missus, ut sibi meo nomine rem tradi curet, & Procurator suo nomine tradi sibi petat, nihil agit. *d. l. 37.*

IV.

Institor generale habens mandatum potest per chirographum obligare dominum; non verò minister aut scriba. *Stracha de mercat. tit. mand. n. 4.* Literas tamen cambii institor absqve speciali mandato acceptare neqvit. add. Joh. Herm. Stamm. *de servit. person. lib. 2. c. 19. seq.*

CAP. XCV.

De Institutione Heredis.

conf. Tit. de herede.

Non temerè bona nostra relinqvamus iis, qvos suspicamur ea per luxum statim consumptura, nec iis qvos odio proseqvimur, sed potius eorum liberis, *l. 3. §. 8. de minor. l. 25. C. de inoff. testam. l. pen. si tab. test. nullæ extab. ubi* Cujac. *lib. 6. resp. Papin.*

CAP. XCVI.

De Instrumento.

Axioma I.

Instrumentum qvod verbis non dicit nec nos supplere debemus. Bald. *in l. lecta in 2. opposit. si cert. pet. l. inqvisito, num. 2. C. de solut. l. neqve C. de probat.* Rodolph. *col. 2. de rescript. & cons. 297. col. 8. vol. 1.* Jas. *cons. 159. num. 2. & cons. 220. vol. 2.* Vult. *3. consil. Marp. 31. n. 8.* Wesenb. *1. cons. 15. num. 42. & cons. 22. n. 5.* Instrumentum enim est stricti juris. Idem, *in parat. n. 7. ff. de fid. instrum.* Umm. *disp. ad proces. 17. th. 9. n. 43.* Unde dici consvevit, instrumentum qvod non cantat, nec nos cantare debere, ut Gutierez. *5. pract. qvæst. 62. n. 17.* Wesenb. *cons. 2. n. 29. cons. 15. n. 7. & 42. cons. 39. n. 5.* Pruckman. *1. cons. 14. n. 92.* Cothman. *cons. 5. n. 68. & seq.* ideoqve nec extenditur ad res & personas in ea non nominatas. *l. ad probationem, 21. ubi* Bald. *de probat.* Bart. *in l. admonendi. n. 32. ff. de jurejur.* Socin. *consil. 39. visis. n. 10. vol. 1.* Wesenb. *1. cons. 4. n. 31.* qvia illud solum probat qvod corporis oculis legitur qvodqve tenor illius demonstrat, *d. l. ad probationem. l. 1. ff. de his qvæ in testam. delentur.* Francisc. Bursat. *cons. 205. n. 1.* nec inter partes creditur, qvod instrumento omissum est. Bald. *in d. l. ad probationem.* Cravett. *cons. 630. n. 2. vers. actum enim.* Gœdd. *1. cons. Marp. 26. n. 10.*

Declara verum, qvando sit super materia stricta veluti transactione & pacto, non etiam qvoties apponitur contractui bonæ fidei. VVesenb. *2. cons. 51. n. 56.* cum enim instrumentum sit accessio tantum contractus, cui apponitur, *l. 4. de pignor.* ideoqve naturam contractus induere dicitur cui apponitur. *4. ff. de Usur.*

II.

Instrumentum probatio probata & veritas

apparens dicitur. Bald. *in l. Imperator n. 10. ff. de ſtat. hom.* Bart. *in l. 1. n. 8. ff. de nov. oper. nunc.* Hyppolit. *in rubr. C. de probat. n. 3.* Joſeph. Ludov. *deciſ. 50. n. 5. deciſ. 26. n. 13. & deciſ. 82. n. 3.* Vult. *3. conſ. Marp. 35. n. 60.* Dec. *in l. cum precibus. C. de probat.* Specul. *de inſtrum. edit. §. reſtat. verſ. ſed pone.* Bald. *ad l. qvoties. C. de judic. in fin. & ad l. ſipupillo. C. de uſur.* Tiber. Decian. *reſp. 66. n. 9. vol. 3. & reſp. 55. n. 6. vol. 5.* Alex. *conſ. 37. n. 16. vol. 2.* Cravett. *conſ. 10. n. 17.* inducit enim rem liqvidam & evidentem, prout ajunt Bald. *in l. qvoties. C. de judic.* Alex. *conſ. 109. n. 5. vol. 2. & conſ. 135. n. 5. vol. 6.* Pariſ. *conſ. 110. n. 95. vol. 1.* ac facit rem clariſſimam atqve apertiſſimam Jaſ. *ad. l. 1. n. 10. ff. de nov. oper. nunc.* Menoch. *conſ. 7. n. 4. conſ. 348. n. 1.* Tiber. Decian. *reſponſ. 55. n. 6.* Carpzov. *p. 2. conſtit. 43. defin. 7. n. 3.* maxime in antiqvis. Innocent. *ad cap. 1. extr. de probat. per c. videtur. extr. qvi matrimon. accuſ. poſſ.* Joh. Gallien. *conſ. 2. Feud. varior. n. 6. cum ſeqq.* Johan. Gœdd. *3. conſ. Marp. 32. n. 202.* nec diſceptatione fori indiget. Bald. *in l. Imperator. col. 1. ff. de ſtat. hom.* Panorm. & Dd. *in c. cum olim. de cenſib. & cap. cum dilecti notab. 1. de donat.* Innocent. *in cap. ex inſinuatione. de appellat.* Bart. *in l. 1. §. ſi qvis neget. ff. qvemad. teſtam. aper.* Jaſ. *in l. jurisgentium. §. qvod fere. n. 2.* Angel. *in l. intereſt. not. ult. C. de ſolut.* Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 3. præſ. 13. n. 7. & ſeq.* Cacheran. *deciſ. Pedemont. 117. n. 1.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Perus. 26. n. 13. deciſ. 50. n. 5. & deciſ. 82. num. 3.* idemqve conſulendo adſtipulantur. Decius *conſ. 36. num. 2. & conſ. 118. in princ.* Alex. *conſ. 33. n. 4. vol. 3.* Bald. *conſ. 400. vol. 5.* Curt. Jun. *conſ. 64. n. 4. & conſ. 109. n. 20.* Cravett. *conſ. 31. n. 7.* Roland. à Valle *conſ. 85. n. 38. vol. 1. conſ. 6. n. 18. conſ. 57. n. 4. vol. 3. conſ. 47. n. 13. & conſ. 49. n. 4. vol. 4.* Decian. *conſ. 66. n. 59. & ſeq. vol. 1. conſ. 72. n. 4. vol. 2.* Burſat. *conſ. 82. n. 10. vol. 2.* Cephal. *conſ. 218. n. 1. vol. 2.* qvapropter inſtrumenta notorium inducere reſponderunt Bart. *in l. 1. in pr. n. 8. ibidemq;.* Jaſ. *n. 20. de nov. oper. nunc.* Menoch. *de recup. poſſ. remed. 1. n. 223.* Maſcard. *de probat. vol 2. concl. 1106. n. 19.* Bald. *in l. Imperator. col. 2. ff. de ſtat. hom.* Tiraq. *de retract.. lignag. §. 2. gl. 1. n. 20.* Natt. *conſ. 51. n. 9. vol. 1.* Purpurat. *conſ. 490. num. 1.*

III.

Pro veritate inſtrumenti ſemper præſumitur. *l. cum precibus. 18. C. de probat. l. deſiderium. 7. C. depoſiti. c. cum dilecto. 6. extr. de donat. c. licet. 9. extr. de probat.* Novell. *reg. 120.* Roland. à Vall. *conſ. 9. n. 15. conſ. 61. n. 28. vol. 1. conſ. 85. n. 37. & ſeqq. conſ. 89. num. 1. eod. vol. conſ. 40. n. 7. conſ. 58. n. 6. conſ. 63. n. 1. lib. 4. & conſ. 96. n. 17.* Anchar. Regiens. *qvæſt. 3. n. 16. p. 2.* Herculan. *in tract. de negativ. n. 150.* Cephal. *conſ. 4. n. 19. conſ. 109. n. 5. lib. 1. conſ. 287. n. 1. & conſ. 261. n. 5.* Ludov. *deciſ. Lucenſ. n. 7.* Bart. *in l. qvod ſi nepotes. ff. de teſtam. tutel. qvem ſeqvitur* Alciat. *conſ. 22. lib. 8. Tom. 3.* Regner. Sixtin. *2. conſ. Marp. 8. n. 34.* niſi argumentis luce meridiana clarioribus contrarium probetur. *d. l. cum precibus. 18.* maximè ubi judex intervenerit. Curt. *in tract. de teſtib. concl. 42.* Salicet. *in l. ſi qvis decurio. C. de falſ.* Sebaſt. Montic. *de inventar. hered. §. 7. n. 31.* Thomas Maſo. *in ſpecul. Notar. publ. ſpecul. 3. n. 23.* Ubi enim eſt inſtrumentum, illic cenſetur eſſe caſus Legis, ut ex Bald. tradit Cravett. *conſ. 31. n. 7.* Bertazol. *1. conſult. deciſ. conſ. 1. n. 7.* Tiraq. *in tract. de retract. tit. 1. cap. 2. gl. 1. n. 20.* de qvo nec dubitandum ſicut nec de caſu Legis dubitari ſolet. Bald. *conſ. 215. col. 2. vol. 2.* Roland. à Vall. *conſ. 57. n. 4. vol. 3. & conſ. 46. n. 2. vol. 2.* Vult. *3. conſ. Marp. 18. n. 84.* adeo ut ille, qvi inſtrumentum pro ſe habet, habere dicatur, Tangere me noli, prout poſt Baldum perhibent Cravett. *conſ. 31. in fin.* Roland. à Vall. *conſ. 100. n. 4. vol. 4.* Cephal. *conſ. 109. n. 9. vol. 1* & ad hoc infinita alia accumulat Tiraq. *de retract. conſanguin. §. 2. gl. 1. n. 20.* qvibus aſſentiunt Schrader. *in tract. de feud. p. 10. ſect. 12. n. 14.* & Weſenb. *conſ. 34. num. 36.* ubi ait, hanc probationis formam, qvæ fit per inſtrumenta publica, probationem eſſe optimam ac expeditiſſimam, utpote per qvæ probatio in continenti fieri dicatur, cum teſtium productio moras dilationesqve reqvirat. Bart. *in l. ille à qvo §. ſi de teſtamento. ff. ad SC. Trebell.* Panorm. *in c. cum contingat. de offic. deleg.* Menoch. *1. conſ. 7. n. 4.* Unde & is intentionem ſuam habere fundatam dicitur, qvi inſtrumentum publicum pro ſe habet. Dec. *conſ. 307.* Socin. *conſ. 93. num. 16. vol. 3.* Roland. à Vall. *conſ. 61. n. 2. vol. 1.* inſtrumento qve publico creditur, donec contrarium probetur. *l. generaliter. 13. C. de non numer. pec. l. optimam. 14. C. de contrab. ſtipul. &* probat usqve dũ de defectu ſolennitatis non opponatur Imol. *in cap. cum dilectus. n. 20. in fin. de conſvet.* Felin. *in cap. ſicut. de ſentent. & rejudic. n. 28.* Matthæſil. *ſing. 12. incip. nota qvod* vid. & Gail. *2. obſ. 71. n. 6.* qvin imo Inſtrumentum non tantum veritatis, ſed tres omnino dicitur habere præſumptiones, ſcil. qvod ſit ſolenne, qvòd ſit verum, & qvod ſit conſenſu partium perfectum, *gl. in l. juris gentium. §. qvod ferè & ibid.* Jaſon. *n. 1. de pact.* Dd. *in cap. ad audientiam de præſcript. & præter hos* Gœdd. *1. conſ. 28. n. 48. latè* Cothman. *1. reſp. 18. n. 2. & ſeqq.* Cotta *in memorabil. verb. inſtrumentum præſumitur.* Nevizan. *lib. 6. ſylv. Nupt. n. 47. verſ. item in dubio.* Bald. *conſ. 59. vol. 3.* Dec. *conſ. 36. n. 6.* Socin. jun. *conſ. 189. n. 14. vol. 2. Rol.* à Vall. *conſ. 96. n. 11. vol. 2.* Vult. *3. conſ. Marp. 21. n. 168.*

Declara primò, procedere dummodo inſtrumentum habeat ſua ſolennia & ſit validum, aliàs ſecus. Socin. *in tract. regular. reg. 351.* Roland. à Vall. *conſ. 63. n. 45. lib. 4. & conſ. 55. n. 9. eod. lib.*

Declara ſecundo, obtinere dummodo contra inſtrumenta nihil opponatur, ſecus ſi opponatur, qvia, donec ſuper validitate inſtrumenti diſcutitur, inſtrumentum nullam fidem faciet, prout declarat Oſaſch. *deciſ. Pedem. 129. n. 7. & poſt eum* Farin. *1. conſ. 11. n. 20. in addit. lit. B.*

IV.

Inſtrumenta de jure communi non habent paratam executionem. Bart. Bald. & Dd. communiter in *l. minor. 25. annis cui fideicommiſſum. in pr. ff. de minor.* Alex. *in l. ſi cum Domino. §. eo autem*

autem tempore. n. 6. ff. solut. matrim. Boer. decis. Burdegalens. 295. n. 5. p. 5. qvam juris esse regulam affirmat Menoch. cons. 180. num. 36. vol. 2. atqve ex ea infert Bursat. cons. 357. num. 1. vol. 4. Eum qvi ex instrumento sive testamento vult agere via ordinariâ agere teneri, ac perhibet Coler. proceſſ. executiv. p. 3. c. 2. n. 1. illam concluſionem qvaſi generalem esse, qvod obligationes, item inſtrumenta qvantumcunqve fide digna regulariter no habeant paratam executionem, ſed ab actione, propoſito videlicet ordinario libello proceſſus inchoandus ſit. per Dd. ibid. allegatos. qvibus accedunt Modeſt. Piſtor. conſ. 60. n. 32. vol. 1. & Weſenb. conſ. 14. n. 55. Ubi ait, jure communi inſtrumenta non esse guarentigiata ut illis nihil opponi poſsit, ſed qvod admittant qvaſlibet exceptiones, qvibus teſtes ac alia inſtrumenta poſſunt coargui, qvod & confirmat Scaccia l. 1. de judic. cauſ. civil. c. 62. n. 1. id etiam de inſtrumento publico verum esse, & hanc esse communem Dd. ſententiam atteſtantur Roder Sarez. in l. poſtrem judicatam. verb. ſecutus veſtigia. num. 6. Em. Soarez. in theſaur. comm. opin. verb. teſtam. Franciſc. Borch. conſ. 17. n. 2. vol. 1. Teſſaur. deciſ. Pedem. 26. n. 1. iniqve tantum procedere de jure ait Angelus de Perus. relatus à Coler. dict. loc. ut etiam dixerit esse contra omnia jura mundi, qvod inſtrumenta paratam habeant executionem: hinc ille qvi vult agere ex inſtrumento via executiva, prius probare debet illud inſtrumentum esse executivum. Bart. in l. Divus. n. 1. ff. de teſtam. milit. & in l. 1. §. parvi. n. 2. ff. qvod vi aut clam. Dec. conſ. 10. num. 7. & conſ. 458. n. 1. idemqve multis comprobat Sebaſt. Vant. ſub tit. qvis poſſit dicere de nullitate. n. 40. neqve enim probat inſtrumentum anteqvam de ejus juribus ſit diſcuſſum. Imol. in l. 1. n. 8. de oper. nov. nunc. & ibid. Jaſ. col. 6. & donec diſputatur de fide & validitate inſtrumenti, non poteſt illud habere aliqvam virtutem vel effectum, ſed oportet prius esse deciſum, validitatem continere, ut virtutem & effectum parere poſsit. Socin. conſ. 97. in fin. vol. 1. Rol. à Vall. conſ. 57. n. 30. vol. 3. Cephal. conſ. 627. n. 7. & conſ. 768. n. 12. vol. 3. Inſtrumentum ſiqvidem diſputabile execut. non meretur ut multis perſeq. Menoch. de arbitr. jud. qvæſt. lib. 2. caſu 12. numero 4. in fin. & notabiliter ait Coler. de proceſſ. executiv. p. 3. c. 1. num. 55. Super Inſtrumento dubitabili, de qvo judex probabiliter ambigit, an mereatur paratam executionem, conſultius esse ceſſare interim ipſum à præcepto executivo, donec ſuper eo audiantur partes, cum talis probatio inſtrumentalis, ſuper qva denuo inter litigatores diſputandum eſt, neqveat dici probatio in continenti oblata, eodemqve faciunt tradita ab eodem Coler. p. 4. de proceſſ. Execut. c. 1. n. 18. ubi vid. Unde qvando ſtatutum tribuit hanc vim inſtrumentis ut paratam executionem habeant, illud intelligendum erit de inſtrumentis claris & liqvidis, qvibus nihil vel in formâ vel materia opponi poſsit. Bart. in l. proinde in fin. ff. ad L. Aqvil. Alex. in l. item qvia ff. de pact. & conſ. 188. col. 2. vol. 2. & conſ. 33. n. 7. vol. 6. Socin. ſen. conſ. 51. col. 1. & conſ. 120. col. 5. vol. 1. Ruin. conſ. 152. numero 9. vol. 4. & conſ. 2. in fin. vol. 5. Dec. conſ. 322. numero 3. & conſ. 682. num. 9. Socin. jun. conſ. 187. n. 78. vol. 2. Cephal. conſ. 204. numero 5. vol. 2. Mynſ. 2. obſ. 6. his add. & relatæ à Sigismund. Scacc. d. c. 62. num. 30. ubi vid. pl.

V.

Qvæcunqve ſcriptura à ſcribente eſt recognita, ea dicitur guarentigiata, qvia per recognitionem id, qvod in ſcripturâ continetur, fit confeſſatum & liqvidum, inſtrumenta verò liqvida ſunt guarentigiata. Exemplum in Chartâ blancâ recognitâ habet. Carpz. in Proc. Tit. 22. art. 1. numero 40.

VI.

Qvæcunqve exceptio eſt peremtoria & in continenti probari poteſt, illa opponi poteſt Inſtrumento guarentigiato. Ratio: qvia ejusmodi exceptio impedit paratam Executionem, ad qvam decernendam ex inſtrumento guarentigiato oritur. Et exceptio peremtoria tollit actionem, ſublatâ verò actione nemo eſt condemnandus.

Exempl. tales exceptiones ſunt ſolutionis, compenſationis, uſurariæ pravitatis, ſimulationis, ſenatus Conſulti Macedoniani, Excuſſionis ſeu ordinis, Erroris Calculi, non numeratæ pecuniæ, implementi non ſecuti ſeu contractus non adimpleti. Coler. de proceſſ. Exec. P. 4. Cap. 1. n. 48. ſeqq. Berl. P. 1. Concl. 84.

VII.

Contra Inſtrumentum non admittitur probatio niſi per inſtrumentum, non per teſtes. Amplia: etiamſi partim per hos & illud fieri velit. Limita: (1.) niſi probatio per teſtes principaliter reſpiciat inſtrumentum: ſed acceſſoriè, veluti ſi reſpiciat qvalitatem rei contentæ in inſtrumento. (2.) admittitur contra præſumtionem reſultantem ex inſtrumento. Acac. Anton. de Ripoll. var. Reſol. c. 4. n. 166.

VIII.

Inſtrumenta debent esse apud eum, ad qvem pertinent. l. ſi qvis ex argentariis. 6. §. 5. verſ. pertinere ff. de edend. Carpzov. p. 2. jurispr. forenſ. conſtit. 33. defin. 18. num. 6. confer. l. ult. C. de fid. inſtr.

IX.

Inſtrumenti defectus veritatem non immutat. l. 1. l. 4. l. 6. cum ſex ſeqq. C. de fide inſtr. Weſenb. 1. Conſ. 9. n. 29.

X.

Inſtrumentum ad aliud ſe referens, absqve relati productione nil probat. Auth. ſi qvis in alio. C. de edend. ubi Bald. numero 7. Maſc. de probat. concl. 923. numero 1. vol. 2. Vult. 1. conſil. Marp. 28. num. 69.

Declara verum, ſi nimirum inter alias perſonas probatio fiat; Inſtrumentum enim referens ſe ad aliud inter easdem perſonas, inter qvas confectum eſt, probat, etiam absq; relati productione. l. optimam. 14. in med. C. de contrab. ſtipul. qvin & inter alias perſonas probat, ſi continent claram facti narrationem in inſtrumento relato contentam. Felin. in cap. Epiſtolæ verbis. extr. de probat. n. 26. Matth. Berlich. p. 1. concl. 43. n. 14. Matth. Coler. de proceſſ. Execut. p. 3. cap. 1. n. 56. & ſeqq. ubi ponit plures limitationes. Unde & in inſtrumen-

tis ultimæ voluntatis aliter rem se habere docet Dan. Moller. *lib. 5. semestr. 84. vid.* Carpzov. *p. 1. constit. 17. defin. 4. n. 9.* item qvando contineret orationem, certam rem & dispositionem plenam, seu id expresè & specificè continet, qvod in relato continebatur. *arg. l. 3. C. de fals.* Mascard. *d. concl. n. 6.*

XI.

Instrumentum productum in judicio, censetur per producentem approbatum Carol. Molin. *in consvetud. Paris. p. 1. §. 5. n. 36.* Felin. *in c. examinata. 15. n. 2. extr. de judic.* Matth. de Afflict. *decis. 14. n. 14.* Dan. Moller. *1. semest. 22.* nisi producatur cum protestatione, se velle eo uti non aliter, qvam in qvantum pro se faciat. Moller. *d. 22. n. 5.* Felin. *in c. imputari. extr. de fid. instrum.* Matth. Coler. *de proces. execut. p. 3. c. 8. num. 62.* Pract. Papiens. *in form. product. instrum. §. in illis casibus. n. 1.* Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 45. n. 21.* Carpzov. *p. 1. constit. 17. defin. 7. n. 4. adde infr. h. ax. XI.*

XII.

Qvoties ante litem contestatam admittitur probatio, toties eo tempore etiam admittitur instrumenti productio, qvia per Instrumentum etiam fit probatio.

Exempl. sicuti igitur ad Actorem à limine judicii repellendum admittitur ante litem probatio, admittitur etiam Instrumentum. vid. Carpz. *in Proces. Tit. 14. art. 1. n. 56.*

XIII.

Qvicunqve in judicio agit, ille reo omnia instrumenta edere tenetur *l. 1. §. 3. ff. de edend.* Qvia reo via defensionis non est deneganda; defendere verò se haud posset, si copiæ instrumentorum ipsi denegarentur.

Declara, ut procedat, qvoties reus instrumenta petit ad excipiendum. Secus si ad reconveniendum.

XIV.

Omissa productio Instrumenti nocet, licet sit Instrumentum noviter repertum. *l. 35. ff. de Re Jud.*

Limita: (1.) si sententia lata fuit adversus fiscum eò qvod omissum sit Instrumentum in fisci favorem confectum, & culpâ illius vel ejus advocati non fuit in judicio productum; qvod si de novo reperiatur & producatur, jure speciali sententia retractatur ex nudâ allegatione intra triennium. *Perez. C. de sentent. adverf. fisc. n. 2.* (2.) Sententia ob noviter reperta instrumenta retractatur in causis publicis, Civitatum, Ecclesiæ, privilegiatarum personarum, Perez. *ibid. num. 4.*

XV.

Instrumenta originalia producenda sunt, non Exempla. Hinc sacra probatoria non in Exemplo sed in authentico offerenda, ne dolus vel fraus possit annecti. Brunnem. *C. de divers. offic. col. 4. vid.* Covarruv. *Pract. qvæst. cap. 21.* Gabriel. *de Parexa de Instrum. Edit. Part. 1. Tit. 1. Resol. 3. §. 3.*

XVI.

Instrumentum non nocet ei, qvi se in eo non obligavit. *l. ad probationem. 22. ubi* Bald. *n. 1. & 2. C. de probat.* Wesenb. *1. cons. 42. n. 40.* Unde sicut instrumentum inter alios factum tertio non præjudicat aut nocet, ita nec contra tertium qvid probabit aut fidem faciet, ex eadem ratione, qvod res inter alios acta aliis nocere aut præjudicare non debeat, per doctrinam Cyni. *in l. antiqvæ. q. 3. C. ad SC. Vellej. qvem seqvitur* Speculat. *sub tit. de instrum. edit. §. nunqvam & sub tit. de locat. §. nunc vero vers. qvinqvagesimo septimo* à Menoch. allegatus. *2. arbitr. jud. cas. 91. in fin.* qvibus assentiunt Francisc. Viv. *decis. Neapolit. 342. num. 1.* Wesenb. *1. cons. 12. n. 44. per text. in l. exemplo. 7. & l. rationes. 6. C. de probat.* ubi dicitur, nemini scribenti credi pro se contra tertium. Idqve tam esse verum, qvod instrumentum non probet inter personas alias, qvam inter qvas est factum, ut tertio non tantum non noceat, sed etiam non prosit, refert Bart. *in l. admonendi. num. 32. vers. item qværo si instrumentum.* Sic Instrumentum venditionis non probat venditorem fuisse Dominum illius rei à se venditæ, qvando is venditor vel ejus heres rei vindicatione agit non contra emptorem sed contra tertium, qvi ab illo emptore causam habuit. *juxta gl.* & Bald. *in l. si qvis conductionis. C. de locat.* Bart. *in l. ita ut si fur. ff. commod.* Corn. *cons. 219. n. 7. vol. 1.* qvando in consilio Neapolitano decisum fuisse refert Afflict. *decis. 40. n. 3. vers. sed profecto.* Similiter instrumentum locationis & conductionis rei fidem solum facit inter conductorem & locatorem, non etiam contra tertium. Socin. sen. *cons. 89. n. 16. vers. concurrit & instrum. vol. 1.* Curt. jun. *cons. 158. n. 16. vol. 1.* Afflict. *decis. Neapol. 331. n. 7. qvem seqvitur* Masc. *de probat. vol. 1. concl. 521. n. 5.* Sic liber officialis, cui publica tributa est fides, probat qvidem inter officialem & eum, cum qvo negotium gestum est, non autem contra tertium. Imol. *cons. 96. in fin. Alex. cons. 36. vol. 5. qvos seqvitur* Menoch. *d. cas. 91. in fin.* idemq; decidit Boer. *decis. Burdegal. 105. n. 13. & post eum* Masc. *de probat. vol. 1. concl. 542. n. 1.* ita litteras & concessiones Principum contra tertium non probare deducit Cravet. *in tract. de antiq. temp. p. 1. §. 3.* ita nec investituras (qvæ alioqvin inter Dominum & Vasallum probat,) qvicqvam contra tertium probare affirmat Dec. *cons. 468. n. 26. vid. &* Castr. *cons. 72. n. 2. vol. 2.* Et hoc procedere etiam, cum versamur in antiqvis, ut ne tum qvidem instrumentum contra tertium probet, docet Cravett. *in tract. de antiq. temp. p. 1. n. 24. & seq. qvem refert* Menoch. *cons. 402. n. 17. vol. 5.* Observandum tamen, qvod sicut instrumentum contra scribentem probat. Aym. Cravett. *cons. 815. n. 14. vers. ceterum.* Speculat. *de instrum. edit. §. nunc dicendum restat. n. 5. 6. 7.* Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1294. n. 2. & vol. 1. concl. 109. n. 9. concl. 111. n. 20. & 22.* Castr. *n. 40. & 41.* Jas. *n. 76. & seq. & n. 90. 91. ad l. admonendi. ff. de jurejur. per l. Publia. 26. ff. depos. l. generaliter. 13. C. de non num. pecun.* add. Francisc. Bursat. *cons. 39. n. 26.* Henr. Bocer. *sing. 49. num. 4.* Mascard. *vol. 3. de probat. concl. 1032. num. 1. per gl. in l. si procuratorem. verb. intelligendum. ff. de procurat. & l. distrahente. C. de reb. alien. non alienand.* Ita etiam adversus

heredem

heredem ejus, heredisqve heredem ac singulares succesſores plenè probare dicitur. Johan. Baptiſt. de Plot. *in l. ſi qvando. n. 174. C. und. vi.* Aym. Cravett. *de antiq. temp. p. 1. §. viſo de Verbis Enunciativis. num. 2. 15. 16. per d. l. Publia. 26. §. fin. depoſ. Auth. contra qvi propriam. C. de non numer. pecun. l. cum de indebito. 25. in fin. ff. de probat.* Speculat. *in d. §. nunc dicendum. num. 5. cum ſeq.* Maſcard. *d. concl. 109. numero 3.* Ancharan. *lib. 2. qvæſt. 2. num. 22. non attento qvod.* Abb. & Dec. *num. 6. in c. 2. extr. de fid. Inſtrum.* ubi perhibent, in præjudicium tertii privatam ſcripturam etiam in antiqvis probare, moti ratione eâ, qvod non ſit in poteſtate debitoris præjudicare tertio, qvia hoc procedit qvoad tertium, qvi cauſam à debitore illo non habet, ſecus ſi ab eo cauſam ſuam poſt inſtrumentum conſtitutum acqviſitam accepit, prout explicat Aym. Cravett. *d. n. 2. 15. cum ſeq.* & probat Ancher. *d. q. 2. n. 22. lib. 2.* vel favor ejus aliud ſuadet, qvapropter ſicut inſtrumentum depoſiti inter alios celebratum probat. Gœdd. *1. conſ. Marp. 28. n. 34.* ita itidem inſtrumentum dotale fidem qvoqve inter omnes tertios faciet. Franciſc. *deciſ. 191. n. 2. lib. 1.* præſertim antiqvum, cujus magna cenſetur auctoritas. Bald. *in l. exemplo. C. de probat.* Innocent. *ad c. veniens. extr. de V. S.* Univerſ. Francofurt. *conſ. 31. num. 7. cum ſeqq. var. Ictor.* Corn. *conſ. 171. num. 9. & 18. & conſ. 333. num 14. vol. 1.*

XVII.

Inſtrumentum operatur qvantum pactum. *l. adverſus ubi gl. C. de Uſur.* Tiraq. *in LL. Connub. gl. 5. num 74. cum ſeqq.* VVeſenb. *1. conſ. 11. num. 13.*

XVIII.

Inſtrumenti parte aliqva qvi pro ſe utitur, patiatur & totum contra ſe valere in capitibus non diverſis. VVeſenb. *1. conſ. 2. n. 77.* Bart. & Dd. *in l. qvædam de edend. l. Publia. 26. §. fin. ff. depoſ. l. Aurelius. 28. §. idem qvæſiit. 12. de liberat. leg. Auth. ad hæc C. de fid. inſtrum.* VVeſenb. *in parat. qvod qvisq. jur. in al. ſtat. n. ult.* Dec. *n. 4. & Canoniſt. in c. 2. de fidejus.* Jaſ. *in l. admonendi. num. 129.* Ripa. *num. 123. &* Purpurat. *n. 205. de jurejur.* Inſtrumentum enim eſt individuum. Caſtrenſ. *in l. 1. n. 12. C. ſi adverſ. vendit.* & inſtrumentum ac jus qvod in eo continetur ſunt connexa viſu & intellectu. Bald. *in l. inſtrumenta. 24. n. 5. C. de fid. inſtr.* Unde non poteſt negare in eo ne dum diſpoſita, verum etiam tantum narrata, dato etiam qvod producat tantum in parte & in articulis pro ſe facientibus, nam & in aliis vice verſa contra ſe admittere debet. Cravett. *conſ. 201. n. 6.* adeo ut etiam illius verbis tantum enunciativis ſtare cogatur. Dec. *cap. cum venerabilis. col. 14. verſ. prædictâ concluſio. de Except.* Panor. *conſ. 52. lib. 2. in 2. dub. latè* Cravett. *conſ. 75. de Anno. num. 8. p. 1.*

XIX.

Inſtrumentum debet ſcribi literâ legibili, aliàs non probat. *Bart. in l. 1. C. de fid. inſtrum.* ita inſtrumentum diverſis literis vel in chartâ maculatâ ſcriptum eſt ſuſpectum. *Bart. in l. contractus. 17. C. eod.* ſicut etiam ſuſpicio inſtrumenti reſultat ex interlineaturâ & raſurâ. *Bald. in l. ſi unus 12. C. de teſtam.*

XX.

Inſtrumentum noctu factum valet. *Innocent. in cap. conſuluit. 24. X. de offic. deleg.*

XXI.

Inſtrumenti verba formam dant contractus. Bald. *in l. qvoties. 12. num. 4. de ſuis & legitim.* & obligationem conſtituunt. *l. non figura 38. de O. & A.* nec aliud intelligitur actum, qvam ſcriptura eſt expreſſum. *l. ult. ubi* Bald. & Salicet. *C. de falſ. cauſ. adject.* Bald. *conſ. 189. creditor. n. 3. vol. 2.* cui nec addi nec detrahi qvicqvam debet. Bald. *in l. lecta. 2. oppoſ. ſi cert. petat.* Weſenb. *1. conſ. 2. n. 25.* Unde qvod verbis inſtrumenti non continetur, pro omiſſo cenſendum erit. *l. ad probationem. 21. ubi* Bald. *C. de probat.* Weſenb. *1. conſ. 15. n. 7.*

XXII.

Inſtrumentum in conditionem conceptum, non poteſt executioni mitti, anteqvam ſpecificè conditio ſit impleta. Cravett. *conſ. 220. n. 10.* ne habet executionem paratam ante conditionem impletam, donec impletum eſſe probetur, etiamſi ex ſtatuto guarentigionatum. Bald. *in l. cum teſtamento. in fin. C. de teſtam. man.* Imol. Angel. *in l. fin. §. Titius. ff. de Vulg. & pupil.* Alex. *in l. qvi balneum. ff. qvi pot. in pign.* Nec enim eſt inſtrumentum liqvidum, anteqvam conditio ejus liqvidetur. Caſtr. & Alexand. *in l. item qvia. in pr. de pact.* Bald. *in l. ſi qvidem. numer. 3. C. de Except.* Alex. *conſ. 119. p. 1.* Weſenb. *1. conſ. 14. num. 91.*

XXIII.

Inſtrumenta publica nullam extraneam recipiunt interpretationem, ſed eam ex ipſiſſimis verbis deſumi neceſſe eſt *l. ad probationem 21. ubi* Bald. *C. de probat.* & ſecundum vulgarem regulam, qvod inſtrumentum non dicit, nec nos dicere debemus. Cothm. *2. conſ. 5. num. 68. & ſeq.* hinc qvod inſtrumentis & contractibus omiſſum eſt, pro non compoſito habetur. *l. 7. C. de condict. cauſ. dat.* Roland. à Valle. *2. conſ. 76. num. 23.* Schrader. *de feud. p. 10. ſect. 1. num. 130.* Klock. *de contribut. c. 16. ſect. num. 167. vid. ſupr. axiom. 1.*

XXIV.

Judex ſemper debet inſpicere Inſtrumenta antiqviora, & ſecundum ea de recentibus judicium facere, juxta monitum Sonsbeccii, qvod citat & laudat Vult. *2. F. 3. n. 22.* Nec alicui jus ex antiqvioribus litteris competens auferatur, latè Weſenb. *4. conſ. 193. n. 79.*

CAP. XCVII.

De Intellectu.

Axioma I.

Intellectu magis percipi qvædam, qvam elocutione exprimi poſſunt. *l. ratum. 13. ff. de ſolut.*

II.

Intellectus ſubauditus ſervandus non eſt, qvo

qvis ad malefaciendum invitatur, *l. 3. ibiqve gl. verb. voluntati. C. de Usur. l. qvia autem 6. in pr. ff. si qvis omiss. caus. testam. l. Titia. §. idem respondit. 1. ff. de V. O. l. servo alieno. 11. §. pen. l. eo tempore. 50. ff. de peculio.*

III.

Illud, qvod potest intelligi, habetur pro expresso. *l. fideicommissa. 11. §. si filio. 10. & ibi* Gothofr. *ff. de legat. 3.* Guid. Pap. *in sing. n. 989.*

IV.

Intellectus absurdus est vitandus. *l. nam absurdum. 7. ff. de bonis libert. l. 1. §. & restituendi. vers. unde qvaritur. ff. de publican. l. observare. 4. §. fin. ff. de officio Proconsul. cap. qvemadmodum. 25. de jurejur. cap. cùm inter. 5. de except. cap. dudum. 14. de præbend. lib. 6.* Prob. ad Monach. *in cap. generali. n. 18. cum seqq. de elect. in 6.* Valasc. *cons. 174. num. 11.* Garc. Gironda *de privilegiorum, seu exempt. explicat. n. 284.*

V.

Intellectus ille recipi debet, per qvem jura juribus concordantur, Alexand. *in l. si cùm dotem. §. maritus. num. 7. ff. soluto matrim.* Armendar. *in proœm. addit. ad recopilat. legum Navarræ. n. 60.*

VI.

Intellectus vitandus est, per qvem incidimus in superfluitatem, ut per Roland. *cons. 62. num. 5. vult.* Octav. Glorit. *resp. 1. p. 3. n. 123.*

CAP. XCIIX.

De Intempestivitate.

Intempestivè aliqvid agens de omni sinistro eventu tenetur. Hinc nauta minus idoneo sive hyberno tempore merces transvehens de naufragio obligatur, nisi consvetudo loci etiam hyberno tempore navigationem indulgeat. *Brunem. ad l. 3. C. de naufrag. n. 4.*

CAP. XCIX.

De Intentione.

Axioma I.

Intentione contrahentium ex qvalitate rei & pretio dignoscitur. Roman. *in l. divortio. §. qvod in anno. solut. matr. per text. in l. cum fundo. §. uxor viro. de jure dot.* Ubi pretium discernit, an de omnibus fructibus anni in simplici venditione fructuum alicujus prædii, an vero de primis fructibus tantum, cum binos vel plures in anno producant, actum fuerit. Simile qvid adducit *gl. in l. 1. §. 1. verb. agendo. de superfic.* ubi pretium facit discerni contractum. *add.* Pantschman. *1. qvæst. pract. 21. n. 23.*

II.

Intentio non verbis, sed verba intentioni servire debent. *cap. intelligentia. 6. c. in his. 15. de V. S. c. humanæ aures. 11. 22. qvæst. 5. c. sedulo. 12. distinct. 38.* Vult. *1. cons. Marp. 15. num. 45.*

III.

Intentionis suæ fundamentum qvilibet probare tenetur *l. actor. 23. C. de probationib. l. qvi accusare. 4. C. de edendo.* Joseph. Ludov. *tom. 3. commun. opinion. concl. unic. sub tit. de probation.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. actor. 3.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. 70. num. 15. & resol. 106. numero 21. & lib. 3. resol. 1. num. 13. resol. 9. num. 9.* Cæs. Argel. *de contradict. legit. qvæst. 113. n. 64.* (Paris. *cons. 38. num. 16. vol. 1. alleg.* Bald. *in cons. 229.* Bero. *cons. 141. In causa conductorum. num. 7. vol. 1. & cons. 142. In præsenti causa. n. 3. & 8. eodem vol.* Sylvan. *cons. 35. numer. 26.* Bellon. *cons. 45. num. 6.* Natt. *consil. 449. reqvisitus à Magnificis n. 2.* Corn. *cons. 128. videtur primo aspectu. vol. 2.* Paris. *cons. 38. conductor. num. 16. vol. 1.* Hyppolit. Riminald. *cons. 40. elapsis. num. 4. & 14. vol. 1.* Aretin. *cons. 53. visâ consultatione. col. 3. vers. tertio dico. idem* Riminald. *cons. 92. conductor molendini. num. 10. & cons. 282. num. 62. vol. 3.* Rol. à Vall. *cons. 86.* Johannes Torello. *num. 4. vol. 3.* Grat. *resp. 161. in præsenti casu. lib. 2. numero 9.* Gozadin. *cons. 74. ut ordinariè.* Francisc. Bursat. *cons. 11. species facti. n. 32. & cons. 81. Magnificus Dominus.* Hier. Pantschm. *1. qvæst. pract. 2. num. 9.*) Nam qvalitas ubi est fundamentum intentionis alicujus, debet priùs probari, gloss. *recepta in l. si verò. §. qvi pro rei qvalitate. ff. qvi satisd. cog.* Cov. *var. lib. 2. cap. 6. num. 2.* Menoch. *cons. 301. num. 10. & de præsumption. lib. 2. qvæst. 49.* Rebuff. *in tract. nominat. qvæst. 12. num. 13.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. qvalitas. 6.* Gutier. *de juram. confirmat. p. 1. cap. 1. num. 22. & practic. lib. 5. qvæst. 40. n. 5.* Farinac. *in praxi crim. p. 1. qvæst. 1. num. 23.* Mar. Antonin. *var. resolut. lit. 2. resol. 48. num. 12.* Rot. *decis. 747. n. 4.* apud Farinac. *p. 2. recent. vol. 3.*

IV.

Intentionem suam qvi non probat, dicitur carere Jure *l. argentarius 10. §. cum autem. 3. ff. de edendo.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 117. num. 19.*

V.

Intentio agentium regulat omnes actus ad finem intentionis, seu actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, *l. non omnis. 19. in princ. si certum petat.* cum aliis citatis, *supr. b. 1. cap. 26. ax. 37.* (Unde semper inspiciendum, qvo respe-

respectu, fine & intentione aliqvid fiat. Wesenb. *6. conf. 269. n. 41.*) Maximè in sacramentis, qvia si qvis levat parvulum de fonte, non ea intentione contrahendi compaternitatem, non dicitur contracta, & statur juramento asserentis, qvando non agitur nisi de præjudicio animæ illius, ut per Gemin. *conf. 110. num. 5. vers. qvandoqve, & conf. 130. vers. sed si intervenerit qvid num. 5.* extendit ad professionem & baptismum, asserens, qvod nisi adsit intentio baptizandi, non erit baptizatus, & si assumens habitum religionis non habet intentionem profitendi, non dicitur professus, si hoc protestetur, refert Cardin. Tusch. *tom. 4. lit. I. concl. 269. num. 9. cum seqq.*

Limita, qvia actus argentium propter dolum adhibitum extenduntur ultra intentionem, qvia licet is, qvi scit, & patitur agi causam super re ad se spectante, & qvam possidet, non possit impedire executionem trium conformium, tamen si dolosè se gesit, ut qvia fuit procurator illius, qvi succubuit, & tacuit jus suum, non audiretur postea volens impedire executionem trium conformium, ne dum in possessorio, sed neqve in petitorio, latè Anchar. *consil. 333. Ad dubia, num. 4. & 5. vers. secunda regula.* Limita etiam, ubi verba sunt clara, & non apparet de mente & intentione, licet fuerit talis, non attenditur. Joan. de Imola *consil. 102. n. 13. & 14.* Aretin. *consil. 2. num. 18.* ubi qvod si non constat de mente, statur verbis. Limita deniqve, qvod intentio non impedit actum, qvando adest voluntas, licet coacta, qvia tamen est voluntas, Gemin. *d. consil. 110. n. 6. vers. nec obstat*, qvem refert Cardin. Tusch. *d. concl. 269. n. 26.*

VI.

Intentio & animus, qvalis fuerit à principio & postea gestis declaratur. *l. item si 7. §. proinde. 7. ff. ad Macedon.* Bolognet. *in addit. ad conf.* Joan. de Anania. *32. num. 14. vers. prosequor.* Cardin. Tusch. *d. tom. 4. lit. I. concluf. 269. num. 30.* Vide *supr. lib. 1. c. 62. Animus. Axiom. 4.*

VII.

Intentio concedentis ubi deficit, dispositio remanet secundùm jus commune, qvia omissum habetur pro omisso, Gom. *in reg. de impetrat. benef. per obit. famil. qvæst. 7. num. 4.* Cardin. Tusch. *d. tom. 4. lit. I. concluf. 271. num. 9.* ubi *num. 10.* post Paris. *conf. 1. num. 76. lib. 1. & consil. 3. num. 59. lib. 4.* Gabr. *commun. tit. de clausulis, concl. 1. num. 56. & concl. 2. n. 18.* subdit, qvod defectus intentionis haber locum etiam in gratia motu propria facta, qvia non trahitur ad ignorata.

De intercessione fœminarum *vid.* fœmina.

CAP. C.

De Interdicto uti possidetis.

Qvæcunqve ratione Jura immobilibus cohærent, eâ ratione turbato in juris exercitio interdictum uti possidetis competit, qvia eatenus ipsa jura pro immobilibus habentur. Datur igitur hoc interdictum turbato in jure venandi, piscandi, lignandi, decimas accipiendi &c. *Zæs. ad ff. Tit. uti possid. n. 9.*

CAP. CI.

De Interesse.

Axioma I.

Interesse pendens ex alieno arbitrio non est considerabile, *l. Inde Neratius. 23. §. idem Julianus. 2. ubi gl. ad verb. qvia retrorsum. ff. ad L. Aqvil.* Bald. *conf. 71. n. 2. vol. 1.* Wesenb. *1. conf. 34. n. 22.*

II.

Interesse etiam lucrum amissum complectitur. *l. 13. §. ult. rem ratam hab. l. 2. §. ult. ff. de eo qvod cert. loc. l. 13. §. 1. 2. de action. empt. l. si fundo 33. §. fin. ff. locat.* Carpzov. *p. 3. Jurispr. forens. constit. 30. defin. 7. numero 4.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. tit. 24. defin. 8. num. 3.* imò & detrimentum, qvod futurum timetur *l. 14. §. 5. l. 67. §. 1. ff. de furt.* Huic regulæ planissimè obstare videtur *l. 21. §. 3. de act. empt.* Declarationis causa cum Cujac. *in Paul. ad d. l. 13. rem rat. hab.* Dn. Parent. *in racem. crim. ad d. l. 67. §. 1.* responderi potest. Vocem Interesse qvandoqve latius, nonnunqvam strictius sumi, priori in sensu omnem rei utilitatem comprehendere, posteriori tantùm utilitatem rei cohærentem, extraria prorsus exclusa denotare.

III.

Interesse qvoad rerum naturam certum est. *l. cum ad præsens. 37. ff. si cert. pet. l. ubi autem. 75. §. illud. 4. vers. sed qvi vinum. ff. de V. O.* Bart. *in l. fin ff. si in jus voc. non ierit.* Regner. Sixtin. *1. conf. Marpurg. conf. 11. num. 11.*

IV.

Interesse difficilis est probationis. *l. uls. ff. de prætor. stipul.* Bart. *in l. 2. in fin. C. de rescind. vend.* Rebuff. *in l. unic. num. 482. C. de sentent. qvæ pro eo qvod interest.* Menoch. *1. arb. jud. cas. 119.* Carpzov. *p. 2. const. 30. defin. 8. n. 6.* probatur verò per instrumenta, testes, juramentum. *Schneid. in §. fin. J. de V. O. n. 24. seq.*

V. In-

V.

Intereſſe non debetur, niſi qvis fuerit interpellatus. Bart. *in l. ita ſtipulatus. n. 54. in fin. ff. de V. O.* Aretin. *conſ. 72. col. fin. verſ. ad Octavum.* Ruin. *conſ. 55. n. 4. & 11. vol. 2. & conſ. 33. n. 7. vol. 3.* Aym. Cravett. *conſ. 89. n. 4. vol. 1.* Farin. *4. conſ. 15. n. 37.*

VI.

Intereſſe non debetur niſi à tempore moræ. *Dd. in d. l. lecta. ff. de reb. cred.* prout in terminis ſocietatis. *textus eſt in l. ſocium. 60. ff. pro ſoc. qvem citat* Dec. *conſ. 119. n. 3. in fin.* Farin. *d. conſ. 15. n. 43.* adeò ut etiam in ſtricti juris judiciis à tempore moræ peti poſſit. *l. ſi fundum. 114. ff. de V. O.* facit ſummoperè qvod ex ſententia Angel. Raphael. Jaſ. & recentiorum tradit Alciat. *in l. cum fundus ff. de reb. cred. ubi vid. add. &* Coſtal. *in l. ratio. 3. §. ſi emptor. ff. de action. empt. & l. videamus. 19. ff. de Uſur.* ubi non ſolum hoc generaliter tradit, qvod intereſſe in ſtricti juris judiciis à tempore moræ peti poſſit, ſed & in ſpecie ſubjicit, in hujusmodi judiciis & fructus ut intereſſe venire. vid. Regner. Sixtin. *1. conſ. 11. n. 10.* contra qvod tamen rectè diſputat Cujac. *ad African. in l. centum. §. de eo qvod cert. loc.*

VII.

Qvorum intereſt, ii ad actum neceſſariò ſunt adhibendi. *l. 39. verſ. adhibitis & his ff. de adopt. l. 47. ibi præſentibus omnibus, qvos cauſa contingit. de rejudic.* contra nemo ſe debet immiſcere rei ad ſe non pertinenti eleganter Cujac. *in pr. recit. ad tit. C. de furt.* Unde partie ne doit inſiſter à une choſe ou elle n'ſi point d'intereſt; qvod ſi tamen plures concurrant, ille præfertur, cujus magis intereſt. *l. ult. §. un. de collus. deteg. l. 8. de pact.*

VIII.

Intereſſe ceſſante, non auditur agens, *l. ſi unus. 27. § 4. verſ. ante omnia.* ubi Bart. *ff. de pactis, l. ex conventione, qvidem 11.* & *ibidem* Alexand. & Decius *C. de pactis.* (Ubi enim non eſt ſubjectum intereſſe, non poteſt eſſe ejus determinatio. *cap. cum in urbe ejus de celebr. miſſæ. l. qvi in provincia. 4. ff. de rebus cred. ibiq; Dd.* Socin. *conſ. 253. num. 12. in fin. vol. 2.* Farin. *1. conſ. crim. 15. num. 14. & 30.*) Roman. *conſ. 499. In præmiſſis, in princip.* ubi qvod is, qvi petit declarari electionem nullam de alio factam, non auditur, niſi doceat de intereſſe, *& conſ. 347. num. 4.* Dec. *conſ. 410. Viſa. n. 10.* Alex. *conſ. 185. Viſo titulo num. 27.*

IX.

Qvæcunqve ad intereſſe publicum promovendum ſpectant, illa poterunt ab unoqvovis expediri, qvia qvilibet ut membrum Reipubl. tenetur Reipubl. ſalutem promovere *l. 3. §. fin. ff. de pecul.* Exemplum eſt in tutoribus petendis *l. 2. pr. ff. qvi pet. tutor.* & ſuſpectis accuſandis *§. 3. Inſt. de ſuſpect. Tutor.*

X.

Qvæcunqve ad publicum intereſſe ſpectant, illa Magiſtratui ex officio peragenda incumbunt, qvia Magiſtratus utilitatis publicæ miniſter eſt. Ita Magiſtratus ex officio conſtituere debet tutores *arg. l. 1. ff. de Juriſdict. Deciſ. Elect. Saxon. 41.* aliud exemplum in *l. congruit. 13. ff. de offic. præſid.*

XI.

Intereſſe extra rem, qvod in diligentiâ Perſonæ conſiſtit, regulariter à nemine præſtatur. Limita (1.) in actionibus arbitrariis *l. 21. §. 3. de action. emti.* (2.) à recipiente ſervum vel Colonum fugitivum. *Brunnem. ad l. un. C. de colon. Illyric. n. 1.*

XII.

Sortem recipiens absqve proteſtatione non poteſt agere ad intereſſe *Schæff. 1. q. 40.*

XIII.

Intereſſe ipſius intereſſe aliqvando debetur. *Raudenſ. d. analog. Lib. 1. c. 12. n. 36.*

CAP. CII.

De Interitu Rei. *conf.* *rubr.* de Caſu.

Axioma I.

Toties interitus rei ſpectat ad dominum, qvoties ille non tenetur rem alteri præſtare; nam ſi eam præſtare alteri debeat, eſt debitor ſpeciei, hic autem ejus interitu per caſum fortuitum liberatur *l. 23. in fin. ff. de R. J.* Ita res vendita alteri præſtanda non perit Domino, ſed illi cui debebat præſtari. *§. 3. Inſt. de Emt. Vendit. l. 5. §. ult. ff. de reſcind. Vendit.*

Limita: ut procedat, niſi debitor absqve juſtâ cauſâ moram commiſerit, ſic enim ad æſtimationem ſpeciei tenebitur *l. 23. ff. eod.* Modo res apud alterum non æqvè fuiſſet interitura.

II.

Qvoties debetur genus ſive qvantitas, toties interitus rei non liberat debitorem, qvia genus non perit, nec debitum generis aut qvantitatis. arg. *l. incendium 11. ſi certum petatur.* genus enim aliqvid intellectuale eſt, ideoqve interitum non recipiens, ut notat *Gothofr. ad d. l. 11.*

Limita: niſi genus comtemplatione ſpeciei debeatur, utpote ſi certi nummi in arcâ promiſſi.

III.

Interitu unius non liberatur debitor, ubi duo in obligatione ſunt, ſed qvod ſupereſt, in obligatione manet. *Mev. Conſ. 61. n. 141.*

CAP. CIII.

De Interlocutionibus.

Axioma I.

Interlocutoria ſententia, qvæ & interlocutio dicitur, impropriè ſententiæ nomine venit, cùm ſit pronunciatio judicis ſuper incidenti qvodam articulo in exordio mediove litis occurrente interpoſita, principale negotium plerumqve non defini-

definiens nec determinans *l. 9. C. de sentent. & Interlocut.* ibiqve *Perez. n. 1.*

II.

Interlocutoria sententia duplex est: simplex & mixta. *Eckolt. ad ff. de Re Judic. & effect. sentent. §. 24. Ziegl. in jur. Canon. p. 845.* mixta vocatur, si aliqvid ex principali causâ definiat, & tunc est appellabilis *Mev. P. 5. Dec. 253. n. 3.*

CAP CIV.
De Interpellatione.

Axioma I.

Interpellatio sive Judicialis sive extrajudicialis unica, modò in eâ persistat Creditor, sufficit ad constituendum debitorem in morâ. *Struv. Syntagm. Jur. Civil. Ex. 27. th. 67.*

II.

Interpellatus debitor, si in morâ solvendi sortem constitutus fuerit, modò fuerit solvendo, & in foro Saxonico Electorali Interpellatio judicialis accesserit, alterum tantum peti potest. *Carpz. de asyl. debit. posit. 25. Richter. Decis. 74. n. 92. seq. Tabor. de præsid. debit. egent. Mev. Cons. 9. n. 50. Decis. Elect. 29.*

CAP. CV.
De Interpretatione.

Axioma I.

Interpretationi ejus in qvavis dispositione omnibus modis standum est, qvi dixit vel sermonem protulit. *l. Et ideo. 11. ff. de LL. l. si qvis intentione. 66. ibiqve. Dd. ff. de judic. l. 43. in pr. vers. respond. ff. de vulg. & pupill. substit.* Hartm. Pistor. *1. qvæst. pract. 26. num. 5.* neqve interpretatio verborum aliter fieri debet qvam habitâ ratione ejus, ad qvod is qvi protulit ea respexit. *l. si qvis domum. 9. §. pen. in fin. ff. locat. l. debitor. 59. ff. ad Trebell. l. profectitia. 5. l. fin. C. si adverf. rem judic.* Nicol. Everard. *in loc. legal. Tanqvam seu respectivis.* Regner. Sixtin. *1. cons. Marp. 10. num. 34.* cum nulla certior sit interpretatio, qvam qvæ fit ab ipsomet concedente. Bald. *in Auth. nisi rogati. col. 2. vers. & per hoc solvitur. C. ad SC. Trebell. cit. à* Tiber. Decian. *cons. 141. n. 7. vol. 2.* Qvod procedit, qvoties actus ab unius tantum voluntate dependet aut verba clara sunt, sicut v. c. Leges ferre est Imperatoris solius, ita & Leges interpretari, secus cum plurium voluntas in unum coire debet, tunc enim interpretatio potius contra proferentem, & concedentem in dubio & obscuro facienda & extendenda erit. *l. veteribus. 39. ubi* Bart. *& Dd. ff. de pact.* Dec. *in l. contrahenda. num. 3. ff. de R. I.* Bald. *consil. 413. col. 5.* Corneus *cons. 64. n. 5. vol. 1.* Decian. *resp. 29. num. 41. vol. 2.* qvin sibi imputet, qvod Legem non dixerit apertius. *l. ult. C. de pact. inter empt.* Petr. Peck. *in cap. contra eum de R. I. in 6.* Wesenb. *in parat. ff. de pact.* Sic in dubio pro promissore contra stipulatorem interpretationem fieri patet. *l. ex veteribus. 39. ff. de pact. l. Labeo. 21. ff. de contr. empt.* Hier. Cagnol. *ad l. semper in obscuris. numero 16. ff. de R. I.* qvia hoc casu semper eligenda talis interpretatio, qvæ minorem inducit obligationem, h. e. unde levius & mitius promittentes obligentur. *l. 9. ubi* Dec. & Cagnol. *num. 12. ff. de R. I. per l. semper in stipulationibus 34. eod. l. fin. de prætor. stipul.* Aym. Cravett. *cons. 387. num. 18. per l. si qvid venditor 18. in fin. ff. de ædilitio edict. l. in eo qvod 110. §. ubi verba. ff. de R. I. l. tutor qvi repertorium. 7. §. 10. vers. ex cæteris ff. de administr. tut. l. qvi concubinam. 29. §. cum ita. 2. ff. de legat. 3.* & ut Dec. ait, *cons. 423. n. 8.* verba stipulationis dubia intelligenda qvo minus obligent, idem si qvis in re impertinenti se fundaret. *cap. in præsentia. 8. extr. de probat.* in concludentibus enim & qvæ ad rem pertinent, semper talis sumenda interpretatio, ut actus valeat, non pereat, & qvoad fieri potest, dissidentes in speciem probationis concilientur inqve unam redigantur harmoniam *cap. cum. tu. 16. cap. in nostra. 52. ubi gl. extr. de testib.* Wesenb. *in parat. ff. de probat. num. 12. & 13. vid. etiam Dd. in l. scripturæ. C. de fid. instrum.* ubi autem verba sunt clara & perspicua, contra ea nulla prorsus admittenda interpretatio, sed verbis simpliciter standum est. *l. ille aut ille. 25. §. cum in verbis 1. de legat. 3. l. ancillæ. 12. C. de furt. l. eum qvi Calendis. 41. in pr. de V. O.* nulla enim interpretatio tanti, ut melior sensu ex verbis collecto existat. *l. 3. C. de liber. præter ubi plura ad propositum congessit* Felin. *in c. qvaliter & qvando. num. 28. de accusat. vid. latè* Tiraq. *in l. si unqvam verb. libertis. num. 5. cum multis seqq. C. de revoc. donat.* Cephal. *cons. 130. num. 2.* sic dicimus cum Bald. qvod ubi extat perspicua legis vel statuti dispositio, cesset omne dubium *in l. Gallus. §. si ejus in 2. notab. de liber & posthum. add. &* Dec. *cons. 488. col. 1. & cons. 563. num. 7.* Interprætatio præscripta dicitur esse textus Legis Bart. *in l. ex hoc jure col. 2. ff. de just. & jur.* Joh. Nevizan. *cons. 66. videtur primâ fronte. num. 22.* Cons. Arg. *2. cons. 1. n. 85. & cons. 29. num. 89.* & hominis interpretatio cessat, ubi manifesta, aperta & expressa ipsius Legis interpretatio adest. *arg. l. 5. C. de LL.* Forster. *1. cons. Marp. 8. num. 17.* Unde prohibita interpretatione per statutum, prohibitio illa non de Legis Interpretatione, sed hominis intelligitur. *l. non omnes 9. ff. de just. & jur. ubi* Bald. & Jas. *n. 53.* Barbat. *in l. cum acutissimi. non 169. C. de fideicomm.* Sichard. *ad l. fin. num. 334. C. de edict. D. Adr. toll.* Nulla ergo melior interpretatio alicujus dispositionis vel instrumenti haberi potest, qvam qvæ habetur ex ipsâ dispositione vel instrumento. *l. ex facto. 43. in pr. ff. de vulg. & pupill. substit.* Paris. *cons. 91. numero 27. cons. 97. num. 24.* Decian. *respons. 84. num. 29. vol. 3. resp. 101. n. 7. vol. 2.* Curt. sen. *cons. 29. num. 5.* Gœdd. *3. cons. Marp. 26. num. 91.*

II.

Interpretatio ea recipienda est, qvæ sententiæ Legislatoris congruit, licet verba id non patiantur. *l. qvamvis 11. de in jus vocand.* Leges enim ex suis partibus invicem sunt interpretandæ. *§. 15. Inst. ad L. Aqvil.* Via autem Legis interpretandæ est optima partim in explanatione scripti

sive

sive verborum, partim mentis & sententiæ est posita. Cum aliqva obscuritas est in verbis (1.) conservanda est ratio recti sermonis. *l. Plautius. 8. de aur. legat.* Donel. *1. Comm. 15.* (2.) Non aliter à significatione seu proprietate verborum recedendum, qvam cum manifestum sit, scriptorem aliud sensisse. *l. non aliter. 69. in pr. de legat. 3.* (3.) Verba cum effectu accipienda. *l. 5. §. docere. Ne qvis ei qvi in jus voc. l. nomen. 16. §. ult. ff. de V. S.* (4.) Non ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debent. *l. I. abeo. 7. §. Servius. de suppellect. legat.* (5.) in ambiguâ voce legis ea capienda, qvæ vitio caret. *l. 9. de LL.* (6.) qvoties idem sermo duas sententias exprimit, ea est capienda qvæ rei gerendæ sit aptior *l. qvoties 67. ff. de R. I.* (7.) Deniqve consvetudo aut res judicata inspicienda. *l. 38. ff. de LL.*

III.

Interpretatio dicti exponendo, non perimendo fieri debet. *c. cum dilecti. extr. de Accusat.* nisi interpretatio sit juris & de jure. *l. qvamvis. 11. ff. de in jus vocand. ubi gl. in l. in tradendis. in pr. ff. comm. præd. l. Titia cum testamento. 34. §. Lucius Titius. 1. ff. de legat. 2.*

IV.

Interpretatio ea non est recipienda, qvæ à Prudentibus reprehendi potest. *v. supr. lib. 1. cap. 5. ax. 1. l. Salvius. 6. ff. de legat. præst.* Socin. sen. *cons. 21. col. 3. num. 9. lib. 3. cons. 27. num. 8. lib. 4.* Socin. jun. *cons. 1. num. 128. lib. 1.* Cravett. *cons. 3. num. 23.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 199. num. 8.* Bursat. *cons. 176. qvanqvam nullum. n. 20. lib. 2.* Becc. *cons. 51. num. 13. & cons. 57. num. 19.* Cons. Arg. *1. cons. 110. num. 75.* Judicis itaqve est talem recipere, qvæ reprehendi non possit. *d. l. Salvius. 6.* eiqve assentire, qvæ juri communi magis sit consentanea *l. si stipulatus. 4. in pr. ff. de Usur.* qvæ verisimilis. Cravett. *cons. 135. num. 33.* qvæ justior ex multis scripturæ sensibus, idem Cravett. *cons. 70. n. 14.* qvam jam consvetudo recepit. Dec. *cons. 441. num. 13.* & qvæ casum magis necessarium comprehendit. *l. in his. 5. §. 2. vers. sed etsi forte. ff. de solut.* vel qva utriqve partium sit consultum & satisfactum. *l. adoptivus. 14. §. 7. ff. de rit. nupt. cap. juvenis. 3. extr. de sponsal. vid. infr. ax. IX.* & qvæ pariformiter omnibus convenit. *l. jam hoc jure. 4. ff. de vulg. & pupill. substit. l. qvamvis. 4. C. de impuber. substit.* Cravett. *cons. 20. incip. qvod contractus. num. 12.* minusqve onerosa. Plot. *in l. si qvando. num. 292. C. und. vi* Beccius *cons. 99. compromissum lib. 1.* Cons. Arg. *1. cons. 110. num. 63. cum seq.* Interpretationem enim utriqve convenientem observandam esse dixit Cravett. *cons. 301. n. 4.* ne contrahentium alter damnum patiatur. *l. 3. §. 1. ff. de recept. arbitr.* Cravett. *cons. 245. num. 9. vid. latè. 2. arb. jud. cas. 199. n. 315.* atqve talis qvæ utriqve parti favet minusqve præjudicat parti gravatæ, ac simul de damno vitando certanti consulit, omnino cæteris paribus amplecti ac præferri debet. Castr. *ad l. 1. in fin. ff. si qvis caut. judic. sist. & cons. 197. in causa qvam Magnificus. col. 5. circ. med. tom. 1.* Cravett. *cons. 333. num 13. cons. 412. num. 8. cons. 396. n. 12. & cons. 888. num. 8.* Abb. *cons. 7. in fin. vol. 1.* Tiber. Decian. *resp. 29. num. 44. vol. 2. per l. 3. ff. de suspect. tutor. & l. non debet. 41. §. in rei. 1. de R. I.* qvia semper benignior est & humanior *l. majorem. 8. ff. de pact. l. proximè. 3. vers. sed in re dubia. de his qvæ in testam. delentur. l. si fuerit. 10. §. planè. 1. l. cum in testamento 24. de Reb. dub. l. ea qvæ in partes. 192. §. 1.* de *R. I.* Gœdd. *3. cons. Marp. 26. num. 97.* qvod tamen limitat Oldrad. *cons. 95.* nisi qvando talis interpretatio verisimilis non esset relatis & probatis. *l. in contrahenda. num. 3. ff. de R. I. vid.* Vult. *3. cons. Marp. 21. n. 257.*

V.

Interpretatio qvævis, qvæ iniqvitatem continet, rejicienda, eaqve amplectenda, qvæ æqvitatem sapit. *l. in iis. 16. ff. de condit. & demonstr.* qvam ad hoc not. Bald. *in l. cum allegas. in fin. & Auth. ad hæc. C. de Usur.* Soc. sen. *cons. 159. in præsenti. num 28. lib. 2.* Menoch. *1. arb. jud qvæst. 7. num 18. & 2. arb. jud. cas. 199. num. 4.* Cravett. *cons. 186. n. 14.* Beccius *cons. 94. cum anno. n. 23. lib. 1.* Cons. Arg. *1. cons. 110. n. 76.* Vult. *1. cons. Marp. 22. n. 59.* Interpretatio enim semper in meliorem non autem deteriorem partem fieri debet. *cap. Estote. 2. extr. de R. I. cap. Abbate. 22. extr. de V. S. l. pen. ff. de pœn. l. semper. 56. de R. I.* Phil. Matth. *2. cons. Marp. 26. n. 49.* maximè in casibus dubiis juxta *gl. in cap. statutum. de præbend. in 6.* Jas. *in Auth. qvas actiones. C. de SS. Eccles.* Paris. *cons. 21. n. 31. vol. 1.* Vult. *1. cons. Marp. 33. n. 56.* Hinc in dubiis interpretationem faciendam esse qvæ plenior & uberior. *ex l. qværitur. 10. ff. de statu homin. l. 1. §. qvi in perpetuum. 1. si ager vectigal. pet. deducunt.* Roland. à Valle. *cons. 100. n. 38. lib. 2.* Ceph. *cons. 218. n. 18. & cons. 246. n. 2. lib. 2.* Schurf. *cons. 9. num. 3. cent. 3.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 18. n. 100.* Sic etiam in dubio secundum id qvod fieri solitum interpretatio fieri dicitur. *l. qvod si nolit. 31. §. qvia assidua. 20. ff. de ædil. edict. l. semper. 34. ff. de R. I. l. eum, qvi probabilem. 19. C. de Episc. & Cler. cap. 1. & ibi* Card. Joh. Calder. in Panorm. *de Cler. non resident.* Roland. à Vall. *cons. 81. n. 4.* Regn. Sixtin. *2. cons. Marp. 12. n. 156.* Cravett. *cons. 77. num. 13.* maxime si fiat per punctum rationis, idem Cravett. *cons. 135. n. 37.* majoremqve benignitatem in se contineat. *l. ult. C. qvi bon. ced. poss.* cum ex ratione verborum interpretatio, non ex ipso cortice desumenda. Bald. *cons. 77.* item & interpretationem fieri debere, ut verba in potiori & digniori sensu accipiantur, per *d. l. qværitur. 10. ff. de stat. homin.* asserit Herman. Det. *in l. 4. §. Cato. n. 468. de V. O. add. &* Menoch. *2. arb. jud. cas. 321. n. 12.*

VI.

Interpretatio in omni actu amplectenda, qva efficitur, ut qvis minus obligetur. *arg. l. si qvid venditor. 18. in fin. de ædil. edict. l. si peculium. 6. §. sicut. 4. de pecul. leg.* Paris. *cons. 96. n. 22. lib. 3.* Cravett. *cons. 35. num. 33.* Menoch. *cons. 31. n. 52. & cons. 56. num. 37. allegatus* à Regn. Sixt. *1. cons. Marp. 9. n. 53.*

VII.

Interpretatio latissimè fieri debet, cum ad jus primævum per eam revertimur. Abb. *in c. cum dilectus,*

lectus. de consuetūd. n. 6. Dec. *in c. causam. qvæ. n. 5. de rescript.* Socin. sen. *cons. 38. col. 3. vers. sexto & ultimo. lib. 1.* Est enim favorabilis is actus, per qvem ad jus antiqvum reditur, & à novo receditur. *cap. ab Exordio. 2. 35. distinct. ubi gl.* ait, nemini injuriam fieri cum res ad antiqvum statum reducitur. *vid. gl. in l. si unus. §. pactus ne peteret. ibiqve.* Jas. *n. 6. de pact.* Lud. Gozadin. *cons. 9. n. 31.* Dec. *in c. ad nostram. col. 3. vers. non obstat. de appellat.* adeò ut etiam in præjudicium tertii subsistat. Regner. Sixtin. *1. cons. 10. n. 40.*

VIII.

Interpretationem certam qvæ receperunt, eadem minimè sunt mutanda. *l. minimè. 23. ff. de LL. l. qvod si nolit. 31. §. qvi assidua. 20. ff. de ædil. edict.* sed potius ea, qvæ in eodem genere controversiarum antea fuerunt observata, studiosè tenenda sunt. *arg. l. Labeo. 21. de stat. liber. l. 3. C. de ædific. privat.* id qvod tam à Ictis qvam Imperatoribus factitatum fuisse reperimus, qvi sæpius opinionis suæ fundamentum non aliunde, qvam ex communi observatione desumpserunt, ut apparet *ex l. filius emancipatus. 14. §. 1. ff. ad L. Cornel. de fals. l. 1. ad fin. vers. impubes. ad SC. Syllan. & §. pen. Inst. de satisdat.* Hartm. Pist. *1. qvæst. pract. 16. num. 20.* Interpretationem autem non debere inferri in textum, sed ex eo efferri, tenet idem Hartm. Pist. *p. 1. lib. 2. q. 16. n. 22.* ubi citat dictum D. Hilarii Episcopi, qvod optimus interpres sit ille, qvi dictorum intelligentiam expectat ex dictis potius, qvam importat, & retulerit magis qvam attulerit, ne cogatur id videri dictis contineri, qvod persuaserit ante lectionem intelligendum: cum per subauditiones incivile esset Legis correctionem inducere. Panorm. *in c. 10. extr. de testam.*

IX.

Interpretatio ex natura rei est desumenda. Bald. *in l. fin. C. commun. divid. gl. in l. & puto. ff. famil. herciscund.* Cuman. *cons. 142. col. 2.* & qvod potius tolerari debeat, ut improprietur natura verborum, qvam natura rerum, ait idem Bald. *cons. 457. col. 1. vol. 1. vid.* Vultej. *3. Cons. Marp. 31. n. 42.*

X.

Interpretatio ea in dubio semper capienda ac præferenda qvæ delictum excludit. Bart. *in l. non solum. §. sed ut probari. ff. de nov. oper. nunc. per l. item apud. §. si communem. ff. de jurejur. l. semper in obscuris. 9. ff. de R. I.* Tiber. Dec. *resp. 92. n. 529. vol. 2. & cons. 93. num. 129. vol. 2.* Menoch. *cons. 37. num. 104.* Gœdd. *1. cons. Marpurg. 28. n. 163.* ita ut omnis potius admittatur interpretatio, qvam delictum Marsil. *1. cons. 132. num. 4.* Grammat. *cons. 25. num. 20. & decis. Neapol. 18. num. 5.* Cephal *cons. 397. num. 98. lib. 3.* Cravett. *cons. 247. in fin.* Ubicunqve igitur actus se habet ad permissum & prohibitum, eum in dubio potius ad permissum trahendum esse, *per gl. in l. 2. verb. probaretur. C. de petit. hæred. probat.* Tiraqvell. *de retract. consanguinit. §. 30. gl. 2. n. 24.* Coler. *de proceff. executiv. p. 3. c. 12. num. 57.*

XI.

Etiam facilium non negligenda est interpretatio. *l. 1. §. 11. de vent. inspic.* ratio elegans redditur, qvoniam licet multa intelligentibus facilia videantur, simplicibus tamen & ignorantibus satis sunt difficilia.

XII.

Legis verba facilius extenduntur, qvam hominis ratio, qvia productio non fit nisi ex mentis conjectura; Legis autem mens semper aperta est, Mynsi. *ad §. ult. qvi testam. tut. num. 6.*

XIII.

Interpretatio alia fit ex subtilitate, alia ex æqvitate. *l. 31. §. depos. l. 51. §. ult. Ad L. Aqvil.*

XIV.

Interpretari actum ejus est, cujus est condere, seu illum facere, *l. non ambigit. 9. ff. de legib. l. si Imperialis majestas. 12. l. leges sacratissimæ. 9. C. eodem tit.* [*l. ex facto, 43. ibi beneficia principalia. ff. de vulg & pupill. subst.*] *cap. cum venissent. 12 de judic. cap. inter alia. 31. de sentent. excom.* Dec. *in cap. 1. notab. 1. de offic. deleg.* Rip. *in l. ex facto. num. 6. ff. de vulgari & pupil.* [nec enim absurdum est, ut idem interpres sit actus, qvi conditor, imò nihil melius, qvia nemo certius Legem interpretari potest, qvam ejus conditor, cum hic scire possit rationem actus veram, immediatam & proximam, ut non male ἀπόσημον dici possit, atqve sic nec certior interpretatio qvam qvæ ab ipsomet concedente fit. Bald. *in Auth. nisi rogati. col. 2. vers. & per hoc solvitur. C. ad SC. Trebell.* legisqve instar esse dicatur. *l. fin. C. de LL. vid.*] Alex. *cons. 216. num. 13. lib. 2.* ubi qvòd interpretatio statuti spectat ad statuentes, & interpretatio sententiæ spectat ad Judicem. Anch. *cons. 398. Præmitto, in fine,* Bald. *cons. 305. Verba Principis, in princ. lib. 1.* Federic. de Senis. *cons. 233. Casus talis est. in princip. vers. & qvamvis.* Anton. Gom. *l. 1. Tauri, num. 6.* Decian. *consil. 36. numer. 8. cum seqq. vol. 5.* Menoch. *cons. 3. num. 22. & cons. 684. num. 23.* Surd. *decis. 2. num. 5. & cons. 383. num. 18.* Gutier. *practic. lib. 3. qvæst. 28. à num. 2.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg. 142.* ubi asserit procedere in subsidium, & qvando non potest ex consuetudine & practica judiciorum aliter haberi interpretatio legis, Hieronym. Gab. *consil. 182. per totum. lib. 2.* ubi declatat, qvod si agatur de potestate, vel de intentione Principis concedentis, vel de ejus interesse, inferior non potest interpretari, secus si agatur de subreptione, vel obreptione, aut de dubietate modica verborum inter privatos, qvæ non respiciat neqve potestatem, neqve intentionem, neqve interesse superioris concedentis, Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 1. §. 1. num. 2.* Mascard. *de gener. stat. interpret. concl. 2. numer. 146.*

Morl. *in emporio Juris, p. 1. tit. de legibus. num. 20.* Ugolin. *de officio & potest. Episcopi. cap. 36. num. 1.* Card. Seraphin. *decis. 892. num. 3.* Fr. Ludov. Miranda *de ordine judic. qvæst. 3. art. 2. concl. 1.* Cardos. *in praxi Judicum, & Advocat. verb. lex, num. 6.* Mari. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. 103. n. 19.* Christoph. de Pace *in schol. ad leges styli, l. 39. num. 22.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 4. lit. I. conclus. 329. per totam.* Octav. Glorit. *resp. 13. num. 19. vers. ejus enim.*

Amplia, ut etiam interpretatio privilegii spectet ad concedentem, *d. l. ex facto. 43.* & *ibi* Doctores, *ff. de vulgari, & pupill. l. Neratius. 50. ff. de reg. Juris. cap. cùm venissent. 12. de judic. cap. Ordinarii. 2. §. si verò, de officio Ordin. lib. 6.* Felin. *in cap. qvaliter & qvando il. 1. n. 1. & 29. de accusat.* Alexand. *d. cons. 216. num. 13. vol. 2.* Gail. *lib. 1. observ. 1. num. 7.* Ruin. *consil. 38. num. 8. vol. 1.* Lara *cons. 18. num. 1.* Surd. *cons. 558. n. 6.* Cardin. Tusch. *d. lib. I. concl. 329. num. 3. & 10.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conventionib. lit. 2. tit. 1. num. 55. & 56.* Joh. Anton. Lanar. *cons. 18. num. 1.* Socin. jun. *consil. 95. n. 73. vol. 3.*

XV.

Interpretatio facienda est, ne dispositio fiat elusoria, *l. 3. ff. de milit. testament. l. si qvando, 109 ff. de legat. 1.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 2. tit. 12. n. 30.* Anton. Monach. *Florent. decis. 1. num. 86.* Ferrer. *in constitut. Cataloniæ. gl. ff. 1. num. 152.* Octav. Glorit. *resp. 1. p. 3. numer. 129.* [In omnibus enim actibus & negotiis regulariter qvævis vocabula ita sunt interpretanda, ut res, de qva agitur, sit in tuto, ac negotium potius valeat qvam pereat. *l. 13. l. 22. ff. de Reb. dub.* Phil. Matth. *ad l. 67. ff. de R. I. l. qvoties. 80. de V. O.* eaqve ita facienda, ut verba aliqvid operentur, nec sit superflua. *l. item veniunt. 20. §. 9. vers. aptanda de petit. hered.* Jas. *in l. in hoc edicto. qvod qvisqve jur. stat. in alium.* Regner. Sixtin. *1. cons. Marp. 9. n. 52.*] Cardin. Tusch. *tom. 4. lit. I. concl. 330. num. 22.* ubi *num. 30.* ampliat interpretationem in dubio faciendam esse, absurdum [qvod ipsæ Leges minime amplectuntur sed potius explodunt. *l. nam absurdum. 7. ff. de bon. libert. cap. Prælatis. 2. in fin. ubi not.* Gemin. *de homicid. in 6. cum latè deductis per* Hieron. Zanch. *in repetit. l. heredes mei. §. cum ita. num. 365. ff. ad SC. Trebell.* & Ludov. Zund. *in resp. pro uxor. num. 123.*] seqvatur. & *num. 33. & 54.* ad evitandam correctionem, contrarietatem, repugnantiam, vel perplexitatem. Fuscar. *de substitut. q. 241. num. 43. & q. 320. num. 59.* Vincent. Carot. *sing. 297.* [qvo melius leges Legibus concordentur, *cap. cum dilectus. 8. de consuet. l. 2. & ibi Dd. C. de noxal. action.* Hartm. Pistor. *1. qvæst. pract. 38. numer. 20.* cum in interpretationibus duplex verborum interpretatio non admitti. *gl. in Clem. 1. verb. Diœcesanis. de jur. patronat. qvem secuti* Gemin. *in cap. si duobus. col. 6. in pr. & ibi* Phil. Franc. *de rescript. in 6.* Hartm. Pistor. *1. qvæst. pract. 24. num. 13.* sed ea potius assumi debeat, qvæ juri communi consona sit. *l. ut gradatim. 11. §. 1. ff. de muner. & honor. cap. cum expediat. 29. de Elect. in 6. Dd. in l. 2. si ex noxal. caus. agatur.* Hartm. Pistor. *1. qvæst. 33. n. 8.* ut ab ejus mente qvam minime recedatur. *l. qværo. 54. §. inter. 1. ff. locat.* Joh. Crot. *in cons. 200. num. 43. lib. 1.* Gozadin. *cons. 74. num. 9. & cons. 59. num. 20.* Hieron. Grat. *cons. 16. num. 43. cons. 26. num. 23. lib. 1.* Menoch. *de arb. jud. qvæst. cas. 199. num. 9. & cons. 82. n. 30.* Regner. Sixtin. *1. cons. Marp. 10. vol. 1.*] etiam impropriando verba. *l. Titius. §. 1. ff. de legat. 1.* Peregr. *de fideicommiss. art. 7. numer. 18.* Fusar. *de substit. q. 650. num. 7.* nisi recedatur à forma à contrahentibus data, qvia tunc potius nullitatis inductio, qvàm recessus à forma toleratur. Vinc. Carot. *d. sing. 297.* item interpretatio illa sumenda est, qvæ indicat validitatem actus, ut dixi *lib. 1. cap. actus 25. ax. 45.*

XVI.

Interpretatio facienda secundum mentem disponentis, si de mente apparere potest, qvia mens obtinet primum gradum, & attenditur verisimilitudo, ita Calderin. *cons. 327. vers. de testamento*, aliàs *cons. 8. de donat.* Angel. *cons. 261. num. 4.* Abb. *cons. 78. Circa primum. in princip. lib. 2.* Bald. *consil. 305. Verba princip. in pr. lib. 1. & cons. 218. Petita venia, circa princ. lib. 3.* Si verò de mente non constat, attenditur verisimilitudo, & iste est secundus gradus succedens menti, Alexand. *cons. 179. Viso num. 13. vers. ex qvibus. lib. 5.* Cravet. *cons. 363. num. 26. & seq.* qvos refert Card. Tusch. *d. tom. 4. lit. I. concl. 330. num. 10.* Cessante verisimilitudine, & conjecturis, recurrimus ad meram significationem verborum, & si apparet, ea est tenenda, *l. non aliter. 69. ff. de legat. 3. l. 4. §. toties. 6. ff. de damno infecto*, Angel. *cons. 261. col. pen. in princip.* Alexand. *d. cons. 179. n. 11.* Card. Tusch. *d. concl. 330.*

n. 46.

n. 46. Anton. Monach. *Florent. decis. 16. num. 11.*

XVII.

Interpretatio facienda est secundùm subjectam materiam, *l. 17. pr. loc. Obr. 2. f. 14. num. 3.* Socin. *consil. 1. numer. 120. vol. 1.*

CAP. CVI.

Intervallum Temporis.

Intervallum temporis ut minorem aliqvando facit obligationem *l. 66. ad L. Falcid.* ita & fidem post Cyn. Anchoran. & alios complures Mascard. *de probat. concl. 741. num. 17.* sic ut diu tacens vel debitum agnoscere vel eidem tacitè renunciare videatur. *l. 6. C. de remiss. pignor.* Menoch. *præs. 135. n. 3.* Mascard. *concl. 1318. n. 27.*

CAP. CVII.

De Interventione.

Axioma I.

Qvicunqve habet interesse in causa, illi competit jus interveniendi.

Ratio, qvia interventio præsumitur malitiosa & ad processum extrahendum facta, nisi adsit interesse, hinc sine illius probatione non admittenda. *Carpz. Proceff. Tit. 4. art. 2. n. 37.*

Exempl. ita ergò hodiè Magistratus intervenire potest, si subditus suus alieni Magistratus Jurisdictionem prorogare velit, aut si subditus suus ab alio arrestetur. *Mev. P. 5. Decis. 112.*

Declara: (1.) modò interesse illud fuerit pertinens & à causa principali non alienum seu separatum. *Brunnemann. in proceff. Civil. cap. 13. n. 5.* Sic enim novo Processu hoc jus separatum foret deducendum. Carpz. *L. 3. Resp. 21. num. 11.* (2.) Modò interesse illud fuerit justum, i. e. in jure fundatum. *Mev. P. 7. Dec. 208.*

II.

In qvocunqve statu interveniens causam reperit, in illo eam reassumere tenetur. *cap. fin. ut lite pend. in 6.* qvia Reipubl. interest ne lites multiplicentur aut extrahantur.

Exempl. ita ergò interveniens non tenetur denuò litem contestari, nec potest publicatis attestationibus super iisdem vel directò contrariis articulis alios testes producere. vid. *Gal. L. 1. obs. 71.* ubi plura exempla. Pariter nec post rem judicatam amplius potest intervenire, qvia hoc casu neqve Principali defensio supersest.

Declar. ut procedat, si accessoriè interveniat uni litigantium assistendo, non verò si specialem actionem & processum instituat, tunc enim omnia ipsi salva, modò anteà non ignoraverit, litem esse motam. *Brunnem. d. cap. 13. n. 15.*

CAP. CVIII.

De Intimatione.

Ubi intimatio seu monitio necessaria, ibi scientia non sufficit, præsertim ad incurrendam pœnam. Bart. *in l. denunciasse. §. qvod ergo. vers. qvandoqve reqviritur. n. 1. & ibi* Angel. *n. 3. vers. sequitur. ff. ad L. Jul. de adulter. & l. 2. §. fin. ff. solut. matr.* Alex. *conf. 24. num. 5. lib. 4.* Farin. *1. conf. 93. num. 10.* Bald. *in c. ad hoc. n. 19. in fin. tit. de Allodiis, &c. ad hoc. num. 3. tit. Si de feudo Vasall. ab aliq. interpell. in Usib. Feud. gl. in clem. causam. in gl. fin. de Elect.* Covar. *lib. 3. var. res. c. 7. n. 3.* Costal. *in adversar. ad l. item veniunt. 20. §. petitam. ff. de petit. hæred.* Ubi declarat obtinere, si intimatio ad aliqvid faciendum procederet. Tunc enim non sufficit scientia nisi ea adjiciatur. *l. denunciasse. 17. in pr. ff. ad L. Jul. de adulter.* secus si solum fiat ad certiorem aliqvem faciendum, hoc enim in casu tantum operatur simplex scientia ac intimatio *d. §. petitam.* Hinc intimatione opus non esse, cum pars notitiam sententiæ contra se latæ habuit. *post.* Dyn. *in c. eum qvi certus in fin. de R. I. in 6.* Socin. jun. *conf. 120. n. 16. lib. 3.* Rip. *in c. cum M. Ferrariensis de constit. refert.* Menoch. *1. arb. judic. 66. num. 3. add. &* Tiraqvel. *in tract. de retract. consanguin. 36. gl. 2. num. 34.*

CAP. CIX.

De Inventario.

Axioma I.

Qvicunqve administrat bona aliena, ille tenetur ad inventarium.

Ratio: qvia omnis administrator tenetur ad rationes. *l. tutor qvi repertorium 7. ff. h. t.* Inventarium autem est caput & fundamentum rationum. *Mev. P. 8. Dec. 180. n. 1.* Ita e. g. tutor ad inventarium tenetur. *Rec. Imp. de anno 1548. & 1577. tit.* **von der Pupillen und minderjährigen Kinder** *Tutorn und Vormünden.* 32.

Limita: ut si non semper ad solenne, ad minimum tamen ad juratam specificationem bonorum teneantur *Carpz. P. 2. Const. 11. def. 4.* ut, si pater super bonis pupilli inventarii confectionem prohibuerit *Carpz. d. l.* ita ob paupertatem confectio Inventarii à tutore potest omitti. *Perez. C. qvando & qvib. qvarta. n. 8. conf. Mev. P. 2. Dec. 96. P. 7. dec. 50. n. 6. 8. 9.*

II.

Si Inventarium perfectum exhibeatur, non opus est Juramento. Circa qvantitatem mobilium autem standum est juramento heredis de credulitate. *Brunnem. ad l. 2. C. qvand. & qvib. qvarta. n. 2.*

III.

Inventarii conficiendi necessitas incumbit unicuiqve ad rei alicujus restitutionem obligato. *Carpz. P. 2. Const. 42. d. 8. n. 4.* neqve remitti potest à testatore *Rol. à Valle conf. 92. Wes. conf. 86. vol. 2.*

IV.

Inventarium ritè & solenniter conditum probationem facit & inter publica Instrumenta connumeratur. *Carpz. P. 3. C. 33. d. 8. n. 7.*

V.

Inventarii beneficium est, qvòd heres de suo nihil solvere debeat. *Mev. P. 1. Dec. 38. n. 1.* & heredem perpetuò servat indemnem. *Carpz. P. 2. Dec. 160. n. 8. 9.*

CAP. CX.

De Inventione.

Axioma I.

Qvousqve restringi potest captura bestiarum, eousqve etiam libertas inventionis, qvia utraqve ex eodem jure descendit.

II.

Res inventa non potest retineri nec à fisco obtineri, etiamsi dominus ignoretur, sed diligenti inqvisitione dominus debet pervestigari. Qvodsi nullus invenitur, licitè res retinetur, nec inter pauperes est distribuenda, *Perez. C. de bon. vac. n. 23. seqq.* solet tamen ad pios usus converti. *Perez. C. de grege Domin. n. 7.*

III.

Arma præsumuntur ejus esse, penes qvem inveniuntur. vid. *Perez, C. ut armor. usus. n. 7.*

IV.

Qvæ hodiè inveniuntur in litteribus, ex plenitudine potestatis Principes ad augendum fiscum sibi licitè adscripserunt. *Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. 41. th. 22.* & *Syntagm. Jur. feud. cap. 6. aph. 8.*

V.

Inventores rerum casu amissarum qvandoqve solent libellum proponere, qvò significatur se rem aliqvam invenisse & reddituros ei qvi desideravit, dominiumqve probaverit. *Struv. d. exerc. 41. th. 60. Carpz. P. 3. Const. 31. def. 18. num. 4.*

VI.

Inventori non acqviritur pecunia, de cujus domino probabiliter tantùm constat, sed tota Domino ejusve heredi est restituenda. *Struv. d. Exerc. 41. th. 53. in fin.*

Inverecundus. *v. infra* Turpis.

CAP. CXI.

De Inverisimili.

Inverisimile qvod est, pro falso & incredibili habetur. Farin. *1. conf. crim. 24. n. 12.* qvia inverisimilitudo est species falsitatis. *l. Mæv. 66. in pr. ff. de legat. 2. l. qvi filium. 64. ff. de legat. 3.* Bald. *in l. 1. col. 3. C. de serv. fugitiv.* latè Tiraq. *in l. si unqvam præf. n. 37. & seqq. C. de revoc. donat.* Unde & ad tollendam fidem probationis paria censentur, dicere qvid falsum, vel inverisimile. Menoch. *2. arb. jud. cas. 442. n. 5.* Rol. *conf. 7. n. 17. vol. 1. & conf. 73. n. 38. vol. 2. & const. 27. n. 23. vol.* Crav. *3. conf. crim. divers. 116. num. 16. tom. 2.*

CAP. CXII.

Investitura.

Axioma I.

Investitura vim contractus ostendit, in eamqve veluti scopum omnis feudi status dirigitur. Bald. *in prælud. feud. divis. 4. num. 46. & in cap. unic. §. num. 3. de feud. Marchiæ.* Zas. *in Epitom. feud. part. 8. num. 49.* nec potest feudo potiri, qvem tenor investituræ excludit. *arg. l. dies cautioni. 4. §. toties. ff. de damn. infect. l. ad probationem. 21. ibi qvem tenor scripturæ designat. & ibi* Bald. *C. de probat.* Bart. *in l. fin. C. de reb. cred.* qvæ causa est, qvod tam jura, qvam interpretes Feudorum, tenorem investituræ in qvovis feudo præcipue attendi velint, *cap. unic. in fin. de duob. fratr. à Capit. invest. cap. unic. in fin. de success. feud. cap. unic. §. denique qvæ fuit prim. caus. benef. amitt.* Bald. *in l. 1. §. sed etsi qvis. in 3. notab. C. de latin. libert. toll. & in l. qvoties. 12. num. 3. & 4. Cod. de suis. & legitim.* Jas. *in prælud. feud. 4. decis. numer. 98. cum seqq. & in conf. 136. num. 2. volum. 4. Paris. conf. 1. num. 1. & 2. & conf. 5. in pr.* Cacher. *decis. Pedem. 23. num. 2. & decis. 139. in pr.* Molin. *in consuet. Paris. in pr. n. 50.* Phil. Matth. *1. conf. Marp. 31. num. 6.* Tenor siqvidem Investituræ legem & naturam tribuit feudo. Paris. *conf. 106. num. 20. vol. 1.* Menoch. *conf. 58. nam. 23. vol. 2.* Sonsbeck. *in comm. Feud. p. 9. n. 26.* Nevizan. *conf. 11. n. 6.* Zas. *in epitom. feud. p. 5. n. 60.* qvemadmodum contractus ex conventione legem accipit *l. 1. §. si conveniat. ff. depositi. l. si ut certo. 5. §. interdum. ff. commod. l. contract. §. 1. ff. de R. I.* cum ut conventio contractum, ita & investitura alteret naturam feudorum. Jas. *in prælud. feud. n. 99.* Paris. *conf. 12. n. 10.* Joh. Fichard. *conf. 14. n. 11. lib. 1.* Borcholt. *de feud. c. 1. n. 25.* Hartm. Pist. *2. q. 1. n. 4.* Regn. Sixt. *2. conf. Marp. 18. n. 24.* Unde & derogare communi feudorum naturæ dicitur. Jas. *conf. 136. num. 2. vol. 4.* Paris. *conf. 13. n. 13. vol. 1.* Dec. *conf. 23. n. 34. vol. 1. & conf. 93. num. 12. vol. 3.* qvam unam maximam esse in feudis dicit Laudens. *in c. 1. n. 5. qvi feud. dare poss. & in cap. 1. §. qvin etiam. num. 8. Epis. vel Abbat.* nec facile & sine causa investituræ verba restringenda sunt, sed interpretanda prout sonant. Tiraq. *in l. si unqvam verb. libertis. n. 9. C. de revoc. donat.* Paris. de Puteo *de redintegr. feud. c. 30. n. 94.* Rol. à Vall. *conf. 79. vol. 2.* Schurf. *conf. 98. cent. 1.* Zas. *1. conf. 12. n. 59. vol. 1.* ita ut accipiantur cum effectu, ne superfluitatem pariant, sed aliqvod operentur. Alvarot. *in cap. 1. num. 2. de feud. non hab. propr. nat.*

II.

Investitura est stricti juris. *cap. unic. de duob. fratr. à Capitan. invest.* Alvarot. *ad tit. 1. in pr. num. 4. vers. item qvod materia lib. 2. Feud.* Curt. jun. *tract. de feud. p. 1. q. 9. num. 3.* Jul. Clar. *in §. feudum.*

feudum. q. 6. Zas. *in Epit. feud. p. 1. in fin.* Schrader. *in tract. feud. p. 2. c. 2. num. 4.* Henr. à Rosenth. *in synopſ. jur. feudal. 1. concluſ. 5. num. 3. & ſeqq. & cap. 12. n. 3.* Vultej. *1. de feud. cap. 7. n. 56. p. 214.* pertrahenda enim non eſt ultra ſua ſignificata, neqve ad diverſa & ſeparata, multo minus ad ea, de qvibus probabile eſt non ſenſiſſe contrahentes. Jo. Gœdd. *conſ. Marp. 33. num. 37.* qvod locum habere reſpectu tertii, qvando nimirum de præjudicio ac jure tertii agitur, reſpectu enim Vaſalli & Domini inveſtituras eſſe latius interpretandas docet Bart. *in l. 1. in fin. C. de jur. & fact. ignor. l. ult. C. ſi contr. jus vel util. publ.* Dec. *conſ. 588. num. 20.* Regner. Sixtin. *2. conſ. Marp. 18. num. 118. qvos refert & ſeqvitur* Weſenb. *conſ. 4. num. 108.* ubi ſimul addit, reſpectu Vaſalli inveſtiturarum verba latiſſime accipi debere. vid. Jaſ. *in prælud. feud. n. 26. & 27.*

III.

Inveſtitura prima eſt radix & ſeqventium fundamentum. Bald. *in c. unic. §. 1. de feud. guard.* Dec. *conſ. 173.* Paul. de Caſtr. *conſ. 17. numero 1. vol. 2.* ubi ait inveſtituram in deſcendentibus talem præſumi, qvalis in majoribus fuit. Phil. Matth. *2. conſ. Marp. 26. num. 94.* Unde poſteriores inveſtituræ non primam, ſed hæc illas declarat, & ex hac tanqvam radice & fundamento illæ dependent. Dec. *conſ. 185. col. 2. & conſ. 193. n. 3.* Ruin. *conſ. 20. & conſ. 187. lib. 1.* Cephal. *conſ. 369. num. 102. conſ. 307. num. 72.* Ludov. Godazin. *conſ. 84.*

IV.

Inveſtituræ prioris innovatio in præjudicium illorum, qvi in ea ſunt vocati, facta, nullius eſt momenti. *cap. 1. de ſucceſ. feud.* Bald. *in l. 1. col. pen. verſ. qvod ſi Dominus. C. qvand. non petant. part. & in l. ult. numer. 3. de ſuis & legitim. Præpoſit. in cap. 1. num. 2. an agnat. vel filius.* Alvorat. *in c. 1. n. 3. de Vaſall. decrepitæ ætat.* Gail. *2. obſ. 49. num. 2.* Dec. *conſ. 410. num. 12. conſ. 544. num. 13.* Carol. Ruin. *conſ. 7. n. 29.* Cephal. *conſ. 23. numero 37. lib. 1.* Ludov. Gozadin. *conſ. 26. numero 40.*

V.

Inveſtitura non confert poſſeſſionem, ſed eam qvæ eſt confirmat. Jaſ. *in l. qvoties num. 29. C. de rei vind.* Bald. *in rubr. C. de contr. empt.* Unde licet inveſtitura prima per poſteriores mutari neqveat, tamen per eas declarari ac illuſtrari poteſt, earumq; merito ad corroborandum intellectum primæ inveſtituræ ratio haberi debet. *arg. l. heredes palam. 21. §. ſi qvid poſt. 1. & ibi* Bald. *de teſtam.* Joh. Andr. *in addit. ad* Speculat. *tit. de teſtam. §. nunc videndum in verb. notat Dominicus.* Dec. *conſ. 139. num. 6.* Regner. Sixtin. *2. conſ. Marp. 18. n. 11.*

VI.

Inveſtitura Inveſtito præbet titulum & cauſam poſſidendi *Schurf. conſ. 53. num. 9. cent. 3.* Cacher. *conſ. 34. n. 20.* intentionem enim fundatam habere dicitur, qvi pro ſe habet inveſtituram. Iſern. *in cap. 1. num. 2. de inveſt. de re alien. fact.* maximè ſi ab Imperatore habeat. Schurff. *53. num. 9. cent. 3.* qvia per inveſtituram ſolam Imperatoris transfertur dominium & poſſeſſio. Menoch. *conſ. 910. n. 21. vol. 2.* Borell. *conſ. 1. n. 41.* Petr. Gregor. *de conceſſ. feud. qvæſt. 8. p. 1* præſertim ſi appareat eam in inveſtiendo fuiſſe Imperatoris voluntatem, qvod dominium & poſſeſſionem transferre voluerit. Joh. Franciſ. de Ponte *conſ. 55. n. 28.* Vult. *3. conſ. Marp. 35. n. 23.* unde & hunc modum dominii translativum vocavit Bald. *in prælud. feud. n. 27.* modum acqvirendi, qvi dare ſolet jus ad rem absqve traditione, & jus in re cum poſſeſſione, ut ait Afflict. *deciſ. Neapol. 299. n. 20.* & ideo inveſtitura præſumitur vera. Bald. *in rubr. C. de contr. empt. n. 20.* præſertim antiqva & à majoribus accepta atqve ab immemoriali tempore continuata Bald. *in l. exemplo. n. 2. C. de probat.* ſicut & continuata præſumitur niſi probetur contrarium *l. ſive poſſidetis. 16. C. de probat.* Bald. *in cap. 1. in pr. de contr. int. maſc. & fœm.* Vult. *2. conſ. Marp. 30. num. 34.*

VII.

Inveſtituræ principum & illuſtrium virorum publicam merentur fidem proqve publicis inſtrumentis reputantur Bald. & Salicet. *ad l. ſi qva C. de Epiſc. aud. per cap. ceſſionem. ubi Canoniſtæ extr. de fid. Inſtr.* Weſ. *conſ. 27. n. 10. & conſ. 42. n. 7.* Eſtqve probatio, probata uti qvælibet alia inſtrumenta publica *l. cum precibus. 18. C. de probat.* Tiber. Decian. *reſp. 66. n. 59. vol. 3. reſp. 55. num. 6. vol. 5.* Rol. à Vall. *conſ. 76. num. 8. conſ. 79.* Joh. Gallien. *tom. 1. conſ. Feud. 2. n. 10.* ut qvæ ſunt optimæ feudi & actuum qvi de feudo exercentur probationes *cap. un. §. 1. qvid ſit inveſtit. cap. 1. de nat. feud.* Jaſ. *in prælud. feud. n. 12.* Innocent. *in cap. veritatis de jurejur.* VVeſ. *conſ. 4. n. 77.* Regner. Sixtin. *2. conſ. Marp. 11. n. 78.* ac faciunt rem indubitatam & apertam. Jaſ. *ad l. 1. n. 10. ff. de nov. oper. nunc.* Menoch. *conſ. 7. n. 4. conſ. 384. n. 1.* maxime in negotio antiqvo. Bald. *in l. emancipatione verſ. ult. qværo. C. de fid. inſtr.* Decian. *reſp. 64. n. 9. vol. 5.* Cravett. *de antiq. temp. part. 1. §. ampliatur. n. 10.* etiamſi verba enunciativè ſint poſita. Caſtr. *conſ. 202. n. 4. vol. 1.* Cravett. *d. §. ampliatur. n. 1. & 2.* nedum ſi diſpoſitivè ſcripta Dec. *conſ. 428. n. 5.* Franciſc. Burſat. *conſ. 27. n. 5.* Felin. *ad c. cum cauſam. extr. de probat.* Joh. Gœd. *3. conſ. Marp. 33. n. 42.*

VIII.

Inveſtitura generis non probat conceſſionem vel poſſeſſionem ſpeciei. Innocent. *in c. in præſentia de probat.* Tiraq. *de retr. conſang. §. 36. gl. 3. n. 2.* Cacher. *deciſ. Pedemont. 161. num. 12.* Phil. Matth. *2. conſ. Marp. 27. n. 36.* VVeſenb. *1. conſ. 45. n. 37.* Regner. Sixtin. *7. conſ. Marp. 9. n. 27.*

IX.

Inveſtituræ recipiunt interpretationem ex conſuetudine & obſervantia *gl. in c. 1. §. hoc qvoqve verb. ſucceſſione. qvi feud. dar. poſſ.* Alvarot. *in cap. 1. §. in judicio. num. 5. de feud. cognit.* Gail. *2. obſ. 148. num. 3. verſ. niſi aliter.* Decian. *conſ. 124. n. 15. vol. 3.* Herm. Vult. *1. conſ. Marp. 33. n. 59.*

X.

Inveſtitura facta ſuper uno feudo, non extenditur ad aliud ſeparatum Pariſ. *conſ. 15. n. 27. lib. 1.* VVeſenb. *1. conſ. 4. n. 34.*

XI.

Investitura & instrumentum qvodlibet se ad aliud referens, idem continere intelligitur, qvod illud, ad qvod se refert. Menoch. *cons. 1. n. 83. &* dicitur contineri in scriptura referente idem, qvod continetur in relata *l. asse. toto. 77. ubi* Bart. *& Dd. de hered. instit. l. institutio talis. 10. de condit. instit. c. venerabilis de Confirmat. utili.* qvod maximè obtinere in investituris confirmantibus, scil. ut contineant nihil aliud qvam confirmatum, ait Wesenb. *1. cons. 4. n. 77.*

XII.

Investitura simultanea est, qvando Dominus consensu Vasalli alium de eodem feudo investit eique jus succedendi tribuit, **ein Mitbelehnter/ der die gesamte Hand hat.** Stryck. *Exam. Jur. Feud. cap. 12. qvæst. 42.*

XIII.

Investitura simultanea Jure Feudali communi triplici casu obtinet, (1.) si duo investiantur, ut simul actu feudum habeant *2. Feud. 12. & 18.* (2.) si fratri in feudo novo per pactum investituræ successio deferatur. *1. F. 1. §. 2. 2. F. 12.* (3.) si consentiente Vasallo alius de eodem feudo simul investiatur ac in possessionem mittatur. Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 9. th. 14. n. 1.*

XIV.

Investiturâ simultaneâ deficiente agnati ne qvidem in feudo antiqvo Jure Saxonico succedunt, Jure communi eâ opus non habent nisi in feudo novo. Berl. *P. 2. Concl. 53. n. 24.*

XV.

Investitus simultaneè Jure Saxonico omni casu tenetur investituræ renovationem petere, non verò jure communi, nisi feudo aperto vel ad ipsum devoluto. Köppen. *decis. 31. n. 4.* qvamvis in Marchia mutato domino etiam renovatio petenda. Rhet. *Comment. in Jus Feud. pag. 350.*

XVI.

Investitura simultanea Jure Saxon. per divisionem feudi expirat, nisi de alterius parte denuò simultaneè investiantur; Jure Communi verò Jus succedendi manet integrum. Berl. *P. 2. Concl. 53. n. 46. seqq.* Köppen *Decis. 47. n. 8.*

CAP. CXIII.

De Invidia *v. Sup.* Æmulatio.

Axioma I.

Invidiæ crimen jure est exosum, ostendit hoc Wesenb. *de servit. n. 3.* adeoqve vitandum. *vid.* Hartm. Pistor. *3. qvæst. 25. n. pen. allegantem. l. 1. C. de caduc. toll. tot. tit. Inst. de L. Fus. Canin. toll. &* latè Anton. *de rescript. monitor. tit. 5. concl. 6. num. 30. & seq.* Hinc semper à viris probis id qvamvis æqvalibus abfuisse, nec erubuisse alterum ab altero qvod sciret appetere, testatur Cujac. *ad African. tr. 1. pr. gl. in l. 4. in verb. non erit ei invidendum. de Usu & habitat.* Unde Versus:

Invidiosus ego, non invidus esse laboro.

II.

Ubi de utilitate alicujus constat, animus invidia purgatur. Jas. *in l. qvo minus. 2. n. 22. de flumin.* Alex. *2. cons. 174.* Gail. *2. obs. 69. n. 30. & 31.* Wesenb. *cons. 34. n. 21.* Unde alleganti æmulationem meritò probatio injungitur. Gail. *d. loco.*

CAP. CXIV.

De Invito.

Axioma I.

Qvibus invitis qvis potest alienare, multo magis iisdem & ignorantibus & absentibus. *l. 26. ff. de R. I.* Plus enim est invito alienare posse, qvam absente & ignorante, cum absens alienationi forsitan contradicturus non fuisset, & frustra expectatur præsentia aut scientia ejus, qvo invito actus expediri potest. Exemplum est in mandato, si nimirum tibi mandavero, ut domum Sejanam centum emas, utiqve mandasse videor, ut minoris eam si fieri possit emas. §. *is exsequitur. Inst. de mandat. l. cum de indebito. 25. ff. de probat.* aliud exemplum reperitur in donatione; qvi enim donare potest, qvia plus est, poterit etiam vendere & concedere. *l. 163. ff. de R. I.*

Limita (1.) in decurione, qvi licet sua prædia vendere non possit, donare tamen potest. *l. 3. C. de præd. decur.* (2.) in muliere, cui SC. Vellejanum succurrit intercedenti, non donanti. *l. 4. §. 1. ad SC. Vellej.* (3.) in Præside provinciæ, qvi jus gladii habet & potest vitam adimere, damnare in metallum. *l. relegatos. §. 1. ff. de interdict. & releg.* non tamen civitatem. Hyppolit. à Collib. *ad l. 21. de R. I.*

II.

Invitis etiam Dominis qværitur, qvod servi acqvirunt. *§. item vobis. 3. Inst. per qvas person. nob. acqvir. l. servus vel ante 62. de V. O. l. etiam invitis. 32. ff. de acqvir. dom. l. 1. §. 5. l. peregr. 44. §. 1. ff. de acqvir. poss. l. juste 44. §. ult. ff. de Usucap.* Cujac. *ad l. 1. §. item acqvirimus ff. de acqvir. possess.* Bocer. *in Comment. ad tit. Inst. per qvas person. cuiqve acqviritur. n. 21.*

Intellige scil. commutabiliter, qvia potest repudiare, non verò incommutabiliter, & sic in effectu non gaudet invitus *fac. l. placet. ff. de acqvir. hered.* Valsq. *2. contr. jur. c. 39. num. 1.* ita legatum acqviritur invito, & fit Dominus à morte defuncti scil. commutabiliter; postqvam autem repudiat, fingitur non acqvisitum. *l. servum filii 44. §. 1. de legat. 1. l. cum pater 77. §. surdo. 3. de legat. 2. l. à Titio. 64. ff. de furt. l. proinde. 8. si cert. petat.* licet secus sit in fideicommisso, qvod non acqviri invito dicitur nisi præcedat restitutio *l. restituta. 37. ff. ad SC. Trebell. l. facta. 63. in pr. ead.* Rationem diversitatis *vid. apud* Jas. *in l. fin. C. de SS. Eccles. & in l. 1. Commun. de legat. col. 5.*

III.

Invitus nemo agere cogitur. *l. unic. Cod. ut nemo invit. agere & ibi* Cujac. *in l. fin. C. de Usur. pupill. Auth. qvi semel. qvom. & qvand. judex.* Boer. *decis. 255. Umm. in proces. judic. Disp. 1. th. 4. num. 18.* Qvia verecunda est cogitatio ejus, qvi lites execratur, nec implicari vult negotiis *l. 4. ff. de alienat. judic. mutand. caus.* Est enim

cuivis

cuivis liberum agere vel non agere *l. 5. § ult. ff. de except. dol.* nec qvispiam cogi debet, ut jure suo utatur cum alterius non interfit: cum qvilibet rerum suarum sit moderator & arbiter. *l. 21. Cod. mandat.* sicuti nec accusare cogitur. *d. l. unic.* qvia accusatio ex liberâ, non coacta voluntate proficisci debet, ne qvis alterius interitu lætari dicatur. Unde etiam Athenis nulli accusatores fuerunt, nisi voluntarii, ut not. Cujac. *hic. vid.* Carpzov. *p. 3. qvæst. 104. n. 51.* sicut nec qvisqvam invitus curator bonis datur. *l. 1. §. qværitur de Curator. bon. dand. l. 3. §. si pupillus. de tutel.* Anton. Fab. *in C. suo de Curat. fur. defin. 1. num. 9.* ratione potissimum ea, qvia Curator satisdare tenetur, satisdatione autem qvem invitum onerari (excipe nisi ob officium publicum) incivile esset *l. hæc stipulatio. 14. in fin. ut legat. nom. cav.* Anton. Fab. *d. loc. defin. 6. n. 2.*

Intellige verum regulariter; non enim procederet qvando qvis expresse vel tacite se ad agendum adstrinxisset. Exemplum est in diffamatore, qvi tacitè se ad agendum arctat. Diffamare enim est tacitè ad judicium provocare, & diffamator, eo ipso qvod diffamat, ad judicem diffamati provocare & proinde agere velle intelligitur. *l. diffamari. 5. Cod. de ingen. manumiss.* Gail. *1. obs. 9. num. 3.* ita etiam non procederet, qvando lis esset contestata, cum possit qvis invitus cogi ut actionem institutam persequatur. *Novel. 112.* item cum actor potest cogere reum, cum qvo contendit, ut is agat cum alio suâ actione. *l. 13. §. pen. ff. de act. empt. l. 6. §. massam. ff. locat.* ubi Gothofred. *l. 8. §. fin. ff. de opt. Lega.* Limitari etiam solet *per tit. ff. ad SC. Syllan.* in qvo heres necem defuncti vindicare, illiusqve interfectores accusare cogitur. *l. 1. ff. de tit.* cum alias nulla domus tuta esse possit, nisi periculo capitis sui custodiam Domini tam à domesticis, qvam ab extraneis servis præstare cogantur: ideoqve si Dominus occisus sit, rectè heres ante omnia necem defuncti ulcisci cogitur. *d. l. 1. & tot. tit. ff. ad SC. Syllan.*

Deinde exceptiones suas habet hæc regula vel à personâ actoris ratione officii, si alterius sit gestor, procurator, tutor vel Curator *l. 9. ff. de negot. gest. l. 11. ff. mand.* vel ex vi obligationis; sic venditor agere tenetur contra tertium ut emtori satisfiat *l. 13. §. penult. ff. de action. Emti.* Vel à personâ rei, v. g. cogitur qvis agere vel terminum petere ad agendum, qvia fortè reus brevi sit recessurus. Perez. *ad Cod. ut nemo invitus agere vel accusare cogatur num. 1. 7.*

IV.

Invitus nemo donat. *l. 10. C. de donat. l. 5. ff. de transact. facit. l. 33. ff. de contrah. empt. tot. tit. C. plus valer. qvod agitur, qvam qvod simulate concip.* ratio, qvia veritas rei majores, qvam scriptura, vires obtinet. *d. l. 10.* atqve tum demum vera donatio efficitur, qvando mens dantis & accipientis concurrunt. *l. 18. in pr. ff. de reb. Cred.* Just. Mejer. *in disputat. de donat. simplic. th. 8.* sicuti nec vendere cogitur. *l. 11. l. 13. in fin. l. 14. C. de Contr. empt. l. 1. C. de rescind. vend.* nisi certis casibus, veluti testamento jussus *l. 66. de legat. 1.* vel ratione communionis. *l. 13. §. 17. ff. de act. empt.* vel ut publicè inediæ consulatur. *l. 1. §. 11. ff. de offic. præfect. urb.* Treutl. *disp. 28. & 3. tit. d. vol. 1.* Hunn. *p. 2. disp. 2. th. 3. q. 9.*

V.

Invitus nemo qvid facere cogitur *vid. supr. lib. 1. c. 14. ax. 11. & lib. 6. c. 3. Axiom. 11.* qvoniam injuriæ hoc esset proximum. *l. 14. C. de C. B.* Carpzov. *1. R. 103. num. 5.* Ita nemo invitus emere vendere cogitur. *l. 11. C. de contrah. empt.* nec locare. *l. invitos. 11. Cod. locat.*

VI.

Invito beneficium non datur. *l. 69. ff. R. I. l. 156. §. ult. ff. eod. v. supr. lib. 2. cap. 5. axiom. 18.* Auferri enim invito qvid potest, non dari *l. hoc jure. 19. §. non potest. ff. de donat.* Sic liberalitas in invitum non confertur. *l. nec temerè 26. C. de jur. delib.* nec bonorū possessio ab invito acqviritur. *l. 3. §. 3. de bon. possess.* sic etiam nec invitus arrogari. *l. 5. l. 24. ff. de adopt.* nec emancipare *l. 4. C. de Emancip.* nec emancipationem accipere *l. 5. C. eod.* nec potestatem dissolutam redintegrare cogitur. Wesenb. *in parat. ff. de adopt. num. ult.* Limita in datione libertatis: qvamvis enim libertas beneficium sit *l. 1. ff. de bon. libert.* nihilominus tamen etiam invito datur. *l. ult. de manumiss. testam.* ita pupillo etiam invito tutorem dari patet *ex l. 5. & 6. ff. de tutor. dat.* similiter ei, qvi in possessione servitutis est constitutus, invito nec de conditione sua litigari passo succurritur. *l. 1. cum seqq. de liberal. caus.* ita solvere etiam invito debitore qvis potest *l. qvod qvis 50. ff. de O. & A. l. qvod certâ. 70. ff. de solut. l. acceptam 19. C. de usur. Dd. in l. qvi Romæ. 122. in pr. de V. O.* Wesenb. *in parat. ff. de solut. n. 4.* cum commodum creditoris respiciat *l. solutione. 23. l. solvere. 53. ff. de solut.* ita & invitis honores & dignitates deferuntur, cum Reipubl. intersit benè meritos ad dignitates evehi. *l. 3. §. Præses. 15. de muner. & honorib. Dd. ad l. dotem. in fin. de solut.* ita inviti etiam Episcopi fiunt. *l. 31. C. de Episc. & Cler.* ita invitum admonere & corrigere possum *c. novit. 13. de judic.* imò & invitis portiones deficientium cohæredum accrescunt. *l. 3. de O. A.* ubi Wesenb. *in paratit. vid. plur. apud* Gothofred. *ad l. 156. ff. de R. I.* qvæ omnia ut & alia, si qvæ sunt, cum rationem aliqvam specialitatis in se habeant commiserationis scil. vel libertatis, non male à regula excludi ait Hyppolit. à Collib. *ad l. 69. de R. I.*

Declarationis causa distingvere licet inter rationem beneficii & rationem juris, seu inter necessitatem consequentis & consequentiæ. Ut alicui invito beneficium accedat, non facit ratio beneficii seu conditio, sed ratio juris Bachov. *ad §. item vobis. 3. Inst. de condit. & demonstr.* fit enim necessario ut accedat, sed non manet apud invitum necessario. Paulò aliter hæc declarat Cujac. *in l. 71. de condit. & demonstr. h. e. lib. 17. qq. Pap.* cujus tamen interpretatio eodem ferè recidit. *conf. not. ad d. l. 69. ubi aliam dedi. v.*

VII.

Invitus ad sacrum officium regulariter compelli non potest, sed persvadendus est recusans; in recusatione autem pergens, si persona idonea non adsit, licitè etiam compellitur. Stryck. *in addit.*

ad Brunnem. *Jus Eccles. Lib. 1. Cap. 5. §. 13.* ubi simul respondet ad dictum Apostoli Petri *1. Petr. 5. v. 2.*

CAP CXV.

De Joco, Lascivo.

Axioma I.

Qvi jocatur, non mentitur. Cujac. *ad l. 19. de interrogat. in jur. in lib. 8. qq. Papin.* Mendacium enim est species doli. *qvid enim 14. ff. de dol. mal.* Itaqve si qvis eum, qvi jam decesit è vitâ, confiteatur servum suum esse, jocari non mentiri videbitur, *l. confessionibus. 13. & seq. l. si ante. 14. de interrog. in jur. fac.*

II.

Qvod per jocum fit, non est siniſtrè interpretandum. *l. 3. §. 3. de injur. Anton. de monator. rescript. c. 4. num. 17. lit. m. nec serio prævertendum i. e. accipiendum. Plaut. in amphytr. act. 3. scen. 2. vers. 39.*

III.

Jocus consensui adversatur. Carpzov. *Defin. Consist. L. 2. tit. 2. def. 19. n. 5.*

IV.

Qvi aliqvid dicit jocandi causâ, nullum exinde præjudicium pertimescere potest. Menoch. *l. 1. præsumt. 89. num. 15.*

CAP. CXVI.

De Ira, Indignatione.

Axioma I.

Iracundiæ calore qvicqvid fit, irritum censetur. *l. qvicqvid 48. ff. de R. I. cap. si qvis iratus. 2. q. 3. ubi gl. l. 19. C. de inoff. test. ubi* Jas. *num. 4. & seqq. hanc regulam variè ampliat & limitat.* Felin. *ad cap. sicut ex literis. extr. de jurejur.* Gœdd. *3. cons. Marp. 28. n. 113.* Ita enim sæpè innocentes ad crimen adducit. *gl. in l. 3. de divort.* Ubi iram excusare à culpa, & minuere delictum ait *idem gl. in d. l. qvicqvid ff. de R. I.* & qvod inconsveto calore iracundiæ fit, dolo caret. *l. 1. §. qværi. 5. ff. ad SC. Turpill. l. 2. ibi seu calorem. C. de abolit. l. aut facta 16. §. causa 2. ibi cum qvis per iram ab extraneo. ff. de pœn. d. c. si qvis ubi gl. 2. q. 3. c. im. 68. 11. q. 3.* per qvæ & alia plura additis etiam Philosophorum, Aristotelis & Platonis authoritatibus, Historicorũ Valerii Maximi & Agellii exemplis, Theologorum ac etiam sacræ paginæ confirmationibus hanc regulam pluribus comprobat & exornat. Tiraq. *de pœn. Temp. caus. 1. n. 1. & seqq.* cui adstipulantur Felin. *in cap. sicut. n. 2. & num. 4. in fin. de jurejur.* Dec. *in l. qvicqvid n. 7. cum seq. ff. de R. I. & ibi* Cagnol. *n. 6. & 7.* Jas. *in l. si filium tuum. n. 6. vers. tertio fallit. C. de inoff. testam.* Jacob. Boulen *in repet. l. Capitalium. §. famosos. n. 195. ff. de pœn.* Novel. *in tract. ad defensum n. 82.* Duen. *reg. 292. in cap. limit. vers. in qvo est notandum* Boss. *tit. de homicid. n. 60.* ubi ex auctoritate D. Gregorii dixit difficilius esse irâ contineri, qvam miracula facere. vid. Clar. *in pract. §. fin. qvæst. 60. vers. est etiam.* Carpzov. *in crimin. p. 1. q. 6. n. 5.* Siqvidem ira mentis alienationem inducit & rationem perturbat. *text. in l. si adulterium 38. §. Imperator. 8. ff. ad L. Jul. de adulter. d. c. si qvis iratus. 5. 2. q. 3.* Hyppolit. *in pract. crim. §. qvoniam. n. 62. & num. 66.* Gail. *2. obs. 110. n. 36.* gignit insaniam, maximè si sit immodica, ein übermäßiger Zorn / prout ait. Luc. de Penn. *in l. omnes omnino. C. de decur. lib. 10.* Unde Persius *satyra 3. inqvit:*

Nunc face suppositæ ferveſcit sangvis & iræ,
Scintillant oculi, dicisq; facisq;, qvod ipse
Non sani est hominis non sanus juret Oresles.

Hinc Bald. *in cap. 1. §. si qvis. de Pac. tenend.* Hominem (ait) iracundiæ calore incensum & commotum sine sua culpâ non esse in plenitudine intellectus, cum difficillimum sit justum temperare dolorem, *per d. l. si adulterium. §. Impp. add. Farin. 1. cons. crim. 4. n. 14.* Et licet contrarium *ex l. si non convicit. 5. C. de injur.* qvod nimirum ea in delictis non excuset, facile desumi posset, cum, si aliter diceremus, nunqvam punirentur delicta, nec ullum sit fere delictum qvod sine ira committatur; declarationis tamen loco notari poterit, qvod calor iracundiæ tunc vitio careat, & impunitus sit, qvoties actus sine præjudicio tertii vel adversarii retractari potest, veluti in divortio, *l. divortium 3. ff. de repud.* secus si actus sine læsione & præjudicio adversarii retractari neqveat, sicuti in actione injuriarum videre est, ubi revocata injuria calore iracundiæ facta non tollitur læsio injuriati, *d. l. 5. C. de injur.* Gail. *2. obs. 106. n. 11.* addi possunt & ea qvæ Bald. retulit *in d. l. si non convicit. post num. 2. vers. vel dic.* ubi ait qvod qvædam sint qvæ fortiuntur juris effectum, & ista nihil operantur, si calore iracundiæ fiant, qvia non procedunt ex animo, sed potius secundum qvandam alterationem; qvædam vero sint, qvæ non fortiuntur effectum, sicuti sunt maleficia, in illis enim non distingvitur an emanaverint calore iracundiæ, vel non, cum maleficia nunqvam debeant manere impunita. vid. Aretin. *in l. 1. C. si advers. delict.* Bertazol. *1. cons. 44. n. 8.* ubi tamen limitat, nisi fuerit ira talis & tanta, qvæ hominem à mente extraxerit, qvod est difficile probare, & hoc in casu non qvidem excusabit in totum, sed tantum efficiet ut mitius delinqvens puniatur. *l. 2. C. de abolit.* Gail. *2. obs. 110. n. 35.* Navarr. *in d. c. si qvis iratus n. 4. vers. 3. de pœn. distinct. 1. pag. 261. Tom. 1. in magnis.* Ludov. Pegger. *decis. crimin. 14. n. 15.* Honded. *cons. 99. n. 45. lib. 1.* Grammat. *decis. 17. n. 4. vot. 23. n. 20. & decis. 23. num 6.* Wesenb. *in panat. de pœn. n. ult.* Carpzov. *1. qq. crim. 6. n. 4. ubi n. 16. plures limitationes addit.*

II.

Ira vel ex justâ causâ provenit, qvæ si non in totum, tamen ex parte excusat, ut delinqvens mitiùs puniatur. Ita parricidium ex ejusmodi irâ commissum tanqvam simplex homicidium punitur. Carpzov. *Prax. Crim. P. 1. Q. 18. numero 5.* Alia verò non provenit ex justâ causâ, qvæ in nihilo excusat. Carpz. *P. Cr. P. 3. Q. 101. num. 8.*

Theo

Theodoric. Criminal. Cap. 10. aph. 4. n. 33. seqq. Clasen. ad ordin. Crim. p. 516.

III.

Sæpe iram in clementiam mutatio voluntatis flectit. *l. 5. C. famil. herciſc.* qvod factum non ſemper evidenter probandum, ſed ex ſubſeqventibus meritis & variis indiciis præſumitur. *d. l. 5.*

CAP. CXVII.

De Irregularitate.

Axioma I.

Irregularitas eſt nota qvædam, ſeu Canonicum impedimentum, ex facto ſeu defectu proveniens, qvo qvis tam ad Eccleſiaſticos Ordines promoveri, qvàm promotus in iisdem miniſtrare prohibetur. *Lancellot. in Inſtit. Jur. Canon. Lib. 4. tit. 15. §. 5.*

II.

Irregularitas non incurritur, niſi in caſibus à Jure expreſſis. *Ziegl. ibid.*

CAP. CXIIX.

De Irrelevantibus.

Irrelevantia ad probandum non ſunt admittenda. *l. neqve natales. 10. l. ad probationem. 12. C. de probat. c. cum contingat. 36. & ibi gl. de offic. delvg. cap. dilecti filii de Except. cap. qvia veroſimile. 10. de præſumpt.* adeò ut probatio ejusmodi irrelevans recepta nullius ſit momenti Bald. *in d. l. ad probationem. not. 2.* Roland. à Vall. *conſ. 47. num. 28. vol. 3.* qvoniam fruſtra fit, qvod factum non relevat. *l. hæc ſtipulatio. §. Divus. ff. ut legat. nom. cav.* Bero. *conſ. 25. in fin. vol. 2.* cujusqve nullius eſſe poteſt effectus Decian. *conſ. 18. num. 155. vol. 1.* cum paria ſint qvid eſſe non probatum, vel eſſe qvidem probatum, ſed non relevare. Joh. Andr. *in c. fraternitatis. ibiqve.* Socin. *col. 25. de teſtib.* Vult. *3. conſ. Marp. 29. n. 3.*

CAP. CXIX.

De Iteratione, Repetitione, Geminatione, Multiplicatione.

Axioma I.

Interatio in jure non facilè admittitur v. c. in editione Inſtrumentorum *l. 15. de reb. auctor. judic. poſſid.* qvam prætor non permittit iterare niſi ex cauſa *l. 7. de edend.* ſic & dilationes temerè geminari non debent. *l. 7. de fer.*

II.

Iteratum delictum gravius. *l. 3. §. 2. de abigeis.* & ex iteratione facti illiciti diverſa oriuntur crimina, qvæ unica pœna non expiantur. *c. 1. de pœn.* Boer. *deciſ. 82. num. 10.* Carpzov. *p. 2. crim. qq. 62. num. 60. & ſeqq. Ubi hoc axioma limitat.*

III.

Id qvod ex intervallo repetitur animo deliberato & re penitus beneqve diſcuſſa factum præſumitur. Pariſ. *1. conſ. 10. num. 5. & 7.* & multum operatur ad validitatem contractus. Bart. *in l. cum ſcimus. n. 6. & 7. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. vid. omnino prolixè* Weſenb. *4. conſ. 194. num. 15. & 16. late.* Treutl. *1. conſ. 5. n. 59.*

IV.

Clauſula in initio poſita cenſetur repetita in ſeqventibus. *l. 3. §. filius. 2. de liber. & poſthum.* Weſenb. *conſ. 51. num. 39. in fin. & ſupr. lib. 3. cap. de clauſula.*

CAP. CXX.

De Judæis.

Axioma I.

In qvocunqve loco Judæi ſpeciatim inter cives recepti, in eo loco valent eorum Teſtamenta. Qvia talis ſpecialis in civem receptio tribuit omnia Jura aliis civibus competentia, & ſic etiam facultatem teſtandi.

II.

An Judæorum converſio ante extremum Judicium ſperanda ſit, vid. Stryck. *in addit. ad* Brunnem. *Jus Eccleſ. Lib. 1. cap. 6. membr. 1. §. 33.* ubi negantibus jungere ſe videtur. Nos nihil obſtare, neqve in Chiliaſtarum errorem incidere nos putamus, ſi affirmemus moti textu Hoſ. *3. verſ. 4. & 5.*

III.

Judæi ſunt ſervi Cameræ Imperatoris Käyſerl. Cammer-Knechte/ Kammer-Sclaven. *Rhet. Inſtit. Jur. Publ. Lib. 1. Tit. 4. §. 61.* unde inter Jura Regalia haberi cœpit Jus habendorum Judæorum, ex qvâ ſolâ ratione, qvòd ſcil. Jure Teutonico Judæi non ſint homines liberi, eosdem incapaces eſſe tutelæ Chriſtianorum aſſerit Schilterus *Exercit. Theor. Pract. XXXVII. th. 19. ſeqq.*

IV.

Judæi non poſſunt Chriſtiano vendere actionem contra Chriſtianum competentem ſub pœnâ amiſſionis. *Reveſſ. Imper. de anno 1551. §.* dieſem zu begegnen *verſ.* Es ſoll auch kein Chriſt. *ordin. Imper. Polit. de anno 1577. tit. 20. §.* es ſoll auch kein Chriſt. *Lenz. de Ceſſ. action. cap. 6. n. 1. ſeqq.* niſi debita non ſint uſuraria. Carpz. *P. 2. Conſt. 30. d. 45. & Lib. 5. Reſp. 38.* qvia hic ceſſat ratio in *d. R. J.* allegata.

V.

Judæi non præſtare tenentur evictionem in Saxoniâ. Franck. *in Comm. ad ff. de Evict. n. 324.*

VI.

Judæi certis conditionibus recipi poſſunt & recepti, da ihnen Schutz und Schirm gegeben wird/ à nemine debent offendi. Speckh. *2. Cl. 2. qvæſt. 16. 17. 18.* ſi tamen Chriſtianis immineat periculum vel ſcandalum ex cohabitatione Judæorum, magiſtratus impunè eos poteſt expellere. Oldrad. *Conſ. 87. & conſ. 264.*

VII.

Judæis non concedenda uſurarum exactio. Gail. *L. 2. obſ. 5. n. 19.* licet nonnullis in locis contrarium ſervetur.

IIX. Judæi

IIX.

Judæi non possunt esse Medici Christianorum *can. nullus. caus. 28. q. 1. Felin. in cap. 1. X. de Judic.* neqve possunt esse testes contra Christianum. Hipp. *de Marsil. sign. 41.*

IX.

Judæo tanqvam personæ vili non est deferendum juramentum. Wehn. *Cons. Francon. 85.* neqve admittuntur Judæi ad Doctoratum, qvia est dignitas. Bart. *in L. 49. C. de decur. Lib. 10.*

X.

Judæus cum Christianâ rem habens punitur extraordinariè, interdum abscisione genitalium *Oldrad. Cons. 333.*

XI.

Judæum occidens an teneatur ordinariâ homicidii pœnâ, vid. *Anthon. Thesaur. 2. q. 26.*

CAP. CXXI.

Judicare.

Axioma I.

Judicare non est testis Innocent. *in c. cum causam. de testib.* Bart. *& Dd. in l. qvi testamento. §. fin. ff. de testam.* Wesenb. *2. cons. 58. n. 25.*

II.

Judicatum dici non potest ab eo qvi jus judicandi non habet, vel qvod adhuc est in controversia. *l. 1. §. hæc autem verba ff. qvod qvisqve jur. stat. l. 2. in fin. ff. de pœn. Dd. in l. 2. si qvis in jus vocat. non ierit.* Mynsi. *resp. 26. num. 4.* ubi addit reqviri, ut judex sciat se esse judicem. *arg. l. qværo. 3. ff. de eo qvi pro tutor.* Bart. in *l. multum. ff. de condit. & demonstr.*

III.

Judicare est munus. *l. munerum 18. §. judicanti. 14. ff. de muner. & honor.* qvod qvi à se abdicat, se ipsum exonerare dicitur. *cap. Pastoralis. 28. in pr. de offic. deleg.* Et esse onus, non autem beneficium, omnium melius probat Langovall. *in l. Imperium. n. 193. ff. de jurisdict.* judicis enim nomine potius careat, qvi nullam profert sententiam, cum à judicando nomen habeat.

IV.

Qvi cito judicat, ad pœnitentiam properat. Cons. Arg. *1. cons. 110. num. 29.* Unde & judex fulminare dicitur, cum intra tam breve tempus sententiam fert, ut de causa perfectè cognoscere non potuerit. Bart. & Bald. *in l. prolatam. C. de sentent.* Perus. *in c. dilecto. n. 174. de Appellat.*

V.

Qvotiescunqve super re in jure non decisâ sed dubiâ, semper unanimiter ex certâ ratione fuit judicatum, toties exinde Jus oritur & per consequens sequendi necessitas. Qvia ex sæpius ita judicatis inducitur consvetudo vel lex. *l. 38. ff. de LL. Conf.* Mev. *P. 5. dec. 282.*

Limita: nisi circumstantiæ in casu obveniente varient.

CAP. CXXII.

De Judice.

De Judice competentæ. *vid.* Forum competens.

Axioma I.

Judex est disceptator juris. *l. rem non novam. 14. C. de judic. l. 3. §. 1. ff. de recept. arbitr.* Dicitur enim disceptare seu dijudicare & cognoscere de partium lite *l. cum Clericis. 21. in pr. C. de Episcop. & Cleric. l. 3. §. ibidem. 13. ff. ad exhibend. c. forus. 10. §. judex dictus. de V. S.* dictus à jure dicendo qvasi jus dicens. *l. 1. ff. de jurisdict.* Wesenb. *in paratit. ff. eod. num. 10.* secundum Leges & consvetudines, *§. 1. Inst. de offic. jud.* Gail. *1. obs. 36.* qvapropter etiam ejus persona reliqvis, qvi in judicio intervenire solent, dignior & præstantior Schrader. *de feud. part. 10. in præamb. num. 2.* Unde & totius judicii Dux seu Imperator. Bald. *in rub. C. si à non compet. judic.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 44. num. 2.* basis ac fundamentum *de c. forus extr. de V. S.* Vant. *de nullitat. ex defect. jurisdict. ord. num 2.* Cons. Arg. *1. cons. 31.* Gilman. *1. p. 2. tit. 11. vot. 2. num. 24.* juris justitiæ & Dei minister vocatur. *l. 1. ff. de just. & jur. l. 2. §. post originem. de O. I.* Regner. *in qvæst. an judex secund. conscient. n. 13.* Hinc judicis præsentia omnem doli suspicionem excludere perhibetur. *cap. in præsentia. 6. de renunc. cap. sicut. 16. §. fin. de sent.* Gail. *2. obs. 76. num. 7.* nec judex dicitur in qvo justitia non sit, cum jure disceptare dicatur juste judicare *cap. judicet ille. 43. q. 7.* Gail. *2. obs. 76. num. 6.* ideoqve judice injuste exeqvente impunè resistere possumus. *cap. ex parte. 11. de accusat. cap. ponderet 14. 50. distinct. ubi* Geminian. Petr. de Ancharan. *cons. 82.* Roman. *in l. 11. de re judic.* Farin. *1. cons. crim. 4. n. 13.* & comparatur privato spoliatori, qvoties sine causæ cognitione aliqvem suâ possessione privaret. Bart. *in l. 2. §. fin. de Custod. reor.* Dec. *in l. fin. col. 10. C. de edict. D. Adr. toll. & cons. 449. num. 30.* Crav. *cons. 124. n. 4.* ac proindè cessat præsumtio qvæ aliàs pro eo militaret. Menoch. *de recup. poss. rem. 8. n. 8.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 10. n. 108.* maxime qvando contra communem judicaret opinionem, tunc enim pro imperito habetur & litem suam facere dicitur, partiqve læsæ ad id qvod interest tenetur. Alex. *cons. 95. numero 6. vol. 2.* Bart. *in l. fin. C. de pœn. temer. litig.* Phil. Matth. *2. cons. Marp. 26. num. 136.*

II.

Judex veritatem diligenrer investigate tenetur. *v. infra veritas. Auth. qvi semel. C. qvom. & qvand. judex. ibi. perqvisita veritate. l. 2. ibiqve Dd. C. de edend. l. si non defendatur. 19. ff. de pœn. l. fin. ibi veritati semper locum fore. C. de probat.* & veritatē & æqvitatē ob oculos habere dicitur. *l. qvod si Ephesi. 4. in fin. ff. de eo qvod cert. loco. gl. in l. inter filios. Cod. famil. herciscæ.* Roland. à Vall. *cons. 47. num. 24. lib. 3. & cons. 12. n. 3. eod.* Regner. Sixtin. *vol. 2. cons. Marp. 1. n. 21.* Est enim jus qvoddam inanimatum, nec ut bilanx videri debet eam in partē plus inclinans unde plus accipiat, cum jus atqve justitiam animare & peramare animæ salus præcipit, nec unqvam juri animum demere, vel judicando litem protrahere præsumere debet. Ire enim ad judicem est ire ad jus. Arist. *lib. 5. Eth. cap. 4.* nec qvicqvam pro decreti interpositione, vel spem ementi pretio præsen-

præsente vendendo sordidè recipere audet. *l. fin. C. de præd. Decur.* Amaucell. *de ear. Aqvis. sing. 175.* aliàs redoleret hoc venalem habere justitiam. Coras. *ad l. plebiscitum. 18. de offic. præsid.* sed undiqvaqve invariabilis, undiqve irreprehensibilis. *Nov. 13. cap.* esse cogitur, ἄνευ παθῶν καὶ προσωπολήψιας uti itidem eum esse voluit Imp. Constantinus, qvando dixit: **Wann dein ärgster Feind recht hat/ so sprich ihm recht/ und wann dein bester Freund unrecht hat/ so sprich ihm unrecht/** qvia sapientia Dei (ait) dilige justitiam, **richtig/ währet ewig/** in æqvitate adulabilis, in justitia inexorabilis esse debet. vid. Bœckel. *de publ. judic. disqvis. 13.* inde & manus continentes. Valer. Max. *lib. 4. c. 3.* & puras eum habere oportet. *Nov. 8. c. 8. §. 1. de defens. civit. Nov. 17. c. 5.*

III.

Judicis Auctoritas facit licitum qvod aliàs est illicitum. *l. 1. §. idem Pomponius. 5. ff. qvod fals. tut. aut gest.* Andr. de Isern. *in constit. appellat. temp. col. 3.* Excusat enim ea regulariter à pœna *l. ait Prætor. 7. §. 2. vers. qvid tamen ff. de minor. ibiqve gl. l. furti 6. §. 2. ibi. qvi jussu ff. de his qvi not. infam. l. 2. §. Cassius. 3. ff. de aq. pluv. arc. gl. in l. si qvis id qvod 7. ff. de jurisd. l. juste. 11. de adqvir. vel amitt. poss. can. qvi peccat. 40. caus. 23. qvæst. 4.*

Declara regulam tunc procedere, qvando auctoritas est interposita secundum jus & ordinem, aliàs secus est, & nil operatur judicis auctoritas. Panorm. *in c. consultationibus. col. 2. de jur. patron.* Marant. *disp. 2. qvæst. legal. num. 44.* cum imputandum sit parti qvod non appellaverit, qvamvis qvi non juris ordinem servat, actum ejus ipso jure nullum neqve excusare, nec necessariam appellationem esse dicat. Panorm. *in cap. ad nostram. extr. de jurejur.* eodem modo & jussum patris vel Domini filium aut servum excusare dicit. *in l. servos. 8. C. ad L. Jul. de vi. 2. de sepulchr. violat.* vid. Bart. *in l. non solum §. non mandato. ff. de injur. gl. in l. si ea ff. de R. I.*

VI.

Judex in re propria qvis minimè esse potest. *l. 10. ff. de jurisd. 10. ff. de testib. l. ult. §. pen. C. ubi Senat. vel Clariss. l. unic. C. ne qvis in sua caus. jud.* Ratio 1. qvia iniqvum est admodum in re propria alicui licentiam tribuere sententiæ, cum homines à natura omnes plus sibi qvam aliis faveant, & suæ potius utilitati qvam alienæ consultum cupiant, qvæ affectio judicandi sinceritatem plane corrumpit & impedit *d. l. unic. ubi Obrecht. C. ne qvis in sua causa. 2.* qvia absurdum, eundem partis & judicis vice fungi, cum certum sit neminem simul judicis & partis aut testis officium in una eademqve causa obire. *l. ille à qvo 13. §. tempestivum. 4. ff. ad SC. Trebell.* Schenck. à Tautenberg. *1. F. 10. ubi omnino vid.* Alvarot. *n. 4.* Amplia hanc regulam (1) in tantum qvod etiam Rex vel Imperator non possit esse judex in causa propria, sed potius debeat illam delegare. Andr. de Isern. *in cap. Imperialem. §. præterea si inter. col. 7. & 8. de prohib. feud. alien. per Frider.* (2) qvod dictum qvoad judicem procedat etiam qvoad arbitrum *l. pen. ff. de recept. arbitr. fac. l. 1. ff. eod.* si nimirum ut arbiter, non vero ut arbitrator consideretur. *l. si libertus 30. de oper. libert.* (3) qvod hinc nec in causa suorum liberorum seu familiarium regulariter judex qvis esse possit. *d. l. qvi jurisdictioni 10. ff. de jurisdict.* cum valdè periculosum sit permittere, ut pater in causa filii jus dicat, qvia in illius potestate omnes alterius fortunæ sitæ sunt, ut ne qvidem bonus judex qvicqvam auxilii afferre possit, ut in judicio Agonidis accidisse notat Govean. *ad d. l. 10. ff. d. tit. vid. &* Carpzov. *p. 3. qvæst. crim. 104. n. 64.*

Limita I. non procedere in jurisdictione voluntaria *l. si consul. 3. ff. de adopt. l. apud filium 18. ff. de manumiss. vind.* ideoqve qvis in sua causa filium coram eo emancipare poterit, *d. l. si Consul.* Costal. *ad d. l. 10.*

Limita II. qvando actio tempore esset peritura, putà si periculum esset in mora, tunc enim permittitur cognoscere ad litis contestationem & sic qvousqve perpetuetur actio. *gl. in d. l. qvi jurisdictioni. verb. testis. fac. text. in l. sed si restituatur. vers. sed cum. ff. de judic.*

Limita III. si causæ essent viles & exiguæ. *l. Senatus consulto. 16. ff. de offic. præsid.*

Limita IV. Ubi consvetudo disponat, qvod qvis esse possit judex in proprio facto. *c. 1. de pœn. in 6.*

Limita V. Si inter litigantes consanguineos esset paritas affectionis respectu judicis. *l. non solum. 67. §. 1. ff. de rit. nupt. c. postremo. 36. de appellat.*

Limita VI. in judice pedaneo juxta *gl. in l. 1. ff. de judic. per l. 77. ff. de judic.* hoc enim in casu delegantis potestate fungi dicitur Costal. *ad d. l. 10. d. tit.* nec judex potest judicando recedere à formula à Prætore præscripta, neqve etiam ex affectione judicare, sed formulam præscriptam sequi cogitur, & consequenter iniqvum non est filium patri vel contra judicem dari. Duar. *lib. 12. disp. c. 51. & c. 53. cod. libr.*

Limita VII. cum Vasq. *lib. 2. contr. jur. cap. 37.* qvoad exactiones pœnarum, atqve hoc in casu Dominos territorii judices in propria causa esse, maxime qvando crimina sunt notoria & manifesta, ait Cravetta *cons. 801. num. 6.* executores cum magis qvam cognitores vel judices videantur Bald. *in d. l. unic. n. 1. C. ne qvis in sua caus.* plane Duces, Principes, aut Comites in causa propria per suos consiliarios de consvetudine judicare dicuntur, qvod de consvetudine Germaniæ testantur duo insignes Germani JCti Zas. *in d. l. qvi jurisdict. n. 20. &* Wesenb. *1. cons. 33. num. 43.* & hujusmodi consvetudines valere assentit Cravett. *cons. 233. n. 8. per text. in c. 1. ibiqve gl. in verb. punire de pœn. in 6.*

V.

Judex non impertit officium suum nisi imploratus *l. 4. §. hoc autem judicium. 8. ff. de damn. infect. l. 1. C. Ut qvæ desunt Advoc. jud. suppl. l. & post peremptorium 73. ibiqve* Bart. *de judic.* Auth. *qvi semel. C. qvom. & qvand. jud. cap. bonæ memoriæ. 4. de postul. Prælat. ibiqve gl. in verb. cuxvimus.* Corn. *cons. 293. in litem p. 3.* Donat. à Fin. *in suo enchirid. verb. officium judicis in pr.* Qvia ea, qvæ ante judicium contingunt,

non

non valdè ad eum pertinent, nisi nominatim fuerint injuncta, Ulp. *in l. 25. §. item sciendum. 8. ff. de ædil. edict. add. & l. 1. §. & post. 9. de Nov. oper. nunc.* Vultej. *1. cons. Marp. 15. num. 17.* Unde & judex de facto nihil, sed tantum de jure supplere dicitur, *t. t. Cod. ut qvæ desunt Advocat.* Bart. *in d. l. 4. §. hoc autem judicium. de damn. infect.* Vivius *commun. concl. 1. verb. judex. num. 3.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 7. num. 49.*

Limita I. nisi qvando judicis officium concernit id, in qvo versatur publica utilitas *l. congruit. 13. inpr. ff. de offic. Præsid. l. si qvis in hoc 10. C. de Episc. & Cler.*

Limita II. in casibus, in qvibus licet vertatur privata utilitas, concernit tamen honorem in judiciis. *l. eos. 6. §. fin. C. de appel. l. judicibus. 24. eod. tit.*

Limita III. Ubi officium judicis concernit miserabiles personas. *l. nec qvicqvam 9. §. Advocatos. 5. ff. de offic. Proconf. l. sancimus. 28. §. 5. C. de administr. tut.*

Limita IV. In emergentibus post litem contestatam, etiamsi partis utilitatem concernat *d. l. ædiles. 25. §. 8. de ædil. edict.* Ubi Costal. ratio, qvia judici statim atqve causa cognoscere cœpit omnium rerum officium incumbit, qvæcunqve in judicio versantur; ea vero, qvæ ante judicium contingunt, non valdè ad eum pertinent, nisi fuerint ei nominatim injuncta *d. l. 25. §. 8. de ad. edict.* Wesenb. *in parat. de rei vind. num. 7.*

Limita V. in his qvæ concernunt jus Prætoris *l. qvos perhibet 7. ff. de postul.* item ea qvæ ad superioris reverentiam pertinent ut interpositæ appellationi referenter deferre *illicitas 9. ff. de offic. Præsid. l. congruit. 13. eod. tit.* prohibere ne qvis iniqvum lucrum aut damnum sentiat: curare, ut qvieta sit Respubl. providere, ut veritatis causa acta edantur *d. l. congruit. & l. 7. C. de edend.* Add. Barthol. Socin. *in fallent. regul. num. 245.* Gilcken. *ad l. properandum. §. 2. C. de judic. n. 3.*

VI.

Judici terminare aliqvid anteqvam termini qvæstionis intelligantur difficile est. *l. Domitius Labeo. 27. ff. qvi testam. fac. poss.* Duar. *1. disp. anniversf. cap. 41.* Alciat. *lib. 5. consil. 5. num. 1.* Carpzov. *p. 3. qq. crimin. 106. n. 10.*

VII.

Judicis factum habetur pro facto partis *l. 1. vers. nam invicem C. si in caus. judic. pign. capt. l. 13. C. de evict.* Gail. *de Arrest. Imp. c. 1. num. 20.* Cravett. *cons. 887. num. 3.* Berlich. *decis. 126. num. 3.* Unde qvando stat per judicem qvo minus statuta tempora observari qveant, eo ipso dilationem tantisper concessisse intelligitur, ita ut absqve damno more ex impedimento per judicem injecto causatæ, partis exinde impeditæ jura intacta maneant, *Auth. sed & lis & Auth. si appellatione. C. de tempor. appell.* non secus ac si per ipsam partem adversam stetisset. *l. 40. in pr. ff.* ubi Bald. *de cond. & demonst.* Marc. Anton. Bard. *de temp. util. & contin. c. 2. & 4.*

VIII.

Judex Imperatoris mentem considerare debet. Panorm. *in c. ex literis. de dol. c. cum instantia de Censib.* Felin. *in cap. 1. de rescript.* Gylman. *1. p. 2. tit. 11. vot. 2. n. 24.* facti enim qvæstio est in potestate judicantium, juris autem auctoritas non item *l. 1. ad Municipal. ubi* Cujac. *1. resp. Pap. p. 20. l. 1. §. 4. ad SC. Turpill.*

IX.

Judex qvo excelsior est, eo magis & turpius peccat. Vasq. *lib. 2. contr. jur. c. 37. num. 12.* qvia magis delinqvere videntur illi, qvibus majora committuntur. *l. Presbyter. 16. C. de Episc. & Cler. l. 13. §. sin autem. 8. C. de jud.*

X.

Qvod Judex turpiter capit, id fiscus aufert. *l. Lucius 9. ff. de jur. fisci.* Abbas. *in cap. cum ab omni. de vita & honest. Cler. col. 2. circ. fin.* Vasq. *2. contr. jur. cap. 37. num. 35.*

XI.

Judex sine causæ cognitione procedens non censetur esse judex sed pro privato habetur. Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ. col. 12. de constit. Princip.* Judicare enim non processum de facto, sed causæ cognitionem præsupponit, sine qva judicium nullum esse potest. *l. judices. 9. ubi* Jas. *n. 2. C. de judic.* idemqve censuit Hyppolit. Marsil. *in sua pract. §. successivè num. 3.* ubi ait, qvod judex non observans juris ordinem vel debitam consvetudinem redigatur ad instar privati, nec juvetur ratione officii, cum in illud deliqverit, qvam ob causam casus insolitus & inopinatus dicitur, si ordine judiciario non servato procedatur, teste Natt. *cons. 45. num. 22. vol. 3.* accedit qvod Bald. ait *in cap. 1. §. seu furtum & ibid.* Afflict. *num. 10. de pac. juram. firm.* qvod cognoscere juris ordine non servato sit auferre, vid. & Marsil. *in pract. sua. §. 2. num. 69. & §. expedita. num. 57.* siqvidem judex jus & justitiam administrare non censetur, qvando ordine judiciario non servato procedit & decernit, *arg. eor. qvæ notantur per gl. in l. juste ff. de acqvir. vel amitt. poss.* Bart. *in l. meminerint. C. unde vi* Panorm. & Bero. *in c. conqverente. de restit. spol. fac. text. in l. si pacto. 14. ibi nam bona adversarii tui in te transferri citra solennem ordinem frustra de precaris C. de pact.* Huc pertinet qvod ait *text. in l. nec Magistratibus 32. ff. de injur.* nec Magistratibus licere injuriose aliqvid agere, imò Innocent. *in cap. deberet. de sentent. Excomm. in 6.* profitetur qvod non solum Clerico, sed etiam Laico licet se defendere etiam contra judicem ordinarium, qvi ordine judiciario non servato injuriam sibi vel in rebus vel in personis facit. Sic & Jason inqvit *in l. ut vim. num. 9. vers. secundo limita. ff. de just. & jur.* qvod judici de facto aliqvid facienti possit de facto resisti, qvod idem traditur in speculo juris Saxonici *artic. 78. lib. 3.* Unde qvoties judex sine causæ cognitione aliqvem sua possessione privaret, privato spoliatori comparatur. Bart. *in l. 2. §. fin. ff. de Custod. reor.* Dec. *in l. fin. col. 10. C. de Edict. D. Adr. toll. & consil. 449. num. 30.* Cravett. *cons. 124. num. 4.* proindeqve præsumptio, qvæ aliàs pro eo militaret, cessat. Menoch. *remed. 8. de recup. poss. num. 8.* ac impunè ei resisti potest *l. prohibitum. 5. C. de jur. fisc.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 9. in fin.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 10. num. 105.* cum taliter res suas auferri ipsi concessum

cessum non sit. *c. conqvirente. 7. de restit. spoliat. l. 2. C. si per vim vel alio mod. l. auctoritatem. 3. d. l. meminerint. 6. Cod. und. vi Dd. in l. unic. C. de prohib. seqvestr.* Diaz. *in tract. regul. & fallent. verb. spoliatus.*

XII.

Judex regulæ juris inhærere debet, ubi diserte de Exceptione non docetur. Bald. *ad c. 1. n. 2. & 6. extr. de alienat. judic. mut. caus. l. si tutor. 6. in fin. C. de servo. pign. dat. manumiss. & in cap. 2. de feud. dat. in vicem L. Commiss.* Dec. *adl. 1. num. 8. ff. de R. I.* Felin. *ad c. qvoniam. num. 4. extr. Ut lit. non contest.* VVesenb. *1. cons. 7. num. 7.* adeò ut exceptione non probata seu in jure non existente, si contra Regulam judicaverit, litem suam feciſſe dicatur. Octav. Cacheran. *decis. Pedemont. 12. num. 2.* Schrader. *de feud. p. 10. tit. de Pers. min. prin.* sententiaqve nulla sit, qvia contra jus constitutionis lata apparet. *l. si expressim. 16. ff. de appellat. l. 2. C. qvand. prov. non est necess.* Bart. Jas. Duar. *ad l. præses. 27. l. cum prolatis. 32. ff. de R. I.*

XIII.

Judici incompetenti impunè non paretur. *gl. in cap. veniens. vers. propter contumaciam de Accusat. & in l. 2. ff. si qvis in jus vocat. non territ.* Dec. *in l. fin. num. 16. ff. de jurisd.* qvia ubi judex competens non est, ibi deficit judicium. Bald. *in l. Clarum. C. de Auct. præstand.* Barbat. *cons. 50. col. 3. in fin. vol. 1.* Conf. Rubr. *de foro competenti.*

XIV.

In judicem suspicio nulla cadere debet, *l. 16. C. de judic.* fallit tamen sæpissime hæc regula, sic statim judex suspectus redditur ob suspectum assessorem non remotum. Menoch. *de arb. jud. qvæst. cas. 485. n. 24.* plures suspicionis causas *vid. apud* Umm. *disp. 1. th. 9. num. 52. & 54.* Lanfr. *ad c. qvoniam c. 3. n. 10.* Aufrer. *in tract. de recusat. n. 3.* Morl. *1. in tract. de jurisd. in præmiss. n. 200. cum seqq.*

XV.

Ex qvacunqve causa potest repudiari testis, ex ea etiam potest recusari Judex.

Ratio: qvia facilius haberi potest judex qvam testis, & à judice plerumqve majus imminet periculum qvàm à teste. Ita ergò ob vinculum sanguinis proximum cum adversario, aut nimiam ergà eundem affectionem, item ob inimicitiam capitalem potest testis repelli *l. 3. §. 11. ff. de testam.* ergò etiam Judex. *l. un. C. ne qvis in sua causa & cap. 36. X. de appellat.*

Declara: ut tamen prudentis judicis arbitrium hoc casu non sit excludendum, cùm non adeò accuratè omnes suspicionis causæ unâ regulâ possint comprehendi. Carpz. *in Proc. Tit. 3. art. 4. n. 94.*

XVI.

Qvoties omnes de Collegio suspecti, vel tot suspecti, ut reliqvi causæ cognitioni non sufficiant, toties totum Collegium potest recusari. *Cap. 13. in fin. X. de foro compet.*

Ratio: qvia sic eadem ratio recusandi totum Collegium adest, qvæ aderat qvoad judicem, nam & sic grave erit coram tali collegio litigare *l. 16. C. de Judic. & c. fin. caus. 3. q. 5.* ob litem igitur, qvæ cum uno ex Collegio mihi intercedit, non poterit totum Collegium rejici. Mev. *P. 1. dec. 194.*

XVII.

Optimum est judicis arbitrio qvam minimum permitti, ut ex Aristot. 1. *Rhetor. 1.* benè monet Scip. Gentil. *lib. 4. de donat. inter vir. & uxor. cap. 9. vid. plura ad hanc rem pertinentia supr. lib. 1. Cap. arbitrium.*

XVIII.

Judicis jussus excusat à dolo *gl. in c. dixit Dominus. 14. q. 5.* Tiraq. *de pœn. temp. caus. 34. n. 4.* Decian. *tract. crim. lib. 9. cap. 37. num. 4.* Dn. Barbos. *ad cap. perlatum 8. qvi fil. sint legitimi.* adeo ut aliqvando ejus auctoritas excuset à delictis. *l. 53. & ibi* Anton. Fab. *in rat. lit. C. de pact.* Jussus tamen judicis illegitimus & non servato juris ordine factus non præstat justum titulum. Cothman. *2. cons. 67. Incipit. Acta inter Volradum. n. 15.*

XIX.

Multa pendent & in civilibus & criminalibus ex motu Judicis *l. 10. C. de accusat. l. 21. §. 3. de testibus.* Sæpius enim voluntate magis, qvam legitima auctoritate lites dirimuntur. *§. 17. constit. tantæ. de Confirmat. Digest.* Treutl. *1. disp. 1. th. 8. lit. C.* Unde rectè monet Cæpolla, expertum se esse, esseqve utilem cautelam, ut scil. aliqvis bonam causam habens non tantum concludentia sed & frivola adducat. Cum enim qvandoqve imperiti judicent, sæpe aliqvid per socordiam & ignorantiam committunt. *l. 1. §. 1. de fer.* instarqve boum sunt, ut ait Pap. *in form. seqvestri in pr. vid.* Coth. *1. resp. 18. num. 298.* fitqve ut magis moveantur ad judicandum per rationem, qvæ minus facit, & aliqvando nihil valet, qvam per rationem urgentem, qvæ eorum capita non intrat, adeo in hoc ipso fallendi sunt, ne errent, ut ait Qvintilian. *lib. 2. cap. 17.* Unde notabiliter Zas. de Cumulatione actionum & exceptione præposterationis *ad §. sin minus. num. 22. in fin. de Action.* scribit: Allegavi istas duas leges, sed non potui obtinere, credo nimis subtilem fuisse Assessoribus. Qvod eo magis servandum, qvod Judices sive ut Carolus V. ait. *l. in constitut. crim. art. 138.* **Es sind viel Richter/die die Rechte nicht gelernet haben/und durch Unwissenheit die Leute beschweren.** *add. cap. 2. extr. de Excomm. c. 22. extr. de rescript. l. 3. C. de offic. Præfect. Præt. Orient. & Illyr.*

XX.

Sæpe per conniventiam judicum multa negliguntur. *l. 2. ibi: nec per conniventiam. C. de hæretic.* Sed caveant sibi judices, qvi palliant delicta eo prætextu, qvasi de iis non satis constaret, non enim evadent æterni judicis condemnationem. Jul. Clar. *§. ult. q. 4. in fin.*

XXI.

Judex non debet esse clementior lege. *Nov. 82. c. 10. l. ult. C. de compens.* hoc enim Imperatori tantum licet. *l. 1. C. de LL. vid. Responsum juris. 3.* Dn. Parens *in racemat. extra de crimin. stellionatus. ord. resolut. qvæst. 2. pag. 39.* sed ut non clementior, ita nec severior lege. *l. 3. in fin. C.*

de Apostat. l. 3. §. fin. C. arb. tutel. nec pœnam qvamcunqve (nedum mortis) in casu jure non expresso inducere, latè Menoch. *de arb. jud. qvæst. cas. 276. incip. cum explicare cœperim. per tot. conf. infr. lib. 14. cap. XI. ax. 3.*

XXII.

Judex non debet ante prolationem sententiæ aperire, qvalem sit laturus *l. observandum. §. ult. de offic. Præsid. l. ubi falsi 22. C. ad L. Corn. de falsf.* imò hoc casu teneri pœna falsi docet Paris. de Put. *in tr. de Syndic. verb. corrumpens. §. si tempore.* Christian. *ad C. lib. 9. decis. 199. n. 26.*

XXIII.

Fatuus est judex qvi causam in sententia exprimit. *cap. sicut. 16. de sentent. & re judic. ibiqve* Panorm. VVesemb. *1. consil. 29. num. 62.*

XXIV.

Judicis est certa ratione judicandi perspecta frivolis advocatorum disputationibus non connivere, nec dilationes sine causa permittere. Vigel. *in Dialect. præf. fol. 4.*

XXV.

Judicis commemoratio loco actionis habetur. Carol. *in l. si qvis commodo in Lombar. de delict. & gaudimon.* Ludov. Carb. *in pract. lib. 3. cap. 1. num. 70.* Joh. à Sande *lib. 5. decis. tit. 4. defin. 1.* ubi tamen nihil allegat, forte qvia textus est notissimus *in l. ult. C. de fideicom. libert.* Unde judicem absurde facturum, si qvenqvam in plus mitteret, vel ei adjudicaret qvam ipse peteret, statuit VVesenb. *de damn. infect. num. 6.* rationem addit Speculat. citatus à Carpzov. *p. 2. constit. 7. defin. 9. num. 5.* qvod ejus potestas ultra libellum non extendatur. Ampliatur hæc regula, qvod non tantum in persona actoris procedat, sed si reus etiam plus debito offerat, judex seqvi debeat. *l. 29. ff. de re judic.*

XXVI.

Judex semel approbatus, improbari amplius non potest Bald. *in l. si propria §. 1. ff. de petit. hered.* Masc. *de probat. vol. 2. concl. 945. in fin.* Menoch. *cons. 2. n. 39. vol. 1. per l. sed etsi suscepit. 52. ff. de judic.* Vant. *in tract. de nullit. sub tit. de nullit. ex defect. jurisdict. num. 23. & tit. fin. num. 36.* neqve ex postfacto asserenti aliqvem non esse judicem creditur. Bald. *in l. gesta. C. de re judic.*

XXVII.

Judex gratis officium suum debet impendere. *c. cum ab omni 10. de vita & honest. Cler.* pecunia enim seu munera judicum animos solent pervertere & coërcere, ut non videant jus alterius partis. *cap. sunt nonnulli. 14. 1. q. 1. Exedi 23.* ubi dicitur qvod munera excœcent oculos prudentum. *fac. cap. qvi rectè 66. in fin. 11. q. 3.* Vasq. *lib. 2. contr. jur. cap. 37. num. 35.* qvapropter si pecuniam recipit, turpiter recipit, & sic cum sit corruptus sententia erit nulla. *l. venales. 7. qvando provoc. non est necess. c. ei qvi appellat. 41. §. venales. 2. q. 6.*

XXVIII.

Judex fatuus reputatur, qvi ultra petita judicat, *l. ult. Cod. de fideicom. libert. l. ut fundus, 18. ff. communi divid.* Castrens. *cons. 291. Visis, in princ. vers. & circa primam lib. 1.* Alex. *cons. 163. Viso processu, numer. 5. & 8. lib. 2.* Card. Tusch. *tom. 4. lit. I. concl. 398. num. 14.* Azeved. *l. 10. num. 115. cum seqq. tit. 17. lib. 4. novæ Recop.* Valasch. *cons. 145. à num. 8.* D. Barbos. *in l. si cùm dotem in princip. num. 44. ff. soluto matrim.* Ordin. Regia Lusit. *lib. 3. tit. 65. in princ. & tit. 66. §. 1.*

XXIX.

Judex debet judicare secundùm allegata & probata, non autem secundùm propriam conscientiam. *l. illicitas. 6. §. veritas 1.* ubi Bart. & Doctores. *ff. de offic. præsid.* D. Th. *2. 2. q. 67. art. 2.* Ordin. Regia Lusit. *lib. 3. tit. 63. in princip. & tit. 66. in princip.* Abb. *cap. pastoralis. §. qvia verò, num. 8. de offic. deleg.* Federic. de Senis *consil. 21. Nunqvid. n. 2. in princ.* Joan. de Imola *consil. 83. In casu, in princ.* Rimin. jun. *cons. 666. num. 47.* Azor. *Instit. moral. p. 3. lib. 2. cap. 2. q. 11. in fine* Covarr. *var. lic. 1. c. 1.* Natt. *cons. 276. num. 3. vol. 1.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vend. part. 3. c. 3. num. 32.* Petr. Magdalen. *de num. testium in testam. part. 3. cap. 1. num. 18. cum seqq.* Tusch. *lit. I. sing. 60.* Hippol. *sing. 266.* Bern. *reg. 377.* Jan. Carc. *reg. 254.* Matien. *in dialog. relator. p. 3. cap. 42.* Martin. del Rio. *in repet. l. transigere. C. de transact. p. 3. num. 139. cum seqq.* Petr. Martin. *in cap. afferte. de præsumpt. in verb. date infantem. num. 20. cum seqq.* Flamin. Chartar. *de execut. sentent. capto bannito, in cap. ult. à num. 365.* Clar. *lib. 5. §. fin. qvæst. 66. num. 2. & q. 8. n. 5.* Seraphin. *de privileg. juram. privil. 2.* Anton. Corduba. *in qvæst. Theolog. lib. 1. q. 37.* Osasch. *decis. 1. n. 39.* Vivi. *Neapol. decis. 178.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 2. cap. 14.* Menoch. *cons 92. num. 80. cum seqq. & consil. 786. numer. ult.* Mascard. *de probat. conclus. 948.* Cavalcan. *decis. 25. num. 5. part. 1. & decis. 19. num. 61. & decis. 23. numer. 10. p. 3.* Cened. *ad l. decreta collect. 101. numer. 11.* Ugolin. *de officio Episcopi. cap. 26. num. 3.* Cardos. *in praxi Judicum, & Advocat. verb. Judex. num. 7.* Farinac. *in praxi crimin. p. 1. qvæst. 21. num. 163. cum seqq.* Card. Tusch. *tom. 4. lit. I. concl. 398. per totam.* Ludov. Miranda *de ordine judic. qvæst. 28. art. 3.* Sayr. *in Clavi Regia. lib. 12. cap. 8. num. 6. cum seqq.* Mari. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 73. num. 7.* Leon. Sess. *de justit. lib. 2. cap. 29. dub. 10 numero 84.* Octav. Glorit. *resp. 10. num. 71.* Camill. Borrel. *in summ. decis. part. 1. tit. 42. de judic. n. 68.* Trivisan. *decis. 10. num. 28. & decis. 23. numer. 9. lib. 2.* Sigismund. Scacc. *de re ju-*

re judic. gloss. 14. qvæst. 8. num. 4. & per tot. qvæst. 30. Joan. Maria. Novar. *super pragm. Regni Neapolitan. collect. 210. num. 9.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. 717. & 1129.* Greg. XV. *decis. 224. n. 5. & 6.* Sebast. Goazzin. *in defens. reorum, defens. 30. c. 29. à num. 1.* Mari. Giurba *decis. 99. n. 11.* Ludov. de Torres. *in 2. 2. D. Thomæ, de Justit. disp. 48. dub. 2. num. 4. & 5.* Vincent. Carot. *sing. 312.* ubi ait qvòd ille, qvi potest, vel debet judicare secundùm conscientiam, tenetur conscientiam publicam, & legibus munitam non propriam seqvi. [judices enim jurant se velle judicare secundum Leges. *Nov. 8.* & qvilibet perjurus esset, si illis omissis secundum suam conscientiam judicaret, cui adde qvòd judex teneatur judicare secundum veritatem. *l. rem novam. 14. C. de judic.* Veritas autem dicitur id qvod probatum aut per legem rescriptum. *l. pen. ff. de probat. c. 1. c. laudabilem. 5. de frigid. & malefic.* imò judicem debere contra privatam conscientiam seqvi veritatem probationis, evidenter probat *text. in l. ult. §. ult. C. de appell.*]

Limita multis modis. Primò, qvando conscientia est informata à notorio. Secundò, in Judice, qvi est supra leges. Tertiò, in criminalibus, ubi de pœna corporali agitur. Qvartò, in jurisdictione voluntaria. Qvintò, in Judice, qvi potest pronunciare in scriptis, & sine scriptis, refert Corrad. *in brviario. fol. 186. n. 18.* Sextò, qvando nihil est apparenter probatum, Bald. *cons. 265 Creditor. circa fin. n. 3. lib. 1.* Septimò, in arbitrariis Judiciis, Bald. *cons. 310. Aut muliernum. 2. lib. 1.* Octavò, in arbitrio & arbitratore simul, Lap. *alleg. 78. num. 9. vers. qvinto.* Nonò, in causa taxationis interse, qvia si non est probatum in qvantitat, potest in conscientia Judex secundùm æqvitatem illud taxare, & arbitrari, Bald. *cons. 270. Ad evidentiam, n. 11. lib. 1.* Decimò qvando probatum est hinc inde æqvalite, Card. Tusch. *d. lit. I. concl. 294. post. n. 2.* Deniqve in Principe ipso, Menoch. *de arbitr. lib. 1. cap. 8. num. 21.* Gutier. *canon. lib 2 cap. 29. num. 17.* Morla *in emporio juris. . . tit. 2. de jurisd. omn. judic. q. 1. num. 25.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 2. c. 3. num. 32.* Joan. Maria. Novar. *d. loc num. 9. vers. & sic etiam qvando est judex supra legem.* Aloys. Ricc. *collect. 717. vers. nec limita primo, & collect. 1129. vers. lima tertio.* Sigism. Scacc. *d. q. 8. num. 54. cum seqq.* P. Torres *d. disput. 48. dub. 4. nn. 7. & 8.*

XXX.

Pro judice ejusq; processu Jura semper præsumunt. *l. 1. in fine, ff. de officio Præsid.* [hic text. à Barbosa citatus plane nihil ad rhombum facit. Elegantior textus *in l. 1. C. de præd. & al. reb. min. l. 2. §. si Publicanus. 20. ff. de vi bonor. rapt. l. minus. 2. C. de acqvir. possess. cap. in præsentia. 6. de renunciat.* [*cap. sicut nobis 16. in fin. de sentent. & rejudic. c. bonæ memoriæ. 36. §. contra vero de Elect. potest. l. 2. ibi qvod non arbitramur. C. de offic. civil. judic.*] Marant. *de ordine judic. 2. p. 6. in princip. tit. 9. num. 21.* Cov. *de sponsalib. p. 2. c. 8. §. 12. vers. ex qvibus primò,* Menoch. *cons. 100. n. 1. cum seq. & de præsumpt. lib. 2. præs. 67.* [non enim judex calumniari præsumitur, *l. 3. §. 1. ff. qvod met. caus. l. vir bonus. 18. ff. judic. solv. l. 17 §. ait Prætor 5. ff. de appell. l. 137. §. cum ita. ff. de V. O.* Carpzov. *p. 1. constit. 12. defin. 25. n. 3.* judicis siqvidem auctoritas omnem fraudis & læsionis præsumptionem excludit. *c. in præsentia. 6. extr. de renunc. c. sicut nobis. 16. §. ult. de sentent. & rejudic. d. l. 1. C. de præd. min. l. pacta novissima. 12. C. de pact.* Unde fit qvod nullitatis exceptionem judicis confirmatio excludat, Gail. *2. obs. 1. num. 10.* Carpzov. *p. 3. constit 34. defin. 4. n. 5.* ac sententia judicis prætextu læsionis non retractetur, *l. sub specie. 4. C. de re judic. l. peremptorias. 2. C. sentent. rescind. non poss. l. 2. in fin. C. de qvando provoc. non est necess.* Gail. *2. obs. 70. n. 9. vid.*] Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom. 6. lit. P. concl. 621. per totam.* Surd. *de aliment. tit. 1. qvæst. 120. num. 11.* ubi intelligit, etiamsi à sententia sit appellatum. Seraphin. *de privileg. juram. priv. 132. n. 10. cum seqq.* Mieres. *de majoratu. p. 4. q. 1. limit. 1. n. 16.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. c. 698. n. 21.* Giurba. *in consuet. Messanen. p. 1. c. 14. gloss. 7. n. 2.* Ille enim præsumitur pronunciasse secundùm qvod jus disponit, & prout de jure tenebatur pronunciare. *l. miles. 6. §. decem. 1. ff. de re judic.* Alexand. *cons. 36. in 1. dub. vol. 5.* Cravett. *cons. 188. n. 8. vol. 1.* Octav. Glorit. *resp. 9. num. 13.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 32.* Bald. *in l. fundum. §. in vendicatione. ff. de pign.* Cæpol. *cons. 17. col. 5.* Card. Tusch. *d. concl. 621. num. 4.* [Unde & justè possidere dicitur, qvi auctore prætore possidet *l. justè. 11. ff. de acqvir. poss. l. qvi auctore. 137. ff. de R. I.*

Limita, tum procedere si cum causæ cognitione judicialiter parte alterâ de cujus præjudicio agebatur citata juxta *l. judices. 9. C. de judic. & l. terminato. 3. Cod.*

de fruct. & lit. expens. procedatur, secus enim esset si in facto & extrajudicialiter ad unius partis petitionem procederet, qvia hoc casu pro judice vel ejus decreto aut sententia non præsumitur *c. conqverente. 7. de restit. spoliat. l. prohibitum est. 5. C. de jur fisc. lib. 10. l. 3. §. fin. ff. qvod met. caus. l. omnes judices. 33. C. de decur.* Gail. *2. obs. 76. num. 5.*

XXXI.

Judex de damno injustè dato tenetur, e.g. si naves, qvæ opportuno tempore abire poterant, in portu detineat. *l. fin. C. de Navicul.* Perez. *C. eod. n. 36. seq.*

XXXII.

judices non debent propter invidiam aut molestiam subterfugere causarum cognitionem & decisionem. Notantur & desides, qvi, ne incumbant causarum cognitioni, solent eas aliis delegare, ut meritò, si qvid iniqvi intereà contigerit aut intra tempus causæ decisæ non sint, Judices detrimentum, qvod ex sua negligentia parti obvenerit, præstare teneantur. Perez. *C. de Canon. Largitional. titul. n. 6.* Brunnem. *ad l. 2. C. eod. tit.* Imprimis autem Judex incurrit pœnam, si non inqvirat in delicta publica, & de Syndicatu tenetur; nam Judex non inqvirens litem suam facit. Brunnem. *C. de Strator. n. 2.* Judex dissimulans delictum officialis alterius officio se immiscentis punitur. Perez. *C. de Numerar. n. 14.* Judex dissimulans qvòd Nuncii lætitiæ publicæ qvid exigant vel immodicum accipiant, infamiâ & bonis, eorum officiales 30. libris auri, ipsi aliqvando & gravius puniuntur. *l. 1. 2. C. publicæ lætitiæ.* Perez. *ibid. n. 9. seqq.*

CAP. CXXIII.

Judicis Officium.

Axioma I.

Qvando verba Legis ita concepta sunt ut dirigantur ad judicem, tunc non actio sed judicis officium locum habet. *gl. in l. soror. C. de Collat.* Bart. *in l. 1. col. 3. de condict. ex L.* VVesenb. *P. 1. Cons. 7. n. 7.* cui tamen contradicere videtur *l. 8. C. de pact.* Ubi verba concepta sunt in judicem, & tamen actio præscriptis verbis ex pacto traditione firmato, qvod in se synallagma continet, producitur.

Limitat ergo Sichardus *ad d. l. 8.* prædictam regulam, qvod illa procedat in dubio, secus, si ratio subjectæ materiæ ejusmodi sit, ut producat actionem, vel ut Dec. ait, qvod prædicta regula vera sit, nisi verba directa in judicem tantum executionem præ se ferant. *ad d. l. 8. col. 2.* Respondeti etiam poterit, qvod licet hoc in casu actio dari possit, nihil tamen absurdi esse, si dicitur (præsertim si causa manifesta sit) brevi manu per nudam implorationem officii judicis posse procedi, atqve sic *in d. l. 8.* Imperatorem de eo remedio juris esse locutum, ita sentit VVes. *d. l. 8.* Sed non sunt captanda verba Imperatoris; licet enim aliqvando hæc opponantur compelli aut cogi per prætorem aut per judicium, tamen sæpius præsertim in Cod & iisdem verbis remissio ad remedium jud. ordinarium locum habet. *l. 24. de R. V. l. 10. C. de distr. pign. l. 1. C. de fidejuss. l. 14. C. F. Ercisc. v.* Dn. Parent. *tr. de jur. soc. c. ult. n. 21.*

II.

Judicis officio qvæ debentur non sunt in obligatione. *l. qvi per collusionem. 49. §. fin. ff. de act. empt. ubi* Bald. *fac. l. Mævia de manumiss. testam. c. nos qvidem. 3. cap. si heredes. 5. cap. tua nobis. 17. extr. de testam.* Pantsch. *2. qvæst. pract. 6. numer. 26.*

III.

Judicis officium finitur sententia dicta. *l. judex postea qvam 55. de re judic.* VVesenb. *2. cons. 99. n. 5.*

CAP. CXXIV.

Judicium.

Axioma I.

Judicium certum super re incerta dari non potest. *c. grave. 73. 11. q. 3.* Wesenb. *2. cons. 89. numer. 9.*

II.

Judicio qvi se opponit, turbare dicitur. *vid. infr. cap. turbatio.*

III.

Nulla major gloria qvam præesse judiciis, per qvæ conservatur hominum societas. *l. 12. C. de dignit.* Bodin. *lib. 3. de Republ. c. 3* Schœnborn. *3. polit. cap. 39.* Sebast. Vant. *trac. de nullit. tit. ex defect. jurisd. 10. num. 45.* Sumnos enim honores conciliat qvi operatur decidendis litibus. *l. semper 5. in pr. ff. de jur. immunit. 3. §. 1. qvod met. caus. l. ult. ibiqve.* Salicet. *n. C. qvand. provoc. non est necesse. l. 17. ff. de offic. præsid. c. ut debitus 59. de appellat.* Gratian. *dec. 120. n. 2. lib. 1. & decis. 284. num. 22.* Nolden. *dstat. nobil. c. 17. num. 185.*

IV.

Judicium censetur esse integum qvod plurimorum sententiis confirmatur. *cap. prudentiam. 21. post. princ. vers. illa qvippe fot. de offic. deleg. c. in Canonicis. 6. 19. distinct. ca. de qvibus. 3. & ibi gl. 20. distinct. l. 1. ff. de Senator.* Speculat. *in tit. de advocat. §. nunc tractemus, n. 6. & seq.* qvia qvod à pluribus sapientius qværitur, facilius invenitur. Malvet. *in tract. de Canonizat. Sanct. dub. 2. n. 40.* & per ampliorem homines perfectissima veritas revelatur. *l. fin sub fin. C. de fideicomm. c. extra conscientiam 5. distinct. 64. ibiqve gl. 1.* Cons. Arg. *1. cons. 110 num. 57.*

V.

In judiciis non debet esse acceptio personarum. *cap. novit. 13. de judi. & cap. in judiciis. 13. de R. I. in 6.* Ludov. Gome. *ad §. item si qvis. Inst. de action. num. 42.* Secunda enim est æqvalitas. *d. cap. novit. §. cæterum de jud.* Phil. Matth. *ad l. 41. ff. de R. I.* Gail. *1. obs. 1. num. 14.* nec judicium claudicare debet. *c. cum inter. 5. ubi gl. ibid. in verb. judicare. de except.* Gail. *d. loc. num. 14.* & hoc regulariter procedit, secus enim est in casibus à jure expres. Alex. *l. fin. col. 2. vers. & allegat. C. de edel. Exemplum vid.*

in Ludov. Gomez. *ad §. item si qvis Inst. de act. num. 42.*

VI.

Judicia æqviparantur aliqvando magis ultimis voluntatibus qvam contractibus. *l. non est mirum. 26. ff. de pignor. act.* ubi pignoris constitutio à Magistratu & in testamento facta æqviparantur. *l. 1. §. si pupillis. 6. ff. de nat. distrah. l. qvi testamento 20. §. 4. ff. de testam. l. si sciens. 26. de contr. empt.* Pantschman. *1. qvæst. pract. 19. n. 59.*

VII.

Judicium est individuum nec potest pro parte valere & pro altera parte non valere. *gl. in l. fin. ff. de jurisd.* qvam communem affirmat Decius. *ibid. &* Zas. *n. 16.* nisi qvando ratione summæ separationem reciperet, puta cum plures summæ ex diversis essent causis, qvas & actor ex industria simul deduxit & cumulavit; hoc enim casu poterit judicium in uno capite valere, in altero non valere. *per l. qvædam. 41. ff. famil. herciscæ. l. Camelia. 24. de jure patron.* Menoch. *1. arb. jud. qvæst. 41. num. 10.*

VIII.

Judicia sunt juris publici Zas. *in enarr. jur. civil. tit. de just & jur.* ratio, qvia si judex est juris publici, seqvitur per locum à conjugatis & judicia ejus juris esse; anteqvam enim jus civile conditum, erant judicia orta. *cap. per venerabilem 13. §. rationibus. ibi si difficile & ambiguum apud te judicium extr. qvi fil. sint legit.* Ludov. Gomez. *ad §. superest. Inst. de act. num. 35.* Intellige scil. qvoad semet ipsa, non verò qvoad exercitium & administrationem, vid Zas. *ad l. 1. §. hujus de justit. & jur. n. 10.*

IX.

Judicia publica sunt criminalia. *l. 1. C. qvand civil. act. crimin. præjud.* Clar. *in prax. §. fin. q. 1. vers. 1. in fin.* Blanc. *in pract. crim. vers. visis indiciis post. numer. 158. vers. secunda opinio.* ubi ait, ad cognoscendum, an judicium dicatur civile vel criminale, non debemus perpendere, utrum pœna applicetur fisco vel parti, sed modum agendi, per qvem dignoscitur judicium civile à criminali, nec inspicere finem vel effectum judicii, sed originem & principium *l. 22. ff. de his qvi not. infam. l. tamen si 11. ff. ad SC. Maced.* Farin. *1. cons. 85. n. 39.*

X.

Judicium ubi cœptum est, ibi finiri debet. *l. ubi cœptum. 30. ff. de judic.* [nec emergente privilegio alio evocari aut deduci negotium de qvo agitur potest. *l. si qvis postea. 7. ff. de judic. l. pen. ff. de jurisd.*] gloss. *in cap. proposuisti, de foro compet.* Federic. de Senis *consil. 97. Qvoniam numer. 3.* Anton. Gabr. *commun. lib. 2. tit. de judic. concl. 1.* Afflict. *decis 354. num. 3. & 4.* ubi intelligit, si opponatur dependentia litis, Surd. *consil. 57. numer. 2. & consil. 222. numer. 11.* Cardinal. Tusch. *pract. conclus. tom. 4. lit. I. conclus. 487. per totam* Cardos. *in praxi Judicum, & Advocat. verb. lis. numer. 35.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. 596. numer. 3. in 1. edit.* aliàs *resol. 523. num. 3. in 2. edit.* Hieron. Fernandez de Ottero *in interpret. cap. gratum. de offic. deleg. numer. 18.* Giurba *decis. 23. numer. 1. cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. c. 906. numer. 5.* Joan. Maria. Novar. *in praxi elect. & variat. fori, qvæst. 6. numer. 1. sect. 2. pag. 144. & qvæst. 20. numer. 9. & sect. 1. qvæst. 1. numer. 30. pag. 30.* Et procedit tam in principali negotio, qvàm in alio, etiam ab eodem originem trahente. Polyd. Ripa. *observ. 104. numer. 2. & 3.* Fachi. *controvers. lib. 11. cap. 78.* & tam ad cognoscendum, qvàm ad exeqvendum. Mari. Giurba *d. decis. 23. n. 2.*

Limita multis modis. Primò, in contumacem. Secundò, ubi prius judex esset negligens. Tertiò, si non potest conseqvi implementum Justitiæ coram primo. Qvartò, si superveniat urgens necessitas. Qvintò, si ex privilegio possit declinare. Sextò, in delegatis cum clausula, *si non omnes*, &c. Septimò, in crimine hæresis. Octavò, si actum esset coram arbitro, qvia poterit agi coram ordinario soluta pœna. Qvos omnes refert Felin. *in cap. ex tenore, numer. 15. cum seqq. de rescript.* & aliqvos apud Jas. *in l. nulli, numer. 6. cum seqq. Cod. de judic.* Nonò in judicio executivo. Anch. *consil. 363. Si advertatur, numer. 4.* Jas. *consil. 9. lib. 1.* Castrens. *consil. 87. numer. 3. lib. 1.* Decimò, si primum judicium esset nullum, & tale per qvod non possit procedi ad diffinitivam, Fulgos. *consil. 219. Visis. n. 2.* Undecimò, si per appellationem, recusationem, vel superioris revocationem aliud fieri contingat, Federic. de Senis *d. cons. 97. num. 3. vers. notandum,* refert Cardin. Tusch. *d. conclus. 487. numer. 18. cum multis seqventibus.* Duodecimò, qvando judicium non ex voluntate, sed ex necessitate cœptum est, Bernard. *reg. 282.* Anton. Gabr. *commun. opin. tit. de judic. concl. 1. num. 23.* Stephan. Gratian. *d. tom. 5. c. 909. numero 19.* Deniqve limitatur in miserabilibus personis, qvæ omisso judice, coram qvo cœptum est judicium, ad Principis forum convolare possunt. Bellug. *in specul. Princip. rubr. 23. n. 2. vers. sed pone.* Ursil. ad Afflict. *decis. 257. n. 2.* Thesaur. *decis. 177. numer. 6.* Vincent. de Franch. *decis. 100. in fin.* Cancer. *var. resolut. part. 2. cap. 2. de jurisdict. omn. judic. numer. 26.*

Castill. *controv. lib. 3. cap. 25. num. 34. cum seqq.* etiamsi cum persona miserabili non miserabilis connexa sit. Joan. Maria Novar. *in praxi elect. & variat. fori, qvæst. 6. num. 3. vers. declara.*

XI.

Judiciis qvasi contrahitur, *l. 3. §. idem scribit. 11. ff. de pecul. l. 2. ff. de prætor. stipul.* Cevall. *communium contra communes. tom. 4. qvæst. 89. n. 887.* Bellet. *disqvisit. clerical. part. 1. tit. de favore cleric. reali. § 1. numer. 8.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar gloss. 6. num. 171.* Joan. Maria Novar. *in praxi elect. & variat. fori, qvæst. 20. numer. 8. sect. 2. pag. 183.*

XII.

In judiciis debet servari æqvalitas. Vide *suprà lib. 1. c. æqvalitas. ax. 8.*

XIII.

Judicium semel extinctum ampliùs revivisçere non potest, *l. qvi res 98. §. arcam. 8. ff. de solut. l. ejus qvi, 29. §. fin. ff. de jure fisci.* Tiraq. *in l. si unqvam, verb. susceperit liberos. num. 19. C. de revoc. donat.* Surd. *decis. 51. num. 5.* qvos refert Octav. Glorit. *resp. 8. num. 34.*

XIV.

Judicium idem est de toto qvoad totum, & de parte qvoad partem, *l. qvæ de tota. 76. ff. de rei vendic. l. à Titio, 108. ff. de verb. oblig. l. jurisgentium 7. §. adeò. 6. ff. de pactis, cap. pastoralis. 28. §. 1. & ibi* gloss. *verb. citationis, de offic. deleg.* cum aliis, de qvibus Everard. *in topicis legalib. loco 80.* Intellige, nisi detur diversa ratio. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 6. qvæst. 2. numer. 111.* Monet. *de distribut. qvotid. p. 2. qvæst. 14. num. 32.* Vincent. Fusar. *de substit. q. 308. num. 63.* Stephan. Grat. *discept. forens. tom. 4. c. 676. num. 16. & c. 792. n. 4. & c. 796. n. 14.*

CAP. CXXV.
Jura.

Axioma I.

Qvando duo jura contraria in materia qvadam reperiuntur, illud attendi debet qvod specialius. *arg. l. Decurionibus. 3. C. de silentiar.* Bart. & Bald. *in 1. Const. C. §. si qvis vero reg. generi per speciem. de R. I. in 6. l. 1. §. hoc autem. 12. de nov. oper. nunc. ubi* Bart. Alex. *in l. sanctio. de pœn. c. dudum. cap. qvamvis. de præbend. in 6.* Jas. *in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. n. 5.* Pantschm. *2. q. pract. 17. n. 49.*

II.

Jura sanguinis non mutantur. *l. jura sanguinis. 8. de R. I.* nec pactis subjacent. *l. jus agnationis. 34. de pact.* ratio assignatur. *in §. pen. ibi divina qvadam providentia constituta. Inst. de jur. N. G. & C. ubi in commentario suo prolixe.* Vultej. *vid.* Hœnon. *lib. 3. disp. jurid. disp. 3. add. l. 8. de R. I.* Wesenb. *1. cons. 2. num. 59.*

III.

Jura vigilantibus scripta sunt, non dormientibus. *l. 6. §. 7. l. pupillus. 24. in fin. ff. qvæ in fraud. cred. l. 16. ex qvib. caus. major. l. 21. ff. de pecul. l. 2. C. de annal. præscript.* Wesenb. *1. cons. 41. num. 131.* vid. infr. *lib. ult. c. Vigilantes.*

IV.

Jura paulatim crescunt. *§. 5. Inst. de hered. qvalit. & diff. pr. Inst. de L. Falcid. §. 1. & 5. Inst. de fideicomm. hered. pr. Inst. de Codicill. §. 3. Inst. de testam. ordin. §. ult. de testam. milit. pr. Inst. de servil. cognat.* seqventes enim leges, qvæ habentur in Cod. & Novellis, semper aliqvid correxere. *Nov. 39. cap. 2.* Speciale enim & novissimum derogare generali & antiqviori notum est ex *l. fin. ff. de constit.* Crescentis juris exempla. *vid. supra cap. de Incrementis juris.*

V.

Jura juribus expedit concordari. *l. sed & posteriores, 28. ff. de legib. l. non novum. 26. ff. eod. tit. l. præcipimus. 32. in fine. C. de appellat. l. unic. C. de inoffic. dotib. cap. cùm expediat. 29. de elect. lib. 6.* Mantu. *lib. 3. Dial. 59. à princ. & dial. 71.* D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto matrim. p. 1. num. 7. & 8.* Nam correctio jurium est vitanda, ut dixi *suprà lib. 3. cap. correctio. ax. 11.*

VI.

Jura promptiora sunt ad liberandum, *l favorabiliores, 125. ff. de reg. juris. l. absentem. 5. ff. de pœnis,* Octav. Glorit. *resp. 1. p. 3. n. 61.*

VII.

Jura potiùs se adaptant ad ea qvæ frequenter, qvàm ad ea qvæ rarò eveniunt. *l. nam ad ea. 5. ff. de legib. l. Jura. 8. ff. de Legib.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg. 14.* Menoch. *remed. 2. adipisc. possess. num. 111.* ubi de intellectu hujus Axiomatis.

CAP. CXXVI.
De Juramento.

Axioma I.

Qvicunqve habet potestatem transigendi, ille habet potestatem juramentum deferendi.

Ratio: qvia juramentum est species transactionis *l. 2. ff. de Jurejur.* Hinc ab uno ad alterum valet argumentum; utrinqve enim id agitur, ut à lite discedatur & jus aliqvod remittatur. *l. 1. ff. eod.*

Exempl. potest igitur juramentum deferre principalis, procurator universorum bonorum vel speciale habens mandatum *l. 17. §. fin. ff. de Jurejur.* ex eadem ratione etiam infamis juramentum deferre potest. Brunneman. *in proces. Civil. cap. 2. n. 4.*

II.

Qvousqve transactio non est licita, eousqve nec juramenti delatio. Ratio est in *axiom. præced.*

Exempl.

Exempl. ita ergò non valebit juramenti delatio super relictis in testamento, verbis testamenti nondum inspectis *l. fin. C. de Jurejur.* qvia nec transactio. Idem est in causis matrimonialibus. E contra in actione depositi valebit Juramenti delatio, qvia etiam transactio *Brunnem. in Proceſſ. Civil. cap. 13. n. 9.*

Declarata, ut procedat in juramento voluntario & judiciali, non etiam in necessario vid. *Zæs. ad ff. h. t. n. 45.*

III.

Qvodcunqve juramentum pars parti defert extra judicium, illud est voluntarium, dependet enim ex merâ voluntate partium, qvia præstari poterit vel non. *l. 5. pr. ff. de Jurejur.*

IV.

Qvodcunqve juramentum pars parti defert in judicio, illud est judiciale. qvia hoc non valet, nisi à judice fuerit approbatum *l. 12. §. 1. C. de reb. Cred.*

V.

Qvodcunqve juramentum judex parti defert in judicio, illud est necessarium, qvia hoc sine justissimâ cnusâ recusari neqvit *l. 12. §. 2. C. de reb. Cred.* nec referri; sic enim referendum esset judici, qvod absurdum, cùm ejus causa non agatur. Exemplum est in juramento suppletorio & purgatorio, de qvibus *infrà.*

VI.

Qvoties alteruter solus facti notitiam habet, toties relationi jurisjurandi locus non est. *arg. l. 1. §. fin. & l. 13. ff. Rer. amot.*

Ratio, qvia super facto proprio vel juranti tantùm noto ipsius conscientiam onerare licet. *Carpz. in Proc. Tit. XI. art. 4. n. 36.* ne alioqvin veritatis occultetur & perjuriis via aperiatur.

Exempl. non ergò audiendus erit ille, qvi referre vult Juramentum, qvod ipsi erat delatum in re, qvæ in solo ejus animo adeundi consistit; uti si jurare deberet, an animo adeundi hereditatem hunc vel illum actum gesserit. *Hartmann. Pist. obs. 184. num. 6.* Pariter nec audiendus hæres, qvi fideicommissario eidem deferenti Juramentum juxta *l. ult. C. de fideicomm. & §. ult. Inst. eod.* illud vult referre, cum heres hujus rei tantùm habeat notitiam. *Carpz. P. 3. C. 8. def. fin.*

Declara, ut procedat imprimis de Juramento veritatis; juramentum enim Credulitatis de facto alieno facilius deferri & referri potest *Mev. P. 1. Dec. 16. & Carpz. P. 1. C. 12. def. 1.* Qvamvis nec hic discreti Judicis arbitrium sit excludendum *Brunnem. ad d. l. 11. §. 6.*

VII.

Qvoties Judex supplendæ probationis causâ juramentum imponit, toties est suppletorium; qvoties verò elidendæ præsumtionis causâ, toties est purgatorium.

Ratio, qvia priori casu inopia probationum Juramento suppletur, posteriori verò indicia contra reum facientia purgantur. *cap. 8. X. de purgat. Canon.*

Exemplum prioris est in omnibus causis, nisi ex qvibus ingens lucrum ad jurantem est perventurum. *Gail. Lib. 1. obs. 108. n. 11.* aut criminalibus gravioribus arg. *l. fin. C. de probat. Carpz. P. 1. Const. 23. d. 11.* vel matrimonialibus; in his tamen admittitur, si circumstantiæ & æqvitas hoc exigant. *Carpz. L. 3. Resp. 57. & Jurispr. Consist. L. 3. def. 46.* Posterius verò sive purgatorium Juramentum non facilè admittitur in Criminalibus. vid. *Carpz. Prax. Crim. P. 3. Q. 117. n. 55.*

VIII.

Qvoties ob defectum probationis Judex defert Juramentum, toties probatione noviter repertâ idem rescinditur. *l. admonendi 31. ff. de Jurejur.*

Ratio: qvia cessante causâ cessat effectus, nec poterunt hôc casu partes dici transegisse, cùm à Judice, parte invitâ Juramentum sit delatum.

Declara: ut locum saltem habeat in juramento suppletorio.

IX.

Qvoties adest dolus in restitutione rei nostræ commissus, toties præstatur juramentum affectionis. Qvoties verò saltem adest culpa, toties præstatur juramentum veritatis.

Ratio prioris: qvia sic invitus qvis tenetur rem suam vendere, ideò ergò aliqvid indulgendum est affectioni actoris.

Ratio posterioris: qvia in culpâ tanta non est neqvitia, hinc etiam hoc casu judex æstimat, non pars *l. 4. §. fin. ff. de in litem jurand.*

Declara prius: modò res sit talis, cujus pretium pro diversis temporibus variat, secus si sit fungibilis, uti nummi. *l. 3. ff. de in lit. jurand. ibig. Brunnem.*

X.

Qvoties agitur de re nostrâ nobis restituenda, toties, si illa per dolum vel contumaciam non restituatur, poterit præstari Juramentum in litem seu juratò æstimari, qvanti nostra interest.

Ratio: qvia alioqvin non posset Judici constare, in qvantum alter foret condemnandus, cùm qvilibet censeatur omnium optimè scire rei suæ pretium *l. 8. ff. de in litem jurand.*

Exempl. habet igitur hoc juramentum locum in rei vindicatione actione confessoriâ hypothecariâ, in actione doli, qvod metus causâ, item in actione depositi, pignoratitiâ, Commodati, directè non etiam contrariâ; Nec in actione empti, qvia hæc saltem de re, qvæ nondum nostra est, nobis tradendâ datur, non verò de re nostrâ nobis restituendâ *l. 4. C. de act. emti.* Conf. *Zæs. ad ff. in lit. jurand. n. 2. & 3.*

XI.

Mares jurant erectis duobus digitis dextræ, fœminæ appositâ dextrâ ad pectus sinistrum. Alicubi moris est, tres digitos, pollicem, indicem & medium erigere in honorem SS. Trinitatis. *Balduin. de cas. conscient. Lib. 2. c. 9. cas. 6.* Qvi verò dextrâ caret, sinistrâ jurare potest. *Bocer. Class. 6. Disp. 8. th. 119.*

XII.

Juramentum vocatur religio. *l. videamus. 4. §. deferre. 1. de in lit. jur. l. si qvis 11. C. de reb. cred. l. fin. C. de fideicomm.* adeò ut certum sit jusjurandum non aliter valere, nisi metu religionis, ac proinde fidem & societatem omnem religione

gione contineri Arnis. *de majest. cap. 5. n. 2.* Unde & liberis hominibus tormentum qvoddam esse dicitur apud Plutarch. *in qvæst. Rom.* qvod & ipsum cæteris tormentorum oneribus & tutius & expeditius esse dixit. Plat. *lib. 1. de LL.*

XIII.

Juramentum non debet censeri ludibrio appositum. Paris. *cons. 75. n. 28. p. 3.* ut scilicet hoc inconveniens evitetur, ne juramentum dicatur esse otiosum, qvod alioqvi frustratorium & supervacuum esset, contra regulam, qvod actus non debeat esse elusorius. *l. qvoties. 12. de reb. dubiis. l. 3. ff. de testam. milit. l. Divus. 22. de Usu & habitat.* Unde Cicer. *lib. 3. offic.* jusjurandum affirmationem religiosam esse asserit, qvod servandum est, qvasi DEO teste promiseris, nec majus vinculum ad adstringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluerunt. Id indicant LL. XII. Tabb. indicant sacra, indicant fœdera, & narratur ibi de Regulo, qvem nec charitas Patriæ nec suorum retinuit, qvin apertè reverteretur ad exqvisita supplicia, ne transgressor esset juramenti etiam hostibus præstiti. *cap. qvoties cordis oculus. 1. q. 7.* nam transgressor sanctum nomen Domini in vanum assumit & dolo proximus esse censetur. *cap. qvacunqve arte. 9. 22. q. 5.* & dicitur talis occidere animam suam *cap. juramenti. 12. eod.* atqve sic cum periculo contra juramentum venire. *c. ex literis. 10. de sponsalib.*

XIV.

Juramentum qvod sine dispendio salutis servari potest servandum est. *cap. cum contingat. 28. extr. de jurejur. cap. licet mulieres. 2. eod. in 6. Auth. sacramenta puber. C. si adverſ. vendit.* Canonistæ communiter *in cap. cum sit generale extr. de for. compet.* latè Anton. *comm. concl. lib. 2. de jurejur. concl. 6.* Gail. *1. obs. 22. num. 1.* Vult. *3. cons. Marp. 34. num. 93.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 12. num. 119.* Boer. *decis. 221. num. 13.* qvia jusjurandum supplet omnem defectum, & servandum est, etiamsi absqve curatoris consensu & judicis decreto minor contraxisset vel alienasset. *gl. in l. 1. & Auth. sacramenta puberum. C. si adverſ. vend. &* ibi Bart. Castr. Dec. *in cap. sicut. num. 205. de probat.* Alciat. *in d. cap. cum contingat. num. 113. extr. de jurejur.* Corn. *cons. 36. num. 8. cons. 69. n. 35. cons. 109. in fin. cons. 186. num. 17. vol. 2. cons. 71. n. 9. vol. 3.* Everard à Mittelb. *in loc. à vi seu energ. juram. n. 3. & 7.* Anton. Gomez. *de contract. cas. 14. n. 18. tom. 12. Var. resol.* Jacob. Mandell. *cons. 11. n. 3.* Cravett. *cons. 7. in fin.* Simoncell. *de decret. cæter. solenn. in contract. minor. lib. 3. tit. 8. inspect. 18. n. 137. ubi infinitis propè auctoritatibus confirmat & multis modis amplificat.*

XV.

Juramentum si consensus deficit nihil operatur. *l. ult. C. de non numer. pecun.* Jas. *in l. si convenerit. num. 17. ff. de jurisd.* Petrus *de virib. juram. eff. 4.* Fach. *2. contr. jur. 17.* Cephal. *cons. 94. num. 35. lib. 1.* Menoch. *cons. 84. n. 24.* Roland à Valle *cons. 7. num. 61. lib. 3. & cons. 28. num. 36. lib. 4.* Tessaur. *decis. Pedemont. 222. num. 4.* nec animam obligare potest, si non sit liberum vel voluntarium. Menoch. *cons. 37. num. 45. lib. 1.* Natt. *cons. 426. n. 24.* Rauchbar. *p. 2. qvæst. jur. civil. & Saxon. qv. 4. num. 47.* Unde nec defectum consensus & formæ supplere dicitur. *d. l. fin. C. de non numer. pecun.* Dec. *in l. non omnis. num. 11. ff. si cert. pet. cons. 403. col. pen. verſ. cum ergo Stephanus. & cons. 523. num. 12. post.* Bart. *in l. si qvis pro eo. ff. de fidejuſſ.* Stephan. Bertrand. *cons. 28. num. 10. p. 1.* Grot. *cons. 12. num. 15. 16.* Vivius *in opin. communib. verb. juramentum super contractu simulato verſ. qvia consensus deficit.* Octav. Cacheran. *decis. Pedem. 92. n. 19.* sicuti nec tanti operari potest, ut ex eo, qvod scientiæ deest, suppleatur. *cap. brevi. 17. de jurejur.* qvia cum juramentum dependeat à deliberato consensu, is qvi ignorat non videtur jurare, ut ait Bald. *cons. 312. col. 2.* Castrens. *cons. 465. num. 5. vol. 1. cons. 122. num. 4. vol. 2.* Dec. *cons. 180. num fin.* nec jusjurandum facti ignorantiam supplere, aut exceptionem erroris aut ignorantiæ excludere. Dec. *cons. 350. in fin.* Socin. *cons. 114. vol. 2.* Vultej. *2. cons. Marp. 29. n. 109.* qvemadmodum etiam non operari perhibetur in illis, qvæ specificari debent, cum non habeat vim specialis dispositionis ad supplendum defectum substantiæ Schurf. *cons. 96. qvod prædicta. num 7. & 8.* neqve suppleat, ne qvidem in testamento vel codicillis solennitatem septem vel qvinqve testium reqvisitam aut aliam. Covar. *in cap. Reinaldus. §. 3. num. 10. de testam.* Imol. *in c. cum contingat. num. 70. de jurejur.* Jas. *in §. item si qvis num. 14. Inst. de action. per l. cum pater. 77. §. filius matrem. 23. de legat. 2.* Alciat. *in l. 1. §. si qvis ita. num. 44. de V. O. & in c. cum contingat. num. 159. de jurejur. per c. qvanto. 18. eod.* Chassan. *cons. 39.*

XVI.

Juramentum censetur esse personale, nec personam jurantis egredi. *cap. veritatis. 14. extr. de jurejur. ubi* Panorm. Covar. *ad c. qvamvis part. 1. relect. 1. §. 5. num. 4.* Georg. Natt. *ibid. n. 124. de pact. in 6.* Anton. Gabr. Roman. *lib. 2. comm. concl. tit. de jurejur. concl. 6.* Corn. *cons. 301. vol. 1.* Nevizan. *cons. 22. num. 49.* Cum enim Juramentum non liget, nisi animam jurantis. Bart. in Auth. *qvod obtinet. num 3. C. de probat.* Inde ad heredes ut juramentis constringantur non extendi, vel in eos transmitti poterit. *d. c. veritatis.* Bald. *ad l. ult. n. 16. ibiqve* Bart. & Castrens. *C. de pact.* VVesenb. *1. cons. 15. n. 28.* Gœdd. *1. cons. Marp. 27. num. 120.* Boer. *de feud. investitur. c. 4. num. 26. per text. in l. 12. in pr. C. de reb. cred.*

Declara hoc procedere qvoad obligationem & observantiam contractus; licet enim juramentum qvoad prius ad successores non extendatur, virtus tamen & vinculum juramenti benè transibit. Bald. *in l. ult. num. 16. in fin. C. de pact.* Alciat. *in cap. cum contingat. num. 120. de jurejur.* Socin. *cons. 4. col. 1. verſ. præterea & plenius cons. 38. vol. 2. verſ. firmatur. vol. 3.* & hoc respectu qvoad cui juratur reale erit. Gabr. *lib. 2. tit. de jurejur. concl. 6. num. 2.* Guid. Pap. *sing.*

fing. 376. num. 2. Honthem. *2. de art. Notar. cap. 29. num. 51.* Gail. *1. obs. 27. &* Ludov. Gomez. *ad §. actiones. Inst. de action. num. 6.* ubi limitat, nisi agatur indirectè contra heredem implorato officio judicis Ecclesiastici, ut nimirum heres satisfaciat, exonerando animam defuncti jurantis, per ea qvæ refert Abbas *in c. cum sit. in 8. vol. & ibi* Felin. *col. 6. de for. compet. & in cap. fin per ill. text. de sepultur.* qvod licet impugnet Phil Franc. *in cap. fin. in 3. notab. de for. compet. in 6.* & Andr. Siculus *in d. cap. cum sit.* Ab opinione tamen Abbatis ut communi, non recedendum esse tandem per rationes ibid. allegatas, concludit. *add. &* Roman. *cons. 201. pro decisione col. 2.* Alex. *cons. 99. videtur primâ facie. col. pen. vol. 4.*

XVII.

Juramentum est individuum. Bald. *in l. ult. in oppos. 4. C. de edict. D. Adrian. toll.* Alex. *cons. 133. lib. 1.* idem Bald. *in cap. 1. §. cum autem de controvers. Feud.* Archidiac. *in cap. inter cætera. 22. q. 4.* Jas. *in l. scire debemus. num. 6. de V. O.* Francisc. Curt. *cons. 68. Dominus.* Cotta. *in memorabilibus. verb. juramentum est.* Francisc. Beccius *cons. 86. videtur primo aspectu. num. 1. & cons. 45. num. 15.*

Limita, nisi qvando juramentum ad corpus refertur, hoc enim in casu dicitur dividuum, sicut ipsum corpus. Alvarott. *in cap. omnes. Si de feud. defunct. fuerit controv. & ibi* Præpos. *notab. 2.* ubi perhibent, qvod licet juramentum fidelitatis sit individuum, qvoad corpus tamen feudale dividuum dicatur, sicut ipsum feudum divisibile est, juramentum enim posse pro parte valere, pro parte non per regulam qvod utile per inutile non vitietur. *ex gloss. in cap. petitio. extr. de jurejur.* probat. Jas. *in l. 1. §. sed etsi de V. O.* Unde si juramentum sit appositum super contractu continente plura capitula, etiam plura juramenta dicentur. Socin. *cons. 69. n. 10. vol. 3.* Paris. *cons. 14. decisum & judicatum. num. 16. vol. 1.*

XVIII.

Juramentum est spirituale. *cap. 2. extr. de jurejur.* Jas. *in auth. sacramenta. n. 33. & 40. C. si adverf. vend.* Covar. *ad cap. qvamvis. p. 1. §. 3. n. 4. de pact.* Socin. *cons. 254. in causa. p. 2.* Ubi dicit, spiritualem esse torturam, ideoqve statutum Laicorum contra juramentum vel ejus observantiam nihil disponere potest. Bart. *in l. omnes populi in 2. q. 3. q. principali n. 22. ff. de just. & jur. ad qvod vid. Dd. in cap. Ecclesia S. Mariæ & præcipue.* Felin. *extr. de constit.* Thom. Ferret. *caut. 16. in pr.* qvod intellige verum super juramento præstito, secus super præstando. *fac. l. qvæ sub conditione 8. in pr. & §. qvoties 6. ff. de condit. instit. gl. in l. adigere. §. qvamvis. in verb. L. Julia ff. de jur. patron.* Dominic. de S. Geminian. *in cap. qvamvis col. fin. extr. de pact. in 6.* Cephal. *cons. 466. n. 67.* facilius enim ea qvæ fienda sunt impediuntur, qvam qvæ jam facta sunt. *l. patre furioso. 8. ff. de his qvi sunt sui vel alien. jur.* Inde igitur non elicitur juramentum ad solam Ecclesiam pertinere. Arnis. *1. de Majest. cap. 6. n. 9.* Jurisdictio namqve secularis super juramentis in multis locum habet. Prohibere enim potest ne juramentum interponatur. *d. l. qvi sub conditione. §. si qvis sub. 4. de condit. Instit. l. 2. C. de indict. viduit. toll.* & statuere ut minor, cujus contractui intervenit juramentum, præsumatur dolo inductus. Curt. Jun. *cons. 118. n. 16.* item pœnam perjurii infligit. *l. si qvis major. 41. & ibi Dd. C. de transact. §. si vero. Nov. 17. & cap. Resc. 21. 23. q. 5. &* mandat executioni qvod juste juratum est. *cap. licet mulieres. 8. de jurejur. in 6.* Gail. *1. obs. 25. n. 4.* Arnis. *d. c. 6. n. 9.* Jul. Clar. *in pract. crim. §. fin. q. 47. per tot.* & Felin. *in cap. cum sit generale. de for. compet. per tot.*

XIX.

Jurare non cogitur qvi sufficienter probavit. *c. 2. & 3. de probat.* Bald. *in c. 2. vers. item in isto. de probat.* Jas. *& Dd. in repet. l. admonendi & in l. ad pecunias. §. qvi jusjurandum. not. 1. de jurejur. gl. in l. 2. §. qvod observari. C. de jurejur.* Joh. de Arno. *soliloq. 29.* VVesenb. *2. cons. 59. n. 31.*

XX.

Juramentum non sufficit, qvoties statutum probationem reqvirit. VVesenb. *1. cons. 36. n. 37.* Juramentum enim non est propria probatio nec vera, sed irregularis. *l. non erit 5. §. dato vers. qvasi probatum. ubi* Salicet. & Alex. *de jurejur.* Roman. *in l. sed si possessori. 11. §. fin. eod. tit.* & ideo talibus statuti verbis non comprehenditur *c. si qvis vers. absolvendum.* qvem textum ad hoc ponderat Bald. *ad cap. un. si de Investit. inter Dom. & Vasall.*

Intellige verum, qvando statutum de probatione regulari, legitimâ & ordinaria, ut qvæ per testes, instrumenta & similes modos, non vero per juramenta fieri solet, loqvatur, prout multis deducit Jas. *in repet. l. admonendi. n. 282. de jurej. per gl. in l. cum de indebito. 25. verb. legitimis. (qvam ut singularem multum commendat.* Alex. *consil. 119. qværitur. num. 10. vol. 2.) de probat.* secus qvando verbis utatur generalibus, videlicet qvod qvibuscunqve probationibus standum sit, ut aliqvid talia verba operentur, aut qvando ulterius declarando procedat, qvod etiam juramentum sufficere possit. *c. statutum. 11. §. cum vero. 1. de rescript. in 6.*

XXI.

Pro juramenti cujusqve observatione in dubio tutius est pronunciare, qvam contra, ad anceps perjurium evitandum. Jas. *in l. licet. num. 5. C. de pact. cap. cum infirmitas. 13. de pœn. & remiss.* Imol. *in c. cum contingat. num. 4. & 86. de jurejur.* Alex. *consil. 25. visis. num. 17. vol. 1.* Judex enim non debet esse cuiqvam perjurii auctor. *l. 2. C. de indict. viduit. toll.* ubi potest juramentum sine dispendio salutis æternæ servari *d. c. cum contingat de jurejur.* Bart. *in Auth. sacramenta puberum. num. 13. C. si adverf. vendit.* Socin. *cons. 115. n. n. 6. cum seqq. vol. 1.*

XXII.

Juramenta sunt intelligenda secundum intentionem jurantis. *c. humanæ. 11. 22. qvæst. 5.* Innocent. *in c. veniens. de jurejur.* Cardin. *in Clem. 1. §. fin.*

§. fin. q. 16. jurej. Calcan. *conſ. 18. num. 37.* Nevizan. *conſ. 22. num. 31.* Rota. *deciſ. 1. de jurejur.* Pantſchm. *1. pract. qvæſt. num. 11.* & penduntur ſecundum intentionem recipientis. *cap. qvacunqve. 9. c. ecce. 10. 22. q. 5.* Pantſchman. *d. q. 10. num. 61.*

XXIII.

Juramentum debet interpretari ſecundum diſpoſitionem juris. *cap. ad noſtram. 21. extr. de jurejur. & cap. qvanto. 18. eod. tit.* Pantſchman. *1. qvæſt. pract. 10. n. 9.* Joh. Andr. *in cap. veniens. extr. de jurejur.* Bald. *in l. fin. C. de non n. pecun.* Berous. *conſ. 148. n. 7. vol. 1.* qvia præſumitur ſe cum diſpoſitione juris conformaſſe. Bart. *in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad SC. Trebell.* Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 4. præſ. 32.* Afflict. *deciſ. 286. num. 4.*

XXIV.

Juramentum recipit eam interpretationem, ſi res maneat in eodem ſtatu. *l. fin. ad municipal. cap. 2. ubi Canoniſtæ extr. de renunc. l. qvod Servius §. ff. de condict. ob cauſam. l. qværo. 54. §. inter locatorem. ff. locat. l. cum qvis. 38. in pr. ff. d. ſolut. cum multis. à* Baldo. *in hanc rem adductis in l. clari. C. de fideicom.* Andr. Tiraq. *in præfat. l. ſi unqvam num. 166. cum ſeq. de revoc. donat.* Hinc juramentum in ſe habere dicitur tacitam illam conditionem, qvam habet promiſſio cui juramentum inhæret. *l. ſi libertus. 30. ff. de oper. libert. §. omnis ſtipulatio. 2. Inſt. de V. O.* Dec. *in cap. cum. ſuper. de offic. deleg.* Bart. *in l. ſed etſi qvis. §. qvæſitum. ſi qvis caut.* Aretin. *conſ. 24.* Alex. *conſ. 28. in cauſa vertente lib. 1.* Caſtr. *conſil. 377. ad primum* Angel. *conſ. 315. ſtatuto cavetur. num 1.* & potentia ejus non in plus extenditur qvam extendi ſolet promiſſionis virtus. *c. Qvintavallis. extr. de jurejur.* Speculat. *in tit. de arbitr. §. 1. verſ. arbitrator.* Angel. *conſ. 315. ſtatuto cavetur. n. 1.* Pantſchman. *1. pract. qvæſt. 10. n. 88.* nec ampliare interpretationem verborum perhibetur. Bald. *in l. ſi procurator. de condict. indeb.* qvia eſt qvalitas qvædam accedens ad actus geſti probationem, non ad ampliationem, & ſic qvalitas acceſſoria, qvæ ſeqvitur naturam ſui principalis actus, qvo ſublato tolli dicitur ejus acceſſorium. *cap. 1. de his qvæ fiunt à major. part. cap. dilecto 25. de præbend. l. non dubium 5. C. de LL. gl. in l. ſi patronus ex debito. ſi qvid in fraud. cred.* Ludov. Roman. *conſ. 293. præſuppoſito.* Bart. *in l. ſi qvis pro eo. de ſidejuſſ.* & juramentum ad cauſam ſubſiſtentem tempore contractus & juramenti referendum, qvod tamen ſecus, ſi cauſa de novo ſupervenire. *c. cum inter. 2. de renunc.* cum res tunc in eodem ſtatu non permaneat. *c. qvemadmodum 25. de jurejur. c. ſignificavit. 13. de cenſibus c. nos ſanctorum. 4. & c. juratos. 5. 15. q. 6. l. cum qvis. 38. §. ſi debitorem. 1. de ſolut.* Feder. de Sen. *conſ. 281.*

XXV.

Juramentum inter cæteras tacitas conditiones eam habet, ſi fides juranti ſervabitur. *gl. in cap. qvemadmodum. verb. conditio. extr. de jurejur.* Cora. *conſ. 96. lit. L. vol. 1. & conſ. 246. verſ. item ſi vol. 3.* Laurent. Tennin. *in tract. cautel. 145. n. 32.*

XXVI.

Juramentum eam præ ſe fert conditionem, ſi non valet qvod ago ut ago, valeat omni, qvo melius poteſt, modo. Bart. *l. ſi qvis pro eo. n. 43. de ſidejuſſ. & l. ſi qvis major. n. 110. ubi &* Curt. jun. *num. 35. C. de tranſact. per text. in l. cum pater 77. §. filius matrem. 23. ff. de legat. 2.* Laurent. Tennin. *in tr. caut. 191. num. 11.* Imol. *in c. cum contingat. num. 18. & 36. de jurejur.* Weſenb. *1. conſ. 39. num. 19.* Cyn. *in l. ſi ex cautione. C. de non num. pecun.*

XXVII.

Juramentum ſemper hanc habet conditionem ſubintellectam, ſi dolus abſit. Imol. *in cap. Qvintavallis num. 45. de jurejur. & cap. licet. eod.* Bald. *in l. 1. num. 1. C. ſi adverſ. Vendit.* Jaſ. *num. 29. & Fab. num. 3. in Auth. ſacramenta. eod. tit.*

XXVIII.

Juramentum ad enorme damnum non eſt extendendum. Marant. *in ſpecul. aur. p. 6. cap. de appellat.* Imol. *in cap. Qvintavallis. de jurejur.* Cravett. *conſ. 57. num. 5. & conſil. 192. num. 5.* Weſenb. *1. conſ. 23. num. 5.* Juramenti enim benigna & non acerba interpretatio facienda eſt, ut ceſſet omnis fraus & læſio. *cap. unusqvisqve. §. 22. q. 4.* ubi ex ſententia D. Ambroſii vetatur in materia juramentorum, ne qvis fratrem ſuum circumſcriptione verborum inducat. *gl. & Dd. in cap. ex parte. 13. extr. de Cleric. non reſident.* Gozadin. *conſ. 32. num. 6.*

XXIX.

In juramentis ſenſus potius qvam verba ſpectantur. *l. qvi per ſalutem de jurejurand.* & plus ineſſe intelligitur qvam dicitur. *c. antecesſit. 104. 11. q. 3. c. beatus 5. 22. q. 2.* Weſenb. *2. conſ. 52. num. 20. & 82.*

XXX.

Juramentum ex falſa cauſa non obligat. Pariſ. *conſ. 96. num. 24. vol. 1.* Anton. Gabr. *lib. 2. de minor. concl. 5. num. 43.* VVeſenb. *1. conſ. 23. n. 4.*

XXXI.

Juramentum in una cauſa præſtitum ulterius vires ſuas non porrigit. *arg. l. ſi pro fure. 7. ff. de condict. furtiv. junct. gl. in l. ſi duo. §. idem Julianus verb. condictio. circ. princ. ff. de jurejur.* Laurent. Tennin. *in tract. cautel. 161. num. 9.*

XXXII.

Juramentum ſuper actu libero interpoſitum non efficit actum neceſſarium. Pantſch. *1. qvæſt. pract. 11. num. 25.*

XXXIII.

Juramentum latè & plenè interpretandum. *l. in conventionalibus. 12. §. fin. ubi* Bart. *de V. O.* Pantſchman. *1. qvæſt. pract. 10. num. 42. & 71.*

XXXIV.

Juramentum ad ea qvæ de novo accedunt non extenditur. *arg. eorum, qvæ traduntur in c. cum inter. 2. de renunc.* Bart. *in l. qvi Romæ. §. duo fratres. de V. O.* Abb. *in cap. petitio. circ. fin.*

xi.

extr. de jurej. ratio, qvia qvæ de novo emergunt, novo etiam indigent auxilio. *l. 1. in pr. de ventr. inſpic. l. de ætate. 11.* §. *ex cauſa. 8. de interrogat. act.*

XXXV.

Juramentum non extenditur ad incogitata. *l. qvi cum tutoribus. 9. de tranſact. l. mater decedens. 29. de inoff. teſtam. l. fin. C. de non numerat. pecun. l. fin. ff. ad municip. l. adigere.* §. *fin. ff. de jure patron. cap. veniens. 16. c. Qvintavallis. 23. cap. ad noſtram. 7. extr. de jurejur. cap. 2. de renunc.* Bart. *in l. 2. C. de reſcind. vendit. & in Auth. ſacramenta. ubi latius.* Jaſ. *eod. tit. num. 51.* Pantſchman. *1. qvæſt. 10. num. 15.* Weſenb. *2. conſ. 74. n. 8.* Zaſ. *conſ. 9. n. 29. lib. 2.* Gylman. *4. 1. vot. 27. num. 120.* Si enim de aliis æqve actum fuiſſet, de aliis qvoqve expreſſum fuiſſet. *l. 1.* §. *ſin autem 7. C. de caduc. toll. c. inter corporalia. 2. de tranſlat. Epiſcop. cap. ad audientiam. 12. de decim.* Tiraq. *de retract. proximit.* §. *1. gl. 9. num. 38. & in l. ſi unqvam. verb. libertis. num. 3. C. de revoc. donat.* qvod procedere maximè in materia ſtricti juris. *ex l. qvod dicitur 86. de V. O.* atqve ſic neqve pacta, tranſactiones vel renunciationes ad ea trahi poſſe. *ex d. l. mater* tradit VVeſ. *2. conſ. 74. n. 58.* vide tamen ea, qvæ Everard. ait *in locis Top. à vi energ. ſeu effect. juramenti*, qvod ultra expreſſa juramentum extendatur, qvando ex verbis vel cauſa præſenti vel mente contrahentium ea de re actum videtur. Bart. *in l. ſi de certa C. de tranſact.* Vult. *2. conſ. Marp. 29. num. 136. vid. ſup. ax. 18.*

XXXVI.

Juramentum contractum ſimulatum præcedentem non firmat. *gl. in l. emptione. C. plus valere qvod agitur.* Franciſc. Zabarell. *in c. ad noſtram. in 2. qvæſt. extr. de Empt. vend.* Bald. *in l. rogaſti.* §. *ſi tibi. col. ult. ff. ſi cert. petatur.* Angel. *in rubr. ff. de jurejur. col. ult.* Caſtr. *in l. contra Legem ff. de LL.* Cæpoll. *in tract. de ſimulat. contract. m. 7. præſumpt. 3. num. 46.* Gozadin. *conſ. 59. n. 11.* arg. eorum qvæ habentur *in c. ſuper hoc 5. de renunc.* qvia non habet conſenſum partium. Paul. de Caſtr. *in l. ſi qvis pro eo. col. 3. ff. de fidejuſſ.* Marſil. *ſing. 327. num. 4.*

Limita I. niſi expreſsè juratum fuerit, omnia & ſingula in inſtrumento contenta vera eſſe, qvia tunc qvis ſimulationem allegando contra juramentum veniret, ſecus qvando qvis ſimpliciter ſe non contravenire juraſſet, tunc enim juramentum non obſtaret. Alex. *conſ. 37. vol. 2.* Gozadin. *conſ. 59. num. 17.* Honthem. *lib. 2. de art. Notar. c. 29. num. 36.*

Limita II. procedere ſi in continenti apponeretur, ſecus ſi ex intervallo, qvia tunc contractus talis validaretur. *arg. l. 2. cum ibi not. C. qvod metus cauſ. per* Bart. *in l. nemo poteſt. verſ. qværo an renunciatio. num. 11. ff. de legat. 1.* Anton. de Butr. *in cap. cum contingat. de jurejur.* Ludov. Roman. *in l. ſi qvis cum aliter. ff. de V. O.*

XXXVII.

Juramentum deferens prius de calumnia jurare debet. *l. jusjurandum & ad pecunias. 34.* §. *qvi jusjurandum. 4. ff. de jurejur. l. qvæſtionem. 32. C. de fideicomm. gl. & Dd. in cap. fin. ſuper verb. famoſa. in fin. extr. de jurejur.* Pract. Papiens. *in form. juramenti qvod præſtatur à parte rei in verb. dicit. n. 3.* Boer. *deciſ. 243. num. 1. vid.* Laurent. Tennin. *in tract. cautel. caut. 138. & caut. 132.*

XXXVIII.

Jurare nolle vel non referre manifeſtæ eſt turpitudinis. *l. manifeſtæ. 38. ff. de jurejur.* Socin. *in tr. Fallent. reg. 255.* Qvi enim juramentum legitimum & judiciale præſtare recuſat, veritatem denegare venire videtur. *1. F. 23. in fin.*

Limita, niſi qvoties juramentum defertur in caſibus, qvibus non debet deferri, veluti cum defertur actori plene probanti. *c. 2. de probat.* vel cum actor nihil probat. *c. fin.* §. *ult. extr. de jurejur.* idem placuit cum actor haberet leviſſimam præſumptionem ſibi faventem. *gl. l. 3. verb. ſi levior. de minor.* vel cum condemnatio minueretur ex jurejurando, tunc enim actor non compellitur jurare, imò ſi juraverit, poterit iterum plenè probare & totam condemnationem conſeqvi. *l. cum qvi 30. ubi gl. &* Bart. *de jurejur.* item procedit tantum in judiciali, non autem in juramento in litem, qvod qvis non cogitur ſuſcipere, poteſt enim probare per teſtes, *l. qvod ſi poſſeſſor. 71. ff. de rei vind.* Bart. & Jaſ. *in l. ult. de in lit. jurand.*

XXXIX.

Juramentum cedit pro pacto. *l. tutor. 35.* §. *prodigus. 1. ff. de jurejur. &* ſi qvod ſua natura eſt illicitum aut in alterius incommodum redundat, juramento diſpoſito confirmari non poteſt. *c. qvamvis. 2. in fin. & ibi gl. verb. diſpendium de pact. in 6.* non enim obligationem auget. Benedict. Capr. *reg. 87. n. 23. th. comm. opin.* ſed tantum addit religionis vinculum, ut ait Bald. *in l. ſi procurator. col. 3. ff. de condit. indeb.* Tiraq. *in l. ſi unqvam in præfat. n. 165. de revoc. donat.* Arniſ. *1. de Majeſt. c. 6. n. 6.*

XL.

Juratus actus fortior eſt qvam ſimplex *l. cum pater. 77.* §. *filius matrem 23. de legat. 2. l. unic.* §. *& cum C. de rei Uxor. act. Dd. l. pactum. 3. C. de collat. gl. in c. cum non deceat de Elect. in 6. c. conſtitutus de reſcript.* Alex. *conſ. 38. vol. 3.* Pantſchm. *1. pract. qvæſt. 10. num. 38.*

XLI.

Juramentum executionem habet paratam ſicut ſententia. *l. ſed ſi poſſeſſori. 11.* §. *pen. ff. de jurejur. l. poſt. rem. 56. ff. de re judic.* Bart. *in l. 2. num. 7. ibiqve* Fulgoſ. & Alex. *de jurejur.* Jaſ. *in* §. *ſi qvis poſtulante. num. 87. & ibi* Ludov. Gomez. *num. 2. Inſt. de action.* Alex. *in l. nam & poſtea.* §. *fin. ff. de jurejur.* Bart. *in d. l. ſed ſi poſſeſſ.* §. *fin. & ibid.* Ang. Fulgoſ. Salicet. Paul. de Caſtr. *ff. eod.* Viv. *in ſuis commun. concluſ. verb. juramentum.* Laurent. Tennin. *in tract. cautel. 134. num. 4.* Vult. *1. conſ. Marp. 15. num 129.* Tiraq. *in l. ſi unqvam verſ. donationi largitus. num. 104. C. de donat.* Poman. ad Bart. *in d. l. 2. de jurej. lit. b. verb. juramentum poſt. ax. 30. f. ubi vid. limitationes. add. Rec. de An. 1600.* §. wann einer. *33. & infr. ax. 37.*

Omni

XLII.

Omni juramento ineſt conditio honeſtatis. *c. qvemadmodum. 125. ubi gl. extr. de jurejur.* non enim debet eſſe vinculum iniqvitatis *v. infra. axiom. 40.* facultatis. *cap. qverelam. 10. c. brevi. 17. extr. eod.* Unde ſi qvis juramento promiſit, ſe facturum & curaturum, excuſatur, ſi fecit qvicqvid potuit. *l. ſtipulatio iſta 38. in pr. l. inter ſtipulantem. 38. in pr. de V. O. §. ſi qvis alium. 3. Inſt. de inut. ſtipul. gl. in c. ex reſcripto de jurejur. cap. ex literis. de ſponſalib. c. gemma eod. tit. cap. ſignificantibus de offic. deleg.* Ruin. *conſ. 67. caſus de qvo qværitur. num. 10. vol. 4.* Neceſſitatis. *l. fin. ff. qvi ſatisd. cogantur. c. ſi qvis per neceſſitatem. de furt.* Humber. de Bonven. *in Auth. ſacramenta C. ſi adverſ. vend. num. 55.* Difficultatis. *d. c. brevi. de jurejur.* Ripa. *in l. qvod te. n. 40. ſi cert. pet.* Alex. *conſ. 92. perſpectis. n. 13. ubi* Carol. Molin. *in addit.*

XLIII.

Juramentum ad ungvem eſt obſervandum ac præciſe obligat, ita ut absqve ſubterfugio ſit adimplendum. *c. debitores. 6. de jurejur.* Jaſ. *in §. item ſi qviis. 11. 12. Inſt. de Act.* Roland. à Valle. *conſ. 70. num. 34. vol. 2. & conſ. 69. num. 32. vol. 4.* Pariſ. *conſ. 69. num. 31. vol. 3.* Rip. *in reſponſ. de judic. 112. n. 59.* Tiraq. *de LL. Connubial. gl. 7. n. 189.* Ea enim eſt natura juramentorum, ut ſe obligantem præcisè obſtringant. *gl. in l. ſi pecuniam. ubi* Jaſ. *de condict. cauſ. data. n. 23.* Gozadin. *conſ. 32. num. 12. & conſ. 100. num. 25.* Brun. *conſ. 89. num. 4.* Rub. *conſ. 29. num. 6.* itaqve in iis magis conſcientiam & veritatem, qvam interpretationem. Joh. Andr. *in c. is qvi fidem. extr. de ſponſal.* vel cum Bald. *in conſ. 2. factum tale eſt. lib. 3. in fin.* lucem veritatis, qvam ſomnium factionis inſpicere debemus *§. qvod ejus. Auth. de Nupt.*

XLIV.

Juramentum vim habet litis conteſtationis. Gozadin. Bonon. *in repet. l. 2. col. 16. C. de pact. inter empt.* Hyppolit. de Marſil. *in ſing. not. 141. incip. audiſtis.* Albert. Brun. *conſ. 38. Viſis conceſſionibus. col. fin.* Barthol. Veronens. *in tract. cautel. caut. 20. incip. ex formâ ſtatuti.* ratio, qvia ſicut per negationem rei ad petitionem actoris inducitur litis conteſtatio. *l. 1. C. de lit. conteſt. & c. 1. eod. tit.* eodem modo & declaratione juramenti facta per reum actori: cum iſta delatio videatur qvædam confeſſio tacita contentorum in libello, ad cujus reſponſionem litis conteſtatio fieri ſolet. *d. c. 1.* Socin. *in l. ait Prætor. la. 2. §. ſi iis. ff. de jurejur.*

Limita, hoc locum habere tantum in juramento judiciali deciſorio, qvod actori à reo defertur, ſecus in juramento extrajudiciali, qvod inſtrumentis apponi ſolet; in hoc enim extrema litis conteſtationis habilia, qvæ in judicio tantum fiunt, conſiderari non poſſunt, prout late proſeqvitur Andr. Sicul. poſt gl. & Abbat. *in d. c. 1. de lit. conteſt.*

XLV.

Juramentum vim habet clauſulæ codicillaris. *l. cum pater. 77. §. filius matrem. 23. ff. de legat. 2.* Bart. *in l. ſi qvis in principio n. 15. ff. de legat. 3.* Hyppolit. *ſing. 504. n. 2. Jaſ. in l. ſancimus. C. de teſtam. num 8.* Gail. *2. obſ. 114. num. 14.*

Limita I. qvod procedat in juramento teſtatoris, non verò in juramento heredi delato per teſtatorem. Bart. *in l. 2. per ill. text. cum gl. Commun. de legat.*

Limita II. qvod obtineat qvando teſtamentum deficit ratione ſolennitatis omiſſæ; ſecus enim eſſet, qvando deficeret ex defectu ſubſtantiæ in perſona teſtatoris, vel ratione conſenſus. Franciſc. de Aret. *conſ. 24. incip. qvatuor dubia in 2. col. fac. l. fin. C. de num. pecun.* ubi juramentum nihil operatur, qvia deficiebat conſenſus. vid. Bart. Socin. *in fallent. regular. verb. juramentum num. 153.*

XLVI.

Juramentum facit ſilere patriam poteſtatem. Laurent. Tennin. *in tract. cautel. 186. num. 9.* qvia ipſum eſt de jure naturali ſeu divino, in his autem, qvæ juris naturalis ſunt, patria poteſtas non conſideratur. *l. item in poteſtate. 3. ff. de his qvi ſunt ſui vel alien. jur. §. 1. Inſt. de patr. poteſt.* Clar. *in §. donatio. qvæſt. 8.*

XLVII.

Juramentum litis deciſivum vim plenæ probationis habet. *l. non erit. 5. §. dato. 2. verſ. qvaſi ſatis. l. 11. §. fin. verſ. perinde. ff. de jurejur. gl. in cap. 1. verb. non probet. de conſtit. rect. feudi.* ac vim ſententiæ obtinere dicitur *d. l. 11. §. fin.* qvia pro veritate habetur & majorem obtinet vim qvam res judicata. *l. 2. ff. de jurejur.* qvemadmodum itaqve poſt rem judicatam qvis audiri non debet. *c. qvod ad conſultationem. 15. extr. de re jud.* ita & poſt delatum & præſtitum juramentum reus audiri non debet. *§. item ſi qvis poſtulante. 11. Inſt. de action.* cum non qværatur an ei pecunia debeatur, ſed an juraverit. *d. §. item ſi qvis. ubi* Ludov. Gomez. *Inſt. de action.* Hinc & vim ſolutionis. *l. 27. ff. de jurejur.* VVeſenb. *in parat. ff. eod. tit. n. 8.* fictæ nimirum, non veræ. Bart. *in l. 26. ff. de jurejur.* Novationis. *l. qvi juraſſe. 26. §. fin. ff. de jurejur.* ſcil. qvando partes intenderent primam obligationem transferre in actionem jurisjurandi. Gomez. *ad d. §. item ſi qvis n. 6.* obtinere dicitur, ac facit de non debito debitum. Schneidevv. *ad d. §. item ſi qvis. inſt. de action. num. 40.* habetur pro certioratione ac eam ſupplet. Hyppolit. de Marſil. *in pract. crim. §. 2. num. 64. Dd. ad Auth. ſacramenta puberum. C. ſi adverſ. vendit.* Socin. *reg. 273. num. 2. in tract. regular.* Andr. Tiraq. *in præfat. ad. l. ſi unqvam. n. 135. cum ſeq. C. de revoc. donat.* Gail. *2. obſ. 77. n. 10.* Hartm. Harm. ab Epping. *2. obſerv. pract. tit. 29. de fidejuſſ. obſ. 3.* parit vim geminationis. Abb. *in c. cum contingat. col. 2. de jurejur.* Ludov. Gomez. *in d. §. item ſi qvis. num. 8. per d. l. cum pater. 77. §. filius matrem. 23. de legat. 2.* vim expreſſi Alex. *conſ. 27. lib. 1. conſ. 133. num. 1. vol. 5.* Socin. *conſ. 70. num. 1. vol. 3.* Dec. *conſ. 340. num. 4.* Bald. *in l. 1. in 2. col. verſ. ſecundo qværitur. C. de Commod.* Franciſc. Marcus. *deciſ. 217. p. 2. per c. ex reſcripto. 9. de jurejur.* ubi juramentum vim expreſſæ renunciationis habere dicitur. Bald. *in d. l. cum pater. §. filius. de legat. 2.* Jaſ. *in l. 11. n. 20. ſi qvis in jus vocat. non ierit.* Angel. *in l. ſe-*

nium

nium. C. qui testam. fac. poss. Roman. *in l. 1. §. si quis ita. d. V. O.* Pantschm. *1. pract. quæst. 10. num. 28.* qvod procedere in eo, in qvo constat esse consensum à jurante, secus si de hoc non constaret, respond. Salicet *in l. 1. num. 72. C. de Commod.* impedit purgationem moræ. *l. si qvis major. 41. C. de transact.* Alex. *cons. 59. & cons. 158. vol. 2.* Salicet. *in l. magnam. C. de contr. & commit. stipulat.* præsumit minorem esse majorem. *Auth. sacramenta ubi* Jas. *n. 55.* Matth. de Afflict. *decis. 322. n. 5.* Vult. *1. cons. Marp. 15. n. 302.* Gail. *2. obs. 41. num. 6.* nec tractatur ratione læsionis. *l. non erit. 5. §. dato. 3. ff. de jurejur.* Gail. *2. obs. 70. num. 11.* in procuratore desiderat speciale mandatum. *c. pen. & ult. de jurem. Calumn. in 6. l. 17. in fin. ubi gl. in verb. universorum. l. 34. §. defensor. ff. de jurejur.* Gail. *1. obs. 83. num. 2.* Mynsi. *2. obs. 53. & 4. obs. 99.* Bocer. *de investit. feud. c. 4. n. 24.* ac validum reddit contractum aliàs invalidum. *c. qvamvis. de pact.* latè. Panorm. *in c. cum contingat. col. 9. de jurejur.* ac deniqve defectum solennitatis jure communi reqvisitæ supplet. *c. qvamvis extr. de jurejur.* Jas. *in Auth. sacramenta. num. 7.* Seraphin. de Seraphin. *in tract. de privileg. jurem. privil. 129.* qvamobrem juramentum supplere defectum insinuationis reqvisitæ in donatione inter vivos qvingentos aureos excedente tradunt Alex. *cons. 4. vol. 1.* Panorm. *cons. 95. n. 3. vol. 2.* Dec. *cons. 432. n. 15.* Jas. *cons. 51. n. 3. vol. 1.* Plot. *cons. 97. n. 6.* Corn. *cons. 221. vol. 1. & cons. 99. vol. 4.* Socin. sen. *cons. 77. vol. 3.* Curt. jun. *cons. 81. n. 6.* Paris. *cons. 69. n. 97. vol. 3.* Cephal. *cons. 61. n. 18. vol. 1.* Seraph. *in d. tract. de privil. jurem. priv. 73.* Hottom. *cons. 73. num. 24.* atqve sic in Parlamento Gratianopolitano decisum fuisse testatur *Guid. Pap. decis. 350.* idemqve in Camera Imperiali obtinere refert Gail. *2. obs. 39.* plures effectus juramenti accumulat Wesenb. *in parat. ff. de jurejur. num. antep. ubi vid.*

XLVIII.

Juramentum regulatur secundùm naturam actus, cui adjicitur, *l. ult. C. de non n. pecun. l. sed et si possessori. 11.* §. *item si juravero. 2.* ubi Jas. *notab. 9. ff. de jurejur. l. fin. ff. qvi satisd. cog. cap. qvemadmodum. 25.* ubi Abb. *not. 7. de jurejur.* exornant. Dec. *cons. 240. & cons 351. n. 8.* Petr. de Anchar. *cons. 76. n. 4.* Roland. à Valle. *cons. 8. à n. 42. lib. 1.* ubi intelligit, si deficiat consensus, Covarr. *in cap. qvamvis pactum, de pactis. lib. 6. p. 1.* §. *4. n. 1. & in rubr. de testament. part. 2. n. 9. & var. lib. 3. cap. 17. num. 5.* Costa. *in l. si ex cautione, fallent. 9. pag. mihi 108. cum seqq.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg. 164.* Tiraq. *in præfat. l. si unqvam. n. 165. C. de revocand. donat. & de jure constit. part. 3. limit. 7. n. 35.* Cacheran. *decis. 49. num. 9.* Burg. de Pace. *consil. 14. num. 21.* Mench. *de succes. creat.* §. *9. à n. 19.* Lara. *in l. si qvis à liberis.* §. *parens. num. 85. ff. de liber. agnosc.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 2. n. 56.* Anton. Gom. *l. 22. Tauri. num. 10. col. antepen.* Bellacon. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 1. de rebus creditis. n. 72. pag. 438.* Anton. Gabr. *tom. 3. lib. 2. tit. de jurejur. concluf. 10.* Menoch. *consil. 24. n. 7.* Pichard. *in disput. de mora. n. 76. & ad princip. Instit. de adempt. legat. n. 18.* Bertazol. *in repet. l. si qvis major. C. de transaction. n. 281. 651. & 710.* Gutier. *de juram. confirmat. p. 1. cap. 37. num. 2. & in repet. auth. Sacramenta puberum. num. 26. C. si adversus vendit.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 1. q. 8. num. 14. & lib. 13. qvæst. 1. n. 21. & q. 5. n. 17. cum seq.* Brunor. à Sole. *in locis communib. verb. Juramentum 19.* Morl. *in emporio Juris. p. 1. tit. 5. q. 1. num. 51. vers. qva de causa.* Valasc. *cons. 5. n. 19.* Cald. Pereira. *de potestate elig. cap. 2. n. 35. & in resp. pro Duce Pastranæ, vers. qvæ sententia.* Cevall. *communionem contra commun. tom. 4. q. 900. n. 7.* Soar. *de Relig. tract. de Juramento. cap. 32. n. 2. cum seq.* Molin. *de justit. tract. 2. disp. 151. vers. ad qvartum dicendum.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 4. tit. 32. n. 89.* Camill. Borell. *in summa omnium decis. tit. 60. n. 302.* Cardin. Tusch. *pract. concluf. tom. 4. lit. I. concl. 506. per totam.* Vincent. Carot. *sing. 113.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 799. n. 3.* Ovid. de Amicis *de jure emphyt. q. 27. num. 4. & q. 97. n. 5.* Didac. de Britto. *ad cap. potuit.* §. *de locato. num. 2. pag. 387.* [Assumit enim omnes qvalitates actus cui adjicitur. *l. ult. ff. qvi satisdar. cog.* Jas. *in l. decem. de V. O.* Paris. *cons. 86. n. 48. & cons. 95. vol. 3.* Grat. *cons. 30. vol. 1.* Sylvan. *consil. 40. num. 20. vol. 1.* Jas. *in l. si convenerit. n. 4. de jurisdict.* Dec. *cons. 536. num. 7. de jurisdict.* Dec. *cons. 536. num. 7.* Schurf. *cons. 27. num. 4. cent. 1.* Bocer. *de Investit. feud. num. 30.* qvod verum intellige scil. de natura primordiali non accidentali. *gl. in l. certi condictio. in pr. ff. de reb. cred. qvam ibid. omnes commendant per text. in l. item veniunt. 20.* §. *item. 3. cum seq. ff. de pet. hered.* juramentum igitur, qvod se habet ut accessorium, non seqvitur illam naturam accidentalem scil. ut ad interesse teneatur, sed primævam scil. ut præcise ad factum compellatur, per ea qvæ tradit Ludov. Gomez. *in d.* §. *item si qvis. Inst. de act. num. 8.*]

XLIX.

Juramentum non auget obligationem, sed ei intra suos limites manenti addit religionis vinculum, *(l. fin. C. de non numerat. pecun. Titius rogatus. 54. ad SC. Trebell.* Bald. *in l. si procurat. col. 3. ff.*

de condict. indeb. Tiraq. *in l. si unqvam in præfat. n. 165. de revoc. donat.* Arnis. *1. de Majest. cap. 6. n. 6.*] Oldrad. *cons. 294. in fine. vers. non obstat juramentum. & cons. 238. Cum mulier. n. 2. vers. unde, & cons. 178. Licet qvantum.* Roman. *cons. 269. Non est dubium.* Alexand. *cons. 37. Viso. col. 3. lib. 2.* qvos refert Card. Tusch. *d. tom. 4. lit. I. concl. 507.* ubi *concluf. 108.* subdit, qvod juramentum non comprehendit casum necessitatis. *& concluf. 522.* qvod juramentum in genere præstitum non extenditur ultra intentionem jurantis. (Unde qvando dici consvevit, juramentum contractui, cui accedit, semper qvid addere. Bald. *in c. qvæ in Ecclesiarum de constitution.* robur majoremqve efficaciam præter & ultra naturam actus super qvo interponitur adjicere. Hyppolit. de Marsil. *sing. 226. Emphyteuta & cons. 125. num. 6.* Gozadin. *cons. 570.* atqve sic alterare contractum *l. 1. Cod. si adverf. vend.* Pantschman. *1. qvæst. 10. n. 41.* hoc non intelligendum erit, qvasi juramentum obligationem sive aliqvid ejus, qvod in obligationem venit, augeat vel extendat. *c. pen. extr. de jurejur. l. Aurelius. 28. §. testamento de liberat. legat.* Bald. *in l. 3. C. si adverf. rem judic. & in l. nominationes. C. de appellat.* Castrens. *cons. 134. Visa Imperiali concessione.* cum enim intra terminos obligationis illud contineatur actumqve saltem confirmet vinculumqve religionis addat, necessariò inde seqvitur, per id nihil augeri qvod in conventionem deductum. Efficacius igitur sed non in plus obligare dicendum erit. *d. l. cum pater. 77. §. filius matrem de legat. 2.* Alex. *in l. 1. de pact. rubr. de V. O. & in l. stipulationes non dividuntur, eodem tit.* atqve sic qvando Dd. qvi de additione loqvuntur recto judicio ponerentur, non ultrà qvam de corroboratione & confirmatione intelligendi erunt, vid. de hac re Cravett. *cons. 102.* Roland. à Vall. *cons. 77. n. 22. vol. 1.* Gozadin. *cons. 57. n. 19.*

L.

Juramentum debet impleri in forma specifica, *cap. ad nostram. it. 1. de jurejur.* Jas. *in l. eum qvi §. 1. ff. de jurejur.* Alexand. *cons. 91. Visis actis lib. 2.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum. reg. 165.* Bertazol. *in repet. l. si qvis major. C. de transaction. numero 723.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. resol. 255. num. 3. in 2. edit.* Card. Tusch. *d. tom. 4. lit. I. concluf. 527. per totam.* Vincent. Fusar. *de subst. q. 674. numero 8.* Ovid. de Amicis *de jure emphyt. q. 97. num. 1.* (non enim sufficit per æqvipollens adimpleri. Anton. Gabr. *2. de jurejur. concl. 8. per tot.* cum præcisè obliget qvem ad factum, *gl. in l. si pecuniam in pr. ff. de condict. caus. dat.* maxime qvando illud factum adimpleri sine interitu salutis æternæ possit, qvia tunc omnino servandum est, *c. si vero. 8. de jurejur.* nec liberat qvem præstando interesse. Petr. Gerard. *sing. 98. num. 4.* nec compensationem admittit. Gabr. Sarayna. *in fin. post* Matthesilan. *sing. 36.* Honthem. *2. de art. Notar. c. 29. num. 48. per text. in cap. fin. ne prælat. vices suas. fac. & l. fideicommissa. 11. §. fin. de leg. 3.* qvia si in casu illius Legis qvis vel favore testamenti vel Reipubl. præcisè ad factum tenetur, arg. à fortiori & favore animæ tenebitur. *arg. l. sancimus. C. de SS. Eccles. c. qvi resistit. 97. & c. Julianus. 94. 11. q. 3.* Ludov. Gomez. *ad d. §. item si qvis. Inst. de act. n. 7.*

LI.

Juramentum vinculum iniqvitatis esse non debet, *cap. cum contingat 26. de jurejur. (propius huc facit c. qvanto. 18. eod. c. inter cætera. 22. q. 4.* Paris. *cons. 16. num. 76. vol. 2.* Corn. *cons. 11. n. 5. vol. 3.* Roland. à Vall. *cons. 59. n. 25. vol. 1.* Gail. *2. obs. 147. n. 2.* sed tribus comitibus sociatum esse debet veritate, judicio, & justitia. *cap. Et si Christus. 26. de jurej.* Gail. *2. obs. 77.* Et si altero horum destituatur, invalidum dicitur, de qvibus vid. *22. q. 3. & 4. l. Imperialis. 23. C. de Nupt.)* & restringitur ad licita & honesta. *cap. 1. eod. tit.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 7. tit. 16. n. 19.* Mari. Giurba. *ad consvet. Messan. c. 2. gloss. 7. num. 1.* (Illicitum enim juramentum præstans non opus habet absolutione, qvia non tenetur illud observare. *d. c. qvanto 18. de jurej. d. c. inter cætera. 22. q. 4.* cum impia sit promissio qvæ scelere adimpletur. *c. in malis. 5. 22. q. 4.* Gail. *1. obs. 25. n. 5.* sicut) Non est servandum qvod contra bonos mores præstitum est. *cap. non est obligatorium, de reg. juris in 6.* Steph. Grat. *discept. forens. tom. 4. cap. 692. n. 16.* nec nutritivum peccati. Grammat. *decis. 12. n. 12. cum seqq.* Gavalcan. *de tutor. num. 168.* Mari. Antonin. *lib. 2. var. res. 24. num. 18.* nec illud qvod est contra jus publicum. Fusar. *de subst. q. 308. num. 26.* nec qvod redundat in tertii præjudicium. Mancin. *de juram. p. 4. effectu. 110.* Seraphin. *de privil. juram. 151. num. 3.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 12. tit. 33. n. 44. & lib. 13. tit. 37. num. 8.*

CAP.

CAP. CXXVII.

De Juramento perhorrescentiæ.

Axioma I.

Qvoties qvis justam suspicionem concipit, se non credere, qvòd coram hoc Judice justitiam sit consecuturus, toties præstito juramento perhorrescentiæ causa ad Judicem superiorem devolvitur.

Ratio: qvia sic metus est, ne Judex inferior qvicqvam agat contra Justitiam. Ita ergò si judex maximè faveat reo inimico meo, si magno me odio persequatur, &c. justæ hæ erunt causæ perhorrescentiæ.

Declara: modò tamen causæ tales in specie fuerint in supplice libello allegatæ. *Mev. P. 1. Dec. 193.* Conf. *dissertatio Lauterbachii de Juramento perhorrescentiæ & Feltmanni Tractatus de Juram. perhorr.*

CAP. CXXIIX.

De Jurisconsultis. *Conf. omnino Infr.* de responsis JCtorum *lib. 16. cap. 49.*

Axioma I.

Jurisconsulti debent esse sacerdotes justitiæ & eidem ac veritati semper assistere. *l. 1. ff. de just. & jur.* malè contra illi, qvi vel in judicando vel consulendo magis personæ qvam justitiæ favent, contra qvos disputat Fichard. *conf. Lat. 1. numer. 1. & conf. German. 43. num. 10.* ideoqve Servium Sulpitium laudibus maximis evehit Cicero *in Philipp. 9.* qvi eum non magis juris qvam justitiæ consultum fuisse ait, ita ut qvæ proficiscerentur à legibus & JCti semper ad æqvitatem facilitatemqve referrent, qvod de hodiernis etiam reqvirit G. Budæus *annot. in pand. p. 3.* qva de causa invitos etiam ad consulendum cogi posse. *post gl. in l. 2. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. not.* Bart. *in l. de tutela. C. de integr. restit. min.* Felin. *in c. si pro debilitate de offic. deleg.* Vult. *1. conf. 15. numero 4.*

II.

Qvantum anima corpore & Respubl. homine est præstantior, tanto præstantior & dignior medicinâ est Jurisprudentia; ita post Chassan. Bodin. Heig. & alios statuit Daniel. Ott. *de jure pub. cap. 19. p. 681.* ubi limitat de JCtis veris, de qvibus est. *l. 1. de just. & jur. & l. 14. C. de advoc. diverf. judic.* secus qvod rabulas forenses, qvi sacratissimam scientiam in mercenariam artem vertunt.

III.

Jurisconsulti officium est respondere, cavere, scribere. *l. 1. C. de offic. Assess. adde sup. lib. 3. cap. 57.* Cujac. *ad L. Gallus de liber. & postlh.* adeoqve in jure non in facto consistit, de qvo nullus JCtus respondere cogitur. *l. eum qvem temerè. 79. §. 1. ff. de judic. l. mora. 32. ff. de Usur. l. pen. ad. L. Fab. de plagiar. l. 2. de jur. & fact. ignor. l. 34. deneg. gest. & ibi* Cujac. *in Pand. l. 1. referente ipso.* Cic. *in Top.* Unde JCtum citra ruborem posse ignorare consvetudines & statuta dicit Fichard. *in conf. Germ. conf. 18. num. 5.* JCti enim divinare non possunt. Cothman. *4. respons. 4. num. 117.*

CAP. CXXIX.

De Jurisdictione.

Axioma I.

Jurisdictio indubio est ordinarii. *gl. in l. 1. in fin. de judic. l. 1. in pr. §. cum urbem. ff. de offic. præfect. Urbi. l. fin. ibi qvi vel certæ. C. ibi & apud qvem Auth. habita ne fil. pro patr.* Cyn. *in l. si qvis ex consensu. 7. C. de Episc. aud.* Frider. de Senis. *conf. 130. incip. factum tale est.* Vult. *1. conf. 16. n. 11. vid.* Dn. Parent. *in disp.* VVesenb. *2. q. 1.*

II.

Jurisdictio non ex eo qvod revera debetur, sed qvod petitur, est metienda. Costal. & Dd. *ad l. si idem cum eodem. ff. de jurisd.* Jas. *ad l. cum qvædam puella. 19. num. 1. cum seqq. ff. eod.* Joh. Gœdd. *2. conf. Marp. 28. num. 16.*

III.

Jurisdictione concessa, non intelligitur ex eo proprietas rei concessa. Vult. *2. conf. Marp. 30. num. 162.* qvia proprietas fundorum nihil habet commune cum jurisdictione, ut ait Modestin. Pistor. *conf. 21. num. 75. vol. 1.* Unde & Dominium separatum qvid à jurisdictione dicitur. VVesenb. *conf. 67. num. 27.* & ut inqvit Menoch. *conf. 21. n. 8. vol. 1.* hæc qvalitatem a se separatam à rei proprietate habet.

IV.

Jurisdictio qvævis in Imperatore residet. *c. 1. §. judices & §. adhæc de pace tenend.* & ab ipso procedit in illos, qvibus per investituram confert in qvacunqve mundi parte Rol. à Vall. *conf. 88. numero 10. vol. 1.* Vult. *2. conf. Marp. 30. numero 90.* De jure enim Regimen Reipubl. manat uti in fonte & origine apud Principem juxta *c. in apibus. 41. 7. q. 1.* & à Principe tanqvam è fonte manat ac derivatur jurisdictio in alios Alex. *in l. 1. num. 35.* Baldus. *in l. more ff. de jurisd. & in c. 1. §. injuria in pr. col. 2. de pac. jur. firm.* Felin. *in rubr. de appell. numer. 4.* Alex. *conf. 16. lib. 5.* unde sicut radii solis non possunt à sole separari, ita nec jurisdictio à Rege. Valasc. *de jur. emphyt. q. 8. num. 21.* Est enim jurisdictio per se res individua, nec in judicium communi dividundo venit, ut scil. dividatur, nec aliàs jurisdictio in minutias fracta confundatur. C. A. *lib. 10. tit. 3. th. 14.* Ex perceptione tamen & sublevatione fructuum potest censeri dividua, ut cum plures sunt filii alicujus comitis, apud qvemlibet filium jurisdictio erit in solidum, qvæ fuit apud patrem, sed dividendo inter se emolumenta territorialia, qvibus præsunt, efficient dividua. Zas. *in l. stipulationes non dividuntur de V. O. num. 14.* atqve ita fructus jurisdictionales in præ-

dictum judicium dividendi venire possunt. C. A. *d. thes. 4.*

V.

Jurisdictio præscriptione longissimi temporis amittitur & præscribenti acqviritur privativè, daß der ander an der Gerichtsbarkeit nichts behält. *Schmd. de feud. P. 10. sect. 1. n. 132.* non autem amittitur præscriptione merum imperium, si casus puniendi facinorosos se non obtulit. *Gail. L. 2. obs. 60. n. 6.*

VI.

Turbatâ Jurisdictione civitas super violatione privilegii agere potest. *Cons. Argent. Vol. 1. Cons. 20. q. 3. Besold. Thes. Pract. verb.* Obrigkeit.

VII.

Jurisdictio Criminalis probatur per actus criminales Zentfäll. *Knichen. de Jur. territ. cap. 3. n. 389. seqq.* pignorationes de cadavere occisi *Schwan. Obs. Cam. 86. 87. Besold. Thes. pract. verb.* Fraiß-Pfand.

VIII.

Concessione Castri cum Jurisdictione, mit den Gerichten / non venit merum Imperium *Knichen. de Jur. territ. cap. 1. n. 281.* imò nec concessione cum Jurisdictione omnimodâ mit allen Gerichten und Obrigkeiten *M. Steph. de Jurisd. L. 1. cap. 2. num. 9. 10.* multò minùs veniunt regalia, etiamsi adjecta sit clausula mit allen Herrlichkeiten / Rechten und Gerechtigkeiten. *vid. Rosenthal. de feud. cap. 5. concl. 7. Besold. Thes. Pract. verb.* Gericht.

IX.

Cuicunqve competit exactio Gallinæ, des Reuchhuhnes / illi competit in prædio isto moribus Germaniæ alta Jurisdictio. Cujus ratio videtur esse, qvia gallinæ in altum evolare ibiqve reqviescere solent, hinc altitudinem juris qvasi designant. *Cons. Wehner. in observat. Pract. voc.* Faßnachts-Hühner.

X.

Jurisdictionem omnimodam qvi habet, universalem habere videtur. *gl. in Clem. c. 1. vers. omnimodam de for. compet.* Felin. *in c. auditis. num. 13. de præscript.* Vult. *3. cons. 19. numero 10.* Qvi enim habet territorium, præsumitur habere jurisdictionem, & qvi jurisdictionem habet in genere, omnes ejus species habere præsumitur. Genus namqve includit omnes ejus species potentia, nisi alius qvasdam species se habere dicere possit. Bart. & Alciat. *in l. pupillus. §. territorii. ff. de V. S. per text. in l. 1. ff. de offic. ejus, cui mandat. est jurisd. Auth. de defens. civil. §. jusjurandum.* Cons. Arg. *1. consil. 19. num. 29.*

XI.

Jurisdictionis distincti sunt modi nec ab unâ specie ad alteram colligere licet. Jas. *in l. imperium. ff. de jurisd.* Bertachin. *de Gabell. c. 11. n. 4.* Chassan. *in consvet. Burg. rubr. des justices. verb. & droicts. num. 96.* Zas. *cons. 16. n. 58. lib. 2.* Alex. *cons. 68. num. 18. vol. 2.* Mynsi. *cons. 16. num. 11.* Meichsner. *decis. 4. num. 170. tom. 2. & decis. 17. n. 19. decis. 27. num. 18. tom. 4.* Vietor. *disp. de caus. Exemp. Imper. concl. 34.*

XII.

Jurisdictiones non debent confundi. *c. pervenit. 39. 11. q. 1. l. nemo. 4. C. de jurisdict. & ibi gl. verb. auxilium.* Guid. *decis. 436. n. 3.* Gail. *2. d. P. P. obs. 17. n. 5.* Separatæ enim jurisdictiones separatos reqvirunt judices. *c. 2. licet. ex suscepto. 10. de for. compet. §. in super. 2. vers. præterea de prohib. feud. alien. per Frider.*

XIII.

Jurisdictio qvæ secundum qvid non existit in substantia, multo minus potest consistere in qvalitate. *l. actor. 23. C. de probat. ubi* Bald. Jas. *in l. ejus qvi §. qvid si stipulatus. n. 3. si cert. petatur.* Cons. Arg. *1. cons. 11. n. 95.*

XIV.

Qvicqvid est intra fines jurisdictionis, dicitur esse sub jurisdictione dominantis. Socin. *in cons. 127. vers. 4. & ult. col. 3. vol. 1.* Afflict. *in c. ad hæc not. de pac. juram. firmand.* Pacian. *36. num. 46.*

XV.

Jurisdictionis fundamento sublato qvicqvid superstruitur corruit. *l. Ego tecum. 26. ff. de Except. rei jud. tot. tit. C. si à non compet. jud. Dd. in l. fin. C. de Except.* Vult. *3. cons. Marp. 35. num. 45.* Et ubi jurisdictio statuentium cessat, ibi statuti dispositio non obtinet *l. fin. ff. de jurisd. l. 1. fin. C. de susp. tut.* Gail. *2. obs. 124. num. 5.*

XVI.

Jurisdictio est jus transmissibile. *c. venerabilem. 13. qvi fil. sint legitim.* Bald. *in l. 1. C. de emancip. liber. l. mandati. C. mand. l. 1. C. de oper. libert.* Bart. *in l. non ambigitur. ff. de LL.* Boer. *decis. 204. in fin.* qvod de jurisdictione ex moribus hodiernis definita accipiendum esse, qva jurisdictionem, die Gerichte und Botmäßigkeit / castro cohærere & ad heredes transire per tradita Gail. *2. obs. 2. num. 16.* observavit Ampl. Dn. D. Tabor. *in qvæst.* Wesenb. *disp. 2. q. 4.* Unde & jurisdictionem inesse in territorio passivè & materialiter veluti in re inanimata, in Magistratus verò persona formaliter & activè tanqvam in subjecto animato notarunt, Bald. *in l. 1. §. initio. num. 2. de offic. præfect. urbi & in §. ad hoc num. 5. & 6. de allodiis.* Jas. *in l. 1. num. 15. de jurisdict.* Boer. *decis. 227. num. 7.* Hier. de Mont. *in tract. fin. reg. c. 11. n. 15.* imò & indubio jurisdictionem potius cohærere territorio qvam personæ extendunt. Bart. *in l. inter. 29. de acqvir. dom. & cons. 189. primo qvæstum. num. 2.* Wes. *in paratit. ff. de jurisdict. num. 10.* Gail. *d. obs. 2. num. 16.* Menoch. *3. de præsumpt. 97. n. 48.* qvod procedere si loqvamur de eâ jurisdictione, qvæ personæ cum territorio in consequentiam, ut hodie fieri solet, conceditur. Reincking. *lib. 1. de R. S. & E. class. 5. c. 1. num. 8.* secus verò esse si fermo sit de jurisdictione jure Magistratus & officii ut apud veteres competente qvam personis cohærere, limitavit Dn. D. Tabor. *dict. disp. 2. q. 10.*

XVII.

Jurisdictio ordinaria morte mandantis non finitur. Wesenb. *in parat. ff. de jurisdict. num. 14.* Treut. *1. disp. 3. th. 12. lit. a.* Alex. *in l. more. ff. de jurisdict.* Ut enim morte Proconsulis legatus ejus non amittebat jurisdictionem, Boer.

cl. 5.

el. 5. diſp. 10. in fin. ita nec iſte. conf. Paurmeiſt. *de jurisd. cap. ult.* Dn. Parens *diſp.* VVeſenb. *1. n. 15.* Ubi declarat, verum eſſe qvoad jurisdictionem propriam ſeu hereditariò competentem, non verò qvæ Magiſtratus jure conceſſa & à primaria orta eſt, & in ſpecie mandata dicitur. *l. 6. ff. de jurisd.* adde VVeſenb. *d. num. 14. & poſt eum* Ungepaur. *in not. ad dict. tit. verb. maxime de jurisd.*

XVIII.

Jurisdictionem concedens inferiori intelligitur eam indubio non privativè ſed cumulative conceſsiſſe. Panorm. *in c. Paſtoralis. numero 6. extr. de offic. ordinar.* adeo ut eadem poteſtas & jurisdictio ſuperiori adverſus homines ſui Vaſalli etiam competat juxta regulam, ſi vinco vincentem te, multo magis te vinco. *cap. auctoritate. 7. extr. de Conceſſ. præbend. in 6. l. de acceſſionibus. 14. §. itaqve verſ. nam qvi me potior. ff. de temp. præſcript.* & ſic cumulativè concurrit ſuperior cum inferiore circa jurisdictionem, niſi illa per inferiorem fuerit præventa. Dec. *conſ. 3. numero 3.* Rip. *de peſte. c. de remed. præſervativ. num. 60.* Brun. *conſ. 47. n. 3.* Menoch. *de arb. jud. qvæſt. lib. 1. q. 40. num. 3.* Carpz. *p. 3. qvæſt. crim. 109. num. 95.*

XIX.

Jurisdictio non præſumitur ſed probanda eſt. Bald. *in l. prohibitum. C. de jur. fiſci. num. 111.* qvia jurisdictio eſt qvalitas qvædam accidentalis, qvæ homini naturaliter non ineſt, ſed ita competit uni & non alteri, ideo probanda. *gl. & Dd. in cap. ſi fortè. verb. ſcientiæ. de Elect. in 6.* Conſ. Arg. *1. conſ. 31. num. 3.*

XX.

Ea qvæ jurisdictionis ſunt, illa etiam poſſunt præſcribi. Gœden. *conſ. 39. f. 131. num. 55. l. viros. 8. C. de offic. diverſ. off. lib. 12.* Bald. *in l. fin. C. de præſcript. long. temp.* Boer. *deciſ. 227. n. 9. per c. ex literis. 7. de jure patronat.* Franciſc. Balb. *in tract. de præſcript. n. 2. p. 5. q. 1. 2. 3.* Innocent. *in c. dilectus. 2. de cap. Monach. n. 3.* VVeſenb. *in pamt. ff. de jurisd. num. 12.*

Limita, niſi in ſuprema, hæc enim præſcribi non poteſt. *arg. l. competit. C. de præſcript. 30. ann.* Joh. Andr. *in c. 1. de Cler. ægrotant. lib. 6.* Unde non poſſe præſcribi, ne appelletur ad Principem, qvia hoc ad ſummam jurisdictionem pertinet, ait Bald. *in Auth. qvas actiones. num. 4. C. de SS. Eccleſ.* nec princeps poterit (licet maximè velit) concedere privato ſuam ſupremam jurisdictionem. Bald. *in l. 1. §. in initio ff. de offic. præfect. Urb. num. 6. vid.* Valaſc. *de jur. Emph. c. 8. num. 29.*

XXI.

Jurisdictionis voluntariæ qvæ ſunt, exerceri poſſunt etiam in alieno territorio. *l. 2. ff. de offic. proconſ. l. 7. C. de Emancip. liberor.* Innocent. *in c. novit. de offic. legat. & in cap. qva fronte. 25. de appell. clem. 1. de for. compet.* ubi nominatim refertur de Rege Romanorum, qvod militem creaverit in Senatu Pariſienſi, add. Tiraq. *de nobilit. c. 6. num. 26. v.* Laurent. Sylvan. *de recognit. feud. qvæſt. 19. n. 8. & ſeq.* Intellige qvoad proprios ſubditos vel eos, qvi proprio conſenſu prorogare poſſunt jurisdictionem & qvoad res in ſua poteſtate exiſtentes. *d. c. novit. de offic. legat.* Covar. *de matrim. p. 2. cap. ult. num. 44.* Arniſ. *lib. 2. de Majeſt. c. 2. num. 8.*

CAP. CXXX.

De Jurisprudentia.

Axioma I.

Qvæcunqve res ita comparatæ ſunt, ut leges de iis ferri illisqve applicari poſsint, illæ ſpectant ad Jurisprudentiam.

Ratio: qvia Jurisprudentiæ finis eſt in actiones hominum juſtitiam inducere; res ergò aptæ eſſe debent, ut leges de iis ferri illisqve applicari poſsint, cum Lex ſine applicatione ſit otioſa.

Exempl. ergò ad Jurisprudentiam pertinent res divinæ qvoad cultum externum, non verò res impoſsibiles, qvia earum nulla eſt obligatio vid. *L. Generaliter novimus 26. ff. de V. O.*

Limita: modò res moraliter fuerint licitæ.

II.

Qvatenus Res Divinæ externis expediuntur, eatenus ſunt objectum Jurisprudentiæ.

Ratio eſt in *axiom. anteced.* ita ergò ad Principem ſpectat adminiſtratio impenſarum ad cultum divinum reqviſitarum, inſpectio in acta eccleſiæ, vocatio miniſtrorum, convocatio Synodorum, Jus circa diſciplinam in Eccleſiâ, Jus condendi ſtatuta de rebus circa religionem, & ejusmodi ſtatutis vim legum Civilium addendi, & in genere diſponendi de omnibus iis, qvæ religionem circumſtant, ordinemqve ac decus ſpectant. vid. *Sam. Pufendorffii tractatus de Habitu Religionis Chriſtianæ ad vitam civilem.* Conf. *Brunnemann. Jus Eccleſ. Lib. 1. cap. 1. §. 6. & cap. 2. §. 2. & 14.*

III.

Qvæcunqve res jure divino morali non habent certam determinationem, illæ ſubjectæ ſunt deciſioni principis, & conſeqventer ſpectant ad objectum Jurisprudentiæ.

Qvia ubi deſinit Legislator divinus, ibi incipit Legislator humanus ſive Princeps, qvippe qvi eſt cuſtos utriusqve Tabulæ. Poterit ergò princeps venationem privatis auferre, non verò adulteria concedere.

Limita: poſſunt tamen illa, qvæ Jure divino deciſa ſunt, legibus civilibus (1.) juberi, (2.) determinari, (3.) exaſperari. *Brunnem. de Jure Eccleſ. L. 1. cap. 2. num. 34.*

CAP. CXXXI.

Jus.

Axioma I.

Jus totum conſiſtit aut in acqvirendo aut conſervando aut minuendo. *l. ult. ff. de LL.* intellige

non de universi juris partibus, sed tantum de jure rerum & hominum hoc jure utentium fine, ut apparet ex verbis *quis rem vel jus suum. d. l. fin. & ex* Ulp. *lib. 2. Inst.* ubi de rebus potissimum eum egisse docet collatio *l. 1. de servit. præd. rust. l. 1. Commun. præd. l. 115. de legat.* Treutl. *disp. 2. vol. 1. tt. 1. lit. a.*

II.

Jus semper certum & finitum esse dicitur. *l. 2. ff. de jur. & fact. ignorant.* Cujac. *5. obs. pen.* Wesenb. *de probat. num. 7.* qvod hactenus verum est, qvatenus scil. de arte juris in se spectata loqvimur. Aliàs enim si de jure omnibus facti speciebus applicando agitur, jus non semper certum sed potius incertum esse apparet, adeoqve discreti Judicis arbitrio relictum dicitur, qvi rem ex æqvitatis regula definiat. *l. 2. §. 5. de aq. & aq. pluv. arc. act.* cum non omnes casus & articuli Legibus & Senatusconsultis comprehendi possint. *l. 10. ff. de LL.* Umm. *in disp. ad proces. 1. th. 3. n. 15.* Menoch. *cons. 367. n. 3. vol. 4.* Anton. Fab. *in rat. decid. ad l. 1. v. sive jus stipulatus de reb. cred.*

III.

Jus semel extinctum amplius revivisce non potest. *l. qvi res. 60. §. aream. 8. ff. de solut. l. qvi servum. 24. ff. de O. & A. l. inter. 83. §. 4. vers. nam cum de V. O. l. qvid tamen. 10. §. 1. ff. qvem adm. usufr. amitt. l. 3. §. si capitis. 9. vers. amplius ff. de bon. libert. l. in rem. 23. ff. de rei vindic. l. sed si meis. 26. §. arbor. 2. ff. de acqvir. dom. l. in tantum. 6. §. fin. ff. de rer. divis. l. pen. C. de remiss. pign.* Phil. Matth. *2. cons. Marp. 26. num. 9.* Dec. *in l. cum mota. C. de transact. num. 3.* Unde regula: fœmina semel exclusa semper censetur exclusa. G. Anton. *disp. feudal. 6. th. 6. pag. 101.*

IV.

Jus in facto est positum, ex qvo sumitur. *v. supr. lib. 6. cap. 3. ax. 12. l. si ex plagis. 52. §. in clivo. 2. ff. ad L. Aqvil. l. obligamur. 52. §. ex facto 8. ff. de O. & A. §. fin. Inst. de fideicom. hered.* Roland. à Vall. *cons. 23. in pr. vol. 4.* Qvod eleganter declarat Hilliger *in Donell. Enucleat. 1. comm. ult.* & jurisconsultus facto certificato respondet. *l. eum qvem 79. §. 1. ff. de judic.* Vult. *1. cons. Marp. 15. n. 50.* ejusqve pondus consistit. Bald. *ad l. petens. C. de pact. per l. ut responsum 15. C. de transact.* ut si in aliqvo illud sit vitiatum, ipsam oporteat juris decisionem vitiari. Vigl. Zvvichem. *ad pr. n. 25. Inst. de testam. ordin. per l. 1. l. omnis definitio. 202. ff. de R. I. l. nonnunqvam. 72. ff. de judic. l. Pomponius. 15. ff. de neg. gest. l. jusjurandum. 34. ff. de jurej. l. aut. facta. 16. ff. pen.* Gœdd. *1. cons. Marp. 27. n. 1. vol. 1.*

V.

Jus commune facilius tollitur qvam speciale, *gl. in post qvam liti. C. de pact. ubi Dd.* Bald. *in cap. 1. qvo temp. miles. gl. in c. 1. §. præterea si qvis. de prohib. alienat. per Frid.* Ludov. Roman. *in l. 3. §. si servus. de acqvir. poss. ff.* Socin. *cons. 299.* Pantschman. *p. 2. qvæst. pract. 17. n. 63.*

VI.

Aliud est jure fieri, aliud ipso jure fieri; illud facto opponitur. *l. 27. C. de inoff. testam.* hoc vel factum hominis judicis vel partis prorsus exludit. *ut in l. 5. C. de pact.*

VII.

Jus sibi qvi dicit in eo, qvod jus dicentis autoritatem, qvam implorare debuerat, neglexit, indignus est, ut Legis aut Magistratus opem sentiat. *arg. l. auxilium. 37. in fin. ff. de minor.* Carpzov. *p. 4. jurispr. forens. constit. 46. defin. 10. num. 3.* Anton. Faber. *in C. lib. 9. tit. 20. defin. 8. num. 5.* Joh. Harprecht. *ad §. hæc actio. num. 78. Instit. de injur.*

VIII.

Jure suo absqve lege expressa nemo est privandus. §. *cum igitur. vers. sicut enim patres ibi nec qvælibet lex est, aliqvid tale dicens Auth. de non elig. secund. nupt. l. etsi qvis Divus 14. §. Divus. 14. ibi non rectè facere, pœnam tamen in eum statutam non esse. ff. de religios.* Barbat. *cons. 11. num. 6. vol. 1.* Hieron. Pantschman. *p. 1. qvæst. 4. num. 25.* Bald. *in Auth. ex testamento. C. de secund. nupt.*

IX.

Jus semel alicui acqvisitum ei invito rursum auferri non potest. *l. fin. de pact. l. 53. pr. de judic.* C. I. A. *de appellat. recip. th. 3. num. 2. §. ult. Inst. de his qvi sunt sui vel alien. jur.*

Declara & limita hanc regulam, nisi alicui admatur auctoritate publica à Principe ob communem utilitatem. *gl. in l. ult. C. si contr. jus vel uti l. publ. l. 13. Comm. præd. vid.* Gothofr. Anton. *disp. 6. th. 2. vid. 1. tr.* P. Anton. de Petra. *de jure qvæsito.*

X.

Qvoties alterutro jure qvid est expressum, qvod in altero est controversum, toties ea definitio expressa valet in utroqve foro. *c. 1. & 2. de juram. in 6.* Jas. *in l. 2. num. 23. C. si contr. jus vel util. publ.* Blanc. *de compromiss. qvæst. 2. numero 47.* Cors. *indag. lib. 2. c. 6.* Alterum enim jus suppletur per alterum. Panorm. *in cap. super qvæstionem 27. de offic. deleg. c. meminimus. 9. de appellat. gl. in c. ult. de judæis & c. 1. ubi* Bald. *de præscript. & c. nullus. 5. de jurejur. c. Fraternitatem. 15. 54. distinct. facit l. nam ut ait. 13. verb. suppleri. de LL. l. unic. C. de in off. dot.* VVesenbec. *1. cons. 1. num. 20.*

XI.

Qvod ipso Jure non tenet, id ligare non potest. *l. nam etsi sub conditione. 5. de injust. rupt. & irrit. l. si expressim. 9. de appell.* Wesenb. *1. cons. 40. num. 78.*

XII.

A jure suo nemo recedere præsumitur. *gl. in c. pen. verb. præsumendum. de condit. appos.* Wesenb. *1. cons. 4. n. 75.*

XIII.

Ubi jus commune in conventione deficit, ibi exactio civilis nasci non potest. Bald. *& Dd. in l. si unus 27. §. pactus ne peteret. de pact. per l. licet. 42. §. ea obligatio. 2. de procur. l. pupilli. 6. §. videamus. 18. ff. de neg. gest.* Wesenb. *in parat. ff. de pact. n. 9.*

XIV.

Jure alterius utens, de ejus jure prius doceri debet. *l. ut qvæ nondum. 15. §. qvod dicitur. 1. ff. de pign. l. cum res. 5. C. si alien. res pign. data sit.* qvia nemo plus juris transferre potest in alium,

alium, qvam ipse habet. *l. nemo potest. 54. ff. de R. I. c. nemo 79. cod. in 6. l. traditio. 20. ff. de acqvir. dom.* Unde Bart. *in l. si sic. ff. de legat. 1.* dixit, qvod si Comes concesserit Ecclesiæ qvicqvid habet juris in tali loco, concessio illa non valeat, nec qvicqvam operetur nisi constet de jure concedentis, qvem seqvitur & Roland. à Vall. *cons. 82. num. 11. vol. 2. & cons. 100. numer. 161. vol. 4.* Eadem ratione de re aliqva ab Imperatore etiam facta alicui jus ullum donatario non tribuit, nisi ostendatur, qvod res ista spectarit ad Imperatorem, per ea qvæ respondet Ruin. *cons. 13. n. 7. vol. 1.* qvare jus suum in investitura sibi ab alio facta fundans, probare debet de jure investientis si illud negetur, prout multis deducit Cravett. *cons. 124. vol. 1.* & in terminis cessionis. Wesenb. *per l. nec creditores. 10. C. de pign. act. cons. 2. n. 75.*

XV.

Juri communi qvilibet se conformare voluisse censetur. *l. si duo. ff. de acqvir. hered.* Bart. & Dd. *in l. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* Decian. *resp. 1. num. 121. vol. 2.* Paris. *cons. 40. n. 34.* Regner. Sixtin. *2. consil. Marp. 13. n. 26.*

XVI.

Juris auctoritas non est in potestate judicantium sicut facti potestas. *l. ordine 15. ff. ad municip.* judex enim non potest efficere, qvin furti damnatum seqvatur infamia. *l. non poterit. 63. ff. de furt.* Wesenb. *in panat. ff. de his qvi not. infam. num. 8.*

XVII.

Jus qvæsitum fortius est, qvàm jus qværendũ, *l. si ita scriptum 45. §. 1. l. si ita scripsisset. 46. ff. de legat. 2.* Brunor. à Sole. *in locis communibus verb. jus. n. 21.* Joan. Maria. Novar. *qvæst. forens. lib. 2. q. 2. n. 2.* & ideo difficilius amittitur. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 67. n. 3.* & remittitur. *l. fin. C. de acqvirend. possess. l. qvi autem 6. in princ. ff. qvæ in fraudem cred.* Surd. *cons. 351. n. 38.* vel ab invito aufertur. *l. fin. ff. de pactis. l. id qvod nostrum. 11. ff. de regulis Juris.* Thomas de Thomasset. *in floribus legum. reg. 239.* Carol. de Grassis. *de except. except. 32. num. 20.* Joan. Maria Novar. *d. lib. 1. q. 14. n. 8. & q. 20. n. 1. & q. 100. n. 2.* Facilius enim impeditur jus qværendum, qvàm qvòd tollatur jus jam qvæsitum. *(l. fin. C. de acqvir. poss. gl. & Dd. in l. servus. 3. C. de pact. fac. text. in l. qvod autem. 6. in pr. ff. qvæ in fraud. cred. l. si sponsus. 5. §. si maritus. 1. de donat. inter vir. & uxor.* Cons. Arg. *1. cons. 91. num. 52. per d. l. servus. l. 1. §. confertur. 23. ff. de collat. bon.)* Alexand. *cons. 196. Visis. n. 5. lib. 7.* qvem refert Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 3. lit. F. conclus. 12. n. 7.* Surd. *cons. 175. n. 40. & cons. 519. n. 3. & cons. 552. n. 9.* Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 357. n. 12. & 13.* Et jus qværendum facilius remittitur qvàm qvæsitum. *l. fin. Cod de acqvir. possess.* gloss. & Doctores. *in l. servus. ff. de pact.* Surd. *cons. 351. n. 38.* (Anton. Gabr. *concl. de jure qvæsito non toll. citat. ab* Arnis. *2. relect. polit. 6. sect. 1. n. 55.* Unde jus, qvod in spe duntaxat est qvæsitum, pœnitendo, repudiando, & alienando auferre alii possumus, priusqvam illud plenè & perfecte acqviratur. *l. 3. ubi* Bart. *post. gl. ff. de serv. export. l. 1. ubi* Bald. *C. si mancip. ita fuerit.* Hartman. Pistor. *2. qvæst. pract. 4. num. 32.* qvod procedit regulariter in his, qvæ ab ipsomet pœnitente vel repudiante aut alienante ad nos debebant pervenire: secus enim esset in iis, qvæ aliunde & ex providentia alterius habere debebamus, prout latè examinat Hartm. Pistor. *lib. 2. obs. 4. n. 32. citat. à Gœd. 1. cons. Marp. 27. num. 88.)*

XVIII.

Juris executio nec metum, nec injuriam infert. *l. nullus videtur. 55.* ubi Dec. & Cagn. *ff. de regulis Juris,* Surd. *decis. 21. num. 14. cum seqq.* Anton. Gomez. *Lusitan. decis. 35. num. 1.*

XIX.

A Jure communi concessum frustra precibus impetratur. *l. 1. ff. ad municip. l. Imperatores. 30. ff. de privil. credit. l. 1. C. de thesaur. lib. 10.* Surd. *decis. 173. n. 18. & cons. 216. n. 23. & cons. 298. n. 26.* Escob. *de ratiocin. cap. 6. n. 29. in fine* Joseph. Vela. *dissert. forens. dissert. 1. n. 28. & dissert. 17. num. 6.*

XX.

Jure dantis confirmato, confirmatur jus accipientis. *l. cum vir. 42. ff. de usucap. l. rem alienam. 41. ff. de pignorat. actionib.* Anton. Gom. *var. tom. 2. c. 2. n. 35. in fine.* (Unde Jus auctori superveniens confirmare dicitur jus successoribus. *l. pen. in fin. ff. de castr. pecul.* Bart. *in l. cum vir. n. 10. ff. de usucap.* eiqve prodest tam ad agendum qvam ad excipiendum. *d. l. rem alienam. ubi communiter Dd. de pign. act.* qvod tamen axioma in eo demum juris genere verum est, si acceptor aliqvid ab auctore habet, ut si acceptor dominium habeat, id ei confirmatur immutabiliter, si immutabili conditione accepit: mutabiliter, si & ita accepit: vel si pignus & hypotheca sit, id etiam acceptori confirmatur, sed non propterea, qvod auctor rei istius factus sit Dominus immutabiliter: potest enim vel hypothecarius nactus videri dominium, vel qvi mutabiliter ab auctore dominium nactus, propterea videri Dominus qvoqve immutabiliter factus,

ctus, prout declarat Coſtal. *in l. 41. de pign. act. l. ſi qvis alienam. 46. ff. de action. empt. l. cum res. 5. C ſi res alien. pign. dat.* Vult. *3. conſil. Marp. n. 238.)*

XXI.

Jure dantis reſoluto, reſolvitur & jus accipientis. *l. lex vectigali. 31. ff. de pignorib. l. 4. §. ſi ex duobus. 2. ff. de in diem adject. cap. nuper. 6. de donat. inter virum & uxor. deciſ. Pedem. 156. n. 12.* Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 3. n. 8. in fine.* Bertazol. *de clauſul. inſtrument. clauſ. 15. gloſſ 2. num. 16.* D. Barbo. *in l. qvia tale. n 86. ad fin. ff. ſoluto matrim.* Mar. Anton. *var. reſol. lib. 2. reſol. fin. caſu fin.* Card. Tuſch. *pract. concl. tom. 6. lit. R. concl. 272.* ubi intelligit in iis, qvæ habent dependentiam ſucceſſivam, non in iis, qvæ in ipſo inſtanti radicantur, & perfectionem habent in ſe.

XXII.

Jure diverſo una eademqve res cenſeri non debet, *l. eum qvi ædes. 23. ff. de uſucap. cap. cognovimus. 29. 12. qvæſt. 2. cap. qvia circa. 22. de privil. cap. cum in tua 30. de decim.* Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gloſſ. 18. n. 23. & §. 8. gloſſ. 5. n. 14. ante fin. & de nobilit. cap. 28. n. 11. cum ſeqq.* Mexi. *in tract. tax. panis, concl. 2. n. 63.* Surd. *de aliment. tit. 2. qvæſt. 15. n. 150. & ſeq. & conſ. 152. n. 39.* Ugolin. *de offic. & poteſt. Epiſcopt. c. 20. §. 10. n. 2.* Cardin. Tuſch. *tom. 3. lit. E. concl. 54.* Cevall. *commun. contra commun. tom. 4. q. 899. n. 36.* Gonzal. *ad reg. 8 Cancellar. §. 6. præm. num. 64. 69. & ſeq. & gloſſ. 43. n. 160.* Ludov. Rodolphin. *var. qvæſt. lib. 2. qvæſt. 42. num. 48.* Narbon. *de appellat. à Vicario ad Epiſcopum. p. 1. numero 81.* Anton. Monach. *Lucen. deciſ. 21. num. 23. & deciſ. 67. n. 9. & Florent. deciſ. 28. n. 12.* ubi ſecus ait reſpectu diverſorum, Rot. *deciſ. 669. num. 3.* apud Farinac. *p. 1. recent.* Sanctarel. *var. reſolut. part. 1. qvæſt. 26. num. 15.* Vincent. Carot. *in tract. de patre filiam ſimpliciter dotante. qvæſt. 5. verſ. etſi dicatur.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 940. n. 8. & 25.* Reinoſo *obſerv. 54. num. 7.* ubi dicit, qvod eadem res diverſimode cenſeri poteſt, ubi concurrunt plures intelligendi formæ. Joan. Maria Novar. *qvæſt. forenſ. lib. 1. qvæſt. 13. num. 6.* Caſtell. *controverſ. lib 5. part. 2. cap. 97. num. 29. & ſeq. & cap. 10. num. 15.* Limita, ut dicebamus, reſpectu diverſorum, qvia tunc diverſo jure cenſeri debet. Tiraq. *d. cap. 28. num. 13.* Gonzal. *d. §. 6. num. 69. & 70.* Menoch. *remed. 1. recuper. num. 36.* Mari. Giurba. *in conſuet. Meſſan. cap. 9. gloſſ. 10. num. 5. & ſeq.* Vincent. Fuſar. *in ſubſtit. qvæſt. 297. n. 24. cum ſeqq. & numer. 28.* Joan. Anton. Mangil. *de imputat. qvæſt. 37. numero 29.* Vincent. Carot. *cit. loco. verſ. ſecundo reſpondetur, qvi, in verſ. nam primò limitat,* etiam rationabili cauſa exiſtente, per qvam una & eadem res diverſo jure cenſeri poteſt ex accidenti contingente, ex præſumpta legis mente, ſimilive modo, & in verſ. tertio, limitat etiam & intelligit, ut una res diverſo jure cenſeri non debeat corporali conſideratione, ſecus intellectuali.

XXIII.

Jure ſuo qvi utitur, nemini facit injuriam, *ſup. lib. 9. cap. 62. axiom. 21. l. injuriarum. 13. §. 1. ff. de injur. l. 3. §. is tamen. ff. de libero homine exhib. l. qvod Reip. 33. ff. de injur. l. fluminum. §. ult. ff. de damno infecto. l. Proculus. 26. ff. eod. tit. l. ſi donaturus. 9. §. ſi qvis indebitam. 1. ff. de condict. cauſ. l. ſi in meo. 21. ff. de aqva pluvia arc. c. cum Eccleſ. 21. verſ. qvia, de elect.* Cagnol. *in l. nemo damnum. n. 2. ff. de regulis Juris.* Nav. *conſ. 32. n. 4. ſub. tit. de præbend. in antiq.* Thom. de Thomaſſ. *in floribus legum, reg. 251.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſ. 29.* Maſcard. *de probation. concl. 1051. n. 31.* Surd. *conſ. 374. n. 17.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 13. qvæſt. 1. n. 164.* Farin. *in praxi crimin. qvæſt. 105. n. 130.* Franc. Leo. *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. cap. 3. n. 75.* Mari. Antonin. *var. reſolut. lib. 3. reſol. 12. n. 2.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 4. lit. I. concl. 162. per totam.* (nec fraudem committere dicitur. *l. merito. 51. ff. pro ſoc.* Dec. *in l. nullus. 56. de R. I. & latè conſ. 621. n. 3.* Weſenb. *1. conſ. 34. n. 20.*) Unde juris executio injuriam non continet. *l. injuriarum actio. §. is qvi inter. ff. de injur.* Rom. *conſ. 387. In terminis, in princip.* (Jus enim ſuum tueri nemo prohibetur, nec in eo tuendo vim & injuriam inferre cenſetur. *d. l. Proculus. 26. de damn. infect* Gœd. *conſ. 2. num. 13. pag. 13.* Unde ſi emptor ſoluto pretio rem emptam venditori ſubtrahit, furti non tenetur. *l. eum qvi emit. 14. §. 1. ff. de furt.* nec creditores, qvi poſſeſſionem non reddita ſibi pecunia juxta conventionis Legem ingrediuntur, furti tenebuntur, *l. creditor. 3. C. de pignor.* neqve etiam Vaſallus rem per abuſivam inveſtituram ſibi in feudum conceſſam apprehendere non prohibetur. *arg. l. 48. de acqvir. poſſ.* Alvarot. *in c. 1. 2. F. 2.* Exemplum elegans eſt in Timoleone Duce Græciæ, cui cum

cum Lameſtius homo petulans vadimonium vellet imponere, plures autem concurriſſent, qvi procacitatem hominis manibus coërcere vellent, Timoleon rogavit omnes, ne id facerent. Nam id ut Lameſtio cæterisqve liceret, ſe maximos labores ſummaqve adiiſſe pericula: hanc enim ſpeciem libertatis eſſe, ſi omnibus, qvod qvisqve vellet, legibus experiri liceret. Æmil. Prob. *in vita Timoleon. d. c. 5.*

Pro declaratione diſtingue inter jus in re & ad rem: qvi ergo jus ſuum qvod habet in re absqve judiciali auctoritate qværit, magnoperè delinqvit, nemo enim privata auctoritate arguere debet poſſeſſionem *l. 176. de R. I.* cum judicia vel ideo maximè conſtituta ſint, ne qvis per ſemet ipſum potius qvàm per judicem jus ſuum conſeqvatur, *l. nullus. 14. Cod. de Judæis.* Pac. *in anal. C. de acqvir. poſſ. n. 6.* Merito itaqve is, qvi juri publico nititur, & ſpreto Legum auxilio ſibi ipſi jus dicit, contra *tot. tit. C. ne qvis in ſua cauſa.* temeritatis ſuæ pœnas luit, & cum vitioſa, jus ſimul omne ſuum amittit, ut in ſimili qvoqve caſu conſtitutum eſt. *in l. 13. ff. qvod met. cauſ. l. 6. & ſeq. C. unde vi.*

XXIV.

Jure ejus uti debet, qvi in jus ſuccedit alterius. *l. ſi aqvæductus. 47. ff. de contrab. empt. cap. is qvi in jus. de regul. juris, lib. 6.* Rebuff. *in tract. nominat. q. 8. n. 12. cum ſeq.* Aloyſ. Ric. *in collect. deciſ. p. 5. collect. 1784.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 15. §. 1. n. 79.* Monet. *in tract. de decimis, c. 8. qvæſt. 4. n. 50.*

XXV.

Jure qvod expreſsè ſancitum non reperitur, non eſt ſuperſtitioſis inventionibus præſumendũ, *l. ſi verò. 64. §. de viro. 9. ff. ſoluto matrim. c. conſuluiſti. 202. qvæſt. 5.* Surd. *de aliment tit. 1. qvæſt. 44. n. 2. & deciſ. 87. & deciſ. 255. n. 2. & conſ. 158. n. 13. & conſil. 308. n. 3.*

XXVI.

Jus metimur ex perſona Actoris, non ex perſona rei, Surd. *de aliment. tit. 6. qvæſt. 4. num. 9. & conſ. 150. num. 89.* (ſicut etiam metimur ſecundum poteſtatem concedentis. *l. 1. Cod. ſi pign. dat.* Alex. *in l. 1. col. 11. ff. ſolut. matr.* Conſ. Arg. *1. conſ. 7. num. 34.*) Card. Tuſch. *tom. 1. lit. A. concl. 117. num. 13.* ubi *num. 14.* ſubdit, procedere etiam reſpectu qvalitatis, qvæ fundat intentionem agentis, qvia ſi non eſt probata, Reus abſolvitur. Vide *ſuprà lib. 1. c. 24. axiom. 7. verſ. ratio.*

XXVII.

Jus ſuum cedens, vel renuncians, non habet amplius regreſſum ad illud. *l. qværitur. 14. §. ſi venditor. 9. ff. de ædilit. edicto l. ſi maritus. 15. §. ſi negaverit. 5. ff. de adulter. l. 1. §. qvi ſemel. 6. ff. de ſucceſſ. edicto,* Dec. *conſ. 389. Viſa longa, num. 10.* Roman. *conſ. 369. Circa primum. num. 16.* Afflict. *deciſ. 220. num. 19.* Jaſ. *conſ. 133. in princip. lib. 4.* Cravet. *conſ. 74. num. 4. & conſ. 166. n. 6. & conſ. 191. n. 3.* Ubi ait, qvod tali agenti ex jure qvod ceſſit, poteſt excipi: Amice, jura tua ceſſiſti alteri, tibi non competit actio, Roland. à Valle *conſ. 95. num. 13. lib. 1. & conſ. 57. n. 12. cum ſeqq. lib. 3.* ubi dicit, qvod procedit Axioma, ſive renunciet expreſsè ſive tacitè. Ambroſin. Peruſ. *deciſ. 3. num. 6.* Limita tamen in eo, qvi ceſſit, vel renunciavit juri ſuo ex cauſa certa, vel ſub conditione, qvia cauſa non impleta, vel conditione non purificata revertitur ad jura ſua, Cravett. *conſ. 127. n. 13.*

XXVIII.

Juri ſuo qvilibet renunciare poteſt. *l. ſi qvis in conſcribendo. 40. Cod. de Epiſcop. & cleric. l. pen. C. de pactis. cap. tuis. 39. verſ. niſi. de teſtib. cap. ad Apoſtolicam. 16. de Regularib. cap. de terra. 6. de privil.* Tiraq. *de jure primog. qvæſt. 24. n. 4. cum ſeqq.* Socin. *reg. 8.* Vital. de Camban. *in tract. clauſul. pag. 203. n. 5.* Thom. de Thomaſſet. *in floribus legum. reg. 58.* D. Barboſ. *in l. alia §. eleganter. n. 12. cum ſeqq. ff. ſoluto matrim.* Morla. *in emporio Juris civilis. tit. 10. de locato, qvæſt. 2. n. 12.* Azor. *Inſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 22. qvæſt. 10.* Card. Tuſch. *tom. 6. lit. R concl. 170. cum ſeq.* Joan. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. c. 7. n. 49.* Hieron. Fernandez de Ottero *in interpr. cap. 1. de ordine cognit. n. 27.* Soar. *de legib. lib. 8. cap. 33. per totum.* Card. Tuſch. *tom. 6. lit. R. concl. 170.* Octav. Glorit. *reſp. 1. p. 3. n. 42.*

Intellige procedere in iis, qvæ ſingulorum privatam reſpiciunt utilitatem, non ita ſi publicam offendat renunciatio, juxta text. *in l. jus publicum. 38. ff. de pactis, & in l. 2. §. ſed qvia veremur. 4. Cod. de jurejur. propter cal. & in cap. ſi diligenti. 12. de foro comp.* Fortun. *in l. 1. §. hujus ſtudii, à num. 9. ff. de juſtit & jure.* Cov. *in cap. qvamvis pactum. p. 2. §. 1. num. 5. & 6.* Gutier. *de jurament. confirm. p. 1. cap. 1. à n. 2. & cap. 16. num. 50.* Alexand. Turam. *de legibus. p. 2. cap. 6. à. n. 2.* D. Barboſ. *in l. 1. p. 1. num. 63. ff. ſoluto matrim. & in d. §. eleganter. à num. 14. cum ſeqq.* Soar. *d. lib. 8. cap. 6. à princip.* Novar. *in tract. de finib. hum. act. num. 29.* Armendar. *in proœm. addit. ad recopil. legum Navarræ. num. 23.*

Verùm

Verùm ut clarius pateat hæc resolutio, sic distingvendum credo: vel enim lex, seu privilegium respicit utilitatem alicujus communitatis, aut Ordinis, qvia scilicet in favorem totius communitatis, aut Ordinis totius concessum est, ut in privilegio fori clericis concesso, ne ad forum seculare trahantur, ut declarat Pontifex *in d. c. si diligenti de jud.* inde meritò inferens, singulos clericos tali privilegio renunciare non posse, & ratio est manifesta, qvia licèt privatum jus ex singulorum pendeat voluntate, non ita illud qvod respicit totam communitatem, & qvia qvælibet privatorum dispositio alteri tertio nocere non potest. *c. non debet. 23. de regulis Juris. lib. 6. cap. qvamvis pactum, de pactis, eod. lib.* cum similibus. Huc etiam pertinent exempla, qvæ ponit Jureconsl. *in d. §. hujus studii.* Aut verò privilegium conceditur singularibus & privatis personis, & subdistingve; vel enim principaliter respexit earum favorem, & secundariò bonum publicum, qvatenus scilicet lex, vel Princeps rectè disponendo res privatorum, intendit etiam communem utilitatem, qvæ resultat ex eo, qvod civitas, seu Regnum opibus abundet, & cives habeat locupletes, & in hoc casu procedit hoc Axioma, qvod iis, qvæ pro se introducta sunt (si aliud non obstet) qvilibet renunciare potest, nec attenditur utilitas Reip. secundaria, & minus principalis. juxta *reg. l. 1.* ibi, *prima enim ratio. ff. de auctor. tutor.* & in simili de præjudicio tertii minus principali, notat. *gloss. ult. in d. c. qvamvis pactum*, recepta, ex multis, de qvibus Cov. *p. 3. §. 3. numero 7.* & optimis exemplis explicat Sanchez. *in præcepta Decalogi. tom. 1. lib. 3. c. 9. n. 31. & 39.* Vel lex, aut privilegium disponendo de privatorum bonis, non respicit principaliter eorum privatum favorem, sed publicam utilitatem, qvia non tam civium utilitati consulit, qvàm publico incommodo, ut contingit in juramento calumniæ, juxta *d. §. qvia veremur*, & in aliis, in qvibus lex principaliter litibus, aut fraudibus obviare intendit, juxta reg. text. *in l. properandum. 13. C. de judic. cap. finem litibus 5. de dolo & contum. l. 1. ff. de usucap.* Atqve ita hanc esse communem Doctorum sententiam post Abb. Felin. & alios *in d. cap. si diligenti*, testatur D. Barbosa. *d. p. 1. num. 64.* qvibus adde Cujac. *ad tit. C. de sponsal.* Card. Tusch. *tom. 4. lit. I. conclus. 511. numer. 28.* Soar. *de legib. lib. 8. cap. 6. in princ.*

XXIX.

Juris plus nemo in alium transferre potest, qvam in se habeat. Vide *infrà Lib. 12. cap. Nemo.*

De Jure ad rem vid. *Jus in re.*

CAP. CXXXII.

De Jure Accrescendi.

Axioma I.

Jus accrescendi cessat ubi adest substitutio.

Ratio: qvia jus accrescendi tùm demum à lege introductum, si qvis alioqvin pro parte testatus & pro parte intestatus decederet. Hoc igitur, cùm ob provisionem testatoris hoc in casu non fiat, cessabit provisio legis.

Exempl. est in *l. 2. §. 5. ff. de bon. poss. secund. tabul.*

Limita: modò singulis heredibus nominatim aliqvis fuerit substitutus, secus si pluribus. Zœs. *ad ff. de vulg. & pupill. substit. n. 5.*

II.

Qvoties una res diversis eâdem orationis parte indivisim relinqvitur, toties sunt mixtim sive re & verbis conjuncti. Qvoties eadem res diversis eâdem orationis parte relinqvitur, sed divisim, sive adjectis partibus, toties sunt verbis tantùm conjuncti. Qvoties una res diversis in diversâ orationis parte relinqvitur, toties sunt re tantùm conjuncti.

III.

Qvoties res una alicui legata legatur alteri per relationem prioris legatarii, toties non est conjunctio sed ademtio seu translatio, de qvâ §. *1. Inst. de adem. & translat. legat.*

Exempla hujus sunt in *l. 5. ff. eod. & l. 89. ff. de Cond. & demonstr.*

IV.

Qvoties ex diversi generis conjunctis unus decedit, toties ejus portio accrescit ei, qvi eodem genere cum eo conjunctus est.

Ratio consistit in præsumtâ testatoris voluntate, qvi cùm eodem genere conjunxerit Legatarios, videtur potiùs huic favisse qvàm diversi generis conjunctis; nam qvi conjuncti sunt sive verbis tantùm, sive verbis & re simul, propter unitatem sermonis sunt in unum qvasi corpus redacti, & sic partem sibi conjunctorum vacantem qvasi suam præoccupant.

Limit. in re conjunctis: Ex his enim si unus deficiat, ejus portio accrescit omnibus, cùm omnium par sit conditio, ita tamen ut cæteri eodem genere conjuncti pro unâ personâ reputentur.

V.

Qvoties inter diversi generis conjunctos dividenda portio deficientis, toties qvi eodem genere juncti sunt habentur pro unâ personâ.

Ratio, qvia hi propter unitatem sermonis in unum qvasi corpus sunt redacti.

Limita: in re conjunctis; horum enim si plu-

res

res fuerint, non habentur pro unâ personâ, sed qvisqve suam portionem capit.

VI.

Qvoties Collega sive conjunctus decedit, toties ejus collegæ accrescit portio, & qvidem cum onere, qvia hic Collega reverâ augmentum percipit, ob qvod commodum onus qvoqve subire debet.

VII.

Qvoties decedit disjunctus, toties accrescit omnibus, & qvidem sine onere, qvia ita par est omnium conditio, & dum disjunctim reliqvit, videtur voluisse ut unusqvisqve suum onus, non alienum agnosceret.

E. g. si dixerit Testator: Mevio lego fundum Tusculanum, si Cajo decem solverit; Sempronio lego fundum Tusculanum. Sic Mevii deficiens portio accrescit Sempronio sine onere.

Limita, ut procedat in Legatis: heredibus enim indistinctè accrescit cum onere *l. ult. §. 10. vers. in his. C. de caduc. tollend.*

CAP. CXXXIII.

Jus Naturale, Gentium.

Axioma 1.

Qvodcunqve convenit naturæ hominis rationali & sociali, i. e. ad conservandam societatem humanam necessariò facit, illud est Juris Naturæ; hoc enim in definitione Juris Naturæ tanqvam essentiale supponitur à Grotio *de Jur. Bell. & Pac. L. 1. c. 1. §. 3. & 12.* Pufendorff. *de Jur. Nat. & Gent. Lib. 2. Cap. 3. §. 15. & 20.* hinc nullus actus indifferens, h. e. qvi agi & omitti potest, est juris naturæ.

Exempla sunt in homicidio, furto, violatione pacti &c.

II.

In qvemcunqve non cadit dictamen rectæ rationis, in illum non cadit obligatio juris naturæ, hinc bruta ejus sunt incapacia, qvorum instinctum naturalem, qvatenus simplicem speciem aliqvam habet justitiæ & æqvitatis, Imperator Justinianus Jus naturale vocat, qvia bruta videntur ideam rationis habere. *pr. Inst. de J. Nat. G. & Civ.*

III.

Qvoties duo præcepta Juris Naturæ in eodem casu vel facto concurrunt, & utrumqve servari neqvit, toties levius cedit fortiori. Conf. *l. minimè 35. ff. de Religios.*

IV.

Qvodcunqve recta ratio simpliciter inculcat citra respectum ad necessitatem humanam, illud naturale est.

Ratio: qvia illud justum est sui naturâ sine ullâ argumentatione vel demonstratione, non verò demum ex causâ aliqvâ vel alterius rei comparatione. *Exempla sunt in §. 2. Inst. de J. N. G. & Civ.*

V.

Jus naturale est immutabile. *§. pen. & ibi* Bocer. *in Comment. Inst. d. J. N. G. & C. l. 2. §. fin. ff. de Usufr. ear. rer. qvæ usu consum. §. ult. Inst. de legit. agnat. tutel.* ratio, qvia & ejus causa h. e. natura & naturalis ratio est immutabilis, mutari ergo in totum multo minus tolli potest. *l. 8. ff. de cap. minus. arg. l. 6. C. de servit. & aq.* Exempli causa, defensio sui corporis est juris naturalis: à nullo itaqve Principe nullaqve constitutione abrogari, nec ulla Senatus auctoritas interdicere aut tollere potest. Angel. de Clavas. *in casib. conscient. verb. defensio. num. 1.* Unde & jus hoc naturale indispensabile vocatur. *c. 1. & seq. distinct. 13.* Besold. *1. polit. cap. 2. num. 38.* adeo ut ne ejus pars qvidem tolli possit, qvod dispensare vocant qvidam. Gratian. *in pr. dist. 5. & in fin. dist. 6. utrobiqve. gl. & in cap. cum tanto. verb. naturali. de consuet.* qvia totum est immutabile. *d. l. 8. f. de cap. dimin.* Petr. Ravenn. *de consuet. sect. 3. n. 9.* & nihil aliud est qvam recta ratio & fundamentum virtutum: qvicqvid igitur fit contra illud, vitiosum est & contra rectam rationem, qvia si unum contrariorum est bonum, alterum relinqvitur esse malum. *c. hostitiolum. distinct. 32.* qvod vero tale est, nulla ratione defendi vel subsistere potest. Mynf. *5. obs. 97. vid.* Arnis. *lib. 2. de Majest. cap. 3. num. 10.*

Amplia, qvod etiam in jure divino hæc immutabilitas locum inveniat. Etiamsi enim Princeps & consvetudo sæpissime illud ex causa, qvoties-cunqve ratio naturalis veluti propter publicam utilitatem limitare & distingvere possit, ut post Abb. & alios refert Curt. *in fin. vers. prima est conclusio. de consvetud.* dum enim Dd. potestatem limitandi Leges divinas Majestati concedunt, id semper addunt, si causa probabilis id exigat. Gratian. *in c. dispensationes. 16. & c. tali. 17. 1. q. 7.* Soto. *1. de just. & jur. q. 7. art. 3. gl. in l. fin. C. si contr. jus* Mynf. *5. obs. 97.* Arnis. *lib. 2. de Majest. c. 3. num. 5.* atqve sic ex sententia Canonistarum Pontifici potestatem declarandi, non vero dispensandi de eo relinqvunt. *vid. gl. in c. non est. verb. auctoritate de vot. gl. in c. qvanto. verb. absolvi. de jurejur. & in c. proposuit verb. dispensare. de conces. præb.* Jac. Almain. *in tr. de potest. Eccles. cap. 13.* Covar. *de matrim. p. 2. c. 6. §. 9. n. 10.* tollere tamen hoc non poterint. Injurius enim est in Deum sive Papa sive Imperator vel Princeps, qvi illud in totum tollere vellet, cum inferior jura superioris violare non possit. *Clem. Romani. 2. in pr. de Elect. cap. cum inferior. 16. ibiqve. gl. verb. ligare de Major. & obed.* Declara axioma, qvod intelligendum sit de ipsis principiis & genere juris naturalis, secus in speciebus: ipsum enim genus totum tolli & mutari nunqvam potest. Species verò in subjectis individuis ex justa & idoneâ causa si non funditus tolli, minui tamen & temperari potest. Menoch. *1. cons. 100. num. 105.* Donell. *1. comm. jur. civil. cap. 12. pag. 29.* Bocer. *ad d. §. pen. Inst. de J. N. G. & C. & ibi* Locam. *in not.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 9. n. 108.* Aliter declarat Ampl. Dn. D. Bicc[illegible] *in præloq. rerum qvotid. disp. 1. num. 43.* ubi dicit qvod immutabilitas ista intelligenda sit de iis, qvæ revera jura h. e. præcepta seu verita sunt *fac. l. 7. ff. de LL. §. 10.* ibi: *in legis necessitatem. Inst. de testam. ordin.* non verò de iis, qvæ perinde seu permissa

permissa & libera sunt, hæc enim mutari & alio modo per Legislatorem constitui, ideoqve prohiberi vel in necessitatem qvandam redigi posse exemplum manifestum venationis subditis interdictæ & alia multa ostendunt. vid. & C. Arg. *lib. 41. tit. 1. th. 12. num. 3.*

VI.

Non omne, qvod rationem naturalem habet, juris est naturalis, nisi suam qvoqve formam & esse ab eo jure habeat. *l. jus civile 6. l. omnes populi. ff. de Just. & jur.* Gœdd. *2. cons. Marp. 28. numer. 115.*

VII.

Jus gentium facto Principis est potentius. *arg. l. sunt qvidam. 17. ff. de pœn.* Dd. *in l. Gallus. §. qvid si tantum. ff. de liber. & posthum.* Decian. *resp. 123. num. 73.* Curt. sen. *1. cons. 56. num. 8. per §. naturalia. Inst. de I.N. G.C.* Idemqve etiam dicitur esse dignius, prout ex ordine rubricæ probat Ludov. Gomez. *ad §. supereſt. Inst. de action. num. 41.* vid. Regn. Sixtin. *2. cons. Marpurg. 14. num. 110.*

CAP. CXXXIV.

De Jure Canonico.

Axioma I.

Qvoties jus Canonicum non probatur esse receptum, toties præsumitur rejectum.

Ratio: qvia in certis materiis saltem receptum est, (1.) in matrimonialibus, (2.) in materiâ præscriptionum qvoad bonam fidem, (3.) in Juramentis, (4.) in Processu. In aliis ergò causis idem alleganti incumbit probatio.

Limita, ut procedat in terris protestantium.

II.

Qvoties alterutro Jure qvid clarè decisum, qvod in altero est controversum, toties in utroqve foro illius juris decisio est seqvenda, qvæ clara. vid. Rittershus. *de different. Jur. Civil. & Canon. in fin. proœm.*

Limita: nisi juris dubii certa decisio moribus recepta; illa enim interpretatio, qvæ ex consvetudine dependet, vim legis habet *l. 37. ff. de LL.*

III.

Qvoties Jus Canonicum & Civile sibi contradicunt, toties Jus Civile seqvendum in foro Imperii, Jus Canonicum in terris Ecclesiæ.

Declara: ut per terras Ecclesiæ intelligantur illæ, qvæ Pontifici etiam in secularibus sunt subjectæ, in his enim solis procedit hoc axioma, si qvæstio incidat de negotio Civili. Nam in negotiis Ecclesiasticis etiam in terris Imperii Jus Canonicum præfertur, nisi qvà religioni Protestantium adversatur.

IV.

In dubio illa sententia admittenda, qvæ Jus Civile & Canonicum ad concordiam reducit.

CAP. CXXXV.

Jus Civile.

Axioma I.

Jus civile est mutabile. §. *naturalia. Inst. de J. N. G. C.* qvod tum novo contrario jure civili tolli & abrogari, tum ratione juris civilis in subjectis negotiis corrumpi potest. §. *ult. Institut. de legit. agnat. tutel.* Bocer. *in Comment. ad d. §. naturalia. n. 5.* Jus enim hoc consistit in arbitrio Principis. Bartolus *in l. fin. 9. Cod. sed resciud. non poss.* Felinus *in cap. qva in Ecclesia. num. 48.* & Andr. ab Exea. *num. 147. de pact.* Mynsi. *5. observ. 97.* Arnisi. *1. de Majest. cap. 3. num. 7.* id qvod reprehensibile judicari non debet, qvippe cum non ut res divinæ perfectissimæ sunt, sic & humani juris conditio, qvæ semper in infinitum decurrit, & nihil in eo est, qvod perpetuò stare possit, eò qvod multas formas edere natura novas deproperet, *l. 2. §. sed qvia 18. C. de vet. jur. enucl. & Novell. 74. in princ.* diversiqve eventus diversa gignant consilia & remedia suggerant, *l. 1. in princ. ff. de ventr. inspic.* meritoqve ob evidentem novam civium utilitatem & novum jus condatur, *l. 2. ff. de const. Princ. & §. 1. ibi utilissimum. Instit. de Codicill.*

II.

De jure civili qvando qvid definitum est, non autem de jure Canonico, standum est juri civili, etiam in foro Canonico, *cap. 1. de oper. nov. nunc.* Barbat. *in extravag. ad reprimendum verb. per edictum. num. 2.* Socinus sen. *cons. 33. col. 6. lib. 1.* Nevizan. *lib. 2. sylv. Nupt. num. 69.* qvia Canones non dedignantur sacras Leges imitari, *d. c. 1. de op. nov. nunc. c. super specul. 28. de privileg.* unde & opera danda, ut jus Canonicum cum jure civili qvoad id fieri potest concilietur, *cap. cum expediat 29. de Elect. in 6.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 9. num. 8.*

Qvod Axioma intellige maximè procedere, qvando differentiæ ratio assignari inter jus utrumqve non possit, aliàs enim secus erit. Dec. *in l. edita. n. 1. C. de edend.* Rebuff. *in tract. de nominat. qvæst. 5. Principali. num. 16.* Menoch. *2. arbitr. jud. cas. 185. n. 12.* Hinc vice versa qvando qvid de jure civili sit dubium, qvod definitum de jure Canonico, seqvendam esse decisionem Juris Canonici in utroq; foro, tam seculari qvam Ecclesiastico, *post gloss. in cap. per venerabilem §. rationibus. verb. venies, qvi fil. sint legit. per c. 1. & 2. de jurejur. in 6.* tradunt Wesenb. *1. cons. 1. num. 20.* Blanc. *de compromiss. qvæst. 2. num. 47.* Corset. *indag. lib. 2. cap. 6.* Gail. *2. observ. 121. n. 5.* Vult. *3. Consil. Marpurg. 29. num. 59.* Mynsi. *1. observ. 41.* qvocirca Jus Canonicum qvoad ea, qvæ immediatè sunt spiritualia, & ad sui defensionem spectant, non autem qvod temporalia, qvæ ex spiritualibus proveniunt, si Jus ipsum Cæsareum aliter de iis statuat, observandum esse respondit Menoch. *cons. 580. num. 5. & 6.* inde videmus in contrahendis matrimoniis sæpe gradus computari secundum Jus Canonicum, cùm tamen computatio ea qvoad successionem non attendatur, procedere & in legitimatione per subseqvens matrimonium, qvoad filiorum legitimationem, non verò qvoad successionem, refert Menoch. *d. loc. ubi vid.*

III. Qvod

III.

Qvodcunqve jure naturæ deciſum non eſt, ſed qvisqve Imperans ad utilitatem Reipubl. æqvalitatemq; inter cives ſervandam ſtatuit, illud eſt Juris Civilis, qvia ibi incipit poteſtas principis, ubi deſinit jus Naturæ. Exemplum in Uſucapione, &c.

IV.

Qvotiescunqve Jus Civile non probatur immutatum, toties præſumitur eſſe receptum, qvia in Receſſibus Imperii toties ad Jus Civile tanqvàm commune recurritur, ut adeò univerſaliter receptum eſſe nullum ſit dubium.

CAP. CXXXVI.

Jus Feudale.

In Jure feudali, qvando qvid non reperitur deciſum, regulariter ſtandum eſt juri civili, *cap. 1. de feud. cognit.* Bald. *in cap. 1. §. præterea. & ibi* Præpoſitus *num. 9. de prohib. feud. alien. per Frider.* Alex. *conſ. 55. colum. 4. lib. 4. & conſ. 5. col. 2. lib. 5.* Hartm. Piſtor. *1. qvæſt. 15. num. 76.* qvod in cauſis feudalibus deficiente conſtitutione feudali recurrrendum ſit ad id, qvod juri communi deciſum eſt. Curtius jun. *in tr. feud. p. 1. qvæſt. 4. in princ. n. 1.* Zaſ. *in Epit. feud. part. 7. n. 6.*

CAP. CXXXVII.

De Jure in re & ad rem.

Axioma I.

Qvodcunqve Jus rem ipſam afficit ſine interventu perſonæ, illud eſt jus in re. *l. 2. pr. ff. de pollicitat. & cap. 40. in fin. X. de præbend. cap. ad præbendam. de præbend. in 6to.* Ita Jus, qvod Dominus habet ad utendum fruendum re ſuâ, item ad illam diſtrahendam, eſt Jus in re. vid. Hahn. *de Jure Rer. cap. 1. §. 11.*

II.

Qvodcunque jus rem ita afficit, ut mihi contra unumqvemqve poſſeſſorem detur actio, illud eſt jus in re: ita dominium parit vindicationem, pignus qvaſi Servianam ſervitus confeſſoriam &c.

III.

Qvodcunqve jus rem afficit mediante facto perſonæ, illud eſt jus ad rem. Huc pertinent omnes Contractus & omnia delicta. *Tit. Inſtit. de Oblig.* ita ſi qvis alicui rem vendat, eiqve pretium non ſolventi tradat, emtor non niſi jus ad rem conſeqvitur. *§. 41. Inſt. de R. D.*

IV.

Qvodcunque jus inhæret rei, illud tranſit cum re ad omnem poſſeſſorem.

Qvia hoc Jus eſt acceſſorium rei; rem ergò tanqvam principale ſeqvitur. Exemplum eſt in ſervitutibus, jurisdictione &c.

V.

Qvoties res tollitur in totum, toties etiam tolluntur Jura rei cohærentia, qvia ſublato principali tolluntur acceſſoria. Ita ergò ſublato toto ſervitutis loco, e. g. ſi ex agro alveus fiat, deſinit qvoqve ſervitus ei inhærens *l. 24. §. 1. ff. qvem adm. ſervit. amitt.*

VI.

Qvoties ex obligatione jus agendi competit, toties tantùm jus ad rem oritur.

Ratio: qvia nulla obligatio afficit rem ſed perſonam; hæc enim obligata dicitur ex facto ſuo ad dandum aliqvid vel faciendum *l. 3. pr. ff. de O. & A.*

Declara, ut intelligatur de obligatione propriè ſic dictâ, qvæ definitur in *pr. Inſt. de obligat.*

VII.

Qvicunqve jure ad rem experitur, ille nunqvam contra tertium experiri poteſt; qvia jus ad rem oritur ex obligatione, obligatio ex facto, eoqve vero vel præſumto; factum verò perſonale cum re non tranſit nec datur adverſus tertium.

Declara: niſi concurrat factum aliqvod tertii obligatorium.

CAP. CXXXVIII.

Jus publicum, privatum.

Axioma I.

A qva perſona jus publicum univerſum removet, ab eadem removet etiam omnes ejus partes, *l. ſi Titio 22. in princ. ff. qvand. dies legat. l. ſi qvis cum totum 7. ff. de Exception. rei judic.* Oldendorpius *lib. 2. conſil. Marpurg. 5. num. 98.*

II.

Jus publicum pactis privatorum non immutatur, *vide infra lib. XIV. cap. pactum 1.*

III.

Jus publicum tripliciter ita dicitur: (1.) efficienter, qvà jus aliqvod autorem habet eum, qvi ſumma poteſtate gaudet; ita in *l. 3. ff. qvi teſtam. fac. poſſ.* teſtamenti factio dicitur juris publici. Eodem modo ſupponitur in *l. 15. §. 1. ff. ad L. Falcid. l. 19. ff. de teſtam. tut. l. 38. de pact.* hôc ſignificatu etiam jus privatum, utpote & ipſum à principe latum, publicum dici poteſt. (2.) finaliter, qvatenus pro fine primario & immediato habet utilitatem publicam. Ita qvidem videtur Tribonianus diſtinxiſſe Jus Publicum à privato §. *ult. Inſt. de J. & J.* & cum eo communiter Doctores, verùm dantur etiam leges privatæ, qvæ utilitatem publicam pro fine immediato habent, ut Lex Papia de maritandis ordinibus, item cura decoris urbium in *l. 20. §. 10. de nov. oper. nunciat.* (3.) objectivè, qvà verſatur circa res publicum ſtatum concernentes, & ita potiſſimùm à jure privato differt, qvod controverſias privatorum, de meo & tuo reſpicit. Thomaſ. *in annotat.* ad Strauch. *diſſert. 1. th. 1. voc. publicum.*

De Jure Repræſentationis vid. *ſucceſſio ab inteſtato.*

CAP. CXXXIX.

Jus ſtrictum & ſummum.

Summum jus, ſumma injuria, Cic. *lib. 1. offic.* Cujac. *l. 3. qq. Papin. ad l. 8. de collat.* Unde Juriconſultus jubetur eſſe ſtudioſus æqvitatis, *l. hac lege 8. C. de pact. convent.* & ſub juris (ſcilicet ſtricti & ſubtilis) auctoritate ſæpe perniciosè errari ait JCtus *in l. 91. §. ſeqvitur 3. de verb. oblig. conſ. l. 51. §. 2. ad Leg. Aqvil.* qvam allegat Johan. Oldendorp. *1. conſ. Marp. 3. num. 3. vid. infr. lib. 17. cap. Subtilitas.*

CAP. CXL.

Justitia, Justus, Justum.

Axioma I.

Justitia æqvaliter observari debet erga magnos & parvos, *cap. novit. 3. de judic.* Ludovicus Gomez *ad §. ex maleficiis. Inst. de act. num. 9.* Fundamentum enim ejus collocatum est in constantia voluntatis perpetuæ. Pacian. *cons. 149. numer. 65.* Unde & eam in Principe semper præsumi, *ex cap. si qvando 5. de rescript.* refert, & exemplis justitiæ de Rege Antiocho & Imp. Anastasio illustrat Gail. *2. observat. 58. num. 10. cum seq.* justitiæ siqvidem bona non sunt venalia, nec æstimationem etiam ea recipit, Menoch. *2. arb. judic. cas. 342. num. 21.* Unde & Justitiæ (qvæ aliàs gratuita esse debet) mercedem qværere, injustissimum esse, dicit M. Tullius *lib. 1. de legib.* facilè enim ea aurò venditur, nec suam culpam qvis pertimescit, cùm sperat posse redimi. Ludov. Rom. *sing. 119. n. 1.* imò pauci reperiuntur, qvi pro justitia, virtute & veritate egeni egant. Unde is Deum tentare dicitur, si falem sapientiæ non habet, sine qvo est insulsus, si falem conscientiæ profundit, sine qvo diabolicus existit, & conscientiam ipse suam proximiqve charitatem defraudat, qvando loculis aliorum inhiat, & marsupia exinanire studet, de munere accepto recte se judicaturum persvadet Kœpen. *2. observ. 137. num. 4.* hinc si Princeps justitiæ fines & terminos extendit, contra ordinationem Dei peccare, & Principis nomine indignum esse, *ex cap. scelus 21. 2. qvæst. 1.* deducit Afflict. *in cap. 1. §. similiter potest. n. 15. de Capitan. qvi cur. 2. feud. 51.* Pulchrè hac de re Claudianus ad Honorium:

Nec tibi qvid liceat, sed qvid feciſſe decebit,
Occurrat, mentem domet respectus honesti.

Qvare etiamsi potestas Principis dicatur supra, intra fines tamen justitiæ eam conclusam remanere debere svadet Zasius *in l. 2. verb. ratum ff. de origine juris*; qvanto enim immensior Principis potestas, tanto magis justitiam & æqvitatem colere, & colendam præscribere debet. Gail. *lib. 2. observat. 56. num. 12.*

II.

Qvi nimis justus est, plerumqve in justitia suâ perit, *gloss. in cap. nisi cum pridem 10. verb. elicit. extr. de renunc. fac. vext. in cap. serpens 47. dist. 1. de pœnitent.* Pacian. *cons. 33. n. 88. v. inf. nimium.*

III.

Justo non adversabitur qvicqvam malignum, *l. inter claras 8. C. de summa Trinit. cap. qvi rectè 66. cap. injustum 89. 11. qvæst. 3. cap. omnis qvi justè 10. distinct. 45.* Speculat. *libr. 1. part. 4. de advocat. §. hic dicendum. num. 12.*

IV.

Justum qvod est, vel justum esse putamus, id justè nobis etiam est persequendum. *Deut. 16. v. 20.* Carpz. *p. 3. q. crim. 107. num. 67.*

V.

Qvodcunqve justum præscindit à salute Reipublicæ & reflectit simpliciter ad voluntatem divinam moralem, illud spectat ad Justitiam universalem.

Ratio: qvia demum hoc universale seu ubiqve & omni loco justum est, & ergò præcepta decalogi spectant ad Justitiam universalem, non autem divortia Judæis concessa.

VI.

Qvodcunqve intendit salutem Reipubl. non absolutè respiciendo ad id, qvod voluntati divinæ congruum, illud pertinet ad Justitiâ particularem.

Ratio, qvia hic Legislator tantùm respicit ad salutem Reipubl. suæ, qvæ ipsi suprema lex est, non verò an alibi hoc justum sit & voluntati divinæ conveniat, v. g. usucapio, concubinatus &c. Hopp. *in Exam. Inst. Imperial. ad tit. de J. & J. q. 7. 8.*

VII.

Qvoties illa, qvæ in potestate Reipubl. sunt, civibus veniunt applicanda, toties obtinet Justitia distributiva, qvia sic res confertur cum qvalitate personæ. Exemplum est in præmiis & pœnis.

Limita, ut procedat in illis, qvæ in arbitrio Reipubl. sunt, secus si hujus arbitrio non sint subjecta; hinc in pœnâ jure divino determinatâ, e. g. homicidii, personarum ratio haberi neqvit.

VIII.

Qvoties res privatorum privatis applicandæ, toties obtinet justitia commutativa, qvia res cum re confertur. Exemplum suppeditant omnes Contractus.

Limitari solet, nisi res pluribus communes in contractibus distribuendæ: sed vitiosa hæc limitatio, cùm adhuc res cum re conferatur.

IX.

Qvoties ex delicto petitur id, qvod læso debetur, toties ad justitiam distributivam spectat, & sic omnis consideratio personæ cessat, qvia cum re confertur, i. e. damnum cum delicto citra respectum personæ. Exemplum in actione furti ad qvadruplum.

Limita, ut procedat in pœna civili, qvæ læso adjudicatur.

CAP. CXLI.

Juventus, Juvenis. *add. supra* Adolescentia.

Axioma I.

Non expectanda ætas in eo, qvi fulget virtutibus & moribus pollet. Valer. *apud Vopisc. in Probo.* Unde ab eximia ætate expectandum non esse progressum ætatis, dixit M. Tullius *in 5. Philip.* qvod etiam notatur *in l. pen. §. 1. de Decur* ibi: *& dignitas certa spem ejus honoris id faceret, ut Princeps indulgere posset.* Cujac. *in Papin. ad l. 1. Resp. in l. 6. §. 1. de Decur.*

II.

Juvenes tractabiliores senibus, & ad qvodvis servitium aptiores, *l. 37. ff. de ædilit. edict.* qvia in iis solent esse sensus acutiores, & ad capiendum velociores, *gloss. in l. Gallus 29. in princ. ff. de liber. & posth.* Panorm. *in cap. qvoties 5. in tert. notab. de testib.*

III.

Juvenili ætate facile qvid condonamus, *vide supra lib. 1. cap. Ætas.*

IV.

Fragile & infirmum est juvenilis ætatis consili-

um,

um, multisqve captionibus expositum *l. 1. de minor.* Hinc tyrones etiam minores habebant stipendia, & posteriori loco ponebantur *l. fin. C. de Tyron.* Inurebatur autem eorum brachiis nota, *l. 3. C. de Fabricens.* qvæ signum nobilitatis erat. Debet enim juvenilis ætas perpetuò armis assuescere, ut tandem per laboris assiduitatem & patientiam gradum militiæ altiorem consequantur. Igitur à signis vagari non possunt. *l. 1. C. eod.* Perez. *C. d. t. n. 5. 6. 7.*

FINIS LIBRI NONI.

LIBER DECIMUS.

CAPUT I.

De Labore.

Axioma I.

LAbor omnis optat præmium, & operarius dignus est suâ mercede, *cap. qvicunq; 4. 12. qvæst. 2. cap. cùm secundum 16. extr. de præbend. gloss. in cap. fin. verb. laborem. 7. qvæst. 1. & cap. charitatem 12. qvæst. 2.* Pacian. *cons. 153. n. 27.* Dictat enim ratio naturalis, ne qvis fraudetur suis laboribus, sed ut præcipuum sibi habeat, qvod sua industria, suoq; sudore lucratur: cum æqvum non sit, ut alius eâ in re fruatur commodo, in qva non laboravit, *l. jure succursum 6. §. si pater 1. ff. de jur. dot. l. rescriptum 12. §. 1. ff. de distract. pign.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marpurg. 14. num. 170.* seu potius justum, ut unicuiqve labor suus proficiat. Cassiodorus *lib. 2. var. Epist. 33.* Adde Aristot. *lib. 5. Ethic. cap. 4.* Ulpian. *in l. 1. §. ult. de aq. pluv. arcend.* Hyppolit. à Collib. *ad l. 10. de Reg. Jur.* imò & æqvitati consonum, qvod qvi magis laborat, magis etiam illi tribuatur. *l. 1. Cod. de Consulib. cap. miramur 5. circ. fin. 61. distinct. cap. jus militare 10. 1. dist. c. sacerdos 9. 1. qvæst. 2.* Speculat. *in tit. de citat. num. 5. vers. porro. col. 2.* Ludovicus Gomez *ad §. fuerat. Instit. de action. num. 3.* Unde & laborum nostrorum fructus ad alios transferri luctuosum esse Imp. *in §. 1. Instit. per qvas personas cuiqve acqvir.* dixit.

II.

Cessante labore cessare debet & præmium laboris, *l. Sejo 10. in princ. de ann. legat.*

Declara hanc regulam, qvod vera sit, si labor cesset ob defectum personæ, qvæ fortè mortua sit, vide Carpzov. *part. 2. const. 6. defin. 17. num. 9.* item si desidia personæ cessaverit, unde qvi cessavit, amittit beneficium, vide *sup. lib. 2. cap. 5. de Benefic. axiom. ult.* non autem procedat in bene emeritis & veteranis.

III.

In laboribus, operis exigendis valetudinis & honestatis est habenda ratio, *l. 26. de oper. libert.*

IV.

Cujus est Labor, illius est Laboris fructus. Hinc supernumerarii in Collegiis non participant de reditibus ordinariorum, & qvoties reditus alicujus officii dari vel restitui jubentur, solùm comprehenduntur provenientes ex ipso officio, non verò ex personali Labori, vid. Perez. *C. de Collegiatis n. 9. seqq.* Hinc beneficii Ecclesiastici fructus inter heredes beneficiarii & successorem in eo pro ratâ temporis & laboris dividuntur. Perez. *C. de annon. Civil. n. 7.* Ideò silentiarii filiifamiliâs, qvæcunqve in officio acqvirunt, instar peculii castrensis habent, nec parentes nec fratres inde participant, & qvod pater pro tali malitiâ erogavit, non confertur *l. 9. C. de silent.* Perez. *C. eod. n. 7. 8.* ubi de Præbendis Clericorum idem statuit. Item omnes Palatini in Palatio militantes *l. un. C. de Castrens. omn. palatin. pecun.* non autem otiosi, qvi titulum, non laborem militiæ suscipiunt, vulgò Eqvites aurati. Perez. *C. eod. n. 1. 2.*

Limita in Murilegulis & Metallariis, hi enim fisco ex fodinis repertis solvunt Canonem *l. 1. 2. 5. C. de Metallar.* ut & Domino fundi decimam *l. 3. C. eod.* imò hodiè principes inventas sibi vindicant fodinas. Perez. *C. de Metallar. n. 8. 12.*

CAP. II.

De Læsione. *v. infr.* Magnum, Modicum.

Axioma I.

Læsus enormiter nunqvam is dicitur, qvi in læsionem consentit, Ang. *in disp. incip. duo litigantes. per cap. scienter. de reg. jur.* allegatus ab Imol. *in cap. Qvintavallis. n. 46. de jurejur.* Wesenb. *1. cons. 23. n. 49.* Cravet. *cons. 192. num. 1. cons. 114. n. 12. confer. Marpurg. 1. consil. 32. n. 30.*

II.

Qvoties læsioni enormi à contrahentibus renunciatum, toties hoc intelligendum, si læsio contingat sine dolo. Qvia dolo futuro non potest renunciari, cùm talis renunciatio invitet ad delinqvendum. *l. 27. §. 4. ff. de pact.* Hinc renunciatio, qvæ fieri solet *l. 2. C. de Rescind. Vendit.* semper sub hac limitatione erit intelligenda.

III.

Ubi venditio interveniente decreto Judicis & publicâ subhastatione est celebrata, non præsumitur læsio *l. 1. C. de præd. decur.* si tamen liqvidis probationibus ostendatur interveniisse, rescinditur & hæc venditio. Perez. *C. de præd. decur. n. 6.*

IV.

Læsio ex judicio sortis vel fortunæ proveniens non retractatur. Gomez. *in suis resolut. de contract. cap. 14. n. 4. vers. nono infertur.* Bald. *in l. ait Prætor. ff. de minor.* Ar. Pinel. *ad l. 2. C. de rescind. vendit. cap. 1. num. 6.* Marant. *de ord. jud. part. 6. n. 247.* Philipp. Matth. *1. cons. Marp. 32. numer. 34.* Non enim læsio est considerabilis, qvando eventus, qvi se habere posset ad incommodum vel commodum, dubius esset. *l. de fideicommisso 11. C. de transact. l. si pater puellæ 12. Cod. de inoff. testam.* cùm nemo videatur lædi, ubi casus fortuiti par in utramqve partem est ratio, Cravett.

conſ. 598. num. 10. Conſ. Arg. *1. conſ. 65. num. 16.* Unde & in dubio læſionem nunqvam præſumi pateſcit, *ex l. ſi circumſcripta 6. Cod. ſolut. matrim. dos qvem. pet.* ubi mulier dicens ſe deceptam eſſe in æſtimatione rerum dotalium, deceptionem probare debet. *idem not. gloſſ. in l. ſi res. §. ſi mulier. ff. de jur. dot.* vide Gozad. *conſ. 44. num. 8.* Cephal. *conſ. 3. in fin.* Port. *conſ. 169. num. 6.* Alex. *conſ. 92. num. 28. vol. 6.* Rolandus à Valle *conſil. 10. num. 9. & conſ. 28. num. 27. volum. 4.* Ruin. *conſ. 129. num. 39. vol. 1.* Natt. *conſil. 650. num. 8. vol. 4.* Pariſ. *conſ. 96. num. 67. vol. 1.* neqve etiam admitti debere ad læſionem probandam eum, contra qvem præſumptio juris militat, poſt Johan. Andr. *in cap. 1. in fin. de pact. num. 6.* Alex. *conſ. 240. num. 10. vol. 6.* Ruin. *conſ. 35. num. 37.* notat Alciat. *de præſumpt. in princ. p. 2. num. 24. in fin.* qvare nec læſum cenſeri in actu, cui boni viri & graves interfuerunt, cum horum præſentia omnem deceptionem excludat, dicunt Bald. *in l. 35. C. de tranſact.* Alex. *in l. ſi cum dotem. §. ee autem tempore ſol. matr.* Alciat. *de præſumpt. reg. 1. præſ. 21. num. 1.* Angel. *in §. qvadrupli. num. 11. Inſt. de Act.*

V.

Ex læſione enormi ſemper dolus præſumitur. *l. omnes 17. §. Lucius 1. ff. qvæ in fraud. cred. l. ſi ſuperſtite 5. C. de dol.* Gail. *1. obſerv. 7. num. 12.* Carpzov. *cum alleg. deciſ. 86. num. 14.* læſionem enim enormiſſimam habere in ſe dolum re ipſa & iniqvitatem, qvam æqviparari dolo ex propoſito cum Covarruv. *2. var. reſolut. cap. 4. num. 5.* affirmat Honthem. *2. de art. Notar. c. 29. num. 87.* cum, qvando læſio enormiſſima appareret, omnis præſumptio bona, qvæ ex judicis præſentia oriri ſolet, ceſſare dicatur, Ruin. *conſ. 170. num. 17. vol. 1.* Boër. *deciſ. Burdegal. 100. num. 9.* Vult. *2. conſil. Marpurg. 29. num. 140.* Hinc læſio enormis metum in actu interveniſſe præſumi facit Burſatus *in verb. læſio.* Honthem. *2. de art. Notar. cap. 29. num. 87.* dicitur etiam arguere ignorantiam juſti valoris rei renunciatæ, & qvod de ipſa renuncians conſeqvi potuiſſet, niſi renunciaſſet, Gloſſa & Bartol. *in l. 2. C. de reſcind. vendit.* Ant. Butr. *conſ. 51. in fin.* & qvidem in facto proprio, Decius *conſil. 583. num. 3.* juramento etiam interveniente, Corn. *conſ. 250. vol. 4.* Vult. *2. conſil. Marpurg. num. 29. vol. 106.* Inde & hæc enormis læſio in omni generalitate verborum excipitur, *l. ſi libertus 44. de oper. libert. l. creditor. 60. §. Lucius 4. mand. l. 3. C. de dot. promiſſ.* Roman. *conſ. 91. Viſo themate. n. 3. & ibi* Mandoſ. *in addit. verb. intelligitur.* Pantſchm. *1. qvæſt. pract. 11. n. 10.*

Limita: non procedere in læſione modica, cum hoc in caſu perraro qvis reſtituatur. Speculat. *tit. de reſt. in integr. §. 1. num. 37. & in §. ult. n. 3. per. l. ſcio 4. ff. de reſtit. in integr.* Conſ. Arg. *1. conſ. 67. n. 22.* vel ſi actus adeſſent reiterati, utpote in qvibus remedium *L. 2. C. de reſcind. vend.* ceſſare dicitur Paul. *conſil. 383. col. 2. ad. fin. vol. 2.* Alex. *conſil. 133. col. 3. & conſil. 147. vol. 5.* Decius *conſil. 181. col. 3. & conſil. 216. col. ult. verſ. & præſertim. iſta concluſio.* Cravett. *conſil. 114. num. 18.* Philippus Matth. *2. conſil. Marpurg. 32. num. 36.* qvæ autem modica vel enormis hoc arbitrio boni viri determinatur. Gloſſa *in §. pretium. Inſtit. de Empt.* Decius *conſ. 29. Juridicum.* Baldus *in l. cum autem. de arbitr.* Pantſchman. *1. qvæſt. 2. num. 20.* vide & Mynſ. *5. obſerv. 60.*

CAP. III.
De Lætitia.

Axioma I.

Lætitiam populi ſubmoveri Imperatores non patiuntur, *l. 4. Cod. de pagan.* modo ſcilicet abſtrahatur omnis ſuperſtitio & impietas, *dict. l. 4.* qvin imò Imperatores eandem conſervare & ad qvietem popularium ac bene gubernandam Rempublicam pertinere arbitrati ſunt. Faciunt huc loca, qvæ non ſine ſingulari cura congeſſit Lipſius *in ſuis politic. lib. 4. cap. 8.* & D. Bernegger. *ad Tacit. Germ. qvæſt. 96.*

II.

Publica lætitia ſine immodico ſumtu nuncianda eſt. Itaqve Nuncii non tantùm nihil propterea à provincialibus extorqveant, ſed & Judices eorumqve officiales ſolliciti ſint, ne præmia iſta Nunciationum modum excedant, & ne turpi colluſione qværatur pretium gaudiorum. Contra hoc delinqventes nuncii pœnâ infamiæ & privationis bonorum, officiales 30. libris auri puniuntur, *l. 1. C. publicæ lætitiæ.* Interdum pœna hæc Extorſorum ad ultimum ſupplicium vel deportationem poteſt extendi. Dari autem debent ſex duataxat aurei, *l. 2. C. eod.* qvod hodiè Judicis arbitrio permittitur. Qvin nec à volente plus dari poſſe videtur, cùm gaudium non ſecus ac ira rationem turbet, ſed favorabilis hôc caſu eſt liberalitas in benemeritos exercita. Hinc & adminiſtratores Civitatum lætis nunciis modicum donare & in publicas rationes conferre poſſunt. Perez. *C. d. t. n. 1. 9. 11. ſeqq.*

CAP. IV.
De Laſcivia.

Laſcivia culpa eſt & plerumque lata, *l. penult. ff. de vi bon. rapt.* ideoqve etiam coërcetur, qvod aliàs malè fieret, ſi nec culpa eſſet. Sic coërcetur miles per vinum aut laſciviam lapſus, *l. omne 6. §. penult. de re milit.* ſic qvi laſcivia fugat armentum, tenetur actione in factum, *§. interdum 11. Inſt. de obligat. qvæ ex delict.* denique coërcetur, qvi per laſciviam cauſam motis alteri præbuit. *l. 4. §. 1. de ſicar.* Adde Cujacium *tract. 8. ad African. in l. 35. locat.* Panciroll. *2. varior. lect. 130.*

CAP. V.
Latere, latens.

Axioma I.

Latitans habetur pro confeſſo, & ſic prævia Citatione condemnari poteſt. Præſertim autem officialis fugiens tempore ſyndicatus; non enim aliâ ratione fugiſſe cenſetur, niſi timore culpæ. Itaqve & officio & ſtipendiis privatur, nec

nec nisi à Principe restitui potest. Perez. *C. de Cohortal. & Princip. n. 23. seq.*

II.

Tutor dolosè latitans nec copiam sui faciens, ut alimenta pupillo decernantur, cum infamia removendus est tanqvam suspectus. §. *9. Inst. de suspect. Tutor. l. 3. l. 7. §. 2. ff. eod.*

CAP. VI.

De Laudemio.

Qvoties statutum speciale probari neqvit, toties semper præsumendum pro qvalitate Laudemii Jure Civili statutâ, qvia Jus Civile generaliter receptum præsumitur, ubi non contrarium moribus aut statutis receptum.

CAP. VII.

Laus, Laus propria. *v. supra* Gloria *& infra* titulus.

Axioma I.

Propria laus sordet in ore.

Vulgatum hoc est proverbium, quod & Jurisconsulti suum fecerunt, *in notis ad l. observare 4. §. 3. de offic. Proconf.*

Verum limitationem hoc verbum recipit, *ex proœm. Inst. in princ.* ibi: *pius, felix, victor.* Ut propria laus feratur, qvoties non vanæ jactantiæ, sed defensioni vel exemplo tribuitur, *ut in d. l. 4. §. 3. & l. 7. de offic. Proconf.* ubi Colleg. Argent. *thes. 5. §. 4. Inst. qvibus modis jus patriæ potest. solv. §. item Romæ 15. Institut. de excusat. tutor. l. 8. Cod. de metat. l. 6. Cod. de profess. & Medic.*

II.

Non oportet laudando alterius augere malitiam, *l. 1. §. 4. de serv. corrupt.* Cujac. *ad Edict. Pauli l. 2. & seqq. d. t.* Unde & laudator maligni propositi tenetur, *d. §. 4. vid. supr. lib. III. tit. commendatio.*

CAP. VIII.

De Lectione.

Legimus aliqva ne negligantur, legimus ne ignoremus, legimus non ut teneamus, sed ut repudiemus, *cap. legimus 9. distinct. 37. l. un. §. 2. 9. C. de Caduc. toll.* vid. Osterm. *ad §. 1. Inst. de testam. ord.*

CAP. IX.

De Legato, Legatario.

Axioma I.

Legatum non est de numero commerciorum, *l. 41. §. 5. ff. de legat. 1.* qvia id non nisi ob amicitiam vel ob meritum fieri solet. *l. 9. ff. pro soc.* Conf. Arg. *1. conf. 84. n. 102.*

Intellige verum in terminis commercii promercalis & negotiationis qvæstuosæ, *l. legatis 65. in princ. ff. de legat. 3.* negotiatio enim hoc respectu non aptè dicetur. *d. l. 41. §. 5. de legat. 1.* secus si sermo sit de commercio gratitudinis, qvæ est consvetudinis & vicissitudinis amicæ, tunc enim legatum causam commercii habere refert, *post Imol. num. 12.* Zas. *ad d. l. 41. §. 5. d. t. n. 6. vid. & gl. in l. Marcellus de don. int. vir. & uxor.*

II.

Legatum non potest dici, de qvo non apparet, qvid sit legatum. *l. qvæsitum 91. ff. de legat. 1.* Menoch. *conf. 337. num. 1. vol. 4.* Vult. *3. conf. Marp. 29. num. 143.* Demonstratio enim vice nominis fungi dicitur, *l. nominatim 34. in fin. de condit. & dem. l. certum. 6. ff. de reb. cred.* estqve nota & designatio certæ qvantitatis certive corporis, extra tamen nomen ejus, §. *huic proximo 30. de legat. l. demonstratio 17. ff. de cond. demonstr.* & plerumqve rem factam ostendit, *d. l. 34. in fin. d. t.* Unde licet demonstratio falsa sit, legatum tamen vitiare non dicitur, *d. §. huic proximo. l. 17. l. falsa 33. ff. de condit. & demonstrat.* qvocirca ut falsum rei nomen officit legato, si qvolibet alio modo res intelligatur, *l. si Fortianum 7. §. 1. Cod. de legat. §. siqvidem in nomine 29. Inst. cod.* ita nec rei falsa demonstratione ipsum legatum perimi debet. Hen. Bocer. *in Comm. Inst. de legat. n. 295.*

III.

Legata strictè sunt accipienda, & ita legatis nummis magis exiguiores legati videntur, *l. cum servus 39. §. Sejo ex facto 6. de legat. 1. l. nummis. 75. ff. de legatis 3.* vide Rolandum à Valle *3. conf. 16. num. 30. & seqq.* Fach. *13. contr. 73.*

Intellige verum regulariter in dubio, qvando testatoris voluntas explorata satis non sit, ac ita res obscura & incerta, Natta *conf. 626. num. 21.* Aliàs enim ubi de voluntate testatoris apparet, legatorum interpretatio plenior erit, Cagnol. *ad l. 12. de Regulis Jur. num. 6.* qvo faciunt ea, qvæ tradit Wesenb. *2. conf. 89. num. 10.* Sic vino legato propter præsumptam testatoris voluntatem vasa qvoqve deberi ex Celso refert Ulpian. *in l. 3. §. 1. de tritic. vin. ol. leg.* cùm credibile sit mentem testatoris eam esse, ut voluerit accessionem vini esse amphoras. Adde Philipp. Matth. & Hyppolit. à Collib. *ad. d. l. 12. d. t. gloss. in l. in fundo. de legat. 2.* Oldrad. *conf. 163.* Bart. *in l. eum qvi. §. qvi ita. de verb. oblig. & in l. si qvis ita. de aur. legat.* Castrens. *in l. certo generi de servit. rust. præd.*

IV.

Legatum est accessorium testamenti. Alex. *in pr.* Jason. *n. 4.* Niger. *n. 3.* Alvarot. *n. 12.* Bologn. *n. 5.* Crot. *n. 4.* Socin. jun. *n. 21. in rubric. de legat. 1.* ratio, qvia si heredis institutio caput est testamenti, legata erunt qvædam adjectiones, sine qvibus testamentum qvidem consistere possit. *l. 1. §. cui neqve 3. de hered. instit.* cum sublato accessorio principale inde non corruat, *l. ult. §. ult. de verb. oblig.* è contrario si non consistat heredis institutio nec legata debebuntur, *l. si nemo 101. de Reg. Jur. l. si nemo 9. de testam. tutel.* cum principali sublato soleat etiam accessorium corruere, *l. cum principalis 178. de Reg. Jur. l. cum aurum 19. §. perveniamus 13. de aur. legat. 1. & 2.* ubi Bart. *de pecul. legat.* vide late in utramque partem disputantem Fach. *13. contr. 73.*

V.

Qvicunqve habet jus testandi, ille habet potestatem legandi; qvia cui permissum est principale, non denegandum est accessorium. vid. *ax. præced.*

VI.

Qvicunqve non poteſt eſſe heres, ille nec poteſt eſſe Legatarius; qvia qvod Juris eſt in toto, illud etiam juris eſt in parte. Ita ergò deportatis nihil poterit legari, ſicut nec liberis inceſtuoſis *Nov. 89. cap. 15.* aut Collegiis illicitis *l. Colleg. 8. C. de hered. Inſtit.*

VII.

Qvicunqve lucrum habet ex teſtamento, ille legato gravari poteſt, qvia ejus eſt onus, cujus eſt commodum.

Limit. ut tamen non ampliùs gravetur, qvàm fuit honoratus *l. 1. §. 12. ff. ad SCtum Trebell. Zœſ. ad ff. de Legatis. n. 14.*

VIII.

Qvoties verba diriguntur in Legatarium, toties legatum eſt, non fideicommiſſum, qvia ſic verbis directis relictum eſt, qvalibus relinqvi debet legatum, ut ex ejus definitione patet.

IX.

Qvodcunqve eſt alienabile, illud eſt legabile, qvia legatum eſt ſpecies alienationis; definitur enim qvòd ſit donatio *§. 1. Inſt. h. t.* hinc non ſolùm res corporales ſed etiam incorporales, v. g. Jurisdictio &c. legari poſſunt.

X.

Qvoties Legatum annuum relictum eſt, toties eſt perſonale: qvia legata annua regulariter ad vitæ ſubſidia, v. g. alimenta, ſumtus ſtudiorum &c. relinqvuntur, qvò ita Legatario ſit conſultum. Hôc igitur mortuô ad heredem ejus legatum non tranſit, cùm Legatarius poſt mortem non indigeat ejusmodi ſubſidiis.

Limita (1.) niſi heredis exonerandi causâ legatum in plures tantùm annos ſit diviſum, ſic enim reverâ non annuum ſed unum duntaxat eſt legatum. *l. 20. ff. qvando dies legat.* Hahn. ad Weſenb. *de ann. legat. num. 2.* (2.) niſi etiam expreſsè facta heredum mentio, tunc enim, qvia legata ſui naturâ ad heredes tranſeunt, ad omnes indiſtinctè tranſit. *l. 22. C. de Legat.*

XI.

Qvoties conditio ipſi ſubſtantiæ legati adjicitur, toties legatum eſt conditionale *l. 22. pr. ff. qvando dies legat.* Ratio: qvia ſic ipſum Legatum in caſum futurum incertum videtur eſſe dilatum, v. g. ſi Meviæ centum relicta, ſi nupſerit, &c.

XII.

Qvoties conditio adjicitur executioni ſeu præſtationi legati, toties Legatum purum eſt & ita transmiſſibile.

Ratio: qvia ſic terminus ſolutionis ſaltem dilatus & mora ſolvendi facta, qvod conditionem non efficit *l. 5. C. eod.* ita ſi Meviæ centum legata fuerint, ut ei ſolvantur poſtqvam nuptias contraxit, legatum purum eſt. Carpz. *P. 3. Conſt. 13. def. 25.*

XIII.

Qvoties falſa demonſtratio legato adjecta, toties illa non nocet, i. e. legatum non vitiat *l. 33. pr. ff. de condit. & dem.* qvia major debet haberi ratio voluntatis teſtatoris qvàm verborum. Exempla ſunt in *§. 30. Inſt. de Legat.*

Limita: modò (1.) de re ipſâ conſtet *l. 17. & 33. ff. de Cond. & Dem.* (2.) modò demonſtratio non reſpiciat conjunctionem ſanguinis.

XIV.

Falſa cauſa Legato adjecta eidem non nocet, qvia cauſa legandi legato non cohæret, poterit enim etiam ſine causâ legari ex mera liberalitate *l. 72. §. 6. ff. de Cond. & Dem.*

Limita, ut procedat (1.) de causâ impulſivâ non finali, v. g. ſi negotia mea geſſerit, hæc enim inſtar conditionis eſt. *§. 31. in fin. Inſt. de Legat.* (2.) de cauſa, ſine qva teſtator, etiamſi eam falſam ſciviſſet, tamen legaturus fuiſſet, ſecus ſi ſine illa non legaſſet *l. 4. C. de hered. inſtit.*

XV.

Qvoties falſa cauſa ſive demonſtratio à Conſanguinitate deſumta, toties illa Legatum vitiat, qvia vinculum ſanguinis moviſſe videtur teſtatorem ad legandum, qvod ubi non adeſt, ceſſat diſpoſitio eo intuitu facta; e. g. ſi Mevio legaverim centum, qvia avunculus meus eſt.

Limita: niſi Legatarius poſſit probare, Teſtatorem, etiamſi ſciviſſet, nullam cognationem ſubeſſe, legaturum tamen fuiſſe.

XVI.

Qvoties legatum purè relictum, toties in ipſo momento mortis Legati dies cedit. *l. un. §. 5. C. de caduc. tollend.* qvia tunc ſtatim incipit deberi Legatum, cùm velle jam ulterius deſinat Teſtator. *l. Locat. 4. ff. de Locat.*

Limita: ut aliud ſit (1.) in hereditatibus, qvæ regulariter ante aditionem non transmittuntur, de qvo vid. infr. *Transmiſſio hereditatis.* (2.) ut aliud ſit in juribus perſonalibus, v. g. uſufructu, horum enim dies itidem cedit ab adita demùm hereditate *l. un. §. 6. C. de caduc. tollend.*

XVII.

Qvoties ſub conditione legatum relictum, toties cedit dies tempore exiſtentis conditionis *l. un. §. 7. C. de caduc. toll.* qvia anteà nihil adhuc debetur & incertum eſt an conditio ſit extitura an non.

Limita, niſi conditio ſit ſupervacanea; Cujus rei exempla vid. *in l. 22. §. 1. ff. qvando dies legat.*

XVIII.

Qvoties dies Legati cedit vivo Legatario, toties etiam Legatum non agnitum, modò non repudiatum: in heredem non transmittitur, qvia ſic idem jus, qvod vivo Legatario fuit acqviſitum, in heredes continuatur.

XIX.

Qvoties legatario in re legata nemo conjunctus, toties repudiato legato hoc revertitur ad inſtitutum heredem, qvia ſic ceſſat Jus accreſcendi, qvod oritur tantùm ex conjunctione. Exempla vide in *l. 84. §. 12. ff. de legat.*

XX.

Qvocunque modo contraria voluntas declaratur & probatur, eo modo etiam Legatum revocatur, qvia nudâ voluntate adimuntur Legata *l. 3. §. ult. ff. de adim. & transfer. legat.*

Exempl.

Exempl. ita ergò non ſolùm coram duobus teſtibus facta revocatio valet, ſed etiam ſi per nudam ſchedulam teſtatoris conſtat de mutatâ ejus voluntate. *Carpz. P. 3. Conſt. 13. def. 19.*

XXI.

Legati jus prima teſtatione (ſeu declaratione animi ſui) conſumitur. *l. Apud Auſidium 20. de Opt. & elect. l.* ubi VVeſenb. *in panat. n. 3.*

XXII.

Legata non ex pœna heredis, ſed benevolentia & amore legatarii proficiſci debent. *l. 9. ff. pro ſoc.* VVeſenb. *in panat. de his qvæ pœn. cauſ. relinq.* & ideò olim pœnæ cauſa legatum prudenti legislatione fuit correctum, §. *ult. Inſt. de legat.* ratio, qvia in legatis voluntas teſtatorum cumprimis dominari debet, *l. 23. C. de leg. l. 127. de Legat. 1. l. 11. §. 19. de Leg. 3. l. 95. cod. l. 16. de dot. præl. l. 3. §. 9. de adim. vel tranſfer. leg. l. 7. §. 2. de ſupell. leg. l. qvoniam indignum 15. C. de teſtam.* Franc. Mant. *de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 14. n. 2.* Carpz. *deciſ. 19. n. 14.*

XXIII.

Legatum qvod non valet, ſi teſtator ſtatim deceſſiſſet, ex poſt-facto non poteſt convaleſcere, *l. 1. de Reg. Caton.*

Fallit hæc regula I. in iis legatis, qvorum dies demum adita hereditate cedit *l. 3. de Reg. Cat.* Weſenb. *panat. d. t. pr.*

Fallit II. in conditionalibus, *l. 1. §. 1. & 2. l. 4. de Reg. Caton.* Cujac. *4. obſervat. 4.*

Fallit III. in novis legibus latis. *l. ult. de Reg. Cat.*

XXIV.

Legata per omnia & in omnibus fideicommiſsis ſunt exæqvata & hæc illis, *l. 1. ff. de legat. 1. §. ſed non usqve 3. Inſt. d. t. l. 2. Cod. Comm. de legat. fideicommiſſ.*

Intellige hoc verum non qvoad ſubſtantiam, hoc eſt, cauſam rei eſſentialis, ex qva primum res nata conſiſtit, Theophil. *in §. fin. tit. de fideicommiſſ. hered.* Zaſius *in ſing. reſponſ. cap. 12.* Alciat. *lib. 5. paradox. cap. 25.* ſed qvod naturam legatorum & fideicommiſſorum, *d. §. ſed non usqve.* ibi: *hoc repleatur ex natura fideicommiſſorum.* item ibi: *per hoc creſcat fideicommiſſorum natura. §. ſed imprimis.* ibi: *& natura utriusque. Inſtit. de legat. l. 1.* ibi: *omnibus verò tam legatariis qvam fideicommiſſariis unam naturam imponere. d. l. 2.* ibi: *& omnia qvæ naturaliter.* item ibi: *qvod non habet naturam.* & deniqve ibi *& ſecundum ejus dirimatur naturam. C. com. de legat.* vid. Bocer. *in Com. l. de Legat. n. 19.*

XXV.

Non poteſt plus legari ab alio, qvàm idem ipſe judicio legatoris accepit, Henric. Bocer. *in Comm. Inſt. de legat. n. 69.* Qvod enim amplius eſt, inutiliter relinqvitur. *§. hoc ſolum obſervandum. Inſt. de ſing. reb. per fideic. relict.* Ant. Gom. *tom. 1. Com. c. 12. n. 54.*

XXVI.

Qvi vivus repræſentat, non legat, ſed inter vivos donat. *l. hujusmodi 84. §. ſi Titio. 11. ff. de legat. 1.* Bartol. *in l. legatum. de legat. 2. num. 3.* Bocer. *in Comm. Inſt. de legat. n. 82.*

XXVII.

Legatum in genere ſi minimum ſit, utile minimum debetur. *l. legato generaliter 37. de legat. 1.*

Fallit I. *in §. qvid autem. Auth. de fidejuſſ.* ubi creditor poteſt eligere rem meliorem debitoris.

II. Fallit *in l. Stichus 12. de legat. 3.* ubi qvando legatur ſervus cum hoc qvod exercitet artem, debet inſpici ingenium ſervi, ad qvam artem ſit magis idoneum.

III. Fallit in caſu, *l. 15. §. cui 11. ff. de alim. leg.* ibi enim qvando legata ſunt alimenta, debet etiam inſpici conditio perſonæ, cui alimenta ſunt legata.

IV. Fallit, qvando datur electio legatario, tunc enim medium eligere debet, Gl. *in l. cum poſt 69. §. gener. 4. ff. de jur. dot.* Bocer. *in Com. ad Inſt. de legat. num. 230.* Socin. *in fallent. Legal. lit. L. n. 277.*

De legato dotis, generis, fundi, debiti vid. *DOS. GENIUS. FUNDUS. DEBITUM.*

CAP. X.

De Legitima.

Axioma I.

A legitima excluſus dicitur, qvi excluſus eſt ab inteſtato, ſeu: qvicunqve non concurrere poteſt in ſucceſsione, ille non connumeratur in legitimâ, qvia ob numerum liberorum reipsâ ſuccedentium aucta ſaltem eſt legitima: ſi qvi igitur non ſuccedunt, numerum qvoqve non faciunt, cùm paria ſint non adeſſe liberos & tales adeſſe, qvi de jure ſuccedere non poſſunt. Exemplum eſt in exheredatis. *Struv. Jurisprud. Rom. Germ. for. L. 2. tit. 21. §. 6.* in incapacibus. *Manz. de Legit. cap. 4. n. 18.* ut & in finalibus, qvæ certo qvopiam pro dote accepto hereditati renunciarunt. *Carpz. P. 3. Conſt. 10. def. 13. n. 4. l. parentib. S. C. de inoff. teſtam. l. poſthumus 6. §. ſi qvis ex his 1. ff. & l. cum qværitur 6. C. eod. l. maximum vitium 4. C. de liber. præter. l. non eſt 12. §. 1. ubi* Dd. *ff. de bonor. poſſeſſ.* Hartm. Piſtor. *2. pract. qvæſt. 28.* Heig. *p. 1. qvæſt. 25.* Carpzov. *lib. 2. conſtit. 46. defin. 24. num. 3.* Dicitur enim tertia pars illius portionis, qvam qvis habiturus eſſet ab inteſtato. *l. Papinianus 8. §. ſi qvis 6. & §. qvoniam 8. ibique gloſſ. cod.* Decius *conſ. 505. num. 7. verſ. & hoc idem. colum. fin.* Gozad. *conſ. 43. Videtur. num. 21. verſ. ſexto dico. col. penult.* Brun. *in conſ. inſert. poſt tract. de ſtatut. exclud. fœm. colum. 2.* Vide tamen Pacianum *1. conſ. 4. num. 49.* ubi regulam hanc cum grano ſalis, qvia multi dentur caſus, qvibus ea limitetur, accipiendam eſſe reſpondet. Exemplo ſit filius impuber arrogatus, & ſine cauſa emancipatus, qvi, licet excludatur à ſucceſsione & hæreditate arrogatoris, non tamen à legitima excludetur. *§. 3. verſ. item non aliter. Inſt. de adopt. l. 1. §. ſi impuberi 21. ff. de collat. bon. l. ſi arrogator 32. ff. de adopt.* Similis eſt caſus *in Auth. ſi qva mulier. in fin. Cod. de SS. Eccleſ.* Ubi filii ejus, qvi in monaſterio inteſtatus

mortuus est, repelluntur à successione patris, non tamen à legitima excluduntur, idem confirmat *Auth. hoc amplius. C. de fideicommiss.* Ubi filius, qvi monitus à judice voluntatem defuncti intra annum non implevit, privatur qvidem successione, nihilominus tamen legitimam consequitur. Exempla alia vide agud Salicet. *in d. Auth. novissima numero 12. vers. qvinto qvia mater. C. de inoff. testam. & consil. 453. num. 3. vers. qvia propter. inter Cons.* Bald. *vol. 1.* Corn. *cons. 290. lit. L. vers. & hoc qvidem. col. 2. vol. 3.* qvapropter regulam de jure antiqvo, exempla verò adducta secundum jura Authenticorum novissima intelligi debere concludit idem Pacian. *d. consil. num. 57.*

Deinde limita hoc axioma, si concurrere non possint; secus ergò si succedere possint sed nolint, uti faciunt illi, qvi repudiant hereditatem in gratiam cæterorum. *Carpz. P. 3. C. 10. def. ult.*

II.

Qvæcunque ab eo, cui succeditur, non profecta, illa in legitimam non computantur, *l. 20. C. de Collat.* qvia illa qvoqve non conferuntur. Collationis verò ut & imputationis in legitimam eadem utrinqve ratio est, ut scil. æqvalitas servetur inter liberos.

Exempl. ita ergò filio qvi patri succedit, non computantur ea qvæ à matre habet, sicut nec vicissim qvi matri succedit, ea qvæ à patre habet. *Cons. l. 36. pr. C. de inoff. Testam.*

Limita: ut non procedat affirmativè, v. g. in dote à patre accepta, item in accepto prælegato & donatione remuneratoriâ.

III.

Qvicunqve non habet Jus succedendi ab intestato, ille non habet jus petendi legitimam *l. 6. §. 1. ff. de inoff. Testam.* qvia legitima est pars portionis ab intestato debitæ *l. 6. C. de inoff. Testam.* Qvodcunqve verò Juris est in toto, illud juris est in parte. Ita ergò qvi universæ hereditati renunciavit, non poterit Legitimam petere. *Carpz. P. 2. Const. 35. def. 16.*

IV.

In legitima pater filio præjudicare non potest, *l. omnimodo 30. C. de inoffic. testam. Novell. 115. §. cæterum. Auth. ut cum de appellat. cognosc.* Castr. *in l. precibus. col. fin. in princ. C. de Impub. substit.* Debetur enim filius jure naturæ, *cap. Raynaldus. de testam.* Ludovicus Gomez *ad §. fuerat. Instit. de action. num. 9.* Sicut itaqve ei apponere onus neqvit, ita & immunem ab omni gravamine relinqvere debet. *l. 30. l. 32. l. 56. C. de inoff. testam.* Dd. *in cap. Raynutius de testam. & in l. coheredi. §. cum filia. de vulg. substit.* Giphan. *ad l. 35. Cod. de inoff. testam.* Gail. *2. observ. 19.* Berlich. *3. concl. pract. 14. n. 3.* Dan. Moller. *3. semest. 11. in fin.* Ubi Lipsienſi in Scabinatu sæpius ita responsum fuisse testatur Schultz. *in synops. Inst. de inoffic. testam. lit. b.* adeò ut licet qvis in legitima instituatur, & rogetur, ut mortuo eo, illa ad heredes testamento scriptos deveniat, non obstante fideicommisso de legitima suo arbitrio disponere possit, Mat. Coler. *decis. 16. num. 11. in fin.* In specie enim provisum, ne in legitima fideicommissum instituatur, prout docent Jason. *in l. fin. §. sed qvia. col. fin. limit. 7. ad SC. Trebell.* nisi qvando reciprocè succederent. *l. 12. Cod. de inoffic. testam.* vid. Vultej. *3. consil. Marpurg. 29. n. 63.*

V.

Legitimæ defectus ex substantia patris debet suppleri. *l. scimus 39. post princ. vers. repletionem. Cod. de inoffic. testam.* Bart. *in l. quartam. 91. ff. ad Legem Falcid. n. 13.* Carpz. *part. 3. Jurisprud. forens. constit. 13. definit. 18. n. 7.*

VI.

Nulla valet dispositio patris, per qvam fiat fraus legitimæ. *l. parentibus 8. & l. 6. C. de inoffic. testam.* cum liberis jure naturali debeatur. *l. 7. in pr. ff. de bon. damnat. l. scripto 7. in fin. ff. si tab. test. extab. l. 36. §. 2. C. de inoff. test.* Carpz. *p. 3. const. 7. def. 24. n. 7. & 8.*

VII.

Legitima non testatoris judicio, sed solius legis beneficio obvenit & debetur, *l. 36. §. 1. C. de inoff. test. l. 6. in pr. C. de secund. nupt. Nov. 1. in præfat. & §. 2.* unde debitum & æs alienum vocatur. *d. l. 36. §. ult. Nov. 18. in pr.* Donell. *19. Com. 4. ibig.* Hillig.

VIII.

Legitima loco alimentorum surrogata est. *Novell. 18. cap. 3.* Harprecht. *in Comm. ad Inst. §. ult. tit. de inoff. testam. n. 41.* qvæ jure naturali tam liberis qvàm parentibus debentur, nec ullo modo iis denegari possunt. *l. si qvis à liberis 5. §. parens 16. ff. de agnosc. vel alend. liber.* Harprecht. *d. loc. n. 52.* Carpz. *p. 3. const. 12. defin. 1. n. 9.* Hinc & argumentum à legitima ad alimenta valere confirmant Ferdin. Vasq. *in tr. de success. creat. lib. 2. §. 20. requisit. 42. n. 341.* Surd. *de alim. tit. 9. q. 2. n. 27.* Carpzov. *p. 1. const. 28. defin. 157. num. 8.*

CAP. XI.

De Legitimatione.

Axioma 1.

Qvoties nuptiæ sunt permissæ, toties effectum habent legitimandi; qvia posità causâ ponitur effectus, & retrotrahitur hic nativitatis tempus ad tempus nuptiarum.

Exempl. ita si qvis anteà stupratam post intermedium cum alia uxore matrimonium duxerit, liberi inde anteà nati erunt legitimati. E contra filius adulterinus legitimari per subsequens matrimonium non potest.

II.

Quodcunque juris habent filii legitimi, illud Juris habent legitimati per subsequens matrimonium; qvia per omnia legitimis sunt æqviparati, *Nov. 89. cap. 1. §. 1.* cùm perinde ex justis descendant nuptiis.

Exempl. hinc igitur testimonium natalium ipsis non denegandum. *Carpz. P. 2. C. 6. def. 15.* neqve ex collegiis opificum sunt excludendi. *Carpz. de Const. 6. def. 12.*

III.

Tantum juris Legitimatis per Reseriptum principis competit, qvantum princeps indulgere voluit

voluit & potuit, ex principis enim voluntate unicè dependet hæc legitimatio. Ergò tales legitimati extra territorium nihil juris habent. arg. *l. fin. ff. de Jurisdict.*

Qvomodo succedant legitimati, vid. *DE SUCCESSIONE AB INTESTATO.*

CAP. XII.

Legitimi, Soboles justa.

Axioma I.

Legitimorum jus matrimonio & justis liberis est conseqvens, ut filia matri, Henric. Boic. *in cap. provenit. qvi fil. sint legit.* Cæsar de Grass. *decis. Roman. 176. num. 6.* Unde & filii fructus matrimonii dicuntur à Decio *cons. 153. col. 2.* Socin. jun. *cons. 62. num 38. vol. 3.* qvos allegat Rot. Rom. *decis. 477. num. 2. p. 1.* vid. Vult. *3. cons. Marp. 34. num. 54.*

II.

Legitimorum causa res est favorabilis. Cardin. Alexand. *in cap. causam. num. 13. qvi fil. sint legit.* Bertaz. *cons. crim. 365. num. 11. vol. 2.* qva de causa per præsumptionem legitimi, coitus illicitus & delicti præsumptio excludi dicitur, Card. Alexandr. *cap. lator. qvi filii sint legit. num. 27.* Palæott. *in tr. de Noth. & spur. cap. 20. num. 3. & cap. 22. num. 6. in fin.* Bald. *cons. 437. num. 4. & 5.* Cæpoll. *cautel. 118. num. 2.* Cott. *in memorabil. verb. filius præsumitur legitimus.* Socin. sen. *cons. 23. n. 19. vol. 1.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 89. num. 71. & in tr. de præsumpt. præs. 54. n. 20.*

III.

Qvoties de legitimatione partus qværitur, toties illud tempus est attendendum, qvod partui est utilius; cùm enim nullum adsit partus delictum, calamitas matris non debet nocere ei, qvi in ventre est *pr. Inst. de Ingen. & l. 5. §. 12. ff. de statu homin.* Exemplum est in *d. pr. Inst. de ingen. & in l. nuper. C. de natur. liber.*

IV.

Qvicunqve partus vivus nascitur, in dubio pro legitimo reputandus est, non obstante mensium numero, qvia pariendi tempora sunt incerta, & in illis, qvæ sunt naturæ, non valet determinatio Legislatoris. Ergò & sex mensium partus pro legitimo habendus. *Carpzov. P. 2. Const. 17. def. 18. sicut* & partus duodecimestris.

Limita: modò nulla adsit siniſtra opinio.

V.

Qvotiescunqve reqvisita matrimonii secundum jus civile adsunt, toties partus pro legitimo reputatur, qvia legitimatio partus non ex statutis sed ex jure communi dependet. conf. *cap. 34. X. qvi filii sint legit.* ita partus ex præmaturo desponsatorum concubitu, si benedictio sacerdotalis propter mortem alterutrius personæ intervenientem accedere non possit, editus admittitur pro legitimo. *Carpz. P. 3. C. 14. d. 10. noviss. Decis. Elect. Saxon. 49.*

Limita: modò nullum subfuerit impedimentum, nuptiarum consummationem prohibens.

VI.

Qvoties verum præcesserit matrimonium, toties filius præsumitur legitimus, non adulterinus.

Ratio: qvia legitimitas est effectus matrimonii veri, & in jure is pater est, qvem justæ nuptiæ demonstrant.

Exempl. Hinc igitur, qvamvis mater filium adulterinum esse dixerit, ei tamen non creditur. *L. Imperatores. 29. §. 1. ff. de probat.* Cùm mater sua confessione non possit tollere præsumtionem juris.

De Lethalitate vulneris *vid.* Homicidium.

CAP. XIII.

De Lege.

Axioma I.

Lex est de præcepto, & omninò observari debet, *cap. 1 ubi* Abbas *num. 4. de constit.* qvalis enim lex erit, si non observetur, & in desvetudinem abeat. *l. de qvibus 32. ff. de Legib.* Carpzov. *p. 2. constit. 28. defin. 1. n. 6.* siqvidem ea pro imperfecta & pro ludibrio haberi non debet. Bald. *in cons. schism. col. 1. posito sub tit. Cod. si qvis aliq. test. prob. fac. text. in cap. commissa. de Elect. in 6. & l. 2. §. sanè. Cod. de libert. & eor. liber.* Ludovicus Gomez *ad §. fuerat. Inst. de act. num. 28.* maximè si justa & honesta juriqve naturæ conveniens sit, cum nihil aliud sit qvàm divinitus animis nostris inscripta notio, per viros prudentes in medium prolata, societatis humanæ vinculum, qvo dissoluto nulla Reipublicæ tranqvillitas retineri, nihilqve in toto mundo incolume constistere potest, *l. 9. ibiq. Cod. de Legib.* qva de causa Leges per ora Principum divinitus prolatas esse patescit *ex cap. fin. caus. 16. qvæst. 3.* Hinc qvi eas Reipublicæ oculos esse dixerit, is profecto ita vocans nihil indecens pronunciaverit. Qvemadmodum enim res animali maxime est necessaria non titubans oculus, ita & Reipublicæ Legum æqvus & rectus status. *Novell. Leon. 19.* Unde & scita superioris potentiæ vocantur, qvibus in officio continentur, qvi sua sponte officium facere recusant. *c. facta. 1. dist. 4.* Arnisæ. *1. de Majest. cap. 3. n. 6.*

II.

Qvæ contra Leges fiunt, ea ipso jure sunt nulla, *l. non dubium 5. ubi* Bart. & Bald. *C. de Legib. l. cum. lex. 47. ubi* Bart. *de fidejuss.* Idem *in l. si ita qvis §. ea lege. n. 5. de V. O.* Jas. *in l. filiusfam. §. Divi. n. 85. de V. O. in 2. lectur.* Wesenb. *2. cons. 66. num. 3.* Fraus enim legibus fieri dicitur, ubi id fit, qvod fieri Legislatores noluerunt, fieri tamen apertè non vetuerunt, *l. fraus 30. de Legib.*

Limita, nisi Lex ipsa jubeat actum rescindi, *arg. l. 5. de injust. rupt. & irrit. test.* hoc enim casu non sunt ipso jure nulla, sed rescindi dicuntur. Exemplum vide *in Novell. 115. cap. 3. in fin. vers. si autem hæc observata non fuerint*, ibi: *& tanqvam in hoc non rescissum &c.* Ubi si exheredatio

redatio secundum rationem & modum ibi præscriptum non sit facta, ipsum testamentum evacuari, rescindi & everti dicitur: erit ergo validum, cum id, qvod per se nullum est, rescindi, everti aut evacuari non dicatur. *d. l. nam etsi 5. ff. de injust. irrit. testam.* Vasq. *in tract. de success. creat. lib. 2. §. 20. p. 3. reqvisit. 29. declarat. 3. n. 168.* Duaren. *in comm. ad ff. de inoffic. testam. cap. 3. & ad tit. ff. de liber. & posthum. cap. 3. pag. 457.* Cujacius *in Novell. 18. n. 135.* Donellus *in Auth. non licet. n. 6. Cod. de liber. præter. & lib. 6. Comment. cap. 13.* Bocerus *in Comment. ad Instit. de exheredatione liberor. n. 137.*

III.

Qvicunqve habet jura majestatis seu superioritatem territorialem, ille poterit Legem seu Jus condere, qvia talis demùm validè cogere potest, & sic effectum legi dare, nimirum obligationem.

Exempl. Ita Imperator cum statibus Imperii potest condere legem, qvæ universum imperium concernat. *Instr. Pac. Monast. Osnabr. art. 8. §. 5.* Econtra non erit lex, si duo de certa qvadam re paranda vel peragenda conveniant, sed pactum potiùs, qvale sunt Capitulationes Cæsareæ. Procem. *Capit. Leopold. verb.* **Gedings- und Pacts-Weise.**

Limita: ut lex qvidem condi possit ab homine privato, autoritas tamen eidem legi dari neqvit, nisi ab eo qvi habet Majestatem. *Hahn. ad Wesenb. Tit. de J. & J. n. 14.*

IV.

Legem sibi nemo potest imponere, à qva non liceat ei resilire. *l. si qvis in principio 22. ff. de legat. 3. l. 1. C. de SS. Eccles.*

Declara hoc procedere in ultimis voluntatibus, qvæ ambulatoriæ usqve ad ultimum vitæ spiritum dicuntur, *l. 3. de legat. adim.* secus in contractibus, in his enim obtinebit illud, qvod qvæ ab initio sunt voluntatis, post factum fiant necessitatis, *l. invitum 11. C. de contr. empt.* Everardus à Mittelb. *in loc. à plenitud. potest. n. 5.* & qvod semel placuit amplius displicere non possit, *reg. qvod semel. de R. I.* Bald. Paul. de Castr. & Dd. communiter *in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. matr.*

V.

Lex multum confidit de suo ministro. *cap. bonæ memoriæ 1. de Elect. cap. in præsentia 6. de renunc.* Laurent. Tennin. *in tract. Cautel. 271. n. 5. caut. 16. caut. 87. n. 13. vers. multum enim. & caut. 253. n. 8.* ubi ait, hoc correctum esse hodie *per cap. qvoniam. extr. de probat.* de qvo glossa *in d. cap. bonæ. verb. præsumitur.* Unde limitando *n. 9.* pergit, secus esse, si vergat in alterius præjudicium: qvare tandem *n. 23.* declarando concludit, qvod tum demum judicis auctoritati stetur in his scilicet, qvæ rectitudinem, id est, solennitatem intrinsecam concerunt; non verò in iis, qvæ rititudinem, id est, solennitatem extrinsecam respiciunt, *per d. cap. qvoniam 11.* ubi Dd. communiter *de probat.*

VI.

In Leges, qvæ sanctæ sunt, nulla suspicio calumniæ cadere potest, *l. sacra 9. §. propriè 3. ff. de rer. divis.* Jacob. Schultz. *observ. 56. n. 20.* Andr. Rauchbar. *part. 1. qvæst. 11. n. 34.* Jacob Thoming. *decis. 44. n. 20.* Matth. Wesenb. *1. cons. 3. n. 50.* Dan. Moller. *lib. 2. semestr. 14.* Carpzov. *p. 3. jurispr. forens. constit. 12. defin. 25. n. 3.* Reinhardus Rosa. *ad Moller. de constit. 12. num. 6.*

VII.

Lex qvæ repugnat fini æterno estqve nutritiva peccati, ea pro nulla haberi nec observari debet. *l. claras 8. C. de sum. Trinit. cap. fin. de præscript. cap. inter hæc. 6. cauf. 33. qvæst. 2. cap. erit autem Lex ista 2. 4. distinct. cap. consuetudo 5. 1. distinct. & cap. non licet 2. cum 4. seqq. 10. dist.* Ea enim est secundum Legem Dei, ad cujus imaginem debet esse temporalis, *§. cum hoc.* ubi Angel. *in procem. Instit.* ac Deus constituit de cœlo Imperatores ad hoc, ut per ora eorum divinitus Leges conderet. *§. qvia igitur in Auth. de instrum. caut. & fin. Novell. 73.* ideoqve ab Imperatore Leges emanare divino qvodam motu dicuntur, *l. fin. C. de præscript. long. temp.* verbi causa, secundum legem Dei filius tenetur obedire patri, & honorem ei exhibere, *l. parentes 6. ff. de in jus vocand. l. veluti 2. ff. de Justit. & Jur. l. 2. l. liberto. 9. ff. de obseq. patr. præst.* qvi potestatem sui non habet, sed pater, *l. 1. & 2. C. de patr. qvi fil. distr.* Si ergo lex huic fini obviaret non valeret, cum debeat esse sanctio sancta, jubens honesta, & prohibens contraria, *l. nam & Domosthenes 2. ff. de LL.* Unde licet ea defenderet aliqvem in foro fori, non tamen eum defenderet in foro poli, *text. & gloss. in cap. inter hæc 33. qvæst. 2.* ubi disponitur, qvod licet maritus defendatur à pœna homicidii uxoris, propter adulterium per dispositionem, *l. Gracchus 4. C. de adulter.* illa tamen dispositio eum à pœna æterna non liberabit. Abb. *in cap. cum esses. de testam.* Ludov. Gomez. *ad §. superest. n. 53. Inst. de act.* Add. Coll. Arg. *ad Legem Jul. de adult. these. 16. n. 16.*

VIII.

Lex qvæ prohibet, longè est potentior, qvam qvæ concedit, Tiraq. *in qvæst. 24. n. 9. vers. tamen Barbatias. de jure primogen.* adeoqve Legis dispositio prohibitiva fortior qvàm affirmativa. Bald. *in procem. decret. n. 12. vers. item potentius est. col. 3.* Decius *in cap. cum concupiscentiam 3. notab. extr. de const.* Duabus itaqve regulis concurrentibus, una affirmativa altera negativa, semper ea, qvæ prohibet vel negat, attendenda erit, Baldus *in l. tutor. in pr. ff. de suspect. tutor.* Idem *in l. Ruffinus. ubi loqvitur de duobus privilegiis. C. de re milit.*

Limita, secus esse, ubi de pœna incurrenda ageretur, tunc enim Lex affirmativè loqvens efficacius punire solet. Innocent. *in cap. extirpandæ. colum. fin. vers. item hæc habent locum. extr. de præbend.* ubi ait, qvod si lex loqvatur negativè, puta, si non confecerit inventarium, non fecerit residentiam, & similia, reqviratur monitio, qvia negativus sermo, non habens tempus, omittentem in mora non constituit: secus ubi sunt verba affirmativa, puta si qvis percusserit Clericum, seu accesserit ad Moniales, & similia, tunc monitio ad pœnam incurrendam non reqviratur, qvem-

qvemadmodum pluribus exornat Felin. *in cap. 2. n. 4. verſ. extr. gloſſ. extr. de Magiſtr. & in cap. 1. ſub num. 12. verſ. ſecundò intelligunt. colum. 3. extr. de conſtitut.* vide alium caſum efficacioris affirmativæ apud eundem *in cap. 29. n. 75. verſ. pro qva re facit prædict. tit.*

IX.

Lex ſolum in caſibus neceſſariis providet, *l. 1. §. ex hoc reſcripto 1. de ventr. inſpic.* nec fruſtra qvicqvam inducit, *l. hæc ſtipulatio. §. Divus. ff. ut Legat. nom. cav. l. poſtliminii 5. §. fin. ff. de poſtlim. reverſ.* Menoch. *3. de recup. poſſ. n. 110.*

X.

Lex ſuperioris per inferiorem minimè tolli poteſt. *l. ille à qvo 13. §. tempeſtivum 4. ff. ad S C. Trebell.* qvoniam illius eſt deſtruere, cujus eſt concedere, Legem autem concedere eſt Principis, *cap. Rex pacificus in proœm. decret. gl. in l. 1. verb. Magiſtratum. ff. qvod qvisqve jur. ſtat. cap. 1. extr. de conſt.* per inferiorem itaqve tolli neqvit, ſed obſervari debet, Farinac. *lib. 1. conſ. crim. conſ. 85. n. 88.* Nec qvisqvam efficere poteſt ne leges in ſuis pactis vel actibus obtineant. *l. 27. de Reg. Jur.* (nec concedentem ligat. *l. Princeps. 31. ff. de LL. l. pen. de Arbitr. gloſſ. in cap. 1. verb. ab omnibus. ibiq.* Dd. *de conſtit.* Regn. Sixtin. *1. conſ. Marp. 9. n. 21.*)

XI.

Leges id conſtituunt qvod plerumqve fit, *l. 4. ff. de LL.* Ariſtot. *5. Ethic. 14.* qvia ſunt univerſales, nec poſſunt de ſingulis rebus in univerſum ſufficienter decernere. *l. jura 8. ff. eod.* cum plura ſint negotia qvàm rerum vocabula. *l. natura 4. ff. de præſcript. verb.* nec etiam poſſint omnium cauſarum circumſtantias complecti, qvia ſunt infinitæ, datâqve operâ à Legumlatoribus omittantur. Ariſtot. *lib. 1. Rhetor.* Unde & Alphenus jus in facto poſitum eſſe dixit, *in l. ſi ex plagis 52. §. in clivo 2. ad Leg. Aqvil.* ac proinde judex ſuadente æqvitate illud perſæpe ex circumſtantiis colligere ſolet. Obrecht. *ad l. 1. Cod. de Legib.*

XII.

Lex potentius annullat qvam hominis diſpoſitio, Bart. *in l. amplius. ff. rem ratam haberi.* Felin. *in cap. paſtoralis. §. hoc autem. de offic. deleg.* Hippol. Rimin. *conſ. 235. n. 23.* Fr. Burſat. *conſ. 307. Nobilis. n. 133. vol. 1.* Pantſchm. *2. pract. qvæſt. 16. n. 54.*

XIII.

Leges & jura legibus & juribus concordare, nec uno verbo obiter prolato juris regulæ derogari oportet. *l. unica. C. de inoff. dot.* Pinell. *ad l. 1. p. 3. n. 82. C. de bon. matern.* Philipp. Matth. *2. conſ. Marp. 26. n. 75.* Unde qvamvis eo caſu, qvo Leges tantum videntur contrariæ, poſterior ad priorem qvoqve trahi ſoleat, *l. 26. de Legib.* ſecus tamen eſt, qvando eæ revera eſſent inter ſe contrariæ, tum enim poſterior omnino vincit, & ſupprimit priorem, *l. 1. §. 13. de qvæſt. l. ult. de conſtit. Princip.* Quæcunqve enim Lex poſterior eſt tempore, validior eſt ſanctione, ut habet Novell. Valentiniani & Mariani *de matrim. Senator. in fin. tit. 4. pag. 578.* vid. Cujac. *lib. 4. qvæſt. Paul. ad l. 26. de LL.* Dn. Parens *diſp. de uſur. part. altera. art. 6. num. 2.*

XIV.

Legis proviſio ceſſat, ubi pacto proviſum eſt, *l. fin. Cod. de pact. convent. ſup. dot.*

Limita, niſi auxilium Legis habeatur pro expreſſo per viam legis, qvia tali caſu proviſio hominis per legis proviſionem tollitur. Roman. *conſ. 121. circa prim. col. fin. per text. in l. qvi mutuam 56. in pr. ff. mandat. cum aliis per eum deductis.* Vital. de Camban. *in tract. clauſ. clauſ. 103.* Ludovicus Gomez. *ad §. fuerat. Inſtit. de action. num. 29. Socin. in tract. fallent. reg. 286. verb. Lex.*

XV.

Legis verba ubi deficiunt, ibi qvoqve deficit Legis diſpoſitio, *l. 4. §. toties 6. ff. de damno infect.* Carpzov. *part. 2. Conſtit. 15. definit. 12. n. 1.*

XVI.

Lex iniqva non eſt, cum ſe habet ad commodum & onus, *l. ſi pater puellæ 12.* ubi Jaſon. *Cod. de inoffic. teſtam.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. rem 14. n. 13.*

XVII.

Lex nova diſponens de materia juris communis, omnes declarationes juris communis recipit. *cap. ex parte. ubi* Dd. *de Verb. ſignif. l. 1. §. Lex Falcidia 1. ad Leg. Falcid.* Bart. *in l. omnes populi 6. & ibi Dd. ff. de Juſtit. & Jur.* Carpzov. *p. 3. jurispr. forenſ. conſt. 29. defin. 6. n. 7.* unde & Lex nova ſecundum Legem antiqvam diſtingvi & intelligi debet. *l. non eſt novum. 26. l. ſed & poſteriores 28. ff. de Legib.* Gloſſ. & Bart. *in l. ſciendum. in p. ff. qvi ſatisd. cog. cum aliis citatis.* per Octav. Cacheran. *in deciſ. Pedemont. 167. n. 17. cum ſeq.* Viv. *part. ſuar. comm. opin. 200. ſtat. ult.* Bertazol. *1. conſ. 93. num. 7.*

XVIII.

Legis ratione remota lex ipſa correcta intelligitur, *argum. l. adigere 6. §. qvamvis 2. ff. de jur. patron. l. 6. in fin. ff. de verb. ſignific.* Carpzov. *p. 2. conſtit. 8. defin. 16. n. 8.*

XIX.

Lex in remediis concedendis non ſolet eſſe parca & defectuoſa. *l. 1. cum l. ſeqq. l. qvia 11. l. qvoties 21. ff. de præſcr. verb. l. 1. C. de condict. ex leg.* Berous *conſ. 44. in cauſa mota. n. 3. vol. 3.* Pantſchm. *1. qvæſt. pract. 17. n. 132.*

XX.

Non ſolum Lege contineri & approbari dicitur, qvod verbis legis exprimitur, verum illud etiam, qvod ſententia & mente legis per certam rationem indicatur & eruitur, *l. 6. §. 1. d. V. S. l. non poſſunt 12. l. ſcire 17. l. contra 29. l. fraus 30. ff. de Legib.* Si enim ratio legis anima ejus eſt, nec magis lex ſine ratione lex dici poteſt, qvam exanimatum corpus homo, *l. cum mulier 47. ff. ſolut. matrim.* Everhardus à Mittelb. *in loc. à rat. Leg. 1.* Amaya *apolog. pro ſtatuto Collegii major. Conch. pag. 5. n. 10. & 11.* Siqvidem juſta ratio non patitur, ut legis mente & ſententia neglecta nudis atqve adeò aridis inhæreamus verbis. Et cùm in paribus cauſis paria jura deſiderentur. *cap. unic. de allod.* qvid vetat, ut à ſimilibus ad ſimilia progrediantur, *l. neqve leges 10. d. l. non poſſunt 12.*

cum

cum seqq. de Legib. Et quis unqvam à verbis sententiam sejunxit ob penuriam verborum, qvibus singulis singula aptè nominantur, *l. 1. ff. de præscript. verb.* Sæpe plus volumus qvam verbis exprimimus, nec minus voluisse qvàm dixisse præsumitur. *l. ille aut ille 25. §. 1. l. non aliter 69. ff. de legat. 3. l. 3. l. 7. ff. de supell. legat.* sana itaque ratio non patitur, ut à τῷ ῥητῷ διάνοιαν separemus, qvin imò verba sæpe negligenda, ut verũ Legis sensum ac sententiam retineamus, *l. non dubium 5. ibiqve* Bald. *C. de Legib.* quapropter contra Legem facere non solum is dicitur, qvi id facit qvod Lex prohibet, verum etiam, qui in fraudem Legis, salvis ejus verbis, sententiam ejus circumvenit, *l. contra 29. ff. de Legib.* cum id procul dubio faciat, qvod Lex fieri noluit, licet id fieri non prohibuerit, *l. fraus 30. ff. de Legib.* qvod ergo dici solet verbis Legis serviendum esse: nec distingvendum, ubi Lex non distingvit, nec à forma constituta recedendum, nihil ad exaudiendum nihilqve supplendum, *l. constitutionibus 24. ff. ad Municip. Novell. 18. l. 1. de senat.* hoc sine calumnia accipe, ut procedat & verbis & mente & ratione Legis, constitutionis, SCti, Edicti simul cessantibus, *l. cum mulier 47. ff. sol. matr. l. nam ut ait 13. d. l. non possunt. de LL. l. si alii 19. de usufr. legat.*

XXI.

Lex est communis Reipublicæ sponsio. *l. 1. ff. de LL.* qvod intellige, non qvod ipsa Respublica, quæ inanimis & sine voce est, Bart. *in l. civitas ff. de reb. credit.* disertis verbis spondeat, & se Legi respondendo subjiciat, neqve qvod singuli cives ejusdem Reipublicæ omnes ac singuli articulata responsione Legem suffragio vincerent; sed qvod cum tacitè, tum expressè civitas Legem consensu suo aprobat. Qvod ergo Papinian. dicebat, legem esse communem sponsionem, pro eo ex Demosthene dixit τῶτ' ἐστὶ νόμος πόλεως καὶ συνθήκη κοινή, hoc est, communis Reipublicæ consensus, *l. 2. ff. de Legib.* ostendens inter sponsionem & consensum nihil interesse, vid. Gœdd. *ad l. 7. ff. de verb. signif. n. 17.*

XXII.

Lex naturam imitatur §. *minorem Inst. de adopt.* Castr. *in l. si inter. n. 4. ff. de reb. dub.* Volckman. *p. 3. de art. Notar. c. 11.* Ea enim nihil sine colore veritatis fingit, *l. in bello 12. §. facti 2. ff. de captiv. & postlim. reverf.* & colore fingendi ex æqvo & bono destituta veritati qvamvis duræ acqviescit, Gœdd. *ad l. 80. ff. de V. S. n. 5.*

XXIII.

Qvi cum legis textu navigat, securus navigare dicitur: ratio, qvia non amplius dubitationi ullus potest esse locus, sed cessant omnes cavillationes glossarum & advocatorum. Rol. à Valle *1. cons. 25. in pr.* VVes. *p. 3. cons. 108. n. 29. & part. 7. cons. 319. n. 120.* & sanè qvis hic posset calumniis esse locus, cum veritas in textu sit & ratione, opinio tantum in glosis, adeò ut, unum textum mille glosis rectè præferendum esse, rectè moneant Sonsbeck. *de feud. p. 9. n. 103. in fin.* Cothm. *vol. 5. resp. 14. n. 54.* Finckelthus. *observ. 32. n. 10.* Unde non immeritò eorum ridendas ineptias censet Hilliger *26. Donell. Enucl. c. 2. p. 1400.* qvi glossas in re sæpe claris verbis decisa adducunt, qvod cumprimis practicorum qvorundam adscribendum: qvapropter Cont. *2. subs. c. 17.* Pleraqve observari (inqvit) disertis legum verbis & rescriptis definita, qvæ qvia uno in loco vel altero tantum scripta sunt, sæpe fugiunt homines tot pragmaticos & forenses, qui scilicet putidissimos juris interpretes diligentius & freqventius legunt, qvam Jurisconsultorum aut Imperatorum autoritatem aut leges. add. & Vigel. *in rat. leg. jur. contr. p. 8.*

XXIV.

Sine lege loqventi erubescendum esse, Dd. communiter tradunt *per Nov. 18. c. 5. & alia loca à nobis superius notata lib. 5. c. 20.* At si verum amamus, non hoc, sed longè aliud vult Imp. *in d. c. 5.* nempe Imperatoris munus non esse confundendum cum munere Jurisconsulti. Ab hoc desiderandam esse applicationem juris ad facta singula, non ab Imperatore, qvi Legislatoris non Jurisconsulti vicib. fungatur: & citra indignationem aliqvid faciat, si super singulis causis leges ferat. Ita se explicat Imperator *in Novel. 1. proœm. Novell. 61. in præf. Nov. 98. præf. vers. comprehendentes. Novell. 108. præf. Novel. 159. c. 6. ad. d. l. ult. §. 6. C. de Episc. aud. l. pen. §. 1. de adopt.* Et sanè utut sententia hactenus admitti possit, qvod nihil debeamus temerè & absq; lege asserere, *l. 19. C. de collat. l. 5. C. de repud. l. 13. §. 7. de excus. tut.* Carpzov. *part. 2. qvæst. crim. 76. n. 42.* Qvi n. sine lege loqvuntur, nimis altè volant sine pennis, ideoque non mirum si velut Icarus cadant. Cagn. *in l. frater cum fratre. de condict. ind.* Limn. *lib. 1. de Jure publ. c. 14. n. 20.* qvo sensu & hoc dictum suum fecit Luth. qvi sæpius dixisse memoratur: JCtis familiare esse, ut dicant, non licere qvidquam pronunciare, nisi ex præscripto Legis, multo minus debere tolerari, si qvid absqve Scripturæ testimonio dicatur, Sleid. *lib. 1. hist. in An. 1518.* Attamen non decuit silentio prætermittere strues illas ineptarum & otiosarum allegationum, qvas sæpe Dd. memoriæ ostentandæ causa frustra adducunt, cum Leges scire non sit verba tenere sed vim & intellectum, *l. scire 17. ff. de LL. l. 2. §. 1. C. de const. pec. fac. l. 6. §. 1. de verb. signif.*

XXV.

Leges neminem in paupertate vivere aut anxietate mori sinunt, *Novell. 1. in epilog. §. 1.* ita iterum Dd. verbis Justiniani contra ejus mentem abutuntur, unde Chemnit. *in discurs. jur. polit. cap. 5. n. 196. citat.* à Carpzov. *p. 1. const. 1. defin. 9. n. 6.* dictum id non partibus, sed Assessoribus tribuit, eodemque incitamento antiqvi olim Interpretes, ut alacriorem juventutem ad capessenda juris studia redderent, nunqvam re nummaria æstimanda, sed male, impulerunt. Certè si mentem Justiniani introspicimus, ea verba nihil continent, qvàm commendationem Novellæ, quæ ut liceret prohibere Falcidiam in testamento, ut voluntas testatoris per omnia servaretur, additis qvibusdam novis remediis introduxit: tandem ergo subjungit, se non dubitare, qvemlibet facilè novam Legem susceperturum, quæ efficiat, ne qvis pauper (non scilicet habens rerum suarum dum esset perfectum post mortem arbi-

arbitrium) vivat aut anxius (scilicet de ultimis suis elogiis) moriatur. Certè & ipsa hæc regula sæpissimè fallit non tantum in Doctoribus, qvi vel profundiore scientiâ & sedulâ operâ destituuntur, sed optimo cuiqve probitas sæpe sua inopiæ causa. Elegans & memorabile pauperis Jurisconsulti & græcorum discipulorum in persona Sabini, qvem discipuli sustentarunt. Exemplum vid. *in l. 2. §. 47. de O. I.*

XXVI.

Leges Mosaicæ in tempore novi fœderis sunt abrogatæ, vid. Reincking. *de Regim. Eccles. & secul. cap. 2. §. 4. n. 25. & 34.* ubi id probare nititur, sed malè, per dictum Christi, *Lex & Prophetæ usqve ad Johannem, Matth. 11. v. 13. Luc. 16. v. 17.*

Declarationis tamen loco nota, hoc procedere in Legibus ceremonialibus & judicialibus seu forensibus. vid. Besold. *2. polit. cap. 2. §. 4. num. 24. & 34.* nec in foro attendi, ut rectè monet Hilliger. *26. Don. Enucl. 2. lit. E.* usus tamen harum legum non est inanis, qvamvis non observentur vi Legis, muniunt tamen conscientias, Schneidew. *Inst. de Nupt. p. 4. de divort. n. 62.* Bachstad. *de jure connubiali. p. 225.*

Limitatur tamen hæ regula primò, qvatenus hæ leges in novo fœdere repetitæ, vel per Legislatorem civilem approbatæ, Hillig. *d. loc.*

Secundò sine dubio fallit in Lege Morali, ejusqve pœnis, è Philippo Melanchthone Cothman. *in Comment. C. de hæretic. num. 62. de pœnis.* non immeritò tamen dubitat Wesenb. *in paratit. ad Leg. Pompej. de parricid. num. 6.*

XXVII.

Legem rei suæ qvisqve dicere potest, qvam vult, *vide sup. lib. 4. cap. 33. Axiom. 6. per l. in re mandata 31. Cod. mandat.* Thoming. *decis. 14. num. 6. tt. Cod. de pactis inter empt. & vendit. l. si in venditione Commun. præd. l. legem 20. C. de pact.*

XXVIII.

LEX generaliter & simpliciter seu indistinctè loqvens, generaliter est intelligenda, *l. de pretio 8 ff. de publ in rem. act. l. in fraudem 15. § ult ff. de testam. mil. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præst. l. 1. §. qvod autem 3. ff. de aleat. l fin. in fin.* ubi Ang. *C. de dotis promiss. c. solitæ 6. §. fin. de majorit. & obed.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum. reg. 172.* Barthol. Perett. *in extravag. ambitiosæ, de rebus Ecclesiast. non alienand. n. 9. pag. 85.* Pertazol. *in repet. l. si qvis major, C. de transact. n. 213.* Surdus *cons. 271. n. 28.* Valascus *cons. 113. n. 21.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 419. n. 1. & decis. 605. num. 2. in edit. aliàs resolut. 529. n. 2. in 2. edit.* Mari. Anton. *variar. resolut. lib. 3. resolut. 18. n. 3.* Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum part. 1. n. 27.* Sebastian. Medices *de Reg. Jur. reg. 1.* Joh. Mar. Novar. *qvæst. forens. lib. 1. qvæst. 7. sect. 1. n. 4.* Fusar. *de subst. qvæst. 394. n. 56. & 57.* Ubi ampliat, etiamsi sit major ratio in uno, qvàm in alio. [Hinc contrà, qvoties lex specialiter qvid reqvirit, tunc non sufficit in genere fieri. *l. 1. qværes pignori oblig. l. denique 8. l. obligatione 6. de pignor. l. penult. de privileg cred. cap. generali. de Reg. Jur. in 6.* Pantschman. *1. qvæst. pract. 10 num. 142.*] Restringitur tamen, ne qvis ad lucrum indebitè admittatur, vel ne qvis damnum indebite patiatur, secundum Armendar. *in proœm. addit. ad recopil. Legum. Navarræ. num. 76.* Item restringitur ex ratione particulari, *l. cùm pater 77. §. dulcissimis 33. ff. de legat. 3. l. si de certa re 31. C. de transact.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 9. qvæst. 4. n. 19.* Garc. Gironda *de privilegiorum seu exempt. explicat. n 276. & 526.* Et recipit restrictionem de habilitate, *l. ut gradatim 11. §. & si 1. ff. de muner. & honorib.* cum citatis à Bertazol. *in repet. l. si qvis major. num. 216. C. de transact.* [Latè ultra Jason. *ad §. in personam. Instit. de action.* Aretin. *in §. jus civile in 6. colum. 7. de Just. & Jur. fac gloss. in l. hujusmodi ff. de legat. 1.* ubi vult, qvod jura loqventia de cautione, intelligi debeant de valida, ad idem facit *text. in cap. Cumana 50. de Elect. qvem ibi not.* Abbas *in notab. 9.* Sic qvando jura loqvuntur de consuetudine, eam de habili & bona accipiendam esse docet Roch. de Curt. *in tract. de consuetud. n. 23. col. 24.* Unde & statutum dans præmium pro capiendo malefactore de capiente habili intelligit, post gloss. *in d. l. ut gradatim.* Bart. *in l. si tertius. §. fin. de aq. pluv. arcend.* Qvod tamen limitat, nisi fieret favore Reipublicæ, *in l si qvis in gravi. §. utrum. vers. hi qvoqve. per illum text. ff. ad SC. Syllan.* Hoc enim in casu Leges non recipere restrictionem de habilitate personarum, assentiunt Andr. Siculus *in cap. 1. col. 24. n. 160. de constit. & cap. qvæ in Ecclesiarum. num. 5. end. tit.* Baldus Novell. *in tract. dot. part. 16. privileg. 48.* Baldus *in l. cum mulier. col. 5. ff. solut. matrim.* Ludovicus Gomez. *ad. d. l. si qvis in gravi. §. utrum. ad Sc. Syllan. & ad §. in personam. Inst. de action. n. 23.*] debet enim lex esse æqva & sancta, *l. nam & Demosthenes. 2. ff. de legib. cap. erit autem lex. 4. distinct.* Johan. Anton. Mangil. *de imput. qvæst. 50. num. 17. & 18.* & qvæ æqva & sancta non est, nulla est. Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 1.* Anton. Sola *ad decreta Sabaudiæ in proœm. gloss. 2. n. 27.* Turamini *de legib. part. 3. cap. 6. n. 24.* Morla *in emporio jur. tit. de legib. in prælud. à num. 42.* [Unde est, qvod extra Leges non liceat casum excipe-

re & restringere indefinitè loqventem, *l. de pretio. 8. de public. action.* Nobelkræ. *decis. 10. pag. 141.*]

XXIX.

LEX ubi non distinguit, nec nos distingvere debemus, *l. non distingvemus 32. ff. de recept. arbitr. l. Præses 3. ff. de officio Præsid. l. 2. §. convenire 1. ff. de judic. l. qvos prohibet 7. ff. de postulando l. 1. §. generaliter 1.* ubi glossa *verb. in infinitum. ff. de legat. præst. l. qvamvis 11. ff. de in jus vocando. l. si servum 71. §. non dixit. 5. ff. de acqvirend. hered. l. 1. § qvod autem 3.* & *ibi* gloss. *vers. simpliciter. ff. de aleatorib. l. unic. C. qvi pro sua jurisdict. l. illam 19. C. de collationib.* [*l. 4.* ibi: *oratio nullam causam aut personam excipit. Si qvis ingen. esse dicatur. ibiqve Cujacius*] *cap. Noli 9. 9. distinct. cap. consuluisti 29. qvæst. 5. c. solit. & 6. de major. & obed. cap. qvia circa 22. de privileg. Clem. ult. de rescript.* Exornant Jason. *in l. non dubium. n. 38. Cod. de Legibus.* Gam. Lusit. *decis. 105. n. 2.* Thomas de Thomasset. *in floribus Legum, reg. 300.* Bertazol. *in repet. l. si qvis major. n. 354. C. de transact.* Surdus *consil. 51. num. 7. & consil. 182. num. 15. & cons. 301. num. 50. & cons. 308. num. 3. & cons. 340. num. 2. & decis. 195. n. 4.* Escob. *de ratiocin. cap. 18. num. 42.* Flamin. Paris. *de resignat. beneficior. lib. 12. qvæst. 5. num. 22.* Cardinalis Tuschus *pract. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 508.* Joseph. Altrede *de Religiosa disciplina tuenda. lib. 2. cap. 28. num. 11.* Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum. part. 1. num. 27.* Monet. *de distribut. qvotid. part. 2. qvæst. num. 37.* Bellet. *disqvisit. clerical. par. 1. tit. de bonis clericorum. §. 1. num. 19. in fin.* Franciscus Anton. à Souza *in relect. de censuris Bullæ Cœnæ, cap. 2. disput. 8. num. 1.* Cæs. Argel. *de contradict. legit. qvæst. 20. n. 14.* ubi *num. 24.* declarat, si nullo modo dicat, nec virtualiter, nec realiter, secus si saltem virtualiter, Armendar. *in proœm. addit. ad recopil. Legum Navarræ, num. 27.* Ubi limitat, cùm alia lex distinguit, vel cùm ratio ex illa, vel ex legibus desumpta id facit; nam lex una indistinctè loqvens per aliam distinguitur & limitatur, *l. sciendum. 15. ff. qvi satisd. cog. l. qvamvis 11. ff. de in jus voc. auth. offeratur. Cod. de litis contest. l. filius-familias 9. ff. de action. & obligation. l. 1. ad Macedon. l. jurisgentium 7. §. si paciscar. 14. ff. de pactis, juncta l. transigere 18.* & ibi glossa magna *in fin. C. de transactionibus.* Bellet. *d. tit. de bonis Clericorum. §. 1. n. 20.* & una aliam supplet, *l. non est novum. cum legib. seqq. ff. de Legib.* Menochius *cons. 150. n. 44.* Vincent. de Franch. *decis. 435. num. 24.* Nicol. Intrigl. *decis. 15. n. 36. & 37.* [Bartolus *in l. non dubium. C. de Legib.* Hartman. Pistor. *1. qvæst. 38. n. 29.* Carpzovius. *p. 2. const. 46. defin. 8. num. 17.* [Lex si voluisset, expressisset, *l. unic. §. sin autem ad deficientis. C. de caduc. tollend. l. si servum 71. §. non dixit. 5. ff. de acqvir. hered. cap. ad audientiam 12. de decim. cap. 2. de translat. Prælat.* exornant Tiraq. *in l. unqvam. verb. libertis. num. 3. C. de revocand. donat.* Menoch. *cons. 1. num. 178. & cons. 140. num. 4.* Surdus *decis. 88. num. 4. & decis. 322. num. 22. & cons. 245. n. 45.* Gutier. *tract. lib. 3. qvæst. 22. num. 7.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 9. §. 1 n. 33 gloss. 42. num. 11.* Cardos. *in praxi Judicum, & Advocat. verb. Lex numer. 28.* Cardinalis Tuschus *practicar. conclus. tom. 8. tit. V. conclus. 89. num. 5.* Mari. Anton. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 1. num. 10.* Lex enim id noluisse præsumitur, cùm facile id exprimere potuisset, neqve expressit, Menoch. *cons. 30. n. 8.* Armendar. *in proœm. addit. ad recopil. legum Navarræ, num. 150.* qvia qvod lex non dicit, non est ab homine præsumendum, *l. dissentientis. 5. C. de repud. cap. illa. ne sede vacan.* Surd. *cons. 219. n. 21.* [Neqve nos etiam dicere debemus. *l. si servum. 71. §. non dixit. 5. ff. de acqvirend. hered. l. 2. §. 1. de judic. l. 20. §. ult. de Evict. cap. inter. 2. de translat. Episc.* Hartman. Pistor. *1. qvæst. 15. numer. 19.* non enim sufficit qvem sic voluisse, nisi & de hoc fiat dispositio. *l. qvidam cum filium. 46.* ubi Bart. & Imol. *de hered. instit.* cum propositum in mente retentum nihil operetur. *l. si repetendi. 7. C. de condict. ob caus.* Dec. *cons. 696. num. 18.* Socin. jun. *cons. 4. num. 15. vol. 3.* Bald. *in jurisgentium. §. pactorum. ff. de pact.* Pantschman. *1. qvæst. pract. 23. num. 7.*]

XXX.

LEGIS verba cui non conveniunt, non convenit ejus dispositio. *l. 4. §. toties. 6.* ubi Paul. *ff. de damno infecto. l. qvod constitutum. 21. ff. de testam. milit. l. ita autem. 5. in princ.* & ibi Bart. *ff. de administr. tutor. l. hos accusare. 12. §. omnibus. 4. ff. de accusat. l. 1. §. loqvitur. 5. ff. de aqva qvotid. l. si ancillas omnes. 63. ff. de legat. 1. l. adigere. 6. §. qvamvis. 2. ff. de jure patron. l. 2. C. communia de legat. cap. indemnitatibus. 4. §. sed cum eas, de elect. lib. 6.* Exornant Hippol. *cons. 25. numer. 10. & consil. 40. num. 12.* Tiraq. *in l. si unqvam. verb. libertis.*

libertis. numer. 2. C. de revocand. donat. Brunor. à Sole *in locis communib. verb. dispositio. 14.* Surd. *decis. 122. num. 13. & consil. 152. num. 38. & cons. 174. num. 8. & cons. 179. num. 38.* Gutier. *practic. lib. 3. qvæst. 17. num. 227. & cons. 1. num. 8. & cons. 21. num. 1. cum seqq.* Escob. *de ratiocin. cap. 28. num. 27.* Gonzal. *ad reg. Cancell. glossa 5. num. 24. & glossa 45. §. 1. num. 51.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 518. num. 6. in 1. edit. & resolut. 445. num. 6. in 2. edit.* Ugolin. *de officio, & potest. Episcopi cap. 57. §. 2. num. 6.* Antonin. Menoch. *Lucen. decis. 13. num. 23.* Mari. Anton. *var. resolution. lib. 3. resol. 9. num. 4.* Rot. *decis. 637. num. 7.* apud Farin. *part. 1. recent.* Statil. Pacif. *de Salviano interd. insp. 3. cap. 1. num. 7.* Mangil. *de imput. qvæst. 77. num. 71.*

XXXI.

LEGIS ratione cessante, cessat qvoqve ejus dispositio. *l. in omni. 13.* ubi Bart. *ff. de adoption. l. qvod dictum. 32. ff. de pactis. l. fin. ff. ad Syllan. l. si maritus. 15. §. præscriptiones 7. ad l. Jul. de adulter. l. adigere. 6. §. qvamvis. 2. ff. de jure patron. c. & si Christus. 26. de jure jur. §. ult. Inst. de bon. addict.* Everhard. *in Topicis legalib. loco 85.* Tiraq. *in tract. Cessante causa, part. 1 num. 11.* Bertazol. *in repet. l. si qvis major. n. 263. C. de transact.* Surd. *cons. 375. num. 24.* Mari. Antonin. *var. resolution. lib. 2. resol. 32. n. 8.* Pichard. *ad princip. Instit. de milit. testam. num. 4. ad princ. Instit. de l. Falcid. num. 28. & ad princ. Inst. de eo, cui libertatis causa bona addicuntur. num. 41. & 42.* ubi qvod cessante ratione legis negativè, & contrariè cessat lex. Robles *de repræs. lib. 2. cap. 6. n. 12.* ubi qvòd ratione finali legis cessante non cessat lex qvando tractatur de lucro captando, sive qværendo, *& lib. 1. cap. 12. n. 52.* dicit, qvòd una ratione legis ex omnibus cessantibus, non cessat legis dispositio, latè disputat Anguian. *de legibus, libr. 1. contr. 3.* Limita, si plures sint rationes legis, qvia una cessante, non cessat lex. §. *affinitatis 6. Institut. de nupt. l. liberorum. 11. §. 1. ff. de his qvi not. infam.* Tiraqvell. *in tractat. Cessante causa limit. 22. numer. 11.* Mexia *in tract. taxæ panis, conclus. 2. num. 34.* Camill. Gallin. *de verb. signif. lib. 10. cap. 7. numer. 16.* Valasc. *cons. 60. num. 6.* Mari. Giurba *in consuet. Messan. cap. 1. glossa 1. num. 13. part. 1.* nisi plures causæ collectivè exprimantur in lege, qvia una cessante cessat lex ipsa, *cap. ex parte, de resc. c. qvoniam frequenter. 5. §. porrò, ut lite non contest.* Osasch. *decis. 165. num. 5.* Tiraq. *d. limit. 22. num. 12.* Decian. *cons. 49. numer. 11. vol. 5.* Cavalcan. *de tut. num. 260.* Valasc. *cons. 149. num. 12.* D. Barbos. *in l. 1. part. 1. num. 83. ff. solut. matrim.* Giurb. *d. cap. 1. glossa 1. n. 12.* Farin. *1. cons. crim. cons. 85. n. 87.* Wesenbec. *cons. 239. p. 1293. num. 21. vers. Nihil igitur.* Sic effert: Lex cessat ubi ejus ratio deficit.

XXXII.

LEGIS casus ubi est, cessat omnis disputatio, *glossa ult. in l. ancillæ. 12. C. de furtis.* Dec. *cons. 452. in fine.* Cravett. *cons. 273. num. 7.* Becc. *cons. 14. num. 28. & cons. 112. in fin. vol. 1.* Surd. *consil. 53. num. 6. & cons. 58. num. 3.* Magon. *Lucen. decis. 12. num. 18.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 9. in princ. num. 2.* Mar. Ant. *var. resolut. lib. 1. resol. 46. num. 1. & lib. 2. resol. 51. num. 5.* Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib. 3. cap. 15. n. 9.* Joseph. Sesse *Arragoniæ decis. 153. numer. 25.* Octav. Glorit. *resp. 1. p. 1. num. 135. vers. nec in casu.* Cardinal. Tusch. *lit. L. conclus. 262. num. 4. vid. infra lib. 18. cap. 16. ax. 1.* [maximè ubi casus Legis aliqva ratione fulcitur. Phil. Port. *cons. 55. num. 22.* Corn. *cons. 136. num. 3.* Zas. *cons. 14. num. 97. lib. 1.* Regn. Sixtin. *1. cons. Marpurg. 13. n. 34.*]

XXXIII.

Qvod LEGE non cavetur in practica non habetur. Bald. *in c. nihil circa finem, de Elect.* Ludov. Rodolph. *var. qvæst. lib. 2. qvæst. 42. num. 39.* [Per text. *in l. 64. §. 9. ibi de socero nihil in l. scriptum est. Solut. matr.* Hartman. Pistor. *2. qvæst. 13. num. 36. f.* Everhard. *in loc. à Lege cessante.* Jason. *in l. illam. 19. n. 8. C. de collat.* Carpz. *part. 1. constit. 4. defin. 2. num. 4.* Unde est qvod absqve lege nihil asseverandum. *l. 5. ibi nulla juris constitutio. C. de repud. Novell. 18. cap. 11. cap. is qvi in Ecclesia. 18. in fin. pr. extr. de sent. excomm. in 6.* Hart. Pistor. *2. qvæst. 1. n. 100. & qvæst. 13. n. 35.* Carpz. *1. qvæst. crim. 7. n. 11. & seqq. & decis. 80. num. 4.* ubi hunc locum Barbosæ allegat & illustrat. Et qvod Lex non credit, nec nos credere debemus. Cotta *in memorabil. verb. heres.* Cujac. *in l. 59. de O. & A.* Sed casum à Lege specialiter non expressum potius pro omisso habere. *l. 64. §. de viro. ff. solut. matrim. l. 10. de liber. & posth. l. 19. C. de collat.* Tiraq. *de pœn. temp. 2. §. 61.* Mynsi. *ad c. 2. num. 31. de probat.*]

XXXIV.

LEGE permittente qvod fit, dicitur justè, & bene fieri, *l. qvid sit fugitivus. 17. §. apud Labeonem. 12.* ibi: *qvia id facit qvòd publicè facere licere arbitratur. ff. de ædil.*

edicto, l. 7. ff. de ll. c. qvid dicam. 11. 14. q. 4. Pichard. *ad rubr. inſtit. de inoffic. teſtam. num. 9.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Eccleſiaſt. qvæſt. 46. num. 4.* [nec pœnam meretur. *l. 4. C. ad adulter. l. ult. qvod qvisq; jur.* Ludov. Gomez. *ad §. item ſi qvis Inſtit. de action. num. 40.* Hippol. de Marſil. *in l. patre. & l. idcirco. ff. de qvæſt.* Felin. *in c. ſciverunt. 1. de ſentent. excomm.* nec injuriam continet. *l injuriarum. 13. in pr. qvod Reipubl. 33. ff. de injur. l. nullus. 56. l. nemo. 194. de R. I.* Schurff. *conſ. 32. pro fundanda. num. 4. cent. 1.* Wenſenb. *1. conſ. 33. n 52.*

XXXV.

LEGEM qværere ubi eſt ratio naturalis, eſt infirmitas intellectus, Philoſoph. *lib. 8. Phyſ. cap. 3.* Surd. *de aliment. tit. 1. qvæſt. 28. num. 9. & q. 44. num. 12. & qvæſt. 45. n. 58.* Qvia naturalis ratio vim & robur legis habet. *l. cum ratio. 7. ff. de bonis damnat. l. ſcire oportet. 13. §. ſufficit. 6. ff. de excuſat. tutor.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. c. 1. num. 7.* & allegari poteſt pro lege. Surd. *d. qvæſt. 28. n. 7.* [nec unqvam ſcribentis auctoritas tanta eſſe exiſtimatur, ut rationes juris præcellat, ſecundùm Senecam relatum à Fulgoſ. *in l. pen. de condict. indeb.* Cravett. *de antiq. tempor. p. 3. n. 7.* Pantſchman. *2. q. 16. n. 40.*

XXXVI.

LEGES nihil fruſtra faciunt. Jaſon. *in l. ait Prætor. num. 1. ff. de jurejur.* Cæſ. Argel. *de contradict. legitimo. qvæſt. 2. n. 200. & q. 13. n. 48. & qvæſt. 18. n. 18.* Armendar. *in proœm. addit. ad recopil. legum Navarræ, n. 50.* Marilian. *deciſ. 47. n. 9.* Turamin. *de legib. part. 2. cap. 21. à num. 19.* Mari. Giurba *ad conſuet. Meſſ. cap. 2. gloſſ. 1. n. 8. & cap. 3 gloſſ. 12. n. 17.* Lex enim non debet habere unam ſyllabam ſuperfluam, & vacuam, gloſſ. *verb. tanqvam in cap. ſolitæ de majorit. & obed.* Mandoſ. *in reg. 9. Cancell. qvæſt. 4. n. 4.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 22. n. 5.* qvia omnia ſuperflua ſunt reprobata. *l. 1. §. qvibus. C. de novo C. fac. l. fin. C. qvi admitti. Clem. exivi. §. qvamvis.* ubi Cardin. *n. 220. de verb. ſignific.* Gonzal. *ubi ſupra gloſſ. 13. num. 72.*

XXXVII.

LEGIS mens magis eſt attendenda qvam verba. *l. ſcire leges. 17. ff. de legib. l. non aliter. 69. ff. de legat. 3. l. nominis & rei 6. §. verbum ex legib. 1. ff. de verb. ſignific.* Surd. *deciſ. 35. numer. 14.* Marc. Ant. Genuenſ. *in practicab. Eccleſiaſt. qvæſt. 144. num. 3.* Ferrer. *in Conſtit. Cataloniæ. gloſſ. 4. num. 66.* & ratio generalis legis reſtringitur ex mente legis, Surd. *deciſ. 9. n. 13.* Armend. *in proœm. ad recopilat. legum Navarræ. n. 131.* [non enim qvid dixerit, ſed qvid intellexerit Legislator, advertendum eſt. arg. *l. in conditionibus. 19. ff. de cond. & demonſtr. l. 3. § conditio. ff. de adim. leg.* Carpzov. *part. 3. conſtit. 3. definit. 16. num. 12.*

XXXVIII.

LEX non eſt poſita verbis, ſed rebus. *l 2. in fine. C. communia de legat. l. fin. de uſuris. 4. cap. ſecundo reqviris. 41. de appellat.* [*cap. commiſſa. 34. ubi gloſſ. de Elect. in 6. cap. 2. extr. locat.* Salicet. *in l. 1. C. de Jur. Emph.* Pantſchman. *1. qvæſt. 17. n. 23.* Petr. de Ancharan. *in cap. propter ſterilitatem extr. locat.* Carpz. *p. 3. conſtit. 38. defin. 5. n. 6.*] Surd. *de aliment. tit. 9. qvæſt. 21. n. 20.* Abb. *conſ. 93. in qvæſtione. col. 2. circa med. verſ. ad idem facit. lib. 2.* Roman. *conſ. 428. in terminis, num. 12.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 156. n. 17.* Ferrer. *in conſtit. Cataloniæ. gloſſ. 5. n. 160.* Sigiſm. Scacc. *de appellat. qvæſt. 17. limit. 10. num. 14.* Cardinalis Tuſch. *tom. 2. lit. L. concl. 272. per totam.* Armendar. *in proœm. addit. ad recopil. legum Navarræ. num. 104.* [Gail. *lib. 1. obſ. 91. num. 17.*]

XXXIX.

LEX, qvantumcunqve dura, eſt ſervanda, *l. proſpexit. 12. §. 1. ff. qvi & à qvibus. l. 10. C. de LL.* Roland. à Valle *conſ. 99. n. 47. lib. 2.* Cravett. *conſ. 46. n. 2.* Armendar. *ubi ſupra num. 152.* Ægid. Bellam. *conſil. n. 3.* ubi intelligit, qvando eſt certa, & ſine dubio, Franc. Becc. *conſil. 51. num. 18. & ſeqq.* ubi ait procedere, qvando eſt in ſpecie ſuper certo caſu, ſubditqve, illam *l. proſpexit.* turbare multos Doctores, ut ad caſum iniqvum non admittant illam, Cardinal. Tuſch. *d. tom. 5. lit. L. concluſ. 262. per totam.* Sigiſm. Scacc. *de appellat. qvæſt. 17. limit. 48. numer. 11.* Ambroſin. *Peruſ. deciſ. 3. num. 20.* [ſed hâc ultimâ viſione non opus, laborent enim ipſi Legumlatores, ne lex nimis dura videatur. Nov. *44. cap. 1. §. 4.*]

XL.

LEGIS auxilium fruſtra invocat, qvi committit in legem, *vid. ſup. Beneficium legis & lib. 6. cap. 27. ax. 7. l. auxilium 37. §. 1. verſ. in delictis. ff. de minorib. l. ſancimus. 15. C. de judic. cap. bonæ. 33. de elect. cap. ult. de immunit. Eccleſ. cap. contingit. 45. cap. in audientia. 25. de ſentent. excom. cap. qvia fruſtra. 14. de uſuris.* Petr. de Anch. *conſ. 37. Contra Joannem. num. 4. & 5.*

Bertazol.

Bertazol. *in repet. l. si qvis major. num. 276. & 646. C. de transactionib.* Surd. *cons. 37. n. 3.* Cardin. Tusch. *tom. 2. lit. C. conclus. 954. & tom. 5. lit. L. concl. 270.* Acac. Anton. *in comment. ad l. Titio centum. 71 n. 47. ff. de condit. & dem.* Franc. Leo *in Thesauro fori Ecclesiast. part. 1. cap. 11. n. 3. & part. 2. cap. 3. n. 8.* Sigism. Scacc. *de appellat. qvæst. 5. n. 74.* Aloys. Ricc *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 291. n. 2. in 1. edit. aliàs resol. 250. in 2. edition.* Bellet. *disqvisit. clerical. part. 1. titul. de disciplin. clericali. §. 16. n. 9.*

Amplia, qvod non tantum procedat in delinqvente contra Legem, sed etiam in eo qvi legem contemnit: contemnens enim vicissim à lege deseritur §. *5. in fin. Institut. de hered. qvalit. & diff. l. 2. C. qvand. & qvibus pars. qvart. deb. Nov. 82. cap. 11.*

Declara & limita primo, qvod tum hæc regula locum inveniat, si circa idem qvis in legem committat. Innocent. *in cap. intelleximus. n. 4. vers. dicente. extr. de jurejur.* Pacian. *1. de probat. cap. 59. n. 7.* secus vero sit, si lex & delictum circa diversa facta versentur. Alex. *in l. viro & uxore in fin ff. solut. matr.* Dec. *in l. cum proponas. 21. n. 6. in fin. C de pact.* Socin. sen. *cons 59. col. 2. in pr. lib. 1.* Menoch. *de recuper. poss. remed. 9. n. 169.* Hinc actio etiam prædoni datur. *l. 64. de judic.*

Limita secundo, qvod fallat qvoties post emendationem nominatim aliqvod beneficium reservat, ut *in l. 18. §. unic. si qvis omiss. caus. test. junct. l. 2. §. 2. ad L. Falcid.*

XLI.

LEX non extenditur ad præterita, sed trahitur ad futura. *l. leges 7. C. legib. auth. de nuptiis. in princ. §. duo igitur. circa fin. collat. 4. Nov. 23. & in §. fin. in auth. de hæredib. ab intest. collat. 9. c. cognoscentes. cap. ult. de constitut.* Exornant Tiraq. *in præfat. retract. lig. à n. 18. & de jure primo. qvæst. 45. n. 17.* Covar. *lib. 3. var. cap. 13. n. 4.* Nav. *in cap. cum contingat, de rescript. except. 14.* Sebast. Medices *in tract. de legib. p. 4. qvæst. 35.* Garc. *reg. 295.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 185. num. 1. & n. 26.* Natt. *cons. 66. num 3.* Bursat. *cons. 214. num. 21. cum seqq. vol. 2.* Lancel. Conrad. *in templo omnium judic. lib. 1. cap. 1. §. 4. verb. legem generalem solus condit. num. 7.* Mandos. *in reg. 9. reservat qvæst. 3.* Caballin. *milleloq. 607.* Burg. de Pace *l. 3. Tauri. n. 37.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. lex 13. & verb. Statutum. 63.* Perez. *l. 10. gloss 1. col. 2. ante finem. tit. 1. lib. 3. Ordinam.* Anastas. Germon. *animadvers. l. 1. c. 2.* Azeved. *l. 6. tit. 1. lib. 2. novæ Recopil. pag. mihi 157.* Marien. *l. 3. gloss. 16. tit. 10. lib. 5. ejusdem novæ Recopil.* Morl. *in emporio Juris. part. 1. tit. 1. qvæst. 6. per totam.* Castil. *l. 48. Tauri. gloss. de aqvi adelante.* Fr. Emman. *qvæst. Regul. tom. 1. qvæst. 6. art. 17.* Azor. *Institut. moral. p. 1. lib. 5. cap. 16. qvæst. 13.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verb. lex. n. 13.* Flamin. Paris. *de confident. qvæst. 12. num. 2.* Ferrer. *in Constit. Cataloniæ. gloss. 4. numer. 28.* Armendar. *in proœm. addit. ad Recopil. legum Navarræ. numer. 26.* Bern. Grævæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib. 2. conclus. 9 numer. 4.* D. Christoph. de Pace *in scholast. ad leges styli. l. 200. in 1.* Farin. *in praxi crimin. p. 4. decis. 10. num. 15. in fine.* & latè *fragment. crim. p. 2. verb. Lex. num. 25. cum multis seqq.* ubi multipliciter ampliat & limitat. Soar. *de legib. lib. 3. cap. 14.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. L. concl. 264. num. 1. & à n. 6.* [Gœdd. *ad l. aliud fraus est, 131. ff. de verb. signif. numer. 7.* Ratio, qvia licet Lex sui respectu tam in præteritis, qvam in futuris causis locum habere possit, non tamen obtinebit respectu hominum, jus enim neminem obligat nisi scientem, *l. 9. C. de LL.* & in leges committentem. *l. contra legem. 29. ff. cod.* siqvidem nemo contrahentium futurorum scientiam habere, Bartol. *in l. omnes. ff. de just. & jur. numer. 139.* Anton. de Butr. *cap. fin. numer. 15. de constit.* Gail. *lib. 2. obs. 9. num. 3.* Bald. *in l. Leges. C. de LL.* Farin. *1. cons. crim. 95. num. 16.* nec ante legem ullus divinare potest, fore ut hoc vel illud perhibeatur aliqvando, neqve etiam post legem revocari potest id qvod factum est. Unde & Cicero *lib. 3. in Verrem* illa edicta impugnavit, qvibus ejus rei fraus aut periculum proponitur, qvod neqve post edictum, nec ante illud provideri potuit. Obrecht. *ad l. 7. C. de LL.* qvare si qvid in futurum simpliciter vetat, in præteritum qvidem indulgere videtur, at præsentem casum jam jam progredientem, nisi eum expresè etiam excipiat, prohibuisse & complecti voluisse creditur. *l. contractus. 17. l. comparationes. 20. l. cum qvadam. 21. de fide instr. l. mulier 5. C. de sponsal. l. si à sponso 16. C. de donat. ante nupt. l. in conjunctione. 20. l. Imperialis. 23. per tot. C. de nupt. l. hac edictali. 6. C. de secund. nupt.* Gœdd. *ad l. 8. de V. S. num. 5.* qvod tamen ita intellige, ut lex non trahatur ad præterita jam decisa, putà per sententiam, rem judicatam, transactionem, juramentum, solutionem, qvie-

tantiam, præscriptionem, & similia, etiam qvod in eadem lege nominatim, & expresè fiat mentio de præteritis, *l. causas 16. C. de transact.* Bart. *in l. omnes populi. num. 41. vers. distingve.* ubi Cott. *num. 9. 137. ff. de just. & jure.* Abb. *in cap. fin. num. 9.* & Felin. *numer. 3. vers. hanc fallentiam, de constitut.* Capra. *reg. 6. n. 3.* Alex. *cons. 199. num. 4. vers. secundo respondeo. lib. 6.* Card. Tusch. *d. tom. 5. lit. L. concl. 264. num. 63. cum seqq. & conclus. 265. num. 13. cum seqq.* Alderan. Mascard. *de generali statutorum interpret. conclus. 13. num. 16. cum seqq.* Farin. *fragm. crim. p. 2. lit. L. n. 44. cum seqq.* ubi ampliat duobus modis, & limitat tribus. Gail. *2. obs. 9. n. 3.*

Limita primo, qvod lex antiqvi juris declaratoria trahatur non solùm ad futura, sed etiam ad præterita, *auth. de filiis ante dotalia instrumenta notis Nov. 19. auth. de rapt. mulier. Nov. 43. ibi tanqvam si lex nostra ab initio cum tali interpretatione promulgata fuisset.* Abb. *in d. c. fin. n. 8.* & ibi Felin. *n. vers. fallit secundo.* Cald. Pereira *de potest. eligendi. cap. 11. num. 30.* Rot. *decis. 142. num. 2. p. 2. divers.* Morl. *in emporio Juris p. 1. tit. 1. qvæst. 6. num. 11. cum seqq.* Cardin. Tusch. *d. lit. L. conclus. 264. n. 45. & 51. & conclus. 265. n. 4.* Armendar. *ubi supra num. 45.* Alderan. Mascard. *d. conclus. 13. numer. 41.* Ribadeneira *in libro pro defensione Societatis Jesu, cap. 15.* Christoph. de Pace *in scholiis ad leges stylis. l. 200. num. 2. & 29. vers. oritur.* latè Farin. *d. lit. l. num. 51. cum seqq.* ubi *num. 52.* limitat, qvando uteretur aliqvo verbo importante promulgationem novi Juris, *& n. 53.* qvando in eadem lege adderetur aliqvid Juri antiqvo, ut puta si imponatur nova pœna, *& num. 54.* qvando in eadem lege adesset aliqvod verbum respiciens futurum, ut puta *de cætero, in futurum, deinceps,* & similia.

Limita secundo, lex annullet actum ex causa *cap. ult. vers. si vero aliqvid junct. vers. omnia. Nov. 120. l. ult. C. de pact. l pen. C. de incest. nupt.* Farin. *p. 2. fragm. in verb. lex. n. 34.*

Limita tertio, si lex disponat super actu successivo habente plures partes. Talis actus est ordinatio litis, ideo qve lex disponens de litis ordinatione locum habet in omnibus futuris litibus, qvanqvam eæ sint super negotiis præteritis. *l. 2. pr. & §. penult. C. de juram. Calum.* Mascard. *de gener. statut. interpretat. conclus. 13. num. 49.*]

XLII.

LEGEM superioris non potest tollere inferior. Dixi *supra lib. IX. cap. 51. ax. 3.*

XLIII.

LEGES non solent qvem duplici onere gravare. Dicam *infra lib. XIII. cap. Onus.*

XLIV.

LEGIBUS non exemplis est judicandum. Dixi *supra lib. V. cap. 28. axiom. 9.*

XLV.

LEGUM correctio est vitanda. Dixi *supra lib. III. cap. 69. ax. 9.*

XLVI.

LEX mitiùs agit, qvam homo minister legis, *l. Celsus. 23. ff. de arbitr.* Federic. *consil. 2. in princ. vers. & qvia mitiùs,* ubi qvod propterea sententia hominis debet operari idem, qvod sententia Juris, qvæ mitior esse debet. Anchar. *cons. 182. Thema est, n. 4.* ubi qvod Judex lege clementior esse non potest. Roman. *cons. 429. n. 3.* ubi ait, qvod regula est, qvod judex non sit clementior lege. Cardinal. Tusch. *pract. conclus. tom. 5. lit. M. concl. 292. per totam.* Pichard. *in disput. de mora. n. 92.* Farinac. *in praxi crim. qvæst. 20. n. 60. & 61.* Joan. Maria Novar. *qvæst. forens. lib. 1. qvæst. 152. n. 7.* [imò non solum cum lege, sed etiam cum Deo mitius agi qvam cum homine, *ex gloss. in l. si qvis rem. §. voto. ff. de pollicit.* affirmat Jas. *in l. generaliter in pr. de V. O.* Qvi enim legem offendit committere contra unum, sed offendentem ministrum Legis offendere duos videlicet legem & hominem dixerunt Domini de Rota *decis. 19. incip. nota qvod non admittitur. tit. de sentent. excom.* atqve ita magis contemnere videtur, qvi contra duos, qvam qvi adversus unum peccat. *arg. l. 3. C. de Episc. aud.* Declarat hoc Bald. *in cap. sicut de habitat. Cleric. & mulier.* qvod respectu annullationis actus durius agatur cum lege, sed ratione contemptus pœnæ durius cum ministro legis, cum viva majestas vel viva auctoritas ei non debeat esse ludibrio, *d. l. Celsus.* ubi tamen intelligit regulariter, secus in casibus exceptis. Vid. qvæ tradit Andr. Sicul. *in c. si diligenti in 27. col. num. 120. de for. compet.* Johan. de Monteferrat. *in repet. l. 2. §. Cato. col. 3. de V. O.* Felin. *in c. significaverunt. col. ult. vers. in qvo considera de except.* Ludov. Gomez *ad §. item si qvis. Inst. de act. num. 6. cum multis allegatis ibid.*

CAP.

CAP. XIV.

Legum mutatio, add. sup. lib. III. cap. correctio.

Legem aliqvando mutari non est absurdum, *c. 8. extr. de consang. & affin. Nov. 78.* Eleganter hanc regulam declarat & explicat Justinianus *in Nov. 97. præfat.* qvod nempe ea qvæ semper idem manent (ut sunt res divinæ juris naturalis & gentium primævi, §. *sed naturalia. Inst. de J. N. G. & C.*) nulla indigeant mutatione, secus sit in iis, qvæ velut in tumultu actionum humanarum collocatæ & ipsæ mutantur & diversas expostulant constitutiones. Præter hanc autem Imperatoriam & Authenticam explicationem & qvoad legislationem civilem notandum, mutari in tantum, mutari non debere in totum. Hic enim verè obtinet regula illa Laviana *lib. 4. histor. Nihil ex antiqvo motum probabile est add. l. pen. pr. de in integr. rest. l. 53. de ll. l. 183. de Reg. Jur.* Hillig. *1. comm. 12. in fin. l. 2. ubi* Corasius & Bachovius *de Constit. Principum.*

CAP. XV.

Levia.

Axioma I.

Levia pertractare aliqvando non est inconveniens. Ludov. Gomez. *ad §. sed iste. Instit. de act.* Nam ut inqvit Anton. de Butr. *cap. 3. col. 2. de vit. & honest. Cleric.* sæpius de his interrogari, minus est verecundum, nescire responsum. Qvin imò per hæc levia juvenum ingenia sæpe excitantur, ac solent interdum facilius plurimorum animos movere, qvam ea qvæ pensatè & utiliter dicuntur, ut ait in notabili casu Barth. Veron. *in tr. Cautel. caut. 67. incip. sunt multi post* Anton. de Butr. *in cag. per tuis qvi fil. sint legit.* siqvidem bonarum artium disciplinæ non tam utendi causa, qvàm propter ea qvæ singulariter enumerantur addiscuntur, *c. legimus. 9. 37. distinct.* ac etiam ut otium propulsetur, ut loqvitur *text. in cap. nunqvam. 33. de consecrat. dist. 5.*

II.

Leviora & humiliora negotia minori solennitate tractanda. Fundamentum hujus regulæ est *in l. ult. C. de Pedan. jud. junct. Novell. 82. cap. 5.* Unde patet leviores causas non tantum inferioribus judiciis & pedaneis committi, sed nec opus esse solenni causæ cognitione, aut desiderari formam ordinarii processus, sed sub schemate annotationis rectè expediri: Ratio consistit in utilitate publica & celeritate expediendarum litium. *d. Nov. 82. cap. 5.* ibi: *sic enim velocius lites judicabuntur, & circulis cognitionalibus ac temporis contritione omnes litigantes liberabuntur.*

Amplia, dictum axioma procedere non tantum in civilibus, sed etiam in criminalibus. Leviora enim crimina de plano rectè possunt expediri, *l. 6. de accusat.*

Limitationis tamen loco nota, qvod in leviori bus ita leviter procedi neqveat, ut veritas ita occultetur, per ea, qvæ tradit Clem. *sæpe contingit de V. S.*

CAP. XVI.

De levis notæ macula.

vid. Infamia.

Axioma I.

Cum infamia aliqvam affinitatem habet levis notæ macula *l. 27. C. de inoff. testam.* qvæ ob sordidum vitæ genus vel ob aliam causam imputatur, ita ut qvis inter personales viles numeretur, ut spurii & alii illegitimi, Heig. *p. 1. q. 21. num. 58.* Carpz. *P. 3. C. 10. def. 10.* carnifices, excoriatores, & qvibusdam in locis lictores Carpz. *P. 1. d. 18. num. 12.* Richt. *p. 2. d. 80. num. 19.* Speidel. *voc.* Hencker. Non etiam liberi molitorum, textorum, chirurgorum, pastorum ovium, balneatorum &c. *Rec. Imp. de anno 1548. tit.* von Handwercks-Söhnen *& de anno 1577. tit. 78.* §. setzen/ordnen ꝛc. Richter. *P. 2. dec. 80. n. 11.*

II.

Qvicunqve sordido parentis officio renunciavit, illi macula paterna non præjudicat. Qvia aliàs filius facto paterno puniretur, qvod permittendum non est. Hahn. ad Wesenb. *tit. ff. de his qvi not. infam.* unde lictorum filii non sunt infames. Carpz. *P. 2. dec. 112. conf. axiom. præced.*

Limita: ut hic potissimùm attendantur mores cujusqve loci.

CAP. XVII.

Libellus.

Axioma I.

Libellus pro commodo libellantis est interpretandus, *l. si qvis intentione. 66. l. solemus. 61. ff. de judic.* Mynsi. *conf. 28. num. 4.* Gylman. *4. 1. vot. 30. num. 273.* Claud. Mayner. *in l. 12. §. 1. de acqvir. poss.* & ibi Bolognet. *num. 69.* Gail. *1. obs. 61. num. 16. & obs. 66. num. 8.* Libellus enim semper sustinendus, etiamsi verba prorsus sint impropriranda. Bart. & Dd. *in l. sed si possessori. §. item si. n. 5. de jurejur.* Gail. *d. obs. 66. num. 7.* Mynsi. *4. obs. 5.* Bald. *in l. 2. verb. qværitur ergo. colum. 2. C. qvi accusar. non poss.* Innocent. *in c. cum licet causam. in fin. de probat.* Regner. Sixtin. *2. Conf. Marpurg. 22. num. 115.* vide Gœden. *conf. 43. de Libello. pag. 141.* Unde talem esse largissimi juris, ejusqve verba etiam largissimè interpretanda, ut includant & comprehendant inrentionem libellantis etiam cum verborum improprietate, trad. Panor. *in cap. examinata de judic. c. litem. de dilat. c. cum Ecclesia. de caus. poss. & propr. col. ult. cap. auditis de præscript.* Gœden. *conf. 33. de jure civitat. n. 12.* Hartm. Pistor. *1. qvæst. pract. 54. n. 26.*

II.

Libellus secundum consuetudinem formandus. *gloss. in l. de qvibus verb. invetenta. ff. de ll.* Angel. *in l. diuturna eod. tit. & l. 1. ff. de offic. Assess.* Ludov. Gomez *ad §. superst. Inst. de action. numer. 44.*

III.

Libellus est judicii fundamentum, ad qvod omnes actus regulari debent. Scacc. *de jud. cauſ. civil. cap. 5. n. 25.* Præcipuè locum habet hæc regula in actis principalibus veluti litis conteſtatione, probatione, & ſententia. Latè & eleganter eam explicat Summus JCtus Carpzov. *deciſ. 49. n. 15. & ſeqq.* ubi oſtendit ejus utilitatem & effectum, qvod nempè judex non debeat attendere, qvæ in termino probatorio deducuntur, niſi venerint in libellum conventionis, qvia judicem debere formare ſententiam ex intentione Actoris & reſponſione rei: licet partes clauſula ſalutari, ſe *omni meliore jure* id petere, uſæ ſint.

CAP. XVIII.

De Libello famoſo.

Qvoties injuria literis comprehenſa ſpeciale delictum non continet, toties libellus non eſt famoſus, ſed dicitur injuria ſcripta.

Ratio: qvia formalis differentia libelli famoſi ab injuria ſcripta conſiſtit in ſpecialis & notabilis delicti imputatione. Eſt igitur ſaltem injuria ſcripta, ſi qvis ad infamiam alterius cornu vel aliud qvid pingat in janua ejus. Carpz. *in prax. Crim. q. 98. num. 54.* ſecus ſi qvis homicidii vel adulterii alterum incuſet.

CAP. XIX.

Liberalitas, Liberalis.

v. ſupra Donatio.

Axioma I.

Liberalitas virtutum omnium eſt gratiſſima. Polycrates *lib. 8. cap. 15.* ad dilectionem enim & amicitiam homines facit promptiſſimos Azeved. *ad conſtit. Hiſpan. lib. 5. tit. 9. n. 1.* Joh. Roding. *de jur. Majeſt. verb. largum. n. 4.* Rayn. Corſet. *de indag. jur. lib. 3. cap. 13. n. 13.* Thomas Actius *de Lud. Scachor. qvæſt. 11. n. 3.* Nolden. *de ſtat. nobil. cap. 2. n. 30. §. 5.* & conſiſtit in animi voluntate ab avaritia aliisqve vitiis libera, laudem donanti tribuens, Pacian. *conſ. 112. n. 23. gloſſ. in l. 1. verb. liberalitatem. ff. de donat.* Excitat magis ad obſeqvia, qvàm ad inſolentiam, *l. 1. verſ. nam qvi. C. de revoc. donat.* Juſt. Mejer. *in diſp. de donat. ſimpl. theſ. 93.* ſiqvidem ex hac cognoſcitur nobilitas ac ſummi Principis generoſitas, *cap. 1. de don.* Vult. *3. conſ. Marpurg. 35. n. 89.* Uti igitur Imperialis fortuna omnes ſupereminet alias: Ita oportet principales liberalitates culmen habere præcipuum, *l. cum multa 7. C. de bon. qvæ liber.* Unde Baldus *in l. & in legatis. in fin. C. ad Leg. Falcid.* ait proprium Principis eſſe, qvod ſit liberalis & gratioſus, *l. 1. in fin. C. de Caduc. toll.* Dec. *in cap. 1. num. 36. extr. de probat.* & præclarè Titus Imperator, non oportere qvemqvam è facie & ſermone Imp. triſtem recedere; nuper etiam Romæ in monte Qvirinali & foro Trajani inventa ſunt multa marmoris fruſta, variis ſignis cælata, in qvorum uno hic erat titulus: POTENTISSIMA DOS IN PRINCIPE LIBERALITAS ET CLEMENTIA; prout refert Bartholom. Martian. *in Topograph. urb. Rom. lib. 4. cap. 22.* add. & Tiraqvell. *de nobilit. cap. 37. num. 40.* Conſ. Arg. *1. conſ. 24. n. 61.*

II.

Liberalitatem captioſam interpretatio prudentum ſemper fregit. *l. 5. ff. de tranſact.* Gœdd. *3. conſ. Marp. 26. n. 66.*

III.

Liberalitas ſua nemini debet eſſe damnoſa, *l. ſi vir. 3. ff. pro donat.* nec ullus ex liberalitate ſua inops factus periclitari debet, *l. ne liberalitate 50. ff. de re judic.* ideoqve mitius agendum eſt cum his, qvi ex liberalitate ſua conveniuntur, ne beneficium fiat ipſis oneroſum, *per l. 62. ff. de ædilit. edict. l. 7. ut legat. nom. cav.* Mynſ. *cent. 5. obſerv. 36. num. 2.* Coll. Jur. Arg. *in tit. uſufr. qvemadm. cav. th. 3.* aliqvando tamen liberalitas impunè non exercetur, qvoties ſcilicet mali exempli cauſa eſt, *l. 5. C. de metat. lib. 12.* add. Carpzov. *4. conſ. 53. n. 6. & 13.*

IV.

Liberalitas nolenti non acqviritur, nec liberalitas in alium collata reputatur & præſumitur ex antecedente profecta *l. nec adjecit 9. ff. pro ſoc.* qvod intellige, ſi ſcilicet talis donatio non eſſet prohibita, Coſtal. *ad d. l. 9. pro ſoc.* ſicuti etiam nec liberalitas ex multiplicis ſervitii præſtatione cum diuturnitate temporis conjuncta, maximè ubi adeſt qvalitas perſonæ, ſed potius ex cauſa debita ſervitium eſſe præſtitum præſumitur, Baldus & Alvarot. *cap. 1. §. ſi verò qvid ſit inveſtit.* Alex. *in prælud. feud. col. 17. verſ. 15.* Bald. *in l. ſi certis annis. colum. ult. Cod. de pact.* Henning. Gœden. *conſ. 5. de probatione aliis 48. n. ult.*

V.

De alieno largiri liberalitas non eſt. Unde proverbium: *De tuo largitor puer.* Fundamentum tamen hujus regulæ vide *in l. 83. de V. O.* Elegans exemplum occurrit in officialibus, qvi ex corio alieno (ut dicunt) & fiſco Principis liberales eſſe non debent, vid. *1. F. 10. & ib.* Hottom. *l. 4. de decret. ab cred. ju.* furti enim ſpecies eſt, ex alieno beneficii debitorem acqvirere, inqvit JCtus *in l. 54. §. 1. ff. de fur.* Hinc magiſtratui prohibitum ſine principis conſenſu ſalaria conſtituere. Perez. *in l. un. C. de præbend. ſalar. n. 1.* hinc Marcianus aurum & argentum in plebem ſpargere conſulibus prohibuit, ne auram populi captando patrimonium exhaurirent *l. 2. C. de Conſul.* Juſtinianus autem iis *Nov. 105. cap. 2.* permiſit, cum reſtrictione tamen ad monetam argenteam minutam, & ad certa tempora. Perez. *C. de Conſulib. n. 16. ſeqq.* qvæ permiſſio tandem à Leone in *Nov. 94.* iterum ſublata penitus eſt.

VI.

Largitiones faciendæ à principe in bene meritos, ſed cum menſura. Perez. *C. de Canon. Largit. tit. num. 12.* ſic enim Imperatores Romani qvotidiè magnam qvantitatem annonæ inter cives diſtribuebant, ut & inter ſcholares armaturarum *l. fin. C. Locati l. 1, 2. C. de annon. civilib.* hodiè tales panes in milites diſtribuuntur. Debet autem

autem princeps anteriorem liberalitatem augere, & pauperibus civibus, ne egeant, providere Perez. *C. de annon. Civil, n. 1. seqq. & ad Tit. C. de frument. Alexandr. n. 2.* Ex adverso oblationibus principi faciendis modus statutus est, ne libram auri excedant. *l. un. C. de Oblat. vot.* Est & senatorum & aulicorum cupiditas, varias à plebe affectantium oblationes refrænata. Perez. *C. de oblat. votor. n. 4. 5. 6.*

VII.

Liberalitas tandem transit in necessitatem; negari enim non potest, ea, qvæ pridem officia humanitatis & beneficentiæ fuere, successa temporis usurpatione & potentiorum impressionibus in necessitatem transiisse. Brunnem. *ad l. 5. C. de Agricol. & Censit. in fin. & tit. C. de oblat. votor.*

VIII.

Liberaliores plerumqve morientes sunt, qvam viventes, Cujac. *in parat. C. de inoff. testam. add. §. unic. Inst. de L. Pus. Can. toll. §. ult. qvi & ex qvib. caus.*

IX.

Liberalitatem nemo respuere censetur. Jul. Clar. & Hartm. Pistor. *citat.* à Carpzov. *lib. 5. conf. 62. num. 13.* Unde concludit donationem valere, si specialiter per nuncium significetur, licet non expresè acceptetur, utut aliàs acceptationem reqviri statuat cum Guid. Pap. *decis. 21. num. 2.* Goldbeck. *de Gerard. cap. 7. membr. num. 10.*

X.

LIBERALIS nemo existit in necessitatibus, *l. cum legatum 18. ff. de adimend. legat.* Tiraq. *in l. si unqvam. verb. donatione largitus. num. 106. C. de revocandis donat.* Gam. *Lusitan. decis. 71. num. 3.* Valasc. *cons. 53. num. 24.* Pichard. *ad rub. Instit. de adoptionibus. n. 43.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 796. num. 27. & tom. 5. cap. 925. num. 9.* Joan. Anton. Mangil. *de imputat. qvæst. 15. num. 36.* Hermosil. *l. 56. gloss. 4. num. 87. tit. 5. part. 5.* Anell. Amat. *cons. 45. num. 24. & consil. 97. num. 39.* Declarationis loco nota, hujus axiomatis non esse hunc sensum, qvasi liberalitas non sit, qvæ in necessitate fit, sed istum potius qvod nemo prudens dum eum premit egestas donet. Nemo enim donat propter necessitatem rei familiaris, ut ea se liberet dum donat. Cujac. *19. q. Pap. ad l. 67. §. 1. de legat.*]

XI.

LIBERALITATEM non dicitur exercere, qvi debitum solvit, *l. proximè 50. ff. de ritu nupt. l. si servo 64. ff. de hered. instituend.* Surd. *de aliment. lit. 1. qvæst. 108. n. 5.*

CAP. XX.

Liberatio.

Axioma 1.

Liberatio non potest esse si prius non fuit obligatio. *lib. 116.* ibi: non liberatur Mævius qvi nec tenebatur, *conf.* Bartol. *in pr. de V. O.* Bellon. *in tract. de argument. cap. 12. arg. à privat. ad habit.* Nicol. Everhard. *in Top. præd. loc.* Gylman. *2. p. 2. tit. 11. vot. 4. n. 65. p. 237.* Rofred. Benevent. *in qvæst. Sabbatin. q. 30. n. 11.*

II.

Per liberationem generalem dolus non censetur remissus, Bart. *in leg. Aurelio. §. 1. ff. de liberat. legat. n. 6.* Bald. *post. gloss. in l. cum necessitatem. C. de fideicomm.* Castrens. *cons. 369.* Paris. *cons. 80. n. 54. lib. 2. cons. 88. num. 40. lib. 1.* Dec. *cons. 178. n. 1.* Regn. Sixtin. *3. Cons. Marp. 12. n. 19.* Gylman. *4, 1. vot. 17. n. 32.* Siqvidem indubio in qvalibet liberatione etiam generali interpretatio fieri debet, ne extendatur ad ea, in qvibus est læsio vel captio, *l. obligatione generali 6. ff. de pignor. l. Aqviliana 4. l. cum Aqviliana 5. ff. de transact.* Alex. *cons. 46. n. 8. lib. 1. per l. tres fratres 35. ff. de pact.* imo ea ita restringenda qvantumvis geminata, ut civilem & justum recipiat intellectum. *l. 1. l. qvi generali. 13. C. de SS. Eccl. l. 1. ff. de eo qvod cert. loc. l. 1. §. 1 ff. de constit. pecun. l. fin. C. de censit. & reliq.* Bald. *in l. 2. C. de fid. instr.* Mascard. *de probat. conclus. 1252. num. 9.* neqve liberationem etiam generalem trahi ad actionem realem, concludunt Dd. *argum. leg. 18. de accept.* ut nec ad incogitata, *l. 4. & 5. ff. de transact.* Masc. *de probationib. concl. 1252. n. 2.*

III.

Liberari ab obligatione species est lucri. *l. si pupilli 66. ff. de solut. l. species 11. ff. de accept.* Anton. Fab. *in C. lib. 4. titul. 42. defin. 31. num. 4.* Carpz. *4. constit. 46. defin. 29. num. 5.*

IV.

Liberatio reducenda ad causam in ea expressam. Mascard. *de probation. conclus. 1252. num. 28. per cap. cum cessante de appellat.* Bald. *in l. jubemus. C. ad SC. Vellej.* Socin. *cons. 24. col. 5. vol. 1.* Verba enim generalia restringuntur semper ad res & causam prius specificatam. *l. si de certa 31.* ubi Jas. *n. 2. C. de transact. l. legatorum 33. num. 1.* ibiqve Bart. *ff. de legat. 2.*

Limita, nisi contra eam causam contrarium de mente contrahentium appareat. Regn. Sixtin. *3. Cons. Marp. 12. n. 45.* Paris. *cons. 88. n. 46. lib. 1.*

V.

Iisdem modis qvibus obligamur, iisdem ferè & in contrarium actis liberamur. Fundatur hæc regula *in l. 113. de R. I.* ratio, qvia hic modus est naturalissimus, ut unumqvodqve eodem modo dissolvatur, qvo fuit colligatum. *l. 35. l. 100. ff. eod. l. 80. de solut.* Verum obstat qvod omnes, sive re, sive verbis vel literis celebrentur, ne possint dissolvi præter *d. l. 80. vid. §. 1. Inst. qvib. mod. toll. oblig.* Unde declarationis causa notandum, hanc regulam nunqvam poni exclusivè, sed tantum positivè, adeoqve & alios modos præter hunc naturalissimum admittere: objiciunt etiam nonnulli exemplum nuptiarum, qvæ nudo consensu ineuntur, non itidem dissolvuntur. Sed facilis est responsio, in copulandis matrimoniis consensum divino humanoqve jure roborari, unde sine eorundum jurium ratione mutuo dissensu rectè & secundum hanc regulam non dissolvi.

VI. Ad

VI.

Ad liberandum propensiores esse debemus, qvam ad obligandum. *l. 47. ff. de oblig. & act.* & ideo est, qvod in dubio semper id qvod minimum est in obligatione seqvi debeamus. *l. 9. de R. I.* Exempla in jure passim reperire licet, veluti *l. 39. §. 6. de legat. 1. l. 46. de leg. 2. l. 29. §. 1. l. 75. de legat. 3. l. 83. §. 3. l. 109. de Verb. Obl. l. 1. ff. de jur. dot. l. 51. de condit. & demonstr.* nec tamen qvod levius est accipitur, sed & inviti possumus liberari, ut invitus nemo possit obligari. *l. 23. de solut. & liberat.*

Limita: nisi obstet favor reipubl. itaqve filius, cujus avus fuit decurio, huic muneri subjacet, licet pater fuerit miles vel Professor. Brunnem. *C. de decur. column. 4. 5.*

VII.

E manibus calumniantium & sævientium liberare Imperatoris est. *cap. regum. 23. qvæst. 5. proœm. Instit. princ. vers. Imperatoriam.* Carpzov. *cum cit. 1. consil. 53. n. 6.*

VIII.

Non sola oblatione debiti, sed ejus judiciali depositione debitor liberatur *l. 9. C. de solut.*

Limita in casu, ubi susceptor publicus Tributum susipere renuit; pecuniâ enim post amissâ debitor liberatus est, & susceptor dupli tenetur. Perez. *C. de susceptor. n. 14. seq.*

CAP. XXI.

Libertas, liber homo, res libera, libera administratio, libera Voluntas, liberè.

Axioma I.

Libertas inæstimabilis res est. *l. 106. de R. I.* imo infinita est æstimatio libertatis & necessitudinis. *l. 176. ff. eod.* cum indultum ei hoc sit, ut facere possit qvod libet *l. 4. ff. de stat. hom.* Philip. Matth. *ad l. 106. & ibi* Hyppolit. de Collib. omnibusqve rebus favorabilior. *l. 122. ff. de titul.* adeò ut favore libertatis multa contra jus commune sint recepta, exempla vid. *in l. 3. §. 1. de alien. judic. mutand. l. unic. C. de commun. serv. manumiss.* sæpè enim favor libertatis alias benigniores sententias exprimit. *l. 32. §. ult. ff. ad leg. Falcid.* Unde libertati olim tantum fuit impensum, ut mori potius maluerint, qvam libertate defraudari, *l. fin. C. de patr. potest.* Etenim nemo bonus libertatem, nisi cum anima, ut ait Sallust. *in Catilin.* amittere cupit. Bœckel. *de public. jud. disqvisit. 6. n. 34. p. 158.* & ideò cum libertas & pia causa æqviparentur. Baldus *in l. 1. circ. princ. C. de fideicomm. libert. & in l. si de jure. C. de manumiss. testam.* Bart. *in l. si unus C. de testam.* libertatem inter actus pios per *l. 38. ff. de fideicommiss. libert. l. 11. §. penult.* ubi Bald. & Gothofred. *C. de commun. serv. manumiss.* retulit Harprecht. *in Comm. ad §. rem suam. Inst. de legat. num. 14.* imò eam pia causa favorabiliorem esse autumat Butigella *in repet. l. qvidam. ff. si cert. pet. n. 19.* atqve sic omnibus rebus anteponendam, Cic. *in d. Agnar.* contestis est, unde distichon:

O felix nimium generoso pectore digna
Libertas cunctis anteponenda modis.

Hinc omnium humanorum bonorum maximum esse dixit Dionys. Halicarn. *lib. 1. cap. 33.* Si enim eam cum divitiis comparare velimus, Libegæ etiam paupertas præstantior est opibus. πενία ἀδέσποτος πλούτου δουλεύοντος προφέρεται, Dundvica Britannica illa fœmina apud Xiphilin. in Nerone effata est, qva pereunte omnia simul pereunt, Isidor. *5. orig. c. 27.* qva de causa libertatis causam inter causas publicas non privatas per *l. si qvis rogatus 53. in princ. ff. de fideicomm. liber.* refert Cravett. *cons. 792. incip. in causa communitatis. n. 3.* inter graves & arduas annumerant Jason. *in leg. admonendi. n. 272. ff. de jurejur.* Menoch. *de arb. jud. qvæst. 2. cas. 110. n. 5.* Wesenb. *cons. 36. incip. in hac conventione. n. 15. & cons. 38. n. 8. lib. 1.* Consil. Argent. *1. cons. 110. n. 8. & 9.* qvæ regulariter præsumitur. *l. libertas 4. ff. stat. hom. l. si tibi 10. C. de servit.* Gail. *2. obs. 69. n. 5.*

II.

Qvicunqve alium servum sive hominem proprium esse dicit, illi probatio incumbit, nam pro libertate semper præsumitur. Qvicunq; igitur asserit aliqvid statui hominis adversum, illi incumbit probatio, cùm salva semper præsumatur indoles rei primigenia. Probatur verò hominem aliqvem esse proprium (1.) ex nativitate, si scil. parentes tempore nativitatis fuerint rusticæ conditionis. *Mev. P. 6. dec. 335.* (2.) ex præstatione servitiorum, (3.) ex testibus.

III.

Libertatis verbum per se positum plerumqve directam libertatem significat. *l. 5. ff. de manumiss. vind. l. 2. §. 2. ff. de jur. Codicill. lib. 65. §. 2. ff. de legat. 2.* Est enim libertatis datio grande beneficium. *l. ff. de bon. libertor.* & dicitur qvædam dignitas. Panor. *in cap. 1. de serv. ordin.* & qvid spirituale, Bertrand. *in c. nullus eod. tit. & c. 2. de appellat.* Benedict. Symphorian. *in comm. de Arrest. amor. ar. 5. pag. 477.*

IV.

Non reqviritur alicujus reqvisitio vel licentia, qvando qvis potest re sua liberè uti *cap. de multa 28.* ubi Abbas *n. 3. de præbend.* Dec. *cons. 360. n. 5.* Gozadin. *cons. 91.* latè Tiraqvell. *in repet. l. si unqvam. verb. revertatur. n. 535. C. de revoc. donat.* Non enim qvis aliqvid liberè facere dicitur, si faciendo incidat in pœnam. Cornel. *cons. 60. col. 3. volum. 2.* cum verbum liberè importet, qvod liberum est omni libertate, & absolutum ab omni servitute & onere. Cravett. *consil. 122. n. 6.* maximè in conventionibus, Afflict. *cons. 3. num. 3. & cons. 8. lib. 4.* Sic liberè facere importat sine contradictione impedimenti & suo arbitratu qvid facere, *cap. 1. §. 1.* ubi Dd. *de consib. in 6.* Alex. *cons. 14. n. 4. & cons. 214. n. 4. in 6.* Dec. *in cap. irreprehensibilis. n. 5. de appellat.* Bertazol. *1. cons. decis. 21. n. 21.*

V.

Qvod liberum est in revocando non potest effici non liberum. *l. fin. C. de pact.* Cyn. *in l. 1. C. de SS. Eccles.* Bald. *cons. 226. reperitur qvod qvidem vol. 2.* ideoqve juramentum interpositum super

per

per actu libero non efficit actum necessarium. Bald. *in l. 1. C. de SS. Eccles.* Pantschm. *2. qvæst. præt. 11. num. 26.*

VI.

Non est libertas facere qvod vis, sed qvod qvisqve judicio & ratione detegit. Alber. Gentil. *6. de nupt. c. 22. p. 566. & p. 568.* Ratio, qvod omnis libertas redigenda veniat ad regulas honestatis, qvia honestas sepositа est ab omni excellentia potestatis. Bald. *in l. ut. C. de oper. libert.* adeò tamen non pugnat libertas & obedientia erga Leges, ut potius demum vera libertas sit, qvæ divinis honestisqve legibus paret. Unde Legum servi sumus Cic. *lib. 1. de offic.* inqvit, ut liberi esse possimus, add. Gerhard. *loc. de conjug. n. 84. vers. resp. 1.*

VII.

Administratio qvamvis libera concessa, nunqvam tamen includit donationem. *l. 7. de donat.* ratio, qvia nemo suum jactare velle videtur. *l. 25. ff. de probation.*

VIII.

Liberorum corporum æstimatio nulla fieri potest. *l. 2. §. cum in eadem. 2. vers. jacturæ summa ad L. Rhod. de jact. l. qva actione 7. in princ. ff. ad L. Aqvil.* homines enim liberi sunt impretiabiles, Cujac. *ad d. l. in Paul. lib. 34. ad edict.*

Hic Locus pertinet ad multos juris articulos: ideò nemo potest ob liberum corpus occisum ex L. Aqvilia agere, nec qvisqvam deformitatem cicatricum æstimare. *l. 1. §. sed cum homo. l. ult. ff. de his qvi effud. vel dejec. l. 3. si qvadr. paup. fecis. dicatur.*

Declara verum esse qvoad ipsum corpus sive hominis membra, qvæ in nullius bonis & dominio sunt, *l. liber homo 13. ff. ad L. Aqvil. l. stipulantem. 83. §. sacram. ff. de V. O.* cum digniora ac præstantiora, qvam qvod pretium aliqvod condignum eis respondere vel comparari possit. Secus qvoad dolores & operationes per vulnerationes impeditas, qvæ omnino valent deduci in taxationem, prout videlicet unius membri operatio melior est, qvam alterius *l. ejus artificii 16. l. 38. ff. de oper. lib.* Carpz. *p. 3. qvæst. crim. 99. n. 30.* Ubi ait de jure Saxonico hoc qvidem (qvod singulis membris hominum certam tribuit æstimationem pecuniariam) non procedere Landrecht. *lib. 2. art. 13. & 16.* cum Zobel. *in gloss. art. 9. lib. 3.* Landrecht. Matth. Coler. *de processib. execut. p. 2. cap. 3. num. 51. n.* tamen 32. sanctionem istam hodie non observari *ex constit. Elect. 47. p. 4.* tandem concludit.

Limitationem etiam qvodammodo hæc regula recipit in iis, qvi pretii participandi causa se venundari passi sunt: hic enim in odium eorum, qvi libertatem contemnunt, constitutum videtur, ut valeat venditio, & ita liberum corpus qvodammodo æstimetur. *§. 4. ibiqve Dd. Inst. de jur. person.*

IX.

LIBERA qvælibet res præsumitur à servitute. *l. fluminum. 24. §. ult. l. Proculus. ff. de damno infecto. l. altius. 8. l. ædibus. 4. C. de servit. & aqva, princ. Instit. de libertin.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præs. 3.* Mynsing. *cent. 5. observ. 25.* Rebuff. *in tract. congruæ portionis, n. 127.* Bonacos. *tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. 21. communia servitutum. n. 56 pag. 425.* Bertazol. *de clausulis instrum. claus. 21. gl. 1. n. 1.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 156. & de præsumpt. lib. 3. præs. 89. n. 1.* ubi *n. 6.* ampliat etiam stante qvasi possessione servitutis, *& præs. 91. & lib. 6. præs. 29. & cons. 2. n. 43. & cons. 75. n. 4. & cons. 127. n. 17.* Masc. *de probation. concl. 79. & concl. 209. & concl. 1214. n. 17. & concl. 1305.* Thesaur. *Pedem. decis. 216* Brun. à Sole *in locis comm. verb. res. 4.* Surd. *decis. 177. n. 1.* Mari. Ant. *var. resol. lib. 1. resol. 95. n. 8.* Valasc. *de jure emphyt. q. 51. & consul. 82. n. 6.* Castill. *qvotid. lib. 1. de usuf. c. 7. numer. 10.* Steph. Grat. *discept. forens. tom. 4. c. 657. n. 39.* [Unde & natura res omnes censentur liberæ & allodiales, non feudales, *c. 1. §. 2. si de feud. defunct. sit contr. int. Dom. 2. f. 26. ubi Belvisanus p. 131.* Afflict. *in c. 1. n. 280. ex qvib. caus. feud. amitt.* qvam juris præsumptionem esse respondit Menoch. *cons. 395. n. 2. vol. 4.* ubi & Alvarot. *in c. 1. de contr. inter mascul. & fœm.* Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 79. num. 6.* Rol. à Valle *cons. 2. n. 11. vol. 3.* Cephal. *cons. 4. n. 30. vol. 1.* Gail. *2. obs. 69. n. 5.*

Persona etiam libera præsumitur. Hinc si qvis tanqvam adscriptitius vindicetur, is autem se talem esse neget, ut libertate detinendus est.

Limita (1.) ut conventus fidejussorem det de reditibus eventualiter Domino vincenti in causa restituendis, (2.) si dominus per 10. annos se reditus percepisse probet, Dominus in jure suo contra Libertatem defendi debet. Brunnem. *ad l. 20. C. de agric. & censit. in pr.*

X.

Nemo in libertate constitutus sordida reipubl. munera suscipere cogitur *l. 1. 2. C. ne qvis liber invitus.* Spontè autem suscipere qvilibet potest *l. fin. C. de his qvi sponte.* Excipe (1.) Curiales. *l. 31, C. de decur.* Perez. *C. ne qvis liber. n. 1. 2. 4. 5.* (2.) viles Personas, qvi uti possunt compelli militiæ nomen dare, ita & deficiente alicubi carnifice ejus munus subire Perez. *ibid. n. 5.* scil. in extrema necessitate. Brunnem. *ad d. l. C. in fin.*

CAP. XXII.

De Liberis.

Axioma I.

Liberi vivo adhuc parente Domini paternorum qvasi habentur. *l. 11. de lib. & post. §. 2. Inst. de hered. qval. & differ.* Liberis enim à Deo & Ecclesia nihil magis debetur, qvam paterna hereditas, *cap. qvicunqve 17. q. 4. l. cum mric. 7. ff. de bon. damnat. l. scripto 7. in. fin. ff. tab. testam. extab.* Gœdd. *1. Conf. Marp. 26. num. 25.* ideoqve qvoad parentum successionem non tam in allodialibus,

a libus. §. *inteſtatorum. 1. Inſtit. de hered. qvæ ab inteſt. §. ſin autem Inſt. de hered. qvalitat. l. 1. ff. ſi qvis. ordo in bon. poſſ.* qvam in feudalibus omnibus aliis præferuntur *cap. 1. in princ. de ſucceſſ. feud. cap. 1. §. qvia de his qvi feud. dar. cap. 1. in qvib. cauſ. feud. amitt.* Regn. Sixt. *2. conſ. 9. n. 93.* hinc maximè providendum ne qvid circa liberos iniqvum accidat. *Auth. nunc autem. poſt l. 20. C. de Epiſc. & Cler. l. 7. in fin. unde liber.* Inde eſt qvod ipſo jure in liberos paterna hereditas cenſeatur continuari. *d. §. 2.* damnatis & deportatis parentibus non omnia eorum bona confiſcentur. *l. 7. de bon. damnat.* nec laudemium in Emphyteutam ſuccedenti veniat ſolvendum Carpz. *cum alleg. 1. conſ. 88. n. 6. p. 2. def. Ar. 39. 21. & p. 3. conſt. 15. def. 38. ubi praxin hujus reg. vid.*

Amplia hanc regulam, qvod licet in comparatione ſuorum heredum liberi matri pro extraneis habeantur, in comparatione tamen extraneorum etiam viva matre qvodammodo Domini maternorum bonorum dici poſſint, ita ut ob conjunctionem ſanguinis eadem cum matre perſona fingantur ad inſtar ſuorum, *l. ult. C. de impub. ſubſtit.* Unde etiam fit, ut hereditatem tantum delatam non aditam transmittat. *l. ultima C. de his qvi ant. apert. tab.* Carpz. *part. 1. conſtit. 29. defin. 96. ubi ad hanc materiam vid. plura.*

Limitationis tamen ſeu declarationis loco nota, qvod liberi hoc reſpectu nihil ſibi juris in bonis patris nedum legitima prætendere qveant, ſed iſta fictio juris tantum procedat, qvoad ſpem ſucceſſionis & neceſſitatem alimentorum. vid. Carpzovius *cum alleg. p. 2. conſtit. 12. def. 36.*

II.

Natura æqvum ut liberi parentibus pareant. *l. 2. de juſt. & jur. l. 28. C. de inoff. teſtam. l. 3. l. 4. C. de patr. poteſt.* liberi enim pietatem & obedientiam non operas debent, *l. nulla cum 10. ff. de obſeq. præſtand.* (adduci etiam ſolet. *l. 6. de his qvi ſui vel alien. jur.* ſed is textus revera non de naturali obedientia, ſed civili poteſtate loqvitur, nec ſanè hoc caſu plus patri qvam matri debent, *l. 4. de Curat. jur.* hinc eſt qvod nec mater poſſit in jus vocari, *l. parentes de in jus vocand.)* Unde nullum actum gerere poſſunt, per qvem honor patris læditur. Carpzov. *p. 1. conſt. 29. def. 28.* cum liberi ideò in hunc mundum natura ſint procreati, ut parentibus proſint non autem obſint. *l. 3. §. ſi filiis. 4. ff. qvod qvisqve jur. ſtatuerit.*

III.

Æqvalitas inter liberos jure naturali eſt fundata. *l. 77. §. dulciſſimis 20. de legat. 2. l. 4. C. commun. divid. l. ult. C. commun. utriusqve jud.* Unde indubio illa tenenda eſt regula, per qvam liberi ad æqvalitatem redigantur. Tiraqvell. *de primog. qvæſt. 4. princ.* ubi latiſſime & elegantiſſimè more ſuo deducit & declarat Hartman. Piſtor. *p. 2. qvæſt. 38. num. 71.* Carpzov. *deciſ. 81. n. 10. & 11.* qvin imò ſemper præſumitur parentes inter liberos æqvalitatem ſervare velle, *l. illud 20. C. de collat. l. cum pater 77. §. evictis §. ubi gloſſ. de leg. 2. l. qvæſitum 12. §. 43. verſ. ſed & ipſe de fund. inſtruct.* niſi evidenter de mente parentis, qvod inæqvalitatem inter liberos ſervare voluerit, appareat, Socin. *conſ. 127. num. 23. conſ. 3.* Hartm. Piſtor. *lib. 1. qvæſt. 19. n. 11.*

IV.

Liberis non licet impugnare factum patris, *l. 14. C. de rei vind. ubi* Dd. Berlich. *cit.* à Carpzov. *p. 2. conſt. 12. def. 10. n. 7.* Decet ergo liberos parentum diſpoſitionem ſacroſanctam habere, *l. fin. Cod. famil. herciſc.* Aliàs enim liberis præ cæteris vitio dari poteſt, qvod freqventer objici ſolet apud Tragicos, qvale eſt illud: *Nullus fidus eſt hominum amicus tumulo*, ut Euripides dixit, cui aſſentit & Sophocles: *Pape qvam cito apud homines mortui gratia diffluit.* Et vetus Poëta Archilochus inqvit: *gratia pietatis qvæ fieri ſolebat interit cum qvis domo offertur.* Conſil. Argent. *1. conſ. 63. num. 41. & ſeqq.*

V.

Liberi progenitorum ſuorum ſolent imitatores eſſe, & ſæpè ſolet ſimilis filius eſſe patri, *gl. in l. qvod ſi nolit. §. qvi mancipia. ff. de ædilit. edict. l. qvisqvis 5. §. 1. verb. inqvit. C. ad L. Jul. Majeſt. & in cap. ſi qvis 6. qvæſt. 1.* Vultej. *1. conſ. Marp. 5. n. 87.*

VI.

Liberi in nuptiis legitimis non matris, ſed patris conditionem ſeqvuntur. *l. cum legitimus 19. de ſtat. hom. l. liberos 10. ff. de Senat.* & familiam eorum. *l. familiæ appellatione 196. de V. S.* Regner. Sixtin. *lib. 2. Conſil. Marpurg. 9. n. 28.*

VII.

Liberos innoxios tanqvam nocentes puniri iniqviſſimum. *Novell. 12. in præfat. cit.* à Carpz. *p. 3. conſt. 6. def. 12. n. 6.*

VIII.

Mutato concubitu parentes depravantur prælatis filiis poſterioris copulæ, neglectis autem his qvi ex priore geniti ſunt. Ambroſ. *6. Hexaëm.* elegantèr Imp. *in l. 22. C. de admin. tut.* novis maritis mulieres non ſolum res filiorum, ſed etiam vitam addicunt. add. Cujac. *in parat. C. de ſecund. nupt.*

IX.

Liberi Reipublicæ magis qvam parentibus nati ſunt. *l. 1. §. ſi ea 14.* ubi Bart. *de ventr. in poſſeſſ. mitt. cit.* à Weſenb. *in parat. de rit. rupt. num. 6.* Itaqve ad Reipubl. utilitatem benè educandi ſunt. Perez. *C. de cohortal. & princip. n. 17.*

X.

Liberi parentibus varia tribuunt privilegia, e. g. excuſationem à gerendo Magiſtratu duodecim liberi. Perez. *C. de decur. n. 18.* & decurio habens liberos præfertur non habenti. *ibid.* imò duodecim liberi excuſant ab oneribus perſonalibus & realibus exceptis extraordinariis ad neceſſitatem publicam. Brunnem. *Cod. de decur. col. 8.* Perez. *C. de iis qvi numero liberor. n. 2. 3. 4.* hodiè tamen liberi non excuſant à patrimonialibus. Perez. *eod. n. 6. in fin.* Singuli liberi ſingulos annos demunt qvoad ſuſcipiendos honores *l. 2. ff. de minor.* ob favorabilem liberorum cauſam bona damnatorum iis relinqvuntur *l. 7. §. 3. de bon. damnat.* Qvinqve liberi patrem excuſant à muneribus perſonalibus *l. 1. §. 2. l. 8. de vacat. mun.* licet non ab oneribus honori cohærentibus *l. 1. C. de iis qvi numero liber.* Perez. *C. eod. numer. 1. 2.* excuſant qvoqve ab officiis publicis autoritate

non

non utilitate *l. 3. C. eod.* Tres liberi excusant à legatione. Perez. *C. de Legation. n. 17.*

XI.

Juri ex liberorum supervenientia orto eatenus licet renunciare, in qvantum non læditur liberorum legitima. Carpz. *P. 2. Const. 12. def. 33.*

Ratio: qvia in tantum valet renunciatio, in qvantum valet alienatio, cum qvi renunciat, alienet. Sicuti ergò alienare licebat omnia bona usqve ad legitimam liberis etiam existentibus, qvidni etiam renunciare licear in casum, qvò supervenerint liberi. Zœs. *ad ff. de Donat. n. 108.*

Limita: modò specialis fuerit renunciatio: nam generalis idem non operabitur, cùm sit stricti juris *l. sed etsi §. 4. ff. si qvis caut.*

CAP. XXIII.

Libri.

Axioma I.

Omnes libri improbatæ lectionis protinus corrumpendi, *l. 4. §. 1. ff. famil. herciſc.* eoqve fundamento libri magici, item hæretici & damnatæ religionis solent comburi. *l. 6. §. 1. C. de hæret. Nov. 42. cap. 1.* qvæ consuetudo in hoc usqve tempus observatur. vid Sleidan. *l. 2. comment. sub fin.* Ita olim pagani Principes volebant comburi Codicem S. & alios Christianorum libros abolendi Christianismi causa. Baron. *in An. 302. §. 16. & seqq.* Scribuntur vero qvidam libri πρὸς ἔκδοσιν; alii πρὸς ἀνάμνησιν, inqvit Dieteric. *in Antiloqvio sui Jatrei. pag. 7. conf. supra.* Lectio.

II.

Libri & Regiſtra tributorum habent vim probandi. Brunnem. ad *l. 2. C. de fund. rei privatæ. in fin.* item libri publici, Stadt-Cantzley-Gerichts-Bücher. Roland. *de commiſſar. p. 2. l. 5. cap. 6.* Wehn. *in obſ. pract. verb.* Bücher & scripturæ vel libri officialium Beust. *in l. admonendi num. 844. ff. de Jurej.* Sic libri genethliaci Stamm-Bücher in archivo familiæ asservati plenè probant propter antiqvitatem, Gail. *L. 2. obſ. 149. n. 7.* & libri parochiales Tauff-Bücher probant ætatem. *Vin. 1. deciſ. 184.* Porrò libri Nobilium, Erb-Regiſter / Erb-Bücher probant contra rusticos, si ordine sint conscripti & antiqvi. Moller. *4. ſem. 37.* Libri feudales contra vasallos. Zas. *vol. 2. conſ. 15. num. 1.* libri rationum, Rechen-Schuld-Bücher contra scribentem, si sint completi habeantqve causam debiti assignatam Besold. *Theſ. pract. verb.* Rechen-Bücher. adde Gail. *L. 2. obſ. 20.*

CAP. XXIV.

De Licentiatis.

Licentiatus ex eo dictus, qvod licentiam titulum Doctoris assumendi consecutus sit, & pro Doctore plerumqve habetur, maximè in favorabilibus Ziegl. *de Jur. Majeſt. p. 375.* Utrum verò Licentiatus alibi, qvâm ubi Licentiam adeptus, Doctoris gradum petere possit, vid. Ziegl. *d. l.* Menoch. *de arb. judic. qvæſt. caſ. 371. n. 16. 17.* Wesenb. *ad tit. Cod. de Monopol. ad l. 1. pr.*

CAP. XXV.

Licitum, Illicitum.

Axioma I.

Non omnia qvæ licent honesta sunt. *l. non omne 144. de R. I.* idcirco oportet à multis licitis abstinere, Paul. 1. ad Cor. 6. *& est text. in cap. aliud qvidem 34. 11. qvæſt. 1.* ubi gloss. varia adducit exempla, & præsertim, qvando qvis petit qvod suum est, qvia licitè qvidem petit, si tamen ex eo offenderentur alii, honestè non peteret, prout not. Albert. Brun. *p. 3. ſtatut. q. 62. incip. qvæſtio talis ad fin.* Specul. *in tit. de Leg. §. nunc oſtendendum. col. pen. in fin.* Consil. Arg. *1. conſ. 9. n. 221.* Unde qvamvis multa de urbanitate non licere dicantur, qvæ ipso jure sunt licita, Usill. *in §. ſic itaqve. n. 31. Inſt. de Act.* Cujac. *16. obſ. 12.* Forster. *4. Inſtit. diſp. 4. p. 588.* inde tamen de dignitate Jurisprudentiæ civilis nihil decedit. Eatenus enim tantum licere intelligenda sunt, qvatenus non expresè prohibeantur, vel pœna aliqva coërceantur, non autem qvod vel approbentur, vel impunita esse jubeantur, sed potius propter decisionem & ad singularia applicationem religioni judicantium relinqvuntur. *fac. l. qvæſitum 13. ff. de reſt.* qvorum conseqventer etiam erit, non tam id qvod licitum, qvàm qvod honestum respicere. *l. in conjunctionib. 197. de R. I.* & interdictis etiam singularibus prohibere, qvæ expresè per leges prohibita non fuut. *l. 10. ff. de cuſat. furioſ. l. is cui 18. pr. ff. qvi teſtam. fac poſſ.* qvin & de non prohibitis leges ferre prohibitivas, *§. ult. Inſt. qvi sui vel alien. jur.* qvamvis nec omnia ad amussim redigere vel possint vel debeant, *fac. l. 2. C. de reb. cred. vid.* Petr. Fab. *add. l. 197. in pr.* & Bocer. *de inveſtit. feud. c. 3. n. 84.*

II.

Illicitæ rei dans operam, tenetur de omni eo qvod conseqvitur. *l. 6. C. ad L. Jul. de vi publ. ubi vid. notata* Carpz. *1. qq. crim. 1. n. 29.*

III.

Licentiam aliqvando restringi maximè interest, qvorum restringitur. *§. 1. Inſt. de milit. teſtam. pr. Inſt. ad L. Falcid.*

IV.

Qvod non est licitum necessitas facit licitum, *cap. 3. de fer. l. 1. de offic. ejus cui mand. jurisdict. l. 5. de hered. petit. l. 3. C. de fer.* Ratio, qvia necessitas non habet legem, *c. 4. de conſuet. c. 2. §. fin. de obſ. jejun.*

Declarationis loco notandum, hanc regulam non de præcisa & absoluta necessitate intelligendam, sed imminens qvoqve majus periculum & damnum aliqvando ex non licito licitum facere. *dd. ll. add. l. 1. §. 2. cum ll. ſeqq. de fer. vid. infr. lib. 12. c. Neceſſitas.*

V.

Qvod qvis per se non potest, nec potest alieno, & vice versa, *vid. c. poteſt qvis 68. de R. I. in 6.* ibiqve Dyn. *ubi etiam fallentias addit.*

VI.

Non debet cui plus licet, qvod minus est non licere. *l. 21. ff. de R. I. cap. cui licet 54. eod. in 6.* ubi

Dyn. *l. 22. ff. ad L. Jul. de adulter. ubi exemplum. l. 15. ff. de mortis cauſ. donat.* Franciſc. Viv. *deciſ. Neapolit. 30. numer. 2. lib. 1.* Matth. Afflict. *deciſ. 288. num. 3.* Trentacinq. *lib. 3. var. reſol. 10. de ſolut. reſol. 2.* Matth. Stephan. *de jurisdict. cap. 7. num. 395.* qvia à contrario ſenſu abſurdum eſſet, ſi non diceremus licere, qvod plus eſt, cui non licet, qvod minus eſt. *l. relegatorum 7. §. fin. de interd. & releg. l. qvi indignus 4. ff. de Senat. l. cui pacto 5. ff. de ſerv. export.* Gœdd. *3. conſ. Marp. 33. n. 92.*

VII.

In dubio præſumitur qvis licitè & juris ſui tuendi cauſa, non autem alterius vexandi cauſa aliqvid facere. Weſenb. *1. conſ. 21. num. 37.* Bald. *in l. item pupilli. n. 4. ff. de ver. diviſ.* Regn. Sixtin. *2. conſ. 10. n. 29.*

CAP. XXVI.

De Lictoribus.

Axioma I.

Lictorum officium in eo potiſſimùm conſiſtit, ut miniſterium præbeant Magiſtratui, à limo vel licio ita appellati, qvia licio transverſo, qvi Magiſtratibus miniſtrabant, cincti erant. Carpz. *p. 2. Dec. 112. n. 7. 8.*

II.

Lictores nullibi in Jure inter perſonas infames referuntur, neqve infamiâ facti laborant & malè æqviparantur carnificibus Carpz. *P. 1. dec. 18. n. 10. ſeq. & P. 2. dec. 112. n. 6.* hinc lictoris viduam ducenti non deneganda receptio in Collegium opificum. *dict. Deciſ. 18. n. 5.*

III.

Lictoribus ad apprehendendum vel extrahendum miſſis vi ſe opponere facinoroſis non licet. *Ord. Crim. art. 142. & 150. Theodor. Crim. p. 556. lit. C. n. 57.* & lictori reſiſtens vel vim inferens, ſciens talem eſſe, pro facti qvalitate graviter plecti debet, etiam ultimo ſupplicio, ſi qvalitas facti fuerit multum aggravans. Boër. *dec. 170. n. 5. Guid. Pap. Dec. 557. Peck. de Jure ſiſtend. c. 32. n. 3.* imò Lictores reum cum armis reſiſtentem non ſolùm coërcere ac vinctum ad carceres rapere, ſed etiam, ſi iſte aliter prehendi ſine metu gravioris vulnerationis aut mortis non potuerit, occidere poſſunt. *Clarus 5. ſentent. §. ult. q. 28. Gilhauſ. arb. jud. Crim. c. 3. p. 1. n. 29. Fachin. Lib. 9. Controv. 73.*

CAP. XXVII.

Limitatio.

Axioma I.

Limitatorium dicitur quod in totum jus non corrigit, ſed in aliqvo tantum ei derogat, Corn. *conſ. 174. vol. 4.* Crot. *in l. omnes populi. verſ. pro complemento. col. 39. de juſt. & jur.* Cravett. *de antiq. temp. p. 4. num. 37.* Pantſchman. *2. qvæſt. pract. 19. num. 4.* Hyppol. Riminald. *Inſt. de donat. §. 1. num. 543.*

II.

Limitata voluntas ultra terminos limitationis non eſt extendenda. *l. operis non. 31. ff. de oper. libert. l. 1. §. Julianus 5. ff. de itin. act. privat. l. fin. C. ne uxor pro marito. l. tutores qvi 39. ff. de admin. tut. l. tutorio. C. de negot. geſt. l. voluntaria 12. C. de excuſat. tut. cap. auditis 15. c. cum olim 18. de præſcript. c. manifeſta 20. 12. qvæſt. 1.* Vult. *2. Conſ. Marpurg. 29. n. 162.* Gœdd. *1. Conſ. Marp. 26. num. 219.* Innocent. *in c. dilectus de Capell. monach.* Ratio, qvia limitata cauſa limitatum producit effectum. *l. in agris 16. ff. de acqvir. dom. l. 2. ff. de peric. & comm. rei vend. gl.* & Dec. *in l. ambiguis. §. qvoties. ff. de Reg. Jur.* Menoch. *conſ. 647. numer. 4. vol. 7.* Everard. *conſil. 135. n. 13. & conſil. 165. n. 2.* Weſenb. *2. conſ. 52. num. 43.* Viv. *deciſ. Neapol. 380. n. 21.* Cephal. *conſ. 288. n. 43. vol. 2.* Hinc limitatam ſententiam limitatam habere executionem, ait Roland, à Valle *conſ. 100. num. 82. vol. 4.* & limitatum pactum limitatam recipere confirmationem nec ultra expreſſa extendi *ex l. jubemus. 21. C. ad SC. Vellej. l. ſi de certa. 31. C. de tranſact.* probat Gœdd. *1. Conſ. Marp. 27. num. 193.* & limitatam renunciationem ad perſonas expreſſas reſtringi nec ad alias extendi, not. Roman. *in l. damni. §. ſi is qvi vicinus. ff. de damn. infect. ex l. ſi mulier 22. Cod. ad SC. Vellej. l. ſi unus 27. §. 4. verſ. ante omnia. ff. de pact. l. actione 4. C. de tranſact. cap. unic. de eo qvi fin. cap. fecit. Agnat. de feud. pat. 2. f. 49.* add. Alex. *in l. veteres. col. antepenult. ff. de acqvir. poſſ.* Aretin. *in l. qvi ſuper litis. ff. de acqvirend. hered.* Pariſ. *conſ. 12. num. 90. & conſ. 32. num. 13. vol. 1.* Dec. *conſil. 319. num. 9. conſil. 452. n. 21. & conſ. 625. n. 6.* Tiber. Decian. *reſponſ. 33. n. 46. vol. 1. & reſponſ. 45. num. 11. vol. 2.*

III.

Limitatoria cauſa potentior eſt correctoria, Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 33.* In priori enim locum habere extenſionem ex rationis identitate, not. Jaſon. *in l. ſi conſtante. num. 73. ff. ſolut. matrim.* & egregiè Gammar. *in tract. extenſion. num. 93.* cum in correctoria etiam ex majoritate rationis ea denegetur. Jaſ. *in Auth. qvas actiones. num. 21. C. de SS. Eccl.* Pariſ. *conſ. 16. num. 18. lib. 3.* Socin. jun. *conſ. 131. num. 10. lib. 1.* Exempla vid. apud Menoch. *d. loc. n. 36. & ſeqq.*

CAP. XXVIII.

De Limitibus.

Axioma I.

Pro limitibus ſunt flumina, rivi, foſſæ, aggeres, montes, valles, lapides inſigniti, gezeichnete Steine / & ſolo in fixi, columnæ, arbores ſignatæ, gemerckte Bäume / die mit einem Creutz oder andern Gemerck gezeichnet. Schneid. *in §. 20. Inſt. de action. in act. fin. regund. n. 28.*

II.

Ad lapides publicos referuntur termini venationum, Jagt- und Forſt-Gräntzen / decimarum, Zehend-Gräntzen / præfecturarum, Amt-Gräntzen. *Werdenh. de Rebusp. Hanſeat. 2. cap. 4.*

III.

Limites diœceſium, provinciarum, regnorum & ſimi

& similes præscribi non possunt, ea verò qvæ sunt intra limites rectè præscribuntur. Mynsing. *Cent. 6. obs. 28.*

In *Lineas* successio qvomodo fiat, vid. *Successio ab intestato.*

CAP. XXIX.

Liqvidatio, Liqvidum.

Axioma I.

Liqvidatio ex post-facto idem operatur, qvod purum ab initio. *l. cum testamento 4. Cod. de testament. manumiss. ibiqve* Baldus *l. si rem. 30. §. fin. de pign. act. l. si mandavero tibi 22. ff. mandat.*

II.

Liqvidum non debet retardari propter illiqvidum, *l. statu liber. rationem 5. ff. de statu lib.* facit *text. 2. feud. 20. de controvers. inter Episc. & Vasall. §. sed si constiterit.* Curt. jun. *cons. 122. num. 3.* Cavalcan. *de tutor. num. 215.* Munoz de Escobarb. *de natiocin. admin. c. 21. per tot.* cum nullus compensationis locus sperandus liqvidi ad non liqvidum. *l. fin. C. de compensat. §. 30. Institut. de action.* ibiqve Corras. Arum. *exerc. 16. th. 9.* Treutl. *vol. 1. disp. 25. th. 8. lit. g.* ibiqve Bachov. nec in diem dilati. *l. 7. princ. ff. de compensat.* Ludwel. *in disp. ad Instit. 14. th. 7. lit. K.* Coll. Jur. Arg. *de compensat. th. 8. num. 9.* Rota Genuens. *decis. 8. num. 15. & dec. 190. num. 19.* Joseph. Ludov. *decis. Perus. 15. n. 15.* adeò ut executio pro liqvidis, etiam remanente litis pendentia super illiqvidis rectè fieri possit. Lancellot. *de attentat. p. 2. num. 4. limit. 28. per tot.* Joseph. de Sese. *decis. 88. n. 4.* Gratian. *tom. 3. disceptat. forens. cap. 529. in fin. & tom. 4. cap. 728. num. 11.* Fontanell. *de pactis nuptial. cl. 7. gloss. 3. p. 6. n. 3.* & non liqvidum in exceptione, liqvidum in actione retardare non debet, qvod verum, qvando exceptio altiorem indaginem reqvirit, *d. l. fin. C. de compensat. l. in hac actione 3. §. 13. ff. ad exhibend. l. ille à qvo 13. §. 2. & 3. ff. ad SC. Trebell. l. 2. C. de edict. D. Adr. toll. l. fin. in fin. C. de ord. cogn.* Gail. *l. obs. 113. n. 11.* Wesenb. *cons. 220. n. 36. & seqq.* Besold. *in thesaur. pract. lit. M. verb. mandata.* Mævius *in comment. ad jus Lubecens. lib. 5. lit. b. art. 2. n. 1.* Berlich. *vol. 1. concl. ult. num. 86.*

Limita, nisi de proximo non liqvidum liqvidandum esset. *l. fin. C. de compensat.* Socin *in tract. reg. 86. fallent. 2.* Qvæ enim de proximo futura sunt, pro jam factis habentur. *l. penult. ff. de milit. testam.* Laurent. Tennin. *in tractat. cautel. 24. num. 3.* & pro liqvido habendum est, qvod in promptu liqvidari potest, ut eleganter docet Anton. Faber. *in C. lib. 4. tit. 23. defin. 2. numer. 3.* vid. Gylman. *tom. 4. Symph. p. 1. vot. 22. numer. 9.* Carpz. *p. 1. const. 8. defin. 10. n. 4.*

Tripliciter autem liqvidum dicitur, vel qvod constet ex confessione partis, seu genere qvæstionis facti, aut juris, qvod semper certum, deniqve ex celeritate probationis, vid. Zang. *p. 3. de except. 8. n. 95.* Mæstert. *tractat. de compens. qvæst. 14. n. 2.* debet autem non tantum constare de ipso debito, sed etiam ejus qvantitate, hoc est, qvid, qvale qvantumq; debeatur. *l. certum 6. si cert. pet.* Carpz. *2. cons. 109. n. 22. & seq.* hæc probatio autem fieri debet per instrumenta vel ex partis confessione. Carpz. *Proc. tit. 22. art. 4. n. 14.*

Limita (2.) si ita conjungatur liqvidum cum illiqvido, ut ratione partis illiqvidæ tota summa reddatur illiqvida *Carleval. de Judic. tit. 5. disp. 15. n. 4.* (3.) si adhuc reddendæ sint rationes à socio Tutore vel alio administratore. *Carleval. d. l. disp. 7. per tot.* (4.) si exceptio compensandi illiqvidi non in fine processus sed statim in exordio opponatur *Vinn. Lib. 1. qvæst. select. 50.*

CAP. XXX.

Litera. *v. supra* Epistola *& infra* Verba.

Litera est, qvæ oculis cernitur, non autem qvæ solo intellectu videtur, & colligitur. Alex. *in l. 1. num. 23.* ibiqve Socin. *num. 36. ff. de vulg. substitut.* idem Alex. *in l. post aditam. n. 4. C. de impub. substitut.* Felin. *in cap. translato n. 5. de constitut.* Jason. *in l. non dubium. num. 12. C. de EL.* Menoch. *remed. 4. adipisc. poss. n. 218.*

CAP. XXXI.

Lites, Litigare.

Axioma I.

[Litigari absqve pecunia nunqvam potest. *l. eum qvem 79. ff. de judic. arg. l. alias 18. ff. de jurejur. l. 22. C. de mandat.* Herman. Lather. *de censib. lib. 3. c. 5. n. 35.* sed prima, media & ultima cautio litigiorum est de expensis solvendis & insumendis. *Auth. offeratur. C. de litis contest.* Vent. de Valent. *in parthen. litig. lib. 1. cap. 4. n. 5.* Unde litigantes similes esse Chymistis, ait Carpzov. *p. 1. constit. 1. def. 1. n. 4.* qvia sicut laborioſi qværunt lapidem, donec omnia dilapidaverint; ita litigantes & se & opes conterunt, donec tristissimum litis eventum experiantur, & Chymistarum præmium nimirum paupertatem sentiant. *l. qvod debetur 51. ff. de pecul.* Andr. Knichen. *in Comm. ad jus Saxon. c. 3. fol. 260.* Hering. *de fidejuss. c. 1. n. 25.*

II.

Lites qvi execratur, ejus verecundia non est vituperanda, *l. item si res 4. §. potest 1. ff. de alienat. jud. mut.* Ejus enim cogitatio est laudabilis, siqvidem lites Legibus & Papæ & Imperatori & omnibus probis viris esse odiosas, not. Marsil. *verb. lis pendet. n. 222. in fin. de bannit.* vid. Gomez. *in c. dispendia. num. 6. vers. nota primo de rescript.* Pacian. *consil. 4. n. 1. vol. 1.* Unde etiam ad judicis officium pertinet tollere fomenta & occasiones litium. *l. qvidam 21. ff. si cert. pet. l. 13. §. 3. vers. æquissimum de usufruct. c. finem de dolo.* & si fieri potest restringere, non autem laxare, ne finis unius fiat Principum alterius. Lucas de Penna *in l. litibus. n. 5. vers. & generaliter. C. de agricol. & censit.* Pacian. *consil. 2. n. 54.* id qvod præcipuum munus esse integerrimi Prætoris docent *l. properandum 13. C. de judic. l. litibus 20. Cod. de agricol.* cum ex litibus nihil nisi discordia oriatur, *l. servus 20. vers. sed aliqva ff. de O. & A.* Vultej. *2. Cons. Marpurg. 25. n. 39.* Qvare cum litis exitus sit dubius. *l. qvod debetur 51. ff. de pecul. l. 78. ff. ad SC. Trebell.* Wesenb. *in parat. ff. de pactis. num. 1.*

& lites non ex præscripto legis, sed arbitrio judicis dijudicentur Bronchorst. *1. assert. 2.* liti in distinctè sive ante sive post litem contestatam renunciare licet. *l. postqvam 4. C. de pact. l. destitisse 10. de judic.* Illico Umm. *disput. 6. ad proceff. judic. num. 76.* nec lites resuscitare oportet Gail. *lib. 2. observ. 70. num. 8.* atqve sic per solam litis renunciationem impediri novæ litis ingressum addunt Castrens. *in d. l. postqvam 4. C. de pact. numer. 2. ibid.* Jason. *numer. 4. vers. nota ex textu. col. 2.* Pacian. *conf. 71. numer. 3.* conf. Carpzov. *de inhibit. posit. 1.*

III.

Pro lite nemo mortis periculum subire cogitur. *l. 2. §. si qvis judicio 3. ff. si qvis cant. l. si pater 34. §. 1. ff. de donat.* Carpzov. *p. 1. const. 31. def. 6. num. 2.*

IV.

Mutata persona per mortem defuncti lis & causa mutatur. *l. an eadem. 14. l. cum de hoc 27. ff. de except. rei jud.* Carpzov. *p. 1. const. 17. defin. 41. num. 5.*

V.

Lites abbreviari publicè interest. *l. propemodum 13. C. de judic. l. fin. ff. pro suo. l. 2. C. de re judic. l. 2. princ. ff. de aq. pluv. arc.* Carpzov. *cum alleg. 2. R. 4. num. 8. & 3. R. 17. n. 13. 2. R. 127. n. 12.* contra maxime cavendum, ne lites ex litibus serantur. *l. si qvis 11. in fin. C. de reb. cred.* Wesenb. *parat. de judiciis. n. 13.* qvod facilè obtinebitur, si vitilitigatores coercentur, prout talem cautelam suggerit Mornac. *ad tit. Cod. ut nemo invit. agere vel. accus.* Hinc hodiè Judices causas summariè definire possunt, præsertim vilium personarum & agricolarum. Perez. *C. de Conductor. & Procurator. num. 5.*

VI.

Lis ubi cœpta, ibi finiri debet. Amplia: licet reus intereà aliud forum sortiatur, e. g. si miles militiam deposuerit *l. fin. C. de Veterin.* puella alterius fori marito nubat. *l. 19. pr. de Jurisdict.* vid. Perez. *C. de Veterin. n. 10.*

VII.

Remedia litium abbreviandarum sunt: (1.) temerè litigantes & appellantes gravissimè coerceantur *Rec. Imp. de anno 1600. §.* und obwohl *20. Parth. litig. lib. 2. cap. 14. num. 12. 20.* (2.) advocati in singulis causis jurent. *Id. L. 2. c. 7. n. 9.* (3.) Juramentum in animam alterius non admittatur. *Id. Lib. 1. cap. 15. n. 33.* (4.) Jurium allegationes & disputationes tollantur. *ord. Cam. P. 3. tit. 40. §.* was aber. (5.) Exceptiones omnes simul proponantur. *R. J. de anno 1570. §.* demnach sollen die gewöhnliche. *& de anno 1594. §.* Setzen demnach/ordnen und wollen. *ord. Cam. P. 3. tit. 13. §. f.* (6.) non concedantur articuli additionales additionalium *R. J. de anno 1600. §.* es sollen auch. *126.* neqve prorogationes prorogationum *R. J. 1594. §.* Solten sich. *59.* Wehn. *obs. pract. verb. Justici* Wesen.

VIII.

Litibus carere non minima beatitudinis pars est; ratio, qvod istæ variarum molestiarum causa & origo sint, & semper eventus dubius existat. vid. ad hanc rem *axiom. II.* Carpz. *3. resp. 98. num. 1. 2. 3.*

CAP. XXXII.

Litis contestatio.

Axioma I.

Litis contestatio est lapis angularis, ut Bald. *in cap. 1. col. 1. de lit. contest.* basis & fundamentum totius judicii, cui omnia innituntur acta qvæ sunt vehiculum ad sententiam, Roland. à Valle *vol. 4. cons. 8. num. 7.* Georg. Obrecht. *de lit. contest. cap. 10. num. 6. cit. à.* Carpzov. *decis. 40. num. 1.* & de jure communi unum de substantialibus judicii, adeò, ut si omittratur, vitiet totum processum, *vid. l. unic. C. de lit. contest. & cap. un. extr. eod. in 6. gloss. in cap. dudum. el. 1. de Elect.* Bart. & Dd. *in l. prolatam. C. de sentent.* & Cardin. *in Clem. sepè in princ. opposit. 4. de V. S.* Gail. *1. obs. 75. num. 1. 3. ult. cit. à* Carpz. *à loc. num. 2.* Consil. Argent. *1. cons. 28. num. 8.* sine litis enim contestatione judicium esse non posse *ex d. l. 1. C. de litis contestat.* docet Philipp. Matth. *ad l. 86. de R. I. num. 4.* adeò ut qvicqvid ante litem contestatam fiat hoc videatur extra judicium fieri, *l. adiles 25. §. item 8. de ædil. edict.* Wesenb. *in parat. ff. de his qvi not. infam. num. 9.* Unde omnes actiones tempore perituras, qvamvis pœnales, perpetuas efficit, ita ut heredibus dentur & in heredes transeant, *l. 26. ff. de O. & A. l. 139. l. 164. de R. I.* imò & reo omnem exceptionum dilatoriarum opponendarum potestatem adimit, juxta *l. ult. C. de except.* solaqve negatione inducitur. *gloss. & Dd. in c. un. de lit. contest.* Panorm. *in cap. in causis de re judic.* Vult. *1. Cons. Marpurg. 15. num. 24.* atq; adeò obligat ad instantiam, ut ab ea qvis discedere vel pœnitere amplius non possit. *l. is qvi se obtulit 25. ubi gloss. verb. qvi discessit. ff. de rei vind. l. sed etsi suscepit 52. ff. de judic. l. nemo 4. C. de jurisdict. gloss. sing. in l. 2. §. fin. ff. de prætor. stipul.* Felin. *in cap. qvamvis. num. 6. vers. tertia declaratio de judic.* inde nec perfectam rei alienæ scientiam, sed dubitationem gignere perhibetur. *l. 10. vers. qvi licet. C. de acqvir. poss.* Rauchbar. *lib. 2. qvæst. jur. civil. & Saxon. qvæst. 28. n. 19.*

II.

Litem contestari qvi patitur judicio contrahit. *l. 3. §. 11. ff. de pecul. l. 57. ff. de solut. l. 20. ff. de petit. hered.* Litis enim contestatio est tantæ efficaciæ, ut etiam libellus post litem contestatam emendari, vel mutari neqveat. Dd. *in l. edita. C. de edend.* Menoch. *lib. 2. arbit. jud. cas. 126.* Mynsi. *resp. 27. num. 5. & resp. 100. n. 11.* Socin. *reg. 292. incipit libellus post litem.* Felin. *in cap. significantibus de libell. oblat.* etiamsi clausula *salvo jure addendi vel minuendi* apposita fuisset. *gloss. in cap. inter dilectas de fide instrum. & ibi* Panorm. Thom. Ferret. *caut. 34.* Jas. *in l. non solum. §. morte. ff. de oper. nunc.* qvin & hunc habet effectum, ut Dominus nuda sua voluntate procuratoris mandatum revocare neqveat, sed adversarius justam habeat contradicendi causam. *l. 25. §. 1. verb. sed etsi adversarius dicat. ubi gloss. in verb. suspectus de procur.* Carpzovius *decis. 45. num. 11. & seqq.*

III. Lis

III.

Lis sub conditione contestata pro nondum contestata habetur. *l. si qvis 8. ff. si qvis omiss. caus. testam.* Carpzov. *p. 1. constit. 11. defin 3. n. 3. & decis. 40. n. 13. cum cit. add. O. C. p. 3. tit. 13. n. 5.*

IV.

Qvoties sententia pro actore non subseqvitur, toties litis contestatio reum non obligat.

Ratio, qvia sententia demùm vim tribuit litis contestationi, cum ex sententia constet, utrum legitimè an frivolè lis fuerit intentata. Conf. *l. 3. §. ult. ff. de pecul.*

Exempl. ita ergò si qvis aliqvem bonæ fidei possessorem conveniat de re sua restituenda, non aliter b. f. possessor tenetur de fructibus post litem contestatam perceptis, qvàm si per sententiam res fuerit evicta. *l. 25. §. ult. ff. de usur.* neqve aliter litis contestatio interrumpit præscriptionem qvàm si sententia fuerit secuta. *vid. Rubr. de Citatione.*

CAP. XXXIII.

De Litis denunciatione.

Axioma I.

Qvoties qvis contra alterum regressum vult instituere, toties ipsi litem denunciare debet; qvia alioqvin ipsi posset culpa imputari, qvare alterum, cui justa poterat causa fuisse defensionis, non advocaverit. Emtor igitur litem de re vendita motam mutare denunciet venditori etiam scienti *l. 7. & 20. C. de evict.* Conf. *Axiom. seq.*

Limita, nisi illius, contra qvem regressus competit, causa notoriè sit injusta, vel probare qvis posset, autorem nullum jus habuisse. Carpz. *de proces. art. 4. n. 32. & 38.*

II.

Qvoties litis denunciatio non ad nudam scientiam sed & ad factum aliqvod præstandum reqviritur, toties etiam scienti fieri debet *l. 7. & 20. C. de Evict.* qvia nemo tenetur factum & operam suam alteri sponte offerre. Imminente igitur evictione, cùm denunciatio ad defensionem Emtoris facienda, etiam scienti fieri debebit. Brunnem. *ad d. text.*

CAP. XXXIV.

De Litis Pendentia, Litigioso.

Axioma I.

Qvoties Citatio est decreta & insinuata, toties lis pendens dicitur & præventa. *l. ult. §. ubi post admonitionem. 2. C. de in Jus vocand.*

Ratio: qvia Citatio est initium Judicii, qvod sine jurisdictione exerceri neqvit. Hinc, uti per illam Jurisdictio præventa, ita qvoqve lis pendens facta dicitur. Ita ergò qvando contra paganum decreta Citatio, utut ille postea factus fuerit miles, nihilominus in priori foro lit pendens manet. *cap. 19. X. de foro compet.*

Declar. modò Citatio à judice competente fuerit facta, cùm aliàs impunè sperni possit. *l. ult. ff. de Jurisdict.* Brunnem. *in Proces. Civil. cap. 7. n. 13.*

II.

Lite pendente nihil est innovandum, ne qvidem in gratiam fisci. Brunnem. *in l. 7. C. de Jure Fisci.*

Limita: si dominus à colono contradicente reditus fundi postulet, fructus nummarii interea seqvestrantur, alii venduntur & deponuntur, nisi colonus de reditibus eventualiter domino præstandis fidejussorem det. *l. 20. pr. & §. 1. 2. C. de agricol. & Censit.* Perez. *C. eod. n. 21. 22. 23.* Qvando lis pendet super hôc, an Exactor plus solitô subditum gravaverit, lite hâc pendente debitor non compellitur ad integram solutionem sed tantùm ad solutam portionem. Brunnem. *ad l. 1. C. de Censib. in fin.*

III.

Utrum executionem impediat Exceptio Litis-pendentiæ in via ordinaria, vid. Carleval. *tract. de Judic. tit. 3. disp. 14.*

IV.

Litigio res subjecta minus venit æstimanda. *l. 1. §. si heres. 16. ff. ad SC. Trebell. l. mortis causa capimus 14. §. fin. de mort. caus. donat.* Laurent. Tennin. *cautel. 236. num. 10.*

V.

Litigiosi vitium non afficit tertium. Nicol. Milis *in repert. suo verb. lite pendentem.* Rota Rom. *decis. 3. n. 2. in fin. in novis 15.* Lancellot. de Attentat. *p. 1. c. 3. à num. 90. usq; ad n. 153.* Unde qvod peremptа instantia vitium litigiosi durare dicitur, illud qvoad ipsos litigatores, non qvoad ipsum tertium intelligi debet, cum in tertium vel à tertiô alienatio facta subsistat. Bart. *in l. 2. ibiq;* Alex. Jas. Curt. *C. de edend.* Curt. sen. *cons. 72. n. 9.* Paris. *cons. 104. n. 155. vol. 1.* Vult. *3. Consil. Marp. 22. n. 42.* Salicet. *in l. properandum. §. siqvidem. num. 15. vers. 20. C. de judic.* Natt. *cons. 350. num. 5.* Satis enim lucrari dicitur, qvi à lite discesserit, Petr. Gregor. Tholos. *Syntagm. jur. cap. 1. n. 12.* Carpzov. *p. 1. const. 1. defin. 9. n. 5.* Satisq; magnum commodum consequitur. *l. Lucius 78. §. fin. ad SC. Trebellian.* Tiber. Decian. *resp. 103. n. 3.*

VI.

Lite pendente nihil est innovandum. *cap. 1. & cap. fin. extr. ut lit. pendent.* etiam ne principis qvidem autoritate, rescriptum enim eo nomine impetratum omnino nullum est. *l. fin. C. si per vim l. Meminisse 6. C. unde vi.* Hostiens. *in summ. ejus tit. num. 2.* Innocent. *in d. cap. fin. num. 1. ibiq;* Panorm. Albert. Brun. *cons. 203.* Regn. Sixtin. *lib. 2. Cons. Marp. 18. n. 78. v.* Reichs-Abschied *de Anno 1570. §. in qvo antea.* qvod verum esse de Dominio vel qvasi not. Speculat. *in §. noviss. n. 17. vers. item. non obstat. de appellat.* Bellamer. *in cap. cum M. n. 6. vers. ad hoc autem. extr. de const.* Pacian. *consil. 2. num. 37.* Similiter litis pendentia coram uno judice impedit agitari eam coram alio. Socin. *cons. 38. volum. 1.* maximè qvando sententia lata ab uno parit exceptionem rei judicatæ coram alio, Marant. *in qvæst. legal. disput. 6. n. 24.* licet qvoad tertium ob litem inter duos pendentem, qvamvis jure suo utatur, secus sit. *arg. l. cujuscunqve 60. §. 1. de usufruct.* Vult. *3. Consil. Marp. 22. numer. 43.* imò sicut litis pendentia in petitorio non obstat agere volenti in

possessorio. *l. cum fundum 18. §. cum qvi 1. ff. de vi arm. cap. significavcunt 36. extr. de testib.* ita è contrario sententia & litis pendentia in possessorio non obstat agere volenti in petitorio. *l. & in eadem 14. §. fin. de except. rei judic.* Gœdd. *3. Conf. Marp. 32. num. 172.*

VII.

Litis pendentia per solam etiam citationem inducitur, nec litis contestatio reqviritur Mynsi. *4. obs. 26.* Intellige si modo ea citatio sit apta, ut ex tenore citatus statum controversiæ cognoscere possit, eaqve à judice competente decreta partiq; adversæ per nuncium legitimè & sufficienter sit insinuata. Mascard. *de probat. concl. 386. n. 6. vol. 2.* Regner. Sixtin. *2. Conf. Marpurg. 18. n. 71.*

CAP. XXXV.

De Locatione.

Axioma I.

Locare nemo potest qvod non habet ipse in sua potestate ac possessione, *l. litibus. C. de agricol. & cens. lib. 11.* Wesenb. *2. conf. 62. num. 7.*

II.

Qvodcunqve factum dependet ex artibus illiberalibus, illud est locari solitum, qvia hoc certa mercede æstimari potest. *l. 5. §. 2. ff. de Præscr. Verb.* cùm utplurimum aliqvid post se relinqvat, unde utilitas in alterum redundet. Ita ergò tabulam pingere *d. §. 2.* onus vehere *l. 13. §. 1.* alterius servum custodire *l. 1. §. 9. ff. depos.* & similia sunt facta locari solita. Non item operæ professorum, advocatorum, Medicorum, &c. Inde qvod hic præstatur, non in operarum compensationem sed grati animi declarationem solvitur. Bachov. ad Treutl. *Vol. 1. disp. 29. §. 2. lit. G.*

III.

Qvoties locatur factum, toties præcisè pecunia numerata adesse debet, qvia aliàs fortet Contractus innominatus do ut facias. *l. 5. §. 2. ff. de Præscr. Verb.* ita si qvis locaverit operam ad ædes meas exstruendas, merces debet in pecunia numerata consistere.

IV.

Qvoties in locatione non intervenit factum sed res, toties loco mercedis alia res dari potest. *l. 21. C. de Locat.* qvia sic nullus intercedit contractus innominatus; nec enim facio ut des, qvia traditio non est tale factum qvod in contractum innominatum venit, nec pro traditione sed pro usu alteri qvid præstatur. Ita ergò pro prædio locato dari possunt fructus ex prædio *d. l. 21.*

Limita, ut procedat præprimis, si (1.) res sit frugifera, (2.) si illa res, qvæ loco mercedis datur, sit in se certa. Hinc si v. g. conveniret, ut conductor tertiam vel qvartam partem fructuum det, non erit locatio conductio, sed contractus innominatus facio ut des.

V.

Locatio & emphyteusis non transfert dominium, licet ad longum tempus fiat.

Limita: à principe concessa emphyteusis dominium transfert. *l. 5. C. de diverf. præd. Nov. 7. c. 1.* Perez. *C. de excus. mun. n. 8.*

VI.

Argumentum & statuta de venditione loqventia ad Contractum locationis saltem extendi possunt qvoad terminos habiles, nam diversa interdum est eorum ratio *l. 63. de ædilit. edict.* Brunnem. *ad l. 2. C. de vendend. reb. civit.*

VII.

Qvi pecuniam vel species publicas vehit, potest compellere locatores eqvorum ut sibi locent. Brunnem. *C. de Curs. publ. col. 3.*

VIII.

Qvoties ob necessitatem supervenientem ante tempus locationi præfinitum expellitur conductor, toties pro parte remittenda pensio & finitâ necessitate res conductori restituenda. Ratio prioris: qvia pro parte usus rei fuit ademtus, hinc etiam pensio pro usu solvenda ex parte remittenda. Ratio posterior: qvia cessante causâ expulsionis, qvæ erat temporaria, pristinum Jus revivisit.

IX.

Qvoties damnum in ipsa perceptione fructuum patitur conductor, toties remittenda pensio, qvia sic fructus nondum suos facit conductor, nec usum rei locatæ percepit: ergò nec periculum fructuum ipsius esse poterit, si v. g. segetes ab hoste demetiantur vel à raucis corrumpantur.

Limita: (1.) nisi conductoris culpâ damnum obtigerit. Lauterb. de Locat. *§. 2. n. 1.* (2.) nisi damnum esset modicum & tolerabile, qvod judicis arbitrio relinqvitur,

X.

Qvoties colonus damnum patitur in fructibus jam perceptis, toties non minuitur pensio. qvia sic usus rei locatæ fuit præstitus & ex perceptione fructuum conductor dominus effectus, domino verò res qvælibet perit. Carpz. *P. 2. C. 37. def. 20.*

Limita, ut fructus tunc demum percepti dicantur, qvando fuere collecti & in horreo reconditi. Zœs. *ad ff. Locati n. 24.*

XI.

Qvoties successor singularis per judicem ex necessitate juris succedit, toties tenetur stare locationi *l. 8. §. 1. ff. de reb. autor. judic. possid.* qvia videtur judex assignare rem in eo statu, in qvo est. Exemplum est in eo, cui sub hasta res vendita est. Carpz. *P. 2. C. 37. def. 4. n. 6.* Contraria Exempla vid. apud Zœs. *ad ff. Locat. n. 45.*

Limita, nisi sententia judicis fraudem contineat. Carpz. *d. l.*

An Conductori præferatur emtor, vid. *emtio.*

CAP. XXXVI.

Locus, Situs, Situatio.

Axioma I.

Locus non est fundus, sed portio aliqva fundi *l. locus 60. ff. de V. S.* fundus enim integrum aliqvid est, & plerumq; sine villa locum accipimus. Fundus autem est substantia & continet omne qvicqvid solo tenetur. Javole *in l. qvæstion. 115. de V. S.* & locus accidens, adhæretqve suo subjecto; inde non magnitudo locum à fundo, sed nostra affectio separare dicitur. Sic locum religiosum vocamus, in qvo corpus humanum sepultum est.

l. 2.

l. 2. in pr. ff. de relig. cum non integer ager circa sepulchrum, sed saltem locus in qvo corpus humatum est religiosus dicatur. *l. ad c. 73. ff. de contr. empt.* qvia locus non hominem, sed homo locum sanctificet. *cap. illud. distinct. 40.* Gylman. *4. 1. vot. 30. num. 76.*

II.

Locus est solennitas instrumenti reqvisita. Jacob Puteus *lib. 1. decis. 336. num. 31.* Alex. *in l. de pupillo. §. qvi nunciat. ff. de operis nov. nunc.* Bald. *in c. 1. col. 3. vers. qvarto reqviritur. de fid. instr.* Bart. *in l. si qvis argentariis. §. si initium. num. 26. ff. de edend.* Capell. Tholos. *decis. 492. in princ.* Ratio, ne scil. pars privetur defensione contra falsitatem si fieret, *per l. optimam 4. C. de commit. stipul.*

Amplia, qvod procedat non solum in accusatione qvando agitur de crimine, sive civiliter sive criminaliter. Bart. *in l. viro. num. 6. ff. de solut. matr.* sed etiam in eo, qvod nec consvetudo valeat in contrarium, si disponat ut locus non apponatur, Steph. Aufrer. *post decis.* Capell. Tholos. *492. n. 2.* Covar. *pract. qvæst. tom. 2. cap. 20. n. 3.* Mascard. *concl. 4. n. 24.*

Limita, obtinere in his tantum, ubi Lex vel consvetudo certum locum exigit. Mascard. *d. loc.* Felin. *in cap. 1. de fid. instr.* ubi enim certæ solennitates exprimendæ, ex statuto locus specificandus erit. Roland. à Vall. *consil. 33. per tot. lib. 3. vid. latè* apud Honthem. *2. de art. Notar. cap. 3. per tot.* Loci tamen omissio non vitiat, si locus tacitè fuisset repetitus. Bart. *in l. si qvis. §. si initium. ff. de edend. n. 27.*

III.

Locus contractus semper est reqvirendus, ubi sit celebratus; ratio, qvia is semper inspicitur. Ampliatur ut non tantum procedat in contractibus, sed & ultimis voluntatibus. *vid. l. si fundus. 6. de Evict. l. semper in stipulationibus. 36. de R. I.* Godazin. *cons. 49. numer. 14.* Hinc, qvi fuit incola tempore contractus cum civitate iniit, pro debito Civitatis conveniri potest, etsi pòst in alio loco habitet. Hodiè & hi, qvi tempore Contractûs nondum erant cives, oneribus Civitatis subjiciuntur. *Perez. C. de Incol. n. 21. seq.*

IV.

Ubi aliqvid reperitur, ad eundem locum pertinere censetur. e. g. Navis in Tiberi reperta Tiberina præsumitur. Hinc dominus territorii fundatam habet intentionem qvoad res & personas in suo territorio repertas. *Brunnem. ad l. un. C. de Nautis Tiberin.*

V.

Gravius delinqvit, graviusqve puniendus est, qvi in loco, ex qvô impunitatem fortè speravit, deliqvit, qvàm qvi alibi. *cap. fin. X. de Immunit. Eccles. Brunnem. ad l. 2. C. de spectac. & scenic.* Desertor in urbe repertus capite plectitur, qvi alibi apprehensus in militiam restitui potest. *Perez. C. de Desertor. n. 3.*

VI.

A locis sacris imagines profanæ sunt arcendæ, & persona turpis potest compelli, ut ex loco honesto vel religioso in alium se conferat. *Brunnem. ad l. 4. C. de spectacul. & scen.*

VII.

Ex locorum diversitate nondum inducitur diversitas juris. *Brunnem. ad l. un. C. de Colon. Palæstin. n. 1.* Qvi autem ultra locum solitum compellitur præstare transvectionem vel alia munera, ille justam habet recusandi servitii causam & mutatione loci sæpiùs inducitur gravamen. *Brunnem. ad l. 2. C. de Privil. Domus Augustæ in fin.*

VIII.

Locum exemptum esse vel non esse de territorio, sunt paria. *cap. cum Episcopis de offic. ord. in 6.* Jason. *in l. ult. num. 5. de Jurisdict.* Johan. Andr. *in cap. de constit. in 6.* Angel. *cons. 233. qvadam.* Calcan. *cons. 13. contra. n. 1. de for. compet.* Anchar. *cap. si propter debita circa fin. de rescript. in 6.* Wesenb. *1. cons. 30. n. 17. cons. 33. n. 20. & cons. 37. n. 10.*

CAP. XXXVII.
De Loco publico.

Axioma I.

Qvoties qvis prohibetur uti jure seu loco publico, toties habet actionem injuriarum *l. injurias 13. §. fin. ff. de Injur.* qvia injuria infertur illi, cui prohibetur id, ad qvod omnibus aditus patet. Ita ergò qvi uti prohibet aqvâ profluente, viâ publicâ &c. tenetur actione injuriarum. *l. 11. C. de servit.*

Limita: nisi (1.) qvis in qvasi possessione illius juris extiterit, sic enim alium prohibere & interdicto uti possidetis agere potest. (2.) nisi qvis ideò prohibeatur uti publico, qvia eo sine incommodo publico uti neqvit.

II.

Qvoties qvis publico uti potest sine incommodo publico, toties non est prohibendus, qvia publicorum usus omnibus est communis. Hinc igitur aqvam ducere licet ex flumine publico, v. g. ad pratum & agrum irrigandum, modò per illud usus navigandi non fiat deterior. *l. 1. pr. ff. de flumin.*

CAP. XXXVIII.
Locutio.

Axioma I.

Locutio generalis intelligitur secundum determinationem seqventem. *l. si servus. §. fin. ff. de legat. 1. l. qvisqvis 95.* ubi Bart. §. *1. ff. de leg. §. l. qvoties. 10. C. famil. herciscund.* Alex. *cons. 77. num. 3. vol.* Dec. *cons. 3. n. 2.*

II.

Locutio generalis extendi debet ad ea, qvæ salva proprietate recti sermonis comprehendi possunt. *l. pluribus 6. de accept.* Bart. & Dd. *in l. Lucius. §. emptor. de pac. l. Aurelio. §. Gajus de liber. leg. l. si de certa 13. C. de transact.* Alex. *cons. 11. viso. n. 9. & cons. 15. vol. 2.* Paris. *cons. 20. num. 78. vol. 1.* qvapropter qvando investitura est

generaliter facta super toto territorio loca specialia reclamare non debent. Paris. *consil. 22. n. 98. vol. 1.* Wesenb. *lib. 1. consil. 4. num. 77.*

CAP. XXXIX.

De Logicis.

Logicorum Regulæ non audiuntur in regnis *Carpz. de Leg. Reg. cap. 13. sect. 9. n. 25.* neqve eorum regulis aut præceptis Juris Consulti se obstringunt. *Carpz. Disp. 5. de Inhib. cap. 1. posit. 11. n. 36.*

CAP. XL.

Locuples, Locupletari,

Lucrum, causa lucrativa.

Axioma I.

Locupletior is factus dicitur, qvi non est factus pauperior. *l. 47. §. 1. de solut.* ita locupletior factus censetur is, qvi indebitum accepit, si per illud factus est in rebus suis non pauperior; v. c. solvi tibi indebitum frumentum, tu frumentum consumsisti, ita ut neqve frumentum habeas, neqve pretium frumenti (qvia scil. non vendidisti, sed consumsisti) tamen placuit te frumenti pretium mihi restituere debere. *l. 65. §. 5. de condict. indeb.* & habet hoc rationem: qvia si tu frumentum meum non accepisses, coactus esses de tuo emere: Hinc est qvod in rem domini vertisse servus videatur, qvoties per eum res domini melior facta est, vel non deterior. *l. 3. §. 2. de damn. infect. vid. l. 5. §. 52. junct. l. 7. §. 1. de don. int. vir. & uxor. add.* Don. *ad l. 1. C. de condict. indeb. n. 56.* Hæc tamen regula multas patitur exceptiones, qvæ colligi possunt ex *l. 9. §. 2. ad SC. Maced. l. 5. §. 8. l. 7. §. 1. de don. int. vir. & uxor.*

II.

Locupletionis probandæ onus incumbit ei, qvi dicit qvem fuisse locupletiorem. Angel. *consil. 133. super primo puncto. vers. si autem non fuisset male fidei. col. 2.* Pacian. *1. consil. 59. num. 9.* ubi regulam exemplo bonæ fidei possessoris clarius illustrat, dum ait, eum non debere restituere fructus consumptos nisi adversarius probaverit, qvod eos in suam utilitatem converterit, latius hoc idem deducit Angel. *consil. 160. Domina Catharina in fin.* ubi dicit: qvod cautus Advocatus debeat deducere & probare speciem locupletionis, qvod non sufficeret probare, qvod possessor in suos ususfructus converterit, neqve etiam ex hoc seqvitur, qvod factus sit locupletior, potuisset enim splendidius vivere, & per hoc non esset locupletior. *l. sed si lege 25. §. si qvi re sua 12. ff. de petit. hered. vid. hac de re* Curt. sen. *consil. 71. Princeps defunctus. n. 11. vers. septima conclusio, col. 14.* Jason. *in l. Nesennius §. fundum, numero 3. vers. in fructibus autem. ff. de re jud.* Felin. *in cap. de qvarta. num. 31. vers. secunda restrictio, extr. de præscript.* Curt. jun. *consil. 6. circa has qvatuor. num. 26. col. fin. & cons. 28. in causa vertente in fin.* Molin. *in consvetud. Paris. tit. 1. §. 22. num. 52.* Dec. *in l. ex pœnalibus. num. 62. de R. I.* Ludovic. Gomez. *ad §. actiones. num. 21. Instit. de action.* Menoch. *remed. 15. recup. poss. num. 586.*

Distingve tamen inter eum qvi habuit titulum lucrativum, & inter eum qvi habuit titulum onerosum, ita ut priori casu non præsumatur qvis consumpsisse, & fructus jactasse qvos putavit esse suos, per ea, qvæ allegat Rüin. *cons. 24. super his in fin. vol. 1. & latius consil. 29. qvia testator in fin. vol. 2. qvem seqvitur* Johan. Lupus *in rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 48. reqviritur in pr. & §. 49. num. 1.* Petr. de Anchor. *cons. 2. pro parte nobilis in pr. l. in pupillo 47. ff. de solut.* posteriori vero casu non præsumatur locupletior ratione tituli onerosi, nisi probetur, per ea qvæ tradit Bart. *in l. si ipsa res n. 1. vers. tertio casu. ff. qvod met. caus.*

III.

Qvilibet præsumitur bona sua ex propria industria acqvisivisse non ex alieno rapuisse: fundatur hæc regula in eleganti textu, *l. 10. Cod. Arbitr. tut.* add. Pacian. *libr. 1. de probat. cap. 54. numer. 25. & 28.* Carpzov. *p. 3. qq. Cr. 122. n. 51.*

1. Patitur tamen hæc regula suas limitationes; sic verbi causa qvando mulier aliqvid habet, & unde habeat non apparet, ut evitetur turpis qvæstus suspicio, à marito habere creditur, *l. 51. de donat. int. vir. & ux.*

2. Si persona dubiæ fidei subito ex inope dives sit facta, nec titulum insperatæ fortunæ edere possit, præsumitur dolo furtisqve accepisse. vid. Ord. Cr. *art. 43. §. ult. & ibi:* M. Stephan. Harprecht. *ad §. 12. J. de ob. qvæ ex del. n. 11.*

IV.

Qvi lucrum qværit ex damno alterius in dolo esse videtur. *l. 17. §. 4. de instit.* & illud injustè extorqventi cum mulctâ auferendum est *l. 5. l. 9. C. de erogat. milit. annon. Perez. C. eod. n. 19.* Amplia, qvòd nec officia lucri & cupiditatis causâ ambire liceat, nec privilegia & honores iis concedendi sint, qvi studio exercendæ cupiditatis eos ambiunt *l. 2. C. de diverf. offic. Brunnem C. eod. Col. 4.* Unde consequitur, qvod qvi lucrum qværit sine damno alterius non sit in dolo. Ratio, qvia natura æqvum est, ne qvis cum damno alterius locupletetur. *l. 14. de condict. indeb. l. 206. C. de reg. jur.*

Limitatio est, nisi ex culpa alterius qvis locupletior fiat cum damno alterius, qvo tamen etiam in casu agenti minus favetur, qvam si de damno vitando certet. *l. 18. 19. ex qvibus caus. maj. ubi vid.* Cujac. *lib. 12. Pauli ad Edict.* & semper in jure id observatur, ut de damno vitando certans præferatur lucrum qværenti. *arg. l. verum 11. §. item qværitur 6. de minor. l. ult. §. licentia 10. C. de jur. delib. l. ult. 9. C. de Codicil. lis. l. ult. C. de repud. her. l. 7. de jur. & fact. ignorantia.* Harprecht. *ad §. 2. Inst. qvib. mod. re contrahitur obligat.* qvod vel cumprimis in extraordinariis locum habet, *d. l. 18.* secus tamen est in minoribus, qvibus & in damno & lucro subvenitur. *l. 1. C. si ut omiss. hered. ubi* Wesenb. *in paratit.*

V. Lu-

V.

Lucrum perdere & damnum sentire inter se non æqviparantur. *l. fin. §. licentia 10. C. de jure delib. l. fin. C. de Codicill. l. Proculus. 26. ff. de damn. infect.* Hinc in computatione legis Rhodiæ habetur sola ratio damni non lucri, id est, res jactu perdita æstimatur saltem qvanti emta est, non qvanti vendi potuisset. In rebus tamen conservatis ad contributionem obligatis æstimatio sit non qvanti emtæ sunt, sed qvanti venire possunt. *Perez. C. de naufrag. n. 25.*

Limita qvod eo casu tantum procedat, qvo lucrum non fuisset acqvisitum, ut cum est in spe, qvia tunc lucrum amittere non est damnum sentire, prout loqvitur text. *in l. qvod autem 16. in princ. ff. qvæ in fraud. cred.* secus enim est qvando lucrum acqvisitum est & radicatum, qvia tale lucrum damnum dicitur. *l. liberto octuaginta 26. ff. de bon. libert. cum mult. concord. per* Alex. *in l. si fidejussor. §. in fidejussorem. col. 2. ff. qvi satisd. cog.* Unde qvando dici solet lucrum radicatum perdere, esse damnum sentire, maximè in successione plurium personarum obtinebit. *d. l. liberto.* cum tunc videatur mutare naturam lucri & transfundi in speciem propriorum bonorum, *arg. l. Titius 14. ibig.* Bart. *ad SC. Trebell. l. sed etsi plures 10. §. filio 2. ff. de vulg. substit.* atqve sic illud lucrum aliter in persona primi acqvirentis, qvam in persona secundi judicabitur. Alex. *in l. si mihi & tibi in princ. col. fin. de legat. 1.* Ludov. Gomez *ad §. item si qvis. Inst. de act. n. 17.*

VI.

Cum qvis alterius contemplatione lucro privatur, lucrum illi indubio qværitur, cujus contemplatione privatur. *l. si legatarius 25. C. de legat. l. cum emancipati 2. §. si duo 2. ff. de collat. bon. l. si defunctus 9. C. de suis & legitim.* Ludov. Gomez. *ad l. uxorem. §. heres. de legat. 3. add.* Socin. *consil. 5. præsens consultatio. col. 1. vers. 5. per tot. lib. 1. & cons. 241. circ. prim. difficult. col. 9. vers. 2. qvomodo qvis. lib. 2.* Felin. *in c. qvaliter. §. ad corrigendas. col. 2. extr. de accus.*

Limita procedere, qvando scil. fuit privatus à Lege, non vero ab homine. *d. l. uxorem 41. §. heres.* hoc enim in casu illi non acqviritur, cujus contemplatione fuit pœna apposita, sed qværitur coheredi, vel substituto vel aliis ab intestato. Alex. *cons. 138. incip. opportunè. col. fin. lib. 1.* Ludovic. Gomez *ad §. superest. num. 21. Instit. de action.*

VII.

Lucrum ex culpa proveniens non potest deferri causanti culpam vel delictum. Bald. *in l. sed si hæc. §. prostituta de in jus vocand. in fin.* Pacian. *consil. 4. n. 38. per text. in l. si ab hostibus 16. §. fin. ff. solut. matrim.* Nemo enim ex suo facto culposo debet præmium vel lucrum reportare. *l. relegatorum. 7. in fin. ibiqve gloss. de interd. & releg. l. sive hereditaria. 22. ff. de negot. gest.*

VIII.

Qvod tibi non nocet, & alteri prodest, facilè concedendum est. *l. 5. §. item Varus 8. ff. de aqva pluv. arcend.* Bart. *in l. si cui. ff. de servit.* Socin. jun. *consil. 76. numer. 13. lib. 3.* Cravett. *consil. 226. num. 3. in fin.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 237 n. 19.*

IX.

Lucrum assumit sibi naturam illam, qvam habet capitale. *l. auri. statuta. 2.* ubi Bart. *C. de frument. urb. Const.*

X.

Lucrum cum damno compensari potest. *l. 11. ff. de negot. gest.* Intellige si uterqve vel in dolo vel culpa reperiatur. *l. si ambo 10. ff. de compens.*

Unde inferunt Dd. primo, Lucri non fieri compensationem cum damno causato ex negligentia vel culpa vel dolo administratoris, qvando lucrū contingit ex legali providentia potius qvam ex facto ipsius administratoris. *l. Cajus 11. ff. de usur.* ubi Bald. *in lectur. antiq.* dixit, qvod hominis culpa non compensetur cum provisione legali.

Secundò, qvod damni fiat compensatio cum lucro proveniente ex industria administratoris mei, qvando illud damnum provenit ex casu fortuito contingente in eo qvod facit meus administrator. *l. si negotia. ff. de negot. gest.* ubi habetur qvod administrator, qvi insolitam negotiationem vel novam mercaturam fecit, teneatur de casu fortuito: sed si in qvibusdam lucrum, in qvibusdam damnum factum fuerit, debeat dominus lucrum cum damno compensare. Unde per hunc textum dicit *ibi* Bart. qvod lucrum non compensetur cum damno emergente ex culpa administratoris, sed compensetur cum casu emergente, subjungens *in fin.* quia in compensatione lucri & damni non inspiciatur finis temporis totius administrationis, sed computetur de anno in annum, cujus contrarium tamen voluit Angel. *ibi in princ. vide tamen omnino* Alberic. *ibi elegantius distingventem*, ubi dicit, qvod aut qvis accedit ad negotia solita tantum, & tunc omne damnum & lucrum erit domini, nisi damnum contingat ex culpa gestoris: aut accessit ad negotia domino insolita, tunc damnum spectabit ad gestorem: aut gessit solita & insolita, & tunc si lucrum est in solitis, & damnum in insolitis, lucrum spectabit ad dominum & damnum ad gestorem: si vero lucrum & damnum contingit in insolitis tantum, fiet in solitis compensatio lucri & damni, sed in insolitis ita demum fiet compensatio, si erimus circa eandem speciem, circa enim diversas compensatio non fiet, alii dicunt, *prout*, aut Castr. *ibi in fin.* qvod damnum aut contingit culpa gestoris, & non fiet compensatio, *l. de illo. ff. pro socio*, aut contingit sine culpa, licet in culpa fuerit gerendo insolita, & tunc fiet compensatio: qvæ tamen distinctio Alberico non placet, qvia hoc modo non esset differentia inter solita & insolita negotia. *vid.* tamen *Dd. in c. nihil extr. de elect.* Ubi Joh. de Imol. & Panorm. uterqve *in fine* dicunt: qvod qvando diversi sunt contractus, tunc non fiat compensatio sive fuerint initi cum eadem persona, sive cum diversis, sed qvando unicus est contractus fiat compensatio, veluti qvando qvis emit plura animalia eodem pretio, & aliqva obierunt & alia sunt augmentata, vid. & gloss. *in d. l. si negotia verbo sit solitus de negot. gest. ubi not.* sex casus, ubi qvis de casu fortuito tenetur.

Declarant tertiò, qvod qvando dicitur lucri

cri cessantis, provenientis ex negligentia administratoris seu consocii fieri compensationem cum lucro, qvod provenit ex industria ejusdem, procedat in administratore voluntario. *d. l. Gajus. ff. de usur.* secus in administratore necessario, prout sunt tutores & curatores; hic enim aut totam administrationem approbandam aut totam reprobandam esse, textus est *in l. cum qværitur 16. ff. de admin. tut.*

XI.

Lucrum nullum intelligitur nisi omni damno seu ære alieno deducto, sicut etiam contrà damnum non intelligitur nisi prius compensato omni lucro. *l. Mutius 30. ff. pro soc.* Hæc regula potissimum vires suas exercet in materia communionis, cum enim societas jus qvoddam fraternitatis inducat, meritò omnia bona malaqve in commune rediguntur. *l. 73. l. 63. l. 38. pro soc.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 41. defin. 22. num. 4.* Unde est qvod ante omnia expensæ cum lucro veniant compensandæ. *l. 82. pro soc.* Schneidevvin. *in §. qvædam Inst. de action. sub rubr. famil. hercisc. n. 56.*

Declarationis tamen causa restringenda est hæc regula tantum ad damna societatis, hoc est, qvæ qvis occasione communionis non extrinsecæ sentit, hæc enim communioni non imputantur. *vid.* Carpzov. *p. 3. const. 15. def. 46. & seq.*

XII.

Lucrum qvod lege datum est privatus auferre non potest. *Novell. 22. cap. 33. in fin.* Ernest. Cothman. *vol. 1. cons. 74. c. Raynutius 16. in med. vers. præcepit etiam idem judex ext. de testam.* Socin. sen. *cons. 121. vol. 4. num. 34.* Exempla *vid. apud* Gail. *2. observ. 187. num. 2.* add. Matth. Berlich. *pag. 3. concl. 9. num. 3. & 4.* Pantschman. *p. 2. q. 5. n. 1. & 12.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 45. num. 27.* Wesenb. *in paratit. ff. unde vir. & ux. n. 3.* Carpzov. *p. 3. constit. 7. defin. 1. num. 1.* Bald. *in l. pro hæreditariis. vers. sextus. C. de hered. act.* Fulgos. Castr. Roman. & Dd. *communiter in auth. præterea. Cod. unde vir. & ux.* Roman. *cons. 448. ubi* Horat. Mandos. *in addit.* Dec. cons. *19. in fin.* Bald. *in l. filium qvem. num. 33. famil. hercisc. & cap. Raynutius extr. de testam.* Alex. *cons. 55. consideratis. lib. 1. n. 1.* Roland. à Vall. *in tract. de lucr. dot. qvæst. 82.* Socin. *cons. 108. & cons. 121. n. 16. vol. 4.* Cacheran. *decis. Pedem. 20.* Alban. *cons. 50. num. 2.* Riminald. *cons. 192. num. 115.* Bursat. *cons. 212. n. 5.*

XIII.

Lucrum facilius impeditur, qvam qvod damnum inferatur. *l. fin. Cod. de Codicill. l. si emancipata 3. C. de jur. & fact. ignor. l. error 3. ff. eod. t.* Corn. *cons. 22. in hac consultatione. n. 40. vol. 2.* Alex. *in l. 2. §. fin. qvi satisd. cog.* Pantschm. *lib. 2. pract. qvæst. 5. n. 41.*

XIV.

Lucri incerti ac dubii ratio habenda non est. *l. Proculus 76. ff. de damn. infect. l. non fraudantur 176. ff. de R. I.* Carpzov. *p. 3. constit. 7. defin. 15. n. 9.* Considerato enim dubio eventu lucrum non est considerabile. *l. de fideicommisso 11. C. de transact. l. si pater puellæ 12. C. de inoff. test.* Cravett. *cons. 114. numero 13.* Bursat. *cons. 32. num. 38. & 39.* Socin. *cons. 122. n. 22. vol. 1.* Castr. *in l. si qvando. §. generaliter de inoff. testam.* Ripa *de Legib. lib. 1. cap. 6. num 8.* Tiraqvel. *in Comment. consvet. Patav. lib. 2. §. ult. gloss. 4.* Lap. *in allegat. 25. num. 5. ubi latè* Mandos. *in addit.* Pantschm. *2. qvæst. pract. 5. n. 31.*

XV.

Cuilibet permissum est lucra sectari etiam cum alterius damno. *can. fraternitatis 11. caus. 12. q. 2. l. omnium 19. C. de testam.* Petr. de Anchar. *const. 47. pro clariori. num. 4.* Non enim dicitur fraus fieri ei qvi tractat de jure qværendo. *l. qvod autem 6. in pr. de iis qvæ in fraud. cred. §. item si qvis in fraudem. ubi* Aretin. *num. 6. vers. gloss. in rem suam. Inst. de action.* Boss. *in tit. de publicat. bon. num. 29.* Francisc. Beccius *cons. 72. Iterum post secundo loco. num. 13.* Pantschman. *lib. 2. qvæst. pract. 21. num. 34.*

XVI.

Qvæ contra fas fiunt, lucrum calliditatis afferre non debent. *l. 3. Cod. de repud.* nemo enim ex sua improbitate aut negligentia lucrum qværere debet. *l. 12. §. 1. ff. de furt. l. 134. §. 1. de R. I.* Dn. Parens *in racemat. crimin. disput. 2. thes. 76.* exempla elegantia occurrunt *in l. 55. §. 3. de furt. l. 71. §. 1. l. 76. §. 1. d. tit.*

XVII.

Species lucri est ex alieno largiri & beneficii debitorem sibi acqvirere, *l. 54. §. 1. de furt.* qvemadmodum lucri loco computatur, gratiorem apud alium fieri. *in l. 17. §. 1. de Usur. l. 8. §. sed si gratiose. de administr. rer. ad civit. pert.* Id verò in lata lucri significatione accipiendum est: proprie enim dicendo talis acqvisitio locupletiorem non facit. *l. 25. §. consuluit. 11. de hered. petit.*

XVIII.

Lucrum ex alieno pendens arbitrio non est considerabile. *l. inde Neratius 23. §. idem Julianus 2. ubi gloss. ad verb. qvia retrorsum. ff. ad Legem Aqvil. l. Medicus 26. in fin. ff. de oper. libert.* Bald. *cons. 71. vol. 1. & l. unic. numero 45. C. de sentent. qvæ pro eo qvod interest.* Wesenbec. *1. consil. 34. n. 22. & 2. cons. 67. num. 22.*

XIX.

Duæ lucrativæ causæ in una eademqve persona circa eandem rem non possunt concurrere. *§. si res aliena 6. Instit. de legatis. l. 108. §. Stichum 4. ff. de legat. 1. l. 66. §. 1. de legat. 2.*

Limitatur hæc regula in casu qvo causa acqvisitionis variatur. Eadem enim res bis debetur ex diversis causis, qvæ non sunt incompatibiles. v. g. stipulationis & testamenti. *l. 18. de obl. & act. l. 12. de probat. l. 3. C. de petit. hered. l. 13. de l. b. & posth. l. 46. pr. de legat. 3. l. 13. §. 4. ad SC. Trebell.* Christ. Philipp. Richter. *de succeff. sect. 3. p. 238. add.* Carpzov. *p. 3. const. 18. defin. 26. n. 5. & 6.* planius dixeris distingvendo inter causas mediatas & immediatas.

XX.

Lucrum qvod potest contingere uni ut alteri in considerationem non venit. *l. 11. C. de transact. l. si pater. 12. C. de inoffic. testament. cum similib. apud* Decian. *4. resp. 441. num. 27.* Anton. *de rescript.*

reſcript. morat. lib. 5. concluſ. 6. n. 30. Carpzov. *p. 3. conſtit. 7. def. 15.*

XXI.

Lucrum ibi debet collocari, ubi & periculum. *l. ult. §. 3. C. de furt.* nec ante rem aliqvam qvæſtui iniqvam eſſe convenit, qvam periculo ejus ſit. *l. is qvi 13. commod.* Unde lucrum qvi amplectitur damnum recuſat, ferendus non eſt. *l. unic. §. 4. C. de Cad. toll.* Carpzov. *4. R. 19. n. 3.*

XXII.

Lucrum ceſſans non præſumitur niſi probetur Weſenb. *1. conſ. 50. n. 34.* alioqvi hoc lucrum mercatores de facili fingerent, & applicarent ad ita mutuandum, qvia lucrum eſſet tutius ac freqventius, & pecunia pecuniam acqvireret. Cravett. *conſ. 189. qvando num. 7. conſ. 89. num 5.* & ita in mutuo concludunt Aretin. *conſ. 151. viſo. n. 3. 4.* Dec. *conſ. 119. num. 9. conſ. 167. in fin.* Alex. *conſ. 20. num. 3.* Unde cum uſura ſit qvicqvid ultra ſortem qvomodocunqve accedit. Alex. *conſ. 61. num. 11. vol. 6.* non debetur qvicqvam hoc nomine, niſi petatur & probetur ut verum intereſſe. Dec. *conſ. 119. n. 11.* Alex. *conſil. 121. num. 1. 2. 3. 4. vol. 2. conſ. 63. num. 4. vol. 4. conſ. 31. num. 1. & 12. vol. 6.* alioqvi eſt rapina & exactio neqviſima. Alex. *conſ. 1. num. 6. volum. 2.* omni jure prohibita. Alex. *conſil. 93. num. 8. volum. 6. conſil. 49. numero 1. vol. 4. conſil. 107. n. 1. 2. conſil. 1. num. 2. 23. vol. 1.* eadem ordinantur in ordinationibus ac comitiis Imperii, ubi omnis generis lucra prohibentur ſupra ſortem excepto pacto retrovenditionis annuorum redituum qvinqve pro centum. vid. hac de re **Reichsabſchied** / *de anno 1548. cit.* **von Reformation guter Policey.** *cap.* **von wucherlichen Contracten.**

XXIII.

Lucrum ceſſans pro damno habetur. *l. 3. §. fin. ubi gloſſ. de eo qvod cert. loc. l. ſi commiſſa. ff. rem rat. haber. l. 2. §. merito. 10. ff. ne qvid in loc. public. l. 2. & 3. de rivis. l. ſi manifeſtè. C. de ſervit. & aq.* Weſenbec. *lib. 1. conſil. 34. num. 14.*

XXIV.

De qvaſi lucro idem judicium fieri debet, qvod de vero lucro fieri ſolet, Jaſ. *in l. juris ignorantia in pr. C. qvi admitti. & ibi* Dec. *in 2. lectura & gloſſ.* idem Jaſon. *in l. 3. in fin. C. de jur. & fact. ignor. & ibi* Bart. *in fin.* Roman. *conſ. 185. mater. num. 3. verſ. ſecundo qvia hereditas. col. 2.* Aretin. *conſ. 17. conſideratis. num. 7. verſ. ex tertio etiam capite. col. 5. &* Alex. *conſ. 17. ponderatis. num. 7. verſ. qvod autem dicta domina. vol. 3.*

Declara hoc procedere largo modo & ſecundum qvasdam juris communis diſpoſitiones, ſecus vero in ſtatutis qvæ regulariter ſtricte (maxime qvando juris communis correctionem & odium in ſe continent) interpretari debent. vid. Aretin. *in l. ſi duo. col. 2. verſ. tertio colligit. ff. de acqvir. hered.* Tiraq. *in l. ſi unqvam in pr. n. 19. verſ. & ſane. C. de revocand. donat. add. &* Pacian. *lib. 2. de probat. cap. 3. num. 169. cum ſeq.*

XXV.

LOCUPLETARI nemo debet cum alterius jactura. *l. nam hoc natura 14. ff. de condict. indeb. l. naturaliter 15. §. fin. l. hæc condictio 66. ff. eodem tit. l. bona fides 50. ff. de action. empt. l. jure naturæ. 206. ff. de Regulis Juris. l. ult. C. de uſucap. pro empt. l. fin. §. in computatione, C. de jure delib. cap. ſuam 9. de pœnis, cap. locupletari 47. de Reg. Jur. lib. 6.* Dec. *per text. ibi in l. ſi me & Titium. numer. 3. ff. ſi certum pet. & conſil. 254. numer. 8. verſ. ſicut in ſimili, lib. 2.* (Burſat. *conſil. 309. prætendit. numer. 10.* melius enim eſt qvempiam non lucrari qvam alterum damno afficere, Philip. Matth. *ad l. 137. numer. 5. de R. I.*) Alex. *conſ. 92. Perſpectis. numer. 5. in fine, lib. 1.* ubi *num. 6.* ait æqvitatem *d. l. ſi me & Titium.* non habere locum, niſi qvando res aliena pervenit ad me titulo lucrativo. Vital. de Camban. *in tract. clauſul. pag. mihi 15. num. 11.* Socin. *conſ. 254. num. 3.* Natt. *conſ. 384. num. 13.* Thom. de Thomaſſet *in floribus legum, reg. 24.* Surd. *conſ. 101. num. 17.* Ugolin. *de officio & poteſt. Epiſcop. cap. 18. §. 2. numer. 4.* Cæſ. Argel. *de contradict. legit. q. 20. num. 48.* Anton. Menoch. *Lucenſ. deciſ. 23. num. 23.* Pichard. *ad §. ſed naturalia. Inſtit. de jure naturali, num. 3. & in diſput. de nobilit. communicativa, numer. 73.* Mari. Antonin. *var. reſolut. lib. 1. reſol. 23. num. 3. & lib. 2. reſolut. 41. numer. 13.* Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 5. lit. L. concl. 438. per totam.* Rot. *deciſ. 47. num. 3. & deciſ. 524.* apud Farin. *part. 2. recent.* Stephanus Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 761.* Cancer. *var. reſol. p. 2. cap. 1. num. 164.* Ovid. de Amicis *de jure emphyt. q. 70. n. 4. & q. 73. num. 3.* cum aliena enim jactura locupletari ſcienter, doloſum eſt, *l. 1. §. an in pupillum 15. ff. depoſiti. l. ſi qvis mancipiis 17. §. Proculus ait 4. ff. de inſtit. act.* Lancel. Gallia *conſ. 105. n. 87.* Malvaſ. *conſ. 79. n. 19.* Franc. Vivi. *deciſ. 160. num. 5.* Mari. Giurb. *in conſuet. Meſſan. p. 1. c. 1. gloſſ. 8. n. 64.*

XXVI.

LUCRUM non acqvirere unicuiqve licet, *l. qvod autem 6. alias. l. qvi autem. ff. qvæ in fraud. cred. l. non fraudantur 134. ff. de Reg. Jur. l. alienationis verbum 28. §. qvi occaſione. ff. de verb. ſignif. l. ſiſponſus 5 ff. de donat. inter virum.* Joan. Anton. Mangil. *de imputat. qvæſt. 70. num. cum ſeq.* Giurba *ad conſvetud. Meſſan. cap. 5. gl. 8. n. 5. & cap. 10. gloſſ. 8. n. 5.*

XXVII.

LUCRUM non debet qvis capere ex eo qvod nititur impugnare, *c. ex eo 38. de R. I. in 6. c. olim 20. de cenſi. l. ſi à te 7. C. de pactis inter empt. l. qvod ſi minor. §. reſtitutio*

ſtitutio 4. ff. de minorib. Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſ. 45. num. 16.* Mari. Anton. *var. reſolut. lib. 3. reſol. 1. num. 62.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. tom. 4. cap. 770. num. 21. & tom. 5. cap. 967. num. 28.* Si impugnans ſcilicet obtinuerit, ſecus ſi ſuccubuerit. Anton. Gabr. *commun. tit. de Regul. concl. 1. numer. 52. limit. 8.* Stephan. Gratian. *d. tom. 4. cap. 688. num. 38. & cap. 704. num. 41.* ubi *num. 40.* limitat, in impugnatione neceſſaria, & legali. Limita etiam dum lis pendet, qvia ea durante impugnans ex actu impugnato lucrum conſeqvi valet. Anton. Gabr. *d. concluſ. 1. num. 40.* Franciſc. Vivi. *deciſ. 379. numer. 6.* Franciſcus Antonin. *lib. 1. reſolut. 36. numer. 7.* Giurba *deciſ. 55. numer. 11.*

CAP. XLI.

De Luctu.

Qvoties in viduâ nulla adeſt graviditatis præſumtio, toties licita eſt circa annum luctus diſpenſatio, qvia ſic ceſſat prohibitionis ratio naturalis, nimirum confuſio ſangvinis; ſupereſt verò civilis ſaltem, nempe reverentia manibus mariti debita. *N. 22. c. 22.* qvam tollere & circa eam diſponere poteſt princeps.

Exempl. Ita ergò ſi maritus ante obitum per longum tempus ægrotaverit, ſeu aliàs debitum conjugale non præſtiterit, licitè diſpenſabit princeps. *Carpzov. Jurisprud. Eccleſ. Lib. 2. def. 164.*

CAP. XLII.

Ludus.

Axioma I.

In ludo qvod fit, non præſumitur animo nocendi factum. *l. ſi ex plagis. 52. §. 4. & ibi* Gothofred. *in not. ad corp. gloſſ. ut &* Joh. Oldendorp. *ad L. Aq.*

II.

Ludi jure ſunt prohibiti. *t. t. ff. & C. de aleat. & alluſ.* Ex ludis enim proveniunt blaſphemiæ, perjuria, dilapidationes, lachrymæ, *l. fin. C. de aleat.* inimicitiæ, jurgia, cædes & plurima alia incommoda, qvæ enumerantur ab Hoſtienſ. *in ſumm. de Eccl. prælat. verb. Clericis.* Par. de Puteo *de ludo. num. 4.* Petr. Gregor. *in Syntagm. cap. 3. num. 10. lib. 13.* qvi refert Anton. Florentium dicentem, ex ludo tot crimina naſci, qvot ſunt in taxillis puncta Menoch. *lib. 2. arbit. jud. caſ. 399.* Lancellot. *in tr. de offic. Prætor. in cauſ. crimina. lib. cap. de Luſorib. num. 2.* Unde & aleatorum nomen pro infami haberi docent. *l. 2. §. ult. ff. de his qvi not. infam. l. 225. de V. S. l. 26. de injur.* imò non tantum pugnare cum jure naturali, qvippe qvi alterum locupletiorem cum damno alterius reddunt. contra *l. 14. l. 66. de condict. indeb. l. 6. §. 3. ff. de negot. geſt.* ſed & divino juri eſſe contrarios, ex Luthero oſtendit Rauchbar. *p. 2. q. 25. n. 36.* qva de cauſa nec per contrariam conſvetudinem induci poſſe, ſtatuit Carpzov. *6. R. 96.* ubi limitat hanc regulam in ludis, qvi non fortunæ tantum, ſed & artis ſunt: hos enim qvi ſola arte, viribus vel ingenio peraguntur regulariter licitos & permiſſos eſſe, patet ex *l. 2. §. §. l. fin. de aleat. l. fin. C. de religioſ.* hiſce adjunguntur & ſimiles luſus, qvi virtutis & ingenii excitandi vel acuendi cauſa fiunt. *l. 7. §. 4. l. 55. §. fin. ff. ad L. Aqvil. l. 4. ff. de his qvi not. infam. l. 8. de Excuſ. tut. l. 1. §. 6. ff. de poſtul. l. 40. de re jud. l. 5. C. qvæ res pign. oblig. poſſ. l. unic. C. de Athlet.* Lancellot. *in cap. de Luſoribus. num. 18.* Stephan. Coſt. *de ludo §. 2. num. 12. & 15.* Clar. *lib. 5. ſent. §. ludus. num. 4.* unde etiam nec Clericis ludere interdictum. Accurſ. *in Auth. interdicimus. verb. tabulas. C. de Epiſcop. & Cler. & in Nov. 124.* Paris de Puteo *de ludo n. 6.* Joh. Aqvila *de omni ludor. genere 5. periphraſi 3. Coroll. 1. 2. 3.* Rauchbar. *p. 2. qvæſt. jur. & civil. & Saxon. 24. n. 8.* daturqve actio & petitio eorum, qvæ ex hâc cauſa debentur. *l. 1. C. de aleat.*

Excipe (1.) niſi & in his ludis licitis dolus, fraus vel circumventio interveniret. *l. fin. verſ. qvibus ſine dolo. C. de aleat. l. 9. §. 4. ad L. Aqvil.* Lancellot. *de luſorib. num. 13.* Panorm. *in cap. Clerici de vitâ & honeſt. n. 13.* vel (2.) niſi qvæſtus & lucri cauſa inſtituerentur. *l. 1. verſ. qvi artis ludicræ pronunciandive. l. 2. §. 5. ff. de his qvi not. infam. l. 1. §. removet 5. de poſtul. l. 14. de pœn. l. 23. §. 1. C. de nupt. l. 4. C. de Epiſc. aud. l. 8. §. vir. C. de repud. l. 4. C. de ſpectac. Novell. 115. cap. 3. §. ſi præter. 10.* vel (3.) ſi luſus tales eſſent cruenti noxii, ex qvibus crimina, cædes & injuriæ orirentur. §. *illud in proœm. ff.* ut ſunt duella. *l. 3. princ. ff. de liber. & poſthum. l. unic. C. de gladiator. cap. monomachiam. 2. qvæſt. 4. cap. 1. & 2. de purg. vulg.*

III.

Apud Romanos decuriones ad voluptatem provincialium ludos edere tenebantur, & ſi hos negligebant, ipſa Civitas edebat, & Decurio protinùs compellebatur ſumtus reddere. *l. 20. C. de Decur. Perez. eod. tit. n. 51. 52.* De his ludis voluptuariis vid. *tot. tit. C. de ſpectacul. & ſcen.* qui in Rep. omninò prohibendi. *Perez. Cod. ibid. n. 14. 15.* aut à magiſtratu cavendum, ne in Ludis & Comœdiis verba impudica vel geſtus laſcivi interveniant, ſicut in conceſſione Majumæ *l. un. C. de Majum. Perez. C. eod. n. 5. 6. 7.* Ludi enim & Comœdiæ approbantur, qvæ à juventute & Collegio civium virtutis causâ exhibentur. *Perez. C. de ſpectac. & ſcen. n. 17. 18.* ut & ſpectacula venationum. *Perez. C. de Venation. Fer. num. 5.*

CAP. XLIII.

Luere, Luitio.

Axioma I.

Luat in corpore, qvi non habet in ære. *l. ſi qvis*

qvis 7. §. in servos 3. ff. de jurisdict. l. si sine 25. ff. de in jus voc. l. 1. §. generaliter fin. ff. de pœn. l. qvicunqve 4. §. qvod si C. de serv. fugit. l. qvod si minor 25. §. si servus 2. vers. si executio. ff. de minor. cap. finem litibus de dolo & contumac.

Declara & limita I. hoc procedere qvando est obligatus ex maleficio, vel qvasi. Panorm. *in c. 2. per ill. text. de maledic.* Jas. *in l. si idem cum eodem. col. 5. ff. de jurisd. & in §. pœnales. super gloss. in gloss. in eum. & §. fin. vers. eum qvoqve num. 3. vers. qvarto. Inst. de action. gloss. in cap. si res verb. cruciatus 14. qvæst. 6.* secus esse qvando teneretur ex contractu. *l. 1. C. qvi bon. ced. poss. l. Nemo carcerem 10. de exact. tribut.* Zas. *ad d. §. pœnales. Inst. de action. numer. 24.* Ludov. Gomez. *ad §. item si qvis. Inst. de action. n. 42.*

II. Obtinere in vilibus personis: secus in honestis, egregiis & nobilibus personis. Bart. *in l. 1. in fin. ff. de pœn.* Felin. *in cap. ad liberandum. col. 1. extr. de Judæis.* Bolognin. *in repet. Auth. habita col. 12. vers. & stante. C. ne filius pro patr.* Salicet. *in l. & si severior. col. 3. C. in qvib. caus. infam.* Hyppolit. de Marsil. *dum allegat.* Bart. *in l. Divus. col. 2. ff. de qvæst.* Jason. *in Auth. ad hæc in fin. C. de judic.*

III. Procedere si creditor ita voluerit. *d. l. ult. ibi ex qverela. ff. de in jus vocand.* de qvo tamen maxime dubitat Lud. Gomez *in §. pœnales. Inst. de action. n. 16.* motus ratione ea, qvòd ubicunqve in defectum provisionis hominis succedit provisio legis, illud remedium per hominem privatum tolli non possit, qvam multum commendat Jas. *in l. 2. verb. repellere circa med. de jure Emphyt.* Bart. *in l. fin. C. de pact. convent. & in l. 1. §. unde qværitur in fin. ff. de publican. idem* Jason. *in §. item serviana. Instit. de action. col. 10. num. 69. & in l. item qvia. col. 2. num. 3. ff. de pact.* At in casu *d. l. ult.* pœna corporis succedit in defectum provisionis hominis: Igitur illa pœna corporalis non poterit per patronum remitti, cum sit pœna legalis & posita in arbitrio judicis, ut *in l. 1. §. fin. ff. de pœn. l. qvicunqve 4. C. de servis fugitiv.* cui privatus derogare non potest. *l. nemo potest. 55. de legat. 1.*

IV. Subsistere etiamsi reus totam pœnam persolvere vellet, excepto unico nummo, qvia pro illo debet luere. *arg. l. 5. §. si sortem de V. O.* vid. Bald. *in l. cum scit. C. de sepulchro violat.* Ratio, qvia qvi in uno peccat factus sit omnium reus, *cap. desleat. de reg. jur.* Felin. *in cap. causam. col. fin. de probat.* ac nihil fecisse qvis dicatur, cum aliqvid ad agendum supersit. *l. pen. C. de his qvibus ut indign. cap. 1. de baptism.* modicumqve fermenti totamqve massam corrumpat, ut ait Hostiens. *in cap. ad probandum de re judicat. post gloss. in l. si unus. §. pactus ne peteret. verb. ipso jure in princ. ff. de pact.* Ludov. Gomez *ad d. §. pœnales. Inst. de actio. num. 18.* ubi tamen *numer. 20.* non procedere dicit, si nummus ille propter errorem calculi omissus esset, tunc enim pro illo puniri non deberet, per ea qvæ tradit Bald. *in l. qvamvis de condit. & demonstrat. qvem sequitur* Imol. *in l. Executione. ff. de V. O.*

V. Limitari etiam potest, eam non verificari in mulcta, qvæ extraordinarie à judice indici solet: illam enim ob paupertatem remittendam esse, ex *l. illicitas 6. §. ult. de offic. præsid. probat.* Costal. *ad d. l. 7. ff. de jurisdict.* plures limitationes vid. apud Jasonem, qvas ordine recenset *in d. §. pœnales. super gloss. & §. fin. vers. eum qvoqve. n. 13. vers. 4. Inst. de action.*

II.

Luendi jus nullum existit donec sors solvitur. *l. si rem 9. §. omnis. 1. ff. de pignor. act.* Bald. *in tr. de præscript. 4. part. 5. partis pr. q. 2. num. 1.* nec ulla ante oritur actio pignoratitia. *d. §. omnis vers. omnis pecunia.* Wesenbec. *1. cons. 8. num. 38.*

III.

Luitionis jus inest naturæ pignoris licet non exprimatur. *l. ne creditores. 10. cum ll seqq. C. de pignor. act. l. si rem. 9. §. omnis 3. cum seqq. ff. eod.* Ratio, qvia relatum inest referenti. *l. hæc venditio 7. §. 1. de cont. empt.* Bald. *consil. 99. qvidam lib. 1.* Alex. *cons. 75. in causa. num. 4. vers. secundo respondeo. lib. 7.* Socin. *consil. 227. præsens in fin. & consil. 251. qvoniam num. 6. lib. 2.* Dec. *consil. 532. pro vera. num. 2.* Tiraq. *in LL. Connub. in fin. gl. 5. numer. 176. cum seqq.*

IV.

Luitionis spe verisimiliter desinente, pignus in alium transit contractum. *l. qvi habebat 101. ubi* Bart. *de legat. 3.* Jason. *in l. qvi Romæ princ. numer. 26. de V. O. & in l. si res obligata de legat. 1. l. 4. de just. & jur.* Wesenb. *1. cons. 2. num. 81.*

V.

Luitio pars est contractus. Gozad. *in l. 2. num. 7. Cod. de pact. inter empt.* Tiraq. *in retract. convent. princ. numer. 21. & §. 1. num. 1. eod. tit. per l. fundi partem 79. ff. de contrah. empt. ubi* Bald. & Salic. *in l. si sterilis de act. empt. cum aliis per eum allegatis.*

CAP. XLIV.

De Luxu.

Variæ leges latæ sunt ad refrænandum luxum vestium, conviviorum, ædificiorum, oblationum Principi, senatoribus, aulicis factarum. vid. *Perez. C. de oblat. Votor. n. 4. 5. 6.*

FINIS LIBRI DECIMI.

(o)

LIBER UNDECIMUS.

CAP. I.

De Magia, Sagis, Veneficis, Incantatione.

Axioma I.

INdicia magiæ sunt (1.) si qvis artem magicam doceat, vel alteri minetur maleficium. (2.) si diffamata nata sit ex parentibus veneficis & magis. (3.) si sagæ instructæ sint bufonibus, hostiis, membris humanis, imaginibus cereis, acubus transfixis, vel (4.) in earum cistis reperiantur instrumenta pactorum cum diabolis, item Hexen-Salbe &c. (5.) si Dæmones invocent. (6.) potiones infundant animalibus. (7.) si suspectam curationem afflictis polliceantur. *Const. Crim. art. 44. ibiqve Zieriz. & M. Stephani.* Ex his tamen similibusve indiciis sagæ ad mortem damnari neqveunt, nisi confessæ. *Const. Crim. art. 22.*

II.

Volatus & bajulatio lamiarum in aëre, vulgò das Fahren oder Reiten der Hexen / commessationes & choreæ cum Dæmonibus habentur pro figmentis & fabulis. vid. *Godelm. de Lam. L. 2. cap. 4. n. 14. seqq.*

III.

Venefici hodie concremantur, si pactum cum diabolo expressum iniverint, & vel damnum dederint vel DEUM expresè abnegaverint & cum Satana se commiscuerint; si verò hæc non accesserint, capite plectuntur. *art. 109. Const. Crim. Carpz. pract. crim. qvæst. 49. Fich. L. 2. Cons. 116.*

IV.

Probatio sagarum per aqvam frigidam, vulgò das Wasserurtheil oder Wasserprobe / est fallax. *Heig. P. 2. Q. 39. Zieriz. in Const. Crim. art. 20.*

V.

Investigatio rerum occultarum, thesauri, furtorum &c. est illicita. *cap. 1. cap. 2. X. de sortil. P. Binsfeld de confess. malef. q. 1.*

CAP. II.

Magistratus. conf. *sup. lib. 9. c. 14. & 89. inf.* de præcepto *add. & sup.* judex.

Axioma I.

Magistratus contemnere est contra naturæ rationem. *l. veluti 2. ff. de justit. & jur.* Curt. *in l. 7. ff. de jurisdict. n. 37.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 194. n. 36.* Eorum enim jussus obligat nos ad obedientiam. Gœdd. *ad. l. 6. ff. de V. S. num. 6.* indeqve Majestas & autoritas omnibus erit venerabilis & tremenda *d. l. 2. ff. de just. & l. si familia 9. verbo. contempta Majestas. ff. de jurisd. l. sacra 9. §. propriè. ff. de rer. divis.* siqvidem Deus politias earumqve ordinationes rationabiles approbavit, neqve violatores vult esse impunitos. *Rom. 13. Psalm. 143.* Philipp. Melanchthon. *in loc. commun. de magistratu.* Jason. *ad l. nemo potest. num. 105. in 2. lectur. ff. de leg. 1. & ad l. 2. n. 16. ff. si qvis in jus vocat. non ierit.* Bald. *ad l. incertum est. num. 14. C. unde legit.* Dum igitur jure potestatis etiam ad legitimam jurisdictionem qvid faciunt, vim atqve injuriam non inferunt. Harprecht *in Com. ad §. 12. Instit. de injur. numer. 133.* Obrecht. *de defens. cap. 6. numer. 31.* Unde nec resistere Magistratui licebit, per regulam, qvod ubi offensio est licita, ibi defensio sit illicita. Farin. *l. prax. crim. qvæst. 31.* Obrecht. *d. tract. cap. 6. num. 12.* præsertim cum minister Dei sit. Paul. *ad Rom. c. 13.* officiumqve consistat potissimum in his, (1.) ut & urbis & Legum custos sit, nec qvicqvam, qvod è re cum publica tum privata civium est, negligat. *l. cum præcipua 57. ff. de V. S.* (2.) veram & sinceram religionem inter suos plantet ac defendat, ministerium & scholas liberaliter foveat, ne qvid gregi sibi commendati depereat, Wolfgang. Musculus Philip. Melancht. *in locis communib. de Magistrat.* suam felicitatem, vitam, fortunam postponat Reipubl. bonis ac vitæ subditorum, juxta illud Christi: *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus, Joban. 10.* Sicut enim Pastor non potest se excusare, si nesciat lupum comedisse ovem, Panorm. & Felin. *in cap. à nobis de Except.* ita maximè pastoribus qvi neglexerunt aut comedi siverunt. *l. 5. l. si res 3. de peric. tutor.* non successoribus in officio, qvi pro prioris pastoris negligentia non tenentur. *c. cum de jure patronatus* objici hoc potest, vel juxta illud Trajani apud Plin. *in Panegyr.* qvi suam salutem sibi invisam affirmavit si non esset cum salute Reipub. se ideo patrem esse suorum subditorum perhibens, vel Cyri apud Xenophont. qvi Rempub. tanqvam domum paternam administrandam subditos non secus ac liberos & propinqvos paterno affectu gubernandos putavit. Imò nulli magis convenire salutem Reipub. tueri, qvam Cæsari, nec alium ei rei sufficere posse dicit textus *in l. 5. pr. de offic. Præfect. vigil. vid. proœm. Instit. in pr.* & hac de re Arist. *vol. 5. 11.* (3.) æqvum & bonum, pax & tranqvillitas, concordia inter omnes custodiatur, præmia bonis, pœnæ malis distribuantur, Nov. *Jusjurand. qvod præst. ab his qvi admin. accip. l. 1. 2. l. 3. ff. qvod qvisqve jur. in alt. stat. l. congruit 13. ff. de offic. præsid. l. perspiciendum 11. ff. de pœn. Dd. in cap. 1. exter. de mut. petit. per illum text. verb. concordia.* Abbas *in pr. sua tit. judiciarius ordo. vers. earum. col. fin.* deniqve (4.) abusus omnes è civitate tollantur, prout latè persequitur Conrad. Lancellot. *in suo Prætore, p. 1. in fin.* adde & Conrad. Heresbach. *in libell. de educand. erudiendisqve princip. liberis.* Rip. *in tract. de peste.* Hinc ei, qvi provinciæ præest, incumbit, malis hominibus provinciam purgare, *l. 3. ff. de offic. præsid.* Ob hanc enim curam ac solicitudinem,

qvam

qvam Magistratus longè majorem præ cæteris sustinere debet, à Magistro nomen accepit, latè Gœd. *ad d. l. 57. num. 4. ff. de V.S.* qvare circa vim illatam subditus patiatur potius, qvam vi opposita vim repellat. Mynſ. *4. obſ. 18. n. 2.* Farin. *d. qvæſt. 32. n. 118.*

II.

Magistratui assurgere & de via decedere oportet, hicqve honor non saltem in publico sed & in privato Magistratui debetur, etiam à parentibus filiis Magistratum gerentibus. *Perez. C. de dignit. n. 65. 66.*

III.

Magistratus in his, qvæ officii ejus non sunt, pro privato habetur *l. 170. de R. J. vid. Brunnem. C. de Commeat. col. 1.*

IV.

Magistratus debet omni virtute esse præditus, liberalis ergà egenos, gratus ergà benemeritos, contra improbos nocentesqve immisericors atqve inexorabilis. *Perez. C. de perfectiſſimat. dignit. n. 7.*

V.

Si duplex unius loci Magistratus sit & ordinatio politica informanda veniat, calva & jejuna excusatio est, qvòd unus consummationem ejus propterea detrectet, qvia alter Magistratus ei se suosqve cives submittere nolit. Turpe est aliorum negligentiâ suam tegere malitiam. *Stryck. in addit. ad Brunnem. Jus Eccleſ. Lib. 1. cap. 6. Membr. 2. §. 13. p. m. 315.*

VI.

Magistratus non ex pecunia, sed virtute creatur. Guilh. Bœckel. *in tr. de public. jud. disqviſ. 12.* Prece enim *1. Timoth. 3. l. 3. ff. de offic. prætor.* non pretio ambire licet Magistratum. *l. 1. §. 1. ff. de ambit. l. 31. C. de Epiſc. & Cleric.* neqve ulli ἀρχὴ aut profundere aut promittere licet. *Nov. 13. c. 3. & 4.* siqvidem qvi emunt Magistratum ut vendant, necesse est, & ut pecunias in emptione honoris expositas recuperent, subditos torqvere ac vexare coguntur. Menoch. *lib. 2. arb. judic. caſ. 401. num. 6.* qvoniam ἀργυρολογεῖν τὰς ἀρχὰς πάσης δεῖ πονηρίας ἀφορμόν τε καὶ πέρας, Magistratuum nundinatio omnis improbitatis audit initium & finis. *Novel. 8. Nov. 17. §. 1. Nov. 161.* cum qvo consonat illud Thucyd. πάντων κακῶν αἰτία, καὶ δεχὴ πλεονεξία καὶ φιλονεικία, qvippe omnium mercaturæ sordidorum generum, qvæ varia sunt & innumera, sordidius nullum, turpius & detestabilius est. Bodin. *lib. 6. de Repub. c. 2.* ac magistratuum & dignitatum mercatura, qvæ tolerabilis esse potest nunqvam, nisi in extremis temporibus, ut saluti Reipub. consulatur. Lanſ. *de L. R. th. 104.* vid. Cavall. *qvæſt. com. opin. contr. com. 260. lib. 1.* Decian. *in tr. crim. lib. 8. cap. 22. n. 8.* Menoch. *d. loc.* Salmuth. in Pancirol. *lib. 1. rer. memorabil. de nomenclat. p. 738. cr. noſtrum de Suffragio, pericop. 3. & 11. p. 157.*

VII.

Magistratus vilescunt qvoties obscuris hominibus deferuntur. *Nov. 15. in pr. cap. 1. & 6. in fin. l. 14. §. 3. ff. de muner. & honor. l. 7. §. 2. ff. de decur. Auth. Præſides in pr. C. de Epiſc. aud. c. grandi de ſupplenda neglig. Prælat.* Nolden. *de ſtatu nobil. c. 9. num. 77. §. 4.* Durfeldt ap. Klocken. *relat. 3. n. a. & ſeqq.*

VIII.

Qvoties in tutore constituendo aut fidejussoribus exigendis nulla culpa imputari potest magistratui, toties magistratus non tenetur. Qvia sic fecit qvod potuit & debuit. Ubi igitur nulla culpa, ibi qvoqve nulla statuenda est pœna *l. 131. ff. de V.S.* Carpz. *P. 2. Conſt. 11. def. 41.*

Limita: ut tamen magistratui hôc in casu incumbat probatio culpam abfuisse *l. 1. §. 13. ff. de Magiſtrat. conven.*

IX.

Qvamdiu vel unus ex Tutoribus idoneus est, tamdiu non potest magistratus, qvi eos dedit, propter culpam in iis constituendis vel satisdationis exactionem omissam conveniri. *l. 1. §. 15. ff. de Tutel. & ration. diſtrah.*

Limita: nisi contutor ob hoc conveniatur, qvòd alterum suspectum facere vel satis exigere noluerit, tunc enim prius ad magistratus, qvi tutores dedit, vel ad fidejussores, qvàm ad contutores venitur. *d. l. 1. §. 15.* Hartm. Pistor. *l. 1. q. 6. n. 23.*

CAP. III.

Magis & minus. Majus & minus.

Axioma I.

Ab eo qvod magis seu majus non inest, concludere non licet simpliciter non inesse. Aristot. *2. Topic. c. ult.* Coll. Arg. *de alim. leg. th. 3. n. 5.*

II.

Majus censetur esse principale, illud vero qvod minus accessorium. *l. per minorem 54. ff. de judic. l. rei majoris. 21. ff. de except.* Oldendorp. *2. conſ. 5. n. 89.*

III.

MAJUS cui conceditur, & minus concedi videtur. *l. filius fam. 7. § ſin. ff. de donationib. l. Marcellus 15. ff. de donat. cauſa mortis. l. non debet 21. ff. de regulis juris, c. ex parte 27. de decimis.* Joan. Maria Novar. *qvæſt. forenſ. lib. 1. qvæſt. 24. num. 5.* minus enim semper inest in eo, qvod plus est, *l. in eo 110. ff. de regulis Juris.* Farin. *in praxi crim. p. 4. deciſ. 10. n. 6.* Et si licet plus, qvod minus est licebit. *l. non debet 21. ff. de reg. Juris. cap. cui licet 53. eod. tit. in 6. auth. multo magis. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Farin. *conſ. 60. n. 109. lib. 1.* Thom. de Thomasset, *reg. 85.* Surd. *conſ. 288. n. 14.* Joan. Maria. Novar. *qvæſt. forenſ. lib. 1 qvæſt. 24. n. 6.* Et ideo à majori ad minus validum est argumentum, ut latè probavi *in locis communib. argumentationum, loco 67. n. 1. cum ſeqq.* [adde & Everard. *in locis Top. à majori ad minus. num. 1.* sicut & è contrario cui denegatur majus, & minus denegatum intelligitur, prout plenius explicat An. Grammatic. *in*

sua dialectic. legal. lib. 2. in rubr. de loco à majori ad minus allegatus in Conſ. Argent. conſil. 2. num. 23. vol. 1.

IV.

MAGIS ac minus non mutant rei ſpeciem aut naturam. *l. fin. ff. de fundo inſtr.* Alphonſ. à Narbona *l. 15. gloſſ. 1. num. 13. in fin tit. 21. lib. 4. Recop.* & noviſſimè Didac. Narbona *de ætate ad humanos actus requiſita anno 14. q. 56. num. 2.* [aut ſubſtantiam Roſenthal. *de feud. cap. 9. memb. 1. concluſ. 56. num. 16.* Vult. *3. Conſ. Marp. 35. n. 34.* nec faciunt diverſas ſpecies. *l. is cui 11. ff. qvem ſervit. amitt.* Pantſchm. *1. qvæſt. pract. 17. numer. 122.* Jaſon. *in l. imperium. verſ. cum prædicta. ff. de Jurisdict.* ſicut nec variant ſpeciem. *Novell. 69. c. 1.* h. e. differentiam realem inducunt. *d. l. fin. ff. de fund. inſtruct.* ita furtum etiam in re minima fieri, docet §. *16. Inſt. de rer. diviſ.* imò & rapinam, evincit *l. 2. §. 31. vi bon. rapt. ubi* C. A. *th. 7. n. 3.* in qvibusdam autem minima non curari pateſcit ex *l. 9. in fin. de dolo. vid. infra c. Minima.* Sic qvandoqve etiam qvantitas curatur. *l. 3. pr. de abig.* & variat ſpeciem delicti, ita furti & abigeatus crimen qvidem differunt, ſed non ſpecie interna. *l. 2. de abigeis.* ſed tantum variat accidentia qvalitatis & qvantitatis. *l. ult. de inſtr. vel inſtr. legat.* Hothom. *in epit. de uſu & habit.*

CAP. IV.

Majeſtas. Crimen læſæ Majeſtatis *vid. perduellio.*

Axioma I.

Majeſtas omnium rerum in Repub. eſt Domina, *l. deprecatio. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. c. dicat. 23. q. 5. cap. convenior. ibi in poteſtate ejus 23. qvæſt. 8. Novell. 7. §. ſi minus. ibi multorum Dominus.* Dicitur enim Majeſtas canon animatus in terris, *cap. ipſi ſunt 9. qvæſt. 3.* Lex animata. *Nov. 105.* Conditor Legum Symmach. *Epiſt. 10.* fons juſtitiæ. Socin. *conſil. 164. num. 5. volum. 2.* in cujus pectore reſident omnes leges *l. omnium. C. de teſtam. cap. 1. de conſtit.* Corn. *conſil. 16. n. 14. vol. 1.* Arniſ. *lib. 2. de Majeſt. cap. 3. num. 14.* Unde nullam eſſe illorum Majeſtatem, qvi ſuperiorem recognoſcunt, ait Guilhelm. Bœckel. *in tract. de publ. judic. disqviſ. 4. pag. 40.* aliàs ſi eſſet in illis Majeſtas, tot nobis eſſent Imperatores qvot Principes. Unde & Bodinus *lib. 2. de Repub. cap. 9. pag. 359. & lib. 5. cap. 3. pag. 845.* penitus negavit illos medioxumos jus Majeſtatis habere, indeqve Majeſtatem illam penes Cæſarem reſidere poſt Tiber. Decian. *in pract. crim. lib. 7. c. 4. num. 2.* tradit Barclai. *lib. 4. cap. 13. contr. Monarchom. pag. 282.* adeoqve nomen majeſtatis Imperatori aliisqve Serenitatis vel Celſitudinis propriè convenit. Bodin. *de Republic. lib. 1. cap. 10. num. 149.* Dicitur enim majeſtas qvaſi major ſtatus vel poteſtas poſt Oldrad. *conſil. 43.* Gigas *de crimin. læſ. Majeſt. lib. 1. ſub rubr. qvotuplex ſit Majeſtas. num. 24.* licet qvandoqve abuſivè Prætori attribuatur. *l. penult. de juſt. & jur. l. ſi familia 9. ff. de jurisdict.* Inde & eos tantùm qvi in Cæſaris Majeſtatem committunt pœnis. *l. qvisqvis C. & l. ult. ff. ad L. Jul. Majeſt. & extrav. qvi ſint rebelles.* ſubjici receptius Rol. à Valle *conſil. 74. in hærendo. num. 5. in fin. & ſeqq.* Decian. *dict. loc. num. 7. ubi plures allegat.* Thomas Michael. *de jurisdict. concluſ. 7. lit. e.* in reliqvis autem qvi ſuperiorem recognoſcunt, non niſi per extenſionem impropriam accipiendum erit. Matth. Weſenb. *in parat. ad Leg. Jul. Majeſtat. num. 4.* Guid. Pap. *deciſ. 344. n. 2.* Mynſing. *reſponſ. 44. deciſ. 5. n. 12.*

II.

Nemo poteſt fieri criminis læſæ Majeſtatis reus, niſi fuerit ſubditus Clem. *Paſtoralis* §. *rurſus de re judic. ubi* Card. & Imol. *latè* Bart. *in extravag. qvi ſunt rebelles. verb. rebellando. verb. rebellis. & verb. tenore* Lud. Gomez *ad §. rurſus. Inſtit. de action. n. 23.* ubi ampliat qvod procedat etiam in Clerico Epiſcopo committente crimen læſæ Majeſtatis contra Principem ſecularem ſui domicilii vel originis, qvi licet non dicatur ſubditus principi ſeculari, etiamſi vellet ſe ſubditum facere, per ea qvæ not. Signorol. de Homodeis *conſ. 25. incip. ſtatuto civitatis. col. 2.* puniri tamen poterit propter domicilium qvod ſubeſt illi principi, prout concludit Card. Alex. *in cap. imprimis. §. de perſona in 1. & 2. col. 2. q. 1. poſt* Roman. *& alios qvos refert in conſ. 365. moti per text. in cap. ſi qvis Laicis 22. q. 5.* Abbas *in cap. at ſi Clerici in fin. princ. extr. de judic.* vid. tamen *text. in cap. cum non ab homine.* qvem ibid. declarat. Aretin. *de judic. & gloſſ. in cap. ſatis perverſum 56. diſtinct.*

III.

Qvoties qvis contra dignitatem principis facit, ſeu uſum jurium Majeſtatis qvadantenus ſibi adſcribit, toties committitur crimen læſæ majeſtatis ſimplex. Qvia ſic qvidem læditur majeſtas, non tamen animo hoſtili, verùm lucri potiùs aliâve ex cauſa. *l. ult. in fin. ff. ad L. Jul. Majeſt.* Huc pertinent adulterantes vel radentes monetam *l. 5. ff. ad L. Cornel. de falſ.* Principi maledicentes, de qvô vid. *l. un. C. ſi qvis principi maledix.*

CAP. V.

Major, Major pars, Majores cauſæ.

Axioma I.

Major indubio ille reputatur, qvi majorem habet ætatem, latè Andr. Sicul. *conſ. 10. incip. ſapienter ſcribitur. col. fin. lib. 2. & conſil. 30. ſacro ſcriptum eſt Evangelio. col. 1. eod. lib.* Unde illum

lum majorem propriè dici qvi plures annos habet, existimat Alex. *consil. 123. discussis. col. 1. dub. 1.* Socin. *consil. 252. Visis instrumentis. col. 1. per l. si pater 15. §. fin. cum l. seq. ff. de adopt.* Qvot modis autem major dicatur, vid. Felin. *in cap. super eo. el. 2. col. pen. de test.* & an statutum loqvens de majore, debeat intelligi de majore respectu ætatis vel administrationis. vid. Carol. Ruin. *in repet. l. Gallus §. qvod si tantum. col. 31. ff. de liber. & posth.* Tutius tamen esse si hoc arbitrio judicis relinqvatur, cum secundum subjectam materiam hoc reguletur, concludunt Alexand. *consil. 4. ponderatis. vol. 4.* Felin. *in rubr. de major. & obed.* Corn. *cons. 303. videtur vol. 3.*

II.

Major pars qvod facit, id cæteri qvoqve fecisse videntur. *l. 3. §. 4. qvod cujusq; universi. nom. l. 19. ad municipal.* Ratio, qvia major pars concludit, qvam regulam non modo in judiciis, arbitriis, sed & in statutis locum inveniisse, asserit Augustin. Berous. *2. cons. 89. numer. 18. & 19. v. acta Ratisbonensia de Anno 1611.* Unde & juris nostri auctores, ubi pluribus decernendum qvid est, majoris partis consensum neutiqvam improbarunt. v. *l. 7. §. ult. ff. de pact. d. l. 3. §. 4. qvod cujusq; univ. nom. l. aliud 160. §. refertur. l. de R. I. §. 2. instit. de satisdat. tut. l. ult. C. de Cur. bon. dand.* propter naturalem enim hominum ad dissentiendum libidinem *l. 17. §. 6. ff. de recept. arbitr.* multa salutaria consilia exitum non consequerentur, nec ulla speranda esset concordia, nisi minorem pars major vinceret. Dan. Ott. *de jur. pub. c. 13. p. 343.* hinc majorem partem posse præjudicare minori evidentissimè patescit ex *c. super his 7. de testib. cogend.* ubi qvod longe major & sanior pars capituli concludit, id tenere dicitur. Ita & in Electionibus ad officia majora vota respiciuntur. Debent tamen duæ partes ex tribus Curiæ in negotiis decidendis adesse. *l. 46. C. de Decur. Perez. C. eod. n. 25.* Hodiè tamen ex consuetudine subsistit Decretum ordinis vel Concilii, etiamsi minor numerus qvàm duæ partes decurionem fuerit congregatus. *Perez. C. de Decret. Decur. n. 3.*

Limitatur tamen qvod non procedat (1.) in collegialibus qvæstionibus, ubi de jure singulorum qvæstio, aut (2.) infringendis libertatibus etiam præscriptione qvæsitis agitur. Felin. *in cap. cum omnes. n. 15. vers. pro qva fuit. & n. 18. vers. fallit secundo & vers. qvinto fallit de constitut. vid. tredecim exceptiones apud* Besold. *in voce* meiste Stimmen *pag. 544.* qvalis etiam est religionis & contributionum. *vid. Dan. Otton. de jur. publ. cap. 13. pag. 344.* tum enim illa regula & ratio attendenda, qva dicitur: in his qvæ competunt pluribus ut singulis majorem partem non posse præjudicare minori. *cap. qvod omnes 29. de R. I. in 6. c. cum omnes 6. §. cum igitur 4. de constit. l. per fundum 11. de serv. rust. præd.* Carpzov. *p. 1. const. 30. defin. 13. num. ult.* qvod enim omnes tangit ab omnibus etiam est approbandum. *l. ult. C. de auctor. præst. l. 3. C. res inter alios acta.* qvapropter ut major pars præjudicet minori, debent omnes convenire & collegialiter discutere. Ant. Faber. *C. lib. 1. tt. 9. defin. 21. num. 8. per l. ult. de curat. bon. dando.* Qvod tamen secus, qvando aliqvid fieret à pluribus ut ab omnibus: hoc enim casu majoris consensum sufficere cum Gothofredo *in not. ad d. l. 19. ad municipal.* testatur Wesenb. *p. 5. cons. 331. n. 12.* tum adde omnino qvæ habet Socin. *regula 16.* vid. *Felin. ad cap. cùm omnes X. de Constitution.* Limita (3.) in actu voluntario, qvi scil. citra omnem necessitatem fit, e. g. fisci dotandi, honorarii faciendi gratiâ, non-consentientes non obligantur, etsi major pars consenserit, & vel una faba nigra totum actum impedit *l. 4. ff. de Decret. ab ord. faciend.* In actibus autem necessariis & utilibus communitati, qvalis est dissolutio æris alieni, munitio Civitatis, solutio censûs principi, majoris partis consensus sufficit. Expenditur enim hic causa publica, qvæ omnes cives concernit, licet secundariò Contributio in bona singulorum dirigatur. *Perez. C. de Indict. num. 15. 16.* (4.) in actibus, qvi gravamen aut damnum inferunt, necesse est ut omnes concordent, & unius contradictio actum impedire potest. In his itaqve prævalet non major sed sanior pars, neqve enim ex multitudine auctorum id, qvod æqvius, æstimandum. *Perez. C. de decur. num. 25. 26.* (5.) Præses Curiæ non tenetur ex majoris partis sententia rem decernere, sed potest qvandoqve sanioris partis decretum executioni dare. Contrarium tamen obtinet *Perez. C. de Decret. Decur. n. 4.*

III.

Major pars personarum regulariter ex numero æstimatur. *l. 3. ff. de postul. l. qvod major 19. ad municip. l. aliud 160. de R. I.*

Fallit I. *in casu l. 7. §. ult. & l. seq. de pact.* conventione scilicet creditorum de remittenda debiti parte debitori obærato: eo enim in casu major creditorum pars non ex numero personarum æstimatur, sed ex summa ejus qvod cuiqve debetur. vid. *tr. nostrum de altero tanto. p. 10. th. 7.*

Fallit II. *in l. 2. de curat. bon. dand.*

Fallit III. *in l. si plures 14. depositi. l. ult. qvi bon. ced. poss.*

Fallit IV. in tribus tutelis, hæ enim non ex pupillorum numero, sed ex qvantitate æstimantur, adeò ut una gravis & negotiosa pro tribus numeretur *l. si is qvi 31. de Excus. tut.* Hottoman. *ad l. 7. §. ult. & l. 8. de pact. ubi vid.*

Fallit V. in feudis, ubi major pars non dicitur respectu numeri personarum, sed respectu naturæ ipsius feudi, *l. majorem 8. de pactis l. ultim. C. qvi bon. ced. poss. c. Imperialem §. firmiter. vers. præterea 2. F. 55.* Argent. *1. cons. 31. num. 89.* his junge & alios casus ex relat. Act. Ratisbon. *de anno 1638.* Klock. *de contribut. p. 7. & seqq.*

IV.

Majores causæ majores judices desiderant, arg. *l. non distinguemus. 32. §. de liberali. 7. ff. de recept. arbitr. l. 2. in fin. C. de pedan. judic. verb. dijudicat. l. jam dudum 5. C. ubi status caus. agi deb. c. 1. Apud qvem controv. feud. definiatur. 1. feud. 18.* Vult. *3. cons. Marpurg. 35. n. 7.*

V.

MAJOR ratio elidit minorem, *l. si debitori 47. in fine. ff. de fidejuss. l. cui pacto 5. ff. de servis exportand.* Et major facit cessare minorem, ubi concurrunt. Cardinal. Tusch. *practic. concluss. tom. 5. lit. M. conclus. 16.* qvia lumen majus obfuscat minus. Idem Card. Tusch. *eod. tom. 5. lit. L. conclus. 458.* & dignum magis trahit ad se minus dignum. [*cap. qvod in dubiis 3. de consecratione Eccles. c. 1. eod. in 6. c. de jejunio. 3. ubi gl. verb. celet. dist. 76. cum aliis qvæ allegat* Tiraq. *de retract. proxim. §. 1. gloss. 2. numer. 15.* per rationem qvod pars major ad se trahat minorem, qvamvis diversæ sit qvalitatis. Tiraqvell. *de retract. prox. §. 36. gloss. 3. numer. 6.* Bald. *4. q. 6. C. de edict. D. Adr. toll.* sic ut eodem jure sit censenda, *l. eum qvi 23. de Usuc. l. longæ 3. de temp. præscript.* Wesenb. *1. consil. 18. num. 32.*] *vid. supr. lib. 4. c. Dignum.*

VI.

MAJORI summæ inest minor. *Vide infra lib. 17. voce* Summa.

CAP. VI.

Mala fides.

Axioma 1.

Mala fides non solum ab initio verum etiam ex post-facto, superaccedente læsa conscientia, potest existere. *l. qvi bona 33. l. qvæsitum 40. l. bonæ fidei 48. ff. de acqvir. dom. l. qvi scit. 25. §. fin. ff. de Usur. c. si virgo 34. q. 5. l. unic. C. de Usucap. transform. gl. ad l. 1. de acqvir. poss.*

II.

Mala & bona fides sunt contraria. Forner. *ad l. 109. ff. de V. S.* Dyn. *ad cap. possessor. de R. I. in 6.* nec medium inter utramqve datur: bonum enim malum esse neqvit, nec malum bonum: uti nec nigrum album. Eqvidem bono melius esse potest, & malo pejus, *l. ubi autem 75. §. 1. ff. de V. O.* at nunqvam qvod malum est propterea bonum erit, nec poterit eadem conscientia de eadem re simul esse læsa vel illæsa, certa & dubia, sincera & callida. vid. Gœdd. *ad d. l. 109. de V. S. n. 3.*

III.

Malam fidem neqve error facti, neqve etiam juris, fraude, calliditate, machinatione, simulatione carens inducere potest. Claud. Pratei. *lib. 5. reg. jur. tit. 2. cap. 2. vid. latè de hac regula.* Gœdd. *ad d. l. 109. num. 4.* Unde etiamsi prætendatur errorem juris de jure præsumi malam fidem habere, *cap. qvi contra de Reg. Jur. in 6.* qvia & in dolo versari præsumitur; hoc nihil cum hoc axiomate qvippiam commune habebit, tum qvia ad aliam regulam, ut ea declaretur, adhibetur, qvâ asseritur in dubio semper bonam fidem præsumi. Petr. Peck. *ad d. cap. qvi contra. num. 1. de R. I. in 6. & ad c. 2. num. 6. eod.* tum qvia aliud est qværere an sit, & aliud an præsumatur esse. Qvantum enim ipsum τὸ εἶναι differt à τῷ ἔχειν, tantum qvoqve hæc inter se distabunt, qvemadmodum hoc pluribus demonstrat Gœdd. *ad d. l. 109. de V. S. n. 6.*

IV.

In mala fide tum demum qvis constituitur, qvando culpa aliqva ei potest imputari. Socinus *consil. 145. n. 64. & seq.* Tiber. Decianus *consil. 28. n. 63. vid.* Vult. *3. Conf. Marp. 21. num. 103.* Unde & scientia rei alienæ aut sese aliter habentis, qvam geritur, malam fidem inducere dicitur, *cap. si virgo. 34. q. 2. l. fin. ubi* Bart. *C. unde vi. idem in l. illud. ff. de pet. hered.* Paris. *consil. 49. num. 30. vol. 3.* Cravett. *cons. 16. num. 6. vol. 1.* Cephal. *consil. 161. numer. 31. vol. 2. & cons. 724. num. 48. vol. 5.* Mascard. *de probat. vol. 2. concl. 1002. n. 36.* Mynsi. *cons. 41. n. 5.* Fortun. Garzia. *de ult. fin. jur. num. 44.* Anton. de Amatis *decis. 169. num. 2.* Seraphin. *decis. 1360. n. 15.* & in specie malam fidem argui, qvando qvis scit rem ad alium pertinere in totum vel pro parte, docet Bald. *in l. post sententiam. col. pen. vers. extr. gl. C. de sentent.*

V.

Qvi in mala fide est, ullo tempore præscribere non potest, *cap. fin. de præscript. c. possessor de R. I. in 6. gloss. in cap. 1. de præscript. in 6.* Angel. *in §. furtivæ. Inst. de Usucap.* Panorm. *consil. 19. vol. 2.* Socin. jun. *cons. 93. n. 15. vol.* Gozad. *in cons. 56. n. 13.* Paris. *consil. 27. num. 115. & seq.* Cravett. *cons. 146. vol. 1.* Balb. *qvi pluries dicit eam esse communem in tract. de præscript. p. 2. part. 3. pr. qvæst. 13.* qvod certum esse dicit Fichard. *consil. 13. num. 17. vol. 2. add. &* Menoch. *consil. 231. num. 40. lib. 3.* Vult. *1. consil. Marpurg. 18. n. 56.* Adeo ut ne tempore qvidem immemoriali, imò omnino nulla præscriptio stante mala fide procedere possit, prout tenent *gloss. & Dd. in c. 1. de præscript. in 6.* Panorm. *in cap. fin. de constit.* Rip. *in cap. cum Ecclesiarum. num. 99. de caus. poss. & propr.* Joh. Andr. & alii *in cap. si diligenti de præscript.* Rub. Alexand. *consil. 13. numer. 14.* Paris. *cons. 79. num. 24. & cons. 112. n. 32. vol. 1.* Cravett. *cons. 146. n. 2. vol. 1.* & hanc extensionem veram esse dicit Balb. *d. p. 3. qvæst. 6. num. 20. vers. sed contrarium. vid. &* Zas. *consil. 16. §. 51. vol. 1.* ubi ait cessare præscriptionem, etiamsi per mille millia annorum durasset, qvem refert & seqvitur Fichard. *consil. 148. numer. 18. vol. 2.* neqve contrarium lege vel statuto induci possit, per ea qvæ tradit Bursat. *consil. 66. num. 8. vol. 1.* neqve etiam in statutaria qvidem præscriptione mala fides ullo tempore admittatur. Balb. *d. p. 3. qvæst. 10. & 14.* Alex. *cons. 105. num. 27. vol. 7.* Riminald. jun. *consil. 37. num. 68. vol. 1.* Rol. à Vall. *consil. 6. num. 41. & seq. vol. 3.* Paris. *consil. 87. numer. 13. vol. 1.* Cephal. *cons. 316. n. 6. vol. 3.* eamqve communem esse, *in thesauro commun. opin. scribunt in lit. P.* Villalob. *num. 204.* Soarez *num. 200.* Viv. *lib. 1. opin. 276. in fin.* Bursat. *consil. 217. num. 1. vol. 2.* atqve in terminis pacti de retrovendendo consulti respondent. Ruin. *consil. 150. numer. 17. vol. 4.* Curt. jun. *cons. 328. vol. 3.*

vol. 3. Qvod omne licet ex Jure Canonum procedat, huic tamen ſtandum eſſe; cum in eo de peccato vitando agatur, tenent gloſſ. Joh. Andr. *in d. c. fin. & d. cap. poſſeſſor.* Hoſtienſ. *in ſumm. de præſcript. rer. immobil.* §. *verum. col. 1. & 2.* Bald. & Angel. *in l. ſuper longi. C. de præſcript. long. temp.* Pariſ. *conſil. 92. num. 30. vol. 3.* atqve ſervandum in foro non tam Eccleſiaſtico qvam ſeculari reſpond. Pariſ. *d. conſ. 112. numer. vol. 1. & conſ. 33. num. 51. vol. 2. & conſ. 66. num. 98. vol. 3.* Roll. à Vall. *conſ. 6. num. 42. vol. 3.* Mynſ. *reſp. 41. num. 21.* Modeſt. Piſtor. *conſ. 27. num. 59. vol. 1.* Benintend. *deciſ. Bononienſ. 9. numer. 3.* Ferrar. *caut. 38.* Cephal. *conſ. 724. num. 43. lib. 5.* & ſecundum eam ſententiam in Camera Imperiali ſæpius judicatum eſſe teſtantur Mynſ. *6. obſ. 4.* Gail. *2. obſ. 18. n. 7.*

Declara, hanc regulam procedere illis in caſibus, in qvibus poſſeſſio & uſus reqviritur, non autem in cæteris, qvæ ſola negligentia amittuntur: facit qvod traditur perſonales actiones amitti 30. annorum ſpatio etiam de jure Canonico, cum ad præſcriptionem illarum non factum poſſidentis diſpici ſoleat, ſed negligentia non utentis ſufficiat. vid. Bronchorſt. *cent. 2. variar. aſſer. 75.* Rubæ. *conſ. 13. num. 14.* Gozadin. *conſ. 56. n. 13.* Valaſc. *conſ. 95. num. 1. lib. 1.* Calcan. *conſ. 9. n. 5.* Capyz. *decad. 4. n. 22.* Benintend. *deciſ. 9. n. 3.* maxime iis in terminis, qvibus conſcientia debitoris non eſt cauteriata, veluti accidit, ſi qvis prædio ſuo libertatem, vel conſolidationem uſusfructus longo tempore acqvirit ex non uſu ejus, cui erat uſusfructus vel ſervitus conſtituta, qvia non tàm præſcribere is videtur, qvàm jus negligentia non utentis extingui, juxta *l. corruptionem 16. C. de Uſufr. l. pen. C. de ſervit. uti* poſt Bart. docuerunt Caſtr. *num. 3.* Raphael. Cuman. *num. 1.* Imol. *num. 19. verſ. ſed ſi qværatur ad l. 4. §. ſi viam. ff. de Uſucap.* Panorm. *in d. c. fin. n. 8. de præſcr.* Anton. de Padilla. *ad l. 1. n. 38. Cod. de ſervit. & aq.* Joh. Gœdd. *3. Conſ. Marpurg. 33. num. 230.*

VI.

Mala fides auctoris nocet & ſucceſſori ſive heredi. *l. ſi ego 11. §. partus 2. ff. de publ. in rem act. l. ſeqvitur 4. §. heres 15. ff. de Uſucap. l. tutor rerum 56. ff. de admin. tutor. ibidemqve gl. in l. cum heres. ff. de diverſ. & temp. præſcript.* Cephal. *conſ. 315. num. 19. lib. 3.* atqve ita omnes ſentire reſpondit Tiber. Decian. *conſ. 24. num. 22. vol. 1.* & communem eſſe teſtantur idem Decian. *conſil. 2. num. 197. vol. 1.* Rol. à Vall. *conſ. 6. num. 47. vol. 3.*

Amplia, hoc obtinere etiamſi heres ex perſona ſua præſcriptionem inchoare velit. Dec. *in c. Eccleſia S. Mariæ. col. 12. in fin. n. 30. de conſtit.* Alex. *conſ. 4. col. pen. vol. 2. & conſ. 63. col. 3. num. 10. & conſ. 89. col. 3. vol. 4.* Rub. *conſ. 13. col. 4. in fin.* Cravett. *conſ. 146. vol. 1.* Calcan. *conſ. 26. in fin.* Capra *conſ. 40.* Jaſon. *conſ. 303. col. 2. circ. fin.* Curt. jun. *conſ. 177. col. fin.* Gozadin. *conſ. 2. col. 2. circ. fin.* Balb. *d. p. 2. q. 12. num. 12. de præſcr.* Tiraq. *de retract. conſang. §. 15. gloſſ. 4. numer. 35.* Menoch. *conſ. 231. n. 42. vol. 3.* Decian. *conſ. 2. n. 197. vol. 1.* Modeſt. Piſtor. *conſ. 27. n. 58. vol. 1.* atqve ita in terris Imperii obſervari, ait poſt Panorm. *in cap. ſi diligenti extr. de præſcript.* Vult. *libr. 3. Conſ. Marpurg. 21. num. 275. vid. latè* Weſenbec. *lib. 1. conſil. 8. num. 31. & 32.*

Declara & Limita I. hanc regulam procedere, & veram eſſe in herede defuncti immediato, non etiam mediato, id eſt, heredis herede, ita Crot. *in l. Pomponius. §. cum qvis in fin. ff. de acqvir. vel amitt. poſſeſſ.* Didac. Covar. *in d. c. poſſeſſor. p. 2. §. 9. n. 6.* heredem enim poſſeſſorem rem à defuncto mala fide poſſeſſam præſcribere poſſe, non obſtante mala fide anteceſſoris ſui, ſi aliundè, qvam à defuncto titulum præſcribendi juſtum habuerit, text. eſt *in l. an vitium 5. §. fin. ff. de tempor. præſcript.* per qvem hoc ita ſcripſerunt, Aretin. *in d. l. Pomponius. §. eum qvis.* & Jaſon. *n. 21.* Balb. *de præſcript. p. 2. part. 3. pr. qvæſt. 12. num. 15.* qvod conſulendo etiam ſunt amplexi, Alex: *conſ. 79. vol. 2.* Ruin. *conſ. 45. col. pen. vol. 4.* Pariſ. *conſ. 23. num. 212. vol. 1.* qvippe mala fides prædeceſſoris non impedit ex integro bona fide inchoare & complere præſcriptionem. Auguſt. Berous *conſ. 19. num. 10. & conſ. 15. num. 32. & 42. vol. 3.* Mynſ. *cent. 4. obſ. 6. num. 7.*

Limita II. qvoad ſucceſſores in dignitate, Prælatura vel beneficio conſtitutos, hos enim à ſua perſona inchoare poſſe præſcriptionem, textus eſt *in c. cum 11. & ibidemqve gloſſ. & Dd. de jur. patron. add.* Caſtr. *in l. 3. ff. de Uſucap.* Menoch. *conſ. 2. num. 342.* Alex. *conſ. 89. num. 8. lib. 2.* ubi ait malam fidem nocere qvidem in ſucceſſore univerſali in hereditate, ſed non ſucceſſori in Prælatura vel dignitate, idem tradit *in d. l. Pomponius. §. cum qvis num. 2. ff. de acqvir. poſſeſſ.* ubi addit ſe pro hac ſententia ſæpènumero conſuluiſſe eamqve æqviorem eſſe concludit, *vid. hac de re Ddd. allegatos apud* Balb. *in d. q. 2. p. 3. princ. q. 12. n. 21.*

Limita III. qvoad ſucceſſorem ſingularem, puta emptorem vel Vaſallum. Balb. *in d. tract. de præſc. 4. part. 4. pr. q. 3. numer. 5.* maxime qvando ex alia cauſa poſſiderent nempe jure emptionis vel inveſtituræ, Corn. *conſil. 20. licet in præſenti. num. 4. cum ſeq. vol. 1.* Weſenb. *1. conſ. 8. num. 14.*

VII.

Qvotiescunqve ſucceſſor ſingularis non utitur acceſſione temporis ſui anteceſſoris, toties illius mala fides iſti non nocet: qvoties verò utitur, toties nocet. *l. 5. pr. ff. de diverſ. temp. præſcr.*

Ratio prioris: qvia ſic novo titulo rem acqvirit, nec ita ſuccedit in vitia anteceſſoris uti ſucceſſor univerſalis.

Ratio poſterioris: qvia ſic, ex qva perſona commodum ſentire vult, ſentiat etiam incommodum.

Ita ergò emtor ex ſua perſona poterit uſucapere, ſicut & Legatarius *§. 8. Inſt. de Uſucap.*

Limita: uttamen, ſi Dominus verus ignoraverit rem eſſe alienatam, triginta anni ad præſcriptionem ſint neceſſarii. Secus ſi ſciverit, ubi decem vel viginti anni ſufficiunt. *Auth. malæ fidei C. de præſcr. longi temporis.*

VIII.

Mala fide superveniente præscriptio interrumpitur, *gloss. in cap. fin. de præscript. & c. possessor. de R. I. in 6.* Bart. *in l. naturaliter. col. 2. vers. qværo utrum superveniens defectus. ff. de Usucap.* faciunt notata per Felin. *in c. illud num. 3. de præscript.* Balb. *in tract. de præscript. sub rubr. de præscript. rer. mob. vers. qvib. mod. interrump. n. 50.*

IX.

Malæ fidei præsumptio purgatur cursu triginta annorum. Bart. *in. l. fin. in fin. C. unde vi.* Jas. *in §. sed ista. num. 100. Inst. de act. & conf. 5. col. fin. in fin. conf. 72. col. 2. vol. 1. & conf. 209. col. 2. in fin. vol. 2.* Dec. *consil. 267. col. 3. & conf. 272. col. 5.* Curt. jun. *conf. 52. col. 4.* Castr. *conf. 169. col. 2. vol. 1.* ubi ait post lapsum temporis malam fidem allegari non posse, ad idem faciunt notata à Menoch. *lib. 3. de præsumpt. præs. 130. n. 17. & 18.* idqve adeo verum esse nonnulli existimant, ut nec mala fides præcedens præscriptionem bonæ fidei acqvisitam per spatium longissimi temporis tollere qveat, Dec. *in l. traditionibus. col. 3. num. 11. & 12. C. de pact. & conf. 496. col. 2. circ. med. & consil. 678.* Salic. *in l. 2. col. fin. C. de serv.* Bald. *conf. 370. vol. 3.* Boer. *decis. 39. n. 7.*

Declara, hoc tum demum verum esse, si mala fides sit præsumpta. Si enim vera adesset mala fides, ea nunqvam tollitur neqve purgatur per aliqvem temporis lapsum, etiamsi sit longissimum memoriamqve hominum excedens, Bart. *in d. l. fin. C. unde vi.* Vult. *1. conf. Marp. 22. n. 88.*

X.

Mala fide agit qvi cum pupillis contrahunt sine tutorum auctoritate. *l. qvia qvolibet 27. ff. de contr. empt. 5.* Bart. *in l. 2. §. si qvis autem pupillo. ff. eod.* Dec. *in l. pupillus. n. 2. ff. de R. I.* Vult. *3. conf. Marp. 29. n. 174.*

CAP. VII.

Malum, Malus.

Axioma I.

Mala omnia perpeti melius est qvam consentire malo, *cap. 1. 22. qvæst. 5. & cap. si qvis convictus. 7. 22. qvæst. 3.* nec qvicqvam oberit si dicatur, qvod qvæ propter necessitatem fiunt videantur fieri licitè, *cap. qvod non est licitum 4. de R. I.* cum necessitas legem non habeat, *cap. sicut 11. distinct. 1. de consecrat.* Intelligendum enim erit hoc de necessitate, qvæ reperitur in auctoritate, veluti est necessitas vitæ, hanc enim excusare patet ex *cap. qvis per necessitatem 3. extr. de furt. cap. qvicqvid 26. cum seq. de consecrat. dist. 5.* ad evitandum enim majus malum, minus qvandoqve malum Ecclesia tolerare consuevit, *c. reqvisivit de desponsi. impub.* Farin. *1. decis. 107. n. 5.* non autem trahendum ad alia, veluti adulterium & similia crimina. *l. palam 43. §. non est 5. ff. de rit. nupt.*

II.

In malo nemini est obediendum, *cap. qvi omnipotentem 95. & cap. qvi resistit 97. 2. qvæst. 3. gloss. in cap. Salonitanæ. verb. præsident. distinct. 63.* Pacian. *1. conf. 164. n. 152.* hinc is qvi malum avertere potest, nec avertit, tàm est in culpa, qvàm qvi malum perpetravit. Philip. Matth. *ad l. 50. de Regul. Jur. n. 13.*

III.

MALE agens odit lucem, *l. 1. §. 10. vers. tria lumina.* ubi gl. *ff. de ventre inspic. l. donatio 25.* ubi gloss *verb. occultè. C. de donationib. cap. consuluit. 24.* ub igloss. *verb. qvi malè, de offic. deleg. cap. pernicios am. 21. 18. qvæst. 2. cap. 1. ut Ecclesiastic. benefic. cap. cum ex injuncto 12. de hæretic.* Surd. *conf. 132. num. 24.* Unde qvæ occultè & clandestinè fiunt, suspicione non carent, *d. cap. 1. §. cum enim.* ubi gloss. *verb. occulta, d. cap. consuluit. §. ne verò, cum similibus.* citatis à Tiraq. *de pœnis temper. causa 11. n. 11. & de retractu tit. 2. in præfat. à num. 13.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 12. num. 7.* Mascard. *de probat. conclus. 815. num. 33.* sicut à contrario ea, qvæ in conspectu aliorum & palam fiunt, sunt ab omni sinistra suspicione aliena. *l. non existimo 54. vers. & multum refert. ff. de administr. tutor. l. explicitò 1. §. fuit qvæsitum 13. & ibi* Rip. *ff. ad SC. Trebell.* Menoch. *de arbitr. casu 244. num. 1. cum seqq. add.* & Ludov. Gomez. *ad §. ex maleficiis. Inst. de action. n. 21.*

VI.

MALE parta malè dilabuntur, Ant. de Butr. *consil. 33. num. 2. & 3.* ubi infert, qvod dominus non participat injustè qvæsita per servum, nec frater injustè qvæsita per fratrem, nec socius injustè qvæsita per socium, refert. Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. M. concl. 25.*

V.

MALA non sunt facienda, ut inde veniant bona, Apost. *ad Rom. cap. 3. v. 8.* relatus *in cap. ex tuarum 2. de sortileg. cap. super eo 4. de usuris* [*gloss. in l. qvi sub prætextu. C. de SS. Eccles. & in c. magna. ne Cleric. vel mod.*] Tiraq. *de pœnis temper. causa 52. num. 8.* Palat. *in repet. c. per vestras 7. de donat. inter virum & uxor. notab. 6. n. 2. & 3.* Surd. *conf. 574. num. 19.* [Hering. *de molend. qvæst. 11. num. 53. cum seq.* Permittenda tamen qvandoqve sunt mala ut eveniant bona. arg. *Matth. 19. vers. 8. & similium, qvæ ex legibus Mosaicis recenset* Zepper. *d. tract. c. 9. arg. l. virtus 7. ff. de LL.* Ob fructum enim bonorum nonnulla mala sunt devoranda, sicut de conjugio dicebat Menander apud Clem. *2. Strom.* Unde Cicero in omni re injustum esse ait, si exaggerentur mala, taceantur bona; in plerisqve enim ita comparatum est, ut aut hæc cum illis sint habenda, aut illa cum his amit-

tenda

tenda, Aenis. *1. relect. polit. cap. 1. sect. 12. n. 8.* Neqve id Legislatori vitio dandum est, sed laudi potius, qvi rectum clavum tenendo fluctuantem Reipub. naviculam à naufragio servare, in portum tranqvillum reductam restaurare, cœloqve sereno, contra tempestates futuras præmunire divino adjutus auxilio pro virili enititur. Qvin &, qvod directo non poterat, cursu per obliqvum inflexo, sensum obtinere studet, puta vel contrarium factum, qvod etiam sibi magis placere vel ipsa testatur permissione laudando. *l. 1. §. licet ff. de peric. & comm. rei vend.* vel qvæ aliis rectè viventibus conceduntur, & ad qvæ naturali appetitu ferimur nonnihil amputando vel præcidendo. *arg. l. fin. vers. filius. C. de natur. liber. & Nov. 47. cap. fin.* vel metas & limites, qvoad ejus fieri potest, ne nimia indulgentia ad extrema deveniatur, præfigendo, *arg. Nov. 89. cap. 12. l. 26. Cod. de usur.* **Policey-Ordn. des H. Reichs zu Franckfort/** *de anno 1577. tit.* **von wucherlichen Contracten.** *Exod. 22. v. 25. Levit. 25. v. 35. 42. & 44.* vel similibus salutaribus remediis, qvæ prudens circumstantiarum consideratio administrabit. *add.* Hottom. *recept. sent. lib. 3. cap. 12.* Viderint igitur, qvid supremo omnium Judici responsuri sint, qvi lupanaria, mendicos otiosos, piratas, Judæos &c. qvæstus tantum & ærarii replendi gratia fovent. Bornit. *de ærario, lib. 8. c. 1.*]

VI.

MALORUM consortia sæpe bonos corrumpunt, *cap. sæpè 12. 28. qvæst. 1.* Tiraq. *l. 5. connub. part. 5. gloss. 1. n. 21.* Camil. Borell. *in addit. ad Bellugam in speculo Principum, rubr. 11. §. Viso, lit. C. vers. item hæreticus.* Malorum enim hic mos est, & qvidem pernicioſissimus, ut nunqvam sint sibi ipsis solum mali, sed venenum suum qvaqvaversus latissime spargant in omnes. Oldendorp. *class. 7. art. 2.*

VII.

MALUM omne nascens facilè opprimitur, inveteratum fit plerumqve robustius, ut ex Cicerone, Veteri, novoq; Testamento comprobat Campan. *in diversorio Juris Canonici, rubr. 12. c. 8. n. 8.* add. Text. *in l. nominationum 45. C. de decur.*

VIII.

MALUM minus eligendum de duobus malis; nam accidentaliter & secundùm qvid perplexus inter duo, qvorum alterum necessario est facturus, & utrumqve arbitratur esse peccatum, justè potest, & tenetur eligere qvod sibi videtur minus, ut majus evitet, *cap. duo mala 1. 13. dist. c. si aliqvid 6. 22. qvæst. 4.* D. Thom. *1. 2. q. 19. art. 6. ad 3.* ubi Medin. *qvæst. 1.* Cordub. *in suo qvæst. lib. 3. q. 4. ad fin.* Ægid. *cons. 9. n. 11. ad finem.* Valent. *1. 2. q. 14. puncto 5. ad 2.* Vasq. *ad d. qvæst. 19. disput. 60. c. 2. n. 6.* Menoch. *illustr. c. 48. n. 2.* Tiraq. *de nobilit. c. 31. n. 547.* Thom. de Thomasser. *in floribus legum. reg. 93.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 2. n. 24.* Azor. *Instit. moral. p. 1. lib. 2. cap. 18. qvæst. 5.* Cardin. Tusch. *tom. 5. lit. M. conclus. 26.* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. c. 51. n. 6.* Soar. *tom. 4. de Pœnit. disput. 4. sect. 10. n. 4.* Molin. *de Just. tract. 2. disput. 335. sub n. 30.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 1. c. 13. n. 30.* Sanchez. *de Matrim. lib. 2. disput. 39. sub n. 12. vers. ad qvartum, & lib. 7. disp. 11. n. 15.* Narbona *l. 20. gloss. 17. tit. 1. lib. 4. Recop.* respectu enim majoris mali minus habet rationem boni, secundùm Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 6. §. 7. lit. F.* Turrec. *in d. c. duo mala, sub n. 1.* Covar. *de sponsal. lib. p. 2. c. 7. §. 2. n. 9.* Less. *de Justit. lib. 2. c. 23. n. 21.* Nam licet actio illa sic eligendi minus malum ex duobus, sit in se & absolutè in illud minus malum existimatum libera, & ita sit libera naturaliter, ut ajunt, & in genere entis: tamen prædicta eligendi actio non est moraliter, &, ut ajunt, in genere moris libera, in ordine scilicet ad majorem culpam vitandam, qvia supposito, qvod eam vitare aliter neqvit, nisi per admissionem minoris mali, jam hoc non potest moraliter vitari, ac proinde nec dicitur liberè amari, ac tandem nec in eo peccari, cum constet ad inducendum peccatum necessariam esse utramqve libertatem; nempe illam, per qvam feratur voluntas in objectum malum, qvod secundum seipsum naturaliter, & absolutè loqvendo, sit eligibile, & rursus illam, per qvam feratur in illud, ut possibile vitiatur moraliter, id est, in ea occasione, in qvæ moraliter possibile sit illud vitiari, juxta ea, qvæ de reqvisitis necessariis, ut peccatum dicatur voluntarium, tradunt D. Thom. *1. 2. qvæst. 13. art. 6. in corpore*, & post alios Cardin. Tolet. *in sum. lib. 3. cap. 1. vers. alterum, pag. 2.* Sicq; in effectu qvando necessitas cogit in alterutrum malum eligere, tunc eligens minus malum, nihil aliud formaliter facit, qvàm implere præceptum pluris faciendi præcepti de majori malo vitando; unde cùm hanc electionem minoris mali faciat ex præcepto, non potest in eadem censeri peccator, ex *regul. qvod qvis 25. de Reg. Jur. lib. 6.* consonat text. *in l. justè possidet 11. ff. de acqvir. possess.* cum similibus. [D. D. Danhavv. *in analysi paradoxor. Ciceronis*

ronis pag. 50. concedit hoc axioma de malis dolorificis, non de moralibus, de qvibus ἀποτόμως negat.]

Amplia procedere etiam in lege humana, ita ut electio minoris mali ad vitandum majus, non solùm licita sit privatis juxta supra resoluta; sed etiam lege humana; sic enim concluditur ex regul. text. *in l. ult. in fin. C. de fidejussor. & in l. legis virtus 7. ff. de legib. & in cap. omnis 4. 3. dist. & in cap. 2. ad fin. 13. dist. & in cap. hac ratione 9.* in *fin. 31. qvæst. 1.* junctis his, qvæ circa justitiam & potestatem legis humanæ ad permittenda minora mala, ut impediantur majora, resolvunt D. Thom. *1. 2. qvæst. 39. art. 3. ad 3. & 2. 2. qvæst. 10. art. 11.* Castro *de lege pœn. lib. 2. c. 9.* Covar. *de sponsalib. p. 1. c. 4. in princ. sub num. 9. & var. lib. 2. c. 4. à n. 11.* Tiraq. *l. 9. connub. n. cum seqq.* Azor. *Instit. moral. p. 1. lib. 5. c. 5. qvæst. 5.* Sanchetz. *de Matrim. lib. 2. disp. 39 sub n. 2.* Soar. *de legib. lib. 3. c. 15. & 16.* hanc legis humanæ potestatem deducentes ab ipsa lege æterna, & naturali; dum scilicet hujusmodi leges, licet perhibeant omnia peccata, & per consequens ea committentes semper obligentur in foro conscientiæ, tamen non omnia puniunt, nec puniri jubent in foro externo, & in hoc seculo: sed potiùs multa permittunt in hoc sensu, ne majora bona impedirentur, vel mala majora sequerentur. Id qvod explicat cæteris meliùs Soar. *d. cap. 15.* ubi *num. 5.* respondet ad locum Augustini *de libero arbitrio, lib. 1. c. 5. & 6.* dicentis legem æternam nullum peccatum permittere.

Qvæstio difficilis est, an possit qvis suadere, consulere, & inducere alium ad eligendum minus malum, qvòd à parte rei malum fuerit, ad avertendum majus malum à parte rei tale, qvod aliqvis ex malitia sua patrare decreverat, veluti si ad vulnus inferendum, vel ad aliam mitiorem vindictam inducam illum, qvi graviorem de alio sumere nempe illum interficiendo decrevit? Sunt enim aliqvi Doctores, qvi hanc inductionem, suasionem, & consilium reprobant, intelligentes id sine peccato fieri non posse, cùm formaliter involvat, ut ipsi credunt, cooperationem in malo, qvæ nunqvam licita esse potest, juxta illud, *& agentes, & consentientes* &c. de qvo sup. *libro primo. cap. 47. axiomat. 9.* nec possint fieri mala, ut eveniant bona, aut minora mala, juxta illud Pauli *ad Rom. 3.* Solumqve concedunt iidem Doctores, posse alterum alteri sic ad peccandum parato offerre materiam minoris mali, eamqve simpliciter eidem proponere, intelligentes in hunc solùm sensum excusari Loth, nempe, si dicamus eum, dum obtulit filias suas abusui impiorum, non induxisse illos, nec filias ad stuprum, sed solùm simpliciter proposuisse materiam minoris mali, sicqve procedere locum Petri Ap. *2. ep. c. 2.* dum eundem Loth justum vocat, dicens, Loth unum justum à nefandorum injuria liberatum à Deo fuisse. Hanc itaqve distinctionem inter inductionem & suasionem minoris mali, & inter simplicem propositionem materiæ minoris mali, facit Cajet. *2. 2. qvæst. 78. art. 4.* & alii, qvos refert & seqvitur Tolet. *d. pag. 2.* Covar. *d. num. 9. prope fin.* Juxta eandem distinctionem intelligens excusandum esse Judam, de qvo *Genes. cap. 37.* qvasi non induxerit, nec suaserit fratribus venditionem fratris Joseph, sed solum illam proposuerit eis, ut materiam minoris mali, ad avertendum majus, nempe occisionem ipsius fratris. Ulterius idem Covar. *loco proximè citato* intelligit, Ruben *Genes. d. cap. 37.* usum fuisse sola simplici propositione prædicta, dum animo evitandi idem homicidium dixit eisdem fratribus; *Non occidamus, sed projiciamus in cisternam veterem.*

Verum alii multò meliùs concedunt, non solùm prædictam simplicem oblationem & propositionem materiæ minoris mali, sed etiam formalem illam suasionem ipsius ad majus avertendum, ex qvorum numero fuerunt Innocent. *in c. super eo. col. 2. de usuris.* Cajet. meliori consilio ductus, *in summa. verb. Tyrannus. & tom. 2. opusc. tr. 31. c. 13. in solut. dubii 3.* Adrian. & alii, qvos refert & seqvitur Nav. *in Manu. c. 14. sub n. 40. & cap. 17. n. 263. n. 9. cum seqq.* Lessius *de justitia, lib. 2. c. 13. n. 19. & lib. 4. cap. 3. à n. 33.* adducentes textum, qvem sic intelligunt, *in c. si qvod verius, vers. si enim 33. qvæst. 2. & in cap. 2. vers. hinc etiam 13. dist.* indeqve resolventes, & deliberato hominem occidere, svaderi posse aliam mitiorem vindictam, videlicet vulnus non lethale; rursus & volentem committere adulterium, vel furtum grave, induci posse ab alio, ut committat solùm simplicem fornicationem, aut furtum levius: præterea & eum, qvi non vult subvenire extremè indigenti, induci posse, ut illi subveniat saltem dando ei mutuò sub usuris, qvòd minus malum est. Ratio hujus resolutionis ea est, qvia sic consulens, suadens, aut inducens ad

minus

minus malum, non tendit ad hoc, ut minus malum fiat absolutè, prout in se est objectum malum, & peccaminosum, nec illud absolutè approbat, & petit in hoc sensu; id enim esset illicitum pati, ac facere, cùm involveret formalem cooperationem in malo: In qvo casu procedere poterunt fundamenta primæ contrariæ sententiæ; sed solùm petit formaliter commutationem minoris mali pro majori, & qvod illud huic præferatur, licet id non semper exprimatur. Et cum ita rogatus decreverit omninò alterum malum facere, & ita jam per se ductus sit ad peccandum, dici non potest eo consilio, & suasione minoris mali denuò duci, ut peccet, sed ut culpam minuat per desistentiam à majori peccato, qvæ absqve ulla cooperatione formaliter intenditur in suasione minoris mali à suadente, alioqvin hoc etiam dissuasuro, & impedituro, si posset absqve majori, vel pari commodo. Qvam rationem præstant Doctores proximè citati.

Qva retenta sententia, non obstant, qvæ pro prima contraria supra adduximus: ad illud enim de culpa, qvæ imponitur Loth in illa filiarum prostitutione, minus malum continente, respondetur dupliciter. Primò qvidem negando peccasse Loth, & illum excusando, qvia videlicet non obtulit filias Sodomitis, ut earum concubitu, tanqvam minori malo, majus, nempe Sodomiam, repensaret, nec animum habuit, ut filiæ prostituerentur; sed ut eorundem furentium impetum hyperbolica summissione frænaret, declarans hoc modo, qvàm sibi molesta esset immanitas sceleris, & injuriæ qvam attentabant adversus hospites à se receptos, prout alioqvin, ut ostendamus, qvàm ægrè feramus aliqvid effici, dicere consuevimus, prius me interficias, qvàm hoc facias. Qva ratione eundem Loth à peccato excusat Cajet. *in Comment. ad d. cap. Genes. 19.* seqvitur Molin. *d. disput. 335. num. 12.* non improbat post Perer. Tolet. *d. c. 37. pag. 1. ante med.* firmat Less. *d. cap. 13. num. 20.* Sicqve juxta hanc rationem procedere poterunt dicta per Chrysost. *Homil. 43. in Genes.* & per Ambros. *lib. 1. de Abraham, c. 6.* dum laudibus celebrant facinus Loth. Ultra qvam qvod idem Loth, juxta eosdem Doctores, (contra Pererium in hac secunda ratione aliter sentientem) potest excusari ex qvadam animi perturbatione, & ardenti cupiditate defendendi hospites ab illa injuria temeraria, ut qvi mente sic turbata, & indeliberata processit, à culpa illinc extenuata liberetur; qvod intelligere oportet, ut scilicet liberetur in totum, vel in parte, prout hæc animi perturbatio, & passio in totum, vel in parte excluserit voluntarium reqvisitum ad peccatum, juxta tradita per Thom. *1. 2. q. 77. art. 6. cum seqq.* Tolet. *in sum. lib. 2. c. 1. pag. 2. vers. alterum.* Azor. *Instit. moralium. tom. 1. lib. 4. c. 19. qvæst. 4.* Secundò responderi potest, & forsan meliùs, fatendo qvidem Loth peccasse, sed contendendo hujusmodi peccatum non processisse ex eo, qvod minus malum suaderi non possit ad vitandum majus, (illud enim suadere sine alia extrinseca, & nociva circumstantia peccatum non est, juxta communem absolutionem) sed processisse ex eo, qvod in hac suasione intervenit alia circumstantia extrinseca, nempe detrimentum tertii, id est, filiarum. Qva qvidem circumstantia interveniente, peccat si suadens minus malum, etiam ad vitandum majus, ut bene ad limitandam hanc nostram sententiam advertit Molina *sub d. n. 12. juncto n. 9.* & Lessius *n. 20.* & non infrà latiùs.

Qvæ qvidem nostra sententia sic ab impugnationibus defensa adeò vera est, ut procedat non solùm qvando ex suasione minoris mali avocanda sit mens alterius à malo majori: sed etiam qvandò eo modo intenditur illud impediri, qvamvis mens illius non sit mutanda, qvippe qvod formalis ratio, per qvam hujusmodi suasio excusatur, posita est in ea commutatione, & præelectione minoris mali, ut medio, propter obdurati malitiam necessariò ad impediendum majus, juxta suprà resoluta. Ergò satis erit, qvod ex parte suadentis detur hic animus commutandi, & præligendi minoris mali, imo mali æqvalis, velut cujusdam illecebræ obtentæ, ut, dum circa illam obduratus occupatur, possit majus malum impediri: & qvod ex parte materiæ concurrat sufficiens dispositio, & probabilis spes impediendi prædicti mali majoris, aut æqvalis, qvamvis avertenda non sit mens alterius ad illud patrandum obfirmati, cùm hæc mentis aversio habeat se ut extrinseca, & accidentalis respectu prædictæ suasionis, & ideò nihil ponat, nec tollat in ejus bonitate, & justitia. Unde meritò hic resolvit Lessius *d. lib. 4. cap. 3. num. 34.* inde bene inferens justam fuisse suasionem, qva Ruben fratres volentes occide-

occidere Joseph induxit, ut dimitterent in cisternam veterem, & ibi sinerent fame mori, *Genes. cap. 37.* & ita suasit æqvale peccatum, ut hac via, licet fratres persisterent in ea prava intentione mortis per famem inferendæ, tamen ipse Ruben hunc effectum impediret aliunde, videlicet subducendo clam à cisterna eundem Joseph, ut constat ex verbis ejusdem *cap. 37. Hoc autem dicebat*, scilicet Ruben, *volens eripere eum*, scilicet Joseph, *de manibus eorum, ut redderet patri suo.* Qvi intellectus aptior est illo, qvem ad eundem locum tradit Covar. *de spons. parte 1. cap. 4. in princip.* dum sentit, Ruben ibidem egisse de prædicta projectione in cisternam tanqvam de minori malo; ad vitandum majus, scilicet occisionem Joseph; fallitur enim Covarruvias ex modo dictis, juxta qvæ constat, eandem projectionem ibi consideratam fuisse, ut referentem occisionem ejusdem Joseph, qvamvis diverso medio, nempe fame ab occisoribus fratribus in cisterna procurandam, arg. text. *in cap. pace, 86. distinct.* Suasit igitur Ruben non minus, sed æqvale malum, prout justè potuit, ut ita ab alio æqvali malo fratrem alioqvin non liberandum, subduceret interim, & liberaret, juxta suprà dicta.

Ad eundem modum suadere possumus volenti occidere proximum, qvod prius exspoliet ejus domum, vel abigat pecora, ut interim illum, alioqvin non liberandum, subducamus; prout etiam possumus volenti prodere urbem, suadere ut prius expilet ejus ærarium, ut interim aliunde, videlicet convocatis defensoribus, proditio impediatur. Qva etiam ratione captus à latronibus potest eis suadere, ut insequantur alium qvendam, si suadens certò sciat illum evasurum ratione celeritatis, vel ob insidias eo loco positas ad capiendos latrones, ut ipsemet captus possit interim fugere, ut bene observat Lessius.

Limitatur tamen hæc nostra communis resolutio, ut procedat solùm qvando suasio minoris mali facta fuerit absqve præjudicio tertii, non vero ut procedat cum dicto præjudicio in particulari, nisi tertius illud molestè non suscipiat, aut nisi fuerit alioqvin obligatus ad illud suscipiendum, ut resolvunt Molin. *d. disp. 335. n. 9.* Lessius *dict. cap. 13. n. 20.* Et qvidem meritò, nam ex dispositione privatorum non potest inferri tertio damnum, qvod ipse nolit, aut non teneatur alioqvin sustinere, juxta *regulam l. id qvod nostrum est 11. juncta regul. l. factum 198. ff. de reg. Jur. & c. non debet, 23. eod. tit. lib. 6. & toto tit. C. ne uxor pro marito. & C. ne filius pro patre.* Qvæ sanè obtinent, etiamsi per hoc damnum tertii vitaretur majus illud peccatum, in qvo alter ex malitia sua obduratus persistit, cùm possit, si velit, ab eodem abstinere; nam aliter ex eadem malitia commodum ex damno tertii resultans reportaret, juxta reg. text. *in cap. intelleximus 7. de judiciis, & in l. itaqve fullo 12. in princ. ff. de furtis.* cum similibus. Secundum qvam resolutionem peccabit ille, qvi ad vitandum etiam majus damnum à latrone paratum, verbi gratia inferendum alicui, objecerit eidem latroni alium hominem divitem, de qvo is non cogitabat, & suaserit, ut huic tanqvam opulentiori inferat illud damnum, utpote minus comparatione ipsius, ut benè resolvit Lessius *d. c. 13. n. 20.* ex cujus tamen dictis id à nobis erit statim limitandum. Præterea secundum eandem resolutionem consequens patet; in qvo peccaverit Loth, dum filias suas impiis objecit, ut majus malum hospitibus imminens vitaret, peccavit videlicet in eo, qvia illas objecit cum damno suæ pudicitiæ, cùm tamen ipsi de illis non cogitarent: non peccaturus alioqvin, si hoc illarum præjudicium non obstaret, etiamsi eos ad illarum usum induceret, si ita intenderet majus illud malum avertere, qvod alteri averti non posset, ut in specie observant Molin. *d. disp. 335. n. 12.* & Less. *d. cap. 13. n. 20.*

Dixi, *cum dicto privilegio in particulari*, qvia si præjudicium non fuerit illatum tertio in particulari, & in individuo, sed in genere, tunc non reprobabitur electio illa, & suasio minoris mali: imò fieri poterit, juxta sententiam qvam sequimur, veluti si dicto latroni firmiter qvidem statuenti inferre damnum alterutri ex duobus, Titio, verbi gratia, aut Mævio, sed adhuc ancipiti circa personam, qvam ex illis duobus in eo damno præferret, ego in genere absqve particulari designatione alterius, qvi opulentior est, & cujus respectu damnum illud minus est, & absqve suasione, qva directè inclinet latronem in alterutrum, suadeam, illum non qvidem rogando, ut huic potiùs, qvàm illi in individuo noceat; sed solum proponendo, & consulendo damnum, qvod fuerit: etenim his terminis non fit injuria ei, cui minus damnum infertur à latrone: nam in hujus

mentem

mentem non revocavi aliqvid, qvod ipse etiam sic anceps non cogitaret; sed solùm in genere docui minus malum in eo, & similibus obdurationis eventibus potiùs esse faciendum, qvàm majus, judicando qvale sit minus comparatione personarum, qvas latro in eum furandi finem mente revolverat. Ita resolvit in terminis Lesius *d. c. 13. n. 21.* sic intelligens dicta per Sot. *de Justit. lib. 4. q. 7. art. 3. prope fin.* & reprobans Petrum à Navarra tenentem oppositũ *l. 3. c. 4. n. 30.*

Dixi, *nisi tertius damnum molestè non suscipiet*, ut ostendatur, qvod in his terminis poterit dicta svasio minoris mali fieri etiam cum damno tertii, in particulari designando, scilicet ejus personam directè, & in individuo: nam supposito qvod ille, ut qvia multum dives est, & conjunctus, verbi gratia, pater, aut mater, aut ascendens, vel descendens, aut alioqvin amantissimus alterius, cui damnum alternativè paratur à latrone, non ferret molestè illud sibi potiùs inferri, jam censetur in eo damno consentire, ac proinde nulla ei fit injuria in suasione, & indicatione, juxta *reg. scienti. de Reg. Jur. lib. 6.* cum similibus. Et ita in terminis resolvit Lesius *d. cap. 13. subnum. 20.* Hujus tamen sententiam cautè limitabis, ut procedat in damno remissibili per illum tertium, & in quo ille possit consentire, sec⁹ in damno irremisibili per eundem, ut concluditur cessante illa ratione remissæ injuriæ', juncta reg. text. *in cap. cum cessante 60. de appellat.* cum similibus, & satis cernere potius in exemplo Loth, de quo suprà, in cujus terminis non parum verisimile est, filias ab eo prostitutas habuisse animi præparationem, ut patris vota submisè, licet injustè, in seipsis adimplerent; & tamen qvia dictum earum præjudicium, nempè propria pudicitia, non poterat ab illis remitti absqve peccato, ideo Loth in hac minoris mali suasione reprobatur à Doctoribus meliùs sentientibus, de qvibus suprà.

Dixi tandem, *nisi fuerit alioqvin obligatus ad illud damnum suscipiendum*, ut ostendatur, quod in his terminis suasio minoris mali fieri poterit etiam cum damno tertii in particulari, qvia supposita ejus damni necessaria susceptione, ad quam tertius supponatur obligatus, jam ei non infertur damnum injustum, nec formale, sed solum materiale & justum, & ita cessat contrariæ resolutionis fundamentum. Exemplum poni potest in eo, quem ut divitem, & *furanda*, verbi gratia pecunia, nullatenus egentem, latroni designo nominatim, & in individuo, & ipsi potius damnum inferat, quàm alteri, si in hac hypothesi supponatur, quod alter, à quo illud avertere intendo, sit illi totum damnum congruo tempore repensurus, ita ut in eo non præjudicetur: hoc enim damnum ipse à me designatus permittere tenetur ex lege charitatis, ut in specie resolvit Lesius *d. cap. 13. n. 20. in fin.* & efficaciter deducitur ex regula, quod tibi nõ nocet, & alteri prodest, sustin. teneris, de qua *in l. 1. §. id. ajunt. ff. de aqva pluvia arcenda.* (Hæc ita ad verbum Pontificius Barbosa. A cujus sententiis Collectores æquè hîc alieni sunt, ut Grammatici à verbo furanda. Sic autem sentiunt ex duobus malis culpæ non unum eligendum, sed utrumque cavendum esse *ad Roman. 3. c. 8.* D. Gerhard. *confess. Cathol. lib. 1. part. 2. cap. 2. pag. 233.*

CAP. IIX.

Maleficium.

Axioma I.

Maleficia fieri malum est etiam propter exemplum aliorum. *l. 5. ff. ad L. Corn. de Sicar.* interest ergò Reip. ne delicta coalescendo *l. 6. C. de defens. civ.* maneant impunita. *l. si longius 18. ff. de judic. l. si ita 51. in fin. ff. ad L. Aqvil. l. in delictis. 4. §. cum 4. ff. de Noxal. act. l. Stichum 95. in pr. ff. de solut. Nov. 77. cap. 1. cap. un. de pœn. in extrav.* Constit. Carol. crim. *art. 5.* qvia peccatis debentur supplicia. Cic. *lib. 2. de Nat. Deor. & lib. 1. de Orat.* Ubi enim pœna contemnitur, liberum est homini malè agendi arbitrium. vid. Mart. Monter. *decis. regn. Armg. 7. numer. 11.* Hinc sine justitia ultrice ne Jovem qvidem ficti cœlites & Poëtæ gubernare potuisse finxerunt. Lactant. *lib. 17. de ira Dei.* nec domus sine justitia salva consistere potest, Osor. *lib. 4. de Reg. Instit.* August. *4. de civit. Dei c. 4.* Ita pœnas ob maleficia solvi (ajente Cajo) magna suadet ratio. *l. si autem reo 70. §. fin. 5. ff. de fidejuss. l. per omnes 6. C. de defens. civit. l. qvi capitalium 28. §. famosos 15. ff. de pœnis. l. 1. C. ad L. Jul. repet. l. 7. C. ad L. Fab. de plagiar. c. licet. ubi gloss. 44. q. 4.* Bart. *cons. 223.* jubet publicæ disciplinæ favor ac vigor. *l. locatio 9. §. qvod illicite. ff. de public. & vectig. cap. ut famæ 35. de sentent. excom.* siqvidem pœna unius multorum est metus. *l. 1. C. ad L. Jul. repet. l. si vindicari 30. C. de pœn. cap. Clericos de cohab. Cler. & mul.* atqve seriò monet æqvitas. *l. qvæsitum 10. ff. de sepulch. viol.* Bart. *in l. si qvis pro emptore 4. qvæst. pr. ff. de Usucap.* Caroc. *decis. 6. n. 26.* Hinc nihil magis impedit sanitatem, qvam conniventia criminum, & remediorum negligentia *l. si qvis servorum 20. C. de furt.* qvando enim maleficiorum excessus justo præsidis rigore minus stringitur, fit vitiosa pœnæ remissio criminum nutritiva, & crescit ex hoc facinorosis audacia liberq; qvodammodo transitus

violentiæ præbetur. Frider Imp. *in rescript.* nec pari malitia malorum numero conjungi decet. *cap. paratus 23. q. 5. l. illud convenire 5. ff. de pact. dotal. l. 1. ff. ad SC. Maced.* neq; majus Deo qvippiam offerri condecet sacrificium, ac si, qvi in suam aliorumqve perniciem debacchantur, competenti vigore compescantur, *cap. qvali causa 23. qvæst. 5.* Matth. de Afflict. *Constit. si except. in 2. not. lib. 2.* Jason. *in l. 2. C. de indict. vid. toll.*

II.

Maleficium est distinguendum secundum propositum & voluntatem. *l. qvi injuriæ 53. pr. ff. de furt. l. qvod Reip. 33. ff. de injur. l. 1. C. ad L. Corn. de Sicar. & l. 1. §. divus 3. ff. eod. cap. significasti 18. extr. de homicid. junctis his qvæ tradit* Marsil. *cons. 25. num. 4. cons. 26. num. 8. cons. 35. num. 11. consil. 40. num. 19.* Farin. *1. cons. crim. 35. num. 7.* Joh. Fichard. *1. cons. latin. 58. num. 7.*

III.

In Maleficiis voluntas spectatur non exitus. *cap. cum voluntate 54. de sentent. excom. l. 1. §. 3. l. 7. l. Divus 14. ff. de sicar. l. 53. ff. de furt. l. 8. ff. de jurejur. l. 79. de R. I.* Paul. *5. sent. 23. §. 2.* Guilh. Bœckel. *de publ. judic. disqvis. 9. p. 265.* Ex corde enim procedunt adulteria, furta & hujusmodi, *cap. 1. 15. qvæst. 6. in fin. cap. proposito. & c. sicut enim. 32. q. 5.* Unde & Cain, anteqvam fratricidium committeret, ut homicida à DEO damnatus est. *cap. num qvid Cain de pœnit. dist. 1.* imò & affectum plus considerari qvam effectum, apparet ex *c. nuper ad fin. de bigamis.* Joh. Andr. *in qvæst. Mercur. q. 29. num. 2.*

Declara, hanc regulam procedere in terminis, cum qværitur qvale sit delictum? hoc enim respectu voluntatem considerari eamqve distingvere maleficia, dictum est axiom. præcedent. secus vero cum qværitur, qvatenus delinqvens puniri debeat, tunc & inter alias circumstantias rationem haberi eventus docet *l. facta 16. §. eventus. ff. de pœn.* cum solius cogitationis pœnam nemo unqvam pati debeat. *l. 18. ff. eod.* qvapropter ut voluntas vel cogitatio puniatur, factum aliqvod subseqvi debet, licet delinqvens ad exitum non perduxerit. *l. 1. in princ. ff. ad L. Cornel. de Sicar. §. item Lex Cornelia de sicariis Inst. de publ. jud. vid.* Pacium *ἐναντ. cent. 7. n. 65.*

IV.

Maleficium alterius personæ alium non condemnat. *l. 2. C. de his qvi latrones. l. sancimus 22. C. de pœn.* sicut nec è contrario alterius beneficiũ alterum à debito absolvit. *arg. l. fin. C. de accus.* Pileus Mod. *in qvæst. jurid. q. 44.*

CAP. IX.

Malitia.

Axioma I.

Malitia crescente crescere debet & pœna. *c. qvoniam 5. ut lite non contestat. l. qvicunqve 4. C. de servis fugitiv.*

II.

Malitia laudando augeri non debet. *l. 1. §. 4. vers. non enim. ff. de serv. corrupt.*

III.

Malitia supplet ætatem, *l. 3. C. si minor se majorem dix. c. de illis. 9. cap. à nobis 8. c. fin. extr. de despons. impub.* Pacian. *2. de probat. cap. 3. num. 110. & cap. 41. num. 32.* Zachar. Ferrer. *in not. ad Panorm. dict. cap. de illis.* Ubi intelligit hoc verum esse qvoad contrahendum matrimonium, qvod tamen vix admittendum esse, nisi in iis qvi proximi sunt pubertati, qvales intelliguntur, qvi ab ea distant solum per sex menses: ubi volunt *Dd. post gl. communiter receptam in cap. continebatur. verb. proxima. ubi* Innocent & Abb. *in cap. attestationes. vers. circa finem despons. impub.* Card. *consil. 4.* Staphil. *de var. mod. vac. tit. beneficiatus contrahens. vers. sed tenendo.* Pute. *decis. 55. lib. 2.* Bald. post Guilhelm. de Cun. *in l. excipiuntur.* & Rom. *num. 5. not. 2. ff. ad SC. Syllan.* Nam esto, qvod post septennium juris præsumtione adsit illa discretio, qvæ sufficit ad validanda sponsalia de futuro. *l. sponsalibus 2. de sponsal. cap. literas. de despons. impub.* Joh. Andr. & Abb. *in cap. juvenis de sponsal.* illa tamen prudentia rationis sufficienter discernentis sola ad valitandum matrimonium, in qvo perpetua indissolubilitate corpus traditur, prout concludunt Turrecrem. *in cap. non est 30. q. 2.* Abb. *in dict. c. de illis. num. 4. de despons. imp.* non sufficit, sed reqviritur ad hoc ut malitia suppleat ætatem & potentia cœundi naturalis, qvæ ante annos pubertatis advenire non præsumitur *d. cap. à nobis. cap. fin. de despons. impub.* vid. Covar. *lib. 4. decret. p. 2. cap. 5. n. 3.* vid. tamen Pacian. egregiè differentem *consil. 123. n. 145.* qvare & annos discretionis pro annis pubertatis interpretantur Goffred. *in summ. eod. num. 3.* Joh. Andr. *in c. duo pueri, eod. tit.* imò & in delictis aliqvando malitiam supplere ætatem patet ex *l. 7. C. de pœn.* qvod ibidem Gothofred. admittit, si modo impubes sit proximus pubertati neqve sentiat qvibus delinqvit. *per l. 16. §. 3. in fin. ff. eod. l. 23. §. 1. in fin. ff. de ædil. edict. l. 23. ff. de furt. l. 111. de R. I. ubi vid.* Sandæ. & Theoric. *disput. 10. de pœn. thes. 4. lit. E.* Limitari etiam solet regula hæc (1) qvantum ad testimonium, *l. de ætate 11. in pr. ff. de interrog. act.* (2.) qvantum ad religionis ingressum, Innoc. *in c. postulasti de regularib.* qvia his in casibus ætas non consideratur ex discretione, sed reqviritur præcisè numerus annorum, *cap. 1. de regular.* Panorm. *in cap. attestationes de despons. impuber. num. 10.* Adde Anal. nost. Constit. Carol. artic. 164.

IV.

Malitia à Principe censetur remota. *Novell. 88.* Cravett. *de antiq. temp. 1. part. pr. n. 37.* Gothofred. *ad Nov. 105. c. 2.* Menoch. *1. arb. jud. qvæst. 7. n. 71.* Zas. *cons. 10. n. 5. lib. 2.* Arnis. *de Majest. c. 3. n. 12.*

V.

Malitiæ hominum pœnis præmiisqve vincuntur. Carpzov. *lib. qq. crimin. p. 3. qvæst. 101. num. 1. Adhib. tract. nost. de metatis pact. 1. th. 1. pag. 145. l. 2. C. de adsessorib. can. omnis 4. dist. 3.* Lips. *lib. 5. de milit. Rom. dial. 17.*

VI.

MALITIIS non est via aperienda. *l. cùm hi 8. §. si cùm his 20. ff. de transact. l. qvoties 11. in fin. C. de fideicom. l. si legatarius 25. C. de legat.* Flamin. Paris. *de confident.*

fident. qvæst. 35. n. 70. Cæs. Argel. *de contradict. legitimo, qvæst. 13. n. 90.* Octav. Glorit. *respons. 5. n. 88.* sed illis est occurrendum. *l. magis 5. § si pupillus 5. ff. de rebus eorum c. non enim volebat Deus 22. qvæst. 2.* Flammin. *d. tract. de confident. qvæst. 32. n. 61.* Narbona *l. 60. gloss. unic. n. 20. tit. 4. lib. 2. Recop.*

VII.

MALITIIS non est indulgendum. *(l. in fundo 38. § constituimus 1. de rei vind. l. 2. ff. solut. matrim. l. si cui 9. ff. de servit.* Gail. *lib. 1. observat. 31. n. 4. & 1. observat. 70. n. 21.* Laur. Tennin. *in tract. at. Cautel. caut. 246. n. 2.* Wesenb. *1. cons. 10. n. 34. & cons. 38. n. 73.* Guilhelm. Bœckel. *in tract. de public. judic. in præloqvio.)* Escob. *de ratiocin. cap. 13. n. 3.* Ovid. de Amicis *de jure emphyt. qvæst. 74. n. 10.* & ideo adversus malignantes malitiosè obviam iri potest *gloss. in cap. cupientes in pr. verb. malignantem de Elect. in 6. per l. cum pater 17. § Titio 31. in fin. ff. de leg. 2. gloss. in c. Dominus in fin. 23. qvæst. 2.*

VIII.

Ex malitia sua nemo commodum reportare debet, *l. in fundo 38. ff. de rei vendicat. l. itaq; fullo 12. §. 1. ff. de furtis. l. si cui. 38. ibi: cum crimen admisit, non habere eum privilegia. Ex qvib. caus. major.* Laurent. Sylvanus *de recogn. feud. qvæst. 25. p. 125. cap. cognoscentes. 4. de constitut. cap. sedes. 15. cap. plerumq; 13. de rescript. cap. intelleximus. 7. de judic. (cap. contingit 9. de dol. & contum.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verb. delictum. n. 7.* malitia enim nemini debet patrocinari, *c. ex literis 12. de dol.)* Intellige directè & principaliter; nam indirectè, per accidens, & in consequentiam potest qvis ex malitia sua commodum reportare, arg. text. *in l. sed & milites 10. §. scribit.* ibi, *tutelis excusabuntur, qvia urbem eis ingredi non licet. ff. de excusat. tutor. l. decreto 10. ff. de suspectis tutor. cap. qvia diversitatem 5. vers. si tamen. de concess. præbend.* notat. Tiraqvell. *de jure mariti, gloss. 8. num. 279.*

CAP. X.

Malus.

Axioma I.

Mali bonos superant numero. Honthem. *lib. 1. de art. Notar. cap. 14. n. 28.* juxta illud Poëtæ:

Rari qvippe boni numero, vix sunt totidem, qvot
Thebarum portæ & qvod divitis ostia Nili.

Qvo pertinet illud Oraculum Evangelicũ *Matth. 7.* Angusta porta qvæ ducit ad vitam, qvod etiam Virg. instinctu ipsius naturæ agnovit, dum canit:

facilis descensus averni
Noctes atq; dies patet atri janua ditis.
Sed revocare gradum superasq; evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est &c.

II.

Mali gaudent malis & in pessimis rebus exultant. *cap. ipsa pietas 24. 23. qvæst. 4. cap. qvam sit grave 9. extr. de excess. Prælat.* & gloriatur in causarum protractione, & cum iniqva egerunt, benedicuntur. *c. 1. dist. 82.* Speculat. *lib. 2. de except. & replicat. §. viso. num. 55.*

III.

Qvi malos coërcet, minister domini est & ministerium Legi præbet. *cap. qvi malo 29. & cap. homicidas 31. 21. qvæst. 5. ibiqve gloss.* delicta enim punire non est contra jura & Leges agere, sed Legi subsidium facere, *c. 2. & ibi gloss. in verb. coercere de privileg.* dum enim mali coärcentur, boni in officio retinentur. Gail. *de Arrest. Imp. c. 10. num. 15.*

IV.

MALUS semel, semper præsumitur esse malus. *(l. si cui crimen 7. §. 1. ff. de accusat. ibiqve gloss. &* Bart. *in verb. admittendum. Nov. 72. in præfat. cap. illo vos 4. §. fin. de pignor.) cap. scribam 9. de præsumpt. cap. semel malus 8. de regul. Juris, lib. 6.* exornant Bellam. *cons. 36. num. 4.* Hippol. *sing. 64. & 393. & in rub. de fide jussorib. à n. 67.* Duen. *reg. 303.* Mantu. *Dialog. 89. & sing. 401.* Alciat. *de præsumpt. regul. 2. præs. 7.* Corset. *in sing. verb. præsumptio.* Lanfranc. *in clem. dispendiosa. num. 26. de judic.* Everard. *d. loco 90. de tempore ad tempus, fol. 262.* Joan. de Imol. *cons. 78. n. 6. & 7.* Paul. Granut. *theor. 23.* Joan. Rojas. *sing. 195. n. 9.* Jacob. Simanch. *de Cathol. instit. c. 50. n. 15.* Guilh. Bened. *in c. Raynutius, verb. in eodem testamento. il. 2. n. 44.* Gig. *cons. 30. n. 9. & cons. 38. n. 77. cum seqq.* Hier. de Monte *var. Juris, qvæst. 13. n. 17.* Cott. *in memorab. verb. malus semel, pag. mihi 559.* Masc. *de probat. concl. 1003. n. 37.* Menoch. *de præsump. lib. 5. præs. 32.* Cened. *ad Sextum collect. 29. n. 2.* Fr. Emman. *qvæst. regul. tom. 2. qvæst. 12. art. 3.* Farin. *in praxi crim. p. 1. qvæst. 23. n. 21.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. M. concl. 28. per tot.* (Gail. *2. obs. 109. n. 5.* Umm. *ad proces. jud. disp. 15. n. 47.* præsumitur enim perseverare in malo in qvo fuit irretitus, nisi se probet emendatum. Speculat. *de test. vers. item opponitur qvod est criminale, per c. testimon. 54. de testib. & atteſt. gloss. in c. deniq; de Except.* Leoniss. *int. cons. matr. cons. 48. n. 93. tom. 1.* Vult. *1. Cons. Marp. 11. n. 94.* cum qvalitas semel posita (qvæ ex solo temporis cursu non tollitur,) semper præsumatur existere nisi probetur sublata. *l. sive possidetis. C. de probat. cap. præterea*

10. de transact. c. si forte de Elect. in 6. l. si vero 15. ibi qui pro rei qualitate. ff. qui sat is dar. cog.) hinc qui semel in administratione vel Republ. malè versatus est, perpetuò sibi omnes dignitates sciat esse præclusas. Perez. *C. de reis postulatis n. 4.*

Quamvis indubio quilibet regulariter præsumatur bonus, & non malus, *ut sup. l. 2. bonus.* & nemo præsumatur delinquere, ut dictum exat *in lib. 4. in voce delictum.* quia licet per primum peccatum natura humana prona sit ad malum, *Genes. 4. c. omnis, 12. q. 1.* unde & fomes peccati ortum habet, Paulus *ad Rom. 7. c. si Paulus 11. 32. quæst. 5.* latè Covar. *in c. alma mater. p. 1. §. 10. num. 11.* tamen quia inclinatio illa ex se peccatum non est, ut resolvit Sot. *de Justit. lib. 3. quæst. 4. artic. 3.* Felin. *in c. ult. num. 15. de præscript.* non tollit quo minus homo, qui bonus à Deo creatus est, *c. 1. post princ.* ubi gloss. *verb. dæmones, de summa Trinit.* & qui potentiam & aptitudinem habet ad bonum, D. Thom. *1. 2. quæst. 63. art. 1.* & alii, quos sequitur Felin. *d. num. 15.* jus habeat à natura, ut apud alios indubio in bona sit opinione, ex D. Thom. *2. 2. q. 60. art.* & Sot. *d. q. 4. art. 3.*

Attamen quia ex quo aliquis semel malus apparuit, nec bonus potest fieri aliter quàm per pœnitentiam, *c. peccatum 4. de R. I. lib. 6.* [Felin. *in c. fin. de præsumpt.* Ludov. Gomez *in Clem. unic. not. 2. de conces. præbend. & §. ex maleficiis. Inst. de action. n. 47.*] meritò interim, dum de illa non constat, præsumitur in eodem malo, quia mutatio non præsumitur, *c. majores 3. §. ult. de baptismo,* imò accidens malitiæ semel commissæ in esse productum (quippe quod non tollitur tempore, sed pœnitentia) durare præsumitur, donec probetur sublatum, arg. *l. sive possidetis 19.* ubi gloss. & Doctores, *C. de probat.* docet Abb. *in c. accidentibus, n. 6. de privileg.* & ita hanc rationem intendit Alciat. *reg. 3. præs. 1. junct a reg. 2. in princ.* Dyn. *in d. c. semel malus, n. 2. & 3.* Et ideo semel malus semper præsumitur malus existere in eodem malo semel commisso, vid. Constitut. Carol. *art. 31. §. 4.* vel in eadem voluntate respectu mali ejusdem speciei; non verò præsumitur malus respectu mali diversi, qvia qvoad illud nulla adest conjectura, unde succedit *reg. l. Papinianus 20. ff. de minorib.* & ita advertit Bart. *in l. Cassius. in fin. ff. de Senator.* communiter receptus per Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præs. 7. n. 2.* & docent Gregor. Lop. *l. 1. verb. procurando. tit. 18. part. 6.* Vezin. *tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 2. n. 215.* Grammat. *decis. 29. n. 7.* Hippol. *cons. 15. n. 9. & cons. 44. n. 18. cum seq.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 21. n. 1. ad fin.* Thom. de Thomas. *in floribus legum. reg. 278.* Mascard. *de probat. concl. 222. n. 20. & d. concl. 1003. n. 38.* Galet. *in margarita casuū conscientiæ. verb. præsumere.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 4. p. 2.* Farin. *d. q. 23. n. 39.* Card. Tusch. *d. lit. M. conclus. num. 2. (vid. alleg. apud* Wesenb. *7. cons. 317. n. 40.* nisi esset persona vilis & inhonesta, vel malæ opinionis & famæ, aut contra eam siniſtra suspicio laboret. Lucas de Penna *in l. qvicunqve 16. vers. super hoc. Cod. de apoch.* Pacian. *1. de probat. cap. 73. num. 32.* qvæ omnia tamen limitat Corset. *in suis singularibus. verb. præsumptio.* dum ait secus esse, si is, qvi olim malæ fidei fuit, postmodum per triennium continuum perhibeatur bonæ conversationis & probæ vitæ fuisse. arg. *Nov. 5. c. 3. ibidemqve* Angel. *qvem seqvitur* Dyn. *in c. semel malus de R. I.* add. Roman. *cons. 236. col. 2.* ubi ait, qvod propter desistentiam ab iniqvo vivendi genere reversionemqve ad bonum qvis fingatur novus homo, adeo ut fingatur nunqvam fuisse talis, qvalis erat tempore malæ vitæ. *c ferrum 18. dist. 50. vid.* & Felin. *in c. cum injure. col. 1. in pr. de offic. deleg. ubi ponit 5. limitationes. & in c. cum deputati in pr. de judic.* Joh. Faber *Instit. de inoffic. test. vers. scortis.* Jas. *in §. sic itaqve. Instit. de act. col. 4.*

Limita: semel malus semper præsumitur talis in futurum, non in præteritum. Hinc Notarius falsum Instrumentum conficiens potest postea nullum amplius conficere, præterita autem ab eo confecta non præsumuntur falsa. Perez. *C. de Tabulariis n. 9.*

CAP. XI.

Mandatum. *v. infra* Jussus.

Axioma I.

Qvoties paritio simpliciter injungitur sine facultate jus suum per modum exceptionis deducendi, toties est mandatum sine clausulâ scil. justificatoriâ; & tale mandatum etiam jure Civili fundatum est, qvando non amplius opus est exceptionibus partis adversæ. Exempla hujus mandati habet Blum. *in Proceſſ. Camer. Tit. 34. n. 14.* & Brunnem. *in Proc. Civil. cap. 2. n. 10. in fin.*

Limit. ut intelligatur de exceptionibus contra ipsum mandatum allegandis, hæ enim denegatæ sunt in mandatis sine clausulâ; non verò etiam exceptiones contra declarationem pœnæ in casu non præstitæ paritionis. Hinc mandatis sine clausulâ adjici solet qvandoqve hæc formula: oder aber beſtändige erhebliche Urſachen/

chen/ ob ihr einige hättet/ warumb solche Erklärung nicht geschehen soll/ fürzubringen. conf. Blum. *d. l. num. 19.*

II.

Qvoties in mandato alteri exceptiones reservantur, toties est mandatum cum clausulâ, in qvô justificatio conceditur alteri, ut gravamina sua, si qvæ habet, contra mandatum justo tempore alleget, cujus exempla vid. apud Blum. *d. l. n. 17.* & Brunnem. *d. l. n. 10.*

III.

Qvoties factum per se illicitum aut res moram non patitur, toties decernitur mandatum sine clausulâ, qvia sic non solùm partis sed & Reipubl. interest tale qvid non fieri, ergò ei qvovis modo obviandum.

Exempl. Decernitur igitur in causâ spolii per vim intentati. Mev. *P. 3. dec. 244.* Item si agatur de non offendendo, de non armando milites, de vastatione alicujus sylvæ, e. g. qverceti. Brunnem. *in Proc. Civil. c. 2. n. 10.*

IV.

Mandatum, jussus & imperium excusat eum, qvi parendi necessitatem habet, *l. in fraudem 10. §. ult. ff. de his qvib. ut indig. l. si tantum 13. ff. ad L. Falcid.* Hinc Tacit. *3. Annal. cap. 17. n. 1.* refert, adolescentem qvendam, qvia erat in potestate patris, se purgasse crimine civilis belli, qvod patris jussa non potuisset detrectare.

Sed hæc purgatio in atrocioribus criminibus non admittitur, qvia in iis est liber qvilibet & sui juris, nec ulli parere necesse habet, & potius mori malle debet, qvam facinus admittere qvod sceleris atrocitatem habet. *l. 11. §. si tutoris 15. 6. ff. qvod vi aut clam. l. nec interest 3. ff. ad l. Jul. de vi priv. l. 2. C. de sepulch. viol.* Cujac. *in lib. 22. qq. Pauli ad l. 14. ad L. Corn. de falsf. p. 1248. D.* unde cum in gravioribus non excuset, Wesenb. *in part. ff. de injur. n. 4.* pœnam tamen mitigare asseritidem Wesenb. *de pœn. n. ult. conf. Racemat. nost. ad tit. Arbor. furt. cæs. pag. 429. th. XI.*

V.

Qvi aliqvid in se recipit, unà omnia, sine qvibus illud expediri neqvit, recepisse videtur. *l. 2. ff. de jurisd. l. 3. §. ult. ff. de S. R. P.*

Declara, huic axiomati locum esse in principali re concessa & accessionibus rei conjunctis, qvas illa ad se trahere solet, non in duabus principalibus qvibus natura sua nihil commune est. *l. 21. de serv. urb. præd. l. 20. de serv. rust. præd.* Donell. *18. comm. 16.*

Declara: si personæ conditio patiatur. Hinc infans decurionatum susciplens non susceptsse censetur administrationem *l. 1. C. de muner. & honor. non contin.*

VI.

Nuda Testatorum mandata & præcepta, qvæ nullius personæ respectu aut contemplatione fiunt, obligationem parere neqveunt. *l. 7. de annuis legat. ubi vid.* Cujac. *in lect.*

VII.

Mandatum non præsumitur, Bald. *in cap. 1. de Reb. Eccles. non alien. qvem text. ad hoc adducit.* Rebuff. *in tract. de nominat. qvæst. 13. n. 118.* Cephal. *consil. 311. n. 34. lib. 3.* Decian. *cons. 121. n. 11.* Ratio, qvia est facti. Cephal. *consil. 311. n. 74. lib. 5.* Bursat. *consil. 360. n. 43. lib. 5.* Unde nec mandatum Principis exigens scripturam præsumi docent. *l. unic. C. de mandat. Princip. ubi* Dec. *post alios n. 126. l. prohibitum 5. C. de jur. fisc. l. 1. C. ubi* Bart. *C. de superindict.* idqve adeò verum esse, ut nec mille annis præsumatur, tradunt Bursat. *consil. 24. n. 20. libr. 1.* Vult. *libr. 1. Consil. Marpurg. 17. n. 48.* probatione igitur opus habet. Fulvius Pacian. *1. de probat. cap. 13. n. 10.* Mascard. *de probat. conclus. 1006. vol. 2.* Itaqve non est credendum petitionibus & literis Consiliarii aut alterius dicentis: se hoc facere jussu principis, de eo constet per literas. Perez. *C. de superindict. n. 10.*

Limita, nisi ubi agitur de re, qvæ à communiter accidentibus non solet expediri sine mandato, qvia tunc mandatum præsumitur, ut ait Curt. sen. *in cons. 76. super motivis. sub num. 5. vers. facit ad præmissa. col. penult. & seqvitur* Cravett. *in c. ex præmissis. de antiqvit. tempor. part. 2. n. 65. vers. tertio sublimitatur. fol. 142.* Unde mandatum in aliqvo instrumento enunciatum saltem lapsu antiqvissimi temporis præsumi volunt. Cagnol. *in l. velle non creditur. num. 21. ff. de Reg. Jur.* Tiraq. *in tract. de præscript. §. 1. gloss. 4. numer. 10.* Anton. Natt. *cons. 526. n. 7.* & in materia finium in individuo, Hieronym. de Monte *de finib. reg. cap. 104. num. 4.* Licet Bald. *in l. 1. C. de reb. alien. non alien. & in l. 2. ubi* Salicet. *C. si ex falsf. instrum.* hac in parte dissentiat, qvem sequuntur Afflict. *decis. 345.* Marsil. *qvi alios citat in l. si qvis ne. ff. de qvæst. num. 85. & in sing. 323. diuturnitas.* Paris. *consil. 47. num. 36. & seq. vol. 1. & cons. 36. n. 4. vol. 4.* Alciat. *in Auth. si qvis in aliqvo. C. de edend. & cons. 4. num. 17. lib. 4.* Alban. *cons. 67. num. 9. in fin.* Sylvan. *cons. 35. n. 51.* latissimè Port. *4. conclus. 29.* Qvos tamen conciliat Bertazol. *lib. 1. consult. decis. cons. 1. num. 119.* ut hæc procedat, qvando non constat intervenisse scientiam & patientiam principalium, prior vero opinio, si intervenerit, per ea qvæ tradunt Afflict. *decis. 308. num. 8. & 9.* Balb. *in tractat. de præscript. part. 3. qvæst. 10. numero 29.* Vasq. *1. de success. resolut. §. 5. num. 30. col. 31. & in suo tract. illustr. contr. c. 62. num. 7.*

VIII.

Mandatum qvi suscipit videtur actum gerere nomine mandantis, etiam si actum illum simpliciter gerat, Roman. *consil. 91. n. 1.* Natt. *consil. 636. n. 68.* Alex. *cons. 25. lib. 2. aliàs 90. num. 9. vol. 3. & in l. qvi aliena. §. si is qvi putabat. num. 5. de acqvir. hered.*

Declara, procedere qvoad mandantem & mandatarium, non autem qvoad tertium Alciat. *in d. l. qvi aliena. num. 5.* Socin. *cons. 68. n. 2. vol. 3.* ubi inqvit, qvod qvantum ad mandantem pro eo qvis dicatur actum gerere, & tamen respectu illius, cum qvo actum proprio nomine obligatur. Bart. & Dd. *in d. §. si is qvi putabat.* & Alex. *in l. 1. §. nunciatio. n. 14. de oper. nov. nunc.* Gylman. *4. 1. vol. 31. n. 3.*

IX.

Mandare non videtur qvi monet. *l. ob hæc 20. ff. de his qvi not. infam. l. 2. §. ult. ff. mandat. l. si filiusfam. 7. in fin. ff. de tutel.* aut consulit, §. 6.

I. Mandati ubi v. Dd. Bachov. t. disp. Treutl. 27. th. 5. fin.

X.

Mandatum conditionale conditione non verificata, non obligat mandantem. Natta *consil. 318. num. 5.* Berous *cons. 175. num. 30. lib. 3.* Farin. *in consil. crimin. consil. 104. n. 10.* ubi hoc in delictis cessare tradit, cum mandatum per verba conditionalia non inducatur. Bart. *in l. si pupillus. §. videamus. ff. de negot. gest.* Alex. ad Bart. *in l. 1. in pr. in verb. obligatio. ff. mand.* Aretin. *in l. si qvis mihi. §. sed qvod si num. 11. in fin. ff. de acqvir. hered.* Natta *dict. consil. 388. numero 5. vers. & licet fieret productum mandatum.*

XI.

Mandatum solvitur morte mandantis, §. *10. Instit. de mandat. l. 8. C. de oblig. & act. l. 26. ff. & l. mandatum 15.* Felin. *in c. relatum. circa fin. de offic. delegat. & in c. licet in fin. eod. tit.* etiam in præpositione dispensatoris. *l. pen. ff. de reb. cred.* ratio, qvia voluntas hominis morte finitur, & homo mortuus velle desinit *l. 4. ff. locat.* Bronch. *cent. 2. assert. 46.* Hœnon. *in contr. jur. disput. 17. n. 14.* Exemplum est in imperio delegato, *cap. 18. de offic. deleg. & l. more 5. cum l. seq. de jurisdict.* vel cum mandatur alicui, ut mihi de beneficio provideatur. *cap. si nulla 39. ad fin. de præbend. in 6.* qvod procedit (1.) si res adhuc integra. Secus enim est, si res non esset integra, & tunc morte non finitur. Socin. *in tract. fallent. reg. 311. verb. mandatum. fall. 1.* Ruin. *cons. 115. n. 14. lib. 1.* Menoch. *1. arbit. judic. qvæst. 68. n. 45.* ut qvia gratia jam erat facta, sed qvidam delegantur ad illius executionem, *c. si super gratia 9. de offic. deleg. in 6.* item cum in mandatarium translatum est dominium, nunqvam mandatum revocari. text. est *in l. hoc jure 19. §. si qvis dederit 4. de donat.* item si mandatarii gratia sit emissum, *d. c. si cui nulla in pr. de præbend. in 6.* & gloss. *in verbo cum res non esset integra, cap. in causis de Elect. & ibi: Panorm.* (2) procedit prædicta regula, cum mandatum & ejus effectus ad vitam mandantis (qvod præsumitur) conferuntur. Secus si utrumqve post mortem conferatur, exemplo ejus qvi sibi monumentum extrui mandavit, de qvo *in l. si vero non remunerandi 12. §. fin. ff. mand. l. mortis causa 18. §. Titio 2. de donat. mort. caus.* A regula excepta etiam est utilitatis causa præpositio institoris in commerciis, Socin. *d. loc. l. 17. §. 2. & 3. de Instit. act. ubi vid.* C. A. *th. 4. n. 22.*

XII.

Qvoties finis mandati aliter obtineri potest, sine incommodo mandantis, toties mandatum per æqvipollens potest expediri *l. fin. ff. §. fin. Mandat.* qvia sufficit, qvomodocunqve mandatum impleatur, cùm non præcisè ad corticem verborum sed intentionem mandantis sit respiciendum. Bachov. ad Treutl. *Vol. 1. disp. 27. §. 6. lit. F.* ita igitur si fidejubere jussus pro Titio, non fidejusserim, sed mandaverim ut Titio credatur, valet. *d. l. fin.* Fidejusionis enim & mandati jura sunt eadem. Mev. *P. 4. dec. 187. num. 3.*

XIII.

Qvoties ex prævio mandato aliqvid impensum in rem alienam, toties illud repetitur, etiamsi inutiliter impensum *l. 4. C. h. t. & l. 56. §. ult. ff. eod.* qvia mandans de se qveri sibiqve imputare debet, qvòd talia mandaverit. Nec enim Mandatarius eventum sed duntaxat diligentiam præstat. Aliud est in impensis à negotiorum gestore factis. *l. 10. §. 1. ff. de negot. gest.*

XIV.

Qvicunqve actus totius causæ decisionem seu grave præjudicium principalis continent, illi mandato generali non censentur inclusi, sed requirunt speciale.

Ratio: qvia ejusmodi actuum commissio requirit specialem deliberationem, qvæ cùm tanta non sit in generali mandato, non censentur illi per hoc commissi. Pertinet igitur huc causa matrimonialis, compromissum, solutionis acceptatio, renunciatio appellationis. Plura exempla vid. apud Brunnem. *Proc. Civ. cap. 1. numer. 80.* Carpz. *in Proc. Tit. 5. art. 2.*

Limita, ut procedat axioma præcipuè de Jure Canonico, juxta qvod generale mandatum ad actus tales non sufficit, nisi vel specialiter expressi vel mandatum sit cum liberâ *dict. cap. 1.* Nam de Jure civili procuratoris generalis & cum liberâ una est potestas. Bachov. ad Treutl. *Vol. 1. disp. 7. §. 2. lit. C.* sequimur tamen in praxi Jus Canon.

XV.

Mandatum qvantumcunqve generale sit, ad liberationem vel debiti remissionem non extenditur, nisi hoc à Lege specialiter exprimatur, *l. contra juris 28. ff. de pact.* gloss. *notab. in l. non omni. C. de admin. tut. in verb. causam, & verbo nullam.* ubi dicitur tutorem esse Dominum rerum pupillarium, qvando bene administrat, secus si spoliat. Falsitatis enim se alligat, qvi actum, requirentem speciale mandatum, gerit sine mandato. Bald. *in cap. nonnulli. colum. 1.* Felin. *in cap. ex parte, c. de rescript.* Arnis. *lib. 2. de Majest. cap. 5. num. 15.* Unde mandatum generale ad casum donationis aut perditionis non extendi concludunt Dd. *in l. pactum Curatoris.* & Bald. *in l. præses. C. de transact. & ibid.* Jason. *n. 12.* gloss. *in cap. cum hi. §. si prætor. in verb. nec donando. per l. 1. §. si rem 1. ff. de offic. procur. Cæs. l. Imperatores 37. ff. de pact. & ibi* Bart.

Limita, nisi qvando talis donatio vel transactio vergeret in utilitatem universitatis vel Domini. gloss. *in l. nulli. verb. transigere. ff. de transact.* Roman. *cons. 50. num. 3.* Gail. *2. obs. 72. num. 8. & 13.*

XVI.

Mandatum respicit tantum futura nec ad præterita potest retrotrahi. *l. 12. §. si post. 14. ff. mandat.* Gylman. *4. 1. vot. 30. n. 143.*

Limita, nisi ratum habeat, cujus negotium geritur, & de cætero mandet, tunc enim tenetur actione mandati contraria etiam qvoad præteritum, *fac. licet 56. ubi* Bart. Angel. & vulgo Dd. *de judic.* Bart. *in d. l. 12. §. 14.* Bened. Capr. *in reg. 4.* Cacher. *decis. Pedem. 138. num. 9.* Moz. *in cap. de substant. mand. num. 2.* Treutl. *disput. 27. vol. 7. thes. 3. lit. b.*

XVII. Man-

XVII.

Mandatum est judicium bonæ fidei, §. 28. *Institut. de act. & ibi Dd.* Mozz. *de Contract. cap. de divis. contract. num. 25.* Treutl. *disput. 27. thes. 1. vol. 1. lit. c.* ubi intelligit id verum esse ratione formulæ, qvæ judici dabatur à Prætore: nam aliàs mandatum posset videri stricti juris, cum ejus fines præcisè sint custodiendi. *l. 5. mandat.* ut voluit Riminald. *volum 4. consil. 467. num. 102.* vid. Socin. jun. *volum. 7. cons. 22. n. 31.* Unde & cum defuncto expirare dicitur, nec ad personas alias extenditur. *c. 32. extr. de offic. & potest. judic. deleg.* Carpzov. *p. 2. constit. 17. defin. 41. num. 8.*

XVIII.

Mandati effectu secuto delictum mandantis & mandatarii unum & idem est. Bart. *in l. sed si unius. §. servus. n. 5. de injur.* Bald. *in l. non ideo. num. 4. in 2. qvæst. ubi* Salicet. *num. 10. de accusat. Novell. de bannit. part. 2. prim. temp. qvæst. 7. in fin.* Carrer. *in praxi. §. 5. num. 71.* Decian. *in tr. crim. lib. 9. cap. 39. num. 20. in fin. vol. 2.* Farin. *1. consil. 85. num. 76.* Socin. *in cap. proposuisti de for. compet. n. 234.* Adeoqve uterqve pariter obligatur, si respiciatur ad interesse læsi seu Reipub. qvia mandans deliqvit mandando, mandatarius verò exeqvendo. Ita ergò mandans tenetur læso actione injuriarum *l. 11. ff. pr. de Injur.* imò actione de dolo *l. 47. ff. de R. I.* Mandatarius verò Lege Aqviliâ. Similiter in Judicio qvoqve criminali tam Mandatarius qvàm mandans pariter tenentur. *Carpzov. Pr. Crim. P. 1. Qvæst. 4. num. 6.* licet enim mandator cædis maxime teneatur, non tamen minus & executor mandati tenetur. *l. etsi percussor 6. de SC. Syllan. & Claud. ubi vid.* Cujac. & regulariter eadem punitur pœna mandans, qva mandatarius. *l. Prætor 1. §. dejecisse 12. ff. de vi armat. l. is damnum 169. ff. de R. I. l. non solum 11. §. si mandato 3. ff. de injur. l. 2. §. Divus 5. ff. de jur. fisc. l. nihil interest. 15. ff. ad L. Corn. de sicar. l. non ideo 5. C. de accusat. ubi* gloss. *cap. qvi facit per alium 72. de R. I. in 6. cap. cum ad sedem 15. de restit. spoliat. cap. mulieres de sent. excomm.* Ratio, qvia mandans ex Legis dispositione æqviparatur mandatario, scil. qvoad pœnam. *d. l. nihil interest. de sicar.* licet qvoad delictum mandans plus delinqvat, qvam mandatarius, text. elegans *Joh. cap. 19.* ubi Christus dixit Pilato, qvi eum ad mortem condemnavit, qvi me tradit tibi, magis peccatum habet, add. & *cap. cum bono 19. 23. qvæst. 5. & cap. qvi aliorum 32. 24. qvæst. 3.* Unde & Aristot. *1. Rhet. cap. 7.* dicit, eum qvi consuluit vel mandavit magis peccasse, qvam qvi fecerit, qvoniam non esset factum, nisi consultum vel mandatum fuisset: idem tenet & gloss. *ult. in cap. gaudemus de divort.* qvam seqvitur Dec. *in l. is damnum dat. num. 2. ff. de R. I. per l. 1. §. persuadere 3. ff. de serv. corrupt. & l. qvi occidit 30. §. in hac 3. ff. ad L. Aqvil.* per qvæ jura idem tenet Cæpolla *cons. 34. n. 48.* inqviens, qvia mandans est principalis causa, ideo prius puniri debet. *l. qvoniam multa facinora 6. C. ad Jul. de vi L. publ.* add. & Bald. post Cyn. *in l. non ideo minus. qvæst. 10. C. accusat.* ubi ait, qvod mandans dicatur magis principalis qvam mandatarius. vid. etiam Angel. *de Malef. in verb. & Sempronium mandatorem. num. 37. & ibi* Gandin. *tit. de pœn. recor. num. 12.* Limita (1.) modò factum fuerit secutum, aliàs enim mandans extraordinariè tenetur. (2.) modò Mandatarius non sine mandato facturus fuisset. (3.) modo fines mandati non excesserit. *Carpz. Pr. Crim. d. l.*

XIX.

Mandatum rei turpis & injustæ non est obligatorium. *l. 6. §. 3. & 7. l. 12. §. 11. l. 23. §. 6. mandat. c. non est obligatorium 58. de R. I. in 6.* adeò ut nec juramento confirmetur. Jul. Clar. *in præct. §. ult. qvæst. 89. n. 1.* Carp. *p. 4. constitut. 6. defin. 8. num. 2.* unde & regulariter non excusat. *l. 6. §. 3. Mandat. ubi* Wesenbec. *in parat. n. 5.*

Limita: qvoties qvæstio est de interesse mandantis & mandatarii, qvia nemo ex delicto suo præmium conseqvi debet *l. 1. §. 1. ff. de except. dol. mal.* Et mandatarius sibi imputet, qvòd rem illicitam susceperit. Ita ergò Mandatarius, si ob furtum mandatum in qvadruplum fuerit condemnatus, nullum contra mandantem habebit regressum. *l. 6. §. 7. ff. mandati.* Obligatur autem ex mandato turpi tum mandans tum mandatarius, si respiciamus interesse læsi vel reipubl. vid. *axiom. præced.*

XX.

Mandatis Principum est parendum, Esdræ *cap. 7. in fin. 1.* Reg. *cap. 14.* qvod relatum est *in cap. 2. de major. & obed.* Menoch. *2. arbitr. qvæst. cas. 365. per tot.* ubi de pœna non obtemperantium mandatis Principum tractat: in genere enim omnia mandata & rescripta sunt intelligenda cum justitia, ut nemini injuriam faciant, *cap. super eo 15. de offic. deleg.* ubi Panorm. *l. facto. 43. in princ. ff. de vulg. & pup. substit. nec avus 4. C. de emanc. lib. l. 2. §. merito 10. & §. si qvis à Principe 16. ff. ne qvod in loc. publ.* Nec tamen mandata Principum etiam ex certa scientia & motu proprio concessa qvippiam in præjudicium tertii operari possunt. Alex. *consil. 15. num. 6.* Curt. jun. *cons. 142. num. 8.* Gozadin. *cons. 9. num. 42.* Paris. *cons. 1. num. 84. & cons. 11. num. 12. vol. 1.* Socin. jun. *cons. 77. n. 26. vol. 1.* Zas. *cons. 10. num. 30. volum. 2.* Grammatic. *decis. 104. num. 2. & 3.* Vult. *int. consil. Marpurg. cons. 16. numero 85. vol. 1.* unde qvando subest aliqva legitima causa, ex qva apparet mandatum principis esse iniqvum, & præsumitur ignorantia Principis, tunc supersederi debet & rescribi Principi & expectari secunda Principis jussio. Robert. Marant. *disp. 1. n. 33.* Gail. *1. observ. 35. num. 6.* licet regulariter qvi mandatum Principis pro se habet, in eo dolus non præsumatur. Guid. Pap. *cons. 31. numero 34.* Bertaz. *1. consult. decis. cons. 54. n. 1.*

XXI.

Mandatum Principis sola scriptura probatur. *lib. 1. C. de mandat. Princip.* Declara verum esse de mandato secreto, non vero de absoluto & simplici, hoc enim non modo per scripturam, sed & per testes probari posse, patet ex *l. 1. ff. de fid. inst. & l. in exercendis 15. C. eod.* Obrecht. *ad d. l. 1. Cod. de mand. princ.* vid. Cujac. *12. obs. 31.*

XXII.

Mandata de iis saltem intelliguntur qvæ jure fieri possunt. *Brunnem. ad l. 1. C. de muner. & honor. non contin. circa fin.*

XXIII.

Mandati fines exacta diligentia sunt servandi, *l. diligenter 5. ff. mandati, cap. cùm olim 32. de offic. deleg.* Bart. *in l. ambitiosa, col. 4. ff. de decretis ab ordine facien.* Felin. *in cap. cùm delicta, de rescript.* Jas. *in l. si procurator. C. de procuratorib.* Petr. de Anchar. *cons. 75. in princip.* Alexand. *cons. 6. n. 3. lib. 4.* Tiraq. *in l. si unqvam, verb. libertis. num. 59. C. de revocand. donat.* Menoch. *cons. 134. n. 3.* Joseph. Ludov. *Perus. decis. 37. n. 5. & decis. 127. à n. 12.* Azev. *l. 1. n. 7. tit. 6. lib. 3. & l. 5. n. 1. tit. 4. lib. 5. novæ Recopil.* Cardos. *in praxi Judicum. verb. mandatum, num. 7. & 8.* Camill. Borell. *in summa omnium decis. tit. 66. n. 437.* Monet. *in tract. de opinione canon. cap. 3. n. 149.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 5. lit. M. concl. 59. per totam.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 15. num. 51.* ubi dicit, qvòd gesta per procuratorem ultra fines mandati tenent, si dominus sciens tacuit.

Et generaliter non solùm tenetur procurator servare fines circa mandatum, sed etiam circa omnes qvalitates, *cap. cum venissent 3.* ubi Bald. *de eo qvi mittitur in possess. cap. Pisanis.* ubi idem Bald. *not. 3. de restitut. spoliat.* Dec. *cons. 493. n. 9. vers. & non solùm.* Paris. *cons. 47. num. 42. & 43. lib. 1.* qvia, etiamsi in modico excedat qvalitates mandati, dicitur excedere fines, Paris. *d. cons. 47. n. 43. lib. 1.* Cardin. Tusch. *d. lit. M. concl. 39. n. 4.* ubi *n. 8.* post Felin. *in d. cap. cùm delicta, in 1. ampl. num. 41.* subdit, paria esse qvod aliqvid fiat contra formam mandati, aut præter, vel ultra.

Amplia, qvia fines mandati in tantum sunt servandi, ut si excedat procurator, non obliget principalem, nec illi præjudicet, *l. 3. ff. mandati.* Angel. *cons. 388. Constat.* Cardin. Tusch. *d. conclus. 39. numero 55.* qvi paria sunt; non habere mandatum, vel non servare formam mandati, Bald. *cons. 402. Colligamus. numero 3. vers. & considerandum, lib. 1.* Card. Tusch. *d. conclus. 39. num. 29.* Et eousqve contra mandantis voluntatem agit Mandatarius. *l. 5. pr. ff. Mand.* Exemplum est in §. *8. Inst. Rod. & d. l. 5. §. 2. & 3.* ita si qvis mandaverit alteri alapam infligere & mandatarius ense occiderit, ideò mandans non tenetur. *Carpzov. Pr. Crim. P. 1. q. 5. num. 18.*

Limita: modò mandati fines potuerint custodiri à Mandatario. Hinc qvi aliqvem gladio vulnerari jubet, tenetur etiam de occiso. *Carpz. d. l. n. 25.* Tenetur tamen procurator fines mandati excedens ad interesse, *l. si mandavero 22. §. sicut. n.* ubi Bart. *mandati. l. procuratorem 11. & l. ad comparandas 16. C. mandati.* Card. Tusch. *d. conclus. 39. n. 10.* Qvibus autem casibus mandati fines excedi possunt, tradit idem Card. Tusch. *d. lit. M. concl. 40. per totam.*

(Limita (1.) nisi qvando actus essent concessi & dependentes, tunc qvi mandavit unum, videtur mandasse & aliud. Angel. *in l. procuratorem. ff. de procur.* videtur enim is in finibus mandati constitisse, qvi fecit per æqvipollens, ut cum mandaretur ei ut fidejuberet pro Titio apud Mævium, mandasset creditori Mævio, ut Titio crederet. *l. ult. §. ult. ff. mandat.* Costal. *ad l. 4. ff. mandat.* Vel (2.) qvando dedisset juramentum ad constituendum, & pervenisset aliqvod ad aures procuratoris, propter qvod non deberet confiteri, qvia non videtur confiteri. Bald. *in c. extr. de litis contest.* Vel (3.) qvando mandatum procurator excederet præsente, & non contradicente Domino, Bald. *in auth. qva in provincia. C. ubi de crim. ag. oport. add. & alium casum ex* Bald. *in c. 1. de lit. contest. vid. &* Gothofred. *in not. ad* Schneidevvin. *in Comment. Inst. tit. de mandat. §. is qvi exsequitur, lic. c.*]

XXIV.

MANDATUM generale non extenditur ad turpia & illicita. Bald. *cons. 379. n. 6. lib. 3. & cons. 373. Viso tenore. lib. 4.* Anton. de Gama *Lusitan. decis. 239. n. 2.* Cardin. Tusch. *d. lit. M. conclus. 37. n. 6. & 7.* Camill. Borel. *in summa omnium decis. tit. 66. n. 418.* sicut non extenditur ad prohibita, & non solita fieri per mandantem. Castrens. *cons. 336. Laudatio n. 2. lib. 1.* qvæ refert Card. Tusch. *lit. M. concl. 50. n. 38. & 39.* (itaqve Mnester Claudii Imp. histrio Messalinæ uxori Imp. in omnibus obedire jussus, neqvaqvam ut adulterium cum ea committeret, in mandatis accepit. Dio *lib. 60.* Tacit. *Annal. XI.* Simile exemplum refertur de Semiramide, cui Rex Ninus uno die concesit imperium, ut omnibus ejus jusis parerent omnes, illa Regem interfici jusit. Muret. *var. lib. 6. cap. 17. & ex eo* Daleth. *ad Plin. 35. cap. 4.*) Mandatum enim qvod potest referri ad licita & illicita, semper ad licita restringitur & interpretatur.

Bald.

Bald. *conf. 98. Bertonus num. 5. verſ. nam mandatum, lib. 1.* nec extenditur ad ea, per qvæ dominus cadat in commiſſum, & delictum, *l. creditor 60.* §. *Lucius 4. ff. mandati.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 26. n. 112.* Cald. Pereira *de empt. cap. 13. n. 12.*

XXV.

MANDATUM ſpeciale detrahit generali, Cardoſ. *in praxi Judicum, & advocat. verb. mandatum. n. 4.* Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c. 95. n. 9.* In qvibus autem caſibus reqviratur ſpeciale mandatum, & non ſufficiat generale, dixi latè *in tract. de clauſul. uſufreq.*

CAP. XII.

Manifeſtum. *vid.* Notorium.

Axioma I.

Ἀδολεσχία eſt & mera nugatio, cum ἰσοδυναμίαις adhibentur. Ita Qvintilian. *lib. 5. cap. 12.* In rebus enim apertis argumentari tam eſt ſtultum, qvam in clariſſimum ſolem mortale lumen inferre. Unde Everard. *in præamb. Top. leg. num. 6.* inqvit, ubi Lex allegata vel canon expreſſe decidit caſum de qvo eſt qvæſtio, debet allegari ſimpliciter & non in argumentum, licet nonnunqvam & manifeſta interpretatione egeant. *l. 1. §. 11. ff. de ventr. inſpic. ubi vid. not.* VVeſenb. *in panat. ff. de ſerv. corrupt.* & qvando imperiti etiam de manifeſtis dubitant, lege opus eſt. *Nov. 19. c. 1.*

II.

Evidentia facti nulla tergiverſatione poteſt celari. *l. ea qvæ commendandi. 34. de contr. empt. l. qvoniam ſororem 7. C. de jure delib.* ſiqvidem qvæ probata ſunt directò, non admittunt ex altera parte probationem indirectam. *l. F. 10. verſ. niſi.*

III.

In rebus facti clari non valet, ſed perit ars verborum. Bald. *in l. unic. C. de confeſſ. n. 20. in fin. verſ. qvia in re facta.* Pacian. *1. de probat. cap. 25. num. 65. poſt med. qvia in re facta valere.* Berlich. *4. concl. 15. n. 11.*

IV.

Qvia manifeſtant delinqventes, præmiandi ſunt. Hinc ſi qvis mendicum validum ſervilis conditionis detegat, ei appropiatur *l. un. C. de mendic. valid.* qvi autem delinqventes non manifeſtant, puniendi *l. 1. C. de deſertor.* vid. *Brunnem. C. eod. col. 2.*

CAP. XIII.

Maritus.

Axioma I.

Maritus conſtante matrimonio & perſonæ & bonis uxoris imperat. *l. hac Lege 2. C. de pact. convent.* Unde & maritus dotis etiam dominium habere dicitur, *l. Luc. 21.* §. *idem reſpondit 4. ff. ad municip. pr. Inſt. qvibus alien. non lic. l. in rebus 30. C. de jur. dot. l. doce 9. C. de rei vind.* Regn. Sixtin. *1. Conſil. Marpurg. 13. num. 28.* neqve ſolet uxori rationem reddere rerum gerendarum, ſed in omnibus pro lubitu dominatur. Berlich. *1. concl. 65. n. 116.* nec cuiqvam, ſi in re ſua malè verſetur, tenetur. *l. etiam 18.* §. *licet 1. ff. ſolut. matr.* cum qvilibet rei ſuæ Dominus ſit & moderator. *l. in re mandata 21. C. de mandat.*

Declara hoc verum eſſe, ſi irrevocabiliter & ſimpliciter res iſta alicujus ſit, ſecus autem ſi revocabiliter & vel certo modo Dominus, tunc enim libere dominari non poteſt, ſed de deterioratione tenebitur. *l. ſi ſervum 91. ff. de V. O. l. ſi ſervum. 71. ff. de acq. hered. l. in bello 12.* §. *ſi qvis ſervum 7. ff. de capt. & poſtlim. l. ædiles etiam 25.* §. *Pedius 4. ff. de ædil. edict. l. ult. ff. de pact.* qvare etiam maritus ſoluto matrimonio in eo ſtatu eaqve qvalitate reddere eſt obſtrictus, uti accepit. *l. in rebus 17. ff. de jur. dot. l. ſi filiiſ. 25.* §. *maritum 1. ff. ſolut. matrim.* Ratio, qvia alteri per alterum non debet iniqva conditio inferri. *l. non debet 47. ff. de R. I.* Andr. Tiraq. *de retract. lignag. ad fin. num. 69. & ſeq.*

II.

Maritus non ſecus ac curator uxoris habetur, adeoqve in bonis ſuæ uxoris tacitam adminiſtrationem habere intelligitur. arg. *l. ult. C. de pact. convent.* Mynſ. *3. obſerv. 53.* latè Alexand. *conſ. 144. per tot.* Cephal. *conſ. 122. in princip. vol. 1.* Natta. *conſ. 75. num. 2. vol. 1.* Philip. Matth. *2. conſil. Marpurg. 32. n. 20.* Unde & maritus non in dotalibus duntaxat, ſed etiam ultra in paraphernis & aliis ſine mandato uxoris ſuæ procurator eſſe poteſt. *l. maritus 21. C. de procurat. ubi* Bart. Alex. Jaſ. in *l. ſi maritus. ff. ad L. Falcid.* Bero. *conſ. 44. vol. 1.* Burſat. *conſ. 303. n. 15. vol. 3.* Ratio, qvia in omni actu familiaris à familiari ſuo, cujus nomine ille actus geritur, mandatum habere præſumitur. Burſat. *conſil. 294. num. 6. vol. 3.*

Declara, hoc indiſtinctè non procedere, ſed eo duntaxat caſu, qvo agitur in judicio: qvemadmodum & multæ aliæ perſonæ ob vinculum conjunctionis, ſive neceſſitudinis agere poſſunt ſine mandato. *l. ſed & hæ 35. ff. de procur. c. nonnullæ 28. in fin. & cap. ex parte Decani 38. de reſcript. cum aliis deductis per* Duen. *reg. 123. in pr.* Vult. *1. conſil. Marpurg. 17. numer. 49.* non autem ut poſſit pro uxore contrahere, & ipſi remittendo jura præjudicare, prout oſtendit *rubr. & tot. tit. C. ne uxor pro marito. ubi gloſſ. in l. 2. idemqve probatur in l. contractus 24. C. locat. adde.* Cephal. *conſ. 286. numero 3. vol. 2.* & Ludov. Faſch. *conſil. 7. qvæſt. 5. vol. 2. inter conſil. Modeſtini.* Socinus jun. *conſ. 105. numer. 11. verſ. vel & tertiò reſponderi poteſt. vol. 1.* ubi etiam addit hoc, qvod *d. l. maritus.* procedat reſpectu bonorum, qvæ marito per uxorem fuerunt verè vel interpretativè tradita & conſignata, juxta *l. fin. C. de pact. convent.* eodemqve modo illam legem diſtingvit & declarat Mynſ. *reſp. 10. numer. 21.* ubi diſertè ſcribit, qvod maritus in litibus tantum exercendis pro uxore ſine man-

ne mandato procedere posſit, vel agendo pro ea vel ipſam defendendo, dummodo caveat de rato, præſertim in bonis non dotalibus: aliud autem ſit in contractibus & obligationibus, in qvibus ſine mandato maritus ſe intromittere non debeat, maximè ſi res tangat damnum & diſpendium, ſecus ſi ejus commodum. *add. & reſp. 96. num 14.* Hinc dicimus maritum non poſſe ſtipulari, ut probat Cephal. *conſil. 713. num. 47. vol. 5.* non poſſe uxoris pecunias diſtrahere idem Cephal. *conſil. 727. num. 14.* nec uxori tranſigendo præjudicare Caſtrenſ. *conſil. 284. volum. 2.* Menoch. *conſil. 791. num. 2. volum. 8.* & in ſumma maritum ex facto uxoris non teneri, etiamſi pariter unicam perſonam referre videantur, cum ſint duo in carne unâ & aliàs maxima inter eos ſit conjunctio, ut conſuluit Cephal. *conſil. 577. num. 17. vol. 4.* præſertim in his qvæ ſunt magni præjudicii, in qvibus ſpeciale mandatum uxoris deſideratur, tametſi generale mandatum bona ſua adminiſtrandi maritus ab uxore haberet, Jacob. Menoch. *conſ. 331. num. 89. vol. 4. & conſ. 621. num. 15. vol. 7.*

III.

Mariti omnia eſſe præſumuntur, donec importata à muliere probentur. *l. Qvintus 51. de donat. int. vir. & uxor.* Bald. *in l. ob maritorum. n. 3. per ill. text. verb. dominii eſſe tui probaveris. C. ne uxor pro marito.* Alciat. *reg. præſumpt. 26. num. 9. cum ibi allegatis.* Weſenb. *1. conſ. 11. n. 8.*

IV.

Maritus auctor uxori in propria cauſa eſſe nequit. *l. pupillus 5. in pr. ff. de auctor. tutor.* Matth. Weſenb. *1. conſ. 11. num. 4.*

V.

Maritus & uxor participes ſunt infortuniorum. *l. ſi cum dotem 22. ſi maritus 7. ff. ſolut. matr.* Carpzov. *p. 3. conſtit. 25. defin. 7. num. 6. & conſtit. ſeq. defin. 2. n. 8.* Weſenb. *1. conſ. 43. n. 148.*

VI.

Maritus emens aliqvid uxori ſuâ pecuniâ, ei acqvirit dominium *l. & ſi de tua pecunia 9. C. de donat. int. Vir. & ux.* ſed mutuans uxoris pecuniam, ei pignus non acqvirit *L. pen. C. de diſtract. pign.*

VII.

Maritus tenetur alere uxorem etiam indotatam. *Innoc. in cap. 7. X. de donat. int. vir. & uxor.* tenetur etiam gerere negotia dotalia *Bart. in l. fin. ff. ſolut. matr.*

CAP. XIV.

Maſculinum, Maſculus.

conf. tit. Fœmina.

Axioma I.

Maſculinum concipit fœmininum. *l. ſi qvis id qvod 7. de jurisd. l. mancipia. 5. C. de ſerv. fugit. l. qvi duos mulos. 62. ff. de legat. 3. l. 1. & ibi* Dec. Gœdd. *de V. S.*

Declara hoc procedere in iis caſibus, ubi una eademqve ratio dari poteſt. Ubi enim ratio militat diverſa in maſculo & fœmina, maſculinum nunqvam concipit fœmininum, etiamſi verba eſſent communia ad utrumqve ſexũ. Bald. *in conſ. 330. num. 2. vol. 3.* Gabr. *in concl. 6. num. 51. verſ. 2. limita. de V. S.* Cravett. *conſil. 588. num. 9. vol. 4.* Socin. ſen. *conſ. 90. in fin. vol. 1.* Sic ubi de honore agnationis in aliqva diſpoſitione ratio habita fuit, maſculinum non concipit fœmininum. Dec. *conſil. 453. ſub num. 7. verſ. poſtremo, col. fin.* Barbat. *conſil. 50. num. 21. verſ. ſed in noſtro caſu. vol. 4.* Gabr. *d. concluſ. 6. num. 60. verſ. tertio infertur de V. S.* Socin. jun. *conſil. 1. num. 116. volum. 1.* maſculino enim ſexui natura diminutionem, poteſtatem, majores ſenſus, fortitudinem, honorem, dignitatem & conſervationem familiæ aliasqve prærogativas & eminentias concesſit, cum fœminis tantummodo ſubjectionem & obedientiam præceperit, *Geneſ. cap. 3.* Unde & Agnatos maſculos eſſe digniores colligere licet ex *l. cum pater 77. §. pater pluribus 21. ff. de legat. 2.* Bald. *conſil. 21. verſ. ſolutio, vol. 2.* Steph. Frider. *de Interpret. jur. part. ult. n. 36.* Vult. *int. conſ. Marpurg. conſ. 29. vol. 2. n. 30.* Per maſculos etiam conſervatur familia, per fœminas autem familia paterna finitur, *l. pronunciatio 195. §. fœminæ. 2. de V. S. l. JCtus 10. in princ. de grad. §. 1. Inſtit. de legit. agn. ſucceſſ. l. adverſus 4. C. de crimin. expilat. hered. l. qvicunqve 10. C. de milit.* videmus etiam maſculos majora ſuſtinere onera. Bald. *in l. Titio. cum §. pen. in fin. ff. de legat. 1.* Gerere Rempublicam & familiarum dignitatem conſervare, *l. 1. §. ſed ſi 3. ff. de ventr. inſpic.* Si ergo Maſculinus ſexus natura eſt honoratior fœminino, cur ergo non poſſit honoratior eſſe in ſucceſsione, ait Laurent. Læt. *in repet. §. cæterum. num. 12. Inſtitut. de legit. agnat. tut.* vid. & Socin. *in ſuis fallent. reg. 312.* ubi multis modis hanc regulam limitat. Unde nec in feudis maſculinum comprehendere fœmininum not. Jaſon. *in d. l. ſi qvis id. n. 11. ff. de jurisdict.* Gabr. *d. concluſ. 6. num. 54. verſ. ſecundo infertur de V. S.* ſcil. qvando per veriſimiles conjecturas & alias demonſtrationes apparet mentem concedentis ad ſolos maſculos reſpexiſſe, prout concludunt Bald. *in l. res filios in pr. ff. de pact. & ibi* Jaſ. *n. 5. verſ. ſecundo limita, col. 1.* Guid. Pap. *deciſ. 133. & in deciſ. 612. num. 1. verſ. ſed adverte.* Alciat. *conſil. 43. qvamvis. num. 12. verſ. 2. reſpondeo lib. 9.* Calcan. *conſil. 48. num. 8. verſ. & per iſta infertur ad aliud ſecundum dubium. col. 3. in fin.* plenè Socin. jun. *conſil. 168. præſentis. num. 30. verſ. qvinimo qvando menſ. 5. vol. 2.* & Gabr. *d. concluſ. 6. num. 86. verſ. limita.* Aretin. *in l. qvicunqve in 3. fallent. Cod. de ſervis fugitiv.* Pacian. *conſil. 49. n. 12.* vide latisſimè hoc de axiomate diſſerentem Gœdd. *in l. 1. n. 22. cum ſeqq. axiom. 2. & 3.* Knipſchild. *de fideicommiſſ. famil. nobil. cap. 1. n. 43. & ſeqq.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 2. tit. 4. n. 63. & tit. 5. n. 15. & tit. 13. n. 7. & tit. 15. n. 14. & lib. 3. tit. 8. n. 20.*

II.

Maſculinitas in uno caſu expreſſa, cenſetur in alio repetita. Socin. jun. *conſil. 603. num. 55. verſ. igitur dicendum eſt. vol. 1.* Rubæus *in conſil. 71. num. 6. col. 2.* Dec. *conſil. 515. in fin.* Ruin.

conſil.

consil. 146. numer. 7. vers. nec obstant allegata, & *consil. 147. num. 7. vol. 2.* Gabr. *conclus. 10. num. 41. in fin. lib. 4. de testam.* Menoch. *cons. 65. n. 82. vers. quo circa in tanto. vol. 1.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 13. n. 8. vers. perinde.* qvod intellige si constaret de mente testatoris vel disponentis expressa, vel tot conjecturæ concurrerent, qvæ efficaces essent ad declarandam mentem defuncti. Pacian. *1. cons. 17. n. 54.* vel qvando ageretur de favore illius agnati, qvi ab intestato successurus esset. Alex. *cons. 38. n. 7. vol. 6.* Menoch. *d. cons. 95. n. 83. vers. præterea Abbatis. vol. 1.* vel qvando ageretur de favore descendentium ipsius testatoris, prout in terminis repetendæ masculinitatis tradit egregiè Rubæus *consil. 141. in fin.* ubi dicit, qvod qvando substitutus est unus de descendentibus ipsius testatoris, cujus persona mediante possunt bona conservari in agnatione, tunc masculinitas censeatur repetita; qvando vero substitutus non esset de descendentibus, tunc qvalitas masculinitatis adjecta in una substitutione non censeatur repetita in altera, maximè, qvando non eædem, sed diversæ personæ sunt nominatæ, Ruin. *d. cons. 143. num. 19. vers. præterea ubi fit mentio.* Menoch. *dict. consil. 95. num. 98. vers. sed prius præmitto. volum. 1.*

III.

Mares in capitatione magis gravandi qvàm fœminæ *l. 9. C. de Agric. & Censit.* nisi aliud publicâ lege introductum. *Brunnem. ad l. 10. C. eod.*

CAP. XV.

Mater.

Axioma I.

Mater in procreatione filiæ dicitur radix, filius vero flos & pomum, *c. tunc salvabitur 33. qvæst. 5. & ibi gloss. fin.* si igitur radix est, dicitur totum pondus conjunctionis & matrimonii sufferre, qvod circa prolis procreationem vertitur, ut habetur *in l. 1. ff. solut. matrim.* Unde qvod matres plurimum laboris habeant, patet experientia ipsa, in qva qværere ulteriorem rationem esset perversæ cognitionis, prout ait Bald. *in rubr. ff. solut. matr. in pr. cum allegatis per* Jas. *in l. cum filio. col. 8. de legat. 1.* scinduntur enim ut partus edant, teste Philosopho *9. Ethic.* dicente: qvod laboriosior sit generatio matrum, & qvod magis sciant, qvi ipsarum sint filii qvam patres, refert Johan. de Neviz. *in tract. Sylv. Nupt. p. 3. col. 2.* Unde ipsa natura liberos ardentius amare videntur. *Novell. 94. cap. 1. ibi naturæ amor pius circa filios*, aut qvia in eis magis elaboraverint, ut dicitur *in §. sed nos constitutione. Instit. ad Tertull.* aut propter certitudinem majorem, qvam de illis habent, *l. qvia semper 5. ff. de in jus vocand.* Zimara Sancti Petrin. *in problem. 41.* latè Joh. de Lign. *in tract. de Amicit. §. & surgit vulgaris qvæstio.* Pacian. *1. consil. 66. num. 30.* easqve magis dolere, qvam patres de incommodo filii, dicit Philosophus, & patet *Proverb. cap. 10.* dum dicitur, filius sapiens lætificat patrem, filius vero stultus mœstitia est matris suæ, & *Eccles. 7.* genituræ matris tuæ non obliviscaris, audi & *Tob. c. 4.* dicentem: nemor esse debes, qvæ & qvanta pericula passa sit propter te in utero mater tuà, & ideo magis à filio diligi debet qvam pater, ut per plura probat Joh. Ludov. de Monte Regali *in tract. de veritate contractionis, pag. 47. vid. & de prærogativa matris & laboribus ejus* D. Hieronym. *epist. 6. part. 3.* qvamvis etiam in jure legamus, matres non-nunqvam inhonestis factis atqve indecentibus machinationibus filios consveviſse obsidere insidiisqve vel clandestinis vel manifestis eos appetiisse, vel inimicis ejus suas amicitias copulasse, atqve in aliis sic versutas fuisse, ut potius inimicæ qvam matres crederentur. *l. liberi 28. vers. si tamen mater. C. de inoffic. testam.* Unde etiam de secundo nubentibus loqvitur Imperator Gordianus, qvod plerumqve soleant novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicere in *l. 22. vers. servi. C. de administr. tut. ubi vid. qvæ not.* Gothofr. *ibid.* Simon. Olivar. *lib. 3. art. 5.*

II.

Mater filiæ incrementum & honorem videtur diligere, *cap. super eo 22. extr. de testib.* imò propter sexus similitudinem plus ad fœminas affici, qvam ad masculos solet. Petr. Ancharan. *consil. 339. incip. pro majori intelligentia. num. 7.* qvia in habentibus symbolum facilior est transitus *in l. rem 25. §. ff. de rei vind.* vid. *infr. lib. 17. cap. symbolum.*

III.

Mater suæ familiæ caput & finis est. *l. 195. §. fin. ff. de V. S.* Bocer. *in Comment. ad Instit. de patr. potest. vid. infr. cap. mulier. axiomat. I.*

IV.

Mater potest plus relinqvere filiis secundi matrimonii qvàm primi *Bald. in l. 1. col. 3. C. de inoffic. Testam.*

V.

Matrem natura, patrem jus civile demonstrat. *l. lex naturæ 24. & l. cum legitimæ 19. ff. de stat. hom.* unde mater semper certa est, pater non æqve, sed is esse putatur qvem nuptiæ demonstrant. *l. qvia semper 5. ff. de in jus vocand.* ubi Cujac. *in Paulo lib. 4. ad Edict. pag. 92. A. & B.* rationem addit; qvia partui multi testes adsunt, conceptui nulli. *add. Vinn. ad §. ult. Inst. de Sctο Tertull.* Regn. Sixt. *2. cons. Marpurg. 9. n. 49.*

Mater an teneatur alere liberos, *vid. in supplem. tit. ALIMENTA.*

CAP. XVI.

Materia.

Axioma I.

Materia esse non sufficit nisi apta sit & habilis. *arg. l. 1. §. penult. de riv.* Sebast. Medic. *in tract. de defin. p. 1. in præm. num. 18.* Nicol. Moron. *de Treug. & Pac. qvæst. 2. n. 1.* Non enim ex qvovis ligno fit Mercurius M. Ant. de Amat. *in repet. l. fœmancipati. C. de Collat. qvæst. 1. num. 17.* nec ex qvolibet marmore Jovis statua. Nolden. *de stat. nobil. cap. 3. num. 22.*

II. Statu-

II.

Statutum vel disposítum in materia non censetur esse disposítum in materiato. *L. ligni 55. §. si lignum 3. & ibi gloss. l. Servius 57. de legat. 3. l. librorum 52. §. chartis 6. ibig,* Bart. *eod. l. si convenerit 18. §. si qvis 3. de pign. act.* Dicitur autem causa materialis generice illa, ex qva immediatè aliqvid fit & illud qvod fit ex ea appellatur materiatum, *d. l. convenerit 18. §. si qvis 3. ff. de pign. act.* exemplum ponitur *in* §. *cum ex aliena Instit. de rer. divis.* ubi qvando ex argento fit cratera, argentum appellatur materia, cratera vero materiatum, prout declarat Bart. *in l. dictam. col. 2. C. de condict. ob caus.* Unde infertur: Qvod si debitor pignorat sylvam cæduam, non censeatur pignorata navis, qvæ fit ex lignis illius sylvæ, qvia obligata materia, non videtur obligatum materiatum. *d. l. si convenerit. §. si qvis. ubi* Bald. *de pign. act.*

Limita, nisi qvando eadem adsit ratio in materiato, qvæ est in materia, ut si statutum prohibet vendi frumentum extra territorium, censetur etiam prohibere farinam, ut not. Felin. *in cap. ad liberandum. col. 2. de Judæis.*

CAP. XVII.

De Matricula.

Axioma I.

Matriculæ non inscriptus non gaudet privilegiis suæ professionis *Gloss. in l. 3. C. de off. mag. milit.* Hinc Notarius non immatriculatus instrumentum conficere neqvit. *Gail. L. 1. obs. 21. n. 6.*

II.

Matricula Ecclesiæ, das Kirchen-Buch oder Kirchen-matricul, plenè probat. *Brunnem. Cons. 129. n. 166. & cons. 133. n. 97.* Solaqve fidem facit Consistorio de confirmatione Pastoris *Id. L. 4. def. 52. n. 7.* Modò annum & diem, qvô confecta est, exprimat, neqve in eâ aliqvid omissum sit, qvod ad ejus substantiam pertinet, neqve producatur in propriâ causâ. *Brunnem. Cons. 131. n. 40. seqq.*

CAP. XVIII.

Matrimonium.

Axioma I.

Matrimonium non præsumitur, *cap. illud 11. de præsumpt. cap. aliter. 1. 30. qvæst. 5.* ratio, qvia est facti. Bart. *cons. 42. lib. 1.* Corn. *cons. 68. num. 13. lib. 3.* Alex. *consil. 110. num. 1. & cons. 154. num. 1. vol. 6.* Paris. *cons. 59. n. 1. & cons. 61. num. 1. lib. 4.* Socin. jun. *consil. 86. num. 5. & cons. 88. num. 7. lib. 2.* Menoch. *consil. 199. numer. 2. lib. 2.* Palæott. *in tract. de Noth. cap. 20. n. 1.* Vult. *in Consil. Marpurg. cons. 34. num. 28. vol. 3.* & solo consensu perficitur, text. *in cap. tuæ 25. c. cum apud 23. c. cum locum 14. de sponsal. cap. sufficiat 1. c. matrimonium 2. 27. qvæst. 2. l. nuptias 30. ff. de Reg. Jur.* Lap. *alleg. 57.* Aretin. *consil. 13. Viso in pr. col. 6.* Abb. *in cap. 1. de clandest. desponsat.* qvod obtinere & in matrimonio clandestino probat Galeaz. *consil. matrim. 84. n. 1. tom. 2.* Unde pro matrimonio non aliter præsumendum esse, nisi sua habeat substantialia & ut sic dic. matrimonialia, tradit. Alex. *in c. literis de sponsal.* ut itaqve pro matrimonio præsumi possit, *c. fin. de rejud.* Dec. *consil. 163.* Hieron. Grat. *int. consil. matrimon. cons. 75. num. 5. tom. 1.* atqve in dubio pro eo judicari, ut habetur *in cap. licet ex qvadam 47. de testib. cap. ex literis 3. de probation. cap. videtur 3. qui matrim. accus. poss. cap. directæ 39. de appellat. cap. fin. de condit. appos. cap. si qvis accepit 3. 33. qvæst. 1.* Abb. *in cap. ex literis, col. ult. de sponsal. & in cap. mulieri in pr. de jurejur.* gloss. & Joh. Andr. *in cap. cum sunt partium jam de R. I. in 6.* Alex. *consil. 152. Viso processu, col. 2. vers. ne dicatur volum. 5.* Dec. *consil. 133. ad fin. col. 1.* ante omnia matrimonii formalia & substantialia circa consensum in eo simultaneè adhibendum, & ratione legitimatis personarum probati debent. Vult. *inter Consil. Marp. 15. vol. 1. num. 329.* cum non præsumatur si omnino nihil sit, imò ne tum qvidem, si semiplenè etiam, sed tum demum si matrimonium plenè probatum sit, eaqve probatio propter adversarii probationes reddatur dubia, *cap. in præsentia 8. de probat.* VVesenbec. *consil. 44. num. 33. part. 1.* Alex. de Nevo *cons. 35. num. 30.* Franc. de Doct. *cons. 68. num. 37. tom. 1.* Unde Angel. de Castro *cons. 35. numero 30. tom. 1.* ait, qvod licet matrimonium sit favorabile, favor tamen matrimonii non est talis & tantus, ut pro eo judicandum sit, si non sit probatum, qvocirca qvando de matrimonio ipso principaliter controvertitur, matrimonium ipsum concludenter probari necesse est, nec conjecturæ, præsumptiones, aut aliæ leviores probationes sufficiunt, Geminian. *cons. 27. num. 4.* Menoch. *cons. 490. num 6. vol. 5.* qvod tamen secus, si incidenter tantum in controversiam inducerentur, eo enim in casu & leves admittentur. Salicet. *in l. qvidam num. 3. vers. secundo casu ff. de probat.* dicens conjecturas & præsumptiones sufficere ad matrimonium probandum qvoad filiorum legitimitatem, addita ratione, qvod hoc casu vertatur favor legitimitatis, & non animæ periculum, prout qvando est qvæstio inter virum & mulierem de matrimonio. Vult. *inter Cons. Marpurg. consil. 84. vol. 3. num. 64.* Bald. *cons. 195. num. 1. vers. & præcipuè. vol. 1.*

Limita, qvôd jure Civili ex cohabitatione præsumatur matrimonium, qvô Jure in foris protestantium utimur. *Brunneman. ad l. 24. ff. de Ritu Nupt.*

II.

Matrimonium res est admodum favorabilis, text. *in cap. fin.* ubi gloss. *de condit. appos. & in c. directæ 39. ibique* Dec. *in ult. notab. num. 3. X. de appellat.* & ideo in illius favorem multa specialia sunt constituta. gloss. Joh. Andr. *in cap. 1. in pr. X. ut lit. non contestat.* Dd.. *in l. 1. solut. matrim.* Cons. Argent. *cons. 63. num. 88. vol. 1.* qvod in matrimoniis clandestinis locum non habere probatur exinde, qvia illa omni jure sunt odiosa, ut qvæ contrahantur contra interdicta Ecclesiæ, *cap. cum inhibitio 3. de clandestin. desponsat.* &

per con-

per consequens in peccato mortali, pro quo venit imponenda pœnitentia, *cap. 1. & 2. de matrim. contr. interd. Eccles.*

Unde Limita, si agatur de separatione matrimonii, quod jam constat esse contractum, quia tunc magis est favendum matrimonio, quam separationi ipsius matrimonii, matrimonium res sit favorabilis, Jas. *cons. 15. vol. 3.* Dec. *consil. 36.* non autem si agatur de ipso matrimonio probando, sive de substantia & veritate matrimonii demonstranda; hoc enim casu necessariæ sunt probationes luce meridiana clariores, prout eleganter distinguit Rubæus *in cons. matrim. cons. 73. n. 11. tom. 1.* Adde Jacobum Leonissam *int. cons. matr. cons. 49. n. 1. tom. 1.* ubi inquit: Licet matrimonium res sit favorabilis, diligenter tamen esse advertendum, ne sub hujus favoris prætextu defendatur matrimonium, & introducatur ubi non est cui consentit, quod dicitur, perinde favorabile esse, matrimonia, etiam de quibus constat, quod contracta sint sed illegitimè, dissolvere, atque consolidare legitimè contracta, Anton. de Butr. & Panorm. *in cap. series de testib.* Panorm. *in cap. tenor. n. 6. de re judic.* Felin. *in cap. tutor. n. 3. de re judic.*

Limita etiam, quòd ratione personarum diversissimæ conditionis sit odiosum. hinc ingenua mulier non potest vili Metallario, nec Metallarii liberi extraneis, imò nec adscriptitiæ Metallariis copulari *l. 7. C. de Murilegul.* Perez. *C. eod. n. 22.* Et ob servilem conditionem conjugis permittitur divortium ingenuæ, *l. 3. C. de incest. nupt.* quod & jure Canonico procedit, si ingenua ignorans nupsit servo: hoc enim matrimonium repugnaret cohabitationi, bonæ fidei & bono prolis: secus autem si sciens hoc faciat. *c. 2. X. de Conjug.* Brunem. *ad l. 3. C. de Murilegul.*

III.

Matrimoniales causæ comparantur causis criminalibus, *cap. penult. de in integr. restit.* Bald. *in cap. ad nostram de probat.* Accurs. Bart. Castr. Alex. *in l. 3. §. quæcunque de jurejur.* Gail. *2. observ. 94. num. 1.* causam enim status, gloss. vulg. *in cap. mulieri de jurejur.* Leonissa *cons. matrim. 49. num. 92. vol. 1.* Laurent. de Pinu *consil. 71. numero 2. vol. 1.* & speciem quandam servitutis in se continent. Bald. *in l. bona fide col. 1. C. de reb. cred.* Gloss. & Dd. *in d. cap. mulieri.* Butrig. & Abbas *in cap. pro debilitate, de offic. deleg.* Alex. *cons. 152. n. 7. in fin. & cons. 155. num. 4. vol. 5.* Menoch. *cons. 69. num. 59. vol.* Cephal. *cons. 421. n. 1. vol. 3.* Paris. *cons. 61. n. 6. vol. 4.* Ant. Gravat. *cons. matrimon. 81. num. 3.* Atque eam ob causam causæ matrimoniales, respectu scil. contractus, secus enim est respectu institutionis & originis, dicuntur graves. Laurent. de Pinu *d. consil. num. 55.* Galeaz. *cons. matrim. 83. n. 3. vol. 1.* Gail. *d. obs. 94. num. 7.* & arduæ, Alex. *cons. 123. col. 4. vol. 5.* Zas. *consil. 3. numero 27.* Merenda *consil. matrim. cons. 86. num. 2. vol. 1.* Menoch. *de arb. judic. quæst. cas. 205. num. 7.* ac magni præjudicii, Specul. *in tit. de rescript. præsent. §. ratione. vers. venio ad instruct.* Dec. *cons. 133. & 310.* Paris. *cons. 53. n. 8. vol. 3.* Sicut ergo causæ civiles arduæ & magni momenti regulariter quoad juris dispositionem causis criminalibus æquiparantur. Bart. *in l. admonendi. num. 53. ff. de jurejurand.* Socin. sen. *cons. 164. num. 17. vol. 2.* ita & de hisce idem judicari debet. Gail. *dict. observat. 94. n. 1. & 7.* Unde intuitu hujus rationis causæ matrimoniales, sive sint simplicis querelæ sive appellationis, per decretum Imperatoris à Camera Imperiali exterminatæ sunt. Recess. Imp. Spir. *Anno 1570.* §. Wann auch der Käyserlichen. Gail. *lib. 1. observ. 112. num. 5.* Roding. *lib. 1. pand. Camer. tit. 29. num. 5.* nisi forsan ratione nullitatis ad Cameram devolvantur, Mindan. *de proces. lib. 1. cap. 10.* Roding. *lib. 1. tit. 31. num. 4.*

IV.

Matrimonium solus temporis cursus non legitimat, sed cum eo continuatio consensus, *cap. 1. §. 1. X. de desponsal. impub.* Bald. *consil. 201. in causa n. 2. & consil. 194.* Bocer. *ad §. sunt & aliæ. Instit. de nupt. num. 57.* Unde nec ex cohabitatione matrimonium de Jure Canonico præsumi tradunt Accurs. *in l. in concubinatu, de concub.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præs. 5.* quod tamen Juris Canonici Dd. restringunt ad tempus cohabitationis decennio minus. Si enim longo tempore, quod annis decem definiunt, cohabitaverint, ex cohabitatione matrimonium eo etiam jure præsumi, docent Covarr. *in epit. de sponsal. p. 2. cap. 1. num. 4.* Cæpol. *cons. civil. 5. num. 16.* vel si alia cum cohabitatione concurrant adminicula. Lud. Roman. decis. 69. *num. 1. p. 1. in novis.* Vult. *in Cons. Marp. cons. 34. num. 45. vol. 3.*

V.

Matrimonium non divitiis, sed affectu contrahitur, *l. fin. in prin. C. de repud. l. fin. C. de donat. ante nupt.* Gail. *2. obs. 84. num. 4.* nec est virginalis pudoris sibi ipsi quærere maritum, sed hoc curæ paternæ est relinquendum. *c. honorantur 13. 32. q. 2.* Cons. Arg. *cons. 48. n. 3. vol. 1.*

VI.

Matrimonium sub conditione contractum suspenditur quoad illud sit impletum. *cap. de illis 3. & in cap. super 5. & cap. fin. de condit. appos.* Innoc. Joh. Andr. Card. Panorm. *in d. cap. de illis.* Vult. *inter Cons. Marpurg. cons. 15. num. 28. vol. 1.* Ratio, quia si quid sub conditione contrahitur, ante omnia conditio impleri debet, ut actus sustineatur. *l. hæc venditio 7. ff. de contr. emt.* Bart. *in l. Mævius. ff. de condit. & demonstr.* Plot. *in l. si quando. num. 34. C. unde vi.* Dec. *cons. 629. num. 1. cons. 607. num. 7.* Anchar. *cons. 297. colum. 1.* Ruin. *cons. 65. num. 4. vol. 4. & cons. 35. num. 13. vol. 5.* Unde ad conjugium non tantum exigi verba præsentem consensum exprimentia, sed oportere verba illa esse libera à conditione, quæ ipsum suspendant, refert Didac. Covar. *in epit. 4. decret. p. 2. c. 3. n. 2.*

VII.

Quale matrimonium, tales sunt liberi. *Novell. 34. §. quoniam vers. sit autem soboles.* qualis enim effectus, talis etiam est causa, atque hæc non minus per illum, quam ille per hanc designatur. *l. debitor. 59. ff. ad Trebell. l. rem non novam. 14. in fin. C. de jud. in proœm. Instit. §. quorum utramque.* Nicol. Everhard. *in loc. legal. ab effect. ubi latè num. 1.* Exemplum vid. *in c. 2. & ult. de conjug.*

jug. serv. Ubi ab homine libero cum ea, quæ est in servitute, justum & legitimum contrahitur matrimonium, ex quo consequitur & liberos inde natos legitimos esse. Sic & in *Novell. 18. de trient. & semiss. §. ult.* dicitur matrimonium etiam cum ancilla contractum subsistere, & liberos inde procreatos legitimos esse, si postea manumittantur. Idem cautum est in *Novell. 78. §. ita rebus.* add. etiam *Novell. 78. §. si quis autem libertam.* Regn. Sixtin. *2. Cons. Marp. cons. 9. n. 27.*

VIII.

Matrimonia debent esse libera, non coacta, *cap. cum locum 14. de sponsal. cap. accedens 10. de procurat.* Everhard. *in loc. matrimon. carnal. ad spirit. num. 8. pag. 413. cap. gemma 29. X. de sponsal. l. Titia. 134. de V. O.* nuptiæ enim invitæ plerumque difficiles habere exitus consueverunt. *cap. requisivit 17. de sponsalib. l. fin. §. fin. C. eod.* gloss. *in cap. Abbas, in verb. coactus de his quæ vi met. caus.* adeo ut statuta contra eorum libertatem inducta sint nulla, text. *in cap. 1. de sponsal.* & per notata *in cap. Ecclesia S. Maria 10. de constit.* Dd. *in Auth. cassa. C. de SS. Eccles.* Anchar. *cons. 21. incip. pro solutione dubiorum per tot.* Alex. *cons. 97. vol. 1. incip. principalis dubitatio.* Pacian. *1. cons. 4. num. 4.* quod in matrimonio dolo contracto non valere, nec matrimonium posse rescindi, ait Panorm. cum gloss. *in cap. penult. X. quod metus causa.* Unde Imol. per illam glossam inquit, quod si mulier dolo persuasit se habere amplas facultates, & ita dolo circumvenit, ut eam acciperet in uxorem, & postea reperitur nihil habere, ipse dolus nihil officeret matrimonio, idem & in simili ac quotidiana quæstione determinat Bald. de socero, qui promisit instituere generum heredem, ut caperet filiam suam in uxorem, & postea eum decepit, cum nihil sibi reliquerit in testamento, *in l. cum Artemidorum. C. ut in poss. legat.* add. & gloss. *in cap. constituit.* ubi text. *sing. 20. quæst. 3. & in l. à Divo Pio. ff. de rit. nupt.* Cons. Argent. *cons. 48. num. 9. vol. 1.* Gail. *2. obs. 93. num. 11.* Reusner. *1. consult. q. 7.* quanquam si dolus tantus in matrimonio contrahendo interveniret, qui consensum excluderet, matrimonium non teneret. *dict. gloss. fin. in cap. penult. X. quod met. caus.* Licet enim in spiritualibus regulariter contractum non vitiet d. gl. id tamen non procedit, si dolus etiam prudentissimos falleret. Innocent. *in d. cap. pen.* Cons. Arg. *d. cons. num. 11.*

IX.

Matrimonium partium consensu dissolvi non potest. gloss. *in l. 3. §. quacunque, in verb. agatur.* Bart. *ibid. num. 2.* Alex. & Salicet. *similiter. ff. de jurejur.* Gail. *lib. 2. observ. 94. num. 14.* Carpzov. *in Jurisprud. forens. 1. constit. 12. def. 30. num. 3.*

X.

In matrimonio sive nuptiis contrahendis pudor naturalis & jus sanguinis inspicitur. *l. adoptivus 14. § 2. ff. de rit. nupt. l. non omne 144. l. semper in conjunctionibus 197. de R. I.* Rauchbar. p. 2. *quæst. 13. num. 7.* Carpzov. *lib. 2. quæst. crim. 73. num. 71.*

XI.

Ubicunque adest parentelæ respectus, ibi matrimonium est prohibitum. *§. 1. Inst. de Nupt.* quia potissimum honestas naturalis in nuptiis contrahendis respicitur; contra eam autem est, matrem vel filiam in uxorem ducere. *l. 14. §. 2. in fin. ff. de Ritu Nupt.* ita prohibentur nuptiæ inter omnes ascendentes & descendentes, & qui sunt eorum loco, i. e. quorum alteruter stipiti communi immediatè subest.

XII.

Inter quascunque personas est communio sanguinis propinqua, inter illas obtinet inhibitio matrimonii.

Ratio est in vinculo sanguinis, quia in contrahendis nuptiis non attenditur genus propinquitatis, sed proximitas sanguinis & pudor naturalis. Hinc igitur non interest, an quis ex uno latere, an verò ex utroque junctus fuerit, neque an quis ex legitimo matrimonio, an ex concubitu fornicario prognatus sit. *Carpz. in Jurispr. Eccles. L. 2. def. 99. seqq.*

Limita: ut intelligatur de sanguinis communione propinquâ, non remotâ: deinde ut procedat etiam in affinitate, quippe quæ iisdem regulis continetur, quibus consanguinitas. *Carpz. d. Libr. 2. def. 97. & 98.*

XIII.

Ubi nulla consanguinitas vel affinitas, ibi nullus respectus parentelæ & per consequens nulla matrimonii prohibitio, quia parentelæ respectus non oritur, nisi ex ejusmodi conjunctione. Exemplum est in vitrici matre, & c.

XIV.

Quousque matrimonium prohibitum est inter consanguineos, eousque etiam prohibitum est inter affines primi generis.

Ratio consistit in unitate carnis, quæ est inter conjuges. Ita ergò non potest quis ducere novercam, nec defunctæ uxoris sororem. *Carpz. Jurispr. Eccles. L. 1. def. 99. seqq.*

XV.

Quoties nullus est parentelæ respectus, toties in secundo genere affinitatis nulla prohibitio matrimonii.

Ratio: quia sic non amplius honestas naturalis, quæ potissimùm in contrahendis matrimoniis attenditur, nec proxima aliqua carnis propinquitas obstat. Cessante enim ratione prohibitionis cessat quoque ipsa prohibitio.

Exemplum: hinc igitur quis ducere potest sororis suæ viri uxorem. Item defunctæ uxoris fratris viduam. vid. *Köppen de usu pract. Instit. l. 1. observ. 40.* E contra non potest ducere privigni viduæ vitricum ob respectum parentelæ. Conf. *Struv. Jurisprud. Rom. Germ. Forens. Lib. 1. Tit. 6. §. 10. 11. 13.*

XVI. Qui-

XVI.

Quicunque penitus generare nequit, & ubi nulla spes est generationis per media naturalia obtinendæ, ab eo nequit contrahi matrimonium. quia sic finis matrimonii primarius, sobolis scil. procreatio, obtineri nequit. Ita nuptias inire non possunt castrati & fœminæ arctæ arg. *§. 9. Inst. de adopt.* possunt verò spadones, frigidi &c.

XVII.

Valent statuta opificum, ne quis extra opificium ducat uxorem, modò adsit idonea *M. Steph. de Jurisdict. L. 2. p. 2. c. 8. n. 45.* pro circumstantiis tamen judicis arbitrium interponitur. *Wehn. obs. pr. verb.* Freyen ins Amt.

XVIII.

In causâ matrimoniali juramentum suppletorium non defertur, *Gail. L. 2. Obs. 94.*

XIX.

Matrimonium non est res spiritualis *Mev. P. 2. Dec 365. n. 8.* multò minus Sacramentum. *Hahn. ad Wesenb. P. 2. p. 25. n. 2.*

XX.

De matrimonio seu nuptiis quod disponitur, id etiam habet locum in sponsalibus *l. tutor. 15. l. oratio 16. ff. de sponsal. l. in sponsalibus 14. §. 1. ff. eod. tit. l. cui fuerit 15. ff. de condit. & demonstr.* gl. *in l. ea quæ. ff. ad municip. l. eum qui dnas. C. ad L. Jul. de adult.* Bart. *in l. cum pater. ff. ad L. Pompej. de Parricid. & in l. nihil interest. ff. rer. amot.* Bald. *in l. 42. C. de Episc. & Cler. col. 3. num. 7. vers. sed hoc pone juxta* Card. Tusch. *tom. 7. pract. concl. lit. S. conclus. 511. num. 58.* Anton Natt. *cons. 282. num. 1.* Nicol. Boer. *decis. 22. numero 33. cum seqq.* Alber. Gentil. *in tract. de nupt. lib. 2. cap. 23. post princ.* Jura enim loquentia in uno, locum quoque habent in altero. *l. si sponsalibus. 58. ff. de jure dot. l. Lex Julia. 4. ff. de fund. dotal. l. assiduis 12. §. 1. C. qui pot. in pign. hab.* Exempl. est *in l. si uxor. 13. §. Divi 8. ff. ad Leg. Jul. de adulter.* ubi Impp. adulterium etiam in sponsam extendunt, cum non infrequens, ut sponsus jure mariti utatur. *l. 15. §. 24. ff. de injur. l. 74. ff. de jur. dot. & l. C. de bon. quæ liber. l. Titio centum 31. §. Titio genero 3. ff. de condit. & demonstrat.* neq; novum in jure, ut quod de uxore dicitur, id quoque etiam locum habeat in sponsa. Petr. Heig. *part. 2. quæst. 28. num. 14.* Tiraq. *de LL. Connubial. gloss. 2. n. 1. & seqq.* vid. Hostiens. *in summ. de Adult. §. si quis admitti. num. 2. vers. ne dum autem maritus.* Cyn. *in l. 1. num. 6. verb. cave tamen. C. de rapt. vir.* Cyrill. *in summ. crimin. tit. de publ. judic. §. 4. n. 5. vers. in sponsam quoque.* Conrad. *in pract. rubr. de adulter. n. 21. in 3. ampl.* Farin. *p. 4. oper. crimin. quæst. 141. n. 50.* Matth. Berlich. *part. 4. conclus. 27. num. 140.* Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. adulterium. n. 8.* Angel. Aretin. *in tract. malefic. in verb. che hai adulterato, n. 33. vers. in tantum quod sponsus.* Ludov. Gilhaus. *in arb. jud. criminal. cap. 2. tit. de adulterio 18. n. 14.* Anton. Gomez. *in l. Tauri 80. n 47. vers. dubium tamen est.* Petr. Gregor. *in Syntagm. jur. univ. lib. 36. cap. 6. num. 2.* Petr. Heig. *2. quæst. 28. n. 6.* Petr. Theodor. *in Colleg. Crimin. disp. 6. th. 2. lit. H.*

XXI.

Matrimonium sine dote esse potest. *l. jubemus 11. C. de repud. §. si quis enim Auth. de nupt.* Consensu enim illud perficitur. *l. nuptias 30. ff. de R. I.* nec ad positionem actus matrimonialis sequitur actus dotis vel quasi qui ab eo separari potest. *l. pro herede 20. §. si quid tamen 2. ff. de acquir. hered. l. naturalis 5. §. at cum 12. ff. de præscript. verb.* Concennat. *lib. 2. quæst. sing. 5. num. 5* quamvis viceversa dos sine eo esse non possit. *l. fin. §. 1. C. de donat. inter nupt. l. incestas. ff. de rer. nupt. l. 3. de jure dot.* cum ea secundum regulas matrimonii limitetur & reguletur. Bart. *in quæst. jurid. quæst. 7. n. 1.*

XXII.

Ex matrimonium honor & incrementum quæritur, *cap. super eo 22. extr. de testibus.*

CAP. XIX.

Medicus.

Axioma I.

Medicus artis medicæ peritia & morum probitate præditus esse debet. *l. 1. ff. de decret. ab ord. fac. cap. ad aures 7. de ætat. & qualit.* Unde Medicus, qui se in medicina peritum asserit, tria singulis in morbis se scire præsupponit, præterita videlicet, i. e. unde morbus originem traxerit; præsentia, h. e. quo in statu & gradu morbus existat; & futura, i. e. an curabilis sit, nec ne. Card. Florent. *in cap. ad aures de ætat. & qualitat.* ejusque notitia cognoscitur exinde, si non solum morbi causas sciat exprimere, secundum Hippocrat. *in prolegom. prognostici*, sed & noverit opportuno tempore languentibus medicinam præbere: properata enim nimis, vel retardata remedia raro prodesse, colligitur *ex can. absit 23. distinct. 50.* juxta illud Poëtæ:

Temporibus medicina valet, data tempore prosunt
Et data non aptè tempore vina nocent.

Neque etiam sola scientia sufficit, sed cum diligentia & solertia conjuncta esse debet, *d. cap. ad aures ibique.* Panorm. *de æt. & qualit. cap. tua nos 19. vers. si tamen causa. de homicid.* Non itaque satis est, ut Medicus bonam medicinam canonicè præparet, sed eum advertere etiam oportet, ne aromatarius vel pharmacopola quid pro quo misceat, aut pharmacum ex corruptis & vetustis speciebus, quæ magis nocere quam prodesse solent, conficiat; Illud quoque diligentis Medici officio incumbit, ne à latere ægroti facile discedat, si morbum ingravescere animad

animadvertat. Hostiens. *in summa sub titul. de ætat. & qualit. §. ordo.* Siquidem Medicus quilibet ad suam conscientiam recurrere debet. *arg. d. cap. aures. & cap. un. de homicid. l. illicitas. 6. §. sicuti 7. ff. de offic. Præsid.* Maria. Socin. *ad c. ad audientiam de homicid. num. 31.* quare cum propter imperitiam Medicorum sæpius homines intereant. *c. exhibita 22. de homicid.* Benedict. Curt. Symphor. *de arrest. amor. 22. p. 685.* ideoque si Medicus servum imperitè secuerit, tenebitur actione L. Aquiliæ. *l. 7. §. 8. ff. ad L. Aq.* sicut enim eventus mortalitatis ei imputari nequit, *l. 6. §. 7. ff. de off. præs.* si scil. limites suæ professionis non excedat, si in arte peritus sit, si diligens circa curam infirmi, ita quod per imperitiam commisit, imputari debet: prætextu quippe humanæ fragilitatis delictum decipientis periculo hominis innoxium esse non debet. *l. 6. §. 7. ff. de offic. præs.* C. I. A. *lib. 9. tit. 2. thes. 27.* sicuti etiam si medicamentis perperam usus fuerit, *lib. 8. pr. d. tit.* vel medicamenta per vim vel ore vel clystere infuderit, *l. 9. §. 1. ff. d. t.* vel si malo veneno unxerit, L. Aquila teneri dicitur *in l. 9. §. 1. dicto tom.* imo si dolose medicamentis suis infirmum interfeciisset pro criminis qualitate, pœna capitali puniri potest. *l. necessarios 5. §. in ff. ad SC. Syllan. l. ejusdem 3. ff. ad L. Juliam de Sicar. Ord. Carol. V. articul. 134. Gail. L. 2. obs. 111. n. 26.*

II.

Medicus non gratis, sed condigna mercede præstita mederi tenetur. Johan. Harprecht. *ad Instit. disput. 12. in supplement. lit. h.* Tum quia nemo suis stipendiis militare cogitur maximè divitibus, *gloss. in cap. 1. verb. inferas distinct. 83.* Speculat. *in rubr. de salar. §. postremo loco 4. num. 2. vers. quid si infirmus dives.* Tum quia & JCtus justum consilium & patrocinium licitè vendere potest, nec gratis consulere aut postulare compellitur. *can. non licet 69. caus. 11. quæst. 3.* Ripa *in tract. de peste, cap. de remed. ad curand. pest. num. 4.* latè Speckhan. *cent. 1. quæst. 33.* Merces diurna medicis assignata fuit sex solidorum *l. 3. pr. commun. de Legat.* Moderatum autem debet esse salarium consideratâ gravitate morbi & labore medici. Non itaque cum ægroto desuper paciscì potest, nec salarium exigere priusquam reconvalescat *l. 9. C. de profess. & Med.* si ægrotus etiam citò in eundem morbum recidat, eodem salario eum curare debet. Si morbus sit incurabilis, non potest plus solitô exigere; Si autem curam protrahat, ut ægrum diu habeat in reditu, pecunias extorsas restituere tenetur cum damno & interesse *l. 3. de extraord. cognit. Perez. C. de Profess. & Med. num. 13. seqq.* Licet tamen æger moriatur, ab heredibus tamen salarium exigere potest. Cæterùm nec divitem ob dilatam sibi solutionem deserere potest. *Perez. d. l. n. 18.* Hodiè quandocunque potest honorari Medicus salario. *Brunnem. ad l. 9. C. h. t.* & Medico debetur salarium etiam non promissum. *Bald. in l. 1. C. mand.*

Limita in pauperibus; his enim gratis mederi medicus debet, & præmium à Deo exspectare. gloss. & Præpos. *in cap. 1. distinct. 83.* cum non debeat apud Medicum plus valere pecunia, quam vita morituri, *can. non satis 14. in fin. dist. 86. add.* Gail. *1. obs. 43. num. 13.* Honthem. *lib. 4. de art. Notar. cap. 77. num. 47.* præsertim, si salarium ex publico habent. *Perez. C. de Profess. & Med. n. 13.*

III.

Medicus ægrotum ad implorationem auxilii Christi, ad confessionem & pœnitentiam ante omnia invitare debet. *cap. cum infirmitas 13. de pœnit. & remiss.* Nemo ergo se suosque Medicis Judæis committat, tum quia mortem appetere videtur, qui à Judæo sanitatem exquirit; cum sine auxilio Christi Salvatoris se sanum fieri posse opinetur. *can. quia 7. caus. 26. q. 2.* tum quia Judæi omnes Christi sunt inimici, fideique Christianæ hostes, blasphemique nominis Christi, nec non pejores omnibus gentibus ac Sodomitis *cap. licet universis. 23. de testib. cap. 1. c. cum sit nimis 16. de Judæis, can. nonne 37. caus. 1. q. 1.* tum quia sub excommunicationis pœna prohibitum est, ne in suis infirmitatibus alicujus Judæi Medici utantur. *cap. nullus 13. 28. q. 1.*

IV.

Medicus novus septem primariorum medicorum judicio est assumendus eique locus ultimus tribuendus *l. 10. C. de Profess.* Præsentes itidem exteris præponendi, nisi hi peritiores sint. *Perez. C. eod. n. 19. 20.* Et licet promotus jam Doctor sit, debet prius sub experto archiatro praxin exercere, ne experimenta per mortes agat, utpote cùm jam Medicis impune sit homines occidere, cùm tamen in hanc temeritatem graves pœnæ constituendæ & ad mortem extendendæ sint. *Perez. C. eod. n. 21. 22.*

V.

Medicina Nobilitatem non obfuscat. *Brunnem. ad l. 11. C. de profess. & med. in fin.* Nam summa Archiatrorum erat dignitas. *Perez. t. t. C. de Comit. & Archiatr. Brunnem. ibid.*

VI.

Medicorum judicia & experimentationes de morbis valdè sunt lubricæ *Pruckmann. P. 2. Resp. 22. num. 169.* & Medico uni quamvis experientiâ multâ decorato fidere est res plena periculi. *Pruckm. d. l. n. 61.*

VII.

Medicorum testimonio de vulnere standum, quatenus in depositione eorum nulla inconstantia deprehenditur. *Pruckman. P. 2. Resp. 22. num. 167.* Plures Medici si dissentiant, locum relinquunt judicio peritioris. *Stryck. de Jure sens. Dissertat. 1. cap. 2. numer. 21.*

Quodsi

Quod si non constet quis majori peritiâ polleat, standum erit majori parti Medicorum: Si verò hi pares numero fuerint, contra vulnerantem pronunciandum esse decidit *Boër. Dec. 323. n. 21.* Sed tutiùs hic inæqualem numerum Medicorum adhibendum, dum satius sit, nocentem dimittere, quàm innocentem damnare, vult *Stryck. d. l. cap. 3. n. 19.*

CAP. XX.

Mediocritas, Medium.

Axioma I.

Nec minimum nec maximum statuendum & eligendum. *l. a quo enim. 12. § 2. rem rat. haber. l. 37. de legat. 1.* etiam in donationibus infinitis. *l. si quis 35. §. 1. C. de donat.* nec optimum, nec pessimum in Contractibus præstandum. *l. 19. §. 4. de ædilit. edict. Perez. C. de Excusat. Artif. n. 5.*

II.

Medium participans de utroque extremo sortitur naturam potentioris. *l. quæritur 10. ff. de statu hom.* Dyn. *in reg. is, qui docet de R. l. in 6.* Bald. *in c. 1. col. 4. de success. feud.*

Limita, nisi detur ratio diversitatis dispositione juris concurrente, ut ait Abbas *in cap. super quæstionum, §. si vero. col. 2. de offic. deleg. quem sequitur* Rochus de Curte *in tract. de jure patron. quæst. 7. col. 2. adde & ea quæ tradit* Panorm. *in cap. fin. de jure patron. junctio textu in c. cum dilectus 28. eod. tit.* Exemplum vide *in cap. Raimutius. extr. de testam.* Ubi filius fuit denominatus à matre clera, & non à patre, qui tamen dignior esse dicitur, & cujus originem sequi debet. *l. 1. ff. ad municip.* quemadmodum hoc pluribus illustrat Lud. Gomez *in Comm. ad §. superest. Inst. de action. n. 41.*

III.

In moralibus qui dat finem, dat etiam media ad finem pertinentia. Hugo Grot. *lib. 3. de jure bell. & Pacis, c. 14. num. 31. §. 2.* ibique Dd. *Inst. qui & quib. ex cauf. manumitt. non licet.*

IV.

Medio sublato, sine quo ad extremum perveniri non potest, & ipsum extremum censetur ablatum. *l. scimus 36. §. fin. C. de inoff. testam.* Ita sublata querela, per quam pervenitur ad petitionem hereditatis, & ipsam petitionem sublatam intelligi subsumit Gail. *1. obs. 122. n. 8.*

V.

MEDIUM præsumitur probatis extremis, videlicet principio & fine, *l. sicut 8. §. non videtur 15. ff. quibus modis pignus, vel hypoth.* Bart. *in l. Celsus, num. 21. ff. de usucap.* [gloss. *in cap. per tuas 6. in verb. præsumuntur, extr. de condit. appos.* Schneidewv. *in tit. Inst. de Usucap. num. 61.* Carpzov. *p 3. const. 3. defin. 26. num. 7.*] Alciat. *de præsumpt. regul. 3. præs. 22.* ubi limitat in actibus momentaneis, Bald. *cons. 247. circa med. lib. 2.* ubi ampliat in omni materia, & in omni actu, qui recipit continuationem. Decian. *cons. 11. n. 124.* Jas. *cons. 46. in fin. lib. 3.* ubi ait procedere, quando aliquid de medio est probatum, aliàs secus. Socin. jun. *consil. 15. numer. 4. lib. 4.* ubi limitat, quando medium esset inhabile, quia influit inhabilitatem in extremis, Mascard. *de probat. conclus. 730.* Sigism. Scacc. *de appellat. quæst. 18. remed. conclus. 5. num. 56.* Cardinal. Tusch. *pract. conclus. tom. 5. lit. M. conclus. 175. per totam.* Rot. *in Florentina capellæ 30. Maji 1616. coram R. P. D. meo Pirovano, impressa per Vivian. post. prax. Jurispatron. decis. 61.* Media enim declarantur ex præcedentibus & sequentibus. Roland. à Valle *cons. 25. n. 30. & 31. lib. 4.* & debent congruere præcedentibus & sequentibus. Rot. *decis. 41. numer. 3. apud Farinac. p. 2. recent.* Imo media talia præsumuntur, qualia sunt extrema, arg. d. text. *in d. l. sicut. 8. §. non videtur 15. ff. quibus mod. pign. l. existimo 38. ff. de verbor. oblig.* Rota *decis. 111. num. 41. p. 5. recent.* unde dicitur quod media referuntur ad extrema. arg. *l. talis scriptura 30. in fin. ff. de legat. 1.* & facit text. *in cap. secundo requiris, in princ. de appellat.* ubi quod illa, quæ sunt in medio, sæpe ad principium & finem referuntur. Et quod extrema potius quam media sint attendenda, firmat Afflict. *in decis. 595. num. 5.* Et quod media ab extremis declarentur, *l. qui filiabus 17. & l. si servus plurium 50. §. fin. ff. de legat. 1. & l. 1. C. de liber. præter.* Rota *d. decis. 11. numer. 42. & 43.* [Fichard. *1. cons. 42. numer. 4.* atque hoc in terminis habilibus accipiendum esse, ex eo, quod media non semper attendantur, sed extrema quandoque curentur. *ex l. sed si 6. §. servus de hered. instit.* adjicit Afflict. *decis. 195. n. 5.*

Unde provenit, ut si quis probet possediſse in præteritum de certo tempore, & de præsenti, præsumitur etiam possediſse medio tempore. Bart. *in d. l. si Celsus.* ubi Balb. *in repet. p. ult. num. 5. cum seqq.* Anchar. *cons. 5. numer. 10. vers. ad hoc respondeo.* Alex. *cons. 39. Visis scripturis, num. 5. lib. 2.* Natt. *cons. 235. num. 18.* Roland. à Valle *cons. 25. numer. 31. lib. 4.* Surd. *cons. 37. numer. 46. & 47.* & ideo ad effectum præscriptionis, si probatur possessio in principio & fine, probantur etiam medio tempore, *c. volumus 16. quæst. 4.* Fulgos. *cons. 104. Quædam. num. 1. col. 3.* Socin. *cons. 59.*

Visis actis. num. 7. lib. 4. Lanfranc. *in c. quoniam contra num. 66. de probat.* Jason. *in l. talis scriptura, col. 1. cum seq. ff. de legat. 1.* Angel. Aretin. *cons. 19. Videtur. num. 19. cum seq.* ubi declarat, quòd in possessione probatis extremis probatur medium præsumptivè, quando in illo medio non probatur possessio alterius: sed si probatur possessio alterius, quia extrema non possunt conjungi, & præsumptio cedit veritati, ideò quia duo non possunt in solidum eandem rem possidere, non probatur medium: quod intelligitur respectu ejusdem possessionis naturalis; at verò respectu diversæ possessionis adhuc potest is, qui probavit, possessionem naturalem de præterito & præsenti dicere, quod etiam medio tempore possedit civiliter, licet alius naturaliter medio tempore possederit, refert Card. Tusch. *d. l. M. concl. 173. num. 36.* ubi *numer. 32.* post Felin. *in cap. sicut. numer. 27. de re judic.* limitat, quando ageretur de solemnitate extrinseca probanda medio tempore, quia non præsumitur in præjudicium tertii, & *n. 34.* limitat etiam, ubi vera probatio requiritur, quia tunc non sufficit probatio extremorum. [Ubi itaque medium non convenit extremis, impediri dicitur interpretatio, quæ ex scripturæ ordine vult desumi. *l. tria 32. ff. de serv. rust. præd.* Bald. *in l. si avia. vers. in gl. sciens. C. de jure delib. & ad l. Benignius. ff. de LL.* Gœdd. *3. Cons. Marp. p. 26. num. 124.*]

VI.

MEDIUM inhabile impedit extrema habilia posse conjungi. *l. fin. ff. de fluminib. l. qui sella 7. §. fin. ff. de servit. rustic. l. prædia 32. ff. eod.* Socin. jun. *cons. 15. num. 4. lib. 4.* Surd. *cons. 8. n. 17. & cons. 136. num. 34.* Anton. Monach. *Florent. decis. 62. num. 18.* Card. Tusch. *tom. 5. lit. M. conclus. 173. n. 32.* Vide supra *lib. 5. cap. extremum.*

VII.

MEDIA via semper est eligenda. *§. ultimo.* ibi: *nos mediam quodammodo viam eligentes. Instit. quibus ex causis manum. non licet. §. cum ex aliena 25. ibi placuit media. Inst. de rerum divis.* [Facit. §. 1. ibi: *& liberis pepercimus & patribus. Inst. per quas person. nob. acquir. §. ult. Instit. de vulg. substi.* imò & veteres Juris auctores medietatem quandam secutos esse, patet ex *l. antiquiz. si pars hered. pet. l. filio 7. ut legat. nom. cav. l. 6. §. 3. de offic. procons. l. 137. §. 2. de V. O.* quod procedere maximè in dubio per *l. & hoc Tiberius 41. ff. de hered. inst. §. ult. Inst. de vulg. subst. l. 25. de pignor. act. probant* (quam pro componendis creditoribus & debitoribus inducit Mevius *in 4. dec. tract. de discuss. levaminum.*] Tiraq. *de jure primogenitura quæst. 17. opin. 4. n. 9.* & Harprecht. *ad princip. Inst. de auctorit. tut. num. 17.* facile enim amplectendæ sunt ejusmodi sententiæ, per quas fit, ut neutra pars lædatur. *l. Ex his 8. in fin. qua in fraud. credit. l. servus dotalis. 58. in fin. solut. matrim. Anton. Faber in rational. ad l. 10. §. 9. de in rem vers.* Unde quando Judex bonus in aliqua causa opiniones hinc inde plurium Dd. magnæ auctoritatis haberet, debere eum per medium causam decidere, ait Borgnin. Cav. *in tract. de Tutor. & Curat. p. 147. n. 338.* quia τὸ μέσον ἄριστον, id quod vel maximè etiam in bellis observari ex historiis facile depromitur. Ita cum Herennius Pontius pater filio Samnitum Imperatori suaderet, ut exercitum Romanum in angustiis Caudinis intercluſum aut dimitteret salvum, aut totum deleret, filius autem mediam elegisset viam & Romanos sub jugum missos ad sua redire passus esset, inter media se lapsum, (verba sunt Livii,) victoriæ possessionem incerta pace mutasse, & beneficii maleficii occasione amissa pugnaturos cum eis, quos potuerint in perpetuum vel inimicos tollere vel amicos facere, Liv. *lib. 9. cap. 12.* Aliud tamen placere Italis, dixit Machiavell. 1. *de Republ. cap. 26.* vide Natal. Com. *lib. 9. An. 1556. ibi neque bonitas neque malitia mediocris videtur esse utilis.* Imò & Ulpian. *in l. 6. pr. de pœn. l. 7. in fin. ff. de ann. legat.* & Paulum *in l. 34. §. fin. de negot. gest.* mediam viam repudiasse invenimus, quod medium dividendi, & gl. *in d. l. 34.* rusticorum esse dicit. Sed hoc Stoicorum in re dubia consuetum judicium erat, quos propterea Servius herciscundos vocat. Cujac. *10. obs. 4. add. & §. 4. Instit. de vulg. subst. ubi vide omnino* Osterman. Merill. *1. obs. 6. vid.*] Thom. de Thomass. *in floribus legum, reg. 178.* ubi declarat, quando jus, vel sententia non potest magis adaptari ad unam partem, quàm ad aliam, Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 5. lit. M. conclus. 170. per totam.* Tiraquell. *de primogen. quæstio. 17. opin. 4. à num. 9.* Anton. Thesaur. *Pedem. decis. 89.* Menoch. *lib. 1. præs. 97. num. 17.*

[Limita I. cum dicimus in juris decisionibus medium esse tenendum, medium illud, ut Ethici de medio virtutis loquuntur, non consistere in puncto, sed aliquam habere latitudinem, Bachov. 2. *disp. 1. thes. 6. lit. B.*

Limita II. hanc regulam procedere tum

tum demum, quando subjecta habilitas non repugnat, & quando utrinque par est ratio, Harprecht. *d. loc. n. 25.*]

IIX.

Expedit Reipubl. ad ejus administrationem promovere hominem mediocris ingenii, non sublimioris. *Perez. C. de Equest. Dignit. n. 7.*

CAP. XXI.
De Melancholiâ.

Propter Melancholiam pœna potest mitigari. *Carpz. Pract. Crim. p. 3. q. 145. n. 53.* Et Melancholici mortem sibi inferentes honestâ sepulturâ non sunt planè privandi, licet non omnes alias consvetæ adhibeantur ceremoniæ. *Struv. Synt. Jur. Civil. Ex. 15. th. 82.*

CAP. XXII.
De Melioramentis.
Axioma I.

Melioramentorum nomine veniunt reparationes & ædificationes necessariæ & plantationes vitium, salicum, arborum. *Garz. de impens. & meliorat. cap. 1. n. 8. 9. & cap. 15.*

II.

Res prædiaque retineri possunt ob melioramenta, die Verbesserungen/ donec ea solvantur. *L. 58. ff. de Leg. 1. 2. F. 28. §. 2. Schneid. in §. 28. Inst. de act. in act. conduct. n. 23.*

Limita, quod melioramenta immodicè facta, die unnöthige übermäßige Besserungen/ non restituantur, idque notandum contra potentes hypothecarios, qui sumtuosis ædificiis Dominum è reluitione excludere conantur. *Gail. L. 2. obs. 12. n. 6.*

III.

Meliorationes se fecisse allegans illud probare debet. Sunt autem melioramenta difficillimæ probationis, & in ædificia facta probantur per Architectos & peritos in arte, ubi tamen illi non sunt adhibendi, qui adhibiti fuerunt, cùm ipsum ædificium exstrueretur. *Pruckmann. P. 1. R. 247. n. 46. seqq.*

CAP. XXIII.
Melius est.
Axioma I.

MELIUS est occurrere in tempore, quàm post illatum vulnus remedium quærere; sive Melius est, intacta Jura servare, quam post vulneratam causam remedium quærere, *l. ult. in fine. C. in quibus causis in integ. restit. non est necess. l. 1. C. quando liceat unicuique sine Judice se vind.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 21. tit. 8. num. 30. in fine.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 648.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 5. n. 105.*

II.

MELIUS est habere rem, quàm petere, Card. Tusch. *tom. 5. lit. M. concl. 184. num. 3.*

III.

MELIUS est pauca cautè agere, quàm multis interesse periculosè, *auth. de tabellionib. circa med. collat. 4.*

IV.

MELIUS est, seu magis nostra interest non solvere, quàm solutum repetere. *l. si stipulatus esses 15. ff. de fidejussorib. l. si cui legetur. 29. fin.* ubi Aretin. *in 3. not ab. ff. de legat. 1. l. 3. C. de solutionib.* Cardin. Tusch. *d. lit. M. conclus. 184. n. 5.*

V.

MELIUS est pauca verba idonea effundere, quàm multis inutilibus homines prægravare, *l. tanta. 2. §. contrarium. 15. C. de veteri jure enucl.* quia verba superflua & inania solent stomachari prudentes, Roland. *cons. 39. num. 2. lib. 2 & cons. 61. in princ. lib. 3.* quem refert Card. Tusch. *tom. 7. lit. S. concl. 895. n. 31.*

VI.

MELIUS est nocentem dimittere, quàm innocentem punire, *l. absentem 5. ff. de pœnis.* Cardinal. Tusch. *tom. 1. lit. A. conclus. 41. num. 3. & tom. 5. lit. O. concl. 55. n. 2.*

CAP. XXIV.
Membra.
Axioma I.

MEMBRORUM suorum nemo est dominus. *l. liber homo 13. ff. ad legem Aquil. cap. si non licet 9. 23. quæst. 5.* cum aliis *ibidem.* [*l. 9. §. 2. ff. de pecul. legat. l. 9. §. 7. de pecul. l. 6. §. si quis. de re milit. l. 4. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 38. §. fin. ff. de pœn.* Ungepaur. *exerc. Justin. disp. 9. 10.* Bœckel. *de public. judic. disquis. 6. num. 20.* quia interest Reipub. ut homines conserventur. Farin. 1. *cons. crim. cons. 23. num. 2.*] Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de favore clericorum Canonis. §. 1. num. 15.* cum hujusmodi dominium sit soli Deo reservatum, juxta illud *Sapient. 16. Tu es, Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem,* & *Deut. c. 32. Ego occidam, & ego vivere faciam.* [licet secundario & Respub. etiam Domina membrorum hominis dicatur, ut post Bart. *in l. Titio centum. §. Titio centum. ll. 2. vers. 3. ratio. ff. de condit. & dem. act.* Dec. *in l. si quis. n. 24. ff. de Jurisd.* Menoch. *1. arbit. judic. cas. 87. n. 7.*]

Unde nemini licere se ipsum jugulare, aut veneno se occidere, seu vitam suam, ut propria membra dissipare, colliges ex late congestis adversus eos sic delinquentes per D. Thom. *2. 2. quæst. 64. art. 5.* Plac.

de delict. cap. 23. Tiraq. *de nobilit. c. 31. num. 559. cum seqq.* Simanch. *de Cathol. institut. cap. 18. à num. 21.* Clar. *in practic. lib. 5. §. fin. quæst. 68. num. 37.* Covar. *lib. 1. cap. 2. à num. 8. lib. 2. cap. 1. num. 11. col. ult.* Anton. Gom. *var. tom. 3. cap. 3. num. 13. cum seqq.* Anton. Scap. *de jur. non scripto, lib. 5. cap. 189.* Petr. à Navarra *tom. 1. de institut. lib. 2. cap. 3. à num. 14.* Roland. *cons. 20. per totum vol. 3.* Petr. Royz. *Lituan. decis. 1. n. 14. cum seqq.* Menoch. *de arbitrar. casu 284.* Molin. *de Just. tom. 4. tractat. 3. disput. 1.* Leon. Less. *in simili tract. lib. 2. c. 9. à num. 98. cum seqq.*

HINC etiam infertur, clericum qui se ipsum injuriosè percutit, scilicet irato animo vel vitæ tædio, vel ex alia irrationabili causa, excommunicationem incurrere, ut resolvunt Felin. *in cap. contingit. il. 1. num. 1. vers. & per hoc, de sentent. excomm.* Carrer. *in praxi, tit. de homicid. §. octavo quæro.* Navar. *in Man. cap. 27. num. 88. in fine.* Mantu. *sing. 1. num. ..... Clar. §. fin. quæst. 77. num. 3.* Menoch. *de arbitrar. casu 284. num. 37.* Gutier. *de juram. confirmat. p. 1. cap. 16. num. 54.* Cened. *ad Decretum collect. 24. num. 13.* Soar. *tom. 3. de censur. disp. 22. sect. 1. à num. 57.* Sayr. *in simili tract. lib. 3. cap. 26. num. 20.*

DENIQVE hinc colliges, non posse clericum consentire, ut aliquis eum percutiat, quin excommunicationem *can. si quis suadente 29. 17. quæst. 4.* incurrat, ut Doctores communiter deducunt *ex d. cap. contingit.* & explicant Mantu. *Dialog. 35.* Jacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 2. cap. 49. n. 6.* Gutier. *d. c. 16. à n. 53.* Soar. *ad sect. 1. à n. 57.* Sayr. *d. c. 26. n. 18.*

VERUM contra hanc resolutionem non leviter obstat, quod ille *can. si quis suadente 29. 17. quæst. 8.* expressè requirit, ut excommunicatio ipso jure incurratur, quod injectio manuum ipso jure sit violenta, ut patet ex verbis ipsius *can.* & melius ex *cap. 1. de sentent. excommun.* ibi, *non potest in ipsis injectio manuum violenta notari*, quæ particula non convenit percutienti clericum volentem & consentientem, juxta *reg. scienti 27. de Reg. Jur. lib. 6.* cum similibus, & fatetur ipse Pontifex *in d. cap. contingit 36.* ibi: *hujusmodi manuum injectio etiamsi non violenta, de sent. excomm &c.* & magis in decisione, quæ habetur in *vers. ideò*, quatenus solùm prohibet, ne de cætero illud fiat, ut clerici se percutiendos laicis subjiciant; minimè autem percutientibus volentem clericum excommunicatio præscribitur; sed clericos sic se percussioni subjicientes post tempora illius text. excommunicandos esse constituit. Atque ita ex iis fundamentis non defuerunt, qui disputando contra communem sententiam tenuerint, negantes percutientes clericum volentem excommunicationem illam incurrere, de qua *in d. can. si quis suadente*, quod alii probabile censent ante, *d. cap. contingit*, non ita post illud, quia putant ibi expresse probari, istos eam excommunicationem incurrere, de qua *in d. can. si quis suadente.*

Ego igitur, licet rarò & difficulter a receptis sententiis receptis consueverim, nunquam tamen supra dictæ communi potui acquiescere, sed semper constanter existimavi, & existimo, neque ante, nec post, *d. cap. contingit*, probari Juri nostro, quod percutiens clericum volentem excommunicationem illam ipso jure incurrat, ut latius, & majori cum commoditate alibi ostendam. Qua quidem sententia retenta facilè etiam erit defendere resolutionem contra communem, de qua *supra num. 3.* quod clericus se ipsum percutiens excommunicationem illam non incurrit, etiamsi injuriosè fiat, vel illicitè, ut tenuit Fab. qvem refert & sequitur Mantu. *dialog. 125. vers. si seipsum vulneraret.* Et ratione illa confirmatur, quia ad excommunicationem illam incurrendam requirit canon distinctionem personarum inter ipsum percussorem, & percutientem, quod generaliter in omnibus moralibus actionibus pro regula constitutum est, *in cap. ult. de Instit. & in cap. debitum 4. de baptismo.* cum similibus.

II.

MEMBRA à capite recedere non debent. *cap. cum non liceat. 12. de præscript.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 1. n. 17.* Nicolaus Losæus *de jur. univers. p. 3. c. 11. n. 7.* [sed corpus & caput sequuntur. *l. 1. §. 1. vers. quo quis. ff. de crim. læs. Maj.* Bœckel. *de publ. judic. disquis. 4. n. 7.*]

CAP. XXV.

Memoria. *confer* Reminiscentia. Gratitudo.

Axioma I.

Memoria est labilis. *l. peregrè 44. in pr. ff. de acquir. poss. l. 2. §. si quid autem 13. C. de vet. jur. enucl.* Schneidewin. *de feud. in proœm. num. 3.* in omnibus enim irreprehensibilem seu inemendabilem existere, utique solius divinæ non autem mortalis est constantiæ seu roboris. *§. si quid autem 13. de confirmat. ff.* quæ non nisi per scri-

pturam

pturam perpetuari poteſt. Bald. *in l. jubemus. §. ſed ne aliqua. C. de teſtam.* add. Gail. *1. obſ. 104. num. 2.* Coſtal. *in parerg. adverſarior. num. 21.* Hieron. Magon. *deciſ. 39. num. 7.* Viv. *deciſ. 64. num. 14.* Burſat. *conſ. 278. num. 2. vol. 4.* Zaſ. *conſ. 3. lib. 2. num. 45.* maximè in rebus alienis, Cornel. *conſ. 36. vol. 1.* Huc refer exempla allata à M. Mantuano *in dialog. denar. claſ. 11. c. 35. n. 2.* Siquidem videmus memoriam, ſicuti hominem, creſcere & decreſcere, oriri & mori, *l. quidam tabularum 32. §. 1. verſ. quid ergo. ff. de furt. l. 2. §. penult. de aqua pluv. arc.* Natt. *conſ. 47. n. 30. & conſ. 112. vol. 3.* Unde cum ea naturæ beneficio conſtet, arte augeri & excoli debet poſt Sabell. Zwinger *in Theatr. c. 1. lib. 5. pag. 34. verb. uſus aliquis. vid. hac de re Plutarchum in Caton. Minor. ubi ait:* Πέφυκε τὰς μὲν εὐφυεῖς ἀναμνήσεως μᾶλλον εἶναι: μνημονικὰς δὲ τὰς μετὰ πόνου καὶ πράγματείας παραδεχομένας; Natura comparatū eſt, ut memoria minus valeant ſagaces; valeant autē qui cū labore & ſudore arripuerunt. Memoriam enim retineri ejus rei beneficio, ad quam ſæpè reſpicimus, & minui niſi exerceatur, poſt Ciceron. *de ſenect.* Petrarch. *de remed. adverſ. fort.* trad. Viv. *deciſ. 64. num. 18. & poſt hunc* Ruland. de Commiſſar. *lib. 1. cap. 9. num. 8 & 9. adde &* Senec. *in proœm. controverſ.* Quintil. *l. 11. cap. 2.* Unde etiam legumlatores de memoriæ labilitate conqueruntur, *ut in can. noſtrates. 3. verſ. hæc ſunt præter alia.* ibi: *alia ad memoriam non occurrunt. cauſ. 30. q. 5.*

II.

De quo nulla extat memoria, illud neſcitur. *l. ſi arbiter. 28. ff. de probat.* Weſenb. *lib. 1. conſ. 4. num. 104.*

III.

Memoriæ ea melius mandantur, quæ ultimo audiuntur, *c. liquido 54. de conſecr. diſtinct. 2.* Lud. Gomez. *ad §. ſupereſt Inſt. de act. n. 14.*

CAP. XXVI.

Mendacium, inficiatio, reticentia.

Axioma I.

Mendacium ſit in perſonam, non in rem, Cujac. *in Paul. lib. 18. ad edict. per l. electio 26. §. neque 5. de noxal. act. pag. 250. A.*

II.

Mendax precator carere debet impetratis. *l. etſi 5. C. ſi contr. jus vel util. publ. c. ſedes 13. de reſcript.* Gail. *1. obſ. 2.* vid. infra *lib. 14. c. Preces. ax. 1.* mendacium enim nemini debet prodeſſe ſed puniri. *Perez. C. de incol. n. 30.*

III.

Mendacium aliquando corrigit pœnitentia vel juſtus error. *l. de ætate 1. §. pen. & ult. de interrog. in jur. fac. l. is qui ſe obtulit. 25. ff. de rei vind.* intellige ſcil. re adhuc integra. Cujac. *in d. loc. Pauli ad l. 26. §. 5. de noxal. act.*

IV.

Mendacium nemini nocens non eſt punibile. Bald. *in l. fin. per illum text. ff. quod cum falſ. tutor.* quia ut inquit Salicet. *in Auth. contra qui propriam. col. 3. in princ. C. de non num. pec.* mendacium quod alteri non nocet cenſetur nugatorium, *l. fundum ejus. §. ult. de Evict.* Gœdd. *4. conſil. 49. n. 48.* quem refert & ſequitur Ludov. Gomez *ad §. in perſonam Inſt. de action. num. 17.* pœnaq; mendacii nulla eſt, ubi nullum damnum eſt. *l. damus. C. de falſ.* Cravett. *conſil. 366. n. 36.* add. omnino *Natten. 3. conſil. 588. n. 9. & 13.* Mendacium enim licet in ſe turpe & Deo & hominibus inviſum, in ipſo tamen ſapiente propter utilitatem aliorum, aut bonum commune laudatur, Plato *in dialog. de juſto Herodian. lib. 3.* Bodin. *in method. cap. 4. & lib. 1. de Magia Dæm. cap. 1.* Pontan. *4. de obed. cap. 12.* Setzer. *diſp. Juſtin. 21. corol. 1.* Hinc in neceſſitate & ex cauſa licere mendacium dicere, cum aliquis juvatur, nec quicquam cuique nocetur, neque inde ullum delictum inducitur, latiſſime diſputavit Alber. Gent. *in lib. de abuſ. mendac.* quem ſequitur & Umm. *diſp. ad proceſſ. jud. 2. theſ. 8. num. 42.* Unde mentiri licere in judicio pro jure ſuo conſervando, inquit Angelus, *per illum text. in l. ſi quis de libertate 12. ff. de injur. per l. at qui natura 19. §. cum me abſente 3. cum gl. ff. de neg. geſt.* quamvis quando quis mentitur non pro jure ſuo conſervando, ſed pro alieno auferendo, ſecus dicendum foret. Lud. Gomez. *ad §. ſed iſte Inſt. de action. 33.* ubi quibus caſibus liceat mentiri & in quibus caſibus non, allegat text. *in c. primum 22. q. 2.* Licet enim vita hominis nulla fallacia defendenda, nec mendacium dicendum, quamvis ex eo poſſet quis à morte liberari, quoniam os quod mentitur occidit animam, *cap. omne genus 16. cum ſeq. 22. q. 2.* Joh. de Imol. *in cap. ex tenore in 2. notab. X. de teſtib. & ibi* Felin. adeo ut nec pro ſalute aut defenſione hominis mentiri licitum ſit. gl. *in cap. nullus unquam in verb. ad minuendum 4. quæſt. 4.* attamen quando hæc duo potiſſimum concurrerent, ſcil. foveret juſtam cauſam & uteretur malitiis & cavillationibus ſine mendacio, arg. eorum quæ profert gl. *in cap. cupientes. in verbo malignantium. de Elect. in 6.* ubi dicit, quod poteſt quis fallaciis uti contra fallacias & malitias adverſarii, cum non videatur fraudem facere, qui fraudem excudit. & *in cap. Dominus noſter 2. 23. q. 2.* non peccaret: quod in foro contentioſo Pacian. quidem admittit, in foro tamen animæ periculoſum eſſe, cum malitiam in ſe contineat, maximè quando juramentum interveniſſet, concludit *lib. 1. de prob. c. 21. n. 3. cum ſeqq.*

V.

Mendax in dolo eſſe præſumitur, *l. & elegan-*
ter 7. §. fin. cum l. ſeq. de dolo. l. falſus 43 §. 3. ff. de furt. ſi mendacium in ſuum commodum redundet, gloſſ. *in l. item ſi pretio. §. fin. ff. locat.* Alex. *in l. dolum. C. eod.* Bart. Socin. *conſ. 159. col. 4. verſ. ſecundo principaliter.* Barbat. *conſ. 56. n. 4. vol. 2.* Wurmbſer. *1. obſ. tit. 51. obſerv. 10.* Carpzov. *p. 3. conſtit. 50. defin. 9. num. 5.* Ruin. *conſil. 73. num. 1. vol. 2. & conſil. 29. num. 6. vol. 1.* Harprecht. *ad §. 4. Inſt. de locat. num. 47.* Hartman. Piſtor. *1. quæſt. 29. num. 4.* Semper enim in mendacio alio non docto dolus ineſt. *l. ſi quis affirmaverit 9. ff. de dolo.* Roman. *conſ. 8. num. 2.* Ruin. *conſ. 29. num. 6. lib. 1. & conſ. 2. n. 13. & conſil.*

244. num. 6. Hyppolit. Riminald. *consil. 274. num. 67. vol. 3.* Farin. *1. conf. crim. 18. n. 6.* Dec. *conf. 32. num. 24. vol. 3.* cum in dolo sit, qui affirmat quod non est verum. *d. l. 9. §. 1. ff. de dol.* Cravett. *consil. 2. n. 7.* Unde & mendax præsumptionem delicti semper habet contra se, Boer. *decis. 164. num. 29. part. 1.* Foller. *in pract. crim. in verb. ad defensam post num. 5.* Jacob. Port. Imolens. *conf. 94. num. 37. & conf. 96. num. 33.* Boss. *tit. de indiciis. num. 36.* Roland. *conf. 14. num. 19. vol. 4.* Itaque contra eum judicari debet, *§. ult. Inst. de fideicom. hered.* Farin. *lib. 1. conf. crim. 50. num. 37.* facit enim se suspectum, *c. 14. de præsumpt.* adeo ut mendax in uno præsumatur mendax in omnibus, *l. cum de indebito. 25. ff. de probat.* Paris. *conf. 90. n. 29. vol. 1.* Jac. Port. Imolens. *conf. 94. n. 6.* siquidem mendacium ingens præbet indicium doli & criminis & alicujus commissi, ut etiam judex possit ob mendacium ad torturam procedere, etiamsi alia extrinseca indicia non præcedant, Bart. *in l. fin. num. 3. & 4. ff. de quæst.* Bald. *in l. presbyteri. num. 2. C. de Episc. & Cler.* Angel. *in tract. de malefic. in verb. fama publica. vers. non quæritur.* Franc. Brun. *in tract. de indic. & tortur. col. 2. vers. quæro an mendacium.* Hyppolit. de Mars. *in pract. crim. §. diligenter. num. 74. & 98.* Regner. Sixtin. *in Conf. Marpurg. consil. 12. vol. 3. num. 28.* de quo tamen an & quando faciat indicium ad torturam, vid. regulam cum suis ampliationibus & limitationibus positam per Felin. *in sua practic. crim. part. 1. tit. de indic. & tortura quæst. 52. num. 1. & seq.* Sic negantem per mendacium, à LL. etiam puniri exempli loco sit. *l. fin. ff. de rei vindic. & l. qui servum. 20. §. in jure 1. ff. de interrogat.* ubi dicitur, quod si quis se possidere negaverit, & possideat, auferatur ab eo possessio. ad idem vid. Jac. Phil. Port. *lib. 1. comm. concl. reg. 30. in princip.* & Rol. à Vall. *conf. 80. n. 8. vol. 4.* sic vigore *l. contra negantem. C. ad L. Aquil.* contra negantem damnum se injuria dedisse & de mendacio convictum in duplum actio datur, Laurent. Tennin. *de Cautel. caut. 169. num. 2.* Simile exemplum extat & *in l. si dubitet Creditor. 10. §. ita demum 1. de fidejuss.* ubi fidejussor (ut qui divisionis beneficium habet) si neget se fidejussisse, beneficium suum ob mendacium amittit, & ideo videmus præter exempla à Bart. ibi tradita, & Vasallum negantem feudum, rem feudalem ob mendacium perdere *c. 1. §. Vasallus si de feud. fuerit contr.* Abb. *in cap. cæterum. n. 21. post* Jun. *ibid. extr. de judic.* Rip. *in l. qui cum se. num. 1. ff. de re judic. ubi alia similia exempla ponit.* Arnold. Ferronius *in consuet. Burdegal. tit. de feud. §. 5.* Jul. Clar. *in §. feudum. quæst. 59. in fin. pr.* Duen. *reg. 325. & reg. 329.* Jason. *in l. fin. à num. 4. usque ad 11. inclusivè.* Cattel. Cott. *in memorabil. jur. verb. negans.* Idem esse & in socio, qui propter mendacium conveniri in solidum potest, cum sine mendaco conveniri alias non possit, nisi in id quod facere potest. ex *l. si unus. 62. ff. pro soc.* probat Gothof. *in not. ad* Schneidevv. *in Comm. ad Inst. de fidejussor. §. si plures. n. 20. lit. c.*

VI.

Per mendacium veritas occultatur *l. fin. de rei vind. l. servus 20. §. si persuaseris 1. de dol.* Alex. *conf. 77. in causa accusationis. num. 1. vol. 1.* Grammat. *conf. 5. num. 6. cum allegatis per* Decian. *resp. 32. num. 28. vol. 3.* Pantschmann. *2. quæst. practic. 21. num. 130.* Unde mendacium ambire dicitur is, qui veritate inventa, amplius quid quærit. Honthem. *1. de art. Notar. cap. 15. num. 15.* falsum enim est omne quod primordio veritatis non juvatur. *l. cum filius 76. §. heres 3. ff. de legat. 2.* & mendacium veritati præferri nulla patitur ratio. *Nov. Leon. 19.* Unde licet tenue sit, nihilominus tamen perlucet, si diligenter inspexeris, Senec. *epist. 79.* mendaciis itaque semper obviandum. *l. 1. §. 5. de Carbon. edict.* Conf. omnino *Racemat. nost. Crimin. pag. 252.*

CAP. XXVII.
De Mendicis.

Axioma I.

Mendicis ne repleatur Civitas publicè interest. *Carpz. P. 2. Dec. 157. n. 14.* hinc mendicantes validi & ignavi in Republ. non tolerandi. *Idem. Def. Consist. L. 2. def. 324. n. 7.* iisque ne quidem in foro conscientiæ eleemosyna danda. *Id. def. 325. n. 1.* nec mendicare à Magistratu omnibus concedendum, liberique mendicorum ad laborem apti ipsis adimantur & opificiis addicantur, aut servitiis, si parentes iis carere possunt. *Brunnem. ad l. un. C. de Mendic. valid. n. 7. & 8.*

II.

Mendicantes falsarii, Brandbettler/ die auf falsche Brieffe betteln/ aut sine literis ac sigillis morbos, vulnera & defectum naturæ falsò simulantes, fustigatione puniuntur, non attentâ quantitate pecuniæ collectæ. *Carpz. Pract. Crim. P. 2. Q. 93. n. 72. seq.*

CAP. XXIIX.
Mens *vide* Animus.

Axioma I.

Mentis sanæ quilibet esse præsumitur, adeo ut contrarium dicenti onus probandi incumbat. *cap. fin. extr. de succeff. ab intest. gl. in l. filium. emancip. de acquir. hered.* Dd. *in l. Codicillos. & in l. furiosum. C. qui test. fac. poss. & in l. fin. C. de hered. instit.* Bart. *in l. is potest. num. 137. de acquir. hered.* Bald. *in t. 1. num. 1. ff. de condit. instit.* Paris. *conf. 87. num. 1. & 2.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 5. & 6.* atque ita sanæ mentis esse præsumitur testator (utpote in quo mentis sanitas maximè necessaria. *l. 2 ff. qui test. fac. poss.*) si prudenter testatus sit, quod apparere potest ex eo (1.) quando pro anima sua legavit, quæ omnibus merito est anteferenda. *l. sancimus 21. in fin. C. de SS. Eccles.* (2.) quando instituit heredes ab intestato successuros, quod argumentum esse sanæ mentis, ait Corn. *consil 232. num. 4. & conf. 319. num. 2. vol. 1. add.* Grat

con-

consil. 90. num. 29. vol. 2. & (3.) quando consuluit bene de se meritus. Alex. *cons. 12. col. fin. vers. & dictum Petri vol. 1.* Vult. *lib. 1. Consil. Marpurg. 29. num. 29.*

II.

MENS magis debet attendi, quàm verba, quia mens potentior est verbis, *l. Labeo 7. in fin. ff. de supellect. leg. l. nominis & rei. 5. §. verbum 1. ff. de verb. signif.* Armendar. *in proœm. addit. ad recopil. legum Navarræ. numer. 19.* Sigism. Scacc. *de appellat. quæst. 4. n. 21. & de commerc. §. 1. quæst. 1. n. 28. cum seqq. & num. 358. & 577. & seq. & recopil. 10. num. 36. & §. 6. gloss. 1. n. 11. vers. quia.* Mar. Giurb. *in consuet. Messanens. in proœm. n. 5.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 769. num. 21. & cap. 755. num. 23. & tom. 5. cap. 814. num. 14.* & verba trahuntur ad mentem & rationem, non è contra, Oldrad. *cons. 9. vers. item cum Jura dicant. num. 3. & 4.* Federic. de Senis *cons. 4. num. 5. vers. multum est.* Jason. *cons. 140. col. 5. lib. 2.* ubi quod inserviendum est menti, & illi adhærendum, si apparere potest. Ancharan. *cons. 219. Mirum. numer. 5.* ubi quod verba impropriantur, ut deserviant menti, latè Card. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. M. concl. 199. per tot.* [imò & secundum ipsam mentem verba dijudicantur, restringuntur & ampliantur, etiam quod de mente constet per extrinsecas conjecturas potius, quam secundum corticem verborum, *l. semper in stipulationibus 30. ff. de reg. Jur.* Castrens. *in cons. 148. Viso & examinato puncto. num. 1. in fin. vol. 1. novissimorum.* Bertazol. *consult. decis. 1. cons. 2. num. 10.* absurdi enim vitandi causa sæpissimè fieri solet, ut non tàm sermonis, quam idonei sensus aut recta juris ratio attendatur. *l. si Titio 19. ff. de Usufr. legat. scire. 13. §. aliud. 2. ff. de excus. tut. l. 6. §. 3. ff. comm. præd.*]

Amplia primò in contractibus, in quibus potiùs attenditur sensus & mens, quàm verba, [*l. ult. C. quæres pignori obl. l. in conventionibus 219. ubi* Alciat. *ff. de V. S. cum aliis traditis latissimè per* Tiraquell. *in repet. l. si unquam in verb. libertis. num. 18. C. de revoc. donat.* Alex. *cons. 28. Visis. in princip. lib. 1. & cons. 34. Viso instrumento. num. 3. lib. 2. & cons. 103. Quoniam. num. 3. & 4. lib. 6.* Abb. *cons. 43. Videtur. n. 4. lib. 1.* Cravett. *cons. 33. num. 21.* Cardinal. Tusch. *d. lit. M. concluf. 99. n. 55. & 73.* quia à mente pendet substantia contractuum. Paris. *cons. 78. num. 10. lib. 1.* Roland. à Valle *cons. 68. n. 45. lib. 3.* Rot. *decis. 700. n. 7. apud Farin. p. 2. recent.*

Amplia secundò in omni ultima voluntate, Roland. a Valle *cons. 35. n. 3. lib. 3. & cons. 70. num. 38. eod. lib.* ubi quòd regina dicitur mens in ultimis voluntatibus, quæ obtinet primum locum, Rot. *decis. 663. n. 1. apud Farin. p. 2. recent.* ubi quod mens testatoris in interpretandis ultimis voluntatibus potius attendenda est, quàm nimia Juris subtilitas. Cardin. Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 3. num. 9.* ubi quod pro servanda mente & voluntate testatoris receditur à verbis, Castr. *cons. 264. Videtur dicendum, lib. 2.* ubi loquitur in substitutionibus, Angel. Aretin. *cons. 32. n. 2. vers. quinimò.* ubi quod impropriantur verba in voluntate, ut mens conservetur.

Amplia tertiò in omni dispositione, Roland. à Valle *cons. 61. n. 35. lib. 2.* ubi quod ex conjecturis elicitur, Abb. *cons. 75. n. 7. lib. 1.* Card. Tusch. *d. concluf. 199. n. 77. & 85.* ubi *n. 90.* limitat, quando non constat de mente, quia tunc standum est verbis, & *n. 91.* post Alex. *cons. 32. n. 5. & 6. lib. 7.* etiam limitat, quando mens, vel ratio est dubia, quia attendi debent verba.

Sic etiam Mens debet attendi præsertim in rescriptis, gl. *verb. intentiones, in c. si propter. de rescript. n. 6.* Socin. *cons. 59. n. 4. vol. 1.* Surd. *decis. 268. in fine.* quos refert Octav. Glorit. *resp. 2. num. 7.*

[Declara hæc omnia procedere tum demum, si neque honestati, neque pietati, neque verecundiæ, neque utilitati publicæ repugnet, aut eam lædat. Si enim absurdum, si illicitum, si inhonestum, si pessimum quiddam inde sequatur, voluntatis quæstioni minimè locus erit. arg. *gloss. ad l. in re mandata. C. mandat.* cum hominis voluntas & quælibet ejus dispositio se debeat ad Legem legisque honestatem habere, tanquam ad suam causam finalem, adeò ut si ab ea dissentiat, pro nulla voluntate, pro non acto, pro non cogitato habeatur. Jason. *in l. posti dotem 39. vers. & concludit. ff. solut. matr. per l. 1. ibidem q.* Bart. *Cod. de fals. caus. adject. l. non dubium 5. ubi* Bald. Coras. Bart. *C. de LL. l. nemo potest. 55. ff. de legat. 1. l. 3. §. pro illo. ff. pro soc.*]

III.

MENS ex proœmio colligitur, *cap. ex multa 9. §. secundo quæsivisti, de voto.* [*l. fin. ff. de hered. instit.* Castrens. *cons. 148. num. 2.* Dec. *cons. 379. num. 1. vol. 1.* Alciat. *in l. conventionibus. in pr. d. V. S.*] Tiraq. *in tract. Cessante causa, limit. 1. n. 65.* Mascard. *de probat. concl. 1284. num. 6.* Gutier. *pract. lib. 1. q. 89. à n. 3.* Octav. Glorit. *resp. 1. p. 3. n. 136.* Rot. *decis. 619. n. 5. apud Farin. p. 2. recent.*

IV. MENS

IV.

MENS Principis talis præsumitur, qualis de Jure esse debet, Jas. *in l. causas n. 6. C. de transact.* Gram. *cons. 34. n. 3. & cons. 45. n. 33. in crim.* Dec. *cons. 64. n. 7. & cons. 580. n. 2.* Gozadin. *cons. 101. n. 10.* quos refert Octav. Glorit. *resp. 6. n. 52. in fine.*

CAP. XXIX.
Mensura.

Axioma I.

Mutata rerum mensura vel turbata, omnia reliqua mutari necesse est. Arnis. *lib. 2. cap. 7. de Majest. num. 2.* mutato enim mensuræ statu & ista quoque mutata & alia effecta dicitur. *l. qui res 89. §. aream 8. ff. de solut.*

II.

Mensuræ fiunt secundùm consvetudines locorum vicinorum, text. & gloss. *in c. 1. verb. in unoquoque. Nov. 120. in pr.* Est enim in contrahentium potestate, quibus mensuris & pretiis vina comparentur. *l. Imperatores 71. ff. de contr. empt.* Unde regulariter singulis licitum est ponderare ad quælibet pondera quæ justa sunt, siquidem omnia, quæ sunt de genere permissorum, etiam permissa intelliguntur, si specialiter non reperiantur prohibita. *l. nec non 28. §. 3. ff. ex quib. caus. maj. l. arbitrio 18. §. de eo 3. & ibi gloss. ff. de dol.*

III.

Mensuræ augmentum cui non obest, ei nec diminutio prodesse debet. *l. damni 18. §. si is qui 5. ff. de damn. infect.* arg. *l. 4. ff. de R. I.* Phil. Modic. *q. 79.* ut parilitas quæ servari debet servetur. arg *l. ratas 7. C. de rescind. vend. l. si quis 17. C. de testib.*

IV.

Ob falsam mensuram res vendenti adimi eique mulcta dictari potest. *Perez. C. ut nemini liceat in coëmtione. n. 7. 8.* imò is dupli pœnâ tenetur & relegatur. *l. pen. ff. ad L. Cornel. de fals.* habet & fustigatio & alia pœna arbitraria locum, *Brunnem. ad l. fin. C. de Suscepton. in fin.* Furtum enim committit qui mensuram adulterinam habet. *l. 6. §. 1. de extraord. Crim.* Hinc ad notionem præsidis spectat, ne quis majoribus mensuris gravetur *l. pen. C. de defensor. Civitatum.* & in Civitatibus mensuræ publicæ eriguntur *l. 9. C. de Suscepton.* & ne fraus fiat, ulnæ, mensuræ atque pondera signo publico notantur, estque in urbibus libra publica, ubi merces ponderantur, cujus reditus fisco cedit. *Perez. C. de Suscepton. n. 7. 8. 9.* Pistores, qui minoris ponderis panes conficiunt, incidunt in L. Juliam de annonâ. *Perez. ibid. n. 11.* Tandem Magistratus ob iniqua pondera læsis in subsidium obligatur, si sciente & connivente eo habeantur. *Brunnem. ad l. fin. C. de Suscepton.* Adde *Perez, C. de suariis n. 10. & C. de Frument. Alexandr. n. 3.*

V.

Principis est mensuras & pondera inferioribus præscribere, & inferior tenetur formam & pondus ex Archetypo principis desumere, *Brunnem. ad l. 9. C. de Suscepton.* Hinc Magistratus Jurisdictionem habens pondera mutare nequit, *Brunnem. ad l. 15. C. de Suscepton. Conf. Myler. in Metrologiâ passim.*

CAP. XXX.
Mercatura.

Axioma I.

Mercatura derogat nobilitati, *l. nobiliores 3. ubi* Bald. *C. de Commerc. & Mercat. l. ne quis 6. C. de dign. l. si cohortal. 12. in fin. C. de cohort. lib. 12.* Cæpol. *in tract. de Imper. mil. delig. in materia nobilitatis opin. 18.* Chassan. *in Catal. glor. mundi p. 8. consid. 16. & part. 11. consid. 44.* Tiraq. *de nobilit. c. 27. & 33.* Hopper. *lib. 2. de art. jur. tit. de re quæstor.*

Limita I. ut procedat nisi mos vel consuetudo regionis (quæ haut dubiè servanda est) aliud induceret, Alciat. *in l. mercis. ff. de V. S. & in tr. præs. reg. 1. præs. 48.* quemadmodum apud Venetos & Genuenses observari tradit Mynsi. *6. obs. 54. num. 12.*

Limita II. tum præjudicare nobilitati, si quis eam per se exerceat; secus si per alios, ut quia opera servorum aut institorum ea re quis utatur, text. à contrario sensu in *l. in honoribus 8. §. 1. ff. de vacat. muner. vid.* Alber, *in l. humilem. C. de incest. nupt.* Alciat. *lib. 2. de V. S. vers. cum verba, & d. præs. 48. num. 10.* III. Si mercatura sit minuta, & IV. non œconomica sed negotiatoria.

II.

Mercatura sæpissimè est periculosa. arg. *can. consideret. 1. vers. in his de pœnit. dist. 5.* ideoque consulitur etiam tutoribus, ut pecuniam alibi quam in negotiationem collocent. Joh. Gillet. *de tutel. c. 39. p. 218.*

III.

Commercia debent esse libera nec impediri *l. 34. de V. O. l. 9. C. de Judic. vid. Perez. C. de Metallar. n. 15.* merces tamen quæ invehuntur & evehuntur, propter vectigalia indicandæ & inspiciendæ. Blandè autem tractandi Mercatores, neque nimiis vectigalibus gravandia ut exactorum injuriis subjiciendi, *Perez. C. de Littor. & Itin. publicis Custod. n. 4. 5.*

IV.

Non novum neque iniquum est modum Commerciis ponere certisque personis prærogativam in emendo & conducendo tribuere, v. g. frumenti, vel civibus præ extraneis. *Brunnem. tit. C. ut nemini liceat in coëmtione in fin.* urgente scil. necessitate prohiberi potest, ne frumentum extra urbem vendatur. *Perez. C. de Metallar. n. 14. 15.* Illicitæ quoque merces, quibus patria depauperatur vel hostes armantur, arrestandæ sunt & in Commissum cadunt, navisque confiscatur, nisi Dominus ejus ignoraverit *l. 11. §. 2. de publican. & vectigal. Perez. Dd. n. 2.*

V

Mercimonia forensia pro extraneo & separato patrimonio habentur nullâ domicilii vel personæ habitâ ratione. Hinc (1.) mercatoris privilegium non extenditur extra domicilium, nam mercimonia istius territorii jure censentur,

in

in quô sita sunt aut destinata. (2.) Quamvis Mercator non fiat incola, nec adstringatur muneribus; quoad mercaturam tamen sortitur forum in loco, ubi stationem negotiationis habet, nec potest causam ad locum domicilii avocare. *Perez. C. de Incol. n. 6.*

VI.

Magistratus potest cogere & taxare numerum cauponarum, & vendentium annonam, carnes, pisces earumque copiam curare. *Perez. C. de Excusat. Artific. n. 12.*

VII.

Mercatores non possunt esse milites armati, exceptis iis qui cum armis negotiantur. *l. un. C. negot. ne milit.* aliam autem militiam non-armatam sibi acquirere possunt, ut & Palatini permissu principis mercaturam exercent. *l. un. C. in quib. caus. militantes.* Hodie autem mercatoribus militare simpliciter concessum. *Perez. tot. tit. C. negotiat. ne milit.* Exactores militaris annonæ nullum cum provincialibus commercium habebant. *l. 11. C. de erogat. milit. annon.*

VIII.

Semper, cùm aliquid de mercatoribus speciale disponitur, intelligi tantùm debet de negotiis ad mercaturam pertinentibus. *Mev. ad Jus Lubec. Lib. 1. tit. 10. art. 1. n. 59.*

CAP. XXXI.

Meritum. *conf.* Merces.

Meritorum causa contractui par est. Bald. *in l. qui se patris. C. unde liber.* Alex. *consil. 30. num. 17. volum. 5.* Siquidem meritorum magna vis est in conjiciendis & conservandis privilegiis ac beneficiis aliis. *l. 1. §. 2. ibi. quæ Princeps alicui ob. merita indulsit. de constit. Princip.* Besold. *p. 1. consil. 7. num. 104.* eorumque effectus declarat Jason. *in l. ex hoc jure. num. 52. & seqq. de just. & jure.* Hinc privilegium ob bene meritum concessum non posse revocari, post Bald. *in l. cum miliți de dolo scrib.* Arnold. Reiger. *in thes. verb. privilegium. n. 38.* licet in universitatis detrimentum cedat, Richter. *1. decis. Jenens. 4. num. 45.* vid. latè Klock. *in tract. de contribut. cap. 16. ubi etiam de bene meritorum probatione agit. sect. 1. n. 116. 117. 118. & seqq. & supr. lib. 2. cap. Benemerita.* Privilegium tamen maritorum causâ concessum non transit ad heredem. *l. 1. in fin. ff. de Constit. Princip. Perez. C. de Excusat. muner. n. 14.* vid. infr. sub Rubr. *Privilegium.* Imò ea, quæ ob merita personis dantur, præsumuntur hereditaria, nisi de mente donantis aliter appareat. *Brunnem. ad l. 1. C. de annon. Civil.* quod tamen non in omnibus procedere probat *Brunnemann. C. de apparit. Magistr. Milit. in fin.*

CAP. XXXII.

De Metallis.

Fodinæ metallicæ, Ertzgruben/ sunt de regalibus *L. 1. C. de metallar. 2. F. 56. A. B. cap. 9.* hodiè verò Principes in suis ditionibus emtiones metallorum vulgò den Silberkauff sibi reservant & subditis permittunt inquirere saxa, lapides, metalla. *Köppen decis. 59. n. 13.* Vasallus autem metalla regulariter sibi vendicare nequit, nisi de iis expressè sit investitus. *Rumelin. dissert. ad A. B. p. 1. diss. 8. th. 10.* Et præter decimas ex metallis etiam certa redituum portio dominis territorii debetur, vulgò ein freyer Erbkukus auf des Grundherrn Unkosten/ *Heig. p. 1. q. 13. n. 42.*

CAP. XXXIII.

Metus. Formido.

Axioma I.

Metus justus in se ignorantiam habere dicitur. *l. item si. 14. §. in hac actione 3. ff. quod met. caus.* & ideò humanitatem & auxilium meretur. *l. 14. §. 5. l. ult. §. 1. ibique* Dd. *eod. tit.* Vano tamen metui non est indulgendum. *l. 5. l. 6. & ult. ff. d. t.* est enim formido aliquando inepta & furiosa. *l. 4. C. de his qui ad Eccles. confug.*

II.

Voluntati nihil sub cœlo magis est contrarium, quam metus, *l. nihil consensui 116. ff. de R. I. c. super hoc. 5. & ibi* Abbas *de renunc.* ideoque dicitur quod sit trepidatio mentis periculi instantis vel futuri, tollens libertatem, Cons. Arg. *1. cons. 41. num. 19. & 20.* & animum perturbans, Angel. *in l. item si cum §. satis enim. vers. nota quod metus. ff. quod met.* Pacian. *consil. 92. n. 45.* Unde Prætor tanquam custos æquitatis eam obligationem ratam non habet, quæ metu extorta est, verum restitutionem in integrum pollicetur, qui hoc nomine in captionem incidit, ut videre est *in l. 1. & 2. de in integr. restit.* Phil. Matth. *ad d. l. 116. num. 3.* in totum tamen consensum non excludit, nec actum ex illo consensu dependentem ipso jure vitiat, eò quod coacta voluntas etiam sit voluntas. *l. si mulier 21. §. si metu coactus 5. ff. quod met. caus.* ibique gloss. *in verb. volui.* & Panorm. *in c. Abbas X. eod.* ubi gl. *in verbo coactus.* sed actio datur ad rescindendum metu probato. *l. metum 9. §. sed quod prætor 9. ff. quod met. caus. l. 1. C. de rescind. vend.* Dd. *in l. dolo. C. de inutil. stip.* quod tamen in matrimonio non procedere, maxime si talis sit metus, qui posset cadere in virum constantem, asserit Gail. *2. obs. 93. num. 5. & 6. per. l. si patre 22. ff. de ritu nupt. l. non cogitur 21. ff. eod. tit. l. nec filium 12. C. de nupt. cap. 1. de despons. impub. gl. in d. cap. Abbas. &* Panorm. *in c. cum locum de sponsalib.*

III.

Metus semel illatus præsumitur durare. Bald. *in l. 2. num. 5. C. de his qui propt. met. jud.* Wesenb. *1. cons. 43. num. 150.* præsertim si duret eadem causa cogendi & nocendi potestas, *cap. cum locum 14. X. de sponsal. cap. accedens 10. X. de procurat.* Aretin. *cons. 14. num. 18.* Socin. *cons. 163.* Boër. *decis. 100. n. 13.* Cacheran.

decis. 179. n. 12. Cravett. *cons. 889. n. 4.* Honded. *lib. 1. cons. 23. n. 40.* Gylman. *in symphor. suppl. p. 1. tit. 2. n. 87. vers. item constat.* nec purgatus censetur, quandiu is, cui illatus fuit metus, non sit in plena potestate positus. *dict. cap. accedens. & d. cap. cum locum.* Nevizan. *cons. 52. n. 53. circ. fin.* Reincking. *lib. 1. cl. 1. de regim. secul. c. 5. n. 20.*

IV.

Metus præcedens lætitia non purgatur. Gail. *lib. 2. obs. 93. num. 32.* Multi enim vultu risum simulant, & premunt nihilominus alta mente dolorem. Alex. *cons. 99. n. 6. & 2. cons. 98. n. 7.* Innocent. *in cap. super hoc n. 2. de renunc. c. 2.* Hyppolit. *sing. 325. n. 6. incip. dixi tibi.* Bald. *in l. 2. n. 10. Cod. quod met. caus.*

V.

Metus causa durante metus semper durare præsumitur. Bart. *in l. pen. de condict. ob turp. caus.* & passim Dd. *in l. 2. C. quod met. caus.* Abbas *in cap. consultationi. de sponsal.* Alex. *cons. 98. n. 7. lib. 3.* Dec. *cons. 219. n. 4.* Hinc confessio rei carcerati dicitur metu tormentorum facta, etiam quod nullæ ipsi confitenti tempore confessionis illatæ fuerint minæ, si is præcedenti die aut aliàs ab eodem judice indebitè & indiciis non præcedentibus fuerit tortus, quia tamdiu dicitur metus durare, quamdiu durat eadem torquendi potestas, & injusta tortura semel illata causat justum metum in futurum. Marsil. *cons. 29. n. 36. vers. nec habet obstare, & n. 37. cum seqq.* Grammat. *cons. 4. n. 14.* Bertazol. *cons. 162. n. 7. & cons. 225. n. 23.* Bursat. *consil. 201. n. 19. lib. 2.*

VI.

Metus considerari debet secundum conditionem metuentis, Dec. *in l. in omnibus, n. 3. de R. I. per not.* Innocent. *in cap. cum dilectus quod met. caus.* Sic minor metus consideratur in muliere quam in masculo, Roman. *sing. 229. incip. tu scis.* Jason. *in l. interpositas, de transact.* nec tantus in iis metus, ut dicatur justus, requiritur, quantus in viris. gloss. *in cap. cum locum 14. ad verb. metus X. de sponsal.* Boer. *decis. 100. præsuppono. n. 2. p. 1.* Wesenb. *1. cons. 43. num. 156.* Unde sicut generaliter metus debet esse talis, qui cadat in constantem virum. *cap. cum dilectus 6. quod met. caus. cap. veniens 13. & c. consultationi 28. de sponsal.* ita etiam sufficit talem metum intervenire, qui cadere in constantem mulierem possit. Roman. *d. sing. 229. Canonistæ in d. c. veniens.* Boer. *d. decis. num. 2. cum multis ibi allegat.* adeo ut etiam sola comminatio sit justus in mulieribus metus. Wes. *d. cons. 43. n. 128.*

VII.

Quicunque metus vanus est, ille restitutionem non parit. *l. 5. ff. quod met. caus.*

Ratio: quia ad restitutionem requiritur metus, qui in virum constantissimum cadit *l. 6. ff. eod.* & imputet sibi alter, quòd vano metu territus quicquam promiserit.

Exemplum: non ergò sufficiunt minæ, sed facti atrocitas requiritur *l. 9. C. eod.* Nec suspicio mali inferendi *l. 9. pr. ff. eod.* quia metus debet esse præsens, nec metus infamiæ *l. 7. pr. ff. eod.* quia hanc inferre nequit privatus. Econtra sufficit metus mortis *l. 3. in fin. ff. eod.* mutilationis, oculorum amittendorum *l. 3. ff. de extraord. cogn.* cruciatus corporis & metus facti turpis inferendi, v. g. stupri *l. 8. §. 2. ff.* quod metus causâ carceris, *l. 22. eod.*

Limita: ut vanitas metus à Judice æstimari debeat, qui præprimis attendet qualitatem personæ metum passæ, interdum etiam personæ metum inferentis, si v. g. hæc ejusmodi minas exequi sit solita *lib. 7. §. 3. ff. quod met. caus.*

VIII.

Quoties metus justè illatus s. ex permissione juris oritur, toties nulla datur restitutio *l. 21. pr. ff. quod met. caus.*

Ratio: quia sic de nullâ injuriâ conqueri potest metum passus, cùm jure permittente fuerit compulsus.

Exemplum est in *d. l. 21. pr. ff. quod met. caus.* Ita damnatus ad mortem, si elegerit ducere meretricem, ut liberetur à morte, non restituitur. Sic nec adulter in adulterio deprehensus, si quid promittat ne occidatur, etiam in casu ubi occidi non poterat. *Brunn. in repet. paratitl. Wesenb. ad L. Jul. de Adult. q. 38.* Alia exempla poterunt applicari *ex L. 7. §. fin. ff. quod met. caus. l. qui in carcerem 22. ff. eod.*

IX.

Quoties actum metu gestum subsequitur liber consensus, toties metus purgatur & actus convalidatur.

Ratio; quia sic actus videtur ratihabitus, ratihabitio autem ad initium actus retrotrahitur *l. 20. ff. de R. J.* ut hinc ab initio actus liber gestus esse videatur.

Exemplum est in *l. 9. §. 3. §. quod met. caus.* Sic sponsalia metu contracta etiam per copulam convalescunt vel per consensum subsequentem. *Carpzov. Jurisprud. Eccles. Lib. 2. def. 29.*

X.

Mulier si probet, se benè percussam Instrumento per virum facto consensisse, metu feciſse videtur. *Bart. in l. 7. ff. de cond. ob turp. caus.*

XI.

Metus difficilis est probationis. Paris. *consil. 53. num. 61. & consil. 60. num. 21. lib. 3.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 116. n. 17.*

XII.

Metus non debet ulterius progredi quam reperiatur delictum, arg. *Novell. 117. cap. causas. 9. Novell. 52. cap. 1. vers. non enim. l. sancimus 22. C. de pœn. l. fin. C. de his qui latrones.* Pileus Modicens. *in quæst. jurid. q. 65.*

XIII.

Nemo alienum metum in suam rapere debet utilitatem. *l. 14. §. 5. l. 9. ff. quod met. caus.*

CAP.

CAP. XXXIV.
Meum. Tuum.
Axioma I.

In meo ad commodum & utilitatem meam quodlibet mihi facere licet. *l. altius 8. C. de servit. l. 1. §. denique 12. ff. de aq. pluv. arc. gloss. in cap. cum Ecclesia Volterana extr. de Elect. gloss. in cap. nisi speciali de auctor. & usu pall.* in tantum, ut si quid velim principaliter mihi prodesse, liceat in loco meo facere, quamvis aliàs per consequentiam noceat. *l. Proculus 26. de damn. infect.* Possum enim in meo, quod non possum in alieno. *l. quemadmodum 29. §. 1. & ibi* Bald. *ff. ad L. Aquil.* Innoc. Patr. de Anchar. Panorm. *in cap. 1. de immunit. Eccles.* Nicolaus Everhard. *in Topic. loc. à Loc. ad Personas.* Cons. Arg. *1. cons. 88. num. 18.* De alienis enim dicit regula: Quod tuum non est, scire debes ad alium omnibus modis pertinere debere. *l. ult. C. unde vi. vid. l. 9. C. de Judæis. & infr. lib. XXXVII. c. sua.* unde etiam eum, qui errantem bovem abduxerit, pro fure judicavit. Ulpian. *in l. 1. §. 1. ff. de abig.*

II.

MEUM quod est, amplius meum fieri non potest, *l. si rem meam 31. ff. de verbor. oblig. l. proprias 13. C. de legat. §. 1. Instit. de inutil. stipul. l. 4. §. 1. ff. de acquir. possess. §. si cui fundus 9. §. sed si rem legatarii 10. Instit. de legat.* ubi Richard. *num. 2. §. sic itaque. 13. Instit. de actionib. cap. inter dilectos 6. de fide instrum.* Bertazol. *de clausulis instrum. claus. 19. gloss. 2. num. 9.* Surd. *cons. 305. n. 56.* Joseph. Sesse *Aragoniæ dec. 46. n. 23. & 24. & decis. 87. num. 3.* [qui enim semel Dominus est, non potest fieri amplius dominus. *l. sequitur 4. §. lana 19. ff. de usucap.* & hoc pro regula tradit Socin. *in tract. fallentiar. regul. 100. ubi 5. modis limitat.* Et hac ratione dicitur quod res propria pignorari non possit. *l. si rem alienam 41. ff. de pign. act.* neque constituatur in re propria ususfructus. *l. uti frui 5. in pr. ff. si ususfr. pet.* Jason. *in §. æquè in 10. col. n. 50. Inst. de act.* nec res propria alicui serviat. *l. quicquid 10. cum similibus. ff. comm. præd.*] *vid.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. M. conclus. 226. per totam.* ubi *n. 4.* post Abb. *cons. 3. n. 1. lib. 2.* limitat, quando res mea non esset perfectè mea, veluti si ex donato non sequuta traditione, quia non sum adhuc dominus, potest mihi ex testamento legari, vel ex institutione, qua dominium transit ex ultima voluntate. [atque sic in re quavis mihi debita.] Licet enim ea largo modo mea dicatur; propriè tamen debitum non dicetur meum. gloss. *in pr. inst. de action.* quam declarat & sequitur Rom. *in cons. 201. pro decisione præsentis. & cons. 195. in casu præmisso.* cum aliud sit suum; aliud debitum, ut not. gloss. *in clem. auditor. in verbo debitum. de rescript.* quam ibi multum commendat & ornat pluribus similibus Barbat. & reassumit Dec. *in cons. 300. visa petitione. col. 1. p. 2. add.* & Felin. *in cap. Rudolphus 14. col. de rescript.* Ludovic. Gomez. *ad §. sic itaque Inst. de action. num. 13.*

Ubi limitat regulam hanc ulterius, quod procedat 1. de dominio quod vindicari potest, quia propriè meum dicitur, secus si non potest vindicari. 2. quando quis haberet dominium de jure communi, secus si de speciali. 3. verificetur in dominio, quod semel acquisitum non potest rursus acquiri, secus in possessione, quæ ex pluribus causis mea fieri potest. *Adhibe tract. nostrum de alienatione, cap. 80. p. 401. 409. 444. & seqq.*

CAP. XXXV.
De Migratione ejusque Censu.
Axioma I.

In resignatione domicilii debetur pretium migrationis, vulgò Nachsteuer, quò soluto non amplius quis tenetur ad onera civitatis, à quâ recessit. *Wehn. in obs. pract. verb.* Nachsteuer.

II.

Clientes clientelæ renunciantes non tenentur protectoribus suis jura migrationis solvere. *Mager. de advoc. cap. 10. num. 192.*

III.

Emigrare aliò è ditione illâ, in quâ religionis suæ exercitium publicè alicui non conceditur, cum familiâ suâ, citra infamiam cuivis licet, salvo tamen eo, quod pro servili conditione vel discessu Magistratui pro consuetudine cujusque loci dependendum est, die Nachsteuer. *Arum. Jus publ. Vol. 2. p. 261. 265. & 343. Myler. ab Ehrenbach. de princip. & stat. Imp. pag. 724. num. 5. seq.* quamvis migrantibus ob religionem nihil detrahendum putet *Eberhart. à Weihe in penicillo fœder. Lib. 2. pag. 57. n. 71.*

CAP. XXXVI.
De Militia.
Axioma I.

Militia verè est dignitas, *l. inter alias 12. C. de Palatin. lib. 12.* Militia enim & decurionatus æquiparantur, præsertim quoad honores *l. veteranis 3. ff. de privileg. veteran.* & decurionatum esse dignitatem patet *ex l. fin. ff. de decur, l. spurii 6. in princ. eod.* Unde etiam refertur inter species honoris, *l. quamvis 51. in princ. C. de decur. lib. 10. l. 3. C. de re milit. arg. l. 8. in princ. ff. de Excus. tut.* & vocatur exercitium nobile, Francisc. Bursat. *cons. 62. n. 25. lib. 1.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 3. num. 27.* repræsentat publi-

cum decus ac publicam honestatem etiam in humiliori gradu. *l. colonos 19. C. de Agricol.* & quilibet titulus honorarius etiam sine aliqua potestate & jurisdictione dignitas dicitur. *l. fin. C. de dignit. l. fin. C. ut dign. ordin. serv.* text. *in cap. accessissent 8. extr. de constitut.* Sic etiam quia militia sit ordo. *l. his quidem 5. ubi gloss. in verb. ordines. C. qui milit. poss.* ordo autem militaris nuncupetur dignitas, *ut in rubr. de Equestr. dignit.* juncta *l. nuper. 42. ff. de donat. inter vir. l. 2. § post hunc 47. ff. de or. jur.* non malè dixeris & militiam dignitatem esse, quia in jure à privatis personis distinguuntur, *Nov. 8. cap. volumus, & Novell. 33.* cum enim privati dicantur omnes illi, qui non sunt in dignitate aliqua constituti, secundum Gloss. *in cap. privilegia in vers. privatorum. distinct. 3.* per textum *in cap. qui contra 24. q. 1.* consequens erit dicere & eos, argum. ducto à contrario sensu, in dignitate constitutos esse, *l. etsi contra 35. ff. de vulg. substit. pr. Inst. de his qui sui vel alien. jur.* Everhard. *in loc. a contrariis. n. 1.* Quapropter quod à quibusdam infertur militiam dignitatem non esse, ut volunt Bart. *per l. fin. Cod. qui milit. non poss. l. fin. C. de jurisd.* id intelligendum erit de primis quatuor gradibus dignitatis à jure potissimum consideratis, quos refert post gl. *in §. cum quæ. Inst. in proœm. Inst.* Lucas de Pen. *in rub. in fin. C. de dignit. ubi vide.*

II.

Militia armata cum inermi æquiparatur, ita quod dispositum est in Doctore, censeatur esse etiam dispositum in milite. gloss. *sing. secundum* Petrum Ancharan. *in cap. si post quam. §. fin. de Elect. in 6.* fac. gloss. *in clem. Abbates de rescript.* Jason. *in §. ex maleficiis. ff. de inst. act. n. 39.* quia sicut arma & leges fraternizant, ita arma legibus & hæ illis indigent, *ut in proœm. instit. ibique gl.*

III.

Miles arma magis quàm jura scire debet. *l. ult. in princ. C. de jur. delib.* Ungepaur. *de jur. & fact. ignorant. l. milites 31. C. locati. Auth. quibus mod. nat. efficiantur legitimi. cap. si quis. 6. Nov. 89.*

IV.

Militem non facit sola electio, sed receptio in numerum. Bald. *in l. ex eo. ff. de milit. testam.* & *ibi* Odofred. Cuman. *in princip. vers. 1.* vid. Farin. *1. cons. 4. n. 9.*

V.

Milites à muneribus personalibus sunt exemti, nisi in eorum fraudem nomen militiæ dederint. *l. 4. §. fin. ff. de muner.* vel magis sint venatores quàm milites. *l. 6. C. de Excus. muner. Perez. ibid. n. 5.* ut & Veterani, qui 20. annos sub legione vel vexillatione militaverunt perpetuò *l. fin. C. de his qui non implet. stipend.* qui autem sub cohorte vel in vigiliis militarunt, aliisque ad breve tempus *l. un. C. de his qui a princip. vacat.* ignominiosè dimissi planè non. *l. 26. de testam. milit. Perez. C. de his qui non implet. stipend. n. 3. seqq.* Veterani denique non coguntur ultra portas præsidibus occurrere, unam domum ab hospitatione immunem habent &c. *l. 1. C. quib. muner. excus.*

VI.

Non omnia, quæ à militibus acquiruntur, sunt castrensis peculii, sed ea tantum quæ contemplatione militiæ acquirunt filiifamil. *Brunem. C. de castrens. omn. Palatin.*

VII.

Imperium in milites ordinariis legibus solutum est, hinc à Duce sine solenniis in eos statuitur. res militaris enim moram non patitur. *Perez. C. de divers. officiis n. 17.*

VIII.

Ex pascuis publicis congrua loca assignari debent militibus ad alendos militares equos, ne pascua publica & rei privatæ principis devastent. Quod si milites hoc fecerint, vel etiam alii privatorum prata devastent, delinquentes duodecim libras auri pendant vel ex stipendiis sibi detrahi patiantur *l. 2. C. de pasc. publ. Perez. C. eod. n. 4.* Milites enim debent contenti esse stipendiis.

Limita: nisi belli urgeat necessitas, tunc enim militibus loca viciniora suis stationibus sunt communia. *Perez. d. l. n. 5.*

IX.

Miles præsumitur in dubio in peculii castrensis causam pecuniam accipere. *Brunem. C. de castrens. pecul. col. 2. in fin.*

X.

Militares causæ in tantum favorabiles sunt, ut quæstoris annonam militarem curantis vel stipendia solventis uxor in subsidium dotem Fisco cedere & liberi licet ab hereditate abstinentes de suo satisfacere teneantur *l. 3. 4. C. de Princip. Perez. C. eod. n. 6. 7.*

XI.

Primipilarii cohortales ex suâ provinciâ aliò litis causâ abstrahi nequeunt nisi jussu principis. *Perez. C. de primipil. n. 11.*

XII.

Militis transitus & inde orta damna sunt casus fortuitus. *Mev. P. 2. Dec. 90. n. 4.*

CAP. XXXVII.
Minæ. Verba minitantia.

Axioma I.

Minæ, à potentibus factæ, dicuntur formidabiles, gloss. Bart. Bald. Cast. Salicet. & communiter Dd. *in l. metum 9. ad verb. jactationibus. C. de iis quæ vi metusve causa.* Jason. *in l. Titia. num. 8. de V. O.* Canonistæ *in cap. ex literis de desponsi. impub.* Clem. *Pastoralis. dere judicat.* Fab. *in l. ad individuam. num. 5. & 6. C. de his quæ vi metusve caus.* Unde & solum terribilem & iratum vultum judicis justum metum incutere dixit Bald. *in cap. 1. §. injuria de pac. juram. firm.* & judicis minas esse causam sufficientem ad alibi appellandum, ex Archidiac. *in cap.*

cap. concertationi de appellat. lib. 6. probat Fab. *loco præalleg.* pro quo facit & illud, quod comminatorium præceptum superioris vel judicis justum inducat metum, præsertim quando facilè potest & solet exequi, *cap. fin. ubi* gloss. & Dd. *ad verb. motu regio qui Cleric. vel vov.* Dec. *in l. omnibus 35. n. 4. de R. I.* Alex. *cons. 151. n. 4. vol. 6. & cons. 156. n. 4. & 9. vol. 5.* vid. Wesenb. *1. cons. 43. n. 153. & in parat. Quod metus causa, n. 3.*

II.

Ubi factum ad fundandam actionem desideratur, ibi verba non sufficiunt. *l. Julianus 13. §. offerri 8. ff. de act. empt.* Wesenb. *in parat. ff. uti possid. num. 5. in med. & consil. 305. num. 80. & seq.*

III.

Minitans alicui incendium, daß er ihm einen rothen Hahn auf sein Hauß setzen wolle / comburendus est. *Const. Crim. art. 176. Damhoud. Prax. Crim. c. 103. n. 11.*

CAP. XXXIIX.

Minima, minimum, modicum.

Axioma I.

Ob minimum nemo præsumitur animam suam damnare. gl. *in verb. pretii. cap. etsi quæstiones 18. de simonia.* Honthem. *lib. 1. de arte Notar. cap. 27. num. 20.* Hinc dicitur in causis minimis unum testem, gl. & Bart. & Dd. *in l. admonendi. ff. de jurejur.* aut etiam famam, Matthesil. *sing. 1. & 2.* Honth. *d. loc. num. 22.* Apostil. post Bart. *in Auth. nisi breves de appellat.* plenam fidem facere, cum in minimis fraudis præsumptio excludatur. *l. cum hi 8. ff. transact.* & vulnusculum pro vulnere non attendatur. *l. 1. §. proinde 8. ff. de ædil. edict.* Gail. *2. obs. 29. n. 8.*

II.

Minimum maximi majus est maximo minimi.

Ita intelligendum est, quod Matth. 11. *vers. 11.* dicitur: Eum, qui minor est in regno cœlorum, majorem esse Johanne Baptista, non ratione dignitatis aut sanctitatis, sed ratione manifestationis Christi, qui in Nov. Testamento manifestatus fuit. D. Danhavver *Prodr. Antichr. pag. 53. §. 18.*

III.

Minima & modica æquiparantur. *arg. l. 2. §. 1. junct. l. 4. ubi* Anton. Faber *in rational. quod cum eo qui. vid. infr. c. modica. axiom. 1.*

IV.

Minima non sunt in consideratione, sive, de minimis non curat. Prætor. *l. scio. 4. ff. de integr. restit. lib. 4. in fin. ff. de ædilit. edicto.* [*l. 37. §. 1. de evict. l. 1. C. si adverf. vend. pignor.* Husan. *de propr. homin. cap. 7. num. 19. l. Nesennius. 34. ff. de Neg. Gest.*] Jason. *in l. sciendum, n. 7. cum seqq. ff. qui satisdar. cog.* Bald. *in cap. cùm adeò. num. 3. cum seqq. de rescript.* latè Cravett. *cons. 182. num. 14. & 15. cum seqq.* Leo *Valent. decis. 113. n. 19.* ubi *num. 21.* quod minimum differt à parvo, & *num. 10.* quod Prætor non curat de minimis. Ubi quod probatio per juramentum admittitur, ubi agitur de modica summa, & quod sola indicia & præsumptiones admittuntur, ubi agitur de modico præjudicio, & quod tunc sola fama probat, & quod literæ Ordinarii etiam tunc probant, & quod assertioni partium statur, ubi agitur de modico præjudicio, etiam in iis, quæ non possunt liberè à partibus disponi sine causa, & quod circa levia statur assertioni Judicis, Alex. *cons. 138.* Lancellotus *num. 3. lib. 2.* ubi quod solemnitas non vitiat, si in modico sit omissa, Angel. Aretin. *cons. 68. num. 6. vers. quin imo,* ubi quod forma data circa modica, & minima non vitiat, si non servetur. Abb. *cons. 7. col. 2. lib. 2.* ubi quod in modicis statuit Ecclesia sine consensu Episcopi, *& cons. 36. col. fin. eod. lib. 2.* ubi quod liber rationum in modicis probat, Brunor. à Sole *in locis commun. verb. minima.* Aloys. Ric. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 691. in 1. edit.* aliàs *resolut. 585 à num. 7. in 2. edit.* Card. Tusch. *tom. 5. lit. M. concl. 239. per totam.* Surd. *cons. 112. num. 26.* clarè Sebast. Medices *de reg. jur. reg. 5. per tot.* Ovid. de Amicis *de jure emphyt. q. 7. n. 1.*

Intellige Axioma, quando agitur de Jure speciali contra Juris communis regulas, putà per viam restitutionis in integrum, quia tunc de minimis nulla solet esse Prætoris cura, nam pro modica læsione à Jure communi non recedimus; & ita procedit text. *in d. l. scio 4. & in l. si quis 9. §. ult. junct. a. 24. ff. de dolo. & in l. res bona 54 ff. de contrahend. empt. l. 48. §. ult. de ædil. edict.* cum similibus, quia prætor extra ordinem non succurrit, nisi læsio sit enormis; interest enim Reipubl. ne contractus facilè rescindantur. Ita si pupillo expediat agrum emtum retinere, utut in pretio nonnihil fuerit læsus, ideò tamen totum contractum per restitutionem in integrum non rescindit Prætor. *Brunnem. ad d. l. 4. n. 1.*

Declara: (1.) ut præprimis procedat, si majori rei vel summæ per restitutionem in re minimâ præjudicetur *d. l. 4.* Nam sic justius est, in re minimâ læsum manere eum qui restitui vult. *Zoës. ad ff. h. t. n. 7.* (2.) ut Judex pro qualitate personæ restitutionem petentis arbitretur, quænam res sit minima, quæ non.

Ubi verò agitur de Jure communi, de minimis curatur, & procedit text. *in l. 1. §. illud 10. ff. de conjung. cum emancip. liber. & in l. quamvis. 13. ff. ut in poss. ff. legat. & in l. 1. §. cum dicitur 6. ff. si cui plus-*

quam l. si proprietarius 22. in fine primi respons. vers. eadem. ff. de damno infecto. quia etiam minima hôc casu poterunt variare juris applicationem, injustum enim foret hæc non attendere. Ita si agatur actione emti ad residuum pretium consequendum, utut hoc sit minimum, tamen à judice adjudicandum. [ita damnum acceptum in re & ab usufructuario refectum agnosci à proprietario debere, etiamsi minimum sit, patet ex *d. l. si proprietarius. 22. ff. de damno infect. vid. &* Cast. *ad l. 4. ff. de restit. in integr.*] idque adeò ut procedat, etiamsi simus in pœnalibus, putà in furto, quod committitur in asse re, vel gallina, vel in uno ovo, *l. naturalem 5. §. gallinarum 6. ff. de acq. dom. §. gallinarum 16. Inst. de rer. divis.* Sic intelligunt Bart. *num. 1. vers. nota quod de minimis.* Alb. de Ros. *col. 2. num. 1. in d. l. scio.* Imol. *in cap. majoribus, col. 1. n. 3. vers. & potes addere. de præbend.* Curt. jun. *in Auth. præterea, col. 3. n. 8. vers. tu considera. C. unde vir & uxor.* & alii, quos refert & sequitur Rendina *in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 100. num. 13.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 102. num. 4.* Andr. Ferrar. *lib. 1. rerum quotid. cap. 5.* cum aliis, quos refert Osvvald. in Donell. *lib. 21. cap. 9. lit. L. vers. sed & vulgaris distinctio est.* Adde quòd etiam in pœnalibus axioma procedat, Sebast. Medices *d. reg. 5. num. 6.* ubi infinitos propè assignat casus, in quibus minimum attenditur, Hieronym. Buccaron. *de different. inter judicem civil. & crim. differ. 167. num. 8.* ubi pro regula constituit, quòd minima in delictis & pœnalibus sunt in consideratione. [Clar. *in §. furtum. num. 23.* quod ipsum licet post Zas. Covarr. *1. var. resol. 3. num. 12.* improbet, sequendum tamen videtur. Tantum enim hoc in actionibus extraordinariis esse receptum, ne illæ propter rem minimam intententur, probant *d. l. 4. de rest. in integr. & l. 9. ff. de dolo.* quamvis nec hoc simpliciter admittat Umm. *disput. ad proces. 1. num. 15.* imò etiam pro minimis pœnam pecuniariam in corporalem transmutari posse, ostendit Jas. *in auth. qui rem. col. 4. vers. tertio facit. C. de SS. Eccles.* quem sequuntur Alex. *in l. si servus. §. si plurium in fin. ff. si quis caut. l. fin. in pr. & l. in executione. §. pen. de V. O.* Corset. *in tract. de minimis, pag. 6. in 2. fundamento partis affirmativæ.* Felin. *in cap. ad liberandum not. ab. 3. extr. de Judæis.* faciunt quæ ponit Andr. Sicul. *cons. 88. sapienter col. antepen. vol. 4.* quia qui in uno peccat, dicitur factus omnium reus. *c. desleat 9. de R. I.* & modicum fermenti totam massam vitiat, ut ait Hostiens. *in c. ad probandum de re judic. gloss. in l. si unus. §. pactus. vers. ipso jure in pr. de pact.*] latissimè Camill. Gallin. *de verb. signif. lib. 10. cap. 2. num. 9. cap. 25. num. 32.* ubi quòd minimi ratio habetur, quando absurdum sequeretur, & *num. 8.* idem dicit, quando per minimi considerationem fieret præjudicium rebus majoribus, & *num. 22. & 23.* quando dispositio loquitur conditionaliter, & *num. 24.* quando aliquid pro forma requiritur, cùm fermè nihil addi, aut detrahi possit. & *num. 25.* quando minimum ad majorem summam redintegrandam requiritur. & *num. 26.* quando eadem proportionabiliter in minimo, quæ in magno militat ratio, de quo ultimo Sebast. Medices *d. reg. 5. num. 4.* & Mari. Giurba *ad consuet. Messanens. cap. 6. gl. 6. n. 11.* [ita videmus, quando de Majestate conservanda agitur, minimum à magno non differre. *l. si quis non dicam 5. C. de Episc. & Cler.* cum in crimine læsæ Majestatis solus affectus, solaque mala voluntas puniatur, ut post Felin. *in tractat. quando conatus noceat.* tradit Lud. Gomez *ad §. pœnales. Instit. de action. num. 4.* ita quando de re minima appellationes de Jure Canonico recipi dicuntur, *cap. de appellationibus. 11. de appellat. ibidemque gloss.* eadem nititur ratione; quod quis possit in parvo gravari sicut in magno, Honth. *lib. 1. de art. Notar. cap. 27. num. 15.* licet Jus civile, ne forsitan homines propter causas minimas magnis fatigentur dispendiis, ita ut totius litis æstimatio ad sumptus judiciales non sufficeret, non attendat, sed potius restringere videatur, *in Novell. 23.* quæ habetur etiam *cap. anteriorum 28. 2. quæst. 6.* huc refer & ea, quæ scripsit Petrus Gerardus *in sing. n. 19.* ubi ait, quod, quando aliquid non sit fundatum super quantitate rei, sed super injustitia & iniquitate, modicum à magno non differat. Unde quod dictum fuit, etiam pro re minima, atque sic pro gravamine quolibet appellari posse, *d. cap. 11. de appellat.* id fieri potissimum hâc de causa, quod appellatio non sit fundata super quantitate gravaminis, sed super injustitia seu inquitate judicii. Hinc & in furto, quia non super quantitate rei, sed super iniquitate ipsius furis fundatum est, si datur actio furti pro re minima, eadem ratio iniquitatis in minimis, quæ est in magnis, locum inveniet, licet in actione doli prætoria secus sit, cum illa super quantitate fundetur, *d. l. si quis 9. in fin.*

in fin. cum l. seq. ff. de dol. de jure enim communi perpetuò verum manet, quod ait, *l. dolus. 10. C. de rescind. vendit.* dolum ex qualitate facti, non ex quantitate pretii æstimandum esse, Ant. Fab. *dec. 7. error. 10. num. 1.*

CAP. XXXIX.
Ministerium.
Axioma I.

Actus quilibet non ad eum, qui ministerium præstitit, sed ad eum, qui ministerio isto usus est, referuntur. exempl. *l. & licet 15. C. de constit. pecun. & l. quod meo 18. pr. ff. de acquir. poss.* nec omnino velle credendus est ille, qui aliis ita jubentibus obsequitur. *l. velle. 4. ff. de R. I.*

II.

Paucis ministris ac fidis utendum, nec iis, quorum fides explorata non est, arcana communicanda sunt, quinimò nec plures præsidiarii possessioni imponendi, quàm qui ad custodiam sufficiunt *l. un. C. de Apparit. Comit. Orient. Perez. ibid. n. 3.* nec plures apparitores à Judicibus constituendi, aut certè citra Reipubl. sumtum. *Perez. ibid. n. 4. l. 4. C. de SS. Eccles.* *III.*

Præmiis laborum ministri, quorum operâ indigemus, alliciendi, non metu terribili & necessitate libertati incongruâ à se alienandi. *Perez. C. de Apparitor. Comit. Orient. n. 5.*

IV.

Omnis gloria rerum benè gestarum Principi, non Ducibus aut aliis ministris adscribenda est. *Perez. C. publ. Latit. n. 3. 4.* nam ministri sunt vice principum, eorumque imago & umbra. *Mev. cons. 100. n. 110.*

CAP. XL.
Minus.
Axioma I.

Minus solvere & omnino non solvere sunt paria. arg. *l. 3. §. 1. Commod.* Besold. *lib. 1. cons. 19. num. 66.*

II.

Minus fecit, qui nihil ejus, quod promisit, fecit, quam qui incepit quidem, & negotium inchoatum reliquit imperfectum. *lib. 32. l. 101. ubi* Gœdd. *num. 1. de V. S.* plus enim abest illi, qui nihil, quam qui aliquid recepit. *l. amissis 52. ff. de fidei. l. decem 116 de V. O.*

III.

Minus potest, cui plus concessum est.

Limita: si in minori non militet eadem ratio. Ita enim fiscus rem communem invito socio potest vendere, non autem obligare vel oppignorare. *Perez. C. de vendit. rer. fisc. n. 7.* nec locare aut jus communis hypothecæ remittere. *Id. n. 8.* nec in emphyteusin vel feudum dare, *Brunnem. C. eod. tit. in fin.*

IV.

Minus majori inest. Hinc Senator, qui fit Imperator, nihilominus Senator manet *l. 8. C. de dignit.* & ad majorem dignitatem ascendens minorem non amittit. *l. 3. C. eod. Perez. C. eod. n. 61.*

CAP. XLI.
Minorennitas, Minor.
Conf. Rubr. Curator.
Axioma I.

Minorennitas non operatur quidquam in his, quæ non dependent à voluntate ejus qui est minor, *l. 1. in princ. & l. magis puto 5. ff. de rebus eorum.* Bart. *in l. qui Romæ. §. coheres. de V. O.* Octavian. Simoncell. *in tr. de decret. cæterisque solennitatibus, lib. 22. tit. 6. num. 108.* Vultejus *3. cons. Marpurg. 29. num. 237.*

II.

Minoris conditio melior est quàm mulieris. *l. ult. in princ. ad SC. Vellejan.* Ant. Fab. *in C. suo defin. 5. n. ult.* *III.*

Minori in jure erranti æque subvenitur atque si erraret in facto, *l. interdum 29. ff. de condict. indeb.* quem textum ad hoc citat Castrens. *cons. 142. n. 1. volum. 1.* v. Vult. *3. cons. Marp. 29. num. 161.* quia jura ignorare præsumitur, *l. regula 9. §. 1. ff. de jur. & fact. ign.* Bald. *in l. conditioni. num. 3. C. de usucap. pro empt.* etiamsi de lucro perdendo tractet. Alex. *cons. 26. ante fin. vol. 7.* quem allegat & sequitur Cravetta *consil. 192. num. 5. & consil. 792. num. 5. & seqq.*

IV.

Minor non debet habere potestatem in majorem. *cap. penult. extr. de major. & obed.* Minori enim ut serviat major, nulla justitia est. *c. est ordo 12. 33. quæst. 5.* sed potius minor à majori exemplum capere debet. *cap. cum ex eo 14. extr. de pœnit. & remiss.* potest tamen minor se opponere majori, imò unus multis, cùm modò justam causam ostendat, *cap. ex parte 10. extr. de concess. præb.* imò sæpissimè ejus conditio est melior, quia hic eligit, major autem concludit. *cap. 1. extr. de paroch.* Minor tamen ex causâ potest gerere magistratum *l. 11. ff de Decur.* si scil. civium copia non sit *l. 2. C. qui ætate.* *Perez. ibid. n. 5.* Imò ad officia publica gerenda minor 20. annos scil. natus admittitur. *l. 2. §. Senatores C. de his qui veniam ætatis.* imò pro quòvis liberorum annus minori quoad fusc ipiendas dignitates remittitur *l. 2. ff. de minor. Perez. C. qui ætate num. 6.*

V.

Minor pars tenetur facere, quod major facit, *cap. ex parte 28. extra de censib.* Intellige scilicet in terminis habilibus. Unde quando minor pars dignum, major autem indignum eligit, valet minoris partis electio. *cap. congregati 53. cap. Ecclesia 57. extr. de Elect.*

VI.

Quicunque actus in majori ætate gestus non infert necessariam approbationem gesti in minore ætate, ex eo non præsumitur ratihabitio. Vel: Quoties actus in majore ætate gesti alia conjectura capi potest quàm approbationis, toties ea non præsumitur.

Ratio: quia ratihabitio in dubio non præsumitur sed probanda, præsertim in casu, ubi agitur de læsione vitandâ & renunciatione beneficii restitutionis in integrum, quæ

in dubio etiam non præsumitur. Exemplum est *in l. 3. §. 2. ff. de minor.*

Limita: de minore adeunte hereditatem & exigente in majorennitate debita. Ita si minor ædes emerit & major impensas in eas fecerit, inde colligi non poterit ratihabitio. Econtra præsumitur ratihabitio, si v. g. pro ædibus in minorennitate emtis solvatur in majorennitate pretium, vel si locationis in minore ætate factæ percipiatur pensio.

VII.

Quoties ex contractu læsus est minor, toties intra quadriennium petenda restitutio, quia lapsu tanti temporis minor major factus, ratihabuisse videtur id, quod in minori ætate gestum *l. fin. C. de temp. in integr. restit.* Quoties verò per alienationem rei suæ læsus, toties si ea sit onerosa, per quinquennium, si lucrativa, per decennium patet restitutio *l. fin. C. si major fact. ratihab.* quia contractus per se sunt validi, alienatio verò rei minoris sine decreto facta per se non subsistit. Contractuum ergò major erit favor & hinc breviori tempore præscribuntur, quàm alienationes.

Amplia, ut hoc procedat etiam in aliis à Tutore nulliter gestis citra alienationem bonorum, v. g. in mutuo. *Conf. Carpz. L. 5. Resp. 76.*

VIII.

Quotiescunque minor restitutionem petit, toties minorennitatem & læsionem probare tenetur, quia in utroque collocat fundamentum suæ intentionis; alterutro ergò non probato cessat restitutionis causa impulsiva.

Declar. ut sufficiat, modò minorennitas affuerit tempore læsionis *l. 39. ff. de minor.* neque probanda læsio, si actus talis sit gestus, ubi jura præsumunt læsionem, ut renunciatio, præscriptio, compromissum *l. 34. §. 1. de minor.* aditio hereditatis suspectæ, repudiatio hereditatis, & mutuum, ubi creditor versionem probare debet. *Struv. ad ff. de minor. th. 48. l. 1. & 2. C. si adverf. Credit. l. civitas 27. ff. de Reb. Cred.*

IX.

Quoties minor mediante Juramento contraxit, toties non restituitur, quia juramentum ex minore facit majorem, ostendit enim enixam jurantis voluntatem. Subsistit ergò emtiovenditio minoris juramento confirmata. *Auth. Sacramenta puberum Cod. si adverf. vendit.*

Declara: modò juramentum fuerit spontaneum & non dolo, vi aut metu extortum. *d. Auth. Sacram. puber.*

X.

In quâ causâ artem profitetur minor, in illâ causâ non restituitur, quia in hâc non poterit videri læsus, cùm culpæ ejus annumerandum, quòd adeò imprudens fuerit. Ita ergò Jure-Consultus minor in jure errans non restituitur, sicut nec mercator in mercaturâ. *Zoës. ad ff. Tit. de minor. n. 21. & 22.* In facto tamen restituitur JCtus v. g. emtione domus circumventus, quia talia etiam prudentissimos fallere solent. *Vinn. Lib. 1. Select. Q. 13.*

XI.

Cuicunque reverentiam singularem debet minor, contra illum non poterit petere restitutionem in integrum, quia allegatione læsionis, quam supponit restitutio, reverentia lædere-tur, à talibus insuper personis ob singularem affectum nulla præsumitur læsio. Ita non datur restitutio contra gesta cum parentibus & patronis *l. fin. C. qui & adverf. quos.*

Declara: quòd contra tertium possit restitutionem petere minor, licet ille regressum habeat contra patrem. *arg. l. 2. C. si adverf. donat.* item contra factum patris, ex quô tamen nullum lucrum ad patrem pervenire potuit. *l. 2. §. ult. §. 6. C. de bon. quæ lib.* filio quoque restituitur adversus matrem secundò nubentem. *Nov. 155. cap. 1.*

XII.

Quoties minori cum minore negotium intercedit, toties cessat restitutio, quia privilegiatus contra privilegiatum non jure suo utitur, sed communi. *arg. l. 8. pr. ff. de excusat.* ita si minor filiofamil. minori pecuniam credidit & hic consumsit, melior hujus tanquam consumentis ratio *l. 34. ff. de minor.*

Declara: nisi alter de lucro certaret, sic enim alter, qui de damno vitando agit, restitueretur. *l. 11. §. pen. ff. de minor.*

CAP. XLII.

Minutio.

Facilius est diminuere, quàm ex toto auferre. Cravet. *conf. 719. num. 13.* Johan. Fichard. *1. conf. 2. num. 6. §.* So nun die Ordnung. & qui privari potest, multo magis gravari potest. *l. si fundum 92. §. ult. ff. de leg. 1.* Franc. Caldas *conf. 8. n. 40.* Casp. Klock. *conf. 17. n. 8. & seq.*

CAP. XLIII.

Miraculum.

Axioma I.

Miraculum opus est arduum & insolitum supra spem & facultatem consistens admirantis, *cap. revera 69. in med. de consecr. dist. 2.* qua de causa miraculum facere speciale donum Spiritus sancti dicitur, *cap. quærendum. 6. de pœnit. dist. 2.* Unde miracula admiranda non in exemplum actionis trahenda, *c. nos si. §. his ita 2. quæst. 7.* quæ nec Magi & Dæmones facere possunt, sed mira; cum non sint supra naturam, sed hominibus insolita, *cap. sciendum. 26. quæst. 4.*

II.

Miraculosè quæ fiunt, ac nutu aguntur divino, sub lege non sunt. *Carpz. Pr. Crim. P. 2. Q. 82. num. 3.*

CAP. XLIV.

Misericordia, Miserabiles personæ.

Axioma I.

Misericordiæ rationem reddere melius est quàm inclementiæ, *cap. non satis 14. distinct. 86. cap.*

cap. allegant 12, 26. quæst. 7. Wesenbec. *1. conf. 19. n. 23.* Est enim ea plenitudo & perfecta forma virtutum, *cap. in singulis 19. dist. 86.* siquidem cum peccatore miserabiliter agendum est, *cap. significavit 3. extr. de pœnit. & remiss.* adeò ut ea etiam capto hosti, nisi major timeatur turbatio, debeatur. *cap. noli 23. quæst. 1.* Unde Christum denegare videtur, qui misericordiam patientibus necessitatem denegat. *cap. Omnis 36. 7. quæst. 1. cap. serpens 48. de pœnit. distinct. 1. cum similib.* per Tiraquell. *de pœnis in princip.* & Speculat. *de sentent. §. 6.* Ubi misericordiâ dignos censet, qui alieno vitio & culpâ laborant, vid. eundem Speculat. *tit. de offic. ord. §. 3. in fin. & de dispensat. §. fin. num. 15.* ubi multis juribus judicialem auctoritatem informat, ut misericordiam potius quam rigorem in pœnis sequatur, quia vera justitia compassionem habet, *cap. vera 15. distinct. 45.* & disciplina destituitur, si sine misericordia teneatur, *cap. disciplina 9. dist. 45.* est etiam censura talionis consideratione digna, quæ extat *Jacob. 2. vers. 13.* ubi damnatio absque misericordia erit ei, qui misericordiam non præstiterit, & gloriabitur misericordia adversus damnationem. Magistratum ergo circa subditos oportet esse patientem, sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur, *l. 9. §. 2. de offic. proconf.*

II.

Misericordiam & pietatem non debet quis exercere in alterius detrimentum, *l. & eleganter 7. ff. de dol.* neque eam intempestivè exercere, *l. si hominem 7. ff. depos.* Misericordia enim crudelis dicitur, parcere uni in discrimen multorum, *cap. ult. distinct. 45.* neque etiam misericors est, qui parcit vitiis nutriendis, ne conturbet delinquentes, *cap. qui est. 33. quæst. 4.* adeò ut nec in mala causa pauperi misereri debeamus, *cap. ne amisso. 34. caus. 23. q. 4.*

III.

Ex affectu publico convenit eorum necessitatibus subvenire, qui in fatales miserias ceciderint, Nov. Valentian. apud Jacob. Cujac. *16. obs. 22.* Nec enim non eos oportet studiis favorabilibus adjuvari, quibus hoc solum remanet, quod sibi non potuit vendicare captivitas, idem *ibid.*

CAP. XLV.
Mitius est.
Axioma I.

Mitius cum illis agendum, qui non voluntate, sed eventu peccant. *cap. ult. extr. de his qui fil. occid.* sicuti etiam mitius est agendum cum sponte confessis, quàm cum convictis, *c. ult. extr. de furt.* *II.*

Mitius agitur cum aliquo, favore religionis, *cap. ex literarum 2. extr. de cond. appos.* licet quoad pœnam mitior imponatur pœna Laicis quam Clericis, *d. cap. literarum 2. extr. de condit. appos.* imò & cum Regibus & Principibus mitius agi debere, quàm cum aliis, text. est *in c. non est 11. extr. de sponsalibus.*

III.

Mitius agit Canon quàm Lex. *c. pervenit 2. extr. de adulter.* mitius tamen agere cum ignorante jus positivum quam naturale, *text. est in c. cum illorum 32. extr. de sentent. Excomm.*

CAP. XLVI.
Mixtum. Mixtio.
Axioma I.

Mixta causa magis sequitur naturam spiritualis quam civilis. *cap. quanto 3. de judic.*

II.

Licitum non est merces corruptas cum incorruptis miscere aut vendere, ut vinum cum alio liquamine. *Perez. C. de suariis n. 10.*

Limita (1.) Fiscus potest vetus corruptum frumentum cum novo miscere militibus vel plebi distribuendum. Qui casus liberalitatis tamen non est extendendus ad casus necessitatis, in quos cadit obligatio; gratuita enim præstatio removet omnem fraudis suspicionem. Ad emendum itaque hujusmodi corruptum vel mixtum frumentum Fisci curatores neminem cogere possunt. (2.) Licet tam modicum miscere, ut humano corpori non noceat, quò casu tamen tantum pretii, quantum pro penitùs incorrupto sumere non licet. Potest itaque mercator tritico puro iterum miscere glebulas & paleas, quibus ante erat mixtum, ut solet ex aream colligi, miscere, modò triticum non deterioretur, cùm & aliis liceat triticum non purgatum vendere. *Perez. C. de condit. in publ. horreis n. 5. 9. Brunnem. ad l. 1. C. eod. n. 2.*

III.

Non licet diversos colores miscere & tunicas diversis coloribus tingere *l. 3. C. de vestib. hol.* sicut & *Levit. 19. vers. 19.* agrum duobus seminum generibus conserere seque vestimento variarum rerum tegere prohibitum. *Brunnem. ad l. 3. C. d. t.*

IV.

MIXTUM an comprehendatur sub simplici, difficilis est materia, quam brocardicam appellant Rom. *in l. 2. num. 10. ff. de verb. obligat.* & Jas. *in §. omnium. n. 28. Instit. de actionib.* [atque theses de hoc nimis periculosas esse, utpote generales & nullis legibus confirmatas, indeque rectius esse, ut ex suis quæque locis definiantur & explicentur, ait Gisan. *ad l. 2. de V. O. num. 2.*] Ideo cum certa regula constitui non possit, ponam primo loco omnes casus, in quibus sub simplici mixtum continetur, & in quibus dispositio loquens de mixto, procedit etiam in simplici; deinde subjiciam alios casus, in quibus mixtum sub simplici non continetur.

Mixtum continetur sub simplici, quando ex communi usu loquendi illud mixtum reputaretur tanqvam unum simplex, & isto casu dispositio loquens de simplici, habet locum etiam in mixto, *l. librorum 52. §. quod tamen 4. ff. de legat. 3. l. vel universorum*

verſorum 12. ff. de pignerat. act. l. ſi quis vinum 9. ff. de vino, tritico, & oleo leg. Bologn. *in repet. l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. n. 62. & 66. verſ. ſecundo limitatur. & n. 75. verſ. ſecundo fallit.*

Secundò continetur etiam quando qualitates in mixto concurrentes ſunt inter ſe compatibiles, *l. ſervis urbanis 99. §. fin. ff. de legat. 3. l. Titiæ textores 36. ff. de legat. 1.* Bolognet. *d. l. 2. in princ. numer. 54.* Secus ſi in mixto concurrunt qualitates incompatibiles, & contrariæ, quia tunc mixtum non continetur ſub ſimplici, ut *in l. 1. §. interdictorum 1. ff. de interdict. & in l. in tribus 13. ff. de judic. & in d. l. ſervis urbanis 99. §. fin. & in d. l. Titiæ textores 36. §. 1. ff. de legat. 1. & in §. quædam 20. Inſtit. de action.* Bolognet. *d. l. 2. in pr. num. 46. & num. 54. verſ. ſed ſi eveniat, & n. 65.*

Tertio continetur quando mixti qualitates ſunt ſeparabiles, *in d. l. 2.* reſolvunt Angel. *num. 1. verſ. tu autem.* Aretin. *poſt. num. 2. verſ. aliquando.* Alex. *num. 2. verſ. unde.* Roman. *num. 10. & num. 16.* Cuman. *num. 4.* Bolognet. *num. 45. & 186.* Alciat. *in repet. num. 15. cum ſeq. & num. 23.* Polyd. Ripa *in tract. de nocturno tempore, cap. 4. num. 8. & 9.* Secus verò ſi qualitates in mixto concurrentes ſunt inſeparabiles; tunc enim diſpoſitio loquens de ſimplici, non habet locum in mixto continente inſeparabiles qualitates, ut *in l. vim paſſam 39. §. præſcript. 5. ff. de adulter. & in l. ſi adulterium cum inceſtu 38. ff. eod titul.* Bolognet. *in d. l. 2. in princ. num. 47. & 186.* Alciat. *in repet. ſub numer. 23.* Cardinalis Tuſch. *pract. concl. tom. 5. lit. M. concluſ. 244. num. 32.* ubi quod quando materia eſt individua, mixtum non continetur ſub ſimplici, etiam quod diſpoſitio loquatur de pluribus ſimplicibus. Polyd. Ripa *d. cap. 4. n. 14.* ubi ampliat etiam in odioſis.

Quartò continetur ſi concurrat mens, & intentio veriſimilis diſponentis, ut per Bologn. *in d. l. 2. in princ. num. 55. ad fin. verſ. fallit ubicunque. & num. 58. verſ. ubicunque.* Alciat. *in repet. poſt. num. 23.* Galiaul. *poſt. num. 20.* Card. Tuſch. *d. lit. M. concl. 294. num. 48.* Polydor. Ripa *d. c. 4. n. 12. verſ. aut conſtat. & num. 120.*

Quintò continetur ubi in ſimplici & mixto adeſt eadem ratio, & multo magis ſi in mixto viget major ratio, quàm in ſimplici, tunc enim diſpoſitio loquens de ſimplici, habet locum etiam in mixto, Bologn. *in d. l. 2. in princ. num. 55. verſ. & ideò in iſtis mixtis, & num. 57. verſ. ſicut è contrario, & num. 62. verſ. tertio fallit, & num. 67. verſ. tertio limitatur, & num. 72. cum ſeqq.* Alciat. *in repet. ſub num. 10.* Surd. *conſ. 33. num. 29.* ubi ampliat etiam in pœnalibus & odioſis, *& conſ. 315. num. 58.* Cardin Tuſch. *d. concluſ. 294. num. 34.* Polyd. Ripa *d. c. 4. n. 13.* Rot. *deciſ. 385. n. 4. apud Farin. p. 2. recent.*

Sextò continetur in gratia, & beneficio principis, ac proinde conceſſa per Papam legato facultate legitimandi ſpurios & inceſtuoſos, cenſetur etiam data poteſtas legitimandi ſpurios & inceſtuoſos ſimul, ex quo talis legitimandi facultas reputatur favorabilis, cùm agatur de beneficiis Principum, & ſic latè interpretandis, ita Bart. *in d. l. 2. in princ. num. 2.* Angel. *num. 2. verſ. & ideo* Imol. *num. 2. cum ſeqq.* Alex. *num. 3.* Roman. *num. 62.* Cuman. *num. 2. verſ. ſecundum.* Alciat. *in repet. num. 41. cum ſeqq.* Galiaul. *num. 6. cum ſeqq.* Jaſon. *in §. omnium n. 31. Inſtit. de action.* Mandoſ. *in reg. 10. Cancel. quæſt. 3. num. 10.* & ſaltem procedere, quando legitimatio non tendit in alicujus præjudicium, agnoſcunt Cephal. *conſ. 117. num. 37. lib. 1.* Oſaſch. *Pedem. deciſ. 119. num. 1. cum ſeqq.* Polyd. Ripa *d. c. 4. num. 90. cum ſeqq.* Rot. *d. deciſ. 385. num. 4. p. 2. recent.*

Septimò continetur quando aliàs ſequeretur Jurium contrarietas, ita Bart. *in d. l. 2. num. 2. verſ. cum ergo.* Cuman. etiam *num. 2. verſ. & hoc verum.* Jaſ. *num. 5. in fine.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 294. num. 33.* Polyd. Ripa *d. cap. 4. num. 42.*

Octavo continetur quando lex hoc exprimeret, Bart. *in d. l. 2. num. 2. verſ. item.* Cuman. etiam *num. 2. verſ. item comprehendit.* Jaſ. *n. 5.* Polyd. Ripa *d. c. 4. n. 3. & 6.*

Nono continetur quando eadem diſpoſitio exprimit illa ſimplicia, ex quibus mixtum eſt compoſitum, non ex proprietate ſermonis, ſed ex benignitate, Bologn. *in d. l. 2. in princ. num. 56. in fine.* Galiaul. *in repet. num. 11. & 21. verſ. puto.* Angel. *conſ. 348. n. 2. verſ. licet ſecus.* Card. Tuſch. *d. concl. 244. num. 35.* Polyd. Ripa *d. cap. 4. num. 9. in fine.*

Mixtum non comprehenditur ſub ſimplici, nec diſpoſitio loquens de ſimplici, locum habet in mixto in odioſis, ſeu aliàs in materia ſtrictè interpretanda, Aym. *conſ. 276. col. fin. verſ. jam cauſa collectarum.* Cephal. *conſ. 26. num. 24. cum ſeqq. lib. 1.* Tiraq. *de legib. connub. gloſſ. 5. n. 71.* Hercul. *in tract. de cautione de non offendendo, cap. 17. num. 2.* Mandoſ. *ad reg. 11. Cancel. quæſt. 3. n. 6. & reg. 11. quæſt. 16. n. 2. & reg. 32. quæſt. 30. num. 8. verſ. amplius conditio.* Surd. *conſ. 430. n. 14.* Item quando eadem diſpoſitio eſt pœnalis. [*dict. l. vim paſſa 39. §. præſcri-*

præscriptiones. & l. mariti 29. §. hoc quinquennium 6. ff. de adult. Farin. *1. consi. trim. 54. num. 6.*] Bertazol. *consi. 126. num. 13. in fine.* Card. Tusch. *d. lit. M. concl. 294. num. 2. & 45.* Polyd. Ripa *d. cap. 4. num. 9. & 109. cum seqq.* [nisi odium pœnæ instiget ad finem animæ, ut not. Anton. de Butr. *in cap. omnes utriusque sexus per illum text. col. 3. vers. 2. quærent de pœnitent.* quem approbat & sequitur Felin. *in cap. fin. in 1. col. de simon.* citatus à Ludov. Gomez *ad §. omnium Instit. de action. num. 25.*] seu materia exorbitans, aut correctoria. Tiraq. *d. gloss. 5. num. 71.* Mandos. *reg. 33. quæst. 7. num. 3. vers. quinto, & ultimo. & reg. 11. quæst. 16. num. 2. & reg. 22. quæst. 30. num. 8. vers. amplius conditio.* Card. Tusch. *d. concl. 244. n. 26.* Polyd. Ripa *d. c. 4. n. 48. & num. 126.* Et in respicientibus præjudicium tertii. Ruin. *consi. 167. numer. 20. lib. 1.* Cravett. *consi. 491. num. 3.* Hier. Gabr. *consi. 197. num. 6. lib. 1.* Surd. *decis. 174. numer. 16.* Polyd. Ripa *d. c. 4. n. 127.*

Mixtum non continetur sub simplici, nec dispositio loquens de simplici, habet locum in mixto in contractibus, ita Roman. *in d. l. 2. in princ. num. 57. vers. sequitur quinto.* Octav. Glorit. *d. concl. 244. n. 12.* Polyd. Ripa *d. cap. 4. n. 32. & 33.* ubi subdit, quod hoc fallit favore libertatis. Sic etiam statuta loquentia de simplici, non habent locum in mixto, [ut ait Bald. *in l. omnes populi, col. 10. ff. de just. & jur.* per text. *in l. quid ergo 13. §. 1. vers. ex sententia ff. de his qui not. infam. junct. l. 1. §. is qui 19. ff. de exerc. act. adde* Joh. Crotum de Monteferrat *in repet. l. Gallus. §. quid si tantum, in 22. col. vers. 8. conclusio.* Carol. Ruin. *ad rubr. de acquir. poss. col. fin.* Papiens. *in repet. rubr. de caus. possess. & propr. col. 6. num. 26.*] quia in statutis facienda est stricta interpretatio. Bolognet. *in repet. d. l. 2. in princ. num. 69. & 70.* ubi Alex. *n. 7.* Tiraq. *d. gloss. 5. num. 70.* Card. Tusch. *d. concl. 294. num. 16. cum seqq.* Surd. *decis. 174. num. 14. vers. & statutum.* Polyd. Ripa *d. cap. 4. num. 45. cum seqq. & num. 53. cum seqq.* ubi ampliat, sive statutum loquatur de personis, sive de actibus, sive de artificio. Et quod in legatis mixtum non contineatur sub simplici, eo quod in illis sit strictè interpretatio, tradunt Roman. *in d. l. 2. in princ. n. 10. vers. in legatis verò. & ibi* Jason. *col. 3. vers. unde ille text.* Alciat. *in repet. num. 19.* Polyd. Ripa *d. c. 4. num. 29.* [Imò nec in dubio mixtum sub simplicibus comprehendi, respondet Bart. *in l. 2. in pr. ff. de V. O.* ratio, quia in dubio à proprietate verborum non sit recedendum, *l. 1. §. is qui navem 19. de exerc. act. l. 1. ff. de fonte.* ex proprietate autem sermonis mixtum sub simplicibus non contineatur. *d. l. quidergo 13. §. quod ait Prætor 1. ff. de his qui not. infam. l. si ita scriptum 13. de lib. & posthum.* Lud. Gom. *ad §. sequens. n. 4. Inst. de act.*

V.

MIXTUM omne sequitur naturam sui simplicis magis digni, *l. quæritur 10. ff. de stat. hom. l. cum aurum 10. §. fin. ff. de auro & arg. leg. l. quicquid 27. §. cum partes 2. ff. de acquirend. rerum domin.* Ludov. Gomez. *in cap. 1. num. 47. in fine, de rescript. in 6.* Covar. *pract. cap. 36. num. 5.* Mandos. *ad regul. 1. Cancel. quæst. 10. num. 2.* Menoch. *consi. 661. num. 25. cum seqq.* Melchior. Phœb. *decis. 214. num. 3. tom. 2.* [Casus enim mixtus à suo potentiori nomen assumit, *d. l. quæritur. 10. l. repetundarum 15. §. 8. de testib.* Gail. *l. 1. observat. 38. num. 7.* Zas. *in §. quædam Instit. de act. numer. 4. Brunnem. Conf. 67. n. 3. 6. 8. & Conf. 162. n. 749.* quorum argumento respondit Signorol. *consi. 48. col. ult. vers. præterea.* hereditatis petitionem realem actionem dici sumpto nomine à re ut à potentiori: sic etiam idem Signorol. *consi. 119. num. 19.* consuluit bannitum relegati nomen assumere, ut potentius quam deportati: sic res temporalis Ecclesiasticæ juncta Ecclesiastica, ut nomen à potentiori retinens judicatur, quemadmodum respondet Cravett. *consil. 271. col. pen. cui add. &* Dec. *in l. rogasti. §. si tibi. numer. 6. ff. si cert. pet.* Alciat. *in l. 2. in princ. numer. 42. de V. O.* Menoch. *4. recup. poss. num 32.*

CAP. XLVII.
De Mobilibus.

Axioma I.

Immobilia in quibusdam potiora sunt mobilibus, e. g. mobilia possidentes non censentur idonei & à cautione immunes *l. 15. qui satisd. cog.* alias magis expedit habere bona mobilia, quia illa portari quocunque possunt. *Nov. 4. cap. 3. §. rerum. Perez. C. de debitor. Civit. n. 10.*

II.

Mobilia pretiosa æquiparantur immobilibus, *Carpz. L. 6. Resp. 118. n. 23. P. 2. Dec. 145. n. 27. p. 3. Dec. 284. num. 5. Process. Tit. 9. art. 5. num. 129.*

III.

Mobilia personæ defuncti tenacissimè adhærent, & de eo loco esse censentur, ubi defunctus domicilium habuit. *Brunnem. consi. 119. n. 12. Mev. P. 2. Dec. 100.*

CAP.

CAP. XLIIX.
De Moderamine inculpatæ Tutelæ.
Axioma I.

Quoties quis aliter à periculo mortis liberare se potest, quàm occidendo, toties moderamen excedit. Quia sic culpam committit & magis vindictam, quàm defensionem exercet. vid. *§. 2. Instit. ad L. Aquil.* & *Const. Crim. art. 140.* Ita qui, cùm potuit, non aufugit, moderamen excedit *l. 5. pr. ff. ad L. Aquil.*

Declar. ut tamen excessus in moderamine inculpatæ tutelæ puniatur duntaxat extraordinariè, cùm difficillimum sit justum dolorem temperare *l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult. & l. 4. C. eod. Carpz. Pract. Crim. P. 1. Q. 28. & 29.*

CAP. XLIX.
Modestia.

Modestiam & patientiam Leges unicuique injungunt. *l. 26. C. de Episc. & Cleric.* Sicuti enim eæ modestiam & verecundiam amant commendantque. *l. 14. §. 1. de alien. judic. mut.* ita inverecundiam & immodestiam dedignantur. *l. sicut 8. §. si voluntate 6. ff. quibus mod. pignus amitt. vid. orat. Ant. Matthæi de Modestia JCtorum.*

CAP. L.
Modicum, minimum, Pauxillum. *Conf. sup. cap. 31.*
Axioma I.

Modicum & nihil sunt æquiparata. *cap. licet causam 9. §. quanquam. in verb. nulla vel modica de probat. cap. cum te extr. de Re jud.* Gothofr. Anton. *disp. feud. 7. th. 3. lit. E.* Jas. *in l. si is qui pro empt. col. 2. ff. de Usucap. & in l. sciendum. ff. qui satisdar. cogantur.* Ludov. Roman. *sing. 334.* Hippolyt. de Marsil. *singul. 276. Parum & nihil.* Regner. Sixtin. *2. Consil. Marpurg. 8. vol. 2.* nec propter res parvas quid novandum aut turbæ movendæ. Zas. *ad l. scio de restit. in integr.* imò modicum pro nullo reputari *ex l. 4. de in integr. rest. l. 4. §. ult. ff. de adil. edict.* probant Anton. de Butrio *in c. 2. post gloss. 2. de regular.* Paris. de Buteo *in tract. Syndicat. verb. tortura. n. 1. 2. 3.* Wesenb. *1. cons. 13. n. 5.* sicut & res quæ non adeo magni sunt momenti per *c. licet 9. de probat. verb. nulla. §. sed quia. Inst. de fideicomm. hered.* Gilken. *ad l. 15. C. de pact. num. 26. vid.* Cujac. *ad cap. 3. extr. de sponsal.* ita modica mutatio substantiam non immutat. Speculat. *de libell. concept. §. nunc ostendamus. n. 6. 7. 8.* nec etiam damnum magnum in mora modici temporis videtur. *l. si debitori 21. ff. de judic.* nec modica inæqualitas in considerationem trahi solet. Horat. Mandos. *in addit. ad Roman. cons. 386. in causa propositæ consultat. verb. Speculator allegans.* Boer. *decis. 140. ex processu.* Phil. Dec. *in l. ut liberis notab. 3. C. de collat.* Pantschm. *2. quæst. pract. 16. n. 60.* ita modicum intervallum non est intervallum. *l. 6. §. 1. de duob. reis.* unde Quintil. *declam. 9.* Vix salutatis laribus expellor, & apud plerosque dubitari potest, an admissus sim. vid. Cujac. *in Paul. 3. quæst. ad l. 40. de reb. cred.* nec modicum vulnusculum in se delictum habet, *l. 1. §. 8. de ædilit. edict. l. 4. eod. ibique C. A. th. 24.* idem etiam extendi ad impensas modicas videmus *in l. 12. ff. de impens. in rem dot. fact.* quod etiam de dote exigua dicit Gail. *2. observ. 88. n. 20.* quæ omnia in terminis habilibus intellige: aliquando enim & modica attendi, patet ex iis, quæ refert Cujac. *lib. 7. respons. Modestini in l. Sempronia 72. de furt.* ubi multis exemplis ostendit, non erubescere juris Auctores aliquando etiam de rebus minimis jura condere, nec metuere, ut Plato ait *5. de LL.* opinionem μικρολογίας: debemus enim esse religiosi etiam in re parvi momenti, ut vel assvescamus semper esse hujusmodi. Cujac. *ad l. 60. in fin. de furt. tract. 18. ad African. p. 119.* Unde Julianus in *Novell. 69.* eleganter ait: quamvis res, de qua agitur, minima videatur, justitiæ tamen ratio non ex quantitate, sed ex suis regulis debet æstimari: Nam quod aliis vilissimum esse videtur, hoc aliis pretiosissimum est. Conf. Cujac. *in Comment. ad Novell. 69. cap. 1. & lib. 11.* Paul. ad Edict. *l. 13. ut in possess. legat.* C. A. *ut legat. vel fideic. thes. 3.* ita v. c. eum, qui rem modicam rapit, de omnibus aliis etiam majoribus teneri sententia est Ofilii *in l. 21. de furt.* quæ placuisse videtur & Claudio *in l. 3. §. ult. de incend. ruin. & naufrag.*

Deinde limita, quòd hoc axioma non procedat de multis modicis, cùm hodie modicum, cras modicum & perendie modicum faciant unum grande satis. *Alber. Gent. dec. 1. disput. 2.* & quæ non prosunt singula, multa juvant. *l. excusantur. 2. de excus. tutor.* ut & minimum quodvis uni additum vincit alterum. *Bart. Bald. in l. si duo patroni in pr. per gloss. ibi in verbo habiturum. ff. de jurejur.* Sed de uno modico dicitur, quòd non attendatur. *gloss. in l. continuus de V. O.*

II.

Modicum quid sit, licet in actione doli duobus aureis definiatur. *l. 9. §. ult. juncta. l. 10. ff. de dolo.* ex comparatione personarum & aliarum circumstantiarum æstimari solet. Gilken. *ad l. 15. C. de pact. n. 27.* vid. Menoch. *cons. 184. n. 3.* & C. I. A. ubi de definitione & quænam sint modica, *Commodati thes. 18. l. 2. §. 1. junct. l. 4. ff. quod cum eo qui in alien. pot.* ubi gloss. *in d. §. 1. lit. n.* judicis arbitrio æstimandum relinquit. *vid.* Umm. *disput. 16. de processibus n. 40. vers. aut si de re modica.*

III.

Modica non nocent, *cap. si proponente 42.* ubi *gloss. 1. de rescript.* Tiraq. *in l. si unquam, verb. donatione largitus. n. 107. C. de revocand. don. & in tractat. de judicio in rebus exig. vers. 29.* quia de modico non est curandum, *l. si oleum 9. §. fin. cum l. seq. ff. de dolo. l. in rebus 18. §. possunt 2. ff. commodati.* Thom. de Thomasset. *in floribus*

legum,

legum, reg. 422. ubi ait procedere, nisi modica essent essentialia. Bertazol. *in repet. l. si quis major. C. de transactionib. n. 422.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 59. n. 3. in 1. edit.* aliàs *resol. 36. in 2. edit.* Giurba *in consuet. Messanens. c. 16. gloss. 1. n. 14.* Joan. Maria. Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 37. n. 10. & 21. q. 56. n. 8.* Steph. Grat. *discept. forens. tom. 5. c. 951. n. 7.*

Unde modicam rem non efficere simoniam, id est, simoniam non committi, si quid minimum donatur, tenent Cravett. *cons. 46. n. 12. vers. confirmatur.* Tiraq. *de judicio in rebus exig. vers. 30.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. n. 166.* Soar. *de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 3. num. 3. cum seq.* Aloys. Ricc. *in decison. 1. Curiæ Archiepiscop. Neapolitan. decis. 208. n. 6. cum seqq. p. 1.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. M. concl. 239. n. 46.*

Et in usura ratione parvæ quantitatis peccatum dari posse tantummodo veniale, resolvunt D. Thom. *2. 2. quæst. 66. art. 6. ad 3.* Covar. *lib. 1. var. cap. 3. n. 12.*

Civitas inscio principe modicum tributum indicere potest. *Brunnem. in l. un. C. de superindict. Perez. de indict. n. 11. 12.*

Publicæ lætitiæ nunciis modicum donari potest *l. 1. 2. C. publicæ lætitiæ. Perez. ibid. n. 9. --13.* Sic & legatis data si modica sint, ab iis retineri possunt. *Brunnem. C. eod. in fin.*

Et lethale peccatum non committi, si jusjurandum in promissione rei minimæ adhibitum non servetur, tradunt S. Antonin. *tit. 10. cap. 4. §. 1. col. 3.* Sylvest. *in summ. verb. Juramentum. 4. quæst. 1. p. 2. ad fin.* Sot. *de Justit. lib. 8. quæst. 1. art. 7. in 7. col. & lib. 7. q. 2. art. 2. vers. utrum ratione levitatis.* Azor. *Instit. moral. p. 1. lib. 11. cap. 5. quæst. 3.* Fr. Emman. *quæst. Regularium. 3. quæst. 50. art. 2.* Sayr. *in Clavi Regia, lib. 5. cap. 46. n. 28.* Quamvis contradicat Cajet. *2. 2. quæst. 89. art. 7. ad 1. dub.* Covarr. Tabien. Armil. & Philiarch. citati ab Azor. *ubi supr.* & Alex. *cons. 105. Magnificè. num. 19. vers. accedat. lib. 3.* putans quod emptor non implens juratam emptionem cadit à tota, si minimum remanet, quod non implevit, & Cravett. *cons. 182. n. 16.* existimans quod ubi est juramentum, modicus defectus etiam in uno nummo facit incidere in pœnam, prout eos refert Cardin. Tusch. *dict. lit. M. concl. 239. n. 40. & 41.*

Ex quo testes singulares probant, ubi agitur de modico præjudicio, dicunt Crav. *d. cons. 182. n. 15.* ubi idem dicit de testibus consanguineis, & de illis, qui modicam utilitatem, vel commoditatem sunt percepturi. Abb. *cons. 113. col. 4. vers. vel possumus. lib. 2.* Anton. Gabriel. *commun. tit. de testib. conclus. 2. n. 74.* Seraph. *de privileg. juramenti, privil. 27. n. 11.* Farin. *in praxi crim. q. 64. n. 298.* Card. Tusch. *d. concl. 239. n. 12.* [ita & in causis modicis summariè proceditur, ne pars litigans plus sumptuum quam controversiæ summa sit, patiatur. Imp. *in Authent. de mandat. Principum. §. sit tibi quoque. Authent. nisi breves. Cod. de sent. ex brevi. recit.* Cons. Arg. *cons. 88. n. 10. vol. 1.* nec multa modica facere unum satis in pœnalibus, inquit Jas. *in l. si idem cum eodem. n. 3. & ibi.* Dec. *n. 1. & 16.* Claud. Seysell. *n. 1. & 2. de jurand.* Farin. *1. cons. crim. 78. n. 3.* nec etiam modica præsumi aliquem immutare, dicit text. *in cap. et si 18. de simon.* neque circa ea dolum committi, patet *ex cap. penult. extr. de crimin. falsi.* neque etiam suspicionem modicam vitiare rescriptum, cum ea animam sapientis non immutet, *refert cap. ult. extr. eod.*]

MODICA tamen semper attenduntur in istis casibus. Primò, quando dispositio loquitur per verbum, *aliquid.* Secundò, quando dispositio loquitur conditionaliter. Tertiò, quando sumus in formalibus. Quartò, quando minimum requiritur ad integrandum numerum majorem, & quando agitur permissivè, secus si prohibitivè. Sextò, quando militat eadem ratio in modico, sicut in magno; ita plenè Dec. *in cap. de appellationibus, num. 11. cum seqq. de appellat.* quem refert Cardin. Tusch. *dict. conclus. 239. num. 39.* Ideo in solutione gabellæ qui deficit in uno nummo, non excusatur, Alex. *cons. 105. Magnifice. num. 20. vers. pro hoc benefacit. lib. 3.* Et emphyteuta solvens nummum pro canone, ita expellitur, & cadit à Jure, si illum nummum solvere cessat per biennium, seu triennium, sicuti si major esset summa, Bald. *in cap. cum adeò. in princip. num. 3. vers. & sic nota de rescript.* Tiraquell. *de judicio in rebus exig. vers. 55. 51.* Cravett. *d. cons. 182. num. 16.* Surd. *de aliment. titul. 8. privileg. 61. n. 23. & tit. 7. quæst. 17. num. 23. & 24.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 22. tit. 27. num. 13.* Cald. Pereira *quæstion. forens. lib. 1. quæst. 11. num. 12. & cons. 38. num. 9.* Molin. *de Justit. tractat. 2. disput. 453. vers. dubium etiam est.* Rebellus *de obligat. Justit. part. 2. lib. 14. quæst. 8. num. 8.* Cardin. Tusch. *d. conclus. 239. numer. 42.* & modici beneficii taciturnitas vitiat dispensationem super pluralitate beneficiorum, *cap. non potest 21. cap. si motu 23. de præbend. in 6.*

IV.

Modicum opponitur magno, sicut non modicum capitur pro magno in *l. 1. §. 1. de liber. cauſ.*

V.

Modica impenſa ab *Alex. in l. divortio. §. impendi. n. 3. in fin. ff. ſol. matrim.* dicitur, quæ fit pro fructuum perceptione, & magna, quæ eſt ad perpetuam rei utilitatem, etſi ipſa quantitas ſit exigua. Aliter ſtatuit *Menoch. de arbitr. jud. quæſt. l. 2. caſ. 145. n. 4.* quod modica impenſa ſit decidenda pro qualitate rei & perſonarum ex arbitrio judicis. *Munnoz de Eſcobar de Ratiocin. cap. 25. n. 58.*

VI.

Aliquando modicum eſt diviti, quod multum eſt pauperi. *arg. l. legitimos §. 1. de leg. tutel. Bartol. in l. ſed etſi ſuſceperit. §. 1. in fin. de judic. arg. l. 1. ibi: & liceat. de aleat.*

VII.

Modicitas pretii arguit ſimulatum contractum. *Panorm. conſ. 49. p. 1. n. 1.* & præſumtionem facit contra verum contractum, utſi datur res mille valens pro centum. *c. 1. verſ. ſi quis. qual. ol. feud. alien. pot. Rimin. conſil. 74. n. fin.* iſtam autem modicitatem limitat Cavalcanus ad tertiam vel quartam partem, *deciſ. 2. num. 15.* Secus verò eſt, ſi læſio eſt ultra dimidium juſti pretii, tunc non ſimulatio ſed læſio præſumitur. *Beſold. conſ. 93. n. 84.*

CAP. LI.

Modus, Temperamentum, Conditio.

Axioma I.

Modus honeſtus in omnibus rebus eſt ſervandus, non immoderata cujusque affectio ſuſcipienda, *l. 6. §. 2. ff. de offic. proconſ. l. ex damno 40. in princ. de damn. infect.* Anton. Faber *in C. ſuo de uſur. definit. 2. num. 4.* & modo adjecto ſtandum, ut cuilibet licito & honeſto pacto, ex eo enim fides contractus æſtimandus eſt. *l. 8. §. 9. de tranſact.* dummodo idem ſtatus rei maneat: eo enim modo mutato proprietarius modum ſervare non tenetur. *l. quæro 54. §. inter locatorem 1. ff. locati.* Tiberius Decian. *2. reſponſ. 38. num. 9.* Conn. *conſ. 75. num. 16. & conſ. 105. num. 5.* ne modus ſit captioſus, quod contra bonam fidem eſt. Decianus *reſp. 4. n. 35. volum. 1.* Alciat. *reſponſ. 77. n. 3. vol. 8.*

II.

Modos & definitiones rerum inducere non hominis eſt, ſed Legis. *l. illud 19. C. de SS. Eccleſ. l. patre 8.* ibi: *quibus caſibus ſolent. de his qui ſui vel alieni juris.* Ubi exemplum de furore paterno, quod eo non ſolvatur patria poteſtas, quia inter modos patriæ poteſtatis ſolvendæ receptos in civitate (hoc enim ibi vocula *Mox* deſignat) iſta non ſit: ita ſi quæratur, an adoptio etiam fieri poſſit teſtamento? Rectè reſpondet Lyclam. *lib. 7. membr. eclog. 9.* non poſſe: quia duo modi tantùm Lege proditi ſint, Principale reſcriptum & imperium Magiſtratus. Sic cùm quæritur, an regulariter pactis detur hereditas? rectè negando reſpondebitur: quia certi ſint modi, quibus hereditas detur, lex & teſtamentum. cum igitur in iis pactum non ſit receptum, *l. 5. Cod. de pact. convent. l. ult. de ſuis & legitim.* conſequens eſt hereditatem pactis dari non poſſe. Similia exempla occurrunt *in l. 44. §. 1.* ibi: *certis modis deſinit deberi. de O. & A. l. 20. C. de pact. l. 18. C. de ingen. manumiſſ. l. 7. C. de ſent. & interloc.* Simile etiam occurrit in quæſtione de doctorali dignitate, an ea liberos à poteſtate patria liberet, de quo vide Locam. *in faſcicul. quæſt. 38.* ita, verbi cauſa, certis de cauſis permiſſum eſt ſervis dominos accuſare, *l. 1. §. 8. de offic. Præfect. urbi. l. 53. ff. de judic.* ita legitimis modis probandus quis eſt ingratus fuiſſe, *l. omnimodo 30. Cod. de inoffic. teſtam.* ita teſtamentum dicitur ordinatio, ſub certa tamen legis definitione conſtituta. *l. 13. §. ult. C. de teſtam.*

III.

Qui diſponit de modo rei, ſupponit rem non interdictam, D. Gerhard. *de conjugio §. 331. p. 209.* D. Dorſch. *in Antipap. 209.*

IV.

Modus implendi in conditionibus magis conſideratur quam effectus, *l. commodiſſimè 10. de liber. & poſth.* intellige verum in voluntariis, ſecus in neceſſariis, quia tunc potius ad effectum reſpicitur. *l. ſi mater. 3. C. de inſtit. & ſubſtit.* Bart. & Dd. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de liber. & poſth.* Corn. *276. Viſo. num. 6. tit. 3.* Aug. Bero. *in rubr. de probat. num. 49.* Unde quando ſit reſpectus ad effectum ſeu rem ipſam, non curatur, à quo fiat, quo caſu ſuccedit regula: Non curamus de modo, dummodo habeamus effectum. *l. 3.* ubi Bald. *in pr. de inſtit. & ſubſt. l. ſi verò 12. §. ſi filiofam. 6. ff. mandat. l. cum ſervus 104.* ubi Cuman. *num. 2. de V. O. ſicut 8. §. ſi debitori 16. quibus modis pign. vel hypoth. ſolvatur.* Pantschm. *1. quæſt. pract. 19. num. 103.* Pacian. *1. conſ. 39. num. 35.*

V.

Modus in vim conditionis reſolvitur, *l. 1. C. de his quæ ſub modo l. 92. de condit. & demonſtr. cap. Raynaldus 18. extr. de teſtament.* quo intuitu quandoque modus appellatur conditio, & viceverſa, Balduinus *Inſtit. de legat.* Eſt enim cauſa quædam finalis, ut eâ deficiente extinguatur vel ſuſpendatur debitum, perinde ac ſi deficeret conditio vel in pendenti eſſet. *l. 17. §. fin. de condit. & demonſtr. d. l. 1. C. de his quæ ſub modo.* Gloſſ. & Azo *in ſumma C.* & Cujac. *in parat. ibid.* Gœdd. *vol. 1. conſ. Marpurg. conſ. 28. n. 123.* Hinc vocatur modus, quod ſit moderatio quædam conventioni adjecta, *l. 44. in pr. de oblig. & act. l. 14. l. 16. l. 76. l. 89. l. 97. §. poſſum. l. 102. l. 105. de verb. obligat. l. 87. §. ult. de condit. & demonſtr. l. 1. ff. de condict. cauſ. dat.* Burſat. *382. n. 21.* cui adjectioni quidem ſtandum, ut cuilibet alii licito & honeſto pacto, dummodo idem ſtatus rei maneat, eo enim mutato non tenetur proprietarius modum ſervare, *l. quæro 54. §. inter locatorem 1. ff. locat.* Decian. *reſp. 38. n. 9. vol. 2.* Corn. *conſ. 750. n. 16. & conſ. 105. n. 5.* Unde is propriè modus dicitur, non conditio,

quando

quando contractui vel actui perfecto adjectum fuit onus, Cravett. *conſ. 59. num. 1. vol. 1.* Bald. *in c. dudum el. 2. n. 27. de Elect.* ubi ait, quod modus ſit obligare reciprocè, ſed conditio non obligare reciprocè, ſubdens modum debere impleri per viam compulſionis, ſi Domino expediat, conditionem verò per viam excluſionis. 1. ſi non impleatur, excludatur quis ab initio & exordio contractus. Adde & Jaſon. *in l. ſi teſtamento n. 3. C. de inſtit. & ſubſtit.* Zuchard. *add. l. 1. n. 173. C. de pact.* Tiraq. *de retract. conſanguin. §. 8.* Alciat. *reſp. 210. n. 6.* Si itaque modus vocetur interdum conditio, id de conditione reſolutiva, quæ proprie modus eſt, non autem de conditione ſuſpenſiva, quæ propriè eſt conditio, intelligendum erit. De cujus diſtinctione vide Accurſ. *in l. 2. ff. de in diem addict.* Bart. *in l. 1. col. 4. verſ. 3. & in l. quibus diebus. §. Titio oppoſ. ult. ff. de condit. & demonſtr.* Menoch. *conſ. 388. num. 15. vol. 4. & conſ. 494. vol. 5.* Vultej. in Conſ. Marp. *conſ. 21. vol. 3. n. 184.* quam diſtinctionem quidem admittit Carpzov. *part. 3. conſtit. 13. defin. 26. n. 4.* in contractibus, ſecus verò in ultimis voluntatibus & legatis, ubi parum differre modum à conditione, cum modus ſit cauſa finalis diſpoſitionis, ait poſt Crav. *conſ. 59. n. 4.* Anton. Faber *in C. libr. 6. tit. 22. defin. 2. n. 3.* imò modum in legato pro conditione obſervari, textus eſt *in l. 1. & 2. C. de his quæ ſub mod.* vid. Weſenb. *in parat. de condit. & demonſtr. n. 9.* In dubio tamen potius modus quàm conditio præſumitur. *l. Mævia 44. ff. de manumiſſ. teſtam.* Aretin. *conſ. 149. in fin.* Alex. *conſ. 102. vol. 1. n. 2. verſ. confirmo.* Ruin. *conſ. 60. n. 5. vol. 2.* Cravett. *conſ. 59. n. 1. vol. 1.* Mandel. *conſ. 4. n. 34.* Maſcard. *de probat. vol. 1. concluſ. 343. n. 1.* quapropter qui modum non implet, privatur relicto ſibi commodo, Menoch. *conſ. 78. n. 6. & 17.* Surdus *de aliment. tit. 9. quæſt. 6. n. 56. & quæſt. 23. n. 7.* Cum in modo non acquiratur actio, niſi præſtita cautio ſit de illo implendo. Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c. 400. n. 15.*

CAP. LII.
De Molendino.

Axioma I.

Omnia Molendina ſunt immobilia non modò ædibus juncta. *l. 21. de inſtruct. & inſtrum. legat.* Carpz. *P. 3. Conſt. 24. def. 8. n. 1. 2.* Berl. *P. 3. Concl. 30. n. 10. 11.* Sed & pneumatica. Hering. *tract. de molend. cap. 8. n. 49.* Finckelthauſ. *obſ. 26. n. 18.* quamvis diſſentiat Carpzov. *P. 3. Conſtit. 31. def. 4.* & navalia Struv. *in Syntagm. Jur. Feud. cap. 6. aph. 11. n. 8.* Diſſent. Richter *de ſucceſſ. ab inteſt. ſect. 4. membr. 2. n. 23.* Reinking *de retract. conſang. q. 3. n. 117.* Carpz. *P. 3. Conſt. 24. def. 8. n. 3. ibique allegati.*

II.

Molendinum in flumine publico navigabili ædificari non poteſt ſine licentiâ Principis vel ſuperioris, *Alex. conſ. 193. vol. 2.* neque molendinum novum facere licet in præjudicium prioris, ſi avertatur aqua, ſi conſvetudo obſtet, vel jus tale ſit præſcriptum. *Schneid. in §. 2. Inſt. de interd. n. 56.* P. Friderus *de Proceſſ. Cam. L. 2. c. 38.* Fichard. *2. conſ. 132.*

CAP. LIII.
Moleſtia.

Axioma I.

Moleſtiam inferre alii per ſe illicitum eſt, *l. 4. C. finium regund.* ubi Bald. & injurioſum, *l. injuriarum. §. fin.* ubi Bart. & Alber. *ff. de injur.* ideoque juſta cauſa non præſumitur, niſi probetur, *l. 1. in fin. C. unde vi. l. ſi non convicii. C. de injur. gloſſ. fin. in c. cum cauſam. de re jud.* Unde ſi quis non debitum exigeret, *l. 3. C. de O. & A.* vel non debitorem q. debitorem appellaret, hoc injurioſum foret. *l. injuriarum 13. §. ſi quis per injuriam 3. ubi gl. ſi verò 5. in fin. qui ſatisdare cogantur. l. ſi fidejuſſ. 29. §. in omnib. 5. ff. mand. l. 3. in fin. ff. de crim. ſtellion. l. item apud 15. §. ait prætor. ff. de injur.* Schurff. *conſil. 15. numero 17. cent. 3.*

II.

Prohibitus moleſtiam inferre, non prohibetur moleſtare de jure. Felinus *in cap. cauſam quæſt. 18. n. 14. de reſcript.* Gail. *1. obſ. 22. n. 7. gloſſ. in cap. 1. de ſtat. Monachor. in verb. inferatur.* Carpzovius *part. 2. conſtit. 36. defin. 8. n. 6.*

CAP. LIV.
Momentaneum.

Momentanea in conſideratione non habentur. Menoch. *cap. 13. recup. poſſ. num 87.* Exempl. vid. *in l. ult. §. ult. C. de bon. quæ liber.* ubi momentanea acquiſitio non eſt conſiderabilis. Unde & à viro non dicitur divertiſſe, quæ per momentum ab eo abfuit. *l. plerique 33. de ritu nupt. l. divortium non eſt, 3. ff. de divort.* ſic ſolvens ut ſtatim repetat non dicitur ſolviſſe, *l. qui ſic. 5. ff. de ſolut.* ſic prohibitus alienare extra familiam non dicitur prohibitioni contravenisſe, quando per momentum tantum res fuit extra familiam. Angel *in l. voluntas. C. de fideicomm.* quem ſequitur Crot. *in l. ſi is qui pro emptore, num. 7. de Uſucap.* Opiz. Papienſ. *in l. filiusfamilias. §. Divi. num. 10. de leg. 1.* Simile addit Crotus ex Angel. & Rom. *in l. ſequitur. §. item Labeo de Uſucap.* ubi reſpondet emphyteutam alienantem emphyteuſin Domino irrequiſito non amittere, etiamſi tantum per momentum alienatio duraſſet. *add. &* Roland. à Valle *in tract. de lucro dot. quæſt. 59.* Tiraquell. *in l. ſi unquam. in verb. ſuſceperit. num. 171. & 172. C. de revoc. donat. & in tract. quod ceſſante cauſ. ceſſ. effect. limit. 23.* ubi alia ſimilia profert. Imprimis autem in pœnalibus & odioſis actus momentanei non ſunt in conſideratione, nec illi ullatenus puniuntur, aut puniri poſſunt. Franciſc. Vivius *cum adductis lib. 3. deciſ. 505. num. 2.* vid. & Rip. *in l. cum filiofam. num. 43. de legat. 1.* qui relata declarat, eaque in conſiderationem venire dicit, ſi prodeſſe commodumque afferre queant, de quibus Petraſ. *ſing. 26. in habes.* quemadmodum etiam conſideratur, cùm de extinctione actus alicujus agatur, *l. cum hæredes 23. §. 1. de acquir. poſſeſſ.*

ubi captus ab hostibus, si tantum per momentum temporis in captivitate durasset, statim amisisse possessionem perhibetur, add. & *l. uxoris ab ortu 2. C. de post. hered. inst.* Unde Crotus hac ratione motus *in l. si is qui pro Emptore. num. 7. ff. de Usucap.* addit, quod in recuperanda possessione ob momentaneam captivitatem postliminii fictio nihil operetur, add. & *l. qui possessionem 17. ff. de vi armat.* Menoch. *1. recuperand. possess. num. 85.*

CAP. LV.

Monachus, Monasterium.

Axioma I.

Monachi nihil proprii habent, sed omnia monasterio acquirunt. *Auth. ingressi. C. de SS. Eccles.* Carpzov. *part. 3. constit. 28. defin. 3. n. 1. cap. cum ad monasterium de stat. Monach.* Gail. *2. observ. 4. num. 12.* Nihil enim absque consensu Abbatis aliquid habere, dare vel accipere possunt, *cap. non dicatis 12. quæst. 1.* neque etiam peculium habere. *cap. Monachi 2. extr. de stat. Monach.* adeò ut Monachi proprium habentes, in sterquilinio sepeliri debeant, *cap. cum ad Monasterium 6. extr. de stat. monachor. & can. reg.* Unde etiam eos servis æquiparari legimus, ut qui in monasterio sub Abbate veluti Domino, *cap. qui verè 16. quæst. 1.* Dd. *in l. 1. ff. de vulgar. & pupill. substit. l. 2. Cod. qui admitti. & l. 1. §. per servum qui in fuga. ff. de acquir. possess.* & per Modern. *in l. servus. Cod. de pact.* Jason. *in l. cum proponas. col. 9. & 10. C. de hered. Inst.* Marc. Anton. Baver. *in repet. l. cum filio. num. 79. de legat. 1.* Modern. *in cap. in præsentia de probat.* Felinus *in cap. Parochianus. de sentent. excommun. cum multis similib.* quæ congerit Jas. & Alex. *in l. cum fundus §. servum tuum. ff. si certum pet.* & latius idem Jas. *in l. cum proponas.* Alex. *in l. 1. §. item acquirimus. & §. per servum. ff. de acquir. possess. & in d. l. 1. col. 9. ff. de vulg. substitut.* Lud. Gomez. *ad §. actiones Inst. de act. n 22.* vel saltem filiisfamilias, ut patre constituti, *Novell. 5. cap. 5. Novell. 78. cap. 1.* ita declarat, ut facile sit inde colligere, non hanc esse illius sententiam, quod ingrediens monasterium cogatur sua bona in illud inferre, sed quod vigore istius quæstionis præsumendum, omninoque statuendum sit, hac tacita & ad d. Novellam conformata voluntate fuisse, ut se suaque omnia (excepta liberorum legitimâ & parte conjugi ex pactis dotalibus debita) monasterio dedicârit; cesset verò ea præsumptio, si aliunde voluntas ingredientis contraria apparet, D. Locam. *ad disp. Treutl. 10. th. 2. lit. d. vol. 2.* Unde licet in comparatione pro servis habeantur, revera tamen servi non sunt, sed potius sunt in obedientia Abbatis, sicut filii in potestate patris, Bald. *in l. sed si in 2. lectur. num. 1. vers. idem quæritur. ff. de recept. arbitr.* Hinc quia in potestate Abbatis, Alex. *in l. sub conditione. ff. de liber. & posth.* Ludov. Gomez *ad §. pœnales. Inst. de act. num. 8.* indeque ipsius Monasterii filii spirituales vocantur à Felin. *in cap. cum Nuncius. col. penult. de testib. per cap. cui portio 6. 12. quæst. 1. cap. præsentia 8. de probat.* qui sub Abbatis potestate degant, Alex. *in l. sub conditione. ff. de liber. & posth.* Lud. Gomez *ad §. pœnales. Instit. de act. num. 8.* atque ita in obedientia Abbatis sicut filii in potestate patris. Baldus *in l. sed si in 2. lectur. num. 1. vers. item quæritur. ff. de recept. arb.* non apte cum servis comparari poterunt. Notum enim ait Pacian. *1. conf. 162. n. 90.* (1.) Monachum posse fieri Episcopum, quod de servo dici non potest. (2.) Monachum posse esse executorem cum licentia Abbatis, patescit *ex clem. 1. de testam.* quæ executio tamen servo denegatur. Johan. Imol. *in d. clem. 1. n. 23. col. penult. vers. quæro an servus de testamento.* Anchar. *in cap. fin. pr. de testam. 6.* Sic etiam constat (3.) servum non posse fieri arbitrum etiam de consensu Domini, quia compromissum in eum non cadit, *l. Pedius 7. §. in servum 1. ff. de recept. arbitr.* quod tamen de Monachis dici non poterit: de Licentia enim Abbatis in eos cadere compromissum, notant Dd. *in cap. Quinta vallis de jurejur.* vid. Anchar. *c. fin. in pr. vers. non obstat. de testam. in 6.* ubi hanc æquiparationem de servo ad Monachum non esse per omnia bonam, concludit.

II.

Monachus pro mortuo habetur. Bald. *in Auth. ingressi. Cod. de SS. Eccles. & in l. si quis sub conditione. vers. quarto quæro. de testam. tutel.* Joh. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de stat. Monach. vers. 53 lit. z. secundi Alphab.* Vincent. Honded. *conf. 60. num. 2. vol. 2.* Ubi in specie de Monacha differens testatur, quo momento professionem emiserit, mundo eam haberi mortuam, *cap. placuit 16. quæst. 1. l. Deo nobis 56. C. de Episc. & Cler.* Efficitur enim monasterium ingrediens instar deportati, Angel. Matth. *de legat. & fideicomm. lib. 4. cap. 8. n. 4. in fin.* & exul patriæ atque mundo. Camillus Borell. *conf. 67. n. 2.* quemadmodum igitur deportati vel exulis nulla est hereditas, *l. 3. §. fin. ff. de V. S.* ita nec monachus heres esse potest. Angel. Matth. *in d. cap. 8. n. 4. per l. si necem 4. §. deportatis 2. ff. de bon. liber.* cum mors civilis æquiparetur naturali, Johan. Vincent. Honded. *conf. 61. n. 21. vol. 1.* maximè in monacho & monacha, *ut ibid. & num. 11. & 12.* affirmat Honded. vid. tamen *Clem. exivi. §. cupientes de V. S.* Johan. Gœdd, *1. conf. 25. n. 68.* ubi hoc disputat & limitat, dum ait, Monachos quidem mundo mori, scil. quoad opera ejusque vanitatem, non tamen quoad jura sua & hereditates, *d. l. Deo nobis. Cod. de SS. Eccles.* add. & Bursat. *conf. 63. num. 25.* Alvis de Alber. *sing. 216.* Boer. *conf. 348. num. 1.*

III.

Monachi nec velle nec nolle habent, sed ex imperio superioris sui dependent. *cap. si religiosus 27. de Elect. in 6.* Fach. *6. obs. 17.*

IV.

Monachum non facit habitus sine professione, *cap. ut Clerici 3. extr. de Regular. c. consuluit 4. extr. qui Clerici vel voventes.* arg. *cap. tuam 11. cap. ut privilegia 24. extr. de privileg.* sed sola professio sine habitu. *cap. porrectum 13. extr. de Regular.*

V. Mo-

V.

Monachus in diversis monasteriis esse non potest, *cap. ult. extr. de relig. domi. 6.* Dicitur enim μόνος, id est, solus, & ἄχος, id est, tristis, quasi solitarius & tristis, *c. placuit. 16. q. 1.* & ideo singularis dicitur, quia debet vitare hominum multitudines, *cap. si quis 16. quæst. 1.* Unde & non docentis, sed plangentis officium habere dicitur, *c. monachus 16. quæst. 1.* aliud enim est Monachus, aliud Clericus, *cap. tanquam 33. in fin. de consecrat. dist. 5.*

VI.

Per Monachatum quis non mutat conditionem priorem, Felin. *in cap. cum I. & A. col. 5. in princ. vers. pro obligatione. extr. de re judic. per cap. ut officium 11. §. ad conscribendas de hæret. in 6.* Si enim prius erat obligatus, factus monachus, nihilominus solvere tenetur. Ludov. Gomez *ad §. in personam. inst. de act. n. 15.* Hinc monachum factum Episcopum non desinere Episcopum quoad substantialia, refert latè Jas. *in Auth. ingressi in 2. col. n. 8. C. de SS. Eccles. per text. in c. monachis 15. 16. q. 1.*

VII.

Monasteria non habent speciale territorium, sed sunt de territorio Magistratus vel domini, sub quo sita sunt, Abb. *in cap. cum contingat. n. 29. de for. compet.* Jas. *in l. 3. in pr. n. 36. & 37. ff. de acquir. hered.* Wesenb. *cons. 4. num. 71. num. 13.* Dec. *cons. 528. n. 2.* Boer. *decis. 31. n. 2.* Bald. *c. intellecto. n. 2. de jurejur.* Andr. Knichen. *de jure superiorit. c. 4. n. 439.*

CAP. LVI.
De Monetâ *vid. infr.*
Pecunia.

Axioma I.

Quoties mutata bonitas monetæ intrinseca, toties inspiciendum est tempus contractûs, i. e. nummi restituendi, qui æquent bonitatem nummorum tempore contractûs. Quia in mutuo idem restituendum vel simile: simile verò sic tantundem non restitueretur, si non eadem bonitas præstaretur. Ita qui mutuò accepit 100. thaleros eo tempore, cum thalerus eousque depretiatus esset, ut non nisi octo grossos valeret, ille hodie, ubi thalerus est XXIV. grossorum, non nisi pro tribus ejusmodi thaleris unum restituere tenetur.

II.

Quoties bonitas extrinseca mutata, toties inspiciendum tempus solutionis, quia auctâ seu deminutâ æstimatione pecuniæ augetur seu deminuitur etiam, aut certè augeri ac deminui debet æstimatio mercium. Quia igitur eodem valore, quò debitor accepit, procul dubio eas vicissim exposuit, ergò nullum pati videtur damnum. *Brunnem. Exerc. 17. ad Instit. tit. 15. n. 21.* Ita ergò si thalerus mutuò datus tunc temporis valuerit XXX. grossos, hodiè vero XXIV. sufficit, si hunc valorem restituerit debitor, & contrà.

III.

Quoties similes nummi, quales accepti, restitui possunt, toties mutatio valoris non attenditur, quia sic ex naturâ mutui sufficit, rem eodem genere & quantitate restitui.

IV.

Quoties iidem nummi, qui accepti, haberi non possunt, toties tantus restituendus est valor, quò illi nummi, si haberi possent, in præsens possent expendi, quia sic non læditur creditor, cùm in effectu eosdem nummos recipiat.

V.

Quoties creditor nullum damnum est passurus, toties tenetur nummos in aliâ formâ accipere. *l. debitorem 99. ff. de solut.*

Ratio consistit in naturali æquitate, & in eo, quod creditori non nocet, mihi verò prodest. *l. 2. §. 5. ff. de aq. & aquâ pluv. arcend.* Ita igitur pro auro ad pondus accepto poterit reddi pecunia aurea, si non noceat creditori; è contra pro merce præsenti pecuniâ sub fide habitâ venditâ, non poterit postea, si valor deminutus, alia solvi pecunia, quia læderetur creditor. *Carpzov. P. 2. const. 18. def. 6.*

VI.

Monetæ appellatione venit usualis currens in loco statuti. *Dd. in l. un. C. de vet. num. pot.* ita Gülden non de aureis in auro, Goldgülden/ sed de monetâ usuali landläuffige Gülden intelligitur, nisi expresè fiat mentio auri. Verba verò, vollwichtige Rheinische Gülden/ oder Rheinisch in Gold/ gut von Gold/ schwer von Gewicht/ rechtgewogene Rheinische Goldgülden/ Landswehrung/ in instrumentis, literis & obligationibus accipiuntur de aureis in auro. *Mynsi. cent. 1. obs. 65. & cent. 5. obs. 83.* per verba quoque, harte vollwichtige Thaler/ Reichs-Müntz/ intelliguntur thaleri in specie, *Thesaur. decis. 174. n. 5. Surd. cons. 220. n. 4. P. Frid. de proces. Cam. L. 2. C. 63.*

VII.

Creditor hodiè ultra 25. florenos in minutâ pecuniâ recipere non cogitur. *Rec. Imp. de Anno 1559.* §. die ietztgemeldte Reichsmüntzen *II. &* §. Es soll auch niemand *32.*

VIII.

Jus monetandi domini inferiores ex privilegio vel præscriptione habent. *Vultej. de feud. cap. 5. n. 7.* Idque alteri vendi, locari vel cedi nequit, *Rec. Imp. de Anno 1559.* §. ferner als sich, *86.*

CAP. LVII.
Monitio, monitorium.

Axioma I.

Monitoris personam non rectè suscipit, qui verbis & non operibus docet, *cap. nemo 2. distinct. 81.*

II.

Monitorium non executum juxta formam in eo præscriptam non officit Dd. *in l. 4. §. Prætor ait ff. de damn. infect.* Rot. Roman. *de dol. & contum. decis. 8. in novis.* Achill. de Grassis *de cis. 144. alias 14. de dolo & contum.* Caputaq. *de cis. 111. n. 1.* Ratio, quia ubi prima citatio est invalida, nec contumacia inducitur, nec sententia contumacialis facit contumacem haberi pro confesso, nec ullo pacto exequi potest. Bald. *in l. 1. ff. si quis jus dicent. non obtemp.* Afflict. *decis. 2. n. 6.* Grammat. *decis. 79. n. 10.* Foller. *in pract. crimin. verb. etsi confitebuntur. ill. 3. n. 19.* Nell. *de bannit. in 3. part. prim. tempor. quæst. 2.* Natt. *cons. 540. n. 26.* Boss. *in tit. de bannit. nullit. in pr. & n. 1. & tit. de citat. n. 13.* Clar. *in pract. §. fin. q. 31. pr.* Decian. *cons. 18. n. 30. & seqq. lib. 1.*

III.

Monitio privationem juris quæsiti semper præcedere debet, Aretin. *cons. 147.* Bald. *Auth. hoc amplius. C. de fideicommiss.* Cravett. *cons. 6. plura n. 108.* ita in feudis quoad privationem feudi Domini trina monitio præcedat necesse est, *cap. 1.* ubi gloss. & Dd. *de milit. Vasall. cap. 1. §. fin. de pac. jur. firm. Clem. 1. de vit. & honest. Cler.* Jason. *in Auth. qui rem. n. 5. vers. Limita tamen. Cod. de SS. Eccles. & in prælud. feud.* Curt. jun. *cons. 138. col. penult. per tot.* Quod si quis hoc per distinctionem cum Gram. *decis. 104. num. 21.* declararet, quod quando Lex loquatur affirmativè, scil. quando imponat pœnam pro facto affirmativè, ut puta quod furans puniatur, vel male tractans subditos feudo privetur, monitio ad incurrendam pœnam non requiratur; secus si lex loquatur negativè, puta si quis non fecerit, tali puniatur in actu. Talis tamen distinctio in feudis locum habere non potest. Licet enim delictum sit in committendo, nihilominus tamen monitio requiritur. Matth. de Afflict. post Bl. *allegat. in C. A. 1. cons. 26. n. 41.* ita ad trinam monitionem usque retinet Clericus privilegium, *c. contingat 45. extr. de sent. excomm.* ita monitiones tres, quæ habent intervalla dierum sive una pro tribus, præcedere debent excommunicationem, *cap. constitutionem 9. in fin. de sent. excomm. in 6.* idem dicendum esse de vindicta, ut eam præcedat monitio, ajunt text. *in cap. extr. de for. compet. cap. indigne. pr. caus. 12. quæst. 2. c. Clerici 3. extr. de Cler. Excomm.* & quidem Trina, *cap. si autem. extr. de cohabit. Cleric. cap. sed nec 4. extr. Ne Cler. vel Monach. cap. 1. extr. de Treug. & pac.* sicut & ea accusationem, *cap. accusatio in med. 2. n. 7.* pœnam. *c. 26. cap. cum speciali 68. extr. de appellat.* & denunciationem *cap. qualiter 24. in fin. extr. de simon.* præcedere solet; nisi enim præcesserit denunciationem denuncians repellitur, *cap. licet 31. extr. de simon. cap. in præsentia 46. extr. de sentent. excommunic.*

CAP. LIIX.
De Monopoliis.

Axioma I.

Quæcunque monopolia sunt privata, illa sunt prohibita *L. un. Cod. de Monopol. Recess. Imper. de Anno 1548. & 1577. tit. 18.* Publica verò monopolia in salutem Reipubl. valent. Sic monopolium salis principibus & magistratibus concessum. *Fach. 1. cons. 6. num. 7. & cons. 117. num. 20.*

II.

Monopolium exercent (1.) qui speciem aliquam emunt ut soli vendant. (2.) qui prohibent, ne quis exerceat artem suam. (3.) Qui dolo efficiunt, ne necessaria ad forum deportentur. (4.) Aromatarii, artifices, pistores, caupones per pacta illicita. (5.) Laniones qui carnem inflant vel retinent. (6.) Annonæ fraudatores & flagellatores, *Decian. Tr. Crim. L. 7. cap. 20.*

CAP. LIX.
De Monstris.

Axioma I.

Quicunque partus contra formam humani generis est editus, ille liberis non est annumerandus, quia non sufficit partum à parentibus esse editum, nisi quoque formâ humanâ sit præditus. Ita ergò qui capite vitulino vel suillo nascitur, jura liberorum non habebit, inde nec parentibus succedet, nec testamentum rumpet, *L. 3. in fin. C. de posth. hered. instit.*

Limita, ut procedat si agatur de præmio ob monstrum editum capiendo, non si agatur de evitandâ pœnâ orbitati in Republ. statutâ *l. 135. ff. de V. S. Conf. Hahn. ad Wesenb. Tit. de statu hom. num. 3.*

CAP. LX.
Montes.

Montes sunt fines s. termini æterni, in quibus semel verum, semper præsumitur esse verum, Bald. *cons. 420. n. 1. & 468. in pr. & c. cum causam. n. 3. de probat.* Alciat. *in tract. de præsumpt. 2. reg. 2. præs. 13. in pr.* Bertazol. *1. consult. decis. cons. 41. num. 31.* Wesenbec. *1. consil. 34. num. 57.*

CAP. LXI.
Mora.

Axioma I.

Mora est delictum omissionis. Hering. *in tract. de fidejuss. c. 24. n. 120.* & tantum nocet debitori, non etiam creditori, qui in mora non est. Exempl. vid. in L. commissoria & legato penoris apud Wesenb. *in parat. ff. de l. commissor. & de pen. legato. num. 2.*

II.

Mora cuique sua, non alteri nocere debet. *l. mora 32 ff. de Usur. l. in condemnatione 173. §. undecunque 2.* ubi Dec. & Dd. *ff. de R. I. cap. mora 5. de R. I. in 6.* Carpzov. *part. 2. constit. 19. defin. 2. num. 6. & part. 3. constitut. 34. definit. 9. n. 6.* nocet tamen heredi, etiam eo casu, si nominatus

minatus ad munus publicum in morâ susceptionis sit & moriatur, adeò ut heres id suscipere vel interesse Reipubl. sarcire teneatur. *Brunnem. ad l. un. C. si post creationem.*

III.

In mora quotiescunque est periculum, à Regulis juris communis receditur, Carpzov. *p. 1. constit. 29. d. fin. 15. num. 1. vid. infr. lit. P. cap periculum.* siquidem ubi periculum in mora, neque loci neque temporis ratio habenda est. Dan. Moller. *lib. 3. semestr. c. 44. n. 4. & seq.* neque est curanda solennitas & ordo judiciorum. *Perez. C. de exact. tribut. n. 7.*

IV.

Fieri haut potest, ut eodem instanti nascatur petitio & mora contrahatur. *l. promissor. 21. §. 1. ff. de pecun. constit.* Carpzov. *p. 2. constit. 30. defin. 21. n. 1.* Unde etiam desidibus modicum aliquod laxamentum est indultum, intra quod moram purgare possint. *d. l. promissor. l. si debitori 41. de judic.* Carpzov. *p. 2. constit. 3. defin. 5. num. 3.*

V.

Mora non committitur, ubi debitum non est liquidum. Bald. *in l. acceptum. C. de Usur.* Gylman. *tom. 2. p. 2. vot. 22. n. 38.*

VI.

Mora petendi debitum non remittit. Bald. *in l. adversus. C. de negot. gest.* quamvis enim diu tacuerit, non propter hoc videtur debitum remisisse. Pacian. *1. conf. 153. n. 65.* inque dubio semper capienda omnis interpretatio & conjectura quæ donationem excludat, Dec. *in l. cujus per errorem, n. 2. ff. de Reg. Jur.* Mora accipiendi autem debitorem liberat, si pecunia deinde amissa sit. *Perez. C. de susceptor. n. 14.* Sic miles annonam respuens eam posteà petere nequit. *l. 7. C. de erogat. milit. annon. Perez. ibid. n. 5. 6.*

VII.

A mora justa causa excusat. Arum. *de mora c. 6. per tot.* Mascard. *de probat. vol 3. conclus. 1387.* Honded. *conf. 4. n. 69. & conf. 38. n. 21. vol. 3.* etiamsi saltem esset probabilis & non omnino frivola. Honded. *d. loc.* nimirum quando quis ex probabili causa credit ac existimat id, quod promisit fieri non debere vel non posse, *l. quod te 5. ubi* Ripa *num. 55. l. lecta 40. verf. dicebam. ff. de reb. cred.* Jas. *conf 34. n. 5.* Menoch. *consil. 381. num. 46.* Decian. *Responf. 11. num. 8. vol. 2* ubi ait hoc procedere, etiamsi causa injusta & ad incommodum allegata fuisset, add. Bart. *in l. inter omnes 46. §. recta 7. per illum text. ff. de furt.* Alex. *conf. 114. col. 1. vol. 1.* cum hoc tamen temperamento, si non judex contemnatur, quia licet causa injusta excuset, à contemtu tamen non excusabit, cum justa causa requiratur, *c. tupientes 16. §. quod si per. de elect. in 6.* Alex. *in l. 1. § fin. col. penult. ff. si quis dicent. non obtemperar. & l. Romæ. §. duo fratres, col. 5. verf. sed hæc distinctio. ff. de V. O.* Unde & difficultatem rei præstandæ à mora excusare, post gloss. *in l. quod te. ff. si cert. pet. & ibi* Jas. *num. 30.* asserit Gail. *1. observ. 142. n. 2.* add. Lud. Gomez *ad §. ex maleficiis Inst. de act. n. 25.* ubi limitat, nisi mora daret causam difficultati, quo casu non excusare, text. est *in l. servum. 91. §. 1. de V. O.*

IIX.

Mora præsupponit dolum vel latam culpam Bart. *in l. quod te in gloss. fin. ff. si cert. pet.* Farin. *1. conf. crim. 15 num. 36.* Est enim delictum, quia dolus item culpa est *l. dolus 44. ff. de mandat. l. 21. l. mora 32. ff. de Usur.* Cravett. *consil. 609. n. 9.* & ex mora delictum æstimatur, *l. si plures tutelam 38. & ibi gloss. ff. de admin. tutor. l. in re furtiva 18. ff. de condict. furtiv. l. inter stipulantem 83. §. penult. de V. O.* Gœdd. *1. conf. Marpurg. 24. n. 140.* Culpa enim & mora pari passu ambulant, & una ex altera oritur. Tiber. Decian. *resp. 60. num. 36. vol. 2.* Unde & moram committens cum fure æquiparatur, *in l. inter stipulantem. §. penult d. V. O.* quam allegat Regner Sixt 2. *Conf. Marp. 24. num. 240.* Ubi ergo nulla mora, ibi nec ulla culpa est *l. lecta 40. verf. dicebam. ff. de reb. cred. l. cum filiusf. 49. ff. de V. O. l. sciendum 21. ff. de Usur. l. quod te. 5. ff. de reb. cred.* Tib. Dec. *resp. 60 num. 36. vol. 2.* Gœdd. *3. conf. Marp. 33. n. 206.* Unde etiam circa diversa dolus vel culpa aut mora regulariter non compensantur, sed singula suis causis reservantur: nec inter hanc, quæ circa diversa est, cadit prius vel posterius. Pacian. *1. de probat. cap. 59. n. 40.* Sebast. Med. *in tract. de compens. p. 1. quæst. 35. n. 3.* Tyndar. *de compens. art. 5. n. 32. 34. & 35.*

IX.

Qui in mora est, illus periculo res semper perire dicitur. *l. 5. ff. si cert. pet. l. 12. § fin. ff. depos. l. 47. §. fin. de legat. 1* Wesenbecius *de condict. furtiv. num. 8.* Carpzov. *2. constit. 28. defin. 12. n. ult.* ibi: quæ fortuitis casibus accidunt, semper spectant ad morosum. *l. si ex legati. 23. & seqq. l. 91. §. sequitur. de verb. oblig.* cum effectus moræ sit is, ut res sit periculo ejus, qui moram admisit. C. A. *lib. 12. tit. 1. thes. 52.* Just. Mejer. *de culpa. thes. 119.* etiamsi res fuerit peritura penes actorem, *d. l. 5. & ibi gloss.* Barth. Costal. *ad l. 14. depos.* ubi limitat, nisi is justam litigandi causam habeat. Officiales autem qui annonam justo tempore militibus non distribuunt, iis de omni damno tenentur, eorumque bona publicantur. *l. 16. §. 6. Cod. de erogat. milit. annon. Brunnem. C. eod. Col. 2.* Ulteriùs si res solvenda & ritè oblata interea carior facta fuerit, debitor liberatur solvendo æstimationem quæ fuit tempore oblationis; & res creditori morosò fit deterior. *Perez. C. de susceptor. n. 16.* Mora denique punitur interdum pœnâ dupli, e. g. Judicum exactores tributorum diutius detinentium. *Perez. C. de Exact. Tribut. n. 6.* ut & susceptorum aurum suscipere differentium. *l. 1. C. de susceptor. Perez. C. eod. num. 13. seqq.*

X.

Mors ibi non est, ubi nec id quod interest debetur. Bart. *in l. si ex legati caus. 23. l. ita stipulatus 115. num. 37. & 54. verf. quicquid dicitur de V. O. & in l. si duo. §. ait Prætor. verf. hæc autem verba. ff. de constit. pecun. per ill. text.* Bart. Bertazol. *2. crimin. conf. 254. num. 15. & 16. conf.*

483. num. 14. Dec. *resp. 60. num. 43. vol. 2.* Anton. Natt. *consil. 417. num. 1.* Covar. *3. var. resol. c. 4. num. 2. vers. deinde.* Vincent. Honded. *cons. 36. num. 29. vol. 2.* Steph. Fortacul. *de mora. p. 2. n. 1.* siquidem sine mora nullum debetur interesse. Bertazol. *l. 2. cons. 262. in addit. lit. A. vers. falluntur. Brunnem. ad l. un. C. si post creationem.* Plus itaque est mora quàm neligentia, cum ob negligentiam usuræ non præstentur *l. 17. §. 7. de usur. Perez. & Brunnem. tot. tit. de his qui ex offic.* ob moram autem præstatur interesse, adeò ut licet de publicis contributionibus ob moram usuræ non solvantur, possessor fundorum principis, qui quotannis solitum canonem solvere differt, ex propriis bonis fiscum indemnem servare teneatur. *Perez. C. de fund. rei privat. num. 4.*

XI.

In mora constituit aliquem solus conditionis eventus, Bart. *in l. ita stipulatus de V. O. num. 50. & in l. quod te in 2. lect. colum. 2. ff. si cert. per.* Dec. *cons. 2.* Farin. *1. cons. crim. 45. num. 44.* Ante enim conditionis eventum mora currere non potest. *l. pen. §. procedit. ff. de excus. tut. l. quoties in diem 58. ff. de V. O.* Bart. *in l. si cui legetur. in fin. pr. ff. de legat. 1. cum aliis citatis per* Tiraquell. *in tract. conventio. §. 2. gloss. unic. num. 25. & de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. n. 47.* quia quando obligatio alicujus dependet à facto alterius, vel à futuro eventu, ante illud factum vel eventum ipse non tenetur, nec interim illi tempus currere potest. *l. 3. §. si quis heredi. ff. de statu liber. cum aliis citatis per* Socin. *cons. 76. col. 3. vers. confirmatur alia bona ratione, vol. 1.* Bertaz. *1. consult. dec. 28. num. 11.* quare nec purgationem moræ circa conditionis implementum admittit, text. *in l. Thais 41. §. intra 12 ff. de fideicomm. libert.* Ratio, quia forma, quam inducit conditio, Dec. *cons. 11. quoniam judicantium. col. 6. vers. solum contra testamentum.* Matth. de Afflict. *decis. Neapol. 355. si præstitus n. 4.* servata non est, & forma, quæ ut plurimum in fine consistit, deficiente, ipsa res deficit. *l. Julianus 9. §. sed si quis rem. ff. ad exhibend. l. rei 5. § fin. l. 13. l. 14. ff. de V. S.* Gœdd. *ad l. 1. ff. eod. n. 4.*

XII.

Mora in pœna est periculosa, *cap. sacro 48. extr. de sent. excomm.* Mora enim temporis delictum aggravat. *c. sicut 6. extr. de homicid.*

XIII.

Mora purgari non potest, ubi pœna ipso jure imponitur. *l. qui ob rem 35. ff. de condict. indeb. l. si is cui 19. ff. de leg. 2.* Tiraq. *ad l. si unquam. verb. revertatur. n. 30. C. de revocand. donat.* Fachin. *1. contr. 98.* Gothofred. *in not. ad d. l. 35. lit. d.*

XIV.

Moræ purgatio semper recipitur re integra, Zas. *in l. si quis arbitrati. 43. num. 14. ff. de V. O.* h. e. quando alterius partis jus non fit deterius. Carpz. *p. 2. constitut. 31. def. 11. n. fin. l. 91. §. sequitur 3. de V. O. l. 1. §. licet. ff. de peric. & commod. rei vend. ibi: si cum posset effundere.* postquam enim interesse cœperit, ea purgari non poterit. *l. etsi post tres §. ff. si quis caut. l. utique 22. ff. de recept. arbitr. l. si ita quis 135. §. Seja 2. de V. O.* idem Carpzov. *p. 1. constit. 10. defin. 21. n 5.* siquidem post diem ea amplius non admittitur. *l. Thais. 41 §. intra 12. de fideic. liber. l. Celsus 23. de recept. arbit.* quod tamen restrictionem patitur & verum intelligitur in conventionalibus, non vero prætoriis: cum enim Prætor omnia dirigat ad æquitatem, iniquum autem sit ob moram modici temporis, in quo damnum magnum esse non potest, *l. 21. ff. de judiciis.* reum pœnæ subjici, ideo ex mente Prætoris stipulatio hæc interpretationem recipit. *l. 52. ff. de V. O.* Anton. Fab. *ad l. 8. si quis caut.* quem sequitur Bachov. *in Comment. ff. 16. p. 522.*

XV.

Mora, quæ non dolo, sed ex necessitate contingit, nemini debet esse fraudi vel noxiæ, *l. si quis tutor 60. §. 4. in fin. ff. de rit. nupt.* Cujac. *in Commentar. C. de sponsal. in fin.* ita moram facere non videtur, qui sine dolo malo ad judicium provocat. *l. 24.* ubi Cujac. *in Paulo de Usur.*

XVI.

Mora cum mora compensari nequit, Pacian. *lib. 1. de probat. cap. 19. num. 13.* ubi posterior priorem absorbet. *l. si quis ad se fundum 7. C. ad L. Jul. de vi publ.* Roman. *in l. cum mulier. num. 88. vers. fallit secundo. col 2. ff. solut. matrim. & ibi* Bart. Imol. *num. 52. col. penult. vers. item suadet* Joh. Gœdd. *int. Cons. Marp. cons. 24. vol. 1. num. 245.* ubi declarat hanc regulam primo procedere, quatenus agens se in posteriore fundat; tum enim frustrà objicitur compensatio moræ primæ, quia hæc per posteriorem jam ipso jure erat compensata & consumpta, ut amplius non esset, secus autem esse, ubi agens se fundat in mora priore: hæc enim rectè repellitur vel per exceptionem compensationis, vel in factum, nec datur contra eum replicatio moræ prioris, *l. illud 17. ff. de peric. & comm. rei vendit.* Aretin. *in §. 1. num. 23. Inst. de Exception.* Secundo locum habere solumque posteriorem moram attendendam esse, si circa idem & non ex novo quodam negotio à priore separato accidisse dignoscatur. Circa diversa enim mora commissa non compensatur, sed singula suis causis reservantur: nec inter hanc, quæ circa diversa, cadit prius & posterius. Pacian. *d. c. 59. num. 40.* Sebast. Med. *in tractat. mors omnia solvit. quæst. 35. n. 3.* Tyndar. *de compens. art. 5. num. 32. 34. & seq.*

XVII.

Mora non purgatur, ubi est apposita dies vel pœna. *l. trajectitia 23. vers. de illo. ff. de O. & A. junctâ l. magnam 12. C. de contr. stipul. l. 2. C. de jur. Emph.* quod non procedere in contractibus bonæ fidei tradit Bald. *in l. cum allegas, col. penult. in 6. oppos. C. de usur.* quod magni facit Jason. *in l. si insulam in 8. col. vers. unum non omitto.* movetur principaliter per text. *in l. Lucius 47. ff. de action. empt.* Facultas enim purgandi moram est fundata super æquitate *d. l. si servum. §. sequitur. de V. O.* quæ æquitas magis attendi solet in contractibus bonæ fidei, quam stricti juris,

ris. *l. bona fides 31. ff. depos. l. quia tantundem 7. ff. de negot. gest.* Ergo facilius admittitur illa æquitas purgandi moram in istis contractibus quam in aliis: præterea quia in contractibus bonæ fidei citius committitur mora quam stricti juris. *l. videamus. 38. §. actionem 7. l. mora 32. §. in bonæ fidei 2. ff. de usur.* Ergo facilius purgari potest, cum qui in uno gravatur, in alio debet relevari. *l. eum qui 10. ff. de jurejur. quo facit. &c. potuit 3. de locat. junct. l. 2. C. de jur. emph.* ubi quod Emphyteuta Ecclesiæ citius in mora constituitur, puta infra biennium, facilius & ibi purgatio moræ admittitur. vid. & gloss. *in clem. 1. in verb. per se ipsum de rei & ven. sanc.*

XLIX.

Quoties ob moram præstanda æstimatio, toties tanta præstanda, quanti à tempore moræ usque ad tempus præstationis res unquam plurimi fuit. *l. 3. in fin. ff. de condict. furt.* Ratio consistit in odio morosi, cui potiùs mora nocere debet quàm creditori. *l. 37. in fin. ff. mandati.* Ita ergò si eo tempore, cùm Titium ad vinum mutuum reddendum interpellarem, pretium ejus fuerit XX. aureorum, posteà creverit ad XXV. debebuntur mihi XXV. Conf. *Sande in decis. aur. L. 3. tit. 4. def. 8.*

Declara (1.) ut procedat tam in bonæ fidei quàm in stricti juris judiciis, *Faber in C. Sabaud.* (2.) ut mora tractum aliquem temporis requirat, *l. 105. ff. de solut.* Hinc non statim post interpellationem quis morosus dicendus, sed tunc demum, si intra modicum tempus à judice definiendum non satisfecerit obligationi.

XLIX.

Mora punitur interdum amissione rei. Hinc (1.) emphyteusis ob canonem intra triennium non solutum cadit in commissum. *l. 2. C. de Jur. Emphyteut.* quod limitandum in Emphyteusi à Principe concessâ. *l. 4. l. 12. C. de fund. patrimon.* licet aliud in tributo *l. 2. C. eod. Brunnem. ad l. 2. C. de fund. patrimon.* Si tamen possessor fundorum Principis minus idoneus ad solvendum Canonem factus sit, in alium magis idoneum fundus est transferendus. *Perez. C. de fund. rei privat. n. 4.* Hinc (2.) miles, qui annonam oblatam in speciebus accipere detrectat, posteà nec species nec pecuniam pro eis exigere potest. *l 7. C. de erogat. milit. annon. Perez. Cod. ibid. n. 5. seq.*

XV.

Mora ultima attenditur, & nocet, *l. illud 17. ff. de pericul. & commodo rei vend. l. si mora 9. & l. semel mora 26. ff. soluto matrim. l. si & per emptorem 53. ff. de action. empti. l. si servum 91. §. sequitur. 3. ff. de verb. oblig. 4. c. si Judex laicus 12.* ubi gl. *verb. clericali, de sentent. excom. lib. 6.* [*l. Prætor ait. §. pen. ff. de nov. oper. nunc. l. qui decem 71. pr. ff. de solut.* Costal. & Bart. *in d. l. illud. & in l. si per emptorem. §. ultimo. ff. de act. empt.* Cravett. *cons. 854. num. 11. vers. apparet ex his.* Gœdd. *1. Cons. Marp. 24. n. 24.*] Sebast. Medic. *in tract. de novat. p. 2. verb. mora.* Alex. *cons. 72. Videtur num. 8. lib. 3.* Socin. *reg. 23.* ubi limitat quinque modis. Chassan. *in Catalogo gloriæ mundi. p. 12. consid. 100. n. 16.* Pichard. *in disput. de mora. num. 212.* Franc. Molin. *de ritu nuptiar. lib. 3. q. 29. n. 86.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 5. lit. M. concl. 372. per totam.* Sigismund. Scacc. *de commerc. gloss. 6. n. 13.* Stephan. Grat. *discept. forens. tom. 5. c. 1000. n. 24.* [Alex. *in l. servum. §. sequitur. ff. de V. O.* ubi etiam limitat non procedere favore Reipubl. Exempl. vid. apud Lud. Gomez. *ad §. ex maleficiis Inst. de action. 48.* ubi pro limitatione hujus regulæ allegat, *l. fortissimi 6. cum seq. C. de erog. milit. annon.* quam etiam citat Andr. Sicul. *in proœm. Clem. in 2. lect. §. salutem. col. 7. n. 33.* itemque tenet Bart. Bolognet. *in repet. Auth. habita. col. 6. vers. unum tamen. C. ne fil. pro patr.*

XXI.

MORA non contrahitur sine interpellatione, *l. mora 32. ff. de usuris. l. vinum 22. & l. lecta 40. vers. pactum autem. ff. si certum pet. l. nemo rem suam 82. §. fin. & l. si insulam 84. ff. de verbor. oblig.* Anton. Pichard. *in sua disput. de mora. num. 43.* Carol. de Grassis *de except. except. 32. num. 101. cum seqq.* ne quidem in judicialibus per tradita Castrens. *vol. 2. cons. 100.* & Decian. *vol. 2. respons. 11. n. 9. & 15.*

Limita: Functiones publicæ statim ad ærarium principis sunt conferendæ, nec diu hærere debent inter manus exactorum. *l. 7. C. de susceptor. Brunnem. in l. 1. C. de Canon. largition. tit. & tit. C. de susceptor. n. 12. 13.*

XXII.

MORA non est, ubi nulla petitio est. *l. nulla 88. ff. de Reg. Juris.* [*l. pupillus 127. vers. nulla enim. ff. de V. O.* Bartol. *in l. si pactus 14. per illum text. ff. de pact.* Tiber. Decian. *resp. 66. num. 36. vol. 2.* Bertaz. *1. cons. decis. cons. 106. n. 28.* Gœdd. *3. Cons. Marpurg. 33. num. 207.* Surd. *cons. 19. n. 96.* vel ejusmodi actio, quæ exceptione potest elidi, *l. 112. de R. I. l. 14. C. de contrab. empt.* Gail. *l. 3. observ. 27. num. 1.* Tiber. Dec. *resp. 66. num. 36. vol. 2.* cum is non in mora videatur, qui legitima exceptione tueri potest. Lud. Gomez. *ad §. ex maleficiis. Inst. de act. num. 31.* Ratio, quia, qui potest legitima exceptione repelli, dicitur obligatus ad non petendum, ut ait Bald. *in l. Mævia. §. fundus.* ubi gloss. & Imola *ff. solut. matrim.*

CAP. LXII.
De Moratorio.

Axioma I.

Pro pecuniâ tributi quod suâ die non est redditum, quominus prædium jure pignoris distra-

distrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur. *Perez. C. de capiend. & distrah. pign. num. 2.*

CAP. LXIII.
Morbus.
Axioma I.

In probatione morborum, qui ex saturitate animia concitari solent. *c. ne tales 29. de consecrat. dist. 5.* Medicorum placitis est acquiescendum. *l. semel. 6. C. de re milit.* Bart. *in l. contumaciam. §. pœnam. ff. de re judic. & l. quæsitum. num. 6. ff. eod.* Bertazol. *lib. 1. de consult. decis. 228. in addit. lit. d.*

II.

Morbus seu valetudo adversa non est impedimento contractui aut transactioni, *l. sanum 27. C. de transact.* tutelæ tamen vacationem concedit si perpetua sit. *l. 10. §. ult. ff. de excusat. tut.* Hinc podagra & morbi intervalla habentes à magistratu gerendo non excusant. *Perez. C. de decur. n. 19.* Et si morbus non sit perpetuus, interim datur curator, *l. 10. §. fin. de excus. tut.* sicut ægrotis Clericis coadjutor. Excusat denique saltem morbus proprius, non uxoris, parentum, liberorum, *l. fin. C. qui morbo.* Multa tamen circa hæc judicis arbitrio committenda. *l. 2. §. 7. ff. de vacat. muner. Perez. C. qui morbo n. 1.-4.* Sed morbus saltem excusat à muneribus corpore, non consilio peragendis, *d. l. 2.*

III.

Servire nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus ægros: qui cupientes servire propter adversam valetudinem impediuntur. *l. cum her. 4. §. Stichus 5. in fin. de statu lib.* itaque & ægris militibus stipendia danda. *Perez. C. de erogat. milit. annon. n. 24.*

CAP. LXIV.
Mores *v. supra* Exemplum.
Axioma I.

Mores sequuntur temperamentum corporis & vena aviti sanguinis & virtutis in liberis præsumitur, arg. *l. 31. §. 21. ff. de ædil. edict.* Menoch. *de præsumpt. libr. 6. præs. 58. num. 2.* Alphons. Hojed. de Mendoz. *de benefic. incompat. part. 1. cap. 23. num. 69.* Paris. de Puteo *de re milit. lib. 7. quæst. 1. num. 37.* Nolden. *de stat. nobil. c. 8. num. 66.* Sunt autem mores boni Christianorum verus ornatus, *cap. fucare 38. de consecrat. dist. 5.* qua de causa dicuntur præferri scientiæ, *cap. fidulo 12. dist. 38. l. Magistros 7. C. de professor. & Medic. l. 1. C. de profess. in urb. Constantinop.* eamque ornare, quia omnes excedunt divitias, *l. scire 21. §. pen. ibi neque à facultate ff. de tut. & curat. dat. Proverb. cap. 22.* Magenhorst. *in not. ad Ord. Cam. Imper. tit. 3. pag. 5.* Imò & nobilitati prævalent. *l. pronunciatum 46. §. matrem fam. l. ff. de V. S.* Mant. *sing. 383. incip. mirabile.* Bart. *in l. 1. num. 47. C. de dignit.* Tiraq. *de nobil. cap. 3. 4. & 5.* Gail. *2. obs. 95. num. 22.* ita è contrario malos mores hominem vilem efficere, respond. Bald. *in l. humilem. ibidemque.* Alberic. *C. de incest. nupt.*

II.

Quod non est contra bonos mores, nec contra fidem, indifferenter est habendum, & pro eorum, inter quos vivitur, societate servandum. *cap. illa autem 11. §. fin. dist. 12.*

III.

Quæ contra bonos mores sunt, nullam vim habere dicuntur. arg. *l. non dubium 5. C. de LL. l. ex eo 4. C. de inutil. stip. l. 1. §. 7. ff. depos. l. alia 14. §. 1. ff. solut. matrim. l. stipulatio hoc modo 61. ff. de V. O. c. constitutiones 4. dist. 10.* Canonistæ *in c. quamvis de pact. in 6. & in c. contingat de jurejur.* & ideò ea quæ non sunt boni moris remota à consilio prudenti adjecta testamento vitiantur. *l. fin. in fin. ff. de aur. legat.* Zas. *ad l. 39. §. constat. ff. de legat. 1. n. 8.*

Contra bonos autem mores fieri dicitur aliquid tripliciter, vel natura, vel facto, vel censura. Confer omnino Jason. *4. cons. 469. n. 8.*

Natura: cum juramentum præstatur contra ea, quæ sunt juris naturæ; ut si aliquis juraret, se nolle educare liberos suos, se nolle obedire parentibus: hæc enim sunt per naturam contra bonos mores, & ita intellige *c. non est obligatorium 88. de R. I.*

Facto: cum quis jurat se occisurum Titium aut aliud facturum flagitium, ut *in l. generaliter 26. & l. si flagitii 123. de V. O.* ubi non tantum natura, sed ipsum quoque factum in se turpe inspicitur.

Censura: cum id fit, quod Lex censet esse improbabile, licet natura turpe non sit, & hoc modo dicitur pactum de succedendo esse contra bonos scilicet civitatis *in l. pactum 3. C. de collat.* Zas. *ad l. stipulatio 61. de V. O.* Gilcken *ad l. 13. Cod. de pact. num. 7. vers. 5.*

Quando ergo inferri solet, quod ea, quæ contra bonos mores sunt, juramento convalidari non possint, *d. cap. non est obligatorium de R. I.* quemadmodum in terminis pacti de succedendo hoc argumento usi sunt. Bart. *cons. 72. num. 1.* Capell. Tholosan. *decis. 452.* Curt. Jun. *cons. 15. num. 2.* poterit hoc verum intelligi quoad bonos mores juris naturalis, non vero juris civilis; in his enim contractus sive pacta juramento validari, asserit Vult. *3. Cons. Marp. 34. num. 148.*

IV.

Contra mores dici, & contra bonos mores esse, non sunt eadem. Honthem. *lib. 2. de art. Notar. cap. 29. num. 11.* Illud enim est generalius & medium inter bonum & malum, atque in utramque partem interpretari potest, & sæpius ex sensu cognoscitur, ita quod ubi mores in jure probantur, in bonam partem accipiantur. Unde D. Augustin. *in c. quæ contra mores hominum 2. distinct. 8.* mores intelligit sive gentis, sive civitatis, sive legis: Jurisconsulti autem liberius utuntur. Hinc Ulpian. honestiore vocabulo adulteria notans graviores mores nominare non erubuit, *c. 6. §. 12. in Epitom. tit. de legib. & morib.* exinde judicium de moribus proditum, quod non de bonis, sed malis intellexit

lexit idem Ulp. *ibid. & in tit. de repud. & judice morib. sublat. add. & l. 1. C. de secund. nupt.* ubi correctio morum vocatur. Quapropter quando adjectivum bonus adjicitur, illud contra mores bonos esse dicitur, quod suæ rationi naturali sive civili contrariatur. *d. cap. quæ contra bonos mores. dist. 8.* Unde etiam JCtus bonos mores cujusque hominis distinxit à bonis moribus civitatis, *l. 1. §. ff. de injur.* tales enim dari qui ab immediata ratione naturali sint distincti, docet Ulpian. *in d. tit. 6. §. 12. vid. & cap. constitutiones distinct. 10. & l. 6. C. de pact.* Covar. *2. part. relect. in initio. num. 3. 4. 5. cap. quamvis de pact. in 6.* ita injuria inferri dicitur, quando contra aliquem proferuntur verba, quibus dicitur aliquid contra bonos mores commissum esse, siquidem talia verba reputari injuriosa post Bart. docuit Johan. de Anan. ab eo allegatus *in cap. 1. post num. 5. extr. de maled. per text. in l. item apud Labeonem 15. §. ait Prætor 2. cum seq. & §. meminisse 32. ff. de injur.* Ubi etiam declarat, quando aliquid factum contra bonos mores dicatur. add. & Bart. *in d. §. ait Prætor. n. 5.* & Angel. *ibid.* ubi illud dicit factum contra bonos mores, quod repugnat bonis moribus civitatis. & gloss. *in cap. cum te. verb. in inimic. vers. item illud extr. de re judic.* ubi amplius, quod injuria non dicatur nisi contineat aliquod factum aut dictum, quod sit contra bonos mores. vid ibid. Hostiens. *num. 21.* Felin. *n. 18. circ. med.* Alex. de Nævo *n. 26.* Roman. *cons. 97. n. 1.* Socin. *cons. 146. in pr. n. 1. & seq. in discurs. lib. 1.* Grammat. *decis. 14. num. 9.*

V.

Morum damna multum distant à damnis rerum temporalium, *cap. sunt plurimi. 11. §. rerum. c. deteriores 15. 6. quæst. 1.* hinc morum correctio adeò favorabilis apud Romanos erat, ut soli censores extra censuræ metum deposito officio fuerint, ne præberetur ansa singulis, quos censuissent, ulciscendi illatam sibi injuriam. *Perez. C. de comit, qui provinc. reg. num. 6.*

CAP. LXV.

Mors *vid.* Supplicium.

Axioma I.

Mors civilis eundem effectum operatur quem naturalis. *l. actione 65. §. publicatione. ff. proscr. & 12. §. solvitur. Inst. de societ. & ita not.* Dyn. *quem refert & sequitur* Butrigar. *in l. Deo nobis. vers. secundo oppono. C. de Episc. & Cler. ibidemque* Cyn. *n. 2. vers. quidam voluerunt.* Bald. *n. 10. vers. contra hoc oppono. col. fin.* & Albert. *n. 10. vers. dic secundum. D. Oldrad. col. fin.* Salicet. *n. 4. vers. item nota. col. 1.* Bart. *in l. ex ea parte. §. in Insulam. ff. de V. O. & ibi* Alb. *in pr.* Angel. *in l. ex facto §. ex facto. vers. ideo autem expectat. ff. ad Trebell.* Alex. *cons. 139. Viso themate. num. 8. vers. quinto probatur. vol. 2. & cons. 13. circa primum in pr. vol. 3.* Corn. *cons. 258. quoad primum. lit. c. vers. deveniendum. vol. 3.* Crot. *in l. Gallus. §. & quid si tantum. not. ab. 2. vers. quarta est doctrina. col. 3. ff. de liber. & posth.* Boss. *de bonor. public. n. 35. vers. mors civilis.*

Intellige verum scil. in casibus expressis. gloss. *in cap. placuit. il. 2. 16. quæst. 1. cap. susceptum verb. non morte de rescript. in 6.* Joh. Monach. *quem refert* Joh. Andr. *in cap. cum sis. col. 2. extr. de conversi. conjug.* Jas. *in Auth. si qua mulier. n. 15. vers. sicut in simili. Cod. de SS. Eccles.* Imol. & Cuman. *in l. ex ea parte. §. in Insulam ff. de V. O.* Oldrad. *cons. 248. in quodam monasterio in fin.* Anchar. *cons. 396. & cons. 438. n. 2. vers. præmitto. col. 2.* Jason. *in l. 1. n. 1. sub vers. Limita septimo col. 2. C. de hered. Inst.* Archidiac. *in c. susceptum in fin. de rescript. ibidemque* Franc. *col. fin.*

Limita I. secus esse quando agimus de conditione voluntaria collata in tempus mortis, cujus natura est, quod propriè & verè, non autem ficte intelligatur, Cuman. *d. §. in Insulam.* Brussel. *in tract. de condit. lib. 3. tit. 1. n. 7.*

Limita II. quando sumus in dispositione hominis & non legis, quo casu nec mortem civilem æquipollere naturali, ajunt Castrens. *in l. ex ea parte. §. Insulam. de V. O.* Cephal. *cons 395. in præsenti. n. 19. vers. ne dicatur. vol. 3.* Abb. *in c. cum sis extr. de conversi. conjug.* Crot. *in dict. §. & quid si tantum. vers. secunda sit conclusio dispositio hominis. colum. 6. &* Dominic. *in cap. si gratiosè in fin. de rescript. in 6.* Idque ideo, quod verba in dubio posita semper in potiori & propria significatione sint accipienda. *§. quoties. Inst. de jur. nat. Gent. & Civil. l. 1. §. qui perpetuum. 1. ff. si ager vect. pet. l. si pater 1. de test. in 6.* & quidem naturaliter, non civiliter. *l. fin. Cod. de his qui ven. ætat. imper. ubi* Bald. & Dd. Verum si princeps alicui feudum vel officium concesserit in casum morientis præsentis possessoris, concessum etiam censetur in casum, quò vacat per remotionem vel privationem: Idem enim est, removeri ab officio & mori. Nam ideò princeps mentionem mortis fecit, quòd crediderit officium per mortem vacaturum. *Perez. C. de Primicer. n. 7.*

II.

Mortis captandæ votum à bonis moribus est alienum, plenum tristissimi eventus ac jure reprobatum. *l. ex eo 4. C. de inutil. stipul. l. ult. C. de pact. l. 3. C. de collat. l. 83. §. 5. de V. O. l. si quis mihi bona 25. §. sed an nominatim. ff. de acquir. hered. l. ult. C. de reb. alien. non alien. c. non est obligatorium de R. I. in 6.* Gail. *2. obs. 125. num. 4. in fin.* Carpzov. *p. 2. constit. 45. def. 4. num. 2.*

Ubi tamen notabis hanc theoriam non esse universalem, sed particularem parumque stringere; multa enim in jure obliquè permissa & probata sunt, quæ illud inducere videantur: exemplo sit (1.) substitutio pupillaris, de qua *vid. §. 4. Inst. de subst. pup.* (2.) Donatio omnium bonorum retento usufructu, *l. 35. §. 5. C. de donat. mort. caus. l. 2. ff. eod.* (3.) pactum unionis prolium, quod moribus probatum esse, docet Gail. *d. loc. n. 5. ubi vid.*

III.

Mortis cujusque dies est incertus. *l. 1. §. 2. ubi gl. & Dd. de condit. & demonstr.* Wesenb. *2. cons.*

conſ. 17. num. 13. & ſic conditionem importat. Bart. Bertazol. *1. conſ. 45. n. 48.*

IV.

Mortis probatio longe difficilior eſt quam vitæ. Carpzov. *pag. 3. conſtit. 17. defin. 10. n. 1.* ſiquidem mortis cujusque unus tantum eſt locus, unum inſtans. *l. ult. ff. de condit. inſtit. l. qui duos 18. §. 1. ff. de manumiſſ. teſtam.* Vitæ vero plures loci & plura tempora, *l. an uſusfructus 56. ff. de uſufruct. l. ſi uſusfructus 8. ff. de uſufruct. legat. l. computationi 68. ff. ad L. Falcid.* & quod propter mortis periculum mente aliquo modo perturbatus cenſeatur, qui in extremis vitæ conſtitutus eſt *ex l. hac conſultiſſima 8. C. qui teſtam. fac. poſſ. probat* idem Carpzov. *p. 3. conſtit. 5. defin. 1. n. 2.*

V.

Mors viri inducit honeſtis matrimoniis triſtitiam. *l. cum quidam 31. in fin. pr. ibi triſtitiæ ſunt. C. de jure dot.* ſed uxotibus meretricibus gaudium, ſecundum gloſſ. *in l. pater ſeveri. §. ſervus ſuper verb. quia morte. ff. de condit. & demonſtrat.* Schneidevv. *p. 5. de feud. n. 65.*

VI.

Mortuus præſumitur qui non invenitur, Bald. *in l. ſi certum. §. ſi unus ff. ad SC. Syllan.* Campeg. *de teſtib. regul. 350. verſ. 10.* Nam qui nusquam eſt, mortuus cenſetur, juxta Ciceron. *in orat. pro Planc.* Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 1076. n. 3.* Carpzov. *p. 3. conſtit. 15. defin. 57. n. 15.*

VII.

Mori præſumuntur infantes & impuberes ante parentes, *l. ſi mulier. 23. l. cum impubere 22. de reb. dub.* Alciat. *1. de præſumt. 49. n. 1. 2. 3.* Weſenb. *conſ. 207. n. 94.*

VIII.

Mors facit ceſſare moram, Sebaſt. Med. *in tract. mors omnia ſolv.* Gœdd. *1. Conſ. Marp. 24. num. 242.* omnia enim ſupplet. *l. fin. ubi* Caſtr. *in ſummario. D. de teſtib.* Joh. Millan. *in pract. pag. 84. num. 17.* Aym. Cravett. *de antiq. temp. p. 1. ſect. ampliatur nunc. num. 11.* Stephan. Lamberteng. *in tract. de contract. gloſſ. 11. n. 20.* Farin. *in tract. de teſtib. quæſt. 72. limit. 11. n. 120.* Ubi declarat locum habere in civilibus, non vero criminalibus, vid. Fam. Centolin. *in addit. ad Farin. conſ. 55. lib. 1. lit. d.*

IX.

Mors corporalis omnibus eſt communis, *cap. in Eccleſiaſtico 13. quæſt. 2.* ideoque in memoria omnibus ſemper habenda, *d. cap. 13. quæſt. 2. vid.* Coraſ. *arreſt. Tholoſ. annotat. 77.* ubi mortem omnium malorum finem eſſe ait.

X.

Mortuos non amiſimus, ſed præmiſimus. *cap. quam præpoſterum & ſeqq. 13. q. 2.* & ideo in Dei ſunt judicio non ab hominibus judicandi, *c. quorundam 14. diſtinct. 23.*

XI.

In quocunque negotio perſonæ induſtria eſt electa, illud morte expirat: quia reſpectus ille, quem in perſonam habebam, tollitur. Ita quoniam in operis artificialibus indubiè perſonæ induſtria eſt electa, morte quoque expirabunt. Aliud exemplum eſt in *l. 2. ff. ſi menſ. falſ. mod.*

XII.

Mortuus nihil poteſt acquirere. Verùm Doctores putant, quod princeps poſſit privilegium dare defunctæ perſonæ ejusque teſtamentum validum reddere fictione juris & ſtatuere liberum illum, qui ſervus erat. *can. 3. cauſ. 12. q. 5.* adeoque majoratum confirmare poſt mortem teſtatoris & inſtitutoris. Quod tamen diſplicet *Perezio C. de præpoſ. ſacri cubicul. n. 7. l. 191. de R. J. Brunnem. C. d. t. n. 4.*

XIII.

Qui pro republ. ceciderunt, in æternum per gloriam vivere intelliguntur *Perez. C. de iis qui numero liber. n. 5.* hinc & religionem ingreſſi liberi patri proſunt, non autem capti vel in obſidione mortui. Stante ergò Statuto, quod filius ſecundò natus ſuperſtes in ſucceſſione avitâ præferatur nepoti ex filio primogenito mortuo ante patrem, nepos tamen præferendus eſt, ſi pater ejus pro republ. in acie cecidit, quia ſcil. adhuc vivere cenſetur. *Perez. C. de filiis official. n. 5. 6. 7.*

XIV.

Mors omnia ſolvit, *auth. de nuptiis. §. deinceps. collat. 4. Novell. 22. cap. 20.* Anton. de Butrio *conſ. 58. in princ.* Decian. *conſ. 1. num. 10. lib. 1.* Sebaſt. Med. *in ſpeciali tract. Mors omnia ſolvit.* Pichard. *ad §. rectè quoque 5. num. 8. Inſtit. de mandato.* Argel. *de contradict. legitimo, quæſt. 7. num. 82.* Gonzal. *ad reg. 8.* Cancel. *gloſſ. 15. num. 3.* Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 5. lit. M. concl. 391. per totam.* ubi *num. 7.* poſt Socin. jun. *conſ. 112. num. 9. & ſeq. lib. 1.* ait, quod per mortem quis dicitur relinquere omnia, & totum mundum, quia mors omnia extinguit, & ſolvit quoad potentias humanas. Surd. *conſ. 99. num. 17.* Joan. Anton. Mangil. *diſceptat. quæſt. 51. num. 403.* [latè Carpzov. *3. quæſt. crim. 141. num. 1. & ſeq.* Ratio, quia eſt privatio vitæ. *l. 1. in fin. ff. nihil innovand. pend. appell. l. ſi ita fuerit 41. ibi: non enim pœna. ff. de manumiſſ. teſt.* Forſter. *1. conſ. Marpurg. 8. num. 13.* cum ſenſus occupet & memoriam adimat, Menoch. *2. arbit. jud. caſ. 97. numer. 1.* ac fruſtraneum ut mortuus heres inſtituatur. Gœdd. *1. conſ. Marp. 24. n. 39.* Et morte teſtatoris teſtamentum tale robur accipit, ut fiat irretractabile. *l. ſi alienum. 49. §. 1. ibi: mortis teſtatoris. de hered. inſtit. Apoſt. Paulus ad Galat. 3. verſ. 15. & in epiſt. ad Hebr. cap. 9. n. 17. Balduin. ad d. cap. 3. num. 6.* Unde & ex contractibus, qui ſolo conſenſu perficiuntur, duo tantum ſunt qui ſolvuntur morte & re integra, nempe mandatum & ſocietas, nec tranſeunt in heredem, exceptis duobus caſibus

(inquit

(inquit Cujac. *in parat. C. de mandat.*) quibus obligatio etiam post mortem durat & heredem seqvitur, nempe (1.) si procurator vel defensor vel socius, ignorans Domini vel socii mortem, negotium alienum vel commune inchoavit vel suis sumptibus explevit, *l. actione 65. §. morte 9. & §. seq. pro soc. l. inter caus. 26. in pr. ff. mandat. idem* Cujac. *l. 4. qq. Pauli in l. 58. mandat.* vel (2.) si heredi ex parte mandaverim ut fundum hereditarium emeret, *l. qui negotia 34. §. cum heres 1. ff. mand.* Cæteri contractus consensuales, ut emtionis, venditionis, locationis, conductionis, transeunt in heredem, *l. viam 10. C. de locato.* idem dicendum etiam esse de stipulatione, text. est *in l. 25. §. si operas 2. ff. de usufruct.* idemque & de contractibus qui re perficiuntur (excepto precariò quod non transit ad heredem ejus qui precariò rogatur, *l. cum precariò 12. §. 1. ff. de precar.*) ait Cujac. *ad Paul. d. loc.*] Igitur declarandum hoc axioma, quòd eadunataxat jura, quæ personæ cohærent, per mortem tollantur. *Nov. 22. cap. 20. pr.* quia sublto principali tollitur accessorium. Ita ergò patria potestas & ususfructus morte personæ tolluntur. At jus debita exigendi *L. 1. C. si cert. petatur.* Fidejussores conveniendi *L. 4. C. qui satisd. cog.* non expirant.

MORTE igitur finitur societas, *l. actione 65. §. morte 9. ff. pro socio §. solvitur. Instit eod. tit. l. 10. tit. 10 partita 5.* Ord. Regia Lusitanor. *lib. 4. titul. 44. §. 4.* Anton. Gomez. *var. tom. 2. cap. 5. n. 6.* Valasc. *de jure emphyt. quæst. 30. num. 5. & cons. 63. à num. 3.* Matien. *l. 2. gloss. 1. n. 15. tit. 9. l. 5. novæ Recopil.* Seraphin. *de privileg. juram. privileg. 57. n. 1.* Surd. *cons. 20. n. 3. & 4.* Molin. *de Justit. tract. 2. disp. 414. in princ.* Azor. *Instit. moral. p. 3. lib. 9. cap. 6. quæst. 3.* Rebel. *de obligat. Justit. p. 2. lib. 15. q. ult.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 25. num 375. vers. secundo.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 2. collect. 39.* & Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 6 tit. 24. à pr.* Steph. Grat. *disceptat. forens. cap. 27. à num. 1.*

MORTE mandantis mandatum expirat, *l. ejus 41.* ubi Alex. *sub n. 5. ff. si certum petatur. l. mandatum 15. C. mandati, cap. relatum 19. de offic. deleg.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. mandatum 12.* Cardos. *in praxi Judicum, eodem verb. num. 10.* Cald. Pereira *de emption. & vendit. cap. 15. n. 24.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 7. tit. 21. num. 5.* Rebel. *de obligat. Instit. p. 2. lib. 17. quæst. unica, de mandato. num. 4. vers. quarto.* Castill. *quotidian. lib. 2. cap. 29.* Soar. *de legib. lib. 8. c. 31. num. 13. & 14.* Molin. *de Justit. tract. 2. disp. 552. num. 7.* Cened. *practic. lib. 1. quæst. 38. num. 1. & 2.* Rota *in Parisien. pecuniaria 5. Decemb. 1612. coram Reverendissimo D. meo Coccino Decano, impressa per Farinac. decis. 443. num. 3. p. 1. recent.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de procurat. resol. 10. n. 1. cum seq.* Joan. Maria Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 101. num. 4. & 5. & in praxi elect. & variat. fori, quæst. 30. sect. 1. num. 3.* Et mandatum procuratorium solvitur morte mandatarii, sive procuratoris. §. *Item si adhuc. Instit. mandati.* Borel. *in summa rerum omnium decis. tit. 66. num. 260.* ubi *num. 289.* subdit, non expirare per mortem domini, quando procurator est effectus dominus litis.

MORTE concedentis expirat beneplacitum, *cap. si gratiosè 5. de rescript. lib. 6.* Gutier. *practic. lib. 3. q. 11. num. 19.* Valasc. *de jure emphyt. q. 34. num. 7.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 1. proœm. num. 9. cum seqq. & gloss. 12. à princip.* Cald. Pereira *de manu Regia, cap. 6. num. 19.* & fuit dictum *in Bononien. Parochialis 18. Martii 1613. coram Cardin. Verospio, impressa per Farin. decis. 489. num. 4.* [Sic etiam morte delegantis re existente integra delegatum expirat. *c. relatum 19. de off. deleg.* ita morte arbitrorum arbitrium finitur, *c. ult. ext. de offic. legat.* & morte alterius compromittentis compromissum extinguitur, secus in judicio. *c. ex parte 10. extr. de arbitr.*

MORTE delicta extinguuntur, *l. defuncto 6. ff. de publicis judic. l. 1. & ult. C. si reus vel accusator mortuus fuerit*, vid. omninò Carpzovium *part. 3. quæst. crim. 131. num. 27. & seqq.* exornant Duen. *regul. 173.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 49. à num. 42.* Plac. *de delictis, lib. 1. c. 28.* Covar. *de sponsalib. p. 2. c. 6. §. 8. n. 6.* Clar. *lib. 5. fin. q. 51. n. 9. & 12.* Sebast. Medic. *in tractat. Mors omnia solvit, p. 2. concl. 27.* Mench. *quæst. usufrequent. c. 7 num. 15.* Anton. Gomez. *variar. tom. 3. cap. 1. num. 78.* Peregr. *de jure fisci, lib. 4. tit. 5. num. 1.* Cardos. *in praxi Judicum, verb. delictum. num. 34.* Cald. Pereira *quæst. forens. in comment. ad l. unic. C. ex delictis defunctor. p. 3. in princ. & p. 5. num. 1.* Cardin. Tusch. *d. lit. M. concl. 391. num. 1.* Nam mors extinguit accusationem, ac proinde mortuo accusatore judicium accusationis aboletur. Clar. §. *fin. quæst. 51. num. 9. vers. pariter.* declarando

tamen, ut per Card. Tusch. *d. lit. M. concl. 396.* quia mortuus non potest effici habilis, vel inhabilis ad aliquid, Bald. *cons. 57. num. 2. lib. 5.* & ideò post mortem nemo potest incipere esse aliquid, idem Bald. *cons. 394. Punctus talis est. num. 4. in princ. vers. post mortem autem lib. 3.* [neque contra mortuum inquiri formataque inquisitio circumduci potest, Gail. *lib. 1. de P. P. c. 2. num. 2.* Huc facit illud Plauti in Rudente:

Neque est
Melius morte in rebus.

& illud Lucan. lib. 8. belli civilis:

Mors ultima pœna est.

Id quod etiam in delictis publicis locum habere veluti cognitione suspecti, patet ex *§. 8. Inst. de suspect. tutor.* Excipiuntur tamen (1.) crimen perduellionis, *l. ult. ad l. Jul. Majest.* (2.) repetundarum, *l. 5. C. l. 2. ff. ad l. Jul. repet. l. 20. ff. de accusat.* (2.) peculatus, *l. ult. ff. ad l. Jul. pecul.* (4.) de residuis. *d. c. ult. vid.* Coll. J. Arg. *de judic. thes. 109. num. 2.* Apostasiæ. *l. 2. C. de apostat.*

XV.

MORIENS nunquam præsumitur immemor salutis æternæ, *l. fin. C. ad legem Jul. repetund. l. 26. C. de nupt. fac. cap. sancimus 1. quæst. 7. vid. sup. lib. 1. cap. 61. ax. 2.* Covar. *lib. 2. variar. cap. 13. n. 8.* Thom. de Thomass. *in floribus legum, reg. 193.* Bertazol. *cons. 118. n. 15.* Menoch. *cons. 350. num. 9.* Escob. *de ratiocin. c. 11. num. 30.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 12. q. 1. à n. 7.* Anton. Monach. *Florent. decis. 2. num. 27.* Franc. Molin. *de ritu nuptiar. lib. 1. comp. 18. n. 66.* latè Mar. Giurba *in consuet. Messanens. c. 2. gloss. 7. num. 2. & 28. & gloss. 14. n. 8.* [præsertim in his, quibus de suo ipsius morientis suorumque heredum, & non de tertii præjudicio agitur, *gl. in l. cum quis decedens. ff. de leg. 3.* Farin. *in prax. caus. crim. tit. de indic. & tort. quæst. 39. n. 16.* Gœdd. *int. Cons. Marpurg. cons. 31. n. 136. vol. 1.* Siquidem morientis supremæ voces magnum pondus habent, *l. 5. Cod. famil. herciscr.*] Et ideò non præsumitur mentiri. Surd. *decis. 55. n. 11.* adeoque etiam pro confitente & ejus heredibus præsumptionem inducit. Wesenb. *parat. de confess. n. 10.* ibique Ludivel. *in not.* imò ejus dictum habet vim juramenti. Socin. jun. *cons. 161. num. 3. vol. 1.* Menoch. *cons. 23. n. 9.* Anton. Menoch. *d. decis. 2. n. 31.* [Gylman. *4. 1. pot. 33. num. 30.* Gail. *2. observ. 43. num. 1.* quia non minorem fidem quam corporale juramentum meretur. Cravett. *de Antiquit. temp. p. 1. sect. 4. num. 48.* Alciat. *reg. 3. præsumt. 4. num. 5.* Plotus *ad l. si quando. C. unde vi. §. 34. n. 2.* Castrens. *cons. 301. num. 4. vol. 1. incip. ad bene examinandum.* Zas. *cons. 301. num. 4.* Gail. *2. obs. 43. per tot.* N. de Passerib. *lib. 4. de scriptura priv. tit. de libr. rationum n. 20.* Maxime si sacram synaxin acceperint. Flav. Pacian. *de probat. l. 1. cap. 53. num. 47.*] Limita (1.) in præjudicium tertii, *vid. omnino* Argentorat. *2. cons. 53. n. 33. & seqq. l. 6. & Auth. Quod obtinet. Cod. de probat. l. si quis. 3. §. si quis moriens ad Sct. Silan.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 4. n. 2. vers. adverteretur.* Joseph. Roman. *cons. 100. n. 532.* (2.) quando non de liberando sed obligando agitur. Boer. *1. decis. 105. n. 6.* Bl. *in l. ult. C. Comm. de legat.* (3.) si agatur ad eum effectum, ut possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. gl. *in l. 1. C. de fals. caus. adj.* Marsil. *1. cons. 5. n. 16.* (4.) si quæstio sit de legitime confectis mercatorum libris. Gail. *d. obs. 43. n. 6.* & debiti quantitas sit magna. Alciat. *de præsumt. reg. 3. præsumt. 4. n. 2.* Castrens. *1. cons. 31.* conferatur Cephalus *cons. 86. & 276. n. 35.* (5.) imprimis fallere ajunt in asseverationem rei criminosi, dicentis: **Er wolle drauf leben und sterben**/ etiamsi supplicii tempore asseverationem eam repetat. Reincking. *in responso juris pro sagis, q. 3. pag. 294. per l. 3. §. 1. ad Sct. Silan.* Non enim omnis moriens præsumitur Joannes Baptista. Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 5. num. 19. & de arbitr. casu 99. num. 30. & consil. 39. num. 7. & cons. 139. num. 68. & 70.* Polyd. Ripa *de actibus in mortis articulo, cap. 26. num. 8.* Surd. *decis. 135. num. 14. & cons. 382. num. 62.* Giurba *d. gl. 7. num. 2. gl. 2. prope fin.* Sic testis in mortis articulo injuratus deponens ob defectum juramenti nihil prorsus probat, & ne quidem indicium facit. Ludov. Roman. *in l. si quis in gravi 3. §. 1. ad Sct. Silan.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 9. n. 24.* Mors ergò pro juramento tunc demum habetur, si illud delatum sit & acceptatum, sed ob mortis interventum non præstitum. *Mev. P. 4. dec. 262. P. 5. d. 46. P. 7. dec. 238. n. 4. Conf. Carpz. L. 6. Resp. 120. Gail. L. 2. obs. 43. Berl. P. 1. concl. 55. n. 14.*

XVI.

MORTUO non fit injuria, quia non potest vulnerari, neque suspendi, neque puniri, ut per Boer. *decis. 316. num. 10. cum seqq.* Card. Tusch. *d. lit. M. concl. 389. per totam.* Ratio manifesta est, quia homo mortuus homo non est, *cap. Moyses 32. quæst. 2. cap. si Episcopus. extr. de hæret.* Gœdd. *1. cons.*

Mar-

Marpurg. 24. numer. 39. neque pœnæ, aut medicinæ capax, sicut & sensus expers noscitur, ut notat gloss. per text. *ibi in l. servo manumisso 58. ff. de condict. indeb.* homo enim ex conjunctione animæ & corporis subsistit, ut explicat Innocent. III. *In cap. in quadam 8. vers. sed adversus, de celeb. Missar. juncta Clem. 1. §. porrò, de Summa Trinit.* & ex Aristot. D. August. & D. Thoma, explicat Navar. *in Mant. prælud. num. 11.* Gomez. *var. tom. 3. cap. 3. num. 32.* atque sic nec in corpora sæviendum de mortua, ut in Episcopum Drossensem, qui mortuus ad mortem damnatus est, de quo Thuan. *l. 23. p. 476. col. 1. vol. 1.* Olaus Magnus *cap. 45 lib. 16.* cum nec sentire pœnam possint nec emendare, Bl. *cons. 202. lib. 1.* vid. Covar. *cap. 1. num. 10. l. 2. var. resol.* Peguram *in l. si ex legato. numer. 74. de V. O. l. cum sit. 6. C. de sepulch. viol.* quia pœnæ afflictivæ animati corporis sunt pœnæ sensus, quæ in mortuum cadere non possunt. Ant. Gomez *var. resol. 1. num. 79.* Menoch. *cas. 285. lib. 2. arb. jud.* Bachov. *de jurisdict. thes. 4. lit. b. in Treutl.* Crimen enim per mortuum extinguitur. *l. 1. C. si reus vel accusator. cap. accusatus. §. si vero de hæret. in 6.* Bœckel. *de public. judic. disquis. 6. num. 40.*] Unde multa notabilia refert Dec. *in cap. ad hæc 5. à num. 29. de privileg.* inde meritò *à num. 34.* advertens defendi non posse eorum sententiam, qui dicunt excommunicatos esse, qui clerici cadaver percutiunt, quos latè refert Duen. *reg. 99. ampl. 6.* & Boer. *d. decis. 316. num. 12. in fin.* non enim dici potest eum, qui clerici cadaver percutit, hominem aut clericum percutere; ac subinde deficiunt verba. *can. si quis suadente 29. 17. quæst. 4.* Non obstat quod in excommunicatione decedentes privantur Ecclesiastica sepultura; & si in Ecclesiis, aut cœmiteriis eorum corpora sepeliantur, exhumanda & extrà sunt ejicienda, *cap. sacris 12. de sepultur. d. cap. adhæc*, quia dupliciter responderi poterit. Et primò, non esse inconveniens, quod propter culpam viventis pœna maneat post mortem continuativè, ita ut si semel viventem cœpit afficere, duret in cadaver, formaliter decidit text. *in l. 2. de cadaver. punit.* & videmus in iis, qui pœna mortis puniuntur, & deinde in partes secantur, & comburuntur, aut bestiis objiciuntur, ut probat text. *in l. capitalium 28. §. famosos 15. ff. de pœnis.* & prosequitur Tiraquell. *de pœnis temper. caus. 49. num. 42.* quod multo magis convenit probibitioni sepulturæ, quæ corporum mortuorum propria est; ac subinde mirum videri non debet, si Ecclesia mortuos ejus usu privet, nam viventes ad talem sepulturam, dum in excommunicatione manent, jus non habuerunt; ergo nec post mortem illud habere dicendum est, ut bene considerat Soar. *tom. 5. de censur. disp. 12. sect. 4. num. 2. ad fin.* Secundò responderi poterit, prohibitionem hanc & præceptum Ecclesiasticum non sepeliendi excommunicatum in loco sacro, non propriè dirigi in corpus ipsum, seu cadaver defuncti, sed in fideles viventes, juxta generale Apost. præceptum, quòd non solùm in excommunicatos dirigitur, ut communicent cum fidelibus, sed etiam in ipsos fideles, ne communicent cum excommunicatis, *cap. sicut Apostoli, cum seqq. 11. quæst. 3.* Nec de potestate est dubitandum, juxta plenissimam illam Christi Domini concessionem, *Quodcunque ligaveris, &c.* nec etiam de voluntate, quæ manifesta est ex illatione, quam summi Pontifices exprimunt *in d. cap. sacris;* & juxta illud, *cui non communicavimus vivo, nec communicemus defuncto*, relatum in integra *d. cap. ad hæc 5. de privileg.* Ad textum verò *in cap. sanè 6. 24. quæst. 2. & in cap. si quis Episcopus 5. de hæret.* cum similibus, quibus probari videtur, mortuos excommunicari posse, quod tamen est contra verba, & communem definitionem censuræ, quæ est sententia Judicis Ecclesiastici, qua homo Christianus bonis spiritualibus privatur, &c. mortuum autem hominem non esse, constat ex dictis, & ideo excommunicari non posse, comprobant Castro *de justa hæret. punit. lib. 2. cap. 19.* Cov. *in cap. almamater. p. 1. §. 11. num. 8.* Navar. *in Man. cap. 27. n. 171.* Soar. *d. tom. 5. de censur. disp. 5. sect. 1. n. 3.* Sayr. *in simili tract. lib. 1. cap. 8. à num. 8.* respondemus, in illis Juribus excommunicationem propriè & directè non proferri in mortuos, sed vivis Ecclesiam imperare, ne communicent cum illis, quos constat in excommunicatione decessisse, non faciendo pro eis suffragia, vel sepulturæ tradendo. Qua etiam ratione Ecclesia excommunicatos mortuos absolvit, juxta text. *in cap. à nobis 28. versu nec obstat. de sentent. excommunicat.* non quòd directè in eos exerceat jurisdictionem, quæ ad absolvendum necessaria est, juxta *reg. cap. verbum 51. de Pœnitent. distinct. 1.* quæ videtur deficere respectu mortuorum, secundum rationem, de qua

Pont. *in d. cap. à nobis*, quia Christus Dominus Ecclesiæ dedit potestatem super terram, juxta prædictam auctoritatem, *quodcunque ligaveris super terram, &c.* non autem in sepultos sub terra; sed quia per hujusmodi absolutionem vivis facultatem facit communicandi cum excommunicatis, qui in excommunicatione decesserunt, ut pro eis preces fundere, & suffragia facere possint, vel etiam sepulturæ mandare, ut bene explicat Castro *d. lib. 2. c. 20. ad fin.* & reliqui omnes post eum citati.

CAP. LXVI.

De Mortis Causâ Capione.

Quicquid occasione mortis sive hereditatis alterius causâ capitur, & non ab ipso testatore, illud est mortis causâ capio:

Ratio est in ipsâ voce, & quia si ab ipso testatore caperem, mortis causâ donatio esset. Conf. *l. 8. & l. 18. ff. de mort. caus. donat.*

Exempla sunt (1.) si propter alterius mortem quis donat. *l. 8. lib. 11. l. 18. pr. de mort. caus. donat.* (2.) Si ob omissionem hereditatis quis capiat *l. 8. l. 31. §. 2. eod.* (3.) Si quis non ex bonis defuncti, sed ejus, qui conditionem implet, mortis causâ capiat. *l. 8. l. 20. l. 31. §. 2. l. 36. l. 38. l. 41. eod.* (4.) Si creditor hereditarius det aliquid heredi ut adeat. *l. 32. §. 2. ff. eod.*

De mortis causâ donatione, vid. *donatio mortis causâ.*

CAP. LXVII.

Mos Regionis.

Axioma I.

Mos regionis seu civitatis in rebus dubiis semper est attendendus. *l. in stipulationibus 34. de R. I. l. circà locationes. 19. C. de locat. conduct.* Cravett. *conf. 206. num. 14. & conf. 258. num. 8.* Menoch. *conf. 744. num. 11.* nec ab ea recedendum. *l. testamenta omnia 18. C. de testam.* Unde etiam videmus omnes actiones humanas, si non aliter provisum fuerit, à loci consvetudine & more Regionis interpretationem recipere. *l. si de interpretatione 37. ff. de LL. l. & in contraria 37. ff. de Usur. l. missi 7. ibi consuetudine servata regionum. C. de exact. tribut. lib. 10.* Johan. Sandæ. *ad l. 9. de R. I. pag. 23. th. 3.* ubi latè exemplis & rationibus declarat Val. Guilhelm. Forster. *lib. 2. de interpret. cap. ult. reg. 10.* ubi itidem latè deducit, sicut honestum quid sit vel inhonestum declaret Tiraquell. *de jure primogenit. c. 34. num. 1. & 31.* itemque quid licitum sit vel illicitum, *ut supr. lib. 3. cap. 59. axiom. 12. & seqq.* quod etiam de consuetudine vicinæ Regionis seu vicinitatis intelligendum venit *cap. super eo 22. ibi illud observare tenetur, quod in vicinis provinciis observatur extr. de censib.* Conf. Marpurg. *1. conf. 24. num. 16.* Quæ tamen omnia declaranda sunt ex notatis *dicti consilii 24. n. 262. & seqq.*

Limita: mos tamen regionis sæpe solet esse dubius, & tempore mutari. Nevizan. *conf. 66. n. 31.* Mynsing. *dec. ad. 13. resp. 3. n. 139.* & consvetudo modo alba modo nigra apparere, Ernest. Cothman. *5. resp. 1. num. 463.*

II.

Mores seu consuetudo vim Legis obtinent. *l. 2. C. de longa consuetud.* Mores n. Legem faciunt, & commune jus moribus & legibus constat *c. 1. dist. 1.* intellige verum si sint inveterati, h. e. ex frequenti consvetudine eos populus induxerit. Unde & mos longa consvetudo de moribus tantum tracta vocatur, *cap. nos 41. distinct. 1.* siquidem propriè ex consvetudine mos fit juxta Aristotelem, dum ait: ἦθος ἐξ ἔθους γίνεται. Paulatim vivendo (verba sunt Lactantii lib. 8.) mos factus est. Unde Publius Syr. Vitium prius fuit observatio, nunc mos est; & Ovid Metamorph.

Mores fecerat usus.

& mores serò improbas quos ducendo probasti. *l. 13. §. ult. ff. ad L. Jul. de adult. l. 47. ff. solut. matr. vid.* Cujac. *2. Feud. 1. p. 841.*

CAP. LXIIX.

Motus.

Axioma I.

Motus primi non sunt in potestate nostra. *gloss. in l. 5. C. de Episcop. & Cler.*

II.

Motus proprius in dubio intelligitur sine præjudicio tertii. Jas. *in l. ex facto notab. 3. ff. de vulg. & pupill. substit.* Pacian. *1. conf. 7. n. 147.*

III.

Quod motu proprio concessum est, illud omne à mera liberalitate proficiscitur. *cap. si motu proprio de præbend. in 6.* quia motus proprius non habet relationem ad illam causam extrinsecam, sed tantum ad simplicem donatoris voluntatem, refert Pacian. *1. conf. 12. n. 20.* Quædam motu proprio concessa non nocent, sed prosunt; si verò ad postulationem concessa, nocent, non prosunt. Affectatum enim non relevat. *Brunnem. ad L. 4. C. de Legation.*

CAP. LXIX.

Mulcta.

Axioma I.

Mulcta damnum infamiæ non irrogat. *l. 1. C. de modo mulctand. quæ à jud. l. aliud fraus 131. §. inter mulctam & pœnam. ubi* Gœdd. *de V. S. n. 2.*

II.

In mulctis indicendis non debent judices affectui & avaritiæ inservire, multo minus in exigendis, si utcunque ad terrorem induxerint, arg. *Novell. ut præced. absque ull. in princ. & §. 1. constit.* Oldend. *cl. 1. act. 2.* Nec statim in omni re est indicenda mulcta: nec propter quamlibet contumaciam interpretandum est, contemptam esse jurisdictionem, sed aperta debet esse puniendi ratio, sicut rectè colligitur *ex. l. 1. ff. si quis jus dicenti non obtemp. arg. l. non ex omni-*

omnibus 39. in pr. ff. de recept. arbit. non enim quicquid judicis officio conceditur, id statim necessitati subjicitur. *l. non quicquid. 40. ff. de jud.*

III.

Per impositionem mulctæ extraordinariæ non tollitur pœna lege statuta ordinaria. Bald. *in l. nullum. n. 4. C. de testib. per gl. fin. ibid. & l. 2. C. de sportulis.* Bart. *in l. ancillæ. n. 21. C. de furt. & in l. ubi. num. 2. Cod. de falsi.*

Declara I. hoc procedere, quando minor mulcta extra ordinem imposita foret, quam delicto debeatur: alias si par esset & pœnæ responderet, secus dicendum esset. Wesenb. *1. cons. 43. n. 109.*

Declara II. procedere, quando mulcta exigitur à judice in contemptum ejus, pœna vero legalis nomine publici criminis, cujus pœna non judici applicetur, sed infligatur in corpus rei aut fisco applicetur, gloss. *in d. l. nullum.* secus vero esse, si utraque pœna ab eodem judice, & respectu contemptus ipsius, seu inobedientiæ exigeretur. Bald. *in d. l. ubi. C. de fals.* quando ergo non plus est in mulcta quam pœna ordinaria, judex non mulctam sed pœnam ordinariam exequi videtur, Panorm. *in cap. proposuit. n. 8. de appellat.*

IV.

Mulctæ secundum qualitatem personarum & rerum sunt imponendæ. Rofred. *in tit. si quis dicent. n. 2.* Esse enim hoc arbitrarium: nec hodiè. *l. eos 6. C. de mod. mulct.* amplius obtinere testantur Hostiens. *tit. de mulct. n. 2.* Alex. *cons. 35. viso. n. 5. vol. 2.* Boss. *in lib. de mulct. num. 5. dicens. d. l. eos.* de consvetudine non observari, vid. Wesenb. *1. cons. 43. n. 103.* hinc judices taxationem mulctarum vel aggravare vel minuere pro delicti & personarum qualitate possunt. *Christin. 2. decis. 86. n. 4.*

V.

Mulcta præscribitur anno. *Guid. Papæ dec. 359.* sed officiales hoc non servant, & post triennium etiam subditos ob excessus solent mulctare, *Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 51. n. 1.*

VI.

Pessima est nundinatio, officialibus locare reditus ex mulctis pro certâ pecuniæ summâ, Frevel und Bußen um eine gewisse Summa Geldes verleyhen. *Lather. de cens. L. 3. c. 16. num. 35.*

VII.

Mulctæ jurisdictionum sunt fructus. Bald. *in l. 1. num. 10. C. de fructib. & lit. expens.* Alex. *in l. divortio. §. si vir. ff. solut. matrim.* Bart. *num. 2.* Bald. Angel. *in l. ult. eod.* Roman. *cons. 70. visis. num. 11. vers. secundo probantur.* Chassan. *latè in cons. Burg. rubr. 9. §. 18. verb. justitiabiles. num. 35.* Menoch. *cons. 56. quæstionibus. num. 5.* Boer. *decis. 180. num. 4.* Tiraquell. *de LL. Connubial. gloss. ult. num. 10.* Carpzov. *decis. 27. num. 15.* Cujusmodi Magistratus à contumacibus auferre solent, Cast. *num. 6.* post Bart. & Dd. *in l. unic. C. si quis jus dicent, l. item apud. §. item ait de injur. l. 1. in princ. de admin. tut.* Bald. *in l. quemadmodum. §. Magistratus ad L. Aquil.* Jas. *in l. 1. §. quod prætor. num. 12. ne quis in jus vocat.* Hostiens. *de mulcta. num. 2.* Imol. *in l. filiusfamil. §. Divi. num. 3. de legat. 1.* Alex. *cons. 35. viso. num. 5. vol. 2.* Oldrad. *cons. 15. circ. num. 2. & 3.* Boss. *de mulcta. num. 8. el. 17.* Est enim mulcta unum ex remediis, quibus inobedientes subditos ad obedientiam ex officio suo nobili cogere possunt. Bar. Castr. *num.* & Alex. *num. 6. cum seqq. in l. unic. §. 1. ff. si quis jus dicenti.* Boss. *in pract. crimin. titul. de mulcta. n. 8. & 17.* Alex. *consil. 35. viso. n. 5. 6. 7.* Wesenb. *1. cons. 43. num. 98.*

VIII.

Quoties mulcta ob contumaciam irroganda, toties quivis judex illam dictare potest; quoties verò ob delictum, toties saltem illi, qui habet merum imperium.

Ratio, quia priori casu irrogatur ad tuendam jurisdictionem, hanc autem contra contumaces quisque tueri potest. *l. 1. ff. si quis jus dicenti.* Posteriori verò ob delictum vindicandum & in facinorosos animadvertendum, quod non licet, nisi merum imperium habenti *l. 3. ff. de jurisdict.*

CAP. LXX.
Mulier.

Axioma I.

Mulier caput & finis familiæ esse dicitur, *l. familiæ 196. §. 1. l. pronunciatio in fin. ff. de V. S. l. cum legitimæ 19. ff. de stat. hom. §. 1. Inst. de legit. agn. tutel. §. cæterum, & §. media autem, Inst. de legit. agn. succes. l. lege 14. C. de legit. hered.* Paul. *cons. 421. col. 1. in fin. vol. 1.* Socin. *cons. 63. col. 8. vol. 3.* Philip. Matth. *1. Cons. Marp. 31. num. 14.* Ratio, quia unà cum marito dominium in domo habet, ejus familiam sobolis procreatione ac propagatione constituit, & si quam sobolem enixa fuerit, non in sui patris, sed mariti potestatem familiamque profert. *§. fin. ubi* Wesenb. *inst. de patr. potest.* Gœdd. *ad d. l. familiæ. ff. de V. S. n. 1.*

II.

Mulierum genus est avarum. *l. sed si ego 4. ff. ad SC. Vellejan.* Cicero *lib. 1. de Juventut.* gloss. *in l. sed si ego 4. ff. ad SC. Vellej.* Wesenb. *1. cons. 11. num. 36.* imò avariissimum. Accurs. *in l. Nesennius 34. verb. è contrario. ff. de negot. gest.* Ancharan. *in cap. indemnitatibus. num. 4. de Elect. in 6.* Vultej. *1. Cons. Marpurg. 29. num. 91.* Guido Pancirol. *cons. 8. num. 25. cons. 58. num. 21.* quomodo autem hæc præsumtio elidi possit, *vid. apud* Bonifacium *in tr. de furt. §. animo lucrifaciendi. num. 195.* Unde liberalitatem immensam repugnare mulierum naturæ, quia avariissima, dixit Bald. *in l. si appono. in fin. C. de donat. ante nupt.* & loco miraculi haberi cum mulier donat, latè Joseph. Mascard. *de probat. c. 10. n. 29. & seq.* Petr. Royz. *decis.*

Lituan. 3. num. 538. Pacian. *conſ. 14. num. 60. & 67.* Dec. *conſ. 32. num. 5. verſ. 2. vol. 3. ubi ait:* donationem mulieris attenta ipſius mulieris natura habendam eſſe pro ſuſpecta; cum contra ſexus naturam, ut mulier largiatur. *l. ſi ſtipulata 33. ff. de donat. inter vir. & uxor.* quare potius ſemetipſam obligare, quam dare quicquam ſolet. *l. ſi à ſponſo 16. verſ. quod ſponſa. C. de donat. ante nupt.* Neque præſumendum eſt, bona ſua in dotem dediſſe, tametſi rerum ſuarum adminiſtrationem viro conceſſerit. *l. obligationem 44. §. placet 2. de O. & A.* Concennat. *quæſt. ſing. 5. num. 8.* imò non eſſe novum, mulieres pecuniæ cupiditate illectas partum medicamentis abegiſſe, ut aliis heredibus locum facerent, dixit Tryphon. *in l. Cicero 39. ff. de pœn.*

III.

Mulier nihil habet prærogativæ ultra maſculum, niſi quatenus in jure expreſſum reperiatur. gloſſ. *in l. unic. C. de rapt.* Bald. *in l. ult. C. de jur. & fact. ignor.* Imol. Caſtr. Alex. *in l. ſi conſtante 24. §. fin. ff. ſolut. matrim.* Treutl. *vol. 2. diſp. 1. theſ. 1.* Anton. de Butr. *in cap. 2. de conſtit. in 4. col.* Honthem. *de arte Notar. lib. 2. cap. 28. num. 11.* Sic etiamſi dicatur ignorantiam juris mulierem excuſare. *l. 25. §. ſi autem 15. ff. de probat. l. 9. C. de jur. & fact. ignor.* id tamen non ſimpliciter, ſed tantum in caſibus à lege expreſſis intelligendum erit. *l. ult. Cod. de juris ignor.* Tiraquell. *de pœn. leg. cauſ. 9. in fin. & cauſ. 11. num. 23.* præſertim ubi aliquid contra jus naturale vel civile delinquit. Fach. *1. contr. 11.*

IV.

Mulierum natura infirma & fragilis eſt. *l. 2. §. verba. ff. ad SC. Vellejan. l. regula 9. in pr. ff. de jur. & fact. ign. l. 1. §. 10. ff. ad SC. Turpill. l. 1. C. quand. mulier. l. quisquis 5. §. 1. C. ad L. Jul. Majeſt. l. Imperialis 23. Cod. de nupt. §. his conſequens. auth. de æqualit. dot.* Alciat. *in tract. præſ. reg. 1. præſ. 42. in pr.* Pariſ. *conſ. 75. num. 30. vol. 3.* quamobrem etiam magis meticuloſæ eſſe intelliguntur, nec tantus in iis metus requiritur, ut dicatur juſtus quantus in viris, gloſſ. *in cap. cum locum 14. ad verb. metus extr. de ſponſal.* Jaſon. *in l. interpoſitas. n. 14. C. de transact.* Dec. *in l. in omnibus 39. num. 3. de R. I.* Roman. *ſing. 229. tu ſcis.* Boer. *deciſ. 100. præſuppono num. 2. p. 1. vid. ſupr. lit. L. c. metus. axiom. 5.*

V.

Mulierum vanum & mutabile cor eſt. *l. filia 20. de inoff. teſtam. cap. forus in fin. de V. S. l. reprehendenda 5. C. de Inſt. & ſubſtitut.* Gandin. *in tract. de fur. & latro. n. 8.* Weſenbec. *2. conſ. 89. num. 9.* Unde diſtichon:

Quid levius fumo? flamen, quid flamine? ventus,
Quid vento? Mulier, quid muliere? nihil.

& ideo dicitur habere infirmum & invalidum conſilium variis ſeductionibus ſubjectum. *l. cujus bonis 9. ff. de Curat. furioſ.* Bald. *in l. cum multæ. C. de donat. ante nupt. & cap. 2. verſ. item hoc ſtatutum de probat. & conſ. 115. vol. 1.* ubi ait mulieres minorum inſtar facile ſeduci vel minis vel blanditiis vel pollicitationibus, quod latiſſimè comprobat Tiraquell. *in tract. de leg. connubial. l. 1. n. 71.* & propterea quoad conſilii fragilitatem minoribus æquiparantur. Imol. *in c. cum contingat. de jurejur.* Corn. *conſ. 124. in princ. vol. 3.* Socin. jun. *conſ. 50. num. 4. vol. 3.* Vult. 3. *conſ. Marp. 29. num. 152.* ſiquidem non eſt itaintegri judicii fœmina ut maſculus. *l. fin. ff. qui petant. tut.* ſed plerunque contra propria commoda laborare conſvevit. *l. ſi pater 4. in fin. C. de ſponſal. l. Imperialis 23. C. de nupt.* Vult. 2. *conſ. 29. n. 106.* Bertazol. *1. conſult. deciſ. conſ. 48. n. 18.* v. & Bald. *in l. quoties. n. 7. verſ. dic. quæ mulier. C. de ſuis & legitim.* ubi dicit mulieres ter in hora mutari. gloſſ. *in l. 1. ff. de confirm. tutor.* Bart. *de reprob. teſtium. in princ. verb. quod mulier.* non igitur mirum, ſi minus illis quam maribus credatur, Panorm. *in d. c. forus.* Bald. *conſ. 21. quo melius, lib. 2. fac. l. ult. de fid. inſtrum.* Hippol. *in l. uniuſ. §. in ea de quæſt.*

VI.

Mulier eadem facilitate ad renunciandum, quâ ad intercedendum, induci poteſt. *l. ſi mulier 21. C. ad SC. Vellejan. l. ſi judex. 41. ff. de min. l. 6. ff. de reſtit. in integr.* Bart. *in l. doli. n. 2. per ill. text. in verſ. diverſum. ff. de novat.* Anton. de Padilla *ad l. fin. n. 7. verſ. ſecundo loco.* Anton. Teſſaur. *deciſ. Pedemont. 222. n. 2.* Anton. Gomez. *2. var. reſolut. c. 13. num. 13. per l. fin. verſ. idem quæſit. ff. de condict. indeb. l. fin. C. de pact. pignor.* Carpzov. *de ſing. fœmin. jure, decad. 4. poſit. 2.*

Mulier à virili & publico officio eſt remota. *l. 2.* ubi poſt gloſſ. Bart. & Dec. *ff. de R. I.* Panorm. *ad cap. dilecti. extr. de arbitr. fac. l. 3. §. corporalia. ff. de muner. & honor. l. fin. C. de recept. arb. l. fin. Cod. qui petunt tutor.* Et ideo nec imperare *cap. mulierem 43. q. 5.* nec poſtulare. *d. l. 2. de Reg. Jur.* nec procuratrix eſſe poteſt. *cap. directa 4. extr. de confirmat. util.* nec virorum cœtibus immiſceri, *cap. mulieris. 2. de judic. in 6.* nec accuſare aliquem aut denunciare poteſt. Limita (1.) in criminibus, quæ ſæpè occultè ab aliis fœminis committuntur, e. g. abortus, ſuppoſiti partus & c. (2.) in crimine falſarum tabularum accuſare poteſt, quando ſua intereſt. *l. 2. de accuſ.* (3.) denunciare fraudes in annonâ commiſſas *l. fin. §. fin. ad L. Jul. de annon.* (4) ſuſpectum tutorem poſtulare, ſi ſua intereſt. *Perez. C. de mulierib. in quo loco num. 9.*

Intellige verum de munere & dignitate, quæ ſunt ſine Magiſtratu ſineque adminiſtratione; licet enim dignitatem vel munus civile adminiſtrare pon poſſit, *l. Imperialis 5. §. ſimiles. C. de nupt. l. mulieres 13. Cod. de dignitat.* Luc. de Penna *in l. unic. C. de mulier. in quo loc. ad munus ſex. congr.* Chriſtoph. Sturtius *in d. l. 1. n. 19. ff. de R. J.* nihil tamen obſtat, quo minus & fœmina muneris publici dignitatem habere que-

at. d. l. Imperialis. §. similes. C. de nupt. d. l. unic. C. de mulier. in quo loc. ad mun. sex. congr.

Limita I. Regulam officium suum perdere, si contrarium consvetudine sit receptum. Cum enim moribus officia publica fœminis sint adempta, more sive usu contrario etiam illæ ad officia ejusmodi admitti possunt, teste Innocentio. I. l. in cap. 4. de arbitr. Ita Johannam Siciliæ Reginam in solio Regali sedentem sententiamque pronunciantem à se visam fuisse, refert Angel. in l. cum Prætor 45. non autem. num. 2. col. 1. ff. de judic. idem de consvetudine in Constantia Regina Galliæ notarunt. gloss. in cap. si seculi verbo Regia 12. q. 2. & in l. fin. C. de recept. arb. Innoc in cap. dilecta. extr. de Majorit. & obedient. Purpurat. in rubr. ff. de offic. Assessor. n. 62. vers. post provinciam. col. 7. Clar. in §. feudum. quæst. 73. de feud. Ruin. cons. 99. n. 8. vol. 1. Anton. de Butr. in cap. significavit. n. 2. Joh. Andr. num. 4. col. 2. Anchar. num. 1. vers. 2. nota Bellon. num. 2. Joh. de Imol. num. 1. extr. de rescript. Bellon. in cap. dilecti. num. 14. col. 7. vers. fallit tamen. & num. 20. vers. decimus quartus. col. 11. de arbitr. Domin. de S. Gemin. in cap. grandi. num. 9. vers. nunquid fœmina. & ibi Franc. de supplend. neglig. prælat. Ruin. cons. 40. n. 6. vers. & ubi dictæ sorores. vol. 1. Tiraq. de jure primogenituræ quæst. 10. num. 12. Socin. jun. cons. 61. num. 24. & cons. 68. num. 27. vol. 1. adde & exempla Comitissæ Campaniæ filiæ Regis Navarræ & Comitissæ Matildæ, Dominæ quasi totius Italiæ, ex Alberico in d. l. cum Prætor. §. non autem. num. 8. ff. de judic. & Castr. in l. fin. in pr. C. de recept. arbitr.

Limita II. quando magistratus mulieri jure hereditario competat: ita Domina Elisabetha Regina Angliæ sceptrum Regium regnique administrationem qualis per manus Regum accepit, ac Reip. Anglicanæ felicissime non sine incremento Ecclesiæ præfuit, imò & Abbatissas, quoad administrationem, habere jurisdictionem, sed dignitati suæ annexam, notant Canonistæ in cap. indemnitatibus 43. de Elect. in 6. quo casu fœminam posse facere statuta, & exercere jurisdictionem in illo Comitatu, quem habe jure proprio i. e. jure successionis, notat Angel. in l. princeps in fin. ff. de LL. Alex. cons. 24. num. 12. col. 5. Felin. in cap. dilecta in pr. extra de major. & obed. Berous cons. 120. num. 15. vers. tertio respondetur, col. 2. Paris. cons. 22. num. 3. vol. 1. Purpurat. in rubr. ff. de offic. assessor. num. 62. vers. post provinciam, vol. 7. Joh. Thomas de Marin. in c. 11. n. 19. in fin. de feud. fœmin.

Limita III. si mulier speciali privilegio vel Principis indulgentia Magistratum ac judicandi munus meruerit, quo pertinet exemplum Deboræ, de qua vid. cap. 4. Judic. Maria soror Moysis, Hanna mater Samuelis & Holda, quæ Josuæ Regis tempore vixit, vid. Philipp. Matth. in d. l. 12. n. 2. de R. J. Jac. de S. Georg. in l. cum antiquioribus, n. 19. vers. an autem filia. C. de jure delib. Dec. cons. 81. n. 6. vers. præterea etiam de jure, col. 4. Ruin. cons. 40. num. 6. vers. & ubi dictæ sorores, & sub num. 8. vers. tamen adhuc illa, & num. 9. vers. & probatur, & sub num. 18. vers. quia igitur, col. fin. vol. 1. & cons. 38. num. 5. vol. 1.

Limita IV. extra judicium mulier aliena negotia gerere potest, non tamen extrajudicialiter pro alio intercedere, cum subsit periculum rei familiaris. Perez. C. de mulier. quo in loc. num. 10. 11.

Limita V. si patri data facultas sit, nominandi ad munus aliquod civile filiam suam, eam nominare potest, non si heredes nominandi facultatem accepit. Perez. C. eod. n. 12.

Limita VI. Mulier obire potest munera, quibus nec respubl. damnum nec illæ pudicitiæ jacturam patiuntur. Hinc Comitissæ & Abbatissæ monialium creantur, ex compromisso judicare possunt c. dilecti X. de arbitris. Abbatissæ judicare inter moniales de iis, quæ ad regulam spectant, subtrahere Clericis præbendas, arcere eos à sacris in suo monasterio, beneficia & sacella conferre, seculares clericos instituere quoad possessionem, non autem tribuere curam animarum, nec eos suspendere ab officio, nec excommunicare aut absolvere. Perez. d. t. num. 13. 14.

Limita VII. Hodiè viduæ quidem non succedunt in officia maritorum, solent tamen ob eorum merita à principe filiabus ea impetrare, ut à maritis earum gerantur. Hâc ratione etiam pater filius potest resignare in filiam, auctoritate tamen principis. Perez. C. d. l. num. 15. seqq.

Mulier proprium factum promittens, ac principaliter contrahens, non censetur peculiari aliquo privilegio alicujus Senatusconsulti gaudere, l. 3. l. 4. l. quamvis 8. §. 1. l. bona fide 27. in fin. ff. ad SC. Vellejan. l. 2. l. quamvis 9. l. si adversarius 10. C. ad SC. Vellejan. l. 2. ff. de negot. gest. l. fin. §. fin. de O. & A. Redigitur enim mulier ad jus commune perinde ac si vir esset, per ea quæ notat Gail. 2. obs. 89. n. 2. Valent. Franc. in tr. de fidejuss. c. 2. num. 165. nisi in casibus à jure expressis, Anton. de Padill. ad l. fin. C. de jur. & fact. ignorant. per ill. text. ubi Leo & Anthemius: Ne passim (inquiunt) liceat omnes suos contractus retractare in his, quæ prætermiserint vel ignoraverint, statuimus, si per ignorantiam juris damnum aliquod circa jus vel substantiam suam patiantur, in his tantum casibus, in quibus præteritarum Legum autoritas eis suffragatur, subveniri: cum fœminæ propria culpa damnum patienti in proprio negotio nullibi succurratur, l. si mulier 16. l. bona fide 27. in fin. ff. l. fin. C. ad SC. Vellej. imò vix sit, ut aliqua apud maritum pro se ipsa, vel pro eodem intercedat, ut in simili respondetur, in l. tutor pupilli 19. ff. ad SC. Vellej. Unde ubi causa subest necessaria vel justa & honesta, mulier cum effectu obligatur etiam pro marito proprio, Johan. Petr. Surd. cons. 367. n. 14. per l. quamvis & ll. seqq. ff. solut. matr. ubi traditur obligationem mulieris firmam esse, si pro necessario suo incarcerato, vel qua alia justa & honesta causa promittat, quia tunc idem judi-

catur ac si causa ipsius propria fuisset, eaque utilis & necessaria; tali enim casu (inquit) non tàm est aliena quàm propria causa, quando de necessitate, utilitate & honore ipsius mariti agitur, per ea quæ not. Bald. & Cuman. *ad d. l. quamvis. ff. solut. matrim.*

IX.

Mulieris caput est vir, *c. duo 12. extr. de despons. impub. c. 1. extr. de frigid. & malefic.*

X.

Mulier secundo nubens non retinet privilegia prioris mariti *l. 10. C. de nupt.* amittit quoque usumfructum à marito relictum *l. 1. C. de secund. nupt.* & filiis prioris matrimonii arrhas à primo marito datas servare tenetur: *Valasc. consult. 16. n. 1.* atque si tutrix fuerit, tenetur ad reddendas rationes. *L. 1. C. de eo qui pro tut.*

CAP. LXXI.
Multiplicatio.

Axioma I.

Entia præter necessitatem non sunt multiplicanda. Menoch. *cons. 1215. num. 5. & seq. ubi vid. Exempl.*

II.

Multiplicatio verborum non mutat substantiam rei, Mantic. *de Conject. ultim. volunt. lib. 9. cap. 6. num. 20. per l. pediculis 38. §. Labeo. ff. de aur. legat.*

Declara hoc procedere in terminis habilibus, ac verum esse in multiplicatione non necessaria, ut in synonymis, in enumeratione singularum specierum, postquam dispositum est de genere universo, Bart. *in d. §. Labeo.* Secus in ultimis voluntatibus. In his enim si testatores utuntur pluribus verbis, singula verba attendenda erunt, si quidem unum poterit exponere aliud, ex quibus simul consideratis fieri potest diversa resolutio in casu proposito, *l. si Titia cum testam. 34. ff. de legat. 1. l. Titia 19. §. qui Mario 1. ff. de annuis legat. l. nummis 75. de legat. 3.* Joh. Matth. Canal. *inter cons. illustr. tom. 3. cons. 23. n. 26.*

CAP. LXXII.
Multitudo, Multum, Paucitas.

Axioma I.

Quod multorum commune est, id nemini curæ esse solet, Aristot. *2. Polit.* Wesenb. *in parat. ff. de admin. & peric. tutor.* Quapropter in materia administrationis tutelæ, ait Ulpian. *in l. 3. §. 6. ff. de administr. tutor.* ne tutela per multos spargatur, facilius esse ut unus tutor actiones exerceat & excipiat, add. & *l. 1. C. de offic. præfect. urb.*

II.

Id quod de multis dicitur, ad omnes trahi non oportet, Tiraquell. *de jure primog. quæst. 6. num. 18.* addi huc potest differentia plurium & multorum, quod sub numero plurium non sint pauciores quam duo, *l. ubi numerus 12. ff. de testib.* sub multis autem non pauciores quam tres intelligi debeant. *l. 1. §. hoc rescriptum. 29. ad SC. Syllan. l. 85. ff. de V. S. l. detestatio 40. §. fin. eod.* Bart. *in l. Prætor. 4. num. 1. ff. de vi bon. rapt.*

III.

Propter multitudinem detrahere oportet severitati, *cap. ut constituretur 25. dist. 50. cap. non potest 23. quæst. 4. c. dilectus 30. extr. de simonia cap. quoniam 20. extr. eod. cap. ordinationes 9. quæst. 1.* Multitudini enim parcendum, *c. latores 4. extr. de cler. excomm.* vel caute corrigi debet, *cap. 1. dist. 44.* siquidem ea facile dictum unius leve sequitur. *cap. cum in juventute 12. extr. de purgat. Canon.* Unde & dispensationem ea inducere dicitur, *cap. sane 2. extr. de temp. ordinand.* Ubi alias non dispensaretur, *c. quoniam 4. extr. de simon.* multitudo igitur levissimis admonitionibus frangenda, paucitas vero asperè corrigenda, *cap. 1. dist. 44.*

IV.

Multitudo peccantium non parit errori patrocinium, *l. 46. §. ult. de jure fisc.* Gellius *lib. 10. Noct. Attic. cap. 19.* Unde dici solet, quod multitudo numerosa plerumque nihil habet honesti. *Novell. 10. in fin.* & multitudo personarum inutilium vitanda sit, *cap. tales 4. distinct. 23.* & multitudo testium effrænata dicatur, si ultra quadraginta testes sint, *cap. cum causam 37. extr. de testib.* nec eam judex respicere debeat, sed potius honestatem & opinionem testium, *c. in nostra 32. extr. eod.* & sinceram testimoniorum fidem & testimonia, quibus potius lux veritatis assistit, *cap. si testes in pr. 4. quæst. 2.* siquidem ut scribit Arist. 4. Met. 5. τὸ ἀληθὲς ἐ πλήθει κρίνεσθαι προσήκει ἐ δὲ ὀλιγότητι. Veritas nec multitudine nec paucitate æstimâda, vid. Cujac. *in recit. ad tit. C. de necess. hered. inst. p. 768. C. Adhib. Elect. nostr. è Scalig. pag. 429.* Male ergo Bellarminus Ecclesiæ veritatem ex multitudine æstimandam esse docet, *lib. 4. de Eccles. cap. 7.* contra quem à D. Gerhardo inducitur, *in proœm. confess. Cathol. p. 3. §. tertio.* Quod Liberius Romanus Episcopus olim Constantio Arriano respondit, cum ipsi objiceretur: Quota pars tu es orbis terrarum, qui solus facis cum homine scelerato (Athanasium ita appellans) & orbis terrarum & mundi totius pacem dissolvis? non diminuitur, inquit, solitudine mea verbum fidei: Nam & olim (apud Danielem) tres tantum inventi fuere, qui adorationi resisterent.

V.

Multorum factum non vitiatur propter paucos, *c. ult. extr. de procurat.* quia ut ait Apollon. πολλῶν δέ τε μῦθοι ἀρείων multorum consilium plerumque melius videtur.

CAP.

CAP. LXXIII.
Munera.

Axioma I.

Munera dantem & accipientem faciunt deviare à justitia, *cap. pauper. cap. qui rectè 11. quæst. 3.* muneribus enim ubi redemptio speratur, culpa non timetur, *d. c. pauper.* siquidem obcœcant oculos sapientum, *Exod. 23. Deut. 16. 1. Reg. 8. 2. Paralip. 19. Esai. 1. Mich. 3. Eccles. 20.* & vocari solent prævaricatio veritatis, *c. 66. caus. 11. quæst. 3.* Gvilhelm. Bœckel. *de publ. judic. disquisit. 13.* Unde qui muneribus Ecclesiam acquirere tentaverit, à Clero dejiciatur, *cap. sancitum. 7. q. 1. c. observandum 13. quæst. 1. c. questa 12. quæst. 2.* cum in electione munera intervenire non debeant, *cap. illud 8. quæst. 2.* In accipiendis ergo vel dandis muneribus tria maxime attendi debent: (1.) personæ dantis & accipientis qualitas. (2.) quantitas muneris. (3.) tempus donationis, *c. etsi 18. extr. de simon.* ob munera tamen parva animus in persona magna mutatus non creditur, text. *in c. 18. extr. de simon.* quamvis tutius si beatus dici velit, ut ab omni munere manus excutiat, *cap. etsi quæstiones 18. de simon. cap. sunt nonnulli 104. 1. quæst. 1.* Symphor. in Comment. *de arrest. Amor. art. 27. pag. 724.*

II.

Munus gratis oblatum recipi potest, *c. dilectus 31. in fin. extr. de simon.* hinc ipsi principes strenas accipiunt, iis tamen modum ponunt, ne offerentium facultates exhauriantur. *l. un. C. de oblat. Votor. Perez. ibid. n. 3. seqq.* Tutor etiam solennia munera mittere potest. *l. 12. §. 3. de admin. tut. Perez. d. l. n. 2.*

CAP. LXXIV.
Munificentia, Liberalitas.

Munificentia virtus utpote eximia decet viros Principes, quippe per quam ad Dei similitudinem quadantenus accedere illi licet, atque magnum ei splendorem circumponit, arg. *l. unic. C. de thesaur. l. penult. C. de donat. int. vir. & uxor.* Pruckman. *ad §. soluta potestas. cap. 4. num. 2. effect. 7. num. 26.* Tapia. *de Constit. Princip. c. 4. num. 1.*

CAP. LXXV.
De Munitione, Muris.

Axioma I.

Ad instructionem murorum & pontium omnes tenentur quomodocunque privilegiati, etiam suburbani & in vicis habitantes, quin & Ecclesiastici, si urgeat necessitas. *Perez. C. de quib. muner. vel præstat. n. 12.* prius tamen expendenda quæ in communi arcâ sunt. *Perez. ibid. num. 13.*

II.

Murum communem pro diviso usque ad partem dimidiam cavare licet si sit latissimus, ut inde damnum non metuatur, secus si sit tenuis, *Besold. thes. pract. verb.* gemeine Wand.

III.

Ædificium muro communi superstructum sit commune, & soluto pretio pro muri parte licet vicino super alieno pariete ædificare. *Surd. decis. 168.*

CAP. LXXVI.
Mutatio *v. supra* Correctio.

Axioma I.

Mutatio etiam in melius non præsumitur. *l. quamvis 8. ff. de Usur.* Licet enim mutari subitò non debeant quæ cum deliberatione facta sunt, *c. 1. in fin. extr. Ne sed. vacant. aliq. innov.* suadente tamen subjectorum utilitate mutari possunt in melius, ordinatâ consultè & rationabiliter, *cap. ult. in pr. de sent. excomm.* ita mutantur sæpe dicta Dei, licet Deus sit incommutabilis, cum ex misericordia temperat sententiam, *cap. incommutabilis. cap. non semper 12. 22. q. 4.* Mutare enim Deus novit, quando de malo in melius homines mutantur, *cap. magnæ 7. extr. de vot. & redempt.* ita quandoque pro necessitate temporum mutantur illa, quæ non sunt contra Evangelia, *cap. privilegia. 2. cap. amputato 11. 25. quæst. 2.* ita quandoque Romana Ecclesia statuta sua mutat ob temporis exigentiam, *cap. posteaquam. 21. §. hic ita 25. q. 2.* ita mutantur Reges propter negligentiam regiminis. *cap. alius 3. 15. quæst. 6.* ita mutantur penitus privilegia, quia pro necessitate corrigendorum vitiorum dantur. *cap. posteaquam. §. his ita 25. quæst. 2.* mutantur & in melius incautè promissa, *cap. in malis. 5. & seq. 22. quæst. 4.* imo & consilia & proposita, *cap. certè. 12. quæst. 1. cap. beatus 5. 22. quæst. 2.* Votum etiam justa de causa mutari posse, text. est *in c. magnæ 7. extr. de vot. & vot. redempt.* quia votum in melius mutans illud frangere non dicitur, *cap. scriptura 4. extr. eod.* mutationis igitur causa & voventis qualitas in mutatione voti semper consideranda, *cap. 1. d. c. magnæ. extr. eod.* vid. omnino Arnis. *2. relect. polit. cap. 2. sect. 4. n. 1. & seqq. p. 336.*

II.

Ex solennibus nihil facile est immutandum, *l. etsi nihil 183. ff. de R. J.* vid. *infr. lib. 17. cap. solennitas.*

III.

Ubicunque mutatio juris nulla supervenit, ibi à jure communi recedendum non est, Just. Mejer. *in disp. de donat. simplici th. 96.* quod enim non mutatur, quare stare prohibetur? *l. 27. C. de test. l. 32. §. 2. C. de appellat. cap. 1. de constit. in 6.*

Bocer.

Borer. *de invest. feud. c. 4. num. 63.* cum quælibet res in eo statu & conditione durare præsumatur, in qua ante fuit *l. 13. l. 22. ff. de probat. l. si prius 15.* ubi Dd. *de oper. nov. nunc.* ac nequaquam sint mutanda quæ certam interpretationem habeant, *l. minimè 23. l. si de interpretatione 37. ff. de LL.* Alex. *conf. 211. in fin. col. 6.* Bart. Bertaz. *1. conf. crim. 97. num. 36.* A modica tamen mutatione facti nonnunquam sequi mutationem juris maximam, addit Bart. Bertaz. *1. conf. 85. num. 33.*

IV.

Mutatum quid censetur quando non permanet in eodem statu, & quando aliquid de novo supervenit, *l. si scriptis 19. de his quibus ut indig. l. cum tabulis 16. §. ult. eod. tit. l. cancellaverat. 2. his quæ in test. delentur.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 65. Est quod nunc differamus. num. 23. & præsumpt. 176. contentio non est mediocris 7. eod. lib.* Pantschm. *2. practic. quæst. 14. num. 58.*

V.

Mutatio ex actu contrario præsumenda, *l. si inæqualibus 12. l. si ita scriptum 67. de hered. instit. cum iis quæ cumulavit* Phil. Dec. *conf. 317. visis quæ accuratissimè scripta sunt. num. 4.* Pantschm. *2. pract. q. 14. n. 56.*

VI.

Mutatio personarum vel status mutat nomen bonorum, *l. Arrianus 27. C. de liber. caus.* & fit verbi gratia ex patrimonio peculium vel contra. Cujacius *l. 2. Resp. Paul. ad l. 90. de acquirend. hered. in fin. p. 75.* Reincking. *l. 1. cl. 4. cap. 1. num. 56.* mutata enim conditione personarum & bonorum conditio mutata videtur. *l. Paulus (aliàs per curatorem) 90. ff. de acquirend. hered. l. fiscus 6. ff. de jur. fisc.* arg. *l. cum quis sibi 38. in pr. ff. de solut.* Anchar. *conf. 108.* Jas. *conf. 20. lib. 1.* Segura *in l. 3. §. fin. pag. 119. ff. de lib. & post.* Valasc. *de jure Emph. q. 17. num. 15.* Fulv. Pacian. *conf. 102. Excellentissim. num. 15.*

Sic hereditas adita amplius propriè non est, neque dicitur hereditas sed heredis patrimonium, Br. *in l. Titius. 54. pr. ff. ad SC. Trebell. & in l. si quis servum 8. §. 1. de leg. 2.* Wesenb. *in parat. ff. de hered. inst. num. 3. & 5. & conf. 203. num. 10.* ita mutato rerum statu & contractus mutationem aliquam pati, tradit Natt. *conf. 125. num. 16.* Mynsi. *resp. 37. num. 17.* ita mutato statu mensuræ & ipsa quoque mutata & alia effecta intelligitur, *l. qui res 98. §. aream 8. ff. de solut.* & mutatione seculorum mutantur mores & statuta omnium rerum, arg. *l. quæ propter 162. ff. de Reg. Jur. cap. in argumentum 78. de R. I. in 6.* qua ratione etiam graviter excusavit Imp. Justinianus legum mutationes *in Nov. 60.* allegatus ab Oldendorp. *int. Conf. Marp. conf. 5. num. 42. vol. 1.* Unde & mutatione personæ mutari & privilegium tenent Mart. *de jurisdict. p. 4. cent. 1. cas. 11. num. 29.* Alphonsi. Moditius. §. *principum placitum dubit. 36. num. 3. 7. & 9.* Oldrad. *conf. 169. num. 3.* Natt. *conf. 160. num. 10.* Marcabr. ad Anguis. *conf. 40. num. 5.* Cravett. *conf. 293. num. 10.* Roland. à Valle *consil. 61. tom. 4.* Modest. Pistor. *conf. 48. vol. 2.* Köppen. *decis. 50.* Anton. Fab. *6. C. tit. 9. def. 12. num. 4.* etiam quoad forum. Mart. *de jurisdict. p. 4. cas. 125. num. 19.* Vietor. *in disp. de caus. exempt. Imp. conclus. 30.* Sic mutatione personæ privilegiatæ desinit privilegium competere ei ad quem pervenit, ubi notari solet *ad c. 1. de jure patronat.* v. Surd. *dec. 201. num. 6.* Menoch. *conf. 160. num. 15.* sicut è converso privilegia rei incipiunt, si ad privilegiatum perveniant, *ut in l. cum quidam 17. §. fiscus 5. de Usur.* An autem per mutationem status facultas recipiendæ solutionis eam solutionem recipere debentis intercidat, vid *l. ejus qui in provincia 41. ff. si cert. pet. §. rectè quoque Inst. de mandat.* Vasq. *2. contr. 22. num. 1.*

VII.

Mutatione personæ res quoque qualitatem mutat & conditionem *l. 90. in fin. de acquir. hered.* Exempla habet *Perez. C. de Exactor. Tribut. num. 9.*

Limita: si non tam personæ quàm rei qualitas spectetur, & cùm qualitas prædiis ipsis infixa sit, tunc enim ad quemcunque possessorem transit, nec novus possessor onus excutit. e. g. hypotheca in fundo constituta etiam ad clericos transit. *Perez. d. l. n. 12. 13.*

VIII.

Dominus rem suam etiam cum alterius damno mutare potest, e. g. agrum pascuum in arva, licet pastus communis ex eo impediatur, nec ei objici potest, nunquam id fuisse factum, aut longâ possessione id juris obtinuisse. *Perez. C. de pasc. publ. num. 9.*

Limita (1.) nisi vicinis jus pascendi sit quæsitum longo usu, vel (2.) concessione Principis, vel (3.) jure servitutis. *Perez. d. l. num. 10.*

IX.

Mutatio non præsumitur, *l. eum qui 22. ff. de probat. l. 32. in pr. ff. de donat. int. vir. l. si vero 5. §. qui pro rei tradita 1. ff. qui satisd. cog. l. sive possidetis. 16. C. de probat. gloss. in l. Lucius. ff. de leg. 2.* Alciat. *de præsumpt. p. 3. reg. 2 præs. 16.* Mascard. *de probat. concl. 1032. num. 1. vol. 2.* Menoch. *conf. 100. num. 82. vol. 1. & conf. 378. num. 82. vol. 4.* Vult. *int. conf. Marp. conf. 22. num. 41. vol. 1.* Grotius *de Jure Belli & Pac. lib. 2. cap. 9. §. 11.* quemadmodum nec abrogatio. *l. 27. C. de testam. l. 32. in fin. C. de appellat.* Mascard. *de probat. concl. 1084.* est enim mutatio accidens, quod non solet absque probatione præsumi, *l. 5. §. qui pro 1. ubi gl. qui satisd. cog.* Sic voluntatis mutationem non præsumi *ex cap. majores 3. in fin. extr. de baptism. & l. 3. §. in amittenda de acquir. poss.* probat Bertrand. *conf. 39. num. 11. vol. 2.* Rol. à Valle *conf. 77. num. 32. vol. 1.* Gœdd. *int. Conf. Marp. conf. 25. num. 8. vol. 1.* nisi contrarium appareat vel doceatur. Paris. *conf. 67. num. 25. vol. 3.* Neviz. *conf. 2. num. 9.* Ceph. *conf. 277. num. 99. & conf. 288. num. 3. vol. 2.* Grat. *conf. 128. num. 5. vol. 1.* Bero. *conf. 55. num.*

num. 8. vol. 3. Cum non rectè sed dolo potius fieri præsumatur, quando mutatio fit, & ab eo, quod solitum est fieri, receditur, *l. si quis sub conditione 7. ff. de condit. Inst. cap. quod super 7. de fid. instr.* Bald. & Jas. *in l. qui testament. C. de testam.* Felin. & Dec. *in cap. 2. de rescript.* Cravett. *cons. 321. num. 31.* Decian. *respons. 67. n. 15. lib. 3.* Regner. Sixt. *int. Cons. Marp. cons. 13. vol. 2. num. 11.* Unde sicut circa temporalia animi mutatio non præsumitur, Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 9. num. 12. & lib. 2. præs. 36. num. 2.* ita multo minus in causis animæ salutem, conscientiam & integritatem concernentibus ea præsumenda erit, quia nemo dictæ salutis animæ negligens censeatur, ac anima cunctis rebus temporalibus sit præferenda. *l. sancimus nemini 21. in fin. C. de SS. Eccles. cap. præcipimus 12. 24. q. 1. cap. literis 12.* & ibi gloss. *extr. de præsumpt.* quare semper non mutatæ voluntatis conjectura vera creditur, ubi res manent in eodem statu. Alciat. *de præsumpt. regul. 4. præs. 16. num. 3.* secus si quid mutetur præsertim ab eo, qui actum facit ex ipsius voluntate sola dependentem. Alciat. *d. præs. 16. num. 5. per l. confirmando 8. ff. de confirm. tut. & Auth. ex causa. C. de liber. præter. cap. valet 9. vers. plerumque distinct. 81. l. Paula 27. §. 1. deleg. 3. l. Mævia 13. §. fin. ff. de ann. legat.* Bart. *in l. quoties. §. si duo. col. ult. de hered. instit.* Ex hoc axiomate colligitur: Eum, qui olim dominus erat, nunc etiam esse præsumi, etiamsi mille anni præterierint, post M. Grassium, Bœrium, Men. Gœdd. *vol. 4. cons. 37. num. 42.*

Declara regulam procedere, ubi mutatio est odiosa futura, & quando inconstantiam fidei fallaciamque argueret; veluti in contractibus & pactis. *l. sicut 5. C. de obligat. & act. l. sicut 12. C. de act. empt. l. Lucius 11. ff. de Evict.* secus si odium absit, & favor mutationem urgeat aut juris autoritas. *l. quæro 54. §. inter locatorem 1. ff. locat. l. si unquã 8. C. de revoc. donat.* Joh. Gœdd. *int. Cons. Marpurg. cons. 28. vol. 3. num. 90.*

X.

Permutatio temporaria jus provinciæ non innovat. *l. nemo 123. §. 1. ff. de Reg. Jur.* Alber. de Rosate *ad l. 2. ff. de alb. scribend.*

Declara non obtinere in casibus, ubi mutatio ipsam substantiam non afficit (hoc enim respectu jus provinciæ & possessionis & factum innovatur) sed ubi accidentalia tantum immutantur, ut in specie *l. in delictis 4. §. si extraneus 1. de noxal. act. l. miles 22. de testam. milit.* vel ubi temporaria permutatio quantitatis fit. Gothofred. *in disp. de præcedent. cap. 1. th. 1.* add. & Hyppol. à Collib. *ad d. l. 123.*

De *muto & surdo*, an testari possint, vid. *testamentum.*

CAP. LXXVII.

Mutuum, Mutua.

Axioma I.

Mutuum non potest contrahi, nisi dominium rei transferatur. *l. 2. §. in mutui datione ff. de reb. cred. §. 1.* ubi Lud. Bebio *vers. tertio quod res.* Petr. Ricciard. *n. 6. vers. sequitur in hoc per verba. vers. in hoc damus ut accipientium fiat.* Thad. Pis. *num. 6. vers. quarto requiritur &c.* mutuum enim ideo ex eo dictum est, ut de meo tuum fiat, *d. l. 2. §. appellata de reb. cred.* Quid igitur causæ est, cur mutuo accepta à vero Domino credente non debeat dici propria mutuo accipientis pecunia? cum Dominus adnumeratione factus sit, adeò ut omne periculum statim ad debitorem pertineat eique pereat. *l. quod te mihi. 5. ff. de reb. cred.*

II.

Negotium magis participans de mutuo, quam de alio aliquo contractu, mutuum præsumitur. Alex. *in l. 2. pr. n. 6. vers. quid autem in dubio. ff. si cert. pet.* Dd. *in cap. quæstiones de rer. permut.* Bart. *in l. Aristo. in pr. ff. de contrab. empt. quem allegat & sequitur* Jas. *cons. 174. num. 1. vers. octavo facit. lib. 2.* add. Regner. Sixtin. *1. Cons. Marpurg. 11. num. 39.*

III.

Mutuum veram numerationem desiderat. *l. 1. §. re contrahitur obligatio. 2. ff de O. & A.* quia re contrahitur. *pr. Inst. quib. mod. re contrahit. obligat.*

Intellige regulariter; speciali enim jure & ex benignitate sufficere, ut res mihi debita retineatur à debitore, nec traditionem vel numerationem veram necessariam esse, textus est *in l. singularia 5.* ubi Bart. Bald. Castr. Jas. Zas. Alciat. Cagnol. & Dd. communiter. *ff. si cert. pet.* Nec obstat *l. qui negotia 34. ff. mandat.* Responderi enim potest, quod ibi JCtus de proprio & vero mutuo loquatur, dum negat mutui obligationem contractam sive pecuniam creditam esse in casu à se posito, ut not. Molin. *in suo tr. Commerc. & Usur. quæst. 84. num. 652.* qua de causa ex magis communi Dd. sententia ad contrahendum mutuum non sufficere retentionem pecuniæ debitæ, sed præter eam necessariam esse, ut parata fuerit pecunia ad solutionem docet Jason. *in d. l. singularia. num. 41. d. tit.*

IV.

Mutua delicta pari compensatione tolluntur, *cap. ad id 21. extr. de sponsal. c. significasti 4. extr. de divort. c. pen. & ult. extr. de adult. Conf. lib. 3. c. 36.* Ad quem locum hoc axioma propriè pertinet: *Omninò Dn. L. Schroterum, disp. de compensat. c. 4. th. 35.*

V.

Mutuans pecuniam alicui, ut aliquid ultra sortem recipiat, pro usurario habetur, *cap. ult. extr. de Usur.* quia ex mutuo nihil sperandum est, *cap. consuluit 10. extr. eod.* cum ultra id quod datum est mutuum non contrahatur, etiamsi sit promissum. *l. rogasti 11. §. 1. ff. de reb. cred.*

Unde

Unde actus dicitur permissus à charitatis fonte promanans. S. Thomas *2. secundæ quæst. 78. art.* etiamsi mutuans secundario, aliquid à mutuum recipiente speret. S. Th. *ib.* gl. *in c. consuluit. verb. sperantes de Usur.* Navarr. *in manual. c. 17. num. 219.* Farin. *1. cons. crim. 75. num. 84.* quod de jure Canonico indubium esse, adeò ut ne tale quidem pactum in mutuo, ut tantundem contra aliquando mutuo detur, admittant. Corn. *cons. 44. in consultatione. num. 5. voc. 2.* Henning. Gœden. *cons. de præscript. num. 88.* per ea quæ tradit Hostiens. *in d. c. consuluit. num. 8.* & Panorm. *ibid. in fin.* De jure enim civili stipulari, quid supra mutuum ad legitimum usurarum modum posse, text. sunt *in l. 9. C. de non numerat. pec. & l. 6. C. except. pet.* vel etiam pactum mutuo adjicere licere, post Bart. & Jas. *in d. l. rogasti.* tradit Wesenb. *in parat. ff. de reb. cred. num. 16.*

VI.

Mutuum in aliam causam transfundi & converti potest. *l. singularia 15.* ubi Cagnol. *num. 192. ff. de reb. cred. l. si ex pretio 6. C. si cert. petatur.* Bertazol. *1. consult. decis. 49. num. 15.* ita mutuum in causam depositi posse converti, licet verè numeratio non interveniat. ex *d. l. si ex pretio 6. C. si cert. pet.* not. Castr. *cons. 170. viso puncto. col. 1. circ. med. vol. 2.* Natt. *cons. 438. num. 6.* quod ex animo & verbis partium apparere, an mutuum an depositum facere voluerint, asserit Igneus *ad l. Contractus de R. I. n. 20.*

VII.

Mutuum quale datum est, tale etiam reddendum, arg. *l. data 27. Cod. de donat. l. 1. ff. de aleat.* Ratio, quia si nihil aliud convenit de ipsius mutui contractu, non est dubium, ut peræquè bonum reddatur, *l. 3. ff. si cert. petatur.* Si ergo peræquè bonum, consequens erit, ut secundum, quo acceptum est tradatur: quia hoc verbum non potest nisi ad id, quod datum est, referri. Pileus Modicens. *quæst. jurid. 35.* nec videtur redditum, quod deterius factum redditur, arg. *l. 1. §. si res. ff. depos. l. quoties 6. ff. qui satisdar. cog.*

VIII.

Urbes, oppida, divites urgente subitâ Reipubl. necessitate Principi tenentur mutuas pecunias dare, quas deinde ex reditibus cum modico Interesse reddit. *Perez. C. de superindict. num. 5.* Gail. *l. 2. obs. 5. num. 17.*

IX.

Pecunia publica potest mutuò dari, dummodo fiat in finem destinatum, e. g. frumentum pistoribus. *Brunnem. ad l. 2. C. de frument. urb. Constantinop.*

X.

Mutuum probatur (1.) instrumentis, (2.) testibus, (3.) scripturâ privatâ & apochâ habente sigillum, (4.) Libris rationum. *Bart. in l. 2. C. de reb. al. non alien. & in l. nuda ratio 26. ff. de donat.* & *in l. Publia 26. §. fin. ff. depos.*

XI.

Mutuum marito datum præsumitur versum in rem communem. *auth. si qua mulier C. ad SCtum Vellej.*

XII.

Ex mutuo obligatur civitas, si in rem ejus versum sit. *Dd. in l. civitas 27. ff. de reb. cred.*

Qualis moneta in mutuo sit reddenda, vid. *moneta.*

FINIS LIBRI UNDECIMI.

LIBER DUO-

Liber Duodecimus.

CAP. I.

Narratio.

Axioma I.

Narratio facti non facit jus. *cap. ex literis 3. extr. de fide instr. vid. sup. lib. 6. cap. 3. pag. 484. §. 12.*

II.

Ubi plura narrantur, quorum alterum per se sufficit, alterum sufficit probari. *c. gravem 15. extr. de excess. Prælat.*

III.

Narrandi diversitas non obstat, si eadem dicantur & veritas non mutetur. *c. dudum 20. extr. de conversat. conjug. c. nihil. 7. extr. de V. S.*

IV.

Narrans extraneis quæ gerenda erant, præsumitur etiam narrasse filio. Socin. *consil. 264. viso instrumento. num. 10. vers. confirmatur hoc idem. vol. 2.* Alex. *consil. 213. viso & opportune discusso. n. 12. vers. præsupponeretur etiam vol. 2.* Pacian. 1. *consil. 57. n. 7.*

V.

Negare narrata prout narrantur, implicita est responsio. *l. fin. de rei vindic. Auth. possessor. C. qui potior. in pignor.* Bart. *in l. si dubitetur. §. ita demum. n. 1. de fidejuss.* latè Farin. *in form. lib. respond. rei ad verb. narrata prout narrantur.* Wes. 2. *consil. 72. n. 25.* Ratio, quia per hæc verba non intelliguntur in specie qualitates negatæ. Jas. *in l. eum, qui, n. 9. & 10. ff. de jurejur.*

VI.

Narratio nuda & quæ probatione destituitur, non est attendenda. *l. ex hac scriptura 16. ff. de donat. l. 7. C. de testam. milit.* paria enim sunt nihil ponere aut allegare, aut ea, quæ ponuntur, non probare, Mynsing. *resp. 51. n. 3.* Gail. 1. *obs. 105. n. 13. & 14.* cum nuda narrata, quæ non probantur, eadem facilitate, qua afferuntur, rejiciantur. *l. assevenatio. C. de non numerat. pecun.* Unde narrativa seu enunciativa verba non obligare, sed dispositiva, dixit Sichard. *ad l. 2. C. de error. calculi. vid. sup. lib. 5. c. 13. sub tit. Enunciatio.* quandoque tamen nudis narratis, scil. quoad extrahendos vel obtinendos processus, etiam credi *per l. cum quædam puella 19. ff. de jurisd. probat* Gail. 1. *obs. 45. n. 9.*

CAP. II.

Nativitas *vide* Partus.

Axioma I.

Nasci & non nasci sunt casus dissimiles. Barthol. Socin. *cons. 259. visis & consideratis. col. pen. vol. 2.* Castr. *consil. 219. visis & consideratis. vol. 1.* sicuti & casus dissimiles sunt nasci in vita testatoris, & nasci post mortem, ut notant Bart. *in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 3.* Ripa *in l. 1. n. 93. vers. secunda fuit. ff. de vulg. & pupill. substit.* Barthol. Socin. *consil 76. n. 4. vol. 7.* Ratio, quia ille, qui non est natus, non potest dici mori, cum solus natus moriatur. *cap. quod vero non 18. 32. q. 2. gloss. in c. ad dissolvendum. verb. accusari. extr. de desponsat. impub.* ubi notat: non posse dici vivum, quod nunquam fuit: nec posse dici mortuum, quod nondum vixit. *add. & gloss. in l. qui duos. §. 1. ff. de manumiss. testam.* Cephal. *consil. 462. in facto præsupponitur. n. 11. vers. veruntamen prædictis non obstantibus. vol. 3.* Hyppolit. Riminald. jun. *consil. 110. n. 19. vers. non natus autem. vol. 1.* Unde nec natus etiam ille dicitur, qui statim decessit. *c. nam & 3. extr. de V. S.* sicut etiam negatur eum esse natum, qui post matris mortem exsecto ventre extractus est. *l. si ego 11. §. partus 2. in fin. ff. de publiciana in rem act. l. aniculus 132. §. falsum 1. ff. de V. S.* vid. tamen hac de re Pacian. *lib. 2. de prob. c. 9. n. 20. per tot.*

II.

Quoties de favore nascendi seu posthumi agitur, toties habetur pro jam nato, quia favorabilia sunt extendenda. Hinc ei tutores dandi *§. 2. Instit. de Tut.* eique defertur successio ab intestato *§. 2. & 8. Inst. de hereditat. quæ ab intest.*

Limitatur modò vivus nascatur partus, nec in aliquod monstrum declinet.

III.

Ex bonis natus, non est de parentum virtute laudandus: nec ille culpandus de vitio parentum, qui nascitur ex malis, unum hoc uterque quærat & amplectatur, virtutem scil. *cap. nunquam 4. distinct. 56.* siquidem non in origine, sed in voluntate nascentis causa vitiorum atque virtutum constituta est. *cap. nasci 5. in fin. distinct. 56.* qua de causa natus de adulterio non est in culpa, quod sic nascatur, sed ille, qui generat, *vel. cap. nasci. dist. 56.* Videmus enim, quod legitimis & illegitimis communis sit natura, communis cibus, communes morbi, communis etiam interitus. Pacian. 2. *de probat. cap. 17. num. 42.* Legimus etiam iniquitates parentum non obesse filiis: nec in hominibus spectandum esse nascendi primordium, sed vivendi modum, qui si laudabilis erit, nec à divinis, nec à mundanis dignitatibus filius illegitimus ejicietur; hâc ratione constat multos ex ancillis procreatos inter Patriarchas & tribuum Principes extitisse, ut refert Chrysostomus *in homil. 2. lib. 2. super Matthæum*; imò experientia docet, & multos ad summi Pontificatus culmen perveniisse, qui licet illegitimè nati fuissent, propriis tamen virtutibus maculam nativitatis absterserint, qui numerantur *in cap. Osius Papa dist. 56.* vid. Pacian. *lib. 2. de probat. c. 13. num. 40.*

IV.

Nativitatis causa præjudicialis est ad causam successionis, & ideo primo debet terminari: si contrarium fieret, ordo juris perverteretur, nec valeret processus successionis, nisi legitima prius pronunciaretur. *cap. pen. extr. de ordin. cognit. conf. tamen l. 1. & 1. c. de Carbon. edict.*

V.

Nascens semper deteriorem conditionem sumit. *cap. ult. 32. q. 4.*

CAP. III.

Natura, Naturale, Naturalis Obligatio, Naturaliter. *conf. infr. verbo* Novum *axioma 1. & 6.*

Axioma I.

Naturam cujusque rei præcise intueri & sequi convenit, *§. sed naturalia. Instit. de I. N. G. & C. l. 6. de just. & jur. l. 3.* ibique Bart. *n. 2. de tutel.* Menoch. *de arb. judic. quæst. cas. 201. n. 69.* Ernest. Cothmann. *lib. 5. consil. 1. n. 153.* unumquodque enim ad suam naturam recidit, *l. 6. in pr.* ibi: quasi jure postliminii revertitur laus in pristinam causam. *ff. de rer. divis. l. 27. §. 2. vers. quod in specie. ff. de pact. l. 3. C. de ædific. privat. l. fin. ff. de his, qui à non Domino manumiss. l. consvetudinis 2. in fin. ubi gloss. magna. C. quæ sit long. consvet.* Anton. Heisterm. 1. *Consil. Marpurg. 5. n. 25.* Unde quoties quid nominatim contra subjectæ materiæ naturam cautum non est, contrahentes & paciscentes juri & rei, de qua agitur, naturali indoli se conformasse censentur, *l. 3. ubi Dd. ff. de reb. cred. &c. cum dilectus extr. de consvetud.* Boc. *de investit. feud. cap. 5. num. 95.* cum ea, quæ à natura insunt, semper inesse præsumantur, nisi mutata probentur, ut ait post *gloss. in cap. si forte. in verb. scientiæ de Elect. in 6.* Pacian. 1. *consil. 66. n. 23.*

II.

Naturali jure omnia sunt communia, meum enim & tuum consvetudo induxit, *cap. 1. dist. 8.* & ideo jus istud commune omnium nationum esse dicitur, eo quod ubique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur, *cap. jus 7. distinct. 1.* Nulli itaque contra jus naturale quicquam agere licet, *cap. quæ contra 2. distinct. 8.* neque etiam juri naturali debent prævalere Leges Principum, *cap. 1. distinct. 9.* neque etiam contra illud ulla consvetudo valere, *cap. ult. extr. de consvet.* adeò ut nec Imperator ea, quæ sunt juris naturalis, tollere possit. *Clem. Pastoralis 2. §. cæterum de sent. & re judic.*

III.

Natura rei, non accidens spectari debet *l. 3. ubi* Bart. *ff. de tutel.* non enim dicitur aliquid tale ex eo, quod contingere potest, sed ex quo est. *l. 1. de in lit. jurand. l. 1. ff. de tutor. & curat. dat. l. 1. C. de offic. ejus, qui vicem alter. gess.* Menoch. 2. *arb. judic. cas. 201. n. 69.*

IV.

Naturam ejus debet imitari, quod alii aggregatur, *cap. recolentes 3. extr. de stat. monach.*

V.

Natura cedit miraculo. *cap. cum Martha 6. §. quæsivisti extr. de celebr. miss.*

VI.

Naturale est in culpam cadere, doluisse virtutis. *cap. ille Rex. 25. de pœnitent. distinct. 3.*

VII.

Natura magis studet generationi quam intellectui, & magis curat de esse rerum quam de scientiis. Bald. *in l. filium in pr. ff. de his, qui sunt sui juris.* Guilhelm. de Benedict. *in cap. Raynutius. verb. quæ filium ex eo suscipiens. n. 3. col. 1. & n. 7. vers. & tamen præsumtio filiationis, col. 3. part. 3. extr. de testam.* Pacian. 2. *de probat. 16. n. 26. & 1. consil. 1. n. 16.*

VIII.

Imbecillitas intellectus est, ibi quærere legem ubi natura sentimus. Jas. *in Auth. si qua mulier. n. 10. C. de SS. Eccles.* Wesemb. 1. *consil. 2. n. 3.* quapropter non facile à scopo aberrare potest, qui in judicando natura duce rectam rationem sequitur; quippe cum jus nostrum partim ex ingeniculis & principiis illis, in singulorum hominum mentibus sit, ex quo etiam per manus traditum est, quod sufficiat quandoque allegare rationem naturalem. *c. secundo requiris. de appell. l. scire oportet 13. §. sufficit 6. de excus. tut.* Hartmann. Pistor. 2. *quæst. 36. num. 23. vid. infr. lib. 16. c. ratio.*

IX.

Ex naturali obligatione quoties solvitur, toties repetitio inhibetur. *l. naturaliter 13. ff. de condict. indeb. l. naturales 10. ff. de O. & A.* nisi per errorem facti probabilem solutum esset. *gloss. in l. 1. ff. de condict. indeb.* quod verum intellige, quando naturalis obligatio accipitur pro ea, cui jus civile planè non assistit, sed ei potius repugnat; ex hac enim causa solutum per errorem facti condici, docent *l. 7. C. de condict. indeb. l. 62. ff. eod. l. 2. C. de fideicomm.* ita v. gr. licet in L. Falcidia ex voluntate defuncti minus solenni videatur oriri quædam obligatio naturalis; quoniam tamen prædicta Lex Falcidia huic obligationi repugnat, & omninò vult, ut quarta apud hæredem maneat, inde fit, ut hac qualicunque obligatione non attenta, voluntas illa minus solennis pro nulla habeatur, atque conditio ejus, quod per errorem facti solutum est, locum inveniat, *l. 9. C. ad L. Falcid.* simile exemplum talis obligationis naturalis, quæ post præscriptionem residua est, sed inefficax relinquitur, vid. *in l. 9. C. de jur. & fact. ignor.* Aliàs si eam acceperis pro tali, quæ conventione vel causa tali orta est, cui jus civile quadantenus assistit, puta non quidem per actionem, sed effectus alios remissiores & magis naturales largiendo, veluti compensationem, retentionem & fidejussionem efficacem, tunc ne errore quidem facti intercedente condictio locum habebit, sed potius denegabitur. Bachov. *diss. 4. thes. 16.* sic hoc in sensu pupillus naturaliter obligari negatur. *l. 41. de condict. indeb. l. 59. de O. & A.* qui tamen jure naturali absolutè & in se spectato alibi naturaliter obligari dicitur. *l. 1. de novat. l. 127. de V. O.* vid. & Covarr. 2. *part. relect. §. 4. ad rubr. de pact. n. 8. & infr. lib. 13. cap. Obligatio.*

X.

Natura quod debetur, compensari potest. *l. etiam 6. ff. de compens. l. 3. §. pupillus 4. ff. de negot. gest.* Intellige, si modo illud non petatur defectu

actio-

actionis: nam si esset naturaliter debitum, quod exceptione elidi posset, magis est, ut compensetur. *l. quæcunque 12. ff. & l. 2.* & ibi Bart. *C. de compensat.* Costal. *ad d. l. etiam in adversar. ff. de compens.*

XI.

NATURA & ars frustrà nihil faciunt. Dixi *supr. libro primo, cap. de Arte. lib. 1. t. 82. §. 9.*

XII.

NATURA rei potiùs attendi debet, quàm simplex nominatio. arg. text. *in l. si uno 4. ff. locati. cap. ea quæ 16. de simon.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. n. 18.*

XIII.

NATURALIA si concurrant cum accidentalibus, præferuntur, Ægid. Bellam. *consil. 43. in princ.* quem refert Cardinal. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. N. concl. 8. n. 1.* Et ideo potentius est domicilium originis, quàm domicilium incolatus, quia unum naturale, aliud est accidentale. Ancharan. *consil. 37. Contra. n. 6. in fin. & n. 7.* Cardin. Tusch. *d. concl. 8. n. 2.* & naturalis conjectura prævalet accidentali. Franciscus Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 95. n. 55.*

XIV.

NATURALITER quod non potest fieri, non potest fieri secundum legem positivam, & ejus ordinationem, *l. qui ad certum. 14. ff. locati. l. lex Cornelia 28. in fine. ff. de vulg. & pupill. substit. l. Gallus. 29. §. si ejus 7. ff. de liber. & posthum.* Et ideò paria sunt, aliquid esse impossibile naturaliter, vel de Jure, *l. 1.* ubi gloss. *l. filius 15. ff. de condit. institut.*

XV.

Naturalia sunt immutabilia, e. g. Domicilium originis. *Brunnem. ad l. 4. C. de municip.*

XVI.

Naturalia in contractibus sunt affectiones contractui additæ, quæ ejus essentiam constitutam seqvuntur, & regulariter quidem contractui insunt, per pacta tamen mutari possunt; & hæc vocari possunt interna, quatenus contractui regulariter insunt, aut externa, quatenus sunt extra essentiam contractus. Ea verò naturalia interna, quæ ad contractûs consummationem faciunt & ab aliis essentialia consecutiva vocantur, qualia sunt in emtione traditio mercis & pretii, huc planè non pertinent; quoties enim mentio fit essentialium, naturalium & accidentalium contractûs, sermo non est de contractu consummando, sed constituendo.

XVII.

Naturalia quoties mutantur in feudo, illud fit improprium, i. e. irregulare. Sunt verò naturalia feudi (1.) Juramenti præstatio *2. F. 3. in fin.* (2.) Masculorum successio. *1. F. 8. §. 2.* (3.) ad servitia, & quidem incerta, obligatio *2. F. 23.* (4.) alienationis denegatio *2. F. 55.* (5.) Investituræ post mortem Domini renovatio *2. F. 25.* (6.) Feudi prævià culpâ ablatio *1. F. 21.* (7.) quod saltem in immobilibus consistat, nam & in pecuniâ feudum constitui potest, v. gr. feudum soldatæ *2. F. 10. in fin.* cujus species sunt Feudum de Cavenâ & de Camerâ *2. F. 2. §. 1.* (8.) quòd sit perpetuum *cap. 1. in quibus causis feuda amitt.* (9.) ut concedatur, sponte non coactè *d. cap. 1.* (10.) ut concedatur gratis sine pretio, *cap. 1. de feudo dato in vicem legis commiss.* (11.) ut sine culpâ vasalli feudum ipsi auferri nequeat *cap. 1. de naturâ feudi.* (12.) ut Dominus sine consensu vasalli dominium directum alienare non possit *cap. 1. §. ex eâdem. de lege Corradi.*

XIIX.

Unò naturalium mutato non statim mutata censentur reliqua; nam naturalia præsumuntur præ accidentalibus. *Brunnem. ad l. 3. C. de municip.*

CAP. IV.

De Navigatione, Navi, Naufragio.

Axioma I.

Naves etiam privati habere possunt *l. 1. C. de navib. non excus.* non autem Senatores in provinciâ quam administrant *l. 46. §. 2. de jure fisci.* quod tamen *d. l. 1.* mutatum videtur *Perez. C. eod. n. 1. 2. 3. & tit. C. de naut. Tiberin. n. 3.*

II.

In causâ naufragii adeundus est Judex loci, ubi factum est, & summariè proceditur, *l. 5. C. de naufrag. Perez. C. d. l. n. 7.* & si Judex intra biennium causam non decidat, periculum à Naviculario transit in Judicem *l. 5. in fin. C. eod. Perez. ibid. n. 8.*

III.

Cùm Dominium maris hodiè principes adjacentes sibi vindicent, varias leges nauticas de mercibus in- & evehendis condunt, jure Vectigalia exigunt, modò hôc casu classem contra piratas habeant: Admiralio tamen casus fortuitus imputari non debet, qui navigantibus Comitatum militarem addere tenetur. *Perez. C. de Classicis n. 8. seqq. Brunnem. ad l. un. C. eod.*

IV.

Naves quilibet, nullâ obstante dignitate vel privilegio, ad advehendum frumentum aliasque Reipubl. necessitates præstare debet. *Perez. C. de Naut. Tiberin. n. 1. seqq.*

CAP. V.

Necessaria, Necesse.

Axioma I.

Necessarium postea fit, quod primo fuit voluntarium. *cap. quidam extra. de renunc.* Sicut enim

enim ab initio libera potestas unicuique est habendi vel non habendi contractus, ita renunciare semel constitutæ obligationi, adversario non consentiente, nemo potest. *l. sicut 5. C. de O. & A.* quia contractus ab initio sunt voluntatis, ex postfacto necessitatis. *l. 8. C. eod. tit. l. 39. C. de transact. l. 12. in fin. ff. de contr. empt. l. 3. l. 7. C. de rescind. vend. l. 35. §. penult. C. de donat. l. 1. §. 1. ff. naut. caupon. l. 36. in fin. ff. de judic. l. 17. ff. commod. l. 22. in fin. ff. mand. l. 9. ff. de curat. fur. l. 22. in fin. C. ad SCt. Vellejan. c. quod semel placuit 11.* ubi Dyn. *de R. I. in 6.* nam posteà ex beneplacito utriusque alteri jus est quæsitum, quod ipsi invito non est adimendum.

Declara: ut procedat (1.) in Contractibus, non in ultimis voluntatibus, hominis enim voluntas ambulatoria est ad mortem usque *l. 4. ff. de adim. Legat.* (2.) in Contractibus nominatis, non innominatis, hic enim ille, qui à suâ parte implevit Contractum, pœnitere potest *l. 3. §. 2. ff. de condict. caus. dat.* (3.) quando alterius interest. nam si non interest, revocari contractus pro lubitu potest. *l. 1. §. 5. ff. depos. §. 11. Institut. Mand. §. 4. Instit. de societ.*

II.

Non omne quod convenit (id est, licet & congruit) etiam est necesse. Cujac. *in recit. ad l. 1. C. de iis, quib. ut indign. pag. 813.* B. ubi inducit. *lib. 6. quam exempli loco omnino vide C. de tit.*

III.

Plurimum interest, necessarium ne sit aliquid, an supervacuum. *l. 8. §. 4. mand. l. 49. ff. famil. herciſc.*

IV.

NECESSARIA causa facit permissum id, quod aliàs de jure esset prohibitum, *l. 22. de his, quib. ut indign. cap. 4. extr. de R. I.* ut latè multis casibus probat Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. N. concl. 18. per totam.* Unde alienatio, si est simpliciter prohibita, tamen si fiat ex causa necessaria, redditur permissa, Ægid. Bellam. *consil. 35. num. 4. vers. sed nunquid.* Angel. Aretin. *consil. 18. Ad decisionem, n. 8. vers. quantum verò.* Roman. *cons. 219. Ex themate, n. 8. vers. hoc primo probatur.* ita necessitas excusat possessorem in R. V. si rem alienaverit, neque enim ultra pretium, quod recepit, tenetur. *l. item. 15. §. si quis rem. 1. de R. V.* Roman. *d. consil. 219. num. 9. vers. secundo probatur,* subdit, quod causa necessaria non comprehenditur sub regula prohibente actum fieri. Hinc qui non spontè, sed ex necessitate à civitate discedit, non tenetur solvere die Abzug-Steuer. *Brunnem. ad l. 5. C. de Municip.* Hinc navis tempestate delata ad aliquem portum non debet præstare vectigal vigore statuti disponentis, quòd de mercibus illuc delatis præstetur; hoc enim intelligendum de spontè delatis. *Perez. C. de naufrag. n. 31.* Hinc & ii, qui ob hostium metum ad aliquam urbem fugiunt, non tenentur ad vectigal, *Brunnem. ad lib. 1. C. eod.*

V.

NECESSARIA omnia ad unum conceduntur illi, cui conceditur illud unum, *l. 2. ff. de jurisdiction. omn. Judic. l. qui procuratorem 57. ff. de procuratorib. l. 1. §. 1. ff. si usufruct. petatur. l. 3. §. qui habet 3. ff. de servitut. rusticor. præd. l. 3. ff. pro socio.* (In omni enim concessione videntur omnia concessa, sine quibus id, quod inductum est, quæri aut teneri nequit. *l. ad rem. 56. l. ad legatum 62. de procur.* Wesemb. *in parat. ff. de acquir. rer. dom. num. 7. p. 1016.*) *l. 1. §. fin. ff. de officio ejus, cui mand. est jurisd. l. avibus 66.* & ibi *gloss. 2. ff. de legat. 3.* ubi quod in legato facto de avibus etiam aviaria comprehenduntur, sine quibus aves de facili aufugere possent, §. *minorem. 4. Instit. de adoption. cap. præterea 5. de officio delegat.* cum his, quæ ad hoc principium exornandum tradunt Navar. *in pr. de pœnitent. distinct. n. 24.* Surd. *consil. 347. n. 20.* Gam. *Lusitan. decis. 206. n. 9.* Thomas de Thomasset *in floribus legum, reg. 29.* ubi intelligit procedere in materia favorabili, vel indifferenti, vel in conjunctis & ubi militat eadem ratio. Galet. *in margarita casuum Conscientiæ, verb. concedere 5.* ubi etiam intelligit, quando illud concessum non potest stare sine illis. In unius enim actus concessione omnia conveniunt, quæ faciliorem & commodiorem executionem actui præstant, Bald. *in d. l. 2. vers. tu dic plenius. ante n. 1. ff. de Jurisdict. omn. Jud.* ubi Curt. jun. *n. 2. cum seqq.* Alciat. *n. 2.* Dec. *n. 6.* Joh. Bologn. *n. 18. seqq.* Menoch. *consil. 14. n. 8.* idem Bald. per text. *ibi in cap. ult. n. 4. de dolo & contum.* ubi quod habens mandatum ad necessaria, videtur etiam illud habere ad utilia, refert Rendina *in prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 100. n. 3.* Narbona 20. *gloss. 2. n. 13. tit. 1. lib. 4. Recopil.*

VI.

NECESSARIA causa præsumitur potiùs, quàm voluntaria, *l. uxorem 41. §. pater naturalis 11. ff. delegat. 3.* Castrens. *consil. 133. Iste Martinus, col. 2. lib. 2.* Cravett. *cons. 301. n. 5. & 6. vers. nec obstat.* ubi quod si duæ causæ necessariæ subsunt, præsumitur ea magis necessaria, refert Card. Tusch. *tom. 5. lit. N. concl. 31. num. 1. & 2.*

CAP.

CAP. VI.
Necessitas.

Axioma I.

Licet necessitas onera Reip. debita non exigit, patria tamen vel L. non remittit, *l. in filiis 35.* & ibi Bart. & Dd. *C. de decur. lib. 10.* Bald. *consil. 44. circa fin. vol. 1.* Florian. *in l. hæc autem jura ff. de servit. urb. præd.* Jacobin. de S. Georg. *in Tract. de Roydis seu operis col. 13. vers. quinto finitur.* Masver. *in prax. tit. de præscript. fol. 42. col. 3. in princ.* Alber. de Rosat. *in rubr. de muner. & honor. n. 13. vers. sed pone quia habet aliquis hominis.* Albertin. Brun. *consil. 32. col. 2. ante fin. vers. nec extat, ut præsupponitur memoria.* Franc. Balb. *in tract. præscript. p. 24. n. 57.* ita Vasallus, etiamsi stetisset per mille annos, quod servitium non præstitum esset, quia non fuit requisitus, feudum non perdit, nec præscripsisse dicitur, nisi probaret, quod Dominus requisiverit, ut servitium præstaret, illé autem ipsi denegasset, Angel. *in l. malè agitur circa fin. C. de præscript. 30. annor.* Bart. *in l. cum scimus. C. de Agricol. & censit.* Felin. *in cap. cum accessissent. col. 18. extr. de Constitut. simile exmpl.* vid. apud Bart. *ad d. l. 35. C. de decur. conf. sup. lib. 12. cap. 5. §. 1.*

II.

Necessitatis causa cessante, cessat & id quod ob necessitatem est concessum vel introductum, *cap. 2.* ubi Card. & Butr. *extr. de custod. Euchar. c. quod pro 1. q. 1. c. quod pro §. quod ergo. 1. q. 7. c. ordinationes in fin. 9. q. 1. cap. 1. in fin. 35. q. 1. c. etsi Christus 26. in fin. de jurejur. c. cum cessante 60. de appell. c. cum infirmitas 13. de pœnit. & remiss.* Bart. *in l. 1. §. nunciatio. col. 3. vers. quandoque. ff. de oper. nov. nunc.* ubi ait, quod quando statuitur aliquid ob necessitatem, intelligatur habere locum quatenus durat necessitas. *l. Senatus 16. ff. de offic. Præsid. l. 1. §. fin. ff. de fer.* Joseph. Ludov. *decis. 44. n. 10. p. 1.*

Intellige regulam veră esse circa facienda, non circa jam facta, vel nisi utilitas succedat loco necessitatis. *gloss. in cap. in argumentum de R. I. in 6. vid. c. quod pro necessitate. 1. q. 1.* Honth. 2. *de art. Not. c. 22. n. 94. exquisite* Tiber. Decian. 2. *respons. 41. n. 78. & seqq.*

III.

Necessitati sponte se injicienti non succurritur. *l. si fidejussor 7. §. si necessaria 1. ff. qui satisd. cog. cum aliis egregiè congestis.* à Tiraq. *de tract. consang. §. 1. gloss. 10. n. 25.* Rip. *in tract. de peste tit. de privil. contrab. n. 36.* Menoch. *de recup. poss. remed. 6. n. 52.* Necessitas enim voluntaria si prævideri potuit, non meretur aliquod privilegium. *l. si quis 3. §. subvenitur 6. ff. de SCt. Syllan. l. si mulier 21. in princ. ff. de eo, quod met. caus. l. 2. §. 8. ibi: si quid sit, quod ei imputetur. ff. si quis caut. in jud. sist.* siquidem præsidium necessitatis non suffragatur illi, qui volens necessitatem affectat, *d. l. si fidejussor. §. si necessaria. l. 2. §. penult. & l. ult. si quis caut.* neque etiam causam affectatam affectanti prodesse dixit Jason. *in l. si vero princ. col. ult. qui satisd. cog.*

Limita (1.) nisi favorabilis & meritoria causa sit, veluti qui sibi imponunt necessitatem ægrotis serviendi benè faciunt, & utuntur eodem privilegio quo ægroti. Mascard. *de probat. concl. 1352. n. 62.* (2.) si illud à jure obtinuerint, ut est privilegium militis in condendo testamento, cujus necessitatem favorabilem esse, ait Honthemius *lib. 2. de art. Notar. cap. 22. num. 20. & c. 23. per tot.*

IV.

Circa eos, qui ex necessitate obligantur, fieri debent interpretationes favorabiliores, quam si ex voluntate obligentur, *l. de die 8. §. 4. & l. si fidejuss. 7. §. si necessaria 1. qui satisd. cog.* Pantschm. *lib. 1. quæst. pract. 11. n. 18.* Ratio, quia magis succurritur iis, qui faciunt actum ex necessitate, quam qui ex voluntate faciunt. *l. cum postulassem 44. §. 1. de damn. infecto. l. alienationes 13. ff. fam. herciscund.* Alber. *in addit. ad Bart. in l. judicium solvitur 58. de judic. n. 2.* Joh. Cephal. *consil. 20. usufructus. n. 23.* & ideo melioris esse conditionis dicuntur. *l. 2. §. si vis fluminis. vers. si quis. ff. Si quis caut. in jud. Amaja. ad rubr. C. de delat. num. 24.*

V.

Necessitas peccare non permittit. *l. palam. 43. §. non est ignoscendum 5. ff. de rit. nupt.* Jason. *in l. 1. n. 75. ff. de offic. ejus cui mand. jurisd.* Gail. *lib. 1. obs. 102. n. 13.* Petr. Gerard. *sing. 100. n. 10.* ita necessitatem à fornicatione non excusare *ex cap. discipulos. de consecrat. distinct. 5. & c. sicut satius 8. 32. q. 4. not.* Apostill. *in cap. quanto. de consuetud. in fin. add.* Panorm. *in c. quoniam de simon. n. 5.* ubi hoc distinctione quadam declarat, quod quædam sint & semper maneant in se mala, ut adulterari, occidere, pejerare & similia, quæ prætextu necessitatis vel paupertatis minimè committenda, sed potius omnia mala perpetienda, quam tali malo consentiendum: quædam vero sint, quæ licet in se mala, tamen tempore necessitatis extremæ desinant esse mala, exemplo criminis furti, de quo *in cap. si quis propter 3. de furt.* licet enim necessitate urgente opera facta non sint laudabilia, *cap. unic. distinct. 57.* attamen quod cogit necessitas, non est imputandum. *cap. inter cætera 22. q. 4. c. ad limina 30. q. 1.* ac proinde hoc in casu cum necessitas faciat aliena propria. *cap. sicut 8. in fin.* ubi tempore necessitatis omnia fieri communia perhibetur, *distinct. 47.* ea excusabit, *cap. inter 31. extr. de sentent. excomm.* maximè si summa sit, *cap. ubi 3. §. iidem. de elect. in 6.* interim autem, quæ aliquando necessitate cogente concessa sunt, in argumentum trahi non debent. *c. in argumentum 78. de R. I. in 6.*

VI.

Necessitatis tempore silent privilegia. *l. pro tyronibus 3. C. de privil. domus August. l. 1. C. ut nemini lic. in coëmpt.* imò planè cessant. *c. pervenit. 2. extr. de sentent. excomm.*

VII.

Nulla privilegia necessitati publicæ obsunt, & ob publicam utilitatem privata beneficia suspenduntur. *Brunnem. ad. l. 1. C. de navib. non excus.* licet sint privilegia Clericorum. *Perez. C.*

de Exactor. Tribut. n. 13. Sic urgente patriæ necessitate Ecclesiastici, qui non tenentur servire in bello, compelluntur contribuere, si non sufficiant Laicorum facultates, etiam inconsulto Pontifice, si negotium nullam moram patiatur, aliàs eos compellentes excommunicantur, *Perez. C. de quib. muner. vel præst. num. 9. 10.* & licet Clerici ab hospitatione personali sint immunes, *cap. non minus. cap. adversus X. de Immun. Eccles.* Si tamen Laici supra modum onerentur, ut militibus recipiendis sint impares, à Clericis & aliis exemtis subsidia sunt suppeditanda, *Perez. C. de Metat. num. 10. in fin.* Imo ipsius Cæsareæ domûs privilegia tempore necessitatis cessant. *Perez. C. ut nemini liceat in coëmt. spec. n. 1.*

IIX.

Necessitas & pietas æquiparantur, *l. sancimus 21. cum Auth. præterea. C. de SS. Eccles.* Ratio, quia & hæc æque ac illa Legi subjacet, *c. ult. extr. de furt. cap. sicut 11. de consecrat. distinct. 1. cap. pervenit 12. c. jejunia 16. cap. celebritatem 12. de consecrat. dist. 7. c. si quis 16. dist. 4. eod. c. jejunia. 17. dist. 5. d. tit. cap. inter 5. extr. de relig. dom. c. consilium 2. extr. de obs. jejun. Clem. unic. de baptism.* imò necessitatem magis esse privilegiatam, cum ob pietatem furari non liceat, quod tamen necessitas admittit, ait Honthem. *lib. 2. de art. Notar. c. 22. n. 43.* idem esse cum utilitate ajunt text. *in cap. quæris 6. extr. de æt. & qualit. & ord. præfic. c. scias 7. q. 1.* ita in dispensationibus necessitatis & utilitatis causa attenditur, *cap. in causa 19. extr. de sent. & re judic.* ita & necessitatis & utilitatis causa Episcoporum mutationes concedi dicunt, *c. mutationes cum seq. & cap. temporis 7. qu. 1.* add. Panorm. *in c. ut sup. de reb. Eccles. non alien. n. 15.*

IX.

Necessitas inevitabilis non facit formam legis adimpleri per æquipollens. *cap. qui de non sacerdotali. de præbend. in 6. l. 1. ff. de liber. & posthum. Dd. in c. rescript.* Exempl. vid. apud Speculat. *lib. 2. p. 3. tit. de sentent. & de his, quæ ipsam sequuntur. §. 3. n. 1.*

Limita: nisi in jure ante dispositum sit, ut *in cap. statuimus, ut is de offic. & potest. judic. deleg. lib. 6.* delegatus à sede Apostolica, cui certo loco inquisitio fieri, vel quicquid aliud fieri mandatur, ex causa necessitatis potest in loco alio procedere, quod tamen non potest delegatus ordinarii, quia hoc cap. ad ipsum non extenditur, juxta gloss. *in d. c. statuimus. verb. Apostolica sede. & ibid.* Joh. Andr. item pro forma exhæredationis est nominatim exheredem dicere, attamen sufficit, si dicat: filius meus exheres esto, si unus sit, aut si plures, nomen aut pronomen, aut cognomen ponere, Ulp. *in l. 1. & 2. ff. de liber. & posth.* item requiritur in testamento, ut nomen testatoris scribat testator, remittitur tamen ibidem ipsa Lege dispensante, quod sufficiat, si testes scribant, *l. jubemus 29. C. de testam.*

X.

Necessitas præmium non meretur. Petr. Gerard. *sing. 100. n. 29. cum seq.* sed voluntas, Jas. *in l. 1. §. denique ff. ad SCt. Trebell. n. 40.*

XI.

Necessitatis evitandæ causa multa concedunt, quæ ex voluntate profecta prohibentur, *l. 7. §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 13. & 29. ff. famil. hercis. l. 1. ff. de reb. eor. quæ sub tut. & cur.* Harpr. *in Comm. ad Instit. ad §. cum in suo 29. de R. D. n. 31.* Cum enim quædam fiant ex electione, quædam ex necessitate, *cap. aliud 2. vers. primum. Novell. 97. de æqualitate dotis.* ideò etiam jura multa sunt benigniora, cum aliquid ex necessitate fit, quam si fiat ex voluntate, arg. *l. d. l. 7. §. sinecessaria 1. ff. qui satisd. cog.* Sichard. *ad l. 1. C. de reb. cred.* Unde si quis ex necessitate quid gessit, facile excusatur, *l. ult. ff. de separat.* Ita videmus propter necessitatem frangi etiam divinam reverentiam, *l. omnes 7. C. de fer.* Menoch. 2. *arb. judic. cas. 232. n. 23.* & obedientiam sperni, *cap. 2. de observ. jejun.* Menoch. 2. *arb. judic. cas. 182. n. 5.* neque etiam leges servari, *l. ut gradatim 11. §. 1. ff. de muner. & honor. cap. si quis propter 7. de furt.* Jason. *in l. 1. col. 20. n. 75. de offic. ejus cui mand. jurisd.* Felin. *in cap. cum accessissent. col. 8. de constitut.* Ita ob necessitatem dicuntur fieri ea communia, quæ usu sunt consumptibilia, *l. navis 4. ad L. Rhodiam de jact.* Licere enim Clericis Ecclesiæ ornamenta Laicis oppignorare, *text. est in cap. 1. extr. de pignor.* licere etiam tempore famis alienare DEO dicata vasa & illis similia, ait *l. sancimus nemini 21. prope med. C. de SS. Eccles.* imò & Episcopo, ignorante etiam concilio, res Ecclesiæ alienare permittit, *cap. placuit 12. q. 2.* ita pater potest tempore famis vendere suum filium, *l. 1. & l. 2. C. de patr. qui filios distrax.* Dyn. *in reg. in argumentum de R. I. in 6.* Capell. Tholosan. *q. 257.* ita milites in bello pro victu impune deprædantur. *c. 1. de emt. & vend. ibique Dd.* Jason. *in d. l. de offic. ejus cui mand. jurisd. n. 75.* & si quæ sunt similia.

Debitor fisci ante diem tenetur solvere, *Perez. C. de Conv. Fisci debit. n. 11.* ita tempore famis quilibet tenetur justo pretio vendere frumentum. *Perez. C. de condit. in publ. horr. n. 14. & tit. seq. ut nemini liceat in Coëmt. n. 1.* urgente belli necessitate milites stationes suas & pascua sumere possunt in vicinorum pratis. *Perez. C. de Pasc. publ. n. 5.* Imò ob extremam famis necessitatem invito suum auferre licet, non quidem ob eam rationem, quod urgente necessitate dominia rerum cessent & omnia reducantur in communionem primævam, uti putat *Grotius de Jure Belli & Pacis lib. 2. cap. 2. §. 6.* Nam si in necessitate quis accipit Jus asserendi sibi res alienas, veluti in medio istæ forent positæ, non apparet, quare quis easdem ipsi domino, qui pari necessitate premitur, ubi viribus prævaluerit, non possit eripere, id quod tamen Grotius non concedit. Deinde ejusmodi rerum, quas velut in medio positas meo jure arripio, restitutio haudquidquam est facienda, quam tamen heic Grotius requirit. Sed inde, quia qui est locuples tenetur succurrere innocenter egeno ex obligatione imperfectâ, ad quam explendam quidem regulariter nemo per vim adigi debet; sed si tamen summa urgeat necessitas, id eam efficere, ut istud tantisper eo modo vindicari queat,

queat, quò ea, quæ jure perfecto debentur, id eſt, ut extra ordinem adeatur magiſtratus, aut ubi tempus id non fert, vi aut clanculum ereptâ re urgens necesſitas dispellatur. *Pufendorff. de Jure Natur. & Gent. lib. 2. cap. 6. §. 5. 6. 7.*

Quæ omnia vera intellige in caſu neceſſitatis extremo: Siquidem in graviſſima neceſſitate reviviſcit jus illud priſtinum rebus utendi tanquam ſi communes manſiſſent; quia in omnibus diſpoſitionibus & LL. humanis, ac proinde in lege dominii ſumma illa neceſſitas cenſetur excepta, *l. 13. ff. famil. herciſc. l. 38. in pr. ff. de legat. 3.* Hartm. Piſtor. *part. 1. q. 50. n. 53.* Hugo Grot. *lib. 2. de Jur. Pac. & Bell. cap. 2. n. 6.* quaſi ea ſit inſuperabilis, Barth. Ayal. *lib. 2. de jur. & offic. belli. cap. 11. n. 1.* Gail. 2. *de P. P. cap. 4. n. 4.* Hinc eſt, quòd in navigatione, ſi quando defecerit, quod quisque habet, in commune conferri debeat. *l. 2. §. cum in eadem. in fin. ad L. Rhod. de jact.* Sic & defendendi mei cauſa vicini ædificium orto incendio diſſipare poſſum. *l. 3. §. quod ait 7. de incend. ruin. naufr.* & funes aut retia diſcindere, in quæ navis mea impulſa eſt, ſi aliter explicari nequeat, *l. quemadmodum 29. §. item 3. ff. ad L. Aquil.* quæ omnia lege civili non introducta, ſed expoſita eſſe, docet H. Grot. *d. loc. n. 6.* Unde & eam à quovis damno, quando magna vi cogente, vel neceſſitate damnum datum ſit, excuſare refert. *l. ſi quis 49. ff. ad L. Aquil.* adeò ut etiam mora ob extremam neceſſitatem purgari dicatur, Franciſc. Pfeil. *cent. 2. conſil. 174. n. 4.* & in terminis non exſolutarum ex neceſſitate penſionum. Weſemb. *in conſil. 61. n. 26.* quin imò nec Chriſtianæ pietati refragari ait Petr. Gregor. *Syntagm. jur. lib. 7. cap. 16. n. 23.* quando fruges alioquin perituræ & diebus feſtis colligantur, vel ſi urgente ſummâ neceſſitate, in cauſis forenſibus in rebus, quæ moram non patiuntur, judicetur. Petr. Gerard. *ſing. 109. n. 8.* Jaſon. *remiſſive in d. l. 1. num. 75. de offic. ejus cui mand. jurisd.* cum præſens neceſſitas ſæpè moram judiciorum non admittat. *l. 1. §. 2. ff. de fer.* Cic. *lib. 2. de Invent. cap. 7.* & Weſemb. *ad rubr. C. quando liceat unicuique ſe vindicare.* quod excuſationem mereri etiam in foro poli, per *Eccl. cap. 42. in fin.* probant Dd. *in cap. quod eſt licitum de R. I.* cum aliàs pœna & culpa quidem moderetur, non tamen in totum excuſetur, Panorm. *in c. quoniam de ſimon. n. 5.* quâ ratione ſi aliter neceſſitas evitari poſſit, in pari neceſſitate ipſe poſſeſſor tenebitur, ſi reſtitutio fieri queat. Hug. Grot. *d. loc. n. 7. & 8.* add. & Havem. *de jur. Epiſc. lib. 7. §. 10. p. 102.* ubi diſtingvit neceſſitatem in abſolutam vel præciſam coactionis & compulſionis, quæ nec planè evitari poteſt, nec mediis prævalentibus ſiſti: & cauſativam vel reſpectivam, quæ aliis remediis evitari poſſit. Donell. *ad l. 2. C. de hered. vel action. vendit. num. 39.* ubi diſtingvit inter abſolutam & cum adjuncto ſeu conſequentia, ſive cum exceptione μετὰ προσδιορισμοῦ, ut Cujac. *in recitat. ad l. 1. ff. de action. empt.* Wilh. Anton. *de monat. præſcript. tit. 7. concl. 22. n. 46.* vel ut Dnn. Marpurgenſes apud Rovenſtr. *in conſil. de contribut. q. 2. p. 228. n. 70.* neceſſitatem aliam faciunt ordinariam, aliam extraordinariam, arg. *l. ult. C. de his, quæ ex publ. collat. illat. ſunt non uſurpand. lib. 10.* vide etiam *l. 2. C. de privil. dom. Aug.* ubi quædam neceſſitates dicuntur canonicæ & ſtatutæ, *can. generaliter. verſ. placet. cauſ. 19. q. 1.* A Philoſophis etiam gradus neceſſitatis obſervari, dum perhibent aliquid eſſe neceſſitatis (1.) vel neceſſitate abſoluta, (2.) vel neceſſitate definitionum & demonſtrationum, vel (3.) neceſſitate phyſica, vel (4.) neceſſitate conſequentiæ, ubi ſcil. conſequentiæ neceſſitas eſt, non ipſius rei neceſſitas, [cum illa in ſua natura ſit mutabilis & contingens,] ſed illius, quod ad rem illam poſitam ſequitur, docet Scharff. *lib. Metaph. diſput. 11. theſ. 36.*

XII.

Non quicquid judicis poteſtati permittitur, id ſubjicitur juris neceſſitati, *l. non quicquid 40. de judic. l. ſæpè audivi 8. de offic. præſid.* ubi Cujac. in Juliano diſtingvit inter ea, quæ ſunt in arbitrio & officio judicis, & ea, quæ ſunt in obligatione, quæ nihil aliud eſt, quàm juris neceſſitas, *l. ult. de eo, quod cert. loc.* quo caſu locum fortè habebit regula: quod neceſſitatis eſt, id perperam arbitrio judicis relinquitur, *l. 3. §. 2. de reb. eor. qui.* Oſtermann. *ad §. 4. Inſtit. de ſatisdat.*

XIII.

Neceſſitas vi proxima eſt: imò vis nihil aliud eſt, quàm neceſſitas impoſita contraria voluntati, & viceverſa neceſſitas vis contraria voluntati ſeu neceſſitas eſt vis, cur inviti ſuccumbimus. *l. 2. ff. quod met. cauſ. l. penult. §. ult. de excuſat. tutor.* Cujac. *in tr. ad African. ad l. 35. locat. pag. 1163.*

XIV.

Nulla neceſſitas excuſat, quæ poteſt eſſe non neceſſitas. Tertullian. *in exhortat. ad caſtitat.* & ex eo Dn. Jac. Gothofr. *diſſert. 2. ad l. caſus majoris 8. pag. 88. in fin. Cod. de teſtam.*

XV.

Neceſſitas finis jus facit in moralibus. Hugo Grot. *lib. 2. de jur. bell. & pac. cap. 5. n. 24.*

XVI.

Quæ propter neceſſitatem fiunt, in argumentum trahi non oportet, *l. 162. ff. de Reg. Jur. cap. in argumentum 78. de R. I. in 6.* Phil. Matth. *ad l. 141. n. 19. ff. eod.* Ideoque neceſſitatis cauſa tantùm alienandum eſt, quantum urget neceſſitas, & non ultra. Bald. *conſil. 332. lib. 1. & lib. 2. conſil. 20. in fin.* Jaſon. *in l. creditor. n. 3. limitat. 3. ff. ſi cert. pet. & l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 17. de V. O.* Cravett. *conſil. 241. col. 11. verſ. ſecundo reſpondeo.* nec ad eam etiam producendum, quod humanitatis cauſa aliquando ſuperiori præſtatur. Zaſ. *in enarrat. ff. tit. de offic. proconſ.*

XVII.

NECESSITAS non habet legem, (Germani efferunt, Noth hat kein Geſetz) ideo lex ſubjacet neceſſitati, non è contrario, *l. tutor qui repertorium 7. in pr. ff. de admin. tutor. l. ut gradatim 11. §. 1. de mu-*

nerib. & honorib. l. non solum 10. §. fin. ff. de excus. tutorum. l. aliquando 5. ff. de officio Proconsl. l. si quis filio 6. ff. de injusto rupto. l. 1. C. de operis liber. l. pro tyronibus 3. C. de privileg. domus Augustæ. lib. 11. cap. licet 3. de feriis. cap. 5. in fine, de consvetud. c. exiit. 3. col. 4. in fine, de verbor. signif. lib. 6. [Necessitas enim non solum non subest legibus, *l. aliquando 5. & ibi gl. fin. in l. 1. C. de oper. libert.* vid. omninò prolixè Gœdd. *lib. 2. de pac. publ. cap. 2. n. 1. & 2.* sed etiam ipsa legem facit. *l. 27. ff. de manumiss. testam.* Cluten. *in disput. de vectigal. thes. 16. in fin.* cum eam vim habeat, ut non modò jus civile vincat, sed & canones sibi subjicere soleat, *c. nemo 6. de R. I. in 6. c. concilium 2. de obs. jejun. c. ult. de feriis, c. nonminus. de immunitat. Eccles. nisi Episcopus necessitatem facit. vid. & dist. 9. per tot.* Regn. Sixtin. *in Cons. Marp. consil. 11. vol. 3. num. 50.* siquidem necessitas adeò ingens est telum, ut non sit Legi subjecta, *l. ait Prætor. 10. §. si debitorem 16. ff. quæ in fraud. creditorum.* neque etiam Dii quidem resistere possint, ut est in proverbio, quod Erasm. *in Chiliad. eruditè explicat.* Consil. Argent. 1. *consil. 9. n. 7.* Unde & Orpheus in hymno noctis scribit; gravem necessitatem omnibus dominari, cum inculpabile judicandum sit, quod necessitas intulit, *cap. ad limina 7. 30. q. 1. & cap. 1. 3. 4. q. 1. & juxta* Herodian. *lib. 1.* ei parendum, cujus meminit Tiraquell. *in tit. de retract. munic. in §. 1. gloss. 9. n. 32.* & in eandem sententiam multa congerit, *d. tract. §. 26. n. 18. cum seqq. & in tract. de pœn. caus. 33. n. 3. cum seqq.*] Calderin. *consil. 95. Quod est unicum, de treuga & pace, n. 5. vers. item est injustum.* Jason. *in l. si ex toto, in fine princip. ff. de legat. 1.* ubi ponit plura exempla de bello, fame, peste, & similibus, Anchar. *consil. 91. In auxilium veritatis. n. 4. & 5. & consil. 243. n. 4.* ubi ait, quòd necessitas non habet legem humanam neque divinam, quia multa prohibita de Jure divino & humano, fiunt permissa ex necessitate, & è contrà permissa fiunt prohibita, & ponit exempla furti, homicidii, & similium. Signorol. de Homod. *consil. 42. n. 3.* ubi ait, procedere etiam in necessitate Juris, quia culpa caret, qui facit aliquid necessitate Juris imminente. Cephal. *consil. 451. n. 282. & 283.* ubi ponit decem exempla, quibus necessitas facit recedere à Jure, à regula & ab humanitate, & generaliter dicit procedere in necessitate contra dispositionem legis, secus in dispositione hominis, & optimè declarat Castrens. *consil. 400. Priusquam, col. 2. in princ. vers. subest enim necessitas. lib. 1.* ubi necessitas excusat, ne legibus & legum præceptis subjiciatur. Thomas de Thomasset. *in floribus legum, reg. 189.* Gail. *lib. 1. observat. 102. n. 8.* Plac. *de delict. lib. 1. c. 28. n. 3.* Surd. *decis. 86. n. 8.* Barth. Perett. *ad extravag. Ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alienan. verb. præterquam. n. 4. p. 176.* Matien. *l. 1. gloss. 21. tit. 10. lib. 5. novæ Recop.* latè & eleganter Munos de Escobar *de ratione administ. cap. 14. n. 10. cum seqq.* Cardinal. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. N. concl. 19. per totam.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 10. n. 27.* Cephal. *commun. contra communes, tom. 4. quæst. fin. n. 50.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 711. in 1. edit.* aliàs *resolut. 602. n. 19.* Monet. *de distribut. quotid. p. 2. q. 11. n. 38.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. titul. de discipl. clericali. §. 4. n. 55. & §. 20. n. 13.* Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc jure. ff. de justit. & jure, part. 1. cap. 8. n. 26. in fine.* Cancer. *var. p. 2. cap. 2. n. 54. & n. 169.* Modern. *de supplicat. ad Sanctiss. p. 1. cap. primo. n. 58.*

XIIX.

NECESSITAS facit licitum, quod aliàs de Jure non est licitum, actumque aliàs improbissimum probabilem reddit. *l. ult. C. de patr. qui fil. distr.* Mynsing. *6. obs. 30. in fin. cap. quod non est licitum 4. de regulis Juris, cap. quanto 4. de consvetud.* [*cap. consuluisti 13. extr. de celebr. missar. cap. ult. extr. de custod. Eucharistiæ. cap. licet 6. extr. de pœnit. & remiss. cap. cum 54. extr. de excomm. cap. licet 3. extr. de fer. cap. mutationes 7. q. 1.*] Bald. *in l. Divus Pius, in princip. notab. 2. ff. de petit. hered.* Felin. *in cap. querelam. num. 19. de jurejur.* Tiraquell. *de pœnis temper. causa 33. n. 3.* Anton. Oliban. *de jure fisci, cap. 4. num. 36.* Escobar *de ratiocin. cap. 14. n. 13.* Ceval. *commun. contra communes, tom. 4. q. fin. n. 6.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verb. necessitas, n. 1.* Monet. *de distribut. quotid. p. 1. q. 11. n. 38.* Bellet. *d. §. 20. n. 13.* Cardin. Tusch. *d. tom. 5. lit. N. conclus. 12.* Cornel. Beninc. *de paupert. spec. 9. in judic. n. 43.* Stephan. Grat. *discept. forens. tom. 4. c. 626. num. 15. & c. 636. n. 10.* Joh. Marian. Novar. *quæst. forens. lib. 1. q. 28. n. 10. & quæst. 55. n. 3.* Hinc in extremâ necessitate vilis homo cogi potest carnificis munus suscipere, quod aliàs licitum non est. *Brunnem. ad l. 1. 2. C. ne quis liber invitus.*

XIX.

Ex NECESSITATE quæ fiunt, non dicuntur fieri in fraudem, ut per Gozadin.

com-

consil. 87. n. 15. quem refert Flamin. Paris. *de resignationib. benefic. tom. 1. lib. 2. q. 3. num. 40.*

XX.

In NECESSITATIBUS nemo liberalis existit, *l. rem legatam 18. ff. de adimend. legat.* Tiraquell. *in l. si unquam, verb. donatione largitus, n. 106. C. de revocand. donat.* Gam. *Lusit. decis. 71. n. 3.* Pichard. *ad rub. Institut. de adopt. n. 43.* Valasc. *consil. 153. num. 24.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. c. 796. n. 27. & tom. 5. cap. 925. n. 9.* Joh. Anton. Mangil. *de imput. q. 15. n. 36.* Valasc. *consil. 153. n. 4.* Wesemb. *in par. de collat. dot. n. 1. & 2. consil. 73. n. 8.*

CAP. VII.

Negans, Negatio, Negativa. *vid. supra* Inficiatio.

Axioma I.

Negatio mera ex se nihil ponit inesse, Pacian. 1. *de probat. cap. 35. n. 51.* Verba enim negativa & negativè concepta resistunt actui & tollunt omnem potentiam, gloss. *in l. 1. C. ne fidejuss. dot. dentur.* quam singularem vocant Alex. *in l. si constante. §. quoties. col. 3. ff. solut. matrimon.* imò meræ & non probatæ negativæ tanta vis inest, ut longè distrahat magis, quàm unquam affirmativa ponere valeat, *l. hoc genus 106.* ubi Castr. *de condit. & demonstr.* Natt. *consil. 66. num. 28.* Cravett. *consil. 146. num. 4.* cum negatio omne id destruat, quod sibi obstat compellere. Hippol. Riminald. *consil. 111. num. 116. lib. 2.* Unde ex propositione negativa non posse sequi affirmativam, voluit Bald. *in l. 2. in fin. C. de condit. insert.* ubi tradit, quòd nec ex dispositionibus privativis resultet habitus, nec ex dispositionibus negativis resultet affirmatio, quod idem notavit & Specul. *in §. sexto tractandum, num. 14. vers. nec enim sequitur. titul. depositions.* ubi ait, quod per responsionem ad negativam quis nihil ponat, sed neget tantùm. add. Bonifac. de Vitall. *in Clem. 1. num. 33. vers. nam secundùm Logicos. col. 3. de usur.* Geminian. *in cap. præsentium. num. 31. vers. secundò nota. col. penult. de testib. in 6.* Covatr. *in cap. 4. §. 1. num. 7. vers. idcirco illud annotandum. num. 2. de matrimon. pag. 173.* Ubi tamen obiter hac in re etiam atque etiam negantium propositionum definitio observanda: quod scil. pronunciatum negans non sit omne, in quo particula *non* prædicato adhæret, (sic enim nihil omninò differret à pronomine indefinito ex parte prædicati) sed in quo prædicata subjectis attribuuntur negando, h. e. prædicata à subjectis removentur, seu iis non inesse dicuntur: Quo observato rectè de syllogismis, qui ex puris negativis constare, & minorem in prima figura negativam habere videntur, judicare poteris, neque opus habebis syllogismum transponere vel prædicatum *non* post verbum ponere, v. c. si quis diceret:

Quæcunque non honorantur, ea non excoluntur.

Musica non honoratur. E.

Musica non excolitur.

Syllogismus erit optimus in prima figura modo Ferio, neque minor revera negativa: Quòd si enim quis putaret, minorem esse negativam, plura sequerentur absurda, (1.) naturalis consequentia impugnaretur, (2.) fierent ex tribus terminis quatuor. Dicendum ergò erit in minori prædicatum illud, non honorari, non removeri à subjecto, Musica, sed ei includi, quasi diceretur: Musica est earum numero, quæ hodiernis temporibus honoratur.

II.

Negans simpliciter totum negare videtur, Bart. *in l. 1. col. 1. C. de litis contest.* Bald. *in l. 1. num. 22. vers. nunquid. col. 4. C. de ædil. edict.* quamvis in singulo non comprehensa. Jacob. Butrigar. *in l. 1. col. 2. vers. aliquando reus comparet. C. de litis contest.* Sic qui simpliciter negat narrata, prout narrantur, intelligitur negare tantùm ea, quæ contra se, non ea, quæ pro se faciunt. Salicet. *in l. cum pretium. n. 2. vers. sed ab extra. C. de liberal. caus.* Castr. *in l. dubitat. §. ita demum. in fin. ff. de fidejuss.* Alex. *in l. non tantum. §. quod autem. num. 1. vers. secundo limita. ff. de re judic. & consil. 91. in causa. num. 7. vers. nec obstat, si diceretur. col. 3. vol. 6.* ratione enim partis falsæ potest quis negare totum inorationè sumpta ex universo. *l. si is, qui ducenta 13. ff. de reb. dub. l. si servus 9. §. si plurium 1. ff. si quis caut. jud. sist.* Unde etiam Bald. *in d. c. 1. num. 6. vers. sed nunquid. col. 3. extr. de litis contest.* constituit differentiam inter simpliciter negantem, & eum, qui negat narrata, prout narrantur, ita, ut qui simpliciter negat, totum negare dicatur per text. *in §. præterea 3. Institut. de inut. stipul.* ubi habetur, quod simplex responsio refertur ad omnia in interrogatione contenta, & propterea omnia & singula videtur vel negare, vel confiteri, qui respondendo vel simpliciter negat, vel simpliciter confitetur, *add. & gloss. in l. & si quis impediat. §. plerique. verb. oportet. ff. de religios. fac. & text. in l. quæro 58. §. fin. ff. de ædilit. edict.* Ubi si servus interrogatus, an fugerit è domo venditoris, simpliciter respondeat se fugisse, censetur confiteri non solùm de fuga, sed etiam de loco, cum posteriori casu quando quis negaret simpliciter narrata, prout narrantur, intelligatur negare tantùm ea, quæ contra se allegari potuissent. vide tamen Alex. *in l. etiam. §. licet. in fine. ff. solut. matrimon.* ubi prius videtur restringere, ita ut simplex negatio nunquam trahi debeat ad ea, quæ neganti sunt favorabilia, vel per quæ quis pœnam incurreret, quod idem etiam repetit *in l. non tantum. §. quod autem. num. 2. vers. tantum sustinendo. ff. de re judic.*

III.

Negativa hoc ipso satis probata censetur, quod non probatur contrarium. *l. 1. C. de probat. gloss. in l. 2. verb. compellere. C. de jur. Emphyt.*

phyt. Bald. *consil. 79. lib. 2.* Cravett. 1. *consil. fin.* Ripa *in l. ex facto. §. si quis rogatus. n. 7. ff. ad SCt. Trebell.* Cephal. *consil. 377. num. 11. vol. 4.* Vult. 2. *Consil. Marpurg. 25. n. 97.* Lanfranc. *in c. quoniam contra. n. 14. de probat.* Herculan. *de probat. negat. n. 80.* Tusch. *lit. N. conclus. 29. n. 8. ubi n. 9. & seqq.* maximè hoc procedere ait in eo negante, qui intentionem pro se fundatam habet. Ratio, quia negatio omne id destruit, quod sibi obstat. Hyppolit. Riminald. *consil. 111. n. 116. lib. 2.*

De hoc Axiomate disputat ita Bald. *ad l. 2. C. de jure Emphyt. n. 6.* quando quæreretur, quæ opinio sit verior, utrum quod negativa probetur eo ipso, quod contrarium non probatur, an verò, quòd negativa nihilominus debeat probari?

Distingv. Jac. de Butr. Quod si negativa sit indefinita, ut non possit probari, quod tunc probetur juris præsumptione, i. e. eo ipso, quòd non probetur contrarium: si autem negativa sit definita, h. e. restricta ad certum tempus vel locum, debeat tunc probari per testes aut instrumenta. Hæc ille. Ego verò (pergit Butr.) credo, quòd contra confessionem [scil. si quis articulum seu positionem fuit confessus] nunquam negativa probetur præsumptione: quia à præsumptione juris sit recessum per confessionem, licet quoad asserentem negativam ad impugnationem scripturæ, vel solennitatis, incumbat ei onus probandi. Bald. *in cap. si post divisionem 3. notat. de jur. & fact. ignor.* Gylmann. 4. 2. *vot. 1. n. 39.*

Limita: Negativa probari debet ab eo, qui in negatione Intentionem suam fundat. *Brunnem. ad l. 4. C. de Fabricens.* Probatur autem Negativa per visum, si loco & tempore coarctetur. *Brunnem. tit. C. de Canon. frument. urb. Rom.* Sic Negativa, quòd aliquis non sit Scholaris vel de Collegio, ex Matriculâ statim probatur, præsertim stante consvetudine, ut omnes cives vel membra in Matriculam referantur. *Brunnem. C. de agent. in reb. col. 1.*

IV.

Duæ negativæ faciunt unam affirmativam. *l. duobus negativis 237. ff. de V. S.* glos. *in l. 1. verb. & ideo, in fin. C. de serv. fugitiv.* Bart. *in l. fœminæ. ff. de Senator. & l. 1. §. fin autem ff. de hered. instit.* Card. *in clem. 1. in princ. de offic. deleg. & ibi* Joh. Imol. *num. 17. vers. glossa nec non col. 3.* Alber. *in l. 1. §. si quis ita. num. 7. vers. aut veniunt ad determinationem. col. 2. ff. de V. O.* Marsil. *in tract. de bannit. verb. negantur. num. 28. vers. adde etiam ulterius. col. 5.* Alciat. *in l. duabus negativis. ff. de V. S. & ibi* Gœdd. Salicet. *in l. 1. num. 12. vers. nunc ad quartum. col. 6. C. de serv. fugitiv.* Geminian. *in cap. 1. in princ. de jurej. in 6.* Don. in Terent. *Andr. act. 1. sc. 2.* εἰ δύο ἀποφάσεις ἠτερήσεις μὲν κατάφασιν ἀποτελέσι, dixit Diomed. *lib. 2.* Ratio est, quia natura negationis est, ut, quicquid inveniat, destruat, inde fit, cum secunda negatio reperiat præcedentem, ipsam destruat, ejusque oppositum inferat. Alberic. *in l. 1. §. si quis ita. num. 7. ff. de V. O.* & ex Augustin. Alciat. *ad d. l. 237. de V. S.* Quod tamen non est perpetuum: quandoque enim negativas duas fortius negare, *textus est in cap. tua nos 19. §. ult. ibi coram quo constanter negavit, quod præmissa minimè perpetravit. extr. de homicid.* Unde

Declara hoc axioma procedere, si una negatio ad unum idemque verbum in eodem membro unius rei intuitu referatur: si verò utraque copulativè vel disjunctivè subjiciatur, utraque retinet naturalem significationem, exemplum vid. *in l. verum est 216. ff. de V. S. l. 1. §. si quis ita. vers. non tantum autem civiliter, sed nec naturaliter obligatur*; & paulò post: *non obligari pro eo fidejussorem quidem. de V. O.* Ant. Faber *in ration. decid. ad l. manifestæ 38. de jurejur. in fin.*

Limita I. secus esse, quando absurdus intellectus vel contrarius intentioni loquentis sequeretur, Abb. *in cap. etsi Christus. n. 7. vers. item hoc limita. col. 3. extr. de jurejur.* Roman. *in d. l. 1. §. si quis ita. n. 17. vers. aut dubitatur. col. 5. de V. O. ibique* Alberic. *n. 6. add. supr. l. 5. 6.*

Limita II. quando negationes referuntur ad diversa. Bald. *in l. 1. n. 29. col. 3. ff. de serv. fugitiv.* Bart. *in l. manifestæ. in princ. ff. de jurejur.* Cyn. *in d. l. 1. n. 7. vers. vel dic quod omnes. col. 2. C. de serv. fugit.* Geminian. *in d. c. 1. in princ. de jurej. in 6.*

Limita III. in tribus negationibus, quæ non affirmant, sed fortius negant, sive ad idem, sive ad diversa referantur, modò nulla superabundet, Donat. in Terent. *Andr. act. 1. sc. 2. l. 13. §. 5. in fin. ibi. quæ non esse extra æquitatem posita non negaverim. De jurejur. l. 1. §. 5. ibi, non insubtiliter non putat. ff. de hered. instit.* Matth. 24. 21. οὐδὲ οὐ μὴ γένηται. add. & Angel. *in l. fluminum. n. 5. in fin. ff. de damno infect.* Bart. *in d. l. duobus negativis. ff. de V. S.* Exemplum vid. *in l. 1. C. de serv. fugitiv.* ubi dicitur, in servo fugitivo non habere locum nec usucapionem, nec longi temporis præscriptionem, *l. 1. ff. de cadaver. puniton. & l. nonnunquam 8. ff. de collat. bon.*

Limita IV. nisi natura lingvæ aliud ferat, ut accidit Græcis, apud quos geminatio negativæ vehementius negat vel exornat orationem, teste Budæo: quod & Germanis usu venire patescit ex hisce dicteriis, quando dici consvevit: Er hat niemalen nichts Guts noch denckwürdiges ausgericht. Item: Er hat nie kein Wasser betrübt / er hat niemalen deren keines gethan ꝛc. vid. Gœdd. *ad d. l. 137. de V. S. in fin.*

V.

Uno negativo posito, totum affirmativum destruitur, *l. 9. §. 1. ff. si quis caut. jud. sist. lib. 11. §. 1. ad exhib.* Exemplum habes *in §. 7. de fidejuss. l. 11. §. 1. verbis nihil penitus ignoretur*, i. e. *nihil ignoretur penitus*, h. e. *in universum. Instit. de testam.* simile quid est *in l. 47. ibi utrumque legatum nullo modo debetur*, h. e. *nullo modo utrumque, sed alterutrum. ff. de legat. 2.* ita *in l. 23. §. 3. non nihil*, h. e. *nihil non. ff. de ædil. edict.* ita *in l. 1. §. ult. ff. de rei vind. pro verbis licet singula capita nostra non sint*, lege, *licet non singula capita nostra sint.* ita *in l. 85. de solut.*

soli-

solidum non solvitur, i. e. *solvitur non solidum.* ita *c. ultimo. extr. de for. comp. licet ratione delicti seu contractus conventus non fuerit*, i. e. *licet ratione delicti conventus fuerit.* his adde & *l. 19. de jur. dot. l. 5. §. 11. ff. quod vi aut clam. l. 3. §. 2. vers. rem, quam in bonis quis jure non possidet. C. commun. de legat. l. 5. ff. usufruct. quemadmod. amitt. l. 11. de contr. tut. act. §. ult. ibi statim non. Inst. de injur. §. 4. Instit. ad SCt. Trebell. l. ult. de reb. cred. l. 1. in princ. ff. de suis & legitim. l. 45. C. de decur.* add. & Cujac. *in Papin. lib. XI. resp. l. 9. de Usur. & in Paul. lib. 29. ad edict.* Joh. Drusium *lib. 9. observ. 4.*

VI.

Negatio postposita signo universali æquipollet suo contrario, gloss. *in l. 9. de auth. tut. l. legitimos. §. legitimis. verb. non satisdederit. ff. de legit. tutor.* ubi tradit, quòd hæc verba, omnis homo non currit, & nullus homo currit, æquipolleant, sicut idem juris esse dixit inter hæc verba, si omnes non satisdederint, quod idem notavit Bald. *d. loc.* add. & Bart. *ibid. num. 3. col. 1. & in l. si necessarias. §. si annua. n. 3. ff. de pignorat. act. & in l. bello. §. 1. ff. de captiv. & postlimin. reversi.* Dec. *consil. 520. in causa. n. 8. & hoc maximè videtur. col. 2.* Cuman. *in l. obligari. num. 3. in 1. gloss. ff. de auctor. tut. ibidemque* Gothofred. sicut etiam & hæc verba, agere ut acquiras, & id agere ne locupleteris, pro æquipollentibus usurpantur. *l. 6. in princ. quæ in fraudem cred. l. 24. princ. de damn. infect. l. 237. de V. S.*

Declara hoc axioma procedere, quando oratio profertur à Lege, vel ab illis, qui propriam verborum significationem intelligunt; secus verò esse, ubi profertur à contrahentibus, qui istas æquipollentias ignorant. Bart. *in l. si necessarias. §. si annua. n. 4. ff. de pignorat. act.* ubi rudi & crasso significatui standum esse asserit.

VII.

De uno negans de alio confitetur tacendo. *cap. nonne 5. extr. de præsumpt. l. cum Prætor. 12. in pr. ff. de judic.* quod enim de uno negatur, de pluribus conceditur, *cap. non solùm abnegat. 11. quæst. 3.* & negans ex duobus illatis alterum, præsumitur alterum affirmare, *d. c. nonne de præsumpt.* Ludov. Gomez. *ad §. superest. Inst. de act. num. 26.*

VIII.

In omni negatione inest affirmativa, ὅλως ἐν τῇ ἀποφάσει ἡ φάσις, inquit Arist. 2. *Sophist. elench. cap. 6.* Ita negans aliquem mentis fuisse compotem, affirmat eum esse furiosum. *l. 5. C. de Codicill.* & ibi Gothofred. Sic de actione negativa ait Theophil. *§. 2. Instit. de action.* quod τοῖς ῥήμασι quidem sit negativa, sed tamen ἀποτελέσματι, seu effectu, καὶ τῇ δυνάμει affirmativa & confessoria, talis etiam est assertio negantis, pecuniam esse numeratam, *l. 1. C. de non numer. pecun.* add. & *c. 3. extr. de succes. ab intest.*

IX.

Negatio universalis exceptionem non admittit. Rivetus *in apolog. pro virgine Maria, lib. 1. cap. 18. p. 146.* (dissentit ineptè Merillius 2. *observ. 6. de pignor.*) unde de universali negativa regula concepta, quod in uno falsa reddita, in totum falsa constituatur, *l. 13. §. utrum 3. de reb. dub.*

X.

Non omnis negatio est exceptio, & qui negat, non propriè excipit. Balduin. *in l. peremptorias. n. 36. C. sent. rescind. non poss.* Socin. *in rubr. extr. de Except. n. 2.* Felin. *in rubr. ead. in princ.* maximè quando sit negatio, antequam actoris intentio sit fundata, ut voluit Dec. *d. rubr. ubi declarat, n. 3.* vid. & Covarr. *in reg. possessor malæ fidei. p. 1. in pr. n. 4. vers. 4. de R. I.* Bertazol. 1. *consult. decis. consil. 49. n. 42.*

XI.

Ex verbis negantibus & privantibus non resultat habitus, Bald. *in l. 2. per ill. text. C. de condit. insert. & per l. ex facto 19. ff. de hered. instit.* Wesemb. *in part. ff. de hered. instit. n. 6. vid. infr. lib. 14. c. Privatio.*

XII.

NEGANTIS factum per rerum naturam nulla est probatio. *cap. super hoc 5. de renunc.* [*c. ult. 6. q. 14. c. accusator. 2. 6. quæst. 5. c. bonæ memoriæ 33. §. contra verò legati. extr. de Elect. cap. quoniam contra 11. in princ. extr. de probat. l. actor. 23. C. de probat.* Anchar. *in d. c. bonæ, in 4. oppos. col. 3. in fin.* Wesembec. *ad l. Cornel. de falsi. num. 11.*] Hier. Fernandez de Ottero *in repet. cap. fin. de consuet. num. 30.* Negativa enim mera & simplex probari non potest, *c. cùm Ecclesia Sutrina 3. vers. nos igitur, de caus. possess. & prop.* Oldrad. *consil. 244. num. 21. in fine. & consil. 254. num. 14. vers. ad formam.* Anton. Gabr. *commun. opinion. tit. de probat. conclus. 6.* Donat. à Fina *tom. 1. lib. 4. tit. 9. num. 35. 20. & 28.* Rebuff. *de exceptionib. n. 160. cum seqq.* Mascard. *de probationib. conclus. 1087.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 50. num. 8. cum seqq.* Vincent. Caroc. *de locato & conducto, part. 3. de negativa probanda.* Cardos. *in praxi Judicum, verb. probatio, n. 29.* [Ratio, quia probatio debet fieri per species & differentias: illud autem quod est, non potest habere subsistentiam, neque species nec differentias, ideoque probari non potest. Jac. Butr. *in d. l. actor. col. 1. vers. quæro, quid velit dicere. C. de probat.* cum debeat fieri per causam: non entium autem nullæ sint causæ nec demonstrationes. Pacian. 1. *de probat. c. 37. num. 3.* adeò quidem, ut nec eam asseverantibus mille credatur.] latè Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. N. concl. 30. per tot.* Nisi habeat affirmativam, [*exemplo l. 5. ibi asseveratio negantis. C. de Codicill.* & testimoniis Aristot.

c. 6. Sophist. Elench. c. super hoc 5. extr. de renunc. c. cum dilectus 3. extr. de succeſſ. ab inteſtat.] Petr. de Anchar. *consil. 79. n. 3. & seq.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 8. quæſt. 2. num. 27.* Cardinal. Tuſch. *d. concluſ. 30. num. 19.* Vel, niſi reſolvatur in affirmativam. Oldrad. *consil. 254. n. 25. verſ. præterea.* Menoch. *d. præſ. 50. à n. 14.* Cardinal. Tuſch. *d. concl. 30. num. 18.* Vel, niſi ſit coarctata loco & tempore. Gloſſ. *in l. optim. C. de contrab. ſtipulat.* Angel. Aret. *consil. 105. Viſo ſupradicto. num. 4. in fine. verſ. ſicut dicimus.* Clar. §. *fin. qu. 52. num. 4. verſ. ſi tamen coarctetur.* Rebuff. *de except. num. 172.* Maſcard. *concluſ. 1087. num. 8.* Lanfranc. de Oriano *in praxi ſua cap. 8. num. 96.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. teſtis. num. 16.* Flam. Pariſ. *lib. 11. quæſt. 14. num. 68.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. lib. 5. c. 1. num. 62.* Cardinal. Tuſch. *d. concl. 30. n. 49.* [Vel niſi negativa propoſitum tueatur, affirmativa autem oppugnet perſonæ honeſtatem vel conditionem. Tiber. Decian. *reſp. 4. n. 27. & ſeq. vol. 3.* quo caſu negativam præferendam affirmativæ, ait Joh. Gœdd. 2. *Conſil. Marp. 28. n. 58.*] Vel probetur ex inſpectione actorum. Geminian. *consil. 57. in cauſa Archidiaconi. n. 1. verſ. item probata eſt ſecunda.* Alex. *consil. 186. Viſis ſubtiliſſimis. col. fin. num. 15. verſ. nec obſtat. lib. 2.* Maſcard. *concluſ. 968. & 1290. & 1318. n. 18.* Menoch. *conſ. 21. n. 23.* Surd. *deciſ. 300. n. 11.* Cardin. Tuſch. *d. concl. 30. n. 20. cum ſeq.* Farin. *in praxi crimin. p. 2. q. 65. à n. 218.* Cald. Pereira *de emtione & vendit. c. 34. num. 42.*

XIII.

NEGATIO facit rem dubiam, *l. fin. C. quib. ad libert. proclam. non licet. cap. veniens 13. de ſuppl. neglig. Prælator.* Felin. *in c. ſuper eo, à n. 2. de teſtibus cog.* Surd. *conſil. 4. n. 28.* Gutier. *practic. lib. 3. q. 9. n. 10.* Cancer. *variar. p. 2. c. 4. n. 22.* [Imò aliquando jus tollit, veluti patriæ poteſtatis. *l. penult. C. de patr. poteſt.* ubi Pac. *in analyſ. n. 5. verſ. 2.*]

Limitatur tamen axioma multis modis; Primò, quando præſumptio eſſet contra negantem, per *l. ſi verò 5. §. qui pro rei qualitate 1. qui ſatisd. cog.* Surd. *conſil. 188. n. 16.* Secundò, ubi negatur id, in quo nulla cadit probabilis inficiatio, & in negatione facta extra judicium, Felin. *in cap. coram. 34. n. 8. de offic. deleg.* Tertiò, quando in contrarium adeſt evidens probatio, Surd. 1. *conſil. 4. & conſil. 378. n. 21.* Quartò, quando probationes ſunt in promptu, idem Surd. *d. conſil. 188. n. 16.* Quintò, in notoriis, idem Surd. *d. conſil. 14. n. 29. & d. conſil. 188. n. 16. & d. conſil. 378. n. 20.*

XIV.

NEGATIVA plus negat, quàm affirmativa affirmat; Negatio plus tollit, quàm ponit affirmatio, *l. filius fam. 7. §. 1. ff. de donationib. cap. ad noſtram 12. de probationib. gloſſ. 1. in l. juris gentium. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pactis. gloſſ. verb. à ſuſpenſis, in cap. cùm dilectus, de conſuetud. cap. verbo non poteſt. in cap. 1. de R. I. lib. 6.* Rayner. de Foroli *consil. 68. Quædam mulier, n. 7.* quod eſt ſub hoc numero inter conſilia Signoroli de Homod. Dec. *conſil. 3. & pro tenui. n. 4. verſ. ſecundum verò.* Cravett. *conſil. 809. Plura excutienda, num. 4.* Franc. Becc. *conſil. 94. num. 33.* Tiraqell. *de jure primogen. quæſt. 24. num. 12.* Covarr. *var. lib. 1. c. 13. num. 7.* Cardin. Tuſch. *d. tom. 5. lit. N. concl. 27.* Marian. Anton. *var. reſolut. l. 1. reſolut. 20. n. 7.* Surd. *deciſ. 243. n. 6.* ubi *n. 7.* ſubdit, quod negativa diſpoſitio nullum caſum excipit. [Reinking. *lib. 1. de reg. ſecul. & Eccleſ. cap. 3. num. 10. alleg. l. hoc genus 106. ubi Dd. de condit. & demonſt.* Ratio, quia regula negativa prævalet affirmativæ, pro negativa etiam judicandum eſt, Bart. *in l. 3. de ſuſpect. tut.* Dec. *conſil. 567. num. 2.* Decian. *conſil. 1. num. 163. vol. 2.* Vult. 1. *Conſil. Marp. 22. num. 69.* ita attendi negativam, quando venit in vim limitationis ad regulam generalem; ſicut affirmativa, quando venit limitativè ad regulam generalem negativam, ait Pariſ. *in cap. quoniam contra. n. 38. verſ. nec obſtat.* Unde etiam & præcepta negativa efficacius obligant & magis adſtringunt. Archidiac. *in cap. ſi peccavit. verſ. ſed conſiderandum eſt 2. quæſt. 1. quem ſequuntur* Abb. Panorm. *in c. novit. ſub n. 34. verſ. nam quædam ſunt præcepta. col. 12. extr. de judic.* Tiraquell. *ad l. boves. §. hoc ſermone. limit. 7. num. 5. verſ. hincque prodit. ff. de V. S.* Dec. *in cap. nam concupiſcentiam. n. 7. col. 1. in fin. extr. de conſtitut.* Exemplum habes in donatione: Ea enim conceſſa, non cenſetur conceſſa mortis cauſa donatio, ideoque Vaſallus, cui permiſſum eſt donare, mortis cauſa donare non poterit; cum tamen è contrario prohibita donatione, cenſeatur quodcunque genus donationis etiam mortis cauſa prohibitum, quia à quo removetur genus, & quælibet ejus ſpecies remota intelligitur, Bald. *in c. 1. col. 5. num. 18. verſ. quæro ſi Vaſallo, de prohib. feud. alien. per Frider. 2. Feud. 55.* quem ſequuntur Aretin. *in l. qui in poteſtate, in pr. ff. de teſtam.* Tiraquell.

in

in l. si unquam. verb. donatione largitur. n. 190. vers. tu autem. C. de revoc. donat. Socin. *consil. 19. pro decis. n. 15. vers. & non eundo. col. 5. vol. 1.* Barbat. *consil. 23. Clementissimè, num. 1. vol. 4.* Ripa *in l. 1. n. 10. in fin. de legat. 1.*

CAP. IIX.

Negligentia.

Axioma I.

Negligentia par est damno. Pacian. 1. *consil. 20. n. 145.* pellit enim dictum illud, hodie faciam, cras faciam, aliquem de lucro. Barbat. *consil. 41. col. 13. vol. 1.* & propterea illi non succurrendum, quia vigilantibus non negligentibus jura subveniunt. *l. non enim. 16. ex quibus caus. major.* Bald. *in cap. fin. n. 5. vers. alius modus, extr. de elect.* ubi dicit: quod qui negligit, sua jura perdat; quia negligentia omnia lædit, & refert quendam versum aureis literis (ut inquit) scriptum super ostio Cameræ Regis Roberti, qui dicebat:

Negligenza par de danno: hoggi farò, doman farò, caggia altrui fuor di gvadagno. *add. & l. penult. C. de ann. except. Nov. 8. c. 8.*

II.

Negligentia lata propè fraudem accidit. *l. impuberibus 7. ff. de suspect. tut.* & cum ea comparatur. *c. ea, quæ extr. de offic. Archidiacon.* Est enim ea culpa magna. Cephal. *consil. 577. n. 22. vol. 4. & consil. 356. num. 51. vol. 3.* Dissoluta, est propè dolus. Riminald. *consil. 391. n. 20.* & ei æquiparatur, Angvisola *consil. 157. n. 9.* cum omne, quod fit negligentia, non minus puniatur, quam quod dolo fit. *cap. dictum 8. dist. 81.* ubi gloss. inquit: Prælatum pariter pro negligentia sicut pro dolo deponendum esse; idem confirmat Hieron. Alban. *in tract. de potest. Pontific. p. 1. n. 177.* Farin. *quæst. crim. 13. n. 30.* maximè illis in rebus, ubi ex officio tenetur quis adhibere diligentiam & non adhibet. Burlat. *328. num. 38. vol. 4.*

III.

Negligentia commissa in uno, censetur etiam commissa in alio, ad quod illa devenitur. *fac. l. sed etsi per Prætorem 26. §. hæc clausula 9. in fin. ff. quibus ex caus. major. l. quid ergo 3. §. usumas 4. in fin. ff. de contr. tutel. act.* Cyn. *in l. ea quæ. C. de tempor. in integr. rest. quæst. fin. & l. fin. C. de iis, qui à non Dom. manumiss.* ubi ait: quod negligentia commissa circa unum, noceat etiam circa aliud. vid. Gœdd. *consil. 19. de divis. feud. num. 23.*

IV.

Negligentia non præsumitur. Cravett. *cons. 77. de Anno n. 11. col. 5.* quia quilibet in dubio censetur esse diligens. Alex. *consil. 44. col. 1.* Panorm. *consil. 41. n. 2. col. 3. vol. 1.* Finckelthus. *observ. 115. num. 12.* nec ullus tam negligens & resupinus est, ut rem suam facile jactet. *l. cum de indebito 25. in princ. ff. de probat.* Regn. Sixtin. 2. *Consil. Marpurg. 7. n. 23.* maximè in his, quæ commodum ipsius respiciunt. Vult. 1. *Consil. Marpurg. 22. n. 8.* neque etiam ea facile probatur. Pacian. 1. *de probat. c. 10.* quia est quid negativum, si ea coarctata non sit. Orian. *in c. quoniam, contra verb. testium depositiones. n. 103. in fin. de probat. & ante ipsum* Bart. *consil. 102. Charissimè. col. 2. &* Bald. *in l. solam. n. 25. C. de testib.* quapropter magis credendum esse testibus deponentibus de diligentia, quæ est affirmativum quid, quam deponentibus de negligentibus, quæ est negativum quid, infert Natt. *in consil. 462. prætendit, n. 10. vers. præterea plurimi. vol. 2.*

V.

Negligentia præcedentium excludit petitionem sequentium. Bart. *in l. de pupillo 5. §. 16. de oper. nov. nunc. n. 2. vers. si negligentia.* Fichard. *consil. 31. n. 5. ubi per l. 1. C. de inoffic. testam. & l. scimus 36. eod. tit.* concludit, quod negligentia in querela excludat etiam à petitione hereditatis, cujus querela præparatoria dicitur.

Intellige procedere, quando præcedens illud se habet tanquam causa ad sequentia: Sic cum restitutio in integrum sit causa rescissionis, ideoq; si quis neglexerit petere in integrum restitutionem, excluditur remedio rescissorio, secus est in præcedentibus, quæ se non habent ut causa sequentium: itaque omnia legata sequentia non amittuntur, licet neglecta fuerint præcedentia; quia singula legata singulis annis nascuntur, & jus capiendi non ex annis præteritis, sed præsentibus inspicitur, per ea quæ tradit Berlich. *lib. 2. concl. 4. n. 6.*

VI.

Ex negligentia sua nemo commodum consequi debet. *l. itaq; fullo 12. ff. de furt.* favent enim jura vigilantibus & non dormientibus. *l. pupillus 24. in fin. ff. de his, quæ in fraud. cred.* Men. 2. *arb. jud. cas. 194. n. 24.* neque ignaviam prætendentes audiri debent. *l. 78. §. 2. ff. de leg. 2.* Siquidem fructus negligentiæ damnum est. *l. 2. C. de condit. in publ. horr. lib. 10.* maximè si ex temporis lapsu contrahatur, M. Giurba *decis. noviss. 60. n. 28.* Hinc & negligentiæ suspectis adversus sententiam perfugium solet denegari, Castrens. *in l. specie. C. de re jud. vers. tu dic. col. 1.* Gylman. 4. *vot. 1. num. 30.* vid. & Chassan. *consil. 38.* Cravett. *consil. 32. n. 3.* Gom. *in Comm. ad Reg. Cancell. de triennal. possess. post q. 28.*

VII.

Negligentia inferioris per superiorem suppleri debet, *cap. ad audientiam 3. extr. de Eccl. ædif. cap. per tuas 40. extr. de sent. excommun. clem. unic. in princ. de suppl. neglig. Prælat.* Hinc ex negligentiâ ministrorum & apparitorum præsumitur negligentia Judicis. *Brunnem. C. de Apparitor. præfect. annon. in fin.*

IIX.

Negligentia amittit quis jus suum, *cap. 1. extr. de appellat.* negligentia enim extingvitur beneficium *cap. si Clericus 11. de præbend. in 6.* ac ob eam jus eligendi amittitur, *cap. ne pro 41. extr. de Elect.* sicuti judex sive sit ordinarius, sive dele-

legatus negligentia vel malitiâ jurisdictionem amittit, *cap. prudentiam 21. extr. de offic. deleg. cap. ex transmissa 6. extr. de for. compet.* Unde sicut alterius negligentia aut cupiditas huic, qui diligens est, nocere non debet. *l. si non 6. §. 1. de bon. aut judic. possidend.* ita privat negligentia notabilis aliquem jure prioritatis, ut secundus primo sit potior, Bero. *in cap. si soli. & cap. fin. de præbend.* Anchar. *in cap. tibi, qui de rescript. in 6.* imò etiam secundus cum clausula anteferri ob negligentiam repellitur. Anchar. *in d. c. penult. de præbend.* Benedictus Curt. Symphor. *in Commentar. de Arrest. amor. art. 5.* Sic creditor cessans debitorem principalem convenire donec solvendo esse desinat, debitum, præsertim ab innocentibus hypothecæ possessoribus, ulterius exigere non valet. Heringius *de fidejuss. 20. Incipit: Decimo quinto tolli dicitur. §. 15. vers. cæterum. 19. & seqq.* Coler. 2. *decis. 220. num. 57.* Dolus enim, nec tantum culpa est, si quis nolit persequi, quod tamen persequi potest: aut si quis non exegerit, quod tamen exigere potuit. *l. dolus 44. ff. mandati l. Stichum 95. §. pen. ff. de solut.* quia negligentibus currit tempus, *cap. ult. extr. de Elect.* eaque etiam per lapsum temporis probatur, *cap. plerumque 23. extr. de rescript.* Ita si Dominus neglexerit in fundo suo metalla & lapides quærere, ob publicam utilitatem justè princeps permittere potest, ut alius ea investiget & in publicum usum extrahat, *Brunnemann. ad l. 6. C. de Metallar.* Ita si civis neglexerit aream reædificare vel domum ruinosam reficere, civitas eam reparare & vendere potest. *l. 46. §. 1. de damn. infect. l. 4. C. de Jure Reipubl. Perez. C. eod. num. 15. 16.* Ita Clerici præbendas deserentes iis privantur, Episcopi Jure suo, nisi intra breve spatium curent se confirmari. *Ibidem num. 8.* degradatio autem fit per singulos gradus retrorsum, adeò ut negligens ultimus & Tyro fiat, aliquando penitùs ordine pellitur. *Perez. C. de domest. & protector. num. 11. 13.* etiam Clericus vagabundus *l. 22. §. 1. C. de Episc. Brunnem. C. de Domestic.*

Limita: quòd negligens tunc demùm jus suum amittat, si hoc in Jure expresse determinetur. *Brunnem. C. de Decur. col. 4. in fin.*

IX.

Negligens tenetur ex negligentia, *cap. si bos 3. extr. de injur.* Itaque ea in Prælatis vel maximè improbatur, *cap. cum 11. extr. de celebr. miss. cap. si quis 10. 212. quæst. 1. c. si custos 18. 27. q. 1.* siquidem eorum negligentia cedit in discrimen subditorum, *cap. si Papa 6. dist. 40.* & negligentia correctionis perdit disciplinam in subditis, *c. justum 9. 23. quæst. 3.* quare negligentes Rectores multas sæpe nutriunt pestilentias, dum dissimulant adhibere disciplinam. *cap. 1. distinct. 86. cap. penult. dist 45.* negligenter enim si corriguntur, quæ malè usurpantur, excedendi via aliis aperitur. *cap. pervenit 71. distinct. 93.* & negligere, cum possis, & non deturbare perversos, nihil aliud est, quam facere. *cap. errore 3. distinct. 83.* quapropter negligenti in officio aut dari potest à superiore coadjutor. *cap. grandi 2. de supplend. negligent. prælat.* aut ob negligentiam ab officio planè removeri, text. sunt *in cap. placuit 11. q. 3. cap. dictum 1. dist. 87. cap. cum ad monasterium 6. extr. de stat. monach. cap. excommunicamus 13. extr. de hæret.* aut si judex secularis facere justitiam negligat, per Episcopum potest compelli, *cap. ult. extr. de maledic.* Notarius protocollum non diligenter custodiens tenetur ad damnum inde emergens iis, qui contraxerunt. *Perez. C. de Tabular. n. 10.* Is, qui in officio publico constitutus aliquid negligit, unde damnum oritur, illud resarcire debet. *Brunnem. C. de erogat. milit. annon. col. 3. circa fin.* Ita susceptor, qui debitores publicos non convenit, si hi interim insolvendi facti fuerint, tenetur damnum civitati resarcire *l. 15. de admin. tut. Perez. C. de suscept. num. 21.* idem est in omni eo, qui tenebatur rationes ab aliquo suscipere & illud omisit, *l. 1. in fin. C. de peric. Nominat.* Declara: modò tantum tempus intercesserit, ut rationes suscipi potuerint *l. 35. pr. d. N. G. Brunnem. ad l. 1. C. de peric. Nominat.*

Limita hoc axioma, quòd negligens teneatur ad sortem tantùm, non ad usuras *l. 17. §. 7. de usur. vid. Perez. C. t. t. de his, qui ex offic.*

X.

Negligentia, eruditionis illa noverca. *cap. ult. dist. 83.* non tam graviter est punienda, quam malitia. *cap. ad falsariorum 7. extr. de crim. falsi.*

XI.

Negligentia ubi nulla, ibi nec pœna esse debet. Petr. Barbos. *ad l. 7. §. illud. num. 87. C. de præscript. 30. ann.*

XII.

NEGLIGENTIA propria semper nocet. Cardinal. Tusch. *practic. concl. tom. 5. lit. M. concl. 36. per totam.* nisi quis in re communi adhiberet illam diligentiam, quam adhibet rebus suis, quia tunc non potest teneri de negligentia. Roman. *consil. 413. Quoad primum. num. 13. vers. quod autem.* Cardin. Tusch. *d. concl. 36. num. 30.* vel nisi diligentia nihil proficeret, quia tunc negligentia alicui imputari non debet, *l. fin. §. si ea conditione 1. ff. ad leg. Rhodiam de jactu.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali. §. 20. num. 14.*

Amplia, quòd negligentia propria noceat non saltem in causis propriis, sed & officii *l. 14. in fin. de offic. præsid. l. 11. C. de annon. l. 2. C. de fund. patrimon. Brunnem. ad h. l. 2. l. 1. C. de locat. prædior. civil. Et ibi Brunnem.*

XIII.

XIII.

NEGLIGENTIA unius alteri nocere non debet. *l. rem hæreditariam 65. in fine ff. de evictionib. l. 3. ff. de transact. l. fin. ff. ad Syllan. cap. cum 52. extr. de Elect.* Thom. de Thomasset *in floribus legum, regul. 190.* [*l. pupillus 24. ff. quæ in fraudem cred.* Ant. Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 32. defin. 20. n. 9.* Carpzov. *P. 1. Const. 18. Defin. 13. n. 5.* ita negligentia vel dolus judicis non debet partibus obesse, quo minus post aperturam testium iterum interrogentur. *c. per tuas 48. extr. de testib.* hinc licet negligentia procuratoris noceat Domino, *cap. dilecto 28. extr. de verb. significat.* ob ejus tamen negligentiam Ecclesia restituitur. *cap. cum extr. de in integr. restitut.*] Sicut etiam negligentia in uno non nocet in alio separato, Castren. *consil. 54. Videtur dicendum. n. 2. lib. 1.* Card. Tusch. *d. concl. 36. n. 28.* (nec alterius negligentia ad alienam injuriam referri. *l. non debet 74. de R. I.* nec alterius negligentia ei, qui est diligens, nocere. *l. si non expedierit 6. §. si pupillus 1. ff. de bon. aut jud. poss.* neque alterius inertia alterius jus corrumpi debet. *l. non satis 6. §. fin. ff. quem serv. amitt.* Consil. Arg. *consil. 63. n. 100. p. 1.*) Hinc qui officiali ad id constituto annonam publicam vel aliam Collationem tradit, de ejus negligentia non tenetur, secus si non idoneo commisisset. *l. 20. Commod. Brunnem. ad l. 2. C. de Navicul.*

Amplia: ut negligentia præpositi non noceat ei, cui præpositus est; sic si Tutor non solvit Canonem, res Emphyteutica minoris non cadit in commissum *l. 2. C. de fund. patrim.* Sed ipse pœnam solvit, ita prælatus non amittit Jus Ecclesiæ, sed ipse punitur *l. 10. C. de SS. Eccl. Brunnem. ad d. l. 2. n. 2.*

Limita: interdum ob conniventiam punitur totum Collegium propter paucorum negligentiam. *Brunnem. ad l. fin. C. de Navicul.*

XIV.

Si aliquis negligens est in uno actu, non præjudicat sibi in sequenti. *Feder. de Sen. consil. 147. Paris. consil. 54. lib. I. Tiraquell. de utroque retractu lib. 1. §. 1. gloss. 9. num. 162.*

XV.

NEGLIGENTIA non imputatur, ubi diligentia nihil proficeret. *l. fin. §. si ea conditione 1. ff. ad Leg. Rhod. de jactu.* Joh. Marian. Bellet. *disquis. clericali. p. 1. tit. discipl. cleric. §. 20. n. 14.*

XVI.

NEGLIGENTIA imputari non debet iis, qui ignorant. *l. si quis in gravi 3. si quis ignorans 21. ff. ad Syllan.* Surd. *consil. 419. n. 37.* (*l. si tutor. 4. Cod. de peric. tut.* hinc ubi non est negligentia, ibi præscriptio initium sumere non potest. Gail. 2. *obs. 105. num. 6.*)

CAP. IX.

Negotium, Negotiatio, Negotiorum gestio.

Axioma I.

Negotia aliena qui nulla necessitate cogente gerit, expensas donare videtur. *l. 1. ff. de donat.* Eman. à Costa *in suis commun. opin. verb. negotii n. 24. & 25.* Nicol. Carbo *lib. 2. pract. c. 4. n. 5.* Port. *in §. 1. num. 7. Instit. de obligat. quæ ex quasi contr. nasc.*

II.

Negotiationem excusat vel arguit qualitas negotii, *cap. qualitas 2. de pœnitent. distinct. 5.*

III.

Negotiatio dicitur in commerciis, *c. forus 10. extr. de V. S.* Negotiatio enim licet nihil aliud sit, nisi quæ possint vilius comparari, carius velle distrahere. *cap. pen. dist. 88.* in se tamen mala non est. *cap. quoniam 12. dist. 88.* cum sine periculo ea exerceri nequeat. *cap. qualitas 2. de pœnit. distinct. 5.* nec his, qui sobriè rem suam administrant, facilè per restitutionem subveniatur. *l. verum 11. §. item non restituetur. 4. de minor.* ubi Wes. *in par. n. 7.* Unde & negotiationes publicæ favorabiles perhibentur, quibus annona juvatur, cum publicam utilitatem contingant, ut not. Dd. *in l. annonam. ff. de extraord. crimin.* Joh. de Platea *in l. 1. C. de fiscal. Usur.* add. text. *in l. semper 5. §. negotiatores 3. & §. negotiatio 8. ff. de jur. immun. l. si pendentes 27. §. sed etsi 5. ff. de usufr.* Gœdd. 2. *Consil. Marp. 28. n. 2.*

IV.

Negotiatores dicuntur, qui magnis mercibus occupantur, marchans en gros. Mercatores, qui minutiariam exercent. *Perez. C. negotiatores ne militent. n. 1.*

V.

Negotiatio inhonesta Clericis est prohibita, *cap. 1. distinct. 88. c. Clerici cap. Canonum 3. 14. q. 4. c. secundum 6. extr. ne Cleric. & Monach. Clem. 1. in fin. de vit. & honest. Cleric.* sed potius eis negotiatio pietatis mandata *d. c. 1. dist. 88.*

VI.

Negotium ad executionem alicujus contractus pertinens, non potest videri novus contractus, seu nova conventio, sed pars & sequela ejus, à qua descendit, & ad cujus implementum spectat, *l. si quis servum 23. ff. de action. emt.* Bart. *n. 4. vers. adverte.* Bald. *n. 10. in oppos. n. 22.* Salicet. *n. 10.* Castr. *n. 11.* Jas. *n. 8. & n. 15. ad l. fin. C. de pact. fac. l. si constante 24. §. si vir. 4. vers. quod si negotium ff. solut. matr.* Aym. Cravett. *cons. 666. n. 5. per l. nam & Servius 21. §. si vivo 2. ff. de negot. gest.* Bald. *in l. meminisse. ff. de offic. proconf.*

VII.

Negotium ab alio inchoatum, ab alio potest perfici. *c. si duo 6. de procurat. in 6.*

IIX.

Negotiis secularibus sacerdotes se non debent implicare. *cap. quoniam. 8. distinct. 10. cap. consequens 2. cum seqq. duob. distinct. 88. c. cum ad 6. dist. 96. cap. reprehensibile 23. quæst. 8. c. contrarium 3. de pœnit. dist. 5. c. 1. c. sed nec 4. extr. ne cler. vel monach.* Monachus enim negotiorum secularium expers esse debet. *c. sunt nonnulli 25. §. neque enim. 16. qu. 1. c. credo 2. cum 5. seqq. 21. q. 3.* nec Episcopus de iis cognoscere. *cap. te quidem 11. quæst. 1.* neque etiam sacerdotes testes esse possunt, *cap. quanquam 14. q. 2.* nisi quando seculares idonei non adessent, ne veritas occultetur. *d. cap. quanquam 2. 14. q. 2.* quemadmodum nec Laici divinis. *c. cum ad verum 6. dist. 96.* generaliter enim dicitur, eos qui se negotiis alienis ingerunt, quod alius paratus erat suscipere, non tantum de lata & levi, sed etiam levissima culpa teneri. *§. igitur cum quis in fin. Instit. ut. de oblig. quæ ex quas. contr. nasc. l. 6. §. videamus 12. ff. de neg. gest.* cum culpa in hoc non careant, quod se alienis negotiis sine necessitate aliqua ingesserint, quod alii forsan diligentius & melius essent gesturi. *l. culpa est. ff. R. I.* Joh. Gœdd. t. *Consil. Marp. 24. n. 6.*

IX.

Negotia quæcunque ibi finienda sunt, ubi orta. *cap. nec extra 7. 3. q. 9.*

X.

Negotium dum proponitur, causa est, dum discutitur, judicium, dum finitur, justitia. *cap. fœtus 10. extr. de V. S.*

XI.

Quoties alterius intuitu negotium non est gestum, toties non datur actio negotiorum gestorum. Nam ut actio negotiorum gestorum competat, potissimum inspicitur animus gerentis, & an aliorum fuerit negotium; si enim proprium negotium gesserim, non possum dici quasi contraxisse *l. 6. §. 4. ff. de negot. gest.* Exemplum est in illo, qui bonâ fide impensas in rem alienam fecit, cui ideo actio negotiorum gestorum non danda *l. 33. ff. de condict. indeb.*

XII.

Quoties quis ignorantis negotium gerit, toties locus est actioni negotiorum gestorum. nam sciens mandasse videtur *l. 61 §. 2. ff. Mandat. & l. qui patitur 18. ff. eod.* Quid ergò pro alio ignorante solvit, habet actionem negotiorum gestorum *l. 43. ff. de neg. gest.* Idem est, si à debitoribus quid exigat. *l. 45. §. fin. ff. eod.*

Limita: ut idem sit, si quis quidem sciat negotium suum geri, & præsens sit, mandare tamen non possit, nam & sic datur hæc actio, ut si pupilli, prodigi vel furiosi negotium geram *l. 3. §. 4. & 5. eod.*

XIII.

Quoties res inutilis suscepta, toties ad casum obligatur gestor *l. 10. §. 1. ff. de negot. gest.* quia sic aliqualis culpa præcessit casum; imputandum enim utique gestori, quod in necessitatem & utilitatem gestionis non prius inquisiverit. Ita ergò si quis alterius nomine in loco parum sive nihil tuto ædificaverit, de casu tenebitur. *Conf. l. 11. ff. eod.*

Limita: nisi Dominus ipse tale quid facturus fuisset. *d. l. 11.*

XIV.

Quoties quis prohibentis negotium gerit, toties actionem negotiorum gestorum inde non consequitur *l. fin. C. de neg. gest.*

Ratio: quia sic cessat quasi Contractus & præsumtus Domini consensus, quòd voluerit negotium suum geri: ubi enim certa est Domini voluntas, ibi non opus est conjecturis. Ita ergò si Dominus prohibuerit, ne quisquam solveret pro eo, & alter nihilominus solverit, non habebit regressum. *d. l. fin.* Licebit enim pro invito solvere *l. solvendo 39. ff. de neg. gest.* scil. ut liberetur debitor, non verò ut competat repetitio.

Limita: ut procedat (1.) in eo, quod post prohibitionem gestum sit, non ante. *d. l. fin.* (2.) si gestio solius prohibentis utilitatem concernat, secus si respiciat utilitatem publicam, e. g. si quis ædes ruinosas fulciat, aut in funus aut studia filii quid impendat. *Manz. ad tit. Instit. de Neg. Gest. n. 154.* (3.) si velit actione negotiorum gestorum experiri, secus si actio cessa sit ab eo, cui pro invito solvit.

XV.

Quoties quis rem aliàs perituram gerendam suscipit, toties tantùm tenetur ad culpam latam, quia hîc periculum in morâ: præstat ergò negotium ex parte egisse, quàm planè neglexisse. Exemplum est *in l. 3. §. 9. ff. de neg. gest.* Idem est si quis ex incendio vel à bancirupture rem aliquam servaverit.

CAP. X.

Nemo.

Axioma 1.

NEMO dat quod non habet, *l. traditio 20. ff. de acquir. rerum domin. l. nemo plus 54.* ubi Decian. & Cagnol. *ff. de R. I. l. si filius 14. C. de donat. cap. quomodo 41. de consecrat. dist. 4. cap. quod autem 3. de jure patron. cap. nemo plus 79. de Reg. Jur. lib. 6.* citavi plures Doctores *sup. lib. 4. c. Dare. num. 1.* Cancer. *part. 1. cap. 1. num. 208.* Robles *de repræsent. lib. 2. c. 16. num. 71.* Pacian. 1. *consil. 118. num. 23. & consil. 149. n. 50.*

II.

NEMO plus juris in alium transferre potest, quam ipse habeat. *l. 2. C. de pœnis. l. 1. C. qui pro sua jurisdict. cap. nemo potest 79. de Regulis Juris. lib. 6.* Surd. *consil. 126.*

fil. 126. num. 31. Pichard. *ad pr. Inſtit. de acquiſit. per arrogat. n. 49.* Joſeph. Seſſe *Aragoniæ deciſ. 188. n. 15. & 23.* Cæſ. Argel. *de contradict. legit. quæſt. 9. num. 58.* Rot. *deciſ. 688. n. 1. apud Farin. p. 2.* Robles *lib. 3. cap. 7. n. 21.*

III.

Nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ, *l. fin. C. ad L. Jul. repet.* hinc dicitur, morientem non præſumi mentiri. *Gramm. conſ. crim. 57. n. 13.* licet non omnis moriens dicatur Sanct. Johannes Baptiſta, *idem conſil. 70. poſt num. 3. & d. conſil. 57. poſt n. 15. Bald. de pac. Conſtant. verſ. vaſalli & vot. 3. n. 15. cum ſeq.* nec omni ſancto ſemper credendum. *Gloſſ. in cap. ſi bis 11. q. 3.*

IV.

Nemo debet damnari ex præſumtionibus & conjecturis, *l. 3. §. ſcio ff. de minor. Andr. in Conſtit. ſuper inciſionibus col. 3. circa med. cum aliis allegat. per Gram. conſil. crim. 13. n. 37. vot. 10. n. 39. vot. 21. n. 8. vot. 23. n. 11.*

V.

NEMO videtur eligere viam, per quam judicium ſuum ſubvertatur. *lib. 3. verſ. nec credendus. ff. de milit. teſtament. l. quoties 13. ff. de reb. dub. l. quoties 81. ff. de verb. obl. c. Abbati 25. juncta gloſſ. verb. potius. de verb. ſignificat.* Cardin. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 1.* Menoch. *de præſumpt. l. 6. præſ. à princ.* Reinoſo *obſ. 14. n. 15.*

VI.

NEMO tenetur ad impoſſibile. dixi *ſupr. lib. 9. c. Impoſſibile.*

CAP. XI.

De Nepote.

Axioma I.

Nepotes continentur ſub nomine filiorum, quoties verſamur in materia favorabili *l. 120. §. 4. ff. de V. S.* quia favorabilia ſunt extendenda. Ita ergò Senatus-Conſultum Macedonianum etiam ad nepotes porrigitur *l. 6. C. ad SCt. Maced.* ita beneficium filio à principe conceſſum etiam ad nepotem ſpectabit. *arg. l. beneficium 3. ff. de Conſtit. Princip.* E contra Tutor filiis datus non etiam nepotibus datus cenſetur *§. fin. Inſtit. qui Teſt. Tutor.*

Limita: modò eadem militet ratio in nepote, quæ in filio.

II.

Nepos ſuccedit in locum mortui filii, & quidem licet plures ſint, unum tamen filium repræſentant *l. 2. §. 7. de Excuſ. Tut.*

Limita: in avo à muneribus excuſando Nepotes ſaltem ex filio, non ex filiabus avo proſunt. *Perez C. de iis, qui numer. liber. n. 5.*

CAP. XII.

Nihil.

Axioma I.

Nihil facere & partem facere ſunt paria, *l. furioſum 9. ubi gloſſ. C. qui teſtam. fac. poſſ. l. 3. §. 1. commod.* ubi re deteriorata reddita, perinde eſt, ac ſi non eſſet reddita; quibus adſtipulatur *l. quamvis. 8. §. ſi convenerit 8. ff. ad. SC. Vellej.* ubi ſi quis, qui expromiſſorem dare convenerat, mulierem, quæ SCti auxilio munita eſt, dederat, reſpondetur condictionem locum habere; quid enim intereſt, juxta Ulpian. *ibid.* non det, an talem det. Pantſchmann. *lib. 1. quæſt. pract. 17. num. 116.*

II.

NIHIL & inutile æquiparantur. *l. 4. §. condemnatum 6. ff. de re judic. c. ſicut urgeri 47. 1. q. 1.* nam ex nihilo nihil fit. *l. Seiæ 26. ff. de tutor. & curator. l. ejus 41. ff. de reb. dub.* Ariſtot. *lib. 1. de generat. & corrupt.* Farinac. *in praxi crimin. part. 4. conſil. 60. n. 90. & ibi* addit Cald. Pereira *de emt. & vendit. c. 3. n. 15.*

III.

NIHIL fit ex nihilo, vel ex non ente non fit ens. *l. 2. ff. de uſufr. l. Seiæ 26. ff. de tutor. & curat. l. ejus 41. ff. de reb. cred. l. 7. §. cum quis 7. ff. de acquirend. domin.* Farinac. *conſil. 60. num. 90. lib. 1.* Mar. Angviſ. *conſil. 167. num. 7. vol. 1.* Pereg. *conſ. 21. n. 19. vol. 4.* Monter à Cueva *deciſ. 1. num. 54.* Giurba *in Conſvet. Meſſ. c. 16 gloſſ. 1. n. 8. p. 1.* Canc. *var. 2. cap. 5. num. 51.* Amat. *in repet. l. ſi emancipati. C. de collat. reſponſ. 9. num. 296.* Nolden. *de ſtat. Nobil. cap. 3. num. 22.*

IV.

Præſtat habere parum quàm nihil, in ſtabulo aſinum quàm ſtabulum vacuum. *Brunnem. ad l. 6. C. de omni agro deſerto.*

CAP. XIII.

Nobilitas, Nobilis.

Axioma I.

Nobilis patria redundat filiis ad gloriam, *l. ſi quis 3. C. de natur. liber.* Unde Ulpian. *in l. 1. in princ. ff. de cenſib.* de ſe gloriatur ſe nobili ortum eſſe patria, quamvis Raymund. dixerit illum fuiſſe ruſticum, licet ſcientia nobilem; quem tamen defendit Bart. & concludit eum fuiſſe utraque qualitate nobilem *in l. excuſantur. §. fin. de excuſat. tut.* vid. Lud. Gomez. *ad §. item Serviana. n. 27. Inſtit. de action.*

II.

Data paritate nobilium, hi qui sunt in majore civitate, tanquam magis digni, præferri debent illis, qui sunt in minori. *arg. §. interim in Auth. de defens. civit. Nov. 15.* Barbat. *in cap. 1. n. 169. de constit. & consil. 57. præclarè scribitur. vol. 2. per tot. & c. 1. col. fin. de judic. & cap. 1. in pr. de dol. & in c. accedens. l. 2. ut lit. non contest.* Ludovic. Roman. *in repet. l. 4. si vero. §. de viro. ff. solut. matrim. fallent. 14.*

III.

Nobilis à rustico non loco, sed genere distingvitur *l. si prædium 16. C. de præd. minor. optimus. text. in cap. illud 9. cum 2. seqq. dist. 40.* ubi dicitur, quod locus non nobilitet hominem, sed virtus: nam nil paradiso jucundius neque cœlo securius, & tamen extra paradisum homo factus est bonus, in paradiso peccavit, & Angelus de cœlo cecidit, ut intelligamus, non loci dignitate homines nobiliores fieri, sed morum & virtutis honestate: aliàs ut dicit text. *in l. fin. C. de alluv.* multum molestè & ægrè ferrent homines clari, se operam impendisse in agris colendis, si ex hoc deteriores aliis negligentibus facti fuerint, quod ibi negatur, quibus add. &c. *quo jure. 1. dist. 8.* siquidem nobilitas morum ornat, non loci vel generis, *cap. nos. 3. distinct. 40.* ac proinde in collatione beneficiorum non nobilitas generis, sed potius virtutum & vitæ honestas attenditur, *c. pen. extr. de præbend.* cum virtute, non nobilitate loci aut generis quisque sibi gratiam comparet, *c. illud 9. dist. 40.* qua de causa solam etiam virtutem quem nobilem facere, asseruit Abbas *in cap. venerabilis per illum text. de præbend.* cui adde *& cap. nunquam dist. 56.* Modern. Brixiens. *in tract. de nobilit. p. 3. num. 73.* Ubi hæc omnia vera intelligit de Jure Canonico, secus de consvetudine, vigore enim hujus hodiè ad nobilitatem veram tria requiri, virtutes, divitias, & genus, patet *ex l. nobiliores 3. C. de commerc. & mercat. l. 1. ubi* Bart. *C. de dignit.* & latè prosequitur Barbat. *consil. 57. præclarè. col. 2. & 3. & in cap. 1. col. 1. de donat.* vid. Lud. Gomez. *ad §. item Serviana. num. 29. Institut. de act.* Si enim sola virtus nobilitaret, etiam servus virtuosus dicendus esset Nobilis. Bart. *in l. n. 56. C. de dignit.* Pacian. 2. *de probat. c. 26. in addit. lit. d.*

IV.

Nobilitas est dignitas non jure naturali, sed civili constituta, Bart. *in l. 1. num. 40. C. de dignit. quem sequitur* Cacheran. *decis. Pedem. 100. n. 47.* Mantuan. *in dialog. historiolog. class. 5. c. 95. n. 3.* Guid. Papa *decis. Gratianopol. 90.* & Fab. de Anan. *consil. 8. n. 2.* dicens quod nobilitas, ut accidens, à natura non veniat. Vultej. 3. *Consil. Marp. 34. num. 167.* Hanc enim non nostrâ voluntate, sed à principe parari, dixit Lagus *p. 2. cap. 2. n. 2.* Inde & Bart. *in l. 1. C. de dignit.* eam non nativam, sed dativam vocavit, ita ut qui propria autoritate nobilem se facit, cum non sit, crimen falsi incurrat, Joh. Platea *in l. 1. n. 7. vers. item in lata. & ante eum* Bart. *num. 64. C. de dignit. per l. eos 27. §. ult. ff. de fals.* hanc enim potestatem creandi nobiles solus Princeps sibi reservavit. *l. 5. ubi* Bart. *C. de divers. rescript. l. ult. §. viros 2. C. ubi Senator. l. un. C. de his, qui à Princip. vacat. recept. lib. 10. l. penult. in princ. & §. 1. ff. de decur.* Bocer. *de investit. feud. c. 3. num. 156.* adeo quidem, ut ex sola nominatione in literis insignium nobilitas acquisita non dicatur, etiamsi vel Papa, *clem. si summus de sentent. excomm.* vel Princeps aliquem nobilem nominasset. Castrens. *consil. 125. dubitatur primo an comes. n. 8. lib. 2.* Paris. de Puteo *de re milit. lib. 7. cap. 1. n. 13.* ubi verbaliter tantum nobilem eum vocat, qui taliter ab Imperatore reputatur. vid. & Gylmann. 4. 1. *vot. 30. n. 270.*

V.

Nobilis nemo præsumitur, sed qui nobilitatem allegat, eam probare debet. *l. non ignorat 9. ibique* Bald. *C. qui accusar. non poss. gloss. in c. si forte de Elect.* Afflict. *in cap. unic. de pac. tenend.* Arnis. *lib. 2. c. 3. n. 17. gloss. in l. si vero. §. quæ pro rei. ff. qui satisd. cog.* Alvar. *in c. similes adversus. num. 3. de pac. Constant.* Gylmann. 4. 1. *vot. 30. num. 39.*

VI.

Nobilitas à patre recipit formam, à matre autem naturam. *cap. ult. 32. q. 2.* Regn. Sixt. 2. *Consil. Marpurg. 9. n. 24.* qua de causa in ineunda ratione nobilitatis nullam haberi rationem matris, sed patris duntaxat, asserit Cæsar de Grassis *decis. 172. n. 9.* liberosque nasci nobiles ob patrem nobilem, licet mater sit ignobilis, docent Joh. Lup. *in tract. de donat. int. vir. & uxor. §. 32. n. 1.* Alciat. *in l. pronunciatio. §. familiæ de V. S. num. 6.* Franc. Purpurat. *in l. Imperium col. 3. limit. 3. ff. de Jurisdict.* Felin. *in c. novit. n. 2. de judic.* Tiraquell. *in tract. de nobilit. cap. 17. n. 20.* Vult. 3. *Consil. Marpurg. 34. n. 172.* cum ea statim post contractum matrimonium nobilitate viri decoretur. *l. ult. C. de incol. l. mulieres 13. C. de dignit. l. cum te 10. & l. ult. C. de nupt. l. fœminæ. 8. ff. de Senator.* adeò ut amisso etiam viro & in ipso viduo statu manente, ea nihilominus pro nobili reputetur iisdemque privilegiis gaudeat, quæ ob nobilitatem ei competebant. *l. mulieres. ult. C. de incol.* Regn. Sixtin. 2. *Consil. Marp. 9. n. 51. cum seqq.*

VII.

Nobilis quis non desinit appellari, qui ad majorem dignitatem attollitur. *c. constitutis 45. de testib. & attest. c. grandi 2. in pr. de supplend. negl. Prælat. in 6.* licet à majori denominetur. Jas. *in l. Imperium. n. 3. ff. de Jurisd.* quia dignus ad se trahit minus dignum. Gail. *lib. 1. obs. 3. n. 23.* Arnis. *lib. 1. de Majest. cap. 4. n. 1.*

VIII.

Possessiones Nobiles non reddunt, Gylmann. 4. 1. *vot. 30. num. 68.* Ratio, quia res hominibus accedunt, non rebus homines. *l. justissime 44. ff. de ædil. edict.* & persona rem nobilitat, non res personam, Masverius *de tallis. vers.*

verſ. la perſonne. quemadmodum nec locus hominem, ſed homo locum ſanctificat, *c. illud 9. diſtinct. 40.* poſito enim, feuda nobilitare perſonas, quilibet ruſticus dives emendo feudum nobile, nobilis dicendus eſſet. Bald. *in c. 1. de L. Cornel. quem ſeq. Alvarot. n. 6.* imò ſi ex iisdem nobilitas acquireretur, ſequeretur, ut & paupertas quem ignobilem faceret, *l. humilem 7. C. de inceſt. nupt.* conf. tamen Anton. *diſput. feudal. 1. th. 6. B.*

IX.

Antiquitas nobilem non facit, Gylmann. 4. *1. vot. 30. n. 70.* ſed eam ſaltem ornat, illique ſplendorem attribuit, aliàs ſequeretur omnes antiquas familias eſſe nobiles. Hinc Bald. *in cap. ſimiles de pac. tenend.* ait, quemadmodum una hirundo non facit ver; ita non intelligitur de nobili genere, niſi probârit, quòd antiquiùs majores fuerint nobiles. *gloſſ. in cap. ſtemmata de gnd. affinit.* vid. tamen Alvar. Card. Alex. *in cap. ſi miles de Pace Conſtant. num. 2. §. cæteri. verò ibi antiquis temporibus quis dicatur Comes Dux.*

X.

Nobilitas ictu oculi non naſcitur. Pariſ. de Puteo *in cap. Fuit aliàs de redintegr. feud. cap. 4. n. 4.* Jacobin, *in prælud. feud. n. 33. pag. 455.* Nic. Mozz. *in tract. de feud. cap. 2. n. 54.*

XI.

Nobilitati parcendum eſt circa pœnam impoſitam, *cap. qui contra 32. 24. q. 1. c. ult. extr. de pœn.* quamvis enim nobiles cum inferioris conditionis hominibus in eodem ſcelere, eademque pœna digni eſſent, tamen mitius tractari poſſunt & debent. Lipſius 4. *Polit. 4.* Gerhard. *diſputat. Polit. decad. 6. q. 3.* Auget tamen nobilitas delictum, ſi commiſſum ſit contra nobilitatis ſplendorem quid indignum nobilitate, *l. quædam 14. ff. de pœn. l. omne 6. §. qui manus 1. ff. de re milit.* minuit autem, ſi qualitas delicti ex nobilitate incrementum non accipiat, quo caſu quoad pœnam corporalem mitius cum nobilibus, quàm plebejis agendum, quoad pecuniariam verò intenſius plectendi erunt. *l. 2. ut nemo privat. cap. ſi per 28. de conſecrat. diſtinct. 2.* Gail. *lib. 2. obſerv. 110. n. 41.*

XII.

Sicut anima præfertur corpori, *l. ſancimus 21. C. de SS. Eccl. c. cum infirmitas. 12. de pœnitentia.* Sol, Lunæ, *c. ſollicitæ 6. de major. & obed.* aurum plumbo, *cap. duo ſunt 10. diſt. 96.* Ita Nobilitas ſcientiæ, quæ dicitur animi & civilis Nobilitas, præponenda eſt militari, arg. *cap. illud. 9. diſt. 40. cap. venerabilis 37. de præbend.* Ruland. de Commiſſ. *p. 1. lib. 1. cap. 19. n. 2. lit. c.* Nolden. *de ſtat. Nobil. cap. 3. n. 28.* Unde qui virtute nobilitatem meretur, præfertur illi, qui nobilis eſt genere, quia ille revera, hic tantùm præſumptivè nobilis eſt, *l. quòd ſi nolit. 3. §. qui mancipia 21. de ædil. edict.* & quia majori encomio dignum eſt, quod proprio, quàm quod alieno labore & induſtria comparavimus. *l. ſi quid bello 28. ff. de capt. & poſtl.* Et poteſt Imperator uno die plures creare Nobiles, nullum Doctorem, *Perez. C. de Athlet. n. 10. 11.* Quòd autem Nobilitas non minus ſtudiis quàm militiâ acquiri poſſit, probat Perez. *C. de Dignitat. num. 30. 31.* nam apud Romanos non ſaltem ob virtutes militares, ſed etiam civilem adminiſtrationem Equeſtris dignitas dabatur Jure-Conſultis & Senatoribus, Perez. *C. de Equeſtr. Dign. num. 6.* Limita in eo, ubi & generis & virtutis ſplendor concurrunt; tùm enim præferendus eſt ille meritò, qui in genere & ſcientia nobilis dicitur. *vid. omninò de Nobilitate ſcientiæ & generis* Pacium *in analyſ. C. de poſtul. n. 17. & 18.* quamquam id minimè pertineat *ad l. 7. C. de poſtuland.* ubi vetuſtas functionis, uti patet ex oppoſitione vetuſtatis & tyronum, non generis intelligitur.

XIII.

Expedit Reipublicæ, ut ad eam regendam admittantur homines ingenui & Nobiles. Excluduntur ergò ſervi & liberti, Perez. *C. ſi ſerv. aut libert. n. 3.* ſi tamen Nobiles promovendi moribus non diſſimiles ſint Natalium ſuorum ſplendori. Perez. *C. de Dignit. n. 33. 34. & C. de Equeſtr. dignit. n. 6.*

XIV.

Nobilitas cum homine non interit, ſed quæſita à Majoribus ad poſteros transmittitur, deſcendentes ſcil. non ad transverſales vel conſangvineos, non ex materno genere, non ex illegitimo thoro natos, neque ad adoptivos liberos, niſi Reſcripto principis juventur, vel more Regionis, nec capaces feudorum ſunt, niſi pacto inveſtituræ ſint comprehenſi, & cautum, ut ſuccedant. In Hiſpania autem Grandium dignitas Ducalis Comitum ad liberos non tranſit, ſed de novo à Rege impetranda eſt. Perez. *C. de dignit. n. 25. & 29.* Neque Equites naſcuntur, ſed propria virtute fiunt, & à Principe creantur, datis certis Inſignibus. Perez. *C. de Equeſtr. dignitat. n. 9. & 10.*

XV.

Nobilitas non ſaltem reatu, præſertim Crimine læſæ Majeſtatis, ſed & ſordidis artibus amittitur. *l. 6. C. de dignit.* Inter ſordidas artes autem non referenda agricultura. Liberis autem non obſtant intermediæ Majorum ſordes, ſi ipſi nihil egerint, cùm Nobilitatem non tàm à Parentibus, quàm à privatis habeant, *l. 3. de interdict. & relegat.* Neque hoc caſu ad recuperationem Nobilitatis novâ Principis Indulgentiâ indigent, licet contrarium practicetur. Perez. *C. de dignit. num. 71. --- 77.*

XVI.

Nobilis in carceribus non detinetur, ſed liberatur per domum aut civitatem ſub fidejuſſoriâ cautione, *Gramm. deciſ. 53. & deciſ. 28. n. 27. &* idem *Gramm. in Rit. magn. Cur. ſi accuſator aliquis. vot. 34. n. 22. in addit.*

XVII.

Nobilis dicitur tripliciter, primò genere, & eſt ſententia vulgi; ſecundò virtute, & eſt ſententia Philoſophi, cùm virtus ſit animæ ornamentum, *de pœnitent. diſt. 2. cap. illa anima*

Et gratiam comparari virtute, non nobilitate generis, dixit text. *in cap. illud 40. distinct.* & Princeps faciliùs inducitur ad nobilitandum virtuosos. *Claud. in Monar. Franc. pr. part. cap. 17.* Tertiò dicitur nobilis genere & virtute, & hæc est perfecta Nobilitas. *Bald. in l. nobiliores. C. de comm. & mer.* latissimè Tiraquell. *de nobil. cap. 7. fol. 81.*

CAP. XIV.

Nocere, Non nocere. Nocumentum. Damnum.

Axioma I.

Nocere nulli, & peccantem punire, innocentis est officium. *cap. non est 37. 23. q. 5.*

II.

Nocere qui tantum vult, audiendus non est. *cap. penult. extr. qui matrim. accus. poss.* neque enim vel iniquitas unius alteri nocere. *cap. tuæ 10. extr. de eo, qui cognov. consang.* vel officium alicui nocumento esse debet; *cap. cum non 30. de Elect. in 6.* Unde si aliquid nocere possit, licet non noceat, prohiberi debet, *c. nam 4. extr. de constit.* siquidem etiamsi non ab initio nocebat, tractu tamen temporis per consensum sequentem imputatur. *cap. sicut 33. extr. de simon.* Nocens igitur occultè æque pœnæ est obnoxius, ut manifestè nocens, licet dicat postea, joco se fecisse. *cap. 1. extr. de præsumpt.*

III.

Quod nemini nocet & mihi prodest, de facili concedendum. *l. 1. §. Idem ajunt aquam. 11. ff. de aqu. pluv. arc. l. 2. §. item Varus 5. in fin. eod. tit. l. 2. ibi nec cogitur. ff. solut. matrimon.* Bart. *in l. 1. C. de metat. lib. 11. l. non modus. C. de servit. & in l. quo minus. ff. de fluminib.*

CAP. XV.

Nolle, Noluisse.

Axioma I.

Nolle is nequit, qui velle contrarium non potest. *l. 110. ff. de condit. & demonstrat.* sed is demum nolle dicitur, qui contrarium potest *l. 17. §. 7. ff. de ædil. edict.* Gothofred. *ad l. 3. in not. de Regul. Jur.* Carpzov. *Part. 4. Constitut. 27. Definit. 1. num. 12.*

II.

Is noluisse creditur, qui id non facit. *l. un. §. 11. vers. sin autem ad deficientis. Cod. de caduc. toll.* Pacian. *1. consil. 15. num. 11.* Unde & testatorem, quod non expressit illud, noluisse dicitur *in l. commodissimè 10. ff. de liber. & posth.* Jas. *cons. 228. in isto themate. col. 3. vers. secundò pro eadem. vol. 2.* Pacian. *1. consil. 129. n. 15.*

III.

Noluisse credendus est, qui non supplevit cum potuit. *cap. incorporalia 2. vers. unde si circa extr. de translat. prælat. c. ad audientiam 12. extr. de decimis.* Alex. *consil. 5. n. 5. vers. si enim voluisset. lib. 3. & consil. 74. n. 7. l. 1.* Tiber. Decian. *responsa. 2. n. 44. vol. 2.* Joh. Gœdd. 3. *Consil. Marp. 27. num. 64.*

IV.

Non nolle intermedium est, inter nolle & velle. *l. 3. ff. de R. I.* ubi Franc. Duar. Francus, Petr. Faber, Cujac. 15. *observ. 23.* Joh. Robert. *lib. 1. animadv. cap. 3.* Gœdd. *ad l. 13. ff. de V. S. n. 5.*

CAP. XVI.

Nomen.

Axioma I.

De nominibus & vocabulis non sunt movendæ inutiles disputationes, *gloss. in rubr. ff. solut. matrim.* Jason. *in l. sic itaque. Institut. de act.* sed disputatio nominum relinquenda est pertinacibus. Felin. *in cap. quanto. in princip. de præsumpt. &* Alex. *in l. 1. §. Lex Falcid. col. 2. vers. puto doctrinam. ff. ad L. Falcid.* Bald. *in cap. ex parte M. col. penult. de appellat.* ubi ait, quod acumina verborum relinquenda Grammaticis pertinacibus, sensus verò sapientibus: quod dictum sequitur & Georg. Natr. *in repet. clem. sæpè in princ. col. 12. de V. S.* illudque restringit Ludovic. Gomez. *ad §. sic itaque. Instit. de act. num. 17.* ad illos Neotericos Grammaticos, quos tanquam exosos & inutiles Reipubl. Plato *lib. 2.* procul expellendos censuit, de quibus etiam Div. Augustin. *lib. 2. de civit. DEI* disserit, quod sæpiùs & frustra circa inanem verborum corticem se torqueant, cum sensum potius attendere debuissent. Unde & id, quod traditur *in l. sciré. ff. de LL.* tanquam pro regula prudentibus datum esse, dixit Hyppolit. *in tract. pag. 2. de vulg. substit.* & ideò evenit, quòd Imperatores aliquando juxta Bald. *in cap. 1. §. quia vidimus. col. 6. qui feud. dar. posse.* grosse loquantur, quod reassumit & Andreas Sicul. *in repet. rubr. C. qui admitt. col. 9.* proindè excusari possunt ætatis nostræ Juris-Consulti, si lingvæ Latinæ normam prætereunt, cum permissum nobis videatur eo modo loqui, ut lex loquitur, sive propriè, sive impropriè, ut notabiliter ait Bald. *in l. 1. C. unde liber.* vid. & Cicer. *lib. 1. de Leg.*

II.

Nomina pulchra maximè sunt procuranda, adeò ut si venderentur, maximo emi deberent pretio. Joh. Andr. *in c. gravis 1. extr. de depositi. & cap. cum secundum 16. de præbend.* Felin. post Abb. *in prœm. decretal. Gregorius colum. 7. vers. subdunt tamen hîc Doctores.* Abb. *in cap. 1. circ. ult. colum. de judic.* cum magnum & pulchrum sit laudabile nomen habere. Cyn. *in l. cunctos populos. not. 2. C. de Summ. Trinitat.* Differentia namque nominum multum attendenda. *Jas. in §. sic itaque. Instit. de act. verb. appellamus.* Bald. *in l. si ideò. C. de Codicill. & in l. hac consultissima. col. 1. cum seqq. in prin. C. de testam.* Unde Platina in vita Sergii refert, in Creatione Pontificum ideò mutari nomen, ac Sergium, qui

antea

antea os porci vocabatur, edicto causam dedisse, siquidem ut vulgo dicitur:

Nomina sunt omen, venturi præscius Idmon
Fertur & Hyppolitus dilaceratus equis.

cum soleant plerumque rebus esse consentanea, sic turpe nomen Belial malam inducere suspicionem. text. est *in d. c. gravis extr. de depos.* de quo post Ripam *in Consil. Argent. consil. 59. vers. n. 45. vol. 1.* adeò ut in materia inquisitionis, quando plures capti essent, ac dubium à quo quæstio prius inchoanda sit, cessantibus aliis indiciis, ab illo benè inchoari possit, qui turpe nomen habet, ut not. Gerard. de Petr. Sancta *in singular. notab. 75. incip. magnum & pulchrum.* & Francisc. Brun. *in tractat. de indic. & tortur. col. 2. pag. 10.* Ludovic. Gomez, qui pluribus exemplis hoc demonstrat *in d. §. sic itaque. Inst. de act. n. 7.* non officit dictum illud gloss. *in Authb. de privilegiis dot. vers. imposuerint.* ubi colligit, quod parum sit habere nomen, nisi factum concurrat, quam sequitur & Bald. *in l. fin. col. 3. vers. sequitur videre. C. unde legitimi.* atque sic nominis impositionem nihil facere, per ea, quæ tradit Jason. *in l. id quod apud hostes 9. per illum text. col. pen. ff. de legat. I.* Responderi potest, illud procedere in nomine inefficaci totaliter, vel in nomine malo, secus in bono, vel quando de nomine nullum indicium est: quemadmodum enim aliquando turpe nomen est dedecus, cum plerumque ex maleficiis assumatur. *l. damnato 6. C. de hæretic.* ita bonum nomen est gloria & præmium habenti, & multum juvat. *l. 1. ibique gloss. C. de Summa Trinitat.* Abb. *in d. proœm. col. 2. n. 7.* licet interim nominis honestas criminis malitiam inde non palliet, *cap. in tantum 36. extr. de simon.* cum nomen aliquando propter facti detestationem depravetur. *cap. multis. 5. dist. 17.*

III.

Nominis ubi conformitas, ibi præsumitur corporis vel rei identitas. Bald. *in consil. 70. cum apparet de condemnatione P. G. vol. 4.* Alex. *consil. 88. quoniam omne dictum. n. 27. vers. præterea unitas vol. 5.* Pacian. 1. *consil. 8. n. 37.* Corn. *consil. 188. n. 4. vol. 1.* debet enim esse conveniens & consequens rei. §. *hoc autem 5. vers. sed quia sane commodius. I. quib. mod. test. inform. §. est & aliud 3. Instit. de donat. l. 7. C. de Codicill. cap. cum secundum 16. de præbend.* Anonym. apud Besold. 1. *consil. 19. n. 27.* Wesembec. 1. *consil. 34. n. 55.* maximè quando qualitates concurrunt. Bertazol. 1. *consil. 1. n. 33.* Pacian. 1. *consil. 8. n. 37.* qua de causa Nomina dicuntur rerum notæ, Scaliger 13. *de caus. LL. cap. 136.* à quarum usu provehi solemus in rei perceptionem, Scalig. 1. *sect. 2.* inserviunt enim certitudini personarum & rerum, §. *siquidem in nomine 29. Institut. de legat. in fin.* ut numerus quantitatis certitudini. *l. 74. de V. O. l. 75. §. 1. de legat. 1.* Gœdd. 3. *Consil. Marpurg. 27. vol. 3. n. 56.* Et nomina imponuntur secundum originalem rationem Bald. *in l. humanit. num. 2. C. de impub. substit.* Wesemb. 1. *consil. 34. n. 56.* & argumentum à vi nominis dicitur probabile, & frequens Everhard. *in loco ab Etymolog. num. 1.* & nomina appellativa in antiquis attendenda esse tradit Wesemb. 1. *consil. 13. n. 32. & consil. 24. n. 54. per text. in d. §. 3. Instit. de donat. l. penult. ff. de reg. dub.* Ubi ergo à contrario nominis est diversitas, ibi etiam res diversa censetur. *l. si idem 7. C. de Codicill.* Alex. *cons. 96. n. 6. vol. 5.*

IV.

De Nomine frustra disputatur, ubi qualitas certa esse reperitur. Bald. *in l. si quis in fundi vocabulo 4. ibique* Alex. *ff. de legat. 1.* Cui enim nomen tribuitur effectus quoque nominis assignari debet. *l. 2. §. appellata 2. ff. de reb. cred.* Bald. *in consil. 328. quæritur si Rex Romanorum, num. 6. vers. utrum vocatur. vol. 1.* Pacian. 1. *consil. 49. num. 22.* è contrario nomine qui caret, & fructu nominis carere debet, *l. à nullo 4. C. de fer.* cum N. Everhardo juniore 1. *consil. 41. n. 32.* Höpping. *de insign. cap. 22. n. 227.* Unde etiam nec error vel discordia in nomine dicta testium vitiare dicuntur, dummodo re ipsa puta circa confines conveniant. *l. in venditionibus 9. §. 1. vers. nihil. ff. de contr. emt.* Gylmann. *part. 1. tom. 2. pot. 1. n. 68.* ad certificandum tamen hominem sufficit dicere nomen proprium, nisi plures ejusdem nominis adsint. Bart. *in l. si in rem ff. de rei vindic.* quod locum habet, quando nomen, per quod persona demonstratur, est singulare, aut saltem rarius frequentatum, secus ubi nomen est commune, & undique passim usitatum; hoc enim casu ad declarandam personam sola nominis proprii expressio non sufficeret. Cyn. Bald. Corn. *in l. hac consultissima. C. qui testam. fac. poss.* Alex. *in l. 1. de liber. & posthum.* Pacian. 1. *consil. 8. n. 89.*

V.

Nomen cui non convenit, nec ejus dispositio convenire potest, arg. *l. 4. §. toties 6. ff. de damno infect.* Everard. *in cap. plerumque. de donat. inter vir. & uxor. & in peculiari consilio, allegatus* à Georg. Mohr. *in tract. de divort. part. 2. cap. 8. num. 17.*

VI.

Nomina sunt indita ad placitum, quibus unus ab altero facile dignosci potest. *cap. ad recognoscendos 10. C. de ingen. & manumiss. §. siquidem in nomine 29. Instit. de legat.* Carpzov. *P. 2. quæst. crimin. 93. n. 33.*

VII.

Nominibus propriis quæ differunt, ipsa re differunt. *l. 66. ff. de V. S. l. mercis 207. ff. eod. l. 7. ibi* Bart. & Salicet. Jas. *C. de jur. Codicill.* Quorsum enim opus esset propriis nominibus res distingvere, si nihil inter se differrent. *l. quod in rerum natura 24. §. 2. ff. de legat. 1.*

Limita: nisi potius sint synonyma, quam vera rerum nomina, prout declarat Bart. *in d. l. 7.* vel quando in attributione, vel homonymia peccatur: item si nomina sint hominum arbitrio non ex usu rerum imposita. *l. 4. ff. de legat. 1. l. vinaria 206. l. urbana 166. cum seq. ff. de V. S.* Gœdd. *in Comment. ad l. 67. n. 7. de V. S.*

IIX.

IIX.

Nominum collectivorum ea est natura, ut non singulis totum, sicut fit in distributivis, sed tantùm pro parte tribuant. *l. si pluribus 44. in pr. ff. de legat. 2.* Bart. Bald. Angel. *in l. hoc articulo. de hered. Instit.* Bart. *in l. Moschis. de jurisd.* Corn. *consil. 237. n. 3. per l. non distinguemus 32. §. cum in plures 13. ff. de recept. arbitr.* Unde quando plures collectivè vocantur cum aliis nominatim vel distributivè positis, tunc collectivè vocati cum aliis nominatim positis, non capiunt æquales partes, neque in capita cum reliquis succedunt; sed omnes in unum collecti tantùm unam partem simul capiunt, quantum reliqui omnes singuli text. expressi, ubi Dd. Bart. Castr. Imol. Jas. *in l. si pater. 9. ff. de vulg. substit. l. si quis 8. de usufruct. accresc. l. planè 34. in pr. l. hujusmodi. §. si Titio. de legat. 1. l. fin.* ubi Bart. Salic. Jas. Coras. *C. de impub. substit. l. 2. de dot. præleg.* Jason. *in l. & suum 8. §. hodiè tamen. n. 13. de pact.* quia omnes collectivè vocati unam tantùm personam repræsentant. *d. l. planè in pr. de legat. 1.* meritò ergò unam tantùm partem simul accipiunt, qualem reliqui omnes singuli. Jas. *in l. si pater. in pr. ff. de vulg. & pupill. substit. & in l. fin. pr. C. de impub. substit.*

IX.

Ea, quæ ad varium usum sunt apta, ex eo nomen specialius recipiunt, cui voluntate ac destinatione patrisfamilias adhibentur: cessante enim usu ac destinatione cessat etiam nomen. *l. quod in rerum 24. §. quod si post 3. vers. cum nostra destinatione. ff. de legat. 1. junct. l. eos terminos 12. ff. fin. regund. l. locus 60. l. urbana 198. cum l. seq. l. 103. ff. de V. S.* Licet enim nomina rebus à principio imposita sint, ut videantur quasi cum rebus ipsis nata, neque ignorantia, neque opinione falsa mutentur, quia immutabilia. *l. 4. in pr. vers. rerum. ff. de legat. 1.* attamen quæ ex cujusque arbitrio vel patrisfamilias vario usu assumuntur vel imponuntur, unà cum ejus arbitrio atque diverso à priore usu facilimè mutantur: quia hominum vocabula ac nomina sunt, quæ mutationi & alterationi subjiciuntur. *d. l. 24. §. si quis. post l. legat. 65. ff. de legat. 3.* Ideoque consultum est, ut in his & similibus rebus præsens patrisfamilias usus & consvetus mos observetur, & ex eo aliisque adminiculis judicium, voluntas & sententia exquiratur. Forner. *ad l. 206. de V. S. per l. qui filium 64. l. quæsitum. 78. ff. de legat. 3. quibus add. & l. semper in obscuris 9. l. semper in stipulationibus 34. de R. I. & l. 166. de verbor. signif. l. 4. ff. de fund. instruct.*

X.

Sola nominatio nihil juris tribuit. *l. Gajus Sejus 12. de jure patron. l. ad cognoscendos 10. C. de ingen. & manumiss. cap. sicut 28. extr. de Elect.* professio enim & nominatio sola non præjudicat veritati. *l. neque professio. 5. & ibi gloss. C. de testam.* Unde etiam nominatio maleficorum sola non sufficit ad condemnationem: quia sæpè innocentes falsò de crimine deferuntur & nominantur. *cap. ult in fin. 3. quæst. 6.* neque nominatus in instrumento obligatur, si se non subscripserit. *l. si quidem in nomine 29. Instituts. de legat.* ubi tamen distingve inter rei constitutionem & constitutæ probationem. text. elegans *in l. Publia. 26. §. ult. ff. deposit.* licet enim nominatio jus quidem non inducat, inductum tamen nihilominus probat. *l. 29. C. de probat. & l. 13. C. eod.* Hinc licet nominatio consangvinitatem non probet, *d. l. neque professio 9. C. de testam. gloss. in cap. per tuas de probat.* Decian. *consil. 40. num. 6. volum. 5.* Menoch. *arbr. quæst. cas. 89. num. 77.* Paris. *consil. 101. num. 15. vol. 6.* Roland. à Valle *consil. 90. num. 15. vol. 6.* cum ea ortum videatur habere à natura, atque ita ex sola nominatione non oriri. Bald. *in l. non epistolis. C. de probat.* Mascard. *conclus. 69. num. 9. vol. 1.* Wesembec. 1. *consil. 13. num. 47.* Decianus *in cap. per tuas. de probat.* operatur tamen quandam præsumptionem, *juxta gloss. in d. l. neque. C. de testam.* Cyn. & Bald. *in d. l. epistolis.* adeò ut ex reiteratione probatio plena inde resultet. Paris. *consil. 10. num. 56. & consil. 13. num. 6. volum. 2.* Decianus *consil. 1. num. 111. volum. 3.* Menoch. *consil. 734. num. 6. vol. 8.* maximè si nominatus in nominationem talem consensisset. Felin. post Aretin. *l. per tuas.* Gozad. *consil. 12. n. 18.* Bero. *consil. 108. num. 6. vol. 2.* Paris. *d. consil. 10. num. 49.*

XI.

Sæpè rebus mutatis nomina tamen vetera observantur, exemplo (1.) condictionis. *§. appellamus 15. in fin. Institut. de act.* (2.) actionum perpetuarum. (3.) quartæ legitimæ. (4.) sponsaliorum, de quibus Cujac. *in par. ff. de spons.*

XII.

Nomine suo quod alicui non licet, nec alieno licebit. *cap. quod alicui 67. de Regulis Juris in 6.*

XIII.

Nominis interpretatio vel definitio diligenter est advertenda. *cap. Clericus, qui 1. 12. qu. 1. cap. placuit 16. 1. q. 1.*

XIV.

Nominum diversitas non mutat rei substantiam. *cap. excommunicamus 13. extr. de hæretic.* nec nominis mutatio contractum aut ejus substantiam. *cap. in tantum 36. extr. de simon.* & fraudem facit prohibitus aliquod officium exercere, qui mutato nomine aliove colore illud ambit & acceptat. *l. 1. in fin. C. de Privil. Schol. l. 29. 30. de LL.*

CAP. XVII.

Non esse.

Axioma 1.

Non sequitur hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. *l. neque natales 10. C. de probat.* Vult. *t. Consil. Marp. 30. n. 14.*

II.

II.

NON entis nullæ sunt qualitates *l. ejus qui in provincia 41. vers. quoniam ff. si certum petat. l. 4. §. condemnatum 6. ff. de re judic. l. 2. de usufruct. l. Pomponius 13. §. fin. de acquir. posses. l. si servum. 4. §. fin. ff. de action. emti. l. nec ullam 13. §. si quis absentis 12. ff. de petit. hered. l. 1. ff. de hæred. vend. cap. bonæ 33. de elect. c. ad dissolvendum 13. de desponsat. impub.* Tiraquell. *de jure primogen. quæst. 55. n. 10. & in tract. cessante causa. part. 1. num. 212.* Ant. Gomez. *var. tom. 1. cap. 1. num. 9. & cap. 10. n. 43. & l. 17. Tauri num. 19. vers. primo.* latè Remig. *in tract. de immunit. ampl. 20. num. 5. cum seqq.* Thomas de Thomasset *in floribus legum, reg. 202.* Gutier. *pract. lib. 3. quæst. 15. n. 10.* Surd. *decis. 316. n. 6. & consil. 61. n. 57. & consil. 246. n. 15.* Brunor. à Sole *in locis communibus verb. qualitas 9.* Escob. *de ratioc. c. 15. n. 17. & cap. 19. n. 26.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. Q. concl. 6.* Hieron. Fernandez de Ottero *in interpr. c. gratum. n. 27. de officio deleg.* Anton. Monach. *Florent. decis. 56. num. 5.* Cevall. *commun. contra commun. tom. 4. quæst. 905. num. 80.* Cald. Pereira *quæst. forens. consil. 15. n. 50.* Joseph. Sesse *Aragon. decis. 188. num. 14. & 24.* Cæsar Argel. *de contradict. legit. q. 4. num. 13.* Marian. Anton. *var. lib. 1. resol. 26. n. 4. & lib. 3. resol. 48. n. 18.* Rot. *decis. 228. num. 1. apud Farin. p. 2. recent.* Camill. Gallin. *de verb. signif. lib. 1. cap. 1. n. 7. & lib. 9. c. 7. n. 12.* Steph. Grat. *discept. forens. tom. 4. c. 767. n. 7. & 34. & c. 796. n. 18.* Robles *de repræs. lib. 2. c. 2. n. 22.* Narbona *l. 10. gloss. 5. n. 15. tit. 6. lib. 1. Recopil.* Didac. de Narbona *frater de ætate ann. decimo cum dimidio. quæst. 10. n. 39.* (ita nec per ullam quidem legem fieri potest, ut qui nulla bona in civitate reliquit, heredem habeat. *l. lex Cornelia. 28. in fin. de Vulg. & pupill. substit.* Ant. Fab. *in rat. dub. ad l. 50. de hered. petit. pag. 349.* Paris. *consil. 25. n. 8. vol. 1. consil. 3. n. 5. vol. 4.* Menoch. *consil. 76. n. 5.* Roland. à Valle *consil. 58. n. 7. vol. 3.* Non entium enim nullæ sunt causæ, Bart. *in l. actor. n. 7. vers. negativa enim nil aliud est. col. 1. C. de probat. & in l. 2. in lect. antiq. ff. eod. & in l. cum mulier. n. 30. vers. secunda, quia negativa. ff. solut. matrim.* Ripa *in l. in illa stipulatione. n. 11. vers. circa materiam. col. 4. ff. de V. O. &* Abb. *in c. quoniam contra. in princ. extr. de probat.* Pacian. 1. *de probat. c. 16. n. 20.* nec habent ea genus & differentias. Bald. *in d. l. actor. n. 17. vers. hic ergo sciendum. col. 2. &* Butrig. *ibid. vers. quæro quid velit.* Pacian. 1. *de probat. cap. 14. n. 2.* nec in sensum cadere, multo minus probari possunt. Pacian. 1. *de probat. c. 37. n. 2. & 3.* siquidem quod in rerum natura non est, nec erit futurum, id ut sit, nulla pactione effici potest. Dd. *ad l. 1. ff. de acquir. dom.* Gœdd. *ad l. 5. de V. S. n. 11.*)

III.

NON ENTIS, & non apparentis idem est judicium, & paria sunt, rem non esse, & non apparere. *l. duo sunt Titii 30. ff. de testam. tutel. l. in lege 77. ff. de contr. emt. l. 2. de his, quæ pro non script. hab. l. cum res 47. §. itaq. 2. ff. de leg. 1.* Surd. *decis. 149. n. 2. & decis. 306. n. 13. & consil. 245. n. 13. & consil. 377. num. 23.* Rota *decis. 167. n. 35. apud Farinac. p. 1. recent.* Camill. Gallin. *de verb. signif. lib. 4. c. 13. n. 13.* Joh. Ant. Mangil. *de imput. q. 82. num. 8.* (Gail. *lib. 1. obs. 105. n. 14.* Cacheran. *decis. Pedem. 129. n. 9.* Vivius *decis. 34. n. 1.* Wesemb. *in paratit. de reb. dub. in fin.*)

IV.

NON ESSE, & non posse probari, paria sunt. *l. duo sunt Titii 30. de testam. tut. l. in lege 77. de contrab. emt.* Wesemb. *parat. ff. de probat. n. 1. vers. nam quæ probari.* Surd. *decis. 149. n. 2.* Et paria sunt non esse, vel reperiri non posse. *l. cùm unus 12. §. fin. ff. de bonis auct. Judic. possid.* Bald. per text. *ibi in l. cùm ita. §. species ff. de legat. 2.*

V.

NON ESSE, vel esse nullum, paria sunt. *d. l. duo sunt Titii, l. non putavit 8. §. non quævis 2. ff. de bonor. possess. contra tab.* Surd. *decis. 51. num. 14. & decis. 22. n. 2.* Flamin. Paris. *de resignat. lib. 8. q. 8. n. 34. cum seqq.* Cald. Pereira *de potest. eligendi, cap. 5. n. 8.* Farin. *in praxi crimin. part. 1. quæst. 15. n. 45. cum seqq. & p. 4. consil. 60. num. 90. & p. 5. quæst. 115. num. 128.* Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 126. n. 9.* Giurba *ad consvet. Messanen. p. 1. c. 10. gloss. 6. n. 29. cum seqq.*

VI.

NON-ESSE, vel esse, & non admitti, paria sunt, Joh. Anton. Mangil. *de imput. q. 87. n. 3.*

VII.

NON FIERI, vel non sortiri effectum, paria sunt. *l. 11. §. nihil. 7. ff. de interrog. action. l. si quis sub conditione 11. ff. de testam. tut. l. ex consensu 23. §. 1. ff. de appell.* Surd. *consil. 3. n. 29. & consil. 245. n. 14. & consil. 359. num. 10. & consil. 389. n. 46.* Mar. Giurba *in consvet. Messan. p. 1. c. 10. gloss. 6. n. 31. vid. infr. lit. P. cap. Paria.*

IIX.

IIX.

NON FIERI, vel ita fieri, ut factum non duret, paria sunt. *l. si pro parte 10. §. versum 5. ff. de in rem verso.* Ant. Morel. *Bononiens. decis. 40. punct. 7. num. 18.* Surd. *consil. 190. n. 9. & consil. 245. n. 14.*

CAP. XIIX.
De Non-usu.

Axioma I.

Quæcunque in facto consistunt, ea non-utendo non amittuntur, quia illa ante factum non sunt in rerum naturâ, nec dies illorum anteà cessit, ergò non poterunt non-utendo amitti. Exemplum est in operis servorum & in servitute habitationis. *Conf. Brunnem. ad l. 10. pr. ff. de usu & habit.*

II.

Quoties quis jure reali decennio seu vicennio non usus, cùm uti potuisset, toties illud amittitur.

Ratio consistit partim in negligentiâ, partim quia tanto tempore acquiritur jus reale, tantò ergò etiam debet amitti juxta *l. 35. ff. de R. J.* ita privilegium intuitu rei datum non-usu decem annorum extingvitur. Mev. *P. 2. Decis. 11. Carpz. P. 2 Const. 3. Defin. 23.* ita servitus per non-usum decennii inter præsentes, inter absentes verò vicennii finitur. *l. 13. seqq. C. de Servit. & aqu. l. 8. quemadm. serv. amitt.*

Limita: nisi usus Juris alternis, ternis aut quaternis annis tantùm concessus, sic enim decennium duplicatur, &c. *l. fin. pr. C. de servit. l. 7. quemadm. serv. amitt.*

CAP. XIX.
Nostra.

Axioma I.

NOSTRA omnia facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur. *l. 1. §. 6. vers. omnia. C. de veteri jure enucl.* gloss. *verb. consule, in §. plebiscitum. Instit. de jure naturali.* [unde Imperator Justinianus Digestorum libros suos vocat *l. ult. C. de testament.*] Ant. Gomez. *l. 40. Tauri. n. 89. vers. tertio. & l. 48. n. 3.* Rebuff. *in praxi benefic. part. 1. tit. de infirmis. gloss. 2. n. 3. pag. mihi 204.* Alex. *consil. 123. Scripsit. n. 17. lib. 4.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. N. concl. 105. n. 63.* Surd. *consil. 301. n. 44. & 47.* Melch. Phœb. *Lusitan. decis. 28. n. 12. tom. 1.*

II.

NOSTRUM quod semel est, amplius nostrum effici non potest. [*l. non ut ex pluribus 15. ff. de R. I. l. 3. §. ex pluribus 4. ff. de acquir. poss. l. an ead. 14. §. 1. ff. de except. rei judic.* Duen. *reg. 211.* Ludov. Gomez. *ad §. sic itaque. Instit. de act. n. 9. comm. Dd. Coras. ib. num. 4. & Ursil. n. 4.* Vult. *Consil. Marpurg. consil. 35. vol. 3. num. 204.*] Menoch. *consil. 265. num. 5.* Et nostrum non potest à nobis sine facto nostro auferri, [*l. id quod nostrum est 11. ff. de R. I. c. ab eo 31. de elect. in 6.* Herm. Vult. 2. *Consil. Marpurg. 25. n. 59.*] idem Menoch. *consil. 161. num. 19. & consil. 296. num. 10. & consil. 477. n. 7.* Melch. Phœbos, *ubi suprà.*

CAP. XX.
Notabile.

Axioma I.

Notabilia quæ sunt, specialiter significari solent, ne videantur neglecta, *l. item 15. §. 26. ff. de injur. l. 1. §. dixerit. 2. ff. de publican. l. 3. §. 1. vers. nisi. ff. naut. caupon. stabul. c. quamvis 38. de præbendis in 6.* Menoch. *adipiscend. possess. remed. 4. num. 834.* Dec. *consil. 272.* Ancharan. *consil. 215. n. 4.* Coler. *de process. executiv. in præfat. n. 6.* Dn. D. Bitschius *in Comment. ad cap. 35. F. 2. notab. 3.* Quæ enim speciali nota & expressione digna sunt, ea in specie & nominatim exprimi debent. *l. eos 3. C. de aquæduct.* Afflict. *decis. 111. n. 9.* Alex. *consil. 104. in fin. lib. 1.* Cravett. *consil. 880. n. 19.* Unde & ea, quæ magni sunt momenti, speciali notâ digna esse, *ex c. fin. de præbend. c. cum Clerici 19. de V. S.* referunt Cravett. *consil. 895. n. 21.* Regner. Sixtin. 2. *Consil. Marp. 9. n. 87.* cum, quæ notabiliter fiunt, pro neglectis haberi non deceat. Neviz. *in sylv. nupt. lib. 4. n. 269.* quia diurna. *Novell. 82. c. 3. Dd. in l. non minor. in fin. C. de transact.* ac diuturna, Jason. *in l. judice. ff. de judic. n. 2.* proinde observatione diligentiore sunt perneccessaria. Ulp. *lib. 35. ad edict. l. 1. de suspect. tut.* cum & insuper frequentia. Dec. *in tract. crimin. part. 2. lib. 4. cap. 1. num. 4.* Guilhelm. Bœckel. *de publ. judic. in præloquio.* Hippol. de Marsil. *ad L. Cornel. de Sicar.* Arius Pinellus *ad l. 1. part. 3. n. 40. C. de bon. matern.*

CAP. XXI.
Notariatus, Notarius.

Axioma I.

Notariatus ars est bona & honesta, *arg. Nov. 8. c. 8. vers. quis enim non diligat Eccles. 10.* non vilis & infamis, sed nobilis. Guilhelm. Rovill. *lib. 3. de justit. & jur. cap. 4. num. 4.* Chassan. *in Catalog. glor. mund. part. 7. consider. 50. & part. 11. consid. 11.* Et nobilem honestumque virum exercere convenit, Menoch. *consil. 552. per tot. lib. 6.* Cephal. *consil. 238. num. 20.* Unde & illegitimi & infames à tali munere repellantur. Reichs-Abschied / *de Anno 1612. §.* Erstlich ord-

ordnen. Denais *in jur. Camer. tit. 96. §. 1.* Ruin. *consil. 35. num. 14. vol. 4.* Unde, licet pleriqve officium Notarii vile esse contendant, Viv. *in tract. comm. opin. lit. N. verb. Notarius.* Guid. Papæ. *de eis. 90.* Id tamen limitant, nisi in Curia vel Principis Consistorio tale officium exerceant. Martin. Laudens. *tract. de offic. qvæst. 119.* Barbat. *de Præstant. Card. qvæst. 1. num. 40. p. 1.* Bertr. *consil. 60. num. 3. vol. 7.* vid latè Honthem. 1. *de arte Notar. cap. 14. num. 6.* licet enim *in l. 2. ff. rem pupill. salv. for.* servus publicus vocetur: Interim tamen conditione servus non est. C. I. A. *de fide instr. th. 4.* cum tale ad officium non servus, sed homo liber reqviratur. *l. generali. 3. C. de tabular.* qvapropter si à serviendo servos eos dixeris, non aberraveris, cum implorantibus in facultate sua, mediante salario, omnibus serviant. gloss. *in l. libertas 4. in verb. servare. ff. de stat. hom.* Joh. Andr. *in cap. sicut. ne Cleric. vel Monach. secul. negot.* Imò servi poterant esse Tabelliones *l. 2. C. d. adopt.* posteà tamen titulô Clarissimatûs dignabantur. *Nov. 94. Perez. C. de Decurion. num. 62.* & Notarius principis Nobilis censetur *l. 12. C. de Excus. mun. & Brunnem. C. eod. p. 901. col. 1.* hinc infamis non potest esse Notarius. *Brunnem. ad l. un. C. de infam. ad l. 12. C. de suscept.*

II.

Officium Notariorum est publicum & inviti cogi possunt ad instrumentum conficiendum. *Brunnem. ad l. 1. C. de Tabular. ordin. Imper. de anno 1512. §.* es ist auch ein *Notarius. &c. Befold. voc. Notarien.* Et contra denegantes decernuntur mandata cum Clausulâ. *Mindan. de Mandat. Lib. 2. cap. 53. §. 4. n. 15. 16.*

Limita: nisi negotium, super qvô instrumentum conficere debent, sit illicitum, aut nisi Notarii sint Doctores, Clerici, Monachi aut Decuriones, *dict. ordin. Imper. d. l. in fin.*

III.

Instrumenta & Acta à putativo Notario gesta valent *l. 3. de offic. præt. Treutl. Vol. 2. Disp. 5. th. 3.*

Declara: si in personâ creatâ sit vitium, non in creante, e. g. si princeps vel Comes Palatinus inhabilem creaverit. Si autem qvis nunqvam fuit Notarius creatus, vel à non habente potestatem creandi, instrumenta ejus fidem non merentur. *Brunnem. ad l. fin. C. de Tabul.*

IV.

Notarius unius loci non potest conficere instrumentum alterius loci, nisi ibi Notarius non reperiatur, vel sit Notarius Cæsareus vel Papalis. *Perez. C. de Numerar. n. 15.*

V.

Notarius qvi conficit falsum Instrumentum non potest ampliùs Notariatûs officio fungi. *Brunnem. ad l. 1. C. de Immun. nem. conced. §. 2. & ad. l. 12. C. de Suscептor.* & tormentis subjicitur, nisi anteà Decurio fuerit. *Perez. C. de Tabular. n. 8.* imò etiamsi Decurio fuerit, torqvetur *l. 2. C. de Tabular.* Hinc & si Doctor Juris Notarium agat non attentâ Doctoratûs dignitate, ob falsum torqvetur. *Brunnem. ad l. 2. C. de Tabular.* & in exilium mittitur ob confectum illicitum contractum. *l. 14. §. 3. C. de S. S. Eccles.* interdum ipsi manus amputatur *cap. 1. de prohib. feud. alien.* Nec eum ignorantia Statuorum excusat. Si tamen ex errore deliqvit, mitiùs punitur. *Perez. C. ut nemo ad suum patrocin. n. 45.* Instrumenta tamen præterita ab eodem falsario confecta non præsumuntur falsa. *Perez. C. de Tabular. n. 9.*

VI.

Notarius potest per alium facere scribi instrumentum & ipsi subscribere, & valet. *Afflict. decis. 6. num. 6.* Bart. *in l. divus. §. item senatus n. 3. ff. de fals.*

VII.

Notarius nemo esse præsumitur nisi probetur, Cravett. 72. *per tot.* ut enim instrumentum ab ipso confectum subsistat, probari debet qvem esse Notarium. Specul. *de instrum. edit. §. restat. Dd. in cap. 1. de fide instrument.* Cravett. *d. cons. 72. & cons. 122. num. 16.* Roland. à Valle *cons. 32. num. 3. & seq. vol. 2.* eamqve sententiam communibus Dd. suffragiis receptam esse testatur Alciat. *de præsumpt. reg. 13.* & qvod non sufficiat aliqvem haberi pro Notario, sed revera probari id debeat; similiter à Dd. communiter tradi asserit Jason. *in l. Barbarius. ff. de offic. Prætor. n. 48.* Unde & Notarius qvod facit non præsumitur proprio motu & autoritate, sed ex voluntate alterius, qvi eum actui adhibuit, facere. Bald. *in l. errore. col. 1. C. de testib.* Salicet. & Paul. de Castr. *in l. qvoties. de hered. instituend.* Regner. Sixtin. 1. *Cons. Marp. 12. num. 1.* Roland. à Valle *consil. 61. n. 64. lib. 2. &* præsumitur officio suo rectè fungi, qvamdiu contrarium non probatur. *cap. ad audientiam. 13. de præscript. l. si qvis decurio 21. C. de fals.* ubi Dd. Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 3.*

VIII.

Auctoritas Notarii jurati æqvipollet duobus testibus, gloss. *in cap. qvoniam contra verb. duos extr. de probat.* Specul. *in tit. de instrum. edit.* Odofred. & Bern. *in d. cap. qvoniam contra per l. in exercendis 15. C. de fide instrum.* Henric. Cnaust. *in Element. suo. lib. de Art. Notar. qvæst. qvot testes oportet producere in testamento.* Joh. Jac. Canis *in libell. de Tabell. rubr. de prærogat. emol. & priv. Notar.* Mynsi. 1. *resp. 6. num. 29.* nonnunqvam & pluribus: tot enim æqvivalet testimoniis, qvot sunt in ipso instrumento descripta. Bart. *in l. heres palam. in princ. ff. de test.* Innocent. *in cap. cum Johannes de fide instrument.* Alberic. *in l. cum precibus. C. de probat.* Guilhelm. *in Speculat. de instrum. edit. §. restat. vers. qværo. & seq.* Unde & scripturam unius Notarii majorem habere prærogativam, qvam scripturam duorum cujuscunqve sint probitatis & existimationis, traditum est à Sebast. Montic. *in tract. at. de*

Invent. hered. §. septimo principaliter videndum n.25. Bald. & Aret. *in d.cap.qvoniam. extr. de probat.* vide hac de re Dominic. de civitate Visentana *in suo tract.de Notariat.p.3.c.1.vers.item Azo dicit.* Tiraq. *in tract. suo de retract. municipal. §. 8.gl.9.n.36.*

IX.

Simplicitas Notarii non debet nocere partibus, *l. fin. ibi nec simplicitas suspicientium & ibi gl. C.de fidejuss. l.si librarius 92. ff.de R. I.* Cons. Argent.1. *cons. 112. num.40.* Mantic. *de tac. convent. lib.2.tit.9.n.2.* neqve etiam ejus error in sermone fidem instrumenti labefactare. *l. 8. de stat. hom. d.l.92.de R.I.l.qvi habebat 54.de manumiss. testam.l. errore 7.C.de testa.* vid. Costal. *ad d.l.8.ff. de stat. hom.*

X.

Notarius in propria sua causa officium suum exercere non potest. Matth. Stephan. *de jurisdict.c.5.num.24.* pro uxore tamen instrumentum potest conficere. Matth.Steph.*ibid.n.27.* C. I. A. *de fide instrum.th.5.*

XI.

Notarius semel electus amplius mutari non potest.Bald. *in l.2 num.10.vers.sed nunqvid.C. qvomodo & qvando judex.* Pacian. 1. *cons. 25. num.18.*

Declara verum esse, qvando res non sit amplius integra, qvia semel fuit approbatus, secus si res adhuc integra,tunc enim Notarius pro libituvoluntatis removeri potest. Dec. *in c. qvoniam. contra num. 43. vers. & Notarius semel electus.extr.de prob. ibiq;* Felin. *not.ab.2.* per text. *in c.2.de procur. in 6.*

CAP. XXII.
Notificatio.

Axioma I.

Notificatio facta ab eo, qvi nullum jus habet, ad nihilum eum adstringit, cui notificatio facta fuit. *l. si major. 13. C. de rescind. vend. l.si fundum 17. C.de rei vindic.* Ludov. Rom. *cons. 204. n. 11. vid.sup. lib.4.c. Denunciatio.15.*

II.

Notificatio fieri debet soluturis collectas,anteqvam dies solutionis advenit, neqve Exactores cum ipsâ Notificatione mittendi. *Brunnem. in l.2.C.de Indict.*

CAPUT XXIII.
Notio.

Axioma I.

Notionis vox generalior qvam cognitionis. *l.99.de V.S.* differunt enim inter se, qvantum genus à specie. Siqvidem notio est qvælibet causæ cognitio, sive ea jure Magistratus expediatur, sive absqve jurisdictione, h. e. Magistratus jure.*l.ait.Prætor 5.& ibi* Duar. *ff. de re judic.* Cognitio autem ea saltem est causarum notio, qvæ jure Magistratus & vi jurisdictionis exercetur; omnes itaqve ii, qvi cognitionem habent, habent etiam notionem; at non contra *d.l.ait Prætor. l. à Divo Pio 15. ff. de re judic. l. solent 6.ff.de offic. proconsl. l.cognitionum 5. ff. de var. & extraord. cognit. l. cognitio 4. de offic. ejus, cui mand. est jurisd.* Brecheus *ad d. l. 99. de V.S. num. 6.*

II.

Notionis species est jurisdictio. *l.99. de V.S. l.1.§.initio 4.ff. de offic.præfect.Urb.l. ex omnibus 10. ff.de offic.præsid. l.5. ff.de re judic.* Est enim notio nihil aliud, qvam potestas qvædam cognoscendi examinandiqve factum. *l.3. §.Causæ cognitio 4. ff.de Carbon. edict. l. cum hi 8. §. vult igitur oratio 8.ff.de transact.l.4.ff.de offic. ejus,cui mand. jurisd.* ut ita qvid juris sit statuatur. *d. l. 4. & d. l. 8. §. 8.ff.de transactionib.* Intellige verum, qvatenus ea tanqvam facultas materialis inest jurisdictioni,ut genus speciei,secus si oppositivè eam consideres. Gœdd. *ad d. l. 99. de V.S. n. 6.* vid. Dn. D. Biccium *in reb.qvotidian.sect.5.n. 39.* C. I. A. *lib. 2. tit.1. th.5.& seqq.*

CAPUT. XXIV.
Notitia, Notorium,
conf. Clarum.

Axioma I.

Judex loci melius censetur nosse conditionem personarum, qvam remotiores, *cap. 23. extr. de sent.excomm.* unde & notitia facti loci vicini, ex vicinitate præsumitur, *cap. qvosdam. 7. extr. de præbend.*

II.

Hæc qvatuor: (1.) publicum, (2.) manifestum, (3.) evidens, (4) Notorium, εἰς ταυτὸν φέρουσι idem possunt, *c.3.de consang. & affinit. cap. 1.qvi matrim. accusar. poss.c. 4.de divort.* Cujac. *in recitat. ad cap. vestra 7. extr. de cohabit. Cleric.*

III.

Notorium est, qvod se ipsum ostendit, nec est necesse, ut ab altero ostendatur. *l. 1.ff.de restit. in integr.* Angel. *in singular. verb.Notorium. num. 7.*Dicitur enim Notorium qvod adeò omnibus liqvet, ita ut negari non possit. Innocent. *in c. sicut.in gloss. magna vers.notorium de cohab. Cler.* Unde etiam notorium esse illud, si fiat coram decem viris, qvi populum constituere possunt, perhibent Dd. *in l.ea qvidem. C.de accusat.* ita notorium de qvolibet actu esse posse, ut de officio text. est *in l.1. ubi gloss. C.qvi & adversqvos,* sicut notorium est, Barbarium gessisse Prætúram. *l.Barbarius 3.ff.de offic.Prætor.* de maleficio. *d. cap. sicut. d.l.ea qvidem.* de contractu. *l. 1. C. de his qvi in Eccles. manumitt.* Angel. *d. loc. num.13.* ubi illud duplex esse ait, veritatis nimirum & præsumptionis *per l. at qvi natura 19. §. cum me 3. absente. ubi gloss. ff. de negot. gest.* qvapropter possessionem notoriam facere, dominium notorium præsumptivè ex *l.penult.ff. de condit. instit. d. Titiæ cum 48. ff. de solut.* concludit. *idem* Angel. *d.loc.*

IV.

Notorium etiam illud dicitur, de qvo fama publica est. gloss. *in Lut qvi natura §. cum me absente verb. communiter.ff de negot. gest.*

Intel-

Iniellige verum non de qvalibet fama, ſed de indubitata & inveterata, *cap.tua 8. extr. de cohab.Cleric.c.cum cauſa.extr. de juram. calum.* Innoc. & Bald.*in c. cum dilectus.extr.de purgat. Canonica.*

V.

Notorium ubi apparet, ibi non opus eſt diſputare, ſed intelligitur ſatis diſputatum eſſe Bald.*in l. C.qvomod. & qvand.judex.* Volckman. *lib.3.de art.Notar.c.10.*in re ergo manifeſtè apparente, qværere diſtinctionem, infirmi eſſet intellectus, juxta Ariſtotelem *8.Phyſ. cap.3.* Surd. *de alim.tit.1.qvæſt.28.num.9. & q.44.n.12. & q.45. n.58.* qvia ratio naturalis vim & robur legis obtinet,*l.cum ratio 7.ff. de bon.damnat.l. ſcire oportet 13. §.ſufficit 6. de excuſ. tut.*

VI.

Evidens & notorium dici non poteſt, qvod dubi tationem recipere poteſt.Franc.*in cap. dilecto .num.153.ad fin.verſ. & intellige num.168. in fine. extr.de appellat.* Dec. *in cap.ex parte verſ.qvinto fallit. de offic.delegat.*Cephal. *conſ.201. num.10.col.1.* Farin. 1. *conſ.crim.85. num. 140.* multo minus id qvod planè in rerum naturâ non eſt. Cravett. *conſ.221.num.12. & ſeq. allegatus* à Forſter. 1. *Conſ. Marp.8.n.14.*

VII.

Notoria non indigent accuſatore. *cap. qvæ Lotharius 16. 2. q. 1. c.porro 3.extr. de divort. cap.9. extr. de accuſat.* nec probatione, ſed ab onere probandi relevant, *c.ſuper eo 3. de teſtib. cogend. & ibid.gloſſ.in verb. non reqvirunt. c.manifeſta 15. 2.qvæſt.1. c.tua nos 8.extr. de cohab. Cleric. cap. 1.§. ſane. de cenſib. in 6.l. 11. §. 12.* ubi Cujac. *de contr. empt.* Guid. Papæ *deciſ.221.num.3.* Capell. Tholoſ. *qvæſt. 441.num. 2.* Schenkbar. *in virid. ſuar. concl. lib. 1. concl55.*Mynſ. 6. *obſ.3. num. 4.* & infiniti alii relati à Maſcard. *de probat.concl. 1107. & 1108.vol.2.* qvæ enim evidentia ſunt non probantur. *cap. evidentia 9. extr.de accuſat.* Unde qvando notorietas conſtat ex actis, licet non opus eſſe dicant, ut allegetur vel proponatur. Felin. *in cap. cum ordinem de reſcript. num. 11.* Gurt. jun. *in l.ſi unus.§. pactus. num. 106. ff. de pact.* judex ſe poteſt ſummatim informare, modo ex actis de ea conſtet, Johan. Gutierez. *de contract. jur.cap.70.num.70.*Farin. 1. *conſil. crim. 85.num. 116.* cum notorium omne id dicatur, qvod judici vel per inſtrumenta & teſtes, Anton. de Butr. *in tract.de notor. art. 1. num. 11.* vel per confeſſionem alicujus apparet, gloſſ.*in cap. veſtram extr. de cohab. Cleric. c. cum olim.extr. de V.S.* Bart. *in l. ſcriptus de religioſ.* Afflict. *deciſ. Neapolit. 176. in princ.* Maſcard. *de probat. concl.1106. num.1. vol. 1.* Vult. *1. conſ. Marp.20.30.* Hinc tale notorium non allegatum ut judex attendat, voluntatis tantum non neceſſitatis eſſe, dixit Maſcard. 2. *de probat. concl. 1108.num.3.cum ſeq.* interdum tamen evenit, qvod notorietas iſta non modo allegari oporteat. gl. *in Clem. appellanti de appellat.* Bald. *ad. l. 1. col. 2. C. qvom. & qvand. judex.* Jaſ. *ad l. ſi vero. §. qvi pro rei qvalitate. num. 11. 12. ff. qvi ſatisdar. cogantur.* Bard. *ad l. 27. §. pactus. ff. de pact.* Alex. *in l. eum qvi ita. §. qvi ita. ibidemq.* Bart. *ff. de V. O.* Nic. Malis *in ſuo repertor. verb.Notorium non excuſat.* ſed etiam probanda ſit, gl. *in l.cujus. C.de apell.* Pariſ. *conſ.13.n. 22. vol. 1.*Curt. jun. *de feud.p.1. q.1.n.13.*Bald. *in l. ſi filius famil.§. veterani.col. 2.ff.de procur.* Cyn. *ad l. 2.C. qvæ probat. conſvet.* Roland. à Valle *conſ. 13.num. 30.vol. 2.* Joſeph. Maſcard. *p. 1. deſit longa concluſ. 42.* maximè ſi à litigantibus in controverſiam & dubium vocetur. Innocent. *ad cap. tua nos. extr. de cohab. Cleric.* Maſcard. *dict. concluſ. 1108.* qvia notorium qvi dici non ſufficit, niſi etiam tale docceatur, & ſuper ea ſententia judicis declaratoria intercedat. Panorm. *in cap. per 20. notab. 1.extr.de divort.* Valent. Franc. *de fidejuſſ.cap. 5. num. 341. per c. cum dilectis 15. verſ.his igitur. extr. de purg. Canon.* Anton. Gabr. 3. *commun. opin. concl. tit. de fidejuſſ. concl.1.num.54.*Gœdd. 1. *Conſil. Marpurg.24.num. 228.*cum facile fieri poſſit, ut rei veritas plerisqve perſpecta ſit, atqve ita pro evidenti & notorio habeatur, & tamen interim ſint, qvi illam neſciant vel in dubium vocent. Vmm. *in proceſſ. judic. diſp. 15. th. 3. num. 14.*

VIII.

Notorium tollit ignorantiæ præſumptionem.Gail.*lib.2.de P.P. cap.10.num.10.* Cum ignorare,qvod publicè manifeſtum eſt,craſſa,ſupina & affectata ignorantia dicatur, qvæ digna ut ſcientiæ comparetur *cap. 1. de poſtul. Prælat. c. cum in tua 6. qvi matrim.accuſ.poſſ.c. cum inhibitio 3.§.1.de clandeſtin. deſponſat.l. nec ſupina 6. l. regula 9. §.ſed facti 2.ff. de jur. & fact. ignor. gloſſ. ſingul.in clement. Paſtoralis. de ſent. & re judic. gl. in l. 1.de receptat.* Bart. *in l. ſi cui. §. iisdem. num. 2. ff. de accuſat.* Bald. *in l. qvicunqve. num.2.ff.de ſerv. fugitiv.* Hyppolit. *in l. ſi ignorans. n. 18.ff. locat.* Unde & plenam probationem inducit, dicitur qve plena probatio. Intellige ſc. in his, qvæ ita ſubjiciuntur oculis, ut nulla exceptio etiam obſtare poſſit. Bald. *in l. 1. num. 3. C. de revoc. his qvæ in fraud. credit.* Gail. 2, *de P. P. c. 3. num. 23.*

IX.

In notoriis ordo juris non reqviritur, nec obſervari debet. *Clem. Paſtoralis 2. de ſent. & re judic.c. ad noſtram 21.de jurejur. c.pervenerit 4. extr. de teſtib.cog.c. conſuluit 14. de appellat. c. manifeſta 15. 2. qvæſt. 1. c. ad audientiam 34. extr. de appellat. c. qvæ Lotharius 16. 2.q. 1.* Dec. *conſ.544. num.6.*Gail.1.*obſ.77.num.8.& 2.de P.P. c.3.num.22.* Bover. *ſingul. 52. num. 9.* Farin. 1. *conſ. crimin. 85. num.115.*Joſeph.Ludov. *deciſ.Peruſ. 67. num.29.*ita in crimine notorio omnis ſolennitas juris remiſſa intelligitur, præſertim ſi tale ſit notorium, qvod negari non poſſit. *c.qvanto 3. de translat.Epiſcop.c.evidentia 9. extr. de accuſ.* Gail. *lib. 1. obſ.38.nu.4.* Unde & in notoriis,nec articulis nec litis conteſtatione opus eſſe perhibetur, ſed de plano implorato judicis officio procedi poteſt, juxta vulgatum, hodie conſtat, hodie judicatur. *c. 2. ut lite pendent. in 6.* Bald. *in l. 3. C. de appellat. & ibid.* Salicet. *num. 8.* nec in iis cauſæ cognitione ordinaria opus eſt, ſed ab executione initium fieri debet. Vult. 3. *Conſil. Marp. 21. num. 337.*

num. 337. & non ſervare ordinem juris in his eſt ſervare ordinem, *text. notab. in d. c. Lotharius 2. q. 1.* Hyppol. Marſil. *in pract. crimin. §. ſecunda num. 10.* Anchar. *conſ. 197. n. 4.* Natt. *conſ. 540. n. 7. vol. 3.* Gail. *lib. 1. obſ. pract. 39. n. 3.*

X.

In Notoriis non requiritur citatio. *c. 21. de jurejur. l. 7. C. de accuſat. l. 5. §. 1. qui ſatisdar. cog. l. 11. §. 12. ff. de Act. empt. cap. 8. de cohab. Cleric. c. cum olim 12. in fin. ibi abſenti cum de ſurreptione liqvido non conſtet. extr. de re judic. Clem. Paſtoralis. de ſent. & re judic.* Mynſ. 6. *obſerv. 6.* Menoch. 1. *arbit. judic. caſ. 17. num. 15.* Treutl. *diſp. 4. th. 8. lit. a. vol. 1.* vid. tamen Gail. 1. *obſ. 77. num. 9.* & cum eo Weſenb. *in parat. ff. de in jus vocand. num. 14.* Mynſ. 7. *obſ. 91. in princ.* qvi hac in parte diſſentire videntur. Qvod ſi autem diſtingvatur inter notorium juris & facti, hoc eſt, qvod ex fama & rumore, & qvod ex actis provenit, vel qvod idem eſt, inter tale, ubi de rei qvalitatibus omnibus conſtat, ita ut abſens nihil adferre poſſit, qvæ cauſæ patrocinium ferunt, & inter illud qvod in dubium venire poſſit, adverſus qvod defenſio adhuc competere poſſit, ad utramqve opinionem componendam â vero non longè abiverit. Vmm. *in proceſſ. jud. diſput. 5. th. 9. n. 44.* add. & Socin. *de cit. at. artic. 7. num. 7.*

XI.

Notoriis in excesſibus appellatio non admittitur. *c. cum ſit 5. c. cum pervenit 13. & ſeqq. c. qvia nos 32. cap. cum in ſpeciali 61. §. porro. de appellat.* Ratio, qvia appellationis remedium non eſt ad defenſionem iniqvitatis, ſed ad præſidium innocentiæ inſtitutum. *c. pervenit 13. c. conſulait 14. eodem tit. c. Romanæ 3. §. ſi autem poſt ſententiam eod. tit. in 6. gloſſ. ibid in verbo notorio.* Roman. *conſil. 324. n. 2. incip. in propoſita conſultatione.* Gail. 2. *de P. P. c. 3. num. 21.* Unde & in delictis notoriis condemnatum appellare non poſſe docet *l. 2. C. qvor. appell. non recip. qvem text.* Oldrad. Bald. & Bart. *ibidem* generaliter ad omnia crimina extenderunt, imò indiſtinctè ſive cauſa ſit civilis ſive criminalis eam non admitti cum gloſſ. *in cap. manifeſta 2. qvæſt. 1.* tenet Mynſing. *conſ. 59. n. 65.* vid. Imol. *in l. fin. §. juſſus. ff. de appellat. num. 8.* Butr. *in tract. de Notor. art. 4. n. 56.* Clar. *lib. 5 ſentent. §. fin. q. 94. n. 1.* Roland. à Valle *conſ. 73. num. 2. & num. 26. vol. 3.*

XII.

In Notoriis neceſsitas excuſſionis nihil operatur. Corn. *conſil. 151. num. 5. vol. 4. conſ. 46. num. 13. vol. 2.* Weſenb. *conſ. 14. num. 19.* Gomez *tom. 2. variar. reſolut. c. 13. num. 14.* Coler. *part. 1. c. 10. de proceſſ. executiv. num. 340.* Valent. Franc. *de fide-jus. c. 5. num. 315.* Gœdd. *1. Conſ. Marp. 24. num. 205.* qvia inanis eſt excuſio, qvam excludit debitoris inopia. *l. nam is 6. ff. de dol. gloſſ. in l. decem. verb. excuſſum. de V. O. & ibi* Bart. *num. 2.* Hier. Grat. *conſil. 37. vol. 1. & conſ. 63. vol. 2.* Cyn. *in Auth. præſente. num. 2. C. de fidejuſſ.* Hyppolit. *ad rubr. ff. de fidejuſſ. n. 10.* Afflict. *deciſ. 318. num. 3.* Bald. *in l. 1. n. 3. C. de revoc. his qvæ per fraud. cred.* Gail *l. 2. obſerv. 27. n. 14.* unde etiam ceſſat exceptio ceſſionis, ſi reus notorie ſit ſolvendo, *arg. l. 6. de dolo.* Coll. Arg. *de fidejuſſ. theſ. 17. n. 3.*

XIII.

Notorium vim habet ſententiæ, & rei judicatæ exceptionem continet. *l. ex empto 11. §. 12. ff. de act. empt. & ibi* Alciat. Bart. *in l. ictus. ff. de his qvi not. infam.* Bald. *in d. l. 1. col. 3. Cne ſil. pro patre.* Alex. *in l. abſentem de pœn.* Joh. Andr. *in cap. Romana. de ſentent. excomm. in 6.* Natt. *conſ. 573. n. 22.* Cephal. *conſ. 770. n. 27.* in cauſa divortii, privationis dotis & donationis propter nuptias. Frideric. Senenſ. *conſil. 236. num. 2. per cap. ſignificaſti 4. extr. de divort. c. pen. extr. de adulter. c. veſtra 7. c. ult. extr. de cohab. Cleric.* qvia notorium dicitur illud, qvod omnibus ejus loci ubi contigit hominibus vel ſaltem majori parti conſtat, nec ulla ratione tegitur. Mynſ. 2. *obſerv. 4. num. 7.* Gail. 2. *obſ. 27. num. 18.* Bocer. *de Inveſtit. feud. c. 3. n. 39.* Maſcard. *de probat. vol. 2. concl. 1105. n. 4.* Judex ergo non admittere judicium ſuper notoriis agitari. *cap. qvoniam 10. de filiis presbyt. Joh. Andr. & Dd. in cap. 1. de litis conteſt. in 6.* Alex. *in l. nam & poſtea in pr. ff. de jurejur. & in l. cum qvi. §. qvi ita de V. O.* ſed illius exceptionem non minus ac rei judicatæ ante litis conteſtationem omnimodo audire debet. Panorm. *in cap. exceptionem de except.*

Declara, hoc procedere tantum in notorio juris diſpoſitionis, ut qvando notorium eſt, jure certo qvid diſpoſitum eſſe, v. g. Ex juris diſpoſitione eſt notorium, qvod pupilli ipſo jure habeant tutores agnatos ſuos. *pr. Inſtitut. de legit. agnat. tutel.* hoc igitur juris diſpoſitionis notorii æqviparabitur, etiam qvoad juris effectum ipſi Judicis ſive Magiſtratus decreto, qvo tutor pupillo conſtituitur non habenti teſtamentarium vel legitimum tutorem, qvippe cum agnatus ipſa lege adeo efficaciter pupilli detur tutor, ut judicis, i. e. magiſtratus factum inſuper ad hanc tutoris conſtitutionem non deſideretur. *l. legitimos 5. in pr. ff. de legitim. tutor.* ſecus vero qvoad facti liqvidationem. Bald. *in l. is cui bonis 6. ff. de teſtam.* Jaſ. *in l. is cui bonis ff. de V. O.* Anton. Gomez 1. *comm. cap. 14. num. 31.* vel utalii declarant & admittunt qvoad declarandum, non qvoad interdicendum. *l. ſi ſciens 26. ff. de contr. empt.* Setzer 1. *de jurament. 5. num. 21.* atqve ita non qvoad omnes effectus. Valent. Forſter. *de pact. cap. 5. num. 59.* vid. & Joh. Gœdd. 3. *conſ. Marp. 28. num. 191.* ubi & in notorio præſumpto hoc axioma per Dd. ibid. allegatos non procedere concludit.

XIV.

Notoria multa dicuntur qvæ non ſunt, *cap. conſuluiſti 14. de appellat.* ideoqve hoc reſpectu poſt Bald. & Salicet. & in notorio cauſæ cognitionem reqvirunt Weſenb. 1. *conſ. 1. num. 95.* & Hegenit. *lib. 1. de poſſeſſ. c. 8. num. 3.* qva de cauſa ſcriptum eſt *in cap. 33. extr. de jurejurand.* aliud eſſe notorium aliud eſſe qvaſi notorium, de qvo vid. Cujac. *in recit. ad c. veſtra 7. extr. de cohab.*

cohab. Cleric. Nec enim omne notorium est, qvod pro notorio jactatur. *cap. consuluit 14. extr. de appellat.* nec qvicqvam adeo notorium est, qvin præsumatur aliqva adversus illud competere defensio seu excusatio. Nevizan. *consil. 37. num. 29.* Curt. *conf. 21. col. 11.* add. & Just. Sinolt. cognomento Schiitz *de stat. Reipubl. Roman. disput. 4. in marg. 17. lit. D. p. 195. vid. disput. meas ad Wesenb. 5. qvæst. 1.*

XV.

Notorium factum cum inculpatur, luce clarius constare dicitur. *c. scisciaris 7. 47. q. 1.* siqvidem nihil potest esse clarius aut illustrius ipsa evidentia & perspicuitate, Cicero *Acad. qvæst.* Unde cum notorium aliud sit facti, aliud juris, aliud præsumptionis. gloss. *in c. vestra 7. verb. notorium. extr. de cohab. Cleric.* notorium autem facti sit, qvod ita se exhibet conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari; juris autem notorium sit, de qvo aliqvis condemnatur vel jure confessus est, præsumptionis vero ut paternitas, filiatio. *d. gl. in c. vestra 7.* ideoqve notorium ex fama indiget purgatione & indici talibus debet. *c. tua nos 8. extr. de cohabit.* cum aliàs in notoriis purgatio non indicenda, sed condemnationis sententia ferenda sit. *cap. penult. extr. de purgat. Canonica.*

CAP. XXV.

Novatio. *vid. supra* Innovatio.

Axioma I.

Novatio non est præsumenda, ubi non apparet. *l. fin. C. de novat.* Wesenb. *2. conf. 73. num. 4.* Alex. *in consil. 72. num. 8. vol. 6.* in dubio enim non videtur à prima obligatione recessum, Port. Imol. *consil. 5. num. 52.* nec præsumitur qvis velle renunciare juri qvæsito ex priori obligatione. Socin. *consil. 21. num. 3. vol. 1.* maximè qvando non sunt urgentes, & verisimiles conjecturæ in contrarium. Cels. Vgo *consil. 172. num. 14.* Bertazol. 1. *consult. decis. consil. 63. num. 2.* cum de jure novo & communi Dd. sententia generaliter nec ipso jure, nec ope exceptionis fiat novatio, nisi expresse id agatur. *l. fin. C. de Novat. §. præterea. Institut. qvib. mod. toll. obligat.* Dec. *conf. 400. num. 1.* ubi tamen hoc *num. 9. vers. his stantibus.* limitat, dum ait; qvod in incompatibilibus contractibus, qvales sunt societas, mutuum etiam hodie censeatur, facta novatio etiamsi id expresse non agatur, cui adstipulantur & Bald. *in l. fin. C. de Novat. & consil. 308. vol. 1.* Gabr. Roman. *l. 3. concl. tit. de Novat. concl. 1. num. 60. vers. qvarto limita.* Cagnol. *in repet. l. singularia 103. num. 130. vers. tu dicas.* ubi hanc limitationem communi Dd. sententia comprobatam testatur. Unde & in translatione debiti ex causa mutui facta in causam depositi fieri novationem, etiamsi id expresse non agatur, dixit Bald. *consil. 128. vol. 2.* allegatus à Gabr. Rom. *d. concl. 1. n. 63.* vid. Regner. Sixtin. 1. *Consil. Marpurg. num. 63. & 65.* Si contractus sint incompatibiles, Novatio inducitur, qvando de eâ nihil est expressum in Instrumento, aliàs non. *V. Valeron. de Transact. tit. 5. q. 4. n. 10. seqq.*

II.

Novatio species est solutionis. *l. si rem. 31. §. fin. ff. de novat.* Jas. *in l. cum qvi §. qvi sibi. n. 14. per §. præterea. Institut. qvibus mod. toll. obligat.* Wesenb. 2. *consil. 72. num. 18.* Sebast. Medic. *de Novat. part. 1. qvæst. 6. n. 16.*

CAPUT. XXVI.

Noverca.

Noverca præsumitur malè affecta in privignos. *l. non est enim 4. ff. de inoffic. testam. l. 1. C. qvibus in caus. cess. long. temp. præscript. gloss. in clem. 2. de re judic.* Joh. de Garron *in repet. rubr. C. de secund. nupt. n. 98.* citatus à Castrens. *consil. 185. vol. 1.* Tiraqvel. *de LL. Connubial. p. 9. gl. 1. num. 196.* Decian. *conf. 49. n. 2. vol. 2.* Unde etiam Novercam qvasi nocentem arcum dictam, putavit Accurs. *in §. socium. Instit. de nupt.* Eamqve ob causam privignum non cogi stare aut habitare cum noverca, propter mutuum inter eos odium præsumptum, tradunt Aretin. *in l. si disceptetur. ff. ubi pupill. educ. deb.* Bald. *in Auth. hoc locum. C. si mulier. secundo loc. nupt. & in l. si ea. C. de condic. insertis.* nec noverca potest esse tutrix privigni. *Bald. in l. 2. C. de N. G.* Hinc jura præsumunt, qvod qvicqvid pater facit contra filios habentes novercas, id fecisse præsumatur novercalibus persvasionibus, ita docent Bald. Angel. Castr. & alii *in l. hoc colore. ff. de inoffic. test.* Bertrand. *consil. 22. num. 4. vol. 3.* conf. Mævium *ad jus Lubecense part. 2. tit. 2. artic. 2. n. 21. & seqq.* & facit qvod renunciationes factæ per filias habentes novercas de bonis & hereditate paterna factæ præsumantur, propter insidias novercales, ideoq; infirmari & annullari facilius dicebat Curt. & post eum Cagnol. *in d. l. hoc colore. num. 9.* Inter novercam enim & privignum esse intestinum odium haut est incredibile. gloss. *in Clement. Pastoralis. verb. noverca. de sentent. & re judic.* ubi habetur qvod noverca gaudeat sævire in afflictos privignos, idem testatur Angel. *in l. non est de inoffic. test. am.* ubi ait, qvod novercæ propter falsas suggestiones inducant maritos ad injuriã faciendam sangvini proprio: facit qvod tradit Borgnin. *de usufruct. mulier. relict. 38. vers. & est ratio. p. 303.* ubi notat, qvod Noverca præsumatur inimica privignorum, & qvicqvid pater adversus filios facit, præsumatur persvasione Novercæ fecisse, qvod etiam non latuisse Poetas, patet ex Bucolicis Virgilii:

Est mihi namqve domi pater, est injusta noverca,

& alibi:

Pocula si qvando sævæ infecêre Novercæ.

Qvo pertinet & illud Ovidii:

Sæviet in partus dira Noverca meos.

Et in Metamorphos.

Lucidâ terribiles miscent aconita Novercæ!

Ex qvo etiam fluit illud, qvod liberi apud Novercam educari non debeant. *l. 1. C. ubi pupill.*

educar. debet. Aretin. *in d. l. si disceptetur. eod. tit.* Bald. *in Auth. hoc locum. C. si mulier secund. nupserit. & in l. si ea. C. de condit. insert.* Bellon. *consil. 31. num. 5.* Sylvan. *cons. 28. n. 19.* Ruin. *cons. 34. n. 3. vol. 2.* etiamsi testator id disposuisset: qvia ad prætoris officium spectat, ut à voluntate patris nonnunqvam recedatur, qvò sine ulla maligna suspicione alatur partus & educetur. *d. l. 1. ubi pupill. educ. deb.* qvod etiam non absqve ratione eousqve extenderunt Dd. ut filium ne qvidem apud matrem, qvæ ad secundas nuptias transivit, educandum censeant. *per d. l. 1. C. ubi pup.* qvia tum mater est suspecta, & præsumitur majorem habere affectionem ad maritum novum, qvàm ad liberos ex matrimonio priori procreatos. gloss. & ibi Bart. *in l. lex qvæ tutores. C. de administr. tut.* Bald. *in l. humanitatis. Cod. de impuber. substitut.*

CAP. XVII.

Novitas, Novum, Noviſſimum.

Axioma I.

Ea qvæ de novo emergunt, novo auxilio indigent. *c. insinuante 25. extr. de offic. delegat. cap. ult. extr. de restit. in integr. c. cæterum 4. extr. de jurament. calum. C. Pastoralis 4. extr. de exception. l. de ætate 11. §. ex causa 8. ff. de interrog. act.* Marant. *p. 6. de dilat. num. 21.* Barthol. Brixiens. *qvæst. 3. num. 5.* Gail. *lib. 1. obs. 91. num. 12.* in rebus enim novis novum est remedium & consilium suggerendum. *d. l. de ætate. §. causa. cap. nulli 8. ibi: nisi ex causis postea emergentibus. de elect. & elect. potest. in 6.* Jac. Mandellus *consil. 9. num. 30. & seqq.* Unde & ob id ex nova causa à constitutione, testamentorum dispositione, juramento, qvalibet obligatione, privilegio, pactis & conventionibus receditur; qvemadmodum hoc pluribus per leges & exempla ibid. allata latissimè demonstrat Marsil. *in l. 1. §. si qvis. n. 20. ff. de qvæst. & post eum* Pacian. *cons. 134. n. 14.*

II.

Novitates non sunt inducendæ. *l. vectigalia 2. & ibid.* Salicet. *col. 1. C. vectigal. nov. l. penult. ff. de decret. ab ord. faciend.* novitates enim plerumqve sunt suspectæ. Wesenb. *in paratit. ff. qvod qvisqve jur. stat. num. 2.* & pariunt plerumqve discordias ac odiosæ sunt, & per consequens iis non favendum. *c. consvetudines 9. de consvetud.* etiamsi communis utilitas novitatum inductionem svadeat, teste Salicet. *in l. 1. C. nova vectigal. imponi.* Consil. Arg. 1. *cons. 2. num. 25. cum seqq.* siqvidem novitas ejus, qvod admodum diu obtinuit & æqvum justumq; visum est, periculosa censetur. Ant. de Butr. *in cap. non debet. de consangv. & affinit.* ideoqve qvoad ejus fieri potest fugienda. *cap. qvod dilectio 3. de consang. & affinit. l. in rebus novis 2. de constit. Princ.* etiamsi res eò deducta fuerit, à qvo incipere non potuit, qvod semel utiliter constitutum est. *l. in ambiguis 85. §. non est novum 1.* ubi Dec. & Cagnol. *de R. I.* Unde & qvæ novo more contra formam statutorum facta sunt, reformari debent. *l. 6. C. de accusat.* Merckelbach. apud Klock. *1. consil. 6. num. 115.* Varietas enim temporum & factorum etiam jurium & statutorum variationem inducit. *Brunnem. ad l. 4. C. de Mutileg.*

III.

Aliud est fieri de novo, & aliud qvod factum est crescere vel extendi. Bertazol. *lib. 1. consult. decis. cons. 63. num. 8.* qvia tunc dicitur novum, cũ primum totaliter est extinctum, & revivisc it Castrens. *consil. 389. per tot. vol. 1.* qvod autem extenditur, non mutat suum esse. *l. sed si manente 5. ff. de precar.* Hinc fluit (1.) si ob contractum aliqvid fisco inferendum, non est hoc denuò inferendum, si traditio diu post contractum fiat; traditio enim est saltem contractûs implementum. (2.) si resolutio contractûs fiat ex priori contractu, v. g. expacto de retrovendendo vel lege Commissoriâ, laudemium denuò non est solvendum. (3.) si Felonia Vasallo remissa, feudum tamen ob id non est novum, sed revertitur ad antiqvam suam naturam. (4.) si ex pacto vel consvetudine subditi elocare teneantur filias principis, non tamen tenentur ad dotandam filiam in secundis nuptiis. *Brunnem. C. de Consul. in fin.*

IV.

Novitii in officio tenentur Primoribus illius militiæ, artis, officii, corporis aliqvid præbere, pro accessu & incorporatione, *l. pen. §. 2. de leg. 3.* qvod dicebatur Sportulæ, *l. 6. §. 1. de Decur.* hoc autem prohibitum graviter est clericis. *Nov. 56. cap. 1.* Perez. *C. de proxim. Sacr. Scrin. num. 7.*

V.

Qvi de novo aliqvid, e. g. Nobilitatem, Legitimationem acqvirit, præsumitur Jus illud anteà non habuisse, Valeron. *de transact. tit. 5. q. 4. num. 22. seqq.*

VI.

Novo patrifamilias in exigendis creditis æqvè ac novo nupto interdum parcimus. Cujac. *lib. 9. qq. Papin. ad l. 4. §. soli. Qvod cum eo qvi in alien. p. 220. idem ad l. 2. C. eod. v. me, de præsidiis debit. egent. pag. 3.*

VII.

Novum non dicitur qvod est ex declaratione, Aymo Cravett. *cons. 755. n. 2. per l. heredes palam 21. §. 1. vers. sed si notam. ff. qvi test. am. fac. poss.* & ut JCtus ait *in l. adeo 7. §. cum qvis ex aliena 7. in fin. ff. de acqvir. rer. domin.* novam speciem qvi excutit, non facit, sed eam, qvæ est, detegit. Sed & qvod continuatur unum & idem, non diversum & novum est negotium. *l. continuus 137. ff. de V. O. l. si qvis ita legaverit 8. ff. de condit. & demonstr.* Tiber. Decian. *resp. 11. n. 18. cum. seq. vol. 1.*

VIII.

Novum semper aliqvid Natura producit... *Nov. 73. in præfat. Nov. 74. cap. 1. 2. Feud. 24. §. 2. f.* secundùm etiam novam sententiam pronunciat Imperator. *l. ult. de jure fisci.*

IX.

Noviſſima derogant prioribus, *l. pacta noviſſima 12. & ibi Dd. C. de pact. l. si unus 27. §. pactus ne peteret 2. ff. eod. tit.* latè. Dd. citati à Barbosa *ad d. l. 12. n. 3. & seqq. C. de pact.*

Intellige

Intellige scil. iis in actibus, qvi ex partium duntaxat voluntate pendent & mutari possunt: tunc enim à prioribus ex communi consensu recedi, novaqve forma in ultimis poni potest. *l.1.§.si convenerit 6.ff.depositi. l. contractus 23.ff. de R. I.* Philip. Matth.3. *Cons.Marpurg.26.n.88.*

CAP. XXVIII.

Nox, Nocturnum tempus. *vid. infra Vespera.*

Axioma I.

Nocturnum & vespertinum tempus suspectum dicitur, ac plerumqve nihil moderabile svadet, secundùm Hyppolitum *consil. 83. num. 16. & 17.* juxta versum:

Nox, amor & vinum nil moderabile svadent.

Unde & delicta tali tempore commissa acrius punienda sunt, per ea, qvæ tradit Thom. Grammat. *decis. 36. num. 14.* & plenius *in vot. 21. num. 45. & 6.* Bald. *in l. nemo.vers. deinde. C. de Episc. audien.* Petr. Wesenb. *cons. 40. n. 3. add. & tot. tr.* Polyd. Rip. *de nocturn. temp.* & deliberatò facta præsumuntur. *Cravett. cons. 178. n. 16.*

II.

Nox impedit agnitionem personæ. gl. *in l. si cum exceptione. §. in hoc. ff. qvod met. caus.* Honthem. 2. *de art. Notar. c. 19. num. 21.*

III.

Illa qvæ fiunt de nocte, non reqvirunt omnimodam solennitatem *Marsil. de bannit. v. villis n. 23. seq.*

IV.

Actus voluntarii ut contractus, testamenta, transactiones de nocte valent *L. 20. C. de transact. ibiqve Gloss.* non necessarii ut judicia, qvæ die habenda.

V.

Factum de nocte tantum valet, qvantum de die. *cap. consuluit. 24. extr. offic. deleg. l. non minorem 20. C. de transact.* ubi Bart. *in princ. & num. seq.* Carpzov. *p.1. constit. 29. defin. 16. num. 5.* Intellige verum, si nimirum communis consensus adsit. Jas. *in l. more. ff. de fer. num. 12.* cum indulgendum sit communi consensui partium. *l. si constante 19. C. de donat. ante nuptias.* & pars utraqve præsens esset nec contradiceret. Jason. *in d. l. non minorem. C. de transact. num. 3. per l. fidejussor. 26. §. pater. 1. cum glossa. ff. de pignor.* Bart. *in l. qvæ dotis. ff. solut. matrim.* vel res esset peritura. arg. *ll. 2. & 3. ff. de fer.* Jas. *in d. l. more. & in d. l. minorem.* vel jurisdictio judicis, vel ultima instantiæ dies expiraret. Bart. *in d. l. non minorem. C. de transact. cap. consuluit 24. de offic. ac potest. judic. deleg.* vel qvando consvetudo esset in contrarium. Joh. Andr. post Specul. *in tit. de sentem. §. juxta 8. num. 7. in gloss. de nocte.* qvem seqvuntur Panorm. *in d. cap. consuluit. de off. & potest. judic. deleg.* Laurent. Tennin. *in tract. de Cautel. caut. 347. num. 7.* secus enim est hisce reqvisitis deficientibus. Sic in qvibus causis de die judicia tractantur, *d. c. consuluit 24. de offic. & potest. jud. deleg.* de nocte ferri sententia non debet, Socin. *in tractat. de reg. fallent. reg. 445.* Umm. *in disput. ad process. judic. 19. thes. 7. num. 29.* Angel. *in §. omnis. Instit. de V.O.* Ubi inqvit, prædictam servandam fore opinionem, & judicem ab eâ recedentem litem suam facere, qvem seqvitur Tob. Nonius *in d. §. omnis. num. 22. & seq.* add. & Philipp. Corn. *cons. 54. col. pen. vol. 2.* Marant. *de ordin. Jud. in 3. part. 6. & ult. part. in princ. in primo actu. vers. incipiente venio igitur. num. 92.* Jaffred. *decis. 412.* Sic nec creditorem etiam teneri solutionem de nocte recipere, dixit Jason. *in l. more Romano. num. 11. ff. de fer.* cum actum videatur, ut solutio fiat loco & tempore congruo. *l. si soluturus 39. ff. de solut.* neqve locatorem eqvi de nocte recipere teneri eqvum, tenet Jas. *d. loc. num. 11.* inde noctis tempore nec operæ laboratoriæ regulariter præstantur. *per text. in l. 1. l. 3. ff. de oper. libert.* vid. Zas. 1. *sing. resp. 3.* juxta illud Virgil.

Nox erat & terras animalia fessa per omnes,
Alituum pecudumqve genus sopor altus habebat.

Et Claudiani:

Omnia qvæ sensu solvuntur vota diurno,
Tempore nocturno redit amica dies.

Exc. nisi qvoties favor pro reo esset, *arg. l. favorabiliores 125. ff. de R. I.* vel timeretur, ne qvis pœnam committat, tunc enim moram purgare de nocte poterit. Paul. de Castr. *in d. l. more.* qvia in favorabilibus latissima fit interpretatio. *c. indultum 17. c. 28. c. qvod ob grat. 61. de R. I. lib. 6. l. 6. ff. de LL.* Sic contractus, transactiones, ultimæ voluntates, appellationes, & alii actus legitimi extrajudiciales fieri possunt. *d. l. non minorem. l. ad testium 22. §. penult. ff. de test.am.* qvod in casibus necessitatis admittit Honthem. *lib. 2. de art. Notar. cap. 11. num. 19. per d. cap. consuluit. in fin. & c. consuluisti 3. de celebr. miss.* Unde qvia noctis tempus suspectum dicatur, juxta illud: qvi malè agit, odit lucem, *Joh. 3. cap. perniciosam 21. 18. q. 2.* & tenebræ sint aptæ ad fabricandum falsum. *l. 5. §. si mulier. ff. de ventr. inspiciend.* ac præsumatur contra eum, qvi occultè confert beneficia. *c. ut nostrum 1. ut Ecclesiastica benefic. & cap. Anastasius 9. dist. 19.* neqve omninò publicum dicatur, qvod nocte fit, nec semper sobriè, qvando bis in die corpus refertum est. Honthem. *d. loco.* Nihilominus tamen moribus ut malè introductum, hoc tanqvam pro practica adjecit Laurent. Tennin. ut ad minimum duo vel tria luminaria accendantur. *d. caut. 247. num. 3. per l. 1. §. tria luminaria. ff. de ventre inspic. junctis his, qvæ habentur in l. 2. C. de sentent. ex brevic. recit. vid.* Gothofred. Anton. *disp. feud. 8. th. 8. lit. A.*

VI.

Nocte qvæ fiunt difficulter probantur. gloss. *in l. item si cum. §. in hac actione. ff. qvod met. caus.* & Angel. *ibid.* Alex. *in consil. 24. l. si. qvis inventus. colum. 1. volum. 2.*

CAPUT XXIX.
Noxa, Noxia.

Axioma I.

Noxa caput seqvitur, *l. qvod dicitur 18. de furt. l. qvi ex pluribus 20. & l. ult. ff. l. 1. Cod. de noxal. act. l. 1. §. 14. ff. depos. l. 7. §. 1. de noxal. act.* i. e. actio noxalis ambulatoria est, & cum servo sive capite noxio transit. *§. omnis 3. Inst. de noxal. act.* ubi Harprecht. *n. 3.* Ratio est, qvia non datur actio noxalis, nisi in eum, qvi noxæ dedere possit, si velit: non in eum, qvi non possit dedere, nec si velit. Anton. Faber *in rat. decid. ad l. si qvis in multis 14. ff. de noxal.* nec alius pro alio condemnari debet, *l. 2. C. ne fil. pro patr.* Carpzov. *in crimin. p. 2. qvæst. 105. num. 47.* Et hanc regulam etiam obtinere in qvadrupede notat. *l. 1. §. 12. si qvadr. paup. feciss.* videatur latissimè hâc de re *mear. Criminal. definit. racemat. 8. tit. si famil. furt. feciss. dicatur. n. 27. & seqq.* Limita (1.) nisi dolo posidere desiit. (2.) nisi sciente priore domino servus deliqvit. *l. 2. §. 2. l. 4. pr. & §. 2. de noxal. act.*

II.

Non noxæ, sed fato plerumqve imputantur, tur, qvæ ex improviso casu potius, qvàm fraude accidunt. *c. frater 47. dist. 50.*

III.

Noxia sunt subtrahenda, & salubria procuranda. *Extrav. Com. ex supernæ 2. in princ. de præbend. & dignit.*

CAPUT XXX.
Nullitas, *conf. rubr.* Sententia.

Axioma I.

Nullitas devolvit processus. Gail. *lib. 1. obs. 135. n. 3.* causam principalem ad judicem nullitatis devolvit. *l. absentem 6. C. de accusat.* Bart. *in l. si expressim. num. 130. ff. de appellat.* Philip. Franc. *in cap. dilecto. num. 18. de appellat.* add. Gail. *1. obs. 127. ubi tribus limitationibus regulam declarat.* Unde desertâ appellatione non protinus censeri desertam nullitatem, ait Mynsi. 2. *obs. 77.* qvod intellige in casu, qvo nullitatis causa est intentata principaliter, secus si incidenter. Vult. 2. *Cons. Marp. 29. num. 46.* Mynsi. *resp. 8. num. 19.*

II.

Alleganti nullitatem incumbit onus probandi omnia acta, ut possit argui contra sententiam. Corn. *consil. 348. num. 31. vol. 1.* Abb. *consil. 41. p. 1. & consil. 341. num. 12.* Aym. Cravett. *de antiqvit. temp. part. 2. num. 31.* Farinac. *1. decis. 12. num. 9.*

III.

Allegare nullitatem nemo potest, qvi præbet causam nullitatis. Cravett. *in qvæst. super statuto indemnit. mulier. num. 33. impressa post tract. suum allegatum.* Bertazol 1. *consult. decis. cons. 48. num. 49.*

IV.

Cuicunqve appellare permissum, illi etiam nullitatem deducere concessum; nam uti appellatio tendit ad nostram defensionem, adeoqve favorabilis est, ita etiam qverela nullitatis. Exemplum est in venditore, qvi appellare potest victo emtore. *l. 4. §. 2. ff. de Appell.* item in debitore, si fidejussor victus sit. *l. 5. §. 1. ff. eod.* ergò etiam hæ personæ qverelam nullitatis instituere possunt.

CAPUT XXXI.
Nullum.

Axioma I.

Nullum esse, non est adeò generale, qvin ex consideratione circumstantiarum non possit civiliter intelligi restrictionemqve recipere. *l. si si mihi Mævia 92. §. ult. ff. de legat. 3. l. obligatione §. ff. de pignor. l. ut gradatim 11. §. etsi 1. ff. de muner. & honor. l. & non tantum 19. §. qvòd si pro emptore 1. ff. de petit. hered.* latè Cacheran. *decis. 169. n. 9.* Oldrad. *cons. 148. num. 7. & cons. 268. n. 1.* Nevizan. *cons. 40. n. 10.* Regner. Sixtin. *1. Cons. Marpurg. 114. n. 62.*

II.

Nullum ipso jure est, qvod fit contra Leges, *l. 5. C. de LL. cap. qvi contra. 64. de R. I. in 6.* Weisenbec. *ad tit. Institut. qvi & ex qvib. caus. manumitt. non lic.* qvod enim nullum est, perinde habetur, ac si omninò factum non esset. *l. 1. §. hæc autem 2. ff. qvod qvis ex jur. in alt. statuer.* Felin. *in cap. illud. n. 5. de præscript.* Tiber. Decian. *respons. 10. n. 34. vol. 1.* Thoming. *decis. 20. n. 14.* & simile est mortuo. Honthem. *lib. 3. de art. Notar. 16. n. 20.* nec rumpi aut confirmari potest. Cacheran. *decis. Pedem. 34. n. 12. & decis. 39. num. 11.* Vult. 1. *consil. 22. num. 87.* & id, qvod nulliter factum est, revocari non debet, cum de novo, si non esset factum, fieri deberet. *l. fin. §. fin. ff. qvod met. caus.* Achill. Personal. *de adipisc. possess. n. 250. vers. & hoc qvoqve.* Negusant. *de pignor. memb. 2. part. 3. num. 23.* Jason. *in l. fin. num. 19. C. de edict. D. Adrian. toll.* Farin. *1. consil. 85. n. 164.*

III.

Multa reperiuntur, qvæ sunt nulla, & tamen non possunt allegari nulla. Alciat. *præsumpt. 12. in fin. reg. 3.* Menoch. *lib. 2. de præsumpt. præs. 76. n. 34.* Pacian. *1. cons. 162. n. 30.*

IV.

Qvando aliqvid nullum est, qvicqvid ex eo consequitur, nullum esse oportet. Mynsi. 1. *respons. 8. num. 7.* ubi vid. qvando omissionem litis contestationis sententia nulla fiat, & qvi sit nullitatis effectus.

V.

NULLUM qvod est, nullum producit effectum, *l. 4. §. condemnatum 6. ff. de rejudic. l. non putavit 8. §. non qvævis 2. ff. de bonorum possess. contra tab. l. 2. ff. de auctor. tutor. l. si aut nullum. 4. C. de legit. hered. l. non dubium 5. C. de legib. l. fin. C.*

de

de sentent. ex brevic. recitan. cap. illud 8. de jure patron. Exornant Barthol. Perett. *ad extravag. ambitiosa, de rebus Eccles. non alien. verb. infringere, num. 4.* Cott. *in memorab. verb. actus nullus.* Alex. *cons. 33. in princ. vol. 1.* Franc. Becc. *consil. 12. n. 54.* Surd. *decis. 40. num. 8. & cons. 3. num. 11. & consil. 373. num. 24.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 7. num. 26.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 3. collect. 623.* Cæs. Argel. *de contract. legit. qvæst. 7. nuu. 146.* Mendez à Castro *in praxi Lusitania lib. 3. cap. 21. num. 43.* Mari. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 78. num 10.* Rot. *decis. 770. num. 1. apud Farin. part. 2. recent.* Rota *decis. 422. num. 1. & decis. 516. num. 2. in posthum. Farin.* alias *part. 4. recent.* Narbona *l. 10. gloss. 5. num. 12. tit. 6. lib. 1. Recop.* (Roland. à Valle *consil. 76. n. 21. vol. 2.* Menoch. *consil. 350. num. 14* nec executionem meretur. Wesenb. *cons. 2. num. 27. & in parat. C. qvib. in caus. restit. in integr. non est necess.* Camill. Borell. *cons. 38. n. 22.* Francisc. Milanens. *decis. reg. Sic. 2. n. 136. vol. 1.* Gœdd. 1. *Cons. Marp. 24. num. 138.* siqvidem qvod nullum est, nullum præstat juris fomentum aut adminiculum. *d. l. nulla 2. de auctorit.* Cassador. *decis. 6. num. 1. de præbend.* Farin. 1. *decis. 11. n. 2.* & qvia frustra disputatur de validitate actus, cujus nullus est effectus. *l. 1. C. ne uxor pro marito. l. 33. ff. de hered. Instit. l. cum heres 29. §. fin. ff. de acqvirend. hered.* Et frustra conceditur de eo, qvod nullo casu potest verificari. l. 16. ubi Salicet. *C. ad L. Falcid.* Cons. Arg. *1. cons. 104. n. 88. cum seqq.* ideoqve ex pacto nullo nullam etiam nasci actionem patet *ex l. 6. C. de pact.* latè Wesenbec. *1. consil. 131. n. 151.* ita si contra prohibitionem Legis res fidei commisso subjecta alienata fuerit à fideicommissario existente conditione, vel restituendi fideicommissi liberè revocatur. *l. fin. §. sed qvia & Auth. res qvæ & ibi Dd. commun. C. de legat.* Bald. *in l. non dubium de LL.* ita prædium dotale contra prohibitionem L. Juliæ venditum, adeò nulliter alienatum intelligitur, ut ne qvidem dominium transiisse intelligatur. *§. 1. Institut. qvib. alien. non licet. l. si prædium 23. C. de jur. dot.* & in summa qvoties contractus ob legis prohibitionem nullus est, adeò nihil ex contractu transit, ut nec ope exceptionis possessio defendi ac retineri qveat. Joh. Corn. *in d. l. dubium. num. 20.* Petr. Costal. *ad l. 26. de donat. int. vir. & uxor.* Jason. *ad l. 1. §. si vir & uxor. ff. de acqvir. poss. ibidem* qve Bolognet. *à num. 66. usqve ad num. 82.*)

VI.

NULLUM esse, vel esse sine effectu, paria sunt. Surd. *decis. 51. num. 21. & 22. cons. 3. à num. 8. & cons. 157. à num. 13. & cons. 179. à num. 49. & cons. 381. à num. 13.* Anton. Menoch. *decis. Bononiens. 40. puncto 7. num. 20.* Mari. Anton. *var. resol. lib. 1. resolut. 61. num. 14.* (imò nullum & inutile sunt unum & idem, ac imagine rei carent. Flamin. Paris. *qvæst. 46. num. 25. de confidentia benefic.* & paria sunt aliqvid non esse factum & nulliter factum. *l. 1. §. in qvibus 1. ff. qvod cujusqve univers. l. 6. cum ibi not. qvi sat isd. cog.* ficut & nullum cum invalido æqviparari patet *ex l. qvoties 6 qvi sat isd. cog.* Cons. Argent. *consil. 19. num. 7. vol. 1.*)

VII.

NULLUM qvod est, jus aliqvod tribuere non potest. Rot. *decis. 572. num. 9. apud Farinac. part. 1. recent.* Et nullum qvod est, perinde est ac si nullo modo fuisset factum, Menoch. *cons. 230. n. 13.*

VIII.

NULLUM ipso Jure non præstat impedimentum. *d. l. 4. §. condemnat. 6. cap. consideravimus 10. de elect. c. qvi contra jus 82. cap. nõ præstat 52. de R. I. lib. 6.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 5. lit. N. concl. 140. per totam.* (Petr. Gregor. *17. Syntagm. 7. num. 14.* Besold. 1. *cons. 143. num. 55.*) & faciunt qvæ dixi *suprà lib. 9. in voc. Impedimentum.* & præsertim si contineat præjudicium tertii. Vant. *de nullit. at. in rub. qvoties. & intra qvod tempus &c. n. 53.* qvem refert Mari. Anton. *var. resolut. lib. 2. resol. 18. n. 3.* Nullum enim qvod est, allegabile non est, Roman. *cons. 369. Circa primum. num. 16.* Cardinal. Tusch. *d. conclus. 140. num. 3.*

IX.

NULLUM qvod est, regulariter confirmatum non censetur, nisi expressè dicatur, Marsil. *sing. 196. & consil. crim. divers. 125. num. 14. lib. 1.* ubi qvod confirmatio non trahitur ad statuta nulla, & usu non recepta. Cott. *in memorab. verb. confirmatio Pontificis. fol. mihi 132.* Roland. *cons. 29. num. 35. lib. 1. & cons. 71. n. 46. cum seqq. lib. 2.* Cephal. *cons. 133. num. 101. cum seqq. lib. 1.* ubi qvod Principis confirmatio non validat actus nullos, & invalidos in præjudicium tertii, nec Princeps id velle præsumitur. *cap. exanimata 7. de confirmat.*

mat. util. & inutil. Nullum enim qvod est, confirmari non potest. Menoch. *cons. 351. num. 19.* Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 22. n. 34. & decis. 53. num. 11. & decis. 289. n. 8.* Molin. *de primogen. lib. 2. c. 7.* Cald. Pereira *post tract. de potest. nomin. in respons. pro Duce Pastranæ. vers. qvæ sententia.* Bernhard. Grævæ. *ad pract. Camer. Imperial. lib. 2. concl. 1. n. 32. cum seqq.* (idqve ex defectu potestatis, qvod nullũ est, ex postfacto confirmari & ratificari non potest. Bart. *in l. observare. num. 6. & 7. ff. de offic. procons.* Anchar. *in cons. 133. num. 3.* Berous *cons. 171. Viso process. n. 21. & 23. lib. 1.* Sebast. Vant. *tu tr. de nullit. at. tit. de nullit. ex defectu jurisdict. n. 16.* Cons. Argent. *cons. 51. n. 93. vol. 1.*) nam confirmatio semper refertur ad id, qvod est validum. Surd. *decis. 239. n. 8. & 9.* Aviles *ad cap. 17. Prætor. verb. proverb. n. 7* Rot. *decis. 11. n. 3. apud Farin. p. 2. recent.* Ego ipse *in collect. ad cap. cum dilecta 4. n. 29. de confirm. utili.* Reinoso *obs. 74. n. 5. 6. & 12.*

X.

NULLUM qvod est ab initio, ipso Jure ratificari non potest. *gloss. ult. in cap. cum nos de his, qvæ fiunt à Prælatis.* Tiraqvell. *in l. si unqvam. verb. revertatur. n. 415. C. de revocand. donat.* Laurent. Calcan. *cons. 16. n. 56.* Paris. *cons. 49. n. 12. & n. 61. & cons. 100. n. 66. lib. 1. & cons. 49. n. 27. eod. lib. 1.* Simoncel. *de decreto, in præfat. n. 51. cum seqq.* Ofasch. *Pedem. decis. 34. n. 12.* Virgil, Boccac. *in constit. Picen. gloss 8. n. 77.* Rot. *decis. 535. n. 11. apud Farin. part. 1. recent.*

XI.

NULLUM qvod est, rescindi non potest, *l. nam et si sub conditione 5. ff. de injusto rupto. l. obligare 9. §. tutor 5. de auctorit. tutor. l. si tutor 4. C. in qvibus causis in integr. restit. non est necessaria. cap. ad dissolvendum 13. de desponsat. impuber. l. decem 116. de V. O.* Wesenb. *de inoffic. test. n. 3.* Surd. *consil. 52. n. 58. & cons. 73. n. 77. & cons. 160. n. 61.*

XII.

NULLUM ab initio non convalescit extempore. (Cacheran. *decis. Pedemont. 130. n. 1.* Tiber. Decian. *respons. 8. n. 208. vol. 1.* Phil. Matth. *in Cons. Marpurg. cons. 32. n. 2. vol. 1.*) *cap. qvod sicut 28. de elect. cap. non firmatur 18. de Reg. Jur in 6. l. qvod initio 30. & l. penult ff. eod. tit.* Imol. *in l. 1. §. ult. ff. de verb. oblig.* Rot. *decis. 26. de procurator. in antiq.* Calderin. *cons. 1. de electione.* Barbat. *cons. 70. col. 1. & 2. lib. 3.* Dec. *cons. 661. n. 14.* Oldrad. *cons. 306. in princ. & n. 2.* ubi qvod factum à non Judice, non convalescit, licet incipiat esse Judex, & qvod agenti nulliter à principio, licet superveniat jus, non convalidatur libellus, Lap. *alleg. 1. à num. 5.* ubi ponit multa exempla, qvod nullum non convalescit etiam cessante impedimento nullitatis. Zabarel. *cons. 104. num. 3.* ubi quòd collatio facta non existenti in ætate, non validatur, licet ex tempore efficiatur habilis ætate. Natt. *cons. 430. n. 28. l. 2.* Tiraqvel. *in l. si unqvam. verb. revertatur. n. 414. C. de revocandis donat.* ubi qvod id, qvod ipso Jure est nullum, tractu temporis etiam amoto impedimento, qvod nullum ipsum reddebat, confirmari non potest. Thomas de Thomass. *in floribus legum. reg. 255.* ubi declarat, qvando ab initio actus omninò invalidus erat. Alderan. Mascard. *in tract. de generali statutorum interpret. concl. 9. num. 33.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. c. 12. num. 13.* ubi ampliat favore animæ, D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto matrim. p. 4. n. 96.* ubi limitat in actu conditionali latè Cardin Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. N. conclus. 142. & 143.* Cancer. *var. p. 2. c. 1. num. 28.*

Licet autem non convalescat illemet actus, qvi à principio nullus fuit, qvoniam effectus nullitatis jam productus nunqvam cessat, etiam sublata causa, *l. ult. in princ. ff. unde liberi, cum aliis,* ut per Tiraq. *in tr. Cessante causa. limit. 12. in pr. & limit. 19.* tamen si ex post-facto tacitè faltem superveniant ea omnia, ex qvibus constituitur actus ille, de qvo agitur, non habito respectu ad id, qvod præcessit nulliter, incipiet ex nunc actus novus, & validus: ut innuunt Federic. de Senis *cons. 26. n. 5.* Calderin. *cons. 2. num. 3. de constit.* Card. Tusch. *d. lit. N. concl. 342. num. 37* sic procedit text. *in l. 1. §. 1.* ibi, *qvasi nunc datum. ff. de leg. 3. l. eos 65.* ibi, *effici. ff. de ritu nupt. c. 2. de conjugio serv.* cum aliis, de qvibus per gloss. *in d. c. non firmatur.* Et in hoc sensu accipienda est sententia illorum, qvi credunt actum à principio nullum convalescere, si superveniat causa confirmans, ex qva actus ille nunc constituitur, & de novo conficitur, intellige, esto qvòd actus prior nullus fuerit ipso Jure, cùm enim non agitur de ipsius convalescentia, aut confirmatione, sed de creatione alterius novi, nullitas prior qvantumcunqve efficax, & ipso Jure inducta, non obstat: id qvod satis probat text. *in d. l. 1. §. ff. de leg. at. 3.* cum aliis, qvamvis *gl. ult in fin. in cap. cum nos 3. de iis, qvæ fiunt à Prælat.* & plures relati per Tiraq. *in d. l. si unqvam. verb. revertatur.*

tur.n.415. aliud innuere videantur, qvorum sententia, ut ille explicat *num.seq.* procedit tantùm ad effectum, ut actus idem à principio nulliter gestus confirmetur, & valeat ut ex tunc.

Non obstat text. *in cap. auditis 29. de elect.* ubi electio nulla propter defectum consensus electorum, non valet ut ex nunc etiam iisdem consentientibus, propter *regul. d. cap. non firmatur.* qvicqvid aliud intendant, gloss. *ibi post med. & in d. cap. auditis. verb. ex post-facto. gl. verb. tractatus, in cap. 1. de rebus Eccles. non alien. lib. 6.* & utrobiqve Doctores. Veriùs videtur, electionem illam non constituì validam etiam ut ex nunc, qvia consensus ille superveniens non sufficiens fuit ad electionem novam constituendam per se absqve auxilio illorum, quæ nulliter præcesserunt, & qvæ oportuit de novo iterari.

CAPUT. XXXII.

Numerus, *vid. infra* Singularis & Septenarius.

Axioma I.

De numeri principio idem est, qvod de numero. *l. maritus 21. junct. gloss. C. de procur. ibidem q.* Cyn. Paul. de Castr. & Alex. Imol. Cyn. *in l. non ideo minus. C. de hered. instit.* Everard. *in loc. Topic. loc. à vi numeri. num. 2.*

II.

Numerus pluralis concipit singularem. *l. non est sine liberis 184. ubi not. Alciat. ff. de V. S. cum aliis traditis per* Tiraq. *in l. si unqvam. in vers. susceperit liberos. num. 241.* Bertazol. *1. consult. decis. cons. 98. n. 32.*

III.

Unicum certamen vel specimen non sufficit, sed reqviritur ut athleta, miles, studiosus tertiò se strenuè gesserit, si præmium mereri velit. Perez. *C. de athlet. n. 6. 8.*

IV.

Supernumerarii ordinariis non præjudicant, nec qvicqvam adimunt. *Perez. C. de Collegiat. n. 9. 10.* licet pro se habeant Rescriptum principis. Brunnem. *ad lun. C. d. t. n. 2.*

V.

Numero duorum contenta est pluralis locutio. *c. si testes 3. §. ubi 4. q. 2.* ideoqve ubi numerus testium non adjicitur, regulariter duo sufficiunt. *d. c. si testes. §. ubi 4. q. 2. l. 9. C. de testib. l. ubi. num. 12. ff. eod. c. 23. c. 28. extr. de testib. Deut. 19. v. 9. Matth. 18. v. 16.* nisi qvando lex ipsa plures reqvirat, qvemadmodum per plures casus ostendunt Speculat. *de testib. §. 11. num. 1. & seqq.* Vasq. 1. *contr. 14. num. 3.* Donell. *ad l. 9. p. 192. C. de testib.* Farin. *de test. q. 63. num. 239.* Umm. *in disp. ad process. disp. 16. th. 6. num. 42. vid. infr. lib. 15. c. Pluralis.*

VI.

Numero præfertur autoritas. *c. Ecclesia 57. extr. de elect.* numero enim majori non semper standum, nisi sit senior. *d. c. Eccles.* qvo casu si numerus multum excedat, autoritati præponi solet. *cap. dudum 22. extr. de elect.*

VII.

Numerum non auget persona electi, nec in numerum eligentium computatur. *c. humana 50. extr. de elect.*

CAP. XXXIII.

De Nuncio.

Axioma I.

Qvoties de facto nuncii proprio qværitur, toties plenam meretur fidem; qvoties verò de alieno, toties semiplenam tantùm. *l. apparitores 5. C. de exact. Tribut.*

Ratio: qvia in factis propriis fides ejus publicâ autoritate est electa, & juramento confirmata. Inde in his pro eo præsumitur, & fides ipsi habetur, non verò in alienis. Gail. *lib. 1. obs. 54. n. 45.*

Exempl. Ita ergò creditur nuncio dicenti, se executum esse citationem, & citatum personaliter inveniisse. *Simon van Lövven in Proceff. Forens. p. 2. d. 1. c. 69. n. 4.* Econtra non creditur ipsi dicenti, se à citato verberatum; Es habe sich der Citirte wider ihn vergriffen/ oder unbescheidener Reden verlauten lassen. *Menoch. lib. 2. arbitr. Jud. qvæst. casu 112. n. 15.*

Limita, ut procedat (1.) de nuncio jurato & publico. (2.) ut contra nuncii relationem semper adhuc admittatur probatio in contrarium. Mascard. *de probat. concl. 112. num. 26.* (3.) ut ultimo præprimis casu judicis arbitrium non excludatur.

II

Publicæ lætitiæ nunciis modicum donari potest, immodicum nec exigere, nec accipere à spontè solventibus possiunt. *l. 1. 2. C. publ. lætitiæ, ibiq; Brunnem.*

III.

Nunciis insigna, Bothen-Zeichen/ habentibus creditur. *Ayrer in proceff. C. 4. 10. 2. n. 24.*

CAP. XXXIV.

De Nundinis.

Axioma I.

In Nundinis res & personæ arrestari neqveunt, nisi in iis qvis contraxerit, aut solutionem receperit, *l. un. C. de Nund.* vel debitum sit juratū, aut qvis immunitati temporis lociq; renunciet, Moler. *1. Sem. 12.* Coler. *de Proceß. Execut. P. 2. cap. 3. n. 156.* Peck *de Jure fisci. cap. 10. n. 3.* Renunciatio verò illa non valet, nisi sit specialis & expressa. Peck *d. l. cap. 12. n. 2.*

II.

Nundinæ singulari protectione & securitate gaudent, vulgò Meß- und Jahrmarckt-Schutz. Mager. *de advocat. cap. 15. n. 18.*

III. Nun-

III.

Nundinæ minùs solennes sive provinciales, qvæ in specie dicuntur Jahrmärckte/ instituuntur ab inferioribus Statibus Imperii vi Jurisdictionis territorialis. Limn. *de Jure Pub. lib. 4. c. 8. num. 311. seq.* Solennes verò seu universales Imperatoriâ autoritate instituuntur, ubi ex toto Imperio homines conveniunt, ut Francofurti, Lipsiæ &c. *l. 1. ff. l. un. C. de nundin.* Besold. *voc.* Meß.

Nuptiæ, *vid. Rubr.* de Matrimonio.

CAP. XXXV.
De Nuptiis secundis.

Axioma I.

Qvamdiu de morte alterutrius conjugis non constat, tamdiu nuptiæ secundæ non sunt concedendæ. Ratio est in *1. Cor. 7. v. 39.* & qvia vinculum conjugale prius hâc ratione adhuc durat. *l. 14. §. 3. ff. qvi & à qvib. manumissi* Exempli loco hinc colligitur, mortem alterius conjugis regulariter esse probandam.

Limita: nisi Conjux alter malitiosè abfuerit. Carp. *Jurispr. Consist. l. 2. def. 170.*

II.

Qvoties ex parte nocente gravius delictum metuendum, toties indictâ mulctâ transitus ad alia vota permittitur, qvia delictis qvovis modo obviandum.

Limita, ut tamen prius tentetur, an incarceratione incontinentia partis possit coërceri: qvod, si fieri non possit, copulatio sine solennibus permitti solet. aut partibus injungi, ut aliò se conferant. Carpzov. *Jurispr. Eccles. P. 2. Def. 191.*

Qvousqve intra annum luctus permissæ sint secundæ nuptiæ, vid. LUCTUS.

CAPUT XXXVI.
Nutus.

Nutus non est nota rerum, sed consensus indicium. Gœdd. *in Commentar. ad rub. ff. de V. S. num. 8.* in his enim, qvæ verba non reqvirunt, nutus qvidem sufficit ad arguendum consensum vel dissensum. *l. in qvibuscunq; 48. l. obligamur 52. in fin. ff. de O. & A.* animi tamen possessionem ac motum planè non prodit. Qvam ob causam nutus in heredis institutionibns, stipulationibus, sententiis dicendis, aliisq: similibus, qvæ deliberatum, non levem reqvirunt animum aut consilium, non sufficit, cum verbis opus sit. *l. 1. §. 1. ibi contra si sine verbis. ff. de V. O.*

Finis Libri Duodecimi.

LIBER

Liber Decimus Tertius.

CAPUT. I.

De Obedientia, *v. infra* Reverentia.

Axioma I.



Bedire nos docuit natura melioribus. *cap. ult. dist. 89.* Arnis. *de Majestat. c. 2. num. 2.* imò & in dubiis obediendum semper est, *cap. qvi culpatur 4. in fin. 23. qvæst. 1.* Leges enim externam obedientiam locomotivæ non mentis aut voluntatis aut cordis εὐταξίαν reqvirunt. *l. cogitationis 18. ff. de pœn.* cum hæc præstare hac in naturæ depravatione impossibile sit, nec præstari possit. Wesenb. *in parat. ff. de just. & jur. num. 4.* & præcepto superioris est obediendum, adeo ut qvi non obediverit, morte moriatur. *cap. 2. de major. & obed.* qvia ea melior sit victima. Ludov. Roman. *cons. 522. num. 3.* cum pervictimam aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactetur. *cap. sciendum 110. §. q. 1. cap. illud 9. de majorit. & obedient.* Unde & obedientia præfertur omnibus, *cap. illud 5. extr. de major. & obed.* Obediendum autem esse primo Deo, & postea Principi, ait *cap. qvi resistit 97. 41. qvæst. 3.* ita justum esse, ut Princeps obediat Legibus suis, textus est *in cap. justum est 2. dist. 3.* ita obedire vult Pontifex Legibus Imperatorum, *c. pen. extr. de accusat.* ita obedire debent minores majoribus. *Extravag. qvorundam. §. qvo circa. in fin. de V. S.* Monachi Abbatibus, *cap. qvam. sit 5. §. nullus. cap. Abbates 61. 18. qvæst. 2. cap. conqvestus 8. 9. qvæst. 3.* ita obedire tenentur tàm Laici qvàm Clerici Abbati jurisdictionem habenti, *c. dilecta 12. extr. de major. & obed.* adeò ut obedientiam non præstantes suo Abbati, debeant de Monasterio expelli. *cap. cum Ecclesia 10. extr. eod.* ita obediendum etiam esse Episcopo à Clericis & Sacerdotibus suæ diœcesis, textus est *in cap. qvæ 8. 7. qvæst. 1.* ita obedire debent subditi Magistratui, inqvisitione vel accusatione contra eum pendente, *cap. penult. extr. de accusat.* & in genere obediendum esse omnibus superioribus, dum modo non sint hæretici, licet aliàs sint mali, notat text. *cap. sacerdotes 8. 2. qvæst. 7.* & qvidem festinanter, *cap. 1. dist. 93.* Obediendum enim sic est potestatibus secularibus, ut Deus non offendatur. *cap. nos 4. 15. qvæst. 6. cap. qvæ contra 2. dist. 8.* Unde cum obedientia dicatur obtemperare utilibus superiorum mandatis, *c. ult. 23. qvæst. 1.* ideoqve qvando ipse Princeps juribus suis obedientiam præbet: tunc eam ab omnibus custodiendam existimet, *cap. justum est 2. dist. 9.* adeò ut eam nec subditis præscribere possit, *cap. cum 12. extr. de præscript.* Qva de causa ii culpa carere dicuntur, qvi mandato Domini vel Magistratus sui in rebus atrocitatem habentibus obtemperant. *l. liberorum 11. §. excusantur 4. ff. de his qvi not. infam. l. 37. ff. ad L. Aqvil. l. servos 4. C. de vi publ. l. 167. §. qvi jussit 1. l. 157. ff. de R. J.* ubi Christoph. Sturtius Cagnol. *ad. l. velle. per illum text. num. 9. cod. tit.* Bursat. *cons. 312. num. 18.* Cravett. *consil. 961. num. 13.* Gœdd. *1. cons. 24. num. 125.* Mynsing. *respons. 23. num. 27.* cum is in dolo non dicatur, qvi suo superiori obedivit, Pacian. *consil. 164. num. 150.* imò etiam omni Magistratui etiam impio, honesta tamen nec cum jure naturæ aut decalogo pugnantia præcipienti, obediendum ex Paulo *Rom. 13. & 1. Timoth. 2. not.* Hunn. *2. de Auctorit. jur. civil. cap. 1. qvæst. 5.* Harprecht. *ad proœm. Inst. num. 30.*

Excipe, secus esse in his, qvæ Deo & Ecclesiæ ejus sunt contraria, qvia tunc voci divinæ magis qvam hominibus, *Actor. 5. 29.* Deoqve magis qvam Imperatori parendum est, *cap. si dominus 93. 11. qvæst. 3.* ubi dicitur, qvod si Dominus ea jubet, qvæ non sunt adversa sacris literis, subjiciatur Domino servus, si vero contraria præcipit, magis obediat Domino spiritus qvam Domino corpus, qvod idem consideravit & Bald. *in Auth. habita. col. 4. vers. nota. C. ne fil. pro patre.* dum ait, qvod si Princeps jubeat aliqvid contra conscientiam, ei obtemperandum hoc in casu non erit. vid. & Marant. *in qvæstionibus legalibus, disp. 1. num. 21.* & Covar. *ad reg. peccatum. de R. J. p. 1. relect. num. 5.* ubi an superioribus obediendum, qvando scandalum seqvitur, latissimè tractat. Qvapropter obedire nolle non semper malum est, si scil. contra Deum qvid præcipiatur, *cap. non semper 92. 11. qvæst. 3.* cum injusta mandanti obediendum non sit, *cap. dilectus 15. extr. de tempor. ordin. cap. solicitudinem 54. extr. de apell.* Unde obediendum non esse inferiori, ubi duo superiores mandant opposita, not. *cap. qvi resistit. 97. 11. q. 3.* obediens itaqve servus Domino in malo suo, excusatur pro tanto qvia servus, sed non pro toto *cap. qvi compulsus 1. 22. qvæst. 5.* idem est, si inferiores sint exempti à superiore, hos enim non teneri obedire, text. est *in cap. inter 8. de major. & obed.*

II

Obedire in desideratis & obedire in contrariis præter voluntatem, nulla est obedientia, *cap. sciendum 10. 8. qvæst. 1.* & per obedientiam bonum deserere, malum vero nunqvam facere licet, *cap. qvid ergo 99. 11. qvæst. 3.*

III.

Obedientiam, qvam exigimus à ſubditis, ipſi debemus ſuperioribus noſtris impendere. *cap. qvi ſe ſcit. 12. 2. qvæſt. 6. c. qvanqvam 6. diſt. 23. l. qvorundam 6. diſt. 74.*

IV.

Obedientia qvia cogit eſſe ſub aliena poteſtate, nihil debet habere proprium. *cap. non dicatis 11. 12. qvæſt. 1.*

V.

Qvi obedientiam ſponte impendit, non cogitur ſe obligare ſcripto, *cap. legebatur 3. extr. de major. & obed.*

VI.

Liberi obedientiâ favorem parentum, & ſpem hereditatis ſibi debent parare *l. 17. §. 3. in fin. ff. de adopt.* ſemper enim his ſancta perſona parentum videri debet. *l. antepenult. de obſeqviis.* Unde etiam ad officium Magiſtratus pertinere dicitur, jubere liberos, ut obſeqvium parentibus exhibeant. *l. 9. §. 3. ff. de offic. Proconſ.*

VII.

Puniendus eſt qvi contra obedientiam ſuperioris aliqvid geſſit etiamſi proſperè rem geſſerit, ut Duces belli, Legati *l. 2. §. 15. de re milit. Brunnem. ad l. fin. C. de delat.* etiamſi repentinus aliqvis caſus rem commodiùs agi poſſe polliceatur. Ita Craſſus Mutianus cùm in conſulatu obtineret Aſiam provinciam & oppugnare Leucas oppidum pararet opusqve eſſet firmâ ac procerâ trabe, qvâ arietem faceret, qvò muros ejus oppidi qvateret, ſcripſit ad architectum, ut ex malis duobus, qvos apud eum vidiſſet, uter major eſſet eum mittendum curaret. Architectus, non ut juſſus erat, majorem, ſed qvem eſſe magis idoneum aptioremqve arieti faciendo, facilioremqve portatu exiſtimabat, minorem miſit. Craſſus eum vocari juſſit, rationibusqve, qvas dictitabat, ſpretis, veſtimenta detrahi imperavit virgisq; multum cæcidit; corrumpi atqve diſſolvi officium omne imperantis ratus, ſi qvis ad id qvod facere juſſus eſt non obſeqvio debito, ſed conſilio non conſiderato reſpondeat. *Gell. Noct. Attic. Lib. 1. cap. 13.*

Limita: niſi incommoda ex non obſervato mandato metuenda leviora, minoraqve; utilitas autem contra gravior & amplior ſpe qvantum poteſt firmâ oſtendatur, tum poteſt adverſus mandata fieri, ne oblata divinitùs rei benè gerendæ occaſio amittatur. *Gell. de l.*

VIII.

In his qvæ carent atrocitate facinoris vel ſceleris ignoſcitur filiis vel ſervis, ſi parentibus vel Dominis obtemperaverint *l. 157. de R. J.* Ita parendi neceſſitas excuſat heredem, e. g. filium in poteſtate patris, cujus juſſu tacitam fidem interpoſuit de reſtituendâ hereditate incapaci, id enim illi ut extraneo heredi non nocet. *Perez. C. de delator. n. 19.*

CAPUT. II.

Obiter.

Obiter qvæ fiunt & in tranſitu, non ſunt in conſideratione. *l. naturalem. 5. ff. de acq. dom. l. ſi qvis poſt hanc 6. Cod. de priv. ædif.* Lochm. 7. *d. m. 1. th. 14.* Ita etiam qvæ indulgenter vel ἐκ τοῦ παρήκοντος dicuntur. Rivetus *in epiſtol. de termin. vitæ p. 414.*

CAP. III.

Objecta.

Axioma I.

Objicere non ſufficit, niſi probetur objectum. *c. ſuborta 21. extr. de ſent. & re judic.* Unde objecta non probans pœnam qvam intulit ipſe patiatur. *c. Paulum 6. in fin. 2. qvæſt. 3. cap. qvi 3. 2. qvæſt. 3. cap. qvi 4. 2. qvæſt. 8. cap. ibi 8. 3. qvæſt. 6.* & objiciens multa, ſi in præcipuo fallat, punitus repellatur, ac ſi in omnibus fefelliſſet, *cap. ſi forte 11. de Elect. in 6.*

Limita, niſi qvando crimen conſtringat utrumqve, tunc enim alter alteri crimen objicere non poteſt. *cap. in lectum 6. 34. qvæſt. 2.* vel ſi iratus crimen alicui objeciſſet, tunc enim, niſi reſipiſcens illud probaverit, reus criminis non eſt, *cap. ſi qvis 2. 2. qvæſt. 3.*

H

Objectiones frivolæ & infirmæ produnt cauſæ contrariæ infirmitatem, *Weſenb. in parat. ff. de Except. n. ult.*

CAPUT. IV.

Oblatio.

Axioma I.

Oblatio legitimè facta vice ſolutionis & liberationis fungitur, *l. 1. C. qvi potior. in pignor. l. obſignatione. 9. C. de uſur.* Qvid in judiciali, an etiam illa hunc habet effectum? Reſpondet Vultejus 1, *conſ. 18. num. 45.* oblationem in judicio factam vice ſolutionis & liberationis fungi, etiamſi nuda ſit & verbalis, nec actus realis acceſſerit, *l. obſignatione 9. C. de ſolut.* Neguſant. *de pignoribus membr. 3. p. 5. num. 264.* Bart. *in l. ſi reus paratus. in fin. ibiqve* Caſtr. *ff. de procurat.* Innocent. Hoſtienſ. Johann. Andr. *in cap. ſignificavit. verſ remiſerit. extr. de pignor.* Decius *conſ. 449.* Pariſ. *conſ 34. num. 27. in fin.* Verall. *deciſ. 108. num. 11.* Vult. 1. *conſ. Marburg. 18. num. 43.* Diſſentit A. Faber. *in C. ſuo de ſolution. defin. 53. p. 1106.* qvem ſeqvitur Carpzov. 2. *jurispr. forenſ. conſtit. 18. defin. 16. num. 6.* ſed male. Unde etiam verbalem oblationem etiam extra judicialiter factam, ſi ab eo, cui offertur, recuſetur, vim ſolutionis parere, haberiqve pro implemento ejus, ad qvod debitor tenebatur, *ex l. qvi decem 72. ff. de ſolut. l. acceptum 19. C. de uſur.* deducit Baldus *in l. 1. col. 2. Cod. qvando tertio non eſt provoc. neceſſ.* qvia cum ex recuſatione de creditoris voluntate appareat, realis oblatio eſſet fruſtranea. Rupa *in l. qvod te. num. 20. ff. ſi cert. petat.* Bertrand. *conſ. 106. col. 5. vol.*

5. vol. 2. Corn. *conſ. 321. col. 1. vol. 3.* Socinus jun. *conſ. 63. num. 59.* Chaſſan. *conſ. 113. colum. 1.* Gabr. *concluſ. lib. 1. de ſolut. concl. 8.* Ruin. *conſ. 70. num. 4. lib. 1.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſin. 105. n. 6.* Gylman. *4. 1. vot. 41. num. 15.* cùm enim per eum non ſtet, per qvem qvid fieri debeat, perinde habendum eſt, ac ſi verè feciſſet, *l. jure civili 24. ubi latè* Imol. & Socin. *de condit. & demonſtr. l. Labeo ſcribit 50. ff. de contr. empt. l. ſed addes 19. §. fin. l. qvi operas. 38. ff. locat. l. 1. §. Divus 13. ff. de extraord. cognit. l. 1. C. de iis qvi ſub mod.* Vult. 3. *Conſ. Marp. 21. num. 289.* Qvoad effectum tamen actionis conſeqvendæ verbalis non ſufficit, ſed reqviritur realis, Bartolus *in l. Prætor. §. ſi qvis paratus. ff. de oper. nov. nunc.* Jaſon. *in l. 7. ff. de pact. in princ.* Alex. *conſil. 130. verſ. non obſtat. vol. 4.* ut qvæ in conſignatione & actuali depoſitione conſiſtit, *l. antepenult. cùm ibi notat. Cod. de pact. inter Empt.* Gloſſ. Caſtr. Salicet. *in l. Julianus. §. offerri. de Act. empt.* Roland. à Valle *conſ. 53. num. 34. vol. 1.* Jaſon. *in l. Titiæ. ff. de legat. 1. & conſ. 172. vol. 2.* Carpz. *deciſ. Neapolit. 19. num. 2.* Kirchov. *in theſ. commun. opin. lit. O. in princ.* Tiraqvell. *de utroq; retract. §. 49. gl. 6. n. 19.* imò nec in contractibus innominatis ſolam oblationem vim habere implementi, eò qvod poſſit agi, ſicut ſi verè fuiſſet impletum, cum ea hoc in caſu impedire neqveat, qvo minus ſit locus pœnitentiæ, ajunt gloſſa *in l. 7. circa princip. ff. de pact. & gloſſa magna in fin. verſ. faciat. & ibi Dd.* qvod tamen Jaſon. *ibidem* multis modis limitat. Vide Vaſq. *3. contr. 59. n. 14.*

II.

Qvâcunq; ratione fieri debet ſolutio, eâ qvoqve ratione fieri debet oblatio: ratio eſt in axiom. præced. qvia oblatio eſt inſtar ſolutionis; uti enim per hanc, ita etiam per illam debitor ab obligatione liberatur. Ita ergò debitum tealiter offerendum *l. 19. C. de uſur.* & in eâdem qvalitate & bonitate *arg. l. 3. ff. de Reb. Cred.*

III.

Oblationem qvi fecit, non amplius dicitur eſſe in mora, *l. illud ſciendum 17. verſ. deinde poſtea offerente. ff. de peric. & commod. rei vend.* Cephal. *conſ. 746. Petitur. num. 5. verſ. qvibus infero. vol. 5.* vide & Bartolum *in d. l. acceptam. num. 2. verſ. venio ad qvæſtiones. C. de uſur.* ubi ait, qvod ſi aliqvis rem offerret, non autem verè deponeret, ſed ſolo verbo diceret, ſe eſſe paratum ſolvere, tunc illa verba videri habere vim realis oblationis, in rebus, qvæ offerri non poſſunt, ut ſunt immobilia, qvem ſeqvuntur Bald. *ibid. n. 9. verſ. modo venio. colum. 2.* & Alexand. *in l. ſi mora. num. 4. col. 2. ff. ſolut. matrim.* vide tamen Pacian. *1. conſ. 97. num. 9. & 10.* Hunn. *vol. 2. diſp. 3. th. 10. q. 43.*

IV.

Offerre Deo indignum eſt, qvod homo dedignatur, *cap. ult. in fin. diſtinct. 49.*

V.

Oblata voluntariè ſine peccato accipi poſſunt, *c. qvæſtæ 12. c. poſtqvam 13. 13. qvæſt. 2. cap. de Eulogiis 8. diſtinct. 18.* Oblationes autem dicuntur, qvæcunq; de propriis & licitis rebus Eccleſiæ à fidelibus offeruntur, *cap. cauſa 13. extr. de V. S.* ſive omnia, qvæ qvocunq; titulo ad Eccleſiam perveniunt, *c. cum inter 29. extr. eod.* oblatio enim ex iniqvo, eſt maculata, & ideò infructuoſa. *cap. imolans 2. 14. qvæſt. 5.*

VI.

Qvod non poteſt peti, illud nec licitè ſpontè offertur *l. fin. §. 2. C. de re milit. l. un. C. de Strator.*

Limita, ut procedat, ſi ſubſit metus corruptionis. *Brunnem. C. eod. num. 1.*

CAP. V.

Obligatio, *vid. Rubr.* Cauſa debendi.

Axioma I.

Obligatio non ex noſtra voluntate dependere, ſed propriis viribus ſubſiſtere debet, *l. obligationes 27. de Verb. Oblig.* Unde eſt illatio JCti *in l. 22. §. 1. de Reg. Jur.*

II.

Obligatione poſitâ, neceſſe eſt poni actionem, *Vult. 2. Jurispr. Rom. c. 17.* Treutl. *diſp. 23. theſ. 1. lit. e. vol. 1.* qvia ſi obligatio eſt mater actionis, ſeqvitur, qvod poſitâ matre, poni debeat & filia, cum ſint correlativa, *l. fin. ff. de acceptilat.* qvod tamen univerſale non eſſe, patet *ex l. niſi 4. & l. ſi tutor 9. §. fin. de tutel. & rat. diſtr.* ubi tutor, qvo adminiſtrare incipit, ſtatim obligatus dicitur, & tamen actio tutelæ prius non oritur, niſi tutela finita, qva de cauſa & Jaſon *ad §. 1. Inſt. de actionib.* reſtrinxit tantum ad actiones perſonales *per l. licet 42. §. ea obligatio 2. ff. de procur.* qvæ reſtrictio an ſubſiſtere poſſit, latè diſputat Ludov. Gomez *ad §. ſupereſt. Inſt. de act. num. 15.* vid. & Vult. 3. *conſ. Marp. 21. num. 123.*

III.

Obligari ex alterius conventione nemo poteſt, *§. 3. Inſt. de inutil. ſtipul. l. ſtipulatio 38. in princ. & §. 1. l. 83. in princ. de Verb. Obl.* omnes enim obligationes ex noſtra perſona, non alterius initium ut ſumant, neceſſe eſt, *l. qvæcunq; 11. ff. de Obligat. & action.* Carpzovius *part. 2. conſtitut. 16. defin. 38. num. 4.*

Limita: qvoties obligatio non ex conventione præcedente ſed ex ipſâ re oritur, toties qvilibet ex eâ tenetur *l. furioſ. 46. ff. de O. & A.* qvia ſic ſufficit rem ad aliqvem pertinere, cujus in hoc caſu tantùm ratio habetur, non etiam perſonæ, nec attenditur an illa voluntatem declarare poſſit, annon. Exemplum eſt in *d. l. 46.* de impenſis in communem cum pupillo fundum factis.

Declara: niſi alter inde locupletior factus non fuerit.

IV.

Obligationes juxta formam traditam ab homine vel à jure regulantur & modificantur, *l. 5. ff. mandat. l. 11. §. conditio 5. ff. de inſt. act. l. 1. §. cujus autem 4. eſt de Exerc. act.* Conſil. Arg. 1. *conſ. 104. num. 150.* unde nec conditio earum ex perſonis heredum immutatur. *l. 2. §. ex his 2. ff. de V. O. l. 2. §. 2. verſ. At in contrarium. ff. de ſtipulat.*

prætor. l.18. §.5. de damn. infect. Bocer. *de invest. feud. cap.4.n.44.* Berous *conf.120.n.16.* Hier. Cagnol. *ad l. heredem 59.n.3. ff. de R.I.* qvia non debet esse melioris conditionis qvàm auctor ejus, *d. l. heredem 59.* ubi Decius, Cagnol. & Christoph. Sturc. *num. 13.* Gœdd. 3. *conf. Marp.33. num.98.*

V.

Obligari nemo sibi potest, *l. qvi hominem 34. §. pen. ff. de solut.* qvia actio & passio sunt contraria, nec possunt subsistere in uno subjecto, *l. Vranius 71. in princ. vers. Sed cum ff. de fide juss.* Zasius *ad l. cum filio. in prine. ff. de legat. 1. num. 9.*

VI.

Obligatio pure contracta efficacior est obligatione in diem contracta, *l.213. ff. de V. S.* Bocer. *de investit. feud. cap.5. num 3.* Siqvidem pura confestim exigi potest, *l. si dies 2. ff. qvando dies legat. ced. l. eum qvi Calendis 41. §. qvoties 1. ff. de V. O. l. in omnibus 16. ff. de Reg. Jur.* cùm in altera expectandus dies, usqve dum venerit, *l.75. ff. de condit. demonstr. l. 22. ff. qvando dies legat. l. talis 30. §. sed etsi 4. ff. de legat. 1. l. 1. §. ult. ff. ut legat. nom. cav.* Barth. Reusner. *in tr. de obligat. in diem num. 48.* Unde dici consvevit, qvando pura est obligatio, præsens est actio, *l. 41. §. qvoties 1. ff. de V. O.* Carpz. *p. 2. const. 28. defin. 19. n. 5.*

VII.

Qvoties qvis ex die obligatur, toties qvidem ante diem non potest exigi debitum, cautio tamen de debito solvendo rectè ex justâ causâ petitur *l. in omnibus. ff. de Judic.* si enim exigi posset ante diem plus peteretur *§. 33. Inst. de action.* cavendum tamen est, qvia bonæ fidei nihil magis consentaneum, qvàm ut Creditori plenè sit cautum de debito. Ita ergò si paupertas immineat vel aliqvis de fugâ sit suspectus cautio peti potest.

Limita, ut procedat præprimis in bonæ fidei judiciis. *d. l. 41.* qvibus æqviparatur actio ex testamento, arg. *l.34. ff. de Usur.* Conf. Rubr. DE DIE.

VIII.

Obligatio extinguitur, si in eum casum redigatur, à qvo incipere non potest. *l. existimo posse 98. l. pluribus rebus 140. cum similib. de V. O. & ibid.* Partol. & Paul. de Castr. Johan. Ferrar. *1. conf. Marp. 2. num. 7.* Obligatio enim deficit causâ ejus deficiente, Andr. Tiraqvell. *p. 1. de Cauf. cessant. num. 109.* sublatâ verò obligatione & consequens, actio scilicet nulla, superesse potest, sed ipsa cum obligatione expirat, *l. licet 42. §. ea obligatio 2. ff. de procurat.* Vult. 3. *Conf. Marp. 23. num. 3.*

IX.

Obligatio nulla est sine consensu ejus, qvi obligari debet, *l. 1. §. 1. ff. de pact. l. non omnis 19. l. si ego 18. ff. de reb. cred. l. in venditionib. 9. ff. de de contr. empt.* qvo spectat, qvod scitè scribit Baldus *in l. Jurisgentium. §. igitur nuda. de pact.* Contractus cujusvis medullam in consensu consistere, cujus etiam meminit Galiaul. *in rubr. de V. O. num. 96.* & post eum Vult. *2. Con. sil. Marp. 25. num. 121.* Obligatio enim est ex conventione, nec ulla est obligatio, nisi subsit contractus, ex qvo obligatio proficiscatur, *§. 1. Inst. de oblig. & §. omnium. Instit. de act.* & in specie ad retrovendendum nullam obligationem posse oriri absq; consensu ejus, qvi obligatus dicitur, notant Dd. communiter omnes *in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.* & Decian. *consil. 130. n. 7. vol. 3.* Vult. *3. conf. Marp. 21. num. 124.*

X.

Non figura literarum, sed mente & sensu nostro obligamur, *l. non figura 38. ff. de O. & A. l. obligationem substantia 3. ff. eod. l. emptione 3. C. plus valere qvod agit.* Carpzov. *p. 2. const. 17. defin. 8. n. 3.* obligationem tamen scribens videtur consentire obligationi *L. fidejussor 26. §. 1. ff. de pign. & hyp.*

XI.

In obligatione generali non veniunt ea, qvæ in specie verisimiliter qvis non esset obligaturus, *l. in obligatione 6. ff. de pign.*

Limita I. nisi qvando unam tantum rem haberet, qvi tunc obligans omnia sua bona intelligitur illa obligata, licet in specie non esset obligaturus: ratio, ne obligatio reddatur inutilis & frustratoria, sicut in simili dicit Bald. *in l. liberti, circa med. col. pen. C. de oper libert.* ubi qvando filia cederet omnia, qvæ haberet super bonis patris: nec ullum jus haberet, nisi dotis, illud cedere dicitur, nec cesfio sit inutilis, *per l. fundus qvi locatus 24. ff. de fund. instruct. fac. l. Qvintus 7. in princ. ibiq;* Bartolus *ff. de annuis legat. l. qvi qvatuor 30. §. qvi hortos 1. ibiqve* Gloss. *ff. de legat. 3.* adde & Aretin. *in l. hujusmodi de V. O.* Bartol. *in l. his verbis, §. 1. de legat. 3.* Joh. Andr. Cardin. *in cap. in generali concessione de Regulis Juris in 6. ubi pluribus hoc limitando declarat.*

Limita II. in obligatione bonorum per verba universalia, qvia tunc omnia venire, ajunt Baldus *conf. 409. lata fuit sententia lib. 5.* Decius *in l. omnia. si cert. pet. c. sedes 15. de rescript. & conf. 389.* Corn. *conf. 128. lib. 3.* Cravett. *conf. 294. n. 8. vers. Tertio Corneus dicit.* Pantschm. *1. pract. qvæst. 7. num. 28.*

XII.

Nondum est in obligatione, qvod sub conditione debetur, *l. si qvis sub conditione 8. ff. si qvis omiss. caus. testam. l. cedere 213. ff. de V. S. §. sub conditione 4. Inst. de V. O.*

Declara hoc axioma procedere in tali conditione, de qva incertum est, num aliqvid possit existere. *l. sub conditione 16. l. qvod sine 18. ff. de condict. indeb.* Joh. Robert *1. sent. jur. c. 26.* Incertitudo enim illa efficit, ut pene vim perpetuæ exceptionis habeat, cum vix ac ne vix appareat, posfitne aliqvando debitum fieri: secus est, si sub tali conditione debetur, qvæ aliqvando est eventura; hic enim in perpetuum repelli non potest, cùm spes firma subsit, id brevi debitum iri, *d. l. 16. condict. indeb.* cùm nemo ignoret, cingendum haberi pro cincto, condemnandũ pro condemnato, sponsam jam copulandã pro copulata, repudiandã pro repudata, *l. pen. ubi* Bartol. *ff. de milit. test. & in l. divortium. §. in.*

§. *interdum. ibidemqve* Jason. *n. 15. & 16. ff. solut. mærim.*

XIII.

Obligationes personales personas contrahentium non egrediuntur, Carpzovius *p. 2. const. 28. defin 9. n. 5.* ratio, qvia obligationes non seqvuntur singularem successoreni, *l. ult.* §. *1. ff. de contr. empt. l. 1. § si heres 16. ff. ad SC. Trebell.* idem Carpz. *p. 2. const. 38. defin. 17. n. 6.* nec ex his competentes personales actiones, Modestin. Pistor. *cons. 13. n. 22. vol. 1.* nec per extraneam personam alteri possunt acqviri. §. *Ex his itaq; 4. Inst. per qvas personas cuiq; acqvir. l. solutum 11. § per liberam 6. ff. de pignor. act.* maximè si deterior tertii conditio inde efficiatur, *l. non debet 74. l. factum cuiq; 155 ff. de Reg. Jur. cap. non debet 23. eod. tit. in 6.* qvod in specie de promissione facti alieni expressum esse, *in* §. *si qvis alii 4. &* §. *alteri 19. Instit. de inutil. stipul. l. inter stipulantem 83. in princ. l. stipulatio 38.* §. *alteri 17. ff. de V. O. l. sicut 65 ff. de fidejuss.* notat Socinus *reg. 373.* qvod *in comment. ad d.* §. *si qvis alii, n. 5.* Scneidevv. adeò restringit, ut ne promissor qvidem teneatur curare, ut alius præstet, qvod illius nomine promisit, qvia peccatum sit in forma contractus, Dd. *in l. 1.* §. *Si qvis it. aff. de V. S.* Qvæcunq; enim gerimus, cùm ex nostro contractu origenem trahunt, nisi ex nostra persona initium obligationis sumant, inanem actum faciunt, *l. qvæcunq; 56. ff. de oblig. & act.* Vultejus *Cons. Marp. 17, n. 73. & seq. & cons. 21. num. 125. vol. 3.*

XIV.

Qvi suo nomine non tenentur, multo minus pro aliis teneri possunt, *l. 2. l. 3 Cod. qvod qvis q; ordin. l. 2.* §. *Jus Reipublicæ 8. de administrat. rerum. l. 2. Cod. de dand. tut. l. 2. Cod. de divident. tut.* & extra species jure expressas, *d. l. 2.* §. *Jus Reipublicæ 8. vers. Collegæ. de administr. rerum.* Wesenb. 2. *cons. 53, n. 63.*

XV.

Qvod naturaliter debitum per errorem solutum est, repeti non potest, *l. 13. l. 41. l. 60. & 64. ff. de condict. indeb.* ubi C. A. *th. 6. num. 4.*

Ubi tamen declarationis loco notabis, hanc regulam universalem non esse, cùm & condictio qvandoqve etiam detur ei, qvi naturaliter obligatus fuit, verbi gratiâ, (1.) ei, qvi legatum solverit ultra qvartam Falcidiam, qvem naturaliter obligatum esse textus est *in l. 1. & ult. C. ad* L. *Falc.* (2.) mulier ex intercessione ne licet naturaliter sit obligata, solutum tamen repetit, *l. 40. ff. de condict. indebit.*

Limitationis loco observabis, prædictam regulam pertinere tantum ad eam naturalem obligationem, qvam jus civile agnoscit, non qvam improbat aut infirmat, Bachovius *2. disp. 10. thes. 5. a. p. 545.* licet ex communi Neotericorum sententia aliter declaretur, vide Harprecht. *parat. 1. Inst. qvib. mod. re contr. obligat. n. 33.* nimirum ut procedat I. in errore juris non facti. *l. 9. § 5. de jur. & fact. ignorant.* II. Naturalis obligatio non impediat condictionem ex limitatione ipsorum etiam dissentientium, (1.) si obligatio illa jure civili destituatur, improbetur aut rejiciatur, ut apparet in obligatione pupilli & mulieris, (2.) si obligatio metè naturalis sit, & nuda honestate nitatur, ut obligatio ad antidora, Bachov. *1. disp. 22. thes. 4. in fin. & disp. 4. de Actionib. thes. 16. p. 142.* ubi distingvit inter obligationes naturales, qvibus jus civile vel qvadantenus assistit, retentionem & exceptionem aliosqve effectus largiendo, vel qvando nullatenus assistit, sed potius obstat, ut qvæ oriantur ex instrumentis minus solennibus, & qvæ jus civile pro nullis habet. *l. 7. C. de condict. indeb. vide supra libr. præced. cap. Naturalis 3. axiom. IX. Adhib. disp. meas Elem. p. 4. sect. 1.*

XVI.

Obligatio in conscientiâ toties enascitur, qvoties lex aliqvid præcipit vel prohibet super re moraliter nondum determinatâ nec pactis circumscripta, qvia ut Legi Dei, ita Magistratui qvoqve tanqvam ministro ejus tenemur obedire. Ita si princeps legem ferret de non condendo Testamento, obligaret in conscientiâ; at non obligat si princeps saltem disponat de negotiis civilibus, v. g. de septem testibus in Testamento adhibendis. Hôc tamen casu actus redditur nullius juxta *l. non dubium. 5. C. de LL.*

Limita, ut procedat (1.) in legibus justis, (2.) in legibus præceptivis & prohibitivis.

XVII.

Naturalis obligatio locum invenit in pupillo, in qvô adest intellectus & voluntas, hæc enim sunt principia obligationis naturalis. Et ita pubertati proximus obligatur naturaliter. *Zoës. ad ff. de O. & A. n. 48.*

Declara: ut hæc naturalis obligatio nullum in jure civili habeat effectum, & hoc est qvod toties in legibus dicitur, pupillum naturaliter non obligari.

XVIII.

Qvotiescunqve de obligatione pupilli naturali qværitur, toties ea nunqvam jure Civili pupillum cum effectu tenet *l. 41. de condict. indeb.* ad id enim, ut jure civili teneatur pupillus, tutoris reqviritur autoritas *pr. Inst. de Aut. Tutor.*

Limita: ut procedat (1.) nisi ex re oriatur obligatio natutalis. (2.) nisi qværatur de præjudicio tertii. Plures limitationes habet *Stryck. in annot. ad Instit. Tit. de autor. Tut. princ.*

XIX.

Qvoties qværitur de præjudicio tertii, toties ratione hujus obligatio naturalis debitoris principalis pro validâ reputatur; sibi enim imputet tertius, qvòd cô modô contraxerit, *l. 19. de R. J.* Et qvoad tertium nulla adest prohibitio civilis, qvæ faceret ipsum non obligari.

Exempl. Ita fidejussor, qvi pro servo §. *1. Inst. de fide juss.* vel pro pupillo intercessit, tenetur. *l. 127. ff. de V. O.* Creditor, qvi pupillum expromissorem accepit, perdit Creditum §. 3. *Inst. qvibus mod. toll. oblig.*

XX.

Obligationes & actiones ejus loci legibus adstringuntur ubi vel contractæ sunt, vel solutio debetur *Perez. C. de Incol. n. 6.*

XXI.

Si plures ad idem obligati sunt, olim qvilibet in solidum obligatus præsumebatur, qvod & hodiè obtinere putat *Brunnem. ad l. 1. C. qvo qvisque ordine conven.* ubi docet, qvod si duo in munere constituti sint in solidum, & nesciatur, cujus culpâ damnum datum sit, uterqve in solidum teneatur. Plures tamen ad idem obligatos non in solidum obligatos præsumi sed beneficio divisionis gaudere tenet *Perez. C. eod. n. 2. 5. 6. 7.*

XXII.

Obligationes sunt vel dandi, faciendi, tradendi, vel mixtæ.

De obligatione dandi tradunt Dd. hanc regulam: Qvod in ea promissor seu reus cogatur præcisè ad rem ipsam præstandam, nec liberetur, si maximè æstimationem offerat, seu id, qvod interest, præstare velit. *l. 71. §. 3. & 4. de legat. 1. l. 75. §. ult. de V. O. l. 11. §. 1. de aur. & arg. leg. l. 25. §. 1. de contrah. empt.* Ratio est posita in verbo *dare*, qvod denotat dominium transferre. Dn. D. Frantzk. *exerc. 11. q. 1.*

Verùm de veritate hujus regulæ nihilominus dubitat Hubert. Gifan. *in Comment. ad d. l. 75. §. ult. in fin.* ubi ait, regulariter loqvi de re nostra alteri danda, at textus adductos loqvi de legato: Legatum enim non est de re heredis, sed de re testatoris: item opponit LL. alias, ubi in obligationibus dandi nihilominus fit mentio ejus, qvod interest, *ut in l. 21. in fin. de hered. vel action. vendit. l. 3. §. item 2. ff. de rebus eor. qvi sub tutela.* Communiter tamen ea recipitur *per d. l. 71. §. 3. & 4. de legat. 1.* ubi tantum homo excipitur, vide Cujac. *ibid.* Dn. D. Frantzk. *exercit. 11. qvæst. 1.* ubi ad contraria respondet.

De obligatione faciendi certum est promissorem non cogi præcisè ad faciendum, sed liberari præstatione ejus qvod interest *l. 72. vers. Celsus de V. O. conf. supr. lib. 6. c. 3. ax. XI. l. Si qvis ab alio. 13. de Rejud.* Carpz. *part. 2. jurispr. forens. const. 34 def. 40. n. 6.* ubi limitat in denunciationibus & aliis factis judicialibus: qvod enim qvis alteri in judicio assistere cogitur, tum id præcisè præstandum, *l. si voluntate 4. C. de fideicomm. libert.*

De obligatione tradendi scribit Gifan. *ad d. l. 75. num. 33.* ea tantum contineri possessionem, sed qvia obligationi faciendi affinis, cùm possessio ad facta potius qvàm ad res pertineat. Gifan. *ad l. 20. d. t.* ideò etiam non præcisè ad traditionem teneri concludit, *conf. not. ad l. 1. de A. E. V.*

In obligationibus autem mixtis ad dandum & faciendum v. c. emptione, venditione plerumq; ad dandum etiam qvis præcisè tenetur, Wesenb. *in parat. ff. de Act. empt. num. 4.* Dn. D. Frantzk. *d. loc.* nisi cum mox factum est in emptione, ut jactus retis Wes. *d. n. 4.*

XXIII.

Obligatio inter patrem & filium nulla consistere potest *l. 7. ff. de O. & A. l. 16. & l. 71. in pr. ff. de furt. l. 4. l. 71. ff. de judic.*

Declara, procedere de eo filiofamilias, qvâ scilicet filiusfamilias est; hunc enim nihil habere in bonis, unde sibi necessaria sumere possit, præterqvam ex castrensi peculio ajunt, *d. l. 4. ff. de judic. l. 2. de contrah. empt.* & patet *ex l. 1. in princ. ff. si qvis à parent. manumiss. l. 28. ff. de vulg. substit. l. 79. ff. de jur. dot. l. 19. in princ. ff. ad SC. Trebell. l. 44. §. 4. ff. de usuc. l. 17. in fin. Cod. de donat. l. 10. §. 1. vers. Ipse enim. ff. de acqvir. dom. §. 3. vers. Ipse enim. Instit. per qvas personas nob. acqvir.* ut enim aliqvid habere possit, fictione opus erit, qvâ pro patrefamilias habeatur, exempla vid. *in l. 1. §. ult. l. 2. ff. ad SC. Maced. l. 15. §. 3. ff. de castr. pecul. l. 6. §. ult. ff. de injust. rupt. & irrit. testam. l. 3. §. 10. ff. de minor. l. 30. ff. ad SC. Trebell. l. 17. §. ult. ff. de injuriis.* idq; ipsum tamen non omnino & per omnia, *l. ult. ff. ad SC. Tertull.* Unde in emancipato secus se rem habere, colligi licet ex eo, qvia is sit pater familias, ut acqvirere possit, *l. 1. in princ. ff. si qvis à patr. manumiss. sit.* indeqve obligationem consistere, apparet *ex l. 50. ff. famil. herisc. l. 5. C. de transact. l. 4. §. 1. cum seqq. l. 5. l. 6. l. 10. §. 12. de injus vocand. l. 3. C. eod. l. 12. C. de negot. gest. §. 12. Inst. de Actionib. §. ult. Inst. de pœn. temer. litigant.*

XXIV.

Obligatione cessante cessat & actio, *cap. etsi Christus 26. extr. de jurejur. cap. cum cessante 60. in princ. extr. de appellat. cap. cum infirmitas 13. extr. de pœnitent.* Jacobus Schulz. *in addit. ad Modestinum Pistoris part. 3. qvæst. 122. n. 126.* Cacheran. *cons. 4. n. 12.* Carpzovius *part. 2. qvæst. crim. 57. n. 53.*

XXV.

Obligat me votum meum ad id, qvod in me est. *cap. qvidam 3. extr. de convers. conjug.* nemo tamen obligatur per simplicia verba, nisi habeat animum adimplendi votum, *cap. literarum 3. extr. de vol. & vot. redempt.* siqvidem ex promissione sua aliqvis dicitur obligari, *cap. ult. extr. de jurejur. cap. relatum 4. extr. de Cleric. non resident.* obligat enim tantum coram Deo simplex verbum qvantum juramentum, *c. juramenti 12. 22. q. 5.*

XXVI.

Obligatio ad eum transit, qvi recepit emolumentum: qvia cum onere suo res transit ad qvemlibet possessorem, *cap. ex literis 5. extr. de pignorib.* Unde etiam obligatus qvis dicitur, à qvo beneficium percipit, *c. cum 7. extr. de testam.*

XXVII.

Obligatur nemo ab impossibilia, *cap. nemo 6. de Reg. Jur. in 6. vide supr. l. 9. cap. impossibile.*

XXIIX.

Ut qvis ex confessione sua obligetur, causa semper est exprimenda, aliàs non tenet, *cap. si cautio 14. extr. de fid. instrum.* Unde obligationes fieri propter futuram cautelam, dicit *cap. qvoties 9. 1. qv. 7.* qvanqvam, ut se qvis scripto obliget, non est necessarium, si sponte suâ impendat obedientiam, *cap. legebatur 23. extr. de Major. & obed.*

Obligatio consensu contracta, dissensu etiam dissolvitur, *cap. 1. extr. de Reg. Jur.*

XXX.

XXX.

Obligationem debitori reddens videtur pactum de non petendo facere *l. 2. ff. de pact.*

CAP. VI.

Obligatio plurium circa delicta.

Axioma. I.

Delinqventibus pluribus, omnes tenentur in solidum, ita ut unius solutio cæteros non liberet, *l. 1. Cod. de condict. furtiv. l. item Mela 11. §. sed si plures 2. ff. ad Leg. Aqvil.* Qvoniam in delictis qvisqve obligatur ex suo dolo in solidum. Wesenb. *in parat. ff. de injur. num. 5.* Qvisqve ergo delicti sui pœnam exsolvit. Bachov. *in Comm. ad l. 7. §. ult. de juriad.* Exempla sunt in actione injuriarum, ubi pluralitas personarum inferentium plures efficit injurias, cùm ergo plures injuriam faciunt, singuli tenentur: tot enim sunt injuriæ, qvot personæ, *l. si plures. 34. de injur. ubi* Wesenb. *d. l.* Distingvi tamen potest inter delicta & facta, pro qvibus competunt actiones pœnales, & inter ea, pro qvibus actiones verè pœnales non competunt, sed rei persecutoriæ: in qvibus, cum veniat id, qvod interest actoris, necesse est, ut licet plures in solidum teneantur, tamen unius solutione, per qvam actor, qvod sibi abest, id, qvod sui interest, consequitur, cæteri liberentur; qvæ ratio est *l. 1. §. si plures 4. de eo per qvem fact.* Bachov. *ad l. 7. §. ult. de juris dict. pag. 429.* Hinc est, qvod in Lege Aqvilia, qvæ damnum persequitur, etiamsi per accidens pœnalis sit, ideò Dominus æstimatione damni offerendo totius familiæ sive plurium servorum factum emendat, *l. illud 32. ff. ad Leg. Aqvil.* Qvod postea ad factum qvoqve familiæ productum fuit, *l. 1. si famil. furt. fecisse dicatur.* qvia & in furto non præcipuè injuria, sed potius damnum (cujus æstimatio in duplum aut qvadruplum fit) coërcetur, Wesenb. *ad d. tit.* secus est in edicto de albo corrupto: qvæ actio cum tota sit pœnalis, solutione simpli non æqvè tollitur obligatio, vide Wesenb. *in parat. si famil. furt. fecisse dicat.* Sed qvia hæc accuratius *in racemat. criminal. ad d. tit. si famil. furt. fecisse dic.* (ubi qvoqve de Wesenbecii ratiocinatione disputatum est,) digesta sunt, *pag. 386. & seqq.* ideoqve filum hic abrumpimus

II.

Iisdem fermè modis in delicti partem qvis venit, qvibus in damni dati: non tamen semper, ubi damni obligatio est, etiam delictum est, sed tum demùm, si qva malitia notabilior accesserit, cùm ad damni dati obligationem qvalisqunqve sæpe culpa sufficiat. *Grot. de J. B. & P. L. 2. cap. 21. §. 1.*

III.

Qvi factum vitiosum jubent, qvi consensum reqvisitum adhibent, qvi adjuvant, qvi receptum præstant aliove modo in ipso crimine participant: qvi consilium dant, laudant, assentantur: qvi, cùm ex jure proprio teneantur vetare, non vetant, aut cùm teneantur ex simili jure opem ferre injuriam patienti non ferunt, qvi non dissvadent, cùm dissvadere debeant, qvi factum reticent, qvod notum facere tenebantur, hi omnes puniri possunt, si in ipsis talis sit malitia, qvæ ad meritum pœnæ sufficiat. *Grot. d. l. n. 2.*

CAP. VII.

Obliqvum.

Obliqvè nemo debet exercere illud, qvòd directò ei non permittitur, *Clem. unic. in pr. de Excess. Prælat.*

CAPUT VIII.

Oblivio.

Oblivione perditur possessio rei immobilis, Gloss. *in l. si id qvod. ff. de acqvir. possess.* non autem rei mobilis, *l. 3. §. Nerva 13. eod. tit.* Fachin. *10. contr. 86.* Ex longitudine enim temporis ea præsumitur, *l. peregrè 44. ff. de acqvir. possess.* Pacian. *conf. 33. num. 49. vol. 1.* lapsuqve decennii omnis memoria deponitur, Dyn. *in reg. præsumitur. de R. Jur. in 6.* Joh. Andr. *in cap. qvaliter & qvando. de accusat. per l. Celsus 27. de usucap.* Bart. *in l. res obligata. de legat. 1.* Bald. *in l. 1. C. de confess.* Corn. *conf. 278. In causa. vol. 4. & conf. 324. vol. 3.* Mar. Socin. *conf. 38. p. 1.* Cravett. *conf. 65. num. 10. & conf. 75. num. 25. & conf. 28. num. 4.* Qva de causa tam qvoad inducendam possessionem, qvàm ad eam amittendam, regulariter super præsumtione oblivionis Dd. decennium præfixerunt. Ex eo enim temporis lapsu oblivionem præcedentis testamenti præsumi, ita ut tempus ipsum concurrens cum hac voluntate contraria testatoris revocationem operetur, *ex l. sancimus 27. Cod. de testam.* trad. Ruin. *conf. 6. n. 2. & seqq. & conf. 10. num. 9. & seq. & conf. 11. n. 10. ubi hanc esse communem opinionem testatur lib. 2.* Paris. *conf. 34. num. 47. & num. 38. lib. 2.* Guilhelm. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. testamentum. num. 8. de testam.* Julius Clar. *in §. testamentum. qvæst. 91.* Johan. Anton. Trigon. *sing. 68. num. 3. vers. adde qvod text. in d. l. sancimus.* Vasq. *in tract. de succes. creation. §. 17. num. 73. cum seqq.* Tutius tamen esse, si hoc arbitrio judicis relinqvatur cum glossa communiter approbata, *in l. furtum. §. fin. ff. de usucap.* sentit. Alberic. *in l. 1. num. 16. C. de serv. fugitiv.* qvod qvidem admittit Socin. *conf. 2. col. 3. lib. 3.* scilicet qvoad causandam obligationem duntaxat, non vero qvoad controversiam, qvæ inter eos circa tempus præsumendæ obligationis exoritur, & simul amittendæ possessionis versatur, qvapropter priori casu oblivionem præsumi etiam post annum, cum eo testatur Oldrad. *conf. 183. factum tale est vacante. col. 12. vers. & si aliqvi diceret*, atqve ita judicem pro qvalitate personarum & rei, vel ob sexus fragilitatem, qvod tempus magnum vel parvum dicatur, arbitrari

posse, adstipulatur Menoch. *cent. 1. cas. 2. de arbitr. jud. qvæst. cent. 1. cas. 26.* adde & Tiraqvell. *de Legib. connubial. in gl. 2. en pouvoir de son Mary a. num. 2. usqve ad n 18. & in l. si unqvam, in vers. omnia vel partem aliqvam. n. 31. C. de revocat. donat.* Ludov. Zundt. *in respons. pro uxor. num. 925. cum seqq.* Gvid. Papæ *decis. 132. n. 2.* Ita in Principe oblivio & alio multis modis implicito facilè præsumitur, Ripa *in l. quod jussit. n. 47. de re jud.* post Geminian. qvem citat Socinus sen. *cons. 260. col. 2. in princ. lib. 2. & cons. 115. col. penult. vers. Præterea l. lib. 3.* Calcan. *cons. 124. in fin.* Gozad. *in cons. 9. n. 35.* Paris. *cons. 11. n. 132. lib. 1.* Ita & in factis implicitis etiam inter vicinos oblivionem præsumi, dicit Bart. *in l. si qvis delegaverit. ff. de novation. & in l. quod jussit in fin. ff. de re judic.* licet in factis egregiis & memorabilibus ea non ita modico tempore præsumatur, de qvo casu vide Felin. *in cap. in nostra. de rescript.* Capyz. *decis. 69. num. 15.* Barbat. *cons. 29. col. 8. in fin. lib. 1.*

II.

Sæpe in testamentis & in aliis negotiis spectant judices, qvid per oblivionem factum non sit, *l. ult. §. 1. de liberat. legat. l. Aristo 3. ff. qværes pign. obligar.* Cujac. *ad rubr. de collat.*

CAPUT IX.

Obscuritas, obscurum.

Axioma I.

Obscura cum utriusqve partis sunt jura, pro possessore judicari solet, *cap. in pari 65. de Reg. Jur. in 6. cap inter 6. extr. de fid. instrum. §. commodum 5. Institut. de interdict.* nisi adversarius de jure proprietatis aliisqve finibus docuerit, *cap. ex literis 3. de probation.* Wesenb. *in parat. ff. de finib. regund.*

II.

Obscurum factum ex affectione ejus, qvi fecit, interpretationem capere debet, *l. rapienda 168. § 1. ff. de Reg. Jur.* Ita in causis testamentorum, si obscurum qvid à testatore sit prolatum, primo omnium, qvid testator senserit, inspici solet, *l. 96. l. 114. de Reg. Jur. l. verbum 123. de V. S.* Cagnol. ad *l. 9. ff. de R. I.* simile exemplum vide *in l. 4. §. 1. ff. de appellat.* ubi JCtus Macer sententiam obscuram explicari vult à judice, qvi illam tulit: sicut & Imp. Justinianus *in l. ult. §. 1. C. de Legib.* interpretationem Legis dubiæ peti vult à Principe qvi illam condidisset, Phil. Matth. *ad l. 96. n. 4. de R. J.* ubi *n. 9.* an & hoc in contractibus obtineat, pluribus declarat.

III.

Obscura verba ad communem intelligentiam sunt reducenda, *cap. ex literis 7. extr. de sponsalib.* Unde cum plerumqve in obscuro sit, an de facto, an de jure controversia sit. *l. ult. pr. de jurejur.* ac qvandoqve in rebus manifestis obscuritates & qvæstiones ex studio ad suam intentionem introducantur, *Novell. 54. in præfat.* ideoqve in maximo obscuro id est sequendum, qvod Legibus non est contrarium. *cap. ult. in fin. dist. 14.* nec obscurum per æqvè obscurum solvendum, de qvo vide supra *lib. 9. cap. dubium 5.*

Hinc obscuris verbis inter apros sit contractum matrimonium, contrahentes communem verborum intellectum sequi tenentur, *c. ex literis 7. extr. de sponsalibus.* item si testes obscurè qvid dixissent, post ipsorum publicationem judex, qvi ex officio inqvirit, eos examinare potest, *cap. cum clamor 53. extr. de testib.*

IV.

Obscura per magis nota, & abstrusa per significantiora, alterius etiam lingvæ vocabula rectè interpretamur, *l. 5. §. 1. de V. S.* Multum ergo utilitatis confert lingvarum collatio, ut si qvid in una sit obscurius, id ex altera plenius ostendatur, Alciat. *ad l. 5. §. 1. lib. 4. n. 19. vers. sed excusatur. de V. S. & ibidem* Gœdd. *num. 21. ad l. 5. §. 1.* Exempla vid. *in §. 1. Inst. de injur. §. item Lex Cornelia. Inst. de publ. judic. l. 1. ff. de furt. l. sunt quædam 9. de extraord. crim.*

V.

Qvod unò loco obscurius dicitur, ex altero debet declarari, Alex. *cons. 192. num. 11. & cons. 197. n. 7. lib. 6.* Simon. de Prætis *cons. 64. n. 65.* Corn. *cons. 152. num. 22. vol. 2.* Joh. Gœdd. *3. cons. Marpurg. 26. num. 145.*

VI.

OBSCURITAS reprobatur in omni dispositione, ut in legibus, probat textus *in cap. erit autem lex. 2. dist. 4.* Anton. Gabr. *commun. lib. 2. de sentent. conclus. 7. n. 19. cum seqq.* late Cardinalis Tusch. *pract. conclus. tom. 5. lit. O. conclus. 53. à princ.* & in positionibus, Cardin. Joh. de Anania, Felinus *in c. si Simoniaca. de Simonia.* Nam obscurè respondere, & nihil respondere, paria sunt, *l. de ætate 11. §. nihil interest 7. ff. de interrogat. act.* cum traditis per Soar. *tom. 1. commun. opin. lib. 7. tit. 19. n. 139. p. 293.* ubi Bellacom. *n. 28.* Anton. del Re Tiburt. *in tr. de juram. calumn. c. 4. n. 73.* imò obscurè loqvens æqvipara. tur tacenti verum, Bartolus, *in l. ea. ff. de contr. empt.* Felinus *in proœm. Decretal.* Card. Tusch. *dict. lit. O. conclus. 54. n. 13.* & aliqvando habetur pro confesso, Specul. *tit. de depositi. §. 7. vers. 3. & v. 9.* Landr. *in apostill.* & Abb. *in proœm. Decretal. in verb. difficultatem, circa fin.* (Unde & Legem obscuram nobis insidiari, arguit *Text. junct. gl. in princip. C. de nov. Cod. faciend.* nec qvicqvam juvare posse ad decisionem causarum, annectit Baldus *in l. in ambiguo. ff. de reb. dub.* Unde & Bartolus invehit contra scribam qvendam, cujus dictamen non intellexit Johan. Papa, qvia obscurum, *in l. qvicqvid. ff. de verbor. obligat.* qvin imò & ignorantiam juris obscuri excusare ait post Cardinal. *in Clem. fin. qvæst. 4. de Regul.* Felinus *in capit. de qvarta.*

col.8. de præscript. & exceptionem obscuram haberi pro non exceptione, tenet Bartolus *l. 3. §. si duobus. ff. de adim. legat.* adde & Ludov. Gomez. *ad §. sed istæ. Inst. de act. n. 28.*)

VII.

In OBSCURIS minimum est sequendum, *l. semper in obscuris 9. l. semper in stipulationibus 34. ff. de Regulis Juris. cap. in obscuris 31. eod. tit. lib. 6.* Tiraqvell. *de retractu lig. §. 30. gloss. 1. n. 27. & 29. cum seqq.* Rol. *cons. 16. n. 32. lib. 3.* Alc. *respons. 492. n. 6.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 106. n. 17.* Card. Tusch. *tom. 5. lit. O. conclus. 55. n. 3.* (idqve tam in contractibus, qvam ultimis voluntatibus procedere late deducit Hartm. Pistor. *lib. 3. qv. est. 4. num. 6. & seqq.* Non sufficit, qvod alias dici solet, obscura pro non scriptis habenda esse, *l. 4. de legat. 1. l. 14. & l. 3. de rebus dub. l. 2. de his, qvæ pro non script.* Responderi enim poterit distingvendo, utrum obscuritas sit explicabilis vel inexplicabilis. illo casu, si, verbi gratia, in heredis vel alterius potestate sit positum obscuram testatoris sententiam declarare, tum id, qvod minimum est, sequimur, posteriori verò si obscurum nullum interpretem habeat, nihil sequimur: sed obscurè (in hunc modum) dictum vel scriptum pro non dictis & non scriptis habemus, Cujac. *in Comment. ad. d. l. 14. de legat. 1. pag. 1091. lit. e.* vide omnino eund. Cujac. *ad rubr. ff. de rebus dub.*

IIX.

In OBSCURIS inspici solet, qvod verosimilius est, *l. in obscuris 114. ff. de Reg. Jur.* Roman. *cons. 355. Iu casu præsenti n. 5.* Cardinal. Tusch. *d. lit. O. conc. 55. num. 4.* (& qvod plerumqve fieri consvevit, *cap. inspicimus 45. de R. J. in 6.*)

CAPUT X.

Observantia, observatio,

vid. supra. Mos Majorum.

Axioma. I.

Observatio cujusvis dispositionis antecedentis, est optima interpres, *l. si de interpretatione 37. l. minimè 23. ff. de Legib. l. certi juris 17. Cod. de judic. cap. cum dilectus 8. extr. de consvetud.* Bartol. *in l. diuturna. ff. de Legib.* Panormitan. *in cap. 1. num. 14. extr. de const.* Bald. *ad c. 1. de feud. sine culp.* neqve ab ea recedendum. Carpzovius *2. respons. 53. num. 9. & 6. respons. 104. num. 6.* Buxt. *cons. 2. apud Klock. p. 16.* adeò ut ex observantia instrumentum minus perfectum fidem mereatur, executionemqve obtineat. Bald. *cons. 402. in fin. vol. 5.* Decianus *respons. 31. num. 153.* Gœdd. 3. *Cons. Marpurg. 26. num. 26.* qva de causa per observationem declarari actus præcedentis naturam dixit Baldus. *col. 136. col. 1. vol. 2.* omnesqve actus præcedentes, sive inter vivos sive mortis causa factos, observantia subsecuta interpretari, retulerunt Berous *cons. 91. num. 16. volum. 3.* Ruin. *cons. 38. num. 6. vol. 1.* Bursat. *cons. 326. num. 6. vol. 3.* Paris. *cons. 35. n. 25. vol. 1.* Lofred. *cons. 36. num. 8.* qvia nulla declaratio sive interpretatio dispositionis ambiguæ melior, qvàm ea, qvæ ex facto postea subsecuto desumitur. Mandell. *cons. 62. num. 9. & cons. 64. num. 31.* Unde etiam talis observantia subsecuta verbis potior esse dicitur, adeò ut verba dispositionis potius sint offendenda, qvam qvod ab interpretatione, qvæ fit per observantiam, discedatur, Socinus senior *cons. 145. num. 1. vol. 1. & cons. 209. num. 4. & cons. 66. num. 11. vol. 3.* etiamsi appareat interpretationem non esse rectam, procut respondit Cuman. *cons. 62.* vid. & Cravett. *cons. 836. num. 10. vol. 1.* Bruckman. *cons. 27. num. 14.* per observantiam enim subsecutam constat, qvid partes senserint, *cap. cum dilectus 8.* ubi Dd. *de consvetud. l. minimè 23.* & facta subseqventia præstant antecedentibus evidentissimum intellectum, Menoch. *cons. 32. num. 44.* Decian. *1. cons. 51. num. 2.* juxta illud vulgatum:

Qvod posterius factum
Declarat prius actum.

Unde etiam videmus observantiâ insecutâ omnes defectus præcedentis suppleri, Felin. *in cap. sicut. extr. de sentent. & re judic. num. 42. vers. sed contrarium.* Sylvan. *cons. 66. num. 20.* Cravett. *cons. 10. n. 4. & cons. 101. num. 3. vol. 1.* Ita observantia facit, ut præsumatur compromissum, vel mandatum, Alciat. *in tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 13. num. 21. & cons. 149. num. 3. lib. 5.* Hieronym. de Mont. *in tract. de finibus. cap. 15. n. 2.* Ita observantia declarat ac interpretatur privilegium, Bertaz. 1. *consult. decis. cons. 42. num. 32.* Consil. Arg. 1. *cons. 93. n. 24.* Joseph. Ludov. *concl. 38. per tot.* ex ea etiam induci ratificationem tacitam ex *l. 5. l. non tantum. l. bonorum 24. ff. rem rat. haberi* probat Decius *in l. semper qvi non prohibet. ff. de R. J.* maxime cum in antiqvis ex lapsu longisimi temporis versamur, tunc enim præsumuntur omnia rectè acta, ac subsecuta ratificatio. *l. si filiusfam. 10. C. de petit. hered.* Brun. *cons. 34. num. 9.* Gozad. *in cons. 11. num. 16.* Cravett. *in tract. de antiq. tempor. p. 2. num. 65.* Socinus jun. *cons. 139. num. 13. & 14. p. 3.* Cephal. *cons. 240. num. 7.* Anton. Gabr. *suar. concl. tit. de procur. conclus. 1. num. 14.* nec reqviri etiam in ea consequentiam, sed sufficere hoc vel semel vel iterum observatum esse, perhibent Cravett. *cons. 118. n. 2.* Robuster. Rotæ Roman. *in decision. p. 1. decis. 382. num. 2.* Decianus *respons. 31. n. 52. volum. 1.* Corn. *consil. 188. num. 10. volum. 4.*

Declara regulam procedere, qvando neqve de forma, neqve de substantia, neqve de initio conventionis vel actus alicujus constat, tunc enim præsumitur, qvod talis præcesserit, qvalis observantia postea fuerit subsecuta. Secus enim est, qvando de initio, origine, & de qvalitate contractus constaret, qvo casu conventioni statur, & qvicqvid in contrarium observatum esset, censetur per errorem commissum, qvem etiam nihil

nocere

nocere, nisi in hoc, qvod præstet adversario justam causam præscribendi, ait Bald. *in l. non idcirco. C. de jur. & fact. ignorant.* citatus à Paciano *1. conf. 101. num. 15. & seq.* Observatio enim major obligatione esse non debet, ut nec implementum ejus, cum non tam hæc, qvàm illa debeat esse conformis ipsi contractui, Simon de Prætis *conf. 64. num. 3. centur. 1. per l. prout qvidqve 80. ff. de solut.* Gœdd. *3. Conf. Marp. 26. num. 129.* vide de observantia subsecuta ejusqve effectibus Joseph. Ludov. *decis. 38.* Klock. *vol. 3. conf. 142. num. 6.* Finckelthus. *observ. 70. num. 11.* Gail. *1. observ. 36.* Wehner. *in voce* Herkommen. Peregrin. *lib. 3. conf. 8. num. 4.* Ubi fidissimum concessionum ac privilegiorum interpretem vocat. Costa *de facti. ignorant. inspect. 47.* latè Francisc. Becc. *conf. 101. num. 49.* & de statuti interpretatione an sumenda ex observantia, Conf. Arg. *conf. 101. num. 49.* Vultej. *4. consil. Marpug. 43. num 34.*

Limita in observantia difformi, qvia si observantia difformis ostenditur, non venit attendenda. Alexand. *5. consil. 5. numer. 7. & 8.* Surdus *3. consil. 313. num. 33.* Joh. Baptista Costa *de facti scientia & ignorantia. num. 5.* Vultej. *d. loc. n. 35. & 36.*

II.

Qvod nunqvam ad effectum perductum est, observatum dici non potest, cum observantiam, ut sit, aliqvando processisse oporteat, siqvidem ut processit, observantia tenenda, Simon de Prætis *conf. 21. num 6. cent. 1.*

III.

Observantia tollit omne dubium, Felin. *ad c. cum M. num. 8. extr. de constitut.* Cephal. *conf. 331. num. 31.* Joh. Petr. Surdus *conf. 140. num. 43.* Bursat. *conf. 326. num. 6.* Aym. Cravet. *conf. 201. num. 11.* Joh. Vincent. Honded. *conf. 6. num. 36. vol. 1.* vera enim interpretatio ab ea sumitur, Rolandus à Valle *conf. 2. num. 7. vol. 2.* etiamsi non nisi semel evenerit. Bart. *in l. 1. num. 7. C. qvom. & qvand. judex.* Decius *conf. 4. num. 2. vers. nam etiam. per l. Mela 14. §. 1. de alim. & cibar. legat.* neqve ut ad consvetudinem, ita ad observantiam ulla præscriptio exigitur, sed absqve ulla præscriptione procedit, Cravet. *conf. 118. num. 2. conf. 766. num. 8.* Freutler. *1. disp. 1. th. 9. lit. A.* Cephal. *conf. 320. num. 32.* Bursat. *conf. 162. num. 31.* Menoch. *conf. 21. num. 15.* & maximè prodest ad id arguendum, ita & in præteritum fuisse, Robusten. *inter decision. Rotæ Roman. noviss. part. 1. decis. 382. num. 6.* & in futurum qvdq; servandum esse, *ex l. non possunt 12. & seqvent. ff. de Legib.* probat Gœddeus 3. *Conf. Marpurg. 32. num. 64.*

IV.

Qvoties de speciali observantiâ judicii inferioris non constat, toties attendenda observantia judicis superioris seu Cameræ principis *§. fin. Inst. de satisdat.* qvia judicium superius repræsentat ipsum principem.

Limit. Modò observantia superioris judicii rectæ rationi fuerit consentanea, alioqvi enim non videndum qvid Romæ fiat, sed qvid fieri debeat. *L. sed licet. 12. ff. de Offic. præsid.*

CAPUT XI.

Obstinatio, *vid. supra* Incorrigibilitas.

Axioma. I.

Obstinatio est, in consiliis salutaribus nolle acqviescere, *cap. ultim. distinct. 47.*

II.

Obstinatus est, qvi post inspirationem & revelationem factam, in eo, qvod erraverat, perseverat, *cap. pen. §. ignosci. distinct. §.* & ideò indignus est veniâ, qvia peccat ex malitia, *cap. qvia 4. in fin. dist. 82.* confer *can. 4. & 9. caus. 23. qv. 5.*

CAPUT XII.

Occasio.

Axioma I.

Qvi occasionem damni dat, damnum dedisse intelligitur, *l. qvi occidit 30. §. 3. ff. ad Leg. Aqvil. cap. de cætero 11. cap. ult. in fin. extr. de homicid. l. pen. solut. matrim. l. si merces 25. §. culpæ 4. l. videamus 11. §. ult. ff. locat. cap. ult. de injur. cap. sicut 9. extr. de testib. c. Petrus 17. extr. de homicid. cap. si qvis 2. cap. ingressus 5. cap. ult. extr. de injur.* Ratio, qvia iniqvum est, qvomodocunqve alteri damnum dare. Wesenb. *in Comm. Cod. ad L. Aqvil. n. 13. l. 6. C. ad L. Jul. de vi publ.* G. Ant. *disp. feud. XI. th. 3. lit. F.*

Limita, scilicet dando operam rei illicitæ, *cap sicut 9. ubi gloss. & Dd. de testib.* aut licitæ qvidem, non tamen adhibita circumspectione debita, *l. si putator 31. ff. ad L. Aqvil. §. pen. & ult. Inst. eod.* Absit autem ut ea, qvæ propter bonum & licitum facimus finem, si qvid per hæc sive occasione horum præter voluntatem nostram mali acciderit, nobis imputetur. *can. de occidendo caus. 23. qv. 5. l. 3. §. si qvis autem 6. ibid.* Bartol. *de vi & vi armata.* Specul. *in tit. de injur & damno dato. §. 2. num. 16.* Boröll. *conf. 47. num. 75. & seqq.*

II.

Qvæ invidia est, qvod occasione rei nostræ profectum est, nobis acqviri, inqvit imp. *in §. igitur. Inst. per qvas personas cuiq. acqvir.* qvod intelligendum de causa proxima, non de remota, ut iterum docet Imp. *in l. ult. §. 3. ibi, utpote occasione rei fuæ ortam. C. de furt.* unde longè aliud esse occasione rei nostræ & aliud ex re nostra provenire, apparet *ex l. 2. de rivis. l. ult. §. 3. de furt.*

III.

Occasio inter causas referri non potest, Besold. *p. 2. cons. 55. num. 66.* Nebelkræ *decis. 139. 159.* Finckelthus. *observ. 25. num. 24.* siqvidem occasio & causa differunt. Occasio enim est accessio causæ, verbi gratia, causa acqvirendi legati est voluntas testatoris, occasio mors ejus, *l. 31. de mortis caus. donat.* causa dominii acqvirendi per usucapionem est Lex XII. Tabularum: Occasio contractus seu conventio bona fide facta,

ex

ex qva res aliena mihi tradita est, *l. 33. eod.* Sic in homicidio causa est fraus occisoris, & malitia animi: Occasio ictus gladii: Sic in homicidio non voluntario, causa est fatum: Occasio, ictus calcis vel percussio levis, Cujacius *in Comment. C. ad tit. de usucap. pro empt. & ad Leg. Cornel. de sicar.* Sic deniqve bona fides in usucapione præstat possessori occasionem, non causam usucapiendi, qvia causa usucapionis est Lex XII. Tabb. *uti modò dict.* Qvandoqve tamen in jure occasio idem operatur qvod causa, hinc Castrensi peculio annumeratur non tantùm qvod filiusfamil. ex militiâ, sed etiam occasione militiæ acqvirit. *Brunnem. C. de Silentiar. n. 9. in fin.*

IV.

Ex occasione qvædam magis contingunt, qvàm ex jure, *l. 2. de rivis.* ubi Cujac. *in Paul.* juxta proverbium: Mehr Glück als Recht. Qvâ ratione etiam in jure sæpe occasio præstat rationem decidendi, ut *in l. non est singulis 176. de R. I.* qvia jura constituuntur vel maximè in iis, qvæ plerumqve accidunt, *l. 3. & seq. de LL.*

V.

Occasio juris ad iniqvum dispendium trahi non debet, *cap. qvod res 25. extr. de privileg.* nec occasio peccandi præberi jurantibus. *cap. 1. de jurejur. in 6.* neqve etiam occasio danda per malum exemplum, *cap. nolo 10. 12. q. 1.* nec per favorem, nec per auxilium, *cap. si res 1. in med. 14. q. 6.* occasionem enim causæ qvi præstat, ita puniri debet, sicut is, qvi ipsam causam præstat. *cap. presbyterum 7. extr. de homicid.* ac occasionaliter aliqvis homicida dicitur. *cap. si qvis 5. extr. eod.*

CAP. XIII.
Ocularis inspectio,
Oculus.

Axioma I.

Ocularis inspectio omnium firmissima est probatio, *l. Si irruptione 8. §. ad officium 1. ff. fin. regund. l. qvæ tutor 7. §. 1. ff. de administr. tut.* Gail. 1. *observ. 29. n. 9.* eaqve cuicunqve probationi prævalet, Azo *in summa. C. ad L. Aqvil.* Alex. *cons. 124. vol. 1. & cons. 85. vol. 2.* Matth. de Afflict. *rubr. 21. n. 71.* Borcholt. *Inst. lib. 3. tit. de gradib.* vide & de oculari inspectione tractatum Joh. Lescut. *lib. 3.* Roding. *lib. 3. Pandect. Cameral. tit 14.* Dicitur enim probatio per aspectum & evidentiam facti, superlativa omnium probationum, Bald. *in l. contra negantem. C. de probat. in fin.* Jason. *in l. eum qvi §. in popularibus. col. 3. ff. de jurejur.* cum qvibus congruit illud Horatii *de Arte poëtic.*

Segnius irritant animos emissa per aures,
Qvam qvæ sunt oculis subjecta fidelibus.

Qvoniam sunt verisimi illi sermones, qvi concordant rebus sensatis, Natta *cons. 269. n. 6.* Bald. *in l. Deo nobis. vers. sed ponamus. C. de Episc. & Cler.* Et certior aure arbiter est oculus, *gloss. fin. Instit. de gradib. in fin. & in l. si irruptione. ff. fin. regund.* Paris. *cons. 95. num. 19. vol. 1.* Socinus jun. *cons. 61. vol. 3.* siqvidem qvod oculus videt, nemo fideliter negat, Motan. *in tract. de fin. reg. cap. 30. num. 3.* Et qvod patet expresse, non est monstrare necesse, Bald. *cons. 388. num. 6. vol. 1.* Wesenb. *cons. 58. num 14. vol. 2.*

II.

Transeuntium merces in locis finitimis & portubus inspiciendi jus habent constituti officiales & vectigal exigendi, nec prævalet contumacia & dignitas ejus, qvi inspectionem fieri non permittit eò colore, qvòd dicat se festinare. Non tamen ob id aliqvid ab iis extorqveri potest. *Perez. C. de Curios. & Station. n. 5.*

III.

Ad ocularem inspectionem adhibentur periti in arte, Feldmesser/ Baumeister/ Wund-Artzt/ aliiq; opifices jurati, geschworne Meister. Pacian, *de probat. L. 1. c. 47.*

IV.

Ocularis inspectio fit non tantùm ad instantiam partis, sed & exofficio, estq; utilis judici, partibus, testibus. Berlich. *P. 1. Concl. 46.*

V.

Ocularis inspectio necessaria est in novi operis nunciatione, agrimensione, lapidum positione. Inspici qvoqve solent muri, termini, alvei mutatio, sepulchra, epitaphia, itemqve carcer, corpus vulneratum, partus. Ruland. *de Commiss. P. 2. l. 3. cap. 4.*

VI.

Oculos castos non tantùm sufficit custodire, sed etiam lingvam, *cap. ex merito 13. in fin. 6. qvæst. 1.* Oculus enim impudicus impudici cordis est nuncius. *cap. nec solo 12. 32. qvæst. 5.*

VII.

Oculum Dei tangit, qvi injuriosè justos tangit. *cap. accusatio qvoqve 2. qvæst. 7.*

CAP. XIV.
Occultum.

Axioma I.

Occultum esse, seu non apparere, & in rerum natura non existere, censentur paria, *l. in lege fundi 77. ff. de contr. Empt.* Unde Javolen. ait: Lapidicinas nullas esse, nisi qvæ apparent.

II.

Occultum est, qvod qvamvis extet, sic tamen latet, ut divinari humanitus non possit, *l. si fidejussor 29. §. si cum debitor 2. ff. mandat.* Ignoscendum enim est (ait Ulpianus) si non divinavit, debitorem solvisse, *l. Si putator 31. in fin. ff. ad Leg. Aqvil.* Hinc ex diuturna occultatione præscriptionem falsitatis & simulationis oriri, dixerunt Menoch. *lib. 2. præsumpt. 91. num. 4. & 5.* Cravett. *cons. 179. num. 5.* Cacheran. *decis. 117. num. 9.* ita occultam donationem non carere suspicione, adeoqve non valere, ait *cap. unic. extr. ut Eccles. benefic.* & occultè infamantes non esse audiendos, habes *in cap. inqvisitionis 21. extr. de accusat.* ita & in delictis in universum, qvo occultius & impunitius flagitia committi possunt, iis deprehensis eò acerbius & majori

& majori cum severitate sunt castiganda. *l. presbyter 8. C. de Episc. & Cleric.* Wesenb. *in parat. ff. de furib. balnear. in fin.* ita vasallus, occultans protocollum investituræ, perdit feudum, Afflict. *in c. Vasallus si feudum num. 14. si de feud. erit. contr.* ubi qvomodo ea etiam probetur, declarat. Adde Valasc. *de Jure Emph. q. 8. num. 11.* G. Anton. *disp. feud. XI. th 3. g.*

III.

De occultis excessibus non judicat Ecclesia, sed de manifestis tantùm, *cap. Tua 34. extr. de Simonia.* Oldendorp. *2. Conf. Marp. 1. num. 27.* sed sunt illi relinqvenda, qvi solus novit corda filiorum, *cap. consuluisti 2. qvæst. 5.* Si enim omnia in hoc seculo vindicata essent, locum divina judicia non haberent. *cap. si omnia 7. 6. qvæst. 1.* Sic Christus *Matth. 7. & Luc. 6.* Nolite (inqvit) judicare, & non judicabimini, & *1. Corinth. 4.* item *Luc. 6.* Estote igitur misericordes. Hoc loco (inqvit Beda *in homiliis*) nihil aliud præcipi existimo, nisi ut ea facta, qvæ dubium est, qvo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Qvod enim scriptum est, *(Matth. 7.)* ex fructibus eorum cognoscetis eos, de manifestis dictum est, qvæ non bono animo fieri possunt, ut stuprum, blasphemiæ, furta, ebrietates, & similia, de qvibus etiam nobis judicare permittitur. Sicut igitur occultè peccans, occultè puniri debet. *cap. qvæsitum 7. extr. de pœnitent. & remiss. cap. si peccav. 19. Ergò ipsa 2. q. 1.* ita & de occultis rebus in inqvisitionibus faciendis nec dicendum, nec qværendum, sed de his tantùm, de qvibus fama præcessit, *cap. qvaliter 17. extr. de accusat.*

IV.

Occultatio est suspecta & punibilis. Hinc si seoccultaverit heres, qvi incapaci hereditatem restituere tacito fideicommisso gravatus est, exutusomni patrimonio suo in insulam deportatur, *l. un. C. de his qvi se deferunt.* Qvod verum tantùm est, si se studiosè celet, non si saltem differat se deferre. *Perez. C. d. t. num. 5.*

CAP. XV.

Occupatio, *confer supra* Impedimentum.

Axioma I.

Licet alicui paciſci, ut fas sit rem suam invadere, *l. 2. C. si serv. export. venear.* Unde etiam de jure naturali, qvod ante nullius est, id etiam occupanti conceditur. *§. 12. Instit. de rer. divis. l. 3. in princ. ff. de acqvir. domin.* Ita feræ in alieno fundo, pisces in alieno stagno capti capientis fiunt, licet capiens prohibitus fuerit illum fundum ingredi. *l. 1. §. 1. l. 3. §. 14. de acqvir. poss. l. 13. §. fin. de injur.* non autem vulneratæ bestiæ. Nihil autem interest, sive manu meâ sive laqveo illas capiam, adeò ut contra eximentem eas è laqveo agere possim, *l. 55. de acqvir. rer. domin.* Perez *C. de venat. ferar. n. 8. seqq.*

II.

Res pro derelictâ habitâ fit occupantis, *l. 85. de acqv. rer. domin. tot. tit. ff. pro derelict.* sed hodiè hæc bona ut omnia adespota fiscus occupat, Perez. *C. de bon. vacant. num. 22.* Principis enim est disponere circa ea, qvæ sunt nullius, propterea principes hodiè sibi inventos thesauros & feras sylvestres vindicant. Perez *C. de Thesaur. num. 14. seqq.* Brunnem. *ibid.* Huc autem non referenda bona naufraga, qvæ naufrago restituenda, nisi intra annum non repetantur, vel sint infidelium. Brunnem, *ad l. 1. C. de Naufrag.*

III.

Occupatio autoritate Judicis facta favorabilior est eâ, qvæ propriâ autoritate fit; contra hanc enim biennii, contra illam verò saltem sex mensium præscriptio dominum fundi deserti removens locum habet. Brunnem, *ad l. 7. C. de Censib. in fin. & tot. tit. C. de om. agr. desert.*

CAPUT. XVI.

Odium.

Axioma I.

Odio alterius nemo est prægravandus, *c. si Episcopum 13. 16. qvæst. 6.* ubi delictum personæ in damnum Ecclesiæ non est vertendum, & *c. Episcopo 7. eadem qvæst.* ubi propter Abbatis peccatum possessio Monasterii non tollitur, *l. si qvis 33. §. legis 1. C. de inoffic. testam.* ubi hoc iniqvum judicatur, ut alieno odio qvis prægravetur, & ideò penitus delendum, imò crudele ibi hoc esse existimatur. *cap. non debet 22. de R. I. in 6.* Pantschman. *p. 1. qvæst. pract. qv. 14. n. 98. vid. supr. lib. VII. c. gravamen.*

II.

Odium nisi prius qvis in corde dimittat, non potest agere pœnitentiam, *cap. falsas 6. de pœnitent. distinct. 1. cap. qvomodo 41. in fin. de consecrat. distinct. 4.* & ideò diuturnum odium qvi non dimittit, admonitione per presbyteros facta, à cœtu fidelium est expellendus, *cap. placuit 9. distinct. 9.* unde & in fratribus odium fraternum & homicidium judicantur ad paria. *cap. homicidiorum 24. de pœnit. dist. 1.*

III.

Odio debent haberi peccata, non homines, *cap. odio 2. dist. 86. cap. duo 35. 23. q. 4.* odisse igitur se vitia probat, qvi delinqventes arguit, *cap. facientis 3. §. & libat. dist. 86.*

IV.

Ut amore, cupiditate, timore, ita odio humanum judicium pervertitur, *cap. qvatuor 78. 11. qvæst. 3.* Magistratus ergò odio moveri non debet, *clem. 1. §. propter. de hæret.* neqve judex odio indulgens judicare, *cap. 1. de sent. & re jud. num. 6.* imò & Clericis odia & æmulationes ut fugiant, indictum est. *in cap. his igitur 3. distinct. 23.* Unde etiam & testes non nisi odio remoto ad testimonium dicendum admittuntur, *l. licet 47. extr. de testib. c. omnes 133. qv. 5.*

V.

ODIA sunt restringenda, *l. cum qvidam 18.* ubi dicitur hæreditates non esse adjuvandas. *ff. de liber. & posth. cap. renovantes*

vantes 6. distinct 22. c. odia 15. de Regulis Juris, lib. 6. cap. statutum 22. de Elect. in 6. Ægid. conf 9. n. 20. & 21. Ubi qvod maximè odiosa materia est restringenda, qvando lex est super facto negativo, Robles de repræsent. lib. 2. cap. 14. n. 10. & Federicus de Senis conf. 25. n. 4. in fin. vers. insuper. Ubi qvod dispositio odiosa loqvens de Monachis, non extenditur ad Canonicos Regulares, & qvod constitutio odiosa loqvens de prioratu Conventuali, non habet locum in dignitate Conventuali diversi nominis, ut est Præpositura, Calder. conf. 328. aliàs. 1. de pecul. Cleric. ubi qvod constitutio loqvens de Abbatibus, qvod eorum sponsalia applicentur Cameræ Apostolicæ, non habet locum in Abbatibus habentibus mensam communem cum Monasterio, qvia succedit Monasterium, cui in materia odiosa, si non est dictum, non debet fieri præjudicium. (Unde videmus, qvod in odiosis statutis interpretationes ejusmodi ex conjecturis desumptæ locum non inveniant, sed potius eorum verba strictè accipienda, & ne latum unguem ab iis recedendum sit. Glossa in cap. cupientes. §. qvod si. de Elect. in 6. Gloss. & Dd. in Auth. qvas actiones. Cod. de sacros. Eccles. Decius cons. 679. incip. Viso eleganti. Hartm. Pistor. 1. qvæst. pract. 16. num. 23. qvod idem etiam ad casus pœnales, utpote in qvibus extensiva interpretatio (qvia stricti juris) non admittitur, extendit Bald. in l. cum proponas. col. fin. C. de hered. Inst. & subst. exemplo sit substitutio, qvæ licet de uno casu ad alium extendatur, l. fin. Cod. de Inst. & subst. attamen ubi de odio & pœna agitur, extensio non fiet. Bart. in l. pater Severinam. in princ. ff. de cond. & demonstr. item licet nomine venditionis alii contractus comprehendantur. l. statu liberi 29. §. Qvintus 1. ff. de statu liber. in materia tamen odiosa stricta fit interpretatio, ut tantum pro venditione accipiatur, ut notat Bartol. in l. qvi duobus ff. ad Legem Falcid. Sic licet appellatione heredis veniat heredis heres, l. fin. Cod. de hered. institut. in materia tamen odiosa hoc non procedit, ut ait ibidem Baldus qvæst. 22. fac. text. in l. qvi liberis 8. §. hæc verba 4. ff. de vulgari & pupill. substitut. & finaliter in odiosis à persona non recedi, not. Bartol. in l. multa. de condit. & demonstr. Baldus in l. 30. opposit. Cod. de his qvæ pœn. nom. Ludovicus Gomez. ad §. sic itaqve. Institut. de actionib. n. 29.) Exornant ad plura Thomas de Thomasset in floribus legum, reg. 209. Josephus Aldr. de relig. disciplin. tuenda libr. 2. cap. 2. num. 6. Monet. de distribut. qvotid. p. 1. qvæst. 10. n. 1. Josephus Sesse Aragoniæ decis. 18. num. 102. & decis. 45. num. 27. Marcus Anton. Genuens. in practic. Ecclesiast. qvæst. 541. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. O. conclus. 67. per totam. Menochius cons. 900. num. 13. Johan. Anton. Mangil. de imput. qvæst. 52. num. 19. Ecclesiæ tamē favore non restringuntur odia, sed ampliantur. Marc. Anton. Genuens. dict. qvæst. 541. & etiam publicæ utilitatis favore, l. 1. §. fin. C. de caduc. tol. len. l. qvemadmodum. 9. Cod. de agricol. & cens. lib. 12. Johannes Maria Novar. qvæst. forens. libr. 1. qvæst. 156. n. 6.

VI.

ODIUM in hac materia non accipitur formaliter, prout importat appetitum dissonantem à charitate, de qvo S. Thom. 2. 2. qvæst. 34. & cap. 1. ubi glossa de reject. lib. 6. sed accipitur latius, prout significat tædium & molestiam, in qvo sensu reperitur passim apud bonos Auctores, & ita comprehendit ea, qvæ præstant materiam odii, id est, fastidii, cujusmodi sunt omnia illa, qvæ pœnam, vel dispendium alicujus continent, & primo aspectu videntur acerba & injusta. Per contrarium verò, favor in hac materia dicitur, qvicqvid favorem & benevolentiam provocat, & ita gratiam, ut utrumqve bene deducitur ex l. qvi exceptionem 40. in princip. ff. de condict. indebit. & l. qvod favore 6. Cod. de Legib. junctò cap. qvod ob gratiam 61. de Regulis Juris. lib. 6. An & qvando dispositio censeatur odiosa, aut favorabilis, colligitur ex principali intentione disponentium, Tiraqvell. de retract. lig. §. 30. gloss. 1. n. 5. Sanch. de Matrim. lib. 1. disp. 1. n. 4. In dubio verò potius est considerandus favor, qvàm odium, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 6. proœm. n. 37.

Amplia Axioma, ut in odiosis non admittatur extensio etiam ex identitate rationis, Corset. in sing. verb. extensio. il. 2. num. 1. Tiraqvell. de retractu, in præfat. num. 62. & 63. Honded. cons. 95. num. 98. & 112. lib. 1. Farinac. fragment. crimin. p. 2. lit. E. num. 115. ubi num. 117. subdit, qvod extensio non conceditur ex identitate rationis, etiam qvod ratio sit expressa in dispositione, qvando sumus in materia odiosa, & odium est irrationabile. (Qvapropter odiosam materiam ac dispositionem restringendam esse ad actum primum, nec ulterius extendendum, ait Cravetta cons. 161. n. 7. cum ibi allegatis, ita qvidem, ut non habeat locum, etiam in

alio casu mixto, Decius *cons. 213. num. 3. & cons. 555. num. 2.* multo minus ad aliam personam, Wesenb. *p. 2. cons. 71. n. 13.* imò ubi causâ odiosâ cum favorabili concurreret, odiosa prævalere, illa magis spectari debet. Joh. Andr. Geminian. Anchar. & Franc. *in cap. ult verb. similibus. de verb signific. in 6.* Menoch. *recup. possess. rem. 1. num. 16.* ubi hoc *n. 18.* verum esse refert, si qvæ sui origine favorabilis esset, & jam ad non expressos casus se extendisset, ad qvos cùm se extendere datum non esset, lege expressa cautum est, prout testatur Imp. *in l. ult. C. unde vi. l. si coloni 14. C. de Agricol. & censit.* qvæ cũ demonstrent, extensionem non esse concessam, ostendunt pariter regulam odiosam esse.

CAPUT XVII.

Offensio.

Axioma. I.

Offensio publica ubi non adest, ibi vindicta publica esse neqvit. Arcan. *in cap. de infantibus. n. 4. vers. Baldus autem, in loco prælegato. col. 2. extr. de his qvi fil. occid.* Bald. *in l. data opera n. 5. vers. ex hoc sequitur. col. 2. C. qvi accusare non poss.* Pacian. *1. cons. 150.* Offensio enim potius est tribuenda causæ, cui magis convenit. Cephal. *cons. 35. n. 4.* Farin. *1. cons. crim. crim. 67. n. 9.*

II.

Offensiones geminatæ gravius puniuntur, qvam simplices, *l. nunqvam plura 2. ibiq; communiter Dd. ff. de privat. delict.* Geminata enim vim majorem habent, qvam simplicia, *Dd. in l. balista. ff. ad Trebell.* & duo vincula plus ligant, qvam unum *Novell. 84.* Unde Bart. & Angel, *in l. 1. C. de superexact.* trad. qvod delictum non capitale, ob reiterationem efficiatur capitale, cui assentit & Marsil. *sing. 378. numer. 1.* Mascard. *conclus. 838. num. 1. add &* Farin. *1. cons. crim. cons. 102. n. 15.*

III.

Offensionis actus qvandiu durat cum metu vitæ periculo & terrore armorum oppugnato non præscribitur modus defendendi. Wesenbec. *1. cons. 19. num. 67.* qvia verbera non dantur ad mensuram, nec habet is stateram in manu. Bart. *in l. 3. numer. 4. & 5. ff. de just. & jur.* Hyppolit *in l. 1. in pr. & §. 1. ff. de sicar.* Unde & defensio præsumitur tempore & casu licito facta. Jason. *in d. l. 3. numer. 8. per l. non solum 8. §. sed ut probari 5. de oper. nov. nunciat* Hyppolit. *sing. 505. ex pace per tot.* Et semel offensus præsumitur offendere ad sui defensionem. Gandin. *tract. malefic. tit. de defens. reor.* Bart, *in l. 1. n. 10. &* Bald. *ibid. C. unde vi* Wesenb. *1. cons. 19. num. 19.*

CAP. XVIII.

Officium. Officialis.

Axioma I.

Ad officium publicum electus, sit idoneus eo tempore, qvo eligitur. Bart. *in l. impuberem. & ibi.* Bald. *ff. ad Leg. Cornel. de falsi. per l. si pater tuus 8. C. qvando provocare non est necesse. & ibi* Matthesilan. *l. excusantur 2. in princ. ff. de excusat. tuor. cap. si eo tempore 9. de rescriptis in 6.* Honthem. *1. de art. Notar. cap. 18. n. 7.*

II.

Officium publicum nemo debet deserere, nec ab eo sine licentiâ abesse, *Perez. C. de decurion. num 43. seqq.*

III.

Officii necessitas excusat â præsumtâ calumniâ: Itaqve advocatus fisci contra aliqvem ob crimen delatum agens & succumbens non incidit in pœnam, modò evidens calumnia absit. *Brunnem. ad l. 2. C. de delat.*

IV.

Officialis non præsumitur negligens *Brunn. ad l. 10. C. de annon. & trib.*

V.

Officiales publici immunes esse debent à muneribus Personalibus, per qvæ in officio impedirentur *Brunnem. ad l. 3. C. de can. largit. titul.*

VI.

Officiales publicum habent salarium, ut sine concussione & damno privatorum ratiocinia tractent, itaqve pro apochis datis nihil à collatoribus possunt exigere *Perez. C. de discussor. num. 8.*

VII.

Qvi publicam personam sustinent, debent munere suo fungi per se, non per alium, cujus non est electa industria. *Perez. C. de can largit. tit num. 6.* & delictum, ex qvô salus publica periclitatur, imputatur domino præponenti. *Brunn. ad l. 2. C. de condit. in publ. horr.*

VIII.

Officiorum functiones non sunt confundendæ, licet officia sint ejusdem ordinis: itaqve compensatio non admittitur apud unam stationem fisci, qvod alia fisci statio debet *l. 1. C. de compens.*

Limita in causis privatorum, e. g. divisæ tutelæ; in his enim confusio & compensatio etiam apud diversas stationes permittitur *l. 36. ff. de admin. tut.*

IX.

Officia non sunt hereditaria.

Declara: possunt tamen concedi patri, ut in illis nominet filios successores: hinc si pater nullum nominavit, censetur nominatus senior filius, qvod si filium non habuit, succedit in officium hæres ab intestato. Si plures sint heredes, officiumqve habeat annexam Jurisdictionem, ad omnes transit, qvi vel alternatim vel per vicarium illud administrant. *Perez. C. de tabular. num. 5. 6. 7.*

X. Ne-

X.

Nemo ad novum officium adspirare vel promoveri debet, nisi de anteriori rationes reddiderit *l.4.C. de Suscептor.* & literas absolutorias producat, *Perez.ad d.t.num.19.20.* Et, si propter delictum in officio publico condemnatus sit, non poterit idem officium rursus gerere, licet principis rescriptum proferat *l. 2. C. de Palat. sacr.*

XI.

Officium impar & inferius priore suscipere semper turpe & ignominiosum est. *l.2. C.de profess.l.1.cum gl.C.eod.* ubi text.dicit, nihil interesse, utrum qvis sit adhuc in dignitate positus, an non sit. Ascendendo enim conferri debent honores. *l. ut gradatim 11.ff.de muner. & honoribus.l.qvæ utiliter 45. ff.de negot. gest.* non descendendo, ut ait gloss. *in d.l. 2. ibiqve Bald.* qvia inqvit non cogitur qvis incedere retro circa honores, & qvi semel assumptus est ad Digestum, non cogitur redire ad volumen. *d. l. 2. C. de professorib. cap. cum in tua 44. de testib. & attest.* qvia hoc pertineret ad injuriam nominati, & electi imminutionem, & contra rationem, ac esset parvi facere majorem ordinem prius ablatum, ut ait Lucas de Penna *d. l. 2.per c. 1.de translat. Episcop.vid. &* Wesenb. *1.consil. 40. num.38.*

XII.

Officium publicum bonæ fidei præsumptionem inducit. Andr. Sicul. *per illum text.in proœm. Clem. pag. 18. col. 1.in fin. secundum impress. Lugdunensem parvam.* Jas. *in l. decem. col.8.de V. S.post.* Bald. *in l.errorem. col. 1.C.de test.* Ludov. Gomez *ad §. ex maleficiis. Inst. de act.* Unde & officium omne auctoritate vel utilitate publicum dicitur officium necessarium qvod recusari non potest. Dec. *in l.invitus.ff.de R.I.*

XIII.

Officium suum nemini nisi imploranti Judex impertit. *l. 4. §. hoc autem judicium 8. ff. de damn. infect.* Marc. Mant. *sing.336. numer. 3.* Stultus enim censetur, qvi aliter & de alio pronunciat, qvàm à partibus petitum est. Sebastian. Vant. *de nullit. proceff. tit. de nullit. ex defect. proceff. ac form.ipsius sentent.num.97.* Jason. *ad l.vinum.num. 23.de reb. cred.* Menoch. *cons. 199. num.33.* Gœdd. *1.consil. Marp. 26.n.183.*

XIV.

Qvi officium omittit, non debet fructus lucrari *l.1.C. de his qvib.ut indign.* ubi Bald. *num. 1.* hoc exemplificat his verbis: Hoc est apertè contra Clericos, qvi non deserviunt in divinis, ut tanqvam indigni teneantur ad restitutionem omnium fructuum; unde & beneficium feudi amittere dicitur, qvi præstare servitium non vult.vid.text. *in c.21.F.lib. 1.* qvæ regula aliqvando fallit in tutore.vid. Hartman. Pistor. *obs. 124. n. 8. & seqq.* qvem citat & Carpzov, *2. constit. 11. defin.40.*

XV.

Officium desiderantibus negandum, fugientibus vero offerendum est *l.31. C. de Episc. & Cleric. cap. in scripturis. in pr. 9. 6. qv. 1. cap. officii 38.* ubi Abb. *de Elect.* P. Theodor. *disput. crimin. 9. th. 6. B.* qvia officia & dignitates ordine & decenter, & qvidem dignis tantum atq; merentibus sunt concedendæ. *d. l. ut gradatim 11. de muner. & honorib.* Decian. *8. tractat. crimin. cap. 21. num. 10.* nec ullus seipsum officio ingerere debet, *cap. per nostras 26.extr.de jure patronat.*

XVI.

Finito officio molestias & pericula finiri consentaneum est. *d. ult.C. de peric.tutor.* Wesenbec. *in parat. ff. qvando ex facto tutor.* hinc qvoties qvis ex necessitate officii contraxit, toties officio depositò à contractu liberatur. Exemplum in tutore finitâ tutelâ, ubi non ipse sed pupillus utiliter convenitur *l. penult. qvando ex fact. tut. vel Curat. l. 1. Geodem.* Carpz. *Lib. 5. resp. 77.* Berlich. *Decis. 13. seqq.* idem est in Magistratu finito officio *l. 3. §. 2. ff. de admin. rerum ad Civit. pertin.*

Limita (1.) nisi forsan tutor ob processum calumniosè motum in expensas sit condemnatus *l.9. & 11.C.de admin. tut.* (2) nisi tutor bona sua pro pupillo oppignoraverit *l.9. C. de præd. min.* & hoc casu tantùm tenetur actione hypothecariâ.

XVII.

Princeps nec motu proprio alicui officium concedendo non præjudicat illi, qvi habet titulum anteriorem, reqviritur enim expressa cessatio prioris concessionis. *Perez. C. de cohortal. & princip.num.20.*

XIIX.

Qvi habet unum officium, non debet aliud affectare, &, si illud acceptet, non tantùm officio obtento sed & salariis & privilegiis prioris officii privatur, nec valet rescriptum desuper nisi motu propriò ex certâ scientiâ obtentum. *Brunnem. C. de cohort. & princ.n.6.*

XIX.

Officia & onera sunt partienda. *cap. ult.extr. de offic. archipresbyt.*

XX.

Officium nullus debet usurpare, qvod ad ipsum non pertinet. *cap. tua.19. in princ. extr. de homicid.*

XXI.

Officia singula in Ecclesiis personarum assiduitatem desiderant. *cap. adhæc 13. extr. de præbend. & dignit.* Officium enim maximè Ecclesiasticum diligenter debet exeqvi *c. penult. dist. 18. cap. presbyter. 2. dist. 91.* ac plus corde qvam voce est exercendum. *cap. 1.distinct. 92.* Officio ergo negligenter fungenti à superiore coadjutor dari debet. *cap. grandi 2. de supplend. negl. Prælat. in 6.* vel si Clericus officium divinum non expleat, deponi potest. *cap.ultim.distinct. 92.* propter scandalum enim ab officio suo. *cap. de Rectoribus 9. extr. de Cleric. ægrotis.* vel propter negligentiam qvis removetur. *cap. cum ad 6. extr. de stat.monach.*

XXII.

Officia singula singulis sunt committenda personis. *cap. cum 32. de præbend. & dignit. in 6. cap.1. distinct. 89. c. cum singula de præbend. in 6.* P. Ancheran. *cons.154.pag.75.num.2.*

XXIII.

Officii necessitas excusata esse debet. *l. 2. de his qvæ ut indignis.* textus elegans *in l. 2. ibi: voluntariam accusationem & officii necessitatem multum interest. C. de calumniator. vide supr. lib. 12. cap. Necessitas. axiom. 4.* late Menoch. *1. resp. 244. num. 44. & seqq.*

XXIV.

Ad officia, præsertim pecuniaria, promoti jurare debent, se pro justitiæ ratione sine dolo & fraude officio fungi velle. *l. 16. pr. C. de erogat. milit. annon.*

XXV.

Officiorum emtio & venditio noxia & prohibita est. *Perez. C. de perfectissimat. dignit. num. 4.* 5. nisi qvæ in nudo ministerio consistunt, obtentâ tamen licentiâ Principis moderato pretio. *Brunnem. C. eod.*

XXVI.

Puniendi illi sunt, qvi alienis officiis se immiscent. *l. 1. C. de apparit. præfect. annon.* nec qvidem immixtio fieri potest sub prætextu, qvòd collega sit & alter consentiat *l. 2. C. de Execut.*

XXVII.

Officia & dignitates nondum vacantes solus princeps concedere solet sine vel cum titulo, salario vel accidentiis. *Perez. C. ut dignit. ordo servetur num. 10. & tit. C. de primicer. num. 7.*

XXIIX.

Qvæ fiunt in officio, facta præsumuntur ratione officii, secus si fiant ante vel post officium. *Besold. Cons. 106. num. 11. seqq.*

XXIX.

Officiali testanti de gestis in officio creditur; secus si testetur de actu, qvi ad ejus officium non pertinet. *Stamm. tract. de servit. person. L. 2. cap. 18. num. 9.* neqve creditur officiali in grave præjudicium alterius. Bart. *in L. 6. ff. de Custod. reor.*

XXX.

OFFICIUM suum nemini debet esse damnosum. *l. sed & si qvis 7. ff. qvem. admod. testam. aper. l. inter officium 54. ff. de rei vend. l. post legatum 5. §. advocatum 13. ff. de his, qvibus ut indign. l. videlicet 29. ff. ex qvibus causis major. l. si servus 61. §. qvod verò 5. ff. de furtis. l. cùm qvædam 26. Cod. de admin. tut. cap. pervenit 1. de fide jussor. cap. cùm non deceat 30. de elect. lib. 6.* Surd. *cons. 19. num. 12.* Menoch. *cons. 228. num. 13. & cons. 58. num. 61. & cons. 570. num. 3.* Escob. *de ratiocin. cap. 7. num. 57. & comput. 17. num. 5.* Thom. de Thomass. *in floribus legum. regul. 211.* Monet. *de distrib. qvotid. p. 2. qvæst. 11. n. 8.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 5. lit. O. concl. 94.* (non enim qvisqam contra suam utilitatem tenetur alii providere. Wesenb. *in parat. it. de contrar. tutel. act. n. 4. & in Comm. C. de sportul. n. 24.* unde etiam nec tutor alere tenetur pupillum, *l. 3. §. ult. ubi pupill. educar.* Qvod verum intellige scil. ex ipso officio; secus si ex culpa ejus damnum accideret. *l. 8. in fin. ff. qvi satisdar. cog.*

XXXI.

OFFICIA duo qvis regulariter gerere & obtinere non potest. *l. si plures 9.* ubi gloss. *ff. de pactis. l. 14. Cod. de Assessor. & domest.* facit text. *junct. a gl. in cap. diversis, de Cleric. conjug. & in c. cum singulis. de præbend. lib. 6.* (unde qvando Episcopus prodesse pariter & præesse potest, non debet cedendi licentiam postulare, aut etiam obtinere. *cap. licet 18. de Regular.*) Tiraq. *de constituto part 3. limitat. 30. n. 38.* Anchar. *consil. 423. n. 3.* ubi declarat procedere respectu ejusdem actus, non verò diversorum, & qvando duo officia principalia habentur, non verò qvando unum est principale, aliud accessorium, refert Cardin. Tusch. *d. tom. 5. lit. O. conclus. 97.* Pœna autem habentis unum officium, & acceptantis aliud, est qvod caret acceptato, & privatur salario primi. *l. qvisqvis 14. C. de cohort. lib. 12.* ubi Bart. Rom. *cons. 393.* Cardin. Tusch. *d. conclus. 97. n. 3. n. 26. cum seqq.* post Alex. *consil. 157. Viso. n. 2. & seq.* limitat in iis, qvæ sunt voluntariæ jurisdictionis, qvia duplicem personam qvis potest repræsentare, & Notarius potest rogari de suo testamento, ut Notarius, & disponere ut privatus, respectu tantum sui ipsius, non qvoad alios.

CAP. XIX.
De Officiis humanitatis.

Axioma I.

Qvodcunqve alteri non nocet, mihi verò prodest, ad id alter compelli potest. *l. in summâ. ff. §. 2. de aqvâ & aqvæ pluv. arcend.* Exemplum est in actione ad exhibendum *tot. tit. ff. ad exhib.*

Limita, ut procedat (1.) qvoties qvis agit ad juris sui persecutionem, secus si novum jus acqvirere velit, (2.) qvoties aliqvis damnum passurus esset.

CAPUT XX.
Officium Judicis.

Axioma. I.

Officium judicis nullam præsupponit obligationem, seu qvæ tantum ex officio judicis debentur præsupponunt qvem ipso jure obligatum non esse. *l. qvi per collusionem 49. §. fin. ff. de act. emptd. Qvintus 7. ff. de annuis legat. fac. l. Mævia 44. de manumiss. test. cap. nos qvidem 3. cap. si heredes 6. c. tit 17. extr. de testament. v. g.*

pater

pater officio demum judicis cogitur dotare filiam *l. 22. §. 6. fol. matrim.* Ergo ipso jure non tenetur. Campegius *part. 1. de dote qvæst. 3. n. 1.* Ludov. Gomez *in §. omnium. Inst. de action. n. 31.* Ubi hoc tantum de actionibus personalibus intelligendum esse concludit. Addita ratione, qvod qvi teneatur officio judicis, bene & realiter teneatur, cum illud se habeat instar realis actionis, Bart. *in l. 4. §. Cato. in 3. dispositione. num. 5. ff. d. V.* O. Bald. *in cap. 1. col. 8. de probat. l. qvædam 9. §. is autem 1. ff. de edend.* qvanqvam si intelligamus largo modo, etiam is dici potest obligatus, qvi officio judicis mercenario convenitur. Bart. *in l. fin. ff. de injur.* Alex. *in l. 1 col. antepenult. ff. de jurisdict.* Dec. *in l. 1. col. 9. C. de Edend.*

II.

Officium judicis est facti. gloss. *ad §. supereſt ibi sed in facto. Instit. de action.* Qvod autem in facto consistit, illud merito & facti esse dicitur, nec videntur ista inter se differre *l. 1. ff. de jur. & fact. ignor c. 1. de constit. in 6.*

Limita procedere, qvando officium judicis consideratur, qvoad executionem & administrationem: secus si per se illud tanqvam habens jurisdictionem accipiatur, hoc enim in casu potius id juris esse dicitur. arg. *l. jus dandi 3. ff. de tutor. & curat. datis l. illicitas 6. §. universas 8. ff. de offic. præsid.* Dyn. *ad §. supereſt. & ibi* Ludov. Gomez *Inst. de act. n. 43.*

III.

Officium judicis est latissimum. *l. 1. ff. de jurisdict.* & competit ex mera æqvitate, ubi deficit obligatio. Bald. *in l. fin. §. fin autem. C. de furt.* Gylman. *4. 1. vol. 31. n. 11.* Est enim illud nihil aliud, nisi qvædam æqvitas à jure concessa. *l. qvod si Ephesi 4. ff. de eo qvod cert. loc.* Unde appellatione Officii judicis non statim venire actionem, retulit Lud. Gomez. *ad §. supereſt. Inst. de actionib.* tum qvia jus & æqvitas sint diversa, tum qvia officium illud sit remedium qvoddam extraordinarium, qvod concurrere cum actione, qvod est remedium ordinarium, non potest. *l. in causæ 13. ff. de minor.* nisi largo modo & impropriè. *l. actionis verbo 34. ff. de V. S. junct. l. pecuniæ 178. §. pœna. eod. tit. l. dolus 44. ff. mandat. l. actio. in personam 28. ff. de O. & A.* Francisc. Aretin. *cons. 82. incip. Deus pius. col. 3.*

IV.

Non omne qvod officio judicis continetur, id statim necessitati juris subjicitur. *l. non qvicqvid 40. ff. de judic.* Qvod enim Prætor ait, omnibus Magistratibus concedi, ut jurisdictionem suam defendant *in l. 1. in princ. ff. si qvis jus dicent.* id non de necessitate intelligendum erit, cum non cogantur semper punire non obtemperantes: Oportet enim miscere humanitatem severitati: imò qvoad possunt, sine publico detrimento clementiores esse debent. *l. illicitas 6. §. ult. l. observandum 19. ff. de offic. præsid.* cum multa liceant qvæ non semper expediunt, ut ex Apostolo Paulo loqvitur Joh. Oldendorp. *cl. 1. act. 2. in fin.* Qvapropter officium judicis non habere locum, nisi qvando res adeò sit liqvida, ut nihil ei possit opponi, refert Bald. *in l. 2. n. 2. vers. licet aliqvis. col 2. C. de execut. rei judic.* add. Pacian. *1. cons. 81. n. 41.*

V.

Officium judicis toties implorari potest, qvoties se verba dirigunt ad judicem. Wesenb. *in l. 8. n 7. C. de pact.* Cætera exseqvutus sum prolixè *in tract. de Officio judicis.*

CAPUT XXI.

Omissio.

Axioma I.

Omissum habetur pro omisso. *l. commodissimè 10. de liber. & posthum.* Borcholt. *p. 1. cons. 4. qvæst. 1.* Surdus *decis. 202. n. 10.* Auctor *tract. de Cautel. & clausul. advoc. c. 1. num. 1.* dicens illud, qvod verbis omissum est, verè & re ipsa omissum esse, siqvidem cessantibus verbis, cessabit & ipsa dispositio. Wesenb. *2. consil. 51. num. 328.* Tusc. *l. 5. conclus. 89. num. 2.* Et partes si voluissent, expressissent. Borcholt. *1. cons. 27. qvæst. 2.* Cothman. *2. cons. 74. num. 2.* Qvod enim qvis facilè exprimere potuisset, si voluisset, id si non expresit, nec voluisse censendus est, post Bursat. Modestin. Pistor. *2. consil. 21. num. 52.* Thoming. *1. cons. 31. n. 4.* Gœdd. *4. Cons. Marp. 37. n. 123. & cons. 41. num. 7.* Thoming. *decis. 44. n. 8.* Unde & omissum à testatore in scriptura & prælatione verborum dispositiva pro omisso haberi, not. Rol. à Valle *cons. 56. n. 7. vol. 3.* Phil. Dec. *consil. 205. incip. divino implorato. n. 5. vers. & ideo dicit. & seq.* Tusc. *tom. 3. lit. F. verb. fideicommissum. cons. 261.* Non enim sufficit testatorem ita voluisse vel sensisse, nisi etiam disponat. *l. qvidam cum filium 46. de hered. inst.* Dec. *consil. 63. num 3. & etiam non sufficit.* cum id velle non præsumatur, qvod non loqvitur Bald. *in l. 1. §. fin autem ad deficientis. C. de caduc. tollend. per illum text.* Gœdd. *1. consil. Marpurg. 25. n. 21.* idem etiam obtinere in consvetudine vel statuto, text. est *in l. 1. C. de summa Trinitate.*

Limita, nisi sit omissum ratione rarioris usus, aut si omissum simile expresso, aut si in utroqve eadem sit ratio. Tiraqvell. *in retract. Leg. §. 28. n. 6. & 11. per cap. penult. de jurejur.* Gylman. *p. 2. tom. 1. tit. 8. num. 56.* & æqvitas eadem versetur in omisso, qvæ in expresso. Natt. *cons. 667. incip. de viribus subsitit. num. 15. vers. ubi loqvens.* Mascard. *de probat. conclus. 1349. num. 8.* Aut ubi Lex ex aliqva conjectura potest haberi pro expresso. Brun. *tract. statut. art. 7. num. 4.* Gylman. *de tit. 8. num. 7.* Unde etiam nec omissus casus dici potest, in qvo major versatur ratio, qvam in verbis claris comprehenso. Oldrad. *consil. 224. respondet.* Cravett. *cons. 130. n. 7. lib. 1.* ubi post Baldum subjungit, qvod non dicatur omissus ille casus, qvi ex mente disponentis in expresso continetur, qvod similiter etiam responderunt Gozad. *cons. 65. in fin.* Paris. *cons. 75. num 38 lib. 2. & cons. 66. num 63. & cons. 72. n. 98. lib. 4.* Forster. *1 Cons. Marp 25. n. 21.* nec Legem corrigit, qvi bona fide restituit id, qvod omissum erat. *l. de ætate 11. §. qvi tacuit 4. ff. de interrog.*

terrog. in jur. fac. Jac. Concennat. *1. qvæst. sing. 9. n. 29.* Qvapropter hoc axiom. regulariter eo in casu verum intellexit Schraderus, qvando reqviritur expressa provisio; alias secus, *2. consil. 23. n. 93.* qva de causa dicitur, qvod qvando qvis illud omittit, ad qvod scit aut scire debet se ratione officii sui necessario teneri, in manifesto dolo esse dicatur. *l. dol. 44. l. si procuratorem 7. §. si ignoranter 7. ff. mandat. l. tutor. qvi repertorium 7. ff. de administr. tutor. l. dolo 41. ff. ad L. Falcid.* Lucas de Penn. *in l. qvemadmodum vers. 6. præsumitur dolus C. de Agricol. & censit.* Grat. *conf. 61. n. 14. vol. 2.* Callean. *24. col. 4. vers. 4.* Cephal. *consil. 230. n. 4. vol. 2.*

II.

Pro omisso habendum est, qvod verbis non continetur. Bald. *in l. ad probationem. C. de probat.* Modestin. Pistor. *consil. 19. n. 10. per l. qvicqvid adstringenda 99. de V. O.* Tiber. Decian. *respons. 22. n. 4. vol. 1.* Menoch. *cons. 14. n. 5.* Wesenb. *1. consil. 15. n. 7.* nec à nobis supplendum, Wes. *d. consil 15. n. 42. per l. ultim. C. de falsa caus. adject. l. si de certa 31. ff. de transact. cap. venerabilem 34. extr. de Elect.* siqvidem jus civile directum est & strictum, nec supplet sine certa lege aut constitutione, Cujac. *ad l. 28. §. & qvod si tantum de liber. & posthum.* licet enim interpretandi jus habeamus, supplendi tamen sine Legis auctoritate non habemus. Cujac. *ad l. commodissimè ff. de liber. & posthum.* cum mens in corde retenta, actui hominum non accommodetur. Berlich. *decis. 262. n. 7. & seqq.*

III.

Omissa & non petita multa lucrifacimus, qvæ si petita, præstanda essent à nobis adversario, *l. 2. §. qvod ait 1. ff. qvorum legat. l. peto 69. ff. de legatis 2.* Marsil. *singul. 341.* Mantic. *sing. 273.* Schneidew. *in Comm. ad Institut. de Usufruct. in princ. n. 11.*

IV.

Omissio eorum, qvæ necessaria non sunt, actum non vitiat. *l. heredes palam 21. ff. de testam.* Pantschman. *2. q. 3. n. 36. & 48.* ita juramentum, calumniæ omissum, non vitiat processum, si à parte expresè petitum non sit. *l. 2. §. sed qvia veremur. 4 C. de jurejur. propt. calum.* ibiq; Bart. Ita libellus obscurus, etsi regulariter non valeat, *Auth. offeratur. C. de lit. contest. l. fin. C. de annal. except. Dd. in l. 1. ff. de edend.* si tamen contra illum nihil opponatur, procedit, si ex actis declarari possit. Bart. *in l. edita. n. 2. C. de edend.* Mantua. *sing. 273. n. 1. incip. qvoniam. similia exempla vid. & apud.* Guid. *decis. 221. incip. item dicta.* Felin. *in cap. sicut. n. 28. de rejudic.* Anchar. *consil. 136. n. 2. incip. ex consil.* Dec. *cons. 509. incip. viso consilio.* Panorm. *in cap. penult. n. 19. de judic.* Gail. *lib. 1. de P. P. cap. 11. num. 31.* Matthesil. *sing. 12. incip. not. qvod.*

V.

Omissum qvod est in pactis, manet sub dispositione juris communis. *l. si extraneus 6. ff. de condict. caus. dat. l. illam 19.* ubi Jason. *in fin. de collat.* Wesenb. *in Comment. C. de servit. & aqva. num. 52.* casus enim omissus habetur pro omisso, & remanet in dispositione juris communis. *l. si cum dotem 22. pr. solut. matrim. l. commodissimè de liber. & posthum.* Barth. Cæpoll. *3. consil. 32. n. 29.* Menoch. *cons. 1143. n. 24.*

VI.

Omissum per oblivionem non habetur pro omisso. *l. Sejæ 20. de instr. vel instrument legat. l. 12. de probat. l. ult. de liberat. legat.* Cujac. *lib. 3. qq. Pauli ad. l. 3. qvi pot. in pignor.*

VII.

Substantiale qvando omittitur, non valet qvod agitur. *c. animadvertendum 2. 22. qvæst. 2. c. ult. de pœn. distinct. 5. cap. in synodo 83. de consecrat. dist. 3.* Omisso enim eo, qvod pro forma servandum fuerat, actum nullum facit. *l. cum his 8. §. prætor. 17. ff. de transact.* & omisso eo, qvod omitti non debuit, præsumitur qvid factum non esse. Roman. *consil. 316.* Paris. *cons. 74. n. 29. vol. 1.* Curt. jun. *cons. 19. num. 1. vol. 1.* Bursat. *cons. 94. n. 2. vol. 1.* cum paria sint aliqvid non fieri, aut fieri qvidem, sed non legitimè fieri, *l. qvoties 7. ff. qvi satisdar. cog. l. de ætate 11. §. nihil 7. ff. de interrog. act.* Vult. *3. Cons. Marpurg. 34. n. 36.* & omissum qvod fieri consvetum, actum reddit suspectum & minus legitimum. Vult. *3. Cons. Marp. 17. n. 6.*

VIII.

Qvando aliqvid omittitur propter majus bonum, non contemptus, sed providentia judicatur. *c. cum Hadrianus 29. dist. 63.*

IX.

Omissio casus vel per errorem contingens, cautè est supplenda. *c. Spiritus 88. §. ecce 1. q. 1. c. nihil. 16. 7. q. 1. c. unic. dist. 52.* & qvidem sub gravi pœnâ ejus qvi ad suppletionem obligatus est. *l. fin. C. de Can. largit. tit.*

X.

Pauperior non fit, qvi aliqvid omittit, seu non acqvirit: sed qvi de patrimonio suo perdit *l. si sponsus 5. §. 13. de donat. inter vir. & l. 31. §. 7. eod.*

XI.

Omissionis peccatum etiam coërcetur. *l. 3. §. 1. l. 4. de curat. bon. dand.* etiam in judice *l. 40. §. judex. 1. de judic.* Intellige verum qvando omissio in alterius fraudem directò tendit, *d. l. 4 & seqq.* secus si obliqvè & per conseqventiam. *l. 6. d. t.* Interdum delictum omissionis pari pœnâ plectitur cum delicto commissionis *Brunnem. ad l. 3. pr. C. de Can. largit. tit.* Administrator Reipubl. qvi ab herede (qvi fideicommisso civitati præstando gravatus est) cautionem non exegit, ad omne interesse utili negotiorum gestorum actione tenetur *l. 2. C. de admin. Rerumpubl.* sicut magistratus à tutoribus cautionem non exigens *l. fin. ff. de Magistr. Conven.* Et licet heres solvendo sit, civitas electionem habet, an contra heredem, an contra administratorem agere velit. Omissio Inventarii & restitutionis reliqvorum in tutore dolus est, igitur contra eum in litem juratur. *Montan. de Tutel. c. 32. Rat. 6. num. 1. 14. pag. 492.* cùm alias contra eum, qvi omittendo delinqvit, in litem non juretur. Jason. *in l. 9. C. unde vi. num. 57. 58.*

CAP.

CAP. XXII.

Omne.

Axioma I.

OMNE qvi dicit, nihil excludit. *l. Juniano 68. in princ. ff. de legat. 3. l. hoc. articulo 29. ff. de hæred. institut. l. pediculis 32. §. Labeo 6. de auro. & arg. legato. l. si qvis 7. ff. de pecul. leg. l. si cui servi omnes 52. ff. de legat. 1. l. pœnales 32. §. fin. ad leg. Falcid. l. à procuratore 13. C. mandati. cap. solitæ. de majorit. & obed.* Tiraqvel. *in l. si unqvam. verb. totam. num. 1. C. de revoc. donat.* Barthol. Perett. *ad extravag. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alien. p. 92. num. 17.* Thom. de Thomasset. *in florib. legum. reg. 252.* Burg. de Pace *cons. 25. num. 28.* Bertazol. *de clausul. instr. clauf. 4. gloss. 3. num. 1. & clauf. 21. gloss. 3. num. 1. & in repet. l. si qvis major. C. de transact. num. 205. & 707.* Escob. *de ratiocin. cap. 7. num. 47. & cap. 18, num. 3.* Menoch. *cons. 156. num. 23. & cons. 202. num. 23. & cons. 392. num. 2. & cons. 628. n. 11. & 15.* Pichard. *ad pr. Institit. de adempt. legat. n. 30.* Surd. *decis. 265. num. 30.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. tom. 2. lib. 11. qvæst. 3. num. 16.* Mari Anton. *var. resolut. lib. 1. resolut 70. num. 18.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. n. 21.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 9. num. 5.* (Aymon. Cravett. *cons. 294.* ubi integro consilio hanc regulam amplificat & declarat. *conf.* Hering. *de fidejuss. 24. 224.* Est enim signum universale qvod orationem facit universalem. Bart. *in l. generali. §. uxor. num. 34. de usufr. legat.* Dec. *cons. 30. Et protenus. num. 4.* ita ut omnia complectatur, qvæ illa universitate concipi & comprehendi possunt, nullo penitus excepto. Dec. *cons. 29. in fin.* Laurent. Sylvan. *cons. 95. num. 17.* Frider. de Senis *consil. 84.* Wesenb. *1. cons. 93. n. 6.*

Declara; hanc regulam loqvi de actibus humanis, non legis; Legis enim locutio semper accipienda est, cum casibus ab alia L. exceptis, v. c. Fidejussio accedere posse dicitur omni obligationi *l. 1. ff. de fidejuss.* qvod tamen restringitur *in l. 8. §. 3. & seqq. ff. eod.* ita ut turpi non accedat. vid. Zas 1. *sing. respons. cap. 7.* & Petr. Faber. 3. *semestr. 24. p. 393.* (Notabilis etiam est limitatio apud Cujac. *ad l. 7. C. de præscript. 30. annor. ibi non dicam.* dum ait: possum verè affirmare non duci idoneum argumentum ex particula *nullus vel omne*: nam omne non semper comprehendit *omne*, & hic articulus *nullus* non semper recipit *qvemcunqve*: potest enim omne etiam dictum esse secundum qvid, non simpliciter, v. c. si qvis dicat, nulla actione tenetur, ne qvidem in factum aut de dolo; falsum id erit. *per l. 14. pr. de præscriptis. verb.* item si qvis dicat *ex l 21. §. 1. de pact.* pactum nihil proderit. Ergo neqve ad doli exceptionem, item in judicium communi dividundo omnes res veniunt. *l. 13. princ. Comm. divid.* Ergo etiam incorporales. Idem est si qvis colligat Vasallum Dominum contra omnes debere defendere. Ergo & per consequens Imperatorem, item & in hoc argumento: Omnis Masculus potest posthumum scribere. *l. 4. de liber. & post-hum.* Ergo etiam Spado? Negatur enim consequentia, qvia omnis ille masculus qvi liberos tollere potest in majori intelligitur, qvod heredem habere possit. arg. *l. 6. §. 2 de jure patron.* Cujac. *ad l. 6. de liber. & posth.* Ita & in hoc argumento: Cujuscunqve filiam uxorem ducere non licet, ejus neqve neptem permittitur, §. 3. *Institit. de nupt.* Atqvi v. c. Titiæ filiam, Sejam, à patre suo adoptatam (adeoqve sororem tuam adoptivam) non potes uxorem ducere, §. 2. *Institit. eod.* E. neqve neptem Titiæ, h. e. filiam Sejæ sororis tuæ adoptivæ potes uxorem ducere, qvod est contra *d. §. 3.* Neganda itidem consequentia, qvia major propositio etsi universalis sit, secundum qvid tamen est intelligenda, nempe respectu paternæ reverentiæ, qvæ non est in filia sororis adoptivæ. Similia exempla vide *in l. 13. C. de mandat. §. 1. Institit. de donat. l. 13. §. de constit. pecun. l. 1. de legat. 1. §. ult. Institit. de Codicill.*)

II.

OMNIA nostra facimus, qvibus auctoritatem nostram impartimur. *l. 2. §. sed neqve. vers. sed omnia. de vet. jur. Enucl.* Vide *sup. lib. 12. cap. Nostra.*

CAPUT. XXIII.

Onus.

Axioma I.

Onera generaliter enunciata comprehendunt omnia, qvæcunqve enumerari possunt. Bald. 1. *consil. 112. Incip. qværitur, qvi intelligantur laboratores. n. 3.* Sylvan. *consil. 66. n. 12.* Rol. à Valle *consil. 5. n. 43. & seq. vol. 1.* Bertazol. 1. *consult. decis. cons. 27. n. 14.* qvod in privilegio immunitatis concesso verbis generalibus illustrant Alexand. *cons. 30. ponderatis. col. 4. num. 12. vol. 2.* Bertazol. *1. cons. 21. n. 1.*

II.

Onere cum suo res transit ad qvemlibet possessorem. *cap. ex literis 5. extr. de pignor. c. tua 9. pen. extr. de Usur. c. in aliqvibus 32. & seq. extr. de decim. cap. 1. extr. de censib. extravag. de decim. c. Sylvester 13. 11. q. 1. vid. infr. lit. R. c. Res. axiom. 22.*

III.

Onerare alium in suo testamento nemo potest; nisi qvi (qvatenus, nec ultra,) eum honorat. *l. cohæredi 41. §. qvod si 3. ubi gloss. verb. nullum fideicommissum. de vulgar. substit. l. 1. & seq. de legat. 3.* Wesenb. *in comm. ad §. non solum autem. Inst. de vulg. substit.* qvod axioma declarando restringit Carpz. *lib. 6. respons. 7. n. 8. & seqq. ubi vid.*

IV.

Onere alieno nemo debet prægravari. *l. ult. C. de legit. tut.* ubi Gothofred. *lit. M.* sicut enim nemo vellet gravis oneris sarcinam ferre, ita non audeat importabile pondus alii imponere. *c. qvi scit 14. caus. 2. q. 6.* hinc est qvod Vasallus non potest adigi, ut æs alienum à Domino contractum exsolvat. Goth. Anton. *7. disp. feudal. thes. 9. lit. F.*

V.

Onera & Officia sunt partienda. *cap. ult. extr. de offic. presbyt.* nec debet unus aliqvis solus gravari onerosa munere, si & alii suppetat *l. si qvis tam iniqvus 52. C. de decur.*

VI.

Seniorum excusatione juniores non debent onerari, ad subeunda onera soli relicti. *l. 11. ff. de decur.*

VII.

Onera realia à principe possunt mutari in personalia. *Brunnem. in l. fin. C. de annon. & tribut.*

VIII.

Ad onera suæ patriæ sublevanda unusqvisqve extrahi potest ex domo privilegiatâ, non secus ac ex privatâ, nec excusari ob publicam officinam ad qvam se transtulit. *Perez. C. de Decur. n. 41.* ei enim, qvi ad declinanda onera publica in certum Collegium privilegiatum se confert, illius Collegii privilegia non competunt. Hinc Decurio suô munere non relevatur per Ingressum in Monasterium vel in Collegium Fabricensium *l. 26. 32. C. de Decur. Brunnem. C. eod. column. 7. in fin.*

IX.

Qvando onus simpliciter indicitur, non adjectâ causâ, magis est ut exrraordinarium censeatur. *Perez. C. de muner. patrimon. n. 7.*

X.

Qvi bona non possidet, onera realia non agnoscit *l. 7. ff. de publican.* imò & qvi bona possidet, non tam videtur obligari ad præstationem Tributi qvàm ipsum prædium: itaqve pacto fieri non potest, ne possessor onera solvat *l. 42. de pact.*

XI.

Justior est modus onera præstare de bonis suis qvàm de capite suo, nec ad Capitationem nisi ex summâ necessitate deveniendum, qvam olim tamen Rustici exceptis colonis Thracensibus præstabant, *l. un. C. de Colon. Thracens.* Cives autem immunes erant. *tot. tit. C. de capitat. Civium.*

XII.

Causa tributi & onerum publicorum summariè est cognoscenda. *Brunnem. ad l. 2. C. de fund. rei priv. num 2.*

XIII.

Nova onera nullus Judex vel magistratus sub qvadrupli pœnâ indicere potest *l. 8. C. de Excus. mun.*

XIV.

Onera & Tributa non sunt solvenda juxta valorem & pretium rei, sed juxta emolumentum & utilitatem *Brunnem. ad l. 2 C. de præd. & omn. reb.* hinc si incendio vel hoste prædium deterioratum sit, æstimum mox emendari debet *Brunnem. ad l. 4. C. de Cens.*

Limita: si qvis in fraudem census & tributorum fundum incultum jacere sinat, vel ipse malitiosè vites præscindat vel arbores, nullam sentire debet relevationem, *Brunnem. ad l. 2. C. de Cens. num. 2.*

XV.

Tributa ob causam belli indicta tempore pacis sunt remittenda. *Perez. C. de Prætor. & honor. pr. n. 10.*

XVI.

In realibus muneribus & oneribus nulla privilegia præstant vacationem, nullæ scientiæ aut ætatis prærogativæ *l. 6. §. 4. de muner.* Forenses itaqve etiam contribuunt neqve Rescripta in contrarium valent. *Perez. C. de annon. & tribut. n. 28. seq.* nec Magistratus eximuntur *Perez. C. de Decur. n. 19. seq.*

XVII.

Onera omnia à parentibus incipiunt, à qvibus incipit esse rei *l. si maritus. ff famil. ercisc.* nec beneficium impendit pater vel avus si dotet neptem, sed seqvitur naturale debitum *l. 1. §. 1. C. de Imp. luc. descr. L. fin. C. de Codic.* istud tamen solvere non est propriè debitum sed qvoddam medium *l. si emancipata C. de jur. & fact. ignor. Bald. Consil. 323. vol. 3.*

XIIX.

ONERE duplici pro eadem re nemo gravari debet. *l. navis onustæ 4. §. cum autem 2. ff. ad leg. Rhod. de jactu. l. Stichon 36. in fin. de usufruct. legato. l. Titia cum testam. 34. §. qvi in vita 5. de legat. 2. l. unum ex familia 67. §. si rem 8. ff. eod. tit l. 1. §. interdum 12. ff. ad leg. Falcid.* Federic. de Senis *cons. 152. col. fin. vers. prætera nemo.* Roman. *cons. 161. Visis. num. 2.* ubi Apostil. *in verb. duplici.* Dec. *cons. 285. num. 4.* Paris. *consil. 25. num. 84. lib. 1.* Alex. *cons. 78. num. 10. lib. 6.* Socin. *cons. 302. col. vers. secundum corollarium.* Cravett. *consil. 111. num. 8. & cons. 201. num. 23.* Vincent. de Franch. *dec. 87. n. 5.* Menoch. *cons. 9. n. 4. & cons. 153. num. 21. & cons. 193. num. 9. & cons. 721. num. 7. & cons 840. num. 6. & cons. 14. num.*

14.num.1.& conſ.21.num.13.& conſ. 32.n. 40.cum.ſeq. & conſ.75.num.9. Molin. *de primogen. lib.1.cap. 4.num.10.* Pereg. *de fideicomm.art.1.num.33.& art.34.num. 72.* Surd. *conſ.115. num.14.cum.ſeq.* Cardin. Tuſch. *practic.concluſ.tom.5.lit.O. concluſ.136.per totum.* Mari. Anton.*var. reſolut.lib.1.reſolut.97.num.4.& reſol.111. num 40.* Rot.*deciſ.672. num.3.in fin.*apud. Farinac.*part.1.recent.* Alex. Trentacinq. *conſ.3. num.20.part.1.* (Sufficit enim aliqvem gravari in uno, nec debet gravari in altero. Cujacius *ad leg. 6. de tribut. action.* Cum grave ſit, qvod qvis uno onere prematur, at multo gravius, ſi duplici onere ſuffocetur. *l. cogi 16. §. inde qværitur 3.ff. ad SC. Trebell.* Tiraqvell. *in tract. retract.tit.1.§.1.gloſſ.18. num.9.* Barbat.*conſ.1.num.5.lib.3.* Bertrand.*conſ. 463.vol.4.* Cravett. *conſ. 201. num.23.& reſponſ.1.pro genero. num.436.* Cephal. *conſ.154.num.9.* Natta *conſ.160.num.34. & conſ.447.num.14.* Lud. Zundt. *in reſponſ.pro uxor. num.834.* unde dici conſvevit: qvod qvi ſemel ſatisdedit, non oportet per ſingula momenta eum exactione ſatisdationis onerari. *l.3.§.ult.ut in poſſeſſ. legat.*)

XIX.

ONERA plura qvis ſubire non debet eodem tempore. *l.ſi cùm dotem 22.§.ſi pater 3.ff. ſoluto matrim.* Feder. de Senis *conſil.151.Thema tale eſt, n.4.verſ.præterea nemo.* Cardin. Tuſch. *d.tom.5.lit.O. concl.137.*

XX.

ONUS qvi ſentit, debet ſentire etiam commodum. *l.1.ff.de inſtit. action.l.ſecundùm naturam 10.ff.de Reg. Jur.* (*cap.qvi ſentit.55. cod.in 6. c.cum ab omni ſpecie 10. circ.med.extra de vit.& honeſt. Cler.* C. A. *conſil 35.n.38.vol.1.*) Oldrad. *conſ.211. n.2.verſ.viſa.* Alex. *conſil.47. Perſpectis col.penult. num.4.lib.5.* Anchar. *conſ.217. Dubium facit. num.4.* ubi qvod non eſt ferendus is, qvi vult commodum, & non vult ſentire onus, *l.unic.§.pro ſecundo 4. Cod.de Caduc.tollend.* Thom. de Thomaſſet. *in floribus legum. reg. 15.* Cardin. Tuſch. *d.tom.5.lit.O.concluſ.144.* Bellet. *diſqviſit.Cleric.p.1. tit. de favore Clericorum Canonis.§.2.num.28.* Menoch. *conſ. 738.num.9* (Qvinimò juſtum, ut ibi ſit onus, ubi eſt honor, & ubi eſt lucrum, ibi etiam ſit damnum. *l.1.ff. ad L. Rhod. de jact. l.2. §. damnum 11.ff. ne qvid in loc. publ. l.ſi igitur 55. in fin. ff. proſoc.* Pacian. *1. conſ.7. num.56.* intelligitur enim onus recepiſſe, qvi honorem recipit. *cap. tuas 7.extr. de major.& obed.* adde & tritum illud: qvem non honoro, eum nec onerare poſſum. *l.21.§.ult.ff.de legat.1.* Et qvi gravatur in uno, relevari debet in alio. *l. eum qvi 30.ubi gl.ff. de jurejur. l. id qvod 7.ff. de peric.& comm. rei vend. l. manifeſtiſſimi 22.§.1. C.de furt. l.ſi is qvi 15.§.fin.ff. de legat.præſt.* Conſ. Arg. 1. *conſ.34.num. 38.* Aliqvando tamen ex facto ſuo qvem oneribus ſubjici, licet nulla viciſſim percipiat commoda. text. eſt *in l. pen. de adopt. vide eleganter* Bernhard. ab Enenckel. *lib.2.de privil.c.4.n.114.*)

XXI.

ONUS extrinſecum non minuitur, etiam diminuto emolumento. *l. liberto 21.§.1. de annuis leg.* Caſtr. *conſ.465. circa med. lib. 1.* Card. Tuſch. *d.tom.5. lit. O. concl.43.*

XXII.

ONUS adjectum rei facit, ut res tranſeat cum illo. Vid. *infra lib. 16.cap. Res. ax.11.verſ.intellige.*

CAPUT XXIV.

Opera.

Axioma I.

Opera non ſolum ſunt reſpicienda, ſed etiam circumſtantiæ operum, *cap. occidit 14. 23. qvæſt. 8.* tempus, *c.qvis ignorat 6.c.3. cum ſeqq.32. qvæſt. 4.c.fraternitatis 7. diſt.34.* cauſa, *c.legi 13. cum ſeq. d.qvæſt.8.* voluntas, *c.1.on eſt 10. cum tribus ſeqq. 15.qvæſt.1.c.cum qvi 4.6. diſt.50.* perſonarum differentia, *c.homo 5. diſtinct.40.*

II.

Opera bona vigilanter ſunt facienda, *c.fratrem 6.diſt.86.* opera enim bona qvando facimus, Deus plus bonum reſpicit animum, qvam actum. *cap. ſi qvando qve 1.in fin.15. qvæſt.6.* ſi qvidem extra fidem ea non valent. *c. firmiſſimè 3. extr.de hæret.* unde ubi Chriſtus non eſt fundamentum, operis nullius boni poteſt eſſe ædificium. *cap.cum Paulus 26.1.qvæſt.1.* nec opus malè inchoatum bonum finem habere poteſt. *c. Principatus 25.1.q.1.*

III.

Opera non ſunt præcipitanda, ſicut nec conſilia. *c.ponderet 14. in pr.diſt.50.*

CAPUT XXV.

De Operis Ruſticorum.

Axioma. I.

Qvoties de operis ruſticorum qværitur, toties illæ ſtrictè explicandæ ſeu interpretandæ, nec facilè extendendæ, qvia operæ ruſticorum reſpectu ſunt odioſæ, odioſa autem ſunt reſtringenda. *cap. odia 15. de R. J. in 6to.* hinc operæ ruſticorum non poſſunt imputari in alias ſimiles

similes invitis Rusticis, nec pro operis rusticorum iis invitis exigi potest pecunia. *Carpz. L. 1. Resp. 65. num. 6.* nec alio in loco præstanda, qvâm in loco domini.

Limita, nisi operæ, ad qvas extensio fieri debet, similitudinem qvandam habeant cum determinatis, nec operarum debitorem ultra præfinitam præstandi rationem nimium gravent.

II.

Qvoties operæ sunt determinatæ, toties debentur, utut non fuerint petitæ, qvia ibi dies interpellat pro homine *l. 12. C. de contr. & committ. stipul.* Qvoties verò indeterminatæ, toties non debentur nisi petitæ, hîc enim ex voluntate ejus, cui debentur, dependet operarum exactio. *l. 22. pr. ff. de oper. libert.*

III.

Operæ Frohndienst/ Hand-Pflug-Frohn/ vel sunt determinatæ, gesetzte und gemessene Dienste/ benandte Frohntag/ Schnitt-Heutag; vel indeterminatæ, ungemessene/ alltägliche Dienste/ qvæ præstantur pro consvetudine, vel juxta pacta curalia, Ding-Notul. *Moler. L. 2. sem. 32.*

IV.

Operæ nocturnæ non præstantur, nisi tempore necessitatis vel ex consvetudine, *Husan. de homin. prop. cap. 6. n. 96.*

V.

Ad operas pertinent custodia canum, cinctura saltuum, munitiones viarum & pontium, cultura agrorum domini, annonæ advectio &c. *Gail. tract. de Arest. cap. 10. num. 4.* non verò custodia castri vel excubiæ. *Natta Cons. 185.*

VI.

Operæ aliis delegari & locari neqveunt, nisi in casu necessitatis vel æris alieni. *Berlich. decis. 67.* neqve coguntur rustici extra provinciam & in locis longè dissitis operas præstare *Rosenthal. de Feud. 5 concl. 71. n. 5.*

VII.

Ad operas rustici cogi possunt captione pignorum, carceratione, relegatione. *Borcholt. cons. 9. q. 1. 6.* Neqve operæ ab iis præscribi possunt *Husan. de homin. propr. cap. 2. num. 32.*

CAPUT. XXVI.

Operarius.

OPERARIUS dignus est mercede sua, *Matth. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem.* Paulus *ad Cor. 1. c. 3. c. qvicunqve 4. 12. qvæst. 2. cap. cum secundum 16. de præbend.* Rebuff. *in repet. l. Barbarius. num. 8. ff. de offic. Prætor.* Marant. *de ordine jud. p. 4. dist. 9. num. 197.* Azini *in praxi. §. 3. cap. 31. num. 35.* Surd. *de aliment. tit. qvæst. 59. num. 2.* Valasc. *cons. 125. num. 2.* Mexi. *in tract. taxæ panis. conclus. 2. n. 87.* Perez. *l. 1. Ordinan. pag. 36. & l. 1. tit. 5. lib. 7. Ordin. pag. 427.* Bobadil. *in sua politica lib. 1. c. 13. num. 48.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloss. 4. num. 17.* & qvidem pro ratâ temporis qvò laboravit, reditus officii ipsi debentur, ut & beneficii Ecclesiastici. Nonnullis tamen etiam totius anni cœpti salarium ejusqve heredibus præstandum est, *Perez. C. de annon. Civil. n. 7.*

CAP. XXVII.

De Opificio.

Axioma I.

Valent statuta opificum, ne qvis extra opificium ducat uxorem, daß einer ins Ampt freyen muß/ non tamen ut ad certam personam qvis adstringatur. *M. Steph. de Jurisdict. L. 2. p. 2. c. 7. Speckh. 3. C. 1. 95.*

II

Opificum pacta, ne, qvod unus cœpit, alter perficiat, daß was einer angefangen/ der ander nicht soll ausmachen/ *Lan. C. de monopol.*

III.

Ab opificiis non sunt excludendi liberi opilionum, molitorum, publicanorum, balneatorum, tibicinum tubicinumqve. *Rec. Imp. de anno 1548. Part. 4. Const. Elect. Sax. 37.*

IV.

Ad emancipationem opificum reqviritur Geburtsbrieff seu testimonium de legitimo ortu, item Lehrbrieff & Meisterstück. *Wehn. in obs. pract. verb.* Zunfft.

CAP. XXHX.

Opinio, Opinio communis.

Axioma I.

Opinionum varietate stante ea est seqvenda, qvæ magis æqvitati convenit, & à rigore discedit. *l. ea qvæ 64. l. non omnibus 68.* ubi Dec. *ff. qvæ in fraud. cred. l. fin. §. in computatione 9.* ubi gloss. & Dd. *C. de jure delib.* Corat. *lib. 1. de communib. opin. tit. 6. num. 7.* Mynsi. *2. obs. 10. an fin.* præsertim si talis opinio in naturali sit fundata ratione. Socin. *in l. qvi agnitis. col. 3. ff. de except.* Jason. *in l. filio paver. not. ab. 2. ff. de legat. 1. & in l. servum. §. seqvitur. colum. prima ff. de V. O.* Vultej. 1. *Consil. Marpurg. 29. num. 10 §.*

II.

Opinio illa amplectenda est, per qvam in dubio peccatum evitatur. *c. veniens 15. extra. de sponsal. clem. exivi. de V. S.* Pantschman. 1. *qvæst. practic. 10. num. 9.* Imol. *in c. cum contingat. de jurejur.* Corset. *in repet. rubr. de jurejur. privil. 18.* Bald. *in l. 2. C. de Commod.*

III.

Inter opiniones contrarias ea seqvenda, qvæ distinctione rem conciliat, Lud. Gomez. *ad §. rursus. num. 14. Inst. de act.* Qvod sæpius fecit Justinianus in conciliandis veterum JCtonum

rum dissensionibus, ita concordavit Ulp. opiniones Labeonis & Octaveni sibi contrarias *in l. item videndum 18. pr. ff. de petit. hered.* ita conciliavit & Gajus opiniones Proculi & Sabini *in l. adeo 7. §. cum qvis 7. vers. & tamen media sententia. ff. de acqvir. domin.* ad qvod etiam facit gloss. *in cap. qværente de offic. delegat. & notatur in l. 1. C. de inoffic. dot. c. in literis 5. de restit. spoliat. c. cum expediat 29. de elect. in 6. & in c. perniciosè 23. de pœnit. dist. 1.* huc refer & ea qvæ not. Salicet. *in l. filia cujus. C. famil. herciſc.* Roch. de. Curt. *in c. fin. num. 191. de consvet.* Cacheran. *decis. Pedem. 21. num. 16.* Corat. *d. tit. num. 80.* Hartman. Pistor. 2. *qvæst. 47. n. 25.* Paris. *cons. 106. num. 45. vol. 1.* Vult. 2. *Cons. Marpurg. 29. num. 139.* unde etiam inter opiniones ea semper potior esse perhibetur, per qvam Dd. ad concordiam reducuntur. Imol. *in l. de pupillo. §. fin. de nov. oper nunc. & in l. 1. in princ. eod. tit. & in l. si finita. §. illud. ff. de damn. infect.* Modern. *in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solut. matrim. & in l. centurio ff. de vulg. & pupill. substit.* Nicell. *in tract. contrarietatum. Bart. differentia 128.*

IV.

Opinio illa verior præsumitur, qvæ à majori parte Dd. recipitur & approbatur. *l. 1. in princ. ibi sanè crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. qvæstor. l. 4. in princ. ibi & generaliter. ff. de his qvi not. infam. l. 5. in pr. ibi dicitur vulgo. ff. ad L. Aqvil. l. 12. §. 27. ibi, qvam sententiam qvotidie increbescere ff. de instruct. & instrum. legat.* Menoch. *lib. 2. de præsumpt. 71. num. 2.* siqvidem verius & magis integrum est judicium, qvod multorum, qvàm qvod unius aut alterius sententia comprobatur Aristot. *lit. 3. polit. cap. 7. & 11. Clem. 1. vers. qvod etiam de sentent. excomm.* Qvod enim à pluribus sapientibus qværitur, facilius invenitur. Bald. *in l. juris ignorantiam. C. qvi amitti.*

V.

Opiniones plures referens cum ultima plerumqve statuere videtur. Bart. *in l. bona fides 31. per illum text. ff. depos. gloss. in l. qvi filium. §. Sabinus ad SC. Trebell.* Bald. *in l. si mater. §. per illum text. C. ne de stat. defunct. controv. fiat.* Hartm. Pistor. 1. *qvæst. 24. n. 41.* & hoc in Legibus & glossis non infreqvens esse, ut opinio ultima in dubio intelligatur approbata, priore relicta *not. gloss. in l. cunctos. C. de summ. Trinit.* pro qva facit, *l. pacta novissima. 12. C. de pact.* & qvod L. XII. Tabul. cautum erat, qvodcunqve postremum populus jusſit, id jus ratumqve esto. vid. & Gœdd. 3. *Cons. Marp. 33. n. 83.* Unde cum in jure feudali sæpissimè contrariæ & inter se pugnantes JCtorum opiniones referantur citra ullius expressam approbationem, *ut 2. F. 17. §. nam & illud. & tit. 28. §. his consequenter. tit. 30. 34. §. 1. & 2. F. tit. 36. 41. 51. §. 3. & 6.* qvo casu ex more feudistico opinionem reprobatam plerumqve ultimo loco collocari solere post Camerarium not. Hartm. Pistor. 2. *qvæst. 25. n. 30. & q. 32. n. 2.* qvod tamen non perpetuum esse, apparet ex iis qvæ tradit Rosenthal. *de feud. cap. 7. qvæst. 55. allegatus* à Gothofred. Anton. *disp. feudal. 1. th. 1. lit. l. in fin.*

VI.

Opinione præfertur & prævalet veritas. *cap. nuper. 4. extr. de bigam. non ordin. cap. cum. 18. extr. de sent. & rejudic. c. per tuas 21. extr. qvi fil. sint. legit.* Joh. Andr. *in qvæst. memorab. in c. mora. q. 33. de R. J. n. 7.* Opinio communis autem sæpe tantum operatur, qvantum veritas, hinc acta ab inhabili prætore, qvi opinione hominum erat habilis, valent *l. 3. de Offic. præt.* sententia ab occultè excommunicato tenet *cap. ad prob. X. de sent. Excomm.* testis, qvamvis sit servus vel infamis, si tamen habeatur liber & probus, testimonium valet. *tot. tit. C. si serv. vel libert.*

VII.

Ubi communem habemus opinionem, qvorundam singulares sententias curare non debemus. gloss. *in l. 1. C. de pœn. jud. qvi male judic.* Hochman. apud Besold. 1. *consil. 20. num. 117.* Ex usu enim Reipubl. est, ne à communi opinione in judicando facilè recedatur. *l. unic. in princ. ibi sanè crebrior. de offic. qvæstor.* Siqvidem veritas à pluribus rectius, qvàm à paucioribus perspici potest. arg. *l. fin. ibi ut per ampliores homines perfectissima veritas revelatur. C. de fidei.* cum benignius sit, juxta Plutarch. *in Crasso*, (ubi de religione loqvitur) errare cum recepta & veteri opinione, qvam nova & recenti, unde & Mynsinger. 3. *responſ. 21. num. 89.* Ego, inqvit, à communi Dd sententia maxime in judicando difficulter recedo, ut qvam in judiciis semper præ oculis habere oportet.

Excipe, nisi aperti erroris convinci posset communis opinio: puta si vel lege expressa vel ratione urgenti refragatur: Tum enim non satis est opinionem aliqvam esse communem, nisi eadem qvoqve sit vera. Hartm. Pistor. *lib. 1. qvæst. 24. n. 37.* Rauchbar. *part. 1. qvæst. 32. num. 102.* Heig. *part. 1. qvæst. 26. num. 56.* Finckelthus. *obs. 1. num. 11.* siqvidem nunqvam desunt Doctoribus oppositiones, qvoniam eas petunt, unde unde, vel justè vel injuria, i. e. calumniosè & plerumqve futiliter Cujac. *in recit. ad l. 34. pr. de usufruct. legat. fac. la. §. sed neqve. C. de V. I. E.* add. Simon Pistor. *cons. 15. num. 46.* unde etiam communis opinio à Cujac. opinio Imperitorum dicitur *in paratit. C. de in lit. jurand.* & non tutum esse communi opinioni inhærere notat Carpzov. *part. 2. qvæst. crimin. 72. num. 7.*

VIII.

Opinio communis vim consvetudinis obtinere dicitur Bald. *in c. ne innitaris. extr. de consvet.* Bocer. *de investit. feud. c. 5. num. 558.* Everard. *in loco ab Auctoritat. num. 14.* unde etiam legi æqviparatur, ejusqve vim atqve virtutem consequitur Lancellot. Galiaul. *in l. centurio. n. 291. ff. de vulg. substitut.* Berous *consil. 91. num. 27. vol. 2.* eaqve servari debet tanqvam jus Grat. *resp. 77. n. 41. vol. 2.* à qva etiam in judicando recedendum non esse, trad. communiter Dd. *in c. 1. extr. de constit.* ubi Felin. Dec. Bero. Ruin. *consil. 152. n. 49.* unde etiam nec sententia, qvam qvotidie increbescere & invalescere videmus, non repudianda. *l. qvæsitum 12. §. sed si 27. de instr. legat.*

sed

sed ea qvæ singularis est. arg. *l. 1. in fin. ff. de Senator.*

IX.

Opinio communis fortior est qvam fictio, qvia fictio præsupponit contrariam veritatem. *c. qvod à patribus 4. dist. 75. c. sunt 19. 27. q. 2.* Joh. Andr. *super reg. cum qvis in jus succedit. qvæst. 5. de R. J. n. 4.* siqvidem eam non debemus relinqvere propter novam phantasiam alterius. Bald. & Paul. de Castr. *in l. fin. C. de instit. & substit.* qva de causa judex qvi omittit communem opinionem adhærendo opinioni singulari unius Doctoris, item non modo suam facere dicitur. Bart. *in l. fin. C. de pœn. judic. qvi mal. judic.* Marant. *qvæst. legal. disp. 10. num. 38.* Jason. *in l. sciendum. §. fin. col. penult. ff. qvi satisdar. cog.* & Alex. *conf. 95. col. 3. vol. 2.* Alex. *conf. 27. col. 3. vol. 1.* verum etiam si ab ea in judicando recesserit, puniri debet, *d. l. 2.* ubi Bald. *Cod. de pœn. jud. qvi malè judic.*

Declara non procedere, si oppinio communis Legum textibus destituatur, nec ulla adduci ratio possit, *l. 1. §. sed neqve C. de vet. jur. enucl. cap. capellanus 4. & ibi Dd. de fer. l. si qvis 10. C. de condict. indeb.* Joh. Andr. *in cap. 1. de constitut.* Camill. Plaut. *in rubr. de V. O. lib. 1. cap. 1. num. 8.* Hartman. Pistor. 1. *qvæst. 3. num. 24.* Aliàs multo erit melius ei opinioni adhæresc ere, qvæ firmioribus textibus ac melioribus fulcitur rationibus, etiamsi vel Imperator ipsemet esset in contraria sententia. *l. Æmylius 38. ff. de minor.* Angel. *conf. 170. col. 6.* sæpe enim numero usu venire solet, ut interpretes dicta aliorum personatis pedibus seqvantur exemplo avium (qvas Regales vocant) qvarum unam prævolantem reliqvæ omnes subseqvi solent. Hartman. Pistor. 1. *qvæst. 24. num. 37.* cum ea, qvæ jure non probatur, impunè sperni qveat. Anton. de Butr. & Abb. *in cap. 2. extr. de usur.* Qvapropter novæ opinioni contra communem tunc adhærendum, qvando meliori fundata sit ratione, licet paucorum aut unius sit Doctoris Joh. Andr. *in cap. 1. extr. de constit.* Curt. jun. *conf. 63. num. 1.* Etsi enim religio sit maxima à communi Dd. opinione recedere Gabriel. Palæot. *lib. sing. de noth. & spur. cap. 46. num. 5.* Veritati tamen præjudicium adferre non debet. *l. 5. §. meminisse 9. ff. de alend. liber.* Bocer. *in Comment. ad Inst. de instit. & exhered. liber. num. 84.* cum negari non possit eandem communem opinionem sæpenumero inventam esse falsissimam, prout ostendit Fichard. 1. *conf. 6. num. 6.* qvinimò & sacris consignatum esse literis, ubi *Exodi 23. in pr.* in judicio non acqviescas plurimorum sententiæ, ut à verò devies, legitur, satis abunde constat. vid. Felin. *in c. 1. extr. de constit.* Dec. *conf. 259. visis in pr. & consil. 366. num. 7. vers. 3. col. 3.* Pacian. *conf. 33. num. 4.*

De Oppignoratione

vid. rubr. de pignore.

CAPUT XXIX.

Oppositum.

Axioma I.

Oppositorum natura est, ut se invicem tollant. *l. qvæ 98. ff. de acqvir. hered,* qvia qvod in uno disponitur, in alio negatur. *c. nonnes 5. de præsumpt.* Cons. Illustr. *tom. 3. cons. 41. n. 5.* & ad positionem unius de oppositis, alterius seqvi destructionem necesse est. *l. hæc verba 69. de V. S. l. sed etsi pupill. 11. §. si institor. 7. ff. act.* Pantschm. *2. q. 13. n. 7.*

II.

Qvæ per diversa accidentia differunt, non opponuntur propriè; cum oppositio sit distantia sub eodem genere, Arnis. 2. *relect. cap. 1. §. 4. num. 8.* Ut enim justæ contradictionis leges serventur, oportet omnia ὡσαύτως, & eodem modo prædicari. C. A. *mandat. th. 10.*

III.

OPPOSITUM idem operatur in opposito, qvod propositum in proposito, *l. fin. §. fin. ff. de legat. 3. l. qvi qvartam 15. ff. de legat. 1. l. si ex toto 8. in pr. ff. eod. tit. l. si ut proponis 2. Cod. de nupt. l. Julianus 13. §. si venditor 4. & §. si procurator 25. ff. de actionib. empti.* (*§. plus. Inst. de action. cap. hospitiolum. distinct. 32.* Laurent. Tennin. *de Cautel. cautel. 45. n. 14.*) Signorol. *cons. 68. col. 4.* Tiraqvel. *de retractu lig. §. 1. gl. 12. n. 16.* Nevizan. *cons. 70. num. 24.* Socin. *cons. 73. col. fin. in fin. vol. 1.* Petr. Andr. Gammar. *in dialect. legali. lib. 2. loco de proposito ad oppositum.* Dec. *cons. 382. n. 5* Mascard. *de probationib. conclus. 815. n. 8.* Menoch. *cons. 271. n. 10. & cons. 296. n. 62.* Surd. *cons. 310. n. 12. vol. 3.* Mari. Anton. *var. resolut. lib. 2. resol. 52. n. 12.* Octav. Glorit. *resp. 5. n. 32.* Idem Surd. *cons. 45. n. 23. & consil. 80. n. 35. & cons. 89. n. 40. & cons. 94. n. 51. & cons. 151. num. 31.* Steph. Grat. *discept. for. tom. 4. c. 757. n. 6.* Vincent. Fusar. *de substitut. qvæst. 257. n. 65.*

IV.

OPPOSITA juxta se posita magis elucescunt. *l. unic. §. & cum triplici. 2. in pr. C. de caduc. tollend.* Arist. *2. de Cœlo.* Bald. *in l. 1. C. qvando liceat ab empt. disced.* (Ex oppositione enim terminorum vocum significationes apparent. Treutl. 1. *disp. 2. th. 1. vers. nam ex oppositione,* ac opposita ea demum sunt, qvæ opponuntur secundum idem ad idem. *l. 3. l. 12. l. 13. de except. rei judic. l. ult. C. de edend.*)

CAPUT XXX.

Oppressio.

Axioma

Axioma I.

Oppressio dicitur, quæ exercetur in pauperes contra justitiam & veritatem. *cap. pauper. 72. 11. quæst. 3.*

II.

Oppressio, iniquitas, injustitia, judicium sangvinis est. *cap. omnes 25. de pœnitent. distinct. 1.*

III.

Oppressus omnis liberè appellet, nec ab ullo prohibeatur. *c. omnes 3. 2. q. 6.*

CAP. XXXI.
Oratio.

Axioma I.

Oratione una juncti pariformiter censentur determinati. *l. Sejæ 20.* §. *Gajo 2.* ubi Bart. *ff. de fundo instruct. l. si legatur. 8.* §. *fin.* ubi Bart. *ff. de legat. 3.* gloss. *in l. liber homo.* §. *Titius. ff. de hered. Institut.* Ratio, quia una determinatio respiciens plura, æqualiter determinat. *l. nam hoc jure 4. in pr. ff. de vulg. substit. & ibid.* Jason. *n. 8.* Vult. 1. *Consil. Marp. 31. n. 36. vid. inf. lib. 17. t. successio.*

II.

Orantis animus nihil aliud cogitare debet, quam id solum, quod petitur. *cap. quando 70. de consecrat. distinct. 1.* Oratio enim est pii animi affectus omnia in DEUM protendens. *cap. quando 70. de consecratione, dist. 1.* & voces orationis ad aures DEI non diriguntur, nisi cum animi affectu. *cap. sedulo 12. dist. 38.* siquidem cum quolibet orationis verbo debet concors esse sensus cogitationis. *cap. nunquam 33. de consecrat. dist. 5.* atque ita non verbis tantum, sed & corde orandum est. *c. non mediocriter 24. d. dist. 5.*

CAP. XXXII.
Ordinarium.

Ordinarium ubi sufficit, non debet dari remedium extraordinarium. *l. in causæ 13. in princip. de minor.* Wesemb. *in parat. ff. de nov. oper. nunc.* Jason. *in l. 1. §. 1. n. 11. ff. de nov. oper. nunc.* idem *in §. præjudiciales. Institut. de action. num. 34.* Consil. Arg. 67. *n. 1. vol. 1.* Verba enim in qualibet dispositione & omni actu intelligenda sunt secundum ordinarium cursum, nec ad id, quod extraordinario modo, vel jure tantum introductum, vel factum est, porrigi & protendi debent. arg. *l. scio 10. §. medico 1. ff. de annuis legat.* Regn. Sixt. 1. *Consil. Marpurg. 10. num. 41.* cum dici non possit eum peccasse, qui remediis concessis & via ordinaria uti voluit. *l. 3. §. si quis 5. de Reg. Jur. l. 3. §. quod ait 7. de incend. ruin. naufrag.* Menoch. *consil. 2. n. 134.* Roland. à Valle *consil. 77. n. 52. lib. 1.* Wesemb. *consil. 21. n. 37.* Regn. Sixt. 2. *Consil. Marpurg. 10. n. 28.* Agens igitur via ordinaria, censetur viæ extraordinariæ executivæ renunciasse. gloss. *in l. proinde. §. notandum ad L. Aquil.* Roman. *consil. 133.* Marant. *disput. 6. quæst. legal. n. 24.*

CAP. XXXIII.
De Ordinatione & Ordine Clericali.

Axioma I.

Ordinari aliquem sine titulo seu certo officio non posse manifestum est, *can. 1. & 2. dist. 70.* nec exceptio ab hâc regulâ est, si quis ideò ordinetur, ut infidelibus sine denominatione certi loci Evangelium prædicet, nam & hic titulus est. *Brunnem. de Jure Eccles. L. 1. cap. 5. §. 21.* Contrarium tamen in Anglia observatur, ubi Magistri ac socii collegiorum nulla prævia vocatione ordinantur, & actus ministeriales seu illa, quæ ordinis sunt, promiscuè exercent, quod in speciali Synodo Londinensi ipsis permissum esse testatur *Hugo Grotius de Imper. summ. potest. circa sacra cap. 10. pag. mihi 247. Stryck. in annot. ad Brunnem. d. l. p. m. 88.*

II.

Etiam ab heterodoxo facta ordinatio in orthodoxâ Ecclesiâ valet, si essentialia ordinationis sint observata, etsi alia, quæ non sunt Juris divini, sint superaddita, *Can. Apost. Art. Schmalcald. P. 3. a. 10. Schilter. Institut. Jur. Canon. L. 1. tit. 15. §. 4.*

III.

Ordinationes omnes ex autoritate Concilii Niceni *cap. 4.* fiunt ab Episcopis, sicut apud Protestantes per Superintendentem aliquem, cui has vices demandant Principes Augustanæ Confessionis, quibus Jura Episcopalia competunt.

Limita: in casu necessitatis etiam à presbytero fieri potest ordinatio, ut testem Augustinum citat *Gerhardus de Minist. Eccl. §. 154. Brunnem. de Jure Eccles. L. 1. c. 5. §. 19.*

IV.

In ordinante non requiritur Jurisdictio. *Hülsem. Apol. Min. Evang. §. 26.*

V.

Ordinem sacrum propriè Sacramentum non esse, satis ostenderunt Theologi Protestantes, præcipuè verò *Chemnit. in Exam. Concil. Trident. P. 2.* Verùm quid vi ordinationis & vocationis ministro Ecclesiæ agendum incumbat, vid. apud *Brunnem. in Jur. Eccles. lib. 1. cap. 6.*

CAP. XXXIV.
De Ordine.

Axioma I.

Ordo entium est modus, Bald. *in proœm. ff.* & in jure laudabilis est. Idem *in l. 2. ff. de orig. jur.* Scire enim quid facias, nescire autem quo ordine facias, non est perfectæ cognitionis. Idem *in d. proœm. ff. Borcholt. in proœm. feudor.* Honthem. 3. *de art. notar. cap. 5. num. 9.* siquidem ordine nec quicquam jucundius, aut ad usum commodius nihil excogitatum esse perhibent. Hieron. Alban. *de potest. Papæ part. 1. num. 15.* Joh. Capistr. *de autorit. Papæ part. 3. p. 2. n. 76.*

Arum. *de mora in proœm. n. 17.* præsertim in distinctione honorum & graduum. Joh. de Cirier. *de primogenit. l. 2. qu. 3.* Petr. à Biaxio *in direct. Elect. p. 3. num. 38.* Joh. Hug. *in tract. de offic. & qualit. Prælat. p. 4. cap. fin. n. 1.* Nicol. Boër. *de ordin. grad. utriusq; fori p. 1. n. 6.* Peregrin. *consil. 84. n. 2. lib. 1.* Natt. *consil. 673. n. 11.* cum concordiam alat & foveat. *cap. ult. distinct. 89.* Bursat. *consil. 343. pr. lib. 4.* Dec. *resp. 7. n. 71.* Petr. Matth. *lib. 5. Hist. Franc. Heinrici IV. cap. 1. n. 6.* ubi autem ordo non est, ibi est ἀταξία & confusio. Francisc. Marc. *decis. 1120. n. 29. p. 1.* Solson. *in lucr. laud. colloq. 6. n. 3.* Cothmann. *consil. 95. n. 8. vol. 2.*

II.

Ex ordine arguitur prærogativa. gloss. *in cap. quorundam verb. prædicatorum de Elect. in 6.* & ibi Domin. Phil. Franc. *gloss. in cap. fin. verb. prædicatores. de pact. in 6. gloss. in clem. unic. verb. regum. de baptism. cap. bene quidem verb. Mediolanens. 96. distinct. & in l. si fundum sub conditione. §. his verbis. ff. de legat. 1.*

Limita I. procedere, quando duo narrantur per ordinem in aliqua constitutione, circa honesta & laudabilia, seu circa actus virtuosos, tunc enim dignius censetur præponi, secus ubi duo enarrantur circa turpia, & ubi quidam notantur aliquo vitio. *c. avaritiæ 10. de præbend. ibique* Panorm.

Limita II. nisi ex præcedentibus & sequentibus aut aliis conjecturis colligi possit contrarium, Cæpoll. *consil. 15.*

Limita III. hoc verificari in dubio, & quando in jure non reperitur dispositum vel decisum, aliàs secus. gloss. *in cap. 1. de juram. calumn. in 6. ibidemque* Phil. Franc.

Limita IV. nisi ordo sit exempli gratia positus, tunc enim non curari ordinem, *ex cap. decernimus 2. de judic. not.* Everhard. in loc. Topic. *loc. ab ordine. n. 15.*

III.

Ordo juris & æquitatis naturalis vigor in judiciis observari debet. *cap. in causis 19. extr. de sentent. & re judic.* Et omnia, quantum fieri potest, ex juris ordine facienda sunt. *l. cum unus 12. princ. de reb. autor. jud. possid.* Anton. Faber *in l. 2. ad L. Rhod. de jact. in ration. decid. 1. servato juris ordine.* Cujac. *in paratit. Cod. quom. & quand. judex per l. 8. d. t. ibi implorata juris solennitate.* Ordo enim juris non servatus, & processum & sententiam nullam reddit. *cap. ad petitionem 22. extr. de accusat.* cum ordinis neglectus vel præposteratio omnem actum vitiet, eumque nullum reddat. *cap. cum dilecta 22. de rescript. cap. venerabilem 37. de restitut. spoliat. cap. Pisanis 10. de restitut. spoliat.* Hinc ante implorationem judicis princeps non est adeundus, & qui ita eum adierit, cum correctione sine responso dimittendus est, *Novell. 17. cap. 3. in fin.*

Amplia: ordo juris observari debet etiam in processibus principis & in causis fiscalibus, *l. un. C. de conduct. & procurator.* Hinc fiscus non potest alicui possessionem intervertere aut aliquem re privare, propterea quòd jus suum non probaverit. Limita: nisi causa planè sit liquida, præsertim in tributis; tunc enim fiscus summatim agere & debitores cogere potest, ut solvant. *l. 4. C. de conven. fisci debit. Perez. C. de Conductor. & Procurat. num. 1. 3. 4. Brunnemann. ad l. un. C. eod. in fin.*

Intellige verum, si constet ordinem datum esse pro forma de mente & intentione ipsius legislatoris vel alterius disponentis, secus si appareat non esse substantialem, nec datum pro forma; hoc enim casu de ordine non curatur, modo de intentione Legislatoris constet. *cap. autoritate 7. de concess. præbend. in 6.* quanquam in dubio, quando de ejus intentione non constat, affectio ejus & mens præsumatur, atque ita ordo attendatur. Everhard. *in Top. loc. ab ord. in fin.*

IV.

Ordinatè non potest aliquid agi ex his, quæ inordinatè sunt acta. *cap. qualiter 17. extr. de accusat.* ordinata verò consulte & rationabiliter, svadente postea subjectorum utilitate, consultius & rationabilius revocantur, & in melius commutantur. *c. ult. in pr. de sent. excomm. in 6.*

V.

Ordo temporis quando sit spectandus, ut per eum inducatur prælatio in jure? ponitur *in l. privilegia ff. de Privil. Credit. Bart. in l. si finita. §. si plures, ubi vid. ff. de damn. infect.* & de ordine seu origine nanciscendæ possessionis vel retinendæ attendendus est primus *l. possidere. ff. quod vi aut clam. Bart. in l. quod ait. C. de adult. Bald. in l. si filius ff. ad SCtum Macedonianum. & l. clam possidere in pr. ff. de acquirend. possess.*

VI.

ORDO verborum designat ordinem intellectus. Surd. *de alimentis. tit. 5. q. 4. num. 17.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archi-Episcop. Neapol. decis. 275. n. 4. p. 2.* Melch. Phœbus *Lusit. decis. 38. num. 10. tom. 1.* Joh. Mar. Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 133. num. 3.* (Bald. *in l. 1. C. de edict. D. Adr. toll.* Everard. *in loc. ab ordine.* Philippus Matth. 1. *Consil. Marpurg. 31. n. 46.* ac inducit prælationem. *l. hæredes mei 57. §. fin. ad SCtum Trebell.* Angel. & Imol. *in l. qui solvendo de hered. instit.* Bald. *in l. 1. Cod. de edict. D. Adr. toll.* Quod enim prius in voce, præsumitur etiam prius in sensu, *l. si communis servus ita 21. de stipulat. serv. cap. quoniam Abbas 14. ubi gloss. de offic. deleg.* Everard. *in loc. Top. loc. ab ordine. vers. ex ordine rerum.* Wesemb. 1. *consil. 41. n. 72.*)

VII.

ORDO denominationis designat ordinem

dinem dilectionis & charitatis. *l. qui solvendo 60. ff. de hæredib. instituend. l. quoties 31. ff. de usufructu.* Escob. *de mtiocin. tract. de computat. c. 10. n. 2.* Ant. Monach. *Lucensi decis. 64. n. 38.* ubi *n. 39.* dicit, quòd ultimi vocati, censentur in subsidium priorum nominati. Joh. Marian. Novar. *d. lib. 1. q. 133. n. 3.*

IIX.

ORDO scripturæ semper attenditur in dispositionibus. *l. generaliter 24. §. si quid. ff. de fideicom. libert. l. quoties 34. ff. de usufruct. cap. penult. de rescript. lib. 6. cap. mandato 10. de præbend. eod. lib.* Lap. *allegat. 85. Dominus Papa. n. 7. vers. illud etiam quæro.* Castrens. *consil. 164. in præsenti causa. vers. non obstat. lib. 2.* Abb. *consil. 85. In præsenti, n. 3. cum seqq. lib. 1.* Pichard. *ad §. ante hæredis 33. n. 5. Instit. de legatis.* Card. Tusch. *tom. lit. O. concl. 196. per totum.* (Ratio, quia ordo scripturæ denotat affectionem disponentis, ita quidem ut primo nominatus in ordine scripturæ prædilectus videatur. *l. cum pater 77. §. penult. l. si quis servum 8. §. si inter duos 3. ff. de legat. 2. l. ult. C. de V. S.* Paul. de Castr. *consil. 121. col. 2. in fin. vol. 1.* Dec. *consil. 504. col. 2. vol. 1.* Corn. *consil. 200. col. 3. & consil. 210. col. 2. vol. 2.* Phil. Mat. 1. *Consil. Marpurg. 31. n. 19.*) Garc. Gironda *de privileg. seu exemt. explicat. n. 177.* Limitat multipliciter Marant. *de ordin. judic. p. 3. n. 109.* ubi dicit, quod quando constat de mente disponentis, ordo scripturæ nihil revelat. *& n. 13.* Sim. Pistoris 1. *consil. 20. n. 32.* quod ordo scripturæ non servatur, quando gratia exempli ordo ponitur in dispositione, *& n. 114.* quòd magis ordo intellectus, quàm scripturæ attendi debet, *& n. 115.* quòd ordo scripturæ non attenditur, quando perturbat ordo necessitatis; & quod ordo intellectus prævaleat ordini loqvutionis, dicit Rimin. jun. *cons. 244. n. 105. & 106. l. 3.*

IX.

ORDO scripturæ ordinem voluntatis ostendit, Bald. per text. *ibi, in d. l. quoties 34. l. hæredes mei 57. §. fin. ff. ad Trebell. l. generaliter. 24. §. quod si legatum. 16. ff. de fideicom. libert.* Ant. Monach. *Lucensi decis. 13. num. 51.* quia ex ordine scripturæ intentio dignoscitur disponentis. *d. cap. mandato, in fine de præbend. lib. 6. cap. penult. in princ. de elect. eod. lib.* Anton. Menoch. *Florent. decis. 1. n. 63.* nisi aliter constaret de certa ipsius intentione, quia tunc non attenditur ordo. Alex *consil. 161. Visis narratis, n. 3. vers. & per hoc patet, lib. 7.* Marant. *de ordine judic. p. 3. n. 109.* ille enim quandoque pervertitur, ut servetur intentio. Oldrad. *consil. 314. num. 9. vers. sed circa hoc.* Calderin. *consil. 460. circa med. vers. si verò fuit intentio. aliàs consil. 3. de sponsalibus.* Cardin. Tusch. *d. tom. 5. lit. O. concl. 196. n. 37. & 28.* (atque sic ordo scripturæ mutare ordinem juris & voluntatis pervertere non poterit, *l. cum pater 77. §. fidei tuæ 12. ff. de legat. 2. l. nec enim 6. ff. de solut.* Carpz. *P. 2. Constit. 33. Defin. 11. num. 5.*)

CAP. XXXV.

Origo. Initium.

Axioma I.

Originalis causa semper est attendenda. *l. tutor datus 69.* ibi: non titulus actionis, sed debiti causa respicienda est. *ff. de fidejuss. l. qui id quod 33.* ibi: causam & originem constitutæ pecuniæ, non judicii potestatem prævalere placuit. *de donat. l. quæsitum 17. in princ. de reb. autor. judic. possid. l. si filiusfamil. 3. C. ad SCt. Macedon. l. 4. §. unde quæri 4. ff. de manumiss. l. qui in aliena 6. §. si is, qui 4. ff. de acquir. hered. l. 8.* ibi: uniuscujusque contractus initium spectandum & causa. *Mandat.* Vult. 1. *Consil. Marpurg. 22. num. 47.* Origo enim rei dicitur substantia. Lud. Gomez *ad §. item Serviana per illum text. ibi substantiam capium. Instit. de action.* Unde sicut quamcunque rem origine sua metimur. *d. l. qui id quod 33. de donat. l. unic. C. de imponenda lucrativ. descript.* Carpzov. *Part. 1. Constitut. 17. Defin. 44. n. 4.* indeque interpretationem petimus. Gothmann. *lib. 5. respons. 1. n. 135.* non tantum, quod primogeniorum cujusque rei originem investigare mirabilem jucunditatem & utilitatem secum adferat. Heigius 1. *quæst. 1. n. 1. & 2.* Roland. *lib. 1. de Commissar. cap. 1. n. 4.* Joh. Herm. Stam. *lib. 3. de servit. person. cap. 1. n. 17.* sed quia origo etiam, quam eventus magis spectari debeat. gloss. *in l. si duo. 38. ad verb. sive potuit. ff. de acquirend. hered.* Gail. *lib. 1. observat. 80. n. 7.* ita & in feudis potissimum ad principium & originem recurrimus. 2. *Feud. 17.* post Baldum Præpos. Schenck. Obrecht. 2. *Feud. 18. num. 18.* ita etiam ab origine denominari statuta & actiones, ait gloss. *in l. 1. ff. commod.* quia ab originali causa posterior formatur eventus. *d. l. 1. C. de lucrat. descript.* Lancellot. Galiaul. *in l. centurio. col. 2. ff. de vulgar. & pupill. substitut. pag. 4.* imò & hoc quoad subsistentiam actus regulare esse, quod origo rei attendatur, assentit Bald. *in l. 1. per illum textum. ff. de orig. jur.* quod valdè commendat Aretin. *in l. ex ea parte. §. insulam ad finem. ff. de Verb. Oblig.* & latè prosequitur Jason. *in l. more notab. ultimo. ff. de jurisdictione.* quibus adde Abb. *in cap. gravis. col. 3. vers. venio ad tertiam de restitut. spoliat.* gloss. *in cap. statutum. verb. Canonicis de rescript. in 6.* Petr. de Anchar. *consil. 339. incip. pro majore. col. 2. in princ.* ita & origo potius obligationis, quam titulus actionis consideratur *in l. 3. ad SCt. Macedonianum.*

Wes. *in pand. ff. ibid. n. 6. d. t.* quod tamen in judiciis quoad originem secus esse, patet *ex l. 3. §. 11. de pecul.*

II.

Originalis causæ potentior virtus & effectus est, quam accidentalis, arg. *l. qui habet 3. ff. de tutel. l. ex ea 121. §. insula 2. ff. de Verb. Oblig.* Camill. Visitarin. *ad rubr. ff. solut. matrim. n. 47.* Franc. Niconit. *ib. n. 83.* Herman. Detus *ad l. hoc edicto §. hoc autem edictum. n. 29. ff. de oper. nov. nunc.* Sebast. Sapia. *ad l. si emancipati. n. 60. C. de collat.* Regn. Sixt. 2. *Consil. Marp. 14. n. 145.*

III.

Filius sequitur originem patris *l. 3. C. de municip.* non avi, nisi in ejus potestate natus sit *l. 17. §. 9. ff. ad municip.* non matris, nisi justum patrem non habeat *l. 9. ff. eod.* vel nisi post patrem in captivitate defunctum à matre postliminio reversâ natus sit.

Amplia: etiam legitimati patris originem sequuntur *l. 3. C. de municip.* & ii, qui in alio loco per transitum nati sunt, licet tamen hi & pro originariis locis nativitatis habeantur, *d. l. 3. C. Carpz. P. 1. decis. 1.* Denique & Baptismus originem inducit *Perez. C. eod. n. 1. 2. & 4.*

IV.

Origine quæ varia sunt, etiam sunt varia effectu. *l. obligationum 44. ff. de O. & A. §. 1. Inst. de action.* Lud. Gomez *ad §. superest. Inst. de action. n. 46.* verbi causa, officium judicis & actio varia sunt origine, quia actio est de jure civili. Bart. *in l. frater. col. 3. & l. Julianus. col. 7. de condict. indeb.* Officium autem judicis juris gentium, Lancellot. Galiaul. *in rubr. de Verb. Oblig. col. 2. p. 12.* Si itaque sunt varia, unum non potest dici aliud, uti nec actio personalis, nec realis vocari potest, cum variæ sunt origine. Ludov. Gomez. *d. l.*

V.

Ubi aliquid in origine sua habet certum statum, præsumitur talis status semper adesse: imò quasi possessio juris alicujus contra talem statum primitivũ omninò tollit hanc præsumptionem, Bart. & Dd. *in l. si prius n. 3. & oppos. 3. part. pr. de oper. nov. nunc.* v. c. cum naturaliter ab origine prima, & postea in progressu omne prædium liberum sit. *l. altius 8. C. de servit.* Ideò quicunque dicit prædium esse servum, contradicit origini & progressui naturali, ac propter hoc ipsi incumbit onus probandi, licet sit in quasi possessione servitutis. Angel. *in l. si prius. vers. tu dic. col. fin. de oper. nov. nunc.* dissentiente Alciat. *de præs. 1. regul. 2.* quem tamen satis refutat Pacian. 2. *de probat. c. 20. n. 10. & seqq.* vid. & Besold. *cons. 118. n. 12. & 19.*

VI.

Ex radice infecta non potest nasci virens surculus, Zas. 1. *consil. n. 30. lib. 1.* nec rami inde provenientes pullulare. Pingizer. *qu. Sax. 12. n. 40.* Bald. *in l. 20. C. de locat.* gloss. *in l. 31. §. mancipia. ff. de ædil. edict.* Reusn. *consil. 1. n. 220. lib. 1. exemplum vide apud* Gothofr. Anton. *disp. feud. 6. th. 1. lit. A.*

VII.

Originis conditio ne pateat, sæpe fit temporis longinquitate. *cap. longinquitate 64. 12. q. 2.* Wesemb. *in par. ff. de LL. n. 9.* Reinck. *de regim. secul. 1. cl. 4. cap. 2. n. 33. & seqq. 33. n. 11.*

CAP. XXXVI.

Ornatus *vid. Rubr.* Vestis.

Axioma I.

Ornatus Christianorum verus non sunt splendidæ vestes, sed mores boni. *cap. fucare 38. de consecrat. dist. 5.* quia duplex, interior scil. *§. 1. dist. 40.* & exterior *§. 1. dist. 2.* hinc & humilitas in Episcopo ornatus maximus dicitur. *cap. contra 8. in fin. dist. 100.*

II.

Ornatus exterior tolerabilior est in fœminis, quam in viris. *c. fucare 38. de consecratione, dist. 5. vid. C. I. A. in tit. de auro, argento mundo, ornam. thes. 10.*

CAP. XXXVII.

De Osculo.

Axioma I.

Inter privilegia dignitatis refertur osculum dandi potestas *l. 1. C. de domestic. & protect.* Ita beneficii loco Emeritis dabatur potestas adeundi principem ejusque purpuram adorandi *l. 1. C. de Apparitor. præfect. urbis.* sicut hodiè primoribus & consiliariis manum principis, pedem pontificiis deosculari conceditur. *vid. Perez. C. d. t. n. 1. 2. 3.*

II.

Sponsalitia largitas, quæ quandoque donatio propter nuptias vocatur & ad amorem conciliandum datur, si quidem non intervenerit osculum, tota restituitur à sponsâ nuptiis non secutis, hôc autem interveniente dimidia retinetur. *l. 15. C. ibig. Gothofr. de donat. propter nupt.*

III.

Si virgini invitæ osculum rapiatur, infertur injuria realis, uti respondit Facultas Juridica Lipsiensis anno 1634. ad M. Christophorum Eusebium Steinfuß/ quod præjudicium recenset *Dn. Thomas. in annotat. ad Struch. dissert. Justin. XIX. thes. 14. p. m. 258. seq.* ubi de hodiernâ observantiâ ratione personarum innuptarum dubitat.

CAP. XXXIIX.

Otium.

Axioma I.

Mens frustra vacans, nihil bonum parit. *Novell. 133. c. 6. conf. not. ad Electa Scaligerea, nostra, h. tit.*

II.

Sunt quidam fratres otiosi, qui ex sola Ecclesiasticarum rerum consumptione Clerici apparent. *l. 42. §. 10. C. de Episcop. & Cleric. ubi d. in prælect. de jure sacro.*

III.

Otiosis privilegia officii sunt adimenda, *Perez. C. de profess. & med. n. 6. in fin.* & inertes sunt puniendi, præsertim quando inertia in aliorum damnum tendit, e. gr. mendicantium validorum, *Brunnem. C. de mendic. valid. n. 2.* Sollicitus ergò Magistratus esse debet, ne cives sint otiosi.

FINIS LIBRI DECIMI TERTII. LI-

Liber Decimus Quartus.

CAP. I.

Pactum.

Axioma I.

PActum de rebus certis aut certo bonorum genere factum, de jure validum est, & subsistit, gloss. *in l. fin. verb. accommodaverit. C. de nupt.* quam docendo secuti sunt *ibid.* Bart. *in lect. 1. col. fin. vers. nam promittens.* Alber. de Rosate *vers. sed quæro pulchrum.* Cagnol. *n. 212.* & Bolognet. *n. 41. & 129.* Dec. *in l. pactum quod dotali. num. 10. vers. secundo limita. C. eod.* Crot. *in repet. l. stipulatio hoc modo. num. 65. & 100. de O. V.* Tiraquell. *in tract. de jure primogenit. q. 6. n. 13.* Benedict. *in cap. Raynutius. n. 197. de testam.* Joh. Dilect. *de art. testand. tit. 2. tautel. 10.* Nic. Jun. *de feud. art. 70. n. 23. cent. 2.* Bart. *consil. 72. n. 2.* Angel. *consil. 5. n. 2.* Bertrand. *consil. 4. n. 5. & consil. 78. num. 8. vol. 3. p. 3.* Chassan. *cons. 29. n. 16.* Alex. *consil. 83. n. 6. & 18. vol. 2. consil. 28. num. 11. vol. 3. consil. 29. n. 19. & consil. 59. n. 2. vol. 5.* Curt. jun. *consil. 1. num. 16. & consil. 15. n. 1.* Ruin. *consil. 7. num. 5.* Alciat. *respons. 122. n. 6.* Francisc. Pfeil. *consil. 115. n. 15. cent. 2.* Port. *consil. 80. n. 8.* Unde hanc decisionem, quod pactum sive conventio particularis super quibusdam rebus post mortem relinquendis valeat, esse Evangelium, testatur Gail. 2. *observ. 126. n. 8.* Quapropter tale pactum, in quo convenit, ut quis in bonis certis succedat, valere asserunt Tob. Non. *consil. 43. num. 6.* Gozadin. *consil. 87. num. 17.* Cephal. *consil. 301. n. 113. vol. 3.* Menoch. *consil. 1. num. 136. vol. 1.* Peregrin. *consil. 42. num. 13. vers. sed tamen.* Francisc. Pfeil. *consil. 136. n. 30. vol. 2.* cum multa in rebus particularibus facta subsistant, quæ de universitate & de tota hæreditate facta non valerent. *l. hereditas 5. C. de pact. convent. junct. l. si in emptione 34. §. omnium rerum 1. ff. de contr. emt. l. 3. ff. de donat. l. 2. in pr. ff. de hered. vend.*

II.

Pacta rumpunt leges, & ex conventione contractus Legem accipiunt. *l. 1. §. si conveniat 6. ff. de pact. l. contractus 25. ibiq; gloss. de R. I.* Unde & pactum inter partes initum lex privata dicitur, *l. legem. 10. C. de pact.* cum privatorum contractus legem ex conventione accipiant. *d. §. si conveniat. l. 7. §. adeo 6. ff. de pact.* Cagnol. *ad l. 2. n. 9. C. de pact. inter emt. & in l. contractus. num. 69. & 97. de R. I.* Consil. Argent. 1. *consil. 2. num. 97.* Quorum vis tanta est, ut si solvatur, quod pacto remissum, competat condictio indebiti, quasi indebite id solutum sit, quod ob exceptionem pacti revera & cum effectu exigi obstante nimirum exceptione pacti non poterat. *l. 5. in fin. C. de pact. l. si non sortem 26. §. indebitum 3. ff. de condict. indeb.* Imò in dolo censentur ii versari, qui contra pactum suum, & id, ad quod sciunt se teneri, agunt, *l. dolus 44. ff. mandat. l. 1. §. est autem 22. ff. deposit.* Alex. *consil. 52. vers. præterea etiam ex nudo pacto. & consil. 84. col. 2. circ. fin. vers. præterea dicti locatoris. lib. 6. l. tutor, qui repertorium. 7. ff. de admin. tutor.* Cravett. *consil. 6. n. 96. consil. 75. n. 6. consil. 100. num. 9.* ubi addit pro hoc facere textum *in l. 1. C. de dolo. & in l. vindicantem 17. ff. de evict.* Paris. *consil. 34. consil. 74. num. 29. lib. 1.* Et quod dolum committat, qui contra pacta quicquam facit, text. est *in l. 2. §. item quærit. si quis 4. ff. de except. doli.* quem etiam allegat Cravett. *consil. 193. num. 3.* & post eum Regner. Sixtin. 1. *Consil. Marpurg. 11. n. 97.* Unde etiam derogare omni feudorum naturæ dicuntur, *c. 1.* ubi Baldus *de feud. non habent propr. naturam. 2. feud. 48.* Alvarot. *in c. 1. num. 2. & 4. de consvetud. recti feud.* Paris. *consil. 1. & passim. lib. 1.* Mudæus *consil. 29. lit. e. num. 1. tom. 1. Consil. Francofurt.* Schurff. *consil. 98. visis. num. 2.* Wesembec. 1. *consil. 15. num. 71.* quia verba pacti aliquid debent operari. *l. si stipulatus 4. ff. de usur.* Wesemb. 2. *consil. 73. num. 3.* ne frustra apposita esse videantur. *l. si quando 109. in princ. ibi frustra legaturus. ff. de legat. 1. l. insulam 6. ff. de præscript. verb. c. si Papa 10. de privileg. in 6.* Dec. *in c. Pastoralis. num. 1. extr. de appellat. & in c. licet causam. num. 4. extr. de probat.* Dec. *consil. 414. num. 2.* Schurff. *consil. 32. num. 11.* Tiraquell. *de retract. convent. §. 1. gloss. 2. num. 22.* Philipp. Matth. 1. *Consil. Marpurg. 21. num. 29.* pactumque conventum exceptionem perpetuam parit. *l. solvitur 5. ff. quib. mod. pignor. vel hypoth. amitt.*

Declara verum esse, si pactum tale non sit contra bonos mores, sed sit conventio honesta & licita. Wesemb. *in paratit. ff. de pact. n. 2.* Ea enim pacta, quæ aut contra honestatem, h. e. jus naturæ fiunt, aut illicita sunt, h. e. contra leges civiles seu contra juris regulam (ut loquitur JCtus *in l. contra 28. ff. de pact.*) pacta dici non possunt. Hinc talia pacta, quæ ad delinquendum homines invitant, jure reprobari, not. *l. 27. §. 3. ff. de pact. l. 17. in princ. ff. commod. l. 1. illud 7. ff. deposit. l. 5. ff. de pact. dotal.* Jas. *in l. 29. C. de pact.* Boc. *de investit. feud. c. 5. n. 100.* Quoniam quæ à jure communi sive privato remota, quæque jus publicum concernunt, non valent, sed planè deficiunt. *l. 7. §. & generaliter 16. l. jus publicum. 38. l. jus agnationis 34. ff. de pact. l. nec ex prætorio 27. ff. de R. J. l. non dubium 5. Cod. de LL. l. nemo potest 55.* ubi Bart. Jason. Bologn. *ff. de legat. 1.* Gœddæ. *Consil. Marp. 25. n. 29.* quo respectu & pactum, quod est de futura successione, omni jure improbatum dicitur, adeo ut nec ex eo ne naturalis resultet obligatio. *l. licet. 19. l. pactum quod dotali 15. C. de pact. gloss. in l. si quando. verb. prægnavari. C. de inoffic. testam.* Alex. *consil. 28. col. 2. vol. 3.* Francisc. Viv. *in commun. opin. verb. pactum per aliquos. n. 1.* idque notissi-

mi juris esse scripsit Mollerus *in Comm. ad constitut. Saxon. p. 2. const. 43. n. 1.* quod idem respondit Mynsi. *consil. 2. n. 1. decad. 12. cent. 2.* add. & Reusner. *consil. 9. num. 5. & seq. vol. 1.* Vultej. 3. *Consil. Marpurg. 34. n. 146.*

III.

Illud etiam pacto quis in se recipere potest, quod aliàs ex natura negotii facere non cogeretur. *l. non tantum 169. l. qui uti 90. de V. S. l. in traditionib. 48. l. penult. ff. de pact. junct. l. 2. l. fin. C. de pact. inter emt. & vend. l. 67. ff. commun. præd. l. penult. de Evict.* Ita contra edictum ædilitium pacisci licere, textus est *in l. pacisci 31. ff. de pact.* Ita si de mancipio venditor affirmavit, quia optimum coqvum dixit vel constantem, laboriosum aut ex frugalitate peculium acquirentem, id præstare tenetur, aut certè redhibitione, si ita convenit, vel quanti minoris judicio pulsari se patietur, *l. si quid venditor 18. cum seq. ff. de ædil. edict.* quamvis aliàs ex edicto convenendus non fuisset. *l. 1. cum seqq. d. l. 18. cum seq. d. t.* vid. Gœdd. *ad d. l. 90. n. 7.*

IV.

Tot sunt pacta, quot res & rerum capita, de quibus convenit, *l. 1. §. sed si 5. l. 27. l. 86. l. 140. de V. O. l. 32. ff. de Evict.* Anton. Gomez. *tom. 2. var. resolut. c. 11. n. 16.* Gœdd. 1. *Consil. Marp. 26. num. 264.*

V.

Pacta sua natura sunt realia. *l. juris gentium 7. §. pactorum 8.* ubi Bart. *l. 21. §. penult. ff. de pact.* Schurff. 1. *consil. 49.*

Intellige verum scil. respectu transmissionis, quia non commoriuntur cum persona paciscente, sed transeunt etiam in successorem tam universalem, ut est heres *l. Epistola 52. §. 1. ff. eod. l. si pactum 9. ff. de probat.* quam singularem, ut est emtor. *l. si tibi 17. §. pactum.* ubi Bart. *d. t.* secus vero respectu obligationis; hactenus enim pacta dicuntur personalia, & personas obligare non res, nec naturaliter extra paciscentium personas transire. *l. si unus 27. §. 4. vers. ante omnia. d. t.* Wesemb. *in parat. ff. de pact. n. 3.* Quamvis in dubio ubi ex mente contrahentium non satis constat, utrum pactum in rem, an in personam conceptum sit, illud potius in rem, quam personam factum præsumatur, *l. si pactum 9. ff. de probat. l. veteris 13. C. de contr. stipulat.* Borcholt. *de pact. c. 2. n. 3.* Carpz. *P. 2. Const. 41. Defin. 13. n. 6.* Mant. *de tacit. convent. p. 1. tit. 7.* ubi declarat, cum unusquisque tàm sibi, quàm heredibus suis prospicere intelligatur, *d. l. si pactum 9. de probat.* ita ut clausula heredum mentionem faciens sit supervacua. Schurff. 1. *cons. 49.* Jac. Schultz. 2. *q. 53. num. 85. 105. & 106.* add. & Noal. *in tract. de transmiss. cas. 28. num. 1. & seqq.* Lambert. Goris 3. *adversarior. c. 2.* Wesembec. 4. *consil. 193. num. 72.* Wilhelmus Anton. *de rescript. monat. tit. 9. concl. 64. n. 57.* Carpz. *P. 2. Constit. 20. Defin. 2.*

VI.

Pactum super unâ re interpositum, ad rem aliam non extenditur. *l. 27. §. 4. vers. ante omnia. ff. de pact. l. 2. ff. de servit. præd. urban. l. 31. C. de transact.* Bocer. *de investit. feud. c. 4. n. 15.* si quidem pacta etiam ambigua strictè sunt interpretanda contra eum, pro quo sunt adjecta contractui. *l. 39.* ubi Costal. *de pact. l. 34. in princ. ff. de contr. emt. l. 26. ff. de reb. dub.* Bocer. *de investit. feud. c. 5. n. 87.* cum sua natura sint stricti juris, *d. l. si unus 27. §. 4. vers. ante omnia. l. tres fratres 35. l. qui in futurum 57. §. 1. ff. de pact. l. 5. l. qui cum tutoribus 9. §. fin. ff. de transact.* gloss. *in l. pacta. ad verb. nullum. C. eod. & in l. 7. §. quinimo. d. tit.* Barth. Socin. *consil. 73. num. 4. vol. 1.* Jason. *in l. postquam liti. n. 11. C. de pact.* Roland. à Valle *consil. 39. num. 5. vol. 1.* Modest. Pistor. *consil. 1. n. 29. consil. 19. n. 10. cons. 35. n. 7. vol. 1.* ut & instrumenta desuper facta. Barth. Socin. *d. consil. 73. n. 5.* Wesemb. *consil. 3. n. 29. & consil. 81. n. 4. per l. ad approbationem 21. C. de probat.* nec extenditur ultra expressa, *l. ult. C. de falsi caus. adjecta.* Bald. *in d. l. per approbationem. l. lecta opposit. 2. ff. de reb. cred. & in l. interest. n. 2. C. de solut.* Modest. Pistor. *consil. 1. n. 29.* quoniam quæ verbis non continetur, pro omisso habendum sit. *l. unic. §. fin autem ad deficientis. C. de caduc. toll.* Tiber. Decian. *resp. 22. n. 4. vol. 1.*

VII.

Pacta novissima derogant prioribus, novissimisque standum est. *l. si unicus 27. §. pactus 2. ff. de pact. l. pacta 12. C. eod. l. 60. §. 6. ff. locat.* Modest. Pist. *consil. 45. n. 21. vol. 1.* Sim. Pistor. *consil. 20. n. 22. vol. 1. inter Consil. Modest. Pist.* Francisc. Bursat. *consil. 47. n. 6.* maximè si qua inter ea sit aliqua incompatibilitas. Bald. *ad d. l. pacta. 12.* Gœdd. 1. *Consil. Marp. 28. n. 80.* Ratio, quia hoc tàm juris, quàm ipsius rei æquitas postulat. Rei æquitas tum, quia quicunque de re aliqua iterum paciscuntur, eo animo sunt, ut à priore pacto recedere, & posterius servare velint, cum aliàs nullius momenti sit, quia non nisi remoto priori subsisteret, cum duo contraria simul in eodem subjecto non consistant. Juris autem, h. e. edicti, æquitas postulat, quia dum Prætor *in d. l. 7. §. ait Prætor* dicit se pacta servaturum, non dicit se verba pactorum, sed mentem ac voluntatem paciscentium servaturum. arg. *l. stire 17. ff. de LL.* Quod intellige non generaliter, sed ex comparatione, nempe si quæratur ex duobus pactis utrum sit servandum, aliàs extra comparationem non dicere licebit ex duobus pactis novissimum esse servandum; quia fieri potest, quod utrumque servari possit, si nimirum utrumque sine alterius pernicie & damno subsistere possit, vel quando planè inter se sint diversa; sicut enim sibi invicem talia non derogant. Dec. Gagnol. & Dd. *in l. repugnantia 188. de Reg. Jur.* Bald. Salicet. *in l. scripturæ. C. de fid. Instrum. per l. Quintus Mutius 27. §. argento 2. de auro legat. l. interpositas 13. ubi Bald. Salicet. C. de transact.* Ita etiam ex uno ad aliud nihil inferri potest. *l. fin. ff. de calumn. l. Papinianus exuli 25. de minor. l. si maritus 10. C. de donat. inter. vir. & uxor.* quia quæ habent diversos tractatus, habent etiam diversos effectus. *l. penult. C. de Codicill.* & actus separati ad effectum habendum non junguntur. Paris. *consil. 67. n. 5. vol. 1.* Wesemb. 1. *consil. 38. n. 26. & 1. consil. 41. n. 125.* ubi limi-

limitat hoc verum esse tantum quoad paciscentes, secus quoad alios quibus non nocet.

Unde declara hanc Regulam procedere solum in contractibus invicem pugnantibus, qui simul subsistere nequeunt; secus verò in contractibus & pactis, quæ se mutuo compatiuntur. Dec. *in l. in omnibus 90. ff. de R. I.* quod si enim ambo consistere possunt, tunc primæ conventioni nunquam censetur abrogatum per pactum posterius, nisi quatenus hoc expressum reperiatur, arg. *l. ult. C. de novat. l. præcipimus 32. C. de appellat.* Hartm. Pistor. 2. *observ. 121. n. 9.* quin potius posterior conventio à priore interpretationem recipit, usque adeo, ut omnes qualitates primi contractus in secundo repetitæ censeantur. *l. fin. ff. de reb. dub. l. Titia 134. §. 2. l. qui sic 47. de V. O. l. 38. §. ult. ff. de act. emt.* idque maximè verum esse, quando contrahentes in posteriore se ad priorem retulerunt, refert Carpz. *P. 2. Const. 33. Defin. 17. n. 6.*

IIX.

Pacta intelliguntur rebus ita stantibus. *l. quæro 19. §. inter locatorem 1. ff. locat.* Ita ut quamdiu res, de qua pactum factum est, in eo statu permaneant, eique inhærendum sit, cum mutato rerum statu mutetur etiam observatio pactorum. Bart. *in l. quoties. §. si duo. ff. de hered. instit. per text. in l. cum quis 38. ff. de solut.* quia quod semel placuit amplius displicere non possit. *c. quod semel 21. de R. I. & ibidem gloss.*

Limita: nisi nova causa emergat. Tiber. Dec. *respons. 38. n. 9.* Licet enim vis pacti sit immota, cessat tamen propter novam causam & mutatum rerum statum. Menoch. *consil. 23. n. 47.* Philipp. Corn. *cons. 75. n. 16. vers. facit, quia pactum intelligitur. vol. 3. per l. continuus 137. §. cum quis 6. ff. de V. O.* gl. & Dd. *ad l. quod Servius. ff. de condict. caus. dat.* Idem Corn. *consil. 105. n. 5. vol. 4.* ubi asserit etiam verum esse de non veniendo contra pactum per *c. quemadmodum 25. extr. de jurejur. c. ne quis 14. 22. q. 2.*

IX.

Pactum ad alios, quam cum quibus est initum, non porrigitur. *cap. veniens. 8. ibi: ne pacta, inter alios facta, aliis obesse patiamur. de transact. l. si unus 27. §. 4. vers. ante omnia.* ubi Bart. *n. 1.* Jason. *n. 1. & Dd. communiter. ff. de pact. l. si prodote 2. C. de dot. promiss.* Jas. *in l. Imperator princ. ff. de transact.* Tiraquell. *de utroq; retract. part. 1. §. 1. gloss. 9. n. 126.* Generale enim est, quod res inter alios actæ aliis nihil prosint vel noceant. *l. si actionem 24. C. de pact. tot. tit. C. res inter alios actæ, aliis nihil prof. vel noc. l. sepè 63. ff. de re jud. l. Modestinus 10. ff. de except.* Gail. 2. *de P. P. obs. 17. n. 11.* Cacher. *decis. Pedem. 38. n. 3.* etiamsi juramento confirmatum. Schurff. *cent. 1. consil. 66. n. 59.* Wes. *in paratit. ff. de pact. n. 10.* Carpz. *P. 2. Const. 29. Defin. 20. n. 2.* neque etiam pactis aliorum potest auferri jus tertio jam pridem quæsitum, cum nemini per alium ne quidem auctorem suum illud auferri queat, *l. fin. ff. de pact.* Tiraqu. *de retract. convent. §. 1. gloss. 2. n. 39.* Wesemb. 1. *consil. 2. n. 94.* atque ita nec unius pactum alteri, ne fratri quidem, nocere, gloss. *in §. aliud verb. Leges, ut cum de appellat. cogn.* Wes. 1. *consil. 41. n. 126.* speciale tamen quid esse in creditoribus, ut pactum quorundam & reliquis noceat, text. est *in l. 7. in fin. & l. seq. de pact.* ubi tamen Pacius speciale hoc esse, nec ad alios creditores producendum notat. *conf. tr. m. de altero tanto prof. pag. 10. thes. 7.*

X.

De pactorum interpretatione ubi agitur, potius inspici debet mens quam verba. *l. 7. §. pactorum 8. ff. de pact. l. sed Celsus 6. §. si fundus 1. ff. de contr. emt.* Carpz. *P. 3. Const. 30. Defin. 49. n. 3.* semperque interpretatio facienda, ut eviteturcontrarietas inter substantiam actus, de quo agitur, & inter verba dispositionis, Aym. Cravett. *consil. 214. n. 17.* Farin. *lib. 1. consil. criminal. 69. num. 28.*

XI.

Pacta ex communi observantia & consvetudine interpretationem suscipiunt. *l. quod si nolit. 31. §. quia assidua 20. ff. de ædil. edict. l. si fundus 6. ff. de Evict. l. si tertius 6. §. 1. de aqua pluv. arcend. l. circa 19. Cod. locat. c. cæterum 3. de donat. l. semper in stipulationibus 34. ff. de R. I. & ibi* Dec. *n. 7. cum seqq.* Wes. 2. *consil. 74. n. 2.* Phil. Matth. 1. *consil. 21. n. 10.* quia pactum & consvetudo æquiparantur, & paribus passibus ambulant. *l. fin. ubi* Bart. Bald. Salicet. *C. de fidejuss.* Regn. Sixt. 3. *Consil. Marp. 11. n. 7.*

XII.

Quæcunque juris publici sunt, ea pactis privatorum non possunt mutari vel concedi *l. juris public. 38. ff. de pact.* quia hæc privatorum dispositioni non subsunt. Ita ergò pactum, ne heres Falcidiâ utatur, non subsistit, quia Falcidiæ detractio juris publici est, *l. 15. §. 1. ff. ad L. Falcid.* Ita nec subsistit testamentum filii in peculio adventitio extraordinario, permittente licet patre factum *l. 6. qui testam. fac. poss* licet in peculio adventitio plenam habeat proprietatem filiusfamilias. *Nicol. Reuner. tract. de testam. P. 1. c. 28. n. 9. seq.*

Limita: ut procedat (1.) si quid ad publicam utilitatem principaliter vel tantùm sit constitutum, *Brunnem. ad d. l. 38. n. 7. conf. Axiom. seq.* (2.) si pactum fiat contra legem vetantem, arg. *l. qui vetante 102. ff. de R. I.* Non, si fiat contra legem disponentem aut in gratiam privatorum beneficium concedentem.

XIII.

Pactis privatorum publica utilitas non mutatur. *cap. si diligenti. 12. de foro compet. l. 2. §. sed quia veremur 4. C. de jurem. calumn. ubi Dd.* Fulgos. *consil. 29.* Ruin. *consil. 10. n. 1. & consil. 187. n. 2. lib. 2.* Paris. *69. n. 111. lib. 3.* Joh. Bapt. Plotus *consil. 168. n. 52.* Joh. Ceph. *cons. 375.* quod etiam obtinet, quamvis ad singulos commodum perveniret. Laur. Sylvan. *cons. 40. n. 12. vol. 1.* ubi refellit opinionem Ripæ aliter sentientis *in l. 1. n. 114. solut. matrim.* Illud enim quis velle dicitur, quod de jure potest, & nihil amplius. Bald. *in c. 1. de jurem. propter calumn.* Sic contrahens non censetur plus velle, quàm statutum disponat. Bart. *in l. heredes mei. §. cum ita ad S. Ctum Trebellin.* qua ratione etiam non potest renunciari privilegio inducto ad publicam utilita-

tem. *l. juris gentium 7. §. si paciscar. 14. ff. de pact. l. de die 14. ff. de pact. dotal. c. Domino guerræ. de Pac. & ejus violator. cap. 12. Axiom. de foro compet.* idque adeò verum esse, ut nec per accessionem juramenti firmari queat, post Bart. *in l. si quis pro eo de fidejuss.* & Dd. *in cap. cum contingat. de jurejur.* refert Pantschmann. 2. *q. pract. 11. n. 20. & seqq.* Hinc non licet pacisci, ne emtor & possessor onera realia non solvat, sed venditor, *l. 3. C. de præd. & omn. reb. Navicul.* Emtori tamen propterea contra venditorem datur regressus, *Brunnem. ad d. l. 3. C.* Amplia, quòd nec pactis & concessione curiæ tributa possessoribus remitti possint, *Perez. C. de Decret. Decur. n. 6. 7.*

XIV.

Pactum est loco pretii. *l. fundi partem 79. ff. de contr. emt.* Covarr. *3. var. resol. c. 10. n. 1.* Menoch. 2. *arb. jud. 260. n. 44.* Dec. *consil. 309. n. 3.* Tiraqu. *in tract. de retract. consangv. §. 1. gloss. 18. num. 38. & in tract. de retract. convent. in proœm. num. 12.*

XV.

Pactum contra naturam rei interpositum validum non est. *l. 7. §. generaliter 10. ff. de pact. l. non dubium 5. C. de Leg.* Carpz. *P. 1. Const. 30. Def. 2. n. 3.*

XVI.

Contra pactum suum nemini venire licet, *l. post mortem 25. ubi* Bart. & Dd. *ff. de pact. l. per fundum 11. ff. de serv. rustic. præd. l. 13. ff. commun. præd. l. 14. C. de rei vindic.* Carpz. *Part. 2. Constit. 46. Defin. 9. n. 6.*

XVII.

Ad paciscendum vel transigendum nemo jure compelli potest. *l. 3. §. tametsi 1. l. diem 27. §. stari 2. ff. de recept. arbit. l. si quis major 41. C. de transact. l. si dictum fuerit 56. §. si compromisero 1. ff. de evict. l. nec emere. 16. C. de jure delib.* Bald. *in l. 7. C. de sent.* ubi ait concordiam svaderi, non imperari posse, aut pacem esse bonum persvasibile, non compulsibile. Menoch. *lib. 2. arb. jud. cas. 442. n. 8.* Carpz. *Part. 1. Constit. 11. Defin. 11. n. 8.*

XIIX.

Pactum tacitum cursu temporis roboratum plus operatur, quam expressum. *l. adversus 5. C. de usur. & ibi gl. latè* Tiraq. *de LL. Connub. gl. 5. n. 74. cum seqq.* Wesemb. 1. *consil. 12. n. 48.*

XIX.

Ad quæ ipso jure tenemur, ea singulari contrahentium pacto caveri non est necesse. *l. quæsitum 9. §. Pomponius 1. in fin. de distr. pignor. l. non rectè 7. vers. nam licet significes. C. de fidejussor.* Jac. Schultz. *quæst. suar. p. 2. q. 59. n. 5.* Et frustra pactione vel alio modo impetratur, quod alicui jure communi conceditur, *l. 1. C. de thesaur.*

XX.

Qualis contractus, cui pactum adjicitur, talis etiam actio ex illo pacto adjecto datur, quia pactum adjectum inest contractui & de ejus naturâ participat, ergò à toto dissentire non debet. Ita ergò, si pactum, ut venditor præstet casum fortuitum, venditioni fuerit adjectum *l. fistul. 78. §. fin. ff. de contrah. emt.* ago actione ex emto ad casus fortuitos præstandos.

Limita: ut procedat (1.) in pacto in continenti, i. e. antequam iste contractus finiatur, adjecto. vid. *Axiom. seq.* (2.) in naturalibus contractuum, non substantialibus; hæc enim si pacto mutentur, contractus salvus non manet, sed degenerat in alium, v. gr. si pro deposito merces promittatur, erit locatio. Conf. *Zoës. ad ff. de pact. n. 16.*

XXI.

Pacta in continenti adjecta ipsi negotio inesse dicuntur. *l. 4. §. 1. l. in emt. 43. l. in traditionibus 48. ff. de pact. l. petens 27. l. in bonæ fidei 13. l. legem 10. ubi* Jas. & Donell. *n. 12. cum seqq. C. eod. l. ea lege 3. C. de condict. ob caus. l. ultima C. de pact. inter emt. & venditor.* vid. latè Gœdd. *Comment. ad l. 90. ff. de V. S. n. 4.* D. Paul. Gambs *disput. inaugur. de pact. adject.* confer disput. Elementar. nostras, *P. 3. sect. 3. thes. 39.*

XXII.

Pactum quod ab initio non tenuit, per ratihabitionem vel confirmationem superioris tenet. *c. quoties 2. extr. de pact.*

XXIII.

Pacta tam à fœminis, quam viris servari debent. *l. 1. ff. depos. l. 3. ff. de negot. gest. l. 1. de V. S.* Jas. *ad l. 7. ff. de jurisdict.* Ratio, quia conventiones pleræque sunt juris gentium. *l. ex hoc jure 5. ff. de just. & jur.* quod inter marem & fœminam non distingvit. *l. maximum vitium 4. C. de lib. præter.* Gœdd. 1. *Consil. Marpurg. 24. n. 1.*

Declara: hoc regulariter procedere, ubi Lex vel constitutio obligationi non resistit, nec potentiam ab actu removet. *l. generaliter 13. C. de non num. pecun. d. l. 3. de negot. gest.* secus ubi lex vel constitutio pacto, vel obligationi resisteret, vel etiam prohiberet, & potentiam ab actu removeret. *l. à Divo 58. de rit. nupt. l. non dubium 5. C. de LL.* Bald. *in l. 1. plus valer. quod agitur. l. nemo potest. 55. Dd. de legat. 1.* Francisc. Viv. *decis. 369. n. 18. tit. 3.* aut apertè inter marem & fœminam statueret differentiam, secundùm Hubertum Zuchar. *ad l. fin. n. 64. de Edict. D. Adr. toll.* Paul. de Castr. *consil. 123. viso testam. n. 3. vol. 1.* Valentin. Forst. *de succes. lib. 3. c. 18. n. 8.* Roland. à Valle *consil. 76. n. 1. & seqq. vol. 3.* Dec. *ad l. fœminæ. & ibi Dd. ff. de R. I.* His enim casibus prædicta regula procedere nequit, nec idem in fœmina, quod in mare, statui potest, sed pactum ejusmodi erit, tanquam contra Leges initum, ipso jure nullum, *per d. l. non dubium 5. C. de LL.* Francisc. Viv. *d. decis. 369. num. 19.* Francisc. Milanens. *decis. 2. num. 53.*

XXIV.

PACTA conventa regulariter sunt servanda. *l. 1. §. si conveniat. 6. ff. depositi l. 1. ff. de pactis, l. juris gentium 7. §. Prætor ait 7. ff. eod. tit. l. 1. ff. de constit. pecun. l. cum amplius 84. in fin. ff. de R. I. c. 1. de pactis.* (Ratio, quia pacta rumpere est grave, non solùm apud jus commune, sed etiam apud DEUM. Corn. *in l. paciscenda. in 2. q. Cod. de pact.* ideoque Prætor ait pacta conventa servabo. *l. 7. §. Prætor ff. de pactis. l. penult. Cod. d. tit. cap. 1. & 2. eod.* Vultej. *3. Consil. Marpurgens. 34. num. 112.*) Nevizan. *inter consilia Bruni, consil. 12. num. 23.* ubi quod

quod illa verba, *pacta conventa servabo*, procedunt ab ore DEI, ideo etiam DEUS ligatur pacto, & diabolus, & princeps, & quòd nulla major justitia est, quàm pacta servare. Plot. *cons. 11. in princ.* ubi quod pacta nedum obligant privatos, sed etiam Papam & Imperatorem. Moron. *de treuga & pace, q. 17. n. 2.* ubi quod juris, & naturæ, & secundùm dictamen rationis sit, ut pacta serventur, Caballin. *de evictionib. §. 3. n. 157.* ubi quòd servari debeant pacta, si sine peccato servari possunt. Corset. *de jurament. & ejus privil. §. quæro undecimò. n. 76.* ubi quod peccato gravi subjacet, qui pacta conventa non servat. Curt. jun. *consil. 40. n. 2.* ubi quod pacta ad ungvem servari debent. Natt. *consil. 384. n. 11. & 19.* ubi quod pacta ad ungvem servari debent etiam in materia feudali. Roland. à Valle *consil. 100. n. 20. & seq. lib. 3.* ubi quòd nulla major est justitia, quàm illa, quæ ex pacto oritur, quia obligat secundùm jus commune etiam apud DEUM. Exornant Surd. *consil. 183. n. 11.* ubi quòd æquitati nihil magis convenit, quàm pacta servare, *& consil. 345. n. 9. & decis. 259. n. 5. & decis. 260. num. 12. & de aliment. tit. 7. q. 18. n. 12.* Ant. Gomez. *var. tom. 2. c. 8. n. 4. col. 2.* Menoch. *consil. 1. n. 226. cum seq. & consil. 92. num 33. & consil. 93. num. 30. & consil. 156. n. 46. & n. 54. & de arbitr. lib. 1. q. 57. num. 6.* Hieron. Giach. *in consil. de moneta Marchesana, n. 33. cum seqq.* Cald. Pereira *de novat. emphyt. q. 11. num. 3. ad fin.* ubi *n. 19.* subdit, quod pacta dant legem contractui. text. *in l. 1. §. 6. depos.* Harprecht. *ad §. Inst. locati. num. 35.* Marian. Antonin. *var. resolut. lib. 2. resol. 53. num. 5.* ubi *n. 6.* quod pacta rumpunt leges. Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 6. lit. P. conclus. 3. & 4.* (juxta illud vulgatum, **bedingt Recht** seu **Willkür/ bricht Landrecht.** *l. 1. §. si conveniat 6. ff. depos. c. contractus 85. ubi gloss. de R. I. in 6. arg. 1. consil. 41. n. 68.* cum juxta formam traditam ab homine vel à jure regulentur, & modificentur obligationes, *l. sed si pupillus 11. §. conditio 5. de Inst. act. c. cum dilecti 22. extr. de rescript.* Gail. *2. obs. 24. n. 6.*

Limita Regulam, dummodo non juri publico deroget; qualia sunt pacta derogantia liberæ facultati testandi, item pactum, ne discedatur à communione. Wesemb. *in parat. de commun. divid. n. 1.* quia Prætor ita demum se pacta servaturum pollicetur, si neque dolo malo, neque adversus leges, plebiscita, SCta, Edicta principum, neque quo fraus alicui eorum fiat, facta sunt *l. juris gentium 7. §. Prætor ait 7. ff. & l. pacta contra 28. C. de pact.* Bertazol. *2. consil. crim. 254. n. 1.* Vultej. 3. *Consil. Marpurg. 34. n. 197.*

XXV.

Quæcunque pacta turpitudinem civilem tantum continent, illa moribus mutari possunt, non quæ turpitudinem naturalem, quia turpitudo civilis ex Legibus civilibus oritur, quæ consvetudine mutari possunt *l. 32. pr. ff. de LL.* non item naturales.

Exemplum: ita ergò pactum de hereditate tertii, quatenus illa ad nos aliquando legitimè est perventura, moribus induci potuit, cùm hoc pactum, quà pactum, nullam in se contineat turpitudinem naturalem. Conf. *Stryck. tract. de succes. ab inteſt. Disput. 8. cap. 12. §. 36.*

XXVI.

PACTO quicquid potest acquiri, potest & præscriptione, *l. alienationis verbum 28. ff. de V. S.* ubi Alciat. & Rebuff. Gam. *Lusit. decis. 379. Inter fratrem. n. 5.* Surd. *decis. 3. n. 23. & decis. 236. n. 9.* Valasc. *consil. 132. n. 32.* Nam præscriptio habet vim pacti. Gam. *decis. 276. n. 2.* Surd. *decis. 24. à princ.*

De Pactis Confraternitatis *vid.* Confraternitas.

CAP. II.
Palàm.

Axioma I.

Palàm delinquens mitiùs punitur, quoties res est de genere permissorum, sed certâ ratione prohibita, quia videtur potiùs per errorem deliquisse, quàm ex aliquâ malitiâ, *l. fin. ff. de Ritu Nupt.*

II.

Quoties res est de genere prohibitorum, toties palàm delinquens gravius punitur, major enim sic adesse præsumitur malitia. Exemplum est in meretrice palàm se prostituente, *Struv. Jurispr. Rom. Germ. Forens. lib. 3. tit. 28. §. 14.* item in fure furtum palàm committente. *Naum. ad Zæs. ff. tit. de furt. n. 17.*

CAP. III.
De Pane.

Axioma I.

Panum venditio non potest in vitio & crimine poni, sed unicuique permitti debet. *Mev. consil. 83. n. 45.*

II.

Panes in opificio publicè cum in finem extructo, ut subditi coquant, Magistratus potest ordinare. *Carpzovius Lib. 1. Respons. 42. num. 11.* an verò furnacariis paganis panes ad liberam venun-

venundationem ex pagis propinquis oppido advehere sit permissum. vid *d. Resp. 42. n. 5.*

III.

Ministris Ecclesiæ in villis certi panes præstandi. *Carpz. Defin. Consist. P. 1. Defin. 102. n. 5.*

CAP. IV.

Papa.

Axioma I.

Papa non potest transferre, quod ipse non habuit. *l. observare 4. §. ult. ff. de offic. Proconf. l. traditio 20. ff. de acquir. domin.* nec habere potuit. gloss. *in Auth. quomod. oportet Episc. in verb. conferens. c. cum ad verum. 6. ibidemque gloss. distinct. 96.* Arnis. *lib. 1. de Majest. c. 2. n. 3.*

II.

Papa etiam nonnunquam in jure fallitur. *cap. præterea 12. ibique gloss. super verbo fallat. dist. 23.* Consil. Argent. *consil. 74. n. 5. tom. 1.*

III.

Papa in temporalibus non habet jurisdictionem, nisi casualem. *c. licet 10. de foro competent.* seu in defectum. Ant. de Rosell. *in tract. de potest. Imper. & Pap. in §. Cæsarem. per c. si duobus 7. §. denique de appellat.* Lancellot. *de Imper. lib. 1. c. 1. §. 4. vers. 26.* Mynsi. 1. *obs. 14. per c. causam 7. & c. per venerabilem 13. qui fil. sint legitim.* Thom. Michaël. *disp. de jurisdict. thes. 43.* Ord. Camer. *tit. 7. p. 2. ibi:* doch dieſelben aus dem Reiche. Matth. Steph. 2. *de jurisdict. cap. 1. m. 2. n. 197.* Arnis. *lib. 2. c. 4. n. 8. de Majest.* Ludov. Molin. *tract. 2. de justit. 29. concl. 1. §. 2.*

De Paraphernalibus bonis *vid.* bona conjugum.

CAP. V.

Par, Paria.

Axioma I.

Qui non sunt pares in gradu, illi nec possunt in jure, vel facto esse pares. *c. licet ex quadam 47. extr. de testib.* Castr. *ad l. liberorum. ff. de his, qui not. infam. & ibid.* Dec. *n. 5.* Jason. *ad l. non hoc. C. unde legitimi.* Tiber. Dec. *resp. 42. n. 62. vol. 1.* ideoque etiam ad paria judicari non possunt. arg. *l. aut facta 16. ff. de pœn. l. at resp. 15. C. de transactionib.* Dec. *ad l. precibus. n. 4. C. de impub. substitut.* Joseph. Lud. *decis. Lucens. 44. num. 61.* Gœdd. 3. *Consil. Marpurg. 32. n. 183.*

II.

In paritate votorum eorum est amplectenda sententia, qui in dignitate præcellunt, *l. 8. ff. de pact.* Quodsi paria sint vota Judicum ordinariorum, præfertur ea sententia, quæ est pro reo & minorem continet summam, *l. 38. ff. de Re Jud.* nisi actoris causa sit favorabilior, e. gr. testamentum, dos, & omnis pia causa. *d. l. 38. cap. fin. X. de sentent. Carpzov. Part. 1. Constit. 27. Definit. fin.* si paria sint vota judicum delegatorum seu Commissariorum, præfertur ea sententia quam delegans confirmat *l. 28. ff. de Re Jud. cap. fin. X. eod.* rectius tamen rationem quàm numerum considerari putat *Carpzov. Part. 1. Constit. 27. Defin. 12.*

Declara tamen dicta ex iis, quæ habet *Grotius de Jure Belli & Pacis lib. 2. cap. 5. §. 18. & 19.*

III.

Pari pœna puniuntur peccans & consentiens. *c. omnes 5. 17. q. 4. cap. extr. de offic. deleg. c. ult. Clericorum 13. extr. de vit. & honest. cler. c. qui cum 4. extr. de furt. cap. si quis 4. extr. de purgat. Canon. cap. nuper 29. cap. quantæ 47. extr. de sentent. excomm.* & opem dans. *cap. 6. extr. de homicid.* sicut & qui causam homicidii præstat, & homicidium committit. *cap. presbyterum 7. c. suscepimus 10. extr. de homicid.*

IV.

Paria vincula ubi sunt, primum tenet, secundum non obligat. *l. sicut 22. extr. de sponsal.*

V.

Paria sunt deficere in purgatione, & non subire purgationem. *cap. tua nos 8. extr. de cohabit. Cleric.*

VI.

PAR in parem non habet imperium. *l. nam & magistratus 4. ff. de recept. arbitr. l. ille à quo 13. §. tempestivum 4. ff. ad Trebell. c. inferior 4. c. denique 6. distinct. 21. c. innotuit 20. §. quamvis. de elect. c. 1. de locato.* Clar. *§. fin. quæst. 38. n. 3. vers. quæro pone.* Barth. Berett. *ad extravag. ambitiosæ. de rebus Ecclesiast. non alien. verb. prædecessorum. num. 5. pag. 226.* Rebuff. *tom. 1. ad Leges Galliæ, tract. de evocat. n. 46. p. 265.* Cot. *in memorab. verb. par. p. m. 657.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 438. n. 9. & consil. 147. n. 35. & consil. 250. n. 41. & consil. 298. n. 13. & consil. 423. n. 11. & consil. 466. n. 2. & consil. 676. n. 15.* Surd. *consil. 47. n. 11. & consil. 106. n. 12. & consil. 167. n. 16.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1094.* Thomas de Thomasset. *in floribus legum, reg. 218.* ubi intelligit, nisi par se subjiciat jurisdictioni alterius paris, vel etiam minoris, vel nisi tractetur de publica salute & utilitate. Sigismund. Scacc. *de appellat. q. 2. n. 10.* Joseph. Aldrete *in allegat. Juris pro omnimoda Regularium exemt. p. 3. cap. 4. n. 28.* latè Cardinal. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 89. per totam.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 5. c. 923. num. 5.* Joh. Marian. Novar. *in praxi elect. & variat. fori quæst. 34. sect. 2. num. 14.* Joh. Anton. Mangil. *de imputat. q. 81. num. 3.* & limitat aliquibus modis Surd. *d. consil. 47. n. 5. & 9.* quando scil. par jurisdictioni paris se subjicit, vel quando superiorem non recognoscit, vel quando periculum est in mora, vel quando unus major est altero in administratione. *adde* Limnæum *in annotat. ad lib. 4. jur. publ. cap. 8. n. 10. 2. p. 167.*

VII.

VII.

PARES cum paribus, veteri proverbio, facilimè congregantur. *l. pupillo 27. §. 1. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. l. 1. §. 1. ff. de excus. tutor.*

VIII.

PARIA delicta mutua compensatione tolluntur. *l. viro atque uxore 40. ff. soluto matrim. l. 2. ff. ne quis eum. l. cum proponas 21.* ubi Dd. *C. de pactis. c. nihil 1. 32. quæst. 6. c. significasti 4. de divort. c. intelleximus 18. & c. fin. de adulter. cap. ad id 21. extr. de sponsal. l. penult. de homicidio.* Hippol. *sing. 234.* Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxorem. §. 20. n. 4.* Bertazol. *in repet. l. si quis major. C. de transact. n. 430.* Sanchez. *de matrim. lib. 10. disput. 8. n. 29.* Card. Tusch. *tom. 1. lit. C. concl. 489. n. 15. & 16.* Cæs. Arg. *de contrad. legit. q. 10. n. 110.* Cardos. *in praxi Jud. verb. delict. n. 37.* latè Farinac. *fragm. crim. p. 1. lit. D. num. 110. cum seqq.* ubi *n. 114.* intelligit procedere in civilibus, sive sit circa idem, sive circa diversa. & *num. 127.* ampliat in spolio. & *n. 128.* limitat, quando delicta sint commissa circa separata. & *num. 139.* limitat, etiam quando agitur criminaliter, & ad pœnam. Cels. Bargal. *de dolo. lib. 6. reg. 15.* Surd. *cons. 302. n. 18.* Intellige in civilibus, sive sit circa idem, sive sit circa diversa. Cardos. *d. verb. delictum. n. 37.* Farinac. *d. lit. D. n. 114.* secus quando criminaliter agitur, & ad pœnam. Cels. Bargal. *d. reg. 15.* Cardoso *cit. loc.* Farinac. *d. l. D. n. 139.* ubi *n. 128.* limitat axioma, quando delicta circa diversa & separata sunt commissa.

IX.

PARIUM est eadem Juris dispositio. *c. inter corporalia 2. de translat. Episc.* & eadem natura. *l. si socer 44. in fin. ff. soluto matrim.* atque potentia. *l. 1. §. veteres 10. ff. de acquirend. poss. l. si reus 13. ff. de duobus reis.* (A pari enim potentia causæ par effectus procedit. Bald. *in l. conventicula. C. de Episcop. & Cleric. per text. in l. socer 44. ibiq.* gloss. & Dd. *ff. solut. matrim. l. Pomponius scribit 9. vers. quemadmodum. ibidemq.* gl. & Dd. *ff. de negot. gest. l. si de eo 39.* ubi Paul. de Castr. Imol. *ff. de acquir. poss.* Cons. Arg. 1. *consil. 1. n. 2.* quia ubi eadem factorum qualitas & ratio, ibi eadem quoque debet esse dispositio. *l. illud 32. ff. ad L. Aquil. l. à Titio 108. de V. S.* & quæ in radice & causa conveniunt, conveniunt etiam in effectu. *l. 32. ibiq.* Dd. *de LL.* Et casus, quos nectit paritas, æquitas, & identitas rationis non sunt separandi, quoad juris dispositionem. *d. l. à Titio.* Cons. Argent. 1. *consil. 17. n. 65.* & parium paria sunt judicia, & ubi diversitatis ratio reddi non potest, ibi diversum jus observari non debet. *l. 12. §. de illo 3. ibi nam quasi ratione. ff. de usufruct. l. 2. in fin. ff. de negot. gest. l. 27. §. sed & is qui 3. ff. de rei vind.* Hinc quæ paria sunt in dispositione, debent etiam esse paria effectu & interpretatione. Alberic. de Rosat. *in tract. statut. p. 2. in pr. n. 9.* Wesemb. 1. *consil. 4. n. 77.* Consil. Arg. 1. *consil. 110. n. 52.* cum de similibus idem judicium. *c. in causis 19. vers. cum in similibus. extr. de sent. & re jud. c. inter cæteros 4. vers. ult. extr. de rescript. c. 2. extr. de transl. Episc. c. cum secundum 16. in pr. ibi patet à simili. extr. de præbend. l. 12. ff. de LL. l. ultima. C. de inoffic. testament.* Bocer. *de invest. feud. c. 4. n. 36.* Phil. Matth. 2. *Consil. Marp. 26. n. 18.* & similes casus simili jure decidi debent. Felin. *in c. at si Cler. 4. col. 3. circ. fin. & not. de judic. fac. l. 3. vers. nec Divus Marcus ff. de rupt. test.* Quapropter pares qui sunt in natura simultaneæ investituræ, pares etiam sunt in successionis æquitate. Bald. *in Auth. ex testamento. col. 1. C. de collat. & ad l. humanitatis oppositi. 4. notab. 3. C. de impub. substit.* Gœdd. 1. *Cons. Marp. 32. n. 26.*) & quod regula correlativorum sit regula parium, dixi *sup. lib. 3. tit. de correlativis.* hinc qui in pari sunt culpâ vel negligentiâ, pari pœnâ sunt puniendi. *Perez. C. de Navicul. n. 37.*

Declara: quousque se paritatis ratio extendit. Ita peculium quasi castrense militum togatorum in omnibus quidem comparatur castrensi; ob cessantem rationem autem de eo, non ut militibus quô volunt modô, sed communi & consveto ordine testamenta condere possunt. *Perez. C. de Castrens. pecul. n. 9.*

X.

PARIA sunt solvere, vel citato & contumace creditore, offerre, vel deponere. *l. qui mutuam 56. in pr. in vers. si dejussor. ff. mandati. l. si dejussor. qui minori 64. ff. de si dejussor.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 7. lit. S. concl. 340. n. 18. in med.* Aliàs enim solvere qui tenetur, non satisfacit consignando, vel deponendo. Bart. *in l. item liberatur. §. 1. ff. quibus modis pign.* Neguz. *de pignor. p. 5. membr. 1. n. 4.* Menoch. *remed. 15. recup. possess. n. 645.* Azeved. *lib. 18. n. 2. tit. 21. lib. 4. novæ Recop.*

XI.

PARIA sunt, solvere creditori meo, vel alteri de ejus mandato, ut sim liberatus. *l. solutum 49. ff. de solution.* Cardinal. Tusch. *d. lit. S. concl. 340. n. 39.*

XII.

PARIA sunt, conditio quæ inest tacitè

citè à lege, & conditio expressa ab homine. Socin. *consil. 182. Licet. vers. & si dicatur. lib. 2.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 8. lit. T. concl. 7. n. 7.*

XIII.

PARIA sunt titulum non habere, vel nullum habere. Surd. *decis. 45. n. 17.* (vel vitiosum & injustum. Bald. *in l. inutilem. n. 2. Cod. de furt.* Panorm. *in c. gravis. n. 7. de restitut. spoliat.* Balb. *in repetit. l. Celsus. in pr. ff. de usucap.* Crot. *consil. 47. num. 21. & consil. 75. n. 10.* Natt. *consil. 448. num. 23. vol. 2.* Roland. à Valle *consil. 48. num. 12. vol. 1.* Wesemb. *consil. 6. n. 98.* Cacher. *decis. Pedem. 56. n. 5.* Vult. 2. *Consil. Marpurg. 29. n. 201.*)

XIV.

PARIA sunt non esse, vel esse, & non apparere. *l. duo sunt Titii 30. ff. de testam. tutel. l. in lege 77. ff. de contrah. emt. l. cùm res 47. §. itaque 3. ff. de legat. 1.* Abb. *consil. 18. in princ. lib. 2.* Zabarell. *consil. 86. in fine.* Decian. *consil. 1. n. 132. lib. 1.* Menoch. *consil. 15. n. 13. & consil. 201. n. 161.* Surd. *decis. 149. n. 2. & decis. 306. n. 13. & consil. 245. num. 13. & consil. 377. n. 23.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 84. per totam.* & præcipuè *n. 9.* Rot. *decis. 167. n. 35.* apud Farinac. *p. 1. recent.* Ricciul. *in tract. de neophytis. c. 7. n. 5.* Andr. Gail. 1. *observ. 105. num. 14.* Cacheran. *decis. Pedemont. 129. num. 9.* Francisc. Vivius *decis. 34. num. 1.* Vultej. *lib. 3. Consil. Marpurg. 30. num. 19.*

XV.

PARIA sunt, quod aliquid non sit factum, vel dictum, & non possit probari, Joh. de Imola *consil. 129. Visis ac ponderatis, circa fin.* Surd. *decis. 149. n. 2.* Cardinal. Tusch. *d. concl. 84.* (Quia paria sunt omninò non esse factum, vel factum & non apparere, vel minus legitimè factum. Bald. *in c. suam nobis de appellationib.* Abbas *consil. 90. pr. lib. 2.* Felin. *in c. gratum. n. 4. de offic. deleg.* Isern. *in c. 1. §. præterea quæ fuit prima caus. benefic. amitt.* Meichsner. 1. *decis. 14. n. 3.*)

XVI.

PARIA sunt non esse, vel reperiri non posse. *l. cùm unus 12. §. fin. ff. de bonis auct. Judic. poss.* Bald. per textum *ibi in l. omnia 32. §. species 5. ff. de legat. 2.*

XVII.

PARIA sunt esse talem, vel in omnibus haberi pro tali. Decian. *consil. 5. n. 32. lib. 1.* Card. Tusch. *d. concl. 84. n. 22.*

XIIX

PARIA sunt non esse, vel esse nullum. *d. l. duo sunt Titii 30. l. non putavit 8. §. non quævis 2. ff. de bonor. possess. contr. tab.* Surd. *decis. 51. n. 14. & decis. 222. n. 2.* Flam. Paris. *de resignat. benefic. lib. 8. q. 8. n. 34. cum seq.* Cald. Pereira *de potestate eligendi. cap. 5. n. 8.* Farinac. *in praxi crim. part. 1. qu. 15. n. 45. cum seqq. & part. 4. consil. 60. n. 90. & part. 5. q. 114. n. 128.*

XIX.

PARIA sunt non fieri, & inutiliter fieri, *l. penult. in princ. ff. de suis & legit. hæred. l. quoties 6.* ubi gloss. & Dd. *ff. qui satisd. cog. §. sit autem 3. Instit. de satisdat. tutor.* gloss. *verb. inutilem. in cap. 2. de translat. Episc.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & uxorem. §. 70. n. 29.* Tiraquell. *ad l. connub. gloss. 1. part. 6. num. 12. cum seqq.* Covarr. *pract. c. 7. n. 2. vers. est & in hoc.* Franc. Leo *in Thesauro fori Eccles. p. 3. c. 9. n. 22.* Menoch. *cons. 658. n. 9.* Surd. *cons. 28. n. 89.* Unde maritum non habere, & habere inutilem, paria sunt. Bolognet. ad Anan. *cons. 83. n. 3. & 4.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. P. concl. 85. n. 8.* Et inutiliter condemnari, vel non esse condemnatum, paria sunt. Castrens. *consil. 199. in pr. lib. 2.*

XX.

PARIA sunt non fieri, vel minùs legitimè fieri. *l. quoties 6.* ubi Jas. *ff. qui satisdar. cog. l. si aut nullum 4. C. de legit. hered. l. de ætate 11. §. nihil 7. de interrogat. c. inter corporalia 2. de translat. Episc. cap. veniens 3. de presbyt. non baptiz. c. fin. de restit. spoliat.* Lag. *alleg. 82. in pr.* Joh. de Imola *cons. 110. In causa quæ vertitur. in pr.* Rom. *cons. 163. Constitutio. n. 2. vers. iis præmissis, & n. 3.* Thomas de Thomasset. *in floribus legum, reg. 117. in fine & 220.* Dec. *consil. 21. n. 51. lib. 2.* Brunor. à Sole *in locis comm. verb. factum. n. 17.* Surd. *cons. 45. n. 42. & cons. 88. n. 16. & cons. 3. n. 12. & decis. 122. n. 6. & decis. 269. n. 12.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 11. q. 7. n. 8.* Valasc. *de partitionib. c. 8. n. 44.* Ant. Monach. *Florent. decis. 26. n. 2.* Monet. *de distrib. quotid. p. 2. q. 2. n. 19.* Mar. Anton. *var. res. lib. 2. res. 8. n. 8.* Cardinal. Tusch. *d. tom. 6. lit. P. concl. 87. n. 1. cum seqq.* Et paria sunt non habere mandatum, & habere, sed non legitimum. Bald. *consil. 402. Colligamus. n. 3. vers. considerandum est. lib. 1.* quem refert Tusch. *d. lit. P. concl. 87. n. 6.*

XXI.

PARIA sunt non facere, vel minus perfectè facere. *c. si quis 46. de Elect. in 6.* Castrens. *consil. 246. in casu, de quo quæritur. col. fin. vers. breviter. lib. 1.* Cardin. Tusch. *d. lit. P. concl. 87. n. 3.* Pacian. *in analys. C. de pact. convent. n. 6. m. 2.*

XXII.

PARIA sunt non comparere, vel comparere minus legitimè, *l. 1. in fin. ff. quod*

cujusque

cujusq. universit. nom. cap. si post 2. de confess. in 6. Petr. de Anchar. *consil. 6. Viso themate, in princ.* Cardinal. Tusch. *d. lit. P. concl. 87. n. 4.*

XXIII.

PARIA sunt nihil allegare, & allegatum non probare. Roland. à Valle *cons. 35. n. 10. & 20. lib. 1.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. P. concl. 87. n. 9.*

XXIV.

PARIA sunt non fieri, vel invalidè fieri. *l. non putavit 8. §. non quævis. 2.* ubi Bart. *ff. de bonor. possess. contra tab. l. 1. §. quod autem 8.* ubi Bald. *ff. de officio præfecti urbis.* Surd. *consil. 157. n. 13.* Marian. Ant. *variar. resolut. lib. 2. resol. 11. n. 10.* Rot. *decis. 345. n. 3. p. 2. recent.*

XXV.

PARIA sunt non fieri, vel non sortiri effectum, *l. 11. §. nihil 7. ff. de interrog. act. l. si quis sub conditione 11. ff. de testam. tut. l. ex consensu 23. §. 1. ff. de appellat.* Surdus *consil. 245. n. 14.* (vel fieri sub conditione, quæ purificari non potest, Rip. *lib. Resp. cap. 3. n. 23.* Curt. jun. *consil. 92. n. 6. vol. 1.* Vultej. 1. *Consil. Marp. 15. num. 283.*) quia non fieri, vel ita fieri, ut factum non relevet, paria sunt, Ant. Monach. *Bononiens. decis. 40. puncto 7. n. 18. vide supra lit. N. cap. Non esse.*

XXVI.

PARIA sunt aliquem non extare, vel extare & non succedere, *l. pater filium 14. ff. de inoffic. test. l. 2. §. sed si sunt sui 8.* ubi Bartol. *ff. ad Tertull. (l. 1. §. ult. & l. seq. ibique* Bart. *ff. de bonor. possess. contra Tabul. l. 1. §. si pater emancipatus §. sed etsi patruus. vers. pro mortuo habetur. ff. de conjung. cum emancip. liber.* Gœdd. 1. *Consil. Marpurg. 26. n. 43.*) Tiraquell. *de jure primog. q. 53. n. 16.* Alexand. *consil. 197. Perspectis, in princ. lib. 6.* Surdus *consil. 237. n. 3.* Cardin. Tusch. *d. lit. P. concl. 84. n. 18.* quia paria sunt extare filium incapacem ad successionem, & nullum extare. *l. 1. ff. quod cujusque univers. nom.* Feder. de Senis *consil. 26. num. 3. in fin. vers. Primò. quia.* Card. Tusch. *d. lit. P. concl. 85. n. 4.*

XXVII.

PARIA sunt nullum esse, vel sine effectu, Surdus *decis. 51. n. 21. & 22. & consil. 3. à n. 8. & cons. 157. à n. 13. & cons. 179. à n. 49. & consil. 381. à n. 13.* Ant. Monach. *Bononiens. decis. 40. puncto 7. n. 20.* Mar. Antoninus *variarum resolutionum lib. 1. resol. 61. num. 24.*

XXIIX.

PARIA sunt non respondere, vel obscurè respondere, *l. de ætate 11. §. nihil interest 7. ff. de interrog. act.* Decianus *consil. 32. num. 25. lib. 2.* Cardin. Tusch. *d. lit. P. concl. num. 10.* & faciunt notata per Soar. *tom. 1. commun. opinion. lib. 7. tit. 19. n. 139. pag. mihi 293.* ubi Bellacomb. *num. 285.* Anton. del Re Tiburtin. *in tract. de juramento calumniæ, cap. 14. num. 73.* Et paria sunt non confiteri, vel obscurè confiteri, Romanus *consil. 321. in fin.* Cravett. *consil. 157. Nobilis, n. 9.* Rom. *consil. 455. n. 2.* Et paria sunt causam exprimere ita obscurè, quod non intelligatur, vel omnino non exprimere, Alex. *consil. 182. Lectis & ponderatis, n. 5. vers. & paria sunt, lib. 2.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. P. concl. 85. num. 6.*

XXIX.

PARIA sunt forum sortiri, & statutis ligari, gloss. *in l. 2. ff. de eo, quod certo loco, & in cap. quod clerici 9. de foro compet.* Alexand. *consil. 157. n. 15. vol. 2.* Thesaur. *Pedem. decis. 123. num. 11.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. forum 1.* Menochius *consil. 351. num. 14.* Surdus *consil. 343. n. 33.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de exemt. Clericorum à statutis sæcul. §. 1. n. 7.* Cardinal. Tusch. *tom. 4. lit. F. concl. 444.*

XXX.

PARIA sunt nescire, & dubitare, *l. manifestissimi 22. Cod. de furtis.* Tiraquell. *in l. si unquam. in princ. n. 96. Cod. de revocand. donat.* Sarmient. *lib. 2. selectar. cap. 10. num. 5.* Menochius *de arbitrar. casu 75. num. 7.*

XXXI.

PARIA sunt tractare de damno vitando, vel de lucro quæsito perdendo, Decian. *consil. 56. num. 39. lib. 2.* quem refert Card. Tusch. *tom. 6. lit. P. concl. 84. n. 12.*

XXXII.

PARIA sunt scire, & scire debere, *l. quod te 5. in fin.* ubi gloss. *ff. si cert. pet. l. duo 78. ff. de acquir. hered. l. qui fundum 7. §. servus. 2. ff. pro emt.* Tiraquell. *de retract. lign. ad fin. tit. num. 43.* Surdus *consil. 150. num. 23.* Stephanus Gratianus *discept. forens. cap. 194. num. 1.* faciunt tradita per Josephum Ludovicum *Perus. decis. 103.* Surdus *decis. 146.* Johann. Baptista Costa *de facti scientia & ignor. insp. 65.* ubi declarat, conclusionem procedere in his, quæ juris sunt, non quæ facti, sequitur Farinac. *fragm. crim. p. 2. lit. I. n. 163.* Et scire, vel de facili scire posse, paria sunt, Rot. *decis. 93. num. 4.* apud Farinac. *p. 2. recent. l. pen. ff. ad Maced. l. bonorum 10. in fin. ff. de bonor. possess. l. duo 78. in fin.*

ff. de acquir. hæred. cap. fin. de clandest. desponſ. (l. ſi Titius 47. in princ. ff. de fidejuſſ. gloſſ. in l. qui cum alio. ff. de Reg. Jur. Weſemb. 2. *conſil. 8. n. 36.* Vult. 2. *Conſil. Marpurg. 30. n. 68.)* Honded. *conſil. 61. num. 16. lib. 1.* Viv. *opin. 835. n. 17.* Polyd. Ripa *in tract. de tempore nocturno, cap. 7.* Joh. Baptiſt. Coſta *d. inſp. 65. n. 7.* Farinac. *d. lit. I. num. 164.*

XXXIII.

PARIA ſunt ſolvere, & compenſare, *l. ſi debitor 4. ff. qui potiores in pign. habeant. l. ſi peculium 20. §. de illo 1. ff. de ſtat. liber. l. 1. de compenſat. l. ampliùs non peti 15. ff. rem ratam haberi.* Tiraquell. *de retractu lign. §. 3. gloſſ. 3. num. 6.* Covarruv. *in cap. quamvis pactum p. 1. §. 4. n. 9.* Surdus *de alimentis, tit. 6. q. 4. n. 4. & tit. 8. priv. 53. & deciſ. 117. & 191.* Parlad. *lib. 2. rerum quotid. p. 5. cap. fin. §. 11. num. 30.* Azeved. *l. 1. n. 128. tit. 21. lib. 4. novæ Recop.* Gutier. *de juram. confirm. p. 3. cap. 6. n. 1.* Caſtill. *lib. 3. quotid. cap. 23. num. 90.* Rot. *deciſ. 858. n. 4.* apud Farinac. *collect. 1. noviſſ. & deciſ. 636. n. 3. p. 1. recent.*

XXXIV.

PARIA ſunt aliquid fieri tempore prohibito, vel conferri in tempus prohibitum, *l. oratio 16. ff. de ſponſalib. l. quod ſponſa 4. C. de donat. ante nupt. l. in tempus 62. ff de hæred. inſtit. l. Stichus ſervus meus 39. ff. de manum. teſtam.* Dec. *l. eum qui. n. 4. ff. de Jurisd. omn. Jud.* Cravett. *conſil. 175. n. 8.* Tiraquell. *de jure conſtit. p. 3. limit. 2. n. 3. cum ſeqq. & de jure mariti. gloſſ. 1. & de jure primogen. q. 40. n. 178.* Maſcard. *de probat. concl. 1076. n. 1.* Conan. *commentar. Juris Civilis, lib. 8. cap. 2. n. 7.* Valaſc. *conſil. 77. n. 4.* Card. Tuſch. *d. lit. P. concl. 88. n. 3.* ubi *n. 4.* declarat procedere, quando ſubſtantia actus confertur in tempus prohibitum, ſecus ſi executio ſola. Sic è contrario paria ſunt fieri tempore habili, & fieri tempore inhabili, dummodò effectus conferatur in tempus habile, Sanchius *in præcepta Decalogi lib. 7. cap. 2. n. 54.*

CAP. VI.
De Pariete.

Axioma I.

Paries communis corrumpi non debet *l. fiſtulam 19. ff. de S. P. V.* hinc ei nihil ſupra aut infra imponi poteſt, unde deterior fiat, *L. quidam Iberus. 13. ff. eod.*

II.

Paries non idoneus à vicino demoliri poteſt. *l. 37. ff. de damn. infect.*

III.

Paries oneris ferendi ſervituti ſubjectus non debet deteriorari *l. 6. §. fin. ff. ſi ſervit. vindic.*

IV.

Paries vicini magis diſtans à vicino liberiùs & altiùs tolli poteſt *l. 1. C. de ſervit. & aq.*

CAP. VII.
Parſimonia. Frugalitas.

Axioma I.

Parſimonia quidem & frugalitas in patrefamilias valde laudatur, imò fere ut neceſſaria deſideratur *l. 79. §. 1. de leg. 3. v. infr. Paterfamilias.* nimia tamen vertitur in vitium, *l. 6. in pr. C. de advocat. diverſ. judic.* ibi: *perparca Principis ſubtilitas.* Imprimis nimia parſimonia in principe non laudanda. *Perez. C. de Caſtrenſ. omn. Palatin. n. 5.*

II.

Parſimoniâ itur ad virtutem & ad ſecuritatem iniquis temporibus, eaque imprimis filiosfamilias decet, *Perez. C. eod. n. 4.*

III.

Frugalitati imprimis milites ſtudere cibisque durioribus aſſveſcere debent, *Perez. C. de erogat. milit. annon. n. 2. ſeqq.* hinc & iis interdicta caſtra fuere, qui cibos delicatiores venales importabant, nec reverti in caſtra licebat, niſi frumenta adveherent. *Perez. C. de Excoct. & Translat. n. 1. & 3. ſeqq.*

CAP. IIX.
Pars, Partes.

Axioma I.

Pars non tenetur jus alterius partis dicere, *l. non ex omnib. 39. §. 1. ff. de arbitr.* Innocent. *in cap. ſi duobus. de appellat.*

II.

Parti majori ſtandum eſt, *cap. Ne Epiſcopi 7. extr. de temp. ordin.* & pars minor tenetur facere, quod major facit, *cap. ex parte 18. extra de Cenſib.* ſiquidem à parte majori & ſaniori quod fit, inviolabiliter obſervari debet, *cap. coram 35. extr. de Elect.* Unde etiam partis majoris electio tenet, ſit electus, ſit idoneus, *cap. quoniam 3. extr. de jure patron. §. ſed ſi ex teſtamento. l. Inſtit. de ſatisdation.* niſi enim à parte majore facta fuerit electio, non valet, *cap. Eccleſ. 48. cap. Cumana 50. extr. de Elect.* dummodo indignum non elegerit; tum enim ſi pars major indignum, & minor dignum eligat, valet minoris partis electio, *cap. congregato 53. cap. Eccleſia 57. extr. de Eccleſ.*

III.

Partium jura cùm ſunt obſcura, pro poſſeſſore judicandum eſt, *cap. inter 6. in fin. extr. de fid. inſtr.*

IV.

Partis eadem eſt ratio, quæ eſt totius, *l. qua de ſota 76. ff. de rei vindic. l. ſi unus 27. §. pen. ff.*

de pact. Gail. 2. *obs.* 60. *n.* 6. si nimirum ejusdem sit qualitatis, cujus totum, *l. Lucius* 28. *& ibi gloss. ff. de fund. instruct. l. grege* 21. *ff. de legat.* 1. *l. peculium* 65. *l. cum pater* 77. §. *mensæ* 16. *ff. de legat.* 2. partem enim contineri in suo toto dubium non est, *c. in toto* 80. *de R. J. in* 6. *l. lecta* 40. *ff. de reb. credit. l. in toto* 80. *ff. de Reg. J.* Vult. 1. *Consil. Marp.* 22. *n.* 37. cùm turpis sit pars, quæ suo non congruit toti vel universo, *cap. ult. de sponsa duor. cap. quæ contra* 2. *in princ. distinct.* 8. Bocer. *in Comment. ad Instit. tit. de vulg. substit. n.* 16. Sic qui partem debiti solvit, rem approbare dicitur, §. *Nos autem, in Auth. de hered. & Falcid. l. si filiusfam.* 7. §. *fin. ff. ad SCt. Maced.* Natt. *cons.* 573. *n.* 38. & solvens partem debiti, non potest allegare, quod cautio habeat causam. Jacob. de S. Georg. *in l. cum de indebito.* §. *sed hoc. n.* 7. *de probat.* Socin. *consil.* 80. *n.* 10. *vol.* 3. Eman. à Costa *in l. si ex cautione. fallent.* 7. *num.* 3. *C. de non n. pecun.* & quod recognitio partis inducat recognitionem totius, & possit agi ad residuum, tradit Afflict. *decis.* 13. *num.* 21. Adde & Bartholom. Bertaz. 1. *consult. decis. consil.* 47. *n.* 54. quam regulam quidem obtinere in petitione hereditatis, tradit Wesemb. *in pandit. ff. si pars hered. petatur.* secus in aliis actionibus personalibus, imprimis pœnalibus & lucrosis, *l. ult. Cod. de furt.* §. *item si fullo* 15. *vers. idem est. Inst. de obligat. quæ ex delict.* ubi Ant. Pichard. *n.* 19. vel quando eadem est totius & partis ratio, de qua Ant. Faber *in rational. decid. ad d. l.* 76. *vid. infra lib.* 18. *cap. Totum.*

Limita: (1.) decurionatus partem suscipiens sibi non præjudicat, sicut qui totum decurionatum suscipit *l.* 1. *C. de his, qui sponte.* (2.) Integer fons vel aquæductus publicus à privato præscribi nequit, aut omninò partialis usus ejusdem. *Brunnem. ad l.* 9. *C. de aquæductu.* (3.) qui non est idoneus, ut solvat integram collectam, ei tamen media vel tertia pars imponi potest. *Brunnem. ad l.* 2. *C. de Collat. fundor.*

V.

Partem vel portionem quam lex dat, hominis dispositio minuere non potest, e. gr. Legitimam, portionem uxoris statutariam. *Brunnem. ad l.* 3. *C. quando & quib. quarta.*

VI.

Parte non retinetur totum, *cap. cum olim.* 18. *extr. de præscr. c. olim* 20. *extr. de censib.* nec vitiatur totum, *cap.* 1. *extr. de consecr. Eccl.*

VII.

Partibus non definitis, quoties quid constituitur, æquales assignatæ intelliguntur, *l.* 3. *ff. si pars hered. petat. l. utrum* 7. *ff. de reb. dub.* Partis enim appellatione si non exprimatur ejus quantitas, dimidium totius, de quo profertur, significatur, Bertazol. *in tract. clausul. instrum. clausul.* 27. *gloss.* 9. *n.* 4. Alvis de Alber. *sing.* 233. Ant. Corset. *in sing. suis. verb. pars.* idem ait & Ulpianus *in l. etiam* 43. *de usufr.* Si tamen non sit (inquit) specialiter facta partis mentio, dimidia pars continetur. Adde & *l. legata* 19. §. *fin. ff. de legat.* 1. *l.* 23. §. 1. *C. de legat. l. unic.* §. *ubi autem legatarii* 11. *C. de caduc. toll.*

Amplia non solùm procedere in ultimis voluntatibus, legatis ac fideicommissis, sed & in judiciis, *l. Paulus* 43. *ff. de re judic. l.* 1. *C. si plures una sentent. condemn.* & contractibus *l. reos.* 11. §. 1. *ff. de duobus reis. l. si non fuerint* 29. *ff. pro soc. l. si creditores* 10. *ubi Dd. C. de pact.* Guilh. Forner. *ad l. nomen* 164. §. 1. *de V. S.* Idque regulare esse dicunt Barthol. Bertaz. *d. clausf.* 27. *gl.* 19. *n.* 4. Bart. *in l.* 1. *Cod. quando & quib. quart. pars. lib.* 10. Bald. *ad c. un. in fin. de contr. feud.* Panorm. *ad cap. super eo. vers. secundo nota. extr. de eo, qui cognov. consang. uxor. per cap.* 2. *de decim. in* 6. Gloss. & Dd. *in Clem.* 1. *de V. S.* Tiraq. *ad l. si unquam. verb. omnia vel partem aliquam. n.* 8. *C. de revoc. donat.*

Declara: quod obtineat in casu, ubi nec expressè, nec tacitè, nec per ullam aliam adjectionem significatum est, neque ex re subjectâ, fine vel intentione disponentium vel contrahentium, neque ex ulla alia idonea circumstantia vel more regionis elici, vel per certam conjecturam judex assequi potest, de quanta portione locuti sint vel convenerint. *arg. l. semper in stipulationibus* 34. *& ibi Dd. de Reg. Jur.* Joh. Gœdd. 3. *Consil. Marp.* 26. *n.* 116. unde cum hujus multæ exceptiones sint, prout confirmant Tiraquell. *d. loc. n.* 14. Bertazol. *in d. tr. clausf. instr. clausf.* 21. *gloss.* 21. *num.* 2. *per l. hanc legem* 22. *ff. de contr. emt. si unquam* 8. *verb. vel partem aliquam. C. de revoc. donat. l. si servum* 71. §. *ait.* 7. *ff. de acquir. hered. l. eorum* 19. §. 1. *de damn. infect. l.* 2. §. *meritò* 10. *ff. ne quid in loc. publ.* Quapropter limitant Alvis de Albert. *sing.* 233. & Hieron. Magon. *decis.* 21. *n.* 3. quod si qua particula adjecta ei fuerit, quæ quotam esse designet, hoc casu tantum absit, quin totius semissem amplius significet, sed potius ad longè minorem, imò ad minimam sæpe restringatur, vide & gloss. *in d. Clem.* 1. Felin. *in cap. significantibus. extr. de libelli oblat.* Corset. *sing.* 213. *verb. pars. n.* 1. Dec. *ad cap.* 4. *in* 4. *notab. extr. de fide instr. & ad cap. cæterum. extr. de rescript. & ad cap. quoniam. n.* 2. *extr. de testib.* Bald. *in cap.* 1. §. *cum autem. vers. quæro utrum sit differentia. & ibid.* Mart. Laudens. *si de invest. feud. contr. fuerit per l. cum filius* 76. §. *pater* 5. *ff. de legat.* 2. Idem esse, si qua alia vox distributiva, vel vim distributionis habens addita sit, addunt Bart. *in l. interdum* §. *pater. ff. de hered. inst.* Castr. *post gloss. ad l. plures* 27. *ff. de damn. infect.* Gœdd. 3. *Consil. Marp.* 26. *n.* 77.

IIX.

Pars una vel plures alteram declarant, *l. qui filiabus* 17. *in princ. ff. de legata.* Rom. *consil.* 231. *Præmissorum. n.* 2. Soc. *in l.* 1. *in princ. ff. de reb. dub.* ita unam partem orationis declarare alteram, agunt Angel. *consil.* 67. *Martin. n.* 3. Laur. Sylvan. *cons.* 104. *n.* 3. Bertaz. 1. *conf. dec. conf.* 32. *n.* 14. ita quod pars una clara & certa statuti aliam declaret dubiam, *ex l. utrum in pr.* 14. *junct. l. item veniunt* 20. §. *ait Senat.* 7. *l. si possess.* 31. *ff. de petit. hered. l. quemadmodum* 29. §. *fin. ff. ad L. Aquil.* probant Bart. & Dd. *ib.* Anchar. *cons.* 49. *Ista Domina Johanna. col.* 2. *vers. non obstat. & cons.* 422. *Viso puncto ante fin.* Corn. *consil.* 18. *col.* 3. *circa med. vol.* 2. Jas. *in l. qui filiabus. in princ.* 1. *not. n.* 2. *de leg.* 1. Soc. *cons.* 54. *n.* 8. *vol.* 4. Rom. *cons.* 122. *Circa primum. ante finem.* Bertazol. 1. *consult.*

decis. consil. 15. n. 4. etiam ex intervallo, Aretin. *in l. 3. §. filius. col. fin. n. 10. ubi etiam* Jas. *n. 3. ff. de lib. & posthum.* Soc. *in l. 1. n. 3. col. 2. ff. de reb. dub.* Imol. *in l. si quis cum aliter. ff. de V. O.* Ruin. *cons. 147. n. 8. vol. 2. & cons. 51. n. 4. vol. 4.* etiam si juris communis correctio resultaret Gozad. *in consil. 19.* Idem etiam procedere in testamentis, ut una pars declaret alteram, notant Bellon. *cons. 6. n. 8.* Jul. Clar. *recept. sent. §. testamentum. q. 76. reg. 3.* Ruin. *consil. 86. n. 17.* Bertazol. 1. *consil. 9. n. 16. & consil. 69. n. 28.*

CAP. IX.
Partus.

Axioma I.

Partus ventrem sequitur, *l. partum 7. Cod. de rei vindic.* ratio, quia modò fuit viscerum matris portio. *l. ult. C. de liberal. caus.* vid. latissimè *racemat. nostr. Crim. ad l. 60. ad verba ita partum quoque. p. 241. de furt.* Diss. quidem Hugo Grot. *lib. 2. de Jure Belli ac Pacis, cap. 8. §. 18.* negans hoc esse naturale, nisi quatenus plerumque pater ignoratur. Enimverò si probabili ratione de eo constaret, cur non partus ex parte ad eum pertineat, nihil posse afferri. Nam & patris partem esse, quod nascitur, certum esse. Plus ne verò partus de patre an de matre habeat, inter Physicos disputari.

Atqui non alia est etiam JCtorum sententia: Sic enim JCtus *in l. 24. ff. de stat. hom.* Lex naturæ (inquit) hæc est, ut quod nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequitur (additâ & aliâ limitatione) nisi Lex specialis aliud inducat. Harprecht. *ad §. qui igitur 3. Instit. de patr. potest. n. 7.* Si enim legitimæ nuptiæ demonstrentur, partus sive liberi non matrem, sed patrem, utpote principem familiæ, civili ratione ac naturali æquitate sequerentur. *l. cum legitimi 19. de stat. hom. l. 3. & seqq. de his, qui sui vel alieni juris.* Harprecht. *d. l.* Adde & Gothofr. & Dd. *ad l. 7. Cod. de rei vindic.* Limitari etiam potest regula, ut procedat in causis favorabilibus, non odiosis, *per pr. Inst. de ingen.*

II.

Per quodcunque nullum damnum imminet partui, illud licitè infertur matri: nam cessante ratione legis, favore nimirum partus, cessat quoque ipsa dispositio *l. adigere §. 2. ff. de Jure Patr.* Poterit igitur gravida ad Juramentum compelli. *Mev. P. 5. dec. 50.* poterit etiam relegari *Hahn. ad Wesemb. Tit. de statu hom. n. 3.* & statim post partum editum capitaliter puniri.

De partu monstroso *vid.* monstrum.

III.

Partûs suppositio conjecturis & præsumtionibus probatur. *Menoch. 1. præs. 58.*

IV.

Partus legitimi sunt septimestres *l. septimo mense. 12. ff. de statu hom.* octimestris. *Zach. quæst. Medico-Legal. l. 1. q. 4. n. 6. seqq.* nonimestris & decimestris *l. 29. ff. de lib. & posthum. l. f. C. eod. l. fin. ff. de fideicomm. libert. Gell. l. 3. c. 16.* undecimestris, si mulier sub initio mensis undecimi pariat. *Novell. 39. vid. Mynsi. Cent. 6. obs. 40. Speckh. l. 1. q. 77.*

CAP. X.
Parum *vid. Rubr.* Modicum.

PARUM & nihil æquiparantur, *l. quamvis 32. ff. de condit. & demonstr.* Glossa *in l. si pupillus. §. si ego. in verb. ex contrario. ff. ad Leg. Falcid. cap. coram dilecto 34. de officio deleg.* Hippol. *sing. 176.* Tiraq. *in tract. de judicio in rebus exig. vers. octavo. p. m. 53.* Seb. Neviz. *ad l. minus 32. n. 2. ff. de verbor. significat.* Mar. Ant. *var. resol. lib. 2. res. 18. n. 6.* Menoch. *consil. 96. n. 8. & consil. 184. n. 3.* Surd. *consil. 197. n. 2.* ubi *n. 21.* limitat, quando datur diversa ratio, Corn. *cons. 63. col. fin. lib. 1.* Menoch. *consil. 96. n. 7. & 8.* Octav. Glorit. *resp. 1. p. 3. n. 190.* Mar. Giurba *in consvetud. Messan. cap. 6. gloss. 10. n. 2.* Joh. Ant. Mangil. *de imput. q. 51. n. 7.* Nic. Moron. *de treuga & pace, qu. 175. per tot.* (Parum enim & nihil hac ratione non bene conveniunt, neque in una sede morantur, *l. 1. §. illud 8. C. de Latin. libert. toll.* Jac. de Bellovis. *ad Auth. de hered. & Falcid. Novell. 1. in pr.* Angel. *in sing. verb. parum.*)

CAP. XI.
De Pascuo.

Axioma I.

Nemo potest pecora pascere in agro alieno, nisi servitutem pascendi, Weidgangs-Gerechtigkeit/ex consvetudine, concessione vel præscriptione habeat. *Berlich. P. 2. conclus. 49.* præscribitur verò jus pascendi tempore immemoriali *Mynsi. Cent. 4. obs. 53.*

II.

Prædia inculta, in quibus alter jus pascendi habet, non licet mutare vel ad culturam redigere. *Schneidew. pr. Inst. de S. P. R. n. 33.*

III.

Servitute pascendi uti non decet pro majori pecudum numero, nec pro ovibus licet pascere equos, boves aut sues. *Schneid. d. l. n. 31.* aut pecora morbosa. *d. l. n. 41.*

IV.

Pascuis publicis uti quis debet moderatè absque æmulatione, nec temporibus prohibitis. *Franc. Marc. 1. decis. 223. num. 5.* eaque dominus territorii subditis adimere sibique applicare, vel vectigalibus onerare nequit. *Sesse decis. Arrag. 74. n. 22. seqq.*

V.

Dominus loci utatur pascuis & nemoribus moderato pecudum numero *G. Everh. 2. cons. 34. n. 76. seqq.*

VI.

Qui pascua veneno inficiunt, Weid-Vergifftet/ concremantur. *Berlich. P. 4. concl. 26.*

VII.

VII.

Pecora in fundis alienis pascentia includi de jure civili nequeunt *l. 39. ad L. Aquil.* sed Jure Saxonico & moribus secus. *Feltm. de includ. animal.* damnum autem datum lege aquiliâ vindicatur *l. fin. C. eod.* in fundis verò principis pascentia fisco vindicantur *l. 1. C. de fund. & saltib.*

CAP. XII.
Pater, Parentes.

Axioma I.

Patri quod fuit competens visum, alteri videri incompetens non debet, *arg. l. si furioso 16. in fin. ff. de Curat. furios.* Paul. de Castr. *consil. 275. lib. 1.* Decius *consil. 181. col. 4. in princ. secund. impress. noviss.* Cons. Arg. 1. *consil. 86. n. 77.* urget enim naturalis stimulus parentis ad cogitandum de liberis, *l. 36. §. ult. ff. de excus. tut.* ita filia patrem non potest inquietare, & dicere, se incongrue esse dotatam. Marant. *in quæst. legal. disp. 10. n. 21.* cum nemo melius consilium, quàm pater in liberis suis, capere credatur, *d. l. nec in ea 22. §. ult. ad L. Jul. de adult. l. si pater 4. C. de sponsalib.* Paris. *consil. 106. num. 47. vol. 4.* Cravett. *consil. 1. n. 2. vol. 1.* utpote cujus amor inæstimabilis, Baldus *in l. precibus col. 6. C. de impub. substit.* enixus & ardentissimus, Gloss. *in l. Paulus §. Pomponius. de legat. 3.* Cravett. *d. consil. 1. n. 2. per l. fin. C. de Curat. furios.* ut nec affectus ullus paternum amorem vincere queat, *l. fin. C. de decur. l. nec in ea 22. ff. de adulter.* quapropter ab aliquo redargui non debet. Paris. *d. consil. n. 49.* Gœdd. 1. *Consil. Marp. 27. n. 35.* quod patri visum est competens & utile pro tranquillitate & pace filiorum, Paris. *d. consil. 106. n. 48.* Paul. de Castr. *consil. 108. Super primo quæsito. dub. 7. vol. 1.* cùm pater præsumatur diligenter, & bona fide ea, quæ in commodum liberorum verguut, egisse, Bartol. *in l. 2. col. 4. n. 22. vers. item quæro. ff. de vulgar. substit.* Mascard. *de prob. concl. 1149. n. 12.* Regn. Sixt. 2. *Consil. Marpurg. 13. n. 16.* ac optimum consilium pro filio capere, cui omnia ex voto parat. *l. 220. de V. S. l. pen. ff. de bon. libert. l. 8. §. 3. quod met. caus.* Joh. Gerh. *in tract. de conjug. thes. 66. n. 4.* Aym. Gravett. *consil. 1. n. 2.*

II.

Patrem revereri oportet, & ejus jussa filius expedire necesse habet, *cap. 1. distinct. 30. arg. l. 2. ff. de justit. & jur.* ratio, quia ejus persona semper honesta & sancta videri debet, *l. 1. l. 2. l. 9. ff. de obseq. præstand.* ejusque imperio obsequi, *l. liberorum 11. §. 4. vers. excusatur. ff. de his, qui not. infam. l. liber homo 13. ff. ad L. Aquil. l. si patre 22. ff. de rit. nupt.* adeò ut filiusfamilias nec velle, nec nolle dicatur habere, *l. ejus est 3. de Reg. Jur.* cùm obsequium præstare ei teneatur, atque ita à pœna & culpa excusetur, *l. 4. ff. de Reg. Jur.* ubi Decius & Cagnol. Gœdd. 3. *Cons. Marp. 28. n. 146.* Unde etiam pater ob reverentiam paternam & ex magna confidentia, quam Lex habet de patre erga liberos, non tenetur suæ administrationis rationem reddere, *l. si quis 8. §. fin. C. de secund. nupt.* Pinell. *in l. 1. Cod. de bon. matern. p. 2. n. 20.* vide Gylmann. 4. 1. *vot. 33. num. 16.* cùm patre melior amicus inveniri non possit, *d. l. fin. in pr. C. de Curat. furios.* Gloss. *in l. quidam cum ff. de hered. instit.* Cravett. *consil. 1. n. 2.* Pacian. *cons. 114. n. 12.* ac præsumatur optimè liberis suis providere voluisse, *l. nec in ea 22. ad L. Jul. de adult. d. l. fin. in princ. C. de Curat. fur.* Wes. *in parat. de tut. n. 5.*

Limita, nisi lex ipsa licentiam det non obtemperandi, quo casu hactenus minuet potestatem patris, nec ita omni parentis præcepto parendum, Cujac. *ad l. 6. C. ad SCt. Trebell.*

III.

Pater filium non potest privare legitimâ *l. si quando 35. C. de inoffic. testam.* Neque tamen vivens eam filio dare tenetur *l. 1. §. 21. ff. de Collat.* eamque assignare potest in uno vel pluribus corporibus. *l. 36. pr. C. de inoffic. testam.*

IV.

Pater est legitimus administrator bonorum filii, in quibus habet usumfructum *l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ lib.* neque perdit usumfructum in bonis filii per mortem ejus *Dd. in l. 7. C. ad SCt. Tertyll.* Non tamen alienare potest bona filii sine decreto. *Gail. lib. 2. observ. 72. n. 14. Mynsi. cent. 6. obs. 61.* nam patria potestas ad corrumpendum atque effundendum patrimonium filiorum non est extendenda *l. fin. §. 2. C. de sent. pass.*

V.

Lis nulla potest esse inter patrem & filium, nisi de peculio castrensi vel quasi *l. lis nulla. 4. ff. de judic.* itemque de alimentis, de fideicommisso à patre dissipato, de injuriâ atroci ab eo illatâ. vid. *Socin. reg. 164.*

VI.

Pater tenetur ad onera matrimonii filiorum suorum. *Bald. in auth. ex testamento. C. de collat.*

VII.

Patri dissipanti bona sua potest interdici administratio & alimenta filio decerni. *DD. in l. cum filiofam. ff. de leg. 1.*

IIX.

Pater & filius censentur una eademque persona, *l. fin. C. de impub. subst.* Gloss. *in l. si tibi §. si partus. ff. de pact. & l. quod dicitur. ff. de V. O. l. Gajus Sejus 45. ff. solut. matrim. l. pater 7. C. de pactis convent.* Alciat. *de præsumpt. reg. 4. præs. 31.* Ancharan. *consil. 82. n. 3.* Ludov. Gomez. *ad l. sciendum. §. legari. ff. de legationib.* ratio, quia reputantur una & eadem caro, *cap. contradicimus 21. §. autoritate 35. q. 3. gloss. in cap. super eo cl. 2. de testib.* Socinus *consil. 31. incip. Prosequendo. col. 4. vers. unde quamvis pater. vol. 1.* & filius dicitur portio corporis paterni, caro patris augmentata, Chassan. *consil. 53.* substantia & arena patris, Bl. *consil. 336. lib. 3. n. 3.* Unde etiam decus vel honor filii patris, & contra esse perhibetur, *Novell. 81. cap. 1. §. generaliter 1. ibi gloss. in verb. occasionem.* Siquidem si parens non est bonus, utique melior non erit filius, cùm potentiæ animi sequantur corporis temperaturam, uti concludit Galen. *lib. de substant. virt. animal. cap. 6. add. & l. 1. §. apud Vivian. l. ob quæ vitia 4. ff. de ædilit. edict.* Quintilian. *lib. 5. Orator. Instit.* & filius præsumitur illius affectionis, cujus pater, Baldus *in l. 9. ff. de Senatorib.* & corpus filii, imò anima ipsa à patre est, Augustinus *lib. 6. Epist. 28.*

Ex bono enim bonus, ex malo malus naſcitur, Cardan. 3. *de ſapient.* & natus ex mala progenie præſe fert, quod ſit malus, *cap. ſi gens 10. diſtinct. 56.* Angel. *in l. ſi quis. D. de Conſ. in fin. & cap. venerabilem. ad fin. de Elect.* Hinc ut ſtultitia hereditarius dicitur morbus à patre, Stobæus *ſerm. 88.* ita mali animi pravus innatus eſt & hereditarius ac metuendus, cùm natura & ingenium adeò ſint affinia, ut ſæpe unum pro alio ſumatur, Connan. *lib. 2. com. cap. 1.* qua ratione etiam filius partialis contra Regem præſumitur, ſi pater ejus & contra Regem talis ſit, Nevizan. *conſil. 12. n. 47.* & filius æquè ſimilis, tam in otiis, quàm virtutibus, Rolandus à Valle *conſil. 1. n. 42. lib. 1.* quemadmodum vitis propagata eadem vitis eſt cum veteri, adeò ut licet vetus extingvatur, vitis tamen propagata habens corpus ſeparatum, dicatur pars veteris, Caſtrenſis *conſil. 164. n. 3. lib. 2. conf. tamen infr. ax. XI.*

Declara, axioma hoc procedere ſcilicet ſecundum fictionem, Abb. *in cap. conſuluit. de jure patronat. per dict. l. fin. in verb. ferè.* Verè enim duæ perſonæ ſunt, prout declarat Hyppolit. de Marſil. *in tract. de fidejuſſorib. q. 31.* quod inductum propter patriam poteſtatem tantum, qua ceſſante, ceſſare & fictionem, dixit poſt gloſſ. *in l. 2. C. qui ætate lib. 10.* vid. Jaſ. *in l. quod dicitur 12. col. n. 40. de V. O.*

Limita I. obtinere, quando pater eſt perſona privata, ſecus ſi publica. Hoc enim caſu non cenſeri eundem cum filio, tradit Barbat. *conſil. 20. incip. illud offeram. col. 7. vol. 2.*

Limita II. quoad acquiſitionem, quæ eſt de jure civili, non tamen quoad omnia, niſi quæ ſunt in jure, Mar. Socin. *in repet. cap. ad audientiam. col. 21. verſ. ſimile adduco de homicid.* vid. & Bachov. *§. pater 8. Inſtitut. de teſtam. ord. ibidemq;* Oſtermann. Item in foro conſcientiæ, ubi de veritate agitur, Barbat. *in cap. in præſentia, num. 81. de probat.* ubi ſubjicit exemplum Caroli Magni, quod etiam ponit Jaſon. *in repet. l. ſi is, qui emtore. col. 1. ff. de uſucapion.*

IX.

Pater magis per filium periclitatur, quàm filius, & magis terretur in filio, quàm in ſemetipſo, *§. fin. Inſtit. de Nox. act. l. iſti quidem 8. in fin. ff. quod met. cauſ. gloſſ. in c. pœnitentia. diſt. 3. de pœnit.* Felin. *in c. afferte. col. 1. de præſumpt.* Paulan. *1. conſil. 66. n. 29.*

X.

Pater liberis ſuis præjudicare non poteſt, *l. 114. §. Divi 14. v. quod ſi liberis.* & ibi Dd. *de legat. 1.* Bald. *in l. 1. in fin. C. per quas perſon. nob. acquir.* Etſi enim pater liberam à lege habeat adminiſtrationem, adeò ut ratione bonorum adventitiorum, etiam ſine prætoris decreto alienare, transigere & inſtar Domini omnia agere poſſit, *l. 1. C. de bon. matern. l. fin. §. ſin autem æs alienum 4. C. de bon. quæ liberis.* Jaſ. *in l. præſes 12. C. de tranſact.* Tiraquell. *ad d. l. ſi unquam. n. 28.* id tamen non abſolutè & liberè poteſt, ſed neceſſitate demum & juſta cauſa urgente. Bald. *conſ. 357. incip. Nulla mulier. col. 2. l. 1. & conſil. 215. incip. Proponitur quod inveſtituræ. col. 3. v. adverte hic. l. 2. ad l. 1. C. de bon. matern. & ad l. ſi pupillorum. §. ſi pater. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* Franc. Aretin. *ad l. ult. §. pupill. ff. de V. O.* Arius Pinell. *ad d. l. 1. p. 3. n. 21. C. de bon. matern.* Jaſ. *ad l. ſingularia. n. 19. ff. de reb. credit. & in l. filiusfam. 14. n. 9. ff. qui ſatisdare cog.* hoc eſt, æs alienum alienationem efflagitet, *d. l. fin. §. ſin autem æs. C. de bon. quæ liber.* idem etiam obtinere in feudis, ubi jure hereditario non ſucceditur, ſed ſui, non patris jure liberi veniunt. *ex cap. unic. §. ſi Capitanei. de feud. March. 1. feud. 14.* deducunt Soc. *conſ. 73. n. 1.* Molin. *in tract. de jure Princ. 9. 40. n. 113.* Phil. Matth. *2. Conſ. Marp. 26. n. 55.* Vult. 2. *eod. vol. conſ. 25. n. 71.* ubi ait, quod pater per novas conventiones aut diſpoſitiones filiabus ſuis in jure jam ipſis quæſito præjudicare non poſſit, etſi Princeps ſit. *per l. quodcunq; 45. §. ſi quis 2. ff. de Verb. Obl. l. ſi unus 27. §. 4. verſ. ante omnia. & in l. fin. ff. de pactis. l. cum maritus 29. §. fin. ff. de pactis dotalibus.*

XI.

Pater magis poteſt honorare unum filium gratum, quàm minus gratum, *§. pen. in Auth. de Nupt. l. parentib. 8. C. de inoffic. teſtam. l. hac edictali 6. §. 1. C. de ſecund. nupt.* Paul. de Caſtr. Riminald. Corn. *in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecta. C. de teſtam.* & ibi Natta *in repet. q. 11. n. 63.* Alex. *conſil. 146. Viſo themate. col. fin. lib. 2. n. 13.* Schurff. *conſ. 71. Caſus ſuper quo. n. 4. centur. 1.* Conſil. Argent. *1. conſil. 86. n. 40.*

XII.

Pari affectu ſunt diligendi & defendendi parentes & patria, *l. 2. ff. de juſtit. & jur. l. poſtliminium 19. §. ſi filius 7. ff. de captiv. & poſtlimin. l. honor 14. §. plebej. 4. ff. de muner.* Bartol. Brixienſ. *in quæſt. juridic. 1. n. 17.* Imò pro patre patriam præferendam pugnat Lælius Mancin. *lib. 1. collect. c. 80. n. 3.*

XIII.

Parentes ſemper optimum de liberis conſilium capere, *l. nec quicquam. ad L. Jul. de adulter.* & ſeminis ſui majorem rationem, quàm extraneorum habere velle creduntur, *cap. eſt probanda 16. diſtinct. 86.* quia amoris qualitas, quæ naturaliter ineſt, ſemper ineſſe præſumitur. Unde etiam teſtator tantò majori providentia proſpexiſſe præſumitur, quantò magis & ardentius ob cauſæ propinquæ influxum, & amoris neceſſitudinisque vinculum iſtos dilexit. Didac. Roderic. Alvarad. *de conject. ment. def. l. 3. c. 1. n. 1. & 28.* & contra matris prohibitionem tutor dari non debet. *l. un. C. ſi contr. matr. vol. tut. dat.* ergo voluntas patris in diviſionibus bonorum inter liberos ſervanda eſt, *l. ſi cogitatione 21. l. filii patris 16. C. fam. hercif.* Tiber. Decian. *vol. 1. reſp. 15. n. 12.* Sola tamen paternæ affectionis ratio tacitum fideicommiſſum non inducit, *l. ult. ubi gloſſ. &* Cujac. *in Papin. de his, quæ ut indign.*

XIV.

Patris ac matris licet non ſit par poteſtas, *§. 1. Inſtit. de patr. poteſt. §. fœmina 16. Inſt. de adopt.* par tamen utrique debetur reverentia & pietas, *l. furioſa 4. ff. de Curat. furioſ. l. veluti. 2. ibidemq; Dd. ff. de juſtit. & Jur. l. quicq; litiganti 4. §. fin. l. parentes 6. ff. de in jus vocand.* Roland. à Valle *conſil. 37. n. 13. 14. 15. vol. 3.* Dec. *in l. 3. C. de in jus vocand. notab. 3.* Gœdd. *3. Conſ. Marp. 28. num. 131.*

XV.

XV.

Pater dicitur DEUS, creatione, *c. abstulerit 6. 12. q. 2. cap. omnibus 20. 24. q. 1.* Episcopi & Prælati, autoritate, *cap. Canonica 6. 3. q. 5. cap. in scripturis 8. distinct. 96.* Patriarchæ, antiquitate. *cap. cum in lege 16. 23. q. 4.* Pater spiritualis, sacramenti collatione, *cap. de his 6. cap. omnes. 8. 30. q. 1.* Pater carnalis, propagatione generis, *cap. sicut ii 8. §. necesse 8. distinct. 47.*

XVI.

Patris nota filium maculare non debet, *l. 2. §. 2. vers. in avo. de decur. cap. nullius crimen. 1. 1. q. 4.* ne patris delictum innocenti filio sit pœna, *d. l. 2. §. si ad tempus 5. vers. nullum. ff. eod.* ratio, quia patris iniquitatem filii non portant, *cap. Judæi 7. 1. q. 4. cap. convenientibus. 4 1. q. 4.* etiam post nativitatem commissam, *cap. non 10. 1. q. 4.* nec parentum vitia filiis imputantur, *cap. undecunq; 33. dist. 56.* nec nocens eis, *cap. sponsus 6. dist. 56. Dec. consil. 252. n. 6. vers. præterea dato.* & parentum culpa neminem damnat, sed propria, *cap. nascei 5. cap. satis 7. cap. Ismaël 9. d. dist.* nec odio patris prægravari debent, *l. si quis 33. §. Legis 1. C. de inoffic. test.* latè Palæott. *in tr. de noth. & spur. cap. 55.* Hartm. Pistor. *1. q. 30. n. 31.* Grammatic. *decis. 6. col. 6. n. 14.* Pac. *1. consil. 37. n. 60.*

Limita in crimine læsæ Majestatis, de quo Treutl. *vol. 2. disp. 32. thes. 1. lit. k.* in causa hæreseos, de qua *cap. statutum. 15. in princ. de hæret. in 6.* & aliis in criminibus, de quibus supra *lib. 11. cap. Mors ax. antepen. vers. delicta.*

XVII.

Parentibus non debent thesaurizare filii, sed contra, *c. cum Apostolus 6. extr. de Censib.* stultus tamen pater est, qui in vita sua bona liberis dividit. Hotom. *2. feud. 14.*

XIIX.

Patris familiam sequitur filius, non matris, *cap. ult. extr. de convers. infidel.*

XIX.

Pater non tenetur pro filio. *t. t. C. ne filius pro patre.*

Limita: (1.) si pater consenserit, ut filius in potestate constitutus decurio fiat, pro eo in subsidium tanquam fidejussor tenetur. *l. 1. 5. C. de Decur.* ut & si consultò filium emancipaverit, ne pro ejus magistratu teneretur. *l. fin. §. 4. ad municip.* aliàs si filius emancipatus Decurio fiat & pater non expressè consentiat, tacendo non obligatur. *l. 1. C. de filiisfamil.* Pro filiofamilias autem pater quoad damna Reipublicæ administrando data in solidum, *l. 1. C. quod cum eo, qui in alien. potest.* privatis autem, qui ex filii administratione læsi sunt, saltem peculiotenus tenetur *l. 3. §. 13. de pecul.* Nisi pater & ad actus illos, qui privatos concernunt, consenserit *d. l. 1. C. & l. 7. ff. de tutel.* (2.) si filiusfamilias patre consentiente eques fiat, tenetur hic pro illo impedito militem agere, ad præstanda belli servitia *l. 17. §. 1. de muner.* si autem pater primæ officii publici susceptioni contradicat, tenetur saltem peculiotenus *l. 6. §. 4. de Decur.* (3.) si pater filio quamcunque dignitatem procuraverit, onera dignitatis filius non solum, sed & pater, eoque mortuo omnes ejus heredes ferre tenentur, nec filius id, quod pater pro eo erogavit, conferat *l. 1. §. 16. de collat.* Limita 1. si filius post mortem patris dignitatem acquisivit *l. 20. §. 6. famil. erciscund.* 2. si filius vivo & consentiente patre dignitatem & militiam, ex quâ ipse & ejus hæres lucrum capere possunt vel etiam alii vendere, acquisiverit; tunc enim solus filius sumtus fert & factos conferre debet.

CAP. XIII.

Patientia. Pati.

Axioma 1.

Patientia laudabilior est, quàm vindicta, *cap. 1. in med. & cap. seq. 23. 1.* & quidem patientia in adversitate in secreto servanda est animo, in manifesto exhibenda sunt persecutorum saluti expedientia, *d. cap. 1. 23. q. 1.* Unde cum patientia multa tolerentur, quia non denunciantur vel accusantur: quæ si in judicium deducerentur, secundum justitiam punirentur *cap. cum jam dudum 18. extr. de præbend. & dignit.* & patientiæ præcepta non tam in ostentatione corporis, quam præparatione cordis sint servanda, *cap. 1. §. his ita 23. q. 1.* patientiæ autem perfectæ signa sint, bona reddere pro malis, non reddere mala pro bonis, *cap. sex differentiæ 1. 23. q. 3.* non immeritò itaque suas & suorum injurias æquanimiter tolerare patientia dici consuevit, *c. 1. in med. 23. q. 1.* cum injuria propriæ personæ patienter & cum gaudio sustinenda, sed injuria DEI ulciscenda, *cap. quod Christus 26. §. potest 23. q. 4.*

II.

Patienti, scienti & volenti fit injuria, si in eo jus alterius lædatur, *c. contingit 36. extr. de sent. excom. vid. supr. lib. 9. c. Injuria.*

III.

Patientia idem operatur in incorporalibus, quod traditio in corporalibus, *l. 1. §. fin. ff. de aq. pluv. arcend. ibiq; gl. & in l. si ego 11. §. de usufr. 1. de public.* Salicet. *in l. cum de in rem verso. ff. de usur. n. 7.* Pantschm. *1. q. 22. n. 38.*

IV.

Patientia inducit non solum præsumptionem consensus, sed & præsumptionem veritatis & solennitatis, *l. si filius 4. C. de patr. potest.* siquidem in his, quæ juris sunt, consensum & traditionem operatur, *l. quemadmodum 46. §. 1. ff. de jur. dot. l. pen. ff. de servit. l. servitutes 20. pr. ff. de servit. urb. præd.* Concennat. *q. 5. lib. 2. n. 7.* Quod intellige tum demum, si cum illa sit conjuncta scientia, *l. 2. C. de acquir. poss. ff. l. item quæritur 13. §. fin. ff. locat.* Gloss. *in l. Mæniana. C. de ædific. priv.* Jas. *in l. si procurator. col. pen. circ. med. ff. de condict. indeb.* Bart. *in l. 1. C. de relat. n. 1.* Angel. *in l. si filius. C. de petit. hered.* Sapia *in l. qui se patris. n. 24. C. unde liber.* Felin. *in cap. paternitatis. col. 4. de test.* Imol. *in cap. cum Ecclesia Sutrina. n. 25. de causa poss. & propriet.* Dec. *cons. 409. n. 6. vol. 2.* Cephal. *cons. 272. n. 3. l. 3. per l. quam Tuberonis 7. §. 2. ff. de pecul. c. 2. de accus. in 6. gl. in clem. sæpe §. quæ omnia. verb. non contradicentibus. de V. S.* Quotiescunque enim præsens & ta-

cens patitur fieri aliquid, quod impedire potest contradicendo, consentire videtur, nec refert an commodum vel incommodum ejus negotium respiciat. *l. 2. ff. ad municip. l. honores 7. §. ult. ff. de decur. l. item quæritur 13. §. ult. ff. locat. l. si remunerandi 6. §. si passus 2. & l. qui patitur 18. ff. mandat. l. si fidejussor 6. C. eod. l. cum ostendimus 4. §. ult. ff. de fidejuss. tut. l. qui ad certum 14. ff. locat. l. 1. §. Magistratum autem 5. ff. de exerc. act. l. sæpe 63. ff. de re jud. l. in adopt. 5. ff. de adopt. l. cum tamen ff. ad SCt. Maced. l. quidam 12. de Evict. l. 2. §. voluntatem 2. ff. solut. matrim. l. ult. ff. quand. appell. Auth. si servus. C. de Episc. & Cl. l. si ut proponis. C. de nupt. l. ab eo 3. C. quom. & quand. judex.* Fach. 13. *contr. 50.* siquidem patientia quoddam est mandatum, ut scribit Innoc. *in cap. ex parte Decani 33. de rescript.* & ratificationi æquiparatur. gl. *in l. quo enim ff. rem rat. haber.* & difficile est credere, cum cujus res agitur, si consentire noluisset, pati potuisse, ut tacendo in suum præjudicium aliquid fieret. *arg. l. si hypothecas 8. C. de remiss. pign. gl. in d. l. sæpè. ff. de re jud.* Quod verum esse in his scil. quæ non sunt admodum præjudicii magni, notant Bart. *in l. quæ dotis. n. 20. ff. solut. matrim.* & Alex. *cons. 113. n. 9. vol. 4. per l. pen. C. de comm. div.* secus in illis, quæ magni præjudicii esse videntur. Crot. *in repet. l. non solum. §. morte n. 93. ff. de oper. nov. nunc.* Socin. sen. *cons. 61. n. 6. vers. sed in his. vol. 3. & post eum* Ceph. *consil. 133. n. 126. lib. 1.* hinc si actus partim onerosus, partim utilis sit, scientiam & patientiam non inducere consensum, respondit Alex. *consil. 152. num. 9. vol. 7.* quemadmodum nec illa potest, quando quis patitur ab eo, quem observat ac reveretur. *l. 1. in fin. C. de bon. matern.* imò nec unicam patientiam præjudicare, autor est Bald. *in c. cum accessissent. n. 55. vers. 2. extr. de constit. & post eum* Farin. 1. *consil. 95. n. 22.*

V.

Patientia pro traditione est. *l. 3. in princ. vers. dare. ff. de usufr. l. 1. de serv. rust. prad. l. quoties 20. ff. de serv. l. 2.* ubi Bald. *C. si quis alteri vel sibi.* maximè antecedente titulo legati. Cuman. *cons. 162. col. 2. circ. med.* sed & tradita hoc ipso res creditur, inquit Cravett. *consil. 741. num. 14.* quod in possessione ejus quis invenitur, titulo præeunte, allegans ad hoc *l. si autem 10. ff. de publican.* Bart. *in l. Celsus. n. 16. ff. de usucap.* Calcan. *consil. 76. col. 6. circ. princ.* & Socin. *consil. 15. n. 7. vol. 4.* nec speciali aliqua traditione opus est, cum legatarius ante conditum testamentum voluntate testatoris rem ei postea legatam detinuit *per text. in l. si ego 93. vers. sed quia 55. non puto. ff. de jure dot. l. & non tantum 19. §. serv. 3. ff. de petit. hered.* sed nuda voluntas & patientia sufficit. *§. interdum 44. Inst. de rerum divis. l. qua ratione 9. §. hæ quoq; res 3. ff. de acquir. dom.*

VI.

Patientia sufficit ad inducendam communionis divisionem. *l. itaq; 64. ff. pro soc.* Bald. Angel. *in l. qui in aliena. vers. sed si non adierit. ff. de acquir. hered.* Licet enim ex sola patientia non præsumatur titulus, *l. nullo 24. C. de rei vind. l. diutina 4. C. de præscript. long. tempor.* hoc tamen non procedit, ubi patientia est reciproca, siquidem facta relatione de patientia ad patientiam resultat quædam permutatio, cui inest divisio. *l. cum pater 77. §. her. 4. ff. de legat. 2. l. 1. C. comm. utriusq; judic.* Natt. *consil. 506. n. 18. vol. 1.* Burlat. *consil. 925. n. 18. lib. 3.* Octav. Simoncell. *in tract. de decret. lib. 2. tit. 4. cas. 3. n. 17.* qua mutua patientia interveniente in rebus hinc inde possessis non procedit dispositio, prout specificè declarat Alex. *consil. 92. col. 1. vers. dicit Bald.*

VII.

Per patientiam multa tolerantur, quæ si in judicium deducta forent, non tolerarentur. *vid. inf. lib. 18. c. Tolerantia.*

IIX.

Quicunque patitur patrari delictum, quod poterat & debebat prohibere, ille tenetur, per *l. 60. ff. de R. I.* quia patientia habetur pro consensu, vi cujus ipse delictum patrasse videor. *Mev. P. 2. dec. 228. n. 2.*

Limita: ut procedat, si quis possit & debeat prohibere; hæc duo enim conjunctim requiruntur.

CAP. XIV.

Patria, Patria Potestas

vid. supra Pater.

Axioma I.

Patria in qualibet materia censetur excepta, Andr. Sicul. *in repet. l. cum acutissimi in 92. col. C. de fideicom.* Jas. *in l. militem. in fin. C. de procur.* Lud. Gomez *ad §. rursus. Inst. de act. n. 22.* In id enim geniti sumus, ut primum DEO, deinde patriæ serviamus. *l. veluti 2. ff. de justit. & jur. l. 1. §. & generaliter 15. ff. de ventr. in possess. l. 3. §. 5. ff. de muner. & honor.* quia patriæ sanctissimum nomen, cui omnes nascimur. Bald. *in Auth. sed omnino. C. ne uxor pro marito.* & in hostium numero habendus, qui illam derelinquit. *l. postlim. 19. §. transfuga 4. ff. de captiv. & postlim.*

II.

Patriæ salus in omnibus actionibus & negotiis nostris cuilibet utilitati privatæ anteponenda. *l. 3. C. de primipilo. l. fin. §. fin. C. de caduc. toll. l. 14. C. de oper. publ.* Gail. 2. *observ. 56. n. 3.* Rauchb. *q. 27. n. 46.* Salus enim populi (juxta aureum illud Platonis effatum) suprema lex esto, quod refert etiam Cicero *lib. 1. de offic. allegatus* à Frider. Pruckmann. *de soluta Princip. potest. cap. 3. n. 53.* qua de causa & in necessitatibus eam parentibus præferendam esse, textus est *in l. 19. §. fin. ff. de captiv. & postlim. reverf.* ac pro ea pugnandum not. Accurs. *ad l. 3. ff. de just. & jur. per l. fallaciter 3. C. de abolit. l. penult. ff. ad L. Jul. Majest.* Siquidem patria cuique dulcissima esse debet. *arg. l. qui habebat 29. ff. de legat. 3.* Joh. Andr. *in cap. quoad alicui. col. 1. de R. I. in Mercurial.* & prosequuntur latè Barbat. *in repet. l. cum acutissimi. col. 29. C. de fideicomm.* Bart. Bologn. *et. in repet. Auth. habita. colum. 1. Cod. ne filius pro patr.* & patriæ amor ratione valentior omni. Vasquez. 1. *de succeff. 1. l. 2.* ac naturaliter unusquisque ad tuendos mores patriæ moveri. Ludovic. Gomez *ad §. item Serviana. Inst. de act.*

act. n. 28. cum patriæ major, quam patri debeatur obedientia. *d. l. 3. de justit. & jur.* in patria enim vita datur, pro patria illam fundere iterum requiritur, in cujus salutem mori non solum dulce, sed & gloriosum est: unde patria hominem genuisse dicitur. Petr. Ancharan. *consil. 75. n. 4.* Tusc. *concl. 133.* Blarer. *consil. 243. n. 6. lib. 4.* & patriam hominem ad defensionem etiam aluisse traditur, adeò ut sicut amor amorem superat, ita amor patriæ parentis amorem præcedere convenit. Bœckel. *de publ. jud. disqu. 7. n. 3.* quare jubente unum patria, alterum patre, patriæ magis quam patri obediendum erit. Anchar. *consil. 75.* Dec. *resp. 82. n. 18. vol. 5.* Jas. *in l. 1. §. hujus. n. 13. ff. de just. & jur.* ubi *n. 15.* addit, quod patriam deserens civitate non modo, sed etiam omnibus patriæ commodis privari debeat. vid. Cœpoll. *consil. 58. num. 9. vol. 1.* Cravett. *consil. 132. n. 24. vol. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 8. præsumpt. 12.* Treutl. *conf. 110. n. 84.* & quod parentem venientem contra patriam occidere liceat, *ex l. minimè 35. ff. de religios.* notant Anchar. *consil. 75. n. 2.* Speckhan. *q. 53. n. 6. cent. 1.*

III.

Patria non remittit, si necessitas non exigit. *vid. sup. lib. 13. c. Necessitas.*

IV.

Patriam vitare & sine causa relinquere impium est. *l. unic. C. si curialis relicta civitate lib. 10. l. penult. C. de rescind. vendit.* Arnis. *lib. 1. polit. c. 5. sect. 8.*

V.

Qui in vico ortus est, patriam videtur habere & ortus esse ex eâ civitate, cui vicus ille respondet. *l. 30. ff. ad municip.* adeò ut iste vicanus pascuis civitatis uti possit; nam æque incola censetur, qui in civitatis finibus & suburbanis habitat *l. 239. §. 2. de V. S.*

VI.

Talis quis præsumitur, qualis est ejus patria. Bart. *in tract. de Guelph. & Gibellin.* quem refert & sequitur Andr. Siculus *in repet. cap. Raynaldus. col. 4. de test.* Exemplum vid. *in l. quod si nolit. 31. §. qui mancipia 21. ff. de ædil. edict.* ubi sola patria servi veniti gignit redhibitoriam. Unde & Odofred. *in l. Julianus ff. de action. emt.* subsumit, quod si venderem tibi servum, & ignorarem esse Sclavonum, possum redhibere propter nationem, addita ratione, quia sit deterior gens, quam sit in mundo. Hinc est, quod qui natus est ex partialibus, præsumatur & partialis, ut ait Angel. *in l. si fugitiv. 1. Cod. de serv. fugitiv.* quem sequitur Andr. Sicul. *in cap. in præsentia. num. 30. de probat. & in cap. 2. n. 47. de constit.* & Ludov. Gomez. *ad §. item Serviana. n. 28. Institut. de action.*

VII.

Patria potestas in pietate, non in atrocitate, consistere debet. *l. Divus 5. ff. ad Legem Pompej. de parricid.* Harprecht. *ad §. 2. Instit. de PP. n. 8.* Unde etiam pietas paterni nominis consilium pro liberis capere perhibetur. *l. 21. §. ult. ff. de adult.* Carpzov. *P. 1. quæst. crimin. 9. n. 2.* Licet tamen patri impune convitium facere filio. *arg. l. turpia. 54. de leg. 1. ubi Cujac.* & exheredare filium etiam turpissima causa & probroso elogio. *l. 3. pr. de lib. & posth.* Cujac. *d. loco.*

IIX.

Jus patriæ potestatis semel extinctum revivi scere non potest. *arg. l. 66. §. duorum 1. ff. de legat. 2. l. qui res 98. §. aream 8. ff. de solut.* Carpz. *P. 2. Constit. 10. Definit. 2. n. 7.* Exemplum est in filia, quam per matrimonium à nexibus patriæ potestatis liberari, tradit Matth. Col. *p. 2. decis. 222.* ubi Frid. Pensold. *in addit. num. 12.* Andr. Rauchbar. *p. 2. q. 18. n. 24.* Jac. Schultz *in addit. ad Modestin. Pistor. p. 4. q. 131. n. 89.* Berlich. *p. 2. conclus. 11. n. 43.* usque adeo, ut nec matrimonio per mortem dissoluto filia in patriam potestatem recidat, sed sui juris remaneat. Pensold. *d. loc. num. 19.* Daniel. Moller. *ad Constitut. Saxon. 10. num. 7.*

IX.

Patria potestas facit silere juramentum. *vid. sup. lib. IX. c. juramentum.*

X.

Quæcunque in patriâ potestate civilia sunt, illa per deportationem tolluntur, non quæ naturalia, quia naturalia Jura non mutantur, sed civilia. hinc igitur pater filium deportatum alere debet & contrà.

XI.

Quæcunque dignitas hodiè conjunctam habet separatam œconomiam, illa liberat à patriâ potestate, quia hodiè quælibet separata œconomia, quæ permittente patre fit, patriam potestatem dissolvit.

XII.

Patriæ potestatis & emancipationis differentia hodiè sublata est quoad successionem ab intestato, non verò quoad reliquos ejus effectûs, potissimùm successionem ex testamento. *Carpzov. Lib. 6. Respons. 29. n. 19.*

XIII.

Patria potestas per matrimonium filiæ solvitur, licet ea ædibus mensaque patris adhuc fruatur, secus in filio. *Carpzov. P. 2. Constit. 10. Definit. 2. & 3.*

CAP. XV.

Patrimonium.

Patrimonium industria, laboribus & multis casibus quæritur. *l. 10. Cod. de arbitrio tutel. conf. inf. cap. de Peculio & Pecunia.*

CAP. XVI.

Patrocinium.

Axioma I.

Patrocinium in malo dans malis, socius est criminis. *cap. noverit 49. extr. de sentent. excomm.* Unde etiam impetrans patrocinium potentioris ratione officii, causam non solum amittit, sed & potentior punitur arbitrio judicis. Bald. *in l. 1. C. ne lic. potent. ibidemque* Jason. *vers. limita istam legem, col. 1.* Pacian. 1. *consil. 2. n. 72.*

CAP.

CAP. XVII.

Patronus, Patronatus Jus.

Axioma I.

Patronus honorandus est & ab Ecclesia fundata sustentandus, si egeat. *c. nobis 25. extr. de Jure Patron.*

II.

Patroni est præsentatio, non concessio Ecclesiæ: quia hæc pertinet ad illum, qui ordinat. *c. ult. extr. de jur. patr.* nec patrono in præsentatione præjudicat factum Prælati, nisi Patronus facto consentiat. *c. pen. extr. d. tit.*

III.

Patronatus jus transit cum obligatione fundi, nisi specialiter excipiatur. *cap. cum Berchtold. 18. extr. de sentent. & re judic.*

IV.

Patronatus jus est servitus quædam Ecclesiæ. Panorm. *in cap. 2. n. 9. de jure patr.* servitutibus enim comparatur, & ex earum rerum jure æstimatur. Hostiens. *eod. tit. n. 5.* Panorm. *post. gloss. in c. 1. n. 7. c. 2. n. 9. eod.* Bald. *in l. 2. n. 8. cum seq. C. de servit. & aq.* ideo jure patronatus (veluti quod odiosum Ecclesiæ) non præsumitur, nisi probetur. *arg. l. altius 8. C. de servit.* Jas. *in l. si prius 40. de oper. nov. nunc.* Quare si patronus jus patronatus jure hereditario ad se pertinere contendat, probare non sufficit dotationem, fundationem & constructionem esse probatam, sed etiam habebit probare, se per mediatas personas à primo patrono usque ad eum per hereditatem, sive ex testamento, sive ab intestato legitimè pervenisse, seque illius universalem heredem esse, nisi fundator aliter disposuisset, ut hujusmodi scil. jus patronatus tantum ad heredes sangvinis, & illos de parentela transiret. Mascard. *per jura ibid. allegata. concl. 948. n. 37.* indeque in dubio nec pro eo, sed potius contra illud judicandum esse docent Rol. à Valle *consil. 47. n. 11. vol. 1.* Menoch. *consil. 90. n. 1.* Decian. *consil. 87. n. 16. vol. 5.* Wesemb. *consil. 4. n. 2. & consil. 48. num. 4.*

V.

Patronus neutiquam Ecclesiæ patronatæ dominium consequitur, sed tantum patronatum. Lambert. *de jur. patron. lib. 1. p. 1. art. 4. n. 23.* vel jus præsentandi merum. Panorm. *in c. illud prætereundum. num. 1. de jure patronat.* Nullum enim jus proprietatis in Ecclesia jus patronatus patriæ tribuit vel aufert. Paul. de Citadin. *in tract. de jur. patron. p. 6. art. 4. n. 23.* Unde etiam ille, qui petit jus patronatus, non potest petere per in rem actionem, quia in eum non cadit dominium. §. *nullius 7. Instit. de rer. divis.* sed peti debet condictione Juris Canonici, cum sit res sacra, & sic in nullius bonis, nec ulla obligatione effici potest, ut alicujus fieret. *l. 182. de R. I.* Consil. Argent. 1. *consil. 78. n. 9.*

VI.

Jus patronatus non est merè spirituale, sed jus annexum spiritualitati. text. *in c. ex literis 7. de jure patron.* Panorm. *in c. quanto de judic.* ideoque per Laicum & possideri & præscribi potest. *c. querelam 24. de Elect. & c. consultationibus 19. de jure patron.* Felin. *in c. nostra. n. 39. de rescript.* Cæs. Lambert. *de jure patron. lib. 1. p. 2. quæst. 11. art. 1.* Paris. *consil. 47. n. 32.* Heisterm. 1. *Consil. Marpurg. 7. n. 27.* atque ita coram judice Ecclesiastico tractandam esse *ex c. 2. & c. quanto 3. de judic. c. præterea 9. de transact.* deducunt Socin. *in c. licet. n. 5. vers. decimus quintus. de for. compet.* Ant. de Butrio *in d. c. quanto.* mixtum enim sequitur naturam simplicis dignioris, & connexa judicantur, sicut ea quibus connectuntur, & assumunt eandem naturam ex connexione. *l. qua religiosis 34. ff. de rei vindic. l. arbor. 19. ff. commun. divid.* Panorm. *in dict. cap. quanto. num. 2.* Excipe, nisi quæstio patronatus consisteret in facto, quo casu etiam Laicum competentem esse judicem, concludit Anton. de Butrio *in d. cap. quanto. n. 6.* quem sequitur Felin. *ibid. n. 5.* Socin. *in tract. fall. reg. 217. incip. Jus patronatus. fall. 2.* add. & Gail. *lib. 1. observ. 38. n. 8. &* Covarruv. *pract. quæst.* ubi tractat de discrimine juris patronatus Ecclesiastici & juris patronatus Laici, *cap. 36.*

VII.

Jus patronatus est merè hereditarium *c. 1. 2. 3. extr. de jurisdict.* & ad quosvis heredes etiam extraneos transit. *gloss. in clem. plures. verb. heredes de jure patronat.* Roch. de Curt. *de jure patron. verb. competens. n. 1.* Paris. *consil. 48. n. 5. vol. 4.* Roland. à Valle *cons. 47. n. 7. vol. 1.* usque adeò ut ad illud admittatur nemo, qui ab hereditate vel successione hereditaria removetur. Panorm. *in c. cum seculum de jure patron.* Roch. de Curt. *d. tr. q. 6. n. 15.*

CAP. XIIX.

Pauca *conf. Rubr.* Modicum.

Axioma I.

Ad pauca respicientes in errorem juris & facti facile prolabuntur. Mantic. *lib. 7. de conject. ult. volunt. tit. 5. n. ult. in fin.* qui enim ad pauca respiciunt, facile decipiuntur, inquit Aristot. *lib. 1. de generat. cap. 2. text. 7.* οἱ ἐκ τῶν πολλῶν λόγων ἀθεώρητοι τῶν ὑπερχόντων ὄντες πρὸς ὀλίγα ἐπιβλέποντες ἐπιφαίνονται ῥᾴον. & probat etiam JCtus *in l. 31. §. 1. vers. si totius rei æquitatem. ff. deposit.* vid. Wesemb. *in panat. ibid. n. 7. c. causam 14. extr. de sent. & re judic.*

II.

Melius est pauca agere cautè, quam multis interesse periculosè, *Nov. 44. cap. 1. §. 3.*

CAP. XIX.

Pauper, Paupertas.

Axioma I.

Pauper is dici solet, qui bona propria mobilia vel immobilia non possidet, sed operis manualibus se sustentare necesse habet. Cravett. *cons. 199. num. 8.* Jas. *in l. si constante 47. ff. solut. matrim.* Carpz. *P. 3. Constit. 13. Defin. 21. n. 6.* vel qui minus quam 50. florenos in bonis habet, *l. 10. ff. de accusat.*

II.

II.

Pauper hodie præsumitur retro pauper fuisse. *gloss. in l. 1. §. 1. ff. de magistrat. conven. l. non est necesse 11. ff. de probat.*

III.

Pauperibus præcipuè subveniendum est, qui laborare non possunt. *c. 1. distinct. 82.* maximè verò nobilibus & divitibus casu ad inopiam redactis, qui mendicare erubescunt. *cap. non satis 14. cap. considerandæ 17. distinct. 86.* Horum enim causa habetur pro pia. Tiraqu. *in tract. piæ causæ, in princ. p. 3. vers. item relicta pauperibus.* Bald. *in Authent. similiter. ibidemque* Roman. *C. ad L. Falcid.* & bona pauperum æquiparantur bonis Ecclesiarum, latè Panorm. *in cap. nihil.* & Felin. *in c. de quarta de præscript.* quia bona Ecclesiarum sunt pauperum. *cap. fin. 16. q. 1. c. aurum 70. & c. indignè 21. 12. q. 2. c. ult. in princ. ubi gloss. 16. q. 8.* ac pauperes ipsi dicuntur thesaurus Christi, Tiraqu. *d. loc.* Quæ ergò supersunt necessitatibus Ecclesiæ, (quæ nunquam moritur, Schurff. *consil. 90. n. 8. centur. 1.*) erogari non modo possunt, sed etiam debent in necessitates pauperum, ne egeant & fame contabescant. *l. sancimus 17. ubi DD. C. de S. Eccl. cap. videntes 16. 12. q. 1.* pulchrè Schurff. *consil. 48. n. 7. 8. 9. 10. cent. 1.* ubi detestatur & devovet tanquam sacrilegos bonorum Ecclesiasticorum devoratores, qui pauperum indigentium substantiam in suum luxum, & cupiditates consumunt. vid. & Wesemb. 2. *consil. 59. num. 9.*

IV.

Paupertas non est de genere malorum, nec facit quem abjectum. *c. illa 6. 15. q. 1. c. legimus 24. §. potentia. distinct. 93. gloss in cap. si quis extr. de test.* Pacian. 1. *cons. 45. n. 21.* Gail. 2. *obs. 95. n. 21.* Bertazol. *cons. 89. n. 8. lib. 1.* Wes. 1. *cons. 18. n. 27.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 17. n. 182.* Est enim bonæ mentis soror. Hering. *de fide jussi. c. 8. n. 84.* ac maxima pietas est, quæ pro paupertate facit. *l. 74. §. 1. ibi egestatem eis. ff. ad SCt. Trebell.* Coler. *de process. executiv. part. 3. c. 11. n. 96.* qua ratione licet sæpè

Magnum pauperies opprobrium mandet
Quidvis & facere & pati,
Virtutisq; viam deserat ar duæ.

Horat. *lib. 3. Carm. od. 24.* quem laudat Gail. 2. *de P. P. c. 2. num. 2.* latè Tiraqu. *in tract. de pœn. caus. 33. per totam.* ubi multa de necessitate & paupertate congessit: ac egens lueri causa facile aliquid admittere videatur. text. *in l. 3. de testib.* Interim tamen pauper vilis non dicitur, dummodo honestis moribus sit præditus, idem Gail. 1. *obs. 95. n. 19. & seqq.* Paupertati ergò succurrendum, non succentendum. *l. si procuratorem 8. §. quod & ad 8. ff. mandat.* Ant. Faber *in Cod. lib. 3. tit. 2. defin. 2. num. 3.* nec ulli nociva esse debet. Bald. *vol. 1. consil. 5. n. 1.* Carpzov. *P. 1. Const. 29. Def. 26. n. 2.* siquidem pauperum inopiæ providere Episcopi est gloria. *c. gloria 71. 12. q. 2.* Quapropter & Præses providet, ne tenuis vitæ homines sub prætextu adventus officiorum vel militum lumine unico, vel brevi supellectili ad aliorum usus translatis, injuriis vexentur. *l. 6. §. 5. ff. de offic. Præsid.* cum Magistratus teneatur pauperibus non modo de alimentis prospicere, *l. 12. §. 2. C. de SS. Eccles.* sed etiam ab officiis ob paupertatem non excludere. *l. 4. C. de divers. offic.* vid. C. A. *de judic. thes. 37.*

V.

Paupertas est defensionis quædam species, & excusationem præstat. *l. Titius 76. ff. de procurat.* Philipp. Franc. *in c. reprehensibilis. n. 16. extr. de appellat.* Gail. 1. *obs. 142. n. 4.* Mynsi. 4. *obs. 97.* siquidem ea, in quam quis citra culpam suam incidit, justum præstat impedimentum. Contard. *ad l. diffamari. c. 4. n. 134. & seq.* Unde & à mora excusare perhibetur. Sebast. Medic. *de cas. fortuit. p. 2. q. 4. n. 42.* Bertazol. *consil. crimin. 255. n. 20. lib. 2.* Quid enim imputabitur illi, qui, licet vellet, solvere non potest *l. 17. §. 3. ff. de usur.* Hoc tamen nunquam auditum fuisse, ut propter inopiam condemnemus debitorem in id, quod facere potest. Nam ejus ratione quod non facere potest, coërcemus illum cavere, quoad solvat aut satisfaciat, ait Cujac. *ad lib. 10. qq. Papin. l. 4. §. soli quod cum eo.* Hinc qui ob paupertatem fortuito casu contraxit, non teneri solvere interesse lucri cessantis, post Sebast. Medic. *in tract. de cas. fortuit.* voluit Gylm. *lib. 1. tit. 3. de Natum locati. n. 2.* ubi post alios infert, rusticum pauperem, si per impotentiam non solvat pentionem debitam, ad interesse non obstringi, quia inevitabilis mora ab ea excusat, Joh. Kitzel. *de Jure Monet. 4. q. sect. 1. n. 72.*

VI.

Inops pati judicium non cogitur. Bald. *in c. Pastoralis. n. 2. de Except.* Gail. 1. *obs. 142. n. 2. & de Arrest. c. 9. n. 20.* quia inanis est actio, quam inopia debitoris excludit. de qua supra *lib. I. c. Actio. axiom. penult.* Commiserationis tamen gratia est æquissimum, & fieri debet, ut pauperibus litigantibus dentur Advocati publicis expensis, id enim congruit Reipublicæ benè institutæ. *gloss. in l. 1. §. Prætor. ff. de postuland.* Covarr. *pract. q. c. 6. n. 4.* (Hunc locum cum ad verbum descripsisset continuator postillæ Harmonicæ Theologo-Juridicæ *Domin. 18. post Trinit. p. 737. §. 258.* nomen Covarruviæ omisit, quæstionem autem allegavit,) cum species sit Eleemosynæ pauperibus præbere patronos. *c. definivit 35. 17. quæst. ult.* Bald. *in l. præsenti, in fin. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Wesembec. *in paratit. ff. de postul. num. 3.* indeque pauperibus justitiam gratis administrandam jubent. *l. nulli licere 28. §. 2. vers. post unius. C. de Episcop. & Cleric. l. tam dementis 28. in fin. Cod. de Episcop. audient.* qua ratione etiam judex inferior, ne pereat justitia acta pauperibus gratis in Camera Imperiali, tanquam supremo judicio edere tenetur. *c. si tibi quod 3. Auth. de mandat. Princip. & ibi gloss. verb. gratis.* Gail. *lib. 1. observat. 43. num. 16.* & Doctor juris compelli potest pauperi gratis inservire. *gloss. notab. in lib. 2. Cod. de proxim. sacr. scrin. lib. 12.* Covarr. *pract. cap. 6. num. 4.* Ordin. Camer. *lib. 1. tit. 19. §. ult.* Menoch. *cas. 369. num. 3.* Mynsing. 4. *observat. 32.* Græv. *concluf. 43. consider. 1.* Magon *in Cynos. Advoc. cap. 10.* Umm. *in disp. ad proces. 2. thes. 10. n. 45.* sicut & Medicus pauperem gratis curare, & præmium à DEO spe-

spectare, Guid. Pap. *decis. 561.* Felin. *in c. 1. de offic. judic.* Speculat. *in tit. de salar. Medic. n. 7.* & Notarius copiam protocolli gratis edere. Hier. Gigas. *in tract. de pension. Eccles. q. 80. n. 4.* Bald. *post gloss. in l. tam dementis. C. de Episc. & Cler.* Alex. *in l. Argentarius, in fin. ff. de edend.* Thom. de Masot. *in spec. Notar. spec. 8. n. 3. & si quæ simil. conf. tr. meum de altero tanto, præs.*

VII.

Paupertas Eruditorum plerunque contubernalis, *teste Petronio.*

Ita Massurio Sabino JCto non fuerunt amplæ facultates, sed ut plurimum à suis auditoribus sustentatus est, *l. 2. circa fin. de O. I.* ubi annotavit Mornacius, Molinæum sæpè conquestum fuisse, ingrata sibi studia sua fuisse, quod redactus ad angustiam rei familiaris despicatui esset multis. Nota etiam est prisca paupertas & sedulitas, cui maximè studebant veteres, vid. *§. pœna. Inst. de injur. l. 3. §. ult. ff. de supel. legat.* Cujac. latè *lib. XI. qq. Papin. l. 35. solut. matr.*

VIIX.

Paupertas non inducit suspicionem, *§. ult. Instit. de suspect. tutor.* siquidem paupertatis impedimentum tollit clara vitæ sobrietas. *l. 17. §. pen. ubi gloss. de adopt.* ac nimia excusationem præstat. *§. 6. Institut. de excusat. tutor. cap. cum tus. extr. de usur.*

IX.

Ad paupertatem & inopiam redire censetur, qui se pluribus fidejussoribus immiscet. Hippol. *sing. 574.* August. Barbos. *ad l. 29. n. 4. Cod. de jure dot.* ubi *n. 12.* alios etiam modos probandi inopiam suggerit.

X.

Inopes difficulter inveniunt fidejussorem. *l. 2. §. 9. de collat. bonor. ubi* Cujac. *in Paulum.*

XI.

Paupertas excusat desertionem appellationis. *l. si procuratorem 8. §. si ignorantes 7. ff. mandat. fac. c. licet 4. de censib.* Hippol. *in l. 1. §. præterea. num. 87. ff. de quæstion.* Gail. 1. *obs. 142. n. 1.* Intellige verum quoad appellationem in scriptis. Guid. Papæ *decis. 436. n. 22.* secus in appellatione, quæ fit viva voce, Mynsi. 4. *observat. 98.* quia causa paupertatis potest expediri de plano, & sine solutione sportularum, *l. nonnunquam 72. ff. de judic. l. illicitas 6. §. ne tenuis 5. ff. de offic. Præsid.*

XII.

Toties paupertas restitutionem parit, quoties ad expeditionem actûs omissi sumtibus opus fuit; quia sic impossibile fuit pauperi talem actum expedire, impossibilitas verò, in quam sine culpâ nostrâ delabimur, regulariter juvat. Restituitur ergò pauper, si fatale justificandæ & introducendæ appellationis neglexerit, non etiam, si neglexerit fatale appellationis interponendæ.

Declara: modò paupertas fuerit necessaria, in quam quis sine facto suo incidit, secus si voluntaria.

XIII.

Omnia beneficia paupertati concessa, e. gr. cessio bonorum, immunitas à muneribus, reductio catastri ad æqualitatem, &c. cessant in paupertate fraudulenter procuratâ vel mentita, *Brunnem. ad l. 2. C. de Cens. n. 1.*

XIV.

Paupertatem suam vel divitias detegere nemo tenetur *l. 2. pr. quand. & quib. quarta.* Hinc in casibus, quibus additione judicis opus est, aut præsentiâ testium, ea solennitas omitti potest, ne patrimonii paupertas detegatur. Sic si agitur de alimentis pupilli, poterunt præstari tutoris arbitrio. Hoc casu etiam potest omitti inventarii confectio, ut securus tamen sit tutor, juret, nihil vel parum esse in bonis pupilli. *Perez. C. quando & quib. quarta pars. n. 8.*

XV.

Pauperes à ditioribus plerumque supprimuntur, & ad eos contributiones devolvuntur. *Perez. C. de Cens. n. 4.* itaque pauperes ab iniquo onere sunt relevandi.

Limita: nisi sit paupertas simulata vel malitiosa, e. gr. si quis ipse ad vitandum justum censum vites arboresque succiderit. *l. 2. C. de cens.*

CAP. XX.

Pax. Quies. Tranquillitas.

Axioma I.

Pax nihil aliud est, quam injuriarum remissio. Zilet. *consil. 108. n. 6.* pax enim & remissio injuriarum idem sunt. Odd. *in tract. de restit. in integrum q. 85. n. 42. p. 3.* Bald. *in l. 1. §. 4. C. de restit. in integrum.* & ex remissione injuriæ pax probatur, Ang. P. de Castr. Fulgos. *ad l. 1. §. 4. C. de restit. in integrum.* ubi dicunt: quod faciens pactum super injuriis, faciat pacem & concordiam, *vid.* & Bald. *ib.* Unde & pacem ex concordia induci eò, quod dici solet pacem esse discordiæ finem, tradit Hostiens. *in summ. de Treug. & Pace.* Gosfred. Innocent. & alii *in cap. 2. eod. tit.* Alex. *in l. de fideicommisso. C. de transact.* Socin. *in t. si rixati. n. 55. de injur.* Eugen. *consil. 82. n. 33.*

Differunt tamen in eo (1.) quod concordia sine interventu ulterioris amicitiæ, pax autem non nisi cum renovatione antiquæ amicitiæ detur. Fulgos. *in d. l. 1. n. 4. ff. de pact.* (2.) plus sit se cum aliquo pacificare, quam remittere. Farin. 1. *consil. crim. 38. n. 2.*

II.

Pax vera est discordiarum sedatio. Bald. *in l. 1. n. 3. ad med. col. 2. vers. in ea. & ibi* Alex. *post n. 3.* Fulg. *n. 2. in fin. de pact.* Far. 1. *consil. 98. n. 10.* Est enim privatio belli. *cap. 1. ubi* Bald. *de Pac. constantia. c. noli 3. 23. q. 1. Dd. in c. 2. de Treug. & pac.* Vult. 2. *Consil. Marp. 25. n. 74.* Tranquillitas animi, serenitas mentis & vinculum amoris. Lucas de Penna *in l. unic. num. 10. C. publ. loc. tit.* Pacian. *consil. 92. num. 44.* pro qua facienda vel consolidanda licitè juvare possumus. *c. omne 22. quæst. 1.* Unde etiam heres Christi non dicitur, qui pacem ejus testamento relictam non habet. *gloss. in c. Apostolicam. verb. pacem, de re judic. in 6.* cum in hac mortali vita pace nihil possit jucundius, nihil gloriosus, nihil denique utilius existere. Augustinus *in lib. de Civitate DEI.* quæ adeò favorabilis est, ut si quis promiserit

ſerit ſe cum aliquo pacem non eſſe facturum, id pactum non valeat, etſi juramento confirmatum ſit. Bald. *in l. furti. §. pacta. ff. de pact.* cum tale in ſalutis æternæ perniciem tendat. *c. cum contingat 28. extr. de jurejur. cap. non eſt obligatorium 58. de R. I. in 6.* qua de cauſa etiam nec minor contra factam reſtituitur, quia exinde nunquam læſus exiſtimatur. Bart. *in l. fideicommiſſa. C. de tranſact.* ita pro pace obtinenda ſæpiſſimè à Regulis Juris communis receditur. *Novell. 8. ibi noſtri ſubjecti ab omni quiete.* Pariſ. *conſil. 10. n. 18. lib. 1.* Gail. *de P. P. c. 1. n. 2.* Andr. Sicul. *conſil. 41. col. 15. lib. 5.* Lud. Gomez *ad §. item Serviana. Inſtitut. de action. num. 43.* Pacis etiam faciendæ gratia, utpote in qua conſiſtit ſalus Reipublicæ, ne dum Regis juſto bello capti liberandi gratia ſubditos alienari poſſe, volunt Barbat. *conſil. 11. col. 3. vol. 2* Pruckmann. *de abſolut. poteſt. m. 2. c. 4.* Gabr. *de jure quæſito non toll. concl. 8. num. 18.* Roſenthal. *de feud. c. 9. concl. 62. n. 22.* Arniſ. *lib. 3. de Majeſt. c. 1. n. 12.* cum pro bono pacis multa tolerentur, quæ alias eſſent prohibita. *c. 1. c. ecce. 4. 23. q. 4. cap. niſi 2. extr. de præbend. & dignit. c. in noſtra 8. extr. de injur. Adh. Dn. D. Dorſcheum in Anticriſt Theolog. pro pace.*

III.

Pacis conſervandæ eadem eſt ratio, quæ eſt in faciendo. *l. 1 in princ. verſ. merito igitur 1. ibi ſervando poſita. C. de Juſtin. Cod. confirmand.* Fulv. Pacian. *conſil. 27. n. 41.*

IV.

Pax populorum eſt tutamentum patriæ, unitas plebis, & terræ fœcunditas, ut ait Luc. de Penna *in l. unic. n. 11. ſub verſ. circa finem. C. publ. lætit.* Sicut enim belli proprium eſt, conſtituere homines in extremas calamitates, quibus homines invicem ſe laceſſunt & deprædantur; ita pacis proprium eſt, conſtituere homines in lenitate & libertatis tranquillitate. Boër. *dec. 40. & dico in prin.* Unde etiam tranquillitas, in qua populi proficiunt, & utilitas gentium cuſtoditur, vocatur, quia ipſa mater bonarum artium & multiplicat mortalium genus, & facultatum copiam protendit moresque extollit. Oldrad. *in conſ. 94. ſtagrantes circa negotium. col. 4. in princ. verſ. verum quia unitas.* quocirca propter tot & tanta pacis bona ſapientiſſimè dixit Ulpianus, nihil eſſe, quod magis Imperatori aut Principi bono congruat, quam curare, ut pacata & quieta ſit provincia, quam regit. *in l. congruit 13. ff. de offic. Præſid.* hinc pro pace conſervanda omnis omninò etiam injuria removenda. Batant. *conſil. 98. n. 14. & n. 25. lib. 3. conſil. crim. diverſ. in edit. Tileman.* Barbat. *conſ. 11. col. 1. vol. 2.* Grat. *conſil. 114. n. 9. verſ. nec obſtat illud. vol. 2.* Cravett. *conſil. 204. n. 8. verſ. decimo ſexto conſidero. col. 14.* Pacian. *conſil. 92. n. 32.* atque ideo & extenſio ex identitate rationis illis in caſibus, quibus de publicæ utilitatis favore agitur, conceſſa dicitur. Felin. *in c. nonnulli n. 16. verſ. & favorem publicum. col. 21. de reſcript.*

V.

Pax facilius rumpitur, quam cautio de non offendendo. Hercul. *in tract de caution. de non offend. cap. 20. in fin.* Vulpell. *in tract. de promiſſ. q. 130.* Ratio, quia cautio ſe reſtringit ad certum factum, per quod perſona offenditur: ſed pax ſe dilatat ad omne illud, quod animi tranquillitatem perturbare poſſet. Luc. de Rom. *in l. unic. n. 10. C. publ. lætit. lib. 12.* Pac. 1. *conſil. 92. n. 44.*

VI.

Pax certa melior & verior eſt, quam incerta victoria. Salic. *in l. ult. comm. Epiſc. program. aut rei jud. num. 1.* Eventus enim eſt dubius, & multi etiam ſub clypeo periêre. Petr. Heig. *part. 1. q. 2. n. 55.* cum illa in manibus noſtris ſit; hæc vero in manibus DEI. Carpz *P. 1. Conſt. 26. Defin. 21. n. 3.* unde & pacem voluntas, bellum neceſſitas habere dicitur. *cap. noli 3. §. hoc ergo 23. q. 1.*

VII.

Pax eſt bonum perſvaſibile, non compulſibile. Menoch. 2. *arbit. q. cent. 5. caſ. 442. n. 8.* Carpz. *P. 1. Conſt. 11. Defin. 11. n. 8.*

VIII.

Pacem frangere non dicitur, cui prius fracta eſt. Bald. *in l. ſemel mota. ff. ſolut. matrim. c. conſtit. extr. de pœn. & in l. fin. §. ſed ſi ſtipulator. de eo per quem factum. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. l. ſi inſtituta de inoffic. teſtam.* qui enim fidem non præſtat, eam ſperare non debet. Bald. *in cap. ult. de form. fidel.* Pantſchm. 1. *q. pmĉt. 21. num. 3.*

IX.

Pax non quæritur, ut bellum excitetur; ſed bellum geritur, ut pax acquiratur. *c. noli 3. hoc ergo 23. q. 1.* Pacis enim ſtudio geruntur bella bonorum, non crudelitate & cupiditate. *cap. apud 6. 23. q. 1.*

X.

Pax humana ſi tam dulcis eſt pro temporali ſalute, quanto dulcior pax divina pro æternâ ſalute. *d. c. noli 3. 23. q. 1.* Pac. 1. *conſ. 29. n. 76.*

XI.

Pacificus dicitur, qui corrigit, quod poteſt, & quod ſalvo pacis vinculo corrigere non poteſt, æquanimiter ſupportat. *c. quisquis 5. 23. q. 4.*

XII.

Pax ob delictum ex cauſa facta non rumpitur. Bartol. *in l. aut facta. §. cauſa in princip. ff. de pœn.* Bald. *conſ. 195. n. 4. verſ. quis autem. vol. 2.* latiſſimè Herculan. *in c. 13. de cautionib. de non offend.* Vulp. *de pace in 9. q. 44.* Alex. *conſil. 115. viſo themate. n. 4. vol. 4.* Dec. *conſil. 406. in fin. & conſ. 531. n. 10.* Pariſ. *conſ. 165. n. 76. verſ. præterea iſti. vol. 4.* Marſil. *in ſingul. 503. de pace & in rubr. C. de fide juſſ. n. 151. q. 19. & l. 1. ſi quis ultrò. n. 25. verſ. & ad prædicta de quæſt. & in tract. de Bannit. verb. pace. verſ. ulterius. adde & conſil. 76. largire mihi. n. 30. verſ. num. faciens pacem. vol. 1. & in conſil. 119. ſtante pace. n. 1. & in conſil. 122. clementiſſimè. n. 18. verſ. & fortius dico. vol. 2.* Moron. *in tract. de Treug. & pace, q. 122. n. 4. verſ. hinc notabiliter infertur.* Ratio, quia pax facta ſemper intelligitur rebus ita ſtantibus. Bart. *in l. aut facta. §. cauſa. ff. de pœn.* Fulv. Pacian. *conſil. 132. num. 16.*

XIII.

Pax generalis reſpicit præterita. Pacian. 1. *conſil. 92. n. 39.*

Intelligo nimirum reſpectu præteritarum in-

juriarum, quæ in pace remittuntur, & hoc in casu discordiæ finis appellatur, ut not. Bald. *in rubr. extr. de Treug. & pac. in princ. & ibi* Felin. dum enim futuram observantiam respicit, appellatur successiva corporis atque animi tranquillitas: & hoc est, quod significavit Bald. *in consil. 195. landare. n. 5. vers. sciendum est. vol. 1.* ubi ait, quod pax sit duplex: quædam quæ in instanti perficitur de injuriis præteritis; altera, quæ dat formam futuro tempori & appellatur pax successiva, quæ tranquillitatis perseverantiam requirit. vid. & Luc. de Penn. *in l. unic. n. 10. vers. circa secundum. C. publ. lætit. lib. 12.*

XIV.

Pacis tempore cogitandum est de bello, itaque princeps certum habeat militum numerum eosq; continuò exerceat. *Perez. C. de re milit. n. 17. 18.*

XV.

Ut bellum indicere principis proprium est, ita etiam id pace finire, inducias enim etiam Dux belli facere potest. Quodsi hic pacem fecerit, non priùs valebit, quàm illam princeps ratam habuerit, ne fortè principem vel populum iniquissimis conditionibus obliger. Quin etiam administrator Reipublicæ, quamvis mandatum generale & cum liberâ potestate habeat, pacem inconsulto principe validè concludere non potest. Principi autem pacis obtinendæ gratiâ licet privatorum bona & actiones condonare, damnaque bello illata remittere. *Perez. C. ut armor. usf. n. 21. & 23. seqq.*

CAP. XXI.

Peccatum.

Axioma I.

In quo quis peccat, in eo etiam puniri debet, certe plerumque divinitus solet. *cap. ult. de tempor. ordin. in 6. cap. an sit. 42. extr. de appellat. c. Pastoralis 29. extr. de Jure Patronat. c. ult. extr. de immunit. Eccl. c. venerabilem 34. extr. de Elect. c. 1. de translat. Episc. cap. ult. extr. eod. cap. cum olim. 33. extr. de offic. deleg. cap. ex tenore 16. extr. de rescriptis cap. cum quidam 8. c. cum literas 13. extr. de tempor. ordinand.*

II.

Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum, si restitui possit. *cap. supm 2. extr. de rapt. cap. ult. extr. de furt. cap. cum tuis. extr. de Usur. cap. peccatum 4. de R. I. in 6.*

III.

Peccatum non minuit, sed auget diuturnitas temporis. *cap. vigilanti 5. extr. de præscript. cap. pen. in fin. extr. de consangv. & affin. cap. sicut. 77. extr. de Regul. cap. cum 5. extr. de eo, qui dux. in matrim. c. non satis 8. extr. de Simon.* & iteratio. *cap. unum 3. §. alias. dist. 25.*

IV.

Peccatur non nisi voluntate. *c. non fidelibus 5. cap. sicut 32. 10. q. 5.* dicitur enim peccatum voluntas retinendi vel consequendi, quod justitia vetat, & à quo liberum est abstinere. *c. 1. in fin. 15. q. 1.* cum è contrariò peccatum non voluntarium peccatum non dicatur. *c. 1. vers. sed hoc 15. q. 1.* & peccantes non voluntate, sed eventu, mitiùs etiam tractari debeant. *c. ult. extr. de his, qui filios occid.* peccata etiam, quæ ex ignorantia, vel infirmitate committuntur, facilius dimittuntur, quia peccata nescientium sint nolentium, & peccata scientium peccatis ignorantium præponantur. *cap. quæro 21. 6. q. 1.*

V.

Qui publicè peccat, publicè etiam est puniendus. *c. 1. extr. de pœnitent. & remiss. cap. si peccaverit 19. 2. q. 1.* occultè verò peccans, occultè puniri debet. *cap. quæsitum 7. extr. de pœnitent. & remiss. cap. si peccaverit 12. 2. q. 1. c. si quis 7. 23. quæst. 4.*

VI.

Peccata suos tenere debent auctores. *cap. non turbatur 7. 24. q. 1.* quia peccata aliena nemini præjudicant. *c. si quis 7. 23. q. 4.* nec peccatum alterius imputatur illi, qui facit, quod debet, *cap. ult. distinct. 47. c. adversitas 48. §. tali. 7. q. 1.*

VII.

Peccare posse, non est aliquid posse, sed potius aliquid non posse, *cap. ult. §. charitas de pœnit. distinct. 2.*

IIX.

Peccandi via nemini est aperienda. *cap. unic. extr. ut Eccl. benefic.* nec jurantibus occasio peccandi præbenda. *cap. 1. de jurejur. in 6.*

IX.

Peccatum unum committens reus est omnium. *cap. desleat. 9. extr. d. R. I. l. vulgaris 21. ff. de furt.* Ludov. Gomez. *in §. pœnales. Institut. de action. num. 4.*

X.

Peccatum pensatur secundum qualitatem peccantis. *c. qui contr. 22. 24. q. 1. cap. contra idolorum 10. 26. q. 5.* considerato exemplo, quod inde sumitur. *cap. præcipuè 13. 11. q. 3.* & qualitate peccati. *cap. quemadmodum 10. 32. q. 7.* Unde & circumstantiæ peccatum & pœnam vel aggravare. *c. excommunicamus 13. extr. de hæret. cap. 1. in pr. de pœnit. dist. 5.* vel etiam minuere dicuntur. *cap. inebriaverunt. 9. 15. q. 1.*

XI.

Peccator post peractam pœnitentiam non amplius dicitur peccator. *cap. ferrum 18. dist. 50. c. 2. de consecr. distinct. 3. & c. eam 7. de rescript.* Joh. Andr. *in reg. semel malus. de Reg. Jur.* Menoch. *2. arbit. jud. cas. 264. n. 21.* quocirca peccata dimissa non sunt recogitanda ad delectationem, sed ad pœnitentiæ amaritudinem. *gloss. in cap. Judas 36. in fin. de pœnitent. distinct. 3.* quia licentiam peccandi non dat remissio peccati. *cap. exigunt 18. 1. q. 7.*

XII.

Peccandi tribuit incentivum veniæ facilitas. *Extravag. com. etsi 3. in pr. Extravag. comm. etsi 5. in pr. de pœnit. & remiss.* peccare ergo Magistratum graviter, licet inter bonos sit, si non subditorum peccata puniat, dicitur *in cap. licet. extr. de simon.* peccata enim sine pœna dimitti non debent, quia aut DEUS punit, aut homo. *cap. tres 86. §. tertia de pœnit. dist. 1. cap. pen. dist. 45.* quapropter dum peccat, plus etiam puniri debet. *cap. ut Clericorum 13. extr. de vit. & honest. Clericorum.*

XIII.

XIII.

Peccatum committere nemo appetit propter ipsum peccatum, sed propter illud, quod ex eo consequitur, *cap. meritò 1. 12. q. 1.*

XIV.

Peccata tanto graviora sunt, quanto ex minori culpa nascuntur. *gloss. in cap. duo sunt. verb. videatur. dist. 96. per text. in c. non potest. 24. 2. q. 7. quem sequitur* Abbas *in c. primo de judic. &* Felin. *in c. cum super col. 2. de testib. cog. & in rubr. de sentent. excomm. in princ.* Exemplum est in furto, quod licet modicum fuerit, attenta tamen consuetudine dicitur gravius, quia consvetus furari, difficile à peccato se abstinet. *c. fin. 23. q. 5.* Abbas *in cap. 3. de cleric. conjugat.* & ideò gravius punitur. *l. 3. C. de Episc. audient.* videmus etiam, quod peccatum veniale ex usu & consvetudine fiat mortale. Dominic. *in c. criminis. col. 2. dist. 25. gloss. in cap. denig. dist. 4.* Abbas *in c. testimonium de test.* Felin. *in c. 1. col. 5. vers. alius casus de constitut.* quia ex qualitate pœnæ arguitur gravitas delicti. *clem. 1. §. quæ omnia. ubi gloss. &* Card. *de pœn. & cap. homo 5. distinct. 40.* Felin. *in c. cum quidam de jurejurand.* ac peccatum nullum adeò veniale, quod non fiat mortale, dum placet. *c. unum 3. §. hinc. dist. 25.* quoniam peccata plura minuta, simul postea collecta ita nos gravare posse, quam unum grande peccatum, post gloss. *in c. tres sunt. distinct. 1. ante fin. per l. nec non 28. §. si quis sæpius 3. ex quib. caus. majores. & l. si plures 9. §. cumulum 1. ff. de pœn.* refert Ludov. Gomez. *ad §. item si quis. Instit. de action. n. 22.*

XV.

Peccans contra duos magis contemnit, quam contra unum. *arg. l. 3. C. de Episc. audient.* Lud. Gomez *ad §. item si quis. Inst. de act. n. 4.*

XVI.

Peccans legis autoritate, non peccat. *cap. qui peccat 4. 23. q. 4.*

XVII.

Peccatum mortale committi non debet propter scandalum. *cap. cum ex 2. extr. de nov. oper. nunc.* quod si tamen illud commissum sit, propter majus scandalum est celandum. *c. in scripturis 8. dist. 96.*

XIIX.

Peccans & consentiens pari pœna puniendus est. *c. 1. extr. de offic. deleg.*

CAP. XXII.

De Peculio.

Axioma I.

Quodcunque filius vel à patre, vel intuitu patris accepit, illud spectat ad peculium profectitium. *§. 1. Instit. per quas person.* quia hoc omne à patre proficiscitur seu profectum videtur. Ita ergò si quis patri donaturus dederit filio, peculium erit profectitium *l. 5. §. 2. & seqq. ff. de jur. dot.*

Limita: nisi pater aliquid expresè alterius peculii causâ concesserit, vel dederit, ut extraneus. *d. l. 5. §. 6.*

II.

Quodcunque filiusfamilias honestis operis, illiberalibus tamen, aut fortunæ beneficio, e. g. ex hereditate acquirit; seu: quodcunque filius nec à patre, nec bello, nec studiis obtinuit, illud est peculii adventitii *l. 6. pr. C. de bon. quæ liber. §. 1. Instit. per quas person. cuig. acquir.*

Exemplum hinc, quod operis ancillaribus acquirit filia, erit peculii adventitii. Carpz. *Part. 2. Const. 10. Defin. 107.* item quod acquiritur ludo licito; porrò bona materna & pecunia lustrica, das Patengeld. *Mev. P. 9. dec. 63. n. 1. Carpzov. P. 2. Const. 24. Defin. 18. Struck. in annot. ad Brunnem. Jus Eccl. l. 2. cap. 1. membr. 2. §. 13.*

III.

Quodcunque filius, si non militasset, non acquisiturus fuisset, illud spectat ad peculium castrense *l. 11. C. de castrens. pecul.* quia hujus acquisitionis causa est militia. Ita ergò huc pertinebit id, quod à patre sive alio ideò donatum, quia quis in militiam ivit, sicut & hereditas commilitonis *l. 1 C. eod.* non item bona materna filio in militia delata.

Limita: ut procedat in mobilibus; nam immobilia militi qua tali nulli sunt usui *l. 4. C. fam. ercisc.* nisi miles ex peculio castrensi talia immobilia sibi comparaverit *l. 3. ff. de castrens. pecul.*

IV.

Quodcunque filius acquirit artibus liberalibus, illud spectat ad peculium quasi castrense *Novell. 123. c. 19.* quia hæc acquisitio similitudinem quandam habet cum iis, quæ in castris acquiruntur, & huc spectant ea, quæ docendo artes liberales, advocaturâ & Clericatu acquiruntur, quibus annumerantur donata à principe ob speciales textus *in l. 7. C. de bon. quæ lib. & l. un. in fin. C. de castrens. Palatin. pecul. lib. 12.*

V.

Quoties patria potestas tollitur per mortem vel emancipationem, toties cessat peculium *l. 5. pr. C. de bon. matern.* quia peculiorum constitutio est ex patriâ potestate *l. fin. §. fin. C. de inoffic. testam.* Postquam ergò hodiè quis nuptias celebravit & separatam œconomiam instituit, omnis quæstio de peculio expirat.

CAP. XXIII.

Pecunia *vid. Rubr.* Moneta.

Axioma I.

Pecunia omnes res æstimantur. *l. penult. §. si neminem 1. Cod. de constitut. pecun.* Gail. *de pignor. num. 6. cap. 13.* unde pecunia pro pretio usurpatur *in l. Pedius. 4. §. 1. ibi: res magnæ pecuniæ. De incend. ruin. naufr.* Ad hoc enim habetur, ut expendatur. *l. 1. ff. de contr. emt.* & ideò numeratur ea inter res, quæ servando servari non possunt. *§. constituitur 2. Instit. de Usufruct. & in Auth. novissimè. C. de admin. tutor. l. Aristo. 5. cum seq. ff. de jure deliber.* Bart. *in l. si ex legati de V. O.* inque ejus alienatione decretum non requiritur. *gloss. sing. in l. 1. §. quæsitum. ff. ad SCt. Trebell.* Angel. *in l. 1. ff. quæ res pignori obligari possunt.* Abbas *in c. nulli. col. penult. n. 11. de reb. Eccles. non alienand. & declarat* Ang. *in §.*

quia parum in fin. Authent. de Nupt. exinde rebus mobilibus annumeranda, licet eximmobilibus redacta sit. *Novell. 22. cap. 45. vers. si vero universa.* ubi Matth. Steph. *pag. 272. n. 113.* Curt. jun. *consil. 183. n. 1. p. 2.* Carpz. *P. 3. Const. 21. Defin. 15. n. 6.* Moller. *semestr. 26. & 41. n. 6.* Zas. *ad l. 41. §. sed si pavit de legat. 1. n. 18.* C. A. *de rerum divis. thes. 53.* ac est in perpetuo quasi motu & destinata commerciis atque commutationibus. Andr. Rauchbar. *p. 2. q. 9. n. 31.* Carpz. *P. 1. Constitut. 28. Definit. 180. n. 8.* quæ nec loco circumscribitur. *l. si fideicommissum 50. §. tractatum. 1. ff. de judic.* Hæc tamen vera intellige, quando pecunia est in cursu, secus in pecunia, quæ pro thesauro vel futuris calamitatibus reconditur: hoc enim in casu eam ut rem immobilem judicari, *ex l. qui filium 64. de legat. 3. l. si chorus 79. §. his verbis. 1. ibi: pecunia sine peculio fragilis est. ff. eod. post* Andr. Sicul. *in cap. nulli. col. fin. de reb. Eccles. non alienand.* deduxit C. A. *de rer. divis. thes. 54.* Idem obtinere & in pecunia, quæ est depositа apud Campsorem, & ad emtionem prædiorum destinata, affirmat Gail. *2. observ. 11.* addita ratione, quia talis pecunia ideo res immobilis dicatur, ut invehi non possit, sive induci cum illa reputatione *l. 3. §. quod ergo 6. ff. de contr. jur. tutel.* quem text. pro singulari ad hoc ponderant Roman. *in sing. 105. incip. Tu habes.* Alex. *in l. cæterum 15. sed si pavaverit de legat. 1.* Cremonens. *in singular. notab. 59. incip. pecunia est.* Corset. *in suis notabil. verb. pecunia.* Andreas Sicul. *in c. quorundam. col. 3. extr. de solut. & in c. possessiones. col. 1. de reb. Eccl. non alien.* Ludov. Gomez *ad l. quintus de aur. & argent. legat.* Quamobrem sicut aliàs etiam pecunia vocatur omne id, quod homines in terra possident. *cap. totum 6. 1. q. 3.* quia antiqui totum, quod habebant, in pecoribus habebant, unde etiam pecunia dicebatur *d. c. 6. §. ideo autem 1. q. 3.* ita pecuniæ verbo simpliciter prolato non tantum rem mobilem & quantitatem, sed & rem immobilem, neque solum species & corpora, sed etiam jura & universitatem significare, latè persequitur Gœdd. *ad l. 4. n. 7. de V. S.*

II.

Pecunia tanquam res sterilis fructum producere non potest. Gail. *lib. 1. observ. 7. num. 2.* Ea enim permutandi, non locandi, aut vendendi causa est inventa. *l. 1. ff. de contr. emt.* nec recipit à re ipsa & rei proprietate separationem. arg. *l. 1. & 2. ff. de usufruct. ear. rer. quæ usu consum. l. si tibi 7. ff. eod.* Unde usus ejus interverti dicitur, quando ad quæstum transfertur, cum pecunia medium emtionum & venditionum aliarumque commutationum esse debeat, non extremum, h. e. res emta. Carpzov. *P. 3. Const. 24. Defin. 12. n. 4.* Inde enim pecunia à pecu dicta, quia apud antiquos omnes divitiæ in pecudibus sitæ erant. Calepinus *in verb. pecunia. l. 178. de V. S.* ubi Gœdd. *cap. totum 6. 1. q. 3.* Quapropter & pecuniæ usufructu legato, simul proprietatem legatam censeri, text. sunt *in l. 1. & l. 2. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consum. l. si vini 7. ff. eod.* cum aliàs in legato generali pecunia non comprehendatur. *l. uxorem 41. §. legavent 6. ff. de legat. 3.* Ludov. Gomez *ad §. item Serviana. Institut. de action. num. 21. Conf. tr. meum de altero tanto. pag. 93.*

III.

Pecuniæ æstimatio semper certam ac perpetuam rationem habere debet *l. nummis 3. ff. de in lit. jurand.* quia pecunia res omnes æstimari, non verò à cæteris rebus solet. *l. si ita 42. ff. de fidejuss.* Carpz. *P. 2. Const. Defin. 1. n. 2.*

IV.

Pecunia facilius retinet pristinam rei naturam, quam ut induat novam, arg. *l. patre 8. ubi gloss. de his, qui sunt sui vel alien. jur. l. pen. de testam. milit.* Wesemb. *2. consil. 99. n. 12.*

V.

Pecunia cujusvis vicem sustinere potest *l. si ita fidejussorem 2. ff. de fidejussor.* & ferè perinde, si res ipsa, vel ejus æstimatio interveniat. *l. vinum 22. ff. si cert. petatur. l. ratio 3. §. cum per venditorem 3. ff. de action. emt. l. Titia Seja 87. in pr. ff. de legat. 2. l. si quis stipulatus fuerit decem 57. ff. de solut.* Regner. Sixtin. *2. Conf. Marp. 12. num. 52.*

Declara: obtinere quando res ipsa haberi non potest, tunc in subsidium mora interveniente vicem sustinet, secus quando de re fungibili tradenda expressè & principaliter in contractu actum sit, hoc enim casu vicem rei debitæ subire non posse. *per d. l. vinum 22. ff. si cert. pet. l. datio 3. l. si per venditorem 3. ff. de action. emt. l. non amplius 26. §. cum bonorum 2. ff. de legat. 1. l. quoties in diem 59. ff. de V. O.* probant Bart. Jas. & Dd. communiter *in l. 1. §. mutui datio. ff. de reb. cred.*

VI.

Quodcunque alterius pecuniâ suô nomine emitur, illud alteri isti non acquiritur. Quia pecunia in singularibus, v. g. contractibus non succedit loco rei, nec res loco pretii, *l. non unde 7. C. si cert. petatur.* ita pater bonorum filii adventitiorum administrator, si pecuniâ filii suo nomine aliquid emerit, sibi acquirit, non filio. *Carpz. P. 2. Const. 10. Defin. 21.*

Amplia, ut quamvis expressè suo nomine non emerit, in dubio tamen suum potiùs, quàm alienum negotium gessisse censeatur, adeoque sibi acquirat. *l. 4. ff. de solut.*

Limita: nisi tutor faciat id, ad quod tenetur; quamvis enim id suo nomine gerat, censetur tamen pupilli negotium gessisse *l. 2. quand. ex fact. tut. vel curat. l. 2. l. 8. §. 1. de reb. eor. qui sub tut. vel. cur. l. 3. C. arbitr. tutel. Hartm. Pistor. P. 1. q. 7. n. 3.*

VII.

Obligatus ad certum auri vel argenti pondus, pecuniam numeratam solvendo liberatur: si autem aureus non est legitimi ponderis, creditor eum recipere non tenetur pro æstimatione ponderis debiti. Antiqua quoque moneta à Cæsaribus prioribus cusa pro novâ solvi potest, *Brunnem. ad l. 1. C. de vet. numism. potest.*

VIII.

IIX.

Qui aureos imagine Cæsaris insignitos violat vel abradit, capite punitur. *l. 3. C. de veter. numism. potest.* Liberis hominibus olim dictata fuit depugnatio cum bestiis *l. 8. ff. de falsf.* Hodiè pœna arbitraria est. *Brunnem. ad d. l. 3. C.*

IX.

Pecunia est loco sangvinis. *gloss. in l. advocati. C. de advocat. diversf. judic.* Jason. *in l. nec quicquam. §. ubi decretum. n. 2. in fin. ff. de offic. proconf.* Petr. Sanct. *sing. 73. col. 3.* Afflict. *decis. 24. n. 4.* Ripa *in c. 1. n. 18. de judic.* Menoch. *2. arb. q. cas. 110. n. 6.*

X.

Pecunia peragere, quod gratis fieri debet, res est mali exempli. Abbas *in cap. 1. de crim. falsf. &* Felin. *ibid. n. 30.* Bart. *in l. 1. de falsf.* Jas. *ad l. Divus. num. 27. ff. de re judic.* Hœnon. *disput. ult. thes. 4. lit. b.* Schickard. *thes. 7. disput. 20. lit. A. n. 1. q. 2.* Arnold. Rayger, *thes. jur. part. lit. T. n. 112.* Hoc enim casu amor pecuniæ contrariatur justitiæ. *cap. qui rectè 66. cap. pauper. 72. 11. quæst. 3.* ac ob id pecuniam accipiens ob testimonium dicendum testis esse non potest. *cap. si testes 3. §. lege 4. q. 2.* cum pecuniam accipiens eo ipso se faciat suspectum. *§. si Vasallus de beneficio 2. F. 26.*

XI.

Pecuniæ amor omnes generaliter sollicitat, Pacian. *1. consil. 113. n. 36.* cum naturale sit, quod omnes pecuniam appetamus. *l. si chorus 79. §. 1. ff. de legat. 3.* Cravett. *consil. 8. n. 3.* & mortalibus pecunia nihil charius. Euripid. *in Phœniss.* Damhoud. *in Encompec.* & nihil non pecuniæ causa fiat, *Ecclesiast. c. 10.* Sonsbeck. *de feud. p. 1. n. 38.* Chassan. *in Catalog. glor. mund. consideat. 54. n. 12.* Nolden. *de stat. Nobil. cap. 2. n. 31.* Quantam itaque pecunia parata utilitatem præstet, vid. apud Carpz. *P. 1. Constit. 32. Defin. 41.*

XII.

In pecunia vel nummis non consideratur affectio. *l. in nummis. 3. ff. de in lit. jurand.*

Intellige scil. quantum ad hoc, ut juramentum in litem deferatur pro eo, quod interest, *d. l. in numm.* quoad alios enim effectus, scil. ad excludendam compensationem seu permutationem, quin affectio considerari queat, patet ex *l. sed si certos 51. ff. de legat. 1.* Fach. *1. contr. 6.*

XIII.

Qui pecunia seu pretio accepto delinqvunt, gravius delinquere censentur. arg. *l. 6. §. irritum 5. de injust. rupt. irrit. testam. l. 1. §. 1. l. 9. §. ult. l. 20. ff. ad L. Corn. de falsf. l. 6. de L. Julia repetund. l. 4. in fin. ff. de his, qui not. infam.*

XIV.

Pecuniæ interventus sæpè præjudicat. arg. *l. 9. collata. cum l. 36. C. de liberali causa,* quanodque etiam suspicionem pravitatis inducit. *l. 2. §. 2. & 3. & l. 29. §. 2. ff. ad L. Jul. de adulter.* & infamiam affert. *l. 4. §. ult. l. 6. §. 3. de his, qui not. inf.*

XV.

Qui in pecunia vel ære non habet, luat in corpore. *vid. supra lib. X.*

XVI.

PECUNIAM retinere satius est, quàm solutam repetere. *l. 3. ff. de compensat. l. si stipulatus 15. in pr. ff. de fidejussorib.* Tiraquell. *de retractu lign. §. 29. gloss. 2. n. 3.*

XVII.

PECUNIA non generat pecuniam. *l. usuræ pecuniæ 121. ff. de verb. signif.* Joh. Mar. Novar. *q. forens. lib. 1. q. 145. n. 27.*

XIIX.

PECUNIA est optimus futuræ necessitatis fidejussor. Nevizan. *in sylva nupt. lib. 2. num. 96. in princ.* Joh. Mar. Novar. *in praxi elect. & variat. fori. quæst. 16. sect. 1. n. 13.* (Bald. *in l. 2. C. de constit. pecun.* Ea enim retenta nihil operatur, & nullam affert utilitatem. *c. ejiciens 11. distinct. 88. & not. in l. 1. §. fuit quæsitum 13. ff. ad SCt. Trebell.* & quando servatur, non affert utilitatem secundùm eum usum, ad quem est destinata. Gloss. & Abbas *in cap. nulli de reb. Eccl. non alien. n. 11.* Schneid. *p. 2. de feud. n. 21.*)

CAP. XXIV.

De Pensione.

Axioma I.

Omnis pensio solvenda est in fine anni. *Brunnem. C. de primipil. col. 2.*

II.

Ad pensiones publicas, i. e. annuas præstationes principi vel Reipubl. solvendas tenentur, qui possident agros vectigales vel tributarios: qui si in solvendo cessarunt, poterunt illorum bona omnia, tanquam pignori tacitè obligata occupari, & occupata publicè sub hastâ vendi, interveniente præsidis autoritate & vocato ad hoc possessore. *Perez. ad Tit. C. si propter publ. pensit. vendit. n. 1.*

CAP. XXV.

Per accidens, Per alium, Per se.

Axioma I.

Per alium quis consequitur quandoque, quod per se non potest. *l. 8. §. non est novum 14. de bon. poss. contr. tabul. gloss. in l. 3. §. 11. eod. tit. verb. & ipse l. cum hereditas 55. de acquirend. hered. l. si is, qui duos 29. de libenat. legat. l. & per jusjurandum 13. §. si fidejussori. 7. de acceptil. l. decurio 4. ff. de decur.* Forster. *lib. 7. cap. 6. num. 6.* Hilliger D. L. 9. *cap. 3. lit. H.* Antonius Faber *in C. suo. de dedit. libert. defin. 16. num. 1.*

Quam regulam etiam procedere in contractibus, textus est *in l. Aristo. 3. in fin. quæres pign. oblig. poss.* ita ex persona minorum eorum successores restituuntur, licet ipsi majores sint. *l. 18. §. ult. ff. de minor.* C. A. *dict. tit. thes. 90.* aliud exemplum vid. in *l. 9. de assignand. libert.* & apud Joh. Strauch. *disput. 4. de succeff. thes. 12. in fin.* quamvis eam non esse universalem, sed particularem, *vid. not. ad text. 2. feud. 26. §. 4. vers. licet. & ad l. 38. de bon. libert.* colligi licet ex *l. 38. de bon. libert.* ubi dicitur, non debere per alium bonâ fide consequi eum, qui suo nomine à bona fide removetur. Unde etiam asseritur, quod per me non possum, neque per alium efficere potero. Quapropter multum interesse, utrum per se directè & principaliter heres fiat, an per alium aut per successorem, perhibetur *in l. qui liberis 8. §. ult. de vulg. subst. l. ult. de legat. 3. l. 6. ff. de his quib. ut indign.* imò is, qui per alium beneficium consecutus est, etiam ante eum sibi vigilare, & petere potest. *l. si potest 10. §. ult. de bon. possess. contr. tab.* Cujac. *ad l. 14. de legat. præst.*

II.

Per alium quod quis facit, ipse fecisse putatur, & perinde est, ac si per se ipsum faciat. *can. qui facit. 72. de Reg. Jur. in 6.* ratio indicatur *in l. si ego 6. ibi: qui initium ei præstiterim. ff. quod vi aut clam.* quod non tantum in contractibus. *l. qui mandat. 56. l. cum 64. in fin. de solut. l. singularia 15. ff. de reb. cred.* & actibus aliis, *l. quod statu liber. 41. de donat. mort. caus.* veluti jurisdictionalibus, *l. etsi 3. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisdict.* sed etiam in delictis procedere, patet ex *l. 7. §. 4. ff. arb. furt. cæsar. l. utrum 6. ff. ad L. Pompej. & parricid. l. ita vulneratus 51. ff. de L. Aquil. l. non solum 11. §. 3. ff. de injur. add. & l. is damnum 169. de R. J.* vid. Peck. *ad d. c. qui facit 72. ubi ad contraria respondet de R. J. in 6. n. 13.* Sic qui per alium possidet, ipse possidere intelligitur *l. 1. §. 20. l. 18. de adquir. poss.* ubi Coll. Argent. *thes. 17. n. 13.*

CAP. XXVI.

De Perduellione *v. Rubr.*

Majestas.

Axioma I.

Quoties quis contra vitam principis vel Reipublicæ securitatem quid molitur, toties committit crimen perduellionis. Quia sic directò animo hostili turbatur status publicus, inde hoc crimen gravius est, quàm læsæ Majestatis. Exemplum habemus *in l. 1. §. 2. l. 23. & 24. ff. ad L. Jul. Majest.* quò etiam pertinet, si quis extra necessitatem hosti urbem dederit, aut etiam secreta quovis modo eidem revelaverit. *l. 6. §. 4. ff. de re milit.*

II.

Processus perduellionis post mortem rei etiam inchoari potest *l. 6. 7. 8. C. ad L. Jul. Majest.* quia memoria rei damnatur *d. l. 6. & 8. l. fin. C. eod.* nomen ejusdem ex catalogo virorum honestorum tollitur, insignia honoris convelluntur *l. 24. ff. de pœn.* ædes destruuntur, *Carpz. Pract. Crim. Q. 41. num. 11.*

III.

Quicunque non est subditus, ille crimen perduellionis non committit. Fundatur enim hoc crimen in violatione obligationis specialis ex homagio redundantis; non ergò perduellionem committunt vasalli. *Clem. Pastoralis de sent. & re judic.* neque advenæ vel extranei, *Carpzov. Pract. Crim. Quæst. 41. n. 16. Gail. de P. P. Lib. 2. cap. 13. num. 19.*

CAP. XXVII.

Peregrinus.

Axioma I.

Peregrini juris civilis capaces non sunt. *l. qui testamento 20. §. servus 7. ff. qui testam. fac.* & ideò nec testamenti factionem habere dicuntur. *l. 1. C. de hered. institut. & ibi* Sichard. *n. 3. & 5. l. 2. §. 2. ff. eod.* Phil. Matth. *ad l. 8. n. 12. de R. J.* Ubi tamen nota, verbum peregrini duplicem admittere significationem, ita ut nonnunquam designet eum, qui jus civitatis Romanæ amisit ex causa pœnæ, quales sunt illi, quibus aqua & igni interdictum est, aut qui deportati, adeoque de numero civium sunt exemti. *l. 6. §. 2. ff. de hered. institut. l. 10. §. ff. de in jus vocand.* interdum denotet etiam eum, qui non sit civis Romanus, ut in *l. 2. §. post aliquot 28. ff. de O. I. l. 9. §. 4. ff. de dol. malo.* Licet igitur priori casu peregrini nec jus testandi, nec etiam ex testamentis quicquam capiendi habuerint, *d. l. 1. C. de hered. institut.* secus tamen in casu posteriori, ubi peregrinus pro extraneo accipitur, dicendum erit. *l. 9. & 11. C. de hered. institut.* vid. Harprecht. *ad pr. Instit. de testam. ordin. n. 81.* Gilcken *ad l. 1. C. de hered. instit. n. 2.*

II.

Quid ad nos, qui foris sunt, Paulus 1. *ad Cor. 4. cap. gaudemus 8. de divort. cap. multi 18. caus. 2. q. 1.* Natt. *1. consil. 139. incip. Andr. Sicul. num. 15.*

CAP. XXIIX.

Perfectum, Perfectus.

Axioma I.

Perfectum dicitur illud, quod ex omnibus partibus constat. *l. nihil. 2. & ibi* Bald. *Cod. de vindict. libert.* Ludov. Gomez *ad §. fuent. n. 18. Institut. de action.* & cui nihil superaddi potest. Besold. *6. consil. 268. num. 4.* Quod enim efficientem, materialem, formalem & finalem causam habet, illud perfectum dicitur, prout not. Bart. *in proœm. ff. Canonist. in proœm. decret. & in c. tua nos de sponsal.* Vult. *2. Consil. Marp. 24. n. 50.* Unde etiam neque opus, nec aliud quicquam perfectum videri potest, cujus materiæ forma ita impressa non est, ut fine suo statim

statim absolutum appareat. *l. 5. §. 1. de V. S. l. vestimentum. 22. de aur. legat. l. qui insulam 30. §. qui ædem. 3. l. si in insulam 18. l. opus 36. cum l. seq. l. si in lege 24. ff. de locat. l. Julianus 9. §. 2. ff. ad exhibend. l. penult. C. de his quib. ut indign. l. si is qui 80. §. quædam 1. ff. ad L. Falcid.* Quoniam is demum perfecisse ædificium dicitur, qui ita consummavit, ut jam in usu esse possit, *l. ædificia 139. §. perfeciſſe. de V. S.* Et vestimentum dicitur, quod detextum est, etsi defectum nondum sit, i. e. si sit consummatum, quod in tela nondum est pertextum vel detextum, vestimentum non erit, sed contextum, *d. l. vestimentum 22. ff. de aur. leg.* Satis enim est finem esse in potentia causæ: actus igitur ipse habitandi, & induendi vestem non magis, quam cujuslibet alterius rei usus actualis requiritur, cum aliud sit ipse finis seu causa finalis, aliud effectum finitum, quod exemplis emtionis, depositi, locationis, conductionis illustrat Gœdd. *ad d. l. 5. §. 1. de V. S. num. 11. ubi vid.*

II.

Perfectum dici non potest, ad quod agendum sive perficiendum adhuc aliquid supereſt. *l. 1. in pr. de O. I. l. fin. ff. in jus vocat. ut eant. l. si necessarias 8. §. si unus 2. ff. de pignor. act. l. pen. C. de his quib. ut indign. l. qui pignori 19. ff. de pignor. l. si ita fuerit 13. de manumiſſ. teſtam. c. cum super 23. de offic. deleg. cap. Piſanis 17. de reſtit. ſpoliat.* Vult. 2. *Consil. Marp. 24. n. 21.* Hinc de Friderico Barbarossa Guntherus:

Et nihil effectum fieri quod poſtulat uſus,
Neglectumque ſinit, nil ſe memorabile credens
Dum ſupereſt aliquid, nil ſe feciſſe decorum.

Lehmann. *Chron. Spirenſ. lib. 5. cap. 54.*

Imperfectam enim rem nemo agere creditur. Cravett. *consil. 985. n. 6. in fin.* cum nihil referat, an quid prorsus non sit, an imperfectè, *l. 1. §. 4. ff. de edend. l. hujusmodi 84. §. ædes 4. de legat. 1.* Hinc & in dubio non imperfectum, sed perfectum & perfectè actum potius quid præsumitur. Cravett. *consil. 465. n. 6. per l. cum de lege 17. ff. de probat.* Bart. *ad rubr. de oper. nov. nunc.* creditur que de perfecto actu cogitatum, & de quo cogitatum est, illud etiam perfeciſſe, & perfectum esse voluisse. Signorol. *consil. 1. n. 11. in fin. verſ. quarto probat. per l. 57. ff. de procur.* Cravett. *consil. 936. n. 23.* Gœdd. *3. Consil. Marp. 27. num. 23.*

III.

Perfectum dici non potest, quod adhuc ambulat, & adhuc est in fieri, Pantschman. *2. q. 3. n. 47.* Ad hoc enim ut quis consequatur, quod vult, prius totum perficere debet, Innocent. Joh. Andr. Panorm. *in cap. tuum. de pœn. per l. Mævius 55. l. cui fundus 56. ff. de condit. & demonſtr.* Pantschman. *1. q. 21. n. 15.*

IV.

Perficere licitum est, quod non est licitum incipere, *c. conſuluit 7. extr. de Judæis.*

V.

Perfecta non videntur, quæ non complentur perfectionis ordine, *cap. nihil 16. 7. q. 1.*

VI.

Duo imperfecta faciunt unum perfectum. *cap. ult. extr. de ſacram. itemnd. vid. tamen lib. 9. cap. 15. axiom. 2.*

VII.

Perfectus debet temporalia contemnere, *cap. Clericus 5. 12. quæſt. 1.* injurias patienter tolerare, *cap. quod debetur 2. 14. q. 1.* nihil extra Christum quærere, *d. cap. Clericus. cum ſeq.* & contemplationi totaliter intendere, *cap. duo ſunt 7. 12. q. 1.* Verùm cùm nec optimi quique recto semper stent talo, sed ex humana imbecillitate quandoque in graviſſima etiam peccata prolabantur, & à perfectione, quæ *Pſalm. 101.* describitur, longissimè aberrent, Just. Mejer. *in quæſt. capital. contr. Schopp. pag. 367.* Confer & Salmas. *de Uſur. pag. 664. & ſeq.* atque ita alia dicatur secundum gradus absoluta, alia comparata, quapropter hanc fortè quis, quamvis non illam, assequetur, prout ait Rivet. *in dialyſ. Grotianæ discuſſ. ſect. 3. §. 13. pag. 114.*

IIX.

Ut quis consequatur totum, quod vult, prius totum perficere debet. *d. l. Mævius l. cui fundus. de condit. & demonſtr.* Innocent. Johan. Andr. Cardin. Panorm. *in cap. tuum. de pœn.* Pantschm. *p. 1. q. 21. num. 15.* quia nihil de jure censetur esse actum, cùm aliquid restat ad peragendum, *l. pen. C. de his quibus ut indign.*

CAP. XXIX.

Periculum, Interitus,

Peremtio *vid. Rubr.* de Casu fortuito.

Axioma I.

Periculum dictum est à perdendo vel pereundo, & comprehendit omne id, quod vel dolo, culpa aut fato contingit, Cujac. *ad l. 1. de præſumpt. verb. action.* Unde nota vocem periculi tripliciter sumi, (1.) pro experimento artis, (2.) pro damno culpâ hominis contingente, *l. 43. de damn. infect. l. 4. de peric. & commod. rei vend.* quo sensu dicitur periculo nostro rem esse propter dolum vel culpam, *l. 4. naut. Caupon. ſtabular.* atque ita notabiliter sumitur, *in lib. 4. de Magiſtrat. convent. ubi vide gloſſ. in verb. omne periculum.* (3.) pro casu fortuito seu damno fatali, *l. 2. §. ſi eo tempore. ff. de adminiſtr. tut.* & hoc in significatu plerumque periculum pro casu fortuito accipitur, sed & complectitur omne pereundi genus, inde etiam periculum à pereundo appellatum fuisse perhibetur, cujus non absimili alluſione utitur Jurisconsultus *in l. itaque 12. ff. de furt.* dum ait: Qui non habet, quod perdat, ejus periculo nihil est, vide Cujac. *ad l. 4. de reb. cred.* Hinc regula, quod qui periculum omne in se suscipit, videtur & casum fortuitum in se recipere, *l. Juris gentium 7. §. ſi paciſcar. verſ. item ſi quis pa-*

ctus. ff. de pact. l. si ut certo 5. §. nunc videndum 2. ff. commod. si quis enim ante vel post contractum ad periculum & casum tenebatur, tunc expressio periculi etiam casum & culpam alterius continebit, *l. qui officii 62. §. fin. de contrab. emt. l. si in venditione 10. ff. de peric. & commod. rei vend.* Bald. *in l. cum vinum. Cod. de fideicomm.* Pantschman. *1. q. 6. n. 105.*

II.

Quoties periculum ex mora extimescendum, toties à regulis juris communis receditur, *l. 5. §. si quis rivos. 11. de oper. nov. nunc. l. 2. & 3. de servit. l. si quis filio 6. §. si autem 8. ff. de injust. irrit. testam.* Wesembec. *in panuit. ff. de tutel.* Gail. *1. observat. 78. n. 7.* & dispositio juris prohibitiva remittitur, *l. 1. ff. de damn. infect. l. 1. ff. de exer. act. l. 2. ff. de feriis.* Gail. *2. observ. 139. num. 7.* neque solennitatis judiciariæ ratio habetur. *Carpzov. in Proceff. Jur. tit. 21. Art. 1. n. 33. & 34.*

III.

Periculum plus in se continet, quam casus fortuitus. Pantschman. *1. quæst. pract. 6. num. 3.* ratio, quia comprehendit omnem casum, qui cum vel absque culpa contingit, *l. 2. l. si in conditione. 10. l. quod si neque 14. ff. de peric. rei vend.* Genus enim est periculum, casus fortuitus species, Alex. *in l. sed etsi quis. §. quæsitum. ff. si quis caut.*

IV.

Peremta res est, quando usus ejus haberi nequit. *Carpz. Lib. 1. Resp. 91. n. 14.*

V.

Ad quem periculum alicujus rei spectat, illâ licet debitor speciei sit, sive crimine peculatûs uti potest, & generis præstatione liberatur. *l. 9. §. 4. ad l. Jul. pecul.*

VI.

Res perit suo Domino, *l. damnum 12. C. de locat. l. incendium 11. C. si cert. pet. l. 5. 6. 8. 9. C. de pignor. act. l. 9. §. ult. de reb. cred.* cui graviter obstare videtur *l. si ex legatis 23. de V. O.* Unde infertur, quod si res interitura æquè fuisset apud Dominum, quam possessorem, possessor absolvi debeat, *l. 13. §. ult. depos. l. 56. ff. de jur. dot.* sed respondetur, quod in rei vindicatione aut condictione ex contractu, non autem in condictionibus ex delicto procedat, *prout ex l. 1. C. quod met. caus. l. 14. §. 11. ff. eod. l.* Cujac. *in not. ad modo dict. l. si ex leg. vid. & §. 3. Instit. de emt. vend.* ubi ostenditur, rem aliquando perire etiam non Domino.

Unde limitatur I. eam locum habere solum in eo, penes quem dominium remansit ex jure communi, non jure speciali, Jas. *in l. non omnis 19. §. si pupillus 1. de rebus credit. n. 5.* Carpzov. *P. 2. Constit. 15. Defin. 35. n. 6.*

Limitatur II. nisi Dominus simul sit ejusdem rei debitor; tum enim succedit regula juris altera, debitorem speciei interitu ejus liberari. *d. l. 23. de verbor. obligat. §. 3. ubi Dd. Institut. de Emt. vendit.*

Limitatur III. nisi specialiter conventione receptum sit, *l. 1. C. de commod.* aut mora, *l. si in Asia 12. §. quemadmodum 3. ff. depos.* vel culpa præcesserit. *l. videamus 11. §. 1. ff. locat. l. 1. C. de depos. l. contractus 23. in fin. de Reg. Jur.* Potest etiam ea ita declarari, quod in ea Dominus opponatur iis, qui tantum casum vel custodiam, aut possessionem habeant; non autem iis, qui ex conventione jus avocandi rem quandocunq; voluerint, & in se totum transferendi quæsitum habent, adeò eo respectu venditor quasi, non dominus esse videatur. Eo etiam argumento, quod custodiam rei, dolum & culpam præstare teneatur, quod nemo alius in re sua præstet, utitur Bach. *1. disp. 28. thes. 8. lit. c. ubi vid.*

Limita IV. si pro communi salute jactus mercium factus sit, tunc pro parte res perit etiam non-dominis pro ratâ contribuentibus. Quodsi autem merces aliquæ à piratis abripiantur, quædam industriâ naturæ salvæ manent, non possunt spoliati convenire rem suam habentes salvam, ut in contributionem veniant. *l. 2. ad l. Rhod.*

Limita V. Fundorum Principis periculum non ad principem, sed officiales Palatinos spectat, qui eos perpetuariis colonis locant, *l. 1. C. de locat. præd. civ.* Perez. *eod. n. 5.*

VII.

Non ante rem quæstui cuiquam esse oportet, quam periculo ejus sit, *l. is, qui 13. ff. commod.* & ubi periculum est, ibi collocari debet & lucrum, *l. fin. §. sed cum 3. in fin. C. de furt.* Pac. *1. consil. 7. n. 55.*

VIII.

Ob mortis & animarum periculum multa licent, quæ aliàs non licerent. *cap. ult. extr. de panit. c. non 5. extr. de sent. excom.*

IX.

Periculis veris graviora sunt falsa remedia, *c. de homine 7. extr. de celebr. missar.*

X.

De casu fortuito & ejus periculo semper tenetur is, qui culpabilis est, *l. 11. §. 3.* ibi: *nisi culpa locat.* Tuscus *lit. F. concl. 482. n. 1. & ult.*

Ubi tamen limitationis loco nota, non omnem culpam transferre periculum in suum autorem, sed eam demum, quæ, ut Dd. loqvuntur, ordinata est ad casum, *l. si ut certè 5. §. sed interdum 7. commod.* Ant. Fab. *in rational. ad l. qui retiario 30. de pign. act.*

XI.

Qui in mora est, illius periculo res semper perit, *l. quod te 5. ff. si cert. petatur. l. 52. §. ult. ff. depos.* Wesembec. *in panat. ff. de condict. furt.* Carpz. *Lib. 1. Resp. 108. n. 28. Id. in Proceff. Jur. tit. 25. a. 4. n. 13.*

XII.

Periculum ubi majus, majore opus est cautione, Gloss. *in l. 8. §. 3. de oper. nov. nunc. l. 1. §. 5. de Carbon. edict. c. ubi Majus 3. de Elect. in 6.* Molin. *in l. 1. §. si quis. n. 30. de V. O.* maximè in criminalibus, qua ratione Bocer. *in tract. de furt. cap. 1. num. 41.* ait, quod unus aliquis juris-

con-

consultus, licet excellentissimus & sagacissimus fuerit, non facilè in causa criminali solus consulere, & pœnam criminis præcisè definire debeat. Unde Angel. *consil. 199. n. 1.* Paul. Castrens. *consil. 203. n. 3. in fin.* Ludov. Bolognet. *consil. 8. in pr.* consulti de pœna criminis, non ausi fuerunt præcisè eam definire, quorum exemplum etiam imitatus est Ernest. Cothm. *vol. 1. resp. 15. n. 231.* cùm hæc res non unius, sed plurium animorum motus ac suffragia requirat, *arg. l. non distinguemus 32. §. cùm in plures 13. ff. de recept. art.* Cothman. *d. resp. 15. n. 233. vol. 1.* Carpz. *P. 3. Q. 117. n. 22. in crimin.*

XIII.

Periculum rei spectat ad emtorem & locatorem, *l. 1. l. cum emtor. 5. §. mortuo 2. ff. de rescind. vendit. l. 8. l. 11. de peric. & commod. rei vend. l. Lucius. 11. de Evict.* Pac. *cent. 5. q. 8.* Ant. Gomez. *2. var. resolut. 15. n. 12.* Vincent. Cabot. *lib. 1. disp. c. 25.* Arum. *disp. 14. exerc. 3.* Elias Rober. *1. disp. 17. thes. 4.* Guilhelm. Forster. *disp. 18. thes. 5.* Olemann. *disp. 28. n. 23. cum seq.* Matth. Steph. *cent. 3. quæst. illustr. 70.* quia qui sentit commodum, sentire debet & incommodum, *l. secundum 10. ff. de Reg. Jur.* quam in dubio regulariter procedere tradit Farinac. *1. consil. criminal. 91. n. 20.*

Limita I. non procedere, si contrarium sit conventum inter partes, *l. fistulas 78. in fin. ff. de contrah. emt. l. 1. in princip. ff. de peric. rei vend.* & in terminis locationis, textus est *in l. si fundus 33. in princ. ibiq; Dd. ff. locat.*

Limita II. non obtinere in periculo totalis peremtionis, seu deteriorationis rei, *l. necessario 8. in princ. vers. sanè si res extet. ff. de peric. & commod. rei vend.*

Limita III. in casu, quo alter ex contrahentibus, ad quem spectat, periculum fuerit in mora: Ut si venditor fuerit in mora tradendi rem venditam emtori; hoc enim casu periculum spectare ad venditorem, per *l. si & per emtorem 51. in pr. ff. de act. emt.* probant Bocer. *ad l. contractus 23. ff. de R. I.* Hœnon. *disp. Jurid. 16. n. 16.*

XIV.

Satius est periculis imminentibus tempestive occurri, quàm post exitum medicinam quærere. *l. 1. C. quando liceat unicuiq;.* Wesemb. *in pant. ff. de his, qui effud. vel dejec.*

XV.

Periculum ubi maximum imminere perspicitur, ibi opus est remedio. *extrav. comm. injunctæ in princip. de Elect.* ac proinde Magistratus periculis celeri & opportuno remedio obviare debet, *Clem. unic. §. dudum. de jurejurando.*

XVI.

Qui non habet, quod perdat, ejus periculo nihil est, *l. 12. in princ. ff. de furt.* Cujac. *ad l. 10. in fin. P. V.* perire enim non potest, quod non est, *l. decem. 116. de V. O.* Pantschm. *1. quæst. 17. num. 148.*

XVII.

Qui alieno periculo rem cupit acquirere, meritò omni commodo arcebitur. *l. 4. ff. ad SCtum Tertullianum.*

XIIX.

PERICULUM ubi magis intenditur, ibi plenius est consulendum, *l. 1. §. sed & si quis 5. ff. de Carbon. edicto. l. manifestissimi 22. C. de furtis. l. addictos 29. C. de appellat. cap. ubi peric. 3. de elect. lib. 6.* (Idque suum fecit Carol. IV. in A. B. *tit. 25. pr.*) Bertaz. *in repet. l. si quis major. C. de transact. n. 6.* Card. Tusch. *practic. concl. tom. 6. lit. P. concl. 281.* Steph. Gratian. *Marchiæ decis. 133. num. 19.* Menoch. *consil. 149. n. 4. & consil. 73. num. 9.* Farinac. *in praxi criminali, p. 4. consil. 65. num. 115.* Surdus *consil. 163. num. 20.* idem Stephan. Gratianus *discept. forens. tom. 4. cap. 669. num. 18.* Farinac. *consil. 65. num. 115.* Sigismund. Scacc. *de commerc. & camb. §. 1. q. n. 1.* (Farinac. *prax. crimin. p. 4. consil. 65. n. 115.* Gail. *de pign. c. 14. n. 12.* Gœdd. *4. Consil. Marp. 49. num. 27.*)

XIX.

PERICULUM qui amat, peribit in illo. *Ecclesiast. 3. vers. 27.* eleganter Sigismund. Scacc. *de commerc. §. 1. quæst. 7. p. 1. num. 17. & p. 3. num. 65. vers. secundo. & vers. tertio.* (Nemo enim tenetur se periculo exponere, *cap. 1. de Cleric. non resident. cap. cum personæ 7. de privileg. in 6. ibiq. gloss. in verb. securo. l. sed sciendum 7. ff. ad SCtum Trebell.* Gail. *2. observat. 109. n. 9.* neque etiam jura præsumunt eum in periculo vitæ constitutum fuisse, qui ipsemet sua sponte caput periculo objecerit. *l. 11. ff. ad L. Aquil. l. 151. ff. de Reg. Jur.* Gail. *1. de P. P. cap. 16. n. 17.* Carpzov. *P. 2. Jurispr. Forens. Const. 9. Defin. 4. n. 6.* Unde qui periculo se exponit, vitæ renunciare dicitur, *l. Principes 6. C. de prin. agent. in reb. ibique gloss.*

CAP. XXX.

Perjurium, Perjurus.

Axioma 1.

Perjurium est violatio liciti jurisjurandi, *cap. ad Apostolicæ 2. §. dejenvit. ubi Dd. de sent. & re jud. in 6.* seu transgressio, Felinus *in cap. 2. num. 15. de sponsalib.* unde qui juramentum violat, Felinus *ibidem*, vel qui contra suum juramentum venit, perjurus dicitur, *cap. cum contingit 28. cap. quemadmodum 25. de jurejurand. l. si quis major 41. Cod. de transact.* quod obtinere non modò in transactione, sed & in quovis actu jurato, tradit Wesembecius *consil. 53. num. 18.*

II.

II.

Perjurium absque dolo regulariter non committitur, *cap. in dolo 1. 22. q. 2. l. qui juraſſe 26. de jurejurand.* ubi Caſtr. Bald. *in l. obſervare. §. proficiſci de offic. Proconſ. & in l. fin.* ubi Paul. Caſtr. *qui ſatisd. cog.* Alex. *conſil. 92. Perſpectis. n. 13. vol. 1.* Pantſchman. *1. pract. q. 10. n. 136.* ita dolus ex eo arguitur, quando quis venit contra futuram prohibitionem ne dum factam, *c. conſtitutis 19. de reſcript.* vel quando promiſſa non ſervat, Cravett. *conſil. 6. num. 66.* quod enim illicitè fit, eo ipſo fraudulenter & dolo malo factum eſſe præſumitur, *l. ſi non convicii 5. C. de injur.* adeò ut à perjurio nec error juris excuſet, *l. 2. Cod. de in jus vocand.* nec fatua cauſa aliquem liberet, Jaſon. *in l. videamus. n. 9. de in litem jurando.*

III.

Quicquid excuſat à mora, id etiam excuſat à perjurio, Bartol. *in l. continuus. §. illud. ff. de V. O.* Barthol. Veronenſ. *de ſerv. urb. præd. ſub rub. de cloac.* Franc. Rip. *de priv. cauſa peſt. n. 6.* Pantſchm. *p. 1. q. 10. n. 119.*

IV.

Pejerare velle in perniciem propriæ ſalutis nemo creditur, *l. fin. Cod. ad Leg. Jul. rep. l. 2. C. de reb. cred. cap. ſancimus 1. q. 7. ibique gloſſ.* eſſet enim contra præceptum decalogi, non pejerabis neque pollues nomen DEI tui, *Levit. cap. 19. & Matth. 5.* quo pertinet exemplum Suſannæ, quæ potius ſine delicto voluit incidere in manus illorum teſtium falſorum, quàm in conſpectu DOMINI peccare, *Dan. cap. 13.* Luc. de Penn. *in l. nec ipſi. col. 1. Cod. de incol. lib. 10.* Octav. Cacheran. *deciſ. Pedemont. 66. num. 14.* vid. & Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſ. 1. n. 1.* Gabr. *libr. 7. concl. 2. n. 1.* Farin. *1. conſil. crim. 50. n. 33.*

V.

Perjurium grande & atrox eſt delictum. Carpzov. *Defin. Conſiſt. Lib. 3. Defin. 80. n. 8. 9.* & ſpecies Criminis læſæ Majeſtatis divinæ, quæ Jure Romano quidem impunis erat, hodiè tamen omninò eſt punienda: ſed probè diſtingvendum inter perjuria temeraria, deliberata & inconſiderata. Carpz. *Pr. Crim. P. 1. Q. 46.*

VI.

Pejerare peccatum eſt, non jurare, *c. non eſt 2. & ſeq. 22. q. 1.* perjurium enim grande ſcelus eſt. *cap. ult. 22. q. 1.* cùm tale ſit juramentum, quod tres comites, nempe veritatem, juſtitiam & judicium non habet, *cap. animadvertendum 2. 22. q. 2.* atque ſic qui aliter facturus eſt, quàm promittit, pejerare dicitur. *cap. in dolo 1. 22. q. 2.* Unde etiam perjurium, qui ſcientes id committunt, non modò infames efficit. *c. quicunq; 18. 6. q. 1. cap. ſi quis convictus 7. 22. q. 5.* verum etiam à dignitate, officio & beneficio repellit, *cap. venerabilem 34. extr. de Elect. cap. pervenit 2. extr. de fidejuſſ.* qua ratione videmus, nec perjuros ad ſacros ordines admitti, *cap. infames. 17. 6. q. 1.* ſed ab Eccleſia removeri, cùm Eccleſiam regere non poſſint. *cap. querelam 10. extr. de jurejur.* hinc & in civilibus nec accuſatores *cap. conſtituimus 9. 3. q. 5.* nec teſtes *cap. ſi quis convictus 7. cap. parvuli 14. 22. q. 5. d. cap. quicunque 19. 6. q. 1. cap. accuſatus 8. §. licet de hæret. in 6.* eſſe poſſe, & à defendendo planè repelli, *c. dilecti 8. extr. de Exact.* ſed perpetuum ſilentium eis imponi, *cap. ult. de jurejur.* nec planè eis credendum eſſe, *c. ſicut 9. extr. de teſtib.*

VII.

Pejerare melius eſt, quàm ſervare illicitum juramentum. *cap. actione 18. 22. quæſt. 4. cap. unuquisq; 8. 22. q. 4. cap. 1. diſtinct. 13.* hoc enim excuſat vel neceſſitas, *cap. querelam 10. extr. de jurejur.* impoſſibilitas, *cap. brevi 17. extr. eod.* paupertas & difficultas, Anton. Hering. *de fidejuſſor. cap. 19. n. 113.* Andr. Koll. *exercit. 12. n. 66. arg. l. cum quidam 17. §. ſi pupillo 3. ff. de uſur.*

VIII.

Perjuriis viam nemo aperire debet. *cap. per. exer. de his, quæ vi. c. Clericos 3. de cohab. Cleric. l. 1. C. ſi adverſ. vendit.* latè Menoch. *de A. l. Q. caſu. 192. incipit. Clamant.* Alex. *conſil. 59. lib. 6.* Pantſchm. *1. q. pr. 10. num. 34.* Hinc ita concipiendæ formulæ cautionum & clauſulæ, ne accidere queat, ut quis vel invitus pejerare cogatur. *l. 8. §. 5. qui ſatisd. cog.*

Limita: Legati ſalvo Jure Divino & Gentium muneribus tentare poſſunt etiam juratam aliorum miniſtrorum fidem, & expiſcari, qui in ſuum principem iniquè machinentur. *Perez. C. de Legat. n. 9.*

IX.

Qui ſemel perjurus eſt, ab eo amplius non exigi juramentum, aut ad jusjurandum admitti debet. *cap. cum 10. extr. de Major. & obed. c. literas 14. extr. de præſumpt. c. 1. extr. de purgat. Canon.* perdit enim omnem facultatem probandi per juramentum. *cap. parvuli 14. 22. q. 5. ibidemq; gloſſ. verb. cauſa.* Gail. *2. obſ. 48. n. 32.* Ziegl. *Jur. Canon. p. 822.*

X.

Pejeranti gravior infligitur pœna, quàm conſentienti, *c. ſi quis convictus 7. 22. q. 5.*

XI.

Pejerare non dicitur, qui principali auctoritate juramentum aliquo caſu deſerit, *l. fin. ff. ad Municip. l. fin. C. de non num. pecun. l. fin. ff. qui ſatisd. cog.* Lud. Rom. *conſil. 429. n. 4.*

XII.

Perjurus non dicitur, qui non venit contra interpretationem legitimam, *l. fin. C. de non num. pecun.* Joh. ab Imol. *in c. contingat. n. 39. extr. de jurejur.* Pantſchm. *1. quæſt. pract. 10. n. 137.* ſed is demum, qui contra jus jurat, *cap. ad noſtram 6. extr. de jurejur.*

CAP. XXXI.

Peritus.

Axioma I.

Peritis in arte ſtandum eſt, *cap. propoſuiſti 4. ibiq; copioſè* Felin. *extr. de probat. l. ſemel. 6. C. de re milit.* Bart. *in l. fin. prope fin. ff. de ſicar.* Alex. *conſil. 12. col. pen. verſ. & benè facit. conſil. 35. col. pen.*

pen. in fin. conf. 141. col. pen. vers. & per hoc videtur. vol. 1. & consil. 148. vol. 2. Ægid. Bosi. *in tr. de delict. num. 7.* Carpz. *P. 1. q. crim. 26. num. 24.* Exemplum habes in Medico, qui super alicujus infirmitate, vel ex vulnere cicatrice remansura, vel super vulneris qualitate, an sit mortale, nec ne, testatus fuerit, ejus dicto standum erit, per ea, quæ refert Placa *lib. 1. delict. c. 13. n. 6.* vid. & Alberic. *in proœm. ff. n. 13. in tr. statut. 8. p. 2. q. 36.* cujus tamen relationem nihil operari, nisi prius præcedat diligens judicis inquisitio, ex Bart. *in d. l. semel. n. 1. &* Angel. *ibid.* refert Laur. Tennin. *in tr. Cautel. 188. n. 5.*

II.

Peritia delinquentis minuit pœnam, modò princeps consentiat, quem judex consulere debet. *Carpz. Pract. Crim. P. 3. q. 149. n. 64. 68.*

CAP. XXXII.

Permissum.

Axioma I.

Illa permissa intelliguntur, quæ & permissa durant, *l. item eorum 6. §. quod si actor. 3. ff. quod cujusque univers. l. sancimus 27. C. de testament.* Arum. *exerc. 7. q. 9.*

II.

PERMISSA esse censentur omnia, quæ non sunt prohibita, *(l. ab ea parte 5. ff. de prob.* glos. *in l. nec non in verb. prohibeant, vers. item nota hic, quod omnia. ff. ex quib. caus. maj.* Salic. *in l. 2. In tertia oppositione. de prob. &* Alber. *in d. l. ab ea parte. vers. si verò considero.* Pacian. *1. consil. 34. num. 7.* Carpzov. *P. 1. Jurispr. Forens. Constit. 16. Defin. 53. n. 3. per l. 43. §. 1. ff. de procur. & l. quæsitum 13. ff. de testib.)* Oldr. *consil. 228. Quod fratres in pr.* Petr. de Anchar. *consil. 243. Christianissime. in or.* Alex. *consil. 57. n. 2. lib. 1.* Bellon. *consil. 53. n. 1.* quos refert Card. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 298. n. 1.* Illud enim, quod non reperitur à lege prohibitum, non debet superstitiosis prætensionibus præsumi prohibitum, Surd. *consil. 173. num. 72. & consil. 222. n. 5.* quia in absolutè permissoriis, quod non reperitur jure prohibitum, censetur permissum, *cap. 2. de transaction. l. mutus. 43. §. 1. de procurat.* Wesemb. *in parat. de pact. num. 5.* Calderin. *consil. 52. An si dati sunt. in princ.* aliàs *6. de Elect.* (Et quod lege permissum est, reprehensionem nullam meretur, *l. Gracchus 4. C. ad Leg. Jul. de adult. l. ult. ff.* ubi Bart. *quod quisque Juris statuerit.* Bocerus *de feudi invest. cap. 3. num. 83.* ita pejerasse non videtur, qui ex concessâ causâ jusjurandum deserit, *l. ult. ff. qui satisdar. cogantur.* Permitti tamen quandoque aliqua, quæ non laudantur, ut donationes meretricibus factæ, patet *ex l. 5. de donat.* His ergò permissionibus & juribus permissivis non est abutendum. *§. sed neque heres 10. Institut. de testam.* aliàs enim in permissis illicita sectantes, privilegia & indulta amittere possunt. *l. Judæos 10. in fin. ibig.* Barbos. *n. 2. C. Judæis.* vid. Arnis. *lib. 2. de jur. Majest. c. 1. n. 4. p. 21. & 219.* cum sæpe permittantur quædam in consequentiam, quæ non permitterentur per se.)

III.

PERMISSUM ad tempus, post illud censetur prohibitum, *l. si unus 27. §. 1.* ubi Bald. *ff. de pactis. l. epistola 52. §. fin.* ubi Castr. *ff. eod. tit. l. Imperator 8. ff. de postulando. l. cùm pater 77. §. à filia 10.* ubi Bart. *ff. de leg. 2. l. statu liberum 11. §. Stichum 1. & l. Titia cum testamento 34. §. ult. ff. eod. tit. l. pater filium 38. §. fundum 3. ff. de legat. 3. l. 2. C. de jure emphyt. cap. ult. §. in aliis. vers. si verò, ut lite non contest.* Tiraquell. *de retract. convent. §. 1. gloss. 2. n. 44.* Castrens. *consil. 142. Videtur dicendum, in princ. vers. nam aliquid. lib. 2. decis. Pedem. 83. num. 13.* Menoch. *consil. 68. n. 10. & consil. 121. n. 64. & consil. 364. n. 24. & consil. 443. num. 5. & consil. 447. n. 2.* Surd. *de aliment. tit. 5. q. 3. n. 9. & 10. & decis. 57. n. 9. & consil. 354. n. 18.* Bertazol. *de clausulis instrum. claus. 15. gloss. 2. n. 21.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 299. per totam.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 5. proœm. n. 3.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. q. 1. n. 8. & de renovat. emphyt. q. 10. n. 1.* D. Barbos. *in l. cum Prætor. in princ. n. 45. ff. de judic.* Rot. *decis. 617. n. 2.* apud Farin. *part. 1. recent. & dec. 475. n. 1. part. 2. recent.* Vincent. Carot. *sing. 385.* ubi ampliat procedere in statutis, etiam per argumentum à contrario sensu ad juris communis correctionem. Modern. *de supplicat. ad Sanctiss. p. 1. c. 10. n. 38.*

IV.

PERMISSUM post tempus, ante illud censetur prohibitum, *l. promissor. 21. ff. de constitut. pecun.* Tiraquell. *de retractu convent. §. 1. gloss. 2. n. 48. l. 38. §. 3. de leg. 3.* Franzk. *ad ff. quib. mod. pign. solv. n. 102.*

V.

Non omnia, quæ nobis licent, aliis permittere possumus. Ita in proprio fundo thesaurum indagare possumus, aliis tamen id heutiquam permittere. *Perez. C. de thes. n. 4.*

VI.

PERMISSUM censetur omne id, per quod

quod devenitur ad actum permisso actu. *l. ad rem mobilem 56. ff. de procurat.* Sigismund. Scaccia *de commerc. §. 1. q. 7. part. 2. ampl. 19. n. 108. prope fin.* (vel per quod pervenitur ad illud. *arg. l. oratio 16. ff. de sponsal.* Socin. sen. *consil. 226. col. 17. vers. amplius dico. lib. 2.* Cravett. *cons. 203. n. 26.* si itaque permissa dicatur causæ revisio, dicitur etiam permissa rei judicatæ revisio. Menoch. *1. arb. jud. q. 52. n. 5.*

CAP. XXXIII.
De Permutatione.

Axioma I.

Quicunque alienare possunt, illi possunt permutare *l. 4. C. de præd. & aliis reb. minor. l. 1. §. 3. ff. de rer. permut. Sand. tract. de prohib. rer. alienat. Part. 2. c. 3. n. 12.* ita tutores non possunt permutare immobilia sine decreto *d. l. 4. C.*

II.

Quicquid potest vendi, illud potest permutari arg. *l. 28. de contrah. emt.* Modò sit res propria, nam re alienâ datâ nulla contrahitur permutatio *l. 1. §. 3. de rer. permut.*

III.

Solum pactum de permutatione contrahendâ, licet ex neutra parte datio intercesserit, parit hodiè actionem. *Græveweg. de LL. abrog. ad l. 3. C. de rer. permut. Gudelin. de jur. noviss. lib. 3. cap. 5. Gomez. Tom. 2. cap. 8. n. 4. Brunnemann. ad l. 1. ff. & l. 3. C. de permut. Mev. P. 3. dec. 27.* Nam certum est, jure civili, si stipulatio adjecta sit contractui innominato, nasci obligationem efficacem vi adjectæ stipulationis, etiam antequam res vel factum intervenerit; hodiè verò nudi pacti eadem est efficacia, quæ stipulationis. *Stryck. cautel. contract. sect. 3. cap. 5. §. 4. seq.*

IV.

In permutationibus principum nullæ solennitates necessariæ sunt. *Mev. cons. 95. n. 27.*

CAP. XXXIV.
Perpetuum.

Axioma I.

Ea perpetua præsumuntur, quæ etsi temporalia sint, non tamen habent tempus à jure præfixum, *l. sufficit 56. de condict. indeb. l. jurisperitos 30. ff. de excusat. tutor.* quod multis comprobant Felin. *n. 8.* Dec. *in cap. ex literis col. ult. de constit.* Tiraquell. *in tract. de retract. convent. §. 2. gloss. 1. num. 39.* Menoch. *1. arbitr. judic. q. 22. num. 2.*

II.

Perpetua sunt ad excipiendum, quæ sunt temporalia ad agendum. *l. jure 13. in fin. ff. de except. doli. l. si quando 2. C. de dilat. l. 1. §. fin. C. de annal. except.* Joh. Gœdd. *1. Consil. Marpurg. 28. num. 250.*

III.

Perpetua destinatio, non temporaria occasio in jure causat effectus. Hinc domicilium non constituitur nisi animo perpetuò ibi manendi *l. 7. C. de Incol.* res habetur pro immobili ejus loci, ad quem destinata *l. 35. §. 3. de hered. instit.*

IV.

Quando causa concessionis est perpetua, concessio quoque perpetua censetur & contrà, *Perez. C. de his, qui à princip. n. 4.*

V.

Concessio ex contractu præsertim oneroso præsumitur perpetua & irrevocabilis. Et sic emphyteusis, quando nullum tempus determinatur, perpetua censetur; sin autem ad tempus diserè data sit, tempus longum intelligitur, *Brunnem. ad l. 5. C. de fund. patrim.*

CAP. XXXV.
Perplexa.

Perplexis in rebus media via est eligenda. *§. ult. Instit. qui & ex quibus caus. manumitt. non lic. §. cum ex aliena 25. Instit. de rer. divis.* Phil. Matth. *ad l. 200. de R. I. n. 6.* quia semper ita interpretanda, ut evitetur perplexitas. *l. si Titius 9. ff. de V. O.* atque hoc etiam notat Barth. Socin. *in tract. regul. & fallent. reg. 536. vers. decurio septimo fallit,* Regn. Sixtin. *1. Consil. Marp. 10. n. 12.*

CAP. XXXVI.
Persecutio.

Axioma I.

Persequi malos propter correctionem eorum, non est malum. *cap. qui peccat 40. & seq. 23. q. 4.* Persecutorem enim criminis esse, non est iniquitas, sed pietas, *l. non est innocentia 37. cap. si propterea 34. cap. non vos 42. 23. quæst. 5.* cum persequantur malos boni laudabiliter, & mali bonos damnabiliter, *cap. si non 49. §. breviter. 23. q. 4.*

II.

Persequitur, qui ad malum, non qui ad bonum cogit. *c. non vos 42. 23. q. 5.*

CAP. XXXVII.
Perseverantia.

Perseverantia potiùs quàm voluntatis mutatio, cum sit accidens, præsumitur. *c. majores 3. de bapt. l. Lucius 22. in fin. ff. de legat. 2. l. cum hic status 32.* ubi Bart. *de donat. int. vir. & uxor. l. cum tacitum 3. ff. de probat. gloss. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisdar. cog.* Bald. *in l. unic. C. uti possidet.* Alex. *consil. 88. vol. 5.* Bart. *in l. 1. uti possidet.* Castrens. *in l. servitutes de serv.* Alex. *consil. 113. n. 9. vol. 6.* Natt. *consil. 176. n. 5.* Berous *consil. 55. n. 8. vol. 3.* Riminald. *consil. 9. num. 30. vol. 10.* Corn. *consil. 155. n. 3. vol. 2.* Paris. *consil. 69. n. 36. vol. 3.* maximè quando præcedit vinculum obligationis, *l. in commodato 17. §. sicut 3. ff. commod. l. sicut 5. C. de oblig. & action.*

CAP.

CAP. XXXVIII.
Persona.

Axioma I.

Personæ digniores sunt rebus aut ullis fortunæ bonis. *l. in pecudum 28. ff. de Usur. l. sancimus. 21. C. de SS. Eccles. l. justissimè. 44. de ædil. edict. gloss. in §. fin. Instit. de I. N. G. & C.* Hieronym. Montan. *de finib. c. 71. num. 1.* Ruland. *de Commissar. part. 2. lib. 5. c. 4. n. 31.* Lud. Gomez *ad §. sed ista. Instit. de action.* Vincent. de Ann. *in rep. constitut. termin. vitæ. num. 1.* Carpz. *decis. 162. n. 3.* Victor. *in disput. de caus. exempt. Imp. conclus. 30.* Hinc fundi qualitas & privilegium à personis mensuratur, Marta *de juris dict. p. 4. cent. 1. cas. 125. n. 38.* nec earum dignitas per maximam bonorum partem obfuscatur, Public. *in consuetud. Avern. tit. 27. n. 1.* Ruland. *5. de Commissar. p. 2. c. 4. num. 31.* & ideo personarum quam rerum tractatio præmittenda venit. v. *noster. quæst. Wesenb. disp. 1. 4. 38.*

II.

Persona eadem, diversis qualitatibus prædita, pro diversis habetur, Reichs-Abschied *de Anno 1548. §.* Nachdem auch. & §. Aber die Graffen von Tübingen. Gail. *de Arrest. c. 6.* Knich. *de vestitur. pact. p. 2. c. 5. n. 137.* Cavalcan. *lib. 5. decis. 23. n 3.* Gylman *tom. 2. p. 1. vol. 31. n. 5. & tom. 4. p. 1. vot. 30. n. 186.* Quotiescunque enim plura jura in una eademque persona concurrunt, tum illa diversis respectibus plurium personarum vicem gerere potest *l. tutorem 22. de his quib. ut indign. §. si tutor. Instit. de inoffic. testam. l. cum quædam 26. C. de administrat. tut. l. si consul 3. cum l. seq. & ibi gloss. de adopt.* Hartm. Pistor. *1. quæst. pract. 24. n. 52.* Gylm. *d. vot. 30. n. 37.*

Intellige diverso scil. tempore. Persona enim eodem tempore duobus in locis adesse nequit, neque dividi potest. Natt. *cons. 447. quoniam. n. 15. vol. 2.* ita potest quis diversis temporibus munera personalia duobus in locis subire. Ruin. *cons. 111. n. 10. vol. 5.* v. g. quando quis uno in loco haberet incolatum, & in alio originem, tunc diversis temporibus in utroq; muneribus inservire personalibus tenetur. *l. 1. C. ad municipal.* Et si fortè locus incolatus cum loco originis simul concurrat, debet locus originis præferri. *gloss. in d. l. 1. verb. munerib. dict. tit. & in l. libertus. §. præscriptio. ff. ad municipal.* Pacian. *1. consil. 5. n. 62.* Si itaque persona consideretur ut persona, vicem plurium personarum sustinere non potest, eum difficile hoc esse dicat JCtus *in l. si plures 9. ff. de pact.* quando autè respectu alicujus qualitatis ac officii intueatur, benè vicem plurium sustinebit, *gl. in l. si consul. de adopt.* Svaneman. *decis. sup. rer. jud. decis. 2. n. 32.*

III.

Ex persona alterius consequi possum, quod ex mea non possum. *cap. autoritate 7. §. fin. de concess. præbend. in 6. c. licet 47. §. testes autem de testib. l. si communem 10. ff. quemad. servit. amitt. gloss. ibid. in verb. & ego. l. Aristo 3. in fin. quæres pign. oblig. poss.* Gail. *de Arrest. cap. 8. n. 9.* ita jure societatis commodum legati æque ad incapacem ac capacem pertinere dicitur, *l. si is qui duos 29. ff. de liberat. legat. l. si emancipati 9. C. de collat.* Menoch. *rem. 1. recup. possess. n. 378.*

Limita, hoc locum habere in individuis & inseparabilibus, secus in dividuis & seperabilibus, prout docent Phil. Dec. *in l. si emancipati. C. de collat.* Joh. Igneus *in l. 1. §. si quis in villa. n. 27. ad. SC. Syllan.* Molin. *in addit. ad Alex. cons. 122. verb. uterque. lib. 5.* Pantschman. *2. quæst. pract. 8. n. 25.*

IV.

Personæ industria ubi est electa, immutari ea eligentibus invitis non potest. *l. artifices 31. ff. de solut. l. illud 9. C. de excus. muner. cap. fin. ibique* Felin. *n. 2.* Panorm. *c. 1. & 3. extr. de offic. & potest. judic. deleg.* Zoannet. *ad l. 2. num. 12. C. de pact. in empt. & vend.* Ambros. de Opizon. *in l. si quis arbitratu 43. n. 7. de V. O.* Harprecht. *ad proœm. Instit. n. 75.* nec potest per alium actus explicari, Abb. *in d. c. fin. §. is autem. num. 3. de offic. deleg.* Honthem. *3. de art. Notar. c. 10. n. 11.* vel adimpleri, *c. dilecti 4. extr. de arbitr.*

V.

Personæ conditio in consideratione est habenda. *l. si quis 20. ff. de usufruct. cap. cum ad monasterium 6. de stat. monach. c. Episcopus 7. 10. quæst. 2. c. non cogantur 3. distinct. 41.* ita secundum conditionem personæ qualitas & quantitas alimentorum concedi solet. Abbas *in c. cum omnes. n. 9. de constitut.* ita videmus ex mutatione personæ & statum rei immutari, *l. licitatio. 9. §. penult. ff. de publican.* Cravett. *cons. 293. n. 10. versi. nec obstare videtur.* post Castrens. quem citat Vantius *in tractat. de Nullitat. tit. de nullit. ex defect. mand. n. 86.* personæ vero conditione non mutatâ nec mutari statum rei. *Brunnem. Cons. penult. n. 112. seqq.* cum si mutetur conditio personæ, mutetur etiam virtutis suæ præmium. Menoch. *2. arb. jud. cas. 159. n. 3.* Quando ergo dicitur personarum conditionem non esse habendam in judiciis, *t. novit. 13. de judic. c. nullus 4. quæst. 4. cap. in judiciis 12. de R. I. in 6.* id restringit Menoch. *2. arbit. judic. cas. 448. n. 12.* ut procedat in moralibus, secus in temporalibus, in quibus multis casibus aliud observari facile deprehendimus; aliud enim in nobilibus, aliud in vilibus & abjectis statutum esse, text. est *in l. serverorum. 10. ff. de pœnis.* alia exempla vid. apud Salicet. *in l. etsi severior. col. 3. C. de iis qui not. infam.* Jason. *in l. si quis id quod vers. tertio limita. ff. de jurisdiction.* Lud. Bologn. *in Auth. habita. C. ne fil. propatr. n. 225.*

VI.

Propter personæ vilitatem juris regulæ transgrediuntur. *l. penult. ff. de condict. ob causam. l. quæ adulterium 29. C. de adult.* ubi ea, quæ in caupona administrat, propter personæ vilitatem de adulterio non accusatur. *gloss. in c. serpens de pœnitent. dist. 1. l. 2. C. ut intr. cert. temp. l. Senatoris filia 47. ff. de rit. nupt. l. si Lenones 12. C. de Episc. audient. l. sed si unius 17. §. filio. ff. de injur.* Lud. Gomez *ad §. ex maleficiis. Inst. de act. n. 5.*

VII.

In personæ ejusdem continuatione facilius

quid admittitur, quam si nova persona adjiciatur. *l. 1. in fin. C. de liber. præter. l. penult. §. sed si ergo 1. de injust. rupt. testam. l. coheredi 41. §. coheres 6. de vulg. & pupill. substit.* Langenbeck *in suis annotat. ad. l. filius à patre. ff. liberis, & post. c. 1.*

VIII.

Persona illa obligata censetur, cujus contemplatione obligatio facta est *arg. l. dotem 6. ff. de collat. bon. l. profectitia 5. in pr. ff. de jur. dot.* Dd. communiter *in l. in quartam ff. ad L. Falcid.* Vult. *2. consil. Marpurg. 25. n. 47.* Quia quando dispositio aliqua alicujus contemplatione fit, licet verba in ipsum expresse non dirigantur, illi tamen actio inde quæritur, Bart. *in l. 2. §. videndum. ff. ad SC. Tertull.* Paris. *consil. 75.* Hinc rationem non esse habendam personæ, in quam verba diriguntur, utpote cujus contemplatione id omne, quod actum est, gestum fit, patet *ex l. servo legato 69. §. si testator 2. ff. de legat. 1. l. cum pater 77. §. donationis 26. ff. de legat. 2. l. isti quidem 8. §. fin. ff. quod. met. caus. l. 3. §. nunc de effectu 3. l. si quis reum. §. 1. ff. de liberat. legat.* Paris. *cons. 27. n. 63. vol. 2.* Cravett. *cons. 91. n. 6. vol. 1.* Tiber. Decian. *cons. 9. num. 16. vol. 3.* Personæ enim in dispositione fit mentio ad eum finem, ut sciatur cum quo pactum vel contractum sit. Dec. *cons. 262. n. 6.* Jason. *cons. 275.* Cravett. *cons. 131. n. 36.* Vult. *2. cons. Marp. cons. 25. n. 44.* siquidem in omnibus & ante omnia non tantum in criminalibus, *l. 3. de accusat. tot. titul. C. de his qui accus. poss.* Carpzov. *in proceff. Inquisition. tit. 6. art. 1. n. 4.* sed etiam in civilibus, *l. 4. de testam. l. 14. de jure Codicill. l. 34. de solut. matr.* persona certa esse debet.

IX.

Quicquid fit contemplatione certæ personæ, non potest nec debet eam ingredi. *l. cum precario 12. §. 1. l. interdictum 14. ff. de precar. l. filiosfam. 42. ff. de condit. & demonstr. l. 21. ff. de usur.* Carpzov. *p. 1. constit. 12. defin. 25. n. 3.* siquidem personarum non causæ beneficium est, quod vel nominatim tribuitur, vel communiter cum qualitatis designatione, *gloss. fin. in cap. privilegium ibidemque.* Petr. Peckius *n. 4. de R. I.* Gœdd. *1. cons. Marp. 28. n. 135.* Personalia enim nunquam personam obligati egrediuntur. *l. quis ergo casus. 16. junct. l. 14.* ibi: alter alterius peculii nomine non convenitur. *de peculio. c. privilegium 7. de R. I. in 6. gloss. in c. mandata 6. de præsumpt.* Jason. *in l. inter eos. col. 2. n. 9. ff. de re judic. & in l. fin. col. 7. n. 22. C. de SS. Eccles.* Bart. *in l. 1. ff. de acquir. possess.* Adeò, ut nec per procuratorem acquiratur, nisi Domino cedatur, cum personales actiones adeò ossibus nostris adhæreant, ut ab eis separari non possint. Corn. *cons. 76. licet in præsenti. col. 1. vol. 4. cons. 289. circa primum. col. 9. eod. libr.* Personamque sequantur, sicut lepra leprosum, non autem fundum aut possessionem. *l. 1. §. illud 13. ff. quod legat. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* & ubi Personæ demonstratio, ibi dispositio non ad heredes, multò minus ad extraneum transeat. *l. servus. 34. in princ. in verb. itemque demonstratio personæ. ff. de statu liber.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 14. n. 184.* nec actio personalis contra tertium obligatum exerceri possit. *l. 1. §. si heres 16. ff. ad SC. Trebell.*

Limita, nisi personalis actio rem afficeret, h. e. contemplatione ipsius rei inducta esset; eo enim casu rem sequitur, & actio pro in rem scripta habenda est. Bart. *in l. si ita quis §. ea lege. ff. de V. O. & in l. peto. §. fratre. n. 5. ff. de legat. 2.* & ideo dixit Angel. quod obligatio personalis contracta respectu rerum competat contra quemcunque possessorem, per text. *in l. si ipsa 18. & l. metum 9. §. fin. ff. quod met. caus. c. cum contra 6. de pignor.* add. & Bald. *in l. 2. quæst. 1. C. de rescind. vend.* Ludov. Gomez *ad §. omnium. Inst. de action. n. 3.* Vult. *3. consil. Marpurg. 19. n. 23.*

X.

Personæ suppositio dolum & fraudem in omni contractu arguit. *l. uxor 55. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. pupillus 5. §. 3. ff. de autorit. tutor. l. si is qui 91. ff. de acquirend. hered. l. si per impressionem 11. C. quod met. caus.* Alberic. *in l. dolum. n. 3. vers. item ex persona alterius interpositione. C. de dolo.* Calcan. *cons. 36. n. 2.* Aymo Cravett. *cons. 122. n. 10. vers. septimo non est dubium.* Ruin. *cons. 130. n. 2. lib. 2.* Mandel. *cons. 97. n. 5. vers. & potissimum. lib. 1.* Mascard. *de probat. 1. conclus. 531. n. 173. & lib. 2. conclus. 815. n. 43.* Menoch. *de præsumpt. 3. præs. 125. per tot.* Stephan. Lamberteng. *de contract. eor. gl. 10. n. 9.* Farin. *in pract. crim. p. 2. tit. de pœn. temp. q. 89. n. 129.*

XI.

Per personam extraneam, h. e. per eam, quæ juri nostro subjecta non est, nihil nobis acquiritur. *l. 1. C. per quas person. nob. acquir. §. ex his 5. instit. eod.* Excipitur nominatim procurator. *d. §. ex his. l. 1. §. per procuratorem 20. ff. de acquirend. poss. l. 11. §. liberam. 6. ff. de pignerat. act.* quam exceptionem necessarius usus introduxisse videtur, ut scil. laxior utiliorque esset commerciorum facultas. *d. l. 1. C. de acquir. poss.* Cujac. *ad l. 1. §. per procuratorem. ff. eod.* Hegenit. *de possess. lib. 1. cap. 6. n. 32.* & procedit, si dominus sit dominiique transferendi animum habeat. *l. qui mihi donatum 13. de donat.* Tum enim possessione nobis acquisita tacite & dominium sequi dicitur, Mynsing. ad *d. §. ex his verb. per extraneam, Inst. d. tit.*

XII.

Persona si potest submitti, multo fortius locus. Innocent. *in c. ex tuarum. 5. de auctor. & usu. pall.*

XIII.

Personæ delictum non debet redundare in damnum Ecclesiæ. *c. pervenit 3. extr. de arbitr. c. cum venerabilis 6. extr. de except. c. cum olim 14. extr. de privil. c. delictum 76. de R. I. in 6. c. quia 2. extr. de testam.*

XIV.

Personalia non sunt cessibilia. Dyn. *in c. privilegium. de R. I. in 6.* Dd. *in l. quod si in diem. S. Julianus. ff. de petit. hered.* Vult. *3. cons. Marp. 21. n. 67.*

Intellige verum scil. de jure personali mero, secus de jure inhærente personæ propter rem, hoc

hoc enim esse cessibile not. Joh. Andr. *in addit. ad Speculat. sub. tit. de cession. act. §. 1. in addit. incip. in actione injuriarum.* Gozad. *ad l. 2. n. 105. C. de pact. int. empt. & vend.* Roland. à Valle *consil. 28. n. 26. & n. 31. vers. non obstant modo.*

XV.

Personarum acceptio non est apud Deum. *cap. sicut 32. q. 4. c. nec quamquam 127. de consecrat. distinct. 4.* nec esse debet apud homines in electione Prælatorum. *c. sacrorum 34. dist. 63.*

XVI.

Personarum qualitas consistit in scientia, moribus & ætate. *clem. 1. & ult. de ætat. & qualit.* ex his enim status & veritas facti attendi solet. *c. mulieres 6. extr. de V. S.* Unde & ex statu personæ crimen & pœna quandoque augetur. *c. cum non 14. c. cum illorum 32. extr. de sent. excomm.*

CAP. XXXIX.
Persuasio.

Axioma I.

Persuasio, per quam quis inducitur ad aliquid faciendum, habetur loco compulsionis & coactionis, *l. eum qui 5. C. de Apostat. l. 1. §. persuadere. 3. ff. de serv. corrupt. l. un. §. 2. ante fin. C. de rapt. virg.* Ratio, quia habet vim violentiæ. *l. 5. §. 3. de serv. corrupt.* C. A. *si quis aliquem testari prohib. th. 3. n. 4. vid. & th. ult. de extraord. crim.* Ant. Matth. *ad lib. 48. H. tit. 3. c. 5. n. 8.* Paul. de Castr. *cons. 174. contra superius. col. 1. lib. 1.* Barthol. Socin. *cons. 173. col. 2. lib. 2.* Curt. jun. *cons. 141. col. pen.* Calcan. *cons. 25. col. 13.* Menoch. *in tr. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 6. n. 58. & 2. arb. judic. cas. 395. n. 41.* Barbat. *cons. 71. vol. 2.* Paris. *cons. 67. n. 12. vol. 2.* Carpz. *3. constit. 23. defin. 30. n. 15.* Etiamsi volenti fieret. *l. 4. §. si quis 5. de liber. exhib.* Ruin. *cons. 60. n. 22. lib. 3.* siquidem etiam is compellitur, qui assiduis precibus sollicitatur. Quod Samson in sua Delila expertus est, *Jud. 16. vers. 16.* Afflict. *decis. 69. n. 6. vid. omnino* Cujac. *in parat. C. si quis eum cujus tut. fuerit.* imò (quod fortius) persuasio ad malum plus est, quam violenta compulsio. *d. l. 1. §. persuadere 3. ff. de serv. corrupt.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 10. & 12. n. 9.* Gravett. *consil. 192. n. 12. & cons. 82. n. 5.* Consil. Argent. *1. cons. 20. n. 34.* aut violenta coactio. *l. 3. §. si quis volentem 5. ff. de liber. hom. exhib.* Burgal. *de dol. lib. 1. c. 8.* Ex crebris enim persuasionibus non solum dolus re ipsa, sed etiam ex proposito satis aperte arguitur, *l. cum quis 31. & ibi Bart. ff. de dol. gloss. 2. in l. 1. apud Celsum. ff. de except. dol.* Tortus *int. cons. Curtii senioris cons. 28. in fin.* Unde & tales importunas & crebras flagitationes, quibus tandem æger expugnatur, ut refragari amplius non possit, testamentum vitiare dicuntur, *per not. 1. Cons. Arg. 61. n. 4. & seq.*

Quæ omnia non de quâvis, sed de nimia & dolosa persvasione vera intellige: quamvis enim ea vim quandam coactionis, maximè inter conjunctas personas habere videatur, propriè tamen vis non est, cum liberum subjiciat consensum. *l. 1. ff. de serv. corrupt. l. non solum 11. §. 1. ff. de injur. l. sæpè 53. de V. S.* Unicuique enim licere homines blanditiis, cum moderatione quadam adhibitis, ad sibi donandum adducere, notant Bellon. *consil. 74. n. 7.* Bursat. *consil. 47. numer. 26.* Cephal. *cons. 414. Illustr. Uxor. n. 10. vol. 3.* Dec. *consil. 489. in casu. num. 6. vers. primo ergo non obstat.* & si quæ sunt similia, vid. Pacian. *1. cons. 12. n. 46.*

II.

Persuasor tenetur de persuasu. *cap. sicut 6. extr. cap. homicid.* Carpzov. *P. 2. Dec. 126. n. 12.*

Limita: qui aliquem persuasionibus inducit ad mutuò dandum, ceu fidejussor non obligatur. *Carpz. P. 2. C. 18. def. 1.*

CAP. XL.
Pertinentiæ, Pertinere.

Axioma I.

Pertinere ad aliquem censetur non tam, quod jam competit, sed & quod spe potest competere. *l. verbum illud 181. de V. S.* Paris. *cons. 58. n. 44. vol. 3.* Decian. *resp. 123. vol. 3.* Regner. Sixtin. *2. consil. Marpurg. 14. n. 38.* Verbum enim pertinere secundum subjectam materiam est accipiendum. Gail. *lib. 2. obs. 63. n. 11.* Et quia hoc verbum sit facti, ideoque si quis pertinere sive pertinuisse quid ad aliquem aut aliquid, & sic de pertinentiis vel de pertinentibus esse asserat, hoc probare tenetur. Cephal. *consil. 250. n. 13. vol. 2.* ob communem regulam, quod asserenti incumbat probatio. *l. 2. l. verius 21. ff. de prob.* Pacian. *1. de probat. c. 7.* Unde licet de necessitate non requiratur, pertinentias omnes statim exprimi, & speciatim peti, cum accessoria sequantur causam sui principalis. *cap. accessorium de R. I. in 6.* ac magis ad punctum liquidationis, quam actionis pertinere videantur; eò tamen laborandum est, ut lites minuantur. *l. quidam 21. ff. de reb. cred.* cum enim sæpe finita causa ingentes labores in rebus pertinentibus liquidandis sint devorandi, melius & consultius videtur actori, ut una eademque opera, ne ex lite lites nascantur, tota controversia una quasi manu discutiatur. Gœd. *1. cons. Marp. 28. n. 343.*

II.

Pertinentiæ destinatione & voluntate patris-fam. constituuntur, *l. quod in rerum 24. §. si quis 2. ff. de legat. 1.* Innocent. *in cap. cum ad sedem. n. 2. & 3. de restit. spoliat.* quia nostra destinatione fundorum nomina & domus, non natura constituuntur, *l. quæsitum 12. §. si quis eodem 14. & §. Papinianus 37. ff. de fund. instruct. l. ex facto 35. §. rerum 3. ff. de hered. instit.* Unde licet castro à jure nihil corporale sit deputatum, quod sit ejus pertinens, tamen ab hominibus & eorum statutis consvevit & castro certum territorium assignari, Canonistæ *in cap. si civitas de sentent. excommun. in 6.* Bart. *in l. 1. n. 3. ff. de damn. infect.* Bald. *cons. 420. n. 5. vol. 1. incip. verba Principis.* siquidem apprehensa possessione castri, pertinentiæ quoque ritè apprehensæ

intelliguntur, Gail. *1. obs. 129. n. 6. & 8.* Mynsing. *3. obs. 39.* Borcholt. *in tr. de feud. n. 35.* Dyn. *in c. 1. de R. I.* Treutl. *disp. 21. th. 2. lit. b. vol. 2.* vid. tamen distinctionem Menochii, quam probat & declarat Vultej. *1. Feud. 5. num. 4. pag. 77.* Gothofred. Anton. *disp. 3. feud. 3. thes. 4. lit. B.*

CAP. XLI.
De Peste.

Axioma I.

Peste laborantes ab urbe sunt expellendi, neque ad eorum receptionem tenetur, qui ægrotos recipere obligatus est. *Carpz. L. 10. Resp. 105. n. 11. & 2.*

II.

Pestis tempore pastor Ecclesiæ non debet deserere Ecclesiam: nam si fugit, suspectum se reddit, quòd nullam fiduciam in Deum habeat, & sit mercenarius.

Limita: nisi pastor aliis etiam Ecclesiis præsit & Ecclesia peste correpta aliis ministris sit instructa. *Carpz. L. 1. Jurispr. Eccles. def. 72.*

CAP. XLII.
Petere, Petitio, petitorium.

Axioma I.

Petitio debiti non probat statim debitum, Innoc. *in cap. super literis 20. de rescript.* possunt enim peti multa, sed deberi & concedi pauca. Castr. *in l. 1. n. 1. C. de diverf. rescr.* Wes. *1. conf. 36. n. 4.*

II.

Petens ex contractu rei suæ alienatæ, videtur eum approbasse, nec potest ad contractum rei reverti, *l. 4. ubi gloss. C. de pact. inter emptor.* Qui enim vult consequens, vult etiam antecedens, *l. ad rem mobilem 56. l. ad legatum 62. ff. de procurat.* Unde qui petit effectum contractus, petit causam, sine qua non constet effectio, Jason. *in l. si causa. n. 5. C. de transact.* non modo cum effectu petendo & judicialiter, verùm etiam extrajudicialiter verbali petitione, Salicet. *in l. 4. n. 3. Cod. de pact. inter Emptor.* Wesenbec. *2. conf. 70. n. 10.*

III.

Non debet quis ab alio expectare, petere & desiderare, quod ipse habere & aliis impertiri debebat. *text. & gl. ad l. 6. §. 9. fi. de edend.*

IV.

Non opus est petitione, cum jus ipsum suppetit. *l. un. C. de thesaur.*

V.

Petere nemo debet id, quod redditurus est, *l. in condemnatione 173. §. dolo 3. ff. de Reg. Jur.*

VI.

Peti aut repeti ab eo nihil potest, qui suum recipit, *l. de hereditate 5. C. de petit. heredit.* Nihil enim dolo facit creditor, qui suum recipit, *l. 167. §. 1. de Regulis juris.*

VII.

Frustra petit is, qui petit quod habet, *§. res alienas 6. Inst. de legat.* Menoch. *4. remed. adipisc. poss. n. 179.*

VIII.

Petens aliquid, causam petendi allegare debet, *cap. pervenit 5. extr. de censibus.*

De petitione Tutoris vid. *TUTORIS PETITIO.*

IX.

Petitio illa habetur maligna, quæ cum alterius fit incommodo sine proprio aliqvo emolumento. *Mev. Conf. 39. n. 58.*

X.

De petitorio quando constat, frustra disceptatur de possessorio, *cap. cum dilectus 6. & ibi gloss. fin.* & Canonist. *communiter de caus. poss. & propr.* Siquidem liquidatio petitorii trahit ad se possessorium, illudque penitus absorbet, Bart. *in l. 12. §. 1. n. 16. ff. de acquir. possess.* Cyn. *in l. incerti. n. 2. & 3. C. de interdict.* Cæpoll. *cons. 59. n. 12. lib. 1.* Menochius *de recup. possess. remed. 15. num. 367.* maximè quando notoriè constat de causa petitorii. Paulus de Castr. *in l. 2. C. de edict. D. Adr. toll.* Covarruv. *in epit. 4. lib. decret. p. 2. §. 5. n. 10.* quia dignus est, Capyz. *decis. 77. n. 1. 2.* Port. *conf. 1. n. 64.* Zas. *in d. l. 12. n. 30. ff. de acquir. possess.* Jacob. Put. *lib. 1. decis. 82.* Hinc quando potiora jura ab altera parte deducta & probata, judex super petitorio pronunciare debet. Cravett. *conf. 248. n. 5.* Mynsing. *respons. 25. n. 7.* Natta *conf. 289. n. 11.* Knichen. *de jure territor. cap. 5. num. 27.* Et petitorium tractari videtur, ubi de privilegio agitur, Afflict. *decis. 183.* Chassan. *cons. 83. n. 4. vers. secus.* Contard. *ad l. unic. quæst. 13. quid sit petitorium. n. 76.* Roland. à Valle *conf. 6. n. 30. lib. 4.* Gylman. *tom. 2. p. 1. vot. 1. n. 38.*

XI.

Petitoriis remediis possessoria sunt salubriora, *l. qui destinavit. 24. ff. de rei vindicat. l. ordinarii 13. C. eod. l. incerti 3. C. de interdict.* Vult. 2. *Consil. Marp. 27. n. 196.*

XII.

Petitorio judicio interdum possessorio omisso, agere consultius est, Pract. Ferrar. *in formul. libell. petit. hered. ab intest. p. 2. n. 8. per text. in l. si inter me & te 15. ff. de Except. rei judic.* Vult. *d. conf. n. 197.* frustra namque fit per plura, quod potest fieri per pauciora. *l. 1. ff. quod met. caus. l. ampliorem 39. C. de appellat. l. ne in plures 2. ff. de Exercit. act. l. planè 3. ff. famil. herciſc.*

XIII.

Petitorium nihil habet commune cum possessorio, *l. naturaliter 12. §. 1. ff. de acquir. possess.* prius enim de possessione, deinde de proprietate agi debet, *l. ordinarii 13. C. de rei vindic.* quod plenius persequitur Menochius *de recup. possess. remed. 15. n. 366. & consil. 180. num. 3. volum. 2.* & petitorium suspenditur, quoad de possessorio fuerit cogitatum. Vult. 3. *Consil. Marpurg. 20. n. 13.*

XIV.

Quoties, non de jure possessionis, sed de ipso jure in rem competente agitur, toties est judi-

judicium petitorium, quia sic petitur id quod nostrum est seu nobis debetur. Conf. *Brunnemann. in Process. Civil. cap. 1. n. 42. seqq.* ita ergo non solùm qui rem vindicat, judicium petitorium intentasse dicitur, sed etiam qui agit de jure pignoris, servitutis & simili, dem das Eigenthumb oder die Erb- Gerechtigkeit zuständig ist. *Carpzov. in Process. Tit. 1. art. 5. §. 1.*

XV.

Petitorium judicium non intentandum, priusquam finiatur possessorium, *Carpzov. L. 1. Resp. 75. n. 1. 3.*

XVI.

Petitorium ac possessorium coram eodem judice terminari debet. *Carpz. Process. Jur. Tit. 5. art. 5. n. 10. Petr. Frid. Mindan. de contin. Caus. cap. 5. n. 38. & 39. Andr. Gail. Lib. 1. obs. 32. n. 11. Felin. in cap. ult. n. 8. X. de Judic.*

XVII.

Possessorium acquirendæ & recuperandæ possessionis cum petitorio cumulari potest *l. 18. §. 1. de vi & vi arm.* non verò possessorium retinendæ *l. 1. C. de furt. l. 16. C. de inoff. testam. l. 188. de R. J. cap. sollicit. de appellat. L. un. C. de alien. judic. mutand.* quia in contrario supposito se fundaret actor: nam in possessorio retinendæ prætendit se possidere, in petitorio prætendit adversarium possidere, unde clarum est ex *§. 2. Inst. de act.* quòd ei, qui possidet, prodita non sit actio, per quam dicat, rem suam esse. *Emnzk. Ex 14. q. 1.*

XVIII.

Petitorium rogans possessorio renunciat, *l. 6. §. fin. ff. de acquir. possess. Mev. P. 2. Dec. 354. n. 2.*

CAP. XLIII.
De Physiognomiâ.

Axioma I.

Mala Physiognomia malam arguit naturam. *Bald. in Comm. ad l. 2. C. quor. appellat. non recip.* Exempla refert *Paris de Puteo de Syndicatu sub voc. tortus. C. 3. n. 26. Bis*, inquiens, *feci judicium per Physiognomiam: quia cùm quidam fuisset inculpatus de venenatione & esset carceratus, & veniret coram me ad respondendum super inquisitione, eo viso judicavi per præsentiam quòd esset innocens, & ita fuit postea repertum, famulus enim ipsius fecerat. Itidem inter plures de furto inculpatos judicavi, quòd unus illorum, qui erat pessimæ Physiognomiæ, furtum commiserit & non cæteri, & ita repertum fuit per inquisitionem.*

Limita: conjectura talis non necessaria, sed saltem probabilis est. Et malam quidem naturam in genere probat, non autem in specie aliquod delictum: proinde sola physiognomia ad torturam non sufficit, ne quidem ad territionem. *Carpz. Pract. Crim. P. 3. q. 120. n. 79. seq. Bocer. de Quæst. & Tort. C. 3. n. 78. Zanger. de quæst. & Tort. Cap. 2. n. 85.*

II.

Bona corporis figura bonæ mentis est argumentum, *Menoch. de arbitr. Jud. quæst. cas. 226. n. 5. Cæval. Commun. contra commun. quæst. 248. n. 13.* Et in pulchro corpore pulchra residet anima. *Barbos. de offic. & potest. Episc. P. 2. alleg. 42. n. 5.*

CAP. XLIV.
Pictura.

Axioma I.

Pictura Idiotis est pro lectione, *cap. perlatum 27. & seq. de consecrat. distinct. 3.*

II.

Operæ pictoriæ sunt operæ fabriles, *l. 26. §. 12. vers. sed si non operæ. ff. de cond. indeb.* nisi animi tantum causa artem pictoriam exerceant. *l. 8. C. de Medic. l. ult. C. de excus. artif.* Schœnborn. *lib. 3. polit. c. 5.* Tiraq. *de Nobilit. cap. 34. n. 2.* Nolden. *de stat. Nobil. cap. 17. num. 162.*

CAP. XLV.
Pia causa, pietas, pius usus.

Axioma I.

Pia causa cum dispositione inter liberos procedit à pari, Alexand. *cons. 4. vol. 7.* habetur enim monasterium loco filii. *Auth. de sanct. Episc. §. sed hoc de præsenti. gloss. in l. si ita quis. § ea lege. de V. O.* Bart. *in l. habet. Cod. de SS. Eccles.* Cravett. *cons. 152. Circa testamentum.* inque relictis ad pias causas magis æquitas & jus poli, quàm rigor juris civilis inspicitur. *cap. cum esset relatum 10. cap. relatum 11. cap. filius 15. de testam.* Bart. *in d. l. habet. C. de SS. Eccles.* Ideoque inquit Baldus *in l. consulta. Cod. de testam.* quod nullus casus de mero rigore juris evenire possit, qui executionem relicti ad pias causas impediat, *per cap. nos quidem 3. extr. de testam.* cum pro talibus relictis officium judicis & mera æquitas sufficiat, *l. hereditas 50. ff. de petit. hered. l. Quintus 7. §. Pomponius 1. de annuis legat.* imò majorem sæpe favorem esse piæ causæ, quàm liberorum, tradit Pantschm. *2. quæst. art. 6. n. 20.* Ubi tamen declarat, quando scilicet non agitur de legitima liberis jure naturali debita, per ea, qvæ habent Felin. *in cap. in præsentia. de probat.* Julius Clarus *3. sentent. §. testamentum. quæst. 6. vers. 5. & quæst. 8. vers. fin.* Ferdinandus Vasqv. *3. de succes. creat. progress. & resolut. §. 22. limit. 12. n. 17.*

II.

Pia causa æquiparatur cum causa miserabilium personarum, *l. 1. & ibi* Bart. *quand. Imp. int. pupill. & vid. cap. ex parte 15. de for. comp.* Decian. *cons. 1. n. 48. vol. 3. per l. orphanotrophos 30. l. si quis ad declinandum 38. Cod. de Episcop. & Cleric.* & quod ejusmodi legata dicantur pia, tradit Speculat. *in §. 13. n. 62. de instrument. edit.* & post eum Aretinus *consil. 12. numero 3.*

III.

Piæ causæ legatum æquiparatur cum legato libertatis, *l. cum quasi 20. §. sed si quis 9. de fidei-*

comm. libert. l. sciendum 32. de manumiss. testam. Bart. *in l. proximè.* ubi Bald. *de his quæ in testam. delentur. & not. in l. eam quam. Cod. de fideicommiss.* Angel. & Johan. de Imol. *in l. si filius. de vulg. substit. l. 1. ibi: rationem pietatis. C. de commun. serv. manumiss.* Bart. *in l. si unus. de testam. manumiss.* Pantschman. *p. 2. quæst. 1. n. 2.* quin imò & favore piæ causæ clausulam codicillarem præsumi senserunt Bald. *in l. si jure. C. de fideicommiss.* Marian. Socin. *in reg. 398. limit. 1. & in l. cum avus. n. 13. de condit. & demonstr.* Jas. *in l. non est dubium. Cod. de testam.* Gabr. *4. de testam. concl. 5.* confer & Tiraquell. *in tract. de privileg. piæ caus. per tot.*

Quæ omnia intellige, si scilicet Legis autoritas accesserit; pietas enim sola ea neglecta & deficiente non efficit, ut quis validè obligetur. *Nov. 1. §. si verò expressum. l. pen. §. illo 2. C. de necessar. serv. hered. instit. l. nam etsi parentibus 15. ff. de inoffic. testam.* ubi si mater pietatis intuitu legatum velit, necesse fuit eam se autoritate Legis munire. Pantschman. *p. 2. q. 6. n. 70.* adde & Carpz. *6. resp. 33. n. 25.* nec eam ex arbitrio Dd. definiendam esse, patet *ex l. 19. C. de SS. Eccles.* cùm in favorem piæ causæ nihil præter expressi juris rationem statuere debeamus, *cap. 1. §. sed diversum. de alienat. Feudi.* Frideric. Mindan. *consult. Saxon. lib. 3. quæst. 9. n. 11.* præsertim ad damnum & aliorum jacturam. *cap. suam 9. ubi Canonistæ de pœn.* prout de viduis & aliis miserabilibus personis dicitur, *in cap. ex tenore 11. de foro compet. & in cap. per nostras 7. de donat. inter vir. & uxor.* Licet enim favor Ecclesiæ & piæ causæ sit maximus, attamen ad præjudicium tertii non est extendendus, *cap. quidergo 3. 23. quæst. 4. & ibi gloss.* Felin. *in cap. nonnulli. n. 6. de rescript.* vid. *& l. 38. §. 2. ff. de aur. & arg. leg.* sed & ita est favendum, ne aliis fiat injustitia, Besold. *3. cons. 94. n. 7. d. l. illud 19. vers. nulli danda licentia. C. de sacros. Eccles.*

IV.

Ad piam causam data debentur, quoties de ultimâ voluntate constat, etsi illa omni solennitate careat. *Mev. P. 8. Dec. 5. n. 2. seqq.*

V.

Piæ causæ privilegium non est tribuendum, nisi jure expressum; nam pietas sola absque lege non efficit, ut præter jus commune quid fiat. *Mev. Cons. 98. n. 73. 120. seq.*

VI.

Omnis immensitas donationis in piam causam est optima mensura *N. 7. c. 2. §. 1.* Hinc cui incumbit distributio panum inter pauperes alicujus parochiæ, debet hoc opus pium non saltem exequi, sed & suo privato patrimonio augere *l. 12. C. de SS. Eccles.*

VII.

Pietatis ratio semper & ubique habenda est *l. 1. de obseq. parent. & patr. præstand. l. 43. in fin. de religios.* Unde & pietatis & humanitatis causa impensæ factæ non repetuntur. *l. ult. C. de captiv.* Exceptio est apud Cujacium *in parat. C. de infantib. exposit. n. 51.* ubi dissentire videtur Pac. Verùm si videamus, an pietas sit causa procatarctica tantum, *ut in l. 31. §. 6. de N. G.* an verò finalis, *d. l. 43. de Relig.* res facilè componetur.

VIII.

Non omne, quod quis pietatis ratione facere debet, etiam præcisè facere cogitur, *l. 4. §. 2. & 4. junct. §. 13. ff. de alend. lib.* cùm multa etsi honestè præstentur, à liberalitate tamen procedunt, non ex obligatione, *l. ult. C. de dot. promiss. l. 12. §. 13. ff. de administr. tutor.* Coll. Jurid. Arg. *lib. 23. tit. 3. th. 5. n. 3.*

IX.

Pietas interna reprehendenda non est, quæ suspicionem fraudis evitat. *l. 1. §. si libertas 27. ff. si quid in fraud. patron. l. patrem 19. ff. quæ in fraud. creditor.*

X.

Pietatis sub specie non est commistenda impietas, *sicut 8. ext. de hæret. c. super 4. extr. de usur.*

XI.

Pietas & necessitas non sunt sub lege, *cap. ult. extr. de fer.*

XII.

Pietate culpa purgatur, *cap. si quælibet 20. 22. quæst. 2.* nec est crudelitas, sed pietas crimina punire, *c. legi 13. 23. q. 8.*

XIII.

Quod ad unum pium usum destinatum est, ad alios usus transferri potest, *l. legatum 16. & ibi Bart. de usufr. legat.*

Intellige scilicet, quando ille usus, ad quem ab initio quid destinatum erat, in desuetudinem abiit, *l. legatum. 4. de administr. rer. ad civit.* Panormitan. Innocent. Covarr. *in cap. nos quidem. de testam.* Bart. *in l. 1. n. 8. ff. de condit. instit.* Bald. *in l. si quis ad declinandum. in princ. n. 10. C. de Episc. & Cler.* Tiraquell. *in tract. de privileg. pia caus. priv. 38.* Rochus & Curt. *de Jur. patr. quæst. 15. num. 33.*

CAP. XLVI.

De Pignore. *Conf. Rubr.* de Hypothecâ.

Axioma I.

Quodcunque in securitatem crediti traditur, illud est pignus, quia pignus constituitur per contractum realem, qui non nisi traditione celebratur. Et ita differt pignus ab hypothecâ.

II.

Quicunque non potest alienare, ille nec oppignorare; nam oppignoratio est species alienationis, *l. ult. C. de reb. alien. non alien.* cùm per oppignorationem alteri constituatur jus in re. Quodcunque igitur est prohibitum in termino, prohibitum etiam est in viâ. Ita ergò pupilli, minores, commodatarii & c. oppignorare non possunt.

III.

Quodcunque non potest alienari, illud nec potest oppignorari. Ratio est in *axiom. præced.* Ita ergò feudum regulariter Domino agnatisque dissentientibus oppignorari nequit *l. 2. Feud. cap. 52. Gu. l.*

52. Gail. *l. 2. obs. 154. n. 5.* Pariter nec res sacræ, religiosæ, universitatis, &c.

IV.

Quot modis solvitur debitum, tot modis solvitur pignus, hoc enim datur in securitatem Crediti, *l. 6. pr. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solv.* ita solvitur pignus per debiti integri solutionem, confusionem, novationem, Franzk. *ad ff. eod. num. 11.* Struv. *Ex. 26. th. 50.* remissionem expressam vel tacitam *l. 17. §. 2. de pact. l. 7. C. de remiss. pign.* absolutionem debitoris licet per sententiam iniquam. Franzk. *ad tit. quib. mod. pign. vel hyp. solv. n. 38.*

V.

Quoties debitum non solutum, toties jure luendi nullo modo præscribitur: quia luere pignus est res meræ facultatis naturalis, & actio pignoratitia non nascitur antequam debitum sit solutum; actioni verò nondum natæ non præscribitur.

VI.

Quoties debitum solutum, toties luitioni pignoris præscribitur triginta annis: quia ab eo tempore, quò debitum solutum, nata jam est actio pignoratitia, quæ cùm personalis sit, triginta annis ad exemplum cæterarum expirat, *l. sicut. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann.*

VII.

Quotiescunque creditor propriâ autoritate occupat pignus, toties præstat casum, *l. 30. ff. de pign. act.* ratio consistit in odio privatæ autoritatis.

Limita, ut hinc aliud sit, si creditori licentia occupandi data à debitore, Brunnemann. *ad d. l. 30.* si verò debitor resistat, judex adeundus est, & sic pactum hoc operabitur paratam executionem.

VIII.

Quoties ob contumaciam alterius fit immissio, toties pignus vocatur prætorium, quia hoc à prætore ex æquitate in gratiam Creditorum est introductum, *tot. tit. C. de præt. pign.* e. g. si legatarius ob non præstitam cautionem, *tot. tit. ff. ut legat. cauf. caveatur.* vel creditor ob latitantem debitorem in bona mittatur, *l. 1. 12. in fin. ff. quib. caus. in poss. catur. l. 15. §. 21. de damn. infect.* aut si missio fiat ex causâ damni infecti, *d. l. 15. l. 5. §. 1. eod.*

IX.

Quoties ob executionem rei judicatæ fit immissio, totes inde oritur pignus judiciale, *tot. tit. C. si in cauf. judic.* quia hoc à judice post sententiam in judicio constituitur.

Amplia, ut idem hodiè sit in instrumenti liquidi sive guarentigionati executione. Carpz. *P. 1. C. 28. d. 137.*

CAP. XLVII.
Pigritia. Negligentia. Segritia.

Axioma I.

Pigritia seu desidia non debet esse impunita, *l. unic. Cod. de offic. Comit. sacr. larg.*

II.

Pigris & negligentibus jura non subveniunt. *l. non 16. Ex quibus causis major. l. pupillus 24. quæ in fraud. cred.* Wesenb. *in parat. ff. de agnoscend. & alend. liber.*

CAP. XLVIII.
De Piscibus.

Axioma I.

Pisces fructificationis causâ stagno immissi, cedunt heredibus vasalli, defuncti eo tempore, quò stagnum mox est piscabile. Carpz. *P. 3. Const. 32. n. 27.*

II.

Pisces propagationis causa in stagno existentes immobilibus annumerantur, *arg. l. 62. §. 1. ff. de usufr.* secus si custodiæ causâ tantùm habeantur, *l. 15. in fin. ff. de act. emt.*

III.

Pisces fructus aquæ non sunt, nec piscandi jus fluvio aut stagno cohæret. Carpz. *Disp. de Feud. 4. pos. 19.*

CAP. XLIX.
Placere, displicere.

Neque eos, qui placuerint, gravare justi est, neque eos, qui displicuerint, retinere, prudentis. *l. 4. C. de susceptor.*

CAP. L.
Plenum, plenitudo potestatis. *v. supra* Perfectum.

Axioma I.

Plenum idem est, quod perfectum, *l. fideicommissa 11. §. quanquam 7. de legat. 3. cap. cum inter 13.* ubi Innocent. & alii *de re judic.* Felin. *in cap auditis in 3. col. de præscript.* Jason. *in l. posthumo. col. fin. C. de bon. poss. contr. tab.* Verba enim pleno jure perfectionem denotant. Lud. Gom. *ad §. fuerat. Inst. de act. num. 28.*

Intellige nimirum circa eundem casum ab Imperatore inductū, secus circa alios, quia talis perfectio iniqua non includit, *argum. cap. quemadmodum. 25. & cap. Quintavallis 23. cap. veniens 16. de jurejur.* Ludov. Gomez. *d. loc. n. 32.*

II.

Plenitudo potestatis est arbitrii plenitudo, nulli necessitati subjecta, nullis regulis juris limitata. Bald. *in l. 2. C. de servit.* Paris. *cons. 1. vol. 2.* Gylman. *1. p. 2. tit. 11. vot. 2. n. 15.* Peregrinus *lib. 1. de jure Fisci tit. 3. n. 63.*

Quoties enim summus Princeps aliquid facit de plenitudine potestatis, nemo dicere potest, cur ita facis, quia apud Principem stat pro ratione voluntas. Bologn. *cons. 6.* Jas. *in l. fin. de const. Princ. & in l. rescripta. C. de precib. Imp. offerend.* Bursat. *cons. 410. n. 28.*

III.

Plenitudo potestatis in dubio non præsumitur, Innoc. *in cap. innotuit n. 6. de Elect. c. innovamus.*

n. 1. in fin. de cenſib. Afflict. *in c. 1. §. ſimiliter. n. 15. de Capitan. qui cur. vend.* Gail. *2. obſ. 1. numer. 17.*

IV.

Plenitudo poteſtatis non extendi debet ad aliorum injuriam, Socin. *conſil. 164. col. pen. lib. 2. & conſ. 120. col. pen. ad fin. lib. 3.* Vaſq. *lib. 1. controverſ. illuſtr. cap. 5. num. 17.* Cravett. *conſ. 241. n. 20.* Gail. *2. obſerv. 12. n. 7.* Mynſing. *reſp. 92. v. 10. dec. 10.* Philipp. Matth. *3. conſ. Marp. 25. num. 11.* Siquidem is ſolus omnipotens dicitur, qui malum facere non poteſt; qui autem malum facere poſſet, is omnipotens nec eſſet, nec nominaretur ſecundum Auguſtinum *in cap. Principium. §. charitas. de pœnit. diſt. 2.* Fulgoſ. *conſ. 6. Domina Catharina. col. pen.* Curt. ſen. *conſ. 73. col. 29.* quia plenitudo poteſtatis in ſola bonitatis diſpoſitione, non etiam pravitatis ineſſe videtur. Aymo *de antiquit. temp. p. 1. verſ. non omitto. n. 3.* Unde ſi quando Princeps ad malum plenitudine poteſtatis niteretur, non tam poteſtatis quàm tempeſtatis plenitudine uſus aut abuſus diceretur, Card. *in clem. paſtoralis, de re judicat.* Socin. *conſ. 120. col. pen. in fin.* Quoties enim Princeps ait uti ſe plenitudine poteſtatis, ſemper de poteſtate bona ac laudabili, non de mala aut vituperabili intelligendus erit. Bald. *conſ. 345. Ad evidentiam. colum. 2. lib. 1. & conſil. 316. Rex Romanorum. colum. 3. eod. libr.* Vaſq. *contr. jur. lib. 1. caſ. 1. num. 5.*

CAP. LI.
Placitum, Variatio, Approbatio.

Axioma I.

Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debet, *cap. Quod ſemel 21. de R. I.* ubi Petr. Peck. *cap. quidam 12. extr. de renunciat. vid. infr. lit. Q. cap. 1. ax. Quod ſemel.*

II.

Placendi cauſa veritas hominibus non eſt enuncianda, *cap primum. in med. 22. quæſt. 2.*

III.

Quod magis placuerit, in dubiis liberum eſt ſequi. *cap. ex parte 18. extr. de Cenſib.*

CAP. LII.
Plura, plura officia, Pluralitas, Plures.

Axioma I.

Perperam fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora, *l. 1. quod met. cauſ. l. ampliorem 39. §. in refutatoriis 6. C. de appell. l. 1.* ubi Bald. *in princ. de dol.* Weſenb. *1. conſ. 7. num. 2. & conſ. 41. num. 7.* C. A. *de compenſat. theſ. 3. in fin.* Quod enim brevius & per unum actum poteſt expediri, longius ducendum non eſt, *l. Dominus 53. ff. de condict. indeb.* ita non eſt in plura judicia dividendum, quod uno expediri poteſt, *cap. 3. de ordin. cognit.* Weſenbec. *in cod. de compenſat. num. 6. & in paratit. ibidem num. 3. ubi plures textus allegat.*

II.

Duo vel plura plus ponderis habent, facilius-que aliquid operantur quàm unum. Auth. *ceſſante. C. de legitim. hered. §. ſed hodie 2. Inſt. de adopt. cap. non poteſt 21. de præbend. in 6.* Dd. *in l. 1. C. de pact.* Grat. *conſ. 134. num. 58. lib. 1.* Cravett. *conſ. 201. num. 18.* Regner. Sixtin. *2. Conſil. Marpurg. conſ. 9. num. 11.* Plurale enim in uno verificari non poteſt, *l. ubi numerus 12. ff. de teſtib. cap. plurale 46. de Reg. Jur. in 6.* Decius *conſ. 259.* Vult. *1. conſ. Marp. 16. num. 56.* Et facilius invenitur, quod à pluribus quæritur, *text. in cap. fin. diſt. 20. ibidemque gloſſ. in verb. pluribus,* Gail. *1. obſ. 33. num. 3.* Unde & pro conſilio alicujus Collegii, quàm pro Collegiis particularibus magis præſumi, refert Decius *conſ. 400. incip. Viſo eleganti. num. 1.*

III.

Non eſt in plures diſtringendus adverſarios, qui cum uno contraxit, *l. 2. de Exerc. act. l. 27. §. 8. de pecul. l. quod ſi nolit. 31. §. ſi plures de Ædilit. Edict.* Finckelthuſ. *diſp. feud. controv. 18.* Siquidem per plures res aut perſonas rem diſpergere incommodum eſt, *l. 2. §. 11. de orig. jur.* vid. Berlich. *1. deciſ. 21. num. 3.* & per plures ſciſſa defenſio incommodo afficit actorem, *l. 1. §. 7. ff. judic. ſolv.*

IV.

Pluribus functionibus nemo uno tempore præeſſe poteſt, *can. 1. diſt. 89.* Weſenb. *in parat. ff. de decur. num. 3.* juxta illud: pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. *l. ult. C. de Aſſeſſor.*

V.

Adminiſtratio vel jurisdictio in plures diſpenſata vileſcit, *cap. quia diverſitatem 5. de conceſſ. præbend.*

VI.

Pluribus unâ oratione junctis pariformiter debent intelligi juncti, *l. Seja 20. §. Gajo.* ubi Bart. *de fund. inſtr. l. ſi legatarius 8. §. fin.* ubi Bart. *de legat. 3. gloſſ. in l. liber homo. §. Titius. ff. de hered. inſtit.* quia una determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter determinat, *l. jam hoc jure 4. in princ. ff. de vulg. ſubſtit.* ubi Jaſon. *num. 8. & in l. Lucius. num. 3. eod. tit.* & proinde in ſucceſſionibus ita vocati æqualiter admittuntur. Jaſ. *in l. ſi pater. num. 8. de vulg. ſubſt.* Weſ. *1. conſ. 41. n. 145.*

VII.

Pluralitas nominis inducit obſcuritatem *l. duo ſunt Titii 30. de teſtam. tutel. l. ſi fuerit 10. ff. de reb. dub.* Jaſ. *in l. quoties in ſtipulationibus. num. 7. de V. O.* Gail. *1. obſ. 50. num. 2.*

VIII.

Pluralitas ubi habituum, ibi requiritur pluralitas privationum, Gail. *2. de Pac. pub. c. 11. num. 19.* ubi enim ſunt plura vincula, ibi & abſolutiones plures exiguntur, cum nihil tam ſit naturale, quàm unumquodque ſolvi eo modo, quo ligatum, *l. nihil tam naturale 35. ff. de R. I.* Jaſon. *in l. de pupillo. §. ſi in pluribus, numer. 2. de oper. nov. nunc.*

IX.

Pluralitas quælibet resolvitur in suas singularitates, *l. falsa 33. §. si quis 3. ff. de condit. & demonstr.* & ibi Bartolus & Socinus. Baldus *in l. cum quidam. C. de legat.* Brunnem. *Cons. 4. n. 76. & n. 91. seqq.*

Intellige verum, quoties in pluralitate, & quolibet illius singulari casu æqualis viget ratio. Idem *in l. heredes. §. cum ita. ff. ad SC. Trebell.* Vincent. Bancus *tom. 3. Cons. illustr. cons. 26. numer. 1.*

Limita I. nisi quando pluralitas requiritur pro forma, *gl. in l. 1. §. hoc autem. de itin. act. priv.*

Limita II. nisi hoc dictio collectiva impediat, *l. si necessarias 8. §. si annua 3.* ubi Bart. *ff. de pignor. act.* Add. & Everhard. qui plures limitationes adducit, *in loc. topic. loc. a vi numeri. num. 7. cum seq.*

X.

Plura ubi obstant, uno sublato, reliqua non tolluntur. *l. quoties duplici 91. de R. I.* Gail. 2. *observ. 65. n. 7.*

XI.

PLURALIS numerus saltem dualitatem requirit, nec uno contentatur, *l. ubi numerus 12. ff. de test. l. libertas 17. §. ult. ff. de manum. testam. l. inter illam 17. §. fin. ff. de verb. signific. l. ult. ff. ad Trebell. cap pluralis locutio 40. Reg. Jur. libr. 6.* [*cap. si testes. §. ubi 4. quæst. 2. cap. 15. c. cui 19. de præbend. & dignit. in 6.*] Oldrad. *cons. 215. Puncta brevia. col. fin. num. 8. vers. deinde opponitur.* Signorol. *cons. 92. Dominus Marchio. in princip.* Johannes de Imol. *consil. 101. num. 2.* Castrens. *cons. 161. Viso puncto. vers. restat solum. lib. 1.* Everh. *in topicis legalib. loco 54.* Mascard. *de probationib. concl. 838. num. 13.* Menochius *cons. 50. num. 1. & 19. & cons. 686. num. 11. & consil. 848. n. 3. & cons. 995. num. 3. & cons. 404. num. 2. & cons. 198. n. 6.* Escob. *de ratiocin. c. 18. n. 43.* Cened. *post libr. pract. & variar. quæst. sing. 80. num. 3.* Mar. Antonin. *variarum resolutionum libr. 1. resolut 109. numer. 37.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 333. num. 1. & tom. 6. lit. P. conclus. 367. per totam.* Sebast. Medices *de Reg. Jur. reg. 4. n. 3. & seq.* Surd. *consil. 364. num. 37. & consil. 402. num. 15.* Johan. Maria Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 151. num. 30.* Castill. *controvers. lib. 5. part. 2. c. 120. num. 5.* Fusar. *in tract. de substitut. quæst. 358. num. 11.* [Gœdd. *ad l. 148. num. 1. & l. 219. num. 2. de V. S.* Non obstat *l. 2. §. 6. de vi bonor. raptor.* Responderi enim potest ibi principalem & socium duos efficere. Unde licet pluralis numerus contineat sæpe & singularem, *princ. Instit.* ibi: *etiam si quis unam rem. Instit. de vi bonor. rapt. §. 2.* ibi: *superioribus libris, id est, superiori libro. Inst. de except.* Dici tamen poterit, regulam fallere, si Lex ipsa extensionem faciat, *ut in d. princ. Instit. de vi bonor. rapt.* sicuti nec quicquam etiam faciet locus Wesenbec. *in parat. ff. qui satisd. cog. num. 7. vers. sed utrum plures.* si distinguatur aliud esse, si dispositivè, aliud si narrativè loquatur, vide not. ad Coll. Arg. *de Legib. thes. 37.*] Declara etiam & limita ulterius juxta ea, quæ dixi *in tr. de appellativa verbor. utriusque Juris signif. sub verb. Numerus.*

XII.

PLURALITAS actuum non præsumitur, *l. omnium 19. C. de testam. l. fin. C. de reb. credit. cap. in præsentia 8. vers. verum. in 6. de probat. l. eum qui 30. §. in popularib. 3. ff. de jurejur.* Everhard. *in topic. legalib. loco 86.* Mascard. *de probat. conclus. 1174.* Anton. Gom. *var. tom. 3. cap. 11. num. 6. in fin.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 93. numer. 32. & cons. 175. num. 16. & cons. 202. num. 105. & consil. 248. numer. 33. & cons. 299. n. 23.* ubi quod præsumitur ad evitandam falsitatem, quod etiam tradit *cons. 221. numer. 29.* Rot. *decis. 180. num. 2.* apud Farin. *part. 2. recent.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. actuum. num. 31.* Stephanus Gratianus *discept. forens. cap. 93. num. 12.* Farinac. *in praxi crimin. part. 2. quæst. 64. num. 319. & part. 4. decis. 98.* Rot. *decis. 119. num. 7.* apud eundem *part. 2. recent.* latè Farinac. *fragm. crimin. part. 2. lit. I. numero 20. cum seqq.* Idem Stephan. Gratianus *tom. 5. cap. 824. num. 47. & cap. 848. num. 18. & cap. 951. num. 15.* Surdus *cons. 355. num. 26. & cons. 385. num. 10. & consil. 483. numer. 6.* Sebastian. Medices *de Reg. Jur. reg. 4. vers. secundò præmitto, cum seqq.* Quod adeò verum est, ut potius error, quàm pluralitas præsumatur, Ruin. *consil. 141. num. 12. lib. 5.* Crav. *cons. 198. num. 1. ad fin.* Mascard. *d. concl. 1174. num. 4 8. & 23.* Menoch. *de præs. lib. 6. præs. 15. num. 10.* Sebast. Medices *d. reg. 4. num. 15. & 16.* [Unde & in dubio pluralitatem actionum non præsumi debere, dicit Baldus *in l. neque natales. col. 2. Cod. de probat.* quam sequitur Decius *in cap. in præsentia. notab. 9. de probat.* idem esse & in pluralitate factorum refert Bald. *in l. qui juraſſe. §. fin. ff. de jurejur.* Jason. *in d. l. 2. col. 2. num. 7. Cod. de bonor. possess. secund. tab.* & stipulationum, trad. Dd. *in l. scire. ff. de V. O.* Felin. *in cap. cum Johannes. col. 2. de fid. instr.* quia Jurisconsultus multiplicare remedia non præsumitur, *l. 1. §. 2. ff. ut legat. nom.*]

Intellige, Axioma non procedere, ubi præsumendo actuum identitatem, testes à con-

à contrarietate & falsitate excusarentur, *cap. cùm tu 16.* ubi Doctores *de testib.* Mascardus *d.concl.1174.num.51.55.& 56.* Menoch. *de arbitr. lib.2. casu 213. num. 40. & de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 15. numer. 15. cum seqq.* Ad exclusionem enim delicti pluralitas actuum præsumitur. Surdus *cons. 173. num. 44. & cons. 307. num. 18.* Joh.Baptist.Costa *de facti scientia & ignor. inspect.13. n.9.* Prout etiam præsumitur, quando de duplici forma actus apparet. Felin. *in cap. cùm Johannes 10. num. 8. de fide instrum.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 15. numer. 11. cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 877. n. 21.* [Angel. *in l. scire. de V. O.* Gœdd. *1. cons. Marp. 28. n. 72.* additâ ratione, quia præsumitur iteratus fuisse, Bald. *in d. cap. cum Johannes. vers. ad hoc autem.*]

Ex quibus jam primò infertur, quod contractuum & instrumentorum pluralitas non præsumitur, & qui illam allegat, probare debet; ita Castr. *cons. 360. num. 2. lib. 2.* Sylvan. *cons. 57. num. 21. in fin. vers. nec profectò duo instrumenta. & num. 22. & seq.* Cravett. *d. cons. 198. num. 1. & 2.* Joseph. Ludov. *Lucensi decis. 13. num. 32.* ubi propterea dicit apocharum pluralitatem non præsumi, Card. Tusch. *d. tom. 6. lit. P. concl. 368. n. 8.*

Secundò infertur, quod nec sententiarum pluralitas præsumitur, & quod propterea, qui plures latas fuisse sententias dicit, probare debet; ita Bald. & Salicet. *in l. 2. C. de error. Advocat.* Alex. *cons. 53. lib. 1.* quos refert Card. Tusch. *d. lit. P. concl. 368. num. 6.* Masc. *d. concl. 1147. num. 7. & 81.*

Tertiò infertur, quod testamentorum pluralitas non præsumitur, & propterea, qui plura testamenta confecta fuisse asserit, probare debet, *d. l. omnium 19. C. de testam.* Matthesil. *sing. 439.* Bald. *cons. 399. Quod non sit sufficienter. in princ. vers. tertiò sic. num. 3. lib. 5.* Curtius jun. *cons. 182. in fine.* Afflict. *decis. 23. num. 2.* Joseph. Ludov. *dict. Lucensi decis. num. 31.* Cardinalis Tusch. *dict. lit. P. concl. 368. n. 5.*

Quartò infertur, quod in inventariis pluralitas non præsumitur, & licet diversis temporibus confecta dicantur, præsumitur tamen unum & idem esse inventarium, & temporis diversitatem per errorem additam fuisse, ut post Bart. Alexand. & alios resolvit Cardin. Tusch. *d. lit. P. concl. 368. n. 9.*

XIII.

PLURALITAS personarum non præsumitur, nisi probetur ab allegante, *l. 1. C. de probat.* Bart. *in l. si quis servum 8. §. si inter duos 3. in fin. ff. de legat. 2.* Alexand. *cons. 172. In causa & lite. num. 6. vers. ex eo quia. lib. 6. & consil. 125. Viso processu. num. 6. vers. non pluralitas. lib. 7.* Natt. *cons. 97. n. 15. vers. tertio. lib. 1. & cons. 225. Superioribus mensibus. num. 4. vers. non enim præsumitur. lib. 2.* Cravett. *cons. 269. num. 3.* Cephal. *cons. 90. num. 18. lib. 1.* Mascard. *dict. conclus. 1174. num. 24. cum seqq.* Pacian. *de probationib. lib. 1. c. 48. num. 82. & 83. & lib. 2. cap. 15. num. 49.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 15. n. 36. & seq.* Card. Tusch. *d. lit. P. concl. 368. num. 1. & seq. 14. 16. & 18.* [Ita pluralitatem alicujus hominis, ultra quam appareat, non præsumi, tradit Alex. *cons. 125. num. 7. volum. 7.* idem expressit Paulus de Castr. *cons. 60. Pro evidentia ejus. col. 2. vol. 1.* ubi ait, quod si ostenditur unus, cui nominatio congruat, præsumatur ille, nisi contrarium probetur, quem secuti Bald. *in l. neque natales. num. 8. vers. potest tamen dici. C. de probat.* Decius *in l. hac consultissima. num. 16. vers. sed tamen est advertendum. C. qui testam. fac. poss.* Castrens. *in l. si quis sacrum. §. inter duos. num. 3. vers. & plures allegavi. ff. de legat. 2.* Alex. *in l. 11. num. 3. vers. sed ipse meo. ff. de liber. & posthum.* Natta *cons. 235. Superioribus mensibus. num. 4. vers. non enim præsumitur. vol. 2.* Alban. *cons. 6. Præsupponitur in facto. in fin. & cons. 83. Licet præsens. num. 12. vers. ait enim Jason.* Ratio, quia unitas corporis præsumitur, nisi pluralitas in specie probetur, Pacianus *2. de probat. cap. 15. n. 41.*

Limita I. nisi quando ad sustentationem dispositionis expressæ factæ hoc sit necessarium, *argum. l. Denique 8. §. interdum 7. ff. de pecul. legat.*

Limita II. quando actus apparet factus, quia tunc præsumitur iteratus, *c. cum Johannes Eremita 20. de fid. instr.*

Limita III. quando ageretur de concordandis testium dictis contrariis, *c. cum tu 16. de testibus.* Alciat. *in parad. lib. 4. c. 14.* Felin. *in cap. auditis. de præscript.*

XIV.

Pluralitas rerum non præsumitur, nisi identitas probetur. Alex. *cons. 134. In causa & lite. n. 1. vers. Bartholomæus tertius testis. vol. 2.* Felin. *in cap. auditis. num. 27. vers. nec obstat, quod pluralit. col. 14. extr. de præscript.* Natt. *cons. 80. In causa Falconis. numer. 4. vers. ulterius posito. col. 1.* Cravett. *cons. 112. n. 3.* Afflict. *decis. 23. Capellani, in princ.*

Tum autem pluralitas rerum, actuum, & perso-

personarum præsumitur, quando agitur criminaliter, & ad pœnam, ita Bertazol. *cons. 33. num. 8.* Octav. Cacheran. *cons. 64. numer. 45. post med.* Bursat. *cons. 116. num. 29. vers. rursus. lib. 1.* Mascard. *d. concl. 1174. n. 46. & seq.* Card. Tusch. *lit. I. concl. 3. n. 29.* Menoch. *d. præs. 15. num. 17.* ubi *num. 18.* resolvit è contrà, quando delictum & delicti pœna evitaretur, præsumendam unitatem & identitatem. Farin. *i. decis. 82. n. 2.*

XV.

Malum de pluribus non ita facilè præsumitur quàm de uno, & unus facilius præsumitur delinquere quàm plures. Itaque potestatem pace bellove principi suspectam commodè dividere consultum est. Collegium securius quàm unus Rector. Brunnem. *ad l. fin. C. de Agricol. & Mancip.* In Bello tamen unus tantùm supremus Dux exercitui præponendus. Perez. *C. de Comit. Rei Milit. n. 5.*

CAP. LIII.

Plus.

Axioma I.

Plus dicitur re, *cap. quod debetur 2. 14. quæst. 1.* tempore. *cap. 1. & seqq. distinct. 28.* loco, *cap. sive 4. 33. q. 2. cap. si quis Episcopus 31. 7. quæst. 1.* causa *c. nervi 2. dist. 13. c. unusquisque 8. 22. quæst. 4. cap. unic. extr. de plus petit. adde & §. si quis agens 33. Inst. de act. ibique Dd.*

II.

Plus diligitur ille, cui plus relinquitur, *l. Publius 56. §. Titii codicillis 1. ff. de condit. & demonstr.* Corn. *cons. 200. Circa præsentem. col. 3. vers. quod & suadetur. vol. 2.* Castrens. *cons. 121. Visa quadam petitione, col. 2. in fin. vers. item non est credendum. vol. 1.* Alex. *consil. 130. attentis verbis. n. 2. vers. tamen præmissis, vol. 2.*

Intellige verum scilicet in genere, non in specie, Pacianus *1. cons. 15. n. 21.* Respectu enim partis relictæ quilibet in sua parte censetur magis dilectus, cum in ea parte sit omnibus aliis præpositus, ut loquitur Jason *in l. hujusmodi §. si Titio & Mævio. n. 8. vers. similiter in quarto casu. ff. de legat. 1.*

III.

Plus in se semper, quod minus est, continet, *cap. plus 35. de R. I. in 6. vide supr. lib. XI. cap. magis.*

IV.

PLUS & minus non mutant substantiam rei, nec eam faciunt differre specie, *l. fin. ff. de fundo instr. l. legato generaliter 37. ff. de legat. 1. l. is cui 11. quem servit. amitt.* Alexand. *cons. 8. Videtur in fin. lib. 4.* Gœdd. *ad l. 1. num. 30. de V. S.* Thom. de Thomas. *in florib. legum, reg. 225.* ubi ait procedere, quando differunt accidentaliter, secus autem esse, si differant essentialiter, Card. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 372. per totam.* Mar. Anton. *variar. resolut. lib. 3. resol. 39. n. 4.* Ferrer. *in constit. Cataloniæ. gl. 8. num. 155.* Narbona *l. 25. n. 13. tit. 2. lib. 4. Recop.* Surdus *cons. 305. num. 6. & cons. 368. n. 13.* Perez. de Lara *de capellan. lib. 2. cap. 8. num. 4. cum seqq.* Nicol. Losæ *de Jure univers. p. 3. c. 13. n. 7.* Steph. Grat. *discept. foren. tom. 4. c. 752. n. 90.* Quod Axioma limitatur, quando ei, quod est plus, lex resistit, ei verò, qvod est minus, assistit; vel contra, quia tunc plus & minus specie distinguuntur. *l. Græcè 8. §. illud 7. ff. de fidejuss. l. scio 4. ff. de in integr. restit. l. improbum fœnus 20. Cod. ex quibus causis infam. l. eos 26. C. de usur. §. fidejussores. Instit. de fidejuss.* Mar. Giurba *in consuet. Messan. c. 3. gl. 7. n. 16. p. 1.*

V.

PLUS si licet, etiam quod est minus, licitum est, *l. non debet 21. ff. de Regulis Juris, auth. multo magis. C. de sacros. Eccles. c. cui licet 53. de Regulis Juris, lib. 6.* Thom. de Thomas. *in florib. leg. reg. 85.* Menoch. *cons. 302. num. 41.* Farin. *in praxi crim. p. 4. cons. 60. n. 109.* Surd. *cons. 288. n. 14.* Joan. Maria Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 24. n. 6.* Secus verò è contrà, quia, cui non licet, quod est minus, nec licere debet, quod est plus, Ferrer. *in const. Cataloniæ, gl. 4. n. 43.*

Limita I. appellativum in dispensationibus, hoc est, in facultate dispensandi, Surdus *decis. 268. n. 20. & 21.* Cald. Pereira *de Nominat. Emphyt. quæst. 21. n. 65.* Sanchez. *de matrim. lib. 8. disp. 1. n. 32.* Licet enim alicubi reperiatur concessa facultas dispensandi in certo casu, non tamen debet hujusmodi facultas extendi ad casum similem vel habentem majorem rationem, ex quo materia à Jure communi deviare solet, Feder. Senis *cons. 14. incip. Monach. Perusinus.*

Limita II. in decreto judicis, *l. si pupillorum 7. §. si Prætor 3. ff. de reb. cor. qui sub tutel.* Lud. Rom. *in sing. 218.* Jas. *in l. in actionibus. de in lit. jurand.*

Limita III. quando ratio, per quam mihi licet, quod plus est, non concurrit in eo, quod videtur esse minus, Gloss. *sing. in c. fin. super verb. ad parem. de translat. Episc.* Ludov. Rom. *cons. 436. incip. quod indultum. in fin.*

Limita IV. in mandato de providendo alicui de beneficio certi valoris, aut simili, cujus fines diligenter sunt servandi, *cap. cui de non sacerdotali 27. de præbend. in 6.* Vide & Everhard. *in locis Topic. loc. à ra-*

tione

tione Legis l. arg. n. 12. [Adhibe omninò, quæ de arg. *à minori ad majus* dixi *in corollar. 8. partit. Element.*]

VI.

Plus juris nemo transferre potest in alium, quàm ipse in se habeat. Vid. *supr. lit. N. c. Nemo*, cum ibi citatis, adde Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 4. c. 777. n. 6.*

VII.

Plus offerens reliquis anteponitur. Amplia: etiamsi secundus & posterior tempore sit, nec primus auditur, si tantundem offerat, plus enim quam secundus denuò offerre tenetur.

Limita: (1.) in antiquis conductoribus. Perez. *C. de fid. & jur. hast. n. 5. seqq.* (2.) si alicui bona jam addicta sunt. Perez. *ibid. n. 12. seq.*

VIII.

Plus debito extorquens tenetur ad duplum & tanquam fur punitur. Perez. *C. de Exact. Tribut. n. 17.* hinc & agentes in rebus plures equos vel rhedas à Provincialibus, quàm opus habent, exigere non possunt, etiamsi dicerent se festinare in obsequium Principis, & si pro cursu pecuniam exegerint, quadruplum restituere tenentur. *l. 2. C. de Curios. & statior. ibique* Perez. *n. 4. 6.*

IX.

Plus valet quod fit in specie, quàm quod fit in genere. Andr. *in const. si vasallus. col. 3. circa med. per l. apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de Injur.* & patet in *Evang. Marc. 16.* Dicite discipulis ejus & Petro. *gloss. in Rubr. C. de servit. & aquâ.* sic etiam ubi imponitur pœna specialis, non habet locum generalis, Andr. *in dict. const. col. 5.* ubi allegat text. in *l. sanctio. ff. de pœn.* nisi generalis etiam reservata fuerit in impositione speciali. Hinc etiam illud, quod dicitur; remoto genere removeri & speciem, per *l. divus. §. sicut. ff. de Jur. Codicill.* quandoque fallit, quia per prohibitionem generalem non tollitur, quod specialiter fuit concessum. *l. uxorem. §. felicissimo. ff. de Leg. 3.* nam generi per speciem derogatur.

X.

PLUS valet, quod in veritate agitur, quàm quod simulatè concipitur, *rubr. & nigr. C. plus valere quod agitur &c.* Sigismund. Scacc. *de commerc. §. 1. quæst. 7. p. 3. limit. 7. n. 4. & 5.* Narbona *l. 35. gloss. 4. n. 18. tit. 3. lib. 1. Recop.*

CAP. LIV.

Pœna.

Axioma I.

Pœna est, quicquid extra rei persecutionem est, *l. 2. ff. de tut. & rat. distr. l. 12. §. 1. ff. si quis omiss. caus. testam. l. 5. in fin. ff. de publician. act. l. 5. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. l. 11. §. sed si plures 2. ff. ad Leg. Aquil. l. 7. ibi:* quidquid expedit (id quod interest) pœna non rei persecutio est. *de serv. export.* ratio, quia pœnales actiones rei persecutoriis opponuntur, §. *sequens divisio. Inst. de act. l. 5. ff. de alien. judic. mutand. caus. fact. l. 32. ff. ad Leg. Falcid.* Gothofred. *in not. ad Schneidew. §. fin. Inst. de V. O. n. 12. lit. d.*

II.

Pœnæ modus est statuendus secundùm conditionem personarum, *l. 2. ff. de term. mot.* Ita in delictis senibus parcitur quoad pœnæ remissionem, *d. l. 2. gloss. in l. auxilium* §. *in delictis. verb. miseratio. ff. de minor.* Albericus *ibid. num. 4.* ubi refert, senibus pœnam mitigari ipso jure, non ope restitutionis in integrum ratione imbecillitatis corporeæ, propter quam non sunt capaces tantæ pœnæ, quantæ sunt fortes viri & robusti juvenes. Quandoque etiam juvenibus pœna mitigatur, ut si ætatis ita teneræ sint ac delicatæ complexionis, ut pœnam graviorem ferre non possint. Pacian. *1. cons. 134. n. 43. add.* & Jul. Clar. *§. f. fin. pract. crim. quæst. 1. num. 2.* unde & JCtus *in l. Pedius 4. ff. de intend. ruin. naufrag.* dixit. Ex personarum & rerum qualitate pœnas diligenter æstimandas esse, ne quid durius aut remissius constituatur, quam causa postulat. *fac. l. aut facta 16. §. persona 3. ff. de pœn. c. 1. si quis vero temerario de pace jurand. firmand.* Gail. *2. obs. 110. n. 43. vid. Racemat. meas pag. 60. th. 11. & infr. ax. 16.*

Amplia: non modò in modo pœnæ, sed & in ipsâ pœnâ personarum qualitas observanda est, quoties pœna Reipubl. debita delinquenti est infligenda *l. 6. ff. ad L. Jul. pecul.* hic enim observatur justitia distributiva, quia pœna Reipubl. infligitur ob læsionem datam, merita verò in Rempubl. cùm minuant læsionem, per consequens etiam minuunt pœnam. Exemplum est in Nobili & rustico furtum committentibus; aliud est in *l. ad bestias 31. ff. de pœn.*

Limita, ut procedat (1.) si criminaliter agatur, non si civiliter. (2) si dignitas personæ non augeat delictum.

III.

Quæcunque pœna non est in arbitrio Reipubl. in eâ personarum ratio haberi nequit, quia de eo, quod in arbitrio meo non est, non competit libera disponendi potestas. Exemplum est in pœnis Jure divino positivo omnes homines obligante statutis.

Limita tamen, ut possit pœnæ modus à principe mutari, modò finis pœnæ obtineatur.

IV.

Pœnam judex lege vel statuto definitam pro suo arbitrio mutare non potest. *c. de causis 4. §. illic etiam. extr. de offic. delegat.* Qualen. *de jurisd. th. 4. in fin. exeges.* Judex enim non debet esse clementior aut sævior ipsis Legibus. *Nov. 82. c. 10.* Unde Impp. Judicem gravi notari infamia dicunt, qui in crimen apud se probatum molliorem pœnam intulerit. *l. 8. §. 2. C. ad Leg. Jul. de vi public.* siquidem pœnæ ideo Legibus & actibus humanis adjiciuntur, ut eo minus recedatur ab eo quod placuit. *l. si congruit 13. ff. de offic. Proconf. l. si pœnam 68. de V. O. §. plane si quis. Inst. de inutil. stipul.* Reg. Sixt. *2. cons. Marp. 12. n. 100.* cum ubi

pœna

poena contemnitur, liberum sit homini malè agendo arbitrium. Martinus Monter. *in decis. regni Arragon. 7. n. 11. conf. supr. lib. 9. c. 89. §. 19.*

V.

Poena quoties certa à lege non est expressa & determinata, sive officio judicis arbitraria, sive extraordinaria est imponenda. *l. 1. §. expilatores 1. ff. de effractor.* *ibidemque* Bart. *in pr. l. hodie 13. l. sanctio 41. ff. de pœn. c. de causis. 4. §. fin. de offic. deleg. c. finem 5. extr. de dol. c. quærenti 2. extr. de V. S.* Ant. de Butr. *ib. n. 10. gl. in. l. nemo Martyres. verb. distrahat. C. de SS. Eccl. & in Clem. 1. verb. arbitrium. de accusat.* Alex. *conf. 13. n. 15. vol. 7.* Gail. *1. obs. 87. n. 1.* ac arbitraria est animadversio. Tiraq. *de poen. leg. temp. caus. 31. num. 34.* Jacob. Schultz. *ad Modestin. Pistor. p. 3. quæst. 104. n. 9.* Schrad. *intract. de feud. p. 10. sect. 19. n. 22. vers. eam ob causam.* Carpz. *p. 1. qu. crim. 49. n. 5.* & semper mitior esse debet, quam quæ legibus præscribitur, nec facilè ad poenam mortis extendenda. *l. 1. ff. de furt.* Bald. *in l. 1. §. effractores ff. de extraord. cognit. l. 13. ff. de poen.* licet quandoque possit. Wesenb. *parat. ff. ad L. Cornel. de Sicar. n. 16.*

VI.

Poena non imponitur pro eo, quod bona fide gestum est. *l. servum 71. §. prætor 3. ff. de acquir. hered.* Cravett. *conf. 8. non malo animo n. 31.* Æmylius *conf. 134. n. 4.* Bald. *in l. 11. in fin. C. de his quæ poen. nom.* & facientes probabiliter licere, crediderunt, Cravett. *conf. 8. n. 31.* Dispositio enim poenalis loquens in casu vero doli vel culpæ, ad casum fictum extendi non debet, Cravett *conf. 205. n. 33. & 39.* sed potius restringitur ad solum casum. Æmyl. *conf. 18. n. 5.* nec committitur poena statuti, quando non est formaliter contraventum. Idem *conf. 16. n. 15.* Unde nec poena locum habere dicitur, ubi deficit aliquid ex ejus requisitis. Idem *conf. 30. num. 3.* nec incurrit in poenam qui fecit, quod tali casu fieri potuit. Baptist. Veronens. *consil. 149. præsens. n. 7. & 8. cons. crim. tom. 1.* quia præsumitur statuentium fuisse voluntatem, ut poena tantum teneret sponte delinquentes. Bald. *in l. voluntas. C. de fideicom.* non eos qui fecerunt, quod tali casu à quolibet fieri debuisset vel potuisset, *l. fin.* ubi Bart. & Dd. *C. si mancip. ita fuer. alien. l. cum servus 39. de V. O.* Wesenb. *2. conf. 61. n. 25.*

VII.

Poena statuto comprehensa magis est attendenda, quam Juris Communis. Cravett. *conf. 41. n. 8.* quæ cum imponitur etiam per verba futuri temporis, ad excusationem actus ipso jure imposita intelligitur. Dec. *in cap. cum & plantare 3. §. in Ecclesiis. n. 28. de privileg. cap. 2. de rescript.* Anton. *in cap. 2. de postul.* Tiraq. *in l. si unquam. verb. revertatur. n. 148. C. de revoc. donat.* adeò ut etiam poena statuti locum habeat, quotiescunq; vel minima actus solennitas deficit. *l. quandiu 6.* ubi Bald. *C. distract. pignor. l. si is qui ducenta 13. §. si ita 2. de reb. dub. l. quamvis 13. Ut in possess. legat.* Tiraq. *de retract. convent. §. 4. gloss. 6. n. 25. & 26.* Angel. Alex. & Dd. *in l. stipulationum aliæ. §. per sortem. per ill. text. l. in execut. 85. §. item si ego 46. de V. O.* Wesenb. *2. conf. 61. n. 7.*

VIII.

Poena quotiescunque in aliqua Lege circa unum casum est apposita, habito respectu ad privilegium alicujus personæ, si postea per aliam Legem fiat additio ad illum casum, extendendo ad alias personas, non facta mentione de poena: in alia additione poena posita in priore lege non censetur repetita in additione. Jas. *in l. fin. princ. ff. de in jus vocand. & in §. ex maleficiis. verb. in judicium. col. 20. n. 38. de action.* Bart. *in l. testamento ff. de cond. & dem. & in l. cum pater §. certam. ff. de legat. 2. gloss. in clem. 2. vers. sanctione. de vit. & honest. Cleric.* Felin. *in cap. causam. col. 3. vers. limita octavo. de rescript.* Dec. *in l. factum. §. in poenalibus. n. 6. ff. de R. I.* Ratio, quia quando una dispositio extenditur ad alios casus, non censetur facta extensio quoad poenam. Joh. Andr. *in c. dispendia. §. reus quoque. de rescript. in 6.* Abbas *in c. fin. col. 4. defer. & in cap. prout. col. penult. de dolo. cap. 1. col. fin. de locat.* Dominic. *in cap. si fortè. col. 2. de elect. in 6.* Jas. *in l. non dubium. C. de LL.*

Limita (1.) nisi Lex ulterius disponendo procedat, vel (2.) nisi concurrat favor publicus. Ludov. Gomez. *ad §. poenales. n. 39. Inst. de action.* vel (3.) nisi concurrat honestas. Gloss. & Dd. *in l. miles. de re judic. & in l. illud. verb. alia causa. C. de SS. Eccles.* facit benè textus *in l. fin. C. de fructib. & lit. expens.* vid. & Galiaul. *in repet. l. centurio col. 6. n. 40. ff. de vulg. & pupill. substit.*

Declara procedere in mero privilegio, secus vero in privilegio qualificato, ut est in illo, quod corpori juris insertum est, quia de illo judicatur, ut de Jure communi, ut ait Dec. *in cap. de causis. in fin. de offic. delegat.* & ideò lata fieri debet extensio. Card. *in cap. ignorantia. dist. 28.* Card. Zabarell. *consil. 52. col. 2.* Gloss. & Bart. *in Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. col. 2. vers. secundo quæro.* Anton. de Butrio *in cap. olim notab. 3. de V. S.* Aretin. *in l. cum lege. ff. de testamento.*

IX.

Quoties agitur de pœnæ quantitate, toties illa non major esse potest delicto *l. 31. in fin. C. de Episc. & Cleric.* ratio consistit in proportione observandâ inter delictum & pœnam. Exemplum est in *l. 5. in fin. C. de SS. Eccles.* & apud Mev. *P. 8. dec. 42.*

Limita, nisi aliter velit publica utilitas & tranquillitas. *X.*

Ex eodem crimine nemo sæpè puniendus est. *l. 14. de accusat. l. 6. circa fin. naut. caup. stabul. l. 24. C. de poen. cap. at si Clerici. 4. in fin. de judic.* Wesenb. *1. consil. 43. n. 105.* iterumque *consil. 239. n. 37.* ubi adducit *cap. At si clericis. in fin. de judiciis, cum pluribus auctoritatibus.* Unius enim delicti non possunt esse duæ poenæ, ἓν πρὸς ἓν, inquit Arist. unius delicti una poena. Cujac. *ad l. 16. 18. Pauli ad edict. in l. 2. de serv. corrupt.* maximè si delicta sint ejusdem generis, Bart. Bald. & Dd. *in l. is qui reus. de publ. judic.* Speculat. *de expens. n. 3. & de accusat. §. 5.* Bart. & Alex. *in l. 3. sepulchr. viol. & in l. Senatus de accusat.* Bald. *in l. cujus. de furt. l. quicunque 4. C. de serv. fugitiv. l. ergo 13. eod. lit.* Wesenb. *1. cons. 22. n. 19.*

Declara procedere regulam, quando unus est titulus criminis, ita ut ex una causa omnes a-

ctionesſuam originem habeant, prout latiùs deducunt Bart. *in l. 1. §. unde. n. 3. per ibi allegata. ff. de publican. gloſſ. in §. ſin. ad verb. conſumit. Inſtit. ſi quadrup. paup. feciſſ. dic.* Dec. *in l. nunquam. n. 2. de R. I.* cum hoc caſu unius electione reliquæ conſumantur. *l. 3. §. fin. l. licet 6. §. poſſumus. 4. ff. naut. caupon. ſtabul. l. quam 53. in princ. de O. & A.* ſecus vero quoties ex diverſis delictis vel factis oriuntur, cum eo caſu pœna una remedium aliud aliamve actionem vel pœnam non tollat. *l. nunquam plura 2. de privat. delict.* Carpzov. *p. 4. Juriſp. forenſ. conſtit. 27. defin. 6. n. 4.* atque ita in pœna duplici, quæ diverſum effectum reſpicit, regulam fallere poſt Marant. *in Specul. p. 4. deſtinct. 1. n. 20.* retulit idem Carpzov. *p. 4. Juriſpr. forenſ. conſtit. 42. defin. 1. n. 7.* ac hoc in ſenſu procedit illud quod dici conſvevit, quod qui in multis offendit, dignus etiam eſt, ut pœna multiplici caſtigetur. *c. cum æterni 1. de ſent. & re judic.* vid. Oſterm. *in ration. Inſt. ad §. 2. Inſt. de injur.* Ita condemnatus civiliter propter intereſſe partis ad pœnam dupli vel quadrupli poteſt nihilominus criminaliter puniri propter læſionem ſeu violationem ſecuritatis publicæ, nam civilis actio non tollit criminalem. Perez. *C. de ſuperexaction. n. 3.*

Limita tamen in Eccleſia; hanc enim plures pœnas imponere ſolere uni delicto, quando delicti gravitas adſit, ex *c. quorundam. de Judæis* probat Tiraquell. *de pœn. temp. c. 49. n. 16.*

XI.

In pœnis ſufficit etiam minimam pœnam exſolvi, & minima tollit majorem debitam. *l. quod Senatus 6. ff. de injur.* Alex. *conſ. 35. viſo. num. 7. volum. 2.*

Declara hoc procedere, quando minor pœna eſt impoſita extra ordinem, quam delicto debeatur. Bald. *in l. nullum 12. n. 4. C. de teſtib.* ſecus ſi par eſſet, & pœnæ reſponderet Weſenb. *1. conſ. 43. n. 109.* Hinc & per mulctæ impoſitionem extraordinariam non tolli pœnam lege ſtatutam ordinariam, tenent Bald. *in d. l. nullum 12. n. 4. C. de teſtib. per gloſſ. fin. ibid. & l. 2. C. de ſportul.* Bart. *in l. ancillæ. n. 21. C. de furt. & in l. ubi. Cod. de falſ. n. 2.*

XII.

Pœnam ſolutam vel præſcriptam, vel ſatisfactum eſſe de crimine procedunt à pari. *l. ſed ſi unius 17. §. ſi ante 6. ff. de injur.* Bald. *in l. ſi eum, in pr. ff. ſi quis caut.* Weſenb. *1. conſil. 5. n. 33.*

XIII.

In pœnam nemo facit alium intervenire, niſi ad id ſpeciale mandatum habeat. *gloſſ. in l. 3. §. ſi procurator. ff. quod quisque jur. ſtatuer. in alter.* Alex. *conſ. 108. n. 6. verſ. ſed de jure communi. lib. 6.* Pariſ. *conſ. 110. n. 7. lib. 3.* Roland. à Valle *conſ. 71. n. 41. lib. 1.* Farin. *1. conſ. 89. n. 17.*

XIV.

De pœna imponenda ubi agitur ex aliqua ſpeciali conſtitutione, omnes qualitates debent verificari, de quibus in ipſa conſtitutione mentio fit. Joh. Andr. *in c. 1. de homic. in 6.* quem text. dicit eſſe ſingularem & ab omnibus approbatum, Tort. *int. Conſ. Anton. de Butr. conſ. ult. n. 1. in fin.* Jul. Clar. *lib. 5. §. fin. pract. crim. quæſt. 85. n. 9.* Diſpoſitio enim, quæ comprehendit aliquos caſus, non recipit caſus continentes pœnam, quia ſunt diverſæ naturæ. *arg. l. ſi præſes 32. ff. de pœn.* Bart. *in l. in teſtamento. & in l. multa. ff. de condit. & demonſtr.* Dec. *in l. factum. §. in pœnalibus. ff. de R. I.* Unde & Lex vel Conſtituto, quæ alias ex identitate rationis extenditur, nunquam reſpectu pœnæ extenditur, ut per plura probat Jaſ. *in l. cum quidam. col. 2. verſ. ad iſtam regulam. ff. de liber. & poſthum.* Ludov. Gomez *ad §. fuerat. Inſtit. de action. n. 12.*

XV.

Pœna amore juſtitiæ, non amore ipſius pœnæ eſt inferenda, *cap. ult. §. ex his. 23. quæſt. 4.*

XVI.

Pœna augetur iterato delicto. *l. 1. ff. de jure patronat. l. 3. §. ſi plures 6. ff. de re milit. l. quicunque 4. C. de ſerv. fugitiv. gloſſ. in l. ſi diutino. ff. de pœn. ibique* Bart. *gl. in l. 3. verbo conſvetudini. C. de Epiſc. audient. gl. in l. fin. verb. Exempto. C. de Commeat. lib. 12.* Alberic. *in l. capitalium. §. graſſatores. ff. de pœn.* Salicet. *in l. ſervos. n. 5. ad Leg. Jul. de vi publ.* Caſtr. *in d. l. 3. n. 7. Cod. de Epiſcop. aud.* Tiraquell. *in tract. de pœn. temp. cauſ. 10. n. 4. verſ. verum ſi tales.* Pacian. *1. conſ. 116. n. 28.* Nicol. Reuſner. *l. 2. deciſ. 20. n. 6.* Anton. Gomez. *tit. de delict. cap. 3. n. 60. in fin. & tit. de furt. n. 5.* adeò ut etiam delictum, aliàs non capitaliter puniendum, propter reiterationem fiat capitale, Bald. *in l. licitatio §. quod illicitè. ff. de publican. & vectigal.* Lucas de Penna *in l. unic. C. de ſuperexact. lib. 10.* Pariſ. de Puteo *in tract. ſyndicatus. verb. pœna. cap. 8. n. 13.* Farin. *in praxi crimin. lib. 1. tit. 3. quæſt. 23.* diſſent, de praxi Curiæ Romanæ. *n. 7.* Joh. de Plat. *in l. omnes. C. de delator. n. 16.* Diſſentit Carpzov. *part. 2. qq. Crimin. 76. num. 42. & ſeqq.*

XVII.

Pœna pœnam non conſumit. *l. ſi ſervus 48. ff. ad L. Aquil. l. Neratius 11. §. 2. ff. de ſerv. corrupt. l. nunquam 60. ff. de oblig. & act. l. vulgaris 21. in fin. pr. ff. de furt. l. ſi ſtuprum. 25. l. pater 41. ff. de injur.* Carpzov. *p. 3. in criminal. quæſt. 132. n. 63.* ſingulis enim delictis ſingulæ pœnæ competunt, maximè quando ex illis diſtinctus ac ſeparatus reſultat effectus. Reuſner. *lib. 2. deciſ. 20. n. 5. conſ. Rac. meas p. 25. th. 69. & ſeqq. p. 236. & alibi.*

XVIII.

Pœna ob dignitatem minuitur, *cap. ult.* ibi: *volentes tamen Nobilitati parcere. ibidemq; gloſſ. in verb. nobilitati. de pœn. l. ſacrilegii pœnam 6. in pr.* ibi: *pro qualitate perſonæ. & §. 1.* ibi: *aut ſi honeſtiori loco natus. ff. ad L. Jul. peculat. l. ult.* ibi: *ſi ſordidiori loco. ff. de incend. ruin. naufrag.* Alber. *in l. illicitas. §. qui univerſas. in fin. ff. de offic. Præſid.* Tiraquell. *in tract. de pœn. temp. cauſ. 31. n. 1. & ſeqq.* D. Theodoricus *diſp. crimin. 10. th. 4. lit. D.* hinc Decuriones etiam ob capitalia crimina capite non plectuntur, *l. 15. de pœn.* ſed propterea ſaltem deportantur aut relegantur. *l. 6. §. 2. de Interdict. & Relegat.* neque etiam torqueri poſſunt *l. 33. C. de Decur.* niſi falſum Inſtrumentum confecerint. *l. 21. C. ad L. Corn. de Falſ.* fuſtigari tamen poſſunt. *l. 40. C. de Decur.*

Limita,

Limita, nisi in casibus, ubi nobilitas vel dignitas delicta augere solet, *l. quædam delicta 14.* ubi Bart. & Alberic. *de pœn. l. 2. l. omne delictum 6. ff. de re milit.* Bald. & Afflict. *in cap. 1. §. si quis verò temerario de pac. juram. firm.* Petr. de Bella Pertic. Jacob. Butrigar. *in l. nemo C. de Summ. Trinit.* verbi gratia, quando delictum caderet in contumeliam & dedecus dignitatis, Bart. *in d. l. quædam.* Alex. *in l. 2. paulò ante fin. Cod. ut nemo privatus.* vel quando reus in delicto perseveraret, & contumax esset. Felin. *in cap. Pastoralis. n. 3. de offic. deleg. per text. in cap. 2. in fin. eod. in 6.* Afflict. *in c. 1. n. 97. in fin. & n. 98. de pac. juram. firm.* Luc. de Penna *in l. conductores. col. fin. vers. & intellige. C. de condict. & procurat. lib. 11.* Hostiens. *in cap. ea quæ. n. 11. de stat. Monach.*

Limita (2.) quòd minuatur pœna ob dignitatem lædentis: nam ob dignitatem læsi potius augetur *l. 42. C. de Decur.*

XIX.

Causa pœnæ infamat, non tempus poenæ. Hinc licet delicto famoso temporalis imponatur relegatio, infamia rei tamen est perpetua & durat finito tempore poenæ. Perez. *C. de his qui in exilium dati sunt. n. 5. 6.*

XX.

Poena non debet esse præmiũ. Hinc ignominiosè missus miles à muneribus civilibus non est immunis *l. 1. C. de his qui non implet stipend.* Neque enim in commodum cedere debet, quod deberet in poenam retorqueri. *cap. 5. X. de Donat.*

XXI.

Quoties in causis fiscalibus & publicis commissa est rapina, Reip. debet acquiri poena.

Limita: si ad tertium pertineat res ablata ejusque periculum, ratio postulat, ut illi poena applicetur, & si ad injuriam passum pertinet periculum, & tunc isti mulcta acquiritur *l. 3. C. de Naviculat.*

XXII.

Pœna unius multorum est metus, *l. 1. C. ad l. Jul. repetund. l. si vindicari 28. C. de pœn. cap. sicut 13. extr. de jurejur. cap. ult. extr. de stat. Monach. cap. sed liberandam 17. extr. de Judæis & Saracen. cap. 1. extr. de maledic. cap. 1. extr. de Excess. Prælat. cap. 1. §. cum igitur. de homicid. in 6. Clem. 1. de offic. ordin. Extravag. dierum in pr. de pœn. cap. pen. dist. 45. c. frater 52. in fin. 16. quæst. 1.* Bœckel. *in tract. de public. judic. in præloq. vid supr. lib. XI. cap. Maleficium.*

XXIII.

Non omne quod vetitum est fieri, lege humanâ si fiat, irritum quoque est, nisi & hoc Lex addiderit aut significaverit, Hugo Grotius *lib. 2. de Jure bell. & pac. cap. 5. 11. 14.* Unde etiam nec vasallus ex omni causa & admisso feudo privatur, *§. 2. vers. illud enim 2. F. 24. & pr. 1. F. 21.* multa enim in jure culpantur, quæ tamen non puniuntur, *l. 24. §. 5. ff. sol. matr. l. 14. §. 14. de religios. l. 3. §. 4. de sepulchr. violat.* ita culpatur prodigalitas, *§. ult. Inst. de his qui sunt sui vel alieni jur.* sed non punitur, *l. 25. §. 11. l. 31. §. 3. ff. de petit. hered.* ita culpatur furtum rei emptæ, sed soluto pretio non coërcetur, *l. 14. §. 1. de furt.*

XXIV.

Qui non habet in ære, luat in corpore, *l. si quis 7. §. 3. ff. de jurisdict. l. 1. §. ult. de pœn. l. si quis injuriam 35. ff. de injur.* Anton. Faber *in rational. ad l. 6. §. 9. ff. de offic. Præsid.* Ubi qui ad pœnam persolvendam inopia laborare dignoscitur, corporis sui correctionem patiatur, *ad el. text. 2. F. 53. §. 1. vers. qui verò ibi.*

Declara hanc regulam procedere (1) in delictis, ex quorum causa quis criminaliter conveniri potest, Bachov. *ad l. 6. §. 9. de offic. Præsid. & in Com. ad l. 7. de jurisd.* imò etiam ratione maleficii & doli, non ex debito simplici, Nicol. Boër. *decis. 349. num. 8. & n. 10. pag. 727.* secus est in mulctis, ubi egestas sive inopia remissionem operatur. *l. 6. §. ult. de offic. Præsid.* ubi Ant. Faber *in rational.* (2.) rebus adhuc integris, ita ut tum vel pecuniariam mulctam irroget Magistratus, vel corpus coërceat: ubi enim semel mulcta irrogata, ea non facile in corporalia mutari debet, Bach. *d. loc. Vid. supr. lib. 10. c. Luitio.* (3.) fallit in inferioribus judicibus, qui non possunt in defectum pecuniæ dictare poenam corporis afflictivam. Knichen. *de Saxon. non prov. jure cap. 5. n. 482.*

XXV.

Poena privationis non est imponenda, nisi jure expresso de ea cautum sit, *Nov. 12. cap. 3. §. cum igitur. cap. illa. 2. in verb. cum nusquam inveniatur. Ne sede vacante. l. & si quis. 14. §. Divus 14. de religios. & sumpt. fren.* Hart. Pistor. *2. quæst. 36. n. 13.* Berlich. *4. concl. 31. n. 4. vers. sexto.* Carpzov. *4. constit. 43. defin. 8. n. 3.* Segura *in tr. de bonis mariti & uxoris, n. 2. p. 458.*

XXVI.

Poena par constringit facientem & consentientem, *cap. notum 10. in fin. 2. quæst. 1. cap. omnes 26. 17. quæst. 4. cap. 1. extr. de offic. deleg. cap. ut Clericorum 13. extr. de vit. & honest. Clericorum. cap. excommunicamus 13. extr. de hæret. cap. qui cum 4. extr. de furt. cap. si quis 4. extr. de purgat. Canon. cap. nuper 29. cap. quantæ 47. extr. de sentent. excomm.* & opem dantem, *cap. sicut 6. extr. de homicid.* occasionem enim causæ præstans, cum eo, qui illam causam præstat, pari poenâ punitur, *cap. presbyterum 70. extr. de homicid.* sicuti qui homicidii causam præstitit cum eo, qui homicidium commisit, *cap. suscepimus 10. extr. de homicid. v. nacem. nostr. 4. th. 42. p. 137.*

XXVII.

Crescentibus delictis poenæ sunt exasperandæ. *l. aut facta. 16. §. ult. ff. de pœn. l. ult. C. de incest. nupt. c. cum nobis 10. extr. de judic. cap. ult. extr. ut lit. non contest. cap. cum super 2. extr. de testib. cog. cap. Clericos 3. extr. de cohab. Clericorum. cap. ult. extr. de pœn.* Ludov. Gilhausen. *in viridar. c. 7. lit. C. pag. 588.* ratio est, ut unius poena metus esse possit multorum. *l. 1. C. ad Leg. Jul. repetund. & supr. axiom. 17.*

XXVIII.

Obligatio ad poenam succedit aliquando obligationi facti, *l. 6. & 9. ff. de serv. export.* Excipe, nisi pactum sit ipso jure nullum, *dd. ll. & l.*

34. §. omnem. l. libri. 71. ff. de contrah. empt. Schurff. *1. consil. 11.* Wesenb. *3. consil. 131. n. 151.*

XXIX.

Quoties pœna contractui per pactum adjecta, toties actio nihilominus manet rei persecutoria, quia pœna hôc casu cedit loco rei; nam debetur ex conventione initâ, non ex lege.

XXX.

Quoties pœna adjicitur facto, toties ejus determinatio est in arbitrio contrahentium, qvia facta sui naturâ sunt incerta, hinc illis ex pacto contrahentium poterit pœna adjici. Ita si quis mihi promisit extruere ædes, valet hujus pacti promissio sub quâcunque pœnâ.

XXXI.

Quoties adjicitur pœna quantitati, toties non debet excedere legitimum usurarum modum, *l. cum allegas 15. C. de usur.* quia alioquin induceret usurariam pravitatem. Exemplum est in mutuo, cui pœna adjicitur. *Conf. l. 9. C. de non num. pecun.*

XXXII.

De pœnis infligendis judex non tenetur sequi Moysis Leges judiciarias. Johann. à Sande *lib. 5. tit. 9. definit. 9.* ubi id autoritate Melanchthonis, Chemnitii & aliorum Theologorum confirmat. *pag. 592.* Licet enim quod morale est in Legibus Mosaicis sit immutabile, adeoque constanter observandum, id tamen hactenus admittendum, ne transgressores Legis moralis dimittantur impuniti; nec sequitur inde, pœnam pro ratione circũstantiarum, temporum, locorum & Rerumpublicarum non posse variari aut minui. Sand. *d. loc. vid. supr. lib. X. cap. Lex.*

XXXIII.

Pœnâ is non est afficiendus, qui nihil admisit, *l. 2. §. pen. & l. 6. de decur. l. 22. C. de pœn. §. sed nos 4. Inst. de SCt. Tertull. ibi: quid enim peccavit. 2. feud. 19. in fin.* nec indignus est misericordiâ, qui alieno vitio laborat, *l. 6. C. de naturalib. liberis.*

Excipe (1) in liberis incestuosis. *N. 89. cap. ult.* (2) in liberis reis criminis læsæ Majestatis, *l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Majest. conf. can. sine culpa. 23. de R. I. in 6.*

XXXIV.

Pœna, quæ in fraudem legis adjecta censetur, non stringit, *l. unic. C. de his quæ pœn. nom.* Gail. *2. observ. 145. n. 5. & 7.* quod enim non potest fieri per viam dispositionis, non potest etiam fieri per viam conditionis pœnalis, *l. Sejus & Augerius 27. ff. ad L. Falcid. & ibi* Bart. ne per indirectum concedatur, quod directo est prohibitum, Jas. *conf. 40. n. 3.*

XXXV.

Pœnæ non solent repeti, cum sunt depensæ, *l. 42. l. 49. ubi int. de condict. indebit.* Intellige scilicet si fiscales sunt, non etiam si conventionales.

XXXVI.

Pœna debet imponi secundum qualitatem facti, *Extrav. si fratrum. §. quia in fin. ne sede vacant.* & impenditur pro delicti qualitate, *argum. c. pro qualitate 7. 26. quæst. 7.* Siquidem ubi pœna inferenda est, multa considerari debent, videlicet dignitas, *cap. contumaces 21. distinct. 50. cap. quisquis 13. 2. quæst. 8.* divitiæ sive nobilitas, *cap. qui contra 32. 24. quæst. 1.* paupertas, *d. c. qui contra.* ordo *cap. cum beatus 8. distinct. 45.* Religio, *cap. quidam Monachorum 10. 18. quæst. 2.* mentis infamia, *cap. si quis insaniens 12. 15. q. 1.* etiam antequam infligatur, imò causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, eventus attendatur. *cap. aut facta 19. §. sed hæc de pœnit. dist. 1. cap. ult. de transact. cap. quærenti 20. de V. S.* Unde & qualitas delicti maximè pœnam aggravat, *cap. non afferamus 21. 24. quæst. 1. cap. ult. extr. de clandest. desponsat.* pœna enim quandoque aggravatur, ut cæteris incutiatur metus, *cap. frater 10. in fin. 17. quæst. 4. cap. raptor 34. 27. quæst. 2.* Sic sæpissime etiam persona augetur, *cap. cum illorum 32. extr. de sentent. Excommun.* interdum aggravant eam & circumstantiæ, *cap. Excommunicamus 13. extr. de hæret.* quandoque etiam circa pœnas imponendas parcitur, *cap. ult. extr. ut lit. non contest.* hinc & Laicis mitiorem impositam esse pœnam, quàm Clericis, *text. est in cap. quæsitum 7. extr de pœnit.* Siquidem pœna quandoque varia est, quam consequitur varietas personarum in eodem peccato. *cap. fraternitas 11. 12. quæst. 2. cap. 1. in fin. 10. quæst. 6.* ac una alterâ sæpe est major diversimodè, videlicet ratione effectus, *cap. corripiantur 17. 24. quæst. 3.* ratione durationis, *c. si Episcopus 7. distinct. 50.* ratione asperitatis, *c. si habes 1. 24. q. 3.* ratione opprobrii, *circumcelliones 1. 23. q. 5.* vid. Wesenbec. *parat. de pœn. n. ult. cum citatis.*

XXXVII.

Pœnam quam intulit, ipse patiatur, qui non probaverit, quod objecit, *cap. Paulum 6. in fin. 2. quæst. 3. cap. qui 4. 2. q. 8. cap. ibi t. 3. quæst. 8.* Pœna enim talionis puniri debet, qui non probat, quod contra alium intendit, *cap. 1. extr. de calumniat.*

XXXVIII.

Pœna debent coërceri, qui non possunt præmiis induci ad observantiam juris, *Clem. cupientes 3. in princ. de pœn.* ideò enim mali pœnâ afficiuntur, ne multiplicentur. *cap. est injusta 33. 23. quæst. 4.* & pœna temporali puniuntur, quos timor Dei à malo non revocat. *cap. ut Clericorum 13. extr. de vit. & honest. Clericor.*

XXXIX.

Pœna non debet converti in culpam. *c. unicam. extr. de purific. post part.* neque etiam debet trahi ad gratiam, *c. inter 2. extr. de translat. Episc.*

XL.

Illa pœna reo est infligenda, quæ magis timetur, *cap. ult. extr. ut lit. non contest.* ideò enim aliquis timore pœnæ coërcetur, *cap. literas 14. extr. de præsumpt.* & delinquentes pœnâ debita puniuntur in aliorum exemplum, *Clem. unic. de testam.* Quò majus itaque delictum, eò graviorem etiam pœnam meretur, *cap. quia 16. versâ capite. dist. 50.* & multos præsumens offendere, multiplici pœnâ castigetur, *c. 1. in fin. de sent. & re judic.*

XLI.

Pœnam debet præcedere monitio *cap. reprehensibilis 26. extr. de appell. vid. supr. lib. XI. cap. monitio.*

XLII.

Pœnæ possunt commutari, *cap. ult. extr. de maledic.* nempe ab eo qui jura superioritatis habet, post Iserniam, Tapiam, Knichen *de Saxon. non provoc. jure. c. 5. n. 473. pag. m. 297.* ac pœna cum

pœni

pœna compensatur *cap. constitutis 7. extr. de pœn.* hinc si gravior pœna, quàm lex vult, reo imposita sit, videtur cum eo super infamiâ transactum, ita ut infamis non fiat *l. 5. de Decur. l. 15. ad municipal. l. 13. §. pœna. de his qui not. infam.*

XLIII.

Pœna quandoque indicitur ad cautelam. *cap. significasti 18. extr. de homicid.* ac facit sæpissimè pœna sapientem, qui stultus erat in culpa. *c. qui 10. dist. 38. cap. si custos 18. in fin. 27. q. 1.*

XLIV.

Pœna cessat deficiente probatione, *cap. ult. 32. q. 5.*

XLV.

Pœnarum compendia non pertinent ad privatum, sed fisco quærenda. *l. 5. C. de modo multarum*, vel pauperibus, *l. 2. C. de Episc. aud.* vel aliis causis necessariis, *l. 2. in fin. C. de Aleat.*

Intellige nimirum directò; indirectè enim & per consequentiam potest commodum sentire, *c. 1. F. 22. ibi infantia.* Anton. Gothofred. *disp. 7. thes. 8. lit. D.* ubi pro infamia legendum esse infantia, docet idem Anton. *disput. 8. thes. 5. lit. e. in fine.*

XLVI.

POENA præsupponit culpam [*aliud fraus est. 131. in pr. de V. S.* Dec. *in l. 1. n. 67. C. qui admitt. ad bon. poss.* D. Thom. *2. 2. quæst. 108. art. 4. in solut. & 112. quæst. 87. art. 7. & 8.* Sot. *de Justit. lib. 1. quæst. 6. art. 5. col. 2. vers. profectò. & vers. verumtamen.* Sylvest. *in sum. verb. pœna. num. 25.* Covarruv. *var. lib. 2. cap. 8. in princip. & num. 1. vers. tertio.* Menoch. *cons. 626. num. 16.* Surdus *decis. 277. num. 19.* Gutier. *canon. lib. 2. cap. 30. n. 12. cum seqq.* Quia pœna propriè non dicitur, nisi quæ imponitur propter culpam, D. Augustin. *lib. 1. retract. cap. 9.* quem refert Ludovicus Carbon. *de Legib. lib. 8. disp. 1. vers. Tertiò notandum*, & ante illum Alphonsus de Castro *de Lege pœnali lib. 1. cap. 3.* [Neque etiam pœna sine fraude esse potest, cùm cessante dolo, de pœna quadam tractari incivile esset, Bart. *in l. 1. §. non autem. ff. si quis testam. liber.* Alexand. *cons. 177. col. 2. vers. & pro hoc patet. lib. 5.* Corn. *cons. 205. col. 2. lib. 10.* Dec. *in cap. cognoscentes. col. 5. vers. ad superius dicta. de constit.* Cravett. *cons. 219. num. 15.* Consil. Arg. *1. cons. 41. num. 15.* Quapropter ea nec in ignorante recipi dicitur, Zabarell. *in clem. 2. col. 1. de hæret.* Felin. *in cap. cognoscentes. de constit. in 6.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 185. n. 4.*]

XLVII.

POENA ex culpa & delicto debet commensurari, sive culpæ respondere, *l. perspiciendum 11. & l. 13. ff. de pœn. l. 6. ad l. Jul. peculat. l. sancimus 22. C. de pœn. cap. non afferamus stateras 21. in fin. 24. quæst. 1. cap. quæsivit 2. de iis quæ fiunt a majori parte Capit. cap. felicis 5. §. illud autem. de pœn. lib. 6. c. sicut dignum 6. extr. de homicid.* ubi Prob. *ad Monachum num. 12.* Cravett. *cons. 46. num. 15.* ubi ait, quod si delictum est parvum, pœna debet esse modica, & è converso, Mench. *illust. quæst. cap. 8. n. 51. & cap. 24. num. 17.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 90. n. 38.* Bertazol. *in repet. l. si quis major. Cod. de transact. num. 68.* Thom. de Thomasset. *in floribus Legum, reg. 216.* Farinac. *in praxi crimin. p. 1. quæst. 4. n. 10. & quæst. 17. n. 9.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 6. conclus. 211. per totam.* Surdus *cons. 250. n. 10. & cons. 321. n. 53.* Sigismund. Scacc. *de judic. lib. 1. quæst. 58. n. 12.* Joan. Mar. Novar. *quæst. forens. lib. 1. q. 25. n. 7. & quæst. 151. num. 12. in fin.* [Wesenb. *1. cons. 43. n. 130.* Carpz. *2. quæst. crim. 89. n. 39.* Pœna enim æqualis esse debet, ubi par delictum est. *l. si quenquam 31. in fin. C. de Episc. & Cleric.* ubi Impp. ad illud Lucani *lib. 5.* respexisse censent Becc. *cent. 3. epist. 45.* & Grot. *in flor. Spart. ibid. Auth. presbyteri. Cod. de Episcop. & Cleric.* & delicto proportionari, *cap. ult. §. præmissis. & §. illud. de pœn. in 6. c. quæsivit 2. extr. de his quæ fiunt à majori. cap. ult. extr. de stat. Monach. cap. pœnæ 18. §. atque ideo. de pœnit. dist. 1.* ne major ea sit delicto, *arg. l. 6. in princ. ff. ad Leg. Jul. peculat. l. rescriptum 6. de his quib. ut indign.* Philipp. Matth. *ad l. 56. de Reg. Jur. n. 46.* Quapropter nec delictum repetitionem & persecutionem rei, quæ aliunde delinquenti debetur, impedire dicitur *in l. 4. de contr. tut. act.* interdum tamen non factum solum, sed & adjunctus Legum contemptus, qui in rebellione incidit, inspicitur textus notabilis *in l. 20.* ibi: *ut qui Leges transgrediuntur. C. de hæret.* confer *l. 6. C. de diverse. rescr.*]

XLVIII.

POENA debet tenere suos auctores & delinqventes. *l. sancimus 22. C. de pœnis. l. absentem 5. ff. eod. tit.* [*l. si quis in suo 33. §. legis 1. C. de inoffic. testam. l. ob maritorum. 2. Cod. ne uxor pro marito. l. si pœna 20. l. crimen 26. ff. de pœn. l. 3. §. quod pater 5. ff. de mun. & honor. l. actione 65. §. diximus 3. ff. pro soc. l. generali 24. §. ult. ff. de rit. nupt. l. maritus 52. ff. solut. matrim. cap. quæsivit 2. extr. de his quæ fiunt à major. c. si compromissarius 37. de Elect. in 6.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. ult. quæst. 86. in pr.* Covarruv. *2. variar. resolut. c. 8. n. 1.* Prosper. Farinac. *in prax. crimin. lib. 1. tit. 3. quæst. 24. num. 1.* Hieron. Magon. *decis. Lucens. 27. num. 1. p. 1.* Rolandus à Valle *vol. 4. cons. 78. n. 3.*] Zabarell. *cons. 44. in pr.* Roman. *cons. 487. In ca-*

ſu, in pr. Bertazol. *in l. ſi quis major. C. de transact. num. 111.* Menoch. *conſ. 123. num. 7. in ſubſcript.* Eſcob. *de ratiocin c. 42. num. 7.* Cardinal. Tuſch. *tom. 6. lit. P. concluſ. 212. per totam.* Sebaſtian. Guazzin. *de defenſ. reorum p. 2. defenſ. 33. c. 2. per tot.* Noxa enim caput ſequitur, *l. crimen 26. ff. de pœnis. l. rem mihi 21. ff. commodati. §. omnis 5. Inſtitut. de noxalib. actionib. cap. 1. de injur.* Surdus *de aliment. tit. 1. quæſt. 38. num. 30.* Farinac. *in prax. crimin. p. 1. quæſt. 23. num. 1.* [Et nunquam in heredes tranſit, *l. 20. de pœnis.* inde dicitur æſtimatio delicti, *in l. 41. in princ. ff. de pœn.* quæ cùm præterquam à debitore exigi non debet, *l. 6. ff. de negot. geſt.* utique nec pœna aliis quàm ipſi ſonti infligi poteſt, Petr. Theod. *in Colleg. crim. diſp. 10. th. 3. lit. a.*

Unde nullum pro alterius delicto puniendum eſſe, probatur ex illo *Ezechielis cap. 18. Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur,* refertur *in cap. jamitaque 8. 1. quæſt. 4. & in cap. ſi habes. 24. quæſt. 3. & in cap. quæris 12. de conſecr. diſt. 4.* Item ex illo *Exodi c. 23. Inſontem & juſtum non occides,* & Daniel. *c. 13. Innocentem & juſtum non interficies,* & Job. *cap. 4. Quis enim unquam innocens periit? aut quando recti deleti ſunt?* [& Pſal. *83. Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia,* & Pſalm. *15. Judica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum.*] Latè Caſtrenſ. *conſil. 424. Quia ſcio. num. 6. & 7. lib. 1.* ubi ad multa infert Clarus, *in praxi. §. fin. quæſt. 86.* Cardin. Tuſch. *d. tom. 6. lit. P. concl. 212. num. 4. cum multis ſeqq.* Far. *in prax. crim. p. 1. q. 24. n. 1. cum ſeqq.* [Hinc nec Dominus pro delicto famuli ſui, *l. 1. §. dejeciſſe 12. & §. quoties 13. ff. de vi armat. cap. cum ad ſedem 11. de reſtit. ſpoliat. cap. cum quis 23. de ſentent. excommun. in 6.* Bart. *in l. ne quid. n. 1. ff. d. incend. ruin. & naufrag.* Julius Clar. *d. quæſt. 86. verſ. hinc infertur,* nec filius pro delicto patris tenentur, *l. 2. §. nullum patris. 7. ff. de decur. l. crimen 26. ff. de pœn. l. filiam 9. l. Emancipatum 7. §. ult. ff. de Senator. l. quoties 21. ff. de noxal. act. t. t. Cod. ne fil. pro patr.* Gigas *de crim. læſ. Majeſt. lib. 3. tit. de pœn.* quas filii incurrunt, ſicut nec vice verſa parentes ex delictis liberorum pœnam aliqvam incurrunt. Farinac. *in princ. crim. d. lib. 1. quæſt. 24. num. 2.*

Intellige hoc verum eſſe, accepta pœna, prout eſt culpæ correlativa & prout importat rationem pœnæ, per quam juſtitiæ æqualitas reparatur: nam ſi pœna accipiatur ſub ratione medicinæ, ut quis minori bono privetur, & in majori augeatur, vel data juſta cauſa ad majorem Reipublicæ utilitatem, ut dum unus torquetur, cæteri cautiùs & promptius à criminibus abſtineant, non inconvenit, ut unus pro alio puniatur pœnâ temporali, non tamen æternâ, nec ſpirituali ad ſalutem animæ pertinente; ita Gloſſ. *verb. de quarta, in ſum. 1. qu. 4.* D. Thom. *1. 2. quæſt. 85. art. 8. in ejus ſolut. & in reſponſ. ad 1. & 2. 2. quæſt. 108. art. 4. in ejus ſolut.* Covarruv. *var. lib. 2. cap. 8. num. 1. verſ. quarta, juncto verſ. quinto.* Caſtrenſ. *de juſta hæreticor. punit. cap. 31.* Thom. de Thomaſſet. *in florib. Leg. reg. 228.* Gutier. *canon. lib. 2. c. 30. n. 25.*

Limita I. niſi delinquens mortuus ſit poſt ſententiam, quæ vires rei conſecuta eſt. Tunc enim ad heredes pœna tranſibit, eò quod hi ſecutâ condemnatione incipiunt teneri ex quaſi contractu, utpote ſententia celebrato. *l. 3. §. 11. ff. de peculio. l. 2. de prætor. ſtipulat.* Vasquez. *illuſtr. controverſ. 96. numer. 7.* Farinac. *in praxi crimin. quæſt. 10. n. 45.*

Limita II. ubi pœna ipſo jure impoſita ad heredes tranſit, *l. commiſſa 14. ff. de publican. & vectigal. l. 1. §. an bonæ 1. ff. de jure fiſci. l. in heredem 8. ff. de calumn. l. caſus 22. ff. ad SC. Syllan.* Dd. *in cap. fin. de præſcript. l. 3. §. quod autem 5. ff. quod quisque jur. gloſſ. ſingularis ibid. verb. hered.* & Jaſ. *n. 2.* Bart. *in l. ſi quis iniquum. §. quod autem. num. 1. ff. eod.* Angel. *in l. 1. C. ne ex delict. defunct.* Gail. *1. obſ. 87. num. 7. vid. & cap. ad aures 10. cap. in quibusdam. 12. extr. de pœn.*

Limita III. ſi ex delicto ad heredes defuncti pervenerit, *l. ſicuti pœna 38. ff. de R. I. l. 26. ff. de dolo.*

Limita IV. ſi ex delicto imponatur pœna amiſſionis bonorum vel mulcta pecuniaria, cujus nomine & heredes conveniri poſſunt, *l. 22. ff. ad SC. Syll. l. 20. ff. de accuſat.*

Limita V. ſi delicti atrocitas confiſcationem requirat, ut accidit in crimine læſæ Majeſtatis *l. 5. & ibi Dd. C. ad Leg. Jul. Majeſt. &* aliis, *de quib. ſupr. lib. XI. cap. Mors. ax. pen. verſ. Morte delicta &c.*

XLIX.

POENA non irrogatur, niſi expreſsè jure caveatur, juxta *auth. de non eligend. ſecund. nuben. §. ſin autem.* [Hartman. Piſtor. *2. quæſt. 36. numer. 13. per l. at ſi quis. 14. §. Divus 14. de relig. & ſumpt. fren. Novell. 2. cap. 3. in pr.* ibi: *Non fraudamus ſucceſſione patres, nec eſt ulla lex tale quid dicens.*] Mar. Ant. *var. reſolut. lib. 3. reſol. 39. n. 11. & numer. 32.* Garc. Gironda *de privileg. ſcu-*

seu exempt explic. num. 563. Menoch. *consil. 1032. num. 19. & consil. 1128. num. 2. & consil. 1192. n. 3. & consil. 272. num. 83. & consil. 275. num. 21. & consil. 431. num. 2. & consil. 526. num. 11.* Cardinal. Tusch. *lit. P. concl. 816. num. 4.* Hect. Felic. *alleg. 66. num. 6. vers. & est regula communis, p. 2.* [Jas. *in l. divortio. §. si fundum. col. 20. num. 4. ff. solut. matrim. & in l. si quis major. colum. 2. C. de transact. l. quod te. col. 12. ff. si cert. pet. & in l. 1. in fin. C. de transact. & in Auth. non licet. in 2. & 3. col. C. de liber. præter.* Decius *cons. 90. Et pro tenui. col. fin. p. 3.* quod & in correlativis locum habere existimant Decius *in cap. translato in 2. lectur. colum. fin. de Constit. per alleg. ib.* Alexand. *in Apostill. ad Bartol. in l. fin. ff. de acceptil.* Ludov. Gomez. *ad §. pœnales. Inst. de act. n. 39.*]

L.

POENAM non meretur, qui facit lege permittente, *l. Gracchus 4. C. ad Leg. Jul. de adulter.* Decius *consil. 581. Viso puncto, in secundo dubio n. 9. & seq.* ubi quod prohibitus molestare sub pœna, excusatur, si facit molestiam licitam, Jason *in l. pacto quo pœnam. in fin. Cod. de pact.* Ubi quod is, qui promisit de rato pro minore, videlicet quod major factus ratificabit, si minor non ratificat, quia dicit se læsum, promittens de rato non tenetur, Flamin. Paris. *de confident. quæst. 5. num. 47.* Campan. *in divers. Juris Can. rubr. 11. cap. 33. num. 26. vers. insuper.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 4. resol. 42. numer. 2.* Card. Tusch. *tom. 6. lit. P. concl. 208. per totam.* Stephan. Grat. *disc. forens. tom. 5. cap. 960. n. 15.*

LI.

POENÆ ad alios casus non sunt extendendæ, sed restringendæ, *l. factum cuique 155. §. in pœnalibus 3.* ubi Decius *ff. de Regulis Jur. cap. in pœnis 49. eod. tit. lib. 6.* Thom. de Thomas. *in floribus Legum, reg. 227.* Surdus *de aliment. tit. 1. quæst. 51. num. 12.* Burg. de Pace *cons. 8. numer. 2.* Farinac. *fragm. crim. p. 1. lit. E. num. 144. cum seqq.* Sigismund. Scacc. *de commerc. §. 7. gl. c. num. 43.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. c. 972. n. 13.* etiamsi extensio fiat ex similitudine rationis, Johan. Andr. *in reg. odia, de reg. Jur. lib. 6.* Duen. *reg. 287.* Garc. Girond. *de privilegior. seu exempt. explicat. num. 540.* [Unde Baldus *in l. cum proponas col. fin. C. de hered. Inst.* quod in casibus pœnalibus extensiva interpellatio non admittatur, quia casus pœnales sunt stricti juris. Hinc videmus, quod licet substitutio de uno casu ad alium extendatur, *l. fin. C. de instit. & substit.* attamen ubi de odio & pœna agitur, extensio non fiat, ut loquitur Bartolus *in l. Severinam, in princ. ff. de condit. & demonstr.* ita licet nomine venditionis & contractus comprehendatur, *l. statuliberi 29. §. Quintus 1. ff. de statulib.* in materia tamen pœnali stricta fit interpretatio, ut tantum pro venditione accipiatur. Ita licet appellatione heredis veniat etiam heredis heres, *l. fin. C. de hered. instit.* in materia tamen pœnali illud non procederet, prout loquitur Bald. *ad l. fin. qv. 22. per l. qui liberis 8. §. hæc verba 1. de vulg. & pup. substit.*

LII.

POENA mitior in delictis est in dubio imponenda & eligenda, *l. respiciendum 11. ff. de pœnis.* Fulgos. *consil. 157. col. pen. in fin. vers. rectissimè.* Menochius *cons. 472. num. 16.* ubi quod pœna mitior uti imponatur, in dubio retinenda opinio, Alexand. *consil. 5. in fin. lib. 1.* Cuman. *consil. 139. Hoc maximè num. 6.* ubi quod in dubio pœna capitalis debet intelligi de minori, & quæ non sit mortis naturalis, *& cons. 154. Visis. num. 3. vers. sed nec illud.* Ratio est, quia major pœna est rigor, minor verò est æquitas; sed æquitas scripta præfertur rigori scripto, ergo mitior pœna eligi debet, ut ratiocinatur Baldus *cons. 50. In quæstione. n. 12. vers. quædam. lib. 1. & cons. 382. num. 16. lib. 2.* Et pœnæ sunt molliendæ potius quàm exasperandæ, *c. pœnæ 18. de pœnit. dist. 1.* Joh. Mar. Nov. *q. for. lib. 1. q. 15. num. 7.* [*l. interpretatione 42. de pœn.* Fachin. *1. contr. 11.* Philipp. Matth. *ad l. 1. de Reg. Jur. num. 21.* & ideò restringendæ colore quolibet, & occasione qualibet arrepta, *l. statulib. 14. de quæstion. l. mores 9. §. ultim. de pœnis.* Cujacius *in tract. ad African. in l. 64. de furt. p. 1139. lit. B.*]

LIII.

In Pœnis benignior fit interpretatio, *l. pen. ff. de pœnis. cap. in pœnis 49. de Regulis Juris in 6. cap. ex literis 11. de constit.* Tiraquell. *in l. si unquam. verb. revertatur. num. 246. C. de revoc. donat.* Thom. de Thomasset. *in floribus Legum, reg. 158.* Aloys. Ricc. *in Praxi rerum fori Ecclesiast. resol. 303. n. 2. in 2. edit.* Ugolin. *de officio & potest. Episc. cap. 6. §. 1. n. 3.*

CAP. LV.

Pœnitentia.

Axioma I.

Pœnitentia, quæ rem deducit ad priſtinum ſtatum, pœnam abolet, *l. ex hoc edicto 8. §. pen. ff. de alien. judic. mutandi cauſ. l. 1. §. ult. quod quisq; juris.* Coſtal. *ad l. ult. ff. de Condict. ſine cauſ.* Quotieſcunque enim ex edicto Prætoris imponitur pœna aliqua contra facienti, ſi ille pœniteat, antequam ad ulteriora procedat, illa pœnitentia reducit rem ad priſtinum ſtatum, & evitatur pœna, niſi facta ſit ſpecialis proviſio in contrarium, *d. l. hoc edicto.* Jaſon. *in l. avunculo. col. 2. ff. de condict. ſine cauſ.* poſt Bald. *in cap. 1. in princ. de prohibit. alien. feud.* per Frid. Dyn. *in reg. peccatum. de Reg. Jur. in 6.* Ludov. Gomez. *ad §. pœnales. Inſt. de action. n. 30.* Unde & ante ſcripturam confectam Emphyteuſis ſecularis & eccleſiaſticæ pœnitentiam adhuc eſſe licitam, pateſcit ex ratione ſubſequenti, quæ dictat, quod ubi ex præſcripto Legis ſcriptura requiritur, ibi liceat ante ſcripturam & publicum documentum confectum à contractu reſilire, Paulus *in l. contractus 17. Cod. de fid. inſtrum.* quem cum Fulgoſo ſequuntur contra Decium *ibi col. 2.* Alciatus *pag. 322.* & Curtius jun. *ad d. l. contractus. num. 17.* Aretin. *conſil. 160. volum. 3.* Alvar. Valaſc. *quæſt. 7. n. 9.* In delictis quoq; pœnam mitigat pœnitentia, quoties rem in priſtinum ſtatum reſtituit, *arg. l. 1. C. de Crim. Stellion.* quia ſic tanta non contingit læſio. Exemplum eſt in eo qui rapuit virginem, ſed pœnitentiâ ductus illæſam reſtituit: qui concubitum adulterinum pœnitentiâ ductus non conſummavit, *Carpz. quæſt. 61.* Idem eſt in magiſtratu novum jus ſtatuente, quod tamen pœnitentiâ motus non fuit executus, *l. 1. in fin. ff. quod quisque juris.*

Declara, ut procedat Axioma, ſi quis ante inſtitutam cauſæ cognitionem, & ſic re integrâ pœnituerit. *Conf. Carpzov. Quæſt. 10. n. 24.*

II.

Sola pœnitentia innocentem non facit, *l. quid ſit fugitiv. 17. §. 1. ff. de ædil. edict. l. hi qui 3. in fin. C. de Apoſtat.* Quod intellige maximè in delicto conſummato & perfecto, *l. qui ea mente 65. ubigloſſ. ff. de furt. l. penult. ff. de vi bon. raptor.* quia ea poſt commiſſum delictum à pœna non excuſat, Clarus *§. pract. crimin. quæſt. 16. verſ. item quæro. & quæſt. 60. verſ. fui quandoque interrogatus.* Fachin. *9. contr. 87.* Treutler. *vol. 2. diſp. 31. theſ. 8. lit. 8.* neque etiam delictorum pœnam mollit, nec per eam avertitur vel minuitur hoc nomine intentata actio, etiamſi reus ſatisfacere de re, puta furtiva reſtituere, paratus ſit, Weſenb. *in parat. l. ff. de eo quod met. cauſ. n. 6. verſ. in quo ſatis clementer.* Fachin. *7. contr. 84. in fin.* cùm pœnitentia facti non excuſet, cum jam alter læſus eſt, Bald. *in l. ſi quis non dicam oppoſit. 4. C. de Epiſc. & Cleric.* Menoch. *2. arbitr. judic. 360. n. 13.* Johan. Gœdd. *3. conſ. Marp. 28. n. 143.* quâ ratione eam nec in actione injuriarum vel aliis delictis conſummatis locum habere, tradunt Cyn. *in l. 5. C. de injur. & ibi* Bald. *n. 2.* Julius Clar. *lib. 5. §. injuria. n. 16. §. fin. quæſt. 60. n. 3.* Gail. *2. obſerv. 106. n. 2.* adeò ut ſi quis delictum quoddam conatus ſit, nec perfecerit, modo conatus ille per ſe perfectum ac conſummatum delictum, cujusmodi eſt ſollicitatio & interpellatio alienarum nuptiarum, propter voluntatem pernicioſæ libidinis puniatur. *l. 1. ff. de extraord. crim. l. un. C. ſi quacunque prædit. poteſt.*

Limita, ſecus eſſe in delictis imperfectis. Ea enim pœnitentia, per quam res deduci ad priſtinum ſtatum poteſt, pœnam delere dicitur, *l. ex hoc edicto 8. §. pen. ff. de alien. judic. mutandi cauſ. fact.* Coſtal. *ad l. ult. ff. de condict. ſine cauſ.* hinc & in extraordinariis criminibus per pœnitentiam pœnam remitti, colligunt Doctores *ex l. quamvis 11. ff. de in jus vocando.* quod tamen intelligi vult Coſtalius *ad dict. leg.* in pœna legali, non conventionali: ideoque promittens non convenire, ſi conveniat & pœniteat per pœnitentiam, nocens eſſe non deſinit, Salicetus *in l. ſi quis major. Cod. de tranſactionib. conf. Racem. meas crim. p. 535.*

III.

Per pœnitentiam ſimulatam proviſio Legis deluditur, *l. fin. ff. ne quid in loc. publ.* & occaſio præſtatur delinquendi contra. *l. convenire 5. ff. de pactis convent.* Alex. *in l. ſtipulatio hoc modo. col. pen. ff. de V. O.* Ludov. Gomez *ad §. ex maleficiis. n. 45. Inſt. de act.*

IV.

Pœnitentia ſeu voluntatis mutatio in contractibus regulariter locum non habet, *l. ſicut ab initio Cod. de obligat. & action.* ratio, quia nemini licet mutare conſilium in alterius injuriam, *l. nemo 75. ff. de R. I. in 1.*

Intellige ſcilicet in contractib. nominatis: ratio, quia hi principio quidem ſunt voluntarii, poſt perfectionem autem, licet re integrâ, neceſſarii efficiuntur, *d. l. ſicut 5. de O. & A.* indeque nec pœnitentiæ locus eſt, nec actio ad reſolvendum contractum datur, ſed agendum eſt, ut impleatur, *l. incivile 12. C. de rei vindic.* quod toties verum, quoties ex eis alteri jus quæritur, *l. 17. §. ſicut autem 3. ff. commod.* cùm alias, quando ex contractu quodam alteri jus non quæritur, ea adhuc locum inveniat, prout accidit in re ad certum tempus depoſita, quæ ante tempus auferri poteſt *l. cùm in plures 60. §. mandavi 4. locat. ibiq;* Bart. & Caſtrenſ. quia deponens non eſt obligatus, ne ante diem repetat, *l. cum te 6. C. de pact. int. empt. & vendit.* Bart. *in l. 2. C. de cond. ob cauſ.* Jaſ. *in l. ſi pecuniam col. 5. de cond. cauſ. dat.*

Limita 1. in innominatis ſecus eſſe, *l. 3. & 5. ff. de condict. cauſa data non ſec.* & procedere non tantum ex parte ejus, qui implevit, ſed & ejus qui implere debet. Ubi tamen quoad primum refert; an res adhuc ſit integra, ſeu nihil quicquam factum ſit ab altero: quo caſu indiſtinctè licet pœnitere, ſi maximè alter ad implen-

dum

dum se offerat. *l. 3. §. 2. ff. de cond. caus. dat. caus. non secut.* quia is, qui dedit, alterum quidem, qui accepit, obligatum habet, non autem vice versa iste accipiendo, sibi eum obstrinxit: quin imò is, qui prior ex sua parte implevit, nec hoc egit, ut se obligaret, sed ut alium sibi, vide Vasq. *6. contr. cap. 59. n. 12. & 20.* an vero res amplius non sit integra, sed aliquid jam fieri cœperit, puta si alter jam instructus & facere paratus sit; tum enim eum impunè pœnitere non licebit aliter, quam si denunciatio intervenerit, & minus impensarum factum sit, quam ab altero datum fuerit: quoad tamen & ipsum illi à pœnitente refundendum est, *l. 5. §. 2. de condict. caus. dat. non secut.* quoad alterum verò, qui implere debet, sive id nolit per mutationem voluntatis, sive non possit, dicimus eum quidem teneri condictione, verum eatenus tantùm, ut vel promissa impleat, vel quæ data sunt, reddat, juxta *l. 5. §. 3. de condict. caus. dat.* Wesenb. *in parat. de transact. n. 7. in fin.* vid. etiam Treutler. *vol. 1. disp. 22. & 2. lit. b.* ubi quando in contractibus innominatis ad resolvendum agitur, id admittit tum, cùm de repetitione nihil nominatim fuerit conventum, *l. 3. §. idem erit 1. ff. eod.* secus enim esse, si aliud inter partes convenisset, tradit Bocer. *p. 3. disp. 4. thes. 11.* ita in donatione mortis causa hoc observari textus est *in l. si aliena 13. §. 1. ff. de donat. mortis caus.* Ita nec in permutatione rerum venalium pœnitentia erit, *l. 1. C. de donat. mortis caus.* item si contractus innominatus fieret per conditionem, puta, do decem, si vadas pro me Romam. *cap. verum. 14. de condit. appos.* Bart. Angel. Fulgos. *in l. si quis tum de jurejur.* vel si juramentum interponeretur, *gl. ad d. l. 5.* cum illud præcisè obliget, Costal. *ad d. l. 5. ff. de cond. caus. dat.* vid. & Vasq. *2. contr. jur. 59. n. 27.*

Limita II. in dispositionibus ultimarum voluntatum, *l. 4. de adim. legat. cap. cum Marthæ 7. de celebrat. missæ. l. 1. C. de SS. Eccles. l. si quis 22. in princ. ff. de legat. 3.* item in aliis dispositionibus, etiam quæ proximiores & similiores ultimis voluntatibus, quam actibus inter vivos esse videntur: in his enim post actum consummatum usque ad mortem etiam pœnitentiæ locum esse, *ex l. fin. C. de don. mort. caus. fin. C. de pact. l. 3. C. de don. int. vir. & uxor. l. si alienam 13. §. Marcellus 1. ff. de donat. mort. caus.* probat Vasq. *lib. 1. controvers. cap. 12.*

Limita III. in fisco pingviorem emtorem inveniente. *Perez. C. de vendend. reb. Civit. n. 7. 8.* verum primus licitator per oblationem secundi non statim liberatur, cùm secundus possit esse indoneus, *Perez. C. de locat. præd. civil. n. 12.*

V.

Pœnitentia est flere commissa, & flenda ulterius non committere, *cap. novimus 27. in fin. extr. de V. S. cap. 1. cap. pœnitentiam 6. cap. ille 9. de pœnitent. distinct. 3.*

VI.

Pœnitentibus locum veniæ negare non debemus, in contumacia verò persistentes severos non esse convenit, *can. §. 2. quæst. 4.* Unde nec pœnitentia condemnatis ad mortem deneganda, *Clem. 1. de pœnitent. & remiss.* cùm ea adhuc in ultimo vitæ momento possit esse utilis ad salutem, *c. si presbyter 12. & cap. seq. 26. q. 6.* nec adulteræ occultæ, *c. officii 9. extr. de pœnit. & remiss.* atque pœnitentiâ peractâ adultera non sic dici debet, sed reconciliari marito, *cap. quod autem 7. & c. seq. 32. q. 1.*

VII.

Sub specie pœnitentiæ nullus peccare debet, *cap. illud 5. extr. de Cleric. excommunic.* cùm ea sit inanis, quam sequens culpa coinquinat, *cap. inanis 12. de pœnitent. distinct. 3.* unde etiam pœnitentia serotina multos decepit, *cap. ult. §. quod de pœnitent. distinct. 7.* Pœnitentiam igitur agentes hoc solum timere oportet, ne ipsius pœnitentiæ agant pœnitentiam, *cap. sunt qui 3. 17. quæst. 4.*

VIII.

Pœnitenti cuilibet credendum, *c. significasti 18. extr. de homicid.*

CAP. LVI.
De Poëtis.

Axioma I.

Poëtæ nullâ immunitate gaudent *l. 3. C. de Profess. & Med.* vel, quia lex deficit, non dignitas, vel quia aliquo tempore contemti erant ob Satyras, vel quia virtus sola sibi pulcherrima merces, *Perez. C. de Profess. n. 24.*

II.

Poëtarum autoritate passim usus est Imperator in quæstionibus Juris, vid. *§. 1. Inst. de donat. §. 1. Inst. de L. aquil.* idem fecisse Jureconsultos patet ex *l. 6. §. fin. de Rer. Divis.* conf. *Tacit. lib. 4. Annal. cap. 43. Mascard. de probat. Concl. 287. n. 7. Rebhan. Hodeg. pag. 635. Bertrach. Repertor. voc. Poëta.* Ita Virgilium nullam juris naturalis & gentium partem in divinâ Æneide intactam omisisse asserit *Bœclerus in præfat. Comment. ad Grot. pag. 16.*

CAP. LVII.
De Polygamiâ.

Axioma I.

Polygamia successiva, seu nuptiæ defuncto conjuge iteratæ, etiamsi per antiquos hereticos, Montanistas, Cataphrygas, Catharos aliosque oppugnata fuerit, quid quòd & ab ipsis Ecclesiæ Patribus quibusdam, Tertulliano, Ambrosio aliisque non multum commendata, vid. *Everh. Speckh. Cent. 2. cl. 2. q. 1.* Jure divino tamen non solum permissa, *1. Cor. 7. v. 39. Rom. 7. v. 2. 1. Tim. 5. v. 14.* sed & hodie apud Protestantes Clericis quoque est indulta.

II.

Polygamia muliebris DEO, naturæ, sanæ rationi, omnibus gentibus, legibusque divinis & humanis est exosa atque damnata. *Athanas. Vincent. in Polygam. Triumph. not. ad th. 1. Theoph. Alethei pag. 1.*

III. Poly-

III.

Polygamia virilis non in novo demùm fœdere per Christum est prohibita, *Grot. l. 2. cap. 5. §. 9. Hahn. ad Wesenbec. de Ritu Nupt. n. 4. Henniges ad Grot. pag. 465. 467. 469.* sed pugnat etiam cum institutione primævâ conjugii, quæ mortalibus tanquam lex universalis est observanda. *Osiand. ad Grot. L. 2. C. 5. §. 9. obs. 3. p. 746. & 750. Ziegl. in Comment. ad Grot. d. l. p. 272. vid. Matth. 19. v. 9. Luc. 16. v. 18. Matth. 5. v. 32.* ex quibus textibus concludimus: si fœmina, quam vir tamen dimiserat, nubendo alii adulterium committit, multò magis adultera erit, quæ non dimissa à priore marito alium assumit: Quodsi mœchatur qui priore uxore seu invitâ seu volente dimissâ aliam ducit, multò magis mœchabitur, qui retentâ priore seu volente seu invitâ superinducit alteram.

CAP. LVIII.
Populus.
Axioma I.

Per ipsum populum intelligitur factum, quod fit per illos, quibus populus contulit potestatem, *cap. in causis. 30. extr. de Elect.* Populus igitur cum seditiosos Magistratus ferre non posset, Decemviros legibus scribendis creavit, qui Leges, ex libris Solonis in Latinum sermonem translatas, duodecim tabulis exposuerunt, *c. 1. dist. 7.* & populo quod Princeps prohibet, & sibi licere non patiatur. *cap. justum est 2. dist. 9.*

II.

Populo interdicto, singulares de populo intelliguntur interdicti, *c. si sententia 7. de sent. excomm. in 6.*

III.

Populum decem faciunt. *cap. unic. in fin. 10. q. 3.*

IV.

Populus magnificare solet, si consuetudines sibi serventur, *l. 4. §. 4. ff. de offic. Proconf.*

V.

Populus in electione precari debet Deum, ut eligentium corda regat. *cap. ubi 3. §. quia. de Elect. in 6.*

VI.

Populi jus omne in principem est collatum, §. *6. inst. de Jur. Natur. Gent. & Civ.* inde quodcunque jus olim omnibus de populo competiit, illud regulariter hodiè est solius principis, e. g. usus fluminum, jus venandi, &c.

CAP. LIX.
De Portione statutariâ.
Axioma I.

Quoties per statutum portio assignatur conjugi superstiti, toties capitur pleno jure, quia verba statuti propriè & cum effectu sunt intelligenda. Limita; nisi aliud statuto expresè cautum.

II.

Quoties bona per statutum affecta, i. e. certæ personæ assignata sunt, toties de illis testamentum condere fas non est, quia portio statutaria æquiparatur legitimæ, & parti superstiti ad illa bona jus est ex statuto quæsitum, quod ei auferendum non est, *l. ult. ff. de pact.* Sic ergò de portione statutariâ non licet condere Testamentum ut minuatur, benè tamen ut augeatur.

Limita: ut tamen pacto de ejusmodi bonis disponere nihilominus liceat; quoniam enim in pacto concurrit utrinque voluntas, nemini fit injuria, testamentum verò unius saltem continet voluntatem. *Andr. Kohl. de pact. dot. in Ded. Q. 10. n. 5.*

CAP. LX.
De Positionibus.

Quoties quis probare intendit per confessionem adversarii, toties opus habet positionibus; quoties verò per testes, toties opus habet articulis, quia articuli utplurimùm informantur de iis, quæ adversarius ad positiones negavit. Et ergo illi, qui aliquem nemine præsente verberibus affecit, recte possunt offerri positiones. *Brunneman. in Proceff. Civil. cap. 17. n. 10.*

Declara: ut hodie quidem ob specificam litis contestationem non adeò magnus supersit positionum usus. Quodsi tamen cum conscientioso res sit, utile adhuc erit offerri positiones; major enim habebitur conscientiæ ratio, si quis juratò respondere, quàm si nudè saltem litem contestari debeat. Conf. *Brunneman. alleg. cap. 17. n. 3. 4. Carpz. Lib. 3. Resp. 73. n. 1. 2. 3. 4.* In Electoratu tamen Saxoniæ positionibus locum non dari monet *idem Carpzov. in Proceff. Tit. 13. art. 4. n. 7.*

CAP. LXI.
Possessio, Possessor, Possessorium, Possidere.
Axioma I.

Possessio plurimum habet facti, *l. denique 19. ff. ex quib. cauf. major.* Bald. *in l. non ignorat. n. 10. C. de his qui accusar. poss.* Vacon. à Vacun. *lib. 2. declar. 32.* Alciat. *in sua disp. de 5. ped. præscript.* Zas. *in l. 1. §. adipiscimur. ff. de acquir. possess.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 64. n. 12.* Cujac. *in tract. ad African.* idemque in effectu senserunt Gail. *2. de P. P. observ. 3. n. 11.* Vult. 2. *cons. Marp. 39. n. 120.* quia facto opus est, hoc est, apprehensione, *l. si quis vi 17. §. differentia 1. de acquir. possess. l. cùm heredes 23. ff. eod. gloss. in l. si fratres. §. idem respondit. verb. dominium. ff. pro soc.* inde enim possessio quasi à pedum possessione nomen accepit, *l. 1. ff. de acquir. possess.* Afflict. *decis. 299. n. 7.* Gail. *2. observ. 129. n. 3.* Ludov. Gomez. *ad §. superest. Instit. de action. n. 23.* Ubi declarat, quod à principio in actu acquirendi possessio dicatur habere plurimum facti: postquam autem ea acquisita est, habeat etiam plurimum juris, *per l. possessio quoque 49. in princ. ff. de acquir. poss.*

Possi-

II.

Posſidere unusquisque quod tenet, præſumitur jure ſuo, non alieno, vel ſervitutis, vel familiaritatis jure, Gloſſ. *in l. Papinianus. verb. ſuo nomine. ff. mandat.* Bart. *in l. 1. §. nunciatio. n. 12. ff. de oper. nov. nunc.* Caſtrenſ. *in l. 1. §. nunciatio. n. 12. ff. de oper. nov. nunciat.* Caſtr. *in l. 1. n. 5. ff. de ſolut.* Speculat. *de locat. §. nunc. n. 80.* Weſenb. *p. 1. conſ. 4. n. 9. & p. 2. conſ. 96. n. 11.* Menochius *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 68.* Maſcard. *de probat. vol. 3. concluſ. 1179. n. 1.* Quilibet enim præſumitur eo modo & fine, quo ſe dicit posſidere, quia poſſeſſio in animo conſiſtit, de quo nemo melius ac verius, quàm qui eam tenet, loquitur. Hegenit. *1. de poſſeſſ. cap. 9. num. 1.* cui accedit, quod homo ſeipſum potius amet, quàm alium, & ſua negotia libentius tractet, quàm aliena, facit text. *in l. 4. junct. l. 1. verſ. dummodo. ff. de ſolut. l. Papinianus 28. ff. mand.*

Limita, niſi quando vel perſonæ (puta ſi filiusfamilias vel ſervus eſſet) vel rei qualitas (veluti ſi quis vellet rem furtivam, vi ablatam, depoſitam, commodatam, pignori datam, locatam, ſacram, religioſam pro ſuo posſidere, quod absque juris transgreſſione non fieret) obſtaret, & conſequenter abſurdum inde oriretur, Menoch. *lib. 6. præſumpt. 67. num. 10. cum ſeqq.* ubi *num. 14.* communem ſententiam declarat, ut locum non habeat, quando titulus injuſtus eſſet. Maſcard. *d. concl. 1179. n. 16.* cum poſſeſſio ſine titulo injuſta præſumatur, Decianus *conſ. 87. num. 18. vol. 5.* & poſſeſſio vitioſa nihil operetur, Bellon. *conſ. 10. numer. 18.* Decian. *conſ. 17. numer. 18. vol. 4.* Menoch. *conſ. 180. numer. 58.* Burſat. *conſ. 60. num. 20.* maximè ſi poſſeſſio capta ſit cum vitio clandeſtinitatis, Vinc. de Franchis *deciſ. Neapol. 204. num. 31.* Vult. 2. *conſ. Marp. 36. num. 65.*

III.

Posſidere & in poſſeſſione eſſe ſunt conjugata, Forcatulus *dialog. 40. Necyomant.* Hegenit. *1. de poſſeſſ. cap. 1. num. 45.* ubi eam non ſimpliciter & indiſtinctè, ſed tantum ſecundum quid veram eſſe cenſet, & tum demum cùm verbum in poſſeſſione eſſe in lata & generica ſignificatione uſurpatur, & ſub ſe quamvis poſſeſſionis ſpeciem comprehendit; aliud enim eſſe, quando ſtrictè ſumitur, & verbo posſidenti opponitur, patet *ex l. interdum. 78. ff. de verb. ſignific.*

IV.

Poſſeſſio facit præſumptionem pro posſidente. Coler. *de proceſſ. executiv. p. 2. cap. 2. num. 73.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 91. num. 42.* Carpz. *p. 2. conſtit. 39. deſin. 34. num. 6.* quia poſſeſſor plus juris habet in retinendo, quàm actor in agendo, Speculat. *in tit. de Emphyt. num. 93.* & ideò onus probandi transfert in adverſarium, *cap. ſæpe 18. de reſtitut. ſpoliat. cap. ex literis 3. de probat. cap. ad aures 6. de præſcript. l. circa 14. ff. de probat. l. 20. ff. eod. §. retinendæ 4. verſ. commodum. Inſtit. de interdict.*

Limita, niſi quando jus commune vel juris præſumptio ei reſiſtit, Gloſſ. *in cap. poſſidetis 16. verſ. facti. C. de prob. cap. ex inſinuatione 3. de procurat. cap. conſtitutis 47. de Elect. cap. cum Eccleſia 3. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Maſcardus *de prob. vol. 3. concluſ. 1194.*

V.

Poſſeſſionis cauſam nemo ſibi mutare poteſt. *l. nec ullam 13. §. 1. ff. de hered. petit. l. 3. §. illud quoque 19. l. quod nemo 18. in princ. l. qui bona 19. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. l. cum nemo 5. C. eod. l. non ſolum 33. §. quod vulgo ff. de uſucap. l. 1. §. fin. ff. pro donat. l. ad probationem 23. ff. de probat.* Weſenb. *1. conſ. 4. num. 18.* Quam regulam intelligendam eſſe de jure, non verò de facto, apparet ex *d. l. ad probationem*, atque locum habere non ſolùm in civili, ſed etiam naturali poſſeſſione, tradit *l. 33. §. quod vulgo 1. ff. de uſucap.* Quo circa neque colonus neque depoſitarius, neque commodatarius lucri faciendi cauſa pro herede poſſidere & uſucapere, nec pro ſoluto, nec pro emptore, nec pro donato poſſunt, ſed coguntur manere in titulo & cauſa, ex qua poſſeſſionem acceperunt. Ita filius, qui rem ſibi à patre donatam naturaliter tantum poſſidet ex eo, quod donationis titulus iſto caſu infirmior eſt, quam ut cauſet civilem poſſeſſionem, non poteſt ſibi mutare poſſeſſionis titulum, adeò quidem, ut ſi cum aliis quibusdam heres ſcriptus fuerit, non poſſet incipere patre mortuo pro parte coheredum rem donatam civiliter poſſidere, etſi maximè velit & ſtatuat ſe pro herede poſſidere, *l. 2. §. fin. ff. pro hered.*

Declara, quod procedat in eo, qui hoc ſolum ſtatuit, ut ex alia cauſa poſſideat, non qui poſſeſſionem dimittat, & poſtea ex nova cauſa ejusdem rei poſſeſſionem nanciſcatur, Hegenit. *1. de poſſeſſ. cap. 4. num. 17.* Quando enim nova cauſa extrinſecus accedit, quod fit, cùm depoſitarius, commodatarius, vi dejiciens emunt rem à depoſitore, commodatore, vi dejecto aut alio quovis titulo ad uſucapionem habili rem eandem ab eodem accipiunt, tum de jure & accedente novo titulo cauſatur mutatio, *d. l. cum nemo 10. Cod. dict. tit.*

VI.

Poſſeſſionis ſuæ titulum nemo invitus tenetur indicare vel oſtendere *l. cogi. 11. C. de petit. hered.* Hegenit. *1. de poſſeſſ. cap. 9. n. 39.* Jaſon. *in l. ſi legatum. num. 8. ff. de edend.* Speculat. *in tit. de locat. §. nunc aliqua.* Faber *deſin. 21. C. de jure Emphyt.* ne quaſi proprio juguletur telo. *arg. l. 4. Cod. de edend. l. nimis grave 6. C. de teſtib. cap. 1. extr. de prob. c. ult. v. qui intendit 4. qu. 3.* Quo pertinet fabula de aquila telo confecta, in qua aquilinæ pennæ erant aptatæ, quibus conſpectis præ nimio dolore exclamaſſe fertur: conſpicio pennas meas in vulneribus meis.

Limita, niſi in caſu, quo contra poſſeſſorem præſumitur, & præſumptio poſſeſſioni reſiſtit, *cap. cùm contingat 29. de decim.* Moller. *lib. 54. ſemeſtr. cap. 38. n. fin. ubi allegat* Matth. de Afflict. *20. limitationes hujus regulæ tradentem*, vel niſi nitatur jure in re, quam alienam eſſe conſtat Hartm. Piſtor. *2. quæſt. pract. 46. n. 6.* vel niſi quis poſſideat rem, quam ſine conſenſu alterius obtinere non poteſt, idem *d. quæſt. 46. num. 8.* vel quando quis jus in re aliena prætendit; nam tum poſſeſſor ad tituli editionem omnio devinctus

ctus erit, *arg. l. altius 8. l. si tibi 18. C. de servit. §. pen. Inst. de servit.* Gail. *2. obs. 69. n. 7.* Carpzov. *p. 2. const. 8. defin. 4. n. 5.* vel quoties titulus necessarius est. vid. Socin. *regul. 525. vers. tertio fallit.* Itaque cùm pro Fisco stet præsumptio exigendi tributa contra omnes provinciales, in exemptione constitutus debet privilegium quam primum exhibere. *Perez. C. de Exact. Tribut. n. 7.* Sic Emphyteutam Reipubl. non juvat longa possessio ad inducendum possessionis titulum ejusque probationem, sed tenetur instrumentum Emphyteuseos ostendere. Sic & Clericus, qui plura beneficia incompatibilia possidet, titulos exhibere & scripto probare debet, se canonicè possidere, *cap. 3. de offic. ordin. in sexto.* Similiter laicus Decimas possidens titulum probare debet. Ex diuturnitate temporis tamen videntur etiam non ostenso titulo posse & debere in possessione manuteneri. *Perez. C. de admin. Rerumpubl. n. 3.* Ita quòd Vasallus domino requirente titulum possessionis suæ dicere teneatur, tenet *Afflict. decis. 265. n. 86.*

VII.

Possessio unius ejusdemque rei ex pluribus causis potest acquiri, *l. 3. §. 4. ff. de acq. poss. l. 1. pr. ff. pro soc.* Dn. D. Bicc. *ad l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss. part. post. membr. 4.* ubi *n. 5.* ampliat (1.) ut non tantum locum habeat in concursu titulorum generalium, sed & specialium, (2.) ut usum habeat non solum in concursu titulorum diversorum, sed etiam titulorum ejusdem speciei, *l. pro emtore 2. §. fin. ff. pro Emtore.* (3.) obtineat non modò si diversa sint tempora illarum causarum, Coll. Argent. *lib. 42. tit. 2. thes. 21 n. 1.* sed etiam si causæ concurrant in idem tempus, *l. 3. § 4. dict. tit.* (4.) procedat non tantum in causis possessionum, ex quibus nondum completa est usucapio, verum etiam in causis, ex quibus eadem usucapio jam completa & absoluta est *l. 1. §. 1. ff. pro soc.* (5) locum habeat non solum in eo, qui sibi possidet, sed etiam in eo, qui suâ detentione alterius possessioni præstat ministerium, exemplum *in l. si quis ante 10. §. idem Pomponius 1. ff. de acquir. possess.*

Limita, nisi concurrant tituli, quorum unus aptus est ad possessionem transferendam, alter verò non, *l. 10. in princ. ff. de acquir. possess.* Imol. *in lect. ad d. l. 3. §. 4. col. 3.* vel si concurrerent causæ utiles vel inutiles, tunc enim rem illam non ex pluribus, sed unâ saltem eâque utili possidere dicimus, exempl. *l. 4. C. de contrab. empt.* vel si civiliter possideret, & titulus quilibet ad causandam possessionis civilis acquisitionem sufficeret, tum enim qui ex uno titulo acquisivit civilem possessionem, non necesse habet ex alio acquirere, imò non potest ex alio acquirere, quod jam consecutus est, Hegenit. *1. de possess. cap. 4. n. 41.*

VIII.

Possessio præsumitur ex titulo præambulo, *l. quædam 76. ff. de rei vind.* Qui enim in possessione reperitur ex titulo præcedenti, ab eodem possidere præsumitur, Gloss. *in l. quædam mulier. verb. sufficiebat. ibiq.* Bart. *n. 3. ff. d. tit. & in l. cùm solus. n. 4. vers. 3. de usucap.* ubi ait, à quo quis habet titulum, ab eodem etiam præsumitur habere possessionem, quam sequuntur Corn. *cons. 113. sub. lit. E. vol. 1.* Cæpoll. *cons. 4. n. 39. lib. 1.* Natt. *cons. 443. n. 5. tom. 2.* quia initium possessionis à prima causa inspici debet. *l. 6. in pr. ff de acquir. poss. l. 8. ff. quod vi aut clam* & ex causis originalibus regulatur effectus, Zas. *cons. 14. n. 48. lib. 1.*

Limita, nisi ex aliqua conjectura detegatur eam clam occupatam esse, Menoch. *de poss. ff. adipisc. rem. 5. n. pen.* Bald. *in l. possessionem. Cod. ad Leg. Jul. de vi publ.*

IX.

Possessio in dubio præsumitur esse justa & jure occupata, Bart. & Alex. *in l. communi. §. inter præsentes ff. commun. divid.* Cæpoll. *crimin. consil. cons. 4. in fin.* Cravett. *cons. 150. n. 5. vol. 1.* Corn. *cons. 185. in fin. vol. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 69.* Vult. *2. Cons. Marp. cons. 30. n. 87.* ratio, quia semper præsumendum est in partem benigniorem, in quam ipsa naturæ ratio atque affectus nos ducit, *l. quoties 11. l. semper 52. ff. de R. I.* Hegenit. *1. c. 9. n. 33.* cui consequens est, quemlibet bonâ fide possidere, hoc est, nullo modo fide sua & conscientiâ contra jus peccare, neque scienter, neque ignoranter, *l. meritò 51. ff. pro soc.* Ampliationes & limitationes vid. apud Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 130.* & Mascard. *de probat. concl. 224. cum seqq.*

X.

Possessionem acquisitam avocare difficilius est, quam eam, quæ adhuc vacat, Philip. Matth. *1. cons. Marp. 31. numer. 16.* quia vacantem possessionem à quocunque habente titulum aliqualem autoritate propriâ impunè apprehendere licitum est. Decius *cons. 200. num. 1.* Cæpoll. *cons. 4.* Bald. *cons. 118. lib. 2.* Nevizan. *cons. 82. num. 21.*

XI.

Possessione suâ vel quasi nemo decedere cogitur ante causæ cognitionem, *l. 1. C. si per vim. l. ult. C. de rei vind. cap. conquerente 7.* ubi Panorm. *de restit. spoliat.* Bald. *in l. 2. n. 33. C. si contr. jus vel util.* nec refert, injustam quis possessionem, an justam habeat, adeò ut ne simplici quidem turbatione impediri quis possit in sua possessione, vel quasi, quamvis injusta, *l. 2. ff. uti possid.* Regner. Sixtin. *1. cons. Marp. 9. n. 115.* Wesenb. *1. cons. 7. n. 3. & cons. 2. num. 89.* Dec. *cons. 366. num. 13.* Schurf. *cons. 6. cum nullitas. num. 8. cent. 3.* quia commodum hoc est possessionis, ut possessor in ea manere debeat, donec alter intentionem impleat, & per sententiam judicis res evincatur. *l. ult. C. de rei vind. l. 2. ff. de prob.*

XII.

Quicunque possidet, ille non tenetur probare, *l. fin. ff. de Rei Vind.* quia in dubio pro possessore præsumitur *l. 47. ff. de O. & A.*

Limita, ut procedat, nisi contra possidentem militet præsumtio juris; tunc enim possessio à probando non relevat, quia præsumptio juris est oneris probandi translativa, & ita qui servitutem sibi asserit, etiamsi illam possideat, eam tamen proba-

probare tenetur, quia quælibet res libera præsumitur.

Declara, ut procedat hæc limitatio, si ordinariâ actione agatur; nam si judicio possessorio, sufficit tamdiu possessio, donec in petitorio contrarium fuerit probatum.

XIII.

Ubicunque deficit animus sibi habendi, ibi deficit vera possessio *l. 2. C. de præscript. 30. annor.* possessio enim cùm juris sit, nequit fieri sine affectione animi. *Hahn. ad Wesenbec. Tit. de acquir. possess. n. 3. vers. utrumque enim.* Et qui scit rem esse alterius, eamque alteri intervertere non intendit, ille non tam possidet quàm detinet rem alieno nomine. Ita ergò Colonus, Conductor, Procurator, Depositarius, & c. ideo non possident, quia sibi non possident. *§. 5. Inst. de Interdict.*

XIV.

Quicunque potest dominium acquirere, ille potest & possidere, quia dominia primitùs ex possessione cœperunt.

XV.

Quodcunque non est in commercio, illud nequit possideri, quia hoc nequit acquiri; & sic deficit in his rebus animus sibi habendi, sine quo vera nequit esse possessio. Ita ergò res sacræ, sanctæ & religiosæ possideri non possunt *l. 30. §. 1. ff. de acquir. possess.*

Limita, ut procedat de possessione verâ, quæ fit animo sibi habendi, vid. *§. 1. Inst. de Usucap.*

XVI.

Ubicunque nullus actus corporalis neque verus neque fictus adest, ibi nulla est acquisitio possessionis. Ratio: quia possessionem non acquirimus nisi per apprehensionem, *l. 23. pr. ff. de acquir. possess.* quamvis retineri possit. *l. 3. §. 6. ff. eod. conf. l. clam possidere 6. §. 1. ff. eod.*

XVII.

Quoties quis vitiosè possidet, toties ipsi vitium tunc tantùm nocet, quando cum illo agitur quem vitium tangit, non verò si agatur cum tertio. Quia ratione tertii plus juris habet qualiscunque possessor ex eo, quia possidet, *l. 2. ff. eod.* & quia regulariter exceptio juris tertii alteri non prodest *l. 1. ff. in fin. quor. bonor.*

Exceptio est in interdicto unde vi, nam ibi ultima vis attenditur, *l. 16. ff. de vi & vi arm.* Hinc ibi non nocet vitium, nisi agatur cum illo, quem vitium tangit. Idem est in Interdicto de cloacâ publicâ reficiendâ.

XVIII.

Possessio antiquior præferenda est juniori seu recentiori, *cap. licet causam 9. de probat. ibiq; gl. in verb. uti possidetis.* Panorm. *n. 35.* & Felin. *n. 8.* Bald. *conf. 468. n. 8. p. 3.* Cravett. *conf. 993. vol. 6.* Bursat. *conf. 277. n. 10. vol. 3.* Menoch. *conf. 515. n. 5. vol. 6.* præsertim si antiquior possessio antiquiore titulo sit titulata. Menoch *de retin. possess. rem. 3. n. 736.* Afflict. *decis. Neapolit. 363. num. 4.* ubi etiam antiquiorem possessionem sine titulo possessioni posteriori titulatæ præferri respondit. Ratio, quia possessio antiqua præsumitur habere justitiam permanentem, ut ait Afflict. *decis. Neapolit. 376. num. 6.* & post eum Schrader. *consil. 36. n. 38. vol. 1. var. consil. German.* E contrario possessio recentior præsumitur esse malæ fidei. Schrader. d. *conf. 34. n. 77.* & injusta, *l. si finita 15. §. ubi autem 23. ff. de damn. infect.* Bald. *in l. super. C. de præscript. long. temp. n. 16. circa fin.* Consil. Arg. *11. n. 27. vol. 1.* eò quod respectu antiquioris videatur esse clandestina. Bellon. *conf 11. num. 4.* Roland. à Valle *conf. 46. n. 49. & conf. n. 3.* Joseph. Ludovic. *decis. Perus. 11. n. 4. & decis. 17. num. 2.* Cacheran. *decis. Pedemontan. 93. n. 2.* Verall. *decis. Roman. 334. n. 2. part. 2.* Benintend. *decis. Bononiens. 42. n. 4.* Vult. *2. consil. Marp. 30. n. 87.*

XIX.

Possessionem qui habet habitu, sed illam non exercet, nihil possedisse videtur, Bald. *in cap. 1. n. 17. de consuetud. rect. feud.* Qui enim nihil agit, nihil possidet, *Vult. 3. conf. Marp. 35. n. 372.* Paris. de Puteo *in tract. de Syndicat. lib. 2. sub tit. in officiis n. 7. lit. H.* Ubi ait, Officialem, qui non administrat, non haberi pro creato, nec creationem prodesse, nisi subsecuta sit administratio, Bald. *conf. 508. n. 5. vol. 5.* Hinc & per lapsum decennii possessio habita pro neglecta & derelicta habetur, Dd. *in l. si de eo §. fin. de acquir. possess.* Vult. *2. conf. Marp. 30. n. 199.*

XX.

Possessio improba nullam præbet possidenti titulum, *l. improba 7. C. de acq. poss.* Reinking. *lib. 1. cl. 3. cap. 3. num. 4.* unde & possessor malæ fidei nunquam præscribit, *cap. vigilanti 5. extr. de præscript. cap. possessor 2. de R. I. in 6. vid. supr. lib. 11. cap. Mala fides.*

XXI.

Possessio ex unico actu non acquiritur, Innocent. & Dd. *in cap. licet. §. duobus. de testib. c. 2. de Cap. Monach.* Bart. *in l. 1. §. hoc interdictum. n. 1. de itin. actuq; privat.* Canonistæ *in cap. cum Ecclesia de cauf. poss. & propriet.* Guid. Pap. *fing. 236.* ratio, quia unicus actus de facto absque jure usurpari potest. Everhard. *conf. 107. num. 10.* trinum igitur actum possessionem tribuere dixit Bald. *in l. 1. de itin. actuq; privat.*

Limita, nisi ex uno actu sequatur continuatio possessionis, *l. 4. §. quæsitum 2. ff. de aq. quotid. cap. consultationibus 9. de jure patron.* Panorm. *in cap. cum Ecclesia. de cauf. poss. & propr.* Curt. *in cap. ult. requisit. 8. limit. 1. de consuet.* Wesenb. *1. conf. 20. n. 6.*

XXII.

Possessio non transfertur sine consensu possidentis, Gloss. *in cap. cum veniissent. de in integr. restit.* Vult. *2. conf. Marp. 30. n. 232.* Possessio enim in ignorante nulla datur, Cravett. *conf. 400. num. 34.* Nec possessio fit unquam sine animo possidendi, Menoch. *6. præs. 12. n. 35.*

XXIII.

Possessionis pari probatione data, illa prævalere debet, quæ juris adminiculum habet, vel, ut loquuntur, aliquo alio jure adjuvatur. Mar. Socin. jun. *conf. 146. n. 20. vol. 3.* Boët. *decis. 239.*

n. 4. verſ. fallit. 3. Andreas Knichen. *de jure territor. cap. 5. n. 84.*

XXIV.

Ex poſſeſſione præſumitur dominium, Bald. *in l. 2. n. 4. C. de probat.* Bart. *in l. quidam. n. 4. de condit. inſtit.* Socin. jun. *in l. 1. de acquir. poſſ. n. 124. & in l. naturaliter. §. 1. n. 31. eod. tit.* Mazold. *conſ. 4. n. 72. & 105.* Weſenb. *1. conſ. 21. n. 68.* arguit enim poſſeſſio proprietatem, Gloſſ. *in l. ſicut. §. ſi quæratur ff. ſi ſervit. vindic.* Bart. *in l. quidam. ff. de condit. Inſtit.* Angel. *in §. ſic itaque. n. 5. ibidemq;* Jaſon. *n. 26. Inſt. de action.* Idem *in l. a Divo Pio. §. ſi ſuper rebus. n. 5. ff. de re judic.* Ripa *in l. rem quæ nobis. n. 54. de acquir. poſſ.* Vult. *1. conſ. Marp. 30. n. 68.* adde & Donell. *ad l. 2. C. de probat.* Hunn. *vol. 2. diſp. 4. theſ. 3. quæſt. 18.* Coraſ. *ad l. 12. §. 1. de acq. poſſ. vid. ſupr. lib. 4. cap. Dominium.*

XXV.

Poſſeſſio totius etiam eſt in parte minima, *l. 3. in pr.* ubi Dd. *ff. de acquir. poſſ. l. 2. l. 6. l. ſi ſtillicidii 8. cum l. ſeq. quemadm. ſervit. amitt. l. una 18. de ſerv. ruſt. præd.* Weſenb. *1. conſ. 1. num. 50.*

XXVI.

Poſſeſſio ab eo, qui ſemel poſſedit, ſemper continuata præſumitur, Innocent. *in cap. ſæpe. de reſtit. ſpoliat.* quem allegat & ſequitur Mynſing. *reſp. 18. num. 22. & reſp. 31. num. 6.* ratio, quia qui olim poſſedit, & hodie poſſidere præſumitur *cap. olim. 12. de reſtit. ſpoliat. & cap. poſt Electionem 7. de conceſſ. præbend.* Afflict. *deciſ. 327. num. 2.* Rolandus à Valle *conſ. 6. num. 36.* Mynſ. *reſp. 25. numer. 11.* Maſcard. *de probat. volum. 3. concluſ. 1105.* Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſ. 12.* cum mutatio non præſumatur, Gloſſ. *in l. ſi verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatisd. cog.* Menoch. *conſ. 1. n. 121. & conſ. 100. num. 82.* Pariſ. *conſ. 67. num. 25. vol. 3.* Ruin. *conſ. 2. num. 2. vol. 2.* Rolandus à Valle *conſ. 77. n. 22. lib. 1.* Regnerus Sixtin. *3. conſ. Marp. 8. num. 74.* quod procedit, modo præſens poſſeſſio fuerit allegata: alioqui præſumptioni locus non erit, Bart. *in l. ſive poſſideris. Cod. de probat.* præſumptio enim juris præcedens à facto proprio omnino allegari debet, *l. ſi adulterium cum inceſtu 38. §. idem Pollioni 6. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Bart. *in l. cum quid. ibique Dd. ff. ſi cert. petatur. num. 14.* Abbas & Felinus *in cap. afferte. de præſumt.* Covarruv. *p. 2. relect. §. 1. num. 3. pag. m. 196. ad cap. alma mater. de ſentent. excomm. in 6.* Quare probatâ poſſeſſione temporum extremorum, initii nimirum & finis, ipſa poſſeſſio medio tempore continua præſumitur, Gloſſ. *in cap. volumus 16. quæſt. 4. & in cap. cum Eccleſia de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Felin. *in proœm. Gregor. col. ult.* Abbas *in cap. cùm ad ſedem. de reſtit. ſpoliat.* Covarr. *d. loc. cum ibi allegatis.* Hinc licet poſſeſſio defuncti in ſucceſſorem non continuetur, niſi corpore apprehendatur, *l. cum heredes 23. in pr. l. Pomponius 13. §. quæſitum 4. ff. de acq. poſſ.* id tamen procedit, quando defunctus poſſidebat per ſeipſum, hoc eſt, animo & corpore ſuo, non autem ſi poſſidebat animo ſuo & corpore alieno, per tradita ab Angel. *in l. qui univerſas §. quod per Colonum. ibidemq;* Alex. *in fin. ff. de acq. poſſeſſ.* Tiraquell. *de jure conſtit. poſſeſſorii. p. 2. ampliat. 12. num. 5. verſ. quid autem.* Joſeph. Ludovic. *concluſ. 16. verſ. infertur. num. 14.* Natt. *conſ. 538. num. 8.* Socin. *conſ. 54. num. 11. vol. 3.* Afflict. *deciſ. Neapol. 167.* in dubio tamen continuatam in heredem poſſeſſionem præſumi, tradunt Bart. Aretin. Claud. Aquenſ. *in l. Pomponius. de acq. poſſ.* Balb. *in repet. l. Celſus. p. 4. pr. num. 6. ff. de uſucap.* Vult. *3. conſil. Marpurg. 20. num. 39.*

Declara (1.) quòd Axioma procedat, ut poſſeſſio intermedia probari poſſit ex duobus extremitatibus, antiquâ ſcil. poſſeſſione & præſentaneâ. Sed ex præſentaneâ poſſeſſione non etiam præſumitur antiqua, niſi alia præſumtio concurrat, vel præſens poſſeſſio ſit titulata, *Maſcard. Concluſ. 1202. n. 58. ſeqq. & Concluſ. 170. n. 21.*

Declara (2.) ſi quis olim poſſederit tantùm civiliter, poſſeſſio non ultra decennium continuata cenſetur: ſi autem poſſedit etiam naturaliter, & ultra decem annos, continuatio poſſeſſionis præſumitur. *Covarruvias in c. poſſeſſor. P. 2. §. 1. n. 3. in fin. de R. I. in 6. p. m. 433. Maſcard. Concluſ. 1202. n. 33. ſeqq.*

XXVII.

Poſſeſſio intelligitur ſe habere ſecundum uſitatam conſuetudinem, *l. 1. l. ſi manifeſtè 7. C. de ſervit.* Weſ. *1. conſ. 4. num. 88.* ſicut reliqui actus, *l. ſi fundus 6. ff. de Evict. l. ſemper 35. ff. de R. I. l. quod ſi nolit 31. §. quia aſſidua 20. de ædil. edict.* Hegen. *1. de poſſeſſ. c. 9. num. 40.*

XXVIII.

Poſſeſſionem retinere ſatius eſt, quàm amiſſam repetere, *l. is qui deſtinavit 24. ff. de rei vind. §. commodum. Inſt. de interdict.* ex ratione, *l. ult. verſ. melius eſt intacta jure ſervare & c. C. in quibus cauſis reſtit. in integr.* Schurf. *conſ. 61. cent. 1.* quia incumbere rei plus cautionis eſt, *l. plus cautionis 25. de Regulis Juris*, quam ad illam agere repetendam, *l. itaque 12. §. fin. de furt. §. furti. Inſtitut. de obligat. ex delict. l. minus. 204. de Regulis Juris. l. ſi neceſſarias 8. §. in vendendo 4. ff. de pignorat. act.* Weſenbec. *1. conſil. 60. num. 24.*

XXIX.

Poſſidere juſtè dicitur, qui autore Prætore poſſidet, *l. juſtè 11. ff. de acq. poſſeſſ. l. quo auctore 137. ff. de R. I.* ratio, quia pro judice ejusque proceſſu ſemper præſumitur, *cap. ſicut nobis 16. in fin. de ſent. & re judic. cap. bonæ memoriæ 33. §. contra verò. de Elect. poteſt. cap. in præſentia 6. de renunc. l. 2. C. de offic. civil. judic.* ibi: *quod non arbitramur.* Gail. *2. obſerv. 76. num. 5.* Ubi regulam tum procedere tradit, ſi cum cauſæ cognitione judicialiter parte altera, de cujus agebatur præjudicio, citata, *l. judicis 9. Cod. de judic. l. terminato 3. Cod. de fructibus & lit. expenſ.* ſecus ſi de facto & extrajudicialiter ad unius partis petitionem proceſſerit, tunc enim pro eo non præſumitur, *cap. conquerente 7. de reſtitut. ſpoliat. l. omnes judices 33. Cod. de decur. l. 3. §. fin. ff. quod met. cauſ.* quia cognoſcere juris ordine non ſervato, ſit jus alterius auferre, Decius *conſ. 200. num.*

numer. 1. Felin. *in cap. dilectus. de rescript. num. 4.*

XXX.

Possidere aliena convincuntur, qui conquisitis uti nesciunt, *cap. quid dicam 11. 14. quæst. 4.*

XXXI.

Possidetur jure, quod justè, & juste, quod bene, *cap. jus 12. extr. de V. S. c. quid dicam 14. q. 4.* E contra possidentur injustè malè acquisita & malè detenta, *d. c. quid dicam.* unde qui malè utitur, vel aliena invadit, male possidere, *c. jus 12. de V. S.* is autem bene possidere dicitur labores suos, qui non dominandi cupiditate, sed bene utendi pietate possidet, *c. ult. pr. 23. q. 7.*

XXXII.

Quod possideri non potest, illud non potest præscribi, *cap. causam 7. extr. de præscript.*

XXXIII.

Ille possidet, cujus nomine possidetur, *cap. si diligenti 17. extr. de præscript.* & qui per alium possidet, ipse possidere intelligitur, *cap. cum venisset 9. extr. de restit. spoliat.*

XXXIV.

Possessor habetur etiam is, qui dolo possidere desiit, vel actore ignorante liti fraudulenter se obtulit *l. 27. §. 3. & l. 28. cum seqq. ff. de R. V. l. 131. l. 150. de R. I. c. pro possessore 36. eod. in 6.* Ne in potestate cujusquam sit quem dolo suo meliorem conditionem facere, *l. 1. pr. ff. de except. doli l. 134. ff. de R. I.* eaque procedit non tantum in actionibus realibus. *l. 20. §. Prætor. ff. de petit. hered. l. nec ullam. 13. §. fin. l. quod si. 16. cum seqq.* Wesenb. *parat. ff. eod. n. 10.* & interdictis. *l. 1. ff. quorum bonor. l. 1. §. ult. l. 2. ff. de vi armat.* sed etiam in actione ad exhibendum. *l. Julianus 9. in pr. ad exhib.* itemque in noxalibus actionibus. *l. 3. §. 2. si famil. furt. fecit. dicatur.*

Limita: Nisi novus possessor paratus sit judicium pati. Quoties enim alius paratus est illud perpeti, defensorque idoneus & locuples existit, non poterit Dominus dolo feciisse videri, cum servo vel rei alienæ non desit defensor justus & idoneus; tunc enim dolo carere Dominus præsumitur, si ei defensor idoneus adsit. Cujac. *lib. 18. Pauli ad edict. ad l. 24. de noxal. act.* ubi & Anton. & Faber *in print. rat. decid.* potest etiam se Dominus tueri exceptione, quod dolo malo faciat, quod defensore parato idoneo existente secum experiatur, qui jam desierit servum possidere, & alium possessorem idoneum ostendat Cujac. *d. loc.*

Declara, quod is, qui dolo desiit rem possidere, pro possessore sit, scil. quoad incommodum: ideoque poterit damnari ad rem præstandam vel id quod interest, idque ex eadem instantia, Bart. *in l. quanquam. §. Julianus. de aqua pluv. arcend.* quoad commodum enim suum possessor dici non potest, cum nec præscribere possit. Dyn. *in reg. pro possessore in princip. de Regul. Jur. in 6.* Unde nec ei, qui dolo possidere desiit, cogetur Dominus præstare actiones, si actione in rem. *l. is qui dolo 69. ff. de rei vindic.* secus si actione ex contractu, *l. in depositi 12. de re judic.* & ibi Bart. conveniatur.

Amplia, ut etiam pro possessore habeatur & ad exsolutionem tributorum teneatur, qui fundum in minus idoneum emtorem alienavit. Venditor itaque hôc casu manet in Catastro descriptus, donec emtor solvendo fiat. *Perez C. de annon. & trib. n. 42.*

XXXV.

Possessorem omnem sequitur rei vitium. *c. sæpe 18. extr. de restit. spoliat.* & onus. *c. ex literis 5. extr. de pignor.* scil. reale; nam fiscus & Respubl. pro oneribus sibi debitis semper sequuntur bonorum possessorem. *l. 5. in fin. de Censib. l. 2 3. C. de præd. Navicular.* Imò possessor fundi ratione reliquorum à priore relictorum in tantum fisco obligatur, ut non habeat beneficium excussionis, sicut est in re specialiter obligatâ *Nov. 112. cap. 1. Brunnem. ad l. 11. C. eod. n. 1.* Possessor tamen si ignoraverit, contra venditorem regressum habet. *Perez. C. de Indict. n. 35.*

XXXVI.

Possessor nunquam agit prior, sed prius expectare debet, donec cum eo agatur *l. 1. §. interdictum 6. ibi actio nunquam ultro possessori datur, i. e. possessor nunquam prior agit, ff. ubi possid.*

XXXVII.

Possessionis & proprietatis causa simul tractari possunt, & apud eundē judicem debent cognosci & finiri, *c. 1. extr. de caus. & propriet.* Unde quando possessorium & petitorium in procedendi facultate concurrunt, utrumque in eodem libello intentari potest, *c. cum Ecclesia 3. & c. seq. extr. de causa poss. & propriet. c. Pastoralis 5. eod.* etiamsi super diversis articulis proponatur vel intentetur. *c. dilectus 2. extr. de Capell. Monach.* in modo tamen terminandi possessorium petitorio præferri solet. *l. 3. C. de interdict. l. ordinarii 13. C. de rei vindic. d. c. cum Ecclesia 3.* in modo autem exequendi hoc prævalet possessorio *c. cum delictis 6. extr. eod.* videlicet si forte unus in possessorio, alter vero in petitorio victoriam reportaret, vid. latè Ungepaur. *exerc. Justin. 16. q. 1.*

XXXVIII.

Quotiescunque agitur de præsenti actuali possessione, sive de facto possessionis, toties possessorium est summariissimum, quia tunc summariè & celeriter procedendum, observatis tantùm substantialibus processûs *l. 1. C. si per vim seu alio modo absentes.* Ne lite diu pendente partes ad arma deveniant.

XXXIX.

Quoties agitur de justitiâ possessionis, toties possessorium est ordinarium, quia ut justa probetur possessio, requiritur largior processus, hinc ordinario modo procedendum, per exhibitionem solennis libelli, litis contestationem & probationem. Conf. *Carpz. in Process. Tit. 1. art. 5. §. 3.*

XL.

Possessorio in judicio succumbens, intentare petitorium potest. *c. penult. extr. de caus. possess. & propriet. c. inter §. extr. de donat.*

XLI.

POSSESSOR olim, & hodie possessor præsumitur, & sic ex possessione præterita infertur ad possessionem de præsenti, & in futurum, gloss. Bart. & Doctores per text. *ibi, in l. possidetis 16. Cod. de probat. c. cùm Ecclesia Sutrina 3. de causa possess. & propr. c. olim. 17. de restit. spoliat.* Alc. *de præsumpt. reg. 2. præs. 21.* Corn. *consil. 130. Viso libello. col. 2. lib. 1. & consil. 87. Visis actis. col. 3. vers. & sic videtur. lib. 3. & cons. 91. lib. 4.* Bald. *cons. 52. lib. 5.* Natt. *cons. 406.* Grat. *reg. 375.* Anton. Gabr. *commun. tit. de præsumpt. concluſ. 10.* Covarruv. *in regul. possessor. part. 2. §. 1. in princ. & in c. Raynutius. §. 11. num. 2.* Mench. *quæst. illustr. c. 58. num. 5.* Menoch. *remed. 15. recup. num. 386. & de præsumpt. lib. 6. præs. 62. & præs. 64. num. 1. & cons. 21. num. 7.* Mascard. *de probationib. concl. 540. & concl. 1195. n. 45. & concl. 1321. num. 5.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 13. quæst. 5. n. 115.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 417. per totam.* Stephan. Grat. *discept. forens. c. 310. num. 75.* Nicolaus Garc. *de benefic. p. 6. c. 3. 57.* Rot. *decis. 419. num. 1. & decis. 634. num. 6.* apud Farinac. *part. 1. recent. & decis. 643. n. 3.* apud eund. *part. 2. recent.* Surd. *cons. 135. num. 53. & cons. 151. num. 58. & cons. 160. n. 81.*

Amplia primò, seu potiùs declara, ut procedat Axioma, si hoc alleget possessor de præterito, aliàs non, ut per Alexand. *cons. 133. num. 3. lib. 1.* Alciat. *d. reg. 2. præs. 21. num. 2.* Fulgos. *cons. 140. col. 2.* Tiraquell. *de præscript. §. 1. gloss. 5. vers. imò.* Anton. Gabr. *d. concl. 10. num. 13.* Menoch. *d. præs. 64. à num. 35.* Mascard. *1201. à numer. 36.* Cardin. Tusch. *d. lit. P. concl. 417. n. 6. & 31.* Quæ quidem declaratio non solùm habet locum in ipso possessore allegante possessionem de præsenti, sed etiam in successore universali, vel singulari, qui potest allegare possessionem defuncti, vel autoris sui, quem constat semel possedisse, continuatam fuisse usque ad mortem. Alciat. *d. præs. 21. num. 5.* Anton. Gabr. *d. concl. 10. num. 11.* Mascard. *concl. 170. num. 17. & concl. 1201. numer. 4.* Menoch. *d. præs. 64. num. 17.* Nic. Garc. *d. c. 3. n. 76.*

Amplia secundò in eo, qui probat initium possessionis, ut præsumatur etiam hodie possessor. Ant. Gomez. *l. 50. Tauri. num. 37.* Rebuff. *in tract. de pacificis possess. 269.* Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib. 3. quæst. 6. num. 67.* Cardin. Tusch. *d. lit. P. concl. 417. num. 13.* ubi post Bald. *cons. 196. col. 1. in fin. lib. 2.* ait, quod sufficit probatio possessionis de certo tempore, ut concludat etiam de tempore posteriori, & ad mortem illius, & contrarium dicenti incumbit probatio, & *num. 14.* post Covarr. declarat, quod is, qui semel possedit, præsumitur possidere usque ad decennium, quando solam civilem habebat; si verò civilem & naturalem, præsumitur possidere ultra decennium, & continuò, donec de contrario probetur, & quod hæc possessio præsumpta non sufficit in spolio.

Amplia tertiò in dominio, quia dominus semel, semper præsumitur retinuisse dominium, etiam post mille annos. Fichard. *tomo 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. num. 340. pag. mihi 510.* Card. Tusch. *d. lit. P. concl. 417. num. 9. & 10.* ubi declarat procedere, quando plenè, & non per probationem privilegiatam dominium retrò est probatum, & quando non probatur mutatio dominii in alium facta.

XLII.

POSSIDENTIS melior est conditio quam petentis *l. 9. §. 4. de publ. in rem act. l. si debitor 10. ff. de pignorib. l. is qui destinavit 24. ff. de rei vindicat. l. fin. C. eod. tit. l. qui accusare 4. C. de edendo. §. retinendæ 4. vers. commodum. Instit. de interdict. c. pro possessore 36. de R. I. lib. 6.* Tiraquell. *de Jur. primog. quæst. 17. opin. 11. num. 20. cum seqq.* Surd. *cons. 73. num. 76.* [Unde vulgo dicitur, beatos esse possidentes, quod inter alios late deducit Carpzov. *de inhibition. posit. 1. & seqq.* & ideo defendi debet in possessione, donec de jure constet, *cap. penult. extr. de institut.* semper enim in dubio interpretatio facienda pro possessore. *l. Arrian. 47. de action. latissimè* Alciat. *de præsumpt. reg. ult. præsumpt. 43. per totam.* præsertim in probationibus, *cap. 3. de probat.* & sententia, *c. ult. de sentent.* Wesenb. *1. cons. 13. num. 73.* utpote pro qua semper judicandum. *l. favorabiliores de R. I. c. cum sunt partium 11. de R. I. in 6.* Jason. & Dd. *in l. de die. in princ. qui satis d. cog. c. ult. de jurejur.* quam regulam etiam procedere in duplicibus judiciis *per l. duo 28. de re jud.* affirmat Wesenb. *1. cons. 38. in fin.*] etiam in pari causa, ex text. *in l. apud Celsum 4. §. Marcellus 13. de dolimali except. l. si servum 91. §. sequitur 3. ff. de verb. oblig. l. fin. C. de re vindic. c in pari 65. de reg. juris. lib. 6.* Nevizan. *cons. 79. num. 27.* Alexand. *cons. 161. num. 6. vol. 2.* Ofasch. *decis. 108. c. 18.* Vincent. de Franch *decis. 167. num. 13.* Honded. *cons. 49. in fin. vol. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 66. num. 7.* & in pari delicto potior est pars possi-

possidentis. *l. cum par delictum 154. ff. de R. I. c. in pari 165. eod. tit. lib. 6.* Thom. de Thomasset. *regul. 157.* & in pari turpitudinis causa. *c. lator. 7. de re judic.* Cels. Bargal. *de dolo. lib. 6. reg. 33. per tot.* Lardrech. *cons. 101. num. 7.* Card. Tusch. *lit. T. concluf. 404. num. 51.* Mar. Giurba *ad consuet. Messan. c. 2. gloss. 11. num. 5. vers. & in pari. p. 1.* Unde qui possidet, dicitur beatus, ut ait gloss. *verb. requirat. in c. 1. de pace tenend. in usibus feudorum.*

Limita regulam, si possidet sine vitio palpabili & evidenti: hoc enim casu meliorem esse conditionem ejus, qui ad judicem primus provocat, docet §. *6. institut. de interdict.*

CAP. LXII.

Posteriora. Novissima.

Axioma I.

Posteriora aperiunt præcedentia & è contrario. Everhard. *in præamb. locor. topicor. n. 28.* Unde quemadmodum interdum accidit, ut sequentia declarent præcedentia, de quo axiom. *vid. infr. c. Præcedentia.* ita non raro fit, ut posteriora prioribus derogent. *l. pacta novissima 12. C. de pact.*

II.

POSTERIORA derogant prioribus. *l. sed & posteriores 28. ff. de legib. l. cùm in plures 64. §. locator 6. ff. locati. l. 1. in fin. ff. de stipul. servor. l. si unus 27. §. pactus ne peteret 2. ff. de pactis.* [*l. tutor datus 8. §. fin. in fin. verb. novissimam scripturam. ff. de testam. tut. l. si mihi & tibi 12. §. in legatis 3. novissimæ scripturæ de legat. 1. l. Divi 6. §. licet 2. ff. de Jure Codicill. l. hac consultissima 21. §. si quis autem 3. l. sancimus 27. C. de test. l. 4. in fin. ff. de adm. legat. l. ult. de constit.*] *l. pacta novissima 12.* ubi Dec. *C. de pact. l. clari 19.* ubi Bald. *Cod. de fideicom. §. posteriore inst. quibus modis test. infirm.* ubi Pichard. *num. 11.* Bald. *cons. 223. Primo statuto, in princ. lib. 1.* latè Alexand. *cons. 122. lib. 4.* ubi ampliat in statutis, contractibus, pactis, v. late & eleganter Hartman. Pistor. *observ. 221. n. 1. & seqq.* ubi ait, præcedentem contractum in dubio per subsequentem censeri revocatum *l. cum in plures 60. §. 6. locat. l. per retentionem 4. in fin. ibiq; gloss. C. de usur.* ultimis voluntatibus, rescriptis, & constitutione procuratorum. Anch. *cons. 208. num. 15.* ubi loquitur in opinionibus, quia statur ultimæ, Barthol. Perett. *ad extravag. ambitiosæ. de rebus Eccles. verb. prædecessorum. numer. 6.* Surd. *decis. 195. n. 7. & cons. 202. num. 1. & cons. 359. numer. 34.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 7. num. 10.* Vital. de Cambanis *in tract. clausul. pag. mihi 164. n. 7.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, regul. 230.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 3. collectan. 676.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. ultima.* Gam. *Lusitan. decis. 50. num. 3.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 451. per totam. & tom. 8. lit. V. conclus. 228.* Armendar. *in proœmio addit. ad recop. legum Navarræ. num. 7.* Seraphin. *decis. 1271. num. 1.* ubi intelligit, maximè quando priorum mentio fit in posterioribus. Rot. *decis. 593. num. 2. & 3. p. 2. in postbum. Farin.* aliàs *p. 4. recent.* [Ratio regulæ est, quia posterior cogitatio priore est melior & sapientior. Cicero *in Philip.* Eurip. *in coron.* Et quod priore experientia parum feliciter successit, posteriore plerumque melius instituitur & primi consilii erratum per subsequens corrigitur. Obrecht *ad l. 3. Cod. de precib. Imp. offer.* ubi declarat eam veram esse, si posteriora prioribus sint æquiora, secus, si priora æquiora posterioribus. *d. l. 7. C. de precib. Imper. offer.* nec juri contraria, *d. l. 3. d. t. & l. ult. C. si contr. jus vel util publ.* Hinc sæpissime posterior dispositio ita est accipienda, ne priori contradicat. Bart. *in l. fin. §. idem quæsit. ff. de condict. indeb.* Bald. *in l. cum falsa, in fin. Cod. de jur. & fact. ignor.* Dec. *cons. 562. n. 3.* ideoque receptum, ut si dispositio posterior sit dubia, prima, quæ clara est, spectari debeat. Decian. *cons. 106. n. 18. vol. 3.* Vult. *2. cons. Marp. 29. n. 19.*

CAP. LXIII.

Post-factum.

Axioma I.

Sæpenumero evenit in jure, ut ex postfacto confirmetur, quod erat in pendenti. *l. proinde 8. de reb. cred. l. 25. §. 1. de usufruct.* Cujac. *ad lib. 5. qq. Pauli in l. 10. de fund. dotal. per illum text. vid. supr. lib. 3. c. confirmatio.* Exempla alia sunt *in C. A. de R. N. thes. 17.*

II.

Nunquam ex post-facto crescit præteriti temporis delicti æstimatio. *l. omnis 138. §. 1. de Regul. Jur. l. ult. de sepulch. violat.* Nec corrumpi aut mutari, quod rectè transactum est, superveniente delicto potest. *l. 2. de itin. actuque privat. ubi vid.* Cujacium *in Paul.*

III.

Plurimum interest, an aliquid ab initio tale, an ex post-facto fiat. *arg. l. eleganter 23. §. ult. ibi si qua Lex ab initio de condict. indeb. junct. l. 4. C. eod.* ubi Donell. Ita cœcus (ex casu superveniente) retinere Magistratum potest, ad quem

adspirare non potest. *l. 1. §. 5. in fin. ff. de postul.* ita si testis tunc, cum signaret, talis fuerit, ut adhiberi potuerit, nihil nocet, si quid postea ei contigerit, *l. 22. §. 1. qui testam. fac. poss. §. 7. Inst. de testam. ordin. 2. Feud, 19.* Goth. Anton. *Disp. feud. 4. thes. 6. lit. C. in fin.* Sic etiam nuptiæ ab initio inutiles ex post-facto confirmantur. *l. 27. l. eos qui 65. de Rit. Nupt.*

CAP. LXIV.

De Posthumo.

Axioma I.

Posthumus exheredari hodiè nequit *Carpz. P. 3. Const. 17. Def. 21. n. 4.* Siquidem nemo exheredari potest, nisi qui capax est ingratitudinis, quod de posthumo prædicari nequit. *l. 33. in fin. C. de inoff. testam.* Conf. *Nov. 115. cap. 3.*

II.

Posthumo scienter præterito corruit testamentum tantùm quoad institutionem heredis, legata verò & fideicommissa ex eo nihilominus debentur. *Carpz. Lib. 6. Resp. 10. n. 4. & Resp. 11. n. 1.* ignoranter verò præterito nullum est testamentum etiam quoad legata. *Carpzov. P. 3. Const. 9. def. 5.*

CAP. LXV.

Potentia, Posse, Potentius.

Axioma I.

Potentia ubi abest, ibi nec voluntas nec justitia actus sufficiunt. Bald. *ad l. nolle. ff. de acquirend. hered. & ad l. si filiæ. C. de donationibus ante nupt.* Mantuan. *sing. 281. per c. cum super Abbatia. ibique gloss. & l. quæro ff. de eo, qui pro tutore neg. gesser.* Ancharan. *cons. 1.* Menoch. *cons. 75. n. 34. cons. 157. n. 1. & cons. 108. num. 4.* Tiber. Decian. *resp. 40. num. 21. vol. 3.* Gœdd. *3. cons. Marpurg. 33. n. 426.*

II.

Potentius attrahit ad se minus potens. *cap. si duo ex tribus 3.* ubi Dominic. *notab. 3. de offic. deleg. in 6.* Panorm. *in c. cum non sit notab. 3. de decim.* Tiraquell. *de retract. proximit. §. 36. gloss. 3. numer. 6.* per id enim, quod minus est, majus impediri non debet. *l. per minorem 54. de judic. l. pen. & ult. C. de ordin. judic.* Wesenb. *1. cons. 18. num. 32.*

III.

Posse quis id creditur, quod potest invito adversario, & nemo dicendus est posse id, qui prohiberi potest ab alio, quo minus id possit. Donell. *ad l. eum qui Calendis 41. num. 47. ff. de V. O.* ita ex stipulatione hâc (mihi aut Titio dabis) dicitur Titio solvi posse. *l. quod stipulatus 10. l. si ita 59. ff. de solut.* & quia potest solvi Titio, potest etiam ei solvi me invito. *§. planè solutio. Inst. de inutil. stipulat. l. vero 12. §. 1. ff. de solut.* ita qui alternativè Stichum aut Pamphilum promisit, is potest eligere utrum solvere velit etiam invito creditore adversario. *l. 2. §. Scævola 3. ff. de eo quod cert. loco.* Henric. Bocer. *de Investit. feud. cap. 3. numer. 87.* ita ex duobus reis stipulandi unus solidum petere posse dicitur, quamvis socii non sint, potest etiam unus novate obligationem & promissorem vel acceptilatione, vel pacto liberare. *l. si unus 27. in pr. ff. de pact. l. 2. de duob. reis.* Idem Bocer. *de invest. feud. c. 4. n. 23.*

IV.

Posse quis videtur, qui potest facere ut conditioni pareat. *l. qui potest facere 174. ff. de R. I.* Bald. *in l. sed etsi per Prætorem. §. 1. vers. sed nec ad nos. ff. ex quib. caus. maj.* Sic impeditus non dicitur ille, qui de facili impedimentum removere potest, Bald. *in l. quibus diebus. in pr. ff. de cond. & demonstr. & cons. 192. lib. 3.* Abb. *in c. fin. extr. de elect.* Ludov. Gomez. *ad §. rursus I. de act. num. 15.*

V.

POTENTIA, quæ non reducitur ad actum, vana est. *l. hæ enim. 4. §. si Prætor 3. ff. de suspect. tutorib. l. multum interest 6. C. si quis alteri, vel sibi. c. pastoralis 14. §. quoniam.* ubi Dec. *not ab. 2. de rescript.* Surd. *cons. 375. num. 2.* Octav. Glorit. *resp. 1. p. 1. num. 182.* Actus enim & potentia simul esse non possunt. §. *si itaque discretis 14. vers. quia quod meum est. Inst. de actionib.* quia actus potentiam excludit. *l. si ita fuerit 13. vers. non enim. ff. de manum. test.* [excipe nisi sit actui propinqua. Carpz. *part. 3. constitut. 19. defin. 1. num. 9.* siquidem potentiam actui propinquam pro actu haberi, text. est *in l. qui pœnæ 8. §. divus 2. ff. de manumiss.* Cingendus enim juxta vulgatum habetur pro cincto, *l. penult. ff. de test. milit.* Et res destinata in locum aliquem perinde habetur, ac si esset in loco. *l. fundi 17. §. fin. l. granaria 18. ff. de actionibus empt.* Gail. *lib. 2. obs. 8. num. 8. cum seq.* ac judicamus de tali potentia tanquam de actu ipso. Bart. *in d. l. penult. ff. de test. milit.* Arum. *in discurs. 6. ad constitut. aur. Bull. concl. 16.* Carpzov. *p. 4. constit. 14. defin. 1. num. 8.*]

VI.

POTENTIA in habitu idem operatur, quod potentia in actu. Hippol. *cons. 18. n. 10. & ad l. si quis percussorem num. 2. C. ad Legem Cornel. de Sicar.*

VII.

POSSE quis non dicitur, quod contra Jus potest, quia verba sunt intelligenda secundùm Jus. *l. quæro 54. §. inter locatorem 1. ff. locati. l. nepos Protulo 25. ff. de verb. signific. c. causam quæ 18. de rescript. c. cum dilectus 8. de consuetud.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 13. num. 34.* [Quin imò nec illud possumus, quod facto nobis est impossibile, sed & quod jure,

quia

quia fit contra bonos mores. *l. 3. §. idem Pollidius 3. ff. de Usur.* cum jure facere impediamur. *l. non dubium 5. C. de LL. l. stipulor. 30. l. si unus 27. §. pacta 4. l. jus agnationis 34. l. jus publicum 38. ff. de pact. l. nec ex prætorio 27. de Reg. Jur. §. 1. Instit. de jur. person.* ubi Wesenb. Bald. *in l. 2. lect. 2. ff. de his qui sui vel alien. jur.* Jason. *in l. more. n. 1. ff. de Jurisd.* Francisc. Ripa *ad l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad SC. Trebell.* Gœdd. *1. Cons. Marpurg. 24. num. 103.* Unde & peccare posse, non est posse, dicitur *in c. ult. §. charitas. de pœnit. distinct. 2.* Hinc cum posse contra humanum non Lex aliquid statuat. *cap. erit 2. dist. 4. can. si res 14. quæst. 6.* ideoque posse triplex reperitur, nimirum posse juris, quando illud possumus, quod de jure possumus, *cap. nos in quemquam 1. 2. quæstion. 1. cap. si quis 27. dist. 50.* Posse naturæ, ultra quod natura non potest. *cap. nunquam 10. de consecrat. distinct. 4.* Posse officii verò, ubi quantum committitur, tantum potest. *c. decreto 11. 2. q. 6.*]

VIII.

POSSE non dicitur quis ea, quæ honestè non potest. *d. l. nepos Proculo. ff. de verb. signif.* Surd. *cons. 203. num. 44.* Stephan. Gratian. *discept. 891. n. 31.* Joseph. Vela *dissert. forens. dissertat. 6. num. 28.* [Quæ enim pietatem, existimationem, verecundiam nostram lædunt, & generaliter quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est. *l. qui filius 28. ff. de condit. instit. l. nepos Proculo 125. de V. S. l. nemo potest 55. ff. de legat. 1. l. filius. 15. de condit. instit.* Wesenbec. *ad §. 1. verb. & libertas. Instit. de jur. person. ibique* Mynsing. *numero 3.* Henric. Schillbock. *ad §. impossibilis. Instit. de hæred. institut.* Gœdd. *ad d. l. 125. de V. S. numer. 2.* cum id dicamur posse, quod honestè possumus. *c. fin. §. fin. de rescript. in 6. cap. faciat homo 15. 22. q. 2. gloss. in clem. sæpe in verb. poterit de V. S.* Gail. *2 obs. 56. num. 9.* possibili ergò in esse posito præsumitur possibile potius honestum quam inhonestum. Bald. *in l. filium. num. 17. vers. item nota. col. 2. ff. de his qui sui vel alien. jur.* Cotta. *in memorabil. verb. Filius præsumitur.* Palæott. *de Notbis cap. 20. & c. 24.* Pacian. *1. cons. 1. n. 18.*]

IX.

POSSE aliquid dicimur, quod commodè possumus. Seraph. *de privil. juram. privil. 144 num. 5.* Et fieri non posse dicitur illud quod commode fieri non potest, Reinoso *observ. 7. num. 22.* [*d. l. nepos Proculo 125. de Reg. Jur.* Hieronymus Cagnol. *ad l. culpa caret. num. 20. & ibi* Christoph. Sturtzius *num. 6.* Culpa enim caret qui scit, sed prohibere non potest. *l. culpa 50. de Reg. Jur.* & nullum crimen patitur is qui scit, sed prohibere non potest. *l. nullum 109. ff. eodem.*

CAP. LXVI.

Potestas, Potens.

Axioma I.

Potestatem habens ab alio, non debet plus posse quàm ille, à quo potestatem consequitur, *dudum 14. de præb. in 6. l. Si Augustæ 57 juncta l. antecedente 56. de legat. 2.* Ludov. Gomez. *ad §. quædam. Inst. de act. num. 33.* Inferior enim eandem potestatem cum superiore habere non debet, *d. c. dudum. de præb. in 6.* idem *ad §. sed iste. Inst. de act. n. 25.*

II.

Potestas limitata limitatum producit effectum, Cataldus *de Syndicat. num. 109.* Zasius *cons. 12. n. 46. libr. 2.* Vietor *in disput. de Exempt. Imper. concl. 34.*

III.

In mea potestate quod non fuit, mihi non debet imputari, *c. 1. extr. de convers. infidel. c. sicut 22. extr. de sponsal.*

IV.

Potestatis verbum, mögen/ constitutioni servitutis additum, magis in factum sonat, quam in jus. Wensenb. *2. cons. 69. n. 4.*

V.

Potentium natura est, semper ipsos pauperes opprimere, Joh. de Platea *in l. 1. C. de Censit. & Censitor.* Newmeier *in tr.* von Steur und Schatzung *c. 7. p. 578.*

VI.

Potestas & usus potestatis sunt diversa, Tapia *de potest. Princip. §. 7. n. 17. p. 51.* prior enim dicitur qualis in Principem à populo est collata, posterior quali is eâ utitur, Limnæus *lib. 1. de Jur. publ. c. 13. n. 39.*

VII.

Qui ipse in potestate est, alium in potestate habere nequit, *l. si eveniet 21. ff. ad Leg. Jul. de adult.* Locamer. *in not. ad §. ult. Instit. de patr. potest.* vid. tamen *l. 17. de pecul.*

VIII.

Potentiori pares esse non possumus, *l. 3. ff. de alien. judic. mut. caus. fact.*

IX.

Opprimi aliquem per adversarii sui potentiam non oportet. *l. Imperatorem 91. ibi:* nec calumnia facultatem ex principali Majestate capi oportet. *de hered. Instit.* Hoc enim ad invidiam Magistratus sui spectat, si quis tam impotenter se gerat, ut omnes metuant adversus eum advocationes suscipere, *l. 9. §. 5. in fine, de officio Proconf.* hinc graviter prohibitum est potentioribus, (1.) ne litigantibus patrocinium præstent, ne quidem contra Fiscum etiam potentem *t. t. C. ne liceat potent.*

scut. (2.) ne alienos subditos à dominis suis oppressos in suam protectionem recipiant. *t. t. C. ut nemo ad suum patrocin.* (3.) ne debitores sibi servientes contra creditores protegant. Perez. *C. eod. n. 1. seqq.* (4.) Rescripta impetrata à potentibus in curiâ sunt ipsò jure nulla. Brunnem. *ad l. 1. C. de fund. limitroph. in fin.* & in eos, qui sunt de familiâ principis, graviùs animadvertendum est quàm in cæteros, si scil. præsumtione potentiæ suæ delinquant & aliorum litibus patrocinentur. *l. un. C. de conductor. & Procurat. ibique Brunnem. n. 1.*

X.

Potestati qui resistit, Dei ordinationi resistit, Paul. *ad Roman. c. 3. omnis anima 2. de Censib.* Covarr. *1. part. relect. c. alma mater. §. 9. de Excom. num. 3.* imò non solùm peccat in jus naturale, Honthem. *2. de art. Notar. cap. 29. num. 73.* verum etiam in Rempublicam, Petr. Gregor. *lib. 48. tit. 3. num. 21. cum ibi notat. fac. 2. omnem 6. in pr. & §. 2. ff. de re milit. gl. in l. creditor. in fin. §. justus 2. ff. de appell. recip.*

XI.

Potestas ibi est contemnenda, cùm præcipitur, quod non licet, *cap. qui resistit 11. q. 3.* ac eam meretur amittere, qui sibi concessa potestate abutitur, *cap. privilegium 63. 11. quæst. 3.*

XII.

Potestate injustâ justè uti possumus, & justa injustè, *cap. neque 9. in fin. 14. quæst. 5.*

De potestate patriâ vid. *Patria potestas.*

CAP. LXVII.
Potius. Potior.

Axioma I.

Notiora sunt præmittenda, *§. singula 13. in fin. Inst. de rer. divis. l. 1. ff. de albo scribend.* Wesenb. *in parat. ff. de judic. n. 3.*

II.

Nemo in dignitate constitutus præripere sibi ab inferiore patiatur præcedentiam, est enim pars muneris sui; itaque judicio propterea experiri potest, quia sacrilegii reus est qui alteri locum præripit *l. 1. C. ut dignit. ordo.* Et hinc gravissimè puniuntur. Facit autem hic plurimum consuetudo & possessio decennii continua, modò non sit violenta vel manifestè contra jus & rationem introducta. Perez. *C. ut dignit. ordo servet. n. 15. seqq.*

CAP. LXVIII.
Practica.

A practica vera sumitur interpretatio, nec ab ea recedendum, *l. illud, 19. ff. de excusat. tut. l. si publican. 4. §. fin. ff. de publican.* Bald. *in c. in pr. de feud. sine culp. non amitt.* Paris. *cons. 25. n. 54.* Gail. *2. observ. 52. n. 19.* Cravett. *cons. 592. num. 22.* Besold. *5. cons. 233. num. 106.* Menoch. *cons. 148. num. 36. & cons. 104. num. 13.* Honded. *cons. 1. num. 37.* Camill. Plaut. *in suis Comment. lib. 2. in declarat. Text. n. 14. ff. de offic. ejus cui mand. jurisdict.* Consil. Arg. *cons. 2. lib. 1. numer. 105.* Hinc vulgatum: Quod in jure non cavetur, in practica non habetur, Bald. *in cap. nihil. col. ult. de Elect. fac. l. dissentientis 5.* ibi: *nulla juris præcipit constitutio. Cod. de repud.* Ludov. Gomez *ad §. præjudiciales. Inst. de act. num. 6.* Limn. *de Jur. publ. lib. 2. c. 9. num. 30.* Leges enim sapiunt, dum practicantur, & tunc fructus ex arbore colliguntur. Bald. *in cap. ex tenore 35. circ. med. extr. de restib.* juxta tritum illud: Leges in schola diglutiuntur, in palatio digeruntur, quia practica est scientia digestiva: & ubi Theoreticus desinit, ibi incipit Practicus, Bald. *in repet. l. Æmilius 38. col. 10. vers. Leges in scholis. ff. de minor.* imò sine doctrina fori mancum foret, quicquid in scholis eruditi, sicci, laboriosique antecessores recentibus studiosorum animis ex universo illo & latè patenti jure Romano immittunt, Mornac. *ad l. 25. de reb. cred. in fin.*

CAP. LXIX.
Præcavenda.

Axioma I.

Præcavenda sunt futura pericula, *l. 1. in pr. dest. 23. c. de Syracusanæ 13. dist. 28. cap. designata 2. dist. 51.*

II.

Præcaveri debet, quod infirmari vel vituperari potest, *cap. 1. extr. de serv. non ordinand.*

CAP. LXX.
Præcedentia *vid.* Antecedentia.

Axioma I.

Quæ sui naturâ præcedunt, de illis cognoscendum est primum, *cap. exhibita 19. extr. de jud.*

II.

Potiores ad munera publica sunt sumendi, adeò ut alius ad ea vocatus possit excipere, quòd alius potior ipsum præcedat. *l. un. C. de potior. ad muner.*

III.

Præcedentia intelliguntur secundum subsequentia, *l. si servus plurium 50. §. fin. de legat. 1. l. nam quod 4. §. fin. de pen. legat. l. fin. §. cui dulcia 1. ff. de tritic. vin. ol. legat. & ibi* Bart. *& cons. 151. lib. 2.* Alex. *cons. 190. num. 18. lib. 2. num. 4.* Paris. *cons. 78. numer. 18. & cons. 81. num. 20. lib. 1.* Farin. *1. consil. 95. num. 6.* Vult. *3. cons. Marp. 3. num. 107.* Ex præcedentibus enim ratiociniis interpretatur, quod secutum est. *l. Titia 134. §. idem respondit 2. ff. de V. O. l. 36. ff. eod. l. quoties 10. Cod. famil. herciscund.* ex iis etiam media præsumuntur, Bart. *in l. Celsus 27. ff. de usucap.* Cons. Arg. *1. cons. 104. num. 104.* Unde ubi præcedentia sunt expressa & determinata, sequentia verò obscura

obscura & generalia, tunc præcedentia determinare ac declarare sequentia dicuntur, Jason *in l. servus. §. si numerus. num. 3. ff. de legat 1.* facit quod ex præcedentibus & sequentibus colligatur intellectus eorum, quæ sunt in medio, *l. quæsitum 78. §. 1. ff. de legat. 3.* Cons. Arg. *112. vol. 1. num. 129.* ubi verò præcedentia obscura, & sequentia clara & determinata sequentia determinant & restringunt præcedentia, *l. si cum quidam 4. ibi: quasi recentiore voluntate testatoris utentem. Cod. de V. S. l. quamvis 15. Cod. de fideicommiss.* Bald. post Cyn. *in l. legatorum. §. ult. in fin. ff. de legat. 2. per ill. text.* Imol. *in l. cum in testamento § ult ff. de hered. instit.* Cons. Arg. *cons. 83. num. 17. lib. 1.* Gylman. *4. 1. vot. 14. numer. 64.* ita qualitas præcedentis copulati semper in sequenti copulato repetita censetur. *l. avia 77. in princ. ibique gloss. ff. de condit. & demonstr.* Aymo *cons. 9. numer. 15.* Cephal. *cons. 16. num. 20.* Quia una determinatio respiciens plura æqualiter determinat. *l. jam hoc jure 4. in princ. ff. de vulg. substit.* ubi Jason. eandemque qualitatem ipsis tribuit, Bald. *in l. sed et si quis. §. quæsitum. num. 4. ff. si quis caution.* Farinac. *1. cons. 87. num. 5.* & copulæ natura illa est, ut requirat utriusque copulati concursum *l. si heredi plures 5. ff. de condit. inst. l. si is qui ducenta 13. §. utrum?* ubi Gloss. & Bart. *ff. de reb. dub.* Farinac. *1. Cons crim. cons. 87. n. 6.* cùm qualitas subsequens omnia præcedentia qualificet, *l. Sejæ 20. §. Gajo 2. & ibi* Bart. *de fund. instr. d. l. quæsitum 78. §. 1. ibique gloss. ff. de legat. 3. l. talis 30. §. fin. ff. de legat. 1.* Cephal. *1. cons. 138. num. 50.* ita procurator mandatum habens ad præcedentia, videtur etiam habere ad sequentia, & ex diverso *l. 62. ff. de procur. l. ad rem 56. ff. eod.* ita nec procurator à muliere constitutus ad perendum divortium, potest petere, usque dos constituatur. gloss. *in cap. penult. & ibi* Panorm. *de major. & obed.* quamvis delegatus judex ad primum utrumque idoneus esset, *cap. 3. de donat. int. vir. & uxor.* Quæ tamen intellige procedere, cùm omnia ad unum eundemque finem tendunt; si enim circa diversa essent, procurator ad ea mandatum habere non censetur, licet unum alteri accedat, *c. cum olim 32. de offic. deleg.*

CAP. LXXI.

Præceptor. Pædagogus.

Axioma I.

Præceptoris persona discipulo debet esse sancta, sicut filio & liberto persona parentis & patroni, Gloss. *in l. liberto. de obsequ.* A parentibus enim habemus, ut vivamus; à Præceptoribus verò, ut benè & virtuosè vivamus, sicut extat exemplum grati erga Præceptorem discipuli, *in l. 27. ff. de donat.* huc adde elegans dictum, quod habetur *in l. 28. de reb. autor. judic.* dum dicitur: Me illud maximè movet, quod Præceptoribus placet, vide & *l. si ædibus 32. de damn. infect. & supr. lib. 4 cap. disciplina.* Unde etiam legimus, Casium (Præceptoris sui Sabini) sententiam bene excusasse, *l. 19. §. 2. de recept. arbitr.* Quod utinam discipuli nostri, qui Christiani esse volunt, animo recolerent!

II.

Præceptor pro virili debet instituere discipulos, *cap. quia 4. extr. de Magistr.* cujus officium in duobus capitibus, in diligentia nempe & eloquentia, constituitur, *l. 27. de donat.*

CAP. LXXII.

Præceptum.

Axioma I.

Præceptum non debet esse initium inquisitionis, ut commodius reus detineatur Brunus *cons. 87. num. 46.* Præceptum enim non est justum, nec ad materiam deveniri potest, nisi formatâ prius inquisitione, Boss *in tr. crim. tit quom. proced. per præcept. ferè per tot.* Brunus *d. cons. 87. n. 41.* Bertaz. *2. cons. decis. cons. 355. n. 1. & 2.*

II.

Præceptum duplex potest sub uno verbo contineri, *l. si quis ita scripserit 42. ff. de manumiss. testam. l. cum pater 77. §. filius 23. ff. de legatis 2. l. in tempus 62. ff. de hered. instit.*

III.

Præceptum inducit quasi contractum, text. sing. *in l. ubi 8. §. 1. de edend. gl. in l. fin. §. necessitate. C. de bon. quæ liber.*

IV.

Præceptum non ligat, ubi dubium est de fundamento jurisdictionis, Innocent. *in c. cum in jure. ff. de offic. deleg.*

CAP. LXXIII.

Præcipitantia. Festinatio.

Præcipitanter ne quicquam agas, sed ante diligenter inquiras audita, *c. pen. 2 quæst. 1.* præcipitantia enim in omnibus rebus reprobatur, & justitiæ noverca dicitur, *Clem pastoralis de sentent. & re judic. l. omnes judices. 5. Cod. de delator. 10.* Augustinus *in can. quæro. 21. caus. 6. q. 1. ibi: non audeo sententiam præcipitare. Imprimis ubi de gravi præjudicio agitur, tum enim major requiritur deliberatio.* Argentor. *1. cons. 110. num. 10. & seqq.* Honthem *3. de art. Notar. c. 1. num. 1.* siquidem nimia celeritas dolum arguit, Bald. *in l. 3. C. plus valer. quod agitur quam quod simulat.* Dec. *cons. 448. n. 23.* Menoch. *5. de præsumpt. præs. 3. num. 103. & 1. cons. 244. n. 56.* & iniquitas omnia præcipitat, virtus autem lenta omnium percunctatrix esse perhibetur. *cap. non in perpetuum 5. 24. q. 3. ibidem? gl. in fin.* Gail. *de Arrest. c. 1. n. 12.* Hinc consilia non esse præcipitanda, textus est *in c. ponderet 14. in pr. dist. 5.* nec præcipitanter debere sententiam ferre, docent *c. pen. 2. q. 1. c. nullum 10. 30. q. 5. c. summopere 70. 11. q. 3. Clem. Pastoralis 2. §. quod si de sent. & re judic.* ne aliàs si ferretur sententia, ob nullitatis vitium impugnari queat, *cap. cum Bertholdus 18. §. fin. & ibi Canonistæ de re judic.* Bart. *in l. prolatam. Cod. de sentent. & interlocut.* Felin. *in cap. Ecclesiæ S. Mariæ. num. 14. de Constit.* ubi latissimè per 3. Dd. de-

cisiones

cisiones ostendit, judicem præcipitanter nihil agere posse, & post eum Ferrat. *cap. aut ult. num. 8.* cùm non possit dici cogitatum, quod nimis est festinatum, *d. c. cum Bertholdus. de re judic.* prout in terminis transactionis consuluerunt Dec. *cons. 479. num. 6.* Menoch. *1. arb. judic. q. 42.* & omnis bona præsumptio in judice cesset, quando brevi tempore quid egerit. Alciat. *in tr. de præsumpt. reg. 3. præs. 9. num. 8.* idque adeò obtinet, ut nec Pontifex, Dec. *cons. 544. numer. 18.* post Ancharan. *cons. 255. per cap. ex literis 4. de restitut. in integr.* neque Rex, Grammat. *decis. 15. n. 13.* nec Princeps, Cravett. *cons. 153. num. 2.* imò nec judex, qui ex pleno & amplo arbitrio sibi collato plenissimam judicandi potestatem habet, sententiam ex abrupto ferre possint, Lanfr. *in tract. de arbitr. p. 6. vers. 12.* Socin. sen. *cons. 87. num. 7. lib. 4.* idem esse quoad auctoritatem in dando tutore, quæ ex abrupto interponitur, tenet Socin. jun. *cons. 88. n. 15. lib. 4.*

Excipe (1) nisi quando in confessum sententia feratur: ex quo tunc nullæ sunt partes judicis, nisi in condemnando, *l. 2. ff. de confess. l. proinde 25. ff. ad Leg. Aquil.* (2) quando judex in illo brevi tempore de ista causa posset instrui, Cravett. *cons. 179. num. 1.* Dec. *cons. 296. in fin.* Curtius sen. *cons. 47. col. pen.* (3) quando judex parte præsente & non reclamante pronunciasset, tunc enim sibi imputare debet pars, si non reclamavit. Bald. *in l. prolatam. C. de sentent. num. 8.* Socin. sen. *cons. 121. col. 5. vers. quia. lib. 3.* Confer supra locum de festinatione *lib. 6. cap. 12. pag. 506.*

CAP. LXXIV.
De Prædâ.

Axioma I.

Dux belli prædas post obtentam victoriam æquè dividere debet. Hinc acriter puniendi, qui nondum partâ victoriâ signa deserunt & prædas agunt. Perez. *C. de desertor. n. 7.*

CAP. LXXV.
Prædicatum.

Talia sunt prædicata, qualia subjecta demonstrant, & contra, *l. si prior 32. ff. solut. matrim. Auth. de fil. an dot. instr. nat. post princ. cap. inter dilectos. de dolo.* Bart. Socin. *in l. quibus dieb. 40. §. Dominus. de condit. & demonstr. num. 3.* Nec tamen rarum est, ut posita sub una eademqve determinatione diversimodè accipiantur secundum cujuslibet diversam rationem, *l. coheredi 41. §. qui discretas 4. de vulg. & pupill. substit. Alex. 5. cons. 179.* Hinc quando præcedunt plura subjecta, non semper fit relatio ad omnia, quando non est tanta ratio de uno sicut de alio, sed solum refertur ad illud, de quo est major & plenior ratio. *l. si in lege 24. pr. juncti. gloss. 2. locat.* Molin. *cons. 28 tom. 1. n. 5.* Hartman. Pistor. *2. obs. 65. n. 9. & seqq.*

CAP. LXXVI.
De Prædio.

Axioma I.

Quæcunque prædia agriculturæ causâ vel pecuariæ, directè vel indirectè constituta, illa sunt rustica: hæc enim rusticum præbent usum, ex usu autem, non loco, prædia sunt distinguenda. Stabulum igitur ad usum rusticum destinatum est prædium rusticum *l. 4. §. 1. ff. in quib. caus. pign. tacitè contrahatur.*

II.

Quæcunque prædia inhabitandi & mercandi causâ sunt constituta, illa sunt urbana, quia urbanum usum præstant. Ita ergò horreum erit prædium urbanum, si mercibus servandis inserviat: rusticum, si colligendis fructibus. Huc quoq; referendum est stabulum meritorium, quod paratũ ad mansionem hominum & stationem jumentorum *l. 198. ff. de V. S.* hinc prædium naturâ suâ rusticum potest præstare servitutem urbanam *l. 20. §. 1. ff. de servit. præd. urban.* Et contrà servitus naturâ suâ urbana potest fieri rustica, si prædio rustico debeatur.

CAP. LXXVII.
Præesse, Præfectus, Primarius, Præses.

Axioma I.

Præesse qui sibi ipsi nequit, aliis præfici non debet, *cap. indecorum. 3. extr. de ætat. & qualit. & ord. præfic.*

II.

Præesse qui vult, non autem prodesse, Episcopus non est, *cap. qui Episcopatum 11. 8. quæst. 1.*

III.

Beneficia quæ pro voto omnium primatibus redduntur, ea universis reddi videntur, *l. 6. in pr. C. de Advoc. divers. judic.*

IV.

Absurdum est, aliquem in eodem ordine & præesse & subesse, *l. ult. Cod. de legit. tutel.*

V.

Potestas vel præses debet esse sollicitus de suis officialibus, an bene vel malè se gerant. Brunnem. *ad l. 2. C. de Exact. Tribut. in fin.*

CAP. LXXIIX.
Præfatio v. Principium. Initium.

Axioma I.

Præfatio arguit & indicat, quæ alicujus actus causa impulsiva ac finalis fuerit, Bart. & Dd. *in l. fin. de hered. inst.* Bald. *in l. 1. §. quib. not ab. 1. C. de nov. Cod. faciend.* Philipp. Franc. *in cap. quoniam. post medium. de immunit. Eccles.* Dec. *cons. 444. num. 8.* Decian. *resp. 72. num. 49. vol. 2.* Parif. *cons. 21. num. 38. vol. 1.* Regner. Sixtin. *3. cons. Marp. 15. num. 12.* Dec. *cons. 675. Consuluit elegant. in fin. & cons. 683. In casu proposito. numer. 7. vers. quarto videtur.* Pacian. *1. cons. 29. numer. 66.*

II. Præfa-

Præfatio legis mentem declarat, *l. Titia 134. §. idem respondit 2. ff. de V. O. l. fin. de hered. inst. gl. in l. 1. verb. consentientes. ff. de judic.* Roland. à Valle *cons. 86. num. 58.* Regn. Sixt. *3. cons. Marpurg. 15. numer. 21.* Bart. & Bald. *in l. filium habeo. ad SC. Maced.* Pantschm. *2. quæst. pract. 21. num. 25.*

III.

Præfatio causativa seu ratiocinativa limitat dispositionem, non narrativa, *l. fin. ff. de hered. inst. l. regula 9. §. fin. ff. de jur. & fact. ign.*

IV.

Quæ in præfationibus præmittuntur, ea in sequentibus repetita intelliguntur. *l. Titia 134. §. 1. de V. O.* Pacian. *in not. ad §. at ne plurimi 15. de L. Aquil.* Hortens. *ad l. 13. §. 1. de serv. præd. urb. p. 115.*

Limita (1) nisi specialiter dictum ei derogaret, Hostiens. *d. loc.* certè in medio tractatu dictum, quamvis generale, proximis quibusque seu generalibus accommodari debet, idem *d. loc.* (2) Non procedit, quando fieret ex intervallo, quia tunc præsumitur oblivio vel error, *l. sed etsi me putem 22. §. 1. de condict. indeb.* & censentur partes recessisse ab illis prius dictis, Bart. *in l. item quia §. fin ff. de pact.* (3) Quando repetita sunt separata, Bald. *in l. per retentionem. C. de usur.* (4) Quando repetitio esset odiosa, veluti in usuris, Bald. *d. loc.* Vel (5) si esset inter alias personas, Gloss. & Bart. *in l. in repetendis. ff. de leg. 3.* Bart. Socin. *in tr. reg. num. 420.*

CAP. LXXIX.
Præjudicia.

Axioma I.

Præjudicia summarum curiarum sequi convenit, Gloss. & Dd. *in l. nemo. C. de sentent. & interloc.* Zasius *in rubr. ff. de Except. num. 6.* Plot. *in l. si quando. n. 156. C. unde vi.* Afflict. *dec. Neapolit. 383. n. 8.* Meril. *decis. 1. n. 2.* Vult. *3. cons. Marp. 29. n. 108.* quia solum ex judicati causa nascuntur, *l. 1. in fin. l. 3. l. singulis 6. & tot. tit. ff. de Except. rei judic.* Gœdd. *3. cons. Marp. 32. n. 226.* Unde & præjudicia Cameræ Imperialis vim Legis habere dicuntur, quia ipsa summi Principis sit consistorium, & ipsum Imperatorem repræsentet, Carpzov. *4. respons. 37. numer. 11.* quo faciunt tradita à Dd. de præjudiciis Neapolitanis, quod ea etiam communi contrariæ præferantur, Afflict. *decis. Neapolit. 96. num. 11. & decis. 169. num. 9.* quem sequuntur Bolog. *in l. 1. num. 38. vers. sed decisio sacri. ff. si cert. pet.* Anton. Gravat. *in addit. ad Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. n. 17.* quemadmodum & de Rota Romana statuit Chucal. *in addit. ad Dec. in l. jura sanguinis. num. 7. vers. contrarium. ff. de R. I.* Enimvero cum præjudiciis inniti admodum periculosum sit, ideò cautè allegari debent; nam in his modica sæpe diversitas facti magnam inducere diversitatem juris potest *l. si ex plagis 52. §. in clivo 2. ff. ad L. Aquil.* Dec. *in l. precibus. num. 4. C. de impuber. subst.* nec tam spectandum, quid Romæ factum, sed quid fieri debeat, *l. sed licet 12. ff. de offic. Præsid.* & ita de præjudiciis sentiunt Molin. *in com. ad 34. reg. Cancell.* Roman. *de publ. resignat. n. 35.* Cons. Arg. *1. cons. 11. n. 97. vid. infr. res judicata.*

II.

De cujus præjudicio vel interesse agitur, semper est citandus. *l. si eo tempore 6.* ubi Bart. *Cod. de remiss. pignor.* cum his quæ latius congerit Socinus *cons. 282. Vias tuas. col. 2. vol. 2.* Felin. *in cap. humilis. colum. 1. circa fin. de majorit. & obed. & in cap. exhibita. in princ. de judic.* Ludov. Gomez. *ad §. quædam. Inst. de act. n. 1.*

III.

Alteri per alterum præjudicari & iniqua conditio inferri non debet, *l. 74. de R. I.* C. A. *de pact. thes. 204. l. coheredibus 17. C. famil. hercisc. l. 27. §. 4. ff. de pact. cap. denique 10. 14. quæst. 6.* hinc absque præjudicio alterius nemini dari debet privilegium, *cap. quia 2. extr. de relig dom.* nemini enim est dandum, ut alteri præjudicium fiat, *l. licet 23. extr. de testib.* nec præjudicare intendit alicui Papa per privilegium, *c. pen. extr. de Eccl. de ædific.* vel per mandatum, *cap. licet 12. c. grave 19. extr. de offic. ordin.* vel per literas, *cap. quæ 29. cap. dudum 31. extrav. de privileg.*

IV.

Præjudicium non debet facere constitutio absentibus & futuris, quia taliter facta non valet, *cap. cum omnes 6. extrav. de Const.*

V.

Nemo negligentiam suam debet referre ad alienam injuriam, *l. 3. de transactionibus.*

VI.

Præjudicat confessio in jure facta, *cap. dudum 54. extr. de Elect. cap. constitutus 7. extr. de pœnitent.* ita procuratoris confessio præjudicat Domino, *cap. subortæ 21. extr. de sentent. & de re judic. cap. quoniam 21. extr. de privileg.* ita præjudicat parti confessio sui advocati, nisi eodem die revocetur. *c. cum causam 62. extr. de appellat. cap. olim 20. extr. de censib.* ita præjudicat Ecclesiæ confessio Syndici vel Procuratoris, *c. dilectus 2. extr. de Capell. Monach.* ita matrimonium juramento *c. sicut. 22. extr. de sponsal.* ita juri consvetudo, illudque tollit. *c. 1. extr. de cognat. spirit.* tacitam etiam renunciationem præjudicare, text. est *in cap. cum olim 19. extr. de censib.* Sententia tamen lata in incidenti aut minus principali (maximè si de ea summariè tantum sit cognitum) in principali non præjudicat. *l. si judex 10. de his qui sui vel alien. jur.*

VII.

Præjudicium non facit militis conatus, *c. attestationes 10. extr. de desponsat. impub.*

VIII.

Quæ invito te sunt acta, tibi non præjudicant. *l. in causas 27. ff. de procur.*

IX.

Præjudicialis quæstio facit conquiescere causam principalem, *cap. si judex 12. in fin. de sentent. excomm. in 6.* ita causa natalium ad causam successionis, quia præjudicialis, primum terminatur, aliàs

aliàs ordo juris subverteretur. *cap. pen. extr. de ordin. cognit.* ita quando ex duobus judiciis sequi potest contrarietas sententiarum, tunc unum dicitur esse alteri præjudiciale, & uno incepto debet alterum silere. Cravett. *consil. 253. responsiones sub num. 20. vers. secundo quod judex. col. penult.* ubi dicit, quod in petitione hereditatis intentata à filio, debet judex secularis supersedere, quando coram judice Ecclesiastico disputatur de validitate matrimonii, ne sequatur confusio, & absurdum, quod Judex Laicus pronunciet actorem esse heredem tanquam filium, & judex Ecclesiasticus pronunciet matrimonium non valuisse, & per consequens actorem non esse filium legitimum. vid. & Paul. de Castr. *in l. nulli prorsus. in fin. C. de judic.* ita sententia lata super invaliditate testamenti exceptionem parit in causa legatorum, quia una alteri est præjudicialis, ut ait Bart. *in l. sive contra. 3. §. quia Plautianum. num. 5. vers. dico ego. col. 2. ff. de agnosc. & alend. liber.* ubi ait, quod causa præjudicialis dicatur multis respectibus, & præsertim respectu contingentiæ veluti, quando una causa sic se habet ad aliam, quod absolutoria lata in una parit exceptionem in altera. vid. & Castr. *cons. 268. in facto. num. 3. vers. ulterius videtur. col. fin. volum. 1.* Bart. *in l. si inter me & te. ff. de Except. rei judic.* Marant. *in 20. distinct. judic. part. 4. de ordin. judic. pag. 78.* Confer quæ post Cujacium notavimus *ad tit. Cod. quando civilis actio criminali præjudicet.*

CAP. LXXX.
Præmium.
Axioma I.

Præmium debetur bene merentibus. *l. ult. C. de statuis & Imagin. l. ult. ibi quæ nobis ex ante gestis commendata est. C. de offic. Magistr. milit. l. 1. ibi nemo suffragio (aut compotatione) sed de labore unusquisque perveniat. C. de offic. Magistr. offic. l. nemini 11. §. 1. ibi peritia juris esse instructum. C. de Advocat. 1. can. 2. ibi cum sit nimis absurdum, ut quis cum vanitate & imperitia ad honores ascendit. Clement. de Magistris. can. ex multis 9. ibi qui moribus & disciplina atque scientia divites caus. 1. quæst. 3. l. 7. C. de prox. scrin.* Kirchner. *lib. 4. de offic. & dignit. Cancellarii cap. 6.* vid. Walther. *de privileg. Dd. c. 6. §. 26. p. 79.* licet aliter tota die usu venire, latè queratur Hieronym. Franc. *ad l. quod à quoquam 46. de R. I.* vid. Guilielm. Anton. *de rescript. morator. tit. 10. concl. 68. n. 40. pag. 809. & seqq.*

II.

Præmia virtutibus tribuenda sunt. *Clem. cupientes 3. pr. de pœn.* præmio itaque donantur, qui factionem initam produnt. *c. si quis 22. §. sane 6. q. 1.* Videndum tamen ne præmii expectatio justitiam evertat. *c. 1. de sent. & re jud. in 6.* Unde præmio ab accusatione recedere non licet, *c. 1. extr. de colluf. deteg.* nec præmio judex judicare, *c. 1. de sent. & re judic. in 6.* aut sententiam justitiæ ferre debet, *cap. qui rectè 66. 11. quæst. 3.*

III.

Præmiis qui non possunt induci ad observantiam juris, debent pœnis coërceri. *Clem. cupientes 3. in princ. de pœn.*

IV.

Præmiorum honor est juris militaris, *c. jus 10. dist. 1.*

V.

Nemo præmium ex dolo suo consequi debet. *l. item demum 31. de recept. arbitr. c. si vero 34. de sentent. excomm.* latè Hieronym. Franc. *in Comment. ad l. quod à quoquo 47. de Reg. Jur.* ac ne quidem ex alieno. *l. 14. §. 5. in fin.* ibi; in alterius præmium verti alienum metum non oportet, *quod met. causa.*

VI.

Præmia certis factis constituta ex qualitate facti, non ex utilitate eventûs mensuranda sunt. Hinc ei, qui occiderat gravidam leænam, majus præmium non debetur, quàm qui leonem occidit; remuneratur enim industria, quæ major utique non fuit propter fœtum in leænâ. Perez. *C. de Venat. Ferar. n. 15.*

VII.

Ad virtutem plus allicit spes futuri quàm præmii accepti memoria. Hinc liberis non debent dari paternorum officiorum expectativæ. Perez. *C. de Filiis official. n. 12.*

VIII.

Præmia ab ipso principe conferenda sunt, ne suam perdant gratiam. Perez. *C. de Castrensian. num. 8.*

CAP. LXXXI.
Præparatoria.
Axioma I.

Præparatoria sunt præmittenda. *l. 1. ff. de orig. jur. l. 1. de interrogat. act. l. 1. ff. si cert. pet. c. ante baptismum 54. de consecr. dist. 4.* Dec. & Dd. post *gloss. ad rubr. C. de edend.*

Intellige probabiliter, non necessario; aliquando enim ab hac regula receditur propter aliquam aliam rationem; ita aliquando leviora præmittuntur, *ut in proœm. Inst.* aliquando digniora, *§. ult. Inst. de jure nat. gent. & civil.* aliquando antiquiora, *§. singulorum. Inst. de rer. divis.* quandoque origines rerum, *ut in tit. de orig. jur.* quandoque Etymologia, *l. 1. de justit. & jur.* quandoq; generaliora, *l. 1. ff. si cert. pet.* & quandoque aliter servatur, prout magis convenire videtur, juxta *text. in l. 2. ff. de stat hom.*

II.

Factum in præparatoriis non trahitur ad principale. Dec. *in rubr. C. de edend. n. 1.* Felin. *in c. cum dilecta de rescript.* Oldrad. *cons. 30.* Roman. *singul. 23. & consil. 461. & singul. 624.* Fabian. de Monte *de Empt. vendit. quæst. 3. princ. n. 27.*

Declara hoc procedere in rebus ac negotiis separatis ac diversis, *c. Nicolao 64. de appellat. l. sed si tantum 13. ff. de pact. & l. ex hoc jure utimur. 86. ff. de solut.* secus in connexis & se invicem contingentibus & consequentibus. *l. quod servus 35. ff. de solut. ibi sed et si qui pecuniam.* Bart. *in l. filiæ. ff. de solut.* Dec *cons. 330. n. 3.* Benevenut. Stracha

de

de Mercatura. titul. de mand. n. 23. Fach. *2. contr. jur. contr. 93. in fin.*

CAP. LXXXII.

Præponens, Præpositus.

Axioma I.

Præponens facto sui officialis contravenire nequit. Limita (1.) in fisco *l. 3. C. de jure fisci*, ut & si procurator ejus fidem habuerit de pretio. *Perez. C. ne fisc. rem quam vend. n. 5.* (2.) in Ecclesiâ *l. 14. §. 1. C. de SS. Eccles.*

Amplia: nec princeps rem à suo fisco venditam repetere potest, nec una fisci statio alterius stationis gesta. *Perez. ibid. n. 3. & 7.*

II.

Præponens tenetur de culpâ eorum quos præposuit; imputare enim sibi debet, quod parùm diligentes homines adhibuerit. Et ubi lex alicui personalem inspectionem rei alicujus committit, non potest eam curam alteri demandare. *Perez. C. de condit. in publ. horr. n. 11. seqq.* nisi probet, se omnem diligentiam adhibuisse. Præpositi tamen priùs sunt excutiendi quam præponentes, quia qui aliquem ad officium publicum nominant, pro eo fidejussisse censentur, *l. 8. C. de suscept. Brunnem. ad l. 2. C. eod.*

Limita: quòd tunc demùm substitutus priùs conveniendus sit, si (1.) substitutio facta sit cum approbatione superioris. *l. 13. C. de murileg.* (2.) si substitutio facta sit ex necessitate *l. 67. §. 1. de legat. 2.* aliàs præponens primùm convenitur, quia substitutus munus suum exercet periculo substituentis *l. 11. §. 1. ad municipal.*

CAP. LXXXIII.

Præposteratio seu ordinis inversio.

Axioma I.

Præposteratio non nocet. Gothofred. Anton. *disput. feud. 4. thes. 8. lit. a. 2. F. 4.* quod non modo in legatis obtinere, §. *34. Instit. de legat.* sed etiam in omnibus contractibus, testamentis & stipulationibus, patet *ex §. item si quis ita 14. Inst. de inut. stipul.* Ratio, quia hodiè etiam in stipulationibus voluntas potius & consensus contrahentium, quam verborum scrupulositas spectatur. Gisan. *ad d. §. 14. Inst. de inutil. stipul. per §. 1. Inst. eod.*

CAP. LXXXIV.

Prærogativa, Præcedentia.

Is est potior, qui prior in officio præcesserit; ille vero subsequi debet, quem recentius examen probaverit. *l. 1. C. de præpos. sacri cubic. lib. 12.* conf. de Præcedentia *Jac. Gothofr. Magon. Goldast. Arum. 2. decis. 1. & 34.*

CAP. LXXXV.

Præscriptio. *conf. Rubr.* Usucapio.

Axioma I.

Præscriptio non præsumitur. Corn. *consil. 326. in fin. vol. 2.* Alex. *conf. n. 12. vol. 2.* Paris. *conf. 27. n. 89. vol. 1.* Mascard. *de probat. concl. 1212. num. 1.* etiamsi sit temporis immemorialis. Paris. *d. consil. 27. num. 9. & cons. 104. num. 121. vol. 1.* Natt. *cons. 179. n. 18. vol. 1.* Vult. *2. conf. Marp. 30. n. 57.* quia est facti. Vult. *1. conf. Marp. 22. num. 13.* Bald. *cons. 450. vol. 4.* Abbas *conf. 82. col. 3. vol. 1.* Ideoque præscriptionem alleganti incumbit onus probandi. *c. ex literis 3. extr. de probat.* Bald. *in conf. 450. super primo. vol. 1.* Cravett. *conf. 29. col. fin.* Roland. *conf. 89. num. 30. vol. 1.* Bald. *in l. Celsus, §. ult. n. 9. de usucap.* Pacian. *conf. 3. n. 56.*

II.

Præscriptio circa illa, quæ sunt contra publicam utilitatem, nihil operatur. Abbas *in c. extirpandæ. §. qui verò. num. 27. de præbend. & cap. cum non de præscript. n. 1. & 13.* Mandel. *conf. 62. num. 35. & conf. 64. num. 91.* Henric. Boich. *in c. si diligenti. num. 51. de præscript. & ante eum* Castr. *in l. jam pridem. C. commun. de usucap.* Petr. de Ubald. *in repet. d. c. si diligenti in 7. requisito. ibi septimo quæritur. col. 3.* Gylman. *1. p. 2. vot. 4. tit. 11. num. 29.* Quia functiones publicæ non præscribuntur, nisi mediante titulo à fisco concesso, per ea quæ allegat Joh. Gallien. *q. 360. ibi sexto in libro, qui inscribitur, stylus Parlamenti Paris.* Gylman. *d. loc. n. 30.*

III.

Præscriptio nulla currit adversus agere impeditum. *l. 1. §. ne autem 2. C. de annal. except. Authent. nisi tricennale. & ibi gloss. in verb. apparuerint. C. de bon. matern. l. quæcunque 4. in fin. C. de bon. quæ liber.* Carpz. *part. 2. const. 50. def. 6. num. 3.* Coll. Arg. *de usucap. thes. ult.* eamque regulam proficisci à ratione naturali scribit Argentr. *in consuetud. Britan. art. 45. num. 2.* propter quam non est conveniens, ut is pœnam patiatur, qui nullam culpam commisit, Bald. *in d. Auth. nisi. in pr.* ubi ait: quod si statutum dictat, ut omnis currat præscriptio, qui sua debita non exegerint intra decem annos, ei non curret præscriptio, qui agere impeditus est, quia illa regula est naturalis, nec naturalis æquitas patitur, ut ibi sit pœna, ubi non est negligentia. Pacian. *1. consil. 148. num. 5.* idem obtinere & in exceptione patet ex eo, quod quamdiu non agitur, exceptioni nulla currat præscriptio. *l. pure 5. §. fin. ff. de except.* quod procedere in meris exceptionibus, non verò in illis, quæ non tantum per modum excipiendi, sed etiam per formam agendi, & per implorationem officii judicis possunt proponi, differit Wesenb. *in parat. d. tit. num. 12.* Quamdiu verò dormit præscriptio, tot anni, quibus dormit, detrahuntur, & à quocunque tempore quis agere potuit, ab eo tempore currit præscriptio.

Regulam itaque quod attinet, hanc declarat Ludov. Gomez *ad §. rursus Instit. de act. n. 14.* quod ea procedat in impedimento juris, per ea quæ trad. Aretin. *in l. pacta novissima 10. l. 2. C.*

de pact. Jason. *in §. item si quis in fraudem. num. 87. Instit. de act.* Corset. *cons. 191. & cons. 304. col. pen. vol. 3.* Henric. Boich. *in cap. auditis in 2. distinct. extr. de præscript.* Matth. de Afflict. *in tract. protymis, pag. 10. col. 1.* secus in impedimento facti. §. *rursus. Instit. de act.* tunc enim si impedimentum sit justum, licet agere non possit, currit tamen præscriptio, sed restituitur *l. & Atilicinus 35.* ubi Bart. *ff. de servit. just. præd.* si vero injustum, præscriptio quidem currit, & non restituitur, *l. 2. §. si quis tamen. ff. si quis caut.* Bart. *in l. Senatus. ff. de offic. Præsid.* quod tamen de Jure Canonico limitat Jason. *in d. §.* ita ut non obtineat, si impedimentum culpâ suâ pervenisset, *per cap. quia diversitatem 5. de conces. præbend.* Quod si itaque impedimentum processerit culpa impediti, immediata præscriptio quidem currit. Secus si illud impedimentum etiam proveniens culpa impediti ad hoc non fuisset ordinatum, sed postea demum mediante alio impedimento evenisset, quo casu benè excusabit, quia talis causa mediata non inspicitur, sed immediata, *l. sed si plures 10. §. in arrogato 6. ff. de vulgar. substit.* Roman. *cons. 9.* Rochus de Curt. *in tract. de jure patronat. in verb. competens. in 2. quæst. 8. in princip.* Felinus *in cap. cùm oportebat. colum. 6. de Accusation. & in cap. de cætero. de sentent. Excommunic.* Ita etiam non interrumpitur præscriptio per tempora belli, quando jus redditur. Menoch. *consil. 896. n. 32.* Klock. *tom. 1. consil. 7. n. 414. Hahn. ad Wesenb. de usucap. & præscript. n. 14.* Sed hodiè juxta Recessum imperii de anno 1654. indistinctè detrahitur tempus belli, sive jus redditum fuerit, sive non. Quod & in Pomeraniâ in vindicatione rusticorum observari testatur *Mev. P. 4. decis. 311.*

Limita, ut cùm in præscriptione conventionali non dormiat præscriptio, ibi quoque anni pupillaris ætatis non detrahantur, sed computentur, de quâ est *l. Æmil. 38. ff. de minor.* Conf. *Sam. Stryckii disputat. inaug. ad d. l. cap. 5. num. 5. seqq.*

IV.

Præscriptio in Feudis contra Dominum non procedit, *c. Imperialem vers. nullius temporis. de prohib. Feud. alien. per Frider. 2. Feud. 55. cap. 1. §. præterea. & ibi* Andr. de Isern. *d. cap. Corradi. 2. F. 40.* quia quod ab initio non valuit, non potest tractu temporis convalescere, *d. cap. 1. de prohib. feud. alien.* Decius *cons. 88. n. 8. vol. 1.* Cons. Arg. *1. cons. 38. n. 16.* Gœdd. *3. cons. Marp. 33. n. 233.* ubi verum esse ait, quod ipsam rem in feudum datam, quam propter continuam malam fidem vasalli nec ipse, nec heredes ejus præscribere possunt, sicut nec is, in quem alienaverit, sive bonæ sive malæ fidei possessor fuerit. Aliàs enim præscriptionem adversus culpam, vel præstationes, aut alias incidentes vel emergentes causas, licet originem à re feudali aut contractu negotiove habeant, nullibi reperiri inter Dominum & vasallum prohibitam vel sublatam, quin potius concessam esse monstrat, *per cap. si quis triginta. cap. si Titius 51. si de feud. defunct. content. cap. 1. §. porro qualiter olim feud. possit alienar. cap. 1. §. porro.* ubi Matthæus de Afflict. *n. 62. quæ fuit prima causa beneficii amitt.* Schraderus *de feudis, p. 2. part. 9. in princip. sect. 14. num. 15.*

V.

Quot annis præscribuntur immobilia, tot annis etiam jura immobilibus annexa, quia accessorium sequitur naturam sui principalis. Exemplum est in servitutibus *L. 2. C. de servit.* jurisdictione & aliis juribus incorporalibus.

VI.

Quoties ad præscriptionem accedit bona fides, toties æquè tribuit dominium ac usucapio. Quia hodiè ratione effectûs inter præscriptionem & usucapionem nihil interest. *lib. 11. C. de usucap. transf.*

Amplia, ut procedat in præscriptione tam longi quàm longissimi temporis. Conf. *Brunnem. ad l. 8. C. de præscript. 30. vel 40. ann.*

VII.

Quoties per præscriptionem exceptio tantùm quæsita, toties prodest soli possidenti, neque ei possessione amissâ ulla competit vindicatio.

Ratio generalis est, quod jura facilius dent exceptionem quàm actionem. arg. *l. Arrianus 47. ff. de O. & Act.* Specialis est, quòd præscriptio dominium non tribuat, hinc ex illâ non competit rei vindicatio. Ita si res corporales sine titulo malâ fide per triginta annos possederim, aut alter pensiones sive debitum intra idem tempus non exegerit, exceptio competit, non verò amissâ possessione vindicatio.

Limita, ut tamen contra illum, qui per vim abstulit possessionem, asserere possim interdicto unde vi, vel condictione ex *Can. Redintegranda. cauf 3. q. 1.* idque in odium spoliatoris.

VIII.

Is, qui habet minùs legitimum ingressum officii vel dignitatis, nunquam præscribit. Itaque licet Decurio per 40. annos militaverit, is tamen & liberi ejus in militiâ nati non possunt se præscriptione tueri. *l. 55. C. de decur.*

IX.

Præscriptio libertatis contra servitutem est favorabilior, quàm servitutis contra libertatem. Soarez. *consil. 3. vers. ad secundam quæstionem. n. 30.* Albericus *de munerib. n. 9.* Gylmann. *tom. 4. 1. vot. 30. numero 120.*

X.

Præscriptio videtur quid habere iniquitatis, Bald. *in l. 1. §. puerilem 3. ff. de postulând.* quia vergit contra naturalem & positivam justitiam, & sic consistit quidem in jure bono, sed non æquo, cùm tueatur aliquem contra verum rei Dominum. Angel. *in l. sequitur. §. si viam de usuc.* & locupletetur quis cum aliena jactura, *l. jure naturæ 206. ff. de R. I. l. nam hoc natura 14. ff. de condict. indeb. l. 6. §. 3. ff. de negot. gest. cap. locu-*

locupletari 48. de R. I. in 6. Zasius *conf. 16. n. 54.* Parisi. *in rubr. de præscript. n. 8. Novell. 9.* Arnisæus *lib. 2. cap. 2. de Majest. n. 5.* Quod secundum quid non simpliciter admittit Joh. Bilstein. *ad Inst. tit. de usucap. object. 1.* Invitis enim Dominis bona usucapere naturali æquitati quidem adversatur; at scientibus & permittentibus Dominis bona usucapere nihil ferè aliud est, quàm ab eis ex donationis titulo bona acquirere, cùm nemo videatur fraudare eos, qui sciunt & consentiunt, *l. quod autem 6. §. præterea 9. ff. de his quæ in fraud. cred. fact. sunt.* Hinc & primariò & contra juris sui contemptores principaliter ea est introducta, *c. vigilanti 5. extr. de præscript. cap. placuit 15. §. præscriptionum 16. quæst. 3.*

XI.

Præscriptio habetur pro completa, quando paucissimi dies restant, *l. si fundum 16. in fin.* ibi: *paucissimi dies ff. de fund. dotal.* Gloss. *in l. 4. §. Labeo. ff. de acquir. possess. & in l. 1. §. qui autem. verb. habiturus. ff. de vi arm.* Bald. *in cap. fin. col. 4. de præscr. fac. & l. rerum mixtura 30. §. Labeo 1. ff. de usucap.*

Limita, procedere tantum in præscriptione favorabili, secus in odiosa, Glossa *in l. in usucapionibus. ff. de diverse. & temp. præscript.* quam sequitur Roman. *in d. §. Labeo.* Adde gloss. *in l. 3. §. minorem. ff. de minor.* ubi ait, quod in præscriptione odiosa oportet ultimam diem ex toto esse completam, secus in aliis, quib. dies cœpta habetur pro completa, *d. l. in usucapionibus.* Alex. & Jason. *in d. §. Labeo.* Felin. *in c. illud. col. fin. vers. octavo concl. de præscr.* Unde quando quis *ex tit. quib. ex causis major.* vellet restitui ad complendam præscriptionem, remedium istud locum non haberet, quia certaret de lucro captando, Ludovicus Gomez *ad §. rursus Instit. de actionib. n. 3.*

XII.

Præscriptio in uno, non extenditur ad reliquum. *cap. cùm contingat 29. extr. de decim. cap. auditis 15. cap. cum olim 18. extr. de præscript.* Hostiens. Johannes Andr. Panormitan. Felinus *in cap. cùm ex injuncto. de hæretic.* Panormitan. *in cap. accepta. in fin. de restitut. spoliat.* Everhard. *in loc. à contract. ad distract. n. 6.* quia juris est strictissimi, *dict. cap. auditis. de præscript.* Wesenb. *lib. 1. conf. 34. num. 25.* Balb. *in tract. præscript. 2. part. p. 2. n. 11.*

XIII.

Præscriptio in pupillari ætate dormit, *l. sicut 3. C. de præscript. 30. annor.* Panorm. *in cap. non licet, col. 3. de præs. n. 10.* Bald. *in l. etiamsi a patre. num. 5. de minor.* Cons. Arg. *1. conf. 38. num. 13.* Bart. *in l. fin. n. 11. C. in quib. caus. restit. in integr. non est necess.* Castrens. *conf. 440. col. 3. vers. Tertio objicitur.* Hieron. Gabriel. *cons. 163. num. 12.* Guid. Pap. *quæst. 31. n. 2.* atque indistinctè in minori ætate constituto præscriptionem non currere, tradit Alex. *conf. 31. col. 5.* Nicol. Everhard. *conf. 162. n. 3.* præscribi enim non potest juri, quod non competit, *l. 1. §. ne autem 1. Cod. de annal. except. Ital. contr. l. 1. ff. de temporal. præscript.* Bart. *in l. cum notissimi. §. sed cum illud. C. de præscript. 30. annor. & in l. pignori. ff. de usucap.* Tiber. Decian. *conf. 108. n. 43. vol. 3.* nec non entis ullæ sunt qualitates, *l. ejus qui 41. §. pen. ff. de reb. credit.* Vult. *1. conf. Marp. 17. n. 7.* cùm non censeatur præscriptione sublatum, quod non sit in actu & potentia causatum, Wesenb. *1. conf. 2. n. 41.*

Declara, hanc regulam procedere in præscriptionibus temporalibus, quarum respectu minor ipso jure tutus esse dicitur, *l. ult. Cod. in quibus caus. restit. non est necessaria.* C. A. *lib. 4. tit. 4. thes. 28.* secus in præscriptione 40. annorum, ut quæ contra minorem puberem & inchoëtur & currat, *d. l. ult. l. 3. vers. sed si pupillaris. l. 7. C. de præscript. 30. annor.* Pacius *in Method. C. de servit. & aq.*

XIV.

Præscriptio fluere principiumque suum mutuari debet à titulo ad dominium transferendi idoneo, *l. 1. in fin. ff. de pub. in rem act.* Wesenb. *1. conf. 2. n. 22.* Ea enim requirit bonam fidem & justum titulum, *c. ult. c. si dilig. 17. extr. de præscr.* adeò ut & in quavis præscriptione titulus probari debeat, *c. dudum 31. extr. de præscr.*

Limita, in præscriptione absque titulo bonâ fide, tamen per tricennium continuata; hanc enim simili gaudere præsidio, patet *exc. placuit 8. §. hæc de præscriptionibus 16. q. 3.*

XV.

Præscriptio non causatur ex solo temporis lapsu, Gloss. *in c. diu simul. de offic. ordin. & in l. obligationum ferè §. placet. ff. de Obl. & Act.* Bart. *in l. un. C. de usucap. transform.* Qui enim se fundat ex tempore, dicitur inniti circumventione temporis, *§. volumus. Auth. de iis qui ingred. ad appellat.* Bald. *cons. 184. col. 1. in fin. vol. 5.* Panorm. *conf. 71. col. 1. vol. 2.* Jason. *conf. 159. col. 3. vol. 2.* Fichard. *conf. 42. n. 4. vol. 2.* Afflict. *decis. Neapol. 265. n. 91.* cùm debeat habere suos comites, Vult. *1. conf. 22. n. 96.* Unde quia odiosa, Roland. *conf. 21. n. 38. & 46. vol. 2.* in dubio contra præscriptionem potius quàm pro illa facienda interpretatio, Cravett. *conf. 29. n. 9. vol. 1. & conf. 201. n. 37. vol. 2.* & contra illam judicandum erit, Cravett. *conf. 425. n. 7. & conf. 498. num. 15. vol. 3.* Cephal. *conf. 403. n. 23. lib. 3.*

XVI.

Præscribi nequeunt res, quæ meræ sunt facultatis, Bart. *in l. viam 2. de via publ.* quia naturalia semper sunt licita, cùm meri facti sint, nihilque juris ponant, cui præscribi possit. *Zoës. ad ff. de usucap. & præscr. n. 20.* Ita visitare molendinum est res meræ facultatis. *Mev. P. 1. dec. 60.* item luere pignus. *Köppen in usu Pract. Inst. obs. 90. n. 9.* item retrahere rem quandocunque libet. *Brunnem. in quæst. ad. Wesenb. de contr. Emt. q. 55.* (ex qua tamen lege id malè colligi ait Paulus Busius *in comment. ad d. l. 2.*) Wesenb. *in parat. de usucap. n. 10. & in parat. de jurisd. n. 14.* ubi hoc exemplificat in Jurisdictione Gail. *2. observ. 18. n. 5. in fin.* idem Wesenb. *in parat. de via publ. resic. num. 4.* ubi hoc exemplificat *in via pub.* Distinguit Wesenb. *in parat. de rescind. vend. circa fin.* inter ea, quæ absolutè sunt talia, & ea, quæ respectivè

tantum, seu relatione talia dicuntur. Ea, quæ absolutè talia sunt, simpliciter non præscribi refert, quia posita sint in cujuscunque jure absoluto & facultate independente, in quibus cum ratio præscriptionum cesset, (nimirum ne dominia omnium in incerto sint) quippe cum hoc pacto dominia rerum potius confirmentur, quàm incerta constituantur, meritò quoque cesset in his dispositio juris de præscriptionibus: posteriore verò casu, si tantùm quæ relatione sint meræ facultatis, verbi causa, servitutes & jura similia ab aliis debita, ea per non usum utique præscribi, *l. pen. C. de servit.* Wesenb. *d. loc. de rescind. vend.* scilicet possessione prius per prohibitionem, aut inficiationem, seu contradictionem adversarii interversa, Wesenb. *de jurisd. n. 14.* qui ita sibi ipsi componendus est, confer Bachov. *in disp. Treutl. 28. thes. 10. lit. D.* Hering. *de molend. q. 21. n. 15. & seq.* C.A. *de rer. divis. thes. 48.* unde etiam idem Wesenb. *in comment. Cod. de jurisdict. n. 75.* ita scribit: Nunquam mihi placuit illa regula, quod actibus meræ facultatis non præscribatur: An non jus agendi non est facultatis liberæ? an adeundi hereditatem? & similia, quibus tamen omnibus constat præscribi. Quare, pergit, verior est Gabrielis Romani *l. 5. de præscript. concluf. 10. cap. 1.* qui putat, ea tantum jura facultatis non præscribi, quæ in judicium non sunt deducibilia, hoc est, de quibus nulla competat actio, nullaque sit orta obligatio, cum non sufficiat aliquid esse facultatis simpliciter, sed simul etiam requiratur, ut sit facultatis publicæ, meræ, in judicium non deducibilis, nec juris quæsiti, idem Wesenb. *conf. 2. n. 94.* Quæ verò in obligationem deducta sunt, eoque in actionem & judicium produci possunt, his æquè ut reliquis actibus præscribatur: quam distinctionem etiam sunt amplexi Franciscus Balb. *dict. p. 4. n. 5. in princ. quæst. 1.* Tiraquell. *de retract. convent. §. 1. gloss. 2. n. 21.* Philippus Port. *3. comm. opin. concluf. 33.* Gœdd. *3. conf. Marp. 30. n. 310.* & Regner. Sixtin. *1. Consil. Marp. conf. 9. num. 61.* Ampliat id Gœdd. *1. consil. Marpurg. 28. n. 263.* etiam in præscriptione immemoriali. Omnes tamen à Wesenbecio motæ & hactenus recensitæ difficultates facile tolli possunt, si præsens axioma intelligas de rebus quæ sunt meræ facultatis *Naturalis*: nam quæcunque res est meræ facultatis *Civilis*, illa eodem tempore præscribitur quô alia jura; hôc enim casu ex contractu vel voluntate alterius nata est actio, tali verò actioni præscribi potest. Ita si simpliciter conventum sit, ut liceat rem retrahere, triginta annorum spatio præscribitur. *Zoës. ad ff. de Retract. n. 32.* ita & debito soluto pignori præscribitur 30. annis. Non verò Domino pascui id in arva mutantis potest objici, nunquam anteà id fuisse factum, aut longâ possessione id obtinuisse.

Declarationis ergo limitari poterit regula, tum præscribi iis, quæ sunt meræ facultatis, si præscribentis interveniat prohibitio, & subsequatur patientia illius, contra quem præscribitur per tempus ad præscribendum sufficiens *l. 18. §. ult.* ibi: *qui jus suum non interpellavit. ff. quemad. serv. amitt. l. 10. in fin. si serv. vind. gl. in. c. Abbate 25. de V. S.* vid. Ungepaur. *exerc. Justin. 7. q. 4.* Tusch. *pract. concl. tom. 6. concl. 537.* Et dicam in disput. ad Wesenb. suâ die uberius.

XVII.

Præscriptio conjuncta cum enormi læsione alterius procedere non potest, Ruin. *conf. 170. n. 34. vol. 1.* Cephal. *conf. 445. num. 44. lib. 3.* quia excludi potius præscriptio dicitur, quàm ut per eam quis decipiatur, *arg. l. 1. §. Magistrum 5. ff. de exerc. act.* Tiber. Decian. *conf. 13. n. 39. vol. 2.* Vult. *1. conf. Marp. 22. num. 49.*

XVIII.

Præscribi non possunt, quæ humanitatis intuitu alicui concessa sunt, *cap. Clerici 11. & seq. 16. q. 3.*

XIX.

Præscribi non potest, quod possideri non potest, *cap. causam 7. extr. de præscript.* sine possessione enim præscriptio non procedit, *cap. sine 3. de Reg. Jur. in 6.* Unde nec præscribi possunt ea, quæ quisque suâ auctoritate usurpat, quia nullo titulo possidere incipit, *c. dilectio 7. §. potest 16. q. 3.*

XX.

Tantum regulariter præscriptum, quantum possessum, quia præscriptio strictissimi Juris est, quæ nunquam ultra possessionis terminos extenditur. *Conf. l. 1. §. 6. ff. de itin. actuque privat.* Ita præscriptâ jurisdictione mediâ non etiam simul præscripta censetur jurisdictio alta. *Zoes. de jurisd. n. 32. Jas. in l. 3. ff. de jurisdict.*

Limita: nisi id, quod non possessum aut exercitum, sit ejusdem generis; actus enim ejusdem generis regulariter sunt connexi, connexa autem adesse præsumuntur.

XXI.

Præstationes annuæ, jährliche Zinsen/ præscribi non possunt.

Limita; scil. futuræ, nam præteritæ præscribuntur. *cap. 20. X. de Censib. Mynsi. cent. 3. obs. 13. Gail. lib. 2. obs. 73.*

XXII.

Præscriptio & privilegium sunt contraria, *c. auditis 15. cap. veniens 19. extr. de præscript. cap. penult. extr. de relig. domib.* unde quando dicitur, præscriptione vel privilegio quem tueri se posse, id intellige non simul conjunctivè ob rationem, quia sunt contraria, Glossa *in dict. cap. penult. extr. de relig. domib.*

XXIII.

Præscriptionem non facit longa usurpatio. *c. contra 8. dist. 100. c. Schisma 24. q. 1. c. causam 7. extr. de præscript.*

XXIV.

Præscriptum dici non potest, quod est interruptum, *cap. illud 11. ibique* Dd. *de præscript.* Bart. & Dd. *in l. naturaliter. ff. de usucap.* Gloss. & Dd. *in l. cum notissimi. in princ. & §. imo. C. de præscript. 30. annor.* Regner. Sixtin. *2. conf. Marp. 12. n. 165.* præscriptio enim debet esse continua, non interrupta, *cap. placuit 15. §. hæc de præscriptionibus 16. quæstion. 3.* nec præscribens in ullo, rei alienæ conscientiam habere debet. *cap. ultim. extr. de præscriptione.*

XXV.

Præscribi patiens, alienare videtur, *l. alienationis 28. de V. S.* Vult. *1. conf. Marp. 17. n. 73.*

XXVI.

Præscriptione sublata vel prohibita non censetur prohibita ea, quæ est immemorialis, textus *in Auth. ut de cætero. vers. illud quoque. junct. gloss. in verb. nulla temporis præscriptione. ibidemque* Angel. idem *in l. omnes. C. de præscript. 30. annor. & in l. non solum. in princ. de Usur.* Nic. Boër. *decis. 39. num. 12.* Matth. de Afflict. *decis. 254.* Alex. *conf. 60. in fin. vol. 1.* Dec. *conf. 496. col. 2.* Mynsi. *conf. 48. n. 12. & ad rubr. extr. de præsumpt. n. 18.* Regn. Sixt. *conf. Marp. 9. n. 31.* Heisterman. *1. conf. Marp. 7. n. 32.* Præscriptiones enim immemoriales fortioris sunt potentiæ, quàm sunt præscriptiones longi & longissimi temporis. *cap. 1. de præsumpt. in 6. cap. super quibusdam 26. §. præterea. & ibi* Panorm. *de V. S.* ubi habetur, quod tanto tempore, cujus initii memoria non est in contrarium, præscribantur etiam ea, quæ aliàs suâ naturâ non sunt præscriptibilia, *dissentit* Reincking *in fin. laudatus.* Hinc hujus virtus tanta, ut in condendis tantum possit, quantum potest Papa vel imperator, Baldus *in l. cùm proponas. n. 18. not ab. 6. Cod. de Nautic. fœnor.* Isern. *in c. 1. verb. flumina. n. 7. vers. hæc videntur. col. 3. quæ sint regal.* Jason. *in l. quò minus. n. 42. vers. Tertia ratio. ff. de fluminib.* Afflict. *in decis. 324. Agitur. n. 6. vers. item quod possessio.* Gozad. *conf. 8. In hac causa. n. 37. vers. & dicit. col. 9.* qua de causa & Imperatoris potestati æquiparatur, *d. cap. quibusdam. § præterea. extr. de V. S.* Alex. *conf. 6. vol. 1.* & copiosè Cravett. *in cap. absolutis. n. 13. vers. quarto quæro in 4. parte. de antiquit. temp.* Pacian. *1. conf. 161. n. 16.* ita præscriptio immemorialis dicitur habere vim constituti, *l. hoc jure 3. §. ductus 4. ff. de acq. quotid. l. 1. §. fin. l. 2. & l. fin. de aq. pluv. arcend.* Forster. *2. conf. Marp. 7. n. 32.* Schurf. *conf. 39. cent. 3. n. 4.* Corn. *conf. 74. n. 1. vol. 3.* Heisterm. *1. conf. Marp. 7. n. 33.* privilegii, *d. l. 1. & l. fin. de aq. pluv. arc. l. in summa 2. §. item. 3. ff. eod.* Gœden. *conf. 109. n. 169.* Gail. *2. obs. 52. n. 23.* non quidem vulgaris & simplicis, sed legitimi & ex certa scientia à Principe impetrati, Cravett. *de antiq. temp. p. 4. §. absolutus. n. 9.* legis scriptæ ac consuetudinis. *l. de quibus 32. § inveterata 1. ff. de LL. cum aliis* per Afflict. *deductis. tit. si de Feudo defuncti. contr. cap. si quis per 30. in princ. n. 10. & 11. & decis. 254. num. 4.* Paris. *cons. 14. n. 2. lib. 1.* Menoch. *2. arb. judic. cent. 1. cas. 4. n. 3.* Cephal. *cons. 458. n. 70.* contractus & pacti expressi, Hannibal. *in l. nemo potest. n. 592. de legat. 2.* Dec. *conf. 409. n. 6.* Ita perhibetur eam specialiter cum Principe niti. Rol. à Valle *conf. 66. n. 9. vol. 2.* imò plus operari, quam pactum expressum, Gloss. *in l. 1. in verb. coheredibus. in fin. famil. herciscund.* cùm sit tantæ autoritatis, ut solidam non modo producat præsumptionem, Alberic. Angel. Roman. *in l. sciendum. de V. O.* Balb. *in tr. de præscr. q. 6. n. 18. & 19.* sed etiam pro veritate habeatur. Gabriel. *de præscript. conclus. 1. n. 23.* Ripa *in l. quo minus. num. 41. de fluminib.* Cephal. *conf. 628. num. 65.* Bald. *conf. 257. quæst. versens. lib. 2. gloss. in l. 1. C. de servit.* Dec. *consil. 87.* Tob. Nonius *conf. 83. num. 2. 5. & 10.* Bald. *in c. cum causam. vers. porro de probat.* Zasius *conf. 16. n. 13. vol. 4.* imò ex ea transferri etiam dominium directum, tradunt Baldus, Salicet. Alexand. *in l. traditionibus. C. de pactis.* Decius *conf. 45.* Curtius jun. *conf. 158. num. 12.* Tob. Non. *d. conf. 83. num. 4.* In summa, hanc tantæ esse firmitatis, ut nemo contradicere audeat, dicunt Socinus jun. *conf. 76. n. 94. vers. & si per cursum. lib. 1.* Balbus *de præscriptione. 5. part. principalis.* Cephal. *conf. 403. n. 38.* Pantschman. *lib. 1. practic. quæst. 22. n. 29.* Ne dominia rerum sint in incerto, & quia per tantum temporis lapsum omne vitium omnisque defectus censetur sublatus. *cap. 1. de præscr. in 6to.* Et necessaria est hæc præscriptio, quoties nulla præcedentium sufficit, videlicet in præscribendis rebus testamento alienari prohibitis. *l. 3. §. 3. cum auth. seq. C. comm. de Legat.* (2.) In rebus dotalibus *l. 30. C. de jur. dot.* (3.) In rebus civitati vel piis causis testamento vel alio titulo inter vivos concessis. *l. 23. C. de SS. Eccles.* (4.) In bonis domanialibus, Taffel-Güter *cap. intellectum 28. s. 33. X. de injur.*

XXVII.

Quodcunque jus per privilegium concedi potest, illud etiam acquiri potest per præscriptionem immemorialem, quia hæc præscriptio est instar privilegii. *cap. præter ea 26. X. de V. S.* Exemplum est in jure venandi, monetandi, telonii legitimandi, item in immunitatibus à functionibus publicis. *l. 4. l. 6. C. de præscr. 30. vel 40. annor.*

XXIIX.

Quæcunque regalia à privato possunt possideri, illa possunt per præscriptionem immemorialem acquiri, quia ad omnem præscriptionem requiritur possessio, & tantum præscriptum est, quantum possessum. Exemplo sunt omnia Regalia minora; majora enim, quæ ipsam administrationem reipubl. immediatè tangunt, à privato quà tali possideri non possunt, quia exercitium eorum necessariò involvit conceptum Imperii in rempubl.

Limita: ut tamen minora Regalia à privato acquisita potiùs nomine privilegii veniant quàm Regalium. Nam exercitium quidem Regalium acquiritur privato, non etiam ipsum jus. Conf. *Stryck exam. jur. feud. cap. 9. q. 22.*

XXIX.

Præscripta accensentur rebus judicatis & transactis, *l. 1. in fin. ad SC.* Tertull. Bart. *in l. omnes. n. 41. de justit. & jur. vers. præscriptione.* Wesenb. *1. cons. 5. num. 40.* Vis enim præscriptionis ea est, ut omnis lis & controversia per eam definiatur secundum eum, pro quo est, Bart. *in l. si pupilli. §. videamus. ff. de negot. gest. & in l. fin. ff. pro suo.* Balb. *de præscript. p. 1. quæst. 9.* Alex. *consil. 213. in princ. vol. 2.* Wesenb. *cons. 22. num. 6. volum. 1.* ac præscriptione 30. vel 40. annorum jus omne tollatur, *l. sicut 3. l. omnes 4. l. cum notissimi 7. C. de præscript. 30. annor. c. cum quæritur. & ibi gl. in fin. 35. quæst. 9.* Bart. *in l. Prætor. §. 1. de oper. nov. nunc.* Paris. *cons. 3. num. 17. vol. 4.* Unde non sine ratione exceptionem præscriptionis esse peremptoriam, & litis finitæ, docuerunt Bald. *in l. postquam liti. C. de pact.* Corn. *in l. Eleganter. §. si quis post. num. 10. vers. decima tertia. ff. de condict. indeb.* Marant. *in suo Specul. p. 6. memb. 9. num. 11.* Lancellot. *de offic. Prætor. in civilib. lib. 1. c. 9. n. 11.* Asinar. *in sua Practica § 13. cap. 3. sub rubrica de Except. peremptor. num. 3.* Riminaldus sen. *cons. 430. n. 9. vol. 3.* Boer. *decision. Burdegal. 344. n. 2. & 8.* Villalob. *in Theatr. commun. opin. lit. P. num. 286.*

XXX.

PRÆSCRIPTUM tantum censetur, quantum possessum, *l. 1. §. si quis hoc interdicto 4. ff. de itinere actuque privato l. 18. §. fin. ff. de acquir. possess. cap. cum olim 18. de præscript. cap. sine possessione 3. de Regulis Juris. lib. 6.* ubi plures collegi illationes *in collectan.* itemque *in cap. auditis 15. extra. de præscript. num. 2.* exornant Aufrer. ad Capellam Tholosan. *quæst. 323.* Paris. *cons. 27. n. 150. vol. 1. & cons. 73. num. 13. vol. 4.* Pute. *decis. 102. n. 2. lib. 1. in correct.* Abbas *in c. antecedentibus. in fin. de privileg.* Jason. *in l. 3. §. possideri. num. 35. ff. de acquir. possess.* Boer. *decis. 58. num. 6.* Capyc. *decis. 209. n. 32.* Mascardus *de probat. concl. 14. num 23. & conclus. 946. num. 8.* Honded. *cons. 79. n. 47. lib. 1.* Mar. Anton. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 70. num. 20.* Anton. Monach. *Lucensi decis. 14. n. 56.* Aldret. *in allegat. Jur. pro omnimoda Regularium exempt. p. 2. c. 4. n. 12.* Gabriel. *5. comm. opin. tit. de præscr. concl. 2. n. 24.* Gylm. *tom. 5. relat. 34. pag. 237.*

Hinc individualiter Bartolus *in dict. §. si quis hoc interdicto, num. 1.* inquit: Quod si aliquis prætendit, se scripsisse jus colligendi pedagium, atque ita esse in quasi possessione exigendi illud, si probat, quia usus est exigere de certis rebus; utique in illis tantum dicitur præscripsisse, in quibus apparet usus, & sic quasi possessio exigendi, quod voluerunt Bertachin. *de gabellis. p. 2. sub num. 32. vers. undecimo quæro.* Paris. *cons. 13. n. 38. vol. 1.* Aym. Cravett. *cons. 111. n. 6. volum. 1.* Menoch. *remed. 5. retin. possess. n. 56. & cons. 612. num. 1.* Nam probandus est usus, seu præscriptio in specie, in casu, de quo quæritur, quia de uno ad alium non infertur, Oldrad. *cons. 237.* Anchar. *cons. 339. num. 8.* Neviz. *cons. 48. n. 4.* Roland. à Valle *cons. 80. n. 10. volum. 1.* Becc. *cons. 98. n. 7. vol. 1.* Menoch. *cons. 54. n. 37.* Surdus *cons. 371. num. 2. vol. 3.*

De præscriptione
- Servitutis, Ecclesiæ & contra eam, pignoris, Regalium
- De interruptione præscriptionis per Citationem, Litis Contestationem

vid.
- *SERVITUS. ECCLESIA.*
- *PIGNUS. REGALIA.*
- *CITATIO. LITIS CONTESTATIO.*

CAP. LXXXVI.
Præsentia, præsens.

Axioma I.

Præsentia alicujus quoties requiritur, non potest actus fieri per procuratorem, Abbas *in cap. exposuit. num. 12. de dilat.* Farin. *1. cons. 85.* siquidem præsentia importat visum & auditum, *cap. 2. de consuetud. Auth. de hered. & Falcid. Novell. 1. c. 3.* Honth. *2. de Art. notar. c. 14. n. 15.* & præsentiam præstare non solum est corpus in locum præsentem conferre, sed simul etiam animum, & aptum ejus usum, Gœdd. *adl. 246. ff. de V. S.*

II.

Is præsens habetur, qui est in hortis, & qui in foro, & qui in urbe, & qui in continentibus ædificiis degit, *l. 5. l. 6. l. 7. ff. de procurat.* qui enim invicem se exaudire possunt, pro præsentibus habentur, Ulpian. *in l. 1. de V. O.* unde & præsentibus factum dicitur, quod palam, hoc est, coram pluribus factum est. *l. 33. ff. de V. S. l. 21. in pr. Cod. de testament.*

III.

Præsentia honestarum personarum (ehrlicher Leute) æquipollet præsentiæ prætoris. *l. 1. §. 26. ff. depost.* & amicorum aut propinquorum dolia atque metus præsumptionem excludit, *l. transactionem 35. ibique Dd. C. de transaction.* Vultej. *4. consil. Marpurg. 32. num. 198.* Menoch. *3. de præsumpt. cap. 128. per tot. & consil. 73. num. 27.* Pruckmann, *1. consil. 29. n. 63.* Cravetta *consil. 282. n. 9.* Cothman. *2. respons. 53. n. 109.* Schurff. *cent. 2. consil. 68. n. 12.* Natt. *1. consil. 162. num. 2. & consil. 173. n. 6.* P. Heigius *1. quæst. 22. n. 38.*

IV.

Præsentia patroni vim habet citationis, *l. si eum 26. §. 1. ff. de fideicom. libert.* Jason. *in l. 1. ff. de in jus vocand.* Alex. *in l. pecuniariis. in princ. C. de procurat.* Hyppolit. de Marsil. *in notab. 3. Tu scis.* Bald. *cap. plerumque in 2. colum. de rescript.* Barbat. *in clem. auditor 13. col. eod. tit. & in rubric. de litis contestat. colum. 5. n. 11.* Ludovicus Gomez. *ad §. pœnales. Instit. de actionib.*

V. Præ

V.

Præsentia facit, ut consensus præsumatur, *l. qui tacet 142.* ubi Decius & Cagnol. *ff. de R. I.* maximè si præsens contradicendo potuit actum impedire, *l. sæpe 63. verb. sed scientibus. & in verb. cur autem. ff. de re judic. l. 1. §. Magistrum 5.* ibi: *Cæterum si scit. gloss. in l. si fidejussor. §. 1. verb. manifestum. in fin. ff. de pign. & in cap. 2. verb. tacuerit. in fin. 27. distinct. & gloss in c. 2. extr. de his quæ fiunt à Prælat. gloss. in l. si fidejussor. §. qui recusare. ff. qui satisd. cogantur. gl. in l. fin. §. si prædixerit. ff. naut. caup. stabul.* Alex. *cons. 129. n. 16. vol. 4.* Ubicunque enim aliquis est præsens alicui actui, quem contradicendo posset impedire, nec ei contradicit, sibi præjudicare perhibetur, Bart. *in l. quæ dotis. col. fin. ff. solut. matrim.* Intellige, si scilicet de modico præjudicio agatur. *l 7. §. 1. ff. de pecul. Salvius 28. ff. de commun. divid. l. Labeo 19. cum gloss. ff. de aq. pluv. arcend.* Jason. *in d. l. quæ dotis. n. 38. add. infr. lib. pen. c. tacens.* & quod præsentia multa operetur, vid. Cujac. *in Papin. lib. 79. de Verbor. Obligat. & in parat. C. de inutil. stipulat.* imò quod pœnitentiam intempestivam excludat, *text. est in l. 1. C. de Error. Advoc. junct. l. 60. de Reg. Jur.*

VI.

Præsentia non præsumitur, sed probanda est, Matth. de Afflict. *in decis. Neapolit. decis. 299. n. 28.* Bald. *in l. 2. C. de statuis & imagin.* Paulus de Castr. *in l. illud. Cod. de SS. Eccles.* quia facti est, Carpzov. *part. 3. constit. 3. defin. 25. n. 5.*

VII.

Præsente aliquo non dicitur fieri, si non intelligat, *l. diem 27. §. coram 5. ff. de recept. arbitr. gloss. in cap. ut circa. verb. coram. lib. 2. de Elect.* Sic furiosum infantem aut dormientem non videri coram feciisse, respondit Florian. *in l. coram 209. ff. de V. S.* quem allegat Honthem. *2. de Art. Notar. cap. 14. n. 4.* Licet enim præsentia semper excludat ignorantiæ allegationem, A. Faber *in Cod. suo de Edendo def. 21.* secus tamen in his modò dictis personis observatur, quia etiam præsentes absentium loco habentur, *l. ubi non nocet 124. §. 1. de Reg. Jur. l. sed si. 52. §. filiusfamil. ff. de injur.* Antonius Faber *dict. loc. n. 11.*

VIII.

Præsens cujusque rei status spectatur, non præteritus aut futurus, *l. uxori suæ 33. in princ. & §. 1. de legat. 3.* ita in vindiciis seu provisionibus & immissionibus impetrandis satis est videre contractum seu testamentum, ex quo agitur ejusmodi esse, ut quantum ad præsens rejici fides scripturæ non possit vulg. *l. optimam 14. de contr. committ. stip. & l. ult. de edict. D. Hadr. toll.* Mornac. *ad l. 7. C. de reb. cred.*

IX.

Ad præsens ova, cras pullis sunt meliora, inquit Gloss. *in l. cum hi 8. verb. Medico præsente. ff. de transact.*

X.

Quotiescunque lex in specie præsentiam personæ requirit, toties si quis per alium id faciat, ipse fecisse non intelligitur, quia sic legi satisfaciendum, quæ ita personæ præsentiam pro formâ substantiali requirit. Ita ergò in propriâ personâ juramentum assertorium deponendum, *cap. 47. X. de testibus*, præsertim in Saxoniâ, *Carpz. P. 1. Const. 12. def. 31.* sic quoque in propriâ personâ quis exhibere debet in judicio testamentum, *Carpz. P. 3. Const. 3. def. 33.*

XI.

A Principe præsente dignitatem accipere honoratius est quàm ad absente vel per alium: & dignitas collata præsenti honoratior est, quàm quæ absenti defertur, & honoratiores sunt, qui ad latus principis præsentes sunt. *Brunnem. C. ut dignit. ordo. in fin.*

XII.

A statu rei & personæ de præsenti in præteritum præsumitur. hinc qui hodiè solvendo non est, & ante longum tempus non fuisse censetur. *Brunnem. ad l. 1. C. de peric. nominat. in fin.*

CAP. LXXXVII.
Præsentatio.
Axioma I.

Præsentationes sunt juris patronatus fructus, *cap. consultationibus 19. de jure patronat. cap. cum Bertholdus 18. de re judic. cap. decernimus 32. & cap. filiis 35. 6. quæst. 7.* Philipp. Port. *cons. 102. ex facto proponitur. n. 13.* Ruin. *cons. 50. super themate. n. 1. lib. 5.* Petrus Duen. *reg. 260. incip. existentes in quasi possessione.* Roland. à Valle *cons. 47. n. 30. lib. 1.* Panormitan. *in d. c. consultationib. num. 3. vers. sed ratio decidendi. & d. c. ex literis. num. 3. & 7. ibidemque* Berous *n. 12. de jure patron.*

CAP. LXXXVIII.
Præsidium, Auxilium, Beneficium.

Præsidium & Auxilium Legis meretur amittere, qui in Legem delinquit, *cap. ult. de immunit. Eccles. l. 37. ff. de minor. l. 6. si quis omissa causa t[illegible] ratio est in l. 14. C. de Judæis.* Exemplum *in[illegible] §. ult. C. de his qui ad Eccles. l. si quam 4. de op[illegible]bert conf. supr. lib. X. cap. X. §. 39.*

CAP. LXXXIX.
Præsumptio.
Axioma I.

Quoties quid ex facti circumstantiis non concurrente juris dispositione colligitur, toties est præsumptio hominis, quia hæc ab homine seu judice tantùm inducitur ex prudentiâ judiciariâ. Exemplum est *in l. 23. ff. de minor.* ubi judex ex habitu corporis præsumit de alicujus ætate. Aliud habet *Baldus in l. 10. C. de probat.* de juvene assiduè adeunte virginem, quòd ille præsumatur pater partûs ab eâ editi.

II.

Quoties lex tantùm aliquid præsumit, non verò simul de eo disponit, seu non simul condemnat, toties est præsumtio juris, quia hæc à jure inducitur. Exemplum est *in l. 24. ff. de probat.* ubi ex cancellatione Chirographi lex

præsumit liberationem. Eadem præsumtio oritur ex redditione chirographi. *l. 2. §. 1. ff. de pact. vid. Menoch. L. 2. arbitr. Jud. Quæst. cap. 89.*

III.

Quoties lex non tantum aliquid præsumit, sed insimul ob hanc præsumtionem disponit seu reum condemnat, toties est præsumtio juris & de jure. Exempl. est *in l. 34. C. ad L. Jul. de adult. & l. antiquè 20. C. ad SCtum Vellej.* ubi mulier ob certas circumstantias suæ utilitatis causâ contraxisse præsumitur, & hinc disponitur, ne gaudeat Senatus Consulto Vellejano. Conf. *cap. 33. X. de sponsal. & cap. 12. X. de præsumpt.*

IV.

Præsumptio vim habet probationis, Mascardus *de probat. conclus. 1222. num. 2.* Menoch. *1. præs. 36.* Pacian. *1. de probat. 8. n. 3.* satis enim concludenter & liquidissimò illud dicitur probatum, quod ex juris probatione resultat. *l. licet. Imp. 74. & ibi* Jason. *n. 13. ff. de legat. 1.* Covarruv. *2. var. resolut. cap. 6. n. 1.* Farin. *1. conf. 96. num. 27.* hinc appellatur aperta & clara probatio & veritas, *d. l licet. ibique* Bart. *n. 2.* Jason. *in l. quidam testamento. ff. de vulgar. substit. l. si quis locuples 57. in fin. ff. de manumiss. testam. l dolum. 6. C. de dolo.* Forster. *1. Consil. Marp. conf. 8. n. 17.* liquidissima probatio, *gloss. in l. si tutor. ff. de peric. tut.* Hyppolit. *in l. fin. in princ. ff. ad Leg. Cornel. de sicar.* Cacheran. *decis. 58. num. 14.* qua de causa duas præsumptiones juris simul junctas plenam facere probationem, cum Glossa *in l. instrumenta. Cod. de probat. & in cap. cùm dilectus. de successione ab intestato.* responderunt Calcan. *consil. 8. colum. 5. circa medium.* Cravett. *consil. 143. num. 12. & conf. 158. n. 11.*

V.

Præsumptionis virtus est, ut onus probandi transferat in adversarium, *l. ult. quod met. caus. l. ab ea parte 5. de prob.* Bart. *in l. quoties si quis caution.* Dec. *conf. 397. n. 4.* etiamsi unica tantum sit, *l. ab ea 5. ff. de probat. l. sive possidetis. C. eod.* Bart. *in l. in illa. in fin. ff. de V. O.* Hyppol. de Ma l. *in sing. 451. incip. Decem. n 1.* Cr al. *conf. 304. n. 217.* siquidem qui saltem una præsumpti nem pro se habet, eo ipso sufficienter probasse suam intentionem censetur, quod ab adversario non doceatur contrarium, glossa *in l. si tutor. C. de peric. tut.* Hyppol. de Ma il. *in rubr. C. de prob. n. 326.* Lancellot. Conr. *de off. Prætor. in caus. civil. de probat. 217.* Alciat. *in tract. de præsumpt. reg. 3. præs. 1. n. 4.* Carpzov. *5. resp. 71. n. 10.* Ubi exemplum ponit in tutore, curatore & similibus administratoribus, pro quibus cum sit præsumptio, quod in officiis mandatis non segniter & negligenter, sed probè ac diligenter versentur, per not. Mascard. *de probat. concl. 518. n. 3.* Idèo onus probandi culpam vel negligentiam in pupillum per hanc præsumtionem devolvitur. Sed limitat hanc assertionem *seq. c. 12.* & distinguit, utrum quis simpliciter præsumptione suâ nitatur, an simul aliquid excipiat, vel ad excusationem sui adferat: ut priori quidem casu adversarius probare contrarium teneatur; posteriore verò ipse excipiens, qui, verbi gratia, suam diligentiam jactat: quia hanc allegationem probare debet, utpote novam qualitatem, *l. 13. §. 2. de pub. in rem act.* vid. Umm. *in proces. judic. disp. 15. n. 5.* ubi hæc de præsumptione juris & de jure, vel juris tantum, non autem de præsumptione hominis, ut quæ non probationis vim habeat, sed sit tantùm quoddam probationis additamentum, intelligenda esse declarat, add. & Pacian. *lib. 1. de prob. c. 8. & seqq.* nisi ea valde sit violenta, ut est ea, quæ ab aspectu tenetur. *l. minor 32. de minor.* idem Pacian. *lib. 1. de prob. cap. 9. n. 4. & seqq.* Limitationes quod attinet, has vide apud Ummium *disp. 15. thes. 11. n. 6.*

VI.

Præsumptionem vincit probatio. *l. si chirographum 24. & l. 29. ff. de probat. l. 10. C. de non numer. pecun.* Antonius Faber *in Cod. lib. 4. tit. 14. defin. 26. n. 6.* Carpzov. *p. 1. const. 10. defin. 63. num. 9. & part. 2. constit. 2. defin. 8. n. 2.*

Limita, nisi sit juris & de jure. *l. ult. in pr. ff. quod met. caus.* Cravett. *conf. 35. num. 5. & conf. 146. num. 7.* Anton. Faber *in Cod. lib. 4. tit. 14. defin. 4. num. 2.* Carpzov. *p. 3. constit. 17. defin. 14. num. 2.*

VII.

Illud præsumitur, quod se ita habet ordine & cursu naturali. *l. si ita 47. §. 1. de hered. instit. cap. quia verisimile 10. de præsumpt.* Et quod concludat cum rebus sensatis & verisimilibus. *l. milites 8. §. oportet 1. C. de quæst. l. 14. C. de testam. l. 2. C. qui testam. fac. poss.* Hinc uxor præsumitur acquisiviisse ex bonis mariti. *l. Quintus Mutius 51. ff. de donat. int. vir. & ux.* Et ad Patrem præsumitur pertinere quod filius habet, nisi contra probetur *l. 2. C. de patr. potest.* Limita: nisi filius sit industrius & artifex, pater pauper, tunc enim à filio acquisitum in dubio ejusdem operâ quæsitum præsumitur. *gloss. in l. 6. C. de bon. quæ lib. verb. ex substantiâ. Zas. in §. 10. Instit. de Action. n. 7.* ubi dicit, præsumtionem, quod ea, quæ filius possidet, à patre provenerint, tunc procedere, si filius sit segnis, qui nescit aliquid operari, & pater sit dives; & per Jovem rogat, ut hanc retineamus distinctionem, utpote ex quâ ille in arduo negotio consultus parti suæ obtinuit tria millia florenorum.

VIII.

Præsumptio est pro pietate. Hinc mater liberos alens in dubio alimenta donasse præsumitur *l. 11. C. de Neg. Gest.* Et vitricus alimenta privignis præstans animo donandi ea præstare præsumitur. *l. si paterno 15. C. eod.*

IX.

Legis præsumptionem qui sequitur, non censetur læsam habere conscientiam, Joh. Andr. *in c. is qui fidem. de sponsal.* Alciat. *in c. cum contingat. num. 58. extr. de jurejur. & in c. novit. de jud.* Pantschm. *1. pr. quæst. 10. num. 13.* quia qui tali præsumptione nititur, probationem liquidissimam habere dicitur, *l. si locuples 57. in fin. ff. de manumiss. test. gl. in l. tutor. C. de peric. tut.*

Curt.

Curt. jun, *consl. 4. num. 3.* Decian. *consl. 54. col. 2.* Bœckel. *de publ. jud. disq. 2. num. 5.* unde & pro veritate habetur, *l. fin. de prob.* Siquidem non quælibet præsumptiones sufficiunt, sed manifestissimæ requiruntur semper, quoties ex præsumptionibus, judiciis, conjecturis, argumentis extrinsecus probationes assumuntur, *l. 3. §. præterea 4. de suspect. tut. & l. indicia 19. C. de rei vindic. l. cum citra 15. C. de jur. dot.* nec sufficit præsumptio, quam quis sibi affingit, vel adumbrat, sed præsumptio, de qua nominatim in jure fit mentio, cum comminisci præsumptiones aut conjecturas nobis liberum non sit, Cujacius *in Papin. l. ult. de his quæ ut indign.*

X.

Præsumptio specialis potentior est generali, *l. Divus 7. ff. de in integr. rest. l. cum de indebito 25. ff. de prob.* Bald. *in l. sive possidetis. col. 1. vers. ultimo oppono.* Paris. *consl. 29. n. 87.* Cravett. *consl. 258. n. 11.* Menoch. *de arb. judic. cas. 42. n. 14.* Natt. *consl. 164. n. 8. vol. 1.* Riminald. jun. *in l. precibus. n. 417. C. de impub. subst.* Vult. *1. consl. Marp. 22. n. 70.* specialis enim tollit & elidit generalem, *c. illud 11. de præsumpt. l. in toto 80. ff. de R. I.* Regn. Sixt. *2. consl. Marp. 10. n. 143.* illique derogat, *d. cap. illud.* Mar. Socin. jun. *consl. 128. n. 230. vol. 1.* Regn. Sixtin. *3. consl. Marp. 12. n. 52.* Cravett. *consl. 258. Efficaciora. n. 21.* ut leges aliaque jura specialia generalibus derogant, Jas. *in l. placuit. in fin. cum ibi alleg. de judic.* ita quando præstò sunt speciales præsumptiones, rem aliquam esse feudalem arguentes, cessat præsumptio illa generalis allodialium Gloss. & Dd. *in c. 1. per ill. text. de controv. inter vasall. & fæm. c. 1. §. sanam. de usur. rei feudal. c. 1. §. si contentio. de Capitan. qui Curiam vend.* Bald. *in c. 1. §. inter filiam. num. 2. vers. cum per qualitatem, si de feud. contr. int. Dom. & agnat. vasall.* Laurent. Kirchov. *tom. 1. consl. Franc. 31. n. 5.* Wesenb. *1. consl. 4. n. 68.* imò eam etiam tollere generalem in criminalibus, *ex l. merito. 51. ff. pro soc.* deducunt Boër. *decis. 164.* Alex. *consl. 77. in causa accusationis. in fin. vol. 1.* Hyppolit. *in l. 1. §. Divus Adrianus. n. 28. de sicar.* Wesenb. *1. consl. 19. n. 43.* Farinac. *1. consl. crim. 11. num. 2.*

XI.

Præsumptio sumpta à facto potentior est illa, quæ sumitur à non facto, Menoch. *1. de præsumpt. quæst. 29. n. 17.* Gœdd. *1. consl. Marp. 28. n. 100.* Quotiescunque enim causa præsumendi factum subest, quæ inducitur ex aliis præsumptionibus, tunc factum præsumitur, Mascardus *de probat. conclus. 732. n. 7. per c. cum tu 16.* ibi: *quia utrumque esse potuit. de testib.* cùm è contrario difficulter ex his, quæ facta non sunt, nec apparent, præsumptio colligi possit. Flamin. Paris. *de confident. benefic. quæst. 71. n. 50.* Anchar. *consl. 302.* Aym. Cravett. *consl. 202. n. 9. per l. quod Servius 8. ff. de condict. caus. dat. l. cum in lege 33. ff. de contr. empt. & consl. 319. n. 3. vers. decimo nono. per l. quædam mulier 77. ff. de rei vindic. l. 2. C. de acquir. possess.* Menoch. *1. de præsumpt. quæst. 23. n. 2.* ubi ex Mario Salomonio *ad l. Gallus §. quidam. ff. de liber. & posth.* refert, præsumptionem tum regnare, quando apparet quid gestum; qualiter autem gestum, in obscuro est, cùm non aliter quàm rebus seu factis sic se habentibus judicandum sit, ut tradit Cravett. *d. consl. 13. vers. decimo nono.*

XII.

Præsumptio cæteris creditur firmior & potentior, quæ actum valere & consistere facit, *l. quoties 12. ff. de reb. dub. l. quoties 81. de V. O.* Dec. *in l. testamento. n. 12. C. de testam. milit. & consl. 77. col. 4. vers. & ista potens præsumptio.* Purpurat. *in l. rogasti. §. si tibi. n. 38. ff. si cert. petat.* Joh. Annibal. *in repet. l. post contractum. n. 107. ff. de donat.* Alciat. *in tr. de præsumpt. reg. 3. præs. 34.* Nevizan. *lib. 6. Sylv. Nuptial. n. 47 vers. item in dubio quod actus.* Cravett. *consl. 52.* Vant. *in tract. de nullit. p. 1. n. 24.* Menoch. *3. de præsumpt. præs. 27.* Unde & præsumptio, quæ facit valere actum, ut regina cæteris præfertur, Decius *in cap. quoniam Abbas. n. 16. de offic. delegat. l. contrahenda. n. 13. de R. I. & l. si donatione. n. 12. C. de collat.* Cravett. *consl. 223. & consl. 235. n. 4.* Vult. *1. consl. Marp. 29. n. 27.* vide copiosè Jason. *in l. si Rufinus. col. 1. C. de testam. milit.* Tiraquell. *in l. boves. §. hoc sermone. limit. 7. n. 6. de V. S.*

XIII.

Præsumptio negativa fortior est affirmativâ, Bald. *in l. filium. lect. 1. n. 7. ff. de his qui sui vel alien. jur.* Paris. *consl. 29. n. 83. volum. 2.* Menoch. *2. arb. judic. 472. n. 27. & quæst. 29. n. 13.* quia negativa potentius negat, quàm affirmat affirmativa. *gloss. in l. hoc genus. ff. de condit. & demonstr. & in cap. cum dilectus de consuetud.* Jason. *in l. decem. col. 4. de V. S.* Vult. *1. consl. 22. n. 67. cum seq.* Tiraquell. *in l. boves. §. hoc sermone. limit. 7. n. 6. de V. S.* Jason. *in l. Rufinus. col. 1. C. de test. milit.* Alciat. *in repet. l. 2. in pr. num. 39. de V. O.*

XIV.

Præsumptio illa potentior quæ jure communi inhæret, quam quæ speciali. Cravett. *consl. 258. num. 21.* Grat. *consl. 64. num. 46. lib. 2.* Bald. *in l. si quis decurio. num. 5. C. ad L. Cornel. de falsi allegatus ab* Alciat. *in repet. d. l. 2. in princ. num. 55. ff. de V. O.* Exemplum habes *in l. Miles 7. ff. de injusto & irrit. testam.* quo loci prævalere dicitur præsumptio illa, quod miles testari voluerit jure communi, & non speciali, cum jus commune sit potentius, *l. ejus militis 34. §. militia missus 1. de militar. testam.*

XV.

Præsumptio naturalis potentior est accidentali *l. eum qui probabilem. 19. C. de Episc. & Cleric. ibidemque* Bald. ubi notat, quod præsumptio hæc prævaleat cuicunque opinioni, quem sequitur Cravett. *consil. 250. num. 2.* ita si v. g. præsumptio esset contra aliquem, quod occiderit, quia forte ejus erat inimicus & minas de occidendo intulerit, & alia præsumptio esset contraria, quæ à natura descenderet, quod scil. is accusatus fuerit eo tempore in loco tam distanti & remoto, ut per naturam fieri minimè posset, quod ibi esset tempore perpetrati homicidii, hæc præsumptio, quia naturalis, potentior est, & meritò illi accidentali præfertur, Francisc. Brun. *in tract. de indic. & tortur. p. 1. q. ult. n. 4.* ubi vid. Exempla his similia alia.

XVI. Præ-

XVI.

Præsumptio, quæ à substantia descendit, firmior est ea quæ à solennitate oritur. Hieronym. Butigell. *in repet. l. civitas. num. 17. ff. si cert. petatur.* Exemplo hoc illustrant Impp. Diocletianus & Maximinianus *in l. non Codicillum. 14. C. de testam.* ubi asseverant, præsumptionem esse evidentem eum voluisse testari, qui heredis institutionem vel exheredationem adscripsit; quia institutio vel exheredatio substantia testamenti dicatur, §. *ante heredis. 34. Inst. de legat. & pr. Inst. de exhered. liber.*

XVII.

Præsumptio exclusiva delicti fortior est inclusiva, & illam tollit. Bart. *in l. non solum. § sed probari. ff. de nov. oper. nunc.* Roman. *cons. 68. Visis in proposito.* Grammatic. *decis. 18. num. 5.* Farin. *1. consil. crim. n. 7.* semper enim præsumptio bona & honesta sumenda est, ut delictum evitetur. *l. merito 51. ff. pro socio. l. si defunctus 10. C. arbit. tutel.* Bart. *in l. facultas. C. de jure fisci.* Bald. *in l. quisquis. num. 5. Cod. si cert. pet.* Gœdd. *1. Consil. Marpurg. 28. numero 206.* Unde etiam præsumptionibus contrariis (concurrentibus illa non modo capienda, quæ delictum excludit, Roman. *cons. 68. visis mihi. num. 8.* Grammatic. *cons. 31. num. 11.* Bertazol. *1. consult. decis. cons. 226. n. 5.* verum etiam talis exclusiva aliis inclusivis præferri debet. Riminald. *cons. 136. n. 15. vol. 1.* Bursat. *cons. 94. n. 22.* Vult. *1. cons. Marp. 15. n. 24.*

XVIII.

Præsumptio illa judicatur potentior quæ benignior. Bart. *in l. si pupillo. ff. ad L. Falcid.* Castr. *in l. 2. num. 7. C. qui testam. facere poss.* Cacciaiup. *in l. omnes populi. num. 39. ff. de just. & jur.* Cravett. *cons. 336. num. 42. vol. 3.* Vult. *1. consil. Marp. 22. n. 71.* Exemplum sit *l. si pupillus 21. ff. ad L. Falcid.* Ubi cum recipiens à legatario, aliàs debitore, duplicem ob causam recipere potuisset, nempe causa adimplendæ conditionis, & causa solvendi debitum naturale, recipere dicitur ob causam solvendi debitum utpote benigniorem, ut illa deinde in falcidiam imputentur. Et hanc præsumptionem etiam præferri illi, quæ facit valere actum, senserunt Jason. *in l. nominatim. in fin. de liber. & posthum.* Nevizan. *lib. 6. sylv. nuptial. num. 47. vers. item in dubio.* & in similii docuit Alciat. quod in concursu duarum causarum illa prævaleat, quæ benignior. *in repet. l. 2. in pr. n. 34. de V. O.* ubi etiam simul *ad l. 2. in fin. ff. ad L. Aquil.* quæ adversari videbatur, respondet.

XIX.

Præsumptio illa validior, quæ verisimilitudini magis convenit. Bald. *in l. sive possidetis, in fin. ff. ut in possess. legat.* Jason. *in l. si extraneus. num. 9. ff. de condict. ob. causam.* Curt. jun. *cons. 178. col. 1.* Cravett. *cons. 662. num. 22. vol. 4.* Francisc. Brun. *in tractat. de indic. & tortur. p. 11. quæst. ult. num. 2.* cum dicit, quod illa furti præsumptio, quæ oritur contra eum, qui noctis tempore visus est aliquid sub pallio gestare, extinguatur atque diluatur ea præsumptione, quæ nascitur, probando hunc accusatum virum bonum ac frugi fuisse, quia hæc præsumptio verisimili magis consentanea. add. & Angel. *in l. milites. C. de quæstion.* unde etiam testibus verisimiliora deponentibus majorem fidem tribui traditur *in l. ob carmen. 21. §. ult. ff. de testib. & c. in nostra 32. eod. tit. & copiose resp.* Cravett. *cons. 6. n. 56. & cons. 195. n. 10.*

XX.

Præsumptio illa potentior, quia inæqualia vitantur. Zuchard. *in rubr. ff. si cert. pet.* Menoch. *de præsumpt. dict. quæst. 29. num. 16.* Vult. *1. Consil. Marpurg. 22. num. 73.*

XXI.

Ex præsumptionibus condemnatio sequi potest. *cap. afferte 2. de præsumpt.* Bald. *in l. quicunque. num. 25. C. de serv. fugitiv.* Alex. *cons. 60. num. 1. lib. 2.* Brun. *de indic. & tortur. p. 1. quæst. 4. num. 7.* Cravett. *cons. 73. n. 29.* Grammatic. *consil. 22. n. 14.* etiam in delictis occultis & quæ sunt difficilioris probationis, Marsil. *cons. 44. num. 8.* Paris. *cons. 57. num. 33. & cons. 75. n. 16.* Justin. Bond. *cons. crimin. divers. 54. num. 34. lib. 2.* Paul. Merend. *inter eadem consil. 90. num. 27. lib. 2.* Clar. *in practic. §. fin. quæst. 20. vers. secus tamen ad fin.* Mascard. *de probat. lib. 1. concl. 405. num. 4. & concl. 459. n. 16. & concl. 461. n. 10.* Menoch. *1. de præsumpt. quæst. 40. n. 13.* Nicol. Moron. *de fide Treug. & pace. q. 186. n. 7.* Gabr. *1. de probat. concl. 1. n. 30.* Brunor. à Sole *in suo consil. crim. n. 7.*

Declara (1.) dummodo indicia & præsumptiones sint indubitatæ. (2.) procedat quoad pœnam extraordinariam, secus quoad ordinariam. Farin. *in tit. de reo confesso & convicto, quæst. 86. num. 33. & 1. cons. crimin. 33. in add. lit. t.* Carrer. *in pract. criminal. in tract. 3. de homicid.* Brun. *de indiciis & tortur. part. 1. quæst. 4. num. 13. ad fin. vers. advertendum. tamen.* Tiraquell. *de pœn. caus. 27. num. 1. & seqq.* latissimè Mascard. *de probat. concl. 1221. n. 35.* Anton. Gomez *de delict. c. 3. de homicid. num. 45. & ibi* Soarez *in addit. lit. I. in verb. eleganter.* Capyc. *detis. 126. num. 15.* Monticell. *reg. crimin. 11. n. 11. & 25.* Petr. Plac. *in Epit. delict. cap. 14. num. 3. in fin.* Diaz. *reg. 370. in princ. & 1. ampliat.* cum in extraordinariis pœnæ delictorum plerumque temperentur. Gigas *in tr. de crim. læs. Majest. lib. 2. tit. 2. quem & per quos crimin. læs. Majestat. prob. quæst. 24. num. 4.* Innocent. *in cap. quia verisimile. num. 2. vers. nota tamen de præsumpt.*

XXII.

Præsumptio non cadit super certo, sed incerto. *gloss. in L. unic. §. accedat. verb. præsumatur. C. res inter alios acta non noc. & in l. sive possidetis, cum ibi not. per Dd. C. de probat.* Farin. *1. cons. 91. n. 7.*

XXIII.

Præsumptio violenta admittit probationem in contrarium. *gloss. ult. in fin. extr. de presbyt. non baptizand.* ac sufficit ad condemnationem, quia pro certitudine habetur. *c. literis 12. & seqq. extr. de præs. c. adferte 2. extr. eod.*

XXIV.

Præsumptionem causat executio sententiæ. *cap. suscitata. 6. extr. de restitution. in integr.*

XXV. Præ-

XXV.

Præsumptionem elidit juramentum *cap. ult. extr. qui matrimon. accusar. poss.* unde si præsumptio sit contra aliquem, quod malitiosè proponat exceptionem, juramentum debet præstare, quod malitiosè eam non proponat. *cap. literas 13. extr. de restitut. spoliat.*

XXVI.

PRÆSUMPTIO cedit veritati, quia veritas prævalet præsumptioni. *l. nuptura filio 57. ff. de jure dotium. l. fin. in princ. ff. quod metus causa. l. cum de indebito 25. ff. de prob. l. in rebus 30. Cod. de jure dotium.* Socin. *cons. 164. col. 5. vers. sed ad hanc objectionem. num. 10. volum. 2.* Paris. *cons. 29. n. 44. lib. 2.* Roland. à Valle *cons. 99. n. 11. lib. 1.* Surd. *cons. 7. n. 61. & cons. 16. n. 22. & cons. 28. num. 110. & cons. 37. num. 17. & cons. 80. n. 19. & cons. 423. num. 12.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 6. lit. P. conclus. 612. per totam.* Menoch. *cons. 86. num. 106.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 832. num. 15. & c. 909. n. 23.* Carpzov. *part. 2. constitut. 2. defin. 8. num. 5.*

XXVII.

PRÆSUMPTIO una tollit aliam. *l. Divus 7. ff. de in integr. restit. l. quidam testamento 30. ff. de vulgari & pupill. substit. l. 1. C. qui & adversus quos. l. fin. C. de Instit. & substit. c. tuam 26. de sponsal. cap. afferte 23. de præsumpt.* Hippol. *cons. 8. n. 6.* Tiraquell. *in l. si unquam. verb. donatione largitus. n. 150. C. de revocand. donat.* Menoch. *remed. 15. recuper. num. 353. & n. 387. & de arbitr. lib. 1. quæst. 76. n. 19. & cons. 101. n. 55. & cons. 343. n. 38. & de præsumpt. lib. 1. præs. 30.* Mascard. *de probat. conclus. 405. n. 5. & conclus. 882. n. 15. & conclus. 1147. n. 27. & conclus. 1224. & concl. 1377. n. 73. cum seqq.* Surd. *cons. 361. n. 35.* Valasc. *de partitionib. c. 38. n. 9.* Farinac. *in praxi criminal. part. 3. quæst. 86. num. 102. cum seqq. & part. 4. cons. 102. n. 49.* Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc jure ff. de justitia & jure. part. 1. cap. 11. n. 17.* idem Surd. *cons. 16. n. 23. & cons. 31. n. 49. & cons. 69. n. 36. & cons. 80. n. 21. & cons. 383. n. 25. & cons. 486. n. 15.* Stephan. Gratian. *d. tom. 5. c. 824. n. 6. & 14. & c. 967. n. 14.* Alex. Trentacinq. *cons. 19. n. 10. p. 1. & cons. 37. n. 6. & 11. eadem p. 1.*

XXIIX.

PRÆSUMPTIO fortior tollit debiliorem, *d. l. Divus 7. ff. de in integr. restitut. l. non solùm 67. ff. de ritu nupt.* latè Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 30. num. 1. cum seq. & lib. 6. præs. 64. n. 46. & cons. 22. n. 22.* Surd. *cons. 94. n. 61. & cons. 112. n. 73. & cons. 311. n. 79. & cons. 535. num. 5.* Steph. Grat. *tom. 4. cap. 611. n. 33. & cap. 650. n. 33. & cap. 657. n. 33.* [semper enim præsumtio minor & infirmior cedit majori & validiori. *cap. literas 14. de præsumpt. gloss. in cap. transmissæ de for. compet. & in cap. Michael de fil. presbyt.* Bart. *in d. l. Divus. & in l. transactionem. C. de transact.* Dec. *in c. quoniam. n. 8. de offic. deleg.* Jason. *in l. jam hoc jure. col. 2. circ. fin. ff. de vulg. & pupill. substit.* Alciat. *de præs. reg. 1. præs. 9. n. 16. & resp. 269. n. 2.* Curt. jun. *cons. 35. n. 6. & cons. 163. n. 22.* Cravett. *cons. 145. n. 11. & cons. 149. n. 17.* Grat. *cons. 54. num. 40. vol. 4.* Bursat. *cons. 15. num. 22. lit. c. & cons. 340. num. 34. lib. 3.*]

XXIX.

PRÆSUMPTIO una cedit pluribus, *l. 3. §. 1. ff. de testibus. l. cum de indebito 25. in princip. ff. de probat. auth. itaque C. communia de success.* Surdus *cons. 1. num. 60. & cons. 94. num. 61. & cons. 313. num. 51. & cons. 383. n. 25. & cons. 429. n. 28.* Sigismund. Scaccia *de commerc. §. 1. quæst. 1. n. 529.* [Et pauciores vincuntur & tolluntur à pluribus, *Auth. de consanguin. & uterin. fratrib. cap. 1. de Treug. & pac.* Baldus *in l. filium. n. 2. ff. de his qui sunt sui vel alieni juris.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 37. n. 9.* Decius *cons. 470. n. 10.* Socin. jun. *cons. 59. n. 10. vol. 2.* Cravett. *cons. 145. n. 11. vol. 1.* Gratian. *resp. 55. n. 39. vol. 1.* Bursat. *cons. 19. n. 27. lib. 1. & cons. 272. n. 7. lib. 3.* cùm fortius probent plures, quàm una, *c. illud 11. de præsumt.* Wesenb. *1. cons. 4. num. 30.*]

XXX.

PRÆSUMPTIONES cessant inclaris, Anton. Monachus *Florent. decis. 51. num. 49.* [Præsumptionibus enim non est certandum, quando habemus veritatem ab ipso judice detectam, *l. cum de indebito 25. §. 1. ff. de probat. cap. quicunque 5. distinct. 81.* Farinac. *1. cons. crimin. 77. n. 28.*]

CAP. XC.

Præsuppositum.

Axioma I.

Præsuppositio subducto, dispositio quoque subducitur, *cap. si Papa 10. de privil. in 6. Clement. si summus 4. de sentent. excommun.* Alexand. *cons. 126. Visis his omnibus, de quibus in themate. lib. 5.* Et qui loquitur præsuppositive, videtur loqui conditionaliter, Jacobus Menochius *cons. 175. Judicis munus. num. 12. in princip. & vers. Et primò, cum allegatis.* Decius *consil. 644. num. 15.* Decianus *respons. 1. num. 16. volum. 1.* Pantschmannus *2. practic. quæst. 21. num. 64.* Sixtin. *2. consil. Marpurg. 14. n. 136.*

II.

Præsuppositum semper in quacunque dispositione est verificandum, per tradita à Decio

cons.

conſ. 251. n. 1. Natt. *conſ. 343. num. 2.* Bero. *conſ. 120. num. 9. lib. 3.* Regner. Sixtin. *2. conſ. Marp. 14. n. 136.*

CAP. XCI.

Præteritum.

Axioma I.

De præterito in præſens præſumitur, *l. non omnes 5. §. à Barbaris 6. ff. de re milit. cap. ſemel malus 6. de R. I. in 6.* Caſtrenſ. *in l. non ignoravit. C. ad exhibend. & in l. ex perſona. num. 5. C. de probat.* Felin. *in cap. in præſentia, num. 28. de probat. per text. in l. ſive poſſidetis 16. C. de probat.* Carpzovius *p. 1. conſtit. 29. defin. 8. n. 7.* Vult. *1. conſ. Marp. 15. num. 90. & conſ. 22. num. 44.* ut ſi quis rem habuerit, præſumitur etiam nunc habere, *l. ſi quis ex Argentariis 6. §. ult. de edend.* Donell. *25. comm. 4.* Reinking. *lib. 1. claſſ. 2. cap. 2. num. 58.*

Ut autem hæc regula procedat, requiruntur duo extrema, nempe præteritum verum, & præſens poſſibile: ita, verbi gratiâ, qui tempore præterito fuit ſubditus, adhuc ſubditus eſſe præſumitur. *cap. præterea 10. de transact.* & qui certæ olim fuit voluntatis & opinionis, ejusdem adhuc eſſe præſumitur, *l. eum qui voluntatem 22. ff. de probat. l. cum 32. de donat. inter virum & uxor.* Menoch. *de præſumpt. 6. præſ 37.* & qui olim poſſidebat, poſſidere adhuc de præſenti præſumitur, Gloſſ. Bart. & Dd. *in d. l. ſive poſſidetis. C. de probat.* Maſcardus *de probat. concluſ. 1195. vol. 3.* ratio, quia quilibet in eo ſtatu & conditione manſiſſe intelligitur, in quo ante fuit, *l. ſi cui 7. §. iisdem 2. ff. de accuſat.* Unde, ſicut qui ſemel bonis moribus præditus fuit, præſumitur adhuc eſſe, ut ſupra *lit. B. c. Bonus.* ita etiam quem perſeverare in malo, in quo fuit irretitus, dictum fuit *ſupr. lit. M. cap. Malus.* Quam regulam tamen fallere in iis, quæ ſolo temporis curſu mutantur, tradit Hilliger. *21. Don. Ent. 10.* Z. ex Farinac. & aliis A. Barboſ. *in loc. argument. 85.* itidem ex præſenti circa præteritum præſumi patet *ex l. ſi tamen 48. §. qui 3. de ædilit. edict. l. ſi ut certo 5. §. cuſtodiam 5. ff. commod. cap. cum per bellicam 34. 1. q. 14.* Menochius *1. de præſumpt. quæſt. 19. num. 6. quæſt. 24. num. 37. cum ſeqq.* Gœdd. *2. conſ. Marp. 28. num. 185.* Præſumimus enim à præſenti in præteritum, cùm tempus præſens connexitatem quandam habet cum præterito, maximè in his, quæ contendunt ad non eſſe, ut voluit Bart. *ad l. ex perſona circ. fin. verſ. primo caſu C. de probat.* Menoch. *1. de præſumpt. q. 24. n. 41.* ſi quidem poteſt concurrere cum naturali veritate antecedentis, ac ſe hoc tempus præſens ad præteritum habere poteſt, ut finis ad principium. Gœdd *3. conſ. Marp. 33. num. 311.* ita ex præſenti poſſeſſione in præteritum præſumitur, donec contrarium liquido probetur, & qualis nunc reperitur præſens ſtatus, talis etiam intelligitur antea fuiſſe, quamdiu ex contraria ſufficienti probatione non apparet veritas alterius ſtatus præcedentis. *l. ex perſona 3. ibique gloſſ. C. de probat.* Bart. *in l. Celſus. num. 22. de uſucap.* Zaſius *conſ. 6. num. 13. vol. 2.* ubi contendit in remotiſſima etiam tempora ſurſum verſum ex præſenti poſſeſſione aliquid præſumi duraſſe. Ita ex conſequenti vitæ genere colligitur conditio vitæ ante actæ, *l. ſi qui 34. ibidemque* Bald. *C. ad Leg. Jul. de adult.* & ex actu ſubſequenti arguitur præteritus, ut ait Alexand. *conſ. 15. in fin. vol. 7.* ita qui nunc non eſt ſolvendo, præſumitur antea quoque ſolvere non potuiſſe, *l. ex perſona 3. C. de prob.* & qui nunc eſt hæreticus, arguitur etiam antea hæreticum fuiſſe, *Alberic. de Roſat. in l. eum qui bona. ff. de jur. fiſc.* Vult. *1. conſ. Marp. 15. num. 145.*

II.

De præterito præſumitur ad plus præteritum, *cap. quia 10. diſt. 28. l. quicunque 3.* & ibi Bartolus *num. 10. Cod. de Apoch. publ.* Dd. *in l. cùm de in rem. ff. de uſuris.* Panormitanus *in cap. literis. colum. 2. de præſumpt.* Speculat. *in tit. de præſumpt. verſ. ſed pone.* Cæpoll. *conſ. 96. num. 18. lib. 1.* ubi concludit, id quod ab annis quadraginta in loco antiquo obſervatum fuit, & quidem in remotiſſima tempora ſurſum verſum duraſſe, *l. ſi arbiter 28. ibique gloſſ. ff. de probat.* Bald. *in cap. cauſam de præſcript.* quem ſequitur Zaſius *d. conſ. 6. num. 13. vol. 2.*

III.

De præterito præſumitur etiam in futurum *l. ſive poſſidetis 16.* ubi Bart. Bald *C. de probat. cap. mandata 6. cap. ſcribam. 9. extr. de præſumpt.* Alciat. *reg. 3. præſ. 25. in pr.* Franciſc. Nicon. *ad rubr. ff. de nov. oper. nunc. n. 11.* Regn. Sixt. *2. conſ. Marp. 13. num. 15.*

IV.

Præterita non ſunt juvanda, *Nov. 78. in fin. Epilog.*

CAP. XCII.

Prætextus.

Prætextus & cauſæ differunt, Polyb. *lib. 3.* Alberic. Gentil. *lib. 1. de jur. bell. cap. 19.* Tacit. *4. hiſtor.* ibi: *Libertas & ſpecioſa nomina prætexuntur, nec quisquam alienum ſervitium & dominationem ſibi concupivit, ut non eadem iſta vocabula uſurparet.* Suetonius *in Julio Cæſare.* Prætextum quidem illi civilium bellorum hoc fuit, cauſas autem alias fuiſſe opinantur, *cap. 30.*

CAP. XCIII.

Prævaricatio.

Axioma I.

Acceptio nummorum eſt prævaricatio veritatis, *c. qui rectè 66. cauſ 11. q. 3.* unde nec prævaricatores fidei ad teſtimonium dicendum admittuntur. *c. non poteſt 2. quæſt. 7.*

II.

Prævaricationes de facili incipiunt pro Legibus obſervari, niſi celerrimè comprimantur, *cap. mala 3. diſt. 8.*

III.

Prævaricatio ineptè dicitur, cùm puella votum caſtitatis contemnit, *cap. puella 8. 20. q. 1.* rectius prævaricari definitur, vera crimina abſcondere, *cap. ſi quem 8. §. notandum 2. q. 3.* Non etiam eſt prævaricatio, incauti & temerarii juramenti emendatio, *c. definitio 17. 22. q. 4. conſ. quæ ad ill. tit. d. racem. crim.*

CAP.

CAP. XCIV.
Prævention.

Axioma I.

In pari causâ potior est is, qui prævenit. Hoc in tantum verum, ut is, qui prævenit, metallifodinas alicubi quærere, Domino fundi præponatur, fodinæque effossoris propriæ fiant. Perez. *C. de Metallar. num. 25.*

II.

In officiis deferendis locum habet prævention. Brunnem. *ad l. 1. C. quemadm. civil. muner.* vid. tamen *l. 17. §. 4. ff. ad municipal.*

III.

Prævention non est locus, cùm una causa major est alterâ, *l. contra pupillum 54. §. is qui ad majus 1. ff. de re judic.* Bart. *in l. 2. §. ult. n. 2. ff. de custod. reor.* Oldrad. *cons. 234. Factum tale est.* Decius *in c. cum parati. de appell.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 232. n. 18.*

IV.

Prævenientis processus facit silere processum prævenienti, *l. 7. ff. jurisdict.* Quotiescunque enim duo judices separatam jurisdictionem habentes possunt procedere, tunc semper locus est prævention, *l. pen. ff. de petit. hered.* Gail. *1. observ. 29. num. 4.* Ludovic. Roman. *cons. 412. incip. Pro habenda substantia. num. 4.* Wurmbser. *1. observ. pract. tit. de in jus vocand. conclus. 19.* Vult *1. cons. Marp. 16. n. 38.* tum ne lis in alio, quàm ubi cœpta, terminetur loco, *l. 30. ff. de judic.* tum ne causa continentiæ dividatur, *l. nulli 10. C. de judic. c. 1. de caus. poss. & propr. c. 1. de sequestr. poss.* quod procedere & in criminalibus asserit Carpzov. *p. 3. quæst. 111. num. 99.* Ideoque si reus fuisset punitus in uno loco prævento, domicilii vel ubi deprehensus est, tum amplius ab alio judice delicti puniri non poterit, & vice versa, cùm nemo ob unum idemque delictum duplici pœnâ afficiendus sit, Farinac. *in prax. crim. lib. 1. tit. 1. quæst. 7. n. 52. per l. si quis postea quam 7. ff. de judic. l. pluribus 32. l. si is qui Stichum 66. de procurat. l. qui prior 29. de judic. l. si à pluribus 107. ff. de legat. 1. cap. proposuisti 19. de foro compet. cap. & debitus 59. extr. de appellat. cap. si duo 6. de procur. in 6. cap. si quis justo 46. de Elect. in 6.* Johan. Damhoud. *in praxi rerum criminalium cap. 3. num. 1.* Ægidius Boss. *in tit. de foro compet. num. 39.* Specular. *in tit. de rescript. §. ratione autem causæ idem quod sublatum.*

Limita I. nisi prævention sit fraudulenta & affectata, seu à reo procurata, Bald. *in l. si servus plurium. §. pen. ff. de leg. 2.* Farin. *d. q. 7. n. 64.*

Limita II. nisi prior processus fuerit illegitimus, aut nova supervenerint indicia, adversus reum alibi jam absolutum, vel non satis punitum, Ægid. Boss. *in tit. de foro compet. num. 102.* Bart. *in l. 2. §. ult. num. 3. ff. de custod. reorum.*

Limita III. si una causa alterâ sit major, *l. contra pupillum §. is qui ad majus ff. de re judic.* Bart. *in l. 2. §. ult. num. 2. ff. de custod. reor.* Oldrad. *cons. 243. Factum tale est.* Decius *in cap. cum parati. de appellat.* Menoch. *2. arb. judic. cas. 232. num. 18.*

Limita IV. quando citatus esset contumax, vel quando quidem comparet, sed de prævention ne non excipiet, vel quando in præjudicium jurisdictionis verteretur, de quibus Gail. *d. observ. 29. in fin.* & Socinus *in d. c. proposuisti num. 19. & seqq.*

V.

Prævenire melius est quàm præveniri, præsenti nascenti malo occurrere, quàm post vulneratam causam remedium quærere. *l. 1 C. quando lic. unicuiq. l. ult. C. in quib. caus. rest. non est necess.*

CAP. XCV.
Pragmatica sanctio.

Pragmatica sanctio est confirmatio ab Imperatore facta, *c. 1. ibique gl. ext. de rer. permut. c. ea enim 2. §. sed & permutare 10. q. 2.* Ita alii: Tu vide *l. 8. C. de LL. l. ult. §. pragmaticas 1. C. de divers. rescr. & pragm. sanct. ibique* Tulden. *num 3.* Dillingens. *cap. 5. de compos. pac. n. 13.*

CAP. XCVI.
Preces.

Axioma I.

Preces veritate niti debent, *l. 3. l. 4. l. 5. Cod. si contr. jus vel utilit. publ.* Omnibus enim mandatis inest clausula, si preces veritate nitantur, *cap. 2. de rescript.* Canonistæ *communiter in cap. super literis eod. tit. ibique gloss. verb. literas.* Felin. latè *in l. universæ 7. C. de divers. rescript. l. si legibus. C. si contr. jus vel util. publ.* Gail. *1. observ. 14. num. 1.* Unde & precator mendax impetratis carere debet, *c. fides. c. si quando 15. extr. de rescr. c. super eo 2. extr. de crimin. falsi. l. 2 l. 3. l. 4. l. 5. C. si contr. jus vel utilit. publ.* Gœdd. *2. cons. Marpurg. 28. num. 29.*

II.

Precibus frustra impetratur, quod à jure communi conceditur *l. 1. C. de thesaur. l. Imperatores 30. ff. de rebus auctor. judic. poss.* facit *l. nemo 3. C. de Episcop. audient.* Bertrandus *cons. 154. num. 147. Bertazol. lib. 1. consultat. decis. consil. 76. num. 10.* Arnisæus *2. polit. 2 sect. 7. num. 58.* frustra enim ab homine desideratur quod per legem competit. Surd. *decis. 373. n. 18. & decis. 123. n. 11.*

III.

Preces majorum sunt mandata, Glossa *in l. 1. §. 1. ff. quod juss.* Bald. *in l. si mandator. ff. quod cum eo qui.* Preces enim superioris habentur pro jussu & coactione. Socin. *cons. 263. n. 8. vers. faciat. vol. 2.* Pacian. *cons. 54. num. 59.* Hinc Tyranni preces præcepta esse, non preces, dixerunt Gail. *2. observ. 93. num. 20.* post gloss. *in l. 1. verb. quemadmodum quod jussu.* Wesenb. *in parat. ff. quod met. caus.* adeò ut eæ inferant justum metum. Decius *cons. 219. numer. 2.* quia preces dicuntur armatæ, Menoch. *2. arbitr. quæst. cas. 461. n. 22.* Unde & quoad actus rescissionem tales preces importunæ metui æquiparantur.

Innocent. *in c. petitio. in princ. extr. de jurejur.* Cacheran. *decis. 179. num. 4. vers. secundo præsumitur.* Decian. *cons. 32. Quod donatio. num. 20. vers. septimam conjecturam vol. 3.* Rom. *in l. si ob turpem. num. fin. de condict. ob turp. caus.* Pacian. *d. cons. 54. n. 60.* Quin imò & preces solas officialium erga subditum inducere justum metum, quando tales sint, qui sævire solent in subditos, tradit Abb. *in c. insinuante, in fin. & ibi gl. qui cler. vel vovent.* & post eum Marant. *in quæst. legali. disp. 6. n. 16.*

IV.

Multa, quæ ad preces data irrita sunt, si dentur motu proprio, stabilitatem habent. Brunnem. *ad l. 1. C. de petit. bon. sublat. n. 4.*

CAP. XCVII.

Pretium. Æstimatio.

Axioma I.

Pretium qui petit, videtur approbasse venditionem, *l. quidam 12. ff. de Evict.* Carpzov. *part. 2. constit. 11. defin. 31. num. 6.* Est enim pretium nota emptionis & venditionis, Gloss. *in l. apud Celsum. §. si cum legitima. de doli mali except.* Bald. *in l. ex conventione. C. de pact. & l. cum dotem. n. 2. de jur. dot.* Jason. *in l. 1. num. 23. de C. jur. Emphyt.* Decius *in l. imaginaria. num. 1. de Reg. Jur.* & *ibi* Cagnol. Alciat. *in l. 2. in princip. de rebus credit.* Tiraquell. *de retract. consanguin. §. 1. gloss. 2. num. 1.* Fabian. de Monte *in tract. de jur. Emphyt. quæst. 2. ad fin.* Paris. *cons. 82. num. 7. & cons. 73. n. 10. vol. 3.* Socinus jun. *cons. 61. num. 3. & 8. vol. 1.* Jason. *cons. 45. num. 3. vol. 1.* Marsil. *sing. 105.*

Amplia: non solùm qui petit, sed & qui recipit pretium, contractum impugnare non potest. Wesenb. *2. Consil. 65. n. 16.*

II.

Pretium justum est, quod pretio pinguiori non superatur, *l. 1.* ubi Bald. Salicet. *C. comm. divid.* Carpz. *p. 3. const. 15. defin. 40. n. 3.*

III.

Pretia rerum non ex affectu nec utilitate singulorum, sed communi hominum consuetudine funguntur. *l. pretia rerum 63. in fin. ff. ad L. Falcid. l. si servum 33. ff. ad Leg. Aquil.* Covarr. *2. var. resolut. cap. 3. num. 4.* Gœdd. *1. cons. Marp. 27. n. 217.* Carpzov. *p. 2. constit. 49. defin. 2. num. 6. & part. 2. const. 33. defin. 5. num. 1.* Non enim ex momentis temporum, nec ex ea, quæ rarò accidit, caritate pretia constituuntur, *d. l. pretia.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 12. num. 90.* nec justa pretia ex emptione præterita, sed ex præsenti constituuntur. *l. 3. §. Divi 5. ff. de jur. fisc.* vid. Dianer *de justo rerum pretio. q. 2. pag. 14. & seqq.* Ex tempore traditionis inquit Wesenbec. *consil. 91. num. 11.* Colleg. Juridic. Argentor. *de usufruct. ear. rerum quæ usu consum. th. 6.*

IV.

Pretii quantitas (nempe iniqua) est argumentum doli, & præsumitur simulatio, si pretium sit exiguum, *l. per diversas 22. C. mand. l. 8. §. 10 ff. de transact.* Gail. *2. obs. 7. n. 14.* Carpz. *p. 3. const. 24. defin. 15. n. 5.*

V.

Aliud est pretium, & aliud res ipsa, *l. 42. §. 1. ff. de usufr. l. nemo 82. in princ. de V. O. l. fundum 28. de Novat. l. 48. §. ult. de furt.* verbi gratia, qui ex uno testamento æstimationem seu pretium habet, ex altero rem petere non prohibetur, *§. si res. Inst. de Legat. l. 34 §. 1. de leg. 1. l. 66. §. 1. de leg. 2.* Imò pretium qui accipit, rem ipsam accepisse videtur, uti habet textus expressus *in l. quia qui pretium 39. ff. de usufr. l. 54. de jur. dot.* Quod procedit maximè, si contrahentes tacitè vel expressè in id consentiunt, ut pecunia succedat loco rei, Hottoman. apud Besold. *cons. 20. numer. 106.* Sed hanc regulam per omnia veram non esse, monent Hottomannus & Bachovius *ad §. si res aliena 6. Inst. de Legat.* Licet enim re ipsa omninò contineatur etiam æstimatio; non tamen vicissim æstimatione res eodem modo continetur, siquidem affectio etiam ad rem esse potest, etiam ultra æstimationem.

VI.

Pretium succedit loco rei, *l. si & rem 22. ubi gloss. ad verb. qui potest. ff. de petit. hered. l. sed etsi lege 28. §. 1. l. si possessor 23. §. 1. ff. eod. l. Imperator 72. § ult. de legat. 2. l. 55. de donat. int. vir. & uxor.* Dd. *in l. venditor ex hereditate 21. de hered. vel act. vend.* Masver. *in pract. tit. de societ. §. nomina.* Surrogatum enim sapit naturam surrogati. *l. si enim 10 § qui injuriarum 2. ff. si quis caut. in judic. sist.* Everh *in loc. à vi surrog. per tot.*

Declara, tum demum procedere, si ipsa res debita sit, vel ejus existat, aut certè ejus esse vel fieri debeat, qui petit, jure peti possit, atque ita istius rei nomine actionem pariter habeat. *l. 14. vers. quia videtur. ff. de V. S. ibidemque* gloss. *l. 80. §. 1. ff. de furt. l. si grege 22. l. grege 21. de legat. 1. l. planè 38. §. 22. ff. de petit. hered. d. l. Imperator 70. §. fin. de legat. 2. l. res in dotem 42. ff. de jur. dot. l. venditor. 21. ff. de hered. vend. l. mater. 3. Cod. de rei vindic. l. vinum 22. ff. de reb. cred. l. si ex legati 23. ff. de V. O.* Cost. *ad l. 22. de petit. hered* Gœd. *ad l. 14. de V. S. num. 17. & 1. cons. Marp. 25. num. 132.*

Limita regulam aliter locum non habere, nisi in judiciis universalibus, ut dicunt Bart. *in d. l. si & rem. vers. oppono quod pretium. num. 1. ff. de petit. hered.* Cyn. *in l. mater. col. 2. vers. 1. C. de rei vindic.* Jason. *in l. si eum. n. 4. vers. & est nisi. col. 2. in fin. ff. si cert. petat.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 32. gloss. 1. num. 21. vers. quod autem traditur.* quia universitas comprehendit omnia bona, ideoque sive res, sive pecunia extet, nihil interest. Ita pretium succedere loco feudi, dixit Henning. Gœden. *cons. 7. de pret. rei feudal. n. 29. & seq. per text. 2. F. 25.* licet aliud videatur Cothm. *resp. 2. n. 308.* & Carpz. *P. 3. Const. 30. def. 1.* quia universitas quædam putatur. Panormitan. *in cap. cum seculum. num. 1. de jure patron.* item quod universalia jura, jurisdictionum, venationum & similia complectatur, Jason *in l. 3. num. 30. Cod. de edend. gloss. in l. quod dicitur 5. verb. sed dotis. de impens. in rem dotal. fact.* idem obtinere & in dote, post gloss. *in l. Labeo 114. verb. pretium. de V. S.* tenet Alexand. *cons. 4. videtur. num. 23. vol. 2. per l. res quæ dotem 42. de jur. dot. l. si*

ex lapidicinis 33. eod. tit. utpote quæ universalis perhibetur Gloss. *in d. l. quod dicitur 5. vers. sed dotis.* Vide tamen & Argent. *art. 418. consvet. Britan. gl. 1. num. 13.* & de petitione hæreditatis patescit *ex d. l. si & rem. ff. de petit. hered. cum similibus supra allegatis.* Unde cur pretium in judiciis singularibus non succedat loco rei, facit præcipuè id, tum quod in illis pretium & res adeò sint diversæ, ut interrogatus, an habeat rem, possit negare, licet habeat jus pretium, Baldus *in l. cogi. col. penult. C. de petit. hered.* Jason. *in l. si cum servum. num. 6. ff. si cert. petatur;* tùm quòd pretium ex re furtivâ bonâ fide acceptum non sit furtivum, *l. 48. ff. de furt.* tum etiam quod regulariter res empta ex pecunia mea, mea non dicatur. *l. si ex ea 6. C. de rei vindicat.* Pacian. *1. cons. 35. n. 31. l. venditor 21 ff. de hered. vendit. l. si quis uxori 52. §. si Titius 17. & l. qui vas 48. §. fin. ff. de furt. l. 38. ff. de noxal. act. l. 7. §. 1. in fin. qui pot. in pign.* Carpzovius *p. 3. constit. 30. defin. 1. & p. 4. const. 40. definit. 9. num. 4.* Reiger. *in voce surrogatum.* Gifanius *ad l. 82. de V. O.* nisi in casibus, quos notavit Bartholom. Socinus *in tract. de fallent. reg. 371.* quibus adde & tres speciales casus, qui notantur à glossa *in l. 1. C. si quis alteri vel sibi. verb. constitutam.* Wesenb. *2. cons. 79. n. 13.* Licet igitur Nebelkræ *decis. 10. p. 140.* id planè negare videatur, dum inquit: Verum non esse præsuppositum illud, quo ex re quapiam factum, naturam & qualitatem ejus rei indicere putet *exemplo. l. qui vas 48. §. ultim. de furt. l. 7. §. ult. qui pot. in pign. l. ex pecunia 12. C. de Jur. dot.* itemque Bartol. Carpz. *5. responsor. 47. num. 14.* Textus tamen *in l. si mater. C. de rei vindic.* contrarium demonstrat. Confer Johan. Cephal. *1. cons. 20. incip. ususfructus stabilium, num. 10.* ubi expresè in rebus particularibus, quod ibi pretium in locum rei nequaquam veniat, limitat.

VII.

Non tam valor & pretium rei quam emolumentum spectandum est. Hinc onera non solvuntur secundùm fundorum valorem, sed eorum utilitatem; & quando bonis cedens opponit beneficium competentiæ, non ad valorem rei sed ad emolumentum est spectandum. Brunnem. *ad l. 2. C. de præd. & omn. reb. Navic.*

VIII.

Nemo tenetur viliori sed justo pretio res suas venales vendere *l. 2. C. de fid. hast.* igitur nec ipsi Decuriones aut Magistratus viliori pretio frumentum patriæ suæ præstare coguntur *l. 5. ff. de admin. rer. ad civit. pertin.*

Limita: eo tempore, quo est magna rerum victualium inopia, incolæ cogi possunt res necessarias viliori pretio vendere, ut subveniatur pauperibus. Perez. *C. ut nem. lic. in coëmt. numer. 5.*

Declara Axioma, ut justum pretium sit, non quantum ab aliis offertur, sed quod taxatum est à principe vel senatu; hodiè enim in benè constitutis Rebuspublicis rebus, quarum quotidianus & necessarius est usus, pretium justum imponitur à Magistratu habitâ ratione temporis & loci, non verò arbitrio mercatorum committitur, ne pretia in immensum excrescant. Perez. *d. l. n. 5. 6.*

IX.

Pretium debet esse certum, maximè in venditione. Gail. *Lib. 2. Obs. 13. n. 6.* eôque non declarato contractus est nullus. *DD. in l. generaliter 78. ff. de R. J.* neque Instrumento emtionis creditur sine certâ pretii quantitate. Wesenb. *Vol. 1. Cons. 12. n. 96.*

Limita, quod pretium certum esse debeat in quantitate; nam si qualitas certa non sit expressa, intelligitur moneta usualis, Mynsi. *Cent. 4. obs. 15.*

CAP. XCIIX.

Primogenitus, Primordium, Primum.

Axioma I.

Primogenitus appellatur, qui primo natus est, quamvis nullus sequatur, *c. Joseph. 5. extr. de V. S.*

II.

A primordio tituli posterior formatur eventus, *l. regula 9. §. fin. vers. ut licet ff. de juris & facti ignor. l. 76. ff. de rei vind. l. unic. Cod. de imp. lucrat. descript. l. qui id quod 33. ff. de donat. l. clam. 6. de acquir. possess.* Harprecht. *ad §. 1. num. 85. Instit. de injur.* Alciat. *in tract. de præsumpt. reg. 2. præs. 24. num. 1.* Cravett. *cons. 91. num. 9.* Cephal. *cons. 156. n. 3.* Surdus *cons. 202. num. 16. lib. 2.* Consil. Arg. *cons. 104. num. 103.* Vult. *1. cons. Marpurg. 12. num. 43.* ratio, quia postea factum præsumitur in ejus executionem, quod factum erat prius, atque ita declarans nihil de novo addit, sed id, quod est, demonstrat, *l. heredes palam. 21. §. si quid post 1. ff. qui testament. fac. poss.* Vult. *3. cons. Marp. 21. numer. 204.* Nec obstat, quod Pantschm. *2. quæst. 22. numer. 50.* scribit, primordium tituli non formare exitum subsequentem, quando aliquid supervenit, quod primordio & origini contractus derogavit. Nam tale aliquid superveniisse probandum est, non ex solo cursu temporis, quippe quod ab obligationem inducendam per se inidoneum est, *l. obligationum ferè 44. de O. & A.* sed aliis ex causis justis & legitimis, Bart. Socin. *1. cons. 131. num. 7.* Ernest. Cothm. *2. resp. 79. num. 97.*

III.

Primum quod est, aliud ante se habere non potest, Jason. *in l. rescripta. num. 2. l. fin. num. 3. C. si contr. jus vel util. publ.* Primo enim nihil esse prius, *ex §. nos vero 2. ff. de concept.* probat Arnis. *1. de Majest. c. 2. n. 2.*

CAP. XCIX.

Princeps, Rex, Imperator.

Axioma I.

Princeps est pastor, qui pro grege excubat.

Hier. Alban. *de potest. Papæ. p. 1. num. 43.* Modest. Pist. *cons. 9. num. 10. lib. 2.* Sicut enim pastor oves suas fovet, ita & Princeps suis subditis pastoris vice esse, eosque cunctis in necessitatibus tueri tenetur, *c. cum Apostolus 6. §. sustinemus. extr. de censibus.* Lucas de Penna *in l. unic. col. 2. C. de superindict.* Gail. *1. obs. 17.* Coler. *de process. executiv. c. 9. num. 58.* Pruckman. *cons. 28. n. 70.* Unde & pater vocatur communis, qui filios placido sinu foveat, Baldus *cons. 410. num. 5 lib. 5.* Natt. *cons. 445. num. 6.* Cravett. *cons. 933. num. 25.* quomodo Xenophon, *in Cyropædia*, bonum principem à bono patre nihil differre dixit. Menoch. *cons. 1. num. 157.* Reincking. *de Regimin. secul. & Eccles. tit. lib. 1. class 1. c. 5. n. 47.* & veluti Deus est in terris. Boer. *in tract. de Auctor. magni consil. num. 128.* cui nihil magis proprium quàm humanitas, per quam sola Dei imitatio servatur, *l. fin. Cod. de donat. inter vir. & uxor.* Modit. *in §. Principum dub. 1. num. 11.* inde etiam debitores justitiæ vocantur ab Isern. §. *quoniam de prohib feud. alienat. per Lothar.* Vide & Molin. *in consuetud. Paris. §. 1. gloss. 5. num. 65.* ubi subjicit, obligationem mutuam esse inter subditos & superiores.

II.

Princeps est propter populum ejusque utilitatem, non populus propter Principem, Cic. *1. de offic.* Aristot. *3. polit. 11.* Cels. Mancin. *lib. 4. de jure Principat.* Ludov. Molin. *tom. 3. p. 1. de trib. disp. 667. numer. 1.* Heig. *lib. 1. q. 19.* Garsia *de expens. cap. 21. n. 32.* Paris de Puteo *de Excess. Baron. c. 1. n. 21.* Molin. *in consuetud. Paris. tit 1. §. 2. gloss. 3.* meminisse enim debet, Principatus non ob sui, sed ob utilitatem publicam & subditorum esse institutos, ut eleganter deducit Michael ab Aguerre *Apolog. suæ part. 2. num. 224.* allegatus à Vult. *3. cons. Marp. 35. num. 141.* Quapropter Principis est, subditos in eo statu conservare, in quo reperit, *l. neminem 64. in fin. C. de decur. gl. in l. moveor. C. de serv. exportand.* ubi ait: Quo statu te invenio, in tali te conservabo, idem tradit Roland. à Vall. *cons. 1. num. 104. lib. 1.* Laur. Sylvan. *cons. 1. n. 27. lib. 1.* ubi perhibet Principem velle ea, quæ consueta sunt. Hinc Princeps consuetudine suorum subditorum ligari, eâque in territorio illo uti debere, *l. Lucius 21. §. fin. ad municipal.* not. Johan. Faber *in §. ex non scripto. Instit. de Jure natural. gent. & civil.* Bover. *in suis sing. verb. statutum. num. 5.* Quod enim diuturna consuetudo approbat, id pro lege habetur, Bald. *cons. 318. col. 1. vol. 3.* cum sit alterum quasi jus naturale, quod transmutari non potest, idem Bald. *cons. 439 col. 5. vol. 3.* vide Mantuanum *cons. 43. n. 9. tom. 2.*

III.

Principis concessio facta simpliciter semper absque alterius incommodo intelligitur, *cap. super eo 15. de offic. delegat. cap. quamvis 8. de rescript. in 6. l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loc. publ. l. nec avus 4. C. de Emancip. liberor.* Jason. *in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 63. de liber. & posthum.* Decius *cons. 271. num. 2. cons. 389. num. 4. cons. 544. num. 34.* Cephal. *cons. 6. num. 28.* Laurent. Tennin. *cautel. 207. num. 1.* Siquidem Princeps est propter bonum, non ut obsit, sed ut prosit. Alphons. Modit. *§. Magistri dub. 1. numer. 5.* qua ratione nunquam jure altero jam quæsito præjudicare velle præsumitur, *l. nec avus 4. C. de Emancipat. libert.* Bald. *cons. 327. col. 2. vol. 1. & cons. 363. in pr. vol. 1.* neque ejus intentionis esse, præjudicare pactis & transactionibus inter partes firmatis dixit Bartholom. Socinus *cons. 120. num. 2. lib. 4.* cùm lædere aliquem velle, de eo non præsumatur, Hyppolit. de Marsil. *in sing. 440.* Consil. Argent. *cons. 2. num. 36. cum seqq. lib. 1.* Unde & malum in Principe non potestas, sed tempestas dicitur. Vasq. *1. controvers. cap. 1. num. 20. & 2. cap. 51. num. 65.* Hinc quando Princeps quid iniqui concederet, præsumitur ad instantiam partis, non motu proprio fecisse, *cap. si motu proprio 23. de præbend. in 6. cap. si quando 5. in fin. de rescript. & in cap. fin. eodem in 6. cap. super 1. de crimine falsi cap. 1. de religios. in 6. l. 1. Cod. de petit. bonor. l. ex facto 43. in princip. de vulgar. substitut. l. fin. Cod. si contra jus vel utilit. public.* Gail. *1. observat. 14. num. 16.* Alciatus *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 8.* cùm præsumatur, ut justitiæ plenus omnia deliberatè, & prout convenit, nec nisi ex justa causa facere, Mascardus *de probat. conclus. 1227. num. 21.* Cravett. *cons. 168. num. 9.* Regner. Sixtin. *lib. 2. Consil. Marpurg. cons. 14. numer. 51.* Vide Gail. ubi exemplis hoc demonstrat, *2. observ. 58. num. 10. & 11.*

IV.

Quodcunque jus olim omnibus de populo competiit, illud regulariter hodiè est solius principis, quia omne jus populi hodiè in principem collatum §. *6. Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.*

V.

Quicunque jus soli Principi competens sibi prætendit, ille legitimam acquisitionem probare debet, quia præsumtio est contra ipsum prætendentem: exemplum est in Jure piscandi in flumine publico. Conf. Köppen *in Usu Pract. instit. obs. 69.*

Limita, ut possit hanc acquisitionem probare vel privilegio speciali, vel etiam præscriptione immemoriali, quæ privilegio æquipollet.

VI.

Principis intentio semper intelligitur esse talis, qualis esse debet de jure & æquitate, Baldus *in c. 1. n. 3. vers. si autem non est. colum. 2. apud quem vel quos contr. feud. defin. & in l. omnes. num. 87. vers. item quia. ff. de justit. & jur. & cap. licet. n. 1. extr. de offic. judic. ordinar.* Cravetta *cons. 103. Visis. num. 14. sub vers. videamus. colum. 4.* Cephal. *cons. 468. numer. 110. vers. nec obstitit octavum. volum. 4* Pacianus *1. cons. 161. num. 21.* Talis enim ea præsumitur, qualis est legum candor & rationis naturalis integritas, Gail. *2. obs. 76. n. 11.* quia ipse Lex animata in terris dicitur, *Auth. de Consul. circ. fin. gl. in l. prohibitum. de jur. fisc.* Ludov. Gomez. *ad §. item si quis, num. 23. Inst. de Actionib. quod tamen iterum notabiliter vide declarantem* Gail. *2. observ. 58. per tot.*

VII.

Princeps quando aliquid facit, semper præsumitur

sumitur ex justa causa facere, Bald. *in l. si testamentum. C. de testam.* Decius *cons. 292. colum. 2.* Alciatus *reg. 3. præsumpt. 8.*

Declara, hoc verum esse, quando aliquid facit aut scribit motu proprio, secus ubi rescribit ad alterius postulationem; tunc enim præsumptio cessat, quia in tali casu magis præsumitur ad importunitatem postulantis, quàm ex sua voluntate scripsisse, ita singulariter dixit Ludovic. Roman. *cons. 436. incip. quod indultum. col. 4, num. 19. & repet. l. si verò. §. de viro. num. 47. fallent. 24. ff. solut. matrim.* Johan. de Imol. *in l. si testamentum. vers. ultimò limita. C. de testam.* Dec. *in c. Ecclesiarum. num. 29. secund. Lugdunens. & num. 135. secund. Venetam impression. extr. de Constit.* Mynsing. *4. observ. 8.* Thom. Grammatic. *decis. 65. num. 30. cum seq.* & pro memorabili dicto refert Hyppolit. de Marsil. *sing. 6.* idemque sentit & Alciat. *in l. causas, in pr. C. de transact.* Unde quando Princeps procederet parte non citata, pro ejus actu non præsumeretur, sicut declarant Abb. *in c. 1. de caus. poss. & prop. & in cap. cum olim. de re judic.* Barthol. Socin. *cons. 120. Memini. num. 9. vers. præterea. & vers. tertium autem. lib. 4* quin imò si princeps revocaret, quod fecit motu proprio, fingitur circumventus ad id, ut probari contrarium non possit, Dec. *cons. 580. col. 2. num. 5. cons. 286. col. fin. n. 8. cons. 282. col. & seq.* Restaur. Castald. *in tract. de Imperat. quæst. 110.* Ægid. Boss. *in tract. crim. tit. de Princip. num. 18. & seqq.*

Excipe, nisi quando aliquid rescriberet aut mandaret contra ea, quæ sunt juris divini aut gentium, aut contra recessus Imperii, aut conventionem Statuum. Tunc enim non præsumitur justa causa in Principe, nec libera voluntas pro tali habetur, Alciat. *in tr. de præsumpt. reg. 4. præs. 8.* & *ibid.* Nic. Arelat. *in annot.* adde & Mynsing. *4. obs. 8.* qua de causa si tale rescriptum contra jus divinum curreret, regulariter nullum erit, *l. fin. C. si contr. jus vel utilit. publ. cap. quæ in Ecclesiarum 7. ibique* Dd. *de Constit.* neque ei, quando de injustitia mandati constaret, parendum, sed benè resisti poterit, per ea quæ tradit Bartolus *per ill. text. in l. prohibitum 5. C. de jur. fisc.* & not. Joh. Andr. post Hostiens. *in c. significamus de Const.* Dec. *in l. non videntur. §. qui jussu. num. 4. de Reg. Jur.* Abb. *in c. si quando. col. 3. de off. deleg.* idemque Dec. *vol. 2. n. 8. secund. Venet. impress.*

VIII.

Principem summum decet pacta & concessiones suorum Majorum & Antecessorum observare *c. 1. de prob. ibique* Aug. Bero. *numer. 31.* ubi ait, Principem ad hoc & naturaliter & civiliter obligari, Paul. de Castr. *in l. digna vox. C. de LL.* Bald. *in d. c. 1. & cons. 271. Casus consilii talis est. vol. 1.* Alex. *cons. 16. col. pen. vers. quia. vol. 5.* Roman. *cons. 52. In quæstione Magnificorum. dub. 2.* Socin. jun. *cons. 116. n. 2. vol. 2.* Laur. Sylvan. *cons. 98.* Joh. Bapt Villalob. *in suis comm. opin. lit. P. n. 323.* Nam, ut gravissimè dixit Bald. *in cap. item si de nat. feud.* Deus non subjecit Principi contractus, ex quibus obligatur, licet Leges subjecerit, Soc. jun. *cons. 115. n. 11. lib. 2.* siquidem non solum Princeps, sed Deus ipse ex conventione obligatur. Bald. *in l. 1. ff. de pact.* Panorm. *in d. c. 1. not. 1. de prob.* neque suæ promissioni potest etiam de plenitudine potestatis contravenire, Paulus de Castr. *in d. l. digna. Cod. de LL.* Restaur. Castald. *in tr. de Imperat. q. 111. in casu 188.* Cravett. *cons. 135. num. 5.* Grammat. *cons. 56. n. 25. cum seqq. conf. tract. meum de oblig. succes. in offic. c. 5. n. 21. & seqq. Clariss. Habnium ad Wesenbec. de constit. Pp. pag. 94.*

IX.

Princeps quod non potest, id nec voluisse censendus est, Vult. *3. cons. Marp. 19. n. 51.* Quia Princeps in dubio censetur habere voluntatem conformem juri, *l. digna vox 4. C. de LL.* & voluntas ejus talis præsumitur, qualis de jure esse debet, Bald. *in l. ex facto. not. 4. ff. de vulg. substit.* nec ut homo, sed quasi Lex animata imperat, vocaturque inde sanctissimus, *in l. Titia 87. §. Lucius 4. ff. de Legat. 2. cap. Cleros. 1. dist. 21.* Oldend. *1. Cons. Marp. cons. 5. num. 39.* indeque in Principe tanquam fonte Justitiæ constans voluntas præsumitur, Gail. *2. obs. 55. n. 3.*

X.

Princeps quilibet potest in suo territorio, quod potest Imperator in Imperio. Bart. *in l. infamem. num. 14. ff. de publ. judic.* Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum. num. 32. extr. de constit.* Alex. *cons. 2. n. 9. col. 1.* Castrens. *cons. 34. num. 1.* Socin. sen. *cons. 66. num. 13. vol. 3.* Socin. jun. *cons. 98. n. 1. vol. 3.* Curt. jun. *cons. 61. num. 9.* Zas. *cons. 1. num. 21. vol. 2.* Schurf. *cons. 18. num. 2. cent. 3.* Vult. *1. cons. Marp. 16. n. 46.*

XI.

De Principis potestate disputare instar sacrilegii est, *l. disputare 2. C. de crim. sacril. l. sacrilegii 5. C. de divers. rescr.* hoc enim grande nefas esse dixit Ant. de Padill. *ad d. l. 5. C. de div. rescr.* add. & Bender. *de revis. concl. 36. n. 4.* Borell. *de comprom. §. 2. gl. 1. n. 231.* Decian. *resp 41. num. 137.* Pfeil. *cons. 76. n. 39. cent. 1.* Val. Forst. *de success. ab intest. lib. 1. c. 47. n. 23.*

Excipe, nisi quando super aliquo facto Principis jus alicujus tertii læderetur, tunc enim de voluntate & scientia Principis disputare & inquirere prohibitum non est, *l. 2. ff. de supellect. legat. l. ex facto 43. in pr. ff. de vulg. subst.* quia nonnunquam per sub- & obreptionem male instruitur & informatur, *d. l. 1. C. de pet. bon. sublat.* Gail. *2. obs. 58. num. 8.*

XII.

Principi non obediens morte moriatur, *1 Reg. 14. c. 2. de major. & obed. urg. l. unic. C. de vet. numism. potest.*

Intellige verum, cùm in re magni momenti ac præjudicii, unde scilicet Deus, Respublica magnoperè offenditur, & mandatum Principis negligitur. Cæterum si de levioribus causis agitur, pœna mortis tum non obtinet, sed alia mitior, judicis tamen arbitrio personarum & rerum circumstantiis consideratis, statuenda erit. Fach. *1. contr. 1.* Menoch. *de arb. jud. quæst. cas. 365.* Farin. *comm. concl. 9. crim. tit. de delict. & pœn. q. 19. n. 22.*

Limita: Judices non tenentur inverecun-

das petitiones & desuper obtenta mandata admittere, quæ pugnant cum legibus & commodo publico vel privato partium, imò si fecerint hoc, puniantur.

Sublimita: nisi Princeps factâ ipsi à Judice demonstratione secundam jussionem emittat, tunc enim obsequendum. Perez. *C. de petit. bon. sublat. num. 4.* Nam quando princeps aliquid concedit contra jus commune, præsumitur importunitate & falsis narratis supplicantis circumventus esse; principes enim propter importunitatem petentium, dum interdum metuunt offendere aliquos, scribunt quod fieri nollent, & sæpe non concedenda largiuntur, itaque ea revocare possunt. Brunnem. *ad l. 1. §. 2. C. de petit. bon. sublat.*

XIII.

Princeps est mundi Dominus. *l. deprecatio 9. ad L. Rhod. de jact. l. benè à Zenone. 3. §. qui enim ultim. C. de quadr. præscript. l. si duas 6. §. est autem 2. ibi universo orbi. ff. de excusat. tut.* imò corporalis mundi Deus, eminens super omnes tanquâ stella matutina in medio nebulæ, Matth. Stephan. *l. 2. c. 1. n. 49. de jurisdict.*

Intellige verum (1.) de superioritate ac dominio protectionis & jurisdictionis, non de cujuslibet hominis privati re & substantia: non de privato moderamine, sed publica tutela. *l. 2. rescripta 7. C. de precip. Imp. offer.* Phil. Matth. *ad l. 11. de R. J.* (2.) non de quæstu & lucro, sed pro utilitate Imperii. *l. præcipimus 72. C. de appellat.* (3.) non de privati arbitrii libidine, sed legitimo Legum ordine & præscripto. *l. non omnes 8. C. de LL. l. 1. in princ. C. de summ. Trinit.* (4.) non de usu, sed utendi potestate, si evidens Reipubl. utilitas flagitet. Gail. 2. *obs. 56.* Vasq. *illustr. contr. c. 5.* (5.) non de re privatorum ipsa, nisi fortè privatus quis decedat sine herede. Just. Meier. *in disp. ad L. Rhod. de jact. thes. 4.* (6.) non de enervatione, sed Reipubl. sustentatione, quando Rempubl. administrat, non quando spoliat. Melchior Goldast. *in polit. Imperial. p. 12. §. præterea ac imprimis.*

XIV.

Principem facere non oportet ea, quæ injustè fieri solent. *l. digna 4. C. de LL. causas 16. C. de transact. l. 2. C. de sentent. rescind. l. autoritatem 3. C. Unde vi. l. 10. C. de testam.* Castald. *de Imperat. quæst. 111.* imò ne fieri quidem posse putantur, quæ inhonestè facienda essent. *l. filius qui 15. ff. de condit. instit. l. Nepos Proculo 125. de V. S. cap. faciat. 22. quæst. 2. cap. fin. de rescript. in 6.* Rauchbar. *2. quæst. 11. n. 37.* quanquam enim principi data sit omnis potestas, nulla tamen ad malè agendum vel alienum auferendum data intelligitur, Ezech. *c. 45. 3. Reg. 10. c. scelus. 2. quæst. 1.* Arnisæ. *3. de Majest. c. 1. n. 7.*

XV.

Principis præsentia omnes supplet solennitates. *l. 19. C. de testam.* hinc servi cubicularii principis donati ipso facto sine ullâ scripturæ solennitate fiunt liberi *l. 4. C. de Præpos. sacri Cubic.*

XVI.

Principis splendor omnia illustrat; hinc & vile munus, si in eo quis deserviat principi, nobile reputatur. Brunnem. *C. de præpos. Sacr. Cubic. col. 2. n. 1.*

XVII.

Principis non est minuere sed augere immunitates & Privilegia. Brunnem. *C. de Veteran. n. 1.*

XVIII.

Omnia jura ex supremo principe tanquam Oceano fluunt & ad eundem refluunt. Et quoad Jurisdictionem est instar maris, quod fluminum concursu non augetur vel minuitur. Perez. *C. de annon. & tribut. n. 4.*

XIX.

Principi per suos ministros præjudicari potest. Brunnem. *ad l. fin. C. de fund. rei priv. numer. 3.*

XX.

Aditus ad principem nemini est præcludendus. Intellige scriptis. Nam non omnes passim sine sacrâ revocatoriâ seu permissione aulam Principis accedere poterant *l. 9. C. de offic. Rector. Provinc.* exceptis Illustribus *l. fin. C. de dignit.*

XXI.

Date principi quæ sunt principis. Hoc axioma ad Gynæciarios seu tinctores muricis, qui serieoblattas & metaxas Principis scrinio non inferunt, applicat Perez. *Cod. de murileg. n. 5.*

XXII.

Principum compositiones cum subditis super quotâ collectandi à Principe revocari non debent, habent enim vim legis. Brunnem. *in l. ult. C. de annon. & tribut.*

XXIII.

Princeps privato succedens ejus jure utitur, & ratione bonorum acquisitorum tenetur ad onera, nisi aliqua sint extraordinaria, quibus princeps solutus est. Perez. *C. de Præd. & omn. reb. Navicular. num. 2.* hinc ditiones Imperatoris in censum Imperii sunt relatæ. Brunnem. *ad l. 1. C. eod.*

XXIV.

Princeps Legibus est solutus. *l. Princeps 31. de LL.*

Intellige scil. quoad vim coactivam, quia eum nemo ad leges observandas cogere potest. *l. digna vox 4. C. de LL.* secus quoad vim directivam, quia eas servare tenetur. *d. l. 31. ff. de LL. l. ex imperfecto 23. ff. de leg. 2. l. 3. C. de testam. ibi nihil tamen. §. ult. Inst. quib. mod. test. infirm.* Matth. *c. 3.* D. Thom. *quæst. 96. art. 5. p. 1.* Sot. *de just. & jur. lib. 1. quæst. 6. art. 7.* Didac. Covar. *in relect. c. alma mater. part. 1. §. 1. num. 4.* Gregor. de Valent. *2. tom. comm. Theolog. disp. 7. quæst. 5. p. 4.* Fachin. *1. contr. 2.*

XXV.

Principis placitum Legis habet vigorem. *l. 1. ff. de constitut. Princip.* quicquid enim Princeps decrevit, vel de plano est interlocutus, pro lege habetur. *l. ult. C. de LL.* Costal. *d. l. 1. de constit. Princip.*

Intellige verum in terminis habilibus; non enim

enim quodvis placitum Principis Legis habere vigorem dicitur, sed illud demum quod juri ac Legibus consentaneum, nec in læsionem alterius tendit, prout demonstrant Covar. *3. variar. resolut. c. 6. num. 8. & post eum* Philip. Matth. *ad l. 11. de R. I.* Quod igitur dicitur principis contractus Legibus comparari, *l. penult. C. de donat. int. vir. & uxor.* illud intelligitur non tàm ratione effectus, quam ratione constitutionis, ut quemadmodum simplex Principis placitum sine ulla alia solennitate Legis vigorem habet, ita etiam contractus Principis omissa licet solennitate Legis firmitatem obtineat & per se subsistat. *vid. Not. nostras in quæst. Wesenb. disp. 1. ad lib. 1. tit. 3. n. 2. quæst. 27.*

CAP. C.
Principale.
Axioma I.

Principale quando non tenet, tunc nec accessorium tenet, *c. si diligenti 11. extr. de for. compet. c. inter 6. in fin. extr. de fid. instrum. c. cum inter 13. extr. de sentent. & re judic. c. relatum 3. extr. de concess. præb. cap. ult. extr. de rer. permut. c. de prudentia 3. extr. de donat. inter vir. & ux. c. cum sit 16. extr. de Judæis & Saracen. c. penult. extr. de purgat. Canon.* principali enim cassato, omnia accessoria cassata intelliguntur. *c. qualibet 17. extr. de Elect. c. venerabilem 34. extr. eod. c. auditis 8. extr. de procurat. c. tua 26. extr. de sponsal. c. cum ex injuncto 2. extr. de nov. oper. nunc. c. fraternitatis 4. extr. de hæretic.* Et principali destructo corruit accessorium. *l. cum principalis 128. l. nihil dolo 129. §. 1. ff. de R. I. c. accessorium, extr. eod.* Matth. de Afflict. *in c. unic. n. 11. de succes. frat.* Regner. Sixt. *2. consil. Marpurg. 21. num. 36.* & abjudicato vel irrito facto principali simul censentur esse abjudicata & irrita, quæ ex eo dependent. *l. Pomponius 13. §. fin. ff. de acquir. poss. c. cum inter vos 13. in fin. de re judic. c. inter dilectos 6. de fid. instrum.* Oldend. *2. consil. Marpurg. 5. n. 123.* & principali præsupposito falso non possunt esse vera, quæ inde colliguntur. *l. fin. ff. de acquir. poss.* Oldend. *d. cons. 5. n. 54.* Fallit tamen in actione hypothecaria *per l. 7. C. de præscript. 30. vel 40. ann. ibiq. tradita* Cujac.

Limita: quòd principali destructo non corruat accessorium, sed subsistat, quoties accessorium speciale lege fulcitum est; autoritas enim legis facit, ut accessorium per se valeat. Ita legata subsistunt sublato principali scil. testamento juxta *Nov. 115. cap. 3. n. 3. in fin.*

Limita iterum, modò accessorium sui naturâ per se subsistere possit.

II.

Principale debet attendi, ad quod res principaliter paratur, non illud, ad quod paratur secundariò. *l. quamvis 26. de aur. legat. vid. & l. 7. §. 1. de injur.* ubi distinctionem inter id, quod principale & minus principale, expresso textu niti videmus. *vid. supr. lib. 1. c. Accessorium.*

III.

Principale ad se trahit minus principale. *cap. accessorium 42. de Regulis Juris.* ad quem enim principale pertinet, ad eundem & accessorium pertinebit. *c. solicitudinem 54. extr. de appellat.* adeò ut idem obtineat eo casu, quo accessorium majus & dignius suo principali. *l. 19. §. perveniamus 13. ff. de aur. legat. §. si tamen alienam 26. Inst. de rer. divis.* Castrens. *in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. vers. quod nota de V. O.* Hyppol. de Marsil. *in sing. 7. num. 6.* cum magis intuendum sit principale negotium quod agitur, quam accessorium, ut fraus abesse videatur & alienatio valeat. *l. in modicis 24. ff. de contr. empt.* Wesenb. *1. cons. 23. num. 37.* unde simul accessorium cum principali per appellationem legitimam ad superiorem deferuntur *cap. dilectis 55. extr. de appellationib.* Exemplo sunt fœtus animalium *§. 19. Inst. de R. D. l. 6. §. 6. ff. de A. R. D.* & omnes species accessionum, ex *tit. Inst. de Rer. Divis.*

Limita, ut procedat (1.) nisi res principalis vilior fuerit suo accessorio. *Zæs. ad ff. b. 1. p. 33.* (2.) modò id, quod accedit, bonâ fide accedat.

IV.

Principalem causam facit quiescere quæstio præjudicialis. *cap. si judex 12. in fin. de sentent. excomm. in 6. vid. sup. c. Præjudicium.*

CAP. CI.
Principium.
Axioma I.

Principium est cujusque rei pars præcipua *l. 1. de O. I.* ratio est, quia omne principium grave est, ubi fundamentum recti positum fuerit, cætera facile consequuntur. Bachov. *in Comm. 16. n. 2.*

II.

Adversus negantem principia non est disputandum, post Aristotel. & cæteros Philosophos Dannhauuerus *epitom. dialect. p. 2. cap. 2. p. 158.* Cujac. *4. obs. 31. in fin. & in Papin. lib. 23. quæst. ad l. peregrè. §. quibus. ff. de acquir. poss.* Ratio est: quia principiis ἀδὲν πιςότερον ἢ γνωριμώτερον, Arist. *lib. 1. post. analyt. c. 2. text. 12.* Ita Arnob. *lib. 1. advers. Gentes* stultitiæ esse censet rebus perspicuis & nullam desiderantibus defensionem diutius immorari.

Limitari potest adversus eos, qui negant principia ex iisdem principiis frustra disputari, sed principia utrisque superesse, ex quibus utiliter & apte cum iisdem disputari potest; ita quidem, ut communium principiorum adminiculo propriè illa & peculiaria principia probentur, interdum & evincantur. Philipp. Mornæus *de verit. religion. in præfat.* confer Dannhauerum *d. loco.*

III.

Principium quod habet, habet etiam finem, & quod non habet principium, non etiam potest habere finem. Alber. *in l. Titio usufructus, in pr. de condit. & demonstrat. per illum text.* ubi dicitur, quod conditio non habeat initium, quando actum suspendere non potest. Ergo à con-

trario sensu, tunc dicetur conditio nasci, & principium habere, cum incipit suspendere obligationem. Facian. *l. cons. 30. n. 48.* Quando itaque finis habet necessariam causam cum principio, attendendum est principium, non finis. arg. *l. quod ait. 23. §. ult. ad L. Jul. de adult. l. qui cum major 14. §. sed si minor. 2. C. de bon. quæ liberis l. damn. infect. 18. §. Sabin. 11. de damn. infect.* Ant. Gomez. *3. resol. 9. n. 3.* quod tamen ut nimis incertum taxat Ant. Matth. *lib. 48. tit. 14. c. 1. n. 3.*

IV.

PRINCIPIUM & initium à DEO est, *auth. de hæred. & falcid. in princ. Novell. 1. c. in nomine Domini 1. 23. dist.* Bald. *in proœmio Decretal. in princ.* Barbat. *in rub. de fide instrum. col. 18. cum seq.* Nicol. Mozz. *de contract. tit. quomodo contractus desiciat. à n. 27. cum seqq.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 1.* Fr. Paulin. Berti Lucens. *in praxi crimin. Regular. tit. 4. in princ. num. 6.* Cald. Pereira *de emptione & vendit. c. 1. num. 1. & 14.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 6. lit. P. concl. 705. per totam.* [Bene enim omnia geruntur, si principium rei fuerit decens & amicabile Deo. §. *nos igitur. Novell. 6. can. non observetis 16. in fin.* Harprecht. *in comment. ad Inst. proœm. tom. 1. n. 1.*]

V.

PRINCIPIUM cujusque rei est spectandum, *l. Pomponius 15. ff. de negot. gestis. l. si procuratorem 8. ff. mandati. l. nam origo 8. ff. quod vi, aut clam. l. si tantum 12. ff. ad Macedon. l. si filius fam. 7. C. eod. tit. l. unic. C. de impon. luc. descript. lib. 10.* [ratio est, quia ex primordio tituli posterior formatur eventus. *l. un. & ibi gloss. de Imp. lucrat. descript. l. potior. l. balnea. qui potior in pignor.* Besold. *5. cons. 238. n. 38. l. 1. §. prætor 1. l. scio. 3. in fin. de minor.* Anton. Faber *C. suo de liber. causa defin. 7. num. 19. & in rational. ad l. 3. §. 3. verb. licet ad SC. Maced.* Peck. *ad reg. 81. de R. I. c. scientes 3. c. olim. 20. c. penult. extr. de censib.* Speculat. *de restit. in integr. p. 2. §. 2. vers. sed cum etiam.* Alex. *in l. denique. §. si quis. post* Bart. *ff. de minor.* Bart. *in l. 1. ff. qui pot. in pign.* Mynsing. *decad. 1. cons. 10. num. 46.* Treutl. *1. cons. 13. num. 51.*] Tiraquell. *in l. si unquam. verb. donatione largitus. n. 257. C. de revocand. donat.* Menoch. *cons. 843. n. 37. & consil. 844. num. 45.* ubi quod principium contractus, non finis, spectari debet. Avendan. *jun. l. 44. Tauri. gloss. 15. num. 5.* Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 34. & decis. 102. num. 10. & decis. 297. num. 12.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 1. quæst. 11. num. 7. & 8.* D. Barbos. *in l. post dotem. num 75. ff. soluto matrimon.* Cald. Pereira *de potestate elig. cap. 10. num. 41. & quæst. forens. cons. 8. num. 19. & cons. 43. n. 30.* Steph. Grat. *discept. forens. c. 202. n. 15. cum seqq.* Card. Tusch. *tom. 6. lit. P. conclus. 703.* [Idem etiam obtinere in delictis, tradit Gail. *2. obs. 110. num. 18. per l. quod ait Lex 23. §. quod ait 4. ff. ad L. Jul. de adult.* ibidemque Bart. *n. 2. l. quoniam multa 6. C. ad L. Jul. de vi publ.* Hyppolit. *in pract. crimin. §. quoniam. n. 91. & Dd. in l. 1. C. unde vi.* Siquidem cujuscunque rei potissima pars est principium. *l. si procuratorem 8. ff. de procurat.* Wesenb. *in parat. ff. de orig. jur.* Johan. Andr. *ad tit. de R. I. quæst. 9.* cum ignoratis principiis ignoretur & ars sive principiatum. *Auth. de non alienand. §. scimus, in fin. collat. 8.* Dyn. *in c. nullus pluribus de R. I. in 6.* Schneidevv. *ad princ. Instit. de interdict. numer. 2.*] Unde rectè ait text. *in c. principatus 1. q. 1.* quod vix bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio, allegatus à Molin. *de primogen. lib. 1. c. 2. n. 8.* & Kling. *lib. 1. de regim. secul. cap. 5. num. 11.*

VI.

PRINCIPIUM est de esse, & jure principiati, sicut pars de esse totius, & fundamentum de esse superædificati. Oldrad. *cons. 200. Principium est*, quem refert Cardin. Tusch. *d. tom. 6. lit. P. conclus. 702. numero 1.*

CAP. CII.

Prior *vid. supra* Occupatio.

Axioma I.

In judiciis pluribus occupantis melior est conditio. *l. 6. de tribut. act.* Æquitas enim non patitur, ut quod quis semel præstitit, id denuo ipsi vel alii præstare teneatur. *l. 18. ff. rer. am. l. qui servum 20. de interrogat.* Cujac. *lib. 36. Paul. ad edict. in l. 26. de pecul.* siquidem creditoris est, vigilare ad suum consequendum. *l. 21. in fin. pr. d. t.* unde dicitur, quod qui primus petit (inter creditores) habeat etiam prærogativam *in l. ult. §. 4. C. de testam. manumiss.* & qui prior accepit beneficium seu feudum vel expectativam à Principe, præferatur posteriori, quia etiam possessionem impetravit, quia impetratio ista censetur esse surreptitia. Bl. *in l. 2. num. 2. C. de LL. C. A. 1. cons. 37. num. 9. conf. quæd. in tract. degratificatione.*

II.

PRIOR qui est tempore, potior est jure. *l. qui balneum 9. in princ. l. potior 11. in princ. ff. qui potiores in pignore hab. l. si fundum 4. C. eod. c. qui prior 54. de R. I. lib. 6.*

lib. 6. exornant Duen. *reg. 198.* Oldrad. *conſ. 218. Gratia, in princ.* Anton. de Butr. *conſ. 22. in princ.* Roman. *conſ. 47. in princ. verſ. tertiò hoc oſtenditur.* Neguzant. *de pignorib. parte 5. princ. memb. 2. num. 11. & num. 39.* Cæpolla *caut. 122. & 124.* Barthol. Perett. *ad extravag. ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alien. verb. datum. numero 16.* Cott. *in memorab. verb. creditor 7.* Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi part. 12. conſid. 99.* Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ. tit. de conſtit. redituum gloſſ. 8.* Vital. de Cambanis *in tract. clauſul. pag. mihi 37. num. 14.* Bertazol. *de clauſulis inſtrument. clauſul. 1. gloſſ. 5. num. 42.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1228.* Joſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ. 45. num. 7.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 94. num. 15. & deciſ. 253. num. 1.* Matienſ. *l. 7. gloſſ. 5. num. 3. tit. 16. lib. 5. novæ Recop.* Felician. *de cenſib. tom. 1. lib. 3. c. 5. num. 12.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 6. lit. P. concluſ. 465.* Flores de Mena *var. tom. 1. quæſt. 6. art. 3. num. 24.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. §. 3. proœm. num. 22.* Valaſc. *conſ. 129. num. 2.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 11. tit. 22. num. 1.* Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verb. jus. num. 15. & verb. pignus num. 26.* Mari. Antonin. *variar. reſolut. lib. 1. reſol. 81. num. 7. & lib. 2. reſol. 50. num. 32.* Garc. Gironda *de privilegiorum, ſeu exempt. explicat. num. 357.* Seraphin. *deciſ. 187. num. 1.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 3. collect. 473.* latè Ovid. de Amicis *de jure emphyt. quæſt. 99. num. 1. & 9.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. c. 730. num. 14. & c. 771. num. 1. tom. 5. c. 963. num. 1.* Narbona *l. 56. gloſſ. unica. num. 2. tit. 24. lib. 2. Recop.* Carpzov. *1. conſtit. 28. defin. 102. n. 5. & d. conſtit. 28. defin. 12. n. 9.*

Amplia primò, ut procedat, etiamſi prioritas ſit in hora & puncto. Decian. *conſ. 109. numer. 22. lib. 2.* quem refert Cardinal. Tuſchus *d. lit. P. concluſ. 465. num. 4.*

Amplia ſecundo, ut procedat tam in agendo, quàm in excipiendo, & replicando, *l. creditor qui prior 12. in princ. ff. qui potiores in pignore.* Ripa *in l. privilegia. num. 18. ampl. 13. ff. privileg. cred.* Neguzant. *d. memb. 2. ampl. 2. num. 2.* Garc. Gironda *ubi ſupr. num. 358.*

Intellige hoc Axioma, quando ſunt pares in cauſa, aliàs ſecus. Federic. de Senis *conſ. 197. in princ. verſ. reſtat reſpondere. & conſ. 69. circa fin. verſ. non obſtat.* Roman. *conſ. 47. verſ. ſecundo.* quos refert Card. Tuſch. *d. lit. P. concl. 465. num. 39.* Intelligit etiam in concurſu, non in ſeparabilibus & diverſis. Polydor. Ripa *ſing. obſervat. 174. num. 6.*

III.

PRIOR nominatus cenſetur magis dilectus, *l. ſi communis ſervus 37. ff. de ſtipulat. ſerv. c. ſi quis 46. de elect. lib. 6.* Thom. de Thomaſſet. *in floribus legum, regul. 235.* Card. Tuſch. *de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 11. num. 13. & lib. 8. tit. 4. numer. 12. & tit. 9. num. 7.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 16. num. 3. cum ſeqq.* [& cæteris eſt præferendus. *cap. ſi quis 46. in fin. pr. ibi: is qui primo inſtrumento vel literis procurationis extiterit nominatus. de elect. in 6.*

IV.

PRIOR nominatio majorem dignitatem arguit, Tiraquell. *de Jure primogen. quæſt. 19. num. 2.* quia prior deſcriptus dicitur dignior, & præcedere debet, *l. 1. ff. de albo ſcrib.* Pariſ. *conſ. 38. num. 1. vol. 4.* Peregr. *conſ. 3. num. 60. lib. 1.* quos refert Mar. Antonin. *var. reſolut. lib. 1. reſol. 81. num. 1.* [& prior in nominatione cenſetur eſſe prior in diſpoſitione, *l. cum pater 77. §. à te peto 32. ff. de legat. 2.* Pacian. *1. conſ. 46. n. 13.*

Excipe: niſi Lex expreſſe ſit in contrarium vel conſuetudo aliud doceat. Ita Bucher. *lib. 1. c. 18.* populum prætulit Principi propter contextum Biblicum, ubi ſæpe populus ante Principem nominatus reperitur, *2. Paral. 23. 1. Reg. 30.* ita militem in actibus indifferentibus præferendum eſſe literato, ex eo quod jura arma ſemper priori loco, leges vero ſecundo nominent, *per l. 1. in princ. C. de Juſt. Codic. confirm. l. 1. C. de vet. jur. enucl.* probat Chaſſan. *p. 9. gloſſ. mand. carol. conſ. 1.* Unde & Alphonſus de Caſtr. *lib. 12. contra hæreticos verba Papa. p. 89. lit. b.* prærogativam Petri præ reliquis Diſcipulis inde evincere voluit, quia Petrus plerumque primo loco nominatus inveniatur id autem facile retorqueri poterit; *ex 2. Reg. 6. 3. Reg. 8. 4. Reg. 11. & 22. 2. Paral. 15. & 30. & Pſ. 130.* Si enim jus eſſet ita argumentari, filii hac ratione ſuperiores eſſent parentibus, *Gen. c. 24.* aut uxor marito, quia Sara ad Abraham dicit, judicet Dominus inter me & te, aut Moyſes DEO, quia ejus nomen DEO præponitur, *Num. ult.* aut Cæſar DEO, *Matth. 22.* aut Medicus Patrono, *cap. non ſane 15. 14. quæſt. 5.* Arniſ. *1. de Majeſt. c. 2. n. 2.*]

CAP.

CAP. CIII.
Privatio.

Axioma I.

Nemo jure suo est privandus, nisi hoc expresse cautum sit. *Novell. 2. cap. 3. §. cum igitur de non elig. secund. nuben. c. 2. in verb. cum nusquam inveniatur autum. Ne sede vacant. l. & si quis 14. de relig. & sumpt. funer. cap. 2. de constitut.* ubi Barbosa *num. ult. gloss. in c. ult. de jur. patronat.* Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. 36. num. 13.* Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cas. 276 num. 1.* Frantzk. *de laudem cap. ult. num. 5.* Didac. à Segura *in tract. de lucr. marit. & uxor. num. 1. p. 453.* Joh. Campeg. *p. 1. de dote quæst. 47. num. 3.* Sæpè tamen contingit, ut quis sine sua culpa jure suo privetur, sed non sine causa. *cap. antiqua 23. & ibi gl. de privil.* Dyn. *in c. sine culpa. de R. I. in 6.* Tiraquell. *de jur. primogen. q. 4. n. 36.*

II.

Quousque quis jure suo abutitur, eousque, etiam jure suo privandus, quia pœna debet esse conformis delicto *l. 31. in fin. C. de Episc. & Cler.* ita ergò qui usufructu sibi concesso pro parte abutitur, pro parte etiam illum amittit, *l. 14. ff. quib. mod. usufr. amitt.* Idem est in Emphyteusi *Carpz. P. 2. Const. 38. def. 23. & seq.*

III.

Ex privatis dispositionibus nunquam resultat habitus, *l. ex facto 35 ff. de hered. instit. l. Titia 59. ff. de manumiss. testam.* Forster. *1. Cons. Marp. 8. num. 14.* Ejus enim quod non est, impossibile est dari partem aut qualitatem, *l. adeo 7. §. quod si toto 5. ff. de acquir. dom. l. 2. ff. de Usufr.* & introducta ad privationem, effectum contrarium non pariunt. *l. 1. §. 4. vers. unde quæritur ff. de publican. l. legata inutiliter 14. ff. de adim. legat.* Arnis. *lib. 2. de Majestat. c. 2. num. 5.* hinc inferri solet, quod venditio rei non existentis non valeat, *l. domum 57. ff. de contr. empt.* nec judex etiam possit rem non existentem æstimare. *l. in actionibus 5. in fin. de in lit. jurand.* nec demonstretur quod non est, Bald. *in l. demonstratio. colum. 2. ff. de condit. & demonstr.* nec bonitas rei, quia non extet, æstimetur, *l. qui servum 34. §. 1. de O. & A.* nec notorium appelletur, quod non est in rerum natura. Cravett. *consil. 221. n. 2.* Sicut itaque se habet causa in productione, ita etiam ejus privatio se habeat in destructione. Decian. *resp. 129. num. 39. col. 3.* Pantschman. *p. 2. q. 21. num. 82.* cum non possit desinere esse, quod nunquam esse cœpit. *l. 26. de usufruct. legat. l. si in diem 46. ff. de cond. & demonstr. l. non videtur 83. ff. de R. I. l. nam etsi 5. ff. de injust. rupt. & irrit. testam. l. nulla fœmina 13. de suis & leg. l. si partem 19. quemad. serv. amitt. l. decem 116. de V. O.* Anton. Fab. *in nation. ad l. 3. §. 1. Usufr. quemadm. cav. cap. ad dissolvendum 13. de desponsat. impub.* Gylman. *1. p. 2. vot. 4. tit. 11.* Bald. *in tr. de præscr. p. 1. ult. p. pr. n. 1.*

IV.

Privatio juris non competentis nunquam inducta intelligitur, nisi id expresse dicatur, *Novell. de non elig. secund. nubent. §. cum igitur. l. & si quis 14. §. Divus 14. ff. de relig. & sumpt. fun.* Gloss. & Abb. *in c. fin. de jure patron. n. 7.* Felin. *in c. ex parte 3. in pr. extr. de rescript.* Alex. *cons. 103. n. 15. & consil. 124. in fin. vol. 1.* Regn. Sixt. *1. Consil. Marp. 14. num. 60.* Carpzov. *p. 4. constit. 43. defin. 8. num. 3.* Valasc. *de jur. Emphyt. q. 29. n. 23.* pœnam itaque privationis nemini irrogatam censeri, nisi hoc expresse Lex determinet vel sanciat, ex *Nov. 2. c. 3. vers. nec enim Nov. 115. cap. 3.* deducunt Menoch. *2 arb. jud. cas. 276. cons. 215. n. 2. & cons. 216. n. 4.* Modest. Pistor. *quæst. 57. n. 4. q. 68.* Schrad. *de feud. 2. part. 9 pr. sect. 8. num. 15.* Rauchbar. *p. 2. quæst. jur. civil. & Saxon. q. 20. n. 17.*

V.

Privatio filii non est privatio Nepotis. *l. Gallus 29. §. & quid si tantum 5. ff. de liber. & posth. l. qui in aliena 9. §. interdum 3. ff. de acquir. hered.* Bald. *in l. maximum vitium. C. de acq. hered.* Fichard. *1. cons. 46. n. 17.*

VI.

In privatione prius aliquid esse, quàm in habitu, impossibile est, *cap. ad dissolvendum 17. ibique gloss. extr. de desponsat. impub.* Aretin. *in §. 1. not. tab. 5. vers. nota quod habitus. Inst. de libertin.* & plura cum multis concordantiis notat Jason *in l. decem stipulatus. num. 17. vers. & ex hoc textu. col. 3. in fin. ff. de V. O.* Everhard. *in loc. Top. loc. 60. de mod. arguendi.* Pacian. *1. cons. 30. n. 24.* ratio, quia ea semper posterior præsumitur. *Pacian. 2. de prob. c. 25. n. 29.* unde & privationem à negatione ita differre patet exinde, quod privatio in subjecto sit, negatio subjectum non supponat: itaque vacuum potius est negatio, quàm privatio, quia vacuum non est in subjecto. Est ergo simplex entis negatio, ac propterea non ens. Jac. Martin. *lib. 1. de loco, c. 1. p. 4.*

VII.

Privatio jam collata in personam unius, non potest differri ex defectu alterius, *l. pater fam. testamento 44. ff. de hered. Inst.*

VIII.

Quotiescunque agitur de privatione juris jam quæsiti, semper requiritur monitio præcedens, Wesenb. *cons. 57. num. 10.* & sententia declaratoria, Treutl. *2. disp. 18. thes. 9. lit. D.* vid. tamen Bachov. *ibid.* & Dd. *ad l. 2. C. de jur. Emphyt. vid. & supr. lib. 11. cap. Monitio.*

IX.

PRIVATIO præsupponit habitum, quia nemo privatur, nisi prius habuerit id, quo fuit privatus, *l. decem 116. ff. de verb. oblig. l. 4. §. condemnatum 6. ff. de re judic. l. nec utilem 20. ff. ex quibus causis majores. l. Titio usus fructus 96. ff. de condit. & demonstr. l. remittit. 6. ff. de jurejur. l. non potest videri. ff. de Regulis Juris. §. servus. instit. de capitis diminut.* ubi Pichar. *num. 2. cap. ad dissolvendum. de desponsat. impub.* [*l. nam etsi 5. ff. de injust. rupt. l. manumissiones 4. ff. de justit. & jur. l. Julianus*

anus 4. ff. de divortiis. Pacian. conſ. 4. num. 82. & conſ. 30. num. 55. 61. cum ſeq. Johan. Honded. conſ. 72. num. 25 vol. 1. Aym. Cravett. conſ. 976. num. 1. Carentiæ enim ſunt habentium, Bald. in l. liceat 3. oppoſ. C. de locat. Octav. Cacheran. deciſ. Pedem. 95. n. 12. Joh. Petrus Surdus conſ. 305. num. 65. fac. l. 1. C. per quas perſonas cuiq. acquir. v. g. Inteſtatus nemo dici poteſt, niſi qui potuit facere teſtamentum. Cujac. in Juliano ad l. Lex Cornelia 20. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. pag. 522. C. ubi tamen exceptionem addit in eo, quem lex Cornelia pro inteſtato habet. Ita quoque petitionem abſolutionis præſupponere excommunicationem dixit Cravett. conſ. 976. num. 1. in fin.] Adde Coll. Conimbric. in comm. ad Logicam, tit. de oppoſitis, cap. 10. quæſt. unic. art. 3. Baldus in l. licet. in 3. oppoſit. C. locati. Ancharan. conſ. 179. Prima facie videretur. Everhard. in Topicis legal. loco 6. Vitalis de Cambanis in tract. clauſul. pag. mihi 224. num. 12. Bertazol. in repet l. ſi quis major. Cod. de tranſactionib. num. 571. Menochius conſ. 171. num. 1. & conſ. 241. num. 27. & conſ. 326 numer. 2. & conſ. 378. num. 9. & conſ. 442. numer. 8. & conſil. 466. num. 26. & conſil. 484. num. 17. & conſ. 613. num. 9. Surdus de aliment. tit. 6. quæſt. 23. & conſ. 52. num. 57. & conſil. 73. num. 76. & conſ. 160. num. 38. & conſ. 305. num. 64. Oſaſch. deciſ. 95. num. 12. Anton. Monach. Bononienſ. deciſ. 30. num. 5. Monet. de decimis, cap. 9. quæſt. 2. num. 18. Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. tom. 6. lit. P. concluſ. 715. per totam. Mar. Antonin. variar. reſolut. lib. 2. reſolut. 59. caſu 15. Cald. Pereira quæſt. forenſ. conſ. 16. num. 3. Rot. deciſ. 242. num. 4. & deciſ. 307. numer. 1. apud Farinac. p. 2. recent. Mangil. de imputat. quæſt. 93. num. 4. Sigiſmund. Scaccia de commerc. §. 2. gloſſ. 6. num. 89. verſ. intellige. & num. 290. & ſeq. in fin. ubi quod à privatione ad habitum non eſt regreſſus. Rot. deciſ. 415. numer. 4. & deciſ. 477. num. 7. p. 2. in poſthumo Farinac. Duran. deciſ. 439. num. 6. [Cravett. conſ. 976. num. 1. Rivius deciſ. 513. numer. 2. Gail. lib. 1. obſerv. 21. num. 5. Baldus in l. licet 30. oppoſ. Cod. locat. Cacheran. deciſ. Pedemont. 95. n. 12. Gœdd. 1. conſ. Marp. 24. num. 124. Weſenb. in Parat. ff. de oper. ſervor. ubi exempl.] unde ſpoliatus is dicitur, qui ſemel poſſedit. l. 1. §. dejicitur 9. ff. de vi, & vi arm. c. fin. 3. quæſt. 3. Bald. in cap. cùm Eccleſia Sutrina, col. 4. de cauſ. poſſ. & prop. Alex. conſ. 152. In cauſa num. 2. verſ. ſecundo probatur. lib. 6. Menoch. de remed. recuper. poſſeſſ. in prælud. num. 1. Surdus conſil. 160. numer. 39. & conſ. 221. num. 17. Cardinalis Tuſchus dict. lit. P. concluſ. 715. num. 2.

CAP. CIV.

De Privigno.

Axioma I.

Privignus famoſis actionibus contra vitricum experiri poteſt, quia reverentia paterna hîc ceſſat. Hinc furti agere poteſt adverſus vitricum res ſuas auferentem l. 3. C. de furt. item extraordinariâ perſecutione contra vitricum vel novercam propter expilatam hereditatem l. 3 ff. expil. hered. l. 2. C. eod. modò avi vel tertii hereditatem expilaverint, non etiam, ſi filii vel mariti hereditatem expilaverint; cùm enim hæ perſonæ quaſi in communione bonorum fuerint, & reverentiæ vinculum intercedat, non famosâ hâc actione, ſed rei perſecutoriâ experiendum, l. pœn. ff. & l. 4. C. eod. l. 33. de Neg. Geſt.

II.

Privignus ſuccedere nequit vitrico vel novercæ ab inteſtato l. 3. l. 5. C. commun. de ſucceſſ.

III.

Vitricus poteſt eſſe tutor privigni, ſi mores ejus probati ſint; tunc enim ſiniſtra opinio, quæ contra eum militat, facile eliditur. l. 32. §. 1. de adopt. l. 2. C. de interdict. matrim. inter pup. & tut. l. fin. C. de contrar. judic. tutel.

IV.

Inter privignos & privignas nec conſanguinitas nec affinitas intercedit, & inde nihil impedit, quin matrimonio jungi poſſint. Carpz. Defin. Conſiſt. L. 2. def. 105. n. 2.

CAP. CV.

Privilegium, Privilegiatus.

Axioma I.

Privilegia ſtrictè ſunt accipienda, cap. porrò 7. extr. de privileg. Hottom. ad 1. F. 14. in verb. ille tantum debet habere, per l. 3. de Cenſib. Cujac. 1. F. 12. ſiquidem illa non debent ad aliud extendi, quàm ad ea, quæ continentur in ipſis, cap. ex parte 10. extr. de privileg. nec ullus eorum fines excedere debet, cap. petiiſtis 2. extr. eod. tit. ſicut & immunitates, l. 1. de jure immunitatis. l. vacatio 13. ff. de muner. & honor. Unde quod dicitur, beneficia Principum pleniſſimè interpretanda eſſe, hoc de liberalitatibus & largitionibus, non privilegiis intelligi debet, veluti cùm pupillis largiuntur alimenta usque ad pubertatem, hanc beneficentiam ſic interpretamur, usque ad plenam pubertatem, l. Mela 14. de alimentis legat. Cujac. d. loc. Retenta tamen aliorum ſententia, quod privilegia latiſſimè ſint interpretanda. l. pen. ff. conſt. Princip. Alexand. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. de damn. infect. & conſil. 1. col. 4. in princ. & col. fin. lib. 4. Bart. in Auth. de hered. & Falcid. in pr. colum. 2. Joh. Franc. Balb. in tract. præſcript.

præscript p. 2. §. principalis. quæst. 2. quam & Baro Enenckelius propugnat *lib. 2. de privileg. cap. 4. num. 4. & seqq.*

Declarari debet, I. eam non esse intelligendam respectu tertii, vel omnium, quæ ad omnes causas & personas in genere referri possint, quia horum natura est, ut intra se maneant, *l. quod vero 14. cum 2. seqq. ff. de LL. l. 1. §. fin. de constit. Princip.* sed respectu ipsius concedentis, vel illius, in cujus gratiam scilicet data sunt, quia fontes privilegiorum, nempe beneficentia, pietas, clementia, & publica utilitas, benignam hanc interpretationem ex utroque latere exigunt, prout not. interpretes *ad d. l. 1. §. fin. ff. de constitut. Princip.*

II. Procedere, si nimirum ea secundum jus commune versentur, secus si contra jus. Zœs. *Comment. ff. de Constitut. Princip. n. 22.* Talia enim privilegia ad casum expressum tantum restringuntur, ut not. gloss. *2. in l. à Divo Pio. ff. de re judic. & in l. bene à Zenone. verb. cum enim. Cod. de quadr. præscript. fac. l. jus singulare 16. ff. de Legib.* Dd. *in cap. sanè de privileg.* Vult. *1. cons. Marp. 16. num. 63.* quo respectu concessum uni Ecclesiæ, non habere locum in alia, tradit Baldus *in l. non tantum, §. non omnia. per illum text. ff. de excus. tut.* & concessum Regi, nec ad Reginam, nec ad filios ejus extendi, nisi exprimatur, addunt Germinian. *in cap. ne aliqui. per illum text. de privileg. in 6. in 4. not. ab.* Angel. *cons. 272. incip. quoniam.*

Limitatur ergo & fallit I. quoties agitur de damno & præjudicio tertii, *l. 2. §. merito. 10. §. si quis à Principe 16. ne quid in loco public.* Reinking. *lib. 2. de Reg. sec. cl. 2. c. 8. n. 36.* Gail. *2 obs. 1. n. 14.* Zœs. *comment. ff. de constit. Ppum. n. 22.*

Limitatur II. quoties interpretatio mitior vergeret in præjudicium impetrantis ob eventum aliquem, ut *in l. ex facto 43.* ibi: *iniquum incipit fieri beneficium Principis, si adhuc id valere dicamus. ff. de vulg. subst.*

Limitatur III. eam nec exaudiendam esse de causa ad causam, vel persona ad personam, Carpzovius *2. constit. 12. defin. 13. num. 6. per l. si vero 64. §. 3. solut. matrim.* nisi (1.) favore Reipub. Bart. *in l. quemadmodum C. de agric. & censit. & in l. si constante q. 9. p. 1. sol. matr.* (2.) quod eas personas, sine qvibus privilegiatus privilegio uti neqvit *Brunnem. C. de Excusat. muner. pag. 901. col. 1.* (3.) privilegia realia extenduntur ad colonos prædii habentis immunitatem, non autem ad colonos propria prædia habentes, *Brunnem. C. de dignit. col. 3. in med.* (4.) Privilegia data masculis extenduntur etiam ad fœminas, sed non contra. *Brunn. C. de præpos. sacr. Cubic. n. 4.* (5.) privilegia data scholaribus, eorum etiam famulis competunt. (6.) privilegia magistratibus data ad subditos extenduntur. (7.) Privilegium concessum hospitali communicatur œconomo. (8.) Privilegium concessum habili communicatur etiam inhabili ob communionem. (9.) privilegia concessa familiæ vel Civitati extenduntur ad villas vel castra. *Brunneman. C. de Comit. Consistor.* (10.) interdum privilegium etiam adversario prodest, e. g. litiganti cum milite ratione sportularum. *Perez. C. de re milit. n. 55.* (11.) privilegia interdum etiam ad ascendentes transeunt, vid. *Brunnem. C. de proxim. sacr. scrin. col. 3. n. 1. l. 4. §. 1. C. de Castrensian.* interdum non in totum sed pro parte transeunt ad heredes, ut in *l. 10. C. de Metat.* interdum ad Collaterales *d. l. 10. Brunneman. C. eod. col. 4.* (12.) Quædam Privilegia tantùm ad liberos primi gradus transeunt, e. g. veteranorum ne torqueantur, *l. 5. C. de pœn.* quædam ad omnes ut Decurionum, *l. 9. §. 13. ff. eod.*

Limitatur IV. non obtinere regulam in paribus vel majoribus locis seu personis, secus in minoribus, quia ad illa poterit fieri extensio à paritate rationis, per ea quæ tradit Baldus *in sua Margar. verb. privilegium. vers. 7.* Rom. *cons. 180.* Bald. *in Auth. habita. not. 5. C. ne fil. pro patr.*

Limitatur V. locum non invenire ratione communionis majoritatis, Socinus *cons. 12. incip. quoniam. colum. 6. lib. 1.* Hyppolitus de Marsil. *notab. 180. incip. plura.*

Limitatur VI. verificari tantum in favorabilibus, secus in odiosis & strictis, Roman. *ad d. §. si de vectigalibus.* Nicell. *in tract. contrar. contr. 62.* siquidem in pœnalibus dispositiones privilegiatas extendendas non esse, juxta gloss. *in §. pœnales. Inst. de Actionib.* nisi concurrat vel favor publicus, vel honestas, ut post alios tradit Ludovicus Gomez. *ad d. §. pœnales. n. 39.* cùm nec privilegia exorbitantia per subauditiones glossarum & Doctorum inducenda, ubi Legis dispositio non habetur, Alexander ab Alex. *in rubric. de nov. oper. nunc. per gloss. in cap. cupientes. §. quod si. in verb. petere. de Elect. in 6.*

II.

Privilegio non potest acquiri, pariter etiam consuetudine induci potest, *cap. duo 9. extr. de offic. Ordinar. & cap. cum contingat. 13. extr. de for. compet.* Alexand. *cons. 125. incip. viso titulo. in princ. lib. 4.* Bald. *cons. 10. incip. antiqua quæstio. col. 1. num. 1.* Cons. Arg. *1. cons. 2. numer. 3.* Vasq. *lib. 1. contr. jur. cap. 2. num. 5.* ratio, quia privilegii & consuetudinis par censetur ratio, nec plus tribuendum consuetudini, quàm Imperiali privilegio, *l. fin. C. nov. vectigal. c. super quibusdam 26. §. præterea. de V. S.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 12. num. 168.*

III.

Duo privilegia circa unam eandemque rem in eadem causa concurrere non debent, Jason. *in l. 2. §. 2. ff. qui satisdar. cog.* Carpzovius *p. 1. constit. 5. defin. 22. num. 4.*

IV.

Privilegii causa cessante, ob quam illud est concessum, cessat & deficit ipsum privilegium. *l. Titia 87. §. ususras. 1. de legat 2. l. ex facto 43.* & *ibi* latè Rip. *n. 20. de vulg. subst.* Marc. Anton. de Amatis *in decis. provinc. Marchiæ decis. 159. numer. 4.* Modestin. Pistor. *cons. 52. numer. 7. lib. 1.* Coler. *de proceff. executiv. p. 2. c. 3. n. 132.*

Limita, nisi aliqvæ remaneant reliquiæ, propter quas non cessat privilegium, licet cesset causa finalis

finalis ipsius privilegii, Socinus *conſ. 84. num. 9. volum. 3.* Modeſt. Piſtor. *conſ. 11. num. 26. volum. 2.* vel niſi privilegium poſt cauſæ ceſſationem eſſet conſummatum, Socinus *conſil. 150. numer. 12. verſ. 6. volum. 1.*

V.

Privilegium non datur rei, quæ non eſt, *cap. pen. extr. de Eccleſ. ædific.* Et Privilegium nunquam obſervatum, perinde eſt ac ſi nunquam fuiſſet conceſſum, Dd. *in c. cum acceſſiſſent. extr. de conſt.* adeò ut in judicio etiam allegari non poſſit. Bartolus *in l. data opera. C qui accuſare non poſſunt. & l. quamdiu. C. qui admitti.* Conſ. Arg. *1. conſ. 11. n. 128.*

VI.

Privilegia ſic intelligenda ſunt, ſicut intellexit auctor ipſorum, *c. dilecti 8. extr. de decim.* nec contra auctorem interpretatio verti debet, *l. ſi judex circumvento 41.* ubi Bart. & Bald. *ff. de minor. l. amiciſſimos 36. de adminiſtr. tutor.* ut qui in generali locutione comprehenſus non putatur, Arniſ. *lib. 2. de jur. Majeſt. cap. 2. numer. 1.*

VII.

Privilegium non debet dari in præjudicium & injuriam alterius, *c. quia 2. extr. de religioſ. domib. c. cum dicat. 2. extr. de Eccleſ. ædific. c. quod per 21. & ſeq. extr. de V. S. l. 40. ff. de adminiſtr. tutor. l. 8. ff. de prætor. ſtip.* Pariſ. de Puteo *rubr. officialis cap. 2.* Pruckman. *conſ. 39. num. 85.* Ant. Faber *lib. 1. C. tit. 2. defin. 22. & tit. 22. defin. 22.* Seraphin. *deciſ. 351. num. 2.* Cabedo *deciſ. 65. n. 6. p. 1.* Victor *in diſp. de cauſ. exempt. Imp. concluſ. 24.* Unde etiam nec privilegium in præjudicium alterius partis lite pendente impetratum, nullam de lite mentionem faciens, valere dicitur, & eo non obſtante, judex procedere debet, *cap. cauſam 19. extr de teſtib.* ſiquidem privilegium ſemper intelligitur conceſſum ſine alterius injuria, *c. paſtoralis 19. c. in his 30. extr. de privileg.* ideoque etiam ſic ſervandum eſt, ne lædat vel impediat juſtitiam aliorum, *cap. patentibus 10. extr. eod.*

Poſt tamen privilegium concedi in præjudicium ipſius concedentis, quia quilibet juri ſuo renunciare poteſt. Si igitur Princeps civitati immunitatem det, ei decreſcit, ac tantò minus à reliquis incolis tributi nomine accipit. *Perez. C. de Immun. nem. conced. n. 14. Brunneman. ad. l. un. C. ut nullus ex Vicaneis.*

VIII.

Privilegia ob publicam utilitatem late ſunt interpretanda. Quod tamen limitandum, ſi una utilitas publica reſiſtat utilitati alteri publicæ. Hinc privilegia ob dignitatem Doctoribus conceſſa non competunt ſtudioſis. Utilitas enim, quæ verſatur in ſtudioſis, repugnat alteri, quæ conſiſtit in publicis muneribus. *Perez. C. de Excuſ. Artiſ. n. 7.*

IX.

Omnia privilegia favorabilia extenſionem & ampliationem admittunt. *Brunnem. C. de Palat. ſacr. largit. in fin.*

X.

Privilegia ad beneplacitum auff Wohlgefallen conceſſa morte concedentis non revocantur. *Gail. L. 2. obſ. 60. n. 25.*

XI.

Privilegium ſecundum non tollit primum habens clauſulam derogatoriam, *Caſtr. Conſ. 116.* Neque privilegium ſpeciale revocatum cenſetur per generalem privilegiorum revocationem. *Bald. in l. 4. C. de SS. Eccleſ.*

XII.

Confirmatio privilegiorum, ſo da wol erworben/ beſeſſen und gebraucht / intelligitur de illis privilegiis, quæ in viridi manſere obſervantia. *Schrad. 1. Conſ. 1. n. 549.*

XIII.

Privilegium contra privilegium non valet & præſumitur ſubreptitium. *Bald. in l. 1. C. de LL.*

XIV.

Privilegio ſemel conceſſo amplius revocari non poteſt, *l. 5.* ubi Bart. *ff. de decret. ab ordin. faciend.* quia tranſiit in vim pacti & conditionis, Cluten. *in diſp. de vectig. th. 7. lit. a.* Afflict. *in rubr. quæ ſint regal. n. 73.* Carol. Tapia *in l. fin. p. 2. c. 9. & ſeqq. de Conſt. Princip.*

XV.

Privilegio privari debet, qui contrario actu utitur, Hieron. Grat. *reſp. 61. n. 45. vol. 1.* Gylman. *1. p. 2. in ſymph. ſupplic. tit. 11. vot. 3. n. 93.* Rebuff. *d. l. 1. C. de his qui ſponte.* Chaſſan. *ad conſuet. Burg. rubr. des juſtices §. verſ. noviſſimè n. 16.* Carol. Tapia *ad l. fin. p. 2. c. 2. de conſtit.* Meichsner. *deciſ. 6. n. 124. tom. 2. lib. 1.* cum quandocunque quis contravenit, videatur ei renunciare, & conſequenter amittere. *c. ſi de terra 6.* ubi gloſſ. & Dec. *n. 21. de privileg.* idem *in d. c. cùm acceſſiſſent. n. 17.* & Felin. *n. 28 de conſtit. gl. in cap. 1. verb. Treugas. de Treug. & pac.* Anton. de Butr. *in c. paſtoralis. col. 8. verſ. non eſt dubium an poſſit, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Bart. *in l. fin. §. ſed cum antiquitas in fin. C. de curat. furioſ.* Marſil. *in l fin. C. de curat. furioſ.* Marſil. *in rubr. ff. de fidejuſſ. n. 335.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſ. 41. n. 3.* Henning. Gœden. *conſ. 39. n. 60.* Gylman. *4. 1. n. 101. pag. 65.* Unde ſi immunis à muneribus civitatis patiatur ſe deſcribi, inæſtimo præſumitur privilegio immunitatis renunciaſſe, Bartolus *in l. 1. de his qui ſponte publ. muner.* Angel. *in l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quando appellandum.* Decius *conſ. 638. num. 9.* Jaſon. *conſ. 25. num. 2. vol. 3.* Decianus *conſ. 41. num. 91. volum. 2. & conſ. 19. num. 103. vol. 4.*

Declara, quod procedat, ſi quis non cogitatione neceſſitatis, ſed ſuo arbitrio & libere privilegio contravenerit, *l. voluntariè 12. C. de excuſat. tut.* Gylman. *d. l. num. 106.* ſecus ſi ignoraverit contrarios actus factos fuiſſe, nec planè conſenſerit; tunc enim iſtiusmodi caſus privilegiati nocere aut præjudicare non poterunt, textus *in l. qui cum uno 4. §. fin. de re milit.* Bald. *in l. data opera. C. qui accuſare non poſſ. & l. quamdiu. C. qui admitti.* Conſ. Argent. *1. conſ. 11. n. 28.*

XVI.

Privilegium expirat, ſi privilegiatus eo ſpatio decennii non utatur, *l. ſi quis 26. C. de pactis l. 1. ff. ſi quis in jus vocat. l. 6. Cod. de Nundin. cap. ad audientiam 13. de præſcript.* Enenckel. *lib. 3.*

de privil. cap. 15. num. 27. Villalob. *commun. opin. lit. P. num. 306.* Bart. *conſ. 189. n. 10. vol. 1.* Alexand. *conſ. 16. num. 23. vol. 5.* Cabed. *deciſ. 17. n. 3. & 93. n. 11.* Maſtrill. *deciſ. 96. num. 1.* Seraphin. *deciſ. 1043. n. 3. & deciſ. 1410. num. 27.* Vietor *de exempt. Imper. concluſ. 39.* Conſ. Arg. *1. conſ. 2. num. 61.*

Intellige, ſcilicet quando ſit in noſtra poteſtate, & aliqua occaſio utendi privilegii ſe offerat, Sichard. *ad l. rem novam num. 9. C. de judic.* Conſ. Arg. *1. conſ. 11. num. 29.*

Limita I. ſecus eſſe, ſi occaſio utendi nunquam contigiſſet. Gloſſa & Dd. *in c. Abbate. d. V. S.* Bart. *in l. filiis. n. 3. C. de decur.* Ant. de Padill. *in l. falſo. n. 4. C. diverſ. reſcr.* Tap. *in l. fin. ff. de Conſt. Princ. p. 2. c. 1. n. 10.* habereque in quolibet jure locum, quo occaſio utendi defuit, Burſat. *conſ. 87. n. 15. lib. 1.* Felin. *in c. cùm veniſſent. n. 25. de conſtit.* Kirchov. *comm. opin. cent. 3. op. 90.* Bellon. *conſ. 1. n. 11.* Regner. Sixtin. *3. conſ. Marp. 14 num. 13.* quin imò nec privilegium unquam tolli, ſi caſus, ſuper quo eſt conceſſum, nunquam evenerit, etiamſi ſtetiſſet per mille annos, tradit Panorm. *in c. antiqua. num. 4. de privil. & in c. ad audientiam. col. fin. de præſcr. & in c. Abbate. n. 18. de V. S.* Joh. Andr. *in add. ad Speculat. ſub tit. de feud.* Vult. *1. conſ. Marp. 16. n. 70. add. & l. Attilicinus 17. ff. de pact. dotal.* Bart. *in l. in filiis C. de decur. & l. cum ſcimus. C. de agricol. & cenſit.*

Limita II. ſi privilegiato data ſit facultas faciendi pro arbitrio ſuo & mera facultate; hoc enim caſu privilegium quandocunq; tempore per non uſum non amitti, poſt gl. *in c. ut privilegia. in fin. extr. de privil.* trad. Gemin. *in c. ult. de conſuet.*

Limita III. in privilegiis Eccleſiæ, ut quæ non minore quàm 40. annorum ſpatio per non uſum amitti dicuntur, *in d. cap. de quarta 4. c. illud 8. de præſcript.*

Limita IV. in privilegio immunitatis, quod 30. annis amitti, teſtis eſt Alexand. *5. conſ. 23.*

Limita V. ſi privilegiatus per id tempus, quo privilegio ſuo non utitur, certam penſionem præſtitit ei, à quo impetravit. Hac enim præſtatione privilegium ſuum retinet, licet eo non utatur, Alber. *in l. de quibus ff. de LL.* Felin. *in c. illud. de præſcr.*

XVII.

Privilegia probatione indigent, Vult. *3. conſ. Marp. 35. n. 246.* ratio, quia dicuntur eſſe facti. *l. 1. C. de mand. Princ. cum in jure 31.* ubi communiter Dd. *l. deleg. c. porro 7. extr. de privileg.* Bald. *in l. fin. de rejud.* Gail. *1. obſ. pr. 1. numer. 9.* atque ita in ſpecie privilegii exemtionis à jurisdictione ordinarii conſulueruntPariſ. *conſ. 95. n. 8. col. 4. per not. in c. ut Apoſtolicæ 6. de privil. in 6.* & Hen. Gœden. *conſ. 39. n. 20.* quæ autem ſunt facti, ea non præſumuntur, atque ideò ſi negata ſint, probari debent, *l. in bello 12. §. facti 2. ff. de captiv. & poſtl. reverſ.*

Limita, niſi privilegia ſint antiqua, hoc enim reſpectu talia verificatione quadam non indigere, poſt Innoc. *in c. Abbati. extr. de V. S.* & Imol. *in clem. literis. col. 3. prop. fin. extr. de prob.* colligit Verall. *deciſ. 378. n. 2. p. 2.*

XVIII.

Privilegium facilius tollitur, quàm jus commune, *l. Ejus militis 34. §. militia miſſus 1. ff. de teſt. milit. l. 1. ff. de nundin. §. quia verò veriſimili in Auth. de non alienand. aut permut. reb. Eccleſ.* Ruin. *conſ. 9. n. 18. vol. 2.* Pariſ. *conſ. 46. n. 22. vol. 2.* Angel. *conſ. 233.* Pantſchm. *2. quæſt. 17. num. 12.* Cephal. *conſ. 616. n. 21. vol. 5.* Jaſon. *conſ. 221. n. 2. verſ. ego ut prædixi.* Affict. *deciſ. Neapol. 133. num. 3.* Vult. *3. conſ. Marp. 19. num. 42.* unde & in dubio privilegio potius quam juri communi renunciatum eſſe cenſetur, per notata ab Alciat. *in tr. de præſ. reg. 3. præſ. 36. num. 13.* neque etiam privilegium perſonale ad jus commune trahi debet. *c. conſtitutus u. extr. de conceſſ. præbend.*

XIX.

Privilegia generalia & communia exigui ſunt momenti, *c. quia diverſitatem 5.* ibi: *non obſtante confirmatione à ſede Apoſtolicæ ſub forma communi obtenta. de conceſſ. præb.* Hieron. Schurf. *1. conſ. 59. n. 9.* ubi ait in generali conceſſione, non venire ea, quæ ſpecialem deſiderant mentionem. Roſenthal. *de feud. c. 5. concluſ. 85. n. 1.* Marpurgenſ. apud Röveſtrunck *in Conſil. de Contribut. p. 288. n. 407.* quos citat & ſequitur Georg. Mundius *de muner. & oner. c. 6. n. 699.* addens. *c. cum dilectæ 4. de confirm. util. & inutil. cap. quia intentionis 29. de privileg.*

Cæterum ut verum fatear, brocardicum hoc mihi valde ſuſpectum eſt, tum quia vim propoſitionum generalium eludit, de quibus ſupr. *in axiom. de Generalibus lib. 7.* tum quia Principum beneficia nimis ſtrictè interpretetur contra regulas *in tit. de beneficiis* traditas, tum quia textus fidem poſtulato non faciunt: Nam poſteriores duo tantum loquuntur de confirmatione privilegiorum generali, quod ea nihil novi det, ſed vetera tantum confirmet. Is autem, quem primo loco poſuimus, loquitur de clauſula communi, quod ea non contineat, quæ ſpeciali opus habent expreſſione, adeoque ut exceptiones regulam potius confirment, uti Schurf. ab illis laudatus ſeipſum explicat. Roſenthal equidè de privilegiis immunitatis agit, ſed longe aliter ſentit, atque ab illis allegatur. Sic enim tradit immunitate ſimpliciter data, tantum immunitatem à muneribus perſonalibus, non item a realibus competere: ſecus autem ſi data ſit à muneribus omnibus vel quibuscunque (generaliter) tunc enim conceſſione ad realia quoque porrigi extraordinaria. Sanè ſi de vi & effectu comparatè loquamur, major fortè vis conceſſioni ſpeciali fuerit imputanda: perinde ut in converſo caſu major vis tribuatur ſpeciali prohibitioni, *Clem. unic. in fin. de Exceſſib. Prælat.*

XX.

Privilegia univerſitatibus conceſſa plus favoris habent, quam conceſſa privatis: & facilibus tolluntur privilegia quæ privatis competunt, quàm quæ publico. *Brunn. ad. l. 1. C. de nav. non exciſ.*

XXI.

Superiores; qui jus privilegia concedendi habent, poſſunt extendere atque transferre ad alios eadem privilegia verbis generalibus *l. une C. de*

de Metropol. Beryto. Sic Nundinæ, Privilegia Academiarum, aliis Civitatibus communicari possunt. *Brunnem. ad d. l. un. C. n. 5.*

XXII.

Privilegium si concessum est Collegio ut Collegio, per singulos ei renunciari haud potest; sed ubi est concessum universis & singulis, potest ei renunciari per singulos. *Ziegl. Jur. Canon. p. 653.*

XXIII.

Privilegium dare, illud declarare & de mente ejus statuere ad reservata principis spectat. *Mev. P. 6. decis. 341.*

XXIV.

Privilegium aliquid diversum & separatum a jure communi inducere, & ultra illud aliquid aliud operari debet, *l. fin. C. de inoff. testam. l. quod Labeo. 9. ff. de Carbon. edict. l. Divus 22. ff. de usu & habitat. l. unic. C. de thesaur. c. in his 30. extr. de privileg.* Bald. *in Auth. habita not. 3. C. ne fil. pro patr.* Felin. *in cap. causam. n. 10. extr. de rescr.* Jason. *in l. miles. n. 10. ff. de R. I. & in l. fin. n. 27. ff. de Const. Princip.* Coler. *in tr. de process. execut. p. 1. c. 4. n. 3.* Cephal. *cons. 431. n. 17.* Alphonsus Villag. *in tr. de Extens. privileg. n. 106. allegans ad hoc text. in l. si quando 109. in pr. ff. de legat. 1. & c. si Papa 10. de privil. in 6.* Camill. Gallien. *de V. S. lib. 8. c. 14. n. 15.* inde appellatur Lex singularis, Surd. *cons. 419. n. 20. vol. 3.* Jus singulare. *l. jus singulare 16. ff. de LL.* Menoch. *cons. 466. n. 21. vol. 5.* Lex privatorum, *c. privilegia 3. dist. 3.* Legem quasi privans, Coler. *de process. executiv. p. 1. c. 4. n. 3.* Menoch. *cons. 229. n. 24. vol. 3.* Vult. *3. Consil. Marpurg. cons. 19. num. 96.* quod specialiter aliquid indulgere debet, *cap. Abbati 25. extr. de verb. signif.*

XXV.

Privilegium dantis intentio in dubiis est servanda, *cap. ex multiplici 3. cap. suggestum 9. extr. de decim. cap. ut privilegia 24. extr. de privileg. cap. tuæ 12. extr. de cleric. non resident.* nec verba ejus contra mentem concedentis restringenda aut limitanda, quia si concedens limitari illa seu restringi voluisset, utique & ipse limitationem expressisset, ut arguit Paris. *cons. 36. vol. 1. per text. in l. unic. §. sic ad deficientis. C. de Caduc. toll.* &, quoad fieri potest, verbis ejus inhærendum, Gratian. *cons. 65. num 40. volum. 1.* Curtius jun. *cons. 221. n. 7. vol. 3.* & si de illo dubitetur, interpretatio fiat ab eo, qui privilegium dedit, *c. ex parte 23. extr. de V. S.*

XXVI.

Privilegium omne salvo jure tertii concessum intelligitur, Rol. à Valle *cons. 45. num. 12. vol. 4.* & ideò privilegio dato ab aliquo Imperatore vel Imperio præjudicare non potest, sed perinde habendum ac si datum non esset, *l. si impuberi. 13.* ubi Bartolus *ff. de tut. dat.* Natt. *consil. 657. numer. 2. volum. 1.* Tiber. Decianus *cons. 25. num. 49. volum. 1. & cons. 97. num. 43. vol. 3.* Cephal. *cons. 96. n. 5. & cons. 342. num. 71. & cons. 663. num. 7. vol. 5.* Menoch. *cons. 43. n. 3. vol. 1.* Mynsi. *resp. 92. n. 42.* Kirchov. *cons. 8. n. 13. vol. 5. cons. Germ.* vide & Gail. *lib. 2. observ. 132. num. 2. & lib. 2. de P. P. observ. 4. num. 31.* Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. 26. num. 4. & seqq.*

XXVII.

Privilegium posterius non tollit prius, *cap. inveniens 19. cum ibi not. de præscript. c. 1. c. postea quam 21. §. si ergo 25. q. 2.* Gl. *in c. quia sæpe de Elect. c. ut officium 11. de hæret. c. 1. de sent. excomm. lib. 6. c. 1. de sepultur. & in clem. c. alma. de sentent. excomm.* Fridericus Senens. *cons. 47.* Panciroll. *cons. 19. allegati* à Pantschm. *2. q. 13. n. 42.*

Excipe: nisi de ipso faciat mentionem. *cap. 19. de præscr. cap. dudum 31. extr. de privileg.* Ad hoc enim ut tollatur privilegium, non sufficit generalis mentio, sed specialis expressio requiritur. *cap. 2. de dol. & contum. c. bonæ 3. de confirm. util. vel inutil. clem. 2. de præbend. c. nonnulli 28. de rescript. clem. per literas 2. de præbend.* Bart. *in l. omnes populi n. 13. de just. & jur.*

XXVIII.

Privilegium personis concessum censetur etiam familiæ indultum. *arg. Auth. habita. C. ne fil. pro patre. ubi Dd.* Bald. *in l. semper. 8. immunitati. ff. de jur. immunit.* Tiraquell. *de Nobilitat. cap. 10. num. 124.* Carpzov. *part. 1. constitut. 32. defin. 17. num. 4.*

XXIX.

Privilegium certo tempore determinatum contra Legis voluntatem ulterius porrigendum non est. *arg. l. Imperator. 8. in fin. ff. de postul.* Carpzov. *p. 2. constit. 30. defin. 23. num. 6.* sicut & privilegium competens ob certam aliquam facultatem finitur illa qualitate finita. *l. 8. §. jam 7. ff. de excusat.* Carpzov. *part. 2. c. 6. definit. 76. num. 4.*

XXX.

Privilegium ad res futuras & consecuturas trahitur, *cap. ex parte 27. extr. de decim.* illud enim indefinite conceptum, non de præteritis tantum intelligitur, sed etiam ad futura extenditur, *c. quia 22. extr. eod.*

XXXI.

Privilegium & præscriptio sunt contraria, *cap. auditis 15. c. veniens 19. extr. de præscript. c. cum dilectus 8. extr. de religios. domib.* & ideò privilegio & præscriptione non potest se simul conjunctive quis tueri. *cap. penult. de religios. domib.*

XXXII.

Privilegia concessa per superiores non possunt nec debent infringi per inferiores. *c. conquestus 8. 9. 43. c. Vulteranæ 25. 12. q. 2. c. privilegia 17. 25. q. 2.*

XXXIII.

Privilegio concesso non est de more vel de jure, ut aliquis citetur. Quia est donum superioris, Bald. *in l. nam ita Divus. de adopt.* Argentinens. *2. consil. 57. num. 16.*

Limita, non procedere in his, quæ non dependent à libera Principis potestate, prout sunt contractus, & ubi agitur de privando aliquem jure quæsito: tunc enim sine causa princeps procedere non poterit parte non citata. Socin. *consil. 164. col. penult. num. 17. vers. & possent.* Dec. *cons. 498. ad fin.* Argentinens. *d. loc. num. 29. & numer. 30.*

XXXIV.

Privilegia frustra dantur iis, quos constitutio concedentis arctare non potest. Hostiens.

in ſumm. titul. de privileg. verb. cui conceſſum eſt. Arniſ. *2. relect. polit. 2. ſect. 14. n. 15.*

XXXV.

Privilegium veritate tacita impetratum non valet. *cap. & multiplici 3. extr. de decim.* privilegium enim per ſubreptionem obtentum nihil operatur, *c. cum olim 12. extr. de ſentent. & re judic.*

XXXVI.

Privilegia ante notitiam non proſunt iis, in quorum commodum data ſunt. *Brunnem. C. de Conſul. col. 3.*

XXXVII.

Privilegia data collegiis de iis intelligenda ſunt, qui ſtrenuè rem ſuã agunt, *l. 58. C. de decur. Brunnem. C. eod. in fin.* Hæcque privilegia data corpori vel dignitati ſunt realia & tranſeunt ad ſucceſſores *cap. pen. X. de Inſtit. Brunnem. C. de Excuſ. mun. p. 901. col. 1.* ſcil. ad ſucceſſores in dignitate, non in bonis, *Brunnem. d. l. col. 2.*

XXXVIII.

Privilegium non debet eſſe inane nomen & titulus, ſed rem certam continere. *Brunnem. C. de Veterun. n. 1.*

XXXIX.

Privilegia locis & civitatibus data ſunt realia & ad poſteros tranſeunt, licet nemo amplius ex primùm privilegiatis vivat, *Perez. C. de immun. nem. conced. n. 12. ſeqq.*

XL.

Privilegia alicui aut familiæ conceſſa regulariter debent eſſe perpetua. Poſſunt tamen à ſucceſſore revocari aut ſaltem ſuſpendi, licet in contractum tranſiverint, (1.) niſi petita & impetrata ſit privilegiorum confirmatio. *Perez. C. de Immun. nem. conced. n. 5.* (2.) niſi incipiant eſſe damnoſa communitati, cujus cauſa potior eſt. *Perez. ibid. n. 6.*

XLI.

In dubio privilegium habendum pro perſonali ad heredes non tranſeunte nec ad emtores, adeò ut verba conceſſionis referantur ad perſonam. hinc privilegium eccleſiaſticis conceſſum non ſolvendi Gabellas, non eſt reale ſed perſonale, quod perſonis contemplatione dignitatis illius, non verò rebus eſt conceſſum, *l. 13. C. de Excuſationibus munerum.* Imò ſæpe dictio *in perpetuum* appoſita conceſſioni reſtringitur ad vitam poſſeſſoris *l. 4. de Procurat. l. 1. pro ſocio. l. 16. C. de uſufr.* Si autem concedens principaliter reſpiciat privilegiati bona, & verba referantur ad rem, tunc immunitas conceſſa realis cenſetur & inſeparabilis ab ipſis bonis, atque perſona tantùm eſt cauſa impulſiva conceſſionis, *l. 4. §. 3. de Cenſ.*

XLII.

Privilegia ex uſu ſubſequenti interpretanda. Hinc is, qui ſemel uſus eſt privilegio ſtrictè, non poteſt eodem uti poſteà latè. *Brunnem. ad l. 4. C. de aquæduct. in fin.*

XLIII.

Privilegiatus ſuccedens non-privilegiato, utitur privilegio ſuo in futurum tempus, non in præteritum *Gothofred. in l. 17. §. 1. ff. de uſur. lit. C.* itaque fiſcus privato ſuccedens ſolvit uſuras pro eo tempore, quô ptivatus poſſedit, non pro ſuo. *Perez. C. de fiſcal. uſur. n. 4.* Fiſcus ſemiſſes pro ſuo tempore exigit uſuras, etiamſi creditori ſucceſſerit, cui leviores debitæ fuerant, *Brunnem. ad l. 2. C. eod.*

XLIV.

Privilegia regulariter non ſunt ceſſibilia, neque ſemper, qui cauſam habet à privilegiato, utitur ejus privilegio. Neque privilegium conceſſum uni perſonæ ad alias extenditur. *Perez. C. de quib. muner. excuſ. n. 6. 7.* imò ſi privilegiatus privilegium ſuum, licet motu proprio datum, communicet alteri, illud amittit. e. g. Studioſi, qui privilegia immunitatis ab Acciſis aliis vendunt. *Perez. C. de Navib. non excuſ. n. 6.*

XLV.

PRIVILEGIATUS contra pariter privilegiatum non utitur privilegio ſuo, *l. ſed & milites 8. in pr. ff. de excuſat. tutor. l. aſſiduis 12. verſ. in duabus. C. qui potiores in pignore hab. l. ſcire.* ubi gloſſ. *verb. ad heredem. C. de privileg. dot.* Exornant & declarant Marſil. *ſing. 99. Privilegiatus. & ſing. 681. Tradidi tibi.* Petr. de Anchar. *conſ. 37. Contra Joannem, in princ.* Rimin. jun. *conſ. 278. num. 72.* Socin. jun. *conſ. 74. numer. 21. lib. 1.* Covarr. *in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 2. num. 4. & pract. cap. 7. num. 4.* Coſta *in c. ſi pater. verb. ſi absque liberis. num. 2. de teſtam. lib. 6.* Maurit. *de reſtit. in integrum. c. 218.* Sfort. Odd. *in ſimili tract. q. 18. art. 4. num. 31. & art. 5.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verb. læſis. num. 169. C. de in integr. reſtit. minor.* Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 18. num. 5. & 7. & privileg. 61. num. 11.* Peregrin. *de fideicomm. art. 3. num. 70.* Azeved. *l. 10. tit. 3. num. 15. 17. & 18. lib. 5. novæ Recopil.* Alexand. Trentacinq. *variar. reſolut. lib. 1. tit. de reſcript. reſol. 1.* Curia Philipp. *part. 2. §. 17. numer. 32.* Cevall. *comm. contra communes. quæſt. 756. num. 45. & quæſt. 822. num. 46.* Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 2. num. 11. & de tacitis & ambig. convent. lib. 11. tit. 26. numer. 6.* Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ. 196. n. 18. & 19.* Card. Tuſch. *pract. concl. tom. 6. lit. P. concluſ. 760. per totam.* Cardoſ. *in praxi Judicũ & Advocator. verb. privilegium. num. 46.* Mar. Antonin. *variar. reſolut. lib. 2. reſol. 8. num. 58.* Caſtill. *quotidianar. quæſt. lib. 3. c. 25. n. 27.* D. Barboſ. *in l. 2. §. legatis. num. 252. ff. de Judic.* Polyd. Ripa *obſerv. 7. num. 3.* Joan. Maria Novar. *in praxi elect. & variat. for. quæſt. 21. ſect. 2. num. 2.* Mangil. *de imput. quæſt. 118. num. 23.* uno ore proferentes, hujusmodi Axioma procedere, ubi utrumque privilegium æquale eſt, & æquè favorabile, & inſuper concurrit in actu & exercitio. [Ita minorem non reſtitui adverſus

versus minorem dicitur *in l. verum 11. §. item quæritur 6. de minorib.* ita qui corporis vel collegii jure à tutela excusantur, ii à collegarum filiorumve eorum non excusantur. *l. administrantes 41. §. ult. C. de excus. tut. l. penult. C. eod.* idem in veteranis locum habere, patet *ex l. 2. C. de excusat. veteran.* vide Hostiens. *ad l. 1. ad SC. Vellejan.* quare si duo privilegiati concurrunt, qui in privilegiis sunt pares, tunc mutuo concursu se impediunt privilegiaque confunduntur, & pro privilegiatis (ad invicem) non habentur, *l. verum 11. §. ultim. de minor. l. sed & milites 8. pr. de excus. tutor.* Joh. à Sande *1. defin. 2.*]Non si alterum privilegium fortius sit, ut in terminis *l. sed & milites 81. in princ. ff. de excusat. tutor.* Sfort. Odd. *de restitut. in integr. p. 1. quæst. 18. art. 4. n. 32.* Steph. Grat. *discept. forens. tom. 4. cap. 661. n. 13. cum seqq.* Joan. Maria Novar. *d. q. 21. n. 20.*

Limita primò, quia dupliciter privilegiatus bene utitur suo privilegio contra privilegiatum, Cephal. *cons. 748. n. 18.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. P. concl. 761. n. 12.*

Limita secundò, quando tractat unus de damno vitando, alter de lucro captando, *l. 1. C. si adverf. fisc.* quia tractans de damno utitur suo privilegio, *l. ult. ff. ex quibus causis major. l. verum 11. §. ult. vers. proinde ff. de minor.* Castrens. *cons. 37. in fin. lib. 2.* Alexand. *cons. 55. in fin. vers. circa septimum. lib. 5.* Covarr. *in d. regul. possess. p. 2. §. 2. n. 4.* Rimin. jun. *cons. 285. n. 127. & cons. 351. num. 51.* Roman. *cons. 166. Visa diligenter, in fin. num. 14.* Sfort. *d. quæst. 4. art. 4. & quæst. 18. art. 5.* Menoch. *cons. 447. num. 37.* Card. Tusch. *d. lit. P. concl. 761. num. 14. cum seqq.* Mar. Anton. *d. resol. 8. num. 59.* Polyd. Ripa *d. observat. 7. num. 4. & 5.* ubi quòd licet pariter privilegiatus gaudeat privilegio adversus privilegiatum certantem de lucro; si tamen uterque de damno vitando agat, non gaudebit, & Cephal. *cons. 7. n. 12. vers. secus. lib. 1.* latè Leo *Valent. decis. 90. n. 3 cum seqq.* ubi probat, quod quando duo privilegia contraria concurrunt, attendendum est illud, in quo agitur de damno evitando, non illud quod in lucro captando versatur, quod *n. 23. & 24.* intelligit in eadem specie privilegii, secus quando privilegium unius est potentius privilegio alterius, *& n. 26.* subdit, quod privilegium potentius est, in quo major utilitas versatur.

Limita tertiò, quia privilegiatus in specie præfertur privilegiato in genere. Covarr. *d. parte 2. §. 2. num. 4. vers. quod verò diximus.* ubi maximè quando in eadem re est specialiter privilegiatus, Menoch. *cons. 52. num. 43.* quos refert Card. Tusch. *d. lit. P. conclus. 761. num. 13.* Sfort. *d. quæst. 18. artic. 4. numer. 34.* Anton. Mangil. *de imput. quæst. 18. num. 25. & quæst. 120. n. 12.* [& magis privilegiatus minus privilegiato, Bacquet. *des droicts de Justice, c. 8. num. 54.* Sandæus *1. definit. 2.* vel ut loquitur cum Alphonso de Azenedo Carpzov. *2. respons. 37. n. 11.* qui privilegiatus est actu, utitur suo privilegio contra privilegium habitu tantum seu potentia. *conf.* Zœs. *Axiom. de privileg. n. 27.*

Limita quartò, in SC. Vellejan. ubi mulier ne quidem pro muliere potest intercedere; in cæteris enim exemplis, quæ supra allata sunt, non agitur de damno aut periculo rei familiaris, sed de munere personali. Cæterum ubi mulier interceffit pro muliere, non ante læduntur aut periclitantur de re familiari, sed ea quæ tantum interceffit, Hostiens. *dicto loco.* Ergo merito privilegio & SCti Vellejani adversus aliam mulierem etiam juvatur, Carpzov. *lib. 2. responf. 37. n. 8. & seqq.* ubi hanc regulam eleganter declarat.]

XLVI.

PRIVILEGIUM personale personam sequitur, & cum persona extinguitur, *l. in omnibus 18. ff. de Regulis Juris, cap. privilegium 7. eod. tit. lib. 6.* ubi *in collectan.* latè explicavi, Tiraqvell. *de retract. lign. §. 26. gloss. 1. num. 60. & de Jure primogen. quæst. 37. numer. 1.* Xuar. *in l. quoniam in prioribus, super leg. Regni, limit. 11. dub. 1. numer. 1.* Menoch. *cons. 136. numer. 2. & cons. 1007. à numer. 95. & de præsumpt. lib. 3. præs. 103. numer. 45.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verb. privilegium, num. 4.* Cardin. Tusch. *d. tom. 6. lit. P. concl. 746. per totam.* Azor. *Instit. moral. p. 1. lib. 5. c. 22. quæst. 6.* D. Barbos. *in l. quia tale ff. solut. matrim.* ubi latè Mari. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resolut. 109. num. 6.* Soar. *de legib. lib. 8. c. 10. & 11.* Joan. de Salas *in simili tract. disput. 17. sect. 6. & 8.* late Rol. à Vall. *cons. 61. n. 10. cum seqq. lib. 4.* Mangil. *de imput. q. 7. num. 94. cum seqq.* [Privilegium enim quod sonat in personam, non extenditur ab alio. *c. privilegium. 7. de R. I. in 6. l. privilegia quædam 196. ff. de Reg. Jur. l. 1. ff. de constit. Princip. l. cum patronus 28. ff. de legat. 2. l. quia tale 13. ff. solut. matrim. c. petiisti 17. 7. q. 1.* siquidem privilegium non extenditur principaliter ad alias personas, quam in eo expressas. *cap. penult.*

penult. de privileg. in 6. vid. omnino Carpzov. *3. const. 4. def. 12. n. 16.* Dan. Otto *de jure publ. cap. 12.*

Intellige procedere ita demum, quando tale privilegium conceditur personæ ita, ut persona sit causa privilegii immediata, prout declarat Dyn. *in d. cap. privilegium.* & Dec. *in l. omnibus causis 4. ff. de Regulis Juris.*

Limita in privilegio ob bene merita concesso, tunc enim reputatur esse reale, & ad heredes transitorium. Bald. *cons. 355. vol. 1.* Menoch. *l. 3. præs. 103. numer. 13. & seq.* Ratio, quia causa bene meritorum contractui par est, atque sic privilegium ob merita concessum non modo transit in contractum. Bald. *in l. qui se patris. C. unde liberi.* quem sequuntur ferè Dd. communiter omnes, quos accumulat Tiraquell. *in l. si unquam. verb. donatione largitus. numer. 14. C. de revocand. donat.* iisque multos alios addunt Tiber. Decian. *cons. 25. numer. 35.* Rol. à Valle *cons. 76. num. 6. vol. 2.* Cravett. *cons. 963. n. 26. vol. 6.* verum etiam ob remunerationem tales concessiones, ut quæ non gratuito, sed oneroso titulo factæ sunt, instar compensationis seu permutationis esse censentur. *l. sed et si lege 25. §. consuluit 11. ff. de petit. hered.* atque ideo ob bene merita irrevocabile fit, quod aliàs erat revocabile. Ripa *in d. l. si unquam. verb. largitus. num. 10.* Alex. *cons. 216. num. 2. vol. 2.* Dec. *cons. 286. num. 4. vers. & per hoc. & cons. 292. num. 7.* Ruin. *cons. 217. n. 7. vol. 1.* Paris. *cons. 2. numer. 127. vol. 4.* Riminald. jun. *consil. 540. numer. 96. & cons. 556. num. 107.* Decian. *cons. 25. num. 30. & cons. 51. n. 25. vol. 3.* Menoch. *cons. 2. num. 139.* Reusner. *cons. 1. n. 65. vol. 1.* Capyc. *decis. Neapol. 121. num. 16.* Pruckman. *cons. 39. n. 51.* Cacheran. *decis. Pedem. 139. n. 28.* Berret. *cons. 1. n. 16.*]

XLVII.

PRIVILEGIUM oportet ostendere, & inspicere, nec alleganti creditur, *cap. porro 7.* ubi Abbas *num. 1. de privileg. c. cum personæ 7. cod. tit. lib. 6.* Tusch. *de visitat. lib. 2. cap. 18. à num. 3. & cap. 20. num. 6.* Mascard. *de probat. concl. 1200. numer. 36.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 14. numer. 15.* Card. Tusch. *d. lit. P. concl. 762.* Cabed. *Lusit. decis. 93. n. 3. p. 2.* & notat eleganter Covarr. *practic. cap. 20. numer. 7.* quod quando agitur de privilegio exhibendo Judici, tunc oportet quod totum præsente parte coram Judice legatur, & Judici petenti exhibeatur; at verò quando agitur de eo parti exhibendo, tunc illud tantùm capitulum, quod ad eum spectat, & subjectam tangit materiam, exhiberi oportet, juxta text. *in cap. contingit 5. de fide instrument.* & longam distinctionem. Gloss. *verb. dic & consule, in l. 1. §. editiones. ff. de edendo.*

XLVIII.

PRIVILEGII tenor attendendus est, nec de illo judicandum, nisi ipsius tenore inspecto, *c. porrò 7. c. recipimus 8. de privileg. c. ult. de translat. Præl. c. consideravimus 10. de elect.* Tiraqvell. *in l. si unquam. verb. libertis n. 8. C. de revoc. donat.* Burg. de Pace *quæst. 2. numer. 17.* Surd. *consil. 1. à numer. 31.* Intellige non solum quoad verba, sed etiam multo magis quoad mentem, ut si de ea appareat, à verbis recedamus, ut quid senserit concedens potiùs sequamur, *cap. quanto 26.* ubi gloss. *verb. sola. de privileg.* Sanchez. *de matrimon. lib. 8. disput. 1. numer. 11.*

XLIX.

PRIVILEGIUM meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, *c. ubi 7. 74. distinct. c. privilegium 63. 11. quæst. 3. c. tuarum. 11. c. ut privilegia 24. in princ. de privileg. c. contingit 45. de sent. excomm.* [*cap. denunciamus 23. 25. q. 2. c. postea quam 21. §. his. d. q. 2. c. licet 28. extr. de regular. c. ea quæ 12. extr. de censib. c. cum & 3. extr. de privileg. c. cum illorum 32. in fin. de sent. excomm. l. fin. C. de pact. dotal.*] Damasc. *in tract. de Brocard. membr. 3. n. 28.* Aufrer. *in Clem. 1. num. 12. de officio Ordin.* Nep. de monte Albano *de except. art. 2. n. 13.* Card. Tusch. *d. lit. P. conclus. 754.* Soar. *de legib. lib. 8. cap. 36. per totum.* [Oldrad. *cons. 101.* Cravett. *cons. 96. numer. 10.* Franciscus Marc. *in decis. Parlam. Delphinat. 529. numer. 1.* Carol. Ruin. *cons. 230. numer. 7. vol. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 944. numer. 30. vol. 2.* Coler. *de process. executiv. part. 2. c. 3. num. 133.* Personal. *in coron. quæst. 9. 10. n. 26.* eo enim privari debet, qui contra illud quid committit. *c. cum accessissent 8. extr. de constit. cap. pro illorum 22. extr. de præbend. l. 4. §. 2. quod cum eo qui in alien. potest. l. 37. de minor. l. 7. ff. de interd. & releg.* Menoch. *2. arb. quæst. cap. 182. numer. 47.* Felin. *in c. fin. numer. 5. de for. compet.* Unde si quis delinqueret in officio, munere vel dignitate, merito etiam ea privabitur. *l. si aliquid 12. & ibi Dd. C. de suscептor. præpositis & arcariis. 10. 70.* Bald. *in l. reum. C. de precar.* Dec. *in c. ut nostrum. num. 4. de appellat.* Capyc. *decis. 121. n. 27.* Capel. Tholos. *decis. 270.* ibique Goffred. & quod fabricantes falsas monetas

possint

possint omni gradu, dignitate, & privilegiis privari. textus est *in. l. 1. & 2. C. de fals. monet.* Tiber. Decian. *lib. 7. crim. c. 8. num. 23.*

CAP. CVI.
Prius.

Axioma I.

Prius quod est in voce, præsumitur etiam prius in sensu, *l. si communis servus ita 21. de stipul. serv.* Wesenb. *1. cons. 41. n. 72.* quia ex ordine verborum manet intellectus, & prælatio inducitur, *l. heredes mei 57. §. fin. ff. ad SC. Treb.*

II.

Quæ uno contextu fiunt, non est dari prius & posterius. *l. 2. §. prius 4. ubi Dd. ff. de vulg. & pupill. substit. l. nec enim 6. ff. de solut. §. ante. Inst. de legat.* Gœdd. *ad l. 243. num. 2. de V. S.*

III.

Quotiescunque duo sunt, quorum quodlibet habet perfectionem in se ipso, & se habent ad invicem ut prius & posterius, & quidem in oppositum, tunc necessario posterius debet tollere prius. Pantschman. *lib. 2. practic. quæst. 13. num. 12.* Exemplum est in contractibus. *l. si servus 7. §. pactus ne peteret 2. ff. de pact.* quamvis enim illi in generalitate sint concepti, nihilominus tamen posteriores contractus tollent priores. *l. & uno 18. §. & ejus 1. ff. de Acceptil. §. est autem prodita 2. Inst. quib. mod. toll. obligat. l. qui Romæ 122. §. duo fratres 6. de V. O.* idem esse & in testamentis, textus est *in l. sancimus 27. C. de testam.* ut enim secundum testamentum per se subsistat & primo opponatur, consequens videtur, ut tollat etiam primum ipso jure. In privilegio tamen non procedere, *per cap. veniens 19. de præscript.* limitat Pantschman. *2. quæst. 13. n. 22. vid. supr. cap. præced. ax. 15.*

CAP. CVII.
Probabile.

Axioma I.

Quod non est probabile, non etiam est punibile. Vultejus *lib. 3. Consil. Marpurg. 29. numer. 57.*

II.

Probabilia ut plurimum inter se sunt contraria. Aristot. *in Rhetor. c. 25.* Vigel. *in rat. eleg. jur. controv. col. 10. & in Dialect. jur. tit. de thes. seu quæstione juris infinita disputanda, p. 393.* Nebelkræ *decis. 2. p. 47.*

III.

Probabilis causa cùm deest, audiendus non est, quia nova molitur. Mev. *Cons. 49. n. 35.*

CAP. CVIII.
Probatio, Probare.

Axioma I.

Probare est persvadere Judici, *l. 12. de probat.* Qvod non contingere semper ut volumus, scribit Cujac. *l. 3. qq. Papin. ad l. 1. ff. de probation.* Quare & Oratorem Apollodorus apud Qvintilian. fortunæ & eventui subjicit, ut si forte non persvaserit, nomen suum retinere possit. Cujac. *12. resp. Paul. ad l. 73. de condit. & demonstrat.*

II.

Non est boni viri ea dicere, quæ probare non possit, sed potius silere debet. *cap. plerumque 27. 2. quæst. 7. vid.* Anton. *titul. 7. de rescript. concluf. 22. num. 23.* quod enim quis probare non potest, non proferat. *can. si tantum 2. & seq. 6. quæst. 2.* vid. Gail. *1. de pace publ. cap. 5. n. 3.*

III.

Probationis suæ initium nemo è domo rei desumere debet. *l. de minore 10. §. tormenta 3. ff. de quæst. l. nimis grave 7. C. de testib.* origo enim petitionis ex instrumentis ejus, qui convenitur, fundari non oportet. *l. 1. l. fin. C. de edend.* Regner. Sixtin. *1. Consil. Marpurg. 9. num. 97. cum seq.* Pacian. *1. de probat. cap. 61. num. 49.* sed potius actor ipse probationes adferre & domo instructus venire debet, quam ut à reo eas quasi gladium exigat. *l. 7. C. de testib.* Wesenbec. *parat. de interrog. in jur. fac. num. 5.* siquidem probandi necessitas onus est & molestia. B. Argentræus *Comm. in consuetud. Britan. artic. 164. n. 3. §. retinendi. ubi* Bachov. *& Dd. communiter. Institut. de interdict.* adeò ut is, cui incumbit probatio, adversarium necessitate probandi contrarium adstringere nullatenus possit. *l. actor. 23. C. de probat.*

IV.

Probare talem se debet, qui vult ut talis admitti. *l. non ignorat. 9. ibique* Salicet. & Butrigar. *Cod. de his qui accusar. non poss.* Bald. *in l. eum qui duas. num 3. vers. & nota quod qui petit. C. ad L. Jul. de adulter.* Jason. *cons. 102. numer. 4. vol. 4.* Marsil. *in pract. crimin. §. diligenter. numer. 171. vers. pro quibus facit.* Roland. à Valle *cons. 65. perspectis. num. 12. vol. 1.* Paris. *consil. 115. incip. Johannes. num. 2. vol. 4.* ita fraternitatem esse ab eo probandam, qui eam allegat, probat *l. non epistolis 13. in fin. C. de probat.* ita etiam in terminis legitimationis consuluêre Roland. à Valle *cons. 43. incip. Legitimationem. n. 23. vers. verum si diligenter. vol. 4. & cons. 100. incip. revocatur. num. 19. vers. quibus tamen non obstantibus. vol. 2.* Alex. *cons. 60. visa legitimatione. num. 17. vers. venio ad secundum. vol. 2.* Castrens. *cons. 178. super num. 1. vers. cum igitur ille. vol. 2.* idem obtinere & in terminis adoptionis tradit Alex. *in l. neque professio. & ibi* Jas. *C. de testam.* idem Alex. *in l. si pater tuus. num. 2. C. de her. inst.* Pac. *2. de prob. c. 18. n. 3.* quin imò extendi eam posse ad quodcunque consanguinitatis genus, sive sit agnatio, sive cognatio, sive alia affinitas, quæ in judicium deducatur, latè deducit Pacian. *2. de probat. c. 12 per tot.*

V.

Quicunque modus probandi nullâ ratione naturali nititur, sed Dei tentationem involvit, ille

est illegitimus, e. g. duellum, gestatio ferri candentis *cap. fin. X. de purgat. vulgar.* immersio in aquam frigidam, Wasser-Probe/ cruentatio cadaveris interfecti in præsentiâ insimulati homicidæ, vulgò Baarrecht. Speckh. *3. Class. 3. q. 11. numer. 22.*

VI.

Probationum facultas non debet angustari, sed ampliari. *l. quoniam 21. in fin. C. de hæret. l. generaliter 12. Cod. de reb. credit. l. ne quid 7. ff. de incend. ruin. naufr. c. quoniam 5. extr. ut lite non contest.* Bald. *in Auth. at qui semel. n. 3. C. de probat.* Speculat. *in §. 1. n. 80. de teste, gl. in Auth. ut sine prohib. matr. verb. SCto.* Dec. *in c. 2. n. 25. v. quod absurdum extr. de probat.* Bald. *cons. 317. punctus super quo. n. 2. vol. 4* Butrig. *in c. si diligenti num. 16. vers. per hoc dicunt. col. 3. extr. de for. compet. & ibi* Joh. Imola *n. 9. col. 2.* Cravett. *cons. 207. responsiones n. 9. vers. postremo. col. fin.* Chassan. *cons. 19. juxta prædicta n. 32. vers.* & probationum facultas Signorol. de Homodeis *cons. 156. Factum. num. 10.* Alban. *cons. 15. Non est dubium. num. 5. col. fin.* Paris. *cons. 70. Pro resolutione. n. 8. vol. 4.* Marsil. *in rubr. C. de probat. num. 443. vers. ultimò pro complemento.* adeò ut nec statuto Alban. *cons. 15. num. 5. vers. & regulariter reprobatur. col. 2.* nec pacto privatorum angustari possit. Gloss. *in d. Auth. ut sine prohib. matr. verb. SCto.* Anton. de Butr. *in cap. si diligenti. col. 3. num. 16. vers. fallit tertio. extr. de for. compet.* Florian. *in l. 1. num. 1. ff. de testib.* Jacobin. de S. Georg. *in Auth. jubemus. num. 7. Cod. de judic.* & *ibi* Paul. de Castr. *numer. 3 vers. sed si fiat extr. judicium. colum. 2.* Angel. *in l. pactum inter heredem. vers. sequitur. colum. 3. ff. de pactis.*

VII.

Probatio nulla melior, quàm quæ fit per facti evidentiam, ideoque omnibus præferenda. *l. Magistros 7. C. de professor.* G. & Bald. *in l. si verò. 5. §. 1. verb. evidentissimè locupletem. ff. qui satisd. cog.* Bald. *in l. contra negantem in fin. C. ad L. Aquil.* Zas. *cons. 15. n. 24. lib. 1. & cons. 2. n. 10. lib. 2.* per evidentiam enim rei res fit notoria & manifesta, *c. manifesta 15. caus. 2. q. 1.* Regn. Sixtin. *2. cons. Marp. 8. n. 17.* multumq; declarat, quia, ut dicebat Baldus *in cons. 379. Sequitur num. 6 vol. 1.* quod oculus videt, nemo fideliter negat. Bertazol. *1. consult. decis. cons. 1. n. 15.* probationem ergo naturæ manifestam humanæ demonstrationis adminiculo non indigere, *ex l. ubi autem non apparet 75. §. illud dubitationem 4. de V. O.* consuluit Oldenb. *2. cons. Marp. 5. num. 32.* multis tamen eam innatam esse Φιλαυτίαν seu væcordiam, ut ipsis, quod narras, nunquam videatur probatum, etiamsi literam expressam actorum ostendas, & ipsum solem quasi in tuis manibus geras, ait Mascard. *de prob. vol. 1. q. 2. numer. 24.* Hinc eleganter de probationibus ineptis ait Cujacius *in Mercatore lib. 1. c. 1.* Aut meliore argumento uti debuisti, aut pravo non debuisti rem certam incertam facere atque suspectam: Hoc enim genere veritatem quodammodo impugnas, nullo modo tueris. Adde & A. Robert. *lib. 1. rer. judic. c. 14. p. 270. cum seq.* quibus adstipulatur & Lud. Viv. *lib. 5. de tradend. disc.* dum refert: Fuisse quosdam, qui magnæ pietatis loco ducerent mendacula pro religione confingere: quod & periculosum est, ne veris adimatur fides propter falsa, & minimè necessarium: quoniam pro pietate non tam multa sunt vera, ut falsa, tanquam ignavi milites atque inutiles oneri magis sunt quàm auxilio, siquidem detorta (inquit Rivetus *in apolog. pro Virgine Maria lib. 1. cap. 1. numer. 22.*) infringunt vim eorum, quæ per se sufficiunt, & proprio splendore mentem illustrant, & in veram tanti mysterii cognitionem rectà & sine ambagibus deducunt: quæ obtorto veluti collo & per vim eò trahuntur, veris sæpe præjudicant, & contradicentibus ansam calumniandi præbent. Dum enim incerto (ut loquitur idem Rivetus *lib. 1. cap. 9.*) incerta confidenter asseruntur, certis etiam hac ratione derogatur. Cum supervacuis (verba sunt Anacleti Papæ *in c. si omnia 7. caus 6. q. 1.*) ad beneficia laboret impendiis qui solem certat facibus adjuvare: Quo alludunt & Quintil. *lib. 5. instit. orat. c. 12.* dum ait, in rebus apertis argumentari tam est stultum, quàm in clarissimum solem mortale lumen inferre. Sen. *ep. 83.* Superest ex hesterno mihi cogitatio, quid sibi voluerint prudentissimi viri (Stoici & inter hos imprimis Zeno) qui rerum maximarum probationes levissimas & perplexas fecerunt, quæ ut sint veræ, mendacio tamen similes sunt (quomodo Zeno colligebat) virum bonum non futurum ebrium; ebrio, inquit, sermone secretum nemo committit. Viro bono autem committit. Ergo vir bonus non est ebrius: Huc adde, quæ tradit Antecessor Gröningensis *in Regulis Juris Anno 1630.* Lambert will der Sau ein Ohr abhauen/ und trifft den Schwantz. Et Guntherus in Ligurino, *lib. 3. de Arnoldo Brixiensi:*

Et fateor pulchram fallendi noverat artem
Veris falsa probans: qui tantum falsa loquendo
Fallere nemo potest: veri sub imagine falsum
Influit & furtum deceptos occupat aures.

VIII.

Probatione deficiente deficit substantia causæ, Pacian. *lib. 1. de probat. cap. 5. num. 5.* Nihil enim nobis jura sunt profutura, ubi probatio deest, cùm multos sæpe videamus justam causam foventes propter probationum inopiam succumbere, juxta illud: Amice, jus tibi non deficit, sed probatio, *l. sunt duo Titii 30. ff. de testam. tutel. ibique* Bald. *& in l. ingenium. num. 9. vers. etsi nescit. ff. de stat. homin.* Ancharan. *cons. 242. Prius in princ.* cùm virtus causarum pondus litis & exitus totius controversiæ in ea consistit, ut not. Bald. *in cap. quia propter. num. 23. colum. penult. extr. de Elect. & in l. 2. num. 8. vers. breviter ego dixi. col. 4. C. de Episcop. audient.* à qua omnis contentiosi fori justitia dependere dicitur, ut ait Imol. de S. Georg. *in rubr. de probat. n. 8 vers. addit. colum. 2.* Baldus *in rubr. extr. de judic. n. 10. vers. est & justitia. colum. 3.*

IX. Pro-

IX.

Probatio ubi ex dispositione legis actum debet præcedere, ex intervallo seu post factum admittenda non est. Rolandus à Valle *cons. 65. num. 10. vol. 3.* Afflict. *decis. 355. num. 5.* Tempus enim ad formam maximè pertinet, Baldus *in l. ordo C. de Exec. rei judic.* Marsil. *cons. 65. num. 4. & cons. 117. num. 15.* Socin. jun. *cons. 37. num. 10. volum. 2.* ita si quis debitorem suum tanquam fugitivum fecit incarcerari omissa probatione, quæ vigore Legis capturam præcedere debuit, tum creditor, etiamsi postea probationes afferat, audiendus non erit, Baldus *cons. 318. lib. 4.* quia captura fuit injuriosa, inde infirmandum id, quod sine ratione processit, *l. si cum nulla 58. de re judic.* Clem. *appellanti de appellat.* adde & Roman. *cons. 241. n.* & post eum Peck *de jur. fisiend. cap. 12. numer. 6.*

X.

Probationes dicuntur fieri ad fidem faciendam judici, non parti, *l. quingenta 12. in fin.* ubi gloss. *de probat. l. si quando 19. C. de testib. l. 1. C. de condict. ob turp. caus. l. 1. §. 16.* ibi: *dicturi sententiam, consilium instruit. ff. de quæst. cap. Statutum 11. §. cum vero 1. de rescriptis. in 6.* Carpzov. *p. 1. constit. 17. definit. 5. num. 3.* Is enim semper negaturus esset, donec adversarius bona fide agnosceret, & sibi satis probatum esse diceret, frustra litigaretur. Etiamsi solem ipsum ad ostendendam veritatem in manibus gereres. Vide Oldendorp. *in Enchirid. de probat. sub rubric. quid sit probatio. §. cæterum quod sequitur.* & ut bellissimè dictum laudat Mascard. *1. de probat. quæst. 2. num. 24. & quæst. ult. num. ult.*

XI.

Probatio & sententia pari passu ambulant, Chassan. *cons. 68. Visis. n. 35. vers. item plus dicit.* Tanta enim ejus est vis, ut argumentum à sententia ad probationem validum esse dixerit Everh. *in Topic. loc. 50. à sent. ad prob. per l. Lege Junia Petronia 28. ff. de manumiss.* adeò ut hoc æquiparatum procedat non modo in iis, quibus prodest nocetve sententia, iisdem noceant prosintve probationes, Bartolus *in iis apud quem. col. fin. vers. sed an porrigatur. C. de edend. & ibi* Jason. *num. 28. vers. limita in omnibus. colum. fin.* & Alexand. *num. 11. vers. secunda conclusio.* Curtius sen. *cons. 62. Magnificè. num. 2. vers. sic etiam contingit. colum. 1.* sed etiam in quibus sententia nulla non nocet, obsint tamen acta, ut ait Ripa *in l. is apud quem. num. 38. colum. penult. Cod. de edend.* maximè in favorabilibus, Everhardus *d. loc. num. 1. per exempl. ibi allegata.*

XII.

Probationes duæ semiplenæ faciunt unam plenam probationem, *l. instrumenta 5. C. de probat. l. qui sententiam 16. Cod. de pœnis. cap. præterea 17. extr. de testib. & attest. cap. ult. extr. de succes. ab intest.* Pract. Papiens. *in præct. form. respons. rei conventi. §. jurisjurandi. num. 14.* Salicet. *in l. bonæ fidei 3. Cod. de reb. credit.* Campeg. *in tract. de testib. reg. 303.* Carpzovius *p. 1. constit. 17. defin. 36. n. 3.*

XIII.

Probatione supervacua nemo debet gravari, *arg. l. hæc stipulatio 14. §. 1. ff. ut legat. nom. caveatur.* Carpz. *p. 1. const. 17. defin. 25. n. 3. vide infra de Superfluo axiom. 7.* Hinc notorium non est probandum, quia probatio ideò injungitur, ut per eam fides fiat judici, in notoriis verò fides jam adest. conf. *cap. 9. X. de Accusat.* Ita attentata notoria statim absque ulteriori probatione à judice revocanda. Mev. *P. 4. dec. 206.*

Amplia, ut si notoria non fuerint allegata, judex illa ex actis supplere debeat. Mev. *P. 7. dec. 155. & P. 8. dec. 202.*

Limita: nisi negetur esse notorium, quô casu tamen non veritas probanda, sed notorietas.

XIV.

Per quodcunque aliquid introducitur, per id etiam probatur, quia ipsa introductio probanda, ergò etiam ejusdem media: ita cum actibus, etiam extrajudicialibus introducatur consuetudo, iisdem etiam probatur.

Limita, ut hæc probatio plena sit, præsertim si sit contra jus. Mev. *P. 4. dec. 3.*

XV.

Quicunque alterum servum sive hominem proprium esse dicit, illi incumbit probatio, quia pro libertate ut naturali facultate semper præsumitur & semper adesse censetur salva indoles rei primigenia. Probatur verò hominem aliquem esse proprium (1.) ex præstatione servitiorum, (2.) ex testibus, (3.) ex nativitate, si scil. parentes tempore nativitatis fuerint rusticæ conditionis. Mev. *P. 6. Dec. 335.*

XVI.

Probatâ causâ probatur effectus, & ita probatâ copulâ carnali probatur quoque filiatio filii naturalis, hinc si mulier probet copulam Titii, Titius pro patre infantis erit habendus.

Limit. ut non procedat quoad effectus Civiles; e. g. successionem, (2.) ut civiliter quidem ita probetur filiatio, vix tamen naturaliter.

XVII.

Quodcunque quis ad fundandam suam intentionem allegat, illud probare tenetur, quia non probanti non creditur, & præsumitur quis ejus, quod allegat, optimam habere notitiam.

Limita, nisi allegans habeat pro se præsumtionem juris, *l. 16. in fin. C. de probat.*

XVIII.

Quocunque modo jura possidentur, eodem modo probantur, quia quatenus possidentur, eatenus etiam in sensus incurrunt. Hinc igitur quoniam jura exercitio possidentur, probato exercitio v. g. juris venandi aut actuum jurisdictionis, probatum censetur ipsum Jus venandi vel Jurisdictionis.

XIX.

Quicunque possidet, ille non tenetur probare, *l. fin. ff. de R. V.* quia in dubio pro possessore præsumitur *l. 47. de O. & A.* nisi contra possidentem militet præsumtio juris. vid. *Rubr. Poss. sio.*

XX.

Quoties probatio fieri debet in continenti, toties intelligitur terminus probatorius, ein Gerichts-Termin. Quia verba secundum subjectam materiam & naturam actus sunt explicanda *l. 22. §. 26. ff. de Legat. 2.*

XXI. Fa-

XXI.

Factum, quod quis allegat, probari debet, non jus, facta enim ut plurimùm incerta sunt & dubia, cùm contrà Jura sint certa & indubia.

Limita (1.) nisi de facto aliunde, v. g. ex naturæ cursu vel ex aliis præviis indiciis, constet. (2.) nisi jus fuerit illiquidum, adeoque negetur esse juris, sic consvetudo est probanda. *cap. 1. de Consuet. in 6to.*

XXII.

Probationis difficultas dicitur adesse, ubicunque res non possunt oculorum casui demonstrari, ut quia sunt peremptæ. Nam tunc semper dicitur adesse difficultas probationis, ita post Jasonem scribit Mascardus *1. concl. 472. numer. 31. & 32.* Unde & in his, quæ probationis sunt difficilioris, sufficere probationes per conjecturas, *ex l. consensu 8. C. de repud. l. filium eum. 6. ff. de his qui sui vel alieni jur.* deducunt Anton. de Butr. *in cap. veniens. cl. 2. de testib.* Bald. *in Auth. quas actiones. col. ult. numer. 9. C. de SS. Eccles. & conf. 229. num. 11. vol. 2.* Alexand. *cons. 77. num. 4. in fin. vol. 7.* Feder. deSenis *cons. 119. Nulli dubium.* Marsil. *sing. 1. in fin.* Bart. *in l. de pupillo §. si quis ipsi*, & *ibi* Alex. *num. 22. ff. de nov. oper. nunc.* Jason. *in l. si quis ex Argentariis. §. Prætor. num. 18. ff. de edend.* Benintend. *decis. Bonon. 43. num. 3.* Gail. *2. observat. 93. num. 18.* quod tanquam axioma inter regulas retulit Duen. *reg. 553.* & pro singulari habuerunt Hyppolit. *sing. 1. in fin.* Diaz. *reg. 598.* Carpzov. *p. 1. constit. 12. defin. 5. num. 4.* quia, ut ait Gailius *2. obs. pract. 149. n. 9.* Lex est contenta eâ probatione, quæ haberi potest, si materia sui natura difficultatem probationis habeat, & adminiculum vehemens suppleat, si quis sit defectus probationis. Baldus *in l. ea quidem, num. 9. vers. adminiculum Cod. de accusat.* unde sicut sæpe magna per testes probandi difficultas est, *l. testium 18. C. de testib.* Wesenb. *in Comment. de condict. & sub rubr. de condict. sine causa.* ita & in specie dominiũ (quod difficilis probationis esse perhibetur à Gail. *2. obs. 26. num. 2.*) probari posse per conjecturas apparet *ex l. indicia, 19. C. de rei vindicat. l. proprietatis 4. C. de prob.* allegatæ a Menochio *de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cas. 42. num. 1.* Calcan. *cons. 31. num. 11.* Decius *cons. 140. num. 14.* Socinus sen. *cons. 205. num. 3. vol. 2.* Socinus jun. *cons. 135. num. 14. vol. 21.* idem de consangvinitate & proximitate not. Bart. *ad l. qui ignorat C. de his qui accusare non poss.* Fernand. Vasq. *2. illustr. quæst. 8. num. 20.* Mascard. *de probat. conclus. 409. num. 3.* Mandel. *cons. 83. n. 11.* Burs at. *cons. 89. num. 1.* atque ideò in iis, quæ sunt difficilioris probationis, à regulis ordinariis sæpe receditur, & sufficit, probationem fieri eo modo quo potest. Argent. *1. conf. 38. n. 11.*

XXIII.

Probare qui non potest quod objecit, pœnam quam intulit ipse patiatur, *cap. Paulum. in fin. 6. 2. quæst. 3. cap. quia 2. q. 8. cap. ibi 3. q. 6. quia 5. q. 6. cap. 1. extr. de calumn. c. tuæ 5. extr. de procurat.* ac condemnatur alteri parti in expensis, *cap. 1. in fin. de Elect. in 6. c. significaverunt 36. extr. de testib.* ita accusator si probare nequeat crimen illatum, fit infamis, & posthac ad accusandum non admittitur, *cap. si quis 2. quæst. 3. cap. ult. extr. de calumniat.* nisi resipuerit, tum si fortè iratus alicui objecerit, reum objecti criminis non facit, *d. c. si quis. quæst. 3.*

XXIV.

Probatio incumbit affirmanti, *cap. sicut. 39. extr. de sentent. excommunic.* factum enim negantis nulla est probatio. *c. ult. 6. q. 5. c. bonæ 23. extr. de Elect. cap. super hoc 5. extr. de renunciat. c. quoniam 11. extr. de probat.* & accusatus exceptionem non negationem probare debet, *c. quod autem 1. §. item accusatus 6. q. 5.* unde probatio affirmativa negativæ prævalere dicitur. *cap. ad nostram 12. extr. de prob.* nisi quando negativa in se includeret affirmativam, tum enim eam quis probare poterit, *cap. cùm dilectus 3. extr. de succ. ab intest. vid. supr. lib. 12. c. Negatio.* aut quando pro affirmante militat præsumtio *l. 5. §. 6. de re milit.* aut ille est in possessione *l. 16. C. de probat.*

XXV.

Probant multa simul collecta, quæ singula non probant, *c. cum causam 13. extr. de prob. c. præterea 27. extr. de testib.* adeoque etiam imperfectæ seu semiplenæ probationes conjungi possunt ad fidem faciendam. Mynsing. *resp. 1. num. 30.* Cujac. *ad l. 3. C. de reb. credit.* Mevius *Cons. 73. num. 35.*

XXVI.

Probationis subtractio amissione causæ punitur, *l. 20. C. de probat. l. 2. §. 1. de jur. fisc. cap. pervenit 5. de testibus. cap. constitutus 30. in fin. & cap. intimavit 18. de testib.* Castrens. *in l. providendum. C. de postuland.* Gloss. *in c. cum causam. verb. compelli de testib.* Angel. *in l. 1. ff. de eo per quem fact.* Argent. *in conf. 55. num. 55. vol. 2.*

XXVII.

Probari alterum sufficit, ubi narrantur plura, quorum alterum per se sufficit, *cap. gravem 15. extr. de Excess. Prælator.* si tamen quis se ad plura probanda adstrinxit, non sufficit, si alterum probet, *cap. licet 9. extr. de probation.*

XXIIX.

Intentionem suam quis apertè probare debet, *cap. pen. extr. de compens.* & quidem cum sua qualitate & sub succumbentia, plenissimè & punctualiter (ut loquuntur) demonstranda est, scilicet ex singulari effectu prætensæ qualitatis. *c. ab eo 31. de Elect. in 6. cap. licet 9.* ubi Felin. *de probat. l. non solum 8. §. sed ut probari 5.* ubi Bartol. *de nov. oper. nunc.* probatio enim dubia non dicitur probatio, *c. in præsentia 8. extr. de probat.* quapropter si actor plenè probaverit, non debet compelli jurare, *c. sicut 2. extr. de probat.*

XXIX.

Probationis onus actori incumbit, non reo. *cap. quod autem 1. & seqq 6. q. 5.* nisi quando contra eum sit præsumptio, tum & probandi onus in reum transfertur, *c. un. extr. ut Eccles. benefic.*

XXX.

Probationes Jus non inducunt, glossa *in l. sed si possessori 11. §. item si 2. ff. de jurejur.* Vasquez. *2. controvers. jur. cap. 25. num. 12.* Nec quæstio juris requirit probationem, *cap. sæpe 44. extra.*

de

de appellation. & ideò contra præsumptionem juris & de jure probatio non admittitur, *cap. is qui 30. extr. de sponsalib.* secus est in violenta præsumptione, hanc enim recipere probationem in contrarium. Textus est *in cap. ult. extr. de presbyt. non baptizand.*

XXXI.

Ante probationem justam nemo damnandus vel judicandus est, *cap. nullum 10. c. judicantem 11. 30. quæst. 5.* nec judex ad unam speciem probationis se applicare debet, *cap. in præsenti 6. extr. de renunc.* sed omnia, quæ coram se acta sunt, diligenter debet considerare, ex his omnibus animum suum informare, & secundum ea ferre sententiam. *c. causam 14. extr. de sentent. & re jud.* probatio itaque ut salva sit, debet judex curam habere, *c. quoniam 5. extr. ut lit. non conteſt.*

XXXII.

Nemo ex propriâ annotatione probationem sumere potest, ne fiscus quidem, *l. 7. C. de probat.* cùm liber rationum pro scribente nil probet. Perez. *C. de Exact. Tribut. n. 4.*

Limita (1.) Exactorum rationibus & scripturis in his, quæ officii eorum sunt, credendum est: requiritur tamen, ut sit de officio eorum, & non sit magni præjudicii, quia hic exactor Tributorum religione Juramenti obstrictus est. (2.) Libris mercatorum creditur, si causa debiti in iis exprimatur. Brunnem. *ad l. 5. C. de exact. Tribut.*

XXXIII.

Probationes imperfectæ admittuntur favore innocentiæ. *Dec. consil. 459. num. 7.* neque contra reum in criminalibus conjunguntur. *Salicet. in l. fin. C. de probat.*

XXXIV.

PROBARE oportet, nec sufficit dicere, Gloss. *verb. dicatur. in l. 1. in princ. ff. si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. cap. dilecti 8. de except.* [*cap. eum 12. extr. de hæret. cap. ult. extr. de Schismatic. cap. cum I. & A. 22. extr. de re judic.* Gloss. *in l. 2. verb. aspectu. ff. de fer. & in l. Prætor ait 4. ff. de vi bon. rapt. cap. plerumque in fin. 2. quæst. 7.* Vult. *1. conſ. Marpurg. 30. n. 3.*] Jason. *in l. si prius, num. 97. ff. de novi operis nunc.* Felinus *in cap. cum dilectus. num. 6. de accusat.* Paris. *conſ. 115. num. 5. volum. 1.* Menoch. *remed. 2. recuper. num. 178. & remed. 15. n. 403.* (Qui enim idoneum quid affirmat, illud probare debet, *l. non est neceſſe 11. ff. de probat. l. si contendat 28. ff. de fidejuſſ.* Nicol. Boër. *deciſ. 59.* Carpzov. *part. 2. conſtit. 11. defin. 26. num. 4.* ita qui præscriptionem objicit, eam probare tenetur, *cap. ex literis 8. ff. de probat.* probata enim creduntur, non probata non creduntur, *cap. quamvis 75. 11. q. 3.* Unde si actor probare nequeat, reus absolvitur, *cap. cum Eccleſia 3. in fin. extr. de causa poſſeſſ. & propriet. cap. 1. in princ. 6. quæst. 5. c. 5. cap. ult. d. quæst. 5. cap. unic. extr. ut Eccleſ. beneſic.* ut appellans qui causam appellationis probare non potest, remitti debet ad eum judicem, à quo appellavit, *cap. cum speciali 61. extr. de appellation.* Nec sufficit dicere partes hoc vel illud probasse, sed demonstrandum est, per quæ & quibus dictis probarit, post Baldum Wesenbec. *conſil. 345. pag. 1607. n. 25. & 26.*

XXXV.

PROBATIO debet de necessitate concludere, (*l. veteribus 39. ff. de pact.* ubi Bart. *l. stipulatio iſta 38. §. in stipulationib. 18. de V. O.* Bartholom. Socin. *conſ. 74. vol. 1.* Corn. *conſ. 126. volum. 1.* Alex. *conſ. 112. num. 5. lib. 2. & conſ. 10. n. 6. lib. 3.* Bertrand. *conſ. 62. In facto. num. 4. lib. 7.* Jason. *conſ. 39. Tota dubitatio. lib. 1.* Riminald. *conſ. 78. num. 11. & conſ. 145. Quoniam. n. 21.* Cravett. *234.* Paris. *conſ. 64. num. 19. lib. 1.* Pantschman. *lib. 1. pract. quæst. quæst. 11. n. 28.*) quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *l. non hoc 4. C. de legitimis hæredib.* ubi Jason. regulam ponit cum ampliationibus & limitationibus, *l. neque natales 10. C. de probat. cap. in præsentia 8. eod. cap. inter corporalia 2. §. cum quis. de translat. Episcopi. cap. recepimus 8. de privileg.* Bald. *conſ. 62. Alia vice. circa princip. verſ. quinta concluſio. lib. 2.* Mascard. *de probat. concluſ. 671. num. 11.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. probatio 10.* Morla *in emporio Juris, part. 1. tit. 11. in prælud. numer. 53.* Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib. 1. tit. de servitut. resolut. 1. sub n. 19. verſ. hæc prima declaratio.* Aldovin. *conſ. 44. num. 6. & conſ. 51. n. 18.* Surdus *conſ. 5. num. 46.* Galganet. *de condit. & demonstr. part. 2. cap. 1. quæst. 92. num. 5.* Cæsar. Argel. *de contradict. legitim. quæst. 15. num. 107.* Cardin. Tusch. *practic. concluſ. tom. 6. lit. P. concluſ. 765. per tot.* Mar. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 46. num. 3.* Rot. *deciſ. 127.* apud Farinac. *p. 1. recent.* Sebast. Medices *de Regulis Juris 4. num. 10.* Stephanus Gratianus *discept. forens. tom. 5. cap. 985. num. 25.* (vid. & Bald. *in d. l. neque natales. in princ. & verſ. quæro.* Gœdd. *1. conſ. Marp. 26. num. 152.* Unde probatio, quæ non relevat, nihil concludit, *d. c. præsentia. l. Duo sunt 30. ff. de teſt. tut.* Bald. *in l. multis. C. de liberal. cauſ.* quia non concludens non habetur pro probatione. Baldus *in l. matrem. C. de probat.* Vult. *1. conſ. 30. num. 18.* nec factum probatum censetur, nisi & illius requisita probentur, *l. 1. in fin. de incend. ruin. naufrag.* Mynsing. *1. obſerv. 40.* Wesenbec. *conſil. 19. num. 2.*)

XXXVI.

XXXVI.

PROBATIO dubia & incerta non relevat probantem, *d. l. neque natales 10. C. de probat. d. cap. in præsentia* (*l. si fuerit 10. ff. de rebus dubiis. l. duo sunt 30. ff. de test. tutel. l. ad probationem 21. C. de probat.* Bart. & Dd. *in l. inter stipulantem. §. 1. de V. O.* Cravetta *cons. 218. num. 5. cons. 203. numer. 28. & consil. 276. num. 4.*) Ægid. *cons. 2. n. 37.* Joan. de Imola *consil. 96. per tot.* Hyppolit. *cons. 20. num. 8.* Mascard. *de probat. conclus. 1363. num. 6.* Surdus *decis. 75. num. 17. & decis. 288. num. 45. & consil. 5. num. 45. & seqq. & consil. 24. num. 16.* Dn. Barbosa *in l. si quis intentione. num. 38. cum seq. ff. de judic.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 144. num. 21. cum seq.* Seraphin. *decis. 1103. num. 2.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. resolut. 586. num. 6. in 2. edit.* Farinac. *in praxi crimin. p. 2. tit. de oppos. contra dicta testium, quæst. 68. num. 1. cum seq.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resol. 106. num. 9. & resol. 110. num. 6. & lib. 3. resol. 36. num. 5.* Rot. *decis. 149. num. 2.* apud Farinac. *p. 1. recent.* Imò contra producentem esse interpretanda. Rebuff. *in tract. de reprobat. testium. num. 9.* Seraphin. *decis. 469. num. 5.* Rot. *decis. 854. num. 1.* apud Farinac. *collect. 1. novissimarum.* Surdus *consil. 5. num. 48. & consil. 135. num. 86. & cons. 311. num. 34. & cons. 327. num. 48. & consil. 339. num. 21. & consil. 429. num. 74. & consil. 483. num. 5.* Stephan. Gratian. *tom. 4. cap. 640. num. 25. & cap. 703. num. 1. & d. tom. 5. cap. 874. num. 29.* etiam in materia favorabili, Surdus *d. consil. 5. num. 49.* (& in terminis consanguinitatis consulendo argumentati sunt Decius *cons. 321. col. 2. numer. 12. vers. non obstat.* Alex. *cons. 82. vol. 1. & consil. 182. num. 10. vol. 7.* Cuman. *cons. 43. col. 1.* Corn. *cons. 341. vol. 1.* Anchar. *cons. 52. n. 8. vers. item statutum.* Capra. *consil. 156. num. 6. volum. 2.* Nevizan. *cons. 10. num. 9.* & docendo secuti sunt Alciat. *de præsumpt. reg. 1. præs. 28. num. 9.* Tiraquell. *de retract. consanguin. §. 11. gloss. 1. num. 9. vers. sed hanc tamen.* Gabriel. *libr. 1. commun. opinion. conclus. 6. num. 24.*)

XXXVII.

PROBATIO probationem non excludit, Seraphin. *decis. 575. num. 5.* Fortior vero tollit debiliorem, *l. penult. ff. de rest. in integr.* Mascard. *de prob. concl. 225. num. 15.*

XXXVIII.

PROBATIO specialis semper prævalet generali, Innocent. *in cap. auditis. num. 4. de præscript.* Hyppolit. *in princip. §. diligenter. num. 198. & in l. de minore. §. plurium. num. 100. ff. de quæstionibus.* Seraphin. *decis. 818. num. 5.* Farinac. *in praxi crimin. p. 2. q. 65. num. 170.* (Non enim sufficit in genere demonstrari, nisi probetur obtinere in specie, de qua agitur. Wesemb. *1. consil. 245.*)

XXXIX.

PROBATIO per testes habet eandem vim, quam per instrumentum, *l. in exercendis 15. Cod. de fide instrum. cap. cum Johannes 10. eodem tit.* Alexand. *cons. 94. vers. corroborantur, lib. 2.* Gratian. *consil. 90. num. 40. lib. 2.* Paris. *cons. 83. numer. 10. lib. 1.* Soar. de Pace *in practica, tom. 1. part. 2. temp. 8. num. 7.* Mascardus *de probat. in proœm. quæst. 6. & conclus. 1095. numer. 3.* Morla *in emporio Juris, part. 1. tit. 11. in prælud. num. 4.* Cardos. *in praxi Judicum, verb. instrumentum 11. & verb. probatio 7.* Cardinalis Tusch. *d. tom. 6. lit. P. conclus. 771.* Ubi duabus conclusionibus sequentibus refert, quibus casibus probatio per testes non admittatur.

De probatione Dominii vid. *Dominium.*

CAP. CIX.

Probatus *vid.* Approbatio.

Probatus semel & dignus judicatus non debet temere reprobari, *l. quod semel 5. de decret. ab ord. fac. l. 9. de negot. gest. l. sanctimus 25. C. de administrat. tut.* Cævallos *pract. quæst. 425. num. 15.* Gratianus *tom. 3. forens. discipl. cap. 590. num. 5.* Larre *in decis. Granat. disp. 2. per tot.* Non, inquam, temerè, sed ex causa aut culpa, Gothofred. *in l. 2. per ill. text. C. de profess. & Medic.* & sic compone text. *l. ut gradatim 11. §. reprobat. 3. de muner. & hon.* confer Locam. *observ. fasc. 15. quæst. 4.*

CAP. CX.

Processus.

Axioma I.

Processus contra formam mandati frivolus est. *cap. cum dilecta. 22. extr. de resc. cap. ult. de restit. spoliat.*

II.

Processus nullus est, ubi litis contestatio non processit, *cap. dudum 54. extr. de Elect. c. unic. extr. de litis contest. c. cum causam 62. extr. de appellat. c. olim. 7. extr. de injur. c. pen. extr. de purgat. Canon.*

Excipe (1.) nisi causa sit spiritualis *clem. dispendiosam de judic. c. 1. de eo qui mitt. in possess. in 6.*

in 6. (2) si coram Papa aut Imperatore ageretur, Gilken. *in l. unic. C. de lit. contest. num. 53.* Socin. *ad c. quoniam. ut lit. non contest. num. 25.* (3) in causis, quibus libellus non exigitur, Socinus *d. loc. num. 27.* (4) in causis summariis seu extraordinariis, *clem. sæpe. de V. S.* Socin. *d. loc. num. 26.* (5) in causis brevioribus, Auth. *nisi breviores, C. de sentent. ex brev. recit.* Socinus *ad d. cap. num. 57.* (6) in causis pauperum, Umm. *in disp. ad Proces. judic. 22. thes. 3. num. 11.* (7) si homines rudes & simplices seu rustici invicem contendunt, Obrecht. *in tract. de litis contest. c. 4. n. 50.* (8) in causis Notoriis, Socin. *d. loc. num. 60.*

III.

Processibus diversis negotium non est intricandum, *cap. penult. extr. de ordin. cognit.*

IV.

Quæcunque ad causæ dijudicationem de Jure Gentium requiruntur, illa sufficiunt ad Processum summarium, quia in Processu summario de simplici & plano proceditur & sola facti veritas inspicitur. Non igitur opus erit solennis libelli oblatione, solenni litis contestatione, articulorum exhibitione, *Clem. sæpe fin. de V. S.* sed sufficiet qualisqualis facti narratio, petitio summaria, rei citati responsio, defensio, probatio & causæ cognitio. Carpz. *in Proces. Tit. 1. art. 1. n. 30.*

V.

Quoties res moram non patitur vel ob favorem causæ vel commiserationem personæ, toties processus est summarius. Quia sic publicè expedit, ne Judicialium solennitatum tanta habeatur ratio, sed lites ocyùs finiantur.

VI.

Processus ab Executione non est inchoandus.

Limita: Fiscus potest à capturâ personæ eum inchoare. Brunnem. *ad l. 2. C. de Exact. Tribut.*

CAP. CXI.
De Proclamatione.

Axioma I.

Quicunque est effectus edictalis citationis, idem effectus est proclamationis Ecclesiasticæ: Utraque enim ex eâdem causâ fit, nimirum ut contradictor incertus appareat & de jure suo doceat. Ita igitur uti post trinam edictalem citationem nemo auditur, ita nec post trinam proclamationem. Mev. *p. 7. dec. 250. n. 2.*

II.

Quoties satis constat, inter partes desponsatas nullum impedimentum vel sangvinis vel alterius desponsationis adesse, toties sine proclamatione publicâ benedictio sacerdotalis concedi potest; frustra enim adhibetur id, cujus nullus supererit effectus, Stryck. *in annot. ad Brunnem. Jus Eccles. L. II. cap. 16. th. 6.*

CAP. CXII.
Procrastinatio.

Procrastinatio (sponsaliorum) vel contra leges, vel contra conventionem facta pro tacito habetur repudio. Cynus *in l. is qui 2. Cod. de sponsal. lib.* Unde antiquum proverbium: Qui diu dubitat, diu noluit, Johannes Sichardus *ad d. l. 2. numer. 2.*

CAP. CXIII.
Procurator.

Axioma I.

Procuratio alienarum facultatum abjecta & servilis functio est, non verò causarum *l. 34. C. de Decur.* Perez. *C. eod. n. 63.*

II.

Procurator non utitur immunitate sui principalis. Brunnem. *C. de excus. mun. in fin.*

III.

Contumacia & negligentia Procuratoris nocet domino, & si dominus ejus contumaciam non purgavit, ipse punitur, *l. 2. C. de Excoct. & Translat. militar. annon.*

Limita (1.) ignoranti domino non nocet in rebus magni præjudicii, ut in indictione mulctæ. (2) ignoranti domino in omnem eventum datur restitutio in integrum. Brunnem. *C. eod. Col. 3.*

IV.

Procurator in casibus magni præjudicii non admittitur absque speciali mandato. Carpzov. *Part. 1. Const. 17. def. 43. & Lib. 2. Resp. 99. n. 5.*

V.

Procurator hodiè in quibusvis causis criminalibus à parte accusatoris admittitur ob cessantem hodiè inscriptionem ex *Const. Crimin. Carol. V.* Ziegl. *Jur. Can. p. 696.*

CAP. CXIV.
Prodesse.

Axioma I.

Prodesse alteri nemo cogi potest, sed ne noceat. *l. 2. §. 5. ff. de aq. pluv. arc.* Berlich. *2. conclus. 22. num. 70. è diverso & aliter gloss. hoc effert. d. loc. & in l. creditore 38. de evict.* quod scilicet quisque teneatur facere, quod sibi non nocet, & alteri prodest.

II.

Prodesse alii non debet fraus & dolus, *cap. ex insinuatione 50. extr. de appellat. cap. tua 12. de cleric. non resident.*

III.

Prodesse qui non vult, sed tantum præesse, Episcopus non est. *cap. qui Episcopatum 11. 8. quæst. 1.*

IV.

Prosunt collecta, quæ singula non prosunt. *c. cum causam 13. extr. de prob. c. præterea 27. extr. de testib. vide infr. axiom. 17. c. Singula.*

V.

Quod alii prodest & tibi non nocet, facilè concedi debet *l. 2. §. 5. in fin. de aq. & aq. pluv. arcend.*

Limita: debitor fisci à publico susceptore acceptam pecuniam transmutare volente eam accipere non tenetur, licet inde damnum non sentiat. Perez. *C. de auri publ. persecut. num. 4.* Dominus subditum, cujus operâ uti non potest, e. g. mutilum, ægrum, vindicare nequit; videtur enim ex solâ invidiâ petere. Brunn. *ad l. 2. C. de Agric. & Mancip. n. 2.*

CAP. CXV.
Prodigus.

Axioma I.

Prodigus is dicitur, qui neque finem expensarum habet, sed bona sua dissipando & dilapidando profundit, *l. 1. ff. de Curat. furios.* Unde quia ipsi interdictum commercium, Ulpianus *in fragment. instit. tit. 20. de testam. §. mutus 12.* comparari solet furioso, *l. 12. ff. de tutor. dat. l. Fulcinius 7. §. adeò vers. idemque de prodigo. ff. ex quib. caus. in possess. eatur.* Francisc. de Cald. *ad l. si curatorem 3. cum non absimilis. C. de in integr. restit. minor. num. 6.* Reusner. *de testam. p. 2. cap. 11. num. 10.* Carpzov. *p. 2. const. 6. defin. 9. num. 3.* hactenus scilicet si circa bonorum administrationem in bonis diminuendis furiosum faciat exitum, *d. l. 12. §. ult. ff. de tut. dat.* siquidem extra bonorum administrationem potius minori vel pupillo æquiparabitur, *l. certi condictio 9. §. sed etsi 7. ff. de reb. cred.* Harprecht. *in Comment. ad §. 2. n. 3. Instit. quibus non est permissum fac. testam.* cum contrahendo sibi obligationem acquirere, suamque conditionem meliorem non minus quàm pupillus facere non prohibeatur, *l. 6. de V. O.* Philipp. Matth. *ad l. 40. de R. I.* Licet enim bonorum administratione interdicta prodigus absque curatore contrahere validè non possit, nec contrahens efficaciter obligetur. *d. l. 6.* Johann. Gœdd. *de contr. stipulat. concluf. 10. cap. 7. num. 134.* Johan. Borcholt. *de pact. c. 3. num. 11.* Anton. Faber *in Cod. lib. 5. tit. 38. defin. unic. num. 11.* modò contrahens cum prodigo bonorum interdictionem non ignoraverit, ut rectè animadvertit Antonius Faber *d. loc. num. 1. & 2.* allegatus à Carpzovio *part. 2. constit. 15. defin. 37. num. 8.* attamen non in omnibus ipsi bonis interdicitur, sed ratione diminutionis, nec semper, nec in omnes partes voluntas ejus nulla est, sed eatenus, quatenus bona sua dilapidando profundit, ac nec tempus nec finem expensarum habet, ut loquitur *l. 1. in pr. ff. de curat. fur.* adeoque prodigus non dicitur, nisi talis sit declaratus. Gail. *Lib. 2. obs. 51. n. 2.* & ante interdictum judicis potest contrahere & alienare. Zas. *in l. is cui bonis 6. ff. de V. O.*

II.

Prodigum nemo fert libenter *Novell. 3. præfat. circa fin. l. 13. §. 2. C. de sentent. pass. & restitut.* Prodigalitas enim & profusio nimia suspicionem furti & rapinæ de se præbet. Constit. Carol. *art. 39. & 43.* Carpzov. *lib. 3. quæst. crim. 122. num. 4. & seqq.*

CAP. CXVI.
Proditio, Proditor.

Axioma I.

Qui proditoriè secreta hostibus nunciant, capitis pœnam luunt *l. 6. §. 4. de re milit.* vivique exuruntur aut furcâ suspenduntur *l. 38. §. 1. de pœn.* Cremantur etiam qui hostibus prædandi facultatem præbent. *l. 9. C. de re militar.* Regulariter pœna proditionis in masculo est dissectio in quatuor partes, in fœminâ verò submersio in aquis, quæ pœna nonnunquam exasperatur. Dan. Clasen. *Comment. ad Constit. Crimin. Carol. V. pag. 202.*

II.

Criminis proditionis reus non fit, qui alicujus privati secreta revelat, aut eum inimico suo insidiosè prodit. Nam proditionis crimen species perduellionis est, quæ non nisi in Rempubl. à subdito committitur. *Dec. 7. c. 29. numer. 12. seqq.* hinc quoque proditores non sunt speculatores ab hostibus in nostra castra missi, cùm subditi non sint. Theodoric. *Colleg. Crim. cap. 5. aph. 3. lit. G.*

De Productione Instrumentorum
vide Rubr. *Instrumentum.*

CAP. CXVII.
Professor.

Axioma I.

Professores Academici comparantur Clericis. Brunnem. *Conf. 163. num. 15.* & gaudent immunitate ab oneribus patrimonialibus, scil. extraordinariis. Brunnem. *d. l.* Neque commissionibus & Legationibus gravandi sunt. Carpzov. *L. 2. defin. 405. num. 12.*

Limita: modò actu legant, aliàs enim immunitate Academicâ non gaudent, nisi certis in casibus. Mev. *P. 8. dec. 99. n. 4. 5.*

II.

Professorum Theologiæ officium est, ut vivâ voce doceant in scholis suos discipulos, quæ ad doctrinam pertinent docere, non verò præcisè ut scriptis in totâ Ecclesiâ doceant veram Dei cognitionem & cultum; hoc enim officium Apostolorum fuit, nec doctoribus speciatim injunctum, ut doceant omnes, id enim in scriptis possunt & alii in nullo officio Ecclesiastico & scholastico constituti. Neque professorum Theologiæ proprium aut peculiare est judicium ferre de rebus fidei tùm extra Synodum, tum in Synodo. Brunn. *Jur. Eccles. Lib. 1. Cap. 6. membr. 12. §. 13.*

CAP. CXIIX.
Procœmium.

Axioma I.

PROOEMIUM denotat causam finalem, & mentem loquentis ostendit, *l. fin. ff. de hæred. instit. l. 1. ff. ad Macedon. l. cum hi 8. in princip. & ibi* Bart. *ff. de transact.* Alex. *cons. 7. numer. 3. vol. 1.* Cravett. *consil. 192. num. 21.* Roland. *consil. 44. num. 9. volum. 4.* Castrens. *cons. 261. Visis. numer. 2. vers. capio. lib. 2.* Tiraquell. *in tract. cessante*

te causa. num. 64. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 1. Alexand. cons. 55. Quoniam. in princ. lib. 5. ubi loquitur in sententia, & cons. 75. num. 3. lib. 6. ubi de divisione, & cons. 204. Perspectis verbis. num. 9. vers. præterea, eod. lib. 6. Ubi ampliat in codicillis, & ultimis voluntatibus, Curtius jun. cons. 185. num. 2. ubi extendit in rescriptis, & cons. 238. num. 33. & seqq. ubi loquitur de decreto, Cravett. cons. 301. De anno. num. 2. ubi de donatione, & cons. 351. num. 2. ubi ait, & extendit in transactione, Roman. cons. 180. num. 6. ubi loquitur in privilegio, Gratianus consil. 78. num. 13. lib. 1. ubi de locatione. & consil. 117. num. 6. lib. 1. ubi de libro rationum, & cons. 137. num. 14. lib. 1. ubi extendit in gratia, & cons. 44. num. 18. lib. 2. ubi loquitur de statuto habente proœmium, quod interficiens bannitum præmietur, & consil. 60. num. 8. eod. lib. 2. ubi de permutatione & legato, Anchar. cons. 141. Super prædicto in princ. ubi de concordia. & consil. 180. Viso diligenter. num. 6. cum seqq. ubi de executione laudi & cura decreta, Gozadin. cons. 1. numer. 14. & Beroi. cons. 141. num. 8. lib. 3. ubi generaliter in omni dispositione, Menochius de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 2. à princip. ubi loquitur in statutis, bullis, rescriptis, sententia Judicis, laudo, investitura, contractibus, dispositione testatoris, Mandos. in reg. 15. Cancell. quæst. 2. num. 2. ubi de supplicatione, Ludovicus Gomez. in reg. de verissimi notitia, num. 2. in proœm. ubi extendit in regulis Cancellariæ Decianus cons. 3. n. 116. lib. 1. ubi in statutis & contractibus, Menoch. cons. 184. num. 11. & cons. 331. num. 67. & cons. 351. num. 24. & cons. 999. num. 22. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 122. Ferrer. in Constit. Cataloniæ, gloss. 1. num. 135. & gloss. 8. num. 146. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 6. lit. P. conclus. 892. Rot. decis. 185. num. 4. in fin. 5. & 6. & decis. 491. num. 5. apud Farin. p. 1. recent. & decis. 167. num. 2. decis. 213. n. 7. & decis. 218. num. 4. & decis. 569. n. 4. apud eundem p. 2. recent. Surdus cons. 210. num. 28. & consil. 240. num. 15. & consil. 241. n. 17. & consil. 272. num. 8. & cons. 361. num. 4. & cons. 393. num. 13. & consil. 515. num. 7. & consil. 511. num. 5 Sigism. Scacc. de commerc. §. 7. gl. 2. n. 89. Steph. Grat. discept. forens. tom. 5. c. 809. n. 8. & 924. n. 22.

Et quod ex proœmio colligatur mens & intentio disponentis, & ratio finalis, tradunt per l. quia 2. §. fin. ff. de pactis & l. cum hi 8. in princ. ff. de transact. Alexand. consil. 160. Viso, ac diligenter. num. 9. lib. 6. & consil. 7. Visis, & diligenter. num. 3. lib. 2. Socinus consil. 153. num. 27. & cons. 159. num. 20. lib. 2. Barbat. cons. 1 in princip. lib. 3. & cons. 20. in princip. lib. 2. Cravett. cons. 888. num. 2. Roman. cons. 16. num. 4. Mascardus de probat. conclus. 1284. numer. 6. Gutier. pract. lib. 1. quæst. 89. à numer. 3. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 2. resol. 43. num. 3. & lib. 3. resolut. 1. num. 59. & resol. 15. num. 8. Robles de repræsent. lib. 2. cap. 14. numer. 32. (quin & tota substantia & qualitas, l. ut liberi 17. C. de collat. ibique Bald. Tiraquell. de caus. cess. limit. 1. num. 64. & 65. Vincent. Honded. cons. 48. num. 51. vol. 1. Mynsi. resp. 10. num. 46. imò in omnibus actibus primordialis causa est attendenda, l. tutor 69. ff. de fidejuss. l. si id quod 33. in princ. ff. de donat. Vult. 3. consil. 31. num. 28. cùm à primordio tituli posterior formetur eventus, regula 9. §. fin. vers. & licet. ff. de juris & facti ignor. Alciatus in tract. de præsumpt. reg. 2. præs. 24. num. 1. Cravett. cons. 91. num. 9. Cephal. cons. 156. num. 13. Surdus consil. 202. num. 16. lib. 2. Cons. Arg. 1. cons. 104. n. 103. Vult. 1. cons. Marp. 22. num. 43. Text. in l. 1. Cod. de imponend. lucr. descript. l. si heres testamento 5. ff. de act. empt. Corn. cons. 250. in fin. volum. 4. quia postea factum præsumitur factum in executionem ejus, quod factum erat prius, Fulgos. cons. 147. in fin. Ancharan. cons. 339. in fin. Vult. 3. cons. Marp. 21. num. 204.

II.

PROOEMIUM declarat decisionem, d. l. fin. ff. de hæred. instituend. l. cùm pater. 77. §. dulcissimis 24. ff. de legat. 2. Molin. de primog. lib. 1. cap. 5. num. 7. Mar. Antonin. d. resol. 15. num 8. Armendar. in proœm. addit. ad recopil. legum Navarræ, num. 107. quia intentio legislatoris colligitur ex proœmio, seu ex præfatione, Angel. 67. Municipali lege. n. 2. vers. de secundo. Barbat. cons. 1. n. 1. lib. 3. & quod proœmium dat intellectum toti legi. Curtius jun. cons. 185. n. 2. Menoch. d. lib. 6. præs. 2. num. 2. Hinc dicimus, quod sicut corpus ab anima, ita dispositio à proœmiali ratione regulatur, ex Jas. in l. qui quadringenta. col. 2. ad Trebell.

III.

PROOEMIUM declarat animum proferentis, Anchar. cons. 398. Dominus R. numer. 5. & disponentis. Cravett. cons. 888. numer. 2. refert Card. Tusch. d. conclus. 891. numer. 3. & 11. ita ut dicta in præfationibus censeantur repetita in dispositi-

one sequenti, Rolandus à Valle *cons. 67. num. 83. lib. 3.* Cardin. Mantic. *de conject. ultimæ voluntatis lib. 5. tit. 15. num. 7.*

CAP. CXX.
Prohibitio. Prohibitum.

Axioma I.

Quæ propter Legis prohibitionem fieri non possunt, si tamen adversario non contradicente fiant, minimè improbantur. Felin. *in cap. Exceptionem 12. n. 32. extr. de Except.* Hyppolit. de Marsil. *in praxi crim. §. sequitur num. 8.* Gail. *1. de P. P. c. 12. n. 9.* Andr. Rauchbar. *part. 1. q. 10. num. 28.* Jac. Schultz. *obs. 52. n. 38.* Carpzov. *p. 1. const. 12. defin. 18. n. 6.*

II.

Prohibitionis remotio ejusdem est juris, cujus est prohibitio, Pacian. *1. cons. 142. n. 10.* ubi hoc illustrat exemplo *§. 1. l. de libertin.* dum dicitur, quod quia servitus est de jure gentium, ob id manumissio (quæ est remotio servitutis) de jure gentium pariter esse censetur, cùm manumissio non esset nota, si servitus fuisset incognita.

III.

Prohibitionis causa cessante, cessat ipsa prohibitio, *c. quoniam 5. §. porro & §. ult. ut lit. non contestat. c. cum cessante 60. de appellat. l. adigere 6. §. quamvis 2. ff. de jure patron.* Jason. *in l. quod dictum. 32. num. 2. ff. de pact.* Cravett. *lib. 4. cons. 556. num. 4.* Nicolaus Everhard. *in loc. à cessat. rationis, numer. 28.* Andreas Tiraquell. *cessante causa. num. 130.* Petrus de Ubald. *de duobus fratrib. part. 6. quæst. 9. num. 10. vers. quinto quia responsio.* Clarus *lib. 4. sent. §. feudum. quæst. 73. num. 7.* Hartman. Pistor. *2. quæst. 34. num. 29.* Rol. à Vall. *1. cons. 23. num. 10.* Ludolphus Schrad. *de feud. q. 7. c. 4. num. 56.* Carpzov. *p. 3. const. 28. def. 12. num. 5. & p. 3. q. crim. 105. n. 7.* sicut & prohibitionis ratione correcta, ipsa quoque prohibitio correcta censetur Salicet. *ad Auth. ingress. n. 2. C. de SS. Eccl.* Felin. *in c. 1. sub fin. vers. considera quod verum. ext. de rescr.* Carpzov. *3. const. 6. defin. 3. num. 5.*

IV.

Prohibitio est odiosa, ideoque restringenda, Mascard. *vol. 3. de prob. conclus. 1236. numer. 3.* è contrario permissio favorabilis, adeoque amplectenda, Menoch. *lib. 6. præs. 16. num. 3.* Finckelth. *obs. 84. num. 19. & 20.* hinc prohibitio venditionis strictè est accipienda, nec ad alios contractus extendenda, nisi eadem ratio militet, v. g. in venditione prohibitâ per testatorem. Quando autem non est eadem ratio, contrarium verum est. Idque in omnibus locum habet, quotiescunq; aliquid de venditione disponitur, quod generali regulæ & juri communi aliàs repugnet, Brunnem. *ad l. 3. C. de præd. Decur. in fin.* Prohibitio quoque alienationis se non extendit ad alienationem inter propinquos *l. 4. C. de fideicomm.*

Limita, quòd prohibitio non restringatur in Commissis: si enim prohibitæ sint aliquæ merces evehi, e. g. arma, frumentum, & tales nauta vel auriga sciens imponat, etiam non vetitæ, navis, currus & equi in commissum cadunt *l. 1. §. 2. de publican.*

V.

Prohibitio omnis sic facta intelligitur, ut tamen justa causa non excludatur. *l. 7. §. 1. de don. l. 13. C. de jur. dot.*

VI.

Prohibitio testatoris similis est prohibitioni legis, *l. fin. C. de reb. al. non alien.* Jas. *in l. nemo. in 2. lect. n. 14. de leg. 1.* vid. omnino *Novell. 1. cap. 1.* & ibi M. Stephani. *n. 5. vers. hæres itaque & n. 17.* Est itaque hæc firma conclusio: Ubi tamen quinque limitationes & conditiones ex eodem textu subjicit *n. 18. & seqq.*

VII.

Prohibentur multa fieri, quæ tamen si facta fuerint, obtinent firmitatem, *cap. ad Apostolicam. 16. extr. de Regularib. & transact. ad Relig. cap. consuluit. 4. Qui Cleric. vel vovent.* latè Jason. *in l. patre. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. colum 3. in fin. ibique* Bald. & Alberic. siquidem multa impediunt contrahenda, quæ tamen contracta non tolluntur, Honthem. *3. de Art. Notar. c. 16. n. 3.* Exemplum est *in l. 2. §. biduum 5. ff. quando appelland.* ubi sententia prohibetur ferri sub conditione, lata tamen tenet, quia Lex ulterius procedit ita disponendo, ut not. Bart. *in l. in dubium C. de LL. col. 3. per l. relegatorum 7. §. ad tempus 4. de Interdict. & Releg.* Sic prælatis prohibetur, ne delegationes à Judicibus secularibus suscipiant, *cap. te quidem 29 11. q. 1.* quod si tamen susceperint, judicium nihilominus valebit, Alber. *in c. 2. de jud.* Exempla alia collegit & Decius *ad l. in ambiguis 85. §. non est novum 1. ff. de R. I.* ubi hoc axioma illustrat & declarat, add. & Arnis. *lib. 3. de Majest. c. 1. p. 491.* Carpzov. *p. 1. constit. 13. defin. 6. num. 8.*

VIII.

Prohibitis abstinere satis non est, nisi & ea fiant, quæ fieri debent, *l. 121. de R. I.* Exemplum vide *in l. 4. ff. de itin. act. privat.* ubi Venulejus ait, eum, qui non patitur adportari ea, sine quibus iter reficiatur non potest, non minus vim facere, quam facit is, qui manifestè prohibet, ne iter reficiatur, cui add. *l. 4. ff. quæ in fraud. credit.* Ut enim nullum crimen patitur, qui non prohibet, cùm prohibere non potest, *l. 109. ff. de R. I.* Donell. *in l. pen. de re judic. p. 419.* Umm. *disp. ad process. judic. 19. num. 52.* ita qui non prohibet, quod prohibere potest, assentire videtur, *l. anin totum 3. C. de ædif. priv.* Philipp. Matth. *ad d. l. 121. ff. de R. I.*

IX.

Prohibita multa principaliter, in consequentiam saltem permittuntur, Donell. *lib. 6. Com. 17. circ. fin.* Carpzov. *p. 3. const. 3. defin. 6. num. 11.* ita prohibitus aliquid facere à lege, non impeditur negotium accessorium per consequentias gerere, *l. quod dicimus 7. ff. de auctor. tut.* adde & *l. si is qui duos 29. de liberat. legat.* ubi socius incapax consequitur liberationem, cùm capiat per consequentiam, *l. si unus 27. §. illud 3. ff. de*

pact.

pact. l. si aliena 10. §. hoc jure 1. ff. de usuc. ubi servitutes per se nunquam longo tempore capiuntur, sed cum ædificiis, *l. & per juramentum 13. §. si 7. de acceptil. l. à Divo 42. ff. de re judic. l. quoties 3. C. de judic. lib. 1. C. de ord. cogn.* Bart. *in l. ambitiosa. de decret. ab ord. fact.* Afflict. *decis. 285. num. 20.* Cephal. *cons. 487. n. 36.* Gozad. *in l. fin. de pact. n. 18.* Pantschman. *2. q. 5. n. 96.* Socin. *cons. 80. n. 19. lib. 4.*

X.

Qui non prohibet & intercedit, ubi potest, in damno relinquitur, *l. 63. de re jud. l. 45. ad L. Aq. l. 1. §. 1. ff. si fam. furt. fecisse dic.* unde & qui non prohibet, sed patitur ancillam prostitui, cum intercedere posset, ipse videtur prostituere, *l. 7. in fin. qui sine manumiss. ad libert. l. 2. §. 1. cum seqq. de nox. act.* Exceptio est *in l. 91. ff. de furt. ubi vid.* unde & nomine servi, qui prohibere potuit, tenetur, si non fecerit, *l. 45. ad Leg. Aquil.* cùm è contrario is nullum crimen patiatur, qui non prohibet, quod prohibere non potest, *l. 109. de Reg. Jur.*

XI.

Non omne, quod contra legis prohibitionem fit, delictum est, licet non careat malâ fide, *l. quemadmodum 7. C. de Agric. & Censit. lib. 11. tit. 47.* ut in eo cernere est, qui emit rem minoris sine decreto, aut rem prodigi à prodigo, *l. si ab eo 12. de usuc.* Ant. Fab. *in rat. decid. ad l. 1. §. 1. de aleator.*

XII.

Quoties aliquid est prohibitum consensu eorum, in quorum favorem prohibitum est, efficitur licitum, *l. 120. §. 1. de leg. 1. l. quoties 11. de fideicomm.* ratio est, quia is, qui consentit ut alius super re sua aliquid disponat, sibi præjudicat, *l. sicut 8. §. conditionis 11. quibus mod. pign. vel. hyp. solv. l. cum quidam 2. de tut. dat. c. Pastoralis 7. de donat. cum similib.* Georg. Everh. *1. cons. 44. n. 22. & 23.*

XIII.

Quod contra expressam prohibitionem fit, non est alicui imputandum, *c. Petrus 17. extr. de homicid.*

XIV.

Prohibita quibus sunt minora, illis majora etiam intelliguntur vetita, *c. cum illorum 32. extr. de sent. excom.*

XV.

Prohibitio DEI diligentius est servanda, quàm hominum, *cap. 1. distinct. 10.*

XVI.

Prohibita privatis, si iis tamen utantur, fisco sine pretio sunt applicanda. Brunnem. *ad l. 4. C. de Vestib. Holober.*

XVII.

Abstinendum est à prohibitionibus, quæ sæpe cum contemtu excipiuntur & vix unquam executioni mandari possunt. Perez. *C. de Vestib. Holoberis n. 10.*

XVIII.

PROHIBITUM una via, non censetur alia permissum, *l. quod dictum 32. ff. de pactis. l. cum hi 8. §. si cum iis 20. ff. de transact. l. athletas 4. §. ait Prætor 3. ff. de his qui not. infamia. l. si quis 7. §. minor 1. ff. qui & à quibus. l. illud 32. ff. ad L. Aquil.* [*l. scire oportet 13. §. si mater 1. ff. de tutor. dat. l. 3. §. liberi 10. ff. de bonor. possess. contr. tab. c. tuæ 5. extr. de procurat.*] *cap. cum quid una 84. de Reg. Jur. lib. 6.* Surdus *cons. 301. num. 75.* D. Barbos. *in l. cùm Prætor. §. ult. numer. 235. ff. de judic.* Menoch. *consil. 285. num. 41.* Sigism. Scaccia *de commerc §. 1. q. 7. ampl. 11. num. 2.* Gœdd. *ad. l. 108. de V. S.* Carpz. *p. 3. const. 7. definit. 5. n. 4.* ratio, ne, quod una via prohibetur, per aliam patefiat, *l. 7. in fin. C. de nat. liber.* & directum per indirectum concedatur, *l. oratio 16. de sponsal.* & mediatè permittatur id, quod directè & immediatè prohibitum est, *l. Avia 77. §. Titio 2. ff. de condit. & demonstr.* Jas. *in l. 2. col. 6. vers. & tenendo. de vulg. subst.* Hartm. Pist. *1. q. 31. n. 25.* Gail. *1. obs. 135. n. 2. & 2. obs. 39. num. 10.* Argent. *1. cons. 42. num. 16.* unde & in prohibitoriis valet hæc consequentia: quicunque non prohibetur, per consequentiam admissus esse censetur, *c. cum apud 23. de sponsal. l. 1. §. 1. de testib. l. 43. §. 1. ff. de procur. l. cum lite 2. de judic.* Exemplum habes *in §. 11. Inst. de legat.* ubi quæritur, an fideicommissarius in testamento possit esse testis, aliud exemplum vid. *in l. 8. de accus.* Petr. Greg. Tholos. *32. syntagm. c. 12.*

XIX.

PROHIBITUM uni, aliis censetur concessum, *l. qui accusare 8. ff. de accusationib. l. cùm Prætor 12.* ubi D. Barbos. *in princip. num. 36. ff. de judic. l. ex eo 18. de testib. cap. Nonne 5. de præsumpt.* Ugolin. *de offic. & potest. Epis. c. 14. §. 9. num. 1. in princip.* Et prohibitum de uno, de alio censetur permissum, & è contra, *d. l. cùm Prætor.* Joh. Ant. Mang. *de imput. q. 84. n. 1.*

XX.

PROHIBITO uno censentur omnia prohibita, per quæ pervenitur ad illud unum, *l. orat. 16. ff. de sponsal. l. pupillus 5. §. sed si per interpositam 3. ff. de auctorit. tutor. l. eos 26. in fin. C. de usuris. l. legem 7. in fin. C. de naturalib. liber. l. fin. C. de rebus alien. non alienand. c. nam 4. extr. de constit. c. præterea 5. de officio deleg. c. cùm quid prohibetur 39. de Regulis Juris, lib. 6.* Menoch. *cons. 116. num. 15.* latè Mascard. *de probat. concl. 102. per totam.* Vital. de Camban. *in tract. claus. pag. mihi 293. numer. 22.* Surd. *cons. 301. num. 74.* Franc. Gallet. *in margarita casuum conscientiæ. verb. prohibere.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast.*

siast. part. 1. c. 15. n. 20. Joan. Anton. Mangil. *d. tract. de imputat. q. 51. n. 30.*

Intellige procedere in iis, per quæ necessario pervenitur ad rem prohibitam, non verò in illis, per quæ ad illam perveniri potest contingenter, aut possibiliter, juxta tradita per Bart. *in l. ambitiosæ. num. 22. ff. de decretis ab ordine facien. & in l. 2. ad fin. ff. de jurisdict. omnium jud.* receptum communiter ex multis, quos refert D. Barbos. *in l. 1. p. 3. num. 57. ff. soluto matrim.* Faciunt quæ adducit Tiraquell. *de jure constituti. p. 3. limit. 7. num. 24.* Anton. Gomez. *l. 45. Tauri. numer. 29. ante fin.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verb. alienatio. n. 15.*

XXI.

PROHIBITUM directò non potest fieri per indirectum, *l. Sejus & Augerius 27.* ubi Bart. *ff. ad L. Falcid. l. scire oportet 21. §. si mater 1. ff. de tutor. & curator. datis ab his. l. eos 26. C. de Usur. cap. detestanda. 2. de præbend. in 6. cap. cùm quid.* ubi Dyn. *de Reg. Jur. lib. 6.* Menoch. *cons. 1105. numer. 18. & de præsumpt. lib. 4. præs. 189. numer. 82.* Surd. *decis. 21. num. 4.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de exemptionibus clericorum, & eorundem bonorum à muneribus. §. 7. n. 6.* [imò multa directo prohiberi, quæ tamen per indirectum conceduntur per *l. 1. de auctorit. tutor. l. quædam 62. ff. de acquir. rer. domin.* probat Berlich. *3. concl. 10. n. 21. vers. amplius. vid. supr. Axiom. IX.*]

XXII.

PROHIBITUM ad tempus, post tempus videtur esse permissum. *l. 22. ff. de LL. l. Imperator 8.* ubi Bald. *ff. de postulando. l. si unus 27. §. 1. ff. de pactis. l. epistola 52. §. fin. ff. eod. l. pater filium 38. §. fundum 3. ff. de legat. 3.* Tiraquell. *de retractu convent. §. 1. gloss. 2. num. 46.* Surd. *decision. 75. numer. 1. & consil. 294. num. 6. & consil. 247. num. 18.* Menoch. *cons. 274. num. 14. & cons. 80. numer. 16.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. probibitio 16.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 65. n. 8.* D. Barbos. *in l. cùm Prætor. in princ. num. 45. ff. de judic.* Et prohibitum post tempus, quod censeatur permissum ad tempus, dixi *supr. hoc libr. c. Permissum.* Narbona. *l. 18. gloss. 5. n. 1. tit. 8. lib. 5. Recop.*

XXIII.

PROHIBITUM censetur, quod non invenitur permissum. *l. Gallus 29. §. ille casus 15.* ubi Alexand. *num. 9. ff. de liber. & posthum.* D. Barbos. *in l. cùm Prætor. §. 1. num. 95. ff. de judic.* [*cap. pen. extr. ne sede vacant. aliq. innov. c. pastoralis 53. extr. de appellat. c. inter 2. extr. de translat. Episc. c. 1. de supplend. neglig. gloss. in l. 27. de major.* add. & Mascard. *concl. 1243. num. 116.* ubi hanc regulam ita temperat, quod ubicunque res est aliquo modo prohibita, non stetur dicto asserentis casum permissum subesse, nisi aliter probet.] Et è contra prohibitum quod non invenitur, per legem permissum censetur, *l. nec non 28. post princ.* ibi, *sed si lex non prohibeat. & §. quod eis.* juncta gloss. *verb. prohibeant. ff. ex quibus causis major. l. 1. ff. de testib. l. mutus. 43. §. quæritur 1. ff. de procuratorib. l. ab ea parte 5. ff. de probationibus. l. statuas 7. C. de relig. & sumpt. funer. cap. omnis 4. & ibi* gloss. *3. dist. c. 1. de translat. Prælat.* ubi gloss. *verb. non invenitur. c. nuper 29. vers. in secundo. cap. cum illorum 32. de sentent. excomm. cap. post uxoris 30. quæst. 3. c. cum apud 23. extr. de sponsal.* Alciat. *resp. 8. numer. 18.* Bursat. *cons. 110. num. 27. lib. 1.* Burg. de Pace *cons. 8. num. 3.* Bertazol. *de clausul. instrum. claus. 2. gloss. 1. numer. 5.* Brunor. à Sole *in locis communn. verb. probibitio 1.* Bobadil. *in sua politica, lib. 3. cap. 4. num. 44.* D. Barbos. *in l. cùm Prætor. §. 1. num. 95. ff. de judic.* Mari. Antonin. *var. resolut. libr. 1. resol. 41. num. 8.* Steph. Grat. *discept. forens. tom. 5. c. 870. numer. 36.* Scacc. *de commerc. §. 1. quæst. 1. num. 45.* Narbona *l. 15. gloss. 2. num. 15. tit. 18. lib. 5. Recop.* Quare in dubio facienda est interpretatio, ut actus censeatur permissus, quando non reperitur prohibitus, Anchar. *cons. 344.* Aym. *cons. 203. n. 2. libr. 1.* Mascard. *de probat. concl. 1237. n. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 16. n. 2.* Cevall. *communium contra commun. q. 227.* [Unde quod sæpè Legibus omissum est, non debet omitti religione Magistratus. *l. quæsitum 12. de testib.* ita v. c. infames quidem expressa Lege non inveniuntur prohibiti, quia assidere magistratibus possint: arcet tamen eos nihilominus ex ratione Legis JCtus *in l. 2. de offic. assess.*]

XXIV.

PROHIBENTIS melior est conditio in pari causa. *l. Sabinus 28. ff. communi divid.* Oldrad. *cons. 122. Citato, in fin. vers. præterea in repari.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 6. lit. P. conclus. 893.* Stephan. Gratian. *d. tom. 5. cap. 896. num. 3.* [vel re communi, *cap. jure 16. de R. I. in 6.*

Limita regulam (1) cum res adhuc est integra. Bald. *ad d. l. 28.* (2) cum par planè est causa, non cum plures vel majoris summæ creditores diversum sentiunt.

tiunt. *l. 7. §. ultim. de pact. l. 44. ff. eod. vid. supr. lib. XI. cap. Major.*]

XXV.

PROHIBERE non potes, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt. *l. 1. §. idem ajunt 11. & §. denique 12. ff. de aqua pluv. arcend.* gloſſ. *in l. in ſumma. §. item Labeo. ff. eodem titul. l. ſi cui 9. ff. de ſervitut. l. reſcripta 7. Cod. de precib. Imper. offerend. l. in creditore 38. ff. de evict.* Covarr. *var. lib. 3. c. 14. num. 8. verſ. item. & practic. c. 37. num. 2. & num. 3. col. 3.* Anton. Gomez *variar. tom. 2. c. 2. num. 17.* Menoch. *remed. 6. retinendæ. num. 114. cum ſeqq. & de arbitr. caſ. 168. num. 13. & caſu 237. num. 19. & conſ. 14. num 8. & conſ. 51. num. 45. & conſ. 121. num. 8.* Thom. de Thomaſſet *in floribus legum, reg. 268.* ubi intelligit procedere, niſi tractetur de præjudicio tertii, vel de publico bono, aut animæ ſalute. Surd. *deciſ. 120. num. 12. & deciſ. 236. num. 12.* D. Barboſ. *in l. 2. in princ. part. 2. num. 34. cum ſeqq. ff. ſoluto matrim.* [quin imò prohiberi debere aliquid, licet non noceat, ſi tamen nocere poſſit, text. eſt *in c. nam. 4. extr. de conſtit.*]

CAP. CXX.
Prolixitas.

Omnis Κενολογία & non neceſſaria prolixitas vitanda. Betſius *de pact. famil. illuſtr. c. 1. num. 31.* Eſt enim ea in ſe inutilis, & multum odioſa, ut ait Speculator *in ſpecul aur. lib. 1. & de Advoc. §. jam nunc. 4. n. 5.* Imprimis autem ſapientibus perquam moleſta ſolet accidere, poſt Alexand. Decium & alios Argentoratenſ. *1. conſ. 9. numer. 1.*

CAP. CXXI.
Promiſſio.

Axioma I.

Promiſſa debent adimpleri, *c. qualiter. 3. extr. de pact. c. relatum 9. extr. de præbend. & dignitat.* non ſemper tamen omnia, *cap. non ſemper 12. 22. q. 4.* Unde (1.) promiſſionem, quæ turpitudinem continet, non eſſe obligatoriam, textus eſt *in c. detestanda 2. de conceſſ. præbend. in 6.* nec in malis promiſſis expedit obſervari, *c. in malis 69. de R. I. in 6.* cum impia ſit promiſſio quæ ſcelere adimpletur, *cap. in malis 5. 22. quæſt. 4.* & melius ſit promiſſionem ſcriptam non implere, quam crimen committere, *c. ſi publicis 1. cum ſeqq. c. unusquisque 8. d. c. non eſt. 22. quæſt. 4.* adeò quidem ut ſub promiſſione jurata etiam illicitum non veniat, *c. cum 4. extr. de homicid.* ſicut (2.) nec eam valere, quæ in præjudicium ſuperioris facta ſit, licet juramento fuerit firmata, cum in promiſſis ſemper excipiatur majoris auctoritas, ait *c. venientes 19. extr. de jurejur.* ita nec (3.) promiſſionem fide vel juramento firmatam tenere conditione non ſervata, quæ in juramento apponitur, annectit *cap. pervenit 3. extr. de jurejurand.* (4.) promiſſio facta in carcere non obligat. Gail *L. 1. obſ. 22. n. 8.* (5) promiſſio omnium bonorum non valet. *Bald. in l. fin. C. pro ſocio.*

II.

Quæcunque promiſſio ſit ſuper re licitâ, illa eſt ſervanda, quia nihil tam congruum eſt fidei humanæ, quàm, quæ ſemel placuerunt, ſervare. *l. 1. pr. ff. de pact. Conf. cap. 69. de Reg. Jur. in ſexto.*

Limita: quoties ex re licitâ illicitum quid oriri poteſt, toties promiſſio deſuper facta nullum habet effectum, quia talis promiſſio eſſet impia, & quod quis incautè vovet, non faciendum, *can. 5. cauſ. 22. q. 4.* Ita quamvis licitum ſit promittere, me nolle matrimonium inire; quia tamen hac promiſſione illicitis uſtionibus exponere me poſſem, *1. Cor. 7.* ergò in tantum hæc promiſſio erit invalida.

III.

Promiſſio de dando & vendendo non eſt venditio, *l. 1. C. de pact. pignor. gloſſ. in l. in bonæ fidei 7. quod cert. loc.* Paul. de Caſtrenſ. *conſ. 138. incip. dicta donatio. col. fin. lib. 1.* Barbat. *conſ. 51. ſcripſit. num. 16. vol. 1.* Dec. *in conſ. 78. incipit caſu propoſito. num. 2. p. 2.* & Alex. *conſ. 76. viſis dubitationibus. col. 3. vol. 5.* Gozadin. *l. 2. numer. 18. C. de pact. int. empt. & vend.* Pinel. *in l. 2. c. 3. num. 29. C. de reſcind. vend.* Rol. à Valle *conſ. 69. num. 12. vol. 3.* Cravett. *conſ 67 n. 5* Cephal. *conſ. 66. num. 20. & conſ. 272. n. 19.* Riminald. jun. *conſ. 51. num. 11. vol. 1.* Vult. *2. Conſ. Marpurg. 24. n. 13.* quia maximè ſunt diverſa. Corn. *conſ. 203. p. 4.* ita promiſſionem de inſtituendo aliquem heredem non eſſe inſtitutionem ipſam, dixit Ruin. *conſil. 9. n. 8. vol. 2.* & promiſſionem de inveſtiendo de feudo non eſſe inveſtituram ipſam, retulit, Jaſon. *conſ. 24. col. 8. vol. 3.* his adde & alia quæ congeſſit Tiraq. *de retract. convent. in fin. 41.*

Limita (1.) niſi quando promiſſio eſt reſpectiva ad certam cauſam vel conditionem, quæ ex parte alterius ſit impleta, quo caſu talis promiſſio ad vendendum benè obligabit, prout declarant Bald. *in l. quamvis. in fin. Cod. de tranſact.* Johan. Andr. *in cap. fin. de ſponſal.* vel (2.) niſi juramentum eſſet appoſitum, ita limitant Albert. Brun. *conſ. 67. col. 1. incip. dum dubitatur. & poſt eum* Thom. Parpal. *in repet. l. ſi quis major in 16. notabil. col. 15. verſ. limitatur per Modern. C. de tranſact.*

IV.

Promiſſio quando à parte fuit acceptata, non tantum habet vim ſtipulationis, *vid.* Afflict. Maſcard. & alios citat Joſeph de Seſe *tom. 2. deciſ. Arragon. 182. num. 12. & 19. cum ſeqq.* ſed & juramenti haberi perhibetur. *cap. ad aures 3. de his quæ met. cauſ.* Ubi paria cenſentur jurare & religiosè data fide promittere: unde & Panorm. *ibid.* ait: perinde incurrere in fraudem, qui venit contra talem promiſſionem ac qui juramentum verum violat, fac. & *c. pervenit 2. de fidejuſſ. c. Etſi Chriſtus 26. de jurejur.*

c. 1. de sepultur. in 6. cum aliis quæ allegant Mynsing. *1. obs. 17.* Curt. jun. *cons. 286.* Schurff. *cons. 37. numer. 11. & 21. cent. 2. & cons. 53. num. 19. cent. 3.* Henning. Gœdden. *consil. 103. n. 98.* Gail. *lib. 2. obs. 59. num. 1.* Coler. *de proceſſ. executiv. p. 2. c. 19. n. 250.* Regner. Sixtin. *2. conſ. Marpurg. 12. n. 115.*

Limita I. non procedere regulam, ſi promiſſionem accipias pro fide Nobilitatis, h. e. pro dictorum conventorumque conſtantia ab eo dicta quod fiat, quod dictum eſt, ſed tum demum, ſi eam de fide Chriſtiana intelligas, Fachin. *1. contr. 12.* Alciat. *ad rubr. extr. de jurejur. n. 5.* Covarruv. *ad rubr. de pact. p. 1. §. 12. n. 2.*

Limita II. procedere tantum in actibus, quibus juramentum tanquam pro forma non requiritur; ſecus in his, quibus illud eſt de ſubſtantia, & ubi corporaliter præſtandum eſt, per ea quæ tradit Cyn. *in Auth. ſacramenta puberum. numer. 5. ibique* Bart. *n. 7.* Bald. *n. 7.* Salicet. *n. 6.* Jaſ. *n. 13. C ſi adverſ. vendit.* Bald. *in l. 1. n. 2. C. ſi adverſ. tranſact.* Vult. *1. conſ. Marp. 17. numer. 52.*

V.

In omni promiſſione modicum & ſuperfluum excluditur, *l. ſciendum eſt 19. §. 4. ff. de ædilit. edict. l. 30. ff. de oper. libert. l. 3. C. de dot. promiſſ.* Carpz. *p. 1. conſtit. 31. defin. 32. num. 6.* Quoties tamen plus promiſſum eſt, quam quod promitti oportuit, non tota obligatio, ſed ſuperfluum infirmatur, & obligatio in ſuo robore perdurat quaſi nullo penitus adjecto. *l 8. cum l. ſeq. ff. de conſtit. pecun. l. 3. §. ult. l. 33. ff. mandat. l. 18. ff. de V. O. l. 34. in pr. ff. de donat.* Carpzov. *p. 2. conſtit. 19. defin. 9. num. 14.*

VI.

Promiſſio ſine cauſa eſt nulla, *l. 2. §. circa 3. ff. de dol. except. cap. ſi cautio 14. extr. de fid. inſtrum. l. cum de indebito 25. in fin. ff. de probat. gloſſ. in d. §. circa verb. ſine cauſa.* ubi ait, non ſufficere ſi petam, quia promiſiſti, cum ſpecialis aliqua probationis cauſa requiratur, & exprimi debeat. Cephal. *conſil. 220. n. 27. lib. 2.* Burſat. *conſ. 304. num. 35. lib. 3.* idque communiter probari, ait Alex. *conſil. 152. num. 2. vol. 2.* Bald. Salicet. & Angel. *in l. generaliter. Cod. de non numerat. pecun.* Weſenbec. *conſil. 31. num. 5.* quia cauſa facti magis inquirenda eſt, quam factum ipſum. *gloſſ. in cap. occidit 32. quæſt. 5.* Felin. *in c. dilectus. num. 10. extr. de reſcript.*

VII.

Promiſſionem nudam eſſe à cauſa & promiſſionem nudam eſſe à ſtipulatione ſunt paria, Alexand. *in l. 1. numer. 39. in pr. & ibi* Jaſ. *vol. 2. verſ. tu confirma.* Vult. *1. conſil. Marpurg. 19. num. 13.*

VIII.

Promittens quid facere, factum tenetur præſtare. Bald. *in c. unic. verſ. adhæc. & verſ. quod ſi quis. Hinc finitur Lex 2. Feud. 29.* cum nihil naturali æquitati tàm ſit conſentaneum, quam promiſſa ſervare, *l. 1. ff. de pact.* quicquid enim promiſiſti, fac ut præſtes, ſiquidem ubique grave eſt, fidem fallere, tàm in privatis, quàm publicis, *l. 1. ff. de conſtit. pecun.* adeò ut & Pontifex & Imperator Romanus (quamvis infinitis aliis immunitatibus uterque gaudeat) promiſſa ſervare teneantur, *c. 1. extr. de probat.* Jaſon. *in l. 1. ff. de pact.* Philipp. Matth. *1. conſ. Marpurg. 21. num. 47.* Dec. *conſil. 2. n. 3.* Unde etiam non ſine injuria qui id, quod promiſerunt, ſervare vel implere nolunt, dicuntur eſſe in dolo, *l. dolus 44. l. procuratorem 8. §. dolo 9. ff. mandat. l. 1. §. eſt autem 22. ff. depoſ.* Decian. *conſ. 60. numer. 46. lib. 2.* Corn. *conſ. 116. in fin. lib. 1.* Maſcard. *de probat. concluſ 531. num. 24.* Menoch. *5. de præſumpt. præſ. 3. num. 63.* Regn. Sixtin. *3. conſil. Marp. 12. num. 34.* quin imò ea ſola dicta aut promiſſa admittenda, quæcunque ſic dicuntur ut præſtentur, non ut jactentur. *l. ſciendum 19. §. dictum 2. in pr. ff. de ædil. edict.* ſiquidem ſæpè multa dicuntur (juxta proverbium) quæ deinde non fiunt, id quod maximè uſuvenire ſolet in jactabundis & glorioſis illis Terentianis Thraſonibus, quibus convenit illud Ovidianum:

Promiſſis dives quilibet eſſe poteſt.

quorum meminit Menoch. *2. arbitr. judic. caſ. 470. num. 1.* & elegantiſſimè exemplis illuſtrat Warem. ab Ehrenberg *2. de fœder. c. 1. num. 168.* cum notum ſit, quod ea, quæ pertractantur & aguntur à partibus, niſi concluſio aliqua exiſtat, nil operentur. *l. ſi ex cauſa 9. §. nunc videndum 2. in fin. de minor. l. eleganter 28. in princ. ubi gloſſ. ff. de condict. indeb. l. ſi voluntate 8. C. de reſcind. vendit.* Quâ de cauſa & verbum promitto efficaciter accipiendum eſſe, exigit Meichſner. *lib. 1. deciſ. Cameral. 21. num. 15.* adeò ut ex promiſſione ipſum etiam Deum obligari, dicat Schurf. *centur. 1. conſil. 99.* Quod ſi itaq; à Principe promiſſio facta ſit, rata, firma & immota maneat, cum eum non minus naturalis obligatio devinciat, quam civilis privatum obſtringit, Dec. *in l. nec ex Prætoris in fin. ff. d. R. I. Dd. in d. cap. 1. de probat.* ac in eo nihil divinus quam promiſſorum conventorumque veritas, & conſtantia, Argentoratenſ. *1. conſ. 9. n. 202.*

Limita regulam I. niſi Legibus, Senatus-conſultis & Conſtitutionibus eſſet contraria, cum illud p[illegible]tere tantum poſſimus, quod ſalva dignitat[illegible]ſtra poſſumus. *l. 125. in fin. ff. de V. S.* Bocer. *de feud. inveſtit. c. 5. num. 196.* Unde & promiſſionem in carcere factam non obligare, quia contra Legem *ex l. qui in carcerem 22. ff. de eo quod met. cauſ.* probat Gail. *lib. 1. obſ. 22. num. 8.*

Limita II. ſi promiſſio turpitudinem contineret, *cap. deteſtanda 2. de conceſſ. præbend.* Impia enim eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur, text. *in cap. in malis 5. 22. quæſt. 4. & in l. Quintus Mutius 7. §. fin. in fin. ff. de annuis legat.* Gail. *1. obſ. 25. num. 5.* nec ſub promiſſione generali etiam jurata venit illicitum. *cap. cum 4. extr. de homicid.* cum promiſſionem ſtultam non implere melius ſit, quam crimen committere. *c. ſi publicis 1. cum trib. ſeqq. c. unusquisque 8. c. non eſt 13. 22. quæſt. 4.* & in malis promiſſis fidem obſervari non expediat. *c. in malis 69. de R. I. in 6.*

IX.

Promiſſionis cauſa durante cenſetur perſeverare

vare promiſſio, ob quam cauſam facta eſt. *l. ſemper. 5. §. negotiatores 3. de jur. immunit. l. ſi cui 38. §. 1. quib. ex cauſ. major. l. 2. §. omnes 4. ff. de judic. l. Titia 87. §. Uſuras 1. ff. de legat. 2. l. qui nominibus 44. ff. de admin. tut.* Quando enim ipſius conventionis ratio ſupereſt, non ceſſabit promiſſio, nec dicetur adimpletio facta. Bald. *in l. fidicommiſſa. §. ſi quis alicui. de legat. 3.* Jaſon. *in l. velati. §. hæc uxor. de edend. & in l. Prætor ait. §. deinde. de nov. oper. nunc.* Roman. *conſil. 504.* Roland. à Valle *conſ. 6. Magnificus. num. 16. cum ſeqq. volum. 4.* Pantſchman. *1. quæſt. pract. 21. num. 27.*

X.

Promittenti non ſubvenitur, quando tempore promiſſionis difficultatem ſciebat. arg. *quod te 5. ſi cert. pet. l. ſi vehenda 10. §. 1. verſ. idem juris. ff. ad L. Rhod. de jactu.* Ruin. *in l. 4. §. Cato oppoſ. 9. de V. O.* & Alciat. *num. 39.* Jaſon. *in l. Titia. num. 13. eod. tit.*

XI.

Multa promittuntur neceſſitatis cauſa, quæ aliàs non promitterentur. *c. ſi quis propter. 3. de furt.* Jaſon. *in l. 1. col. 20. num. 35. ff. de offic. ejus cui mand.* Felin. *in c. acceſſiſſent. col. 8. cum ſeq. de conſtit.* quia neceſſitas non habet legem. *c. licet 3. de for. l. 2. C. de patrib. qui fil. ſuos diſtrax.* Lud. Gom. *ad §. item Serviana. Inſtit. de action. numer. 45.*

XII.

Promiſſio reſtricta implicatam habet negativam, qua ea, quæ non ſunt expreſſa, excluſa exiſtimantur, *l. liberto 31. §. libertos 4. ff. de negot. geſt. l. qui ſella 7. in pr. verſ. qui actum. l. inter actum 12. l. certo generi 13. l. Lucius 37. in verb. digitum. de ſervit. ruſtic. præd. l. Lucius 78. §. quæ habebat 10. ad Trebell. c. ſi duo 6. de procur. in 6.* Cravett. *conſ. 201. præſupponitur in facto n. 41.*

XIII.

Promiſſio facti alieni, quod in promittentis poteſtate non eſt, nihil valet, *l. ſtipulatio iſta 38. §. 1. ff. de V. O. §. ſi quis alium 3. Inſtit. de inutil. ſtipul.* maximè quando nulla eſt adjecta pœna. Bart. *in l. ſi duo. §. hæc verba. ff. de conſtitut. pecun. & in l. ſi ita ſtipulatus oppoſ. 7. ff. de V. O.* Vult. *2. conſil. Marpurg. 25. num. 105.* Debet enim quisque factum proprium, non alterius promittere. *l. inter ſtipulantem 83. §. 1. de V. O.* at quando factum alienum promittitur inter ſtipulantem & promittentem, negotium non contrahitur, ideoque nec obligatio in judicio deducibilis oriri poteſt. Angel. Aretin. *§. ſi quis. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* ac proinde cum hæc factum alicujus tertii complectatur, inutilis ſtipulatio cenſetur *fac. l. ſi rem 31. ff. de novat.*

Limita I. ſecus eſſe ſi quis promittat ſe effecturum, ut alius det aliquid vel faciat. §. 4. *Inſtit. de inutil. ſtipulat. l. quoties quis aliud 81. in pr. de V. O.* tum enim proprium magis, quam alienum factum ſpoſpondiſſe videtur, Zaſ. *ad l. ſtipulatio iſta. §. 1. de V. O. gloſſ. in l. quoties. verb. acturum de V. O. & §. ſi quis alium. quem approbant* Aretin. & Arg. *ibid. Inſtit. eod.* gloſſ. & Panorm. *in cap. ex reſcripto. extr. de jurejurand.* Corneus *conſil. 92. licet. vol. 1. col. penult. & conſ. 26. d. vol. per l. inter ſtipulantem 83. in princ. d. l. ſtipulatio 38. §. 1. de V. O. l. fin. §. Labeo 1. ff. ſi cert. pet.* idem *conſ. 2. circa col. 3. verſ. non obſtat. vol. 3.*

Limita II. in ſtipulationibus prætoriis, puta ſi quis promitteret, Titium ratum habiturum. *l. quoties quis 81. de V. O.* Socin. *in tract. fallent. reg. 401.* quia verbis prætoriis nihil neceſſe eſt addi *l. in prætoriis 9. ff. de prætor. ſtipulat.* Cyn. *in l. 1. q. 7. de procurat.* Meichſner. *1. deciſ. 21. n. 7.*

Limita III. quando hujusmodi ſtipulatio interponitur ſuper contractu venditionis, in quo venditor tenetur de evictione. *l. ex empto 11. §. qui autem 18. de action. empt.* Zaſ. *ad d. l. ſtipulatio. n. 19.*

Limita IV. quando permittitur factum alienum non tanquam factum perſonæ alienæ, ſed tanquam qualitas rei in ſtipulationem deductæ, *l. ſi ita quis 31. ff. de evict.*

Limita V. quando factum alterius tenderet ad corroborationem obligationis factæ per promiſſorem. *l. qui autem 14. §. ſed etſi quis 4. & ibi* Bart. *de conſtit. pecun.*

Limita VI. ſi juramentum accederet; tum enim videtur habere vim, ut videaris promiſiſſe meliore modo quo valere poteſt. *l. cum pater 77. §. filius matrem 23. de leg. 2.* Angel. *in d. l. inter ſtipulantem. in pr. de V. O.* Abb. & Felin. *cap. ex literis. & c. ſicut ex literis de ſponſal.* Anton. Corſet. *in ſing. verb. promiſſio facti alieni.* Paul. Pariſ. *conſ. 109. lib. 1. n. 1.*

Limita VII. quando promiſſioni accederet pœna ad intereſſe. *l. ſtipulatio iſta 38. verſ. at ſi quis. de verb. obligat.* Mynſing. *ad §. ſi quis alium. Inſtit. de inutil. ſtipulat.*

Limita VIII. quando quis locavit vel commodavit vel depoſuit ſervum ſuum penes alium, & ab illo ſtipulatus eſt, ne is ſervus ab alio fur vel fugitivus efficeretur: iſta enim promiſſio de facto alterius obligat promittentem, quia ex natura prædictorum contractuum ſervus cenſetur commiſſus cuſtodiæ ejus, qui ipſum in commodatum vel depoſitum accepit. *l. non impoſſibile 50. & ibi* Bald. & Caſtr. *de pact.*

Declara regulam procedere de jure civili, ſecus de jure Canonico, cum certum ſit vigore hujus Juris ſimplicem promiſſionem facti alieni reduci ad illam, qua quis ſe curaturum & facturum promittit, quod alter facit. Felin. *in c. ex reſcripto de jurejur.* Abb. & Præpoſit. *in c. ex literis. col. 2. de ſponſal. gloſſ. in c. Eleutherius 91. diſt.* Jaſ. & Zaſ. *in d. l. ſtipulatio iſta. in pr. ff. de V. O.* Covar. *2. part. relict. §. 5. n. 5. ad rubr. de pact.*

XIV.

Et promiſſione nuda quæ cauſam nullam habet. *vid. ſupra axiom. 5.* non oritur obligatio. arg. *c. literarum 3. extr. de vot.* niſi donandi animus oſtendi queat. *c. penult. extr. de jurejur. c. relatum 4. extr. de cler. non reſident.*

XV.

Promiſſum ſine conditione factum, ſine conditione ſolvitur, *cap. unic. 32. quæſt. 8.* & quæ promittuntur ſub honeſta conditione, non obligant,

gant, si ea non extiterit, secus si à conditione recedatur, *cap. de illis 3. & seq. extr. de condit. apposit.*

XVI.

Promissi transgressor non est, per quem non stat, quo minus faciat, *cap. beatus 5. 22. q. 2. c. sicut 2. extr. de sponsal.*

XVII.

Promissio non infringitur, cum in meliora commutatur, *cap. pervenit 3. extr. de injur. vid. infr. lib. ult. cap. votum.*

XVIII.

Promissum beneficium redintegrari debet, non minui, *cap. per tuas 5. extr. de donat.*

XIX.

Promissio intelligenda est secundùm conditionem personæ cui promittitur, *l. 69. §. 4. de Jure Dot. l. 12. §. 4. de Usu & habitat.*

XX.

Promissum sub conditione non debetur nisi eâ impletâ. *Mev. Conf. 1. n. 70.*

XXI.

Promissum non obligat nisi acceptetur. *Mev. Conf. 91. n. 53. & P. 2. Dec. 141. n. 1.* Est tamen actio ex promisso, licet promissum non statim acceptatum, sed post. *Mev. P. 2. Dec. 241.*

CAP. CXXII.

Promotio.

Axioma I.

Promotio est de minoribus ad majus, *c. legimus 24. in fin. dist. 93. c. si officia 2. c. ult. dist. 59.*

II.

Promovendi non sunt nisi probati & ad severam normam explorati. *Perez. ad tit. C. de Professor. qui in urbe Constantinopol. n. 6.*

III.

Quando promovetur indignus, & promotus & promovens puniri debet, *c. nihil est 44. extr. de Elect.* illegitime autem natus planè promoveri non debet, *c. accedens 14. extr. de purgat. canon.*

IV.

Promotio spiritualis interdum admittit pacta honesta, *cap. Eleutherius 18. 30. quæst. 2. cap. ult. 10. quæst. 3.* nunquam verò inhonesta, *c. quàm piè 2. 1. quæst. 2.*

CAP. CXXIII.

Propinquitas.

Axioma I.

Propinquitas sangvinis verbis dicitur, non verbis efficitur, *cap. Lex divina 18. 27. quæst. 2.*

II.

Propinquitas familiaritatis & dominationis affectio veritatem impedire solet, *c. accusatores 8. 3. q. 5.*

CAP. CXXIV.

Proportio.

Axioma I.

Proportionale unum sicut se habet ad aliud, ita aliud ad reliquum, *per Instit. quod cum eo qui in alien. potest. junct. §. quæ diximus. eod. tit. l. sufficit 56. ubi gl. in verb. ita prorsus. ff. de condict. indeb. l. si filius fam. 14. ibique* gloss. & Bald. *ff. si cert. petatur. l. de quibus 32. ibid. mg.* Angel. *ff. de Legib. l. qui quadringenta 2. ff. ad Trebell. l. Marcellus 3. eod. l. si ita scriptum 13. in pr. ff. de liber. & posth.* Oldrad. *conf. 121. in decis. 1. q. 5.*

Declara procedere regulam, quando per omnia proportionalia sunt ejusdem rationis & conditionis, secus si sint diversa, Bald. *in l. si emancipati. C. de collat.* Aliqua enim possunt convenire & esse proportionalia respectu effectus & causæ similis, & tamen non esse proportionalia respectu initii obligationis vel actionis. *d. l. sufficit 56 ff. de condict. indebit.* Everhard. *in loc. Top. loc. à proportione. n. 4.*

II.

Proportio in omnibus est tenenda, præsertim in impositione tributorum, ita ut tenuiores fructus percipiens minus quàm opulentus contribuat. *Perez. C. de Annon. & Tribut. numer. 15. 18.* & in mensuratione præmiorum secundum proportionem laboris *l. 8. §. 3. de Excus. Tut.*

CAP. CXXV.

Propositum.

Axioma I.

Propositum in mente retentum nullum parit effectum, *l. si majores 25. C. de transact. l. si repetendi 7. C. de Condict. ob causam. l. ult. C. de posthum. hæred. Instit.* Wesenb. *in parat. ff. de pact. num. 8.* tanquam partum abortivum, latè Tiraquell. *in l. si unquam. verb. libertatis. num. 19. Cod. de revocand. donat.*

Intellige, scil. quando ex nulla conjectura vel circumstantia apparere potest, secus enim est in iis, quæ etiam tacitè colliguntur ex generatim actis. Anton. Gabr. *lib. 6. commun. opin. de Reg. Jur. conclus. 4.* vel natura rei, *l. rogasti 17. §. si tibi 1. ff. de reb. cred. l. 2. §. circa 3. de Except. doli. l. item quia 4. §. 1. ff. de pactis. l. interdum 73. in princip. de V. O.* vel aliunde aliquo modo conjiciuntur acta esse, ut eleganter post Decium *numer. 5.* declarat Cagnol. *in l. semper 34. de Reg. Jur. numer. 2. 3. & 4.* ubi ostendit id verum esse, non tantum in iis, quæ veniunt tacitè ex Lege, verum etiam ex contrahentium voluntate & sententia. *l. ex empto 11. in princip. ff. de act. empt.* Wesenb. *consil. 51. n. 62.* Adde & limitationem apud Wesenb. *C. C. de reb. cred. num.*

n. 35. Unde in criminalibus propositum, in mente retentum, non nisi apud Deum esse punibile, *l. cogitationis 18. ff. de pœn. l. 1. §. inde sola cogitatio 1. ff. de furt. cap. unum 3. § criminis. dist. 35.* etiam in atrocissimis criminibus, tradunt Dd. communiter *in l. quisquis. C. ad Leg. Jul. Majest. & cap. si quis quæst. 1. & in c. felicis 5. de pœnis in 6.* Farinac. *1. consil. 104. num. 3.*

II.

Propositum non frangit, qui mutat illud in melius, *c. pervenit 3. extr. de jurejur. vid. infr. lib. ult. c. votum.*

III.

Propositum & voluntas alicujus inspicienda est ad hoc, ut de facto suo judicetur, *c. cum. 54. extr. sent. Excom.*

CAP. CXXVI.

Proprietas, Proprium.

Axioma I.

Proprietas dignior & melior est usufructu, *l. sciendum 15. §. possessor. 1.* ubi Jason. *n. 3. qui satisdare cog.* Angel. *in §. si verò. per gloss. ibi in Auth. de Nupt.* Bart. *in l. si quis in tantam in fin. C. unde vi. l. 1. §. si usufructus 9. ff. L. ad Falcid.* Wesenb. *1. consil. 28. num. 20.*

II.

Proprietas propter iniquitatem hominum est inducta, cum prius omnia essent communia, *c. dilectissimis 2. 12. q. 1.*

III.

Proprietatis quæstio tractanda est post causam possessionis & restitutionem factam, *cap. 1. de restitut. spoliat.* Unde qui petit restitui, proprietatis quæstio ei referri non potest, *cap. solicitè 2 cap. in literis 5. extr. eod.* cùm itaque quæstio spoliationis proprietatis quæstionem præcedat, *d. cap. solicitè.* ideoque ante hanc spoliatus debet restitui, *cap. querelam 24. extr. de Elect.* & proprietate spoliatus respondere non tenetur, donec fuerit restitutus, *cap. gravis 11. extr. de rest. spoliat.* unde etiam à judicio proprietatis, antequam sit in eo conclusum, potest quis redire ad judicium possessorium, etiam postquam conclusum fuit ex justa causa, *cap. pastoralis 5. extr. de caus. possess. & propr. cap. significaverunt 36. extr. de testib.* quapropter & in causa possessionis sententia, proprietatis jure salvo, fertur, *c. bonæ 51 extr. de appell.* nec quicquam proprietati propter possessionem sententia lata præjudicat, *c. cum dilectus 6. extr. de caus poss. & propr. d. c. solicitè 2. extr. de rest. spol. vid. supr. plura in cap. Possessorium.*

IV.

Proprietati studere est ignominia Episcopi, *c. gloria 72. 12. q. 2.*

V.

Proprietas verborum dum attenditur, plerumque sensus veritatis amittitur, *c. propter ea 9. extr. de V. S.*

VI.

Propriam causam agere potest, qui accusator esse non potest, *cap. omnibus 2. 4. numer. 6.*

VII.

Propriis & cujusquam usibus applicatur, quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur, ratio nulla permittit *c. ratio 2. 17. q. 4.*

VIII.

In re propria cuilibet suæ utilitati inservire licet, *l. sicuti 8. Aristo. 5. ff. si servit. vindic. l. fluminum 24. §. ult. l. Proculus 26. ff. de damn. infect. l. 1. §. denique 12. l. si in meo 21. ff. de aq. pluv. arc.* Andr. Rauchbar. *p. 1. q. 27. n. 4.* De sua enim aqua potest facere velle suum, ut dicit Bald. *in l. item lapilli n. 1. de rer. divis. & c. cum omnes. num. 12. de const.*

Limita, nisi quando faciendo quis præjudicaret servituti aliis prædiis debitæ, *l. altius 8. cum seq. C. de servit.* Matth. Wesenb. *cons. 58. num. 5.* inde nec quicquam in proprio fundo ad injuriam vel æmulationem tertii facere aut ædificare permissum, Rauchbar. *d. quæst. 27. num. 4.* Alex. *cons. 175. num. 4. lib 3.* Jason. *cons. 98. col. 2. lib. 1.* Marsil. *sing. 154. in fin.* Coras. *3. miscell. jur. cap. 24. num. 5.* Covarruv. *3. var. resolut. cap. 14. numer. 8.* Menoch. *2. arbitr. judic. cas. 56. numer. 9.* si nimirum nocendi animo fiat, cui Leges & jura non indulgent, *l. in fundo 38. ff. de rei vindic. l. si cui 9. ff. de servitut. l. opus novum 3. C. de oper. pub. l. 1. §. ait Prætor 3. §. sunt qui putent 6. ff. ne quid in flum. pub.* Carpz. *P. 2. const. 41. defin. 11. num. 4.*

IX.

Qui de proprio sibi consulere potest, non debet affectare alienum subsidium. Hinc si miles hospitandus in loco hospitationis propriam domum habeat, non potest in alienis ædibus hospitationem postulare *l. 9. §. deinde. C. de Metat. Brunn. C. eod. in fin.*

X.

Proprietas cum possessione nihil habet commune. *Carpzov. L. 2. Resp. 53. n. 32. & lib. 1. R. 71. n. 10.* Causa tamen proprietatis trahit ad se causam possessionis. *Carpzov. L. 1. Resp. 73. num. 8.*

XI.

Proprio Jure quid possidere præsumitur, non alieno, quod quis penes se habet. *Brunnem. Cons. 131. n. 2.*

CAP. CXXVII.

Prorogatio.

Axioma I.

Prorogatum tempus idem cum primo tempore reputatur, Hostiens. *in cap. præterea.* ubi & Decius *de appellat.* Ea enim iisdem qualitatibus facta, censetur Bart. *in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo de V. O. l. 1. §. & post operas 9. de oper. nov. nunc.* ubi Alex. Bald. *in c. venerabilem. de Elect.* idem quoque dicitur de termino prorogato, ut sit idem terminus cum primo, deducunt Dd. *in cap. de caus. de offic. delegat.* Cardin. *in Clem.*

in Clem. 1. §. nos itaque. col. fin. vers. quinto quæro de jurejur. & in c. statutum de Elect. Rota *decis. 20. de præbend.* similiter dicit Bart. *in l. 4. de damn. infect.* quod tempore officii prorogati idem dicatur officium, add. & Bald. *in l. observare. §. proficisci. in quæst. 19. de offic. Proconf. & in l. meminisse. eod. tit. & l. eum qui §. judicare ff. de jurisd.* Corn. *conf. 235. lib. 5.*

II.

Prorogatio ibi non cadit aliqua, ubi non est jurisdictio aliqua, *l. privatorum 3. C. de jurisdict. & in cap. significasti. de foro compet. & l. 1. de judic.* quia, quod non est, prorogari, vel extendi non potest, *l. sed si manente 5. cum l. præced. ff. de precar.* Bart. *in l. 4. in princ. ff. de damn. infect.* Vasq. *lib. 2. contr. jur. cap. 14. num. 2.*

III.

Prorogatione ulterioris temporis non tollitur, sed tantum differtur exceptio, Alex. *vol. 6. conf. 72. num. 7.* Unde Camill. Borell. *contr. 11. num. 22.* scribit, quod prorogatio non dicatur liberatio, sed obligationis prius contractæ dilatio, *per l. cum stipulatus 113. de V. O.* Ungepaur. *exerc. Justin. 11. q. 4.* Gail. *2. obsev. 30. n. 11.* Hartm. Hartm. *3. pract. obs. 6.* Marant. *p. 4. dist. 2. n. 2.* Ant. de Butr. *in c. præterea. n. 25. de dilat.* & dicitur eadem dilatio cum prima, *l. sed etsi manente 5. ff. de precar. l. bonorum 24. ff. rem rat. hab.* Bald. *in repet. l. Æmilius. n. 6. ff. de minor.* Felin. *in c. de causis. num. 1. de offic. & potest. judic. deleg.* Gail. *1. obs. 91. n. 22.* ubi limitat, tum non dici idem tempus, quando de præjudicio tertii agitur.

IV.

Prorogatio elapso termino amplius non conceditur, *l. oratio 7. ff. de fer. l. sed si manente 5. in pr. & §. 1. ff. de precar. l. 21. §. 5. ff. de recept. arb.* Elect. August. *in ord. Proceff. judic. tit. 20. §.* **Wir lassen aber auch.** *vers.* **Jedoch daß solche** prorogation. Reinh. Rosa ad Moller. *Const. Sax. n. 10.* Gail. *1. obs. 91. n. 20.* Matth. Coler. *de proceff. execut. p. 1. c. 2. n. 34.* Carpzov. *p. 1. const. 16. def. 15. num. 4.* Unde concessa prorogatione currit terminus à tempore indultæ dilationis, Chilian. **König** *in proceff. c. 71. n. 3.* nisi forsan per sententiam interlocutoriam prorogatio ad lapsum primi termini expresè restricta fuerit, quo casu terminus prorogatus non à tempore dilationis, sed à lapsu primi termini currit, Berlich. *p. 1. conclus. 38. num. 78.*

CAP. CXXVIII.

Protectio.

Axioma I.

Protectio nullam jurisdictionem tribuit, *c. ex parte 13. c. recepimus 8. de privileg.* Petr. Peck. *de jure quæsit. c. 22. num. 9.* Conr. Brun. *lib. 3. de legat. n. 10.* Modit. §. *Principum placita. dubit. 239. n. 4.* Gail. *2. obs. 54.* Mantic. *lib. 27. de tacit. convent. tit. 7. n. 13.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 584. n. 4. & conf. 25. n. 25.* Rol. à Vall. *consil. 1. num. 47. vol. 2.* Raudens. *conf. 27. num. 39. & 46. vol. 1.* Pruckm. *conf. 17. n. 86. vol. 1.* Wesenb. *conf. 48. n. 30.* Meichsner. *in causa* **Ingelheim** *contra* **Pfaltz/** *tom. 2. lib. 2. decis. 4. num. 176.* Tilem. de Benign. *syntag. 1. decis. 4. vot. 10. num. 3.* nec superioris Jurisdictionem eximit, Frider. *lib. 2. proceff. cap. 14. n. 4. & c. 36. n. 6.* Thom. Michael *de jurisd. concl. 55. lit. e. f. g.* Ferrariens. *tit. 15. gl. 18. num. 4.* Regn. Sixtin. *3. conf. Marpurg. 8. n. 49. & 107.* Honded. *conf. 13. n. 57. vol. 1.* aut priscam libertatem imminuit, Bodin. *1. de Rep. c. 9. n. 108.* Warem. ab Ehrenb. *1. de fœder. c. 4. n. 13.* Arnis. *1. de jur. Majest. c. 3.* Natt. *conf. 301. n. 1.* Ruland. *lib. 4. p. 4. de commissar. c. 3.* ubi ait, non posse inde die **Lands-Fürstl. Oberkeit** induci, licet dicantur **die oberste Schirmherren**/ quia potius evidens signum, non jurisdictionis est protectio, si peculiaribus pactis impetratur, sicut subtiliter consuluit Natta *consil. 636. numer. 1.* vid. Regner. Sixtin. *3. conf. Marpurg. 8. num. 45.* Vietor *in disp. de caus. exemt. imper. concl. 20.* Gail. latè *2. obs. 54. per tot.* siquidem ex tali submissione protectionis se submittens, acquirit potius defensionem, quàm quod transferat jurisdictionem contra se, *Socin. conf. 74. n. 7. vol. 1.* adducens Bart. *in l. non dubito. de capt. & postlim. revers.* ubi ait, quod castra recommendata civitati, si mittant pallium, vel aliquid aliud in signum superioritatis, nihilominus maneant libera. Adde Schurf. *conf. 69. vol. 1.* Laudens. *in tr. de principe, sub tit. de confœderat. pac. priv. 91. vers. 56.* Sim. Pistor. *conf. 19. n. 19.* Modest. Pistor. *conf. 43. n. 79. vol. 2.* Vult. *3. consil. Marp. 19. num. 146.*

II.

Protectio subditorum à suis dominis oppressorum est jus proprium Regis, quod cum concessione Jurisdictionis meri & mixti Imperii ad nullum magistratum transit. Hinc potentiores non possunt in protectionem recipere alienos rusticos vel eorum bona, neque debitores, qui, ne conveniantur, potentioribus servitunt, liberantur *l. 1. 2. C. ut nemo ad suum patrocinium.*

III.

Jus Clientelare hodiè usitatum semper intelligendum sine præjudicio Fisci & ordinarii Magistratus: itaque nec Jurisdictio nec, Jus collectandi, nec ea, quæ in pactis non sunt comprehensa, in Protectorem transeunt. *Brunnem. ad l. 1. C. ut nemo ad suum patrocin. n. 2.*

CAP. CXXIX.

Protestatio.

Axioma I.

Protestatio est defensio & juris sui executio, *l. de pupillo 5. §. si quis ipsi 7.* ubi Bart. Jas. & Dd. *de oper. nov. nunc.* quæ non habet ullam injuriam, *l. injuriarum 13. in pr. ff. de injur.* Wesenb. *1. conf. 33. n. 29.*

II.

Protestatio declarat actum, *c. cum M. Ferrariensis 9.* ubi Dd. *de const.* Est enim secundum Alciat. *in l. detestatio. ff. de V. S.* animi nostri declaratio juris acquirendi vel conservandi

vel

vel depellendi damni causa facta, vel ut Bart. ait *in l. non solum. §. morte n. 11. de nov. op. nunc* denunciatio cum detestatione facta, quam in ipso actu necessariam esse, refert Alex. *consil. 146. n. 32. vol. 5.* cùm si aliàs post actum facta fuerit, necesse sit plene docere de causa ipsius protestationis, Ferret. *consil. 340. n. 7.* Bertazol. *consult. decis. consil. 386. n. 9. & in addit. lit. a.*

III.

Protestatio conservat jus protestanti illæsum, *l. non solum. 8. §. mort. 6.* ubi Bart. Jas. Castr. *de op. nov. nunc. l. 20. ff. de acquir. hered.* Honded. *consil. 89. n. 11. vol. 1.* Cravett. *consil. 662. num. 20. per l. & si quis 14. §. plerique 8. ff. de Religios.* Gœdd. *1. Consil. Marp. 28. n. 27.* Anton. Faber *in C lib. 8. tit. 29. defin. 51. n. 1.* quia collocat cuique jus suum in tuto. *l. si debitor 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. solv.* Bennint. *decis. Bononiens. 72. num. 5.* Carpzov. *P. 1. Constit. 17. Defin. 16. num. 6.* Port. *conf. 61. n. 40. & conf. 177. n. 3.* Cephal. *conf. 296.* & animum ab actu qui fit, tollit ac removet, *d. l. etsi quis 14. §. plerig. 8. l. qui in aliena 6. §. Celsus 7.* ubi Bart. *ff. de acquir. hered.* Vult. *1. Consil. Marp. 29. n. 118.* quia ratione etiam ea prodesse dicitur, *c. cum venissent 2. extr. de in integr. rest.* non tamen illi, qui contra ipsam protestationem facit, *c. cum M. 9. extr. de Const. c. olim. 20. extr. de Censib.* & ideò præmittenda est, ne fiat alicui præjudicium circa jus suum, *c. suborta 21. extr. de sent. & re judic.* & quidem in omni contractu, ut sciatur contrahentium voluntas, *c. consulti 20. extr. de Regularib.* quapropter protestatione præmissa, mihi non imputatur, si per me non stat, quo minus faciam, quod debeo, *c. ult. extr. de appellat.* Enimvero perdit regula præmissa officium suum, quando certa à lege forma præscripta est, qua jus partis conservandum sit: Tum enim non eundem effectum producit nuda protestatio. *c. cum dilecta 22. Axiom. de rescript. C. Pisanis. 29. de restit. spoliat. l. qui per salutem. 33. de jurejur.* Marsil. *decis. 58. n. 4.* Carpzov. *de Proceff. tit. 17. pag. 58. n. 4.* Unde infert protestationem non æquipollere appellationi, nec producere effectum superfluum. Dan. Moller. *lib. 1. semestr. 38.* Pet. Heig. *2. q. 2. n. 30.* Jac. Menoch. *de recuper. poss. remed. 1. n. 170.* Berlich. *1. concl. 49. num. 70.*

Declara (1.) Protestatio conservat Jus in actibus meræ facultatis, non item in coactis, cùm quis cogitur à lege vel homine quid facere; tunc enim nihil prodest protestatio, sed alio remedio querelæ vel appellationis utendum est. *l. 1. §. 2. quand. appell. l. 1. C. de Appell. Perez. C. de his, qui sponte muner. n. 3.*

Declara (2.) ut protestatio fiat in continenti vel à principio: quando enim agitur de præjudicio tertii, cui jus fuit quæsitum, protestatio ex intervallo non prodest, nec retrotrahitur ad tempus depositionis. Ita si mater post alimenta filio jam præstita protestetur se filium aluisse non dandi, sed repetendi animo, non valet protestatio. *Carpzov. P. 2. Constit. 10. Defin. 22. n. 6. 7.* ita rebus jam invectis protestatio nautam & cauponem nihil juvat, ut unusquisque res suas servet, nisi huic protestationi vectores & hospites consenserint. Ante receptionem autem Protestatio eos ab omni periculo liberat. *Perez. C. de Naufrag. n. 14.*

Limita (3.) in actibus tam longi temporis, qui præscriptionem causant; tunc enim licet continuò quis protestetur, protestationes nihil juvant. *Brunnem. ad l. 5. C. de Agricol. & Censit. n. 1.*

IV.

Protestatio sine causa nihil valet, nihilque operatur, Baldus *in addit. ad Speculat. de testam. vers. sed pone heres & ad l. ult. in 8. oppos. Cod. de edict. D. Adr. toll.* Tiber. Decian. *respons. 92. n. 75. vol. 2.* & nullius effectus est, Gylman. *tom. 2. p. 2. Cameral. vot. 29. n. 11. per l. utrum. 27. ff. de const. pecun.* nec alii præjudicat, *l. si Titius 33. ff. de novat.* Gylman. *d. vot. 29. n. 12.* ubi addit, idem esse, siquidem ex causa facta sit, quæ non est vera, nec verisimilis, *per l. huic autem 4. ff. si plus quam. per legem Falcid.* Gœdd. *3. Cons. Marp. 33. num. 293.*

V.

Protestatio contra factum proprium, aut contra jus alteri quæsitum, vel saltem mox acquirendum facta, nihil operatur, *c. solicitudinem 44. extr. de appellat. cap. ut quis duas 25. extr. de Elect. l. ubi 188. ff. de R. I.* Carpz. *P. 2. Constit. 30. Defin. 11. n. 11.* quando enim agitur de præjudicio tertii, cujus quæsitum fuit, protestatio ex intervallo facta nihil prodest, nec retrotrahitur ad tempus dispositionis, Tiraquell. *in l. si unquam vers. libertis. n. 15. C. de revoc. donat.* Decius *in l. in ambiguis. n. 4. ff. de Reg. Jur.* Castrens. *in l. heredes palam. §. si quis post. num. 4. in fin. ff. de testam.* Carpz. *P. 2. Const. 10. Defin. 13. n. 7.*

Limita: protestatio facto contraria à facto non semper vincitur, quando scil. ex Protestantis solâ voluntate dependet. *Brunnem. ad l. 1. C. de his, qui sponte muner. in fin.*

VI.

Protestatio tollit præsumptionem doli. *l. 1. C. uti possidet. l. si duo 3. ff. eod. l. si quis in tantum. C. unde vi.* Bald. *in Auth. sed cum testator. C. ad L. Cornel. de fals. circ. fin.* Guid. Pap. *in sing. num. 609.*

VII.

Protestatio vitium (agendi & cumulandi diversa remedia) purgat & absurditatem omnem tollit, Cujac. *in com. ad l. 76. §. qui Mutiana 7. de leg. 2. p. m. 1354.* C. & D. *per l. 1. §. 4. Quod Legator.*

VIII.

Protestationes non retrotrahuntur & frustra fiunt post actum semel perfectum, *l. fin. C. de negot. gest.* præcedere enim debent actus, non sequi. *l. fin. §. item si prædixerit ff. Naut. Caupon. stabul. l. sed etsi pupillus 11. §. de quo 2. ff. de instit. act.* Unde quia in judiciis nulla protestatio facta inveniatur ante litem contestatam, nec protestanti super eo, quod non apparet, credi debet, *l. apud eos 13. C. de fid. instrum.* post litem contestatam frustra protestationes fiunt, quia in judiciis quasi contrahitur, *Novell. 53. §. illud.*

in Auth. de exhibend. reis. l. 3. §. idem scribit 11. ff. de pecul. ac fit quædam novatio, *l. aliam 29. ff. de novat. l. non solum 86. de Reg. Jur.* nec pœnitentiæ locus est, *Auth. qui semel Cod. quom. & quand. judex.* Alciat. Jason. *in l. 4. C. de pact.* vide tamen & Durand. *de arte test. caut. 51. num. 3.* dum ait, protestationem in futurum concipi debere, ne per actus ex intervallo factos videatur à protestatione recessum, quandoquidem si simplex esset facta demonstratio, non porrigeretur, nisi ad actum, qui tunc fieret, vel postea in continenti, non autem ad eum, qui ex intervallo fieri contingeret, vide & *l. per intentionem 4. & ibi gloss. C. de usur.* Bartol. *in l. item quia §. fin. n. 3. ff. de pactis. l. qui in aliena. §. fin. num. 5. vers. & adverte ad illud. ff. de acquirend. hered. & ibidem* Alexand. *n. 4. & d. l. non solum. §. morte. num. 16. ibidemque* Imol. Roman. Alberic. *ff. de nov. oper. nunc.* Laur. Tennin. *de Cautel. caut. 96. n. 5.*

IX.

Protestatio contra solennia alicujus actus adjecta, est, irrita & nulla. Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 36. §. 1. & seqq.* Matth. Coler. *de process. executiv. p. 3. cap. 8. in fin.* Petr. Heig. *p. 2. q. 2. num. 31.* Christoph. Zobel. *part. 1. different. 36. num. 11.* Gail. *1. observ. 107. num. 11.* Carpz. *P. 1. Constit. 16. Definit. 4. n. 4. & Constit. 17. Defin. 2. num. 4.*

X.

Protestatio interposita super eo, quod non dependet à voluntate partium, sed ex dispositione juris, protestantem non relevat, Guid. Pap. *q. 72. n. 2.* Garf. Mastril. *decis. 40. n. 2.* Schultz. *observ. 48. n. 16.* Carpz. *P. 1. Constit. 11. Defin. 11. num. 4.* & protestatio, & denunciatio ejus actus, ad quem quis tenetur, nullius est momenti, *arg. l. Quintus 48. in fin. mandat. l. si fidejussor. 31. de fidejuss.*

Quia privatus nequit efficere, quo minus valeant Leges *l. 27. ff. de R. J.* ita ergò debitor protestans contra venditionem pignoris, quam facit Creditor, nihil agit *l. debitoris. 2. C. debit. vend. pign.* Sic qui emendo rem alienam protestatur, non poterit hâc protestatione jus veri domini tollere. Sic protestatio injuriam illatam non excusat. *l. si non convitii. 5. C. de injur.*

XI.

Non quid protestans locutus est, sed quid senserit, potissimum inspici debet, *arg. l. Divus 15. §. item Senatus. ff. ad L. Cornel. de falsi. l. 6. §. verbum. ff. de verb. signif. l. ubi 19. §. 1. ff. ad Senatusc. Trebell.* Carpzov. *P. 1. Constit. 19. Defin. 22. num. 7.*

XII.

Protestatio unica regulariter non sufficit, *l. fin.* ibi: *denunciationibus frequenter interpositis. Cod. de usur. pupill.* sed necesse est eam aliquoties repetere, *glossa singularis in cap. cupientes. § quod si per viginti. verb. proposita. de Elect. in 6.* Alexand. *in l. properandum. §. fin autem utm. n. 5. ibidemque* Jason. *num. 3. Cod. de judic.* Quando autem unica etiam sufficiat, vid. apud Alexand. *in l. de pupillo, §. si quis ipsi Prætori. num. 2. de nov. oper. nunc.* Francisc. *in cap. ex ratione de appellat. n. 46.* Gail. *1. observ. 141. n. 9.*

XIII.

Protestatio clandestina unius valet, si objustum metum non audeat protestari. *P. Gerard. singul. 80.*

XIV.

Protestatione legitimâ pendente nihil innovandum. *Bald. in auth. sed jam C. depos.* legitima verò & valida est protestatio etiam non lecta, sed parti data vel domui affixa. *Bald. in l. fin. C. de Neg. Gest.*

XV.

Per protestationem actus voluntarii possunt limitari. Felinus *in cap. cum decessissent. num. 30. vers. limitet. de constit. per l. 2. si quis caution.* Unde protestationem faciens contra privilegium non intendit ei renunciare, sed protestatione illa juvatur. Roman. *consil. 252.* Felin. *d. loco.* imò etiamsi contrarium actum privilegio fecisset, tum propter protestationem non sibi præjudicasset. Bart. *in l. 1. C. qui sfont. man. publ.* idem juris esse in his, quæ tractum habent successivum etiam sine protestatione, post Bart. *in l. fin. n. 1. C. de const. Princip.* tradit Gylman. *1. p. 2. tit. 11. vot. 3. num. 39.*

XVI.

Protestatio non est necessaria, si alio modo quam per protestationem consuli possit. Abbas *in capite plerique extr. de rescript. & in cap. ex transmissa. extr. de præscript.* Alex. *in l. qui in aliena. §. 1. col. 3. ff. de acquirend. hered. & consil. 161. num. 2. vol. 2.* Paul. de Castr. *consil. 21. colum. 6.* Philipp. Matth. *1. Consil. Marpurg. 22. num. 64.*

XVII.

PROTESTATIO contraria facto non revelat, *l. cùm in plures 60. §. locator 6. ff. locati. c. gratum 20. de officio deleg. c. ult. de homicid.* Oldrad. *consil. 107. n. 10. vers. ad sextam & consil. 302. num. 10. vers. & quod dicit.* Bald. *consil. 489. Quia copiosè, in princ. lib. 3.* Cephal. *cons. 222. lib. 2.* ubi multipliciter declarat. Surd. *cons. 371. num. 67. vol. 3. & decis. 70. num. 8. & decis. 246. num. 4.* Cardinal. Tusch. *practic. conclus. tom. 6. lit. P. conclus. 944. per totam.* Campan. *in diverf. Juris Canon. rubr. 11. cap. 13. num. 185.* Mar. Antonin. *var. resol. lib. 1. resol. 55. num. 9.* [Mynsing. *1. resp. 8. num. 4. & seqq.* Gail. *2. observ. 101.* Ernest. Cothman. *2. consil. 59. num. 7.* Aleman. *in palæstr. consultat. 5. p. m. 275.* Cravett. *consil. 605. num. 5.* Harprecht. *in Comm. ad §. 1. n. 78. Inst. de injur.* Covarr. *1. var. resol. 11. n. 8.* ubi de injuria facta vid. Exemplum.] Polydor. Ripa *observ. 194. per tot.* Vincent. Carott. *in singularib. suis, sing. 278.* ubi intelligit, quando protestatio verè facto contraria est, secus si præsumptivè tantùm. Ratio est, quia protestatio tollitur, & cessat per actum subsequentem contra-

trarium. Signor. de Homod. *consil. 75. num. 21. & 22. vers. præterea non obstant.* Cephal. *consil. 222. num. 14. vers. tertiò præmitto. lib. 2.* Cravett. *consil. 463. num. 18. & consil. 605. n. 5. & consil. 691. in fin.* Surd. *consil. 8. n. 28. & cons. 136. n. 42.* Menoch. *consil. 375. n. 275. n. 28.* Rot. *decis. 539. n. 6. apud Farinacium part. 2. recent.* Et protestans si non repetat in omnibus protestationem, censetur ab ea recessisse. Rota apud Paul. de Rubeis *decis. 29. num. 19. & decis. 91. n. 12. tom. 2. divers.* aliàs *part. 6. recent.*

Intellige, quando protestatio fit, ut tollat factum contrarium, tunc enim non relevat; si verò fiat ad tollendam mentem & præsumptionem, quæ resultaret ab ipso facto contrario, benè operatur, & valet. Alex. *consil. 130. in fin. n. 16. versic. quia ut dicit. lib. 4.* quem refert Cardin. Tusch. *d. lit. P. concl. 944. n. 38.* [Unde si protestor, quod non velim respondere, me respondente, nihil aget protestatio. *l. in bello 12. §. facti 2. ff. de captiv. & postlum.* Mynsi. *3. observ. 74.* Argentoratens. *1. consil. 11. n. 14.*]

Intellige etiam, quando actus verè est contrarius, ita ut non possit compati cum protestatione, aliàs secus, & ideò actus dubius non facit recedere à protestatione. Bart. *in l. non solùm. §. morte. num. 29. vers. & tunc.* ubi Alex. *num. 15. & 16. &* Jas. *num. 14. ff. de novi oper. nunciat.* quos refert Cardin. Tusch. *d. lit. P. conclus. 944. num. 33.* Unde protestatio, seu reservatio non tollitur, quando factum compatitur cum protestatione. Surdus *cons. 143. n. 18. & 59.* vel quando ille actus fit cum protestatione de non recedendo. Decian. *consil. 13. n. 25. & 26. lib. 2.*

Limita I. Axioma non procedere in iis, in quibus factum dependet à sola voluntate protestantis, quia tunc attenditur protestatio contraria facto in præjudicium ipsius protestantis. Bart. *in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquirend. hæred. & in l. non solùm. §. morte. num. 17. ff. de novi oper. nunciat.* Alex. *consil. 7. Videretur. num. 12. vers. nec obstat.* Petr. de Anch. *consil. 33. Per statutum,* ubi secus dicit, quando factum non pendet totum à voluntate protestantis, refert Card. Tusch. *d. lit. P. conclus. 944. num. 41.* de quo etiam Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 97. num. 26. & lib. 3. præs. 45. n. 22.* Sigismund. Scacc. *de Judic. lib. 2. cap. 11. n. 58.* Joh. Dominic. Gaito *de credit. cap. 2. tit. 8. num. 1674. & seq.* [Siquidem protestationes in his duntaxat operantur, quæ à voluntate protestantis dependent, Bart. *in l. Nesennius. ff. de negot. gest.* cum quæ protestantis voluntate non dependent, nullum etiam habeant effectum. Cacheran. *decis. Pedemont. 39. num. 28.* ac frustra quis protestatur contra dispositionem juris, & circa id, quod non est in potestate sua. *l. Papinianus 14. ff. de publician. act.* Bart. *in l. alimenta 11. C. de negot. gest.* ne hominis voluntas sit fortior voluntate & dispositione Legis, quod absurdum esset. *l. nemo 55. ff. de legat. 1.* Galiaul. *in l. Gallus. §. quædam ff. de liber. & posthum.* Vultej. *3. Consil. Marp. 23. n. 7.*

Limita II. hanc regulam restringi ad unum idemque factum, non autem extendi ad diversum. *l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. solv.*

Limita III. non obtinere quando protestatiò actus futuros recipit præsente & consentiente adversario. Bartol. *in d. l. 1. non solum. n. 16. ff. de nov. oper. nunciat.* Farin. *1. consil. criminal. 54. num. 18.* cum protestatio interposita circa præterita non tollit ac limitat contractum, nisi contrahentes ipsi consentiant. Bart. *in l. si ita præscriptum. num. 1. de legat. 1.* Ruin. *consil. 64. num. 1. & 8. vol. 1. & consil. 167. n. 4. vol. 2.* Cephal. *consil. 94. n. 20. vol. 1.* & protestatio contraria his, quæ postea fiunt, consensum impediat. *d. l. qui aliena 6. §. ult. ff. de acquirend. hered.* Oldend. *ad l. 3. act. 7.* eaque non ad actum secundum, sed ad primùm, maximè quando actus sic factus ex intervallo trahitur. Ripa *in cap. cum Marseo. num. 101. vers. quinto quæro. extr. de constit.* Pacian. *consil. 18. num. 86.*]

CAP. CXXX.

Protocollum.

Axioma I.

Quoties de veritate vel intellectu instrumenti quæstio est, protocolli exhibitio peti potest. *Mev. P. 8. Decis. 404.*

II.

Quoties dissonat protocollum & instrumentum ex eo desumtum, major fides est protocollo *l. 6. §. pen. & ult. ff. de edendo. Bart. in l. Sempronius num. 3. ff. de Legat. 2. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 16. defin. 24. n. 5.* Nam cujusque rei origo est spectanda, à quâ velut à fonte cætera profluunt.

Limita: modò protocollum habeat sua requisita, non curialia, sed substantialia negotii, e. gr. quid actum, quò tempore, inter quos, &c. *Ordin.*

Notar. de Anno 1512. §. und wiewohl ein *Protocoll.* Prætereà tamen subscriptionem & subsignationem signo Notarii factam, item publicationem & rogationem *ex Mascardo* requirit *Carpz. P. 1. Constit. 17. Defin. 44.*

CAP. CXXXI.
De Provincia.

Axioma I.

Subditi regulariter extra Provinciam militare vel servitia præstare, nec tributum & annonas vehere tenentur. Imò & rustici dominis extra castrum & domicilium servitia præstare sunt obligati, nisi contrarium consvetudine introductum sit. *Brunnem. in l. 7. C. de annon. & Tribut.*

II.

In unâ provinciâ Princeps potest duas erigere Metropoles, eamque dividere, vel cum aliâ unire. *Perez. C. de Metropol. Beryton. n. 2. seqq. Ziegler. ad Jus Canon. pag. 32.*

Limita, modò fiat ex justâ causâ. *Brunnem. C. eod.*

CAP. CXXXII.
Provisio.

Axioma I.

Provisio generalis tantum operatur quoad omnes casus, quantum specialis, sive enumeratio specierum quoad quædam. *l. omnes 4. Cod. de præscript. 30. ann. l. actione 65. §. renunciare 7. ff. pro soc. l. si chorus 79. in princ. de legat. 3. cap. 2. de offic. ordin. l. si servitus 23. ubi gloss. de serv. urb. præd.* Castrens. *in l. qui ædificium. eod. titul.* Pantschman. *part. 1. q. 6. num. 11.* Exemplum est *in l. tres tutores 55. ff. de administr. tut.* Ubi divisio generalis totius quoad totum operatur, quantum divisio partis quoad partem: simili ratione possunt generaliter cedi omnia jura, quæ quis habet contra debitorem, & habetur ac si specialiter jura fuissent expressa. *t. tit. C. de hered. vend.*

II.

Provisio facta per modum dispositionis in unum casum vel unam rem non extenditur ad aliam, latè Bart. *in l. Gallus 55. cap. quod si. n. 3. de liber. & posthum.* Wesemb. *1. consil. 28. n. 26.*

III.

Culpa est, cum, quod à diligente provideri potuit, non est provisum, aut tum demum denunciatum est, cum periculum amplius evitari non posset. *l. si putator. 31. ff. ad L. Aquil.*

IV.

Melius est in tempore occurrere, quam post exitum vindicare aut remedium quærere. *l. 1. C. quand. unicuiq; lic. se vindic.* vid. Gail. *1. de P. P. cap. 2. n. 7.* Bald. *4. consil. 3.* Oesterreichische Lorber-Krantz. *lib. 2. pag. 89. lit. C.*

V.

PROVISIO hominis facit cessare provisionem legis, [arg. *l. si tutores 3. Cod. de testam. tutel.* Harprecht. *ad princ. Instit. de testament. ordin. num. 4.*] quia si præcaverunt contrahentes, non indigent cautione legali, *l. fin. C. de pactis convent.* [per quem text. dicit Cujac. *in recit. Codic. ne tutor vel curat. vectigal conduc. post med.* non solere caveri ei, qui sibi præcavit. *add. & l. 2. & l. 3. §. hi quoque. ff. ad SCt. Syllan.* Bart. *in d. l. fin. de pact. conv. gloss. in l. 2. C. de jur. Emphyt.* Oldrad. *consil. 101. quia cujuslibet judicii.* Abbas *consil. 30. Princeps quidam. lib. 2.* Alex. *cons. 32. in causa & lite. lib. 4.* Cæpol. *cons. 70. circa primum.* Dec. *consil. 552. viso eleganti. n. 8.* Pantschman. *lib. 1. practic. quæst. 12. n. 16.*] Castrens. *consil. 150. Viso statuto, in princ. lib. 2. & consil. 309. Viso, & examinato, col. fin. eod. lib. 2.* plenè Neguzant. *de pignorib. part. 2. membr. 4. num. 87.* ubi dicit, quod provisio hominis facit cessare provisionem legis specialis, non legis generalis, & quoad actionem nascituram, secus quoad jam natam, & *num. 88.* dat exempla *usque ad numer. 93.* ubi dicit, quod benè facit cessare provisionem legis generalis, quando provisio hominis fit ad novandum, Abbas *consil. 30. Videtur primò, col. 2. vers. & arbitror, lib. 2.* ubi distingvit, quia in materia, in qua concurrunt plures provisiones legis, putà ordinaria, & extraordinaria, provisio hominis facit cessare provisionem legis extraordinariam, non autem ordinariam, Anton. Gabr. *comm. lib. 6. tit. de Regulis Juris. concluf. 8.* [Bald. *in l. 1. col. 3. quæro si, testator. C. commun. de legat.* Anton. de Fano *in tract. de pignor. membr. 4. p. 2. num. 19.* Cujac. *24. obs. 26.* Gisan. *lib. 2. c. 8. pag. 222. ad l. quamdiu 89. ff. de R. I.* Coler. *decis. 61. num. 11.* Berlich. *2. concl. 29. num. 47.*] Becc. *consil. 82. num. 20.* ubi ait, quod procedit in casu proviso, non autem extenditur ad alium casum. Menoch. *consil. 151. num. 27. & consil. 602. n. 5. 10. 11. 20. de præsumpt. lib. 4. præs. 190. n. 40. & 41.* ubi dicit, quod tunc provisio hominis facit cessare provisionem legis, quando est super eodem facto, & ad idem tendunt, secus si tendunt ad diversa, latè Cardin. Tusch. *practic. concluf. tom. 6. lit. P. concluf. 951. per totam.* Fontanel. *de pact. nupt. claus. 5. gloss. 10. part. 1. num. 51. cum seqq.* Nicolaus Noal. *de transmiss. casu 8. num. 98.* Vincentius Carot. *sing. 691.* ubi quod regula legis non facit cessare hominis provisionem. Surd. *consil. 34. num. 34.* ubi quod quando hominis provisio cum legis provisione potest concur-

currere nec illi contrariatur, ea tunc legis provisionem non facit deficere, & *consil. 335. num. 25.* ubi axioma intelligit, quando legis provisio à Jure communi descendit, non à speciali, vel extraordinario, & *consil. 359. num. 37.* ubi similiter intelligit in casu proviso, non in alio. Modest. Pistor. *illustrium quæst. Juris, part. 1. quæst. 48. n. 40. cum multis seqq.* ubi pluribus modis limitat, & intelligit. Martinus Pistor. *lib. 1. quæst. 47. n. 19. vers. est enim regulare.* Valentin. Franc. *de fidejuss. c. 5. rubr. de effect. fidejuss. num. 345.* Josephus Vela *dissert. 11. num. 111.* ubi *in vers. ex quibus.* axioma intelligit, cum provisio legis facta est in subsidium, seu defectum provisionis hominis, secus si ex alia radice. [add. & Just. Meier. *in tract. de mulier. hypothec. thes. 117.* ubi ait, quod tum demum provisio hominis tollat provisionem legis, cum lex ipsa provisionem hominis legitimam provisioni legis prætulit, v. c. Cessat hereditas ab intestato, quæ est provisio legis, quamdiu speratur successio testamentaria, quæ est provisio hominis. *l. quamdiu 69. l. in plurium 70. in princ. l. venter 84. ff. de acquir. hered. l. quamdiu 89. ff. de R. I. l. antequam 8. C. commun. de succes. l. 2. C. unde liber.* eodem modo etiam cessat tutela legitima, quamdiu speratur testamentaria. *l. qui sub 11. princ. ff. de testament. tutel. l. tutor. 9. §. 1. ff. de tutel. & rat. distrah.* Ubi autem lex provisionem legis prætulit hominis provisioni, ibi provisio hominis nihil potest contra provisionem legis: ita nemo potest facere, quo minus leges in suo testamento locum habeant, *l. nemo 55. ff. de legat. 1.* nec ullus potest sine heredis institutione testamentum facere, per ea, quæ tradit C. J. A. *lib. 28. titul. 5. thes. 1. in princ.* ac nemo potest tutorem testamento facere puberi aut emancipato, aut certæ rei, per notata in C. J. A. *lib. 26. tit. 5. & 6. num. 4. 10. & 11.* & nemo potest facere, ne dolus in contractu præstetur. *l. 23. vers. excepto eo ff. de R. I. & ibi* Gothofred. *ad verb. ne dolus.* Quod si vero lex hominis provisionem non prætulit provisioni legis, neque hanc illi, tum utraque concurrere posse videtur, Exemplum *l. 3. C. de fidejuss. l. 1. C. de pact. pign. l. 3. ff. de legat. 1. l. lecta 40. ibi proba cum l. 3. ff. de reb. cred.* Sicut etiam limitari potest, ut procedat (1.) in provisione legis singularis: non enim tollit provisio hominis provisionem juris communis; quomodo lex non nisi in casum necessitatis jus singulare inducit, & cessat dispositionis necessitas, ubi homo prospexit. Jason. *in l. 2. C. de Jure Emphyt. n. 143.* (2.) provisio hominis tum hoc operatur, ubi nec dum nata aut in effectum deducta est provisio legis: Non autem ubi jam in esse deducta est legis provisio. Itaque id facit provisio hominis præveniens, ne provisio legis operetur: sed non facit id provisio hominis subsequens, ut quod antea lex operata est, ab initio irritum reddatur, (sive ad nihilum redigatur, ita accipio Bachov. *lib. 5. de pignor. c. 11. pag. 429.*) unde aliqui regulam hanc ita efferre solent: provisio hominis facit cessare provisionem legis. (3.) procedit regula: si æquè sit plena provisio hominis. vid. Cujac. *20. observ. 26.* ubi tamen injuriam facit interpretibus, qui regulam illam velint esse perpetuam.

CAP. CXXXIII.

De Provocatione.

Axioma I.

Provocatus facilè excusatur. e. gr. is, qui ulciscendi sui causâ defert eum, à quô provocatus est, *l. 2. de Jure Fisci*: quia facilè ignoscitur ei, qui voluit vindictam sumere de eo, à quô fuerit provocatus, *Menoch. apud Brunnem. ad l. 2. C. de Delat.*

II.

Provocatus non tenetur primum ictum expectare, sed potest adversarium suum ad offensionem se præparantem prævertere, quia (1.) potentia, quæ actui proxima est, censetur esse in ipso actu *l. 1. §. 21. l. 18. §. 2. de acquir. possess.* (2.) terror saltem armorum, præprimis lethalium, insultatum in vitæ discrimen adducit, (3.) injuriam imminentem propulsare licitum est, (4.) invasus se defendere debet, ne pereat. *Theodoric. Colleg. Crim. Cap. XI. aphor. 5. lit. E. n. 15. seqq.*

CAP. CXXXIV.

Proxeneta.

Axioma I.

Proxeneta potest tractare, sed non concludere, nisi à partibus habeat mandatum ad concludendum, ut post Jacob. de Aret. trad. Bald. *num. 3. & 4.* Angel. *in 3. notab. num. 3.* Salicet. *2. col. &* Castrens. *col. fin. in l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi.* Benevenut. Stracha *in tract. de proxen. p. 1. n. 6. & p. 4. vers. seu. §. legitur in singulari. n. 8.* Bertazol. *2. consult. decis. consil. 112. num. 7.*

II.

Proxeneta in causa, in qua proxeneta fuit,

testificari non potest. Joh. Imola *in cap. ex literis. de transact. gloss. in c. 1. verb. civiliter. de testib. in 6. gloss. in cap. dilectorum 10. de testib. cogend. in §. quoniam. Auth. de testib. collat. 7.* idque propter affectionem quam dicitur habere ad causam, ut impleatur & firmum sit, quod ipse suameditatione fieri curavit, Dd. *in d. cap. dilectorum.* Alex. *conf. 13. col. 5. vol. 1.* Chassan. *conf. 18. cap. 5. num. 11.* Corn. *consil. 81. col. 2. vers. 3.* Vult. *lib. 1. Consil. Marp. 15. n. 192.*

Limita: nisi utraque pars consentiat. gloss. *in §. in his verb. annumerâtorem. Author. de instrum. cautel.* Angel. *in §. quoniam Auth. de testib.* eamque opinionemesse communem, tradit Ant. Gabr. *lib. 1. comm. concl. 43.* vid. & Vasq. *lib. 2. contr. 33. num. 2. & 3.* Menoch. *1. arb. judic. 73. lib. 1. n. 29.* Port. Imol. *in tract. comm. opin. concluf. 21. lib. 1.* Joseph. Lud. *p. 2. decis. 95.*

III.

Proxeneta in dubio mendax & dolosus præsumitur. Cæpoll. *in l. 1. §. ajunt. n. 27. ff. de ædil. edict.* Beneven. Strach. *in tract. de proxenet. p. 2. num. 4. & p. 3. n. 2.* Bertazol. *2. consult. decis. 112. num. 12.*

CAP. CXXXV.
Proximitas.

Axioma I.

Proximitas major ex prioritate gradus demonstratur, Tib. Dec. *resp. 1. n. 378. vol. 1. per l. 1. §. pertinet autem 1. §. gradatim 10. ff. und. cognat. l. Jurisconsultus. 10. in princ. ff. de gradib. §. si plures. Institut. de legit. agnator. succeff.* Gœdd. *3. Conf. Marp. 82. n. 124.* Et qui gradus proximitatem docet, reliquis erit potior, quia jus potius habet, *c. 1. de succeff. fratr. & grad. succed. cap. 1. de natur. succeff. feud.* Fulv. Pacian. *2. de probat. c. 12. n. 25. 26. & 43.* quo vincit & excludit intentionem ejus, qui nullum gradum demonstrat. Decian. *d. resp. 1. n. 393. vol. 1.* Speculat. *de testib. §. penult. in fin.* Dec. *consil. 13. n. 2. vers. 2. non sufficit.* Rosenthal. *7. de feud. concl. 59. n. 19.* proximior enim gradu remotiorem excludit in linea collaterali, *Nov. 118. c. 3. l. 1. §. proximum 6. cum seq. & §. si quis 8. §. gradatim 10. ff. unde cognat. l. fin. de succeff. edict. l. 2. §. hæc hereditas 2. §. legitima 4. §. proximum 6. l. 9. ff. de suis & legitim. l. 2. C. qui admitt. ad bon. poss. l. 1. l. 5. l. 7. l. pen. l. ult. Auth. cessante. Auth. post fratres 1. Auth. post fratres 2. C. de legitim. hered. l. 1. l. 2. l. 5. C. commun. de succeff.*

II.

Proximitatis probatio est difficillima, *Carpz. Lib. 6. Resp. 36.* probanda verò venit ab illo, qui in eâ se fundat. *Carpz. Lib. 2. Defin. 333.*

CAP. CXXXVI.
Prudentia.

Prudentiæ tuæ ne innitaris, *cap. ne innitaris 5. extr. de constitut.* sed prudentiæ suæ quisque modum imponat, *Extravag. com. vos. 2. in pr. de hæret.*

CAP. CXXXVII.
De Publicianâ Actione.

Axioma I.

Quæcunque requisita ad legitimam usucapionem necessaria sunt, illa quoque ad actionem publicianam requiruntur excepto tempore *l. 7. §. fin. ff. de publ. in rem act.* quia actio Publiciana oritur ex usucapione, quæ licet ficta sit, fictio tamen hæc quoad tempus saltem à Prætore inducta, ergò ad reliqua usucapionis requisita non extendenda. Ita igitur justus titulus, bona fides, traditio, ad hanc actionem requiruntur. vid. *Köppen. in usu Pract. Institit. obs. 83. n. 5. 6.*

Limita: mala fides superveniens usucapionem excludit Jure Canonico, non vero hanc actionem: nam id, quod in usucapione disposuit Jus Canonicum, perpetuam bonam fidem requirendo, ad publicianam in rem actionem extendendum non est; hæc enim non veri domini jus intervertit, ut usucapio, sed illi, qui bona fide possedit & usucapere cœpit, adversus injustum possessorem subvenit. *Schneidew. ad §. 4. Institit. de action. n. 56. seqq. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Exerc. 11. thes. 42.*

II.

In quibus casibus à Domino citra traditionem transferri potest dominium, iis casibus à Non-Domino etiam citra traditionem transfertur actio publiciana. *Brunnem. ad l. 1. ff. de Publ. in rem act. n. 6.*

CAP. CXXXIIX.
Publicum. *conf. tit.* De Loco publico.

Axioma I.

Publicum est, quod palàm factum esse constat. Joh. Brechæus *ad l. palàm ff. de V. S.* Palàm autem factum intelligitur, quod coram pluribus factum est. *d. l. 33. ubi Dd. l. 3. ff. de jur. fisc. l. heredes palàm 21. ff. qui testam. facere poss.* Nec impedit publicum dici à populo quasi coram populo, vel à publicâ populum repræsentante persona factum, *l. bona 15. ff. de V. S.* Ideoque hoc differentiæ causa inter palàm factum, & publicum factum esse, not. Alciat. *in d. l. 32. in fin.* dum ait, quod palàm fieri dicatur, quod coram pluribus, puta duobus vel tribus sit: at publicè, quod coram populo, *d. l. heredes 21. qui test. fac. & l. ult. C. de judic. ordin.* Verum etsi hæc propria vocis utriusque vis sit, non tamen una publici significatio est. Id enim & publicum dici, quod multis præsentibus fit, patet *ex l. si quis. 2. C. de custod. reor.* ubi publicum testimonium vocatur, id quod pluribus præsentibus dicitur, sicut & publicum certamen *in l. quia actione 7. §. si in collu-*

colluctatione 4. ff. ad L. Aquil. non quod à populo, sed à pletisque gloriæ & virtutis causa exhibetur. Bertazol. *in tract. claus. test. claus. 31. gloss. 2. n. 7.* Gœdd. *1. Consil. Marp. 28. n. 25.*

II.

Publicè quæ fiunt, nulli licet ignorare. *cap. 1. extr. de postulat. prælat.*

III.

Publicè quod alicui non licet, licet in secreto. *c. tuæ 3. extr. de cler. peregr.*

IV.

Publico juri nullus renunciare potest *c. si diligenti 12. extr. de foro compet. c. contingit. 30. extr. de sent. excomm.*

V.

Publicum jus pacto privatorum non tollitur. *cap. si diligenti 12. extr. de for. compet. vid. sup. c. Pactum.*

VI.

Sicut privatorum injustitiam passos Imperatores adjuvant, sic & publicum illæsum manere volunt. *Nov. de mandat. Princip. 17. c. 1.*

VII.

Munus & officia propriè sunt diversa: Omne quidem munus ratione causæ efficientis & autoritatis publicum est, sed ratione usus privatum. *l. 14. §. 1. de muner. & honor.* Publica porrò munera vel sunt realia, vel personalia: illa, vel mera, vel mixta: personalia sunt (ratione utilitatis) vel privata, ut tutela, cura: vel publica, ut quæstura, syndicatus, legatio, & hæc propriè munera appellantur. *l. ult. §. 28. de muner. & honor.* Officia autem consistunt in honorifica Reipubl. administratione, sive cum sumptu, sive sine sumptu contingant. *l. 14 ff. de muner. & honor.* atque definitur munus privati hominis (ad hoc electi: ita Gœdd. *ad l. 18. n. 20. de V. S.*) ex quo commodum ad singulos universosque, remque eorum imperio Magistratus extraordinarium pervenit: ita postulatio non munus, sed officium publicum dicitur. *l. 2. ff. de R. I.* quod ante electionem non, post eam autem sit necessarium, colligi licet *ex l. 214. & l. 239. §. munus de V. S.*

IIX.

Quod publico semel usum suum præbuit, e. g. aquæductus, via publica, non potest in privatorum redire potestatem nec Rescripto Principis, nec præscriptione longi temporis. *l. 9. C. de aquæduct. l. 2. C. de viâ publ.* immemoriali tamen tempore præscribi potest *l. 4. C. eod.* vel etiam 40. annorum, si mutetur forma usus publici. Perez. *C. de aquæd. n. 1. 2. 3.* sic palatia principis à nemine inhabitari possunt *l. un. C. de Palat. & Dom.* nisi ea quæ sunt in Provinciis à Rectoribus earum, ut ab iis reparentur. *l. 14. C. de offic. Rector. Provinc.* Ita nemo privatus potest cursu publico uti *l. 6. 11. & 16. C. de Curs. publ.*

IX.

Publica pecunia magis privilegiata est quàm privata. hinc qui publicam pecuniam principis mutuò accipit vel dat, quadruplum resarcire tenetur, etiamsi cautio præstita sit. Hinc & qui publicam pecuniam furripit, lege Juliâ peculatûs tenetur, cùm furtum pecuniæ privatæ non nisi privatum delictum sit. Perez. *C. de his, qui ex publ. mation. mut. pec. n. 2. 3. seqq.* susceptori publicam pecuniam occultanti manus amputatur. *Nov. 17. §. coges.* Interdum capite plectitur, hodiè mulctatur. Perez. *C. de suscept. n. 22.* qui pecuniam publicam ultra annum penes se retinet, tertiâ parte ampliùs mulctatur. *Confer Brunnem. C. de auri publ. persecutor.* ubi Ripa ponit casum, quo exactor pecuniâ publicâ uti potest.

X.

Temporis prolixitas juri publico non nocet. *Nov. 30. l. 6. C. de oper. publ.* itaque Fisco opponi non potest longi temporis præscriptio, omninò tamen 40. annorum, *l. 4. C. de præscript. 30. ann.*

Limita: si à fisco petantur tributa, census, Canones præteriti temporis, concessio principis & 40. anni simul requiruntur. *l. fin. C. de fund. patrimon.*

CAP. CXXXIX.

Pudicitia. Castitas.

Axioma I.

Pudicitia est virtus animi, quæ comitante fortitudine mavult quæcunque mala tolerare, quàm malo consentire. *cap. ita ne 3. 32. q. 5.* itaque cum ea in animo sit, à violento stupratore eripi non potest. *c. de pudicitia 6. d. cap. ita ne. in fin. cap. magis 9. cap. illæ autem 14. 32. q. 5.*

II.

Ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibet, periniqvum videtur. Ziegl. *Jur. Can. pag. 488.*

CAP. CXL.

Puer.

Pueri (ut qui dicuntur esse intra 14. annos, *c. referente 2. extr. eod.*) non ita severè debent puniri, sicut majores, *cap. 1. extr. de delict. puer.* unde nec jurare coguntur, *c. pueri. & seq. 22. q. 5.* cum consentire non possint. *c. tua 24. extr. de sponsalib. vid. infr. cap. Pupillus.*

CAP. CXLI.

Punire, Punitio.

Axioma I.

Puniri sine culpa nemo debet, *c. cognoscentes 2. extr. de constit. cap. tuæ 10. extr. de eo, qui cognov. consangv. cap. tua 19. in fin. extr. de homicid.* nisi subsit causa, *c. sine 23. de R. I. in 6.* punitur ergo sæpe quis sine culpa, sed non sine causa, *c. ult. in pr. dist. 51. c. significasti 18. extr. de homicid.*

II.

Punire peccantem, & nulli nocere, innocentis est officium, *cap. non est. 23. q. 5.*

III.

Puniri debet occultè occultè peccans, *cap. quæsitum 7. extr. de pœnitent. & remiss.* & qui deliquit publicè, publicè etiam puniri debet, *capit. 1. extr. eodem.*

IV.

Punitur in eo, in quo quis peccat, *cap. ex tenore 16. extr. de rescript. cap. venerabilem 34. extr. de Elect. cap. 1. & ult. extr. de translat. Episcop. cap. cum quidam 8. cap. literas 13. extr. de tempor. ordin. cap. cum olim 33. extr. de offic. deleg. cap. si quis 2. dist. 94. cap. an sit. 43. extr. de appellat. cap. ult. de immunit. Eccl. cap. Pastoralis 29. extr. de jur. patron. c. pen. extr. de simon. c. 1. extr. de Magistr. & ne aliq. c. 1. extr. ne Prælati vices suas. cap. ad liberandum 17. extr. de Judæis & Saracen. cap. postulastis 7. extr. de Clericor. excommun. cap. inter 11. extr. de excess. Prælat. cap. ult. de tempor. ordin. in 6.* & qui plus peccat, plus etiam punitur, *cap. ut Clericorum 13. de cohabit. Clericor.* cum è contrariò nemo puniatur in eo, in quo deliquit. *cap. dilectus 13. extr. de Excess. Prælat.*

V.

Puniri quis debet ibi, ubi deliquit, *cap. 1. extr. de raptor. cap. nec extra. 7. 3. q. 9.*

VI.

Puniri non quis debet dupliciter, *cap. etsi Clerici 4. extr. de jud.* nec puniri iterum debent peccata semel dimissa, *c. ult. extr. de colluf. deteg.*

VII.

Puniri gravius debet superior delinquens, quàm inferior, *cap. cum quidam 12. extr. de jurejur. c. excommunicamus 13. extr. de hæret.* & ideò puniuntur Prælati crudelius, quàm cæteri, *cap. præcipuè 11. q. 3.* religiosi quàm seculares, *cap. accusatus 8. in fin. de hæret. in 8.*

IIX.

Puniuntur quandoque multi propter unum, *cap. pen. dist. 45. cap. si gens 10. distinct. 56. cap. si ea 23. q. 4. cap. non turbatur 24. q. 1.* quandoque tamen punit DEUS paucos, ut exinde multitudo ad pœnitentiam provocetur, *cap. Guilisarius 24. quæst. 4.*

IX.

Puniri sine accusatione nemo debet, *cap. 1. extr. de Except.*

CAP. CXLII.
Pupillus.

Axioma I.

Omnis pupillus est impubes, at non vice versa, *l. fin. C. de juris & facti ignor. l. 4. ff. de in lit. jur. l. qui jurasse 26. ff. de jurejur. l. more 8. in pr. & fin. de acquir. hered. l. si impuberi 13. de tut. dat. ab his.* Gœdd. *ad l. 161. de V. S.* ubi *n. 2.* ad argumenta contraria respondet.

II.

Pupillus etiam ea, quæ videt, ignorat, *l. 1. C. de fals. monet.* Wesemb. *in parat. de confess.* Ant. Faber *in C. lib. 6. tit. 5. defin. 6. n. 1.* Carpz. *P. 3. Constit. 4. Definit. 6. n. 1.* atque ita nec discretionem habere dicitur, *l. pupillus 9. verb. decernere. ff. de acquir. hered. l. ult. ff. de jur. & fact. ignor.* Idem Carpzov. *quæst. 1. Constitut. 24. Definit. 12. num. 4.*

III.

Non est pupillus, qui adhuc est in utero, *l. 161. ff. de V. S.* Cum enim ætas non à conceptionis initio, sed à nativitate primum computanda veniat, Levinus Lemn. *de occult. miracul.* pupillus autem ad ætatem referatur; inde sequitur, quod is, qui adhuc est in utero, pupillus dici nequeat, *l. 1. §. 3. ff. unde cognat.* Gœdd. *ad d. l. 161. de R. I. num. 3.*

IV.

Pupilli absentis loco habentur, *l. 5. de R. I.* & nihil posse pati dicuntur *in l. in eo 110. §. pupillus 2. Eod.* Idque propter judicii voluntatisque imperfectionem, Gœdd. *ad l. 209. n. 2.* & ideò pupillis tuitionem etiam Divinitas jussit impendi, *c. defensionis 2. dist. 87.* nisi dolus, quem adhibet pupillus, ætatem suppleat, aut locupletior fiat. *l. 3. §. fin. cum l. seq. de tribut. act. l. 1. §. an in pupillum 15. ff. depos. l. 3. ff. commod.*

Quatenus obligetur Pupillus, vid. sub rubr. *Obligatio.* item: *Autoritas Tutoris.*

CAP. CXLIII.
Purgatio.

Axioma I.

Ibi se purgare quis debet, ubi infamatus est, *c. inter 10. extr. de purg. Canon.* ac nemo se purgare tenetur, nisi de illo, de quo infamatus est, *c. ult. eod.* Unde cum deficiente probatione infamato indici soleat purgatio, *cap. cum oporteat 19. c. inquisitionis 21. extr. de accus.* nisi legitimè appellaverit, *cap. nos inter 6. extr. de purgat. Canon.* ideoque & Clericus, si convinci nequit, per juramentum se purgare tenetur, *cap. Presbyter 13. c. si mala 16. 2. q. 5.* ita se purgant moniales de libidine infamatæ, *c. Moniales 3. extr. de purgat. Canon.* ita purgare se debet electus in Episcopum, cui aliqua objiciuntur, coram quinque vel sex Episcopis, *c. illud 5. dist. 23.* ita purgare sefolet & Episcopus vel Presbyter per juramentum super altare vel super quatuor Evangelia. *c. habet 6. & seq. c. omnibus in fin. 2. q. 5.* Ita purgat quandoque semetipsum Pontifex, propter scandalum sedandum, sine præjudicio tamen aliorum Pontificum, *c. auditum d. q. 5.* Ita purgaverunt se Leo Papa cum duodecim Episcopis, *cap. omnibus 19. in fin. d. q. 5.* Sixtus Papa in Concilio, *c. mandastis 10. d. q. 5.* Damasus cum 42. Episcopis, *cap. nos si 41. §. item Hieronymus 2. q. 7.*

II.

Purgans se si deficiat in purgatione, punitur tanquam præsumptivè convictus, *cap. cum 7. extr. de purgat. Canon. cap. accedens 13. extr. de accus. c. excommunicamus 13. extr. de hæret. c. significasti 5. extr. de adult.* quia tunc fama pro veritate præsumitur, *c. tua nos 8. extr. de cohab. Cler.*

III.

Purgationem non subire & deferre in purgatione sunt paria, *d. c. tua nos 8. extr. de cohab. Cler.*

IV.

Purgatio non indicitur, si delictum est probabile, *cap. si quis 4. extr. de purgat. Canon.*

V. Pur-

V.

Purgationes sunt arbitrariæ, *c. inquisitionis 21. extr. de accusat. c. significastis. extr. de adulter.*

VI.

Purgatio non legitimè præstita debet iterum præstari. Innocent. *in cap. cum dilectis. 15. X. de purgat. Canon.*

VII.

Innocentiam defuncti heres purgare potest. *l. 22. pr. ff. de Jure fisci.*

FINIS LIBRI DECIMI QUARTI.

Liber Decimus Quintus.

CAP. I.

Quærere, Quæsitio.

Axioma I.

INquisitio rei furtivæ non facilè concedenda in ædibus non diffamatis. Brunnem. *ad l. 2. C. quando & quib. quarta l. 2. C. de alim. pupill. præstand.*

Limita: ut etiam tunc, si adsint probabilia indicia & publica utilitas id exigat, inquisitio non nisi autoritate publicâ fieri possit. arg. *l. 13. de offic. Præsid. Theodor. in Colleg. Crimin. cap. 2. thes. 2. lit. A.*

II.

In alieno fundo nihil licet scrutari, e. gr. thesaurum. *l. un. in fin. C. de Thesaur.* Excipe Metallifodinas etiam invito domino. Brunnem. *ad l. 3. C. de Metallar.*

CAP. II.

Quæstio.

Axioma I.

Omnis quæstio est de casu dubio, arg. *l. quod Labeo 9. ff. de Carb. edict.* Boer. *de investit. feud. cap. 5. n. 77. p. 563.* quodsi nulla adsit dubitandi ratio, vocatur quæstio domitiana, cujus stulta est dubitatio. *l. 27. ff. qui testam. fac. poss.*

II.

Quæstio juris probationem non requirit, *cap. sæpe 44. extr. de appellat.* à qua quæstionem facti differre, patet ex eo, quod ista facilius quàm hæc queat expediri, quia jus certum & finitum est, *l. 2. de jur. & fact. ignor.* ut certa dari responsio possit, *cap. de muliere 6. extr. de sponsalib.* nec ullis externis probationibus testium vel instrumentorum indiget: hæc autem non nisi productis testibus vel prolatis instrumentis definiri possit. Adde, judicibus datis, de facto consulentibus Præsides (vel Magistratus alios) qui eos dederunt, consilium non impertiri: quandoquidem nec possunt, quia quæstiones facti in judicum arbitrio & æstimatione sunt: At de jure consulentibus respondere & consilium impertiri solent Jurisconsulti vel Præsides (quibus Jurisconsulti semper assident, inde assessores etiam dicuntur) vel Principes (qui inde & se Jurisconsultos dici affectant *l. ult. C. de Legibus.*) Hi inquam omnibus de jure consulentibus respondere solent. *l. eum, quem temerè 79. §. 1. de judic. l. pen. ad Leg. Fabiam. de plagiar. l. 1. §. sed non utig. 3. ad SCtum Turpill. l. ordine 15. ad municipal. l. voluntatis defuncti q. 7.* (quæ est facti quæstio, quæ in æstimatione judicis est) *Cod. de fideicommiss.* Vid. Cujac. *in Comment. ad d. cap. sæpe contingit 44. de appellat.* Rebuff. *ad l. judex offic. 10. de his, qui sui vel alien. jur.*

CAP. III.

Quæsitum Jus.

Axioma I.

Quæsitum jus difficilius adimitur & remittitur, quàm quærendum, *l. 6. in princ. quæ in fraud. credit.* Gail. *2. observ. 142. n. 15.* Moller. *2. semestr. 6. num. 3.* Musculus *de succes. convent. class. 1. membr. 2. conclus. 5. lit. c. num. 203. vide supr. lit. l. cap. Jus* neque per principem summum ex plenitudine potestatis auferri potest. Mev. *consil. 49. n. 18.*

II.

Quæsitum Jus per acquirentem primum in quovis successore reviviscit. Mev. *consil. 38. n. 7.*

CAP. IV.

Qualitas.

Axioma I.

Qualitatibus pluribus concurrentibus ab ea, quæ potentior est, denominatio fieri debet. *l. cum diversis 44. ff. de relig. & sumpt. fun. cap. quod in dubiis 3. extr. de consecr. Eccl.* Jas. *in l. Imperium. num. 3. ff. de jurisdict.* Hartm. Pistor. *lib. 2. q. 3. num. 58.* idem si ex pluribus qualitatibus resultaret diversus effectus, tunc dignior & potior qualitas attendenda erit, Sebast. Sapia *ad l. Imperium. n. 3. ff. de jurisdict.* Jason. *consil. 64. vers. quinto. lib. 3.* Victor *disp. de caus. exemt. Imper. concl. 30.*

II.

Qualitates contrariæ uni eidemq; rei attribui non possunt, *l. eum qui 23. ff. de usucap.* Montan. *in tract. fin. reg. cap. 80. n. 1. 2. 3. per l. via constitui 23. §. pen. & ult. ff. de servit. rust. præd. l. uxorem 41. §. legaverat 6. ff. de legat. 3.* Bart. *in l. si quando. num. 9. & seq. C. de bon. vacant.* propter contrariam contrariorum affectionem, *l. Melius 30. ff. pro soc. l. 1. C. de furt.* Gœdd. *ad l. 8. ff. de V. S. n. 5. vid. supr. lit. C. 6. Contrarium.*

III.

III.

Qualitas personæ loquentis intelligentiam verborum causat, Bald. *in cap. 1. n. 6. de succeſſ. feud. & ibid.* Afflict. *n. 143. verſ. hinc eſt. col. pen.* Barbat. *conſil. 75. col. 2. vol. 4.* Dec. *in l. & militibus. n. 66. C. de teſtam. milit.* Jaſon. *in rubr. ff. de oper. nov. nunc. n. 7. verſ. tertia concluſio. col. 3.* Everhard. *in Top. loc. 7. de mod. argum.* Jaſon. *in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoq;. in fin. de V. O.* Gabr. *in concl. 1. de conſvetud.*

IV.

Qualitas de perſona ad perſonam non extenditur, *l. 1. verſ. planè. de conſtit. Princip. cap. privilegium 7. de Regulis Juris, in 6.* Quod tam in odioſis, quàm in favorabilibus procedere, ex Baldo refert Menoch. *2. arb. judic. 353. n. 7.*

V.

Illa qualitas attendenda non eſt, quæ in materia, de qua agitur, nihil operatur, Hart. Piſtor. *1. q. 33. n. 21. & 24.* Carpz. *P. 2. Conſt. 14. Defin. 57. num. 7.*

VI.

Qualitatem alleganti in eaque ſe fundanti incumbit ejus probatio, Dd. *in l. 2. §. diem. ff. quemadm. teſt. aper. & in l. ſi quis non. col. 3. verſ. & iſtis omnibus. C. de Epiſc. & Cler.* Tiraq. *de retract. conſangv. §. 8. gloſſ. 7. n. 1.* Pariſ. *conſil. 152. num. 5.* Menoch. *conſil. 1. n. 49.* Quoties enim ad actum certa qualitas requiritur, non ſatis eſt actum probare, niſi & qualitas requiſita probetur, *l. 4. §. docere 12. ff. vi bonor. rapt. l. 1. §. quod autem ne quid in flamin. publ.* Hyppolit. *ſing. 187.* Mynſing. *4. obſerv. 30.* Gail. *de pignor. obſerv. 4. n. 8. & 1. obſ. 3. n. 6. & 2. obſ. 106. n. 6.* Gylman. *p. 1. vot. 16. n. 51. p. 139.* etiamſi exorbitans eſſet, Joh. Andr. *in cap. 1. verb. Chriſtianorum. de homicid. in 6.* Bald. *in l. ſi quis non dicam. col. 3. C. de Epiſc. & Cler.* Siquidem ubi Lex actum qualificatum requirit, non ſufficit probare actum ſine qualitate, *l. Fulcinius 7. §. cum hoc edictum 2. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur.* Jaſ. *in l. 1. §. in eum. n. 3. verſ. item nota ex eodem. verb. docere. ff. ne quis eum, qui in jus vocat.* Marſil. *ſing. 187. Qualitas appoſita. & in §. quia. pract. crim. n. 11. verſ. ulterius quæri poteſt. & in conſil. 7. Summi cœli DEUS. n. 60. verſ. nam qualitas. & n. 69. verſ. & faciunt dicta. vol. 1. & in l. ſi quis. n. 130. verſ. ulterius antequam exeam, cum ſeq. ff. de quæſt.* Joh. Crot. *in tract. de teſtib. p. 9.* quæ fuit addita à Pet. de Moncada *n. 305. verſ. ego verò teneo primam.* Alex. *conſil. 3. In cauſa & lite. col. 3. ſub. n. 3. verſ. unde dico. quod ab hoc, ut tales libri. & conſil. 224. Viſo proceſſu inquiſitionis. n. 3. verſ. & ubicunq; profertur. vol. 2.* latiſſimè Tiraq. *de retraict. lign. §. 8. gloſſ. 7.* Gramm. *conſil. 1. n. 50. verſ. nec poterit in aliquo obeſſe.* Cott. *in memorabil. verb. qualitas.* Quocirca quoties Lex qualitatem aliquam requirit, ita demum ei locus eſt, ſi de qualitate ipſa conſtet, non ſi dubitetur, *c. 1. de homicid. in 6.* ubi Joh. Andr. Bart. *in l. 1. §. & parvi, quod vi aut clam.* Alciat. *ad l. ult. C. de tranſact.* Unde ſuccumbens in qualitate facti in parte, ſuccumbet quoque in toto, Felin. *in cap. 2. n. 25. de reſcript.* add. Alex. *in l. non ſolum. n. 2. de oper. nov. nunc.* Gail. *de arreſt. cap. 4. n. 1.* ideoque cum ſub certa qualitate quid conceditur, à quo removetur qualitas, etiam res ipſa removetur, *l. tutelas 7. de capit. diminut.* Zaſ. *conſil. 7. n. 8. vol. 2.* cum quando eſt fundamentum intentionis, plenè & concludenter probanda ſit, ut pluribus probant Jaſ. *conſ. 164. n. 3. lib. 2.* Socin. jun. *conſ. 22. n. 22. lib. 2.* Grat. *conſ. 9. n. 37. lib. 1.* Argent. *1. conſ. 74. num. 36.* nec præſumptionibus locus relinquitur, Aſin. *de Execut. cap. 29. n. 10.* Heig. *q. 16. n. 17. p. 2.*

VII.

Qualitates poſſunt abeſſe & adeſſe citra ſubjecti corruptionem, *l. inter ſtipulantem 83. §. ſacram 5. ff. de V. O. cum ſimilib.*

Intellige verum quoad qualitates accidentales ab extra tendentes, *l. falſa demonſtratio 33. ff. de cond. & demonſtr. l. pacta conventa 72. ff. de contr. emt.* ſecus ubi eſſet de eſſe rei, tum enim talis qualitas bene attenditur, *l. 1. §. removet 6. ff. de poſtuland.* Bart. *in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. obligat.* Unde & olim ſi à qualitate & forma actionis aliquis receſſiſſet in una ſyllaba, cadebat à toto, ut notat Innocent. *in cap. Piſanis 1. per illam text. de reſtit. ſpoliat.* & ſic non poterat abeſſe citra ſubjecti corruptionem, ut patet *in l. 2. C. de formul. ſublat. & l. quæſitum 78. §. illud fortaſſe 4. ff. de legat. 3.*

VIII.

Qualitas non eſt confundenda cum eſſentia, Arniſ. *2. relect. polit. c. 1. ſect. 2. n. 13.* ita pater propter impietatem non deſinit eſſe pater. *c. ſi verò in fin. Nov. 12.* ita injuſta eſt uxor, i. e. non ſecundum Leges ducta *l. 13. de rit. nupt. l. 24. de adult.* quia Legibus uxor habetur, *l. ſi uxor. 13. §. 1. eod.* ita civitatem etiam ſine juſtitia civitatem eſſe, ſed non rectam, dixit Ariſtot. *lib. 3. polit. cap. 6.*

IX.

Qualitatibus cauſæ expreſſis, perinde eſt, ac ſi nominatim ipſa cauſa expreſſa fuiſſet, *§. ſi quis in nomine. Inſt. de legat. & ibi* Port. & Jaſ. *in addit.* & Aret. ubi dixerunt, nihil intereſſe, an res per nomen proprium, an per qualitates exprimatur, vid. Pacian. *1. conſ. 47. n. 22.*

X.

Qualitates, quæ cuique rei ex diſpoſitione Legis aut hominis ineſſe debent, in dubio ineſſe præſumuntur, Gothofred. Ant. *diſp. feud. 1. theſ. 7. lit. C.* Unde accidit, ut feudum in dubio præſumatur eſſe rectum & proprium, niſi liquido contrarium probetur, *c. unic. §. præterea 2. F. 2.* ubi Bald. Præpoſit. & Alvarot. Setzer. *diſp. feud. 2. theſ. 13. tit. 1. in fin. p. 103.* limitationem vid. ap. Gothofr. Ant. *d. diſp. 1. theſ. 7. lit. d.*

XI.

Qualitas, quæ ſemel cœpit ineſſe, præſumitur perdurare, Ant. *de monator. lib. 7. concl. 22. n. 35. ubi vid.* confer ſupra locum *de Præteritis.*

XII.

Qualitas ſubſequens qualificat omnia præcedentia, *l. Sejæ. §. Gajo. & ibi* Bart. *de fund. inſtr. l. quæſitum 78. §. 1. & ibi gloſſ. ff. de legat. 3. l. talia 30. de leg. 1.* Cephal. *1. conſ. 138. n. 50.* ſive præcedentia copulativè, ſive alternativè poſita ſint, vid. Far. *1. conſ. 87. n. 3. & ſupr. lib. præced. c. præcedentia.*

XIII.

Quæ qualitas ſuperveniens actum vitiat, eadem ab initio exiſtens eandem impedit, *l. qui ſtatua*

ſtatus 8. de re militar. l. qui libertate 29. de liberali cauſa. Franc. Hottom. *ad cap. unic. de milit. vaſall. qui arm. bell. depoſuit. 2. F. 21.*

Limita: quod procedat regula, ubi eadem ſupervenientiæ exiſtentiæ ratio eſt: ita enim *in d. l. 8.* parum intereſt, fueritne quis ſervus ab initio, an verò per ſupervenientiam talis declaratus ſit, Arum. *diſp. feudal. 3. theſ. 42. p. 572.*

XIV.

Qualitas facti eſt conſideranda, *cap. 1. extr. de colluſ. deteg.*

XV.

Qualitas delicti aggravat pœnam, *cap. non afenamus 21. 24. q. 1. c. ult. extr. de clandeſtin. deſponſat. cap. ſacerdotes 33. & cap. ſeq. diſt. 50.* ex qualitate enim pœnæ arguitur efficacia ipſius actus, *l. ſi quis major 41. C. de tranſact.* Lud. Gomez. *ad §. pœnales. Inſt. de act. num. 6.* & ex qualitate pœnæ gravitas delicti arguitur, *clem. 1. §. quæ omnia.* ubi Gl. & Card. *de pœn. c. homo 2. diſt. 40.* Felin. *in cap. cum quidam. de jurejur. & in c. 1. de ſimon.* Ludov. Gomez. *ad §. ex maleficiis Inſtit. de act. n. 4.*

XVI.

Qualitas perſonarum conſiſtit in ſcientia, moribus & ætate, *Clem. 1. & ult. de ætate & qualitate.*

XVII.

Qualitas voventis & cauſa mutationis conſiderari debet in mutatione voti, *cap. 1. c. magna 7. extr. de vot. & vot. redemt. vide ſupr. lib. II. cap. Mutatio. & infr. cap. Votum.*

XIIX.

Qualitas in ſubjecto ſtare non poteſt, *l. 4. ff. de act. emt. l. fin. ff. de collat. bon. l. nec ullam 13. §. ſi quis abſentis 12.* ubi Angel. *ff. de pet. her. l. Pomponius 13. §. fin.* ubi Aretin. *ff. de acquirenda poſſeſſ. §. ideò autem 3. Inſtit. de ſervit. præd. princ. Inſt. de uſufr.* [*l. 2. ff. de uſufr. fac. l. nam etſi 5. v. poſt defectum ff. de injuſt. rupt. irrit. teſt. l. quæritur 10. ff. de ſtat. hom. fac. §. proximus Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. l. in delictis 4. §. ſi extraneus 1. ff. de noxal. act.* Bald. *in l. 2. col. 1. C. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.*] Anton. Gomez *l. 17. n. 19. verſ. primo.* Surdus *conſil. 34. num. 13. & conſ. 150. num. 80. & conſil. 236. num. 15. & conſil. 246. num. 6. & conſil. 304. num. 1. & conſil. 305. num. 67.* Sebaſtian. Medices *de Regulis Juris, reg. 6. per tot.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 700. num. 49. & tom. 5. num. 51.* Caſtill. *controverſ. lib. 5. part. 2. cap. 168. n. 50. & 51.* Qualitas enim rei, quæ non eſt, non poteſt conſiderari, Oldrad. *conſil. 203. Factum eſt. verſ. ad ſecundam quæſtionem.* & ubi deficit ſubjectum, non poteſt qualitas conſiderari, Fulgoſ. *conſil. 93. Ex facto proponitur. verſ. in propoſito autem.* [quia inhæret ſubjecto, eique dat formam, Text. *in l. Titius 25. ff. de milit. teſtam. c. ſtatutum 22. de Elect. in 6.* Pariſ. *conſil. num. 44. vol. 4.* Vult. *1. conſil. 33. n. 44.*] Et propterea qualitas præſupponit exiſtentiam rei, vel facti qualificati, ideò niſi probetur res, vel factum, non probatur qualitas, Baldus *conſil. 394. In cauſa Ludovici. num. 4. quartò præmitto. lib. 2.* refert Cardin. Tuſch. *pract. concl. tom. 6. lit. Q. concl. 6. per totam.* [Unde qualitas requiſita non poteſt à facto principali ſeparari, *l. Prætor ait 4. §. docere 12. ff. de vi bon. rapt. l. Fulcinius 7. §. cum 2. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur.* Decius *conſil. 261. num. 2.* Gail. *2. obſervat. 125. num. 9.* Alex. *conſil. 82. num. 14. vol. 3.* Gail. *de pign. cap. 16. num. ultim.* nec qualitas cognoſci, nec ſeparari à ſubjecto, ſed judicatur talis, quale eſt ſubjectum, *l. quæritur 10. ff. de ſtat. hom.* Baldus *in l. 2. col. 1. C. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. l. ejus 41. circa finem. ff. ſi cert. petat.* cùm per facti qualitatem intelligatur ſubſtantia, ut ait Baldus *in l. liberè, col. 1. C. de oper. libert.* Gomez *ad §. actiones. Inſtit. de act. n. 23.* ne principalis natura per eam immutetur. *l. pen. C. de noxal.* Weſemb. *in parat. ff. de noxal. act. n. 4.*]

XIX.

QUALITAS facilius datur & præſumitur, quàm ſubſtantia, Menoch. *conſ. 93. num. 15.* Surdus *de aliment. tit. 8. privil. 56. n. 96. & 97. & deciſ. 222. n. 71. & conſil. 322. n. 71.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 306. n. 34.* Rot. *deciſ. 358. n. 13. p. 1. in poſthum. Farinacii*, aliàs *p. 3. recent.* [Unde etiam hæc facilius probatur quam ſubſtantia, Gloſſ. *in l. talis ſcriptura. §. fin. verb. univerſ. de leg. 1.* Angel. *in l. ſciendum col. 2. de verb. obl.* Natta *conſil. 460. num. 3. vol. 2.* Aymo *de antiq. tempor. p. 2. n. 63.* Farinac. *1. conſil. crimin. 70. n. 72.* Gratian. *conſil. 43. n. 9. & 11. lib. 2.* Maſcard. *lib. 3. de probat. concl. 1218. n. 4. & 5.* Quanquam ſi privilegium probationis detur in aliqua ſpecie delicti, intelligatur quoad probandam ſubſtantiam delicti, non autem illius qualitates & adminicula, Bart. *in l. in quæſtionibus. ff. ad Leg. Jul. Majeſt.* Baldus *in Auth. ſi teſtis productus. num. 7. Cod. de teſtib.* Gigas *de crim. læſ. Majeſt. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læſæ Majeſt. prob. q. 5. num. 1.* Camp. *de teſtib. reg. 30. verſ. 6. quia.* Eugen. *conſil. 27. n. 64.*]

XX.

QUALITAS nova adveniens enti, ens ipſum qualificat & reponit illud in diverſam naturam & ſpeciem, *§. præterea 5. Inſtit. de inutil. ſtipulat. cap. cum Martha 6. §. quæſtioſti. de celebrat. Miſſar. c. ſtatutum 22.*

de

de Elect. libr. 6. l. si. cui 70. ff. de legat. 3. l. 1. ff. de donat. Jason. *in l. jus autem civil. ff. de Justit. & Jur.* Idem post Alex. *in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. d. V. O.* Hyppolit. *sing. 520. Qualitas.* Menoch. *remed. 6. recup. possess. num. 8. & consil. 35. num. 13.* Surdus *decis. 2. & consil. 321. n. 12. cum seqq. & consil. 362. n. 13. & consil. 366. num. 23.* Sigism. Scacc. *de commerc. §. 7. gloss. 5. num. 159.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 754. n. 52. & cap. 936. num. 24.* Mangil. *de imputat. quæst. 176. num. 4.* [Jason. *in l. si quis posthumo. §. filium. n. 51. ff. de liberis & posthum.* Surdus *consil. 34. n. 43. consil. 131. num. 23.* limitatque dispositionem Felinus *consil. 25. num. 23.* Quia ex qualitate cognoscitur, quid veniat in dispositionem, Gœdd. *1. consil. 26. num. 268.* Felin. *in cap. nonnulli. num. 102. extr. de rescript.* Cephal. *consil. 149. num. 14.* & hanc regulam per *cap. statutum 22. juncto cap. licet canon 13. de Elect. in 6.* probat Andr. Siculus *in repet. rubr. Cod. qui admitti. col. 15. & in tract. de præstant. Cardin. quæst. 12. p. 1. col. 2.* Et ideò homo mortuus non est homo propriè, sed homo mortuus, scilicet cum illa qualitate. Ludovicus Gomez *ad §. item si quis. Instit. de act. n. 33.* ita donatio conditionalis propriè donatio non est. *l. 1. ff. de donat.* quia non est simpliciter talis, sed cum qualitate, juxta regulam: Quod ubicunque actus cum aliqua qualitate adest, puta sub conditione vel alia qualibet, non dicatur propriè talis, *d. l. quæsitum 78. §. illud 4. ff. de legat. 3. l. si cui lana 70. de legat. 2.* Jason. *in l. 1. col. 1. in princip. ff. de re judic.* Jason. *in l. si tibi pecuniam. col. 2. num. 6. ff. si cert. petatur.*] Non tamen mutat substantiam, *l. si fundus 16. §. si res 2. de pignorib. §. minus 11. Instit. de hered. qua ab intest. defer.* Brun. *de argumento in 3. quæst. princip. num. 7.* Card. Tusch. *tom. 1. lit. A. conclus. 82. n. 12.* Mutatione enim qualitatis rei substantia non mutatur, *l. si fundus 16. §. si res 2. ff. de pignorib. §. minus 11. Instit. de hered. quæ ab intest. defer.* Sebast. Medices *de Regulis Juris, reg. 6. n. 5.* [Ludov. Gomez *ad §. in personam. Instit. de action. n. 16.* quemadmodum & qualitatis mutatio non tollit obligationem, *l. certo generi 13. ff. de servit. rust. præd.* ubi si est constituta servitus vineæ, licet sit sublata vinea, hoc est, vites, servitus tamen nihilominus solo debetur, Jason. post Paulum & Angel. *in l. si quis legaverit. in 2. notab. ff. de legat. 1.* Cons. Arg. *1. consil. 88. n. 36.* cùm accidentia non mutent essentiam, *l. nobiliores 3. C. de commerc. & mercat.* Dec. *in c. postulasti. in fin. de rescr. & in c. 2. col. 1. de constit. vers. in alia materia.*]

XXI.

QUALITAS adjuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi, *l. in delictis 4. §. si extraneus 1. ff. de noxal. actionib. l. si tutoris 2. ff. quod jussu. l. Titius 25.* ubi Bart. *ff. de testam. milit. l. 2. l. 3. de auro legat. l. 31. ff. de vulg. substit. cap. Raynutius 16. extr. de testam. cap. ult. §. item opponitur 22. q. 3. c. si eo tempore 9. de rescript. in 6.* Aretinus *consil. 15. Attento. n. 29. & 30. vers. nec.* Signorol. de Homod. *consil. 37. Factum sic proponitur. col. pen. vers. item per hoc.* Angel. *consil. 194. Visis processibus. n. 2.* Marsil. *sing. 187. Qualitas.* Castrens. *consil. 5. in princ. vers. præterea lib. 1. & consil. 6. circa medium. vers. sed dictum eorum. & cons. 7. n. 2. vers. & hoc esse verum. lib. 2.* Alex. *consil. 20. Viso processu. n. 2. & 3. & cons. 36. Viso themate. n. 4. vers. circa secundum, lib. 2. & consil. 59. Viso themate. n. 11. lib. 5. & consil. 143. viso titulo. in princ. lib. 6. & cons. 5. Attentis. num. 3. vers. sed præmissis. lib. 7.* [Franc. Mant. *de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 6. n. 3.* Carpz. *P. 2. Constit. 43. Defin. 14. n. 4.* Petr. Duenn. *in fallent. regul. jur. sub lit. Q. reg. 156. vers. secundo fallit. & vers. fallit quinto.* Menoch. *cons. 225. n. 16. & consil. 227. n. 26.* Bocer. *de investit. feud. c. 5. n. 65.*] Roman. *cons. 442. Ut decisionem. n. 2.* ubi quòd qualitas, quæ regitur ab aliquo verbo, intelligi debet secundum tempus illius verbi, à quo regitur. Mohedan. *decis. 23. n. 1. de præbend.* Vital. de Camban. *in tract. clausular. pag. m. 263. n. 27.* Menoch. *remed. 16. de recup. possess. n. 23. & consil. 107. n. 22. & consil. 211. n. 44. & consil. 169. n. 12. & consil. 335. n. 49.* Pichard. *ad §. proximus. n. 2. Instit. de legit. agnat. succ.* Avendan. *ad l. 44. Tauri. gloss. 15. n. 2.* Surdus *de aliment. tit. 9. quæst. 13. n. 5. & consil. 335. n. 20. & consil. 375. n. 37. & consil. 455. n. 5.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verb. Qualitas. n. 23.* Flamin. Paris. *de resignat. benefician. lib. 1. q. 11. n. 10.* Garc. Girond. *de privilegiis seu exemt. explicat. n. 290.* Franc. Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Qualitas.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. resolut. 268. n. 2. in 3. edit.* Monet. *de distribut. quotid. p. 1. quæst. 9. n. 38.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 43. n. 143.* Alex. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 1. tit. de legitima resolut. 2. sub n. 7. vers. secundò qualitas.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 6. lit. Q. concl. 9.* Rot. *decis. 496. n. 2. apud Farin. p. 1. recent.* ubi fuit dictum, quod ad hoc, ut hujusmodi axio-

axioma verificetur, debet intervenire qualitas temporis verbi actu, & non habitu solum. Idem Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 81. num. 18.* ubi limitat respectu personæ, cujus favore sæpè qualitas juncta verbo non intelligitur secundum tempus verbi, Reinoso *observ. 64. num. 17.* Duran. Rotæ *decis. 286. num. 10.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 976. n. 14.* Ovid. de Amicis *de jure emphyteut. q. 92. num. 5.* Mangil. *de imputat. quæst. 77. num. 83. & quæst. 183. num. 2.* Melchior Phœbos *Lusit. decis. 101. num. 28. cum seqq. tom. 2.*

XXII.

QUALITAS dispositionis ubi deficit, deficit ipsa dispositio, Glossa *verb. avocandum. in l. mancipia. ff. de serv. fugit.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 15. n. 47.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 14. num. 8.* Camill. Gallin. *lib. 4. de verbor. signific. cap. 9. num. 9.* Mar. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 82. num. 1.* Surd. *consil. 400. n. 16. & consil. 514. n. 4.* Qualitas à lege repetita, ubi cessat etiam in casu particulari, cessat quoque legis dispositio. *l. 4. §. toties 6. ff. de damn. infect. l. 1. §. loquitur. 5. ff. de aq. quotid. & æst. cap. indemnitatibus 43. §. pen. de Elect. lib. 6.* Card. Pereira *consil. 30. n. 39. vers. quamobrem illa qualitas.* Et qualitates plures quando insimul concurrere debent, non sufficit, si una adsit, nisi omnes concurrant, *l. si heredi plures 5. ff. de condit. instit. §. pen. instit. de hered. instit. cap. fin. de V. S. lib. 9.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 13. n. 100.* & qualitas respiciens plura determinabilia, debet omnia æqualiter determinare, *l. nam hoc jure 4. ff. de vulg.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 752. n. 27.* Et qualitas certo tempore requisita non sufficit, quod superveniat, *l. quid ergo 13. ff. de his, qui not. infam.* Surd. *cons. 548. n. 3.* [In dispositione enim, quæ duas qualitates requirit, utrasque intercedere opus est, *l. si is, qui ducenta 13. §. ita 2. cum seq. ff. de reb. dub.* unde & qualitas subintellecta tacitè censetur repetita, arg. *l. sicut 9. ff. de servit. l. quanquam 62. de rit. nupt. l. 30. C. de fideicommiss. & ibi* Tiraquell. *in præfat. num. 6.* Philipp. Matth. *2. Consil. Marp. 26. n. 165.* Quamquam si ex pluribus qualitatibus resultare potest diversus effectus, dignior potiorque qualitas attendi debet. Sebast. Sapia *ad l. imperium. n. 3. de jurisd.* Jason. *consil. 74. vers. quinto. vers. 3.* Vietor. *disput. de caus. exemt. imp. concl. 30.*]

XXIII.

QUALITATES non entis nullæ sunt. Vide *supra lit. N. cap. Non esse.*

CAP. V.
Quantitas.

Axioma I.

Quantitas rei facit donum licitum vel illicitum. *cap. veterum 3. extr. de donationib.*

II.

Quantitas etiam in delictis est spectanda, *l. 16. §. 7. ff. de pœn.*

III.

Quoties corporis & quantitatis in eâdem periodo fit mentio, toties quantitas restrictivè est adjecta & præcisè præstanda, quia sic absolutè respectus videtur habitus ad quantitatem præstandam, e. g. si quis dicat: vendo tibi decem modios frumenti è molendino meo.

Limita in legatis, quibus si fundus restrictivè seu taxativè sit adjectus; v. gr. lego tibi ex vineâ mea decem amphoras vini. Nihil debetur, si nihil in vineâ natum sit, *l. 8. §. 2. ff. de legat. 2.*

IV.

Quoties quantitas in diversâ orationis parte exprimitur per modum relationis ad corpus, toties demonstrativè est adjecta nec præcisè præstatur, quia sic non tam ad quantitatem præstandam, quàm ad corpus, unde præstatio fieri debet, respectus videtur habitus. E. gr. si dicam, vendo tibi fundum hisce finibus circumscriptum, qui est circiter centum jugerum.

V.

Quoties corporis in unâ orationis parte fit mentio, & in alterâ quantitas per modum corpori adjicitur, toties quantitas modificativè censetur adjecta, & præstanda, quia tunc contrahentes in corpus quidem consenserunt; patet tamen, ipsos non minus vendere ac emere voluisse, e. gr. emam præsentem acervum tritici, modò contineat decem modios.

VI.

Quando incerta est nummi æstimatio, in testamentis & contractibus de minori quantitate intelligenda sunt verba. *l. 75. de leg. 3.* Secus autem est, quando à jure proferuntur. *Brunnem. ad l. 5. C. de suscept.*

De quasi Contractu *vid. Contractus.*

CAP. VI.
Quasi delictum.

Quoties quis ex alterius delicto vel illicito facto convenitur, toties est quasi delictum, quia sic non tenetur ex dolo & verâ culpâ in ipso delicto commissâ, sed saltem ex imputatâ, hinc impro-

impropriè, & quasi deliquisse dicitur. Exemplasunt *in tit. Instit. de oblig. quæ quasi ex delicto.* Declara in judice malè judicante; hic enim utut propriam commiserit culpam, tenetur tamen ex quasi delicto *pr. Instit. eod.*

De quartâ Falcidiâ vid. *Falcidia.*
De quartâ Trebellianicâ vid. *Trebellianica.*

CAP. VII.
Querela.

Querela diu porrecta, post commissum delictum, præsumitur esse calumniosa. *l. 21. vers. quis. ff. si quis caut.* Bald. *consil. 37. quidam Tabellio. in fin. lib. 1.* Francisc. Cason. *de indic. & tortur. tract. 8. c. 1. n. 9.* Foller. *in practic. crim. in verb. item quod commisit falsitatem. n. 10.* Marsil. *in pract. §. diligenter. n. 201.* Boër. *decis. 42. n. 20.* Cravett. *consil. 75. n. 9.* Cephal. *consil. 187. n. 13. lib. 12.* Vulpell. *consil. 94. n. 5.* Farin. *1. consil. crimin. 88. num. 11.*

CAP. IIX.
Querela inofficiosi Testamenti.

Axioma I.

Quoties exheredatio legitimè facta, sed causa ab herede probari nequit, toties parentibus & liberis competit querela inofficiosi, quia sic quidem testamentum juxta *Novell. 115.* subsistit, adeoque nullum dici nequit; iniqvum tamen adhuc censetur testamentum & contra officium pietatis factum. *Hahn. ad Wesemb. h. t. n. 7.*

II.

Quoties frater exheredatus eique infamis persona prælata est, toties illi competit querela inofficiosi, quia frater peccavit quoque contra officium pietatis, quòd turpem personam fratri prætulerit. *l. 27. C. de inoffic. testam.*

Limita: si frater præteritus etiam sit turpis persona, *l. 11. C. eod.* Sic enim mores, quos quis in se probat, in aliis improbare non debet. *l. cùm mulier 47. ff. soluto matrim.*

III.

Quicunque semel voluntatem testatoris approbavit, ille querelam amplius instituere non potest. *l. 9. ff. de neg. gest.* quia alioquin contra proprium factum veniret, quod ipsi permittendum non est. *l. 25. ff. de adopt.* Nec debet quis consilium suum mutare in alterius injuriam. Et ita qui acceptavit legatum, aut patrocinatus est heredi scripto, non potest postea tale testamentum improbare *l. 10. §. 1. l. ult. pr. l. 23. §. 1. de inoffic. testam.*

Limita: ut procedat, nisi quis diverso respectu improbet voluntatem: ita qui ex necessitate officii aut alibi accepit legatum, adhuc ex suâ persona impugnare potest testamentum. *§. 4. Instit. de inoffic. testam.*

IV.

Quoties quæstio est de heredibus descendentibus, toties semper ad illos transmittitur querela ex jure sangvinis, sive præparata fuerit, sive non. *l. 34. C. de inoffic. testam.* Quia quoad descendentes hæc querela est favorabilis, ergò ad illos extendenda.

Limita: ut procedat, modò exheredatus ante aditam à scripto herede hereditatem fuerit mortuus. *d. l. 34.* Sic enim exheredato non potest imputari, quare querelam non moverit. *Zoës. ad ff. de inoffic. testam. n. 63.*

V.

Quoties ipse exheredatus hereditatem possidet, toties excipiendo proponere querelam potest. *l. 8. §. 13. ff. de inoffic. testam.* quia quæcunque prosunt ad agendum, multò magis prosunt ad excipiendum. *l. 1. §. 4. ff. de superfic.*

VI.

Quoties exheredatus post admissam culpam in gratiam receptus, nec tamen testamentum mutatum fuit, toties datur querela inofficios. *Struv. in not. ad Ant. Matth. de successon. cap. 5. aphor. 17.*

CAP. IX.
Quies, Pax, Tranquillitas.

Axioma I.

Quies propriè versatur in animo ab omni litigio remoto, *cap. 1. in fin. extr. de Syndic. Afflict. in cap. 1. num. 10. notabil. 10. de offic. nostri judiciarii. constitut. regni.* Sicut enim nunquam quietum animum habere potest ille, qui à litibus opprimitur, cum tumultus inhæreat litigantium animabus, *§. 1. Auth. ut Cler. ap. propr. Episc.* ita etiam pacata non potest esse Respubl. in qua potentes invicem litigant, quia ex litibus & contentionibus rixæ nascuntur, quæ statum publicum postea offendunt. *l. servus 20. vers. sed si aliqua ff. de O. & A. & l. si quis ingenuam 21. §. in civilibus 1. ff. de captiv.* Gomez *in cap. dispendiosam. num. 6. vers. nota primò de rescript.* Et hanc contentionem unam esse ex causis, quæ publicam pacem impediant, attestatur Lucas de Penna *in l. unic. num. 16. vers. nonum est contentio. col. 9. C. publ. letit. num. 12.* Hinc est, quod non solum jura Canonica votum execrantium lites laudabile esse dixerint *in cap. 2. de V. S. in 6.* sed etiam apud jus civile similiter dictum est, esse laudandam & non vituperandam cogitationem eorum, qui lites execrantur, ut habetur *in l. item si res 4. §. fin. ff. de alien. jud. mutand. caus.* Marsil. *in verb. lis pendet. num. 222. vers. quod probi viri debannit.* quare qui dum pro quiete publica quid largi-

largiuntur, ostendunt se velle præscindere omnes altercationis occasiones, quæ conservationem quietis impediunt, Luc. de Penn. *in d. l. un. C. publ. lætit. col. 9. n. 16. vers. 12. pro rebus.*

II.

Qui diu laboravit, tandem desideratâ laborum requie gaudeat. *l. 3. C. de Apparitor.* præfector. prætor. Et ideò humanum genus laborat, ut peractis sudoribus quiescat. *Perez. C. eod. n. 4.*

CAP. X.
Quietatio.

Axioma I.

Quietatio fit ad fidem dissolutæ quantitatis, quando illi, qui quietationem facit, in omnibus est satisfactum, *l. dissolutæ 2. C. de condict. ex lege.* antequam enim per omnia satisfactum sit, quietatio nulla debetur, Castr. *consil. 377. n. 2.* Wesemb. *1. consil. 47. n. 42.*

II.

Quietantias generales ut quis faciat, nemo compelli potest. *l. cum Aquiliana 5. ff. de transactionib.* quia sunt captiosæ, *l. quid 3. §. contrarium 16.* & ibi Bald. *ff. de contr. judic. tutel.* idem Bald. *in l. pactum q. 16. C. de collect.* Everhard. *in loc. Topic. à generalitate. n. 2.*

III.

Propter duplicem quietationem duplex præsumitur solutio. *Brunnem. ad l. 2. C. de discussor.*

IV.

Quietatio generalis restringitur ad specificata. *Bart. in l. 4. §. 1. ff. de pact.*

Limita: quòd non porrigatur ad species de novo repertas vel dolo contrahentium subtractas. *Castr. consil. 207.*

V.

Quietatio debet fieri cum omnibus clausulis generalibus necessariis ad ejus robur. *Bald. in l. pactum. 3. C. de collat.*

VI.

Quietatio est stricti juris & tollit tantùm soluta. *Wesemb. consil. 42. n. 42.*

CAP. XI.
Quem, Qui, Quod.

Axioma I.

QUEM non honoro, gravare non possum. Vid. *supra lit. G. cap. Gravare.*

II.

QUEM de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. Vid. *supr. lit. E. cap. Exceptio.*

III.

Qui occasionem damni dat, damnum ipsum dedisse videtur. Vid. *supr. lit. D. cap. damnum.*

IV.

QUOD differtur non aufertur, *l. quoties 2. C. de prec. Imper. offer. cap. ancillam 11. 32. q. 2. 6. nemo desperandus 1. de pœnit. distinct. 7. cap. statutum 9.* ubi gloss. *verb. retardari, de hæret. lib. 6.* Garc. Gironda *de privil. seu exemt. explic. n. 966.* Adde Gonzal. *ad reg. 8.* Cancell. §. 7. *proœm. n. 62.* Joh. Mar. Novar. *quæst. forens. lib. 1. q. 31. n. 13.*

V.

QUOD potui, nolui, quod volui, adimplere nequivi, *l. 3. in fin.* ubi gloss. *C. de contrab. & committ. stipul. l. multum interest 6.* ubi gloss. *C. si quis alteri, vel sibi. cap. cum super 23. in fine, de offic. deleg.* Surdus *cons. 251. num. 36.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 1. lit. B. concl. 133. num. 1.* Achil. de Grassis *decis. 17. in fine, de rescript.* Honded. *consil. 55. n. 81. lib. 1.* Hieron. Magon. *Florent. decis. 2. num. 14.* Ovid. de Amicis *de jure emphyt. q. 79. num. 9.* Joh. Baptista Costa *de facti scientia & ignor. inspect. 51. num. 10.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 809. num. 12.* Cancer. *var. p. 2. c. 6. n. 155.*

VI.

QUOD non vis tibi fieri, aliis ne facias. *Matth. 7. & Luc. 6. l. justitia 10. ff. de justitia & jure. §. Juris præcepta 3. vers. alterum non lædere. Inst. eod. tit.* ubi Pichard. *n. 30.* dicit, quod non læditur alter, si id, quod nobis fieri nolumus, alteri quoque non faciamus. *vid. omnino* Golbert. Cognat. *adag. 369.*

VII.

QUOD quisque juris in alium statueris, ipso jure utaris, *l. 1. ff. quod quisq. juris.* Abb. *cons. 101. In quæstione, in fin. lib. 1.* Tiraquell. *de retractu lig. §. 1. gloss. 13. n. 6.* Cardin. Tusch. *practic. concl. tom. 6. lit. Q. concl. 49.* Unde dici solet, qui in alio aliter non judicet, quàm in se ipso judicari vellet, *l. 1. ff. de solut.* Roman. *consil. 55. Si volumus, in princ.*

VIII.

QUOD semel placuit, amplius displicere non potest, *l. sicut 5. C. de O. & A. c. quod semel 21. de R. I. lib. 6.* Mayn. *in l. nemo potest mutare 75. ff. eod. tit. gloss. verb. partibus. ad fin. in Clem. sæpè de V. S.* Mant. *Dial. 94.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, regul. 266.* Surd. *decis. 265. num. 251. decis. 288. n. 5.* Calder. Pereira *de potestat. elig. cap. 16. n. 15. & de resolut. emphyt. c. 15. n. 7.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 6. lit. Q. concl. 48.*

IX.

QUOD alicui gratiosè conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum. *l. quoniam 13. C. de Episc. & Cler. cap. quod alicui 67. de Reg. Jur. lib. 6.* Thomas de Thomasset. *in floribus legum, reg. 256.* ubi

ait procedere, quando alicui gratiosè aliquid est concessum à Principe, secus autem si sit concessum à Jure communi.

X.

QUOD omnes tangit, debet ab omnibus approbari. *l. ult. in fin. C. de auctorit. præst. l. per fundum 11. ff. de servitut. rustic. præd. cap. quod omnes 29. de Reg. Jur. lib. 6.* [Exemplum potest poni in omni eo, quod est commune pluribus tanquam singulis: ut ecce, si plures habent fundum communem, & volunt constituere servitutem in fundo, oportet omnium consensum intervenire, aliàs defectus redderet constitutionem inutilem. *l. receptum 18. ff. commun. præd.* aliud exemplum vid. *in l. 1. C. de auctor. præstand.* add. Alex. *in cap. Apostolica. distinct. 56.* Angel. Aretin. *ad §. 1. Instit. de tut. col. 2.* Bart. *in l. quod major. & ibi pulchrè* Alexand. *in addit. ad municip.* Innocent. *in c. cum omnes. de constit.* Alexand. *in c. non potest de re judic. gloss. in cap. ubi periculum verb. concorditer de Elect.* Bald. Alexand. *in l. civitas. ff. si cert. petatur.* Felin. *in c. quod omnes. col. 8. vers. in ea glossa cum seq. col.* ubi ponit regulam cum pluribus fallentiis. Bart. *in l. nullis quod cujusque universit.* Alexand. *consil. 25. col. 4. volum. 5.* Bald. *consil. 80. & consil. 128. lib. 2. & in l. fin. C. de auctorit. præstand.*] Pro solutione autem multorum, quæ solent objici in contrarium, communiter distingui solet inter ea, quæ pertinent tanquam ad singulos, vel in speciali, & inter ea, quæ pertinent tanquam ad universos, vel in communi, veluti ad collegium, ut in illis tantùm procedat hæc regula, in his verò sufficiat major pars, *cap. 1. de iis, quæ fiunt à majori parte Capit.* ita gloss. Dyn. & omnes *in d. c. quòd omnes. gloss. 1. in c. cùm omnes. de constit.* ubi Dec. *n. 5.* Felin. *à n. 15.* & Exea *à n. 1. 44.* Padil. *in l. aquam. n. 3. C. de servit.* Anton. Gomez. *var. tom. 2. c. 3. n. 14.* Duen. *reg. 295.* Salzed. *ad Bernard. reg. 449.* Garc. *reg. 95. n. 4.* Azeved. *ad Curiam Pisanam. lib. 2. c. 14. lit. B.* [qua de causa regulam non procedere, quando de actu universitatis agitur, ubi sufficit consensus partis majoris, ut est electio, deliberatio. limitat Alphons. Modit. *in §. plebiscitum 4. num. 22. de I. N. G. & C.* Klock. *c. 6. de contribut. num. 112. vid. sup. lib. 11. cap. Major.*

XI.

QUOD quis mandato facit Judicis, dolo facere non videtur, *l. non videtur 128. §. qui jussu. ff. de Regulis Juris. cap. quod quis 24. eod. titulo lib. 6.* Gregorius Lop. *l. 3. verb. pro mandato. titul. 16. p. 2.* Bonacos. *commun. crimin. part. 1. verb. mandatum, pag. mihi 109.* Tiraquell. *de pœnis temper. causa 34. num. 4. & causa 35. num. 1.* Capic. *decis. 122.* Grammat. *decis. 36. num. 81. cum seqq.* Farinac. *in praxi crimin. part. 3. quæst. 89. num. 126. & quæst. 97. num. 109.*

XII.

QUOD de uno negatur, de alio concessum esse videtur. *l. cùm Prætor 12. ff. judic. l. ait Prætor 7. §. sed quod Papinianus 10. ff. de minorib. cap. qualis 4. distinct. 25. cap. nonne 5. de præsumpt.* Perez. per text. *ibi, in l. 9. gloss. 2. post princ. tit. 3. tit. 4. Ordinam. & l. 1. gloss. 5. tit. 15. lib. 8. ejusdem Ordin.* D. Barbos. *in l. cùm Prætor. in princ. num. 37. & 53. cum seqq. ff. de Judic.* Et è converso quod de uno conceditur, de alio denegatur, *l. maritus 21. C. de procurator. l. cùm ita 63. in fin. ff. de condit. & demonstrat. d. cap. nonne.* Thomas de Thomasset. *in floribus legum, regul. 257.* ubi ait procedere, nisi sequatur correctio, vel absurdum.

XIII.

QUOD major pars facit, ob omnibus factum censetur, *l. quod major 10.* ubi gloss. Bart. & alii, *ff. ad municip. gloss. verb. tractatus, in cap. 1. de rebus Eccles. non alienand. lib. 6.* latè & eleganter Rendina *in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 36. num. 4. in fine.* Limita in actibus factis ab universitate, in quibus agitur de præjudicio particularium ipsius universitatis; tunc enim actus facti nullatenus valebunt, nisi omnes sint vocati, pariterque omnes consentiant, gloss. *in cap. quod omnes. de Regulis Juris, in 6.* gloss. *verb. constitutum, vers. dicas etiam, in cap. cum omnes. de constitut.* Rendina *dict. tom. 1. titulo 124. num. 5.*

FINIS LIBRI DECIMI QUINTI.

LIBER

Liber Decimus Sextus.

CAP. I.

Radix. Norma.

Axioma I.

RAdice vitiata intelliguntur & rami vitiati, *l. si vivæ 13. Cod. de bon. matern.* Alciat. *conſ. 7. ſtatuti verba. num. 2.* Caſtr. Jaſon. *in l. maritus. C. de procurat.* Pantſchm. *2. quæſt. 23. n. 7.* Et radice infecta, infectum eſt omne, quod ab ea deſcendit, *l. 1. v. hujus rei. ff. de offic. ejus cui mand. jurisd. l. tria prædia 31. ff. de ſerv. præd. ruſt.* Carpz. *P. 3. Conſtitut. 28. Definit. 9. num. 4.* ita cum primum decretum vitio nullitatis laborat, omnia quæ ſequuntur eodem vitio afficiuntur. *l. 1. quæ ſentent. ſin. appellat. reſcind.* ubi not. Bartol. Alexand. & alii citati Gailio *1. obſerv. 127. n. 3. conſ. l. nec ibi. de Reg. Caton.* Quod tamen non trahendum eſt ad diverſum judicium ſeu novum, ſi legitime proceſſerit. L. Gilhauſen. *in arb. crim. cap. 6. part. 2. quæeſt de confeſſione, n. 45. verſ. ſecundo.*

II.

Radix omnium malorum eſt cupiditas, *cap. bonorum 7. diſt. 47.* Et radix omnium bonorum eſt charitas, *cap. quia radix 13. de pœnit. diſt. 2.* ſimulque eſſe non poſſunt ambæ. *d. c. quia radix.*

CAP. II.

Rapere, Raptus.

Axioma I.

Rapere viſibiliter eſt majoris pœnæ, quam occultè auferre, *cap. pœnale 13. 14. q. 5.*

II.

Raptores non facit neceſſitas, ſed voluntas. *cap. diſcipulos 26. de conſecrat. diſt. 5.* unde & raptor dicitur, qui ultra neceſſaria ſibi retinere probatur, *§. 1. verſ. ordinandus. diſtinct. 42. c. ſicut §. §. proprium. diſt. 47.* qui igitur violenter & publicè tulit aliena, is propriè raptor dicitur, *c. pœnale 13. 14. q. 5.* quamvis etiam famæ alterius depravator, etiam raptor dicatur. *cap. deteriores 15. 14. q. 1.*

III.

Rapinam non permiſit, qui furtum prohibuit, *cap. pœnale 13. 14. q. 5.*

IV.

Ex quibus cauſis datur actio furti, ex iisdem etiam datur actio vi bonorum raptorum, quia, uti actio furti ob clandeſtinam, ita actio vi bonorum raptorum ob violentam competit ablationem. Datur igitur actio vi bonorum raptorum ei, cujus intereſt, *l. 2. §. 23. ff. vi bonor. rapt.*

CAP. III.

Rarum.

Axioma I.

Rarò quæ accidunt, ſæpè negligi ſolent à Legislatore, adeò ut ex his jura non conſtituantur. *l. 3. ff. de LL. l. 3. ff. ſi pars hered. petatur. Nov. 94. §. 1.* Angel. *in l. 1. in princ. quod quisque jur. & in l. ſi negotia. de negot. geſt. & in rubr. de oper. nov. nunc.* Alex. *conſil. 187. perſpectis verbis. n. 18. circa finem. vol. 3.* Pantſchm. *lib. 1. q. 7. num. 20.* Leges enim ſolent rogari ex iis, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, & frequenter accidunt; cum de eo, quod ſemel aut bis fit, lex non feratur, *l. 3. ff. de LL.* ſic & Solonis de parricidis forſan lex ferenda non fuit, quod id ſcelus aut nunquam, aut rarò evenire ſoleat.

Declarationis loco tamen addi poteſt diſtinctio ipſius Pacii, *centur. 1. ἐναντιοφ. q. 9.* diſtinguentis inter caſus rarò contingentes per ſe, vel per relationem ad legem aliquam generalem: unde quando dici ſolet tales plerumque negligi, intelligendum erit ita, non quod nullæ leges de his condantur; ſed quod iis non obſtantibus leges generales conſtituantur, quem ſequitur & Caſpar. Bitſch. *in tr. de theſaur. diſp. 1. n. 2.* vid. & Ariſt. *3. Eth. cap. ult.*

II.

Quæ rarò contingunt, non faciunt impedimentum univerſis. *Nov. 44. cap. 1. §. 3.* Quapropter Ariſtonem JCtum non tantum hoc nomine extollit Plinius jun. *8. Epiſt. 14.* Quod ſic publica, ut privata, ſic antiqua, ut recentia, ſed etiam quæ ſic rara, ut aſſidua tractaverit.

III.

Omne rarum charum, & frequentia vileſcit, *cap. legimus 24. diſt. 93.* Lud. Gomez *ad §. fuerat. inſt. de action. n. 43.* & ſæpè id, quod rarò fit, pro miraculo habetur. *Novell. 105. c. 1. in fin.* raritas enim facit pretioſitatem, & plus etiam appetitur. *d. c. legimus 24. §. ſed dicas. diſt. 93.*

IV.

Rarum eſt omne, quod magnum eſt. *cap. ſi officia 2. in fin. diſtinct. 59. cap. in ſancta 4. 2. q. 7.*

CAP. IV.

Rata.

Axioma I.

Omnis heres tenetur pro rato, etiamſi fiſco quid debeatur. Sed limitatur in tributis; hæc enim poſſeſſor in ſolidum ſolvit etiam pro præterito tempore, imò & unus ex pluribus poſſeſſoribus ſolidum ſolvit & portionem à reliquis repetit. *l. 5. ff. de cenſib. Perez. C. de annon. & trib. n. 20. ſeqq. & n. 28.*

II.

Creditores in pari jure conſtituti concurrunt pro ratâ. *Perez. C. de debit. civitat. n. 5.*

III.

Sumptus, quos unus ex collegis fecit, à consortibus repetit pro ratâ. *l. un. C. sumtus injuncti muneris.* e. gr. si quis solus equos munitionum suppeditaverit.

Amplia: licet reipublic. hoc onus incumbat: nam officiales se ad sumtus interim pro ratâ ferendos (quos posteà à republica repetunt) obligasse censentur. Secus est si collegæ pecuniam publicam in proprios usûs verterint, tunc enim respublica eam à quolibet directò repetit. *Perez. C. d. t. n. 1. seqq.*

CAP. V.
Rasura.

Rasura vitiat instrumentum. *Dd. in l. fin. C. de edict. div. Hadr. toll.* Scriptura enim rasa falsa præsumitur, *cap. cum olim 12. ibi: sine reprehensione bullæ, chartæ vel literæ. X. de privileg.* Ita e. gr. rasura debilitat testamentum. *Sichard. consil. testam. 1. n. 65.* regulariter tamen rasura testamenti præsumitur facta per testatorem, si testamentum penes eum existat. Bald. *in l. si unus 12. C. de testam.*

Limita: Rasura minima non præjudicat instrumento. *Mascard. de probat. voc. rasum. n. 5.*

CAP. VI.
Ratificatio, Ratihabitio.

Axioma I.

Ratificatio, quæ facto fit, potentior est, quam quæ verbis. *l. Paulus respondit 5. ff. rem rat. haberi, cap. dilecti filii 1.* & ibi Dec. *notab. 2. extr. de appellat.* Farin. *1. consil. crim. 40. n. 17.* Matthesil. *sing. 106. n. 6.* cum ea non solum verbis, sed & facto ipso, ejus quod præcessit induci possit. Ruin. *consil. 91. num. 10. lib. 1.* Honded. *consil. 96. n. 56. vol. 2.* & intelligitur facta cum omnibus rei prorogatæ modis & qualitatibus. Marsil. *sing. 300. n. 1.* Alvis de Alber. *sing. 182. per l. si manente 5. ff. de precar. l. 2. §. sed si judex 2. ff. de judic. l. lecta 40. ff. de reb. cred. l. 1. §. & post 9.* ubi Alex. *ff. de oper. nov. nunc.* Gœdd. *3. Consil. Marp. 32. num. 108.*

II.

Ratificationem fieri vel verbis, vel tacitè facto, sunt paria. *l. Paulus 5. ff. rem rat. haber.* Socin. *consil. 220. col. pen. vers. quartum & ultimum. vol. 2.* Dec. *consil. 449. n. 43.* Paris. *consil. 49. n. 1.* Decius & Cagnol. *in l. semper qui non. ff. de R. I.* Cravett. *cons. 55. n. 5. & 559. n. 5.* Barth. Bertazol. *1. consult. decis. consil. 1. n. 18.*

III.

Ratificatio est stricti juris, nec ultra, quam actum est, extenditur. *cap. tres fratres 35. ff. de pact. l. qui cum tutoribus 9. de transact.* & in terminis ratificationis instrumenti reddendarum rationum ita decidit per multa Socin. *consil. 158. in præsenti. n. 30. vol. 2.* vid. Wesemb. *1. consil. 3. num. 49.*

IV.

Ratificatio non præsumitur, Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1255. num. 1.* allegatus à Vult. 2. *Consil. Marpurg. 24. n. 22.* ideoque probari debet. Ruin. *consil. 48. n. 12. vol. 1.* Paris. *consil. 47. n. 97. vol. 1.* Natt. *consil. 162. num. 33. vol. 1.* & quidem (1.) ratificantem perfectam habuisse negotii scientiam. Bald. *in rubr. C. qui admitti.* Alexand. *consil. 146. num. 12. vol. 5.* Corn. *consil. 165. n. 47.* Cravett. *consil. 197. in fin.* (2.) quod negotium nomine ratificantis gestum sit, cum ratificari nequeat, quod ratificantis nomine gestum non est. Bart. *in l. qui admitti.* Bald. *in l. observare. §. posthæc. col. 5. vers. decimo tertio ff. de offic. Proconsul.* Dec. *in d. l. semper ff. de R. I. n. 11. & consil. 437. n. 2.* Vult. *lib. 3. Consil. Marpurg. 22. n. 14.* Ratificationem tamen in casibus, ubi præsumptio locum habet, facilius præsumi, quam mandatum, *ex l. si filius 10. C. de petit. hered.* probant Socin. *consil. 46. col. 2. vers. præterea vol. 3.* Dec. *consil. 297. num. 2.* Socin. junior *consil. 48. n. 9. & 10. volum. 2.* Cravett. *in tract. antiq. tempor. p. 2. num. 65.* Cephal. *consil. 240. n. 6.* Port. *4. comm. opin. concl. 29. limit. 7.* Bertazol. *1. consult. decis. consil. 1. num. 19.* Licet enim mandato ea comparari soleat, interim tamen mandatum præcessisse non præsumitur, *c. cum ad sedem 15. extr. de restit. spoliat.*

V.

Ratificatio nulla cadit in ignorantem, post Bald. Menoch. *recuper. possess. remed. 15. n. 144. & consil. 439. n. 5.* ideoque ad ratificationem requiritur, ut omnia gesta clarè lecta & plenè intellecta fuerint. Oldrad. *5. consil. 329.* Bald. *2. consil. 176.* Cravett. *consil. 197. in fin.* Menoch. *consil. 1. n. 329.* & ratificans plenè instructus esse debet de actibus ratificandis, ut ex Ruin. & Paris. refert Menoch. *consil. 2. n. 295.* siquidem ratificatio circa incognita nihil operatur. Jason. *4. consil. 104.* sed accuratam certamque scientiam requirit, quod ratificari debet, Menoch. *consil. 283. n. 37.* atque ideò qui ratificare non dicitur, qui ignoranter aliquid facit, Menoch. *consil. 246. n. 40.* ita quoque ratificatio actus non nocet ei, qui rei qualitatem ignorat. Menoch. *consil. 11. n. 329.*

VI.

Ratificare actum is dicitur, qui ex actu isto lucrum habet. Menoch. *consil. 98. num. 42. vol. 1.* Vult. *3. Consil. Marp. 22. n. 126.*

VII.

Ratificari non potest sine solennitate id, quod ab initio fieri non potest sine solennitate. Innocent. *in c. cum dilecti de emt. & vendit.*

IIX.

Ratificatio ex actu necessario inferri debet. Roman. *consil. 291. num. 5.* Imola *consil. 144.* Tiraquell. *de utroque retract. §. 36. gloss. 2. num. 51.* Vult. *2. Consil. Marpurg. 29. num. 289.* inde etiam contractum inexpugnabilem facere dicitur. Decius *consil. 181. num. 5.* Bellon. *consil. 18. num. 16.* Paris. *consil. 33. num. 17.* Gylman. *2. 2. vot. 5. num. 41.*

IX.

Ratificatio ex obſervatione inducitur. *l. Paulus 5. l. bonorum 24. ff. rem rat. haber.* Decius *in l. ſemper qui non prohibet. ff. de Regulis Juris.* & præſumitur ſubſecuta ob temporis antiquitatem. *l. ſi filius 10. C. de petit. hered.* Brun. *conſil. 34. n. 9.* Gozadin. *conſil. 11. n. 16.* Cravett. *in tract. de antiquit. tempor. part. 2. num. 65.* Socin. jun. *conſil. 139. n. 13. in 3.* Cephal. *conſil. 240. n. 7.* Ant. Gabr. *2. concl. tit. de procurat. concl. 1. n. 14.* Bertazol. *1. conſult. deciſ. 21. n. 12.*

X.

Ratificatio in delictis vim habet mandati. *l. 1. §. 1. dejeciſſe 12. verſ. ſed etſi ff. de vi armat.* Ang. Aretin. *conſil. crimin. diverſ. 74. n. 26. lib. 1.* Petr. Plac. *in Epitom. delict. lib. 1. c. 18. per tot.* Natt. *conſil. 595. §. fin. q. 87.* Menoch. *de arbitr. judic. 2. caſ. 352. n. 17.* Oſaſch. *deciſ. Pedem. 138. n. 4. & conſil. 64. num. 19.* Riminald. jun. *conſil. 310. n. 4. lib. 3.* & retrotrahitur. *cap. ſicut 33. extr. de ſimon. c. ſicut 96. extr. de homicid. cap. ult. extr. de infant. & langvid.* quod axioma etiam procedere in univerſitate, docuit particulariter Farin. *in ſua prax. crimin. part. 1. tit. de delict. & pœn. quæſt. 4. ampliat. 4.*

Intellige verum cum Dd. ſcil. quoad pœnam extraordinariam, ſecus quoad ordinariam, cum abſurdum & forſan iniqvum reputaretur, quod qui non deliquit in operando, pari pœna cum delinquente & operante puniendus eſſet, Salicet. *in l. non ideò. ff. de accuſat. n. 33.* Berous *conſ. 175. n. 50.* Farin. *1. conſil. crim. 104. n. 19.*

Limita I. procedere quando quis ſciverit, delictum jam fuiſſe commiſſum, ſecus ſi illud ignorans mandaret illud idem delictum fieri, quia tunc non obligatur, nec tanquam mandans, quia jam delictum fuerat commiſſum, nec tanquam ratificans, quia ignorantia data excluditur ratificatio, Oſaſch. *deciſ. Pedem. 138. n. 9.* Maſcard. *2. de probat. concl. 1012. num. 3.* Menoch. *d. caſ. 522. num. 17.*

Limita II. quando ſcil. delictum geſtum eſt nomine ratificantis, aliàs ſecus. Franciſc. Marcus *deciſ. 422. n. 25. p. 2.* Capr. *concl. 80. n. 63.*

Limita III. in delictis quæ non poſſunt per alium patrari, prout eſt adulterium. Franc. Marc. *d. deciſ. 423. num. 26.* Capr. *d. concl. n. 65. cum ſeqq.* ubi declarat, niſi adulterium committeretur nomine meo non cauſa libidinis, ſed in vituperium alicujus, quia tunc poteſt à me ratum haberi.

Limita IV. quando non poteſt tractari de ratificatione delicti, niſi prius conſtet illud delictum fuiſſe commiſſum. Oſaſch. *conſil. 65. n. 14.*

XI.

Ratihabitione ſequenti confirmatur, quod ab initio non tenuit. *cap. 1. extr. de iis, quæ vi.* unde & conſenſu ſubſequenti ratihabetur, quod antea calore iracundiæ factum fuit, *cap. dudum 20. extr. de converſ. conjug.* ita ratihabitio confirmat religionem. *cap. cum virum 12. extr. de regular.* ſententiam. *cap. cum ad ſedem 15. extr. de reſtitutionibus ſpoliat. cap. à nobis 21. extr. de ſentent. excommun.* malè poſſeſſa, *cap. ult. 16. quæſt. 1. cap. placuit. §. poteſt etiam. 16. quæſt. 3. cap. hæc quippe 3. quæſt. 6.* matrimonium, *cap. inſuper 4. extr. qui matrimon. accuſ. poſſ.* & contractum, *acceſſit 5. extr. de deſponſat. impuber.* item ſententiam. *Vantius de Nullitat. Rubr. qualiter ſentent. & proceſſ. nulli defend. num. 102. ſeqq.* vid. *Scaccia de ſentent. & re judic. gloſſ. 7. q. 3. lim. 1. n. 74. ſeqq. Gail. l. 1. obſ. 47. n. 3. ſeqq. Gabriel. l. 2. tit. de ſentent. concl. 2.* Nullitates proceſſus. *Mynſing. cent. 4. obſ. 62.* Teſtamentum. *Cephal. conſil. 670. n. 21.* vid. tamen *Timquell. de nobilit. cap. 28. n. 15.* ſi tamen actus requirat aliquam ſolennitatem aut formam, ut ratihabitio valida ſit, continere debet omnes ſolennitates in confectione actus neceſſarias. *l. ſicut proponis. C. de nupt.* Roman. *conſil. 12. n. ult. verſ. ad ſecundum.* Surd. *conſil. 28. n. 120.* Thom. Maul. *de contrab. emt. vendit. tit. 3. pag. 28. n. 37.*

XII.

Ratihabitio non ſufficit ubi tractatus præcedere debet, niſi præmiſſo tractatu. Innocent. *in cap. nos. extr. de his, quæ fiunt à Prælat.*

XIII.

Ratum haberi non poteſt per conſenſum partium, quod non eſt, vel non tenet. *cap. examinata 7. extr. d. confirmat. inutil.*

XIV.

Quoties actus in majori ætate geſtus non infert neceſſariam approbationem geſti in minori ætate, toties non præſumitur ratihabitio. Vel: quoties actus in majori ætate geſti nulla alia conjectura capi poteſt, quam ratihabitionis ejus, quod in minorennitate geſtum eſt, toties ratihabitio præſumitur. Nam ratihabitio ſemper debet probari, præſertim hôc caſu, ubi agitur de læſione vitandâ & renunciatione beneficii reſtitutionis in integrum, quæ in dubio non præſumitur. Exemplum eſt *in l. 3. §. 2. ff. de minor.*

Limita: ut non præſumatur ratihabitio, ſi minor hereditatem adierit & in majorennitate debitum exigat, aut ſi minor ædes emerit & major impenſas in eas fecerit. E contra præſumitur ratihabitio, ſi prædibus in minorennitate emtis ſolvatur in majorennitate pretium, vel ſi locationis in minori ætate factæ percipiatur penſio.

XV.

RATIHABITIO retrotrahitur & mandato comparatur, [*cap. quoties 2. extr. de pact. c. cum nos 3. extr. de his, quæ fiunt à Prælatis. cap. cum 11. extr. de jure patron. c. pen. extr. de ſent. excommun. in 6. c. ult. ad SC. Macedon.*] *cap. fin. de jurejur. lib. 6. cap. ratihabitionem 10. de R. I. eod. lib.* Gail. *lib. 1. obſerv. 47. in fine.* Rota Genuenſ. *deciſ. 92. num. 2.* Joh. Baptiſta Coſta *de retrotract. caſu 4. c. 8. & caſu 28. cap. 8. num. 2.* Cardin. Tuſch. *lit. R. concl. 21.* Alex. Trentacinq.

tacinq. *var. resolut. lib. 2. tit. de procurat. resol. 9. n. 1. cum seqq.* ubi multipliciter intelligit, & limitat, Camill. Borell. *in sum. decis. part. 1. tit. 66. num. 239.* Stephanus Gratianus *discept. forens. tom. 4. cap. 706. n. 9. & 10. & tom. 5. c. 926. n. 19.* [quam regulam & olim obtinuisse, textus est *in l. licet 56. de judic.* licet inter Sabinianos & Proculeianos controversa fuerit. *l. 1. §. 14. de vi arm.* quam contentionem magnam fuisse, prædicat Cujac. *lib. 17. observat. 20.* Sensus autem Axiomatis est, per ratihabitionem retro versus rem æstimari, quasi ab initio utiliter res gesta esset, mandatumque interveniisset. Donell. *12. comm. 27.*] Quod ampliatur etiam in requirentibus speciale mandatum. *l. quod si de speciali. 26. ff. de minor. c. 1. de homicid. in 6. cap. fin. de jurejur. eod. tit.* Tiraquell. *de retractu lig. §. 1. gloss. 10. n. 61.* Surd. *consil. 60. num. 14. & decis. 231. num. 11.* Cardin. Tusch. *d. concl. 21. num. 5.* Alex. Trentacinq. *d. resol. 9. num. 2.* Stephan. Gratian. *d. c. 704. num. 25.* [& maleficiis, *l. hoc. jure 152. §. 2. de Reg. Jur. d. l. 1. §. 14. ff. de vi arm. & supr. axiom. X.* non tamen in odiosis & pœnalibus quoad probationis modum. Peck. *de jure sist. c. 10. n. 7. pag. 143.*] Et venit intelligendum axioma, quando res est integra, aliàs secus, Trentacinq. *d. resolut. 9. num. 7.* Card. Tusch. *d. lit. R. concl. 21. n. 23.* Polyd. Ripa. *observat. 124. num. 1. cum seqq.* Et in actu valido secus in nullo, quia ratificari non potest, quod nullum est. Osasch. *Ped. decis. 119. num. 26.* Surd. *decis. 245. num. 5. cum seqq. & consil. 183. num. 34. & 35.* Alex. Trentacinq. *d. resolut. 9. num. 8.* Cardin. Tusch. *d. lit. R. concl. 24.* Joh. Baptista Costa *d. c. 8. casu 4. num. 16.* [nec ratihabitione confirmari. Bald. *in l. fin. §. necessitate. col. 4. n. 16. C. de bon. quæ lib.* Innocent. *in cap. prudentiam. num. 4. extr. de offic. deleg.* Cons. Argent. *1. consil. 51. num. 35.*] Limitatur in præjudicium tertii, quia tunc ratihabitio non retrotrahitur. Bec. *consil. 66. num. 25.* Osasch. *d. decis. 119. num. 23.* Surd. *decis. 245. num. 8.* Joh. Bapt. Costa *d. c. 8. n. 14.* Steph. Grat. *d. tom. 5. c. 957. n. 18.* [Sicuti nec serotina quicquam operatur ad præjudicium ejus, cui medio tempore jus fuit quæsitum, Aflict. *decis. 335. num. 13.* Natt. *consil. 252. n. 9. consil. 26. n. 4.* Dec. *consil. 460.* Faber *in suo breviario ad l. si familiam. Cod. ad SCtum Maced.* Socin. *consil. 126. num. 1. lib. 4.* Gabriel. Engabin. *consil. 186. num. 30. & seq.* Jacob. de S. Georg. *ad l. 1. C. qui admitti ad bonor. poss. num. 13.* quia ratificatio facta re non integra retro non trahitur. Alex. *consil. 110. vol. 3.* & perinde est, ac si facta non esset. Hier. Giach. *de syndicat. consil. 1. num. 58.* & per consequens nec trahetur retro, ubi jus quæsitum auferetur alii, contra quem ratificatur, Rolandus à Valle *consil. 78. n. 24. & 25. lib. 3.* Jacobus de S. Georg. *in l. si tutor tuus 4. limit. 3. C. ex quib. caus. restit. in int. necess.* quin imò nec ea retrotrahitur, quando medium obviat conjunctioni extremorum. Vasqu. *2. contr. 40. num. 16.* v. gr. Si civitas pro se & complicibus suis pacem fecisset, & antequam complices eam haberent ratam, fuisset aliquis offensus, ac postmodum subsecuta demum ratihabitio per omnes complices, sane civitas hic non posset agere de fide rupta contra offendentem, quasi facta fuerit offensio post pacem factam subsecuta ratihabitione, quia medius actus obviavit unioni extremorum. Bald. *in l. si uxor. §. si quis uxorem. ff. de adulter.* parum etiam ratihabitio in iis quid efficiet & operabitur, quando jussus & consensus necessario requiritur Bald. *in l. uxorem ante. §. 3. C. de conditionib. insert.* Jason. *in l. licet. col. 3. in fin. num. 10. vers. quinto limita. C. de procurat. per text. in l. quid ergò 13. in princ. ff. de infam. l. obligari 9. §. fin. de autor. tutor* Consil. Argent. *1. consil. 51. num. 34.* Unde ubi mandatum certum est, ratihabitio nunquam est necessaria, *l. unic. C. de satisdat.* Wesemb. *in parat. de procuratorib. n. 6.* & toties officium iis in actibus perdit, quoties ipsa lex pro forma mandatum & jussum requirit, utpote à cujus expressa forma recedi non potest. Arum. *Exercit. Justin. 2. thes. 10.*

Declarari itaque poterit regula I. quod dicatur eam æquiparari tantum mandato, non verò propriè esse mandatum. Petr. Peck. *de jur. sistend. cap. 10. num. 6.* Cum enim JCti & Canonistæ utantur voce æquiparari, eo ipso tacite innuunt, hæc esse similia quidem, non autem eadem, sed in multis differre, dum nimirum (1.) mandatum præcedere, ratihabitio verò sequi compertum sit. (2.) mandatum in alienis esse queat, quod tamen de ratihabitione exprimi non potest. *c. ratum extr. de R. I.* Peck. *d. loc.*

Declaratur II. quod procedit hæc æquiparatio quoad effectum obligandi, sed non quoad effectum actionis producendæ, sive non quoad genus actionis,

nis, ut protinus hinc actio mandati nasci oporteat. Gloss. & Dd. *in l. 9. C. de negot. gest.* Bachov. *in Comment. ff. de negot. gest. cap. 2. n. 2. pag. 880.* Quod si enim negotium gestum sit, absente Domino nulloque prius intercedente mandato, non mandati, sed negotiorum gestorum actionem nasci, statuit Peck. *d. cap. 10.*

III. Ut ratihabitio plenius mandato comparetur, requiritur etiam hoc, ut negotium revera fuerit ejus, qui ratum habuit, Bach. *d. l.*

IV. Antonius Faber *in rationalibus ad l. Pomponius 9. de negot. gest.* hanc æquiparationem hactenus tantum admittit, ut qui ratum habuit, improbare gestum amplius non magis possit, quàm si mandasset: non autem ut inde statim mandata sit obligatio & actio, quia ad hoc verum, non fictum mandatum requiratur, sed potius actio negotiorum gestorum hic locum inveniat, vide hac de re C. J. A. *de negot. gest. thes. 36.* Cujacius *ad rubr. de collat. pag. 693.* ubi respondet, quod licet olim non constiterit inter Sabinianos & Proculeianos, an semper ratihabitio retrotrahatur, *d. l. 1. §. sed etsi quid 14. ff. de vi armat.* Justinianum tamen sublatis JCtorum controversiis generaliter definivisse, ut deinceps omnis confirmatio & omnis ratihabitio retrotrahatur *in l. donationes 25. C. de donat. int. vir. & uxor.* Unde licet ratihabitio producat actionem negotiorum gestorum, *l. 6. §. item 9. & §. seq. de negot. gest. l. ei, qui servum 7. C. quod cum eo. l. 60. ff. de Reg. Jur.* tamen responderi poterit cum Baldo *ad dict. l. 9. C. de negot. gest.* multum interesse, an voluntas Domini sit causa gestionis, quo casu nascetur mandati actio, an verò gestio sit causa voluntatis, quo respectu oriri actionem negotiorum gestorum, cum eo probat Bachov. *d. loc.* vid. Coll. Jurid. Argent. *de negot. gest. thes. 46. num. 6.* vel distingve plenius cum Pacio 2. *ἐναντιοφ.* 53. quod interest, an gestum sit meum, aut non meum negotium: vel gestum sit meo nomine, vel alieno nomine. Cùm meum negotium meo nomine gestum est, ratihabitio, quæ vim mandati obtinet, mandati actionem pariet, *dict. l. semper qui non prohibet.* Sed cùm meum negotium non meo nomine gestum est, omninò mihi & contra me negotiorum gestorum actio dabitur. *l. 5. §. 1. ff. de negot. gest.* Cùm autem alienum negotium meo nomine gestum est, ratihabitio mea facit, ut detur mihi actio negotiorum gestorum contra eum, qui gessit, & gestori contra me, *l. 6. §. item quæritur 9. ff. eod.* dummodo ex ea gestione aliquid ad me perveniat, alioqui frustra ratum haberem, *d. l. 6. §. quid ergo 11.* Denique cum non meum negotium gestum est non meo nomine, actio negotiorum gestorum neque mihi, neque contra me dabitur, quia nihil operatur, *dict. l. 6. §. si ego 6. ff. dicto titulo.*]

XVI.

RATUM quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum, *l. si servus 13. ff. de precar. cap. cum quis 23. de sentent. excom. lib. 6. c. ratum 9. de Reg. Jur. eod. lib.* Decianus *consil. 36. n. 22. resol. 1. & cons. 63. n. 16. vol. 2. & consil. 88. n. 20. vol. 3.* Menoch. *consil. 12. n. 22.* Surd. *cons. 9. n. 52.* Borell. *consil. 64. n. 13.* Card. Tusch. *lit. R. concl. 10.* Alex. Trentacinq. *d. resol. 9. n. 10.* Giurba *in consvet. Messan. cap. 9. gloss. 5. n. 44.* Limita in præjudicium ratum habentis, *l. si fundus 16. §. 1. de pignorib. l. mater 3. C. de rei vendic.* Tiraquell. *de retractu lig. §. 1. gloss. 9. n. 255.* Cavalc. *decis. 19. num. 4. p. 4.* Osasch. *decis. 138. n. 18.* Cardin. Tusch. *d. concl. 10. n. 10.* Giurba *d. p. 1. cap. 9. gloss. 5. n. 44.* Surd. *consil. 83. n. 14.* [Unde ratificatio in præjudicium ratificantis valet etiam ejus, quod suo nomine gestum non est, *d. l. si fundum 16. §. 1. ff. de pignor.* Decius *in l. semper 12. & ibi n. 22. ff. de Reg. Jur.* Grammat. *decis. 103. num. 12. vers. sed quoad præjudicium.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. n. 248.*

Quod tamen verum intellige in civilibus & contractibus, secus in criminalibus & delictis, Bart. *in l. 1. §. dejecisse. vers. sed quid si alius. n. 1. ff. de vi armat.* Cyn. *in l. non ideo. n. 4. Cod. de accusat.* Francisc. Marc. *decis. 423. n. 25. p. 1.* Farinac. *1. consil. crimin. 10. n. 18.*

CAP. VII.
Ratio.

Axioma I.

Ratio unica ex aliqua re collecta habetur pro expressa, *argument. l. 1. ff. de liber. & posthum.* Ripa *in l. si constante. num. 45. ff. solut. matrim.* Decius *consil. 372. num. 5.* Ruin. *consil. 33. num. 3. lib. 1.* Gozad. *in consil. 44. n. 17. consil. 147. n. 21. lib. 2.* Decius *consil. 333. num. 5.* Curtius junior *consil. 107. num. 6.* Unde & Socinus ait, quod quando unica ratio sit in statuto, illa, etiamsi non exprimatur, habeatur pro expressa, *in consil. 1. num. 1. vol. 1.* Adde & Laurent. Tennin. *de*

Cautel.

Cautel. cautel. 60. n. 60. Paris. *conf. 83. n. 3. lib. 3.* Bertrand. *conf. 300. n. 3. lib. 1.* Eman. Svarez. *in Thesaur. recept. sentent. lit. R. n. 6.*

II.

Ratio naturalis in statutorum interpretatione dicitur esse potentissima, Bald. *in cap. 1. col. 14. verb. aliquid de pac. Constantiæ.* Jas. *in l. si is qui. ff. pro emtor. n. 162. col. 69. ff. de usucap.* Ratio enim naturalis idem est, quod justitia prævalens rationibus conjecturalibus. Angel. *consil. 345. col. 2. vers. ego in hac.* Consil. Argent. *1. consil. 73. n. 171.* cum quicquid ea præcipit, semper firmum ac immutabile permaneat, nec mutari legibus civilibus queat, *§. sed naturalia. Instit. de jur. nat. gent. & civil. l. 8. ff. de Reg. Jur.* Bocer. *de investit. feud. cap. 4. num. 36.* Hering. *de fidejuss. cap. 7. n. 523.* Honded. *consil. 34. n. 21. vol. 1.* quia ratio naturalis homini inest tanquam propria actio & perfectio, prout post Bald. refert Raudens. *in indice lib. de Analog. verb. intellectus infirmitas*, eaque vel sola in causis definiendis sufficit, Natta *consil. 532. n. 33.* Zasius *consil. 4. n. 34. & 84. lib. 1.* unde & ea Regina Juris vocata, Zasius *in l. 84. n. 11. ff. de V. O.* Coler. *de proceff. executiv. p. 1. cap. 9. tit. de pact. operar. n. 31.* Cravett. *consil. 31. num. 5. vol. 1.*

III.

Ratio eadem esse dicitur omnium particularium sub genere comprehensorum, Baldus *in l. Jurisgentium. n. 6. ff. de pact. & consil. 181. lib. 1.* siquidem genus & species æquiparantur, *cap. deliberatione. ubi gloss. §. prohibemus vers. specie. ibidem q;* Gemin. *de offic. legat. in 6.* & genus æqualiter inest comprehensivè omnibus suis speciebus, sicut & species generi comprehensivè insunt. *l. inter agnatos 5. ff. unde legit. l. fin. Cod. de rebus Ecclesiast. non alienand.*

IV.

Ratio juris autoritati prævalet, secundum Senecam relatum à Fulgosio *in l. pen. de condict. indeb.* Cravett. *de antiq. temp. p. 3. n. 7.* Tanta enim vis rationis est, ut perinde animum judicis movere debeat, ac si per legem scriptam hoc esset deductum, Andr. de Isern. *in proœm. feud.* allegatus à Pantschman. *2. quæst. 16. num. 41.* autoritatibus autem Dd. eatenus creditur, quatenus allegant, legeque vel ratione probant, non verò quatenus nihil allegant, *cap. qualiter 24. de accusat.* Everhardus *in loc. legal. in prælud. circa finem*, vel evidenti jure ratioque refutantur, Panormitan. post gloss. *in cap. scientes 3. de censib. per cap. ego. cap. ut veterum. cap. quis nesciat. cap. noli. cap. penult. distinct. 9.* cum hujusmodi eâdem facilitate negentur & rejiciantur, quâ asseverantur, Wesembec. *consil. 2. num. 5.* nec considerandum quis dicat, sed quid dicat, *cap. secundum 7. distinct. 19.* Gloss. *in cap. ego. vers. quantalibet. dist. 9. cap. intelligentia. de V. S.* & veritas à quocunque prolata semper præferenda, ut ibidem gloss. *per cap. quæritur. 2. quæst. 7. cap. ubique dist. 9. l. Labeo. 7. de supell. legat.* & non personæ honorabiliori, sed eis magis credendum, qui rei aptiora dicunt, *l. 3. de testib.* cum sanctitas vel autoritas non prosit, ut citius credatur, *cap. si quis. dist. 50. cap. teneamus 1. quæst. 1.*

V.

Rationibus pluribus quotiescunque aliquid introductum est, cessante una vel altera, non tamen mox cessat dispositio, sed ea nihilominus subsistit, *§. affinitas 6. Instit. de nupt. l. si non Lex Ælia 83. ibiq;* Bald. & Joh. Imol. *de hered. instit. l. liberorum 11. §. notatur 4. de his, qui not. infam. l. si quis ad exhibendum 18. de Except. rei judic.* Bart. Alex. *in l. 1. solut. matr.* Corn. *consil. 122. vol. 2.* Laur. Sylva *consil. 25. n. 29. vol. 1.* Joh. Mar. & Jac. Riminald. *cons. 580. n. 13.* & latissimè Tiraquell. *in tract. cessante causa. limit. 22.* Hyppolit. Riminald. *consil. 259. n. 27. vol. 3.* Pantschm. *p. 2. q. 8. n. 28.* Hartm. Pistor. *1. q. 15. n. 13.* modò non sint æquè finales, sed una altera potior; tunc enim cessante causa finali, cessat etiam dispositio. Abbas *in cap. quoniam. §. porrò. & in §. sin autem. ut lit. non conteft. & in cap. cessante. de appellat.* Ripa *in l. si ventre. §. in bonis mensularii. num. 74. de privileg. credit.* Hartm. Pist. *d. q. 15. num. 82.* ubi ergò firmiores adsunt rationes, multò melius consulit causæ, qui inferiores prætermittit, ne etiam benè firmas reddat suspectas, Rittershus. *lib. 1. part. feud. cap. 17. q. 14.* cùm plerumque in tali rationum conflictu ratio rationem elidat, ut in specie *l. pactum 15. Cod. de pact.* notat. Cujac. *in recitat. ibid. pag. 94.*

VI.

Omnis ratio generalis est, veluti regula quædam, Cujac. *in Papin. lib. 27. q. ad l. 7. de usuris* interdum etiam indefinita, *l. 5. §. 5.* ibi. *quia pœnalis de his, qui effud. vel dejecer.*

VII.

Ratio generalis totam dispositionem reddit generalem, *l. regula 9. §. cum quis 6.* ubi Bart. *de jur. & fact. ignor. l. pater filium 38. §. fundum 3. de legat. 3.* facit enim generalis ratio, ut dictum seu dispositio extendatur ad casum, ad quem aliàs non adaptarentur verba etiam in stricta materia, Glossa & Dd. *in Clem. 1. de Elect.* ubi etiam Johannes ab Imola, Corn. *consil. 273. Dubia satis. num. 2. vol. 4.* Siquidem pro diverso respectu ampliat & restringit dictum, *l. si is, qui 27. ff. de acquir. possess.* Riminaldus senior *consil. 183. num. 3. & consil. 657. num. 9.* quin imò præfertur, neque per illud restringitur, *l. à Titio 108. de V. O. l. illud 32. ad L. Aquil. l. cum pater 77. §. dulcissimis 20. de legat. 2. l. fin. ff. de hered. instit. l. regula 9. §. pen.* ubi Bart. *de juris & facti ignor.* Paris. *conf. 32. Ad resolutionem. num. 23. vol. 2.* Cephal. *consil. 406. & consil. 490. num. 17. & consil. 477. n. 6.* & si ratio sit bona & concludens, à dicto differre debet, Glossa *in l. fin. de offic. procurat. Cæsar. l. 2. §. mutuo. ff. si certum pet.* Paris. *consil. 70. Testantur multa. n. 27. vol. 3.* idque potissimum cùm ratio in lege sit expressa; tunc enim non extensio, sed potius comprehensio dicitur, ita ut comprehendantur omnes

omnes casus, in quibus ratio locum habere potest, Bald, Jason. *in Authent. quas rationes. C. de SS. Eccl.* Hyppol. Riminald. *consil. 4. n. 7.* Sylvan. *consil. 11. num. 68.* & comprehendit omnes casus, etiamsi juris correctio inde sequatur. *Paris. consil. 69. n. 16. vol. 4.* Corn. *consil. 78. vol. 10. n. 5.* licet etiam major sit ratio in uno, quàm in alio. Crot. *consil. 84. n. 7.*

Limita: nisi quando absurdum exinde resultaret, tunc enim ratio generalis ad dictum restringitur, *l. ut gradatim 11. de muner. & honor.* cum non continere debeat majora expressis. Felin. *in cap. sedes. de rescript.* Mar. Socin. *consil. 39. Licet in præsenti. n. 24. vol. 4.* ubi loquitur in prohibitione alienationis, ut non extendatur extra personam, cui prohibitio fuit adjecta. Adde *& §. 1. Institut. quib. alien. non licet.* ubi assignatur ratio, quare fundus dotalis alienari non possit, nimirum fragilitas sexus, quam tamen tantum in fundo dotali locum habere, & non in aliis rebus mulierum, quamvis ratio generalis sit, ait Pantschm. *2. q. 2. n. 47.* cum absurdum videbatur, ut in omnibus rebus ratione imbecillitatis alienatio inhiberi atque alia jura corrigi deberent. Johann. Hannibal. *in repet. rubr. fol. matr. num. 162.*

IIX.

Rationem nullam reddere, vel non bonam & insufficientem, sunt paria. §. *& licet.* ibi: *aut etiam causam testimonii fortè faciunt manifestiam. Authent. de testib. l. sola testatione 4. Cod. de testibus.* Farinac. *q. 70. num. 10. & 144.* ubi ait, non esse bonam rationem, quæ cum dicto eadem, aut principium petit. Rectè hinc Aristophaneum illud usurpes: Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ γωμύλματα. Fr. Spanheim. *2. dub. Evang. 1. §. 36. pag. 48.*

IX.

Rationes juris generalis sæpè uni tantum vel alteri subjecto conveniunt, *l. ult. C. de reb. cred. l. unic. C. de probib. sequestr. pecun.* Eodem tendit, quod Cujac. scribit *in recit. ad tit. Cod. de quæst. pag. 1503.* dum inquit: Rationes JCtorum non sunt omnes admodum necessariæ, sed pleræque sunt coloratæ & parum probabiles, exempla sunt *in l. 1. §. 1. de serv. corrupt.* adde similem locum Cujacii *17. observ. 15.* apud Gothofredum *ad l. 21. C. de furt. lit. e.* sunt enim rationes aliquando tales, ut instar Lunæ quidem videantur splendere, non tamen calefaciant, ut post Zas. loquitur Cothm. *in consil. 1.* quapropter non immeritò Bachov. *in comment. Instit. ad §. ult. qui & ex quibus caus. pag. 64. n. 2.* in hæc verba prorupit, cum inquit: Ego ingenuè putò agendum & liberè philosophandum, atque fatendum, ut sæpe alibi, dum colorem dare nititur suis constitutionibus, ita his quoque parum bonâ ratione usum esse Tribonianum. Adde omnino Cujacium *12. observ. 38.* ubi ait, sæpè JCtis ipsis non constare de ratione juris.

X.

Nihil vetat ejusdem juris plures esse rationes, ubi tamen pro remotiore proxima venerit, Cujacius *lib. 1. defin. Papin. ad l. præfectus 63. de ritu nuptiar.*

XI.

Ratio commendat legem, *cap. consvetudo 5. distinct. 1.* ac præfertur exemplis, maximè si sana sit, *cap. ult. distinct. 9.* siquidem ratione quod constat, lex est, dummodo religioni conveniat, disciplinæ congruat, saluti proficiat, *l. consvetudo 5. distinct. 1.* Quicquid enim ratione caret, extirpandum esse, textus est *in cap. Chorepiscopi 5. §. nam non amplius. distinct. 68.* Consvetudo igitur, an ratione aut scriptura consistat, nihil differt, *cap. consvetudo 5. dist. 1.* cum rationem & legem vincere consvetudo & usus longævus non possit, *cap. consvetudinis 4. distinct. 11.* sed potius veritas & ratio consvetudinem excludere valeant, *cap. veritate 4. cap. contempta 6. & seq. distinct. 8.* ita ratio corrigit, quod furore promulgatum est, *cap. cùm apud 11. q. 3.* ita ratione non furore ferenda est sententia, *cap. illa 11. q. 3.* ita ratione & lege pravus usus superatur. *c. 1. distinct. 11. & si qua sunt alia.*

XII.

RATIO est anima Legis, *l. cum oratio 7. ff. de bonis damnat. l. scire 17. ff. de Legib.* Alex. *consil. 32. Clarissimè. n. 5. vers. quarto. & cons. 129. Super primo. num. 5. vers. præsuppono. lib. 7.* Cardin. Tusch. *practic. concl. tom. 6. lit. R. conclus. 31. num. 15. in med.* Barthol. Berett. *ad extravag. Ambitiosæ. de rebus Eccles. non alienand. in init. num. 41.* Francisc. Leo *in thesaur. fori Eccles. p. 2. cap. 9. num. 136.* Camill. Gallin. *de verb. sign. lib. 5. cap. 11. num. 2.* Johan. Mar. Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 144. n. 120.* Wesemb. *in parat. de Legib. n. 5. ubi plures text. alleg.* Ideoque ea non minùs, imò potius attenditur, quàm verba, quæ corporis instar sunt, *l. emptor. 65. §. fin. de R. V.* Hartm. Pistor. *2. q. 39. num. 40.* Et sic ampliat legis dispositionem tanquam illius anima, Surd. *de alim. tit. 1. q. 44. n. 15.* [Sicut ergo in lege ratio est anima, spiritus, mens & medulla, imò ipsa Lex & illius sententia, *d. l. 7. de bon. damn.* Tiraquell. *in tr. cessante causa p. 1. n. 138.* Roland. à Valle *consil. 14. n. 24. vol. 3.* Schrader. *de feud. p. 9. c. 2. n. 9.* adeò ut ratio, veritas & DEUS æquiparentur. *cap. qui contempta 6. c. frustra. 7. dist. 8.* Everh. *in top. loc. à rat. leg. n. 2.* eaque sit, quæ rei & testimonio essentiam tribuit. Dd. *in l. sola. C. de testib.* ita etiam statuta & jura municipalia à ratione vitam accipere dicuntur, sicut corpus per animam. Roland. *consil. 62. n. 24. vol. 3.* nec secundum corticem verborum, sed secundum rationem accipienda erunt. Wes. *2. consil. 53. n. 41.* Rauchbar. *1. q. jur. civil. & Saxon. 32. num. 5.*

XIII.

XIII.

RATIO ubi est eadem, ibi debet esse eadem juris dispositio, *l. illud 32. ff. ad Leg. Aquil. l. si postulaverit. 27. §. 2. ff. ad Leg. Jul. de adult. l. quædam 9. §. nummularios 2. de edendo l. nauta 5. §. fin. ff. naut. caup. l. à Titio 64. ff. de furtis. l. illud 19. C. de SS. Eccles. §. si igitur. Instit. quod cum eo.* Glossa *verb. Italia. in cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6.* Abbas *in cap. nihil. num. 5. de elect.* Decius *consil. 15. num. 2. & consil. 301. num. 6. & 8.* Calderin. *consil. 147. in princ. aliàs consil. unic. ut lite pend. & consil. 337. vers. sed posito, aliàs consil. 8. de testam.* Baldus *consil. 324. Omissis, in fin. lib. 5.* Alex. *consil. 75. Videretur. n. 3. & 4. lib. 5. & cons. 36. Viso themat. n. 11. in fin. cum seq. lib. 6.* Treutler. *1. cons. 6. num. 16. & seq.* Carpz. *in crimin. p. 1. q. 23.* Ubi quòd sicut genus continet omnem speciem, ita generalis ratio continet omnem casum, Cravett. *consil. 183. num. 3.* Fulgos. *consil. 15. n. 2. & consil. 77. n. 2. & 3.* ubi quòd ubicunque ratio habet locum, debet habere locum Lex. Thomas de Thomasset. *in florib. Legum, reg. 299.* Portol. *in tract. de consortib. & fideicommiss. legalib. cap. 5. num. 14.* Menoch. *consil. 324. n. 10. & consil. 335. n. 32. & 33. & consil. 33. num. 10. & consil. 343. num. 12. & consil. 232. num. 43.* Surdus *consil. 301. num. 19. & decis. 52. n. 10.* Ugolin. *de offic. & potest. Episcopi, cap. 13. §. 27. num. 1. vers. quid igitur. & cap. 49. §. 4. num. 2.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. R. conclus. 31. per tot.* Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 1. tit. de statut. resolut. 1. sub num. 2. vers. primo.* Farinac. *fragment. crimin. p. 1. lit. E. num. 51. cum seqq.* Cæs. Argel. *de contrad. legit. quæst. 10. num. 115.* Mar. Antonin. *variar. resol. lib. 3. resol. 39. num 1.* Perez. de Lara *de Capellan. lib. 1. cap. 5. num. 24.* Rebel. *de oblig. justit. p. 1. lib. 1. quæst. 6. sect. 4. num. 20.* Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum. part. 2. n. 6.* Octav. Glorit. *respons. 5. n. 85.* Robles *de repræsent. lib. 2. cap. 24. n. 55. & cap. 18. num. 2. & cap. 23. num. 13.* Modern. *de supplic. ad Sanctiss. part. 2. cap. 10. n. 22.* [adde Klock. ubi regulam ampliare nititur *in tract. de contribut. cap. 13. sect. 2. n. 64. & seqq.* Unde ubi eadem est ratio, licet non in omnibus æquiparari reperiatur, ut pulchrè scripsit Aretinus *in l. ex facto 43. per ill. text. num. 5. not. 5. ff. de vulg. substit.* Si tamen una eademque ratio existat in utroque contractu, idem judicandum erit. Alex. *consil. 117. num. 11. lib. 4.* Fulgos. *consil. 240.* Socin. *consil. 162.* Zoannet. *libr. rer. quotid. cap. 59. num. 7.* quia identitas rationis causatur legis identitatem. Valasc. *de Jure Emphyteut. quæst. 29. num. 23.* & casus sub ratione comprehensus in lege ipsa comprehensus intelligitur. Rosenthal. *de feud. cap. 12. concl. 19. num. 19.* & ubi in diversis factis non potest ratio diversitatis reddi, idem jus statui debet. *l. 32. ff. ad Legem Aquil.* & juxta Baldum, quæ non differunt ratione, non differunt juris dispositione. Unde malè infertur, ista facta sunt diversa. Ergo de ipsis à diversis disponi debet. Tametsi enim facta sint diversa, si tamen eandem habeant rationem, idem jus in utrisque servabitur. Quando ergò asseritur; Ex separatis non fieri bonam illationem, limitari debet hoc, ita ut procedat, si etiam sint separata in ratione & medio concludendi: aliàs ex separatis in facto rectè infertur, si & rationis paritas id svadeat, Mynsinger. *ad §. final. Institut. qui & ex quibus caus.* reprehensus à Bachovio, quod & Imperator malè argumentatus fuerit, quia (inquit) si hæc argumentatio valet, Minor eò firmiori est judicio, ut causas aliorum agere possit. Ergò etiam suos servos manumittere. Porrò etiam licebit inferre: Ergò etiam alienare absque curatore poterit. Responderi enim potest, in his non esse diversam rationem manumittere inter vivos, ipsi causa à consilio probata est concessum: Ergò facilè extensio fieri potest ab alia lege, ut & in ultima voluntate quoque manumittere possit, quia Legis concessione in una specie jam facta, facilior est extensio ad aliam speciem, ubi major favor militat. Debet enim in testamentis liber esse stylus & voluntas. Et quod veteribus judicii defectus obstare videbatur, restringitur ad tempus 18. annorum, quod cùm post illud tempus satis perfectum sit causis agendis, sufficere etiam videtur in libertatibus à lege jam in una specie concessis, si quæstio conferatur.

Poterit etiam hæc regula cum Cujacio *in tr. 8. ad African. in l. 34. ff. mandat.* declarari hoc modo, ut procedat, ubi nimirum revera eadem est ratio: non ubi ficta, *l. pen. ff. de reb. cred.* ita verbi causa non eodem colore, quo defendimus, creditam pecuniam fieri, si tibi debitorem meum jussero dare pecuniam: non inquam eodem colore atque figmento defendimus esse creditam, si te debitorem meum jussero, aut si consensero,

ſero, ut pecuniam mihi ex mandati cauſa debitam crediti nomine retineam, vel ſi mavis, poteſt declarari regula cum Locamero *diſp. de jurisdict. qua mand. perſ. quæſt. 1.* ubi diſtinguit inter rationem juris conſtituti, hoc eſt, de ea ratione, quæ in jure conſtituto jam ita comprehenſa eſt, ut ea ipſa per ſe jus, ſeu regula & particula juris conſtituti ſit, & ex ſe ipſa deciſionem certam producat, & de hac veram eſſe ait hanc regulam *l. 32. ad L. Aquil.* ubi eadem eſt ratio, ibi & idem jus; & viceverſa, ubi ratio juris defuit, ibi & ipſum jus deficit. *arg. l. quod dictum 32. ff. de pactis.* Et attendendum, quod in priori dicto innuatur ratio univerſalis, in poſteriori, ſingularis, perinde ac ſi dictum eſſet; ad quoscunque terminos accommodari poteſt ſubjectum regulæ univerſalis, ad eosdem etiam accommodari debet regulæ illius prædicatum: & in quibuscunque terminis non reperiuntur requiſita ſubjectæ regulæ juris excluſivè & taxativè conceptæ, ad eos nec prædicatum illius regulæ applicari poterit. Et inter rationem juris conſtituendi, h. e. quæ legislatorem in genere quidem movit, ut ejusmodi jus aliquod conſtitueret; modum verò certum, ad quem usque id ipſum extenderet aut reſtringeret, non præſcripſit, ſed ei liberum reliquit: ita tenendum, quod poſtquam jus aliquod certo modo jam conſtitutum eſt, jam non amplius ad rationem legis, quæ per ſe vel latius extendi, vel arctius reſtringi pateretur, ſed ad illam conſtitutionem ſit reſpiciendum: ne aliàs ex rationis vel extenſione vel reſtrictione jus aliquod aſſeratur vel negetur, quod tamen aſſeri aut negari legislator noluit, cujus rei exempla ſumi poſſunt *ex §. ſi quis 5. pr. ff. de collat.*] Sic è contra, ubi eſt diverſa ratio, diſpoſitio quoque diverſa eſſe debet, *l. ſi ita 8. ff. de manumiſſ. teſtam. l. ſervus 34. de ſtatuliber.* Dec. *conſ. 394. numer. 3.* Surd. *conſ. 67. num. 19.* quia diverſitas rationis diverſitatem quoque Juris inducit, *l. inter ſtipulantem 87. §. ſacram 8. ff. verb. ſignif. l. fin. ff. de ritu nupt.*

Limita I. in pœnalibus, & correctoriis, in quibus lex loquens in uno caſu, non extenditur ad ſimilem, etiamſi ſubſit eadem ratio, facit *l. 3. ibi: qui pari propriore de L. Pompej. de parricid.* Calderin. *conſ. 147. aliàs conſ. unic. ut lite pendente. verſ. per prædicta.* Portol. *in tract. de conſortib. & fideicom. cap. 6. num. 15.* Card. Tuſch. *d. lit. R. concl. 31. n. 43.* [ſi enim in pœnalibus videtur ineſſe, in quibus eadem ratio reperitur, Bald. *in l. data. col. 6. C. qui accuſar. poſſ. l. his ſolis 7. ibi ſatis tacitè cautum putamus. C. de revoc. donat. gloſſ. in cap. 1. verb. talia de tempor. ordinand. in 6.* Jaſon. *in l. à Titio. col. fin. ff. de V. O. cum aliis per* Tiraquel. *in l. ſi unquam. verb. libertatis. numer. 45. ad fin. C. de revoc. donat.* non extenſio, ſed proprius intellectus legis dicitur. *l. nominis & rei. 16. §. verbum. 1. ff. de V. S.* Bald. *in l. quod verò contra. col. 1. ff. de LL.* Valaſc. *de jur. emphyt. q. 29. num. 23.* Alii ſic efferunt: A paritate rationis non fieri extenſionem in correctoriis. N. Boërius *deciſ. 228. n. 11. p. 453.*

Limita II. in ſingularibus & exorbitantibus, itemque in iis, quæ contra communem juris recepta ſunt regulam. *l. quod verò 14. ff. de LL. l. quod contra 141. de R. I.* Hunn. *3. d. 6. q. 38.* ita Carpz. *3. conſtit. 28. defin. 7. numer. 5.* Sola enim ratio jus non facit in exorbitantibus à Jure communi, nec jura ſpecialia absque legis auctoritate ad caſus ſimiles extendere licet, *arg. l. ſancimus 27. C. de teſtam.* ita ratio privilegii *l. 5. qui pot. in pign. quæ ſubjicitur in l. 6. eod. tit.* non poteſt applicari cæteris hypothecis privilegialiter Nov. *91. c. 3.* Pac. *in analyſ. C. de privileg. dot. n. 9. verſ. 2.*]

XIV.

RATIO ubi eſt eadem, dicitur adeſſe eadem lex non extenſive, ſed comprehenſive. *l. his ſolis 7. verſ. ſatis etiam cautè putamus. C. de revocand. donat. d. l. illud 19. C. de SS. Eccl. l. item veniunt 26. §. ait Senatus 6. ff. de petit. hered.* Tiraquel. *in l. ſi unquam. verb. libertis. num. 45. & 46.* Rebuff. *ad l. in lege cenſoria 203. verſ. itemque de ſervis. verſ. colligitur. ff. de verbor. ſignif. pag. mihi 647.* Surd. *deciſ. 276. num. 8.* Gutier. *practic. lib. 3. q. 17. num. 84. cum ſeqq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 7. Proœm. num. 105.* Giurba *ad conſuet. Meſſan. c. 6. gloſſ. 1. num. 13. & c. 9. gloſſ. 8. numer. 3.* Steph. Grat. *diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 918. num. 66.*

XV.

RATIO potiùs, quàm verba, eſt ſpectanda, *l. ſcire 13. §. aliud. 2. ff. de excuſat. tutor.* Tiraquel. *in d. l. ſi unquam. verb. libertis. n. 47.* Menoch. *conſil. 998. n. 13.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 480. n. 40.* Et quod mens & ratio ſtatuentium præponderet verbis. Marian. Socin. *conſil. 35. Circa prædictam. col. 2. verſ. & quamvis. lib. 1.* quem refert Card. Tuſch. *d. lit. R. concluſ. 31. num. 16.* Modern. *d. part. 2. c. 10. n. 24.* & quod in ſtatutis ratio ſcripta magis attendatur quàm verba, tradunt Pariſ. *conſ. 12. num. 52. lib.*

2. & conſ. 83. n. 13. & 14. lib. 3. Bald. *conſ. 44. Si tenemus, in fin. lib. 4.* Alexand. *conſ. 54. num. 9. & ſeq. lib. 4.*

XVI.

RATIO attenditur magis quàm dictum, *l. cùm pater 77. §. dulciſſimis 20. ff. de legat. 2.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. ratio 2.* quia dictum per rationem ampliatur & limitatur, *l. unum ex familia 67. §. fin. ff. de legat. 2. l. ſi is qui animo 27. ff. de acquir. poſſeſſ.* Jaſ. *in l. id quod. num. 7. ff. de legat. 1.* Surd. *conſ. 67. num. 20. cum ſeq.* Rot. *deciſ. 10. num. 2. apud Farin. p. recent.* Octav. Glorit. *reſp. 2. num. 35. & reſp. 5. num. 58. & reſp. 10. num. 57.* [Ratio enim non minus verbis legis dominatur, atque anima corpori. *l. ſcire leges. 17. ff. de LL. l. pen. ibi: quamente diceretur. Ad exhibend.* late Kremberg. *de ſumtib. ſtudior. quæſt. 1. pag. 29.*

XVII.

RATIONE legis ceſſante, ceſſat quoque ejus diſpoſitio. Vide *ſupr. lit. L. c. Lex.*

XVIII.

RATIO naturalis cuncta rectè diſponit. Bald. *conſ. 38. D. Thomas, in fine. lib. 1.* ſubdit, quod vix aliquid reperitur contra naturalem rationem, quod non remordeat conſcientiam; & dicitur polus omnis virtutis, quia omnia nobis inſinuat, ex quo eſt muta ratio, quæ loquitur in corde, idem Bald. *conſ. 343. Examinanda ſunt, in pr. lib. 1.* refert Cardin. Tuſch. *d. tom. 6. lit. R. concluſ. 33.* [Ideoque deficiente lege, rationem naturalem allegare licet, *c. fruſtra 7. diſt. 8. l. 2. §. item Varus ibi: hoc æquitas ſuggerat, etiamſi jure deficiamur. l. ſcire 13. §. aliud 2. §. conſequens 4. verſ. ſufficit. de excuſat. tut.* & rationabile dictum ita movere debet Judicem, ſicut lex Andr. de Iſern. *in proœm. feud. n. 47.* ac miſeria eſt intellectus, nolle ſtatuere ex evidenti ratione, niſi quod ante per Dd. conſultum vel ſtatutum ſit. Caſtrenſ. *in l. Clodius. in fin. de accur. hæred.*]

XIX.

RATIONES duæ vincunt unam, *cap. cauſam quæ 14. de re judic. auth. ceſſante. C. de legit. hæred. §. ſi vero. Inſtit. de adoptionib.* Bald. *conſ. 188. In ſubſtitutione. in princ. lib. 1.* ubi limitat, quando ad neceſſitatem actus unica ratio requiritur, quia tantum operatur illa ratio requiſita de ſe, quantum mille aliæ rationes. Similiter etiam non procedit Axioma, quando unica ratio eſt potentior quàm duæ, vel plures, quia attenditur unica. Federic. de Senis *conſil. 274. verſ. ſed poſſet aliquis.* refert Card. Tuſch. *d. tom. 6. lit. R. concluſ. 34.*

XX.

RATIO non poteſt reddi omnium, quæ à Majoribus conſtituta ſunt, *l. non omnium 20. & l. ſeq. ff. de legib.* Anguian. *de legib. lib. 1. controv. 4. n. 2. & 3.* Joan. Anton. Mangil. *de imputat. quæſt. 69. num. 45.* Steph. Grat. *diſcept. forenſ. tom. 5. c. 10. num. 15.*

XXI.

RATIONEM quærere ubi habemus ſenſus, eſt infirmitas intellectus. Bald. *conſ. 360. Quia quæſtio. num. 3. lib. 3.* [Hering. *de fide juſſor. cap. 7. num. 523.* Honded. *conſ. 34. num. 21. & n. 11.* Cagnol. *in l. ambiguis. §. quoties. ff. de Reg. Jur.* Bart. Bertazol. *2. conſ. 31. num. 15.* Sigismund. Scacc. *de commerc. §. 7. gloſſ. 2. n. 35.* ubi ſubdit, quod etiam ubi rationem naturalem habemus, legem poſitivam quærere ſuperfluum eſt, *ex cap. conſuetudo. 1. diſt.*

CAP. VIII.
Rationabile.

Axioma I.

Rationabile dictum non minus movere debet judicem, ac lex. Andr. de Iſern. *in proœm. feud. col. penult.* Argentoratenſ. *1, conſ. 19. num. 50.* Rationabiliter enim quod definitum eſt, in nullo debet violari, *cap. cum piæ. cap. Eccleſiaſtica 25. qv. 2. c. omnibus 35. quæſt. 9.* ſed roborari. *c. loci. d. qvæſt. 9.* Unde & rationabile ſi à paucioribus opponatur & probetur, eorum voluntas voluntati plurium præferri debet. *cap. 1. extr. de paroch. c. 1. extr. de his quæ fiunt à major.* imò conſuetudinem rationabilem prævalere contra jus poſitivum, text. eſt *in c. ult. extr. de conſuetud.* niſi enim rationabilis ea ſit, non valet, *cap. ad noſtram 3. extr. de conſuetud.* ſicuti nec judicium ſervari debet, niſi rationabiliter habitum. *c. imprimis 2. quæſt. 1.*

II.

Rationabiliter & conſulte ordinata, ſuadente poſtea ſubjectorum utilitate, conſultius & rationabilius revocantur & in melius commutantur, *c. ult. in princ. de ſent. excomm. in 6.*

III.

Non tantum ſpectandum eſt, quid ſit rationabile, ſed etiam, quid ſit rationabilius, cujus intuitu illud, etiamſi ex uſu fortè admittatur, ratione tamen improbari debet. *c. filii nati 2. F. 26.* ubi Dn. D. Bitſch. *in Comm. MS.*

CAP. IX.
Rationes. Rationum redditio.

Axioma I.

Ratio de omnibus eſt reddenda, *cap. ſi quando 5. extr.*

5. extr. de rescript. vid. infra axiom. 8. ita rationem reddunt inferiores superioribus de cura commissa. *cap. sanè. 16. quæst. 2.* ita rationem gravem exigit Deus à Principibus secularibus & Prælatis Ecclesiasticis. *c. Principes 23. quæst. 5.* & in genere qvilibet homo rationalis de factis suis Deo rationem reddet. *c. firmissimè 3. §. ex eo. 15. quæst. 1.* de verbo otioso. *c. quoties 21. 22. quæst. 5.* de negligenter commissis *c. quandoque 23. q. 4.* excipitur animal quod ratione caret, hoc enim de factis suis reddere non potest rationem, text. est *in c. firmissimè 3. §. ex eo. 15. q. 1.*

II.

Obligatio reddendi rationes velut naturalis est, eoque respicit ut suum cuique tribuatur *l. 32. de cond. & demonstr.* itaque & mulier ratione pollens & judicio ad eam obligatur. Perez. *C. de mulierib. in quo loco. n. 6.*

III.

Non sufficit rationes reddere, sed & reliqva inferre. Perez. *C. de his qui sponte n. 9.*

IV.

Exactores pecuniarum publicarum in Rationibus debent deducere (1.) quid exactum sit, (2.) quid adhuc debeatur, (3.) penes quos resideat, (4.) cujus culpâ, (5.) ex quâ causâ in eâ provinciâ fuerit derelictum. Brunnem. *C. de Executorib. in fin. Col. 2.*

V.

Ratio & inventarium parificantur. *l. 1. §. de servis.* ubi Bart. *per illum text. de tutel. & rat. distrah.* Wesenb. *1. cons. 3. n. 44.*

VI.

Rationum introitus prius ostendi debet, quam exitus, *l. Spadonem 15. §. ratiocinatio 7.* ubi Bart. *de excusat. tutor.* Socin. *cons. 213. cum præsenti. num. 4. vol. 2. & consil. 190. nemini. num. 2. & 3. vol. 2.*

VII.

Ratio incipere debet à facto computationis. *l. cum servus 82. vers. inest.* quàm ad hoc not. Imol. *de cond. & demonstr.* Socin. *cons. 159. præsenti. num. 3. & 8. vol. 1.* Wesenb. *1. cons. 47. n. 25.*

VIII.

Rationibus semel redditis, ulterius calculandæ non sunt. *l. semel 2. C. de apoch. publ.* Joh. Monach. Archidiac. Joh. Andr. & Dd. *in c. unic. de Cleric. ægrot.* Socin. sen. *cons. 92. n. 1. lib. 4.* Dec. *cons. 94. n. 4.* Chassan. *in consvet. Burgens. des enfans. rubr. 6. verb. d' en rendre compte. n. 5. 13. & 15.* ne actum iterum agant. Bald. *in l. ult. §. 1. n. 18. C. de jur. delib.* & ut viterur infinitas, *c. 2. de rescript. in 6.* Wesenb. *1. cons. 3. n. 8.*

Limita (1) nisi error intervenerit, tunc enim ad partis requisitionem iterum fieri debet. *l. calculi 8. ff. de admin. rer. ad civit. pertin. l. in omnibus. 13. §. 1. ff. de diverss. & tempor. præscript.* Natt. *cons. 489. numer. 2. lib. 3.* siquidem ratione composita & reddita ad compositionem rectam & justam redigi debet, *l. error. 7. C. de jur. & facti. ignor. l. cum servus 82. ff. de condit. & dem.* Socin. *consil. 25. n. 5. vol. 4. & post eum* Menoch. *lib. 2. arb. jud. cas. 209. in fin.* cum rationes reddere perfectè, admodum sit difficile. Socin. sen. *consil. 159. col. 6. in fin. lib. 2.* Ancharan. *cons. 331. col. 1.* vel (2.) si dolo redditæ sint. Dd. *in l. 1. de errore calculi.* Castr. *cons. 342. col. 2.* Anchar. *cons. 331.* Jas. *consil. 219. num. 2. lib. 2. & cons. 14. col. 3. lib. 3.* Socin. sen. *cons. 159. col. 3. & cons. 190. col. 3. lib. 3.* quanquam si pacta de non contraveniendo intervenerint etiam nec his casibus procedere, dicunt Bart. *in l. 2. in fin. C. de jur. fisc.* Socin. *cons. 92. num. 4.* Ruin. *consil. 16. in fin. lib. 5.* Farin. *1. cons. 7. n. 5.*

IX.

Rationes reddere est quid individuum, quod pro parte præstari non potest. Bald. *in l. si plures. C. de condit. insert.* Rationes enim reddens ex integro reddere debet. Bald. *in d. l. si plures, per l. cui fundus 50. ff. de condit. & demonstr.* Menoch. *2. arb. jud. 209. num. 30.* Unde ratio non sufficienter reddita, semper atque iterum ut reddatur, peti potest. *l. quoties 6. ff. qui satisdar. cogantur. l. unic. C. de error. calculi.* Johan. Andr. post Archidiacon, & Geminian. *in c. 1. de Cleric. ægrot. lib. 6.* Imol. Card. Zabarell. *in clem. 2. §. illi de relig. domib.* Bald. Salicet. *in l. unic. C. de error. calculi.* Jas. *in §. quædam. num. 83. Inst. de act.* Schurf. *cons. 9. visis. n. 8. & 9. cent. 2.* Wesenb. *1. consil. 47. n. 46.* quia quod non intelligitur omni ex parte, non potest videri approbatum, *l. mater 19. ff. de inoffic. testam.* Dyn. *in cap. ratum. num. 4. de R. I.* Gloss. & Phil. Franc. *in c. concertationi, ad verbum, sciverit. de appellat. lib. 6. text. in clem. causam. ubi gloss. ad verb. plena & certa notitia de elect. fac. lex. in totum 76. de Regulis Juris l. quo enim 12. §. Julianus 2. ff. rem rat. haber.* Roman. *cons. 343. circ. fin.* Tiraquel. *in LL. Connub. gloss. 6. n. 180. & de retract. proximit. §. 36. gloss. 2. n. 30.*

X.

Rationem reddere plus est, quàm edere. *l. cognoscere 56. l. 89. §. inter 2. ff. de V. S. l. qui nominibus 44. ff. de admin. tutor. l. Lucius Titius 53. ff. de testament. manumiss. l. non solum 8. §. is qui reddere 3. l. Aurelius 28. §. Stichо 7. §. filius 9. ff. de liberat. legat. l. cum servus 82. l. qui sub conditione 111. de condit. & demonstr. l. 6. §. fin. l. Stichо 40. ff. de statuliber.* Edere enim est copiam inspiciendi describendi facere & dictare, ut perlegatur & cognoscatur. *l. 1. §. 1. l. 4. l. 6. §. cogentur 1. §. edi 7. ff. de edendo.* Is autem, qui rationem reddit, in hac nuda editione non subsistit, sed præterea eam diligenter computandam & dispungendam offert, ut is, cui eam reddit, calculo adhibito conferat, cognoscat & dispungat: quique simul id, quod relinquitur, pareat, seu reliquum, quod, datis acceptisque collatis, debitum manet, solvat. *d. l. 89. §. 2.* ubi Gœdd. *n. 3.*

XI.

Rationes reddere tenetur quilibet administrator & gestor. *l. 2. de negot. gest. l. 1. §. officio 3. ff. de tutel. & ration. distr.* Escobarb. *de ratiocin. c. 3. per tot, facit. cap. 17. vers. legitur enim. de accusat.* Thoming. *1. consil. 50. num. 32.* Hieronym. Manlian. *decis. 13. num. 4.* Frider. *lib. 2. de process. extrah. cap. 49. n. 1. & 14.* Cravett. *consil. 218. num. 1. pag. 38.*

Excipiuntur orphanotrophi *in l. 32. C. de Episc. & Cleric.* ubi Gothofr. Matth. Stephan. *ad Nov. 131. num. ult.* quam constitutionem non esse extendendam ad curatores Ecclesiæ, refert Carpzov. *lib. 2. Jurispr. consist. tit. 20. defin. 314. num. 7. & defin. 316. num. 1.*

CAP. X.
Rebellis.

Axioma I.

Rebellis non dicitur, nisi sit per sententiam condemnatus, Corn. *cons. 96. vol. 4.*

Limita: Rebellio notoria non requirit sententiam declaratoriam §. *1. tit. qui sint rebelles in extravag.*

II.

Rebellibus non debet jus reddi. Cyn. *in L. 1. C. de nat. lib.* sed impunè occidi possunt ut hostes, *l. proditores. 7. ff. de re milit.* & acta rebellionis tempore facta nulla sunt. Capicc. *decis. Neapol. 76. n. 17.*

CAP. XI.
Recessus.

Axioma I.

Recessus bonorum à malis mente semper debet esse, licet quandoque non fiat corpore. *cap. tolerandi, & seq. 23. q. 4.*

II.

Recessus non est actus extraneus, si in continenti revertitur. *l. 1. §. qui præsens. 1.* ibique Alex. *ff. de V. O.*

III.

Recedens statim reversurus habetur pro præsente. Bald. *in Auth. habita. col. 8. ne fil. pro patr.* Port. Imol. *cons. 84. num. 19.* recedens enim animo revertendi recedere non videtur. *l. nihil 2. ff. de captiv. & postlim.* nisi subsit alterius dispositioni, quia tunc videtur semper in loco à quo recessit, si ibi fuerit destinatus à superiore, quocunque animo recesserit. *l. hujusmodi 84. §. legatum 10.* ibique Bald. *de legat. 1.*

CAP. XII.
Receptator.

Axioma I.

Receptare est quid facti, neque ab animo dependet. Barthol. Socin. *cons. 262. in causa M. vers. secundo quod circa fin. p. 2.*

II.

Receptans scienter facientem simili pœna cum illo punitur, *c. ult. in pr. de pœn. in 6.* receptatorem enim debere puniri, *text. est in l. congruit. 13.* ibiqut Bart. *in 1. notab. ff. de offic. præsid.* Quod verum, si fuerit in dolo. Bald. *in l. quicunque in not. 1.* ubi rationem assignat. *C. de servit. fugitiv.* ita receptans bannitum punitur pœna, qua tenebatur bannitus, sive sciverit, sive ignoraverit pœnam ejus & causam banni: si tamen sciverit bannitum esse, Bart. *in l. 1. C. de colon. Illyr. lib. 11.* & tenetur solvere id, quod debet bannitus. *l. fin. per* Bald. *C. de oper. libert.* simili modo receptans furem, & res furto subtractas mulctandus est eadem pœna, quâ fur. *l. eos 14.* ubi Bald, Salicet. & Paul. Castr. *C. de furt. l. 1. C. de crimin. peculat.* ubi Dd. *l. 1. C. de his qui latron. l. castitati 9. C. de adult. l. crimen 9. C. ad L. Jul. de vi. l. 1. ff. de receptat. l. 3. §. non tantum 3. ff. de incend. ruin. naufrag.* in dolo siquidem præsumitur, si famosum & notorium malefactorem receptaverit, Gloss. & Bart. *in l. 1. §. 1. ad fin. ff. de recept.* Anton. Rosell. *in addit. ad Bald. in l. quicunque. C. de servis fugitiv.* ejusdemque sit conditionis, cujus est receptor. Brunnem. *ad l. 3. C. de Fabricens. in fin.* Quin & Interesse extrarem, quod in industriâ personæ consistit, & aliàs præstari non solet, à Receptatore est præstandum. Brunnem. *ad l. un. C. de Colon. Illyrican. n. 1.*

Limita (1) nisi eum exulem vel criminis reum ignoraverit, tum enim immunis est à pœna, Gloss. & Bald. *in d. l. 1. ff. de recept.* Felin. *in cap. à nobis de except. l. 3. §. 3. v. sed enim. ff. de incend. ruin. naufr.* Hyppol. Marsil. *in l. 1. num. 237. C. de raptor. virg. l. qui ignorans. num. 16. & in l. qui falsam. in princ. num. 66. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* vel (2) vi metuve coactus sit, tum enim nullam pœnam pertimescere debet. *l. in omnibus 3.* ubi Florian. *ff. de noxal.* Hyppolit. de Marsil. *in l. 1. in princ. num. 97. & § fin. num. 13. & in l. 3. §. item cujus n. 2. ff. ad L. Corn. de Sic. & in l. 1. §. præterea. n. 17. ff. de quæst.*

III.

Receptator dicitur is, qui malefactorem abscondit, non qui ei potum vel cibum dedit. *l. 1. §. quod autem 2. de serv. corrupt. l. 1. §. 1.* ibique Bart. *ff. de recept. arb. l. qui vas 48. §. qui furem 1. ff. de furt.* Bart. Ang. & Salic. *in l. 1. C. de his qui latron.* item qui recepta mercede vel parte rerum ablatarum à fure furem dimisit, quem capere potuerit. *l. 1. in fin. & ibi Dd. ff. de receptat.* item & qui cohabitat. *cap. si Clericus. in princ.* ibique Bald. *in prim. notab. de pac. tenend. in Usib. feudor.*

De Receptitiis bonis vid. *bona Conjugum.*

CAP. XIII.
Receptum.

Axioma I.

Quoties ex recepto civiliter agitur, toties hospes ad restitutionem simpliciter tenetur, non obstante, cujus culpâ perierit: quia quasi Contractus ex recepto ortus indistinctè personam cauponis constringit ad præstandum id, ad quod lege quasi contractus se obligaverat, scil. ad rem restituendam. Obligatur igitur hospes, sive res facto suorum servorum perierit *l. 1. §. ult. ff. naut. caup. stabul.* sive advenarum seu viatorum. *l. 2. ff. eod.*

Limita: nisi res casu planè fortuito perierint, e. g. vi piratarum seu latronum *l. 3. §. 1. in fin. ff. eod.*

II. Quo-

II.

Quoties ex recepto agitur ad pœnam, toties hospes non tenetur, nisi res facto familiæ suæ perierit, quia ratione familiæ culpa hospiti poterit imputari, quòd malorum hominum operâ fuerit usus, quod secus in advenis, quorum mores æquè explorari non possunt *l. 6. §. 2. ff. naut. caup. stabul. & l. un. §. pen. & ult. ff. furti adverſ. naut.* inhabitatorum verò facta etiam præstat *d. l. un. §. ult.* quia & hos elegit.

CAP. XIV.
Reciprocatio.

Per reciprocationem interdum quædam valent, quæ alias per se non valerent. Georg. Everhard. *tom. 3. conſ. illuſtr. German. in 4. conſ. 32. num. 37.* Sic enim reciproca conjugum testamenta sustinentur. Mynſ. *cent. 2. obſ. 33.* Vigl. Zvvichem. *in §. 1. verſ. accuſabit in fin. per illum text. Inſt. de teſtam.* Sic etiam sustineri pacta dotalia reciproca, in quibus de succedendo agitur, cum alias pacta de succedendo non valeant, *l. ult. C. de pact.* patet ex iis quæ habet Gail. *2. obſ. 126. numer. 2.* vid. Treutl. *diſp. 6. th. 8. tit. 6. vol. 1.*

CAP. XV.
Recognitio.
Axioma I.

Recognitio interrumpit præscriptionem, eique est obstaculo. *l. cum notiſſimi 7. §. imò 5. ubi gl. in verb. innovata. Cod. de præſcript. 30. ann. l. in contractibus 14. de non numer. pecun.* Jas. *in l. qui bis idem de V. O.* Natt. *conſil. 402. num. 64.* Bald. *in l. 1. C. de furt.* Aretin. *in l. ſi creditori. de legat. 1.* Bart. *in l. naturali. n. 20. de Uſucap. & in l. cum quis. §. ſi quis pro eo. num. 5. de ſolut. & liberat.*

Intellige verum de expressa, secus de tacita. Cravett. *in tract. de antiq. temporis p. 4. n. 105.* Pantschm. *1. quæſt. pract. 22. num. 60.*

II.

Recognitio partis inducit recognitionem totius. Afflict. *deciſ. 13. num. 21.* Bertazol. *1. conſil. crim. 47. num. 54.*

III.

Recognitio delicti extra judicium facta nocet, sicut confessio. *cap. per inquiſitionem 26. ibique gloſſ. extr. de Elect.*

CAP. XVI.
Recommendatio.

Recommendatio non disponit nec obligat commendantem. *l. ſi verò non remunerandi 12. §. cum quidam 12. ff. mandat. fac. l. qui liberto 31. §. quanquam 6. ff. de neg. geſt.* aliquando tamen disponit & inducit legatum, quando refertur ad præstantiam in vita factam. *l. Titia 19. §. 1. ff. de annuis legat.* non autem inducit fideicommissum generale facta commendatione in epistolis. *in Lucius 78. § filium 8. ff. ad SC. Trebell.*

CAP. XVII.
Reconciliatio.
Axioma I.

Reconciliatio facta tollit omnem suspicionem, injuriam & inimicitiam, Decian. *Conſ. 88. num. 12. vol. 3.* hinc per reconciliationem inter Conjuges redintegrantur matrimonia. Mynſ. *reſp. 1. dec. 1. numer. 33.* Et Reconciliatio inter patrem & filium tollit exheredationem justè factam. Bart. *in l. 3. §. 11. ff. de adim. legat.*

II.

Reconciliatio tacitè facta præsumitur ex mutuis beneficiis & amicitiæ signis. Schneidevv. *in §. 9. Inſtit. de excuſ. tutor. num. 9.* si quis comedat, ludat, bibat cum inimico, aut manum porrigat ipsumque salutet, Gloss. Germ. *ad art. 3. lib. 3.* Landrecht.

CAP. XIIX.
Reconventio.
Axioma I.

Reconventio cum conventione simultaneo processu est discutienda, Rosbach. *in proceſſ. tit. 46. n. 17.* Donell. *17. comment. 18. p. 81.* Carpan. *1. ſtatut. Mediolanenſ. 44. num. 72. per text. in cap. 1. de mut. petit. cap. 2. verſ. nos igitur.* ibi: *deductæ. de extraordin. cognit. l. 1. §. fin. quæ ſent. ſine appellat.* Ordinat. Camer. Imper. *part. 3. cap. 30.* cujus natura, ut quæ unà cum conventione ex eodem negotio descendit, parili processu & sententia cum conventione terminetur, *l. 1. §. ult. l. 27. ff. famil. herciſcund. cap. 1. de mut. petit.*

Limitat hoc axioma Mindanus *3. de proceſſ. 7. num. 9.* quod procedat in actionibus mutuo cognatis institutis, non verò disparatis, seu quæ ex diversa causa oriuntur, quod tamen adhuc disputat Ummius *in proceſſ judic. diſp. 10. theſ 6. n. 21.* quod admittit Mynsing. *1. obſerv. 10.* tum, si de utraque causa pariter liqueat, aliàs si prius constet de una, quàm de alia, vel reconventus non pergat in reconventione, poterit judex pronunciare solum de causa ea, quâ liquet, & supersedere in alia, ubi ita & in Camera Imperiali in causa Sebastiani Vogelsperger contra Comitem Wilhelmum de Fürstenberg Anno 1543. pronunciatum testatur. Adde & Thomingium *deciſ. 16. numero 11.*

II.

Reconventio reconventionis nulla est, nec à judice debet admitti, Accurs. *in Auth. conſequenter. C. de ſentent. & interlocut. ibique* Bart. *numer. 8. Speculat. de reconvent. §. 1. numer. ult.* Mar. Socin. *ad cap. 1. numer. 42. de mutuis petit.* Mindan. *3. de proceſſ. cap. 6. num. 9.* Gisebert. *de reconvent. cap. 7. numer. 1. cum ſeqq.* Schvvaneman. *1. proceſſ. Cameral. cap. 69. num. 7.* Autor tract. tractat. *vol. 12. pag. 112. n. 14.* Carpzov. *part. 1. conſtitut. 5. defin. 24. n. 1.*

Limita, nisi secunda reconventio in ipsam reconventionem incidat, vel ipsi præjudicium adferat, Gisebert. *d. cap. 7. num. 6.* Umm. *d. diſput. 10. nu-*

10. numero 6. ubi propter præjudicium quæstionis incidentis eam concedi testatur.

III.

Quæcunque causa non est prorogabilis, illa quoque non est reconvenibilis, quia uti prorogatio præsupponit jurisdictionem in illo, cujus jurisdictio prorogatur: ita quoque reconventio talem requirit jurisdictionem, quæ ad utramque causam se extendat, cùm nemo supra suam jurisdictionem jus dicere possit. arg. *l. fin. ff. de Judic.* Ita ergò causa feudalis, Ecclesiastica aut spiritualis non potest per modum reconventionis proponi. Carpz. *in Proc. Tit. 6. art. 3. n. 19.* Idem est in causis matrimonialibus & criminalibus. Brunnem. *in Proceff. Cap. 10. num. 9.* & in genere in omnibus causis, quæ ad forum privilegiatum spectant. Conf. Zang. *de Except. P. 2. cap. 1. n. 379.*

IV.

Reconventio non datur contra Legatos, si illi saltem injuriam & damnum suum prosequantur. secus si aliâ actione contra aliquem egerint, Perez. *C. de Legation. n. 15.*

V.

Reconventioni locus est, ubi compensatio opponi potest, *l. 8. §. 2. ff. de negot. gest. l. 18. §. ult. ff. commod. l. 7. §. 1. de compensat.* arbitrii enim nostri est, an compensare, an petere velimus, Ulp. *in l. 1. §. 4. de contr. tutel. act.* Cujac. *23. obs. 7.* Gisebert. *de reconv. c. 6. num. 2.* imò ipsa compensatio dicitur, *l. 7. c. de compensat. l. 1. C. de rer. amot.* Umm. *d. disp. 10. thes. 1. numer. 4.*

VI.

Reconventio contra imploratione officii judicis non datur, Glossa *in l. sed si restituatur. ff. de judic. ibique* Ludov. Roman. Jas. *in l. nec quicquam. §. ubi decretum. col. pen. ff. de offic. Proconf.*

Intellige verum, si loquamur de simplici, non verò si illo instar actionis partes utantur, *l. 1. §. ult. ff. de extraord. cognit.* Socin. *ad cap. 1. de mut. pet. n. 94.* Marant. *p. 4. dist. 6. quæst. 3. Principalis num. 27.* Johann. Sandæus *lib. 1. decis. tit. 6. defin. 3.* atque sic principaliter in forma judicii, ita ut tunc in locum actionis succedat, *l. Quintus 7. ff. de annuis legat. capit. final. de offic. judic.*

Limita, hoc procedere tantum si incidenter imploretur, Jason *in l. 1. col. 7. in pr. ff. de jurisd.* vel si principaliter quidem intentetur, in modum verò actus extrajudicialis, Umm. *d. disp. 10. th. 5. n. 16.*

VII.

Reconventio coram arbitris fieri non potest. *c. cum dilectus 6. extr. de arbitr.* Specul. *de reconvent. §. nunc dicamus. num. 6.* Blanc. *de compromiss. q. 4. num. 13.* Marant. *in spec. dist. 6. n. 11. vers. secundo quæro.* Menoch. *1. quæst. arb. 44. numer. 12.* Sichard. *ad l. 14. num. 8. C. de sentent. & interlocut.* Treutl. *select. disp. 25. vol. 1. thes. 3. lit. d.*

Intellige verum de arbitris ex compromisso sumptis; hos enim judicare non posse, nisi super quibus commissum est, cum omnis potestas ex compromisso (quod stricti juris esse indubitatum est) pendeat, ut aliud illis non liceat, quam cautum est, nec quodlibet statuere possint, nec in qualibet re, sed tantum de ea, de qua & quatenus compromissum, *l. 32. §. 15. & §. ult. de recept. arb. fac. l. 46. l. 50. eod. l. 18. ff. commun. divid.* nisi quando reconventionis causa ipsi conventioni insit, vel in antecedens, vel consequens, ita ut planè cohæreat, & una sine altera explicari non possit, Mindan. *3. de proceff. 6. in 13.* Pacian. *2. de probat. 26. num. 36.* Quod enim arbitros juris attinet, vel eos, in quos generaliter de omnibus causis compromissum est, coram illis reconventioni locum esse docent Emer. Rosbach. *in proceff. cap. 46. num. 6.* Gisebert. *in tract. de reconvent. cap. 27.* Trentacinq. *2. resolut. tit. de mutuis petit. num. 52.* vide tamen Ummium *dict. disput. 10. thes. 3. num. 11.*

CAP. XIX.
Recreatio.

Recreationis honestæ sunt omninò licitæ. Perez. *C. de Majumâ num. 4. seqq.* cum honestate autem & verecundiâ pugnantes velut lascivæ saltationes omninò è Republ. tollendæ. Brunnem. *ad l. un. C. eod.* conf. *tot. tit. C. de Spectac. & scen. tot. tit. C. de gladiat. penit. tollend.*

CAP. XX.
Recusatio.

Recusans judicem sine causa, ad eum redeat. *cap. insinuante 25. extr. de offic. deleg.* judex enim recusari aliter non potest, nisi justa causa assignata, sive sit ordinarius, *l. cum speciali 61. extr. de appellat.* sive delegatus, *c. si contra 4. de offic. deleg. in 6.* quapropter si quem suspectum putamus, recusare possumus, antequam lis inchoëtur, ut ad alium recurramus, *cap. penult. & seq. 3. quæst. 5.*

Redemtio vid. *Reluitio.*

CAP. XXI.
Redditio.

Axioma I.

Reddere ablata recusantem qui fovet, particeps est criminis, *cap. si res §. illud verò 4. quæst. 6.* reddere autem qui recusat rem inventam, fur & raptor existit, *cap. si quid 14. quæst. 2.* quin imò si civis aliena reddere nolit, à civitate cogi potest, *cap. penult. in fin. 23 quæst. 2.* nisi ob paupertatem ablata reddere quis non possit; tum enim non tenetur quidem, major tamen afflictio corporalis pro culpa ei imponenda est, *cap. si res. §. huic certè 14. quæstion. 6.*

II.

Reddenda non sunt mala pro bonis, sed bona pro malis, *cap. differentia 33. quæst. 3.*

CAP.

CAP. XXII.
Redhibitio quanti minoris.

Axioma I.

Quoties res emta emtori penitùs inutilis est, toties ad redhibendum agitur, quia hic penitus deficit consensus, & quia iniquum est emtorem ita frivolè decipi *l. 1. §. 2. ff. de Ædil. Edict.* Exemplum est in mancipio furioso aut lunatico vendito *l. 43. §. 6. ff. eod.* Item in quadrigis *l. 34. in fin. ff. eod. & l. 38. §. fin. eod.* in carne morbosi animalis. *Oldendorp. in Class. 4. act. 2.*

II.

Quoties res emta ex parte inutilis est emtori, toties agitur actione quanti minoris. Ratio consistit in æquitate, & quia sic tantum pro parte deficit consensus in re pro parte inutili. v.g. si equus sit calcitrosus.

III.

Quoties quis titulo oneroso rem accepit, toties alter tenetur ad evictionem & redhibitionem, quia alioquin alter damno afficeretur, utpote qui utilitate rei & pretio defraudaretur. Exempla sunt in emtione, in permutatione similive contractu innominato, quô res in alium transfertur *l. 1. C. de Rer. Permut. l. 29. C. de Evict.* in datione in solutum *l. 4. C. de Evict.* divisione rerum communium vel hereditatis *l. 66. §. ult. de Evict.* transactione *l. 30. C. de Transact.* locatione conductione *l. 9. l. 33. locati.* Contractu emphyteutico *arg. §. 3. in fin. de locat. conduct.* donatione quoque remuneratoriâ, quia hæc se habet ad instar tituli onerosi. *Brunneman. ad l. 2. C. de Evict. Carpz. P. 2. Const. 34. def. 24.*

CAP. XXIII.
Reditus annui.

Axioma I.

Reditus annui inter immóbilia computantur, itaque à præstandâ cautione excusant: & si civitatis vel minorum sunt, sine decreto & solennitatibus alienari non possunt. *Perez. C. de diverf. præd. urban. n. 1.*

II.

Emtio redituum frumenti & vini, Frucht-Gülden/valent. *Recess. Imper. de Anno 1577. cap. 19. §. 2. Christin. 1. decis. 208.*

CAP. XXIV.
Reductio.

Axioma I.

Reductio ad arbitrium boni viri est species appellationis: & similis ei, *l. non distinguemus 32. §. cum quidam 14. de arbitr.* Bald. *in c. 1. §. fin. col. 2. quo tem. miles.* idem *in l. societatem §. arbitrorum. col. 5. in princ. verf. quæro quis erit judex. ff. pro soc.* Speculat. *de arbitr. in princ. verf. quid si à tempore.* Paul. de Castr. *consil. 75. Viso compromisso.* Idem Paul. Castrens. & Alex. *in l. societatem. §. arbitrorum ff. pro socio.* Anton. Butr. & Abb. *in cap. Quintavallis de jurejur.* Jac. Phil. Port. Imol. *conf. 76. num. 23.* sed non vera appellatio, sed simpliciter querela, Bald. *in addit. ad Speculat. de arbitr. colum. 2. verf. an processus.* imò est quasi appellatio, Alexand. *in §. cum quidam.* & Bald. *in d. l. fin. C. ut lit. pendent.* & Bart. *in l. fin. de appell.* Adeoque & intra decennium debet introduci. Schrader. *consil. 50. n. 31. & seqq.* Umm. *de proceff. disp. ult. n. 34.*

II.

Reductio est actio de iniquitate, non de nullitate, Bald. *in l. 1. C. de recept. arb.* Alexand. *in d. §. Arbitrorum. colum. 4. ff. pro soc.*

III.

Reductio suspendit sicut appellatio, Bald. *in cap. 1. §. fin. col. 1. in fin. verf. & nota quod tria sunt. Quo tempore miles in usib. Feud.* Bart. *in repertor. juris. verb. appellatione pendente.*

IV.

Reductionem petens debet petere prius absolutionem à juramento compromissi, Feder. de Senis *conf. 125. Super eo quod quæritur. dub. 2.* Bald. *in l. 1. in fin. C. si adverf. vend. c. debitores. de jurejur. cap. cum contingat. eod. tit.* Ludovic. Pon. *in rubr. de arbitr. verf. sed redeundo.* vide tamen Bart. *in l. fin. ff. qui satisd. cog.*

CAP. XXV.
Refectio.

Axioma I.

Refectio facilius conceditur, quàm nova constructio, Jason *in l. quo minus. num. 10. ff. de flumin.* Berous *consil. 144. num. 50. lib. 3.* hinc nisi civitati ad novum opus specialiter pecunia legata sit, vetera ædificia ex ea reficienda. *l. 5. §. 1. de admin. rer. ad civit. pertin.*

II.

Quoties pristina rei facies non mutatur, aut damnum vicino non datur, toties refectio alicujus rei impediri nequit, quia sic impedire volentis non interest, nec ipsi præjudicatur: ergò ut id, quod sibi non nocet, mihi verò prodest, admittat, compellitur. *l. in summa 2. §. 5 ff de aq. & aq. pluv. arcend.* Exemplum est in reficiente iter seu actum *l. 3. §. 11. & 12. de itin. actuque privato.*

CAP. XXVI.
Reformatio.

Axioma I.

De natura verbi reformare est tantum in parte tollere, *l. Juris gentium 7. §. adeo 6. ff. de pact.* Gloss. *in cap. statutum. verb. reformandum. de rescript. in 6. l. vectigalia 14. de publican.* Natt. *conf. 484. n. 17. tom. 3.* Reformare enim est aliud, quàm in totum tollere, *l. unic. §. cum triplici 2.* ibi: *vel tollitur vel reformatur. C. de caduc. toll. d. l. vectigalia de publican.*

II.

Reformatio contraria statuto, quod vel ante

vel poſt practicatum fuit, ſtatuto non præfertur, cum ea non fuit more utentium approbata, nec poteſt dici interruptum, quod ſemper viguit, Archidiac. *in cap. in iſtis §. Leges. diſt. 4.* Bald. *in Auth. omnes peregrini. col. fin. verſ. pone caſum. C. commun. de ſucceſſ.* Natt. *3. conſ. 628. num. 12.* niſi ubi reformatio ſit circa ſubſtantialia primæ diſpoſitionis, & verba ſint apta inducere novam diſpoſitionem; tunc enim attendi debet nova diſpoſitio & prima tolli, Bart. Angel. Paul. de Caſtr. *in l. 7. §. adeò. ff. de pact.* Baldus *in l. conventa ff. de contr. empt.* Natt. *3. conſil. 527. num. 1.*

III.

Reformationes non violenter ſed pedetentim ſuſcipiendæ. *Perez. C. de Spectac. & ſcen. n. 9. 10.*

CAP. XXVII.
Refutatio *vide infr.*
cap. 49.
Axioma I.

Refutando qui dividit, non videtur refutare jus futurum, ſed id quod in præſenti liquidum eſt, Alvarot. *in tit. Imp. Lotharius. n. 3.* Brun. *conſ. 79. num. 2.* Generaliter enim contra naturam refutationis eſt, quod ad futura extendatur, *l. ſi ita 45. §. & ſi ſub conditione 1. de legat. 2.* Bald. *d. tit. Imp. Lotharius. n. 4.* Gylman. *4. 1. n. 55. p. 62.*

II.

Qui argumenta ſolidis jurium fundamentis niſa non refutat, confiteri ea cenſetur, *l. de ætate 11. §. qui tacuit 4. de interrog. action.* Jaſon. *in l. patre. num. 21. & 27. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* Marant. *in ſpeculo aur. c. de contumacia n. 30.* Weſenb. *1. conſil. 4. num. 13.*

Confirmari autem ſententia vera juxta Simplicium *8. Phyſic.* tribus modis poteſt: (1.) cum rationibus probatur, (2.) cum ſententia contraria refutatur, (3.) cum argumenta contraria reſolvuntur. Pacius 8. ἐναντιοφ. 54. Unde ſententia per rationes juris confirmata, nihil ſupereſſe, quam ut contraria profligentur, quibus fuſis fugatisque ſplendidior res fiat, dixit Cravett. *4. conſ. 720. n. 8.* Sequendo doctrinam Iſidori, prius noſtra firmabimus, deinde objecta confutabimus, teſte gloſſ. *verb. multum in c. Abbate ſane. verſ. nec pro eo de re judic. in 6.* Matth. Coler. *conſil. 40. num. 60.* argumentis enim adverſariis diſſolutis firmius & perſpicuum magis negotium univerſum fit. Cravett. *6. conſil. 985. num. 41. verſ. jure igitur.* imò firmius conſiſtunt fundamenta, quorum deſtruuntur contraria. David Mevius *ad jus Lubecenſ. part. 2. lib. 2. artic. 12. num. 207.* ſiquidem οἱ τῶν ἀμφισβητήσεων ἔλεγχοι, τῶν ἐναντιουμένων αὐτοῖς λόγων ἀποδείξεις εἰσὶν. Contrariorum redargutione, contrariæ rationes firmius demonſtrantur, Ariſtot. *lib. 1. Ethic. Eudem. c. 3. & lib. 7. Ethic. Nicom. c. 2. & lib. 2. Metaph. c. 1. t. 1. vide infr. cap. Reſponſio.* Quapropter ſatis cauſam intentionemque ſuam confirmaſſe reus dicitur, ſi actoris intentioni probationique ita reſpondeat, ne ab eo vincatur, argum. §. *retinendæ 4. verſ. commoda Inſt. de interdict. l. qui accuſare 4. C. de edend. & l. 112. de R. I.* Cujac. *ad l. 2. C. de bon. matern.* cum dubitationis ſolutio nihil aliud ſit quam veritatis inventio, uti ex Ariſt. notat Polit. *de offic. Advoc. c. 11. n. 10.* & plerumque tota vis victoriæ conſiſtat in reſpondendo contrariis. Decian. *in Apolog. c. 19. numer. 27.* ſicut & in libris juris nihil frequentius, quam ut ſola refutatio rationum dubitandi pro ratione decidendi adducatur. *vid. infra Reſponſio 16. 49. ax. 4.*

CAP. XXVIII.
Regalia.
Axioma I.

Regalia non niſi ſummo Principi competunt, *l. 1. C. de ſuperindict.* ubi Bart. *num. 2.* Feudiſtæ *in cap. unic. de Feud. March.* Sunt enim regalia aut ea quæ iis annexa, jura Imperatoris propria *l. F. 14. in princ. Conſtitut. Friderici Imp. de Pac. Conſtant. §. volumus ut regalia.* Receſſ. Imp. Ratisbon. *de Anno 1576. §.* dadurch dann. ac ſupremæ alicujus eminentiæ ſigna adeoque ſolis principibus reſervata. Dd. *in c. 1. quæ ſunt regal.* Regner. Sixtin. *1. conſil. 9. num. 16.*

Intellige verum de majoribus: ita enim hæc cohærere dicuntur Imperatoris dſſibus, ut ab eo avelli non poſſint. Bart. Camerar. *in repet. ſua. cap. Imperialem. de prohibit. feud. alien. per Frider.* Bocer. *de feud. inveſtit. c. 3. numer. 100.* Hier. de Cephal. *in ſpecul. comm. opin. quæſt. 46. num. 7.* Pruckman. *de regal. cap. 5. num. 18.* nec à Principe inſtar radiorum ſolarium ſeparari queunt. Bart. *in l. 1. C. de mod. mulctand.* Alex. *in l. 4. §. actor. num. 13. de re judic.* Guid. Papæ *deciſ. 444.* Zaſ. *conſ. 8. vol. 1. num. 9.* nec inferioribus poteſtatibus ulla ratione competere, *d. l. 1. C. de ſuperindict. l. 1. C. de Excuſat. tut.* Bald. *de Pace Conſtantiæ. ad verb. ampliat.* Paul. de Caſtr. *conſ. 63. vol. 1.* quia ipſius coronæ annexa. Molin. *ad conſuetudin. Pariſ. tit. 1. §. 1. verb. le fief. numer. 54.* Sixtin. *de regal. c. 2. num. 8. lib. 1.* perſonaliſſima. Bellug. *in ſpecul. Princip. rub. 9. n. 31.* Menoch. *conſ. 604. n. 15.* nec per Inferiores hæc ſacra ſacrorum (ut vocat Everhard. *in Top. loc. 129. n. 9.*) profanari aut uſurpari poſſunt. Nolden. *de ſtat. Nobil. c. 2. n. 12.* Quod igitur dici ſolet Principes Imperatore inferiores habere regalia, ea quidem non jure proprio, ſed beneficio Imperatoris puta vel ex conceſſione Imperatoria, vel præſcriptione temporis immemorialis habebunt. *cap. ſuper quibuſdam 26. §. præterea. extr. de V. S.* quæ tacitam conceſſionem Imperatoris continet. *l. alienationis 28. ff. de V. S.* Henr. Bocer. *de inveſtit. feud. c. 3. n. 98.* Mynſ. *4. obſ. 24. & 2. obſerv 29. n. 16.* Cravett. *de antiq. tempor. p. 4. §. ſolutis differentiis verſ. quarto quæro.*

II.

Regalia non ſtatim conceſſa cenſentur, conceſſa generali juriſdictione. *cap. quod translationem 4. extr. de offic. legat.* Alex. *in l. 1. ff. de juriſd.* Andr. de Iſern. *in cap. unic. §. ſi quis alium. de pac.*

de pac. tenend. Matth. de Afflict. *decis. Neapolit. 120. num. 30.* Schurf. *conf. 59. num. 18. cent. 1.* Ratio, quia regalium concessio specialiter facienda. Bald. *in l. hi quibus. num. 2. C. de fideicommiss. libert.* Bart. *in l. 1. num. 4. & 5. C. de excusat. mun.* Dec. *in l. cum multa 7. in fin. C. de bon. quæ liber.* Jacob. de S. Georg. *in sua investit. ad verb. cum mero mixtoq; imperio. num. 6.* Boss. *in tract. de Regal. num. 16.* Ruin. *conf. 111. n. 2. vol. 5.* cum regalia sint jurisdictione majora *l. inter 17 ff. de V. S.* Matth. de Afflict. *decis. Neapolitan. 366. num. 2.* nec quisquam præsumatur concedere, quod in specie concessurus non fuisset, *cap. in generali 81. de R. I. in 6. cap. 2. ibiq; gloss. de præbend in 6.* & ubi requiruntur verba specialia (prout in concessione Regalium requiri tradit Boss. *in tract. de Regal. num. 16.* generalia non sufficiant, *cap. fin. de offic. Vicar. in 6. l. sed etsi 4. §. quæsitum 4. ubi Dd. ff. si quis caut. judic. sist.* quod maximè in iis, quæ ad jus superioritatis spectant, obtinere *per c. sedes 15.* ubi Bald. *de rescript. c. quod translationem 4. de offic. legat.* colligunt Dd. *in l. fin. §. cui dulcia. ff. de vin. tritic. ol. legat.* Andr. de Isern. Bald. & Modern. *in c. unic. quæ sunt regal.* Mynsing. *conf. 39. num. 6.* Cacheran. *decis. 29. num. 5. vers. imò concessit.* Regner. Sixtin. *1. conf. Marp. 9. num. 11.* Caspar Caballin. *in milleloq. 42. num. 12.* unde quando dicitur, quod regalibus quibuscunque in specie concessis etiam veniant similia expressis, hoc non simpliciter asserendum est. Peregrin. *de jur. fisci 1. c. de iis quijura fisci habent. num. 100* Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 13.* Besold. *lib. 1. Polit. cap. 4 n 58* nisi cum generalis clausula subjicitur. Borcholt. *ad cap. unic. quæ sint regal. num. 11.* Zas. *de feud. part. 5. num. 11.* vel si in concessione quædam ex regalibus excipiuntur, tunc enim reliqua omnia censebuntur concessa, perinde ac si de regalibus mentio facta fuisset, prout consuluerunt Dec. *conf. 197. col. pen.* Tiber. Decian. *in resp. 124. n. 11. vol. 3.* atque ita hoc respectu regalia ceu species sub jurisdictione contineri, dixit Ægid. Thom. *in tract. de collect. in princ. num. 7.*

III.

Intra regalia quod est, præsumitur esse de regalibus, Andr. de Isern. *in cap. 1. num. 5. de controv. int. masc. & fœmin.* latè Paris. *conf. 27. n. 13. lib. 1.* Valasc. *de jure Emphyt. quæst. 8. numer. 38.*

IV.

Regalia cui competunt, eidem competunt & fiscalia. Alex. *consil. 31. viso titulo quæstionis. col. 2. n. 10. vers. videmus. lib. 1.* Argentorat. *1. conf. 1. n. 13.*

V.

Quicunque Jus soli Principi competens sibi prætendit, ille legitimam acquisitionem probare debet, quia præsumtio est contra ipsum prætendentem. Exemplum est in jure piscandi in flumine publico. *Conf. Köppen. usu Pract. Instit obs. 69.* Probatur verò ejusmodi acquisitio vel privilegio speciali, vel etiam præscriptione immemoriali, qvæ privilegio æqvipollet vid. *Axiom. 1. in fin. conf. Sixtin. de Regal. Lib. 1. cap. 5.*

VI.

Quæcunque regalia à privato possunt possideri, ea possunt per præscriptionem immemorialem acquiri, quia ad omnem præscriptionem requiritur possessio, & tantum præscriptum est, quantum possessum. Exempla sunt in jure venandi, monetandi, legitimandi, telonii, &c. & omnibus regalibus minoribus.

Limita: ut tamen sic à privato acquisita Regalia potius nomine privilegii veniant, quàm Regalium: Nam exercitium quidem regalium acquiritur ita privato, non etiam ipsum jus. *Stryck. Exam. Jur. Feud. cap. 9. q. 22.*

VII.

Quotiescunq; Regalia contra principem præscribenda, toties opus est præscriptione immemoriali. *cap. 26. §. præterea X. de V. S.*

Limita, ut non procedat in Regalibus majoribus, e. g. jure belli, fœderum &c. quæ principi insignum superioritatis competunt; hæc enim à subdito nec possideri nec præscribi unquam possunt. *l. 6. C. de præscript. 30. annor.*

VIII.

Quoties regalia contra privatum præscribuntur, toties sufficit tempus ordinarium præscriptionis, scil. cum prædio X. vel XX. sine prædio XXX. vel XL. anni. Quia sic non amplius sunt regalia, sed Jura privatis quæsita, ergò perinde uti cætera Jura poterunt præscribi.

CAP. XXIX.

Regere, Regimen, Regnum.

Axioma I.

Regendi frangitur auctoritas, dum nimia servatur humilitas, *c. quando 4. dist. 86.*

II.

Absqve regimine non potest consistere universitas. *cap. ult. distinct. 89.* quia esset acephala, *c. nulla 8. dist. 93. c. Abbates 16. 18. q. 2.*

III.

Regiminis locus desiderantibus negandus est, fugientibus offerendus, *cap. in scripturis. in princ. 9. 8. quæst. 1.*

IV.

Regnum in se divisum desolabitur, Gail. *1. obs. 153. n. 6.* ex lege Evangelica Lucæ 11. *vers. 17.* Regnum enim est quid perfectum, perfectum vero nihil, nisi unum. Unde infert Bald. *in auth. hoc amplius C. de fideicomm.* omne indivisibile esse perfectum, quia hoc diminui non potest, idem Bald. & Dd. *in cap. Imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alien. per Frider.* Curt. *in tract. feud. p. 4. n. 122.* Jason. *in l. stipulationes non dividuntur. num. 31.* Roland. à Valle *cons. 80. per tot. volum. 1. incip. circa primum.* & Entia juxta Aristotelem dividi nolunt, unumque regnum ex sententia Ciceronis duorum non est capax, cum nihil tam magnum, quod divisione parvum non fiat. *Auth. de trient. & semiss. §. 1.* indeque nec Rex subjicere se servituti potest. Martin. Laudens. *in tract. de Principe. quæst. 56.* Cons. Argent.

gent. *cum plurib. ibidem allegatis, conſ. 24. num. 94. lib. 1.*

V.

Regnum nullum juſtius ac ſanctius videri poteſt, quam quod ab electione populi proficiſcitur. Vaſquez *in tract. contr. illuſtr. cap. 1. numer. 2. & cap. 47. num. 5.* Barbat. *conſil. 20. num. 23. vol. 2.*

CAP. XXX.
Regula. Norma.
Axioma I.

Regula dicta eſt eò, quod rectè ducit, nec aliquando aliorſum trahit. *cap. regula, 2. diſt. 3.* vel quod regat, vel normam rectè vivendi præbeat, vel quod diſtortum pravumque corrigat. *d.c. regula.* vid. late Stephan. Nathen. *de juſtitia vulnerata tit. 7. cap. 1. pag. 344.*

II.

Regula nulla tam firma eſt, quæ non patiatur exceptionem. argum. *l. 3. princ. & §. 1. de injur.* Philipp. Matth. *ad l. 1. de Reg. Jur. n. 24.* imò aliquando regula plures exceptiones habet, quam exempla conſentanea. *l. ultima. C. in quibus cauſ. reſtitut. in integr. non eſt neceſſar. princ. inſtit. de ſatisdat.*

III.

Regulam habens pro ſe, jus certum habere dicitur, donec probetur contrarium, *l. ab ea parte 5. ff. de probat. & ibi* Bart. *num. 1. fac. l. ſuus 4. §. puto 1. in fin. ff. de hered. inſtituend. cap. fin. de reſtitut. ſpoliat. in 6.* Jaſon. *in l. 2. num. 33. ſi quis in jus vocat. non ierit.* Bart. *in l. quoties. ff. ſi quis caut.* Panorm. *in cap. ad noſtram. de appellat.* Curt. jun. *conſ. 229. num. 27. volum. 3. incip. multa ſunt.* Roland. *conſil. 93. num. 10. vol. 2. incip. perlectis.* Cephal. *conſil. 195. num. 4. vol. 2. incip. Vincentius.* Gail. *de pignorat. cap. 14. num. 2.* Dec. *in l. 1. ff. de Reg. Jur. num. 5. & conſil. 298. num. 4. in fin. & conſ. 517. num. 17.* Socin. Jun. *conſ. 65. num. 23. conſ. 77. num. 4. vol. 1.* Philipp. Matth. *1. conſil. Marp. 31. n. 5.* Corat. *de commun. opin. lib. 2. cap. 9. n. 105.* hinc regulam eſſe idem quod jus voluit Corat. *d. cap. 9. num. 31.* allegatus à Vult. *1. Conſil. Marpurg. 34. num. 47.* & ideo ſecundum eam judicandum, niſi contrarium probetur Bald. *in cap. 1. de alien. judic. mut. cauſ. fact.* Pantſchman. *2. pract. quæſt. 17. num. 45.* Unde & in dubio potior illius cauſa eſſe dicitur, qui regulam pro ſe habet Gloſſ. *in rubr. de Regulis Juris. in 6. ibidemq;* Dyn. Bart. *in l. quoties. ff. ſi quis caut.* Salicet. *in l. ſi fundum. in fin. C. qui pot. in pign.* Regn. Sixt. 2. *Conſ. Marpurg. 14. n. 137.*

IV.

Ex regula jus non ſumitur, ſed ex jure, quod natura conſtitutum eſt, regula exſtruitur, *l. 1. ff. de Reg. Jur.* Bocer. *de inveſtit. feud. c. 3. n. 89.*

V.

Regula confirmatur exceptione in caſibus non expreſſis. Bart. *in l. quæſitum. §. denique. ff. de fund. inſtructo. & in §. ut autem. in Authent. de non alien. reb. Eccleſ.* etiam quando exceptio fit de iis, quæ in generalitatem aliàs non includebantur. *cap. agendum 4.* ubi Gloſſ. Franciſc. Geminian. *de procurat. in 6.* & ita in terminis regaliorum tenent Rom. *conſ. 271. vis tota per totum.* Everhard. *in loc. ab except. ad reg. in princ.* Tunc enim regulam ampliamus, non qualitatem exceptionis. Dec. *in l. 1. num. 24. de Regul. Juris & in d. c. dilecta. col. 2. de confirmat. utili vel inutili.* Jaſon. poſt Alex. *in l. fin. num. 9. cum ſeq. ff. quod quisque jur. ſtat.* Alex. *conſil. 36. num. 3. lib. 7. v. g.* Etiamſi in generali mandato non veniant, quæ ſpeciale mandatum requirunt, *cap. 4. in princ. de procuratorib. in 6. cap. ult. cum ibi not. at. de jurament. calum. in 6. l. 50. & l. 60. de procurat.* tamen ſi caſus ſit exceptus ſpeciale mandatum exigens, cenſentur alia ſpecialia ejusdem generis generaliter eſſe mandata. Jaſon. *poſt alios in d. l. fin. quod quisque jur.* Geminian. *in cap. qui ad agendum. §. 1. de procurator. in 6.* Imola *in l. fin. à quibus appellar. non licet.* ita Princeps vel Papa confirmans Privilegia, quanquam non videatur per id confirmare, quæ ſunt ſpecialia, ut ſervata ſummæ poteſtati; tamen ſi excipiat unum de illis, cenſetur etiam reliqua quæ ſunt ſimilia confirmaſſe, Jaſon. *in d. l. fin. ff. quod quisque jur. ſtatuer. in alium.* ita licet Princeps non intelligatur velle præjudicare tertio, *l. 2. §. meritò ne quid in loc. public.* Jaſon. & Dd. *in l. beneficia. de Conſtitution. Princip. & in l. quominus. de flumin.* Si tamen excipiat caſum, in quo nolit tertio præjudicare, ex tali exceptione declaratur intentio Principis, ſcil. quod in aliis voluerit tertio fieri præjudicium. Alex. *conſil. 216. num. 22. volum. 2.* Dec. *in l. 1. num. 26. ff. de Regulis Juris.* vid. & Curt. *conſil. 195. in princ.* ubi addit, quod ex qualitate exceptionis intelligatur, de quo genere & in quibus terminis loqvatur generalitas. Felin. *in cap. quoniam frequenter. num. 23. ut lit. non conteſtat.* Dec. *conſ. 520.*

Limita, niſi quando verſamur in re planè exorbitante: hoc enim in caſu exceptionem non ampliare regulas in ſimilibus caſibus, qui aliàs ſub regula non comprehenduntur; tenent Bart. *in l. generali 32. §. uxori 2. ff. de uſufruct. legat. per illum text. & in l. 1. ff. de Reg. Jur.* Bald. *in l. in his. ff. de LL.* Ancharan. *in cap. 1. de privil. in 6.* niſi quatenus diſertè exceptum eſt, *l. nam quod liquidæ 4. §. fin. ff. de pen. legat. l. Lucius 78. §. heredibus 11.* ubi Angel. & Caſtr. *ad Trebell. l. generali 32. §. uxori 2. de uſufruct.* Ratio, quia inducta ad minuendum & excipiendum, non debent induci ad augendum. *l. legata inutiliter 14. de adim. legat.* & quod fit ad coarctandam & reſtringendam regulam, illam ut ampliemus non erit conceſſum. Felin. *in cap. quoniam frequenter. numer. 2. ut lit. non conteſtat.* ubi ait, quod ſi ſtatutum exciperet pupillum & mulierem, ne agere poſſint, non videri ſub regula alios inhabiles comprehendi voluiſſe, unde Ancharan. *in cap. 2. de offic. Vicar. in 6.* inqvit: qvando Epiſcopus alicubi omnia concederet, ut poſſet facere, exceptâ collatione beneficiorum, non tamen poterit alia facere, quæ ſunt reſervata Epiſcopo: quanquam hæc exceptio collationis ſit de reſervatis. idem *conſil. 8.* Declarant ergò eam Dd. quod procedat illis

dat illis in terminis, quando exceptio planè inutilis esset futura, nisi comprehenderentur reliqua sub regula; sequeretur enim aliàs, ut ait Cagnol. *in d. l. 1. §. 29. & 36. de R. I.* absurdum, nimirum, quod essent superfluæ. Alex. Jason. & Dd. *in d. l. fin. quod quisq; jur.* Cagnol. *d. loc. numer. 39.*

VI.

Regulæ sive universali propositioni in omnibus inhærendum, donec exceptio seu casum aliquem exceptum fuisse lege probetur, *l. 1. in fin. C. de reb. cred. l. 24. de stat. hom.* vide Hartman. Pistor. *2. quæst. 39. num. 13.* quod enim non invenitur aut probatur exceptum, id manet sub regula; aliam rationem & declarationem vide apud Betsium *de pact. famil. illustr. cap. 5. p. 109.* ita non cogendus est pater (facile) ut emancipet. *l. 8. ff. si tabul. testam. null. extab.* sed tamen aliquando magna ex causa, *l. ultima. si à parent. quis manumiss. l. 92. de condit. & demonstrat. l. 32. de adopt. l. pen. de curat. furios.* simile exempl. in retractatione rei judicatæ vide *in l. 35. de re judic.* cui adde & illud quod habetur *in §. 10. Instit. de testam. ordin. ibi: Licet illi, qui hoc permittebant, hoc jure minimè nos abuti debere suadebant.*

VII.

REGULÆ in dubio inhærendum est. [*c. ad decimas 2. de restit. spoliat. in 6.* Felin. *in c. quoniam frequenter. ut lit. non contest.* Wesenbec. *1. cons. 1. num. 11.*] donec contrarium, sive exceptio probetur, *l. ab ea parte 5. ff. de probationib. l. illud 19. C. de sacrosanct. Eccles. l. ultima. C. de hæred. instituend. l. apud antiquos 21. C. de furtis. c. 2. de conjugio leprosi.* Covar. *var. lib. 2. cap. 12. num. 4.* Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 5. tit. 15. num. 31.* Menoch. *remed. 14. recuper. num. 32. & cons. 88. num. 51. & cons. 187. num. 29. & cons. 98. num. 13. & cons. 72. num. 3. & cons. 76. num. 20. & cons. 90. num. 91. & cons. 231. numero 52. & cons. 238. num. 17. & cons. 272. num. 2. & cons. 364. num. 13. & cons. 798. num. 34.* Brunor. à Sole *in locis comm. verb. regula.* Surd. *decis. 255. num. 2. & decis. 322. num. 40. cum seqq. & cons. 356. num. 18.* Cald. Pereira *de extinct. emphyteus. cap. 2. num. 26.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 8. num. 70. cum seqq.* Monet. *de distribut. quotid. part. 11. quæst. 9. num. 56. & part. 2. quæst. 10. num. 25.* Aloys. Ricc. *in decis. 107. num. 2.* Franc. Vivi. *decis. 67. num. 15.* Joan. Maria Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 109. num. 4.* Vincent. Fusar. *de substitut. quæst. 402. num. 10.* Reinoso *observ. 6. num. 3.* Brito *in cap. potuit §. 1 num. 12 de locato.* [vel ut Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 36. num. 16.* semper standum est regulæ, donec is, qui dicit casum aliquem inde exceptum esse, illud probet. vid. Kubach. *broc. 3. p. 11.* eique inhærendum tanquam cautioni, Tusch. *lib. 1. conclus. 372. num. 13.* & quidem tenaciter, donec in contrarium appareat dispositio specialis. Bald. *in l. si tutor. in fin. C. de serv. pignor. dato manumiss.* quem refert Jason. *in l. dedi. §. 1. n. 4. de condict. causa data.* & secundum hanc in dubio judicandum esse, addit Jason. *in l. 2. num. 33. si quis in jus voc.* donec probetur casus exceptus. *l. ab ea parte 5. de probat.* Wesenb. *cons. 203. n. 77.*

Et ideo qui habet regulam pro se, habet intentionem fundatam, ac proinde transfert onus probandi in eum, qui se fundat in exceptione, *c. ad decimas 2.* & ibi gloss. *de restitut. spoliat. libr. 6.* [Bald. *in l. si inter. C. de commun. serv. manumiss. & in l. unic. col. 2. C. de alienat. jud. mut.* Signorol. *cons. 22. num. 9.* Vult. 2. *Cons. Marp. 25. num. 55.*] Salicet. *in l. fundum, in fine. C. qui potiores in pignore.* ubi quod nunquam recedimus à regula, nisi de contrario doceatur. Jason. *in l. cætera. num. 4. ff. de legat. 1.* ubi quod pronunciandum est pro regula, quando casus exceptuatus à regula non probatur, Ancharan. *cons. 223. Ad evidentiam, in fine*, ubi ait, quod qui habet regulam pro se, potest dicere alleganti limitationem, da mihi textum hoc dicentem, Apost. ad Mathesil. *notab. 19.* Ægid. *cons. 20. n. 30. cum seq. & cons. 33. n. 24. & 25.* Geminian. *cons. 103. Pro responsione. num. 4. & 5. vers. nam quando actor.* Fulgos. *cons. 182. Titius fecit testamentum. num. 2. in fin.* Cravett. *cons. 25. num. 8. & cons. 77. numer. 4. & cons. 129. in fine. & cons. 168. num. 8.* Alexand. *cons. 89. Omissis, in princip. & cons. 186. Viso processu, numer. 6. libr. 7. & cons. 59. Viso titulo 4. numer. 4. & seq. libr. 4.* Roman. *cons. 123. Circa primum, num. 4. vers. tertio.* Rolandus à Valle *cons. 81. num. 4. lib. 1.* Gozadin. *cons. 50. num. 9. in fine. & num. 10.* Tiraquel. *de retractu lig. §. 1. gloss. 9. num. 209.* Bertazol. *in repetition. l. si quis major. Cod. de transactionib. num. 603. & 604.* Rota apud Paulum de Rubeis *decision. 151. num. 8. tom. 2. divers.* aliàs *parte 7. recentior.* ubi quod regulæ contradicens, id expresè probare debet, Mascard. *de probationib. conclus. 1261.* Gutier. *de jurament. confirmat. part. 1. cap. 1. num. 64. & practic. lib. 3. quæst. 4. num. 13. & quæst. 76. num. 8.* Cardinal. Tusch. *practic. conclus. tom. 6. lit. R. conclus. 94. per totam.* Gonzal. *dict. gloss. 72.* Mar. Antonin. *variar. resolut. libr. 2. resolut. 59. casu 12.* Bernardus Grævæus *ad practicam Cameræ Imperialis, lib. 1. consi-*

derat.

derat. 36. consid. 1. Octav. Glorit. *respons. 2. num. 29.*

Declarat hanc regulam Nebelkræ *decis. 2. per tot. ubi pag. 51.* distinguit inter regulam sumptam pro lege seu constitutione juris, ut *in l. 1. & 2. ff. de LL. cap. 1. cum seq. distinct. 3.* quo casu concedit veram esse regulam, & inter regulam sumptam pro generali quodam axiomate & argumento Topico, v. c. Afflicto non est addenda afflictio: nemo debet locupletari cum alterius damno, & hoc respectu non largitur.

De Rei Vindicatione vid. *Vindicatio.*

CAP. XXXI.

Relatio, Relatum, Relativum.

Axioma I.

Per relationem quid proponatur, an per narrationem, perinde est. Phil. Dec. *cons. 647. num. 3.* Carpzov. *p. 1. constit. 1. defin. 3. num. 6.*

II.

Relatum nihil probat quicquam, nisi de eo appareat. Gail. *lib. 1. observat. 82. n. pen. per Auth. si quis in aliquo. C. de edend. l. in testamento 27. ff. de condit. & dem.* Roland. à Valle *consil. 19. num. 5. vol. 3.* Cacheran. *decis. Pedem. 71. num. 12.* Nam ut scribit idem Cacheran. *decis. Pedem. 39. num. 4.* si non sciatur quid specificè in relato contineatur, relatio est irrelevans. Vult. *3. Consil. Marpurg, 30. num. 18.* unde & in terminis investituræ relationem etiam dispositivam nihil operari, nisi relatum appareat, probat Rosenthal. *in tract. feud. c. 6. concl. 69. num. 11.*

III.

Relatio ubi ad plura fieri potest, inspicitur ubi magis ratio vel causa dictet. Dom. *in cap. perpetuo num. 13. de postul. Prælat.* Corn. *consil. 5. numer. 7. lib. 2. & consil. 160. num. 4. lib. 3.* Ruin. *consil. 121. num. 9. lib. 2.* Tiber. Decian. *3. consil. illustr. cons. 9. num. 3.*

IV.

Relativum substantiæ determinat suum antecedens non solum quantitate, sed etiam in tempore. *l. à filio 15. §. 1. ff. de alim. legat.* etiamsi simpliciter fiat, *d. l. 15. l. 13. pr. ff. de fund. instruct.* alii, non refert eandem substantiam in specie, sed omnino similem vel eandem in genere. *l. vinum 23. ff. de rebus credit.*

V.

Relatio simpliciter & generaliter facta ad certa, non ad incerta referri debet. *l. Sejo 10. §. Medico 1. de annuis legat.* quia per eam referens certificatur. *l. refert. 5. C. de falsi. caus. adject.*

VI.

Relatio ad omnia præcedentia est trahenda, ubi non apparet diversitatis ratio, cur ad unum magis quàm ad aliud tacitæ derogationis vel dispensationis extensio fieri debeat, Cravett. *cons. 958. numer. 30. per l. 3. §. filius 2. ff. de liber. & posthum. l. talis scriptura 30. in fin. ff. de legat. 1. l. si tibi purè 54. ff. de legat. 3. l. Aurelius 28. §. testamento 5. ff. de liberat. legat. l. fin. ibique* Bart. *ff. de reb. dub.* pertinetque ad omnia præcedentia, de quibus dictum est, Cravett. *cons. 333. n. 1.* & quidem principaliter, non enunciativè vel incidenter, Cravett. *cons. 805. num. 9.* nisi relatio apertè fiat ad omnia & singula, idem Cravett. *668. num. 11. vers. non alienum ab his. & consil. 603. num. 8.* Johannes Gœdd. *1. cons. Marp. 26. num. 196.* vel nisi absurdum, vel contrarietas inde resultaret. Abb. Panorm. *in cap. secundo requiris, de appellat.* Berous *cons. 148. Videretur super dubio. num. 22. vol. 1.* Pantschman. *1. quæst. pract. 21. num. 86.* cùm relatio ad ea nunquam fiat, ubi cum relatione absurditas adduceretur, Alex. *1. cons. 48.* Umm. *in coroll. disp. 18.*

VII.

Relatio fit ad id, quod fieri debuit, non quod factum est, *argum. l. 11. ff. de justit. & jur.*

VIII.

Præses provinciæ in publicis non potest solus causam referre, sicut in privatis, *Brunnem. ad l. 5. C. de Legation.*

IX.

Destructio unius termini correlativi totam relationem destruit, Everh. *in Top. loc. à correlativo num. 4.* Hottm. *lib. 3. dialect. c. 17.* M. Stephan. *lib. 1. dial. jur. cap. 13. n. 6. & lib. 2. loc. 31.*

Intellige scilicet in correlatis, quæ habent naturam partium; secus enim est, si correlatorum quodlibet habeat naturam totius. vide Richter. *disp. 7. thes. 2. lit. L.*

X.

Relatio fieri debet ad proxima & immediata, *l. si idem 11. §. fin. ff. de jurisd. l. talis scriptura 30. §. fin. de legat. 1. c. secundo requiris 41. de appellat.* Jason. *in d. l. si idem. de jurisdict. l. 1. de legat. præstand. ubi gloss. §. 1. verb. ex variis caus. 15. Instit. de rer. divis.* Pantschm. *1. quæst. 21. num. 30.* Bertazol. *1. consult. decis. cons. 62. num. 32.* si nimirum ad alia remota incommodè referatur, *l. hæres meus 100. §. uxori 2. ibiq.* Baldus *ff. de legat. 3. l. 1. C. de liber. præterit.*

Limita (1.) secus esse, quando dispositio redderetur inutilis; tunc enim, ne absurdum sequatur, relatio fieri debet ad remotiora, Bartol. *in l. talis scriptura. in fin. primæ oppositionis. ff. de legat. 1. & ibid.* Jason *num. 39. per l. cum vulgari 4. & ibi* gloss. Bartolus & alii *de dot. præleg.* Roman. *consil. 94. col. pen. & cons. 112.* Cardin. *in consil. 49. num. 3. & consil. 68.* Jason *in l. si creditori. notab. 5. ff. de legat. 1.* Cravett. *consil. 623. num. 7. & consil. 733. num. 19.* vel (2.) quando aliàs restringeretur favor familiæ, Ant. Glavarin. *tom. 3. consil. illustr. 1. numer. 24.* vel (3.) quando præsumpta testatoris mens & voluntas repugnaret, Socinus jun. *consil. 81. num. 19. & 20. lib. 3.* Jacob. Menochius *in consil. illustr. 12. n. 53. vol. 2. in 4.*

XI.

Relatio ad id fieri debet, cui magis verba conveniunt, & accommodari possunt. *l. Gallus 29. §. 1. de liber.*

de liber. & posth. cum multis. per Cravett. *congestis in consil. 762. num. 20. vol. 5.* nec facienda est ad eam partem, ubi per eam induceretur repugnantia vel contrarietas. glos. *in l. si idem cum eodem. §. fin. de jurisdict.* Bald. *consil. 357. Clausula lib. 4.* Alexand. *consil. 48. col. pen. circ. fin. vers. item illud quod dicit. lib. 1. consil. 213. lib. 3.* vel quando verba remanerent superflua & sine effectu operandi, ut in specie perpendit Cravett. *consil. 623. num. 17. lib. 4.* vide Danth. Sogar. *in cons. illustr. 5. num. 26. volum. 3. in 4.*

XII.

Quod juris est in uno correlatorum, idem quoque juris est in utroque, *l. 8. de his qui sui vel al. jur.* vid. supr. *lib. 3. c.* de correlativis.

XIII.

Relativum operatur id, quod expressio propriorum nominum, Bald. *in l. fin. C. de impub. & al. substit. col. 2. vers. secundo oppono.* & facit in dubio specialem relationem, non generalem, idem Bald. *d. loc.*

XIV.

Relativum junctum verbo futuri temporis facit conditionem *l. Stichum qui meus 6.* ubi Jason. *num. 2. ff. de legat. 1. l. si quis fundum 37.* & ibi Bart. *ff. de contrah. empt. l. 1. de peric. & commod. rei vend.*

Intellige nimirum distributivè, non collective, Bart. *in l. debitor. §. verisimile. notab. 1. de contrah. empt. in verb. quod natum erit, id est, quatenus natum erit.* Alex. *cons. 26. p. 4.* Francisc. Aret. *in l. qui libris. de vulg. & pupill. substit. l. si quis 17. §. differentia 1. de acquir. possess. col. 2. l. quidam 132. §. filiusfamil. 1. de V. O. l. si ita quis eod. tit. & in d. l. Stichum. de legat. 1.* Bald. *in l. si quis ita. de hered. instit. in 1. oppos.* potest (2.) intelligi etiam verum in relativo quantitatis. Secus verò in relativo substantiæ, Bart. *in l. si Titius. §. 1. ff. de legat. 2.* latissimè *in d. l. Stichum qui meus. de legat. 1.* vide tamen & Zasium *ad l. si ita quis promiserit in princ. num. 9. de V. O.* ubi ait, quod licet relativi natura sit facere conditionem, tamen adjunctum relativum puræ obligationi accidentaliter, scilicet ad tempora exigendi, non facit conditionem: quia facultas exactionis fortè est in manu creditoris, postquam pura est obligatio.

XV.

Relativum incertæ rei adjectum facit conditionem, Bald. *in l. 2. in 1. oppos. C. de fals. caus. adject.*

XVI.

Relativa duo cum in eadem oratione, quorum primum est sine copula, secundum cum copula, secundum non restringit, sed ampliat. Martin. Laudens. *in l. omnes populi. ff. de justit. & jur.* Jason *consil. 97. num. 3. volum. 1.*

XVII.

RELATUM est in referente cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse toto 77. ff. de hered. instit. l. si ita scripsero 38. de condit. & demonstr. l. ait Prætor. 5. §. 1. ff. de re judic.* [*l. Theopompus 14. de dot. prælegat. l. institutio talis 10. ff. de condit. inst. l. in testamento 31. ff. de condit. & demonstrat. l. ait Prætor 5. §. 1. de re judic. l. hæc venditio 7. §. 1. de contr. empt.* Bartolus *in l. 1. ff. de receptat. & in l. servum. §. fin. num. 5. ff. de legat. 2.* Paris. *consil. 39. num 13. vol. 1.* Laurent. Sylvan. *consil. 69. num. 5. vol. 2.*] Decius *consil. 47. num. 2. & consil. 647. num. 3.* Romanus *cons. 30. In proposita consultatione. num. 14. & cons. 305. num. 6.* Cravetta *consil. 45. num. 4.* Socin. *consil. 27. n. 12. & cons. 62. n. 24. lib. 4.* Paris. *consil. 25. n. 40. & 50. vol. 1.* Gozadin. *cons. 31. n. 2.* Natt. *cons. 204. n. 12.* Neviz. *cons. 40. n. 3.* Tiraq. *de Leg. connub. gloss. 7. n. 183. & 187.* Menoch. *consil. 1. num. 83. & consil. 150. n. 42. & cons. 247. num. 32. & consil. 19. num. 47. & cons. 539. num. 1.* Becc. *cons. 78. num. 37. vol. 1.* Bardel. *consil. 21. numer. 32. vol. 1.* Surdus *consil. 105. num. 30. & cons. 200. n. 5. & consil. 362. num. 8. & decis. 212. num. 14. & decis. 291. numer. 17. & 18.* Gutier. *consil. 18. numer. 56. cum seq.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. relatio 5.* Cald. Pereira *de potest. elig. cap. 16. numer. 17. & 33.* Bobadil. *in sua politica, lib. 1. cap. 4. num. 22.* Mantica *decis. 137. num. 5.* Stephanus Gratianus *discept. forens. tom. 3. cap. 501. num. 16. & 17.* Cevall. *commun. contr. commun. tom. 4. quæst. 905. numer. 13. & 14.* Josephus Sesse *Aragoniæ decis. 115. numer. 74.* Cæsar. Argel. *de contradict. legit. quæst. 10. num. 87.* Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc jure. ff. de Justit. & Jur. p. 1. cap 8. num. 91. vers. nihilominus.* Campan. *in divers. Juris Canon. rubr. 12. cap. 7. num. 27. prope fin.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 2. resolut. 59. cas. 16.* Rot. *decis. 35. num. 6. & decis. 187. num. 7. & decis. 457. num. 2. apud Farinac. p. 1. recent. & decis. 373. num. 6. & decis. 447. num. 5. p. 2. recent.* Sebastian. de Medices *de Reg. Jur. reg. 10. per tot.* Vincentius Caroc. *de excuss. bonor. part. 7. quæst. 17. num. 11.* Oswald. *in Donell. lib. 27. cap. 6. lit. M. & N.* Sigismundus Scaccia *de commerc. §. 7. gloss. 3. numer. 28.* [Referens enim accipit interpretationem ex relato, & relationis vigore quicquid continebatur in relato, dicitur quoque contineri in referente, Cravett. *l. Consil. 45. num. 4. per d. l. asse toto. de hered. instit.* cùm dubium non sit principale illud esse, ad quod fit relatio: non autem id, quod sese ad illud refert, nec referens absque relato consistere, aut alicujus rei fidem facere queat, Cephal. *cons. 200. num. 7. arg. Authent. si quis in aliquo. C. de edend. l. 2. C. de fid. instrum.* Quare principale ab accessorio & minus principali declarationem recipere, haudquaquam ratio-

nis est, Coras. *in l. admonendi, in prælud. num. 29. de jurejur. per l. ex pupillari 44. de vulg. subst.* Treutler. *1. cons. 12. num. 4. & seqq.* Quinimo relationis ea est natura, ut omnes relati qualitates secum trahat, prout trad. Paris. *cons. 19. numer. 68. & cons. 80. num. 49. vol. 2.* Cravett. *cons. 88. num. 3.* Socin. jun. *cons. 170. num. 33. vol. 2.* Ruin. *cons. 183. num 1. vol. 2.* ac referens secundum relati naturam reguletur. *Auth. si quis in aliquo. C. de edend.* Cacheran. *decis. Pedemont. 110. numer. 3.* Vult. *1. cons. Marp. 15. n. 21.* & relatio relatum ponat in referente, quale est relatum non aliud, nec aliter, nec alterius juris. Argentræus *in consuet. Britan. art. 418. gloss. 1. n. 6.*]

Amplia, ut verè, propriè, & naturaliter, non per fictionem relatum sit in referente, Sebast. Medices *d. reg. 10. num. 7.* Vincent. Caroc. *sing. 302.* Robles *de repræsent. lib. 2. cap. 11. num. 33. & cap. 26. num. 45. & cap. 29. num. 21.* Rota *decis. 405. num. 1. part. 1. in posthum. Farinac.* aliàs *p. 3. recent.* ubi quod relatum stat in referente cum suis qualitatibus, idem est ac si in relato fuisset expressum omne id, quod in referente expressum est, Farinac. *d. loc. & decis. 732. num. 3.* ubi quod relatio intelligenda est secundum qualitates in relato expressas, & *decis. 238. numer. 2. & 5.* ubi quod relatio debet fieri ad proximiora, & quod non sit ad omnia superiùs expressa, quando resultat aliquod incompatibile, vel quando per eum sequitur effectus contrarius extensioni disponentis.

Extende, in tantum relatum esse in referente, ut dicatur pars referentis, Alexand. *cons. 35. Viso processu. num. 8. lib. 4.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom. 6. lit. R. conclus. 129. num. 2.* & in terminis referens censeatur continere idem quod est in termino relato, Socin. *cons. 77. in præsenti. num. 6. & cons. 89. In causa. num. 9. lib. 1. & cons. 188. Visa Bulla. num. 3. & seq. vers. Ex quibus. lib. 4.* & paria sint aliquid nominatim exprimi, vel per relationem, Paris. *cons. 122. Clarissimus. col. 2. num. 3. & seq. lib. 1.* ubi dicit hoc verum, maximè quando relatio est certa, quia non potest fieri, nisi ad unum certum, *& cons. 2. num. 51. & seq. lib. 3.* Castrens. *consil. 81. in fin. l. 1.* [Hinc est quod docuit Baldus *in l. qui liberis. §. hæc verba, in fin. de vulg. subst.* quod persona, quæ nominatim atque ita singulariter exprimi debet, si per relationem demonstretur, nominatim expressa dicatur, quem secuti Alexand. *in l. fin. C. de hered. institut. & ibid.* Jason *num. 12.* vide & Ruin. *cons. 29.* ita etiam dicimus, quod à pari procedant aliquid esse certum per se, vel per relationem ad aliud, per tradita à Dd. *in l. ubi 75. §. illud. ff. de V. O.* Decius *in l. actum. num. 3. ff. de reb. credit.* Socin. sen. *cons. 96. num. 14. vol. 4.* & respondit post alios Paris. *cons. 25. num. 45. vol. 1.* quod investitura concessa relatione facta ad antiqua dicatur expressè & verè concessa, maximè cùm in investituris hoc sit regulare, ut semper secundum primam investituram intelligantur, Wesenb. *cons. 2. num. 8.* adeò ut licet expressè fiat ejus relatio, tacitè tamen semper insit: ejusque clausulæ & qualitates omnes in sequentibus investituris inesse & repeti intelligantur, Wesenb. *dict. loc.* Quin imò relatum dicitur considerari in referente, & secundum tempus, & locum, & solennitates, quia natura relationis est natura veritatis patentis ex conjunctione duarum scripturarum, adeò ut quicquid continetur in termino si fiat relatio, dicatur verè contineri in termino referente, prout probant Decianus *consil. 48. num. 14. vol. 5. per l. ait Prætor. 5. §. si judex 1. ff. de rejudic.* Baldus *cons. 212. vol. 5.* Decius *cons. 647. num. 2. & cons. 673. col. 1.* quibus accedit Castrens. *cons. 283. col. 7. vers. his visis. vol. 3.* ubi inquit: Quod licet relatio sit relativum substantiæ, non tamen facit relationem ad solam substantiam sui antecedentis, sed etiam ad omnes conditiones, qualitates, modos & tempora, ad quæ disponens se refert, quem sequitur Rolandus à Valle *cons. 58. num. 23. vol. 3.* ubi dicit, quod verba universalia restringantur per relationem, quam esse naturam relativi, ut restringat dispositionem universalem præcedentem, refert Tiberius Decianus *in cons. 72. num. 35. volum. 3.*]

Et ideò relatio restringitur, & limitatur ad illud, quod in relato continetur tantùm, Decius *cons. 63. sub numero 6. vers. nec obstat.* Rimin. *cons. 34. numer. 6.* Carolus Bardel. *cons. 61. num. 42.* Josephus Sesse *Aragon. decision. 125. num. 41. & decis. 185. num. 110.*

Et referenti non creditur, nisi constet de relato. *d. l. asse toto. Authent. si quis. C. de edendo. l. in testamento 31. de condit. & demonstr.* Gail. *2. observat. 1. num. 15.* Surdus *cons. 5. num. 57.* Mar. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 38. num. 5. & resolut. 64. num. 7. & lib. 2. resolut. 8. numer. 12.* Sebastian. Medices *d. Reg. 10. numer. 3.* Stephanus Gratianus *discept. forens. tom.*

tom. 4. cap. 693. num. 2. & 5. Robles *d. lib. 2. cap. 14. num. 36. & 39.* Illud enim si aliter se habet, dispositio referens tanquam erronea corruit, & non attenditur, Decius *d. consil. 63.* Menoch. *cons. 1. num. 96.* Octav. Glorit. *resp. 12. num. 24.* sicuti etiam cessare perhibetur, cùm absurdum inde resultaret. Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. cas. 64. num. 11.* Jason *in l. talis scriptura. num. 38. de legat. 1.* Decius *consil. 195. col. penult. vers. quartus.* Alexand. *1. cons. 48.* Umm. *in corollar. disput. 18.*

CAP. XXXII.
Relaxatio.

Relaxatio vinculum præsupponit, *cap. ad dissolvendum 13. de despons. impub. l. si decem 48. de V. O.* Natt. *tom. 3. cons. 49. num. 4.* Est enim relaxare in pristinum statum reponere, *c. si annum 3. de judic. in 6.*

De Relegatione vid. *Exilium.*

CAP. XXXIII.
Religio.

Axioma I.

Religio est fulcrum, columna & fundamentum Reipublicæ, quo subtracto & ipsam concidere, commoto & ipsam nutare necesse est, Arnisæus *lib. 2. de Majest. c. 1. n. 369.* ratio, quia primum omnium in Republica functionum. Aristot. *lib. 7. politic. cap. 8.* Unde religione nihil majus & sublimius esse dixit Ambrosius ad Valent. Imp. *lib. 1. cap. 1.* cujus constituendæ jus ad Majestatem pertinere, eique adimi nullo modo posse monstravit Arnisæus *d. lib. 2. de Majest. d. cap. num. 9. & cap. 6. num. 1.* Qua de causa etiam Imperator ante omnia curare debet, ut per omnia superni numinis religionem tueatur, *l. unic. C. nemini licer. sig. salv. Christ* cum nihil occasui magis subjaceat, quàm vera religio, *l. inter claras 8. C. de Summ. Trinit.* quam generaliter consideratam Jurisgentium esse desumitur *ex l. 2. de Justit. & Jur.* cum omnibus gentibus sua sit religio, si nimirum illud generale axioma spectes, Deum religiosè colendum esse: vera enim religio hujus juris non est, sed solius divini, abstrusa & abscondita etiam rationi naturali, nisi divinitus reveletur, *Psal. 147. vers. 19. & 20. Johan. 1. vers. 18.* Paulus *ad Roman. 16. vers. 25. Ephes. 1. vers. 9.* Just. Meier. *ad l. 9. de Leg. Rhod. Quomodo Imp. sit mundi Dom. cap. 6. lit. c.* Quapropter divinitas cum diversas patiatur religiones, nos unam (inquit Theodor. Cassiodor. *epist. 26. lib. 1. variar. Epist.*) imponere non debemus, neque etiam ob diversitatem religionis jura pacis sunt infringenda, vide Synodum Sandomirens. *de anno 70.* sed potius ista religionis varietas toleranda, non reprobanda. Francisc. Bald. *cons. Paris. apud Jean. Francois le petit histor. Belgic. pag. 79. lib. 1.* Lyser. *in duell. Clesel.* Springer. *de pac. Religionis, cap. 7.* possunt enim esse boni cives, etiamsi minus boni Christiani. Hinc sanctè & piè Imp. Marcianus sub anno 452. edicto scripsit publico: Nostra clementia nulli penitus necessitatem imponi præcepit, quatenus aut subscribat, aut consentiat, si noluerit; non enim terrore aut violentiâ aliquos trahere volumus ad viam veritatis, inquit Goldastus *const. Imp. tom. 3. pag. 604.* quia summa est ratio, quæ pro religione facit, *l. 43. ff. de Relig.* latè Guilhelm. Bœckel. *in tract. de publ. judic. disquisit. coron. pag. 314.*

II.

Religionis favor attendendus est, *cap. ult. extr. de convers. infidel. l. 43. ibi: summa ratio est quæ pro religione facit. de religios.* & publica utilitas, *cap. ult. extr. qui fil. sint legitim.* religionis enim favore fit, quod aliàs non fieret, *cap. significasti 18. extr. de homicid. cap. cum 2. extr. de eo qui fur.* ita hujus favore mitius agi cum aliquo, textus est *in cap. ex literarum 2. extr. qui Cler. vel voventes.* ita religionis favore cum aliquo dispensari patet *in cap. ex literarum 2. extr. de Apostat.* ita religionem etiam humanitati præferri debere, textus est *in l. 3. §. 2. Cod. de his qui ad Eccles. conf. l. 27. de condit. instit.*

III.

Religionis causam non decet obtendere ad id, quod planè est iniquum, *l. sunt personæ 43. de Religiosis. l. penult. in quibus causis pign. tacit. contrah* ubi Mornac. Nemo igitur potest officium publicum deserere sub specie Religionis, *l. 26. C. de Decur.* Perez. *eod. tit. n. 44.*

IV.

Ea, quæ religiosis adhærent, religiosa sunt *l. quæ religiosis 34. ff. de rei vind.* Lud. Gom. *ad §. item Serviana. de act. num. 30.*

CAP. XXXIV.
Reluitio.

Axioma I.

Quoties jus reluendi simpliciter reservatum, toties præscribitur triginta annis. Quia ejusmodi conventio inducit actionem personalem, quâ venditor potest compellere emtorem ad retrovendendum & rem restituendam *l. 1. C. de pact. inter emt. & vend.* Zoës. *ad ff. in tract. de Retract. un. 32.* actioni autem personali triginta annis regulariter præscribitur *l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.*

II.

Quoties conventum, ut reluitio quocunque tempore debeat esse licita, toties etiam post triginta annos est permissa *l. 31. §. 22. ff. de Ædil. Edict.* quia sic renunciatum est præscriptioni; hinc emtor vi pacti adjecti semper est in malâ fide, unde non præscribitur ullo tempore. *Cap. 2. de Reg. Jur. in sexto.*

CAP. XXXV.
Remedium.

Axioma I.

Ex duobus remediis melius & brevius est eligendum, *l. 3. ff. ne ei vis fiat qui in possess.*

II.

Ibi opus est remedio, ubi maximum imminere periculum perspicitur, *Extravag. com. injuncta. in pr. de Elect.* Remedia tamen falsa veris periculis sunt graviora, *c. de homine 7. extr. de celebrat. miss.*

III.

Remedia plura quoties uni competunt, uno sublato, ad aliud ut recurramus non est prohibitum, *l. si prius 17. ff. de aq. pluv. arcend. l. si domus 21. ff. de servit. urban. prad. l. quoties duplici 91. ff. de R. I.* Decius *consil. 396. num 3.* Bartol. *in Auth. hoc amplius. n. 9. C. de fideicomm.* Gail. *2. observ. 98. n. 11.* remedium enim primum cum non valeat sortiri effectum, alterum subsistere poterit, *l. 19. de inoffic. testam. l. 97. ff. de acquir. hered. l. ult.* ibi: *nisi satisfiat creditori. C. de fidejuss.* cum remedio uno electo, si illud non sufficit, possit eligi aliud, *l. 1. §. quod ergo 4. de ventr. inspic. l. consentaneum 9. & ibi* Bart. *in fin. C. quom. & quand. judic.* Ludov. Gomez *ad §. item si quis. num. 44. instit. de act.* maximè quando per prius intentatum agenti satisfactum non sit, *l. quoties 41. ff. de V. O. l. mater 19. ff. de inoffic. testam.* Dd. *in l. edita. Cod. de edend.* Excipe, nisi fiat in præjudicium tertii, prout pluribus persequuntur Heig. *p. 2. quæst. 2. num. 17.* & post eum Carpzov. *p. 2. constit. 20. defin. 11. num. 9.*

IV.

Remedia elusoria reddi non debent, sed interpretatione potius adjuvanda quàm invertenda, *cap. si Papa 10. de privileg. in 6. l. si quando 106. de legat. 1. cap. Pastoralis. 53. de appellat.* ubi Abbas, Panormitanus & Decius *num. 1. & §. quisquis prima. Constitut. Cod.* Pantschman. *libr. 2. quæst. 7. n. 14.*

V.

Remedia à Prætore inducta non secundum jus civile, sed juxta prætorium denominantur, Natt. *3. cons. 566. num. 3.*

VI.

REMEDIUM ordinarium ubi datur, non conceditur extraordinarium, *l. quædam 9. in princip.* ibi: *quia id consequi & c. ff. de edendo l. in causæ 16. ff. de minorib.* [*l. 32. in fin. de damn. infect. text. & exemplum cum responsione eleganti in l. 1. §. 2. de publican. l. cum sine beneficio Prætoris 11. de Carbon. edict.*] Exornant Zas. *lib. 1. respons. cap. 20.* Alphanus *collect. 755.* Menochius *remed. 15. recup. possess. num. 12.* Maurit. *de in integr. restit. cap. 11.* Sfort. *in simili tract. p. 1. quæst. 17.* Cald. Pereira *in l. si curatorem. verb. per quod pristinum. num. 16. & verb. implorare. num. 9. Cod. de in integr. restit. minor.* Morl. *in emporio Juris, part. 1. tit. 5. quæst. 3. num. 2.* Christophorus de Pace *in scholiis ad leges styli. l. 171. num. 1.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom. 5. lit. O. conclus. 182.* D. Barbos. *in l. quia tale. num. 63. ff. solut. matrim.*

Limita tamen, si remedium extraordinarium utilius sit ordinario, secundum Zas. *d. cap. 20. num. 20.* Pinell. *in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 3. cap. 1. num. 19.* Maurit. *d. cap. 11. numer. 7.* Sfort. *d. quæst. 17. n. 33.* Morl. *d. quæst. 3. num. 12.* [Matth. Coler. *de process. executiv. part. 1. cap. 5. num. 71.* Sichard. *ad l. 3. C. quomodo & quando judex. numer. 6.* Sfort. Odd. *de restitut. in integr. part. 1. quæst. 17. numer. 33.* Carpzov. *part. 2. const. XI. defin. 34. n. 8. & part. 3. constit. 13. defin. 3. numer. 6.* ita Prætor è re esse putavit specialiter edictum adversus publicanos proponere, licet idem alibi providerit furtis, damnis & vi raptis, *l. 1. §. 2. de publican.*] Ex quo etiam procedit, ut minori non denegetur restitutio, quoties per hanc plenius, seu pinguius illi succurritur, ut notant Doctores *in l. in provinciali 3. ff. de novi operis nunciat.* Tiraquell. *in l. si unquam. verb. libertis. num. 114. Cod. de revocand. donat.* Mauritius *d. cap. 11. num. 7.* Cald. Pereira *in d. l. si curatorem. verb. læsis. n. 11.* [Cum remedium pinguius nonnunquam absorbeat id, quod minus est pingue. Harprecht. *ad §. sed cum paulatim. de testament. num. 371.* Aliam & maximè necessariam hujus axiomatis declarationem vide apud Wesenb. *in parat. C. in quib. caus. restit. in integr. non est necess. vide & l. 3. §. pen. de Carb. edict. l. 1. §. 18.* ibi: *quia eodem auxilio non indigent. de exercit. action.*]

VII.

REMEDIO novo indigent, quæ de novo emergunt. *Vide supr. libr. 5. cap. emergens.*

VIII.

Quoties læsio contingit ex incerto eventu, toties Remedium *l. 2. C. de rescind. Vendit.* cessat. Quia in incertis nemo potest dici certò lapsus, cùm par in utraque parte sit ratio *l. 11. C. de transact.* & unus æque ac alter lædi potuisset, e. g. si heredes divisionem rerum hereditariarum submiserint sorti.

Limita: modò fraus, dolus & error abfuerit, arg. *l. 11. §. 4. ff. de minor. Carpz. P. 2. Const. 35. def. 2. & 3.* Hinc si enormissima fuerit læsio, ideò rescindendam esse renunciationem statuit *Mev. P. 3. decis. 213.* nisi alter, quod deest legitimæ, supplere velit. *Mev. d. l.*

IX.

Quoties contra obligationem præcedentem justæ mihi competunt exceptiones, toties Remedio

Remediò *l. si contendat. 28. ff. de fidejussor.* alterum ad agendum provocare possum, ut meas exceptiones audiat aut taceat. Ratio consistit in æquitate, quia alioquin exceptionum probatio aut planè interiret aut difficilior reddi posset. Ita si actor se fundaret in instrumento liquido, reus verò contra illud haberet exceptiones, hôc remedio provocare potest.

CAP. XXXVI.
Remissio.

Axioma I.

Remittere & dare idem est, *cap. veniens 10. extr. de testib.*

II.

Remissio certi juris est donatio. *l. si quis delegaverit 12.* ubi Bartol. *ff. de novat. l. pactum curatoris 22.* ubi Dd. *C. de pact. l. si quis obligatione 115. de R. I. l. 6. §. 11. l. 18. quæ in fraud. credit. l. Modestinus 23. de donat. l. 4. C. de novat. l. 1. ff. de transact.* Bald. *in l. 1. & 2. C. si adverss. transact. num. 2. & 3.* Tiraquel. *in l. si unquam. verb. donatione. q. 8. n. 143. & post leges connubiales gl. 3. n. 143.* Carpzov. *p. 4. const. 29. defin. 29. n. 6.* Wesenb. *in parat. de pact. num. 8. verf. remittere autem.*

Limitat Carpzov. *5. resp. 64. num. 13. ubi vid.* Per se enim & propriè loquendo eam donationem non esse exinde patet, quod in transactione, ubi remittens non donare, sed suum consequi intendit, Bart. *in l. sed etsi. §. quæsitum. si quis caution.* Cravett. *consil. 142. num. 36.* donatio non præsumatur. *l. 1. ff. de transact.* itaque quod remissio pignoris propriè non sit donatio. Text. est *in l. 1. §. 1. quib. mod. pign. vel. hypothec.* sicut nec intercessio, *l. quamvis 8. in pr. ad SC. Vell. l. jubemus 21. C. eod.* quia nihil largiris de tuo, nihil minuis de tuo. Ex accidenti tamen evenire posse, ut pro donatione ea habeatur exemplo pignoris in fraudem creditorum remissi, monstrat Cujacus *lib. qq. Papin. ad l. 18. quæ in fraud. credit.*

III.

Remissio perinde ut transactio non valet super his, quæ pendent ex testamento, nisi expressè testamenti mentio fiat, *l. 6. l. 12. ff. de transact. l. 1. §. 1. quemadm. test. aper.* Phil. Matth. *2. conf. Marp. 27. n. 60.*

IV.

Remittens jus suum, eo amplius uti non potest, *l. 14. §. si venditor 9. ff. de ædilit. edict. l. 1. §. qui semel 6 ff. de succeff. edict. & cap. quàm periculosum 7. quæst. 1. cap. 1. §. præterea. quib. mod. feud. amitt. & cap. cum inter. R. 16. ibidemq; gl. verb. quod ex consensu. extr. de Elect.* Conf. Arg. *1. conf. 86. n. 59.* Petr. de Ancharan. *consil. 339. incip. pro majori intelligentia. num. pen.* quia contra proprium suum factum nemo venire debet, *l. si creditoribus 5. Cod. de serv. pign. dat. l. filius 4. C. revoc. his quæ in fraud. credit.* Decian. *conf. 59. num. 20. vol. 2.* Vult. *2. consil. Marp. 29. num. 76.* ubi *num. 131.* hoc in thesi ita verum esse ait, si factum omni sui parte sit absolutum, ut in eo nihil à jure requisitum desiderari possit. Verum cum multa obviam veniant, ex quibus justa contraveniendi causa apparere possit, ut si enormissimè per remissionem læsus esset, causa tanti momenti erit, ut ea ipsi contra læsionem factam nihil obstare possit, vide Jasonem *consilio 133. num. 17. vers. non obstat ergo. vid.* Goth. Anton. *disp. feud. 8. thes. 8. lit. E.*

Declara: simplici Remissione facta non videntur remissa ea, quæ ex alio capite debentur. Sic licet testator tutori remittat necessitatem reddendarum rationum, non tamen videtur remissa actio ad reliqua vel dolo gesta. *Brunnem. ad l. 4. C. de his qui sponte.*

V.

Remissionem à prædecessore factam successor mutare non potest. *Perez. C. de Collat. donat. §. 2.*

VI.

Remittens dominium non transfert. Socinus *in l. Julianus. in pr. ff. de condit. & demonstr.* ubi declarat & reassumit Decius post Felin. *in cap. veniens 10. super gloss. 1. extr. de testib.* vid. Ludov. Gomez. *ad §. sic itaque. Instit. de actionum. 7.*

VII.

Remittens injuriam, alteri non censetur remisisse damna, & id quod interest, *l. 7. in princ. ff. de condict. furtiv.* Dynus *in l. sed si unius. §. si ante. de injur.* Baldus. *2. consil. 295.* Alexand. *5. conf. 168.* Schneidew. *4. Instit. de injur. §. fin. num. 10. in addit. lit. a. vid.* Perez. *prælect. Cod. de generali abolitione. n. 5.* ratio, quia nemo tenetur æstimationem damni remittere, sed iracundiam condonare debet. *cap. si quis iratus 5. 2. quæst. 3.* Petrus Costalius *ad l. 7. de condict. furtiv. post glossam in cap. 1. de maledic.* si tamen pars pœnam fundatam super injuria privata vult remittere, etiam judex eam remittere tenetur. Matthæus de Afflictis *in usib. Feud. quæ sint regal. verb. pœnarum. num. 25.* Jacob. de Aretin. *in l. si quis. ff. de manumiss.*

VIII.

Remissionem injuriæ præcedentis facit præsumi servitium subsequens, *l. in ipsius 5.* & *ibi* Bald. *C. famil. herciss.* Jason *in l. 5. num. 64. & 69. de justit. & jur.* Schneidew. *d. loc. num. 4.*

IX.

Remissio pœnarum non nisi Principi est concessa, *l. pœnam 15. Cod. de pœn. c. irrefragabili 13. extr. de offic. ordin.* quoniam derogat Legi, cui derogare is, qui Principe est inferior, non potest, quantumvis jurisdictionem omnimodam habeat *l. formam 2. C. de offic. Præfect. Prat. Orient.* Socin. *consil. 20. col. 1. inter conf.* Curt. sen. Angel. *in l. si decesserit. ff. qui satisdare cogantur.* Cyn. *in l. preces. C. de transact.* Matth. de Afflict. *in c. unic. ad verb. pœnarum. num. 17. quæ sint regalia.* Bodinus *de Repub. lib. 1. cap. 10.* Quin imo facultas remittendi pœnas usque adeò denegata est his, qui Principe inferiores sunt, ut etiam damnatum post sententiam restituere negetur, quamvis de innocentia ipsius manifestò constet. *l. 1. §. si quis ultro.* ubi Bart. *ff. de quæst.* Ang. *in l. qui de crimine. col. 2. ff. de accusat.*

X.

Remissio tributorum non nisi principi competit. Non ergò potest curia debitores Reipubl. gratis liberare vel eis tributa remittere. Denique nec à totâ civitate nec à personâ in dignitate constitutâ ob merita & in compensationem servitiorum alicui immunitas concedi potest, nisi medicis & Professoribus à curiâ. *Perez. C. de Decret. Decur. n. 6. seqq.*

XI.

Qui ad aliquem remittit, ejusdem sententiam approbare videtur, Bart. *in l. non solum. §. si liberationis. num. 7. ff. de liberat. legat.* Wesenb. *lib. 1. cons. 44. num. 71.*

XII.

Remissio non fit ex lucro non percepto, sed ex damno, Paris. *cons. 38. num. 12. vers. præterea in præsenti. vol. 1.* ratio, quia magna est differentia inter eum, qui damnum patitur, & inter eum, qui lucrum non facit, *l. fin. C. de Codicill.* Berous *cons. 141. num. 4. vers. accedit ad hæc. vol. 1.* & Hyppol. Riminald. *consil. 40. Annis elapsis, n. 35. in fin. vol. 1.*

CAP. XXXVII.
Remotio.

Axioma I.

Remotio prohibitionis ejusdem est juris, ut prohibitio, Pacian. *cons. 142. num. 10. vid. supr. lit. P. cap. Prohibitio.*

II.

Qui potest constituere, potest etiam removere. *c. 12. extr. de hæret.* Exemplum est in Præfecto prætorio, qui præsides constituere, Pac. *in Analys. C. de off. Præf. Præt. Or. n. 8.* & removere potest, *l. 3. C. prædict. tit. l. 3. C. de offic. Rect. provinc.* Hinc varias sæpe subesse causas, per quas ab officio removeri potest, veluti propter negligentiam *ex c. cum ad monasterium 6. extr. de stat. Monachor.* propter scandalum, *cap. de Rectoribus 3. extr. de Cler. ægrot.* propter crimen, *cap. si Episcopus 7. dist. 50.* propter utilitatem, *cap. mutationes 7. q. 1.* propter senectutem *c. petiisti. d. q. 1.* propter necessitatem *d. cap. mutationes. cap. Episcoporum 5. dist. 74.* propter levitatem, *c. si quis presbyter 7. q. 1.* propter ambitionem, *c. si quis de ordine. d. q. 1.* patet. propter inobedientiam *c. cum in magistratu 49. de Elect. & Elect. potest.* vid. not. ad Colleg. Jurid. Argent. *de decurion. th. ult.* Modest. Pistor. *1. consil. 26.* Wesenb. *6. consil. 260.* Langlæus *7. semestr. 18.* Berlich. *2. decis. 299.*

III.

Officiales, qui in arte & probitate deficiunt, reprobari possunt & removeri, iisque immunitates adimi & otiosis munera consueta imponi *l. 2. C. de Profess. & Medic.* Inhabilis etiam electus ad officium dejici debet, *l. 12. C. de dignit.* non tamen removeri potest per eos, qui ejus admissioni interfuerunt vel electioni consenserunt *l. 13. §. fin. ff. de Decur.* Quare electus tolerandus, si eligentes ignoraverint ejus vilitatem aut non tantam esse putaverint. Secus si ignominia nota sit & nimium sœda officio. *Perez. C. de Infam. n. 4.* nec aliquis nisi princeps super vilitate officiali objectâ cognoscere potest. *l. 2. C. de agent. in reb.*

IV.

Ordine moti ad tempus semper per restitutionem pristinum locum recipiunt. Relegati autem, si interea ipsis alius substitutus novam vacantiam expectare tenentur. *Brunnem. ad l. 2. C. de his qui in exilium dati.*

V.

Feudum vel beneficium datum in casum mortis datum etiam censetur in casum, quò præsens possessor removetur & jure suo privatur. *Perez. C. de primicer. n. 7.*

CAP. XXXVIII.
Remuneratio.

Axioma I.

Remunerare aliquem de Republica bene merentem, est res, quæ pertinet ad publicam utilitatem, Castrens. *cons. 178. Donatio prædicta in fin. vol. 2.* Fulgos. *cons. 143. Antonius. col. 2. vers. in oppositum arguitur.* Decius *cons. 271. In casu transmisso. num. 3. sub vers. ulterius etiam considerandum est. col. 3. & cons. 390. quoniam ex facto num. 10. vers. & primò considerandum est. col. 6.* Tiraquel. *in l. si unquam. in verb. donatione largitus. num. 40. vers. vigesimo. C. de revoc. donat.* Decius *cons. 498. Viso casu proposito. num. 25. sub vers. & ista conclusio. col. 7.* Grammat. *decis. 66. in causa excellentis. num. 3. vers. & quod remunerationis. col. 3.* ac est sufficiens ad tollendum jura tertii. *l. item si verberatum 15. §. item si forte 2. ff. de rei vind.* ubi notatur etiam expresse, quod assignatio rei alienæ facta militibus bene merentibus valeat in præjudicium tertii, idem probatur & *in l. Lucius 11. ff. de Evict.* ubi dictum est, quod de potestate Principis possint subditorum possessiones distrahi, & veteranis in præmia bonæ servitutis assignari. Vide & Roman. *cons. 310. In casu propositæ consultationis.*

II.

Remuneratio est quoddam genus permutationis, Cons. A. *cons. 112. n. 174. lib. 1.* præsupponit enim aliqualem obligationem *l. 12. §. cum tutor 3. de admin. tut. l. 1. §. sed si 5. ff. de rat. distr.* cum ad remunerandum hos, à quibus beneficia suscepimus, naturâ obligemur. *l. sed etsi 25. §. consuluit 11. ff. de pet. hered.* Bart. *in proœm. ff. col. fin. c. cum in officiis 7. de testam.* Panorm. *in rub. & in cap. per tuas. de donat. & in cap. cum creatura. de celebrat. Missarum. argum. l. si propatre 10. §. si domini 7. ff. de in rem verso l. si remunerandi 6. l. si vero 12. ff. mandat.* Benedict. Curt. Symphor. *in Comment. ar. de arrest. amor. arrest. 8.* Covarruvias *in capit. quamvis pactum 2. part. prælect. §. 4. num. 13. de pact. in 6.* adeò ut etiam omnis creatura ex naturæ instinctu moveatur ad beneficiendum ei, qui sibi benefacit, & hujus quidem notabilis affectus mirabilia apud antiquos extant

extant exempla, quibus & ipsa bruta animalia dicuntur benefactoribus suis retributionem præstitisse,ut de quodam Leone attestantur Tiraquell. *in verb.donatione largitus.d.l.si unquam n. 56. de revoc. donat.* Plinius *lib. 8. cap. 16. in fin.* & de ciconia inter aves piissima, tradit Cœl. Rhodigin. *cap. 17. lib. 11. lect. antiq. in ult. edit.* non tamen illa ad remunerandum adstringit. *l. 3. § sed etsi servus 7. in fin. ff. de condict. caus. dat. caus. non secut.*

III.

Remunerationis causa multa à jure permittuntur, quæ alias non permitterentur, Roland. à Valle *t. consil. 5. num. 8.* Osasch. *decis. 95. num. 15.* vid. *tract. nostrum de metat. p. 3. sect. 2. c. 1. n. 5.* & ideo propter remunerationem sæpissimè à regulis juris recedimus, *l. cum Navarchorum 6. C. de navicular. lib. 11. fac. text. sing. in l. si pater 34. § 1. ff. de donat.* ubi donatio remuneratoria propter ingratitudinem non revocatur contra regulam. *l. fin. C. de revocand. donat.* Jason *in l. si non sortem § libertus col. 3. num. 8. ff. de condict. indeb.* Ludov. Roman. *in singular. 114. incip. donatio.* Andr. Siculus *in cap. 1. col. 4. num. 33. de consit.* facit quod de remuneratione tradit Roman. *in consil. 328. præsens consultatio, quem sequuntur* Felin. *in cap. causam quæ. col. 8. de rescript. & in cap. fin. col. 3. de præsumpt.* Ludovic. Gomez. *ad § item Serviana. Instit. de action. num. 44.* Petr. de Ravenn. *in suo Alphabet. juris. verb. remuneratio.* simile qvid est & in donatione inter virum & uxorem, quam non intelligi prohibitam, tradit Bart. *in l. si voluntate. in fin. C. de dot. promiss.* Pacian. *t. consil. 112. num. 51.* cum prohibito donare, propterea remuneratio non denegetur, *cap. quicunque suffragio 12. quæst. 2.* Panorm. *in cap. per tuas de donat.* illaque soluti repetitionem impediat, Accurs. *in l. ex hoc jure de just. & jur.* Bart. *in l. si non sortem. § libertas de condict. indeb. & in l. si testamento. § 1. ff. de fidejussor.* Bened. Curt. Symph. *d. loc. p. 513.* Idem etiam est in legatis, si testator rem legatam remunerandi gratia alteri donavit, tunc legatum revocasse censetur Menoch. *4. de præsumpt. 167. numero 31.* Bart. *in l. 18. num. 2. de alim. legat.* Rubæ. *consil. 95. num. 14.* Harprecht. *ad § si rem suam. Institut. de legat. num. 8. cum seqq.* ita licet generaliter à Legibus rerum Ecclesiasticarum prohibita sit alienatio; tamen si Prælatus voluerit eos remunerare, qui Ecclesiæ grata opera intenderunt, poterit alienare, & non obstante prohibitione valebit alienationis contractus, Roman. *in l. si vero. § de viro. num. 81. vers. 48. principalis fallentia. ff. solut. matrimon.* cui rei multum adstipulantur ea, quæ notavit Bartol. *in l. ambitiosæ. num. 2. vers. quæro utrum liceat. ff. de decret. ab ordin. faciend.* ubi ait, quod decuriones aliàs prohibiti donare res civitatis, possint tamen remunerationis causa eas donare vel Legatis vel aliis de Republ. benè merentibus, inspecta magnitudine civitatis & eorum, quibus donatur, quem consulendo secutus Ruin. *consil. 175. visa donatione. num. 14. vers. sed præmissis non obstantibus. vol. 1.* ad idem facit & illud, quod non minus cæteris mirabile proposuit Roman. *in l. si ante nuptias, in fin. ff. solut. matrimon.* ubi tradit, quod licet minor 25. annis non possit rem immobilem etiam cum decreto & curatoris autoritate donare, *l. fin. § cum autem donationes. C. si major factus alienaverit. l. 1. ff. de rat. distrah.* attamen benè poterit ex causa remunerationis etiam de rebus immobilibus donationem facere cum decreto judicis & autoritate curatoris; cujus opinionem Romani tuetur & defendit Jason, qui multa de remuneratione scripsit *in l. ex hoc jure. num. 63. vers. undecimus effectus. ff. de justit. & jur.* vid. & Tiraquel. qui pariter in hanc materiam multa congessit *in d. l. si unquam. num. 27. vers. decimus quartus, verb. donatione largitus. C. de revoc. donat.*

CAP. XXXIX.
Renovatio.
Axioma I.

Renovatio nihil novi juris addit, sed id, quod invenit, confirmat. Schenck. Baro *in cap. 1. num. 1. quid præced. deb. invest.* Schrader. *de feud. part. 6. cap. 3. num. 29.* Est enim renovatio non quidem titulus novus, sed tituli prioris continuatio. Felin. *in cap. de causa. num. 1. de offic. delegat.* Grammat. *decis. 222. num. 7.* Valasc. *de jur. Emphyt. quæst. 7. num. 10.* ita renovari debere feudum per investituram sub eadem forma & pacto, quo prima investitura facta fuit, dixerunt Bart. *in l. quod ducitur. n. 9. de impens. in rem dotal. fact.* Bald. *in l. 1. quæst. 15. de rer. divis.* cum censeantur in feudo renovatæ omnes qualitates investituræ primæ. Bald. *in l. unic. num. 31. C. quand. non petent part.* Alex. *consil. 30. num. 6. vol. 1. & cons. 107. num. 14. vol. 4.* ac intelligatur ea facta secundum naturam investituræ primæ. Zas. *de feud. part. 5. n. 60. & p. 6. n. 23.* Curt. jun. *de feud. part. 7. quæst. 7. & cons. 108. num. 8.* Menoch. *1. consil. 1. num. 125. & de præsumpt. 3. præs. 92. num. 5.* Vult. *3. cons. Marpurg. 21. num. 197.* nec ab illa recedendum, nisi inter Dominum & Vasallum hoc expresse actum sit, ut inde recedatur. Dec. *consil. 185. n. 3. vers. non obstat.* Bero. *cons. 72. num. 21. & cons. 113. num. 42. vol. 2.* Castrens. *consil. 61. vol. 1.* Dec. *cons. 185. n. 3.* Cephal. *cons. 155. num. 10. vol. 2.* Menoch. *3. consil. 202. num. 35.* Similiter si Emphyteusi finita Dominus faciat renovationem ejusdem simpliciter, valebit, licet certa pensio non exprimatur, nec aliquid aliud, cum intelligatur facta eodem pretio & qualitatibus, ac omnia in ea, quæ in præcedenti Emphyteusi repetita. Bart *in l. si mihi & Titio ff. de V. O. per l. item quæritur 13. § qui impleto 11. ff. locat. l. ult. § uxor. 5. ff. solut. matrim. l. si stipulatus 4. in princ. ff. de Usur. cap. 1. de gradib. succes. cap. 1. de duob. fratrib.* Valasc. *de jur. Emphyt. d. q. 7.*

II.

Renovatio tacita contractus censetur facta secundum formam & modum contractus expressi, Bart. *in l. 1. § post operis de oper. nov. nunc. l. legem 16.* ubi Bald. Salicet. & alii, *C. de loc.* Natt. *cons. 571. n. 4.* Gozadin. *cons. 84. n. 5.* Ruin. *consil. 20. vol. 1.* Paris. *cons. 23. n. 4. lib. 1.* Cephal. *cons. 369. num. 124.* Pantschman. *1. quæst. 22. num. 9.*

III.

Si privilegia diuturnitate temporis perdita vel inumbrata sint, à principe peti & dari debet Renovatio. Perez. *C. de Decurial. urbis Romæ. numer. 7.*

CAP. XL.

Renunciare, Renunciatio. Resignatio.

Axioma I.

Renunciare quilibet potest juri pro se introducto. *l. si quis in conscribendo 29. C. de pact. l. pen. C. de transact. cap. super hoc. 5. extr. de renunciat. cap. dilecti 17. extr. de for. compet. cap. ad Apostolicam 16. extr. de regular. c. constitutus 45. extr. de appellat. c. penult. extr. de regular. cap. dudum 20. extr. de conversat. conjug. cap. ult. extr. de crimin. falsi. cap. si de terra 6. extr. de privileg. c. quam periculosum 7. quæst. 1.* ratio, quia regula juris est: uti eo non licere, quod nobis nostri causa Lex dedit & unumquemq; de jure suo detrahere posse. Cujac. *in recit. C. de rescind. vendit.* sive ut planius Idem *in Juliani lib. 45. D. l. si judex 41. de minor.* unusquisque potest contemnere ea quæ pro se introducta sunt. Eamque veterem juris regulam esse per multa exempla commonstrat, atq; illo etiam Ciceronis in Verrem: Quod mihi lex mea causa dedit, & mihi non uti licet. Siquidem illis renunciare tantum possumus, quæ nobis sunt competentia. *l. si judex 41. ff. de minor.* Gisan. *in tractat. de renunciat. cap. 2. p. 48.* Limn. *3. de jure publ. lib. 9. cap. 2. num. 77.* etiamsi is à renunciante jus & causam habeat, *l. quod de bonis. 15. §. ult. ff. ad L. Falcid. l. 2. l. penult.* cum ibi not. per gloss. *C. ut in possess. legat.* Bart. *in l. hac edictali. in fin. princ. per ill. text. C. de secund. nupt.* ubi dicit, hoc procedere, etiamsi juramentum interveniat, de quo tamen vid. Canonistas *in c. si diligamus. de for. compet.* Cons. Arg. *1. cons. 2. n. 86. cum seq.* itaque si quis renunciaret privilegio fori, valebit renunciatio, quia facta in ipsius favorem; siquidem in hoc casu renunciatio specialis esse debet, nimirum, ut in specie suo foro renunciet vel exprimat, ubi conveniri velit; aliàs si diceret, daß er ihn möge vor allen Gerichten vornehmen/ id tantum intelligeretur de competentibus, & pœnitere atque ad judicem competentem provocare posset. Mynsi. *1. obs. 88.* Gail. *1. obs. 11. numer. 4.* & Cameræ jurisdictio per hoc non esset fundata, vid. Ord. Cam. *lib. 2. tit. 1. §.* es soll auch.

Amplia: quòd & Clerici fori præscriptioni renunciare possint. *l. 51. C. de Episcop. & Cleric.*

Declara, hanc regulam procedere tum, cum de unius favore tantum agitur, secus verò cum in sui non modo, sed & alterius favorem introductum sit. Bald. *in l. si quis in conscribendo. Cod. de pact.* Gail. *1. obs. 40. num. 10.* sic filiusfam. SC. Maced. renunciare non potest, quia illud non tantum in favorem filiorumfamil. sed etiam in odium fœneratorum & securitatem partium introductum, *l. sed si pater 9. in fin. l. tamen 11. ibique gloss. in verb. appositæ ad SC. Macedon.* Sic Clericus non potest renunciare privilegio fori, quia illud non tantum in sui favorem, sed etiam in odium Laicorum inductum est, uti loquitur & trad. Jean Bacquet *au traicté des droicts de justice. ch. 21. num. 127. & seq.* vel (quod rectius) quia non tantum in favorem sed & in honorem totius ordinis privilegium illud introductum est. *cap. si diligenti 12. extr. de for. compet.* his junge *ex Gail. dict. loco.* Ita & rusticanis constitutum *in l. ult. C. ne rustic. ad ullum obseq. vocentur.* Exempla alia quibus elegantissimè regulam declarat, cum his frustra renuncietur quæ mihi lex dedit, non tàm mei quàm aliena causa, *l. 8. C. de revocand. donat.*

Limita I. regulam non obtinere, si renunciatio esset contra bonos mores. Gœd. *ad l. itinere 3. de V. S. num. 37.* Ut cum quis paciscatur, ne alter conjugum ea exceptione utatur, qua provisum est, ne supra, quam facere possint, conveniatur, *l. illud convenire 5. in princ. de pact. dotal.* esset enim hoc adversus reverentiam, quæ mutuo à conjugibus debetur. *l. alia 14. §. eleganter 1. solut. matrim.* ita non valet renunciatio, quæ futurum respicit delictum. *l. si unus 27. §. pacta. 4. ff. de pact.* item miles beneficio competentiæ renunciare non potest. Perez. *C. de re milit. n. 22.*

Limita II. cum renunciatio adversus jus naturale vel publicum fieret. *cap. si diligenti 12. extr. de foro compet. cap. cum contingit. extr. de sentent. excom.* ut cum quis juri sanguinis renunciaret. *l. jus agnationis 34. ff. de pact.* aut pater filium abdicaret alienaretque *l. abdicatio 6. C. de patr. potest.* vel civile, ut cum contra formam quid indulceret vel solennitatem. *l. nemo 55. de leg. 1.*

Limita III. quando Lex propter varias subditorum utilitates quid constituit, quod ad jus publicum aliquo modo pertineat, ut cum quis super alimentis in futurum ex testamento debendis absque Prætore transigit, & beneficio Legis renunciat. *l. cum hi 8. ff. de transact.* vel cum non visis fiec in spectis tabulis testamenti transigit. *l. de his 6. ff. de transaction. l. 1. §. 1. ff. testam. quemadmod. aper.* Sic filius paternæ hereditati renunciare non potest, cui onus suscipiendi decurionatus adhæret *l. 4. C. de natural. liber.* sic nemo potest competenti vacationi à muneribus publicis sine sumtu gerendis renunciare. Brunnem. *ad l. 2. C. de mun. & honor. non contin.*

Limita IV. cum Lex pactum prohibet favore privato renunciantis, cujus fragilitati vult esse succursum, ut in minore, alicui juri suo vel beneficio restitutionis in integrum renunciante. *l. inter 8. ubi gloss. de restitut. in integr.* in fœmina, *l. generaliter 25. C. ad SC. Vellej.*

Limita V. si propter odium certæ personæ Lex exceptionem introduxisset, exemplum est in filiofam. qui SCti Macedoniani auxilio renunciavit, *in l. tamen si 11. ff. ad SC. Macedon.*

Limita VI. quando renunciatio ex re, materia vel præsumpta voluntate deficeret; ut cum quis rem depositam non peteret, nisi post aliquod tempus promisisset, poterit mutare voluntatem & quam primum repetere. Idem est in eo, qui precariò rem tradidit, & convenit, ut in Calendas Julias

lias precariò possideat. *l. cum precariò 12. ff. de precar.*

Limita VII. in personis miserabilibus. Pacius *in analys. Cod. quando Imp. inter pupill. & alias miserab.* vel generalius in his, in quibus renunciatio esset impeditiva humanitatis & misericordiæ, Zoës. *in Comment. ad titul. de cession. bon. n. 17. post med.* Tandem tum demum tenere, si in suum non in alterius præjudicium renunciatio facta fuerit, censent Tiraq. *in tr. de jur. primogenit. q. 24. in fin.* Accurs. *in l. invitus §. 1. ff. de Reg. Jur.* Bart. & Bald. *in d. l. penult. C. de pact.*

Limita VIII. Pater non potest resignare officium in manus liberorum nisi cum autoritate principis, nec maritus in uxorem. Perez. *C. de mulier. in quo loc.*

Limita IX. nisi principis vel alterius præjudicium subsit. hinc licet fundi translati privato jure à possessoribus possint deseri *l. 14. C. de omni agro deserto.* Fundos tamen à principe jure Emphyteutico susceptos nemo deserere potest, *l. 3. C. de fund. patrimon.* Perez. *C. eod. n. 13.*

II.

Renuncianti juri suo non datur regressus ad illud, quod repudiavit, *l. 17. §. 1. ff. de acquir. hered. l. quæritur. 14. §. si venditor 9. ff. de ædil. edict. l. non videtur. 11. ff. si quid in fraud. patron. l. postquam liti 4. C. de pact. l. fin. C. de pact. pign. cap. ex transmissa 3. extr. de renunciat. l. 1. §. qui semel. 6. de success. edict. l. si quis jusjurandum 11. C. de reb. cred. c. quam periculosum 8. & ibi gloss. 7. quæst. 1. cap. 1. §. præterea. quib. mod. feud. amitt. cap. cum inter. 16. ibique gloss. in verb. quod ex consensu. extr. de Elect. cap. hoc nequaquam 7. q. 1.* Thoming. *in decis. quæst. illustr. q. 1.* Tiraquell. *in tr. municip. §. 1. gloss. 9. num. 19. & in tract. de jure primogenituræ, quæst. 86. numer. 1.* Consil. Argent. *1. cons. 2. num. 85.* Farinac. *1. cons. crimin. 7. num. 2.* Tiberius Decianus *resp. quæst. 1. num. 41. vol. 5. vers. non potest nunc revocare.* Berlich. *lib. 2. conclus. 22. num. 68.* Gœdd. *1. cons. Marp. 24. n. 203.* Alciat. *ad d. l. postquam. Cod. de pactis.* Quia renunciatione semel factâ variare & ad ea recurrere non licet, imò satis absurdum esset, redire quem ad hoc, cui renunciavit, *d. l. 11. C. de reb. credit. l. 29. C. de pact. l. ult. §. ult. C. de temp. appellat.* & renunciatione sponte facta amittit quis jus sunm. *cap. accepta 3. & seq. extr. de restit. spoliat.* Exceptionem vide apud Wesenb. *in parat. de recept. arbitr. in fin.* cui adde, quod renunciare non videatur, qui deceptus aliud facit, *cap. pen. extr. de renunciat.* vel, si aliquis beneficio metu vel vi renunciasset, tum enim illud non perdit, *capit. ad audientiam 4. extr. de iis quæ vi.*

III.

Renunciari juri, quod nondum est delatum, non potest, *l. ejus est 3. de Reg. Jur. l. is potest 18. ff. de acquir. hered.* Castrens. *in l. 1. C. de pact.* Socinus sen. *cons. 183. col. 3. vol. 2.* Decian. *cons. 1. n. 88. vol. 1.* Cephal. *cons. 146. num. 2. lib. 1. & cons. 620. in fin. & cons. 764. num. 14. lib. 5.* Bursat. *cons. 347. num. 44. lib. 4.* Nic. Everhard. *cons. 129. n. 2. & cons. 206. in fin.* nec valet renunciatio, si ante delationem renunciatum sit, *l. si ita 45. §. sub conditione 1. ff. de legatis 2.* Bald. *in l. 1. col. 2. vers. sed incidenter. & l. 3. col. 5. vers. venio ad quæstionem. C. de pact.* Socinus *reg. 418.* siquidem renunciatio ad jura de futuro non pertinet, sed ad causam de præsenti restringitur, *l. quod Servius 8.* ubi gloss. & Dd. *de condict. caus. dat. l. Paulæ 27. §. 1. ff. de legat. 3.* Corn. *consil. 45. num. 1. vol. 1. cons. 55. num. 31. vol. 3.* adeò ut nec renunciatio omnium jurium extendatur ad exclusionem illius juris, quod habet ortum ex causa de futuro, *Paris. cons. 95. num. 33. vol. 3.* Gallus de Perno *in cons. feudal. cons. 13. num. 23.* Gylman. *4. 1. num. 17. pag. 62.* quò facit, quod quoties renunciatio verbis generalibus hisce in casibus facta est, quibus lex specialem recusationem desiderat, ea nihil operetur, ne sub tectorio verborum quisquam decipiatur, *l. sed etsi quis 4. §. quæsitum 4. ff. si quis caut.* vel quia generali illa renunciatione actum fuisse, de his non interpretetur, quæ ob specialem aliquam æquitatem sub genere verisimiliter non comprehenduntur, *l. scire oportet 13. §. sufficit 6. de Excusat. tut.*

Limita I. nisi aliud nominatim & distertis verbis sit expressum, Vincent. Honded. *cons. 63. num. 88. vol. 1.* Surdus *cons. 267. num. 15.* aut nulla alia subsit causa, ad quam referri possit. Bald. *ad l. qui Romæ. §. duo. de V. O.* Simon. de Præt. *de Interpret. ultim. volunt. lib. 4. dubit. 10. numer. 88.* Quapropter si renunciatio de jure futuro facta sit, prius effectum non sortietur, nisi hereditas fuerit delata, Ruin. *cons. 204. num. 28. lib. 1.* Ripa *resp. 6. n. 3. lib. 1.* Vult. *1. cons. Marp. 17. num. 6.* cùm quælibet renunciatio etiam jurata, tam ea, quæ facta est ob delatam, quàm futuram hereditatem, hanc clausulam habere intelligatur, rebus ita stantibus. Natt. *in repet. cap. quamvis. num. 7. de pact. in 6. per l. fin. Cod. de non numerat. pecun. cap. quemadmodum 25. extr. de jurejur.* Bart. *in l. 1. §. & post. de oper. nov. nunciat.* Paris. *cons. 3. n. 27. vol. 2.* Michaël Grasser. *lib. 1. Comm. conclus. cap. 10. quæst. 2.* Boer. *decis. 204.* Corn. *cons. 80. num. 1. vers. præterea. & num. 2. vol. 4. per l. continuus 137. §. cum quis 6. ff. de V. O. cap. ne quis 22. quæst. 2.* Gœdd. *1. cons. Marp. 27. num. 183.* Cravett. *cons. 42. num. 1. vers. sed contrarium.* Cacheran. *decis. Pedemont. 98. num. 11.* Tiraquell. *caus. cessante. p. 1. num. 97.* Guid. Papæ *decis. 192.* Boër. *decis. 204.* Salic. *ad l. pactum dotale, vers. & aliàs C. de collat.* Hincque responsum est, cum quidam maximam partem donasset, ac promisisset donationem, nullo unquam tempore per se revocatum iri, & generaliter omni legum auxilio renunciasset, non tamen inde Constantini rescripto renunciatum censeri, *l. si unquam 8. C. de revoc. donat.* quin sublatis deinde filiis revocare nihilominus posset, Roman. *cons. 269.* licet sit secus, si specialiter ei legi renunciatum esset; tum enim de filiis cogitatum fuisse declarant Jas. Dec. *ad l. pen. C. de pact.*

Limita II. quod restringatur ad illud jus, quod in præsentia nec re nec spe probabili competit, ita notabiliter exposuit Bartolus *in l. post emancipationem. §. illud. de liberat. legat.* ubi ait, quod spes succedendi non est legitima, nisi quando est fundata in jure præsenti, & ideò si quis in contractu remittit omne jus, quod habet, & habere sperat,

rat, intelligitur illud jus, quod habet de præsenti, & quod habere sperat in futurum, ex causa tamen de præsenti vid. Bartol. *in l. quod Servius num. 4. vers. quod tene menti. ff. de condict. caus. dat.* Bald. *in l. pactum. num. 16. vers. 19. de collat.* Alciat. *cons. 46. Visis. num. 6. vers. nec obstat illud verbum. volum. 1.* Jason. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. vers. adde etiam dictis. de verbor. obligat.* Pacianus *1. cons. 132. num. 73. cum seqq.*

Limita III. nisi renunciatio facta sit in judicio. Barc Enenckel. *de privil. in genere, lib. 3. c. 16. numer. 16.*

Renunciationes ultra specificata non sunt extendendæ, *l. jubemus 21. C. ad SC. Vellejan. l. tres fratres 35. l. emptor 47. §. Lucius 1. ff. de pact. l. qui cum tutoribus 9. §. fin. ff. de transact.* Decius *cons. 352. num. 7.* Nicol. Boër. *quæst. 23. num. 9. in fin.* Carpz. *p. 3. constit. 16. defin. 20. num. 7.* sunt enim eæ juris strictissimi atqve ita strictè interpretandæ, ut, quamprimũ aliquid operatæ sint, nihil amplius operari debeant, *l. si unus 27. §. 4. vers. ante omnia. l. emptor 47. § Lucius 1. ff. de pact.* Carpz. *p. 2. const. 46. defin. 12. num. 6.* Riminald. jun. *cons. 484. num. 33. vol. 5.* Curtius jun. *cons. 23. in princ.* nec ab una re ad alteram porrigendæ. Bald. *in l. in summa. §. sin autem. ff. de condict. indebit. & in l. 1. C. de transact.* Decius *cons. 164. num. 6. cons. 493. num. 21. & 26. cons. 595. num 20.* Ludov. Roman. *cons. 168. per l. si domus. 21. ff. de servit. urb. præd. l. suum 13. C. de jur. deliber.* Gœdd. *1. cons. Marp. 24. num. 177.* quia odiosæ, ut multis deducunt Cravett. *cons. 42. numer. 2. tom. 1.* Cephal. *cons. 58. num. 22.* Mynsing. *resp. 50. num. 17.* Wesenbec. *1. cons. 11. num. 14. & cons. 15. num. 6.* Indeque in dubio contra eas potius quàm pro iis judicandum. Decianus *cons. 52. numer. 23.* Vult. *1. cons. Marp. 17. n. 58.* Hinc etiam in renunciationibus neque de re ad rem, neque de casu ad casum, neque de persona ad personam extensio datur, *l. jubemus 21. Cod. ad SC. Vellejan.* Cisner. *ad l. 5. num. 4. ff. de transact.* Gail. *2. observ. 148. n. 12.* Gœdd. *3. cons. Marp. 26. num. 47.* nec renunciatio quoad unum præjudicat quoad alterum, Decian. *resp. 7. n. 75. vol. 3.* sicut nec unius renunciatio nocere potest alteri. Bart. *in Auth. qui semel. num. 15. de probat.* imò nullius est momenti renunciatio, quæ alteri parti præjudicium aliquod grave affert, idem Bart. *in l. fin. §. idem quæsivit. ff. de condict. indeb.* Cons. Arg. *1. cons. 101. num. 22.* ita renunciatio unius heredis sequentibus in gradu nihil præjudicat, *l. qui superstitis. 64. ff. de acquir. hered. & ibi Bart. num. 2. & 3.* Bertachin. *in repertor. verb. renunciatio.* Cons. Arg. *1. cons. 91. num. 25.* cùm renunciatio limitata ad personas duntaxat expressas restringatur, *arg. si mulier. 22. C ad SC. Vellejan. l. 27. §. 4. vers. ad omnia. ff. de pact. l. si actionem 24. C. eod.* Roman. *in l. damni 18. §. si is qui 5. ff. de damn. infect.* Alex. *in l. veteres. col. antepen. de acquir. poss.* Paris. *cons. 12. n. 9. & cons. 32. num. 13. vol. 1. & cons. 19. num. 50. vol. 3.* Dec. *cons. 316. n. 9. col. 2. cons. 452. num. 21.* Philip. Matth. *1. cons. Marpurg. 20. num. 32.*

IV.

Renunciare nemo intelligitur juri suo, quod nescit, *l. si mater 19. ff. de inoffic. testam.* Fulgos. *in l. 2. num. 5. C. de rescind. vend.* Hyppolit. *ad rubr. ff. de fidejuss. num. 36. & 37.* Alberic. *in l. 4. §. quæsitum. ff. si quis caut.* Alex. *cons. 42. num. 5. vol. 1.* Decius *cons. 180. num. 8. cons. 352. num. 7.* Gail. *2. observ. 41. numer. 2.* Ignorantia enim impedit renunciationem, Fachin. *11. contr. 65. per l. eum qui 21. pr. ff. de inoffic. testam. l. fin. §. sin autem 2. C. de furt.* nec ad ignota & non cogitata renunciatio extenditur, *l. legitimam 8. ff. de petit. hered.* Gail. *2. observ. 98. num. 14. l. ult. §. idem quæsit 3. ff. de condict. indeb.* Decius *cons. 46. num 141. vol. 2. & cons. 43. num. 37. vol. 3.* Menoch. *cons. 211. num. 10.* Cephal. *cons. 3. num. 100. lib. 1. & cons. 218. num. 18. lib. 2. & cons. 647. num. ult. lib. 4.* Unde fit, quod ignorantes non possint dici renunciare, *l. genero 8. ff. de his qui not. inf. si quis in gravi 3. §. si conditioni 31. ad SC. Syllan. l. generali 3. Cod. de tabular. 10. 69.* Cravett. *cons. 226. num. 6. verb. non obstat. junct. num. 7.* itaque renunciatio valida non est, nisi appareat renunciantem istum de jure sibi competente fuisse certioratum, juxta notata Baldi *in l. venditor 11. in 4. C. de rescind. vendit.* quapropter ne illi quidem juri quem renunciare intelligi, de quo dubitat, per text. *in l. fin. §. sin autem nescius. C. de furt.* probat Philippus Matth. *3. cons. Marpurg. 25. num. 15.* & in specie quod renunciatio non valeat, si mulier vires patrimonii ignoraverit, trad. Mynsing. *resp. 56. num. 26.* Decian. *cons. 46. num. 14.* Vult. *1. cons. Marp. 17. num. 5.* Covarr. *2. variar. resolut. cap. 4. num. 1.* Ubi declarando limitat, ut procedat in generali, non verò in speciali renunciatione; huic enim qui renunciat, is etiam renunciat his, quæ ignorantur, item procedit in casu dubio nec satis expresso, Glossa *in cap. sanè. circ. fin. de renunciat.* Philipp. Matth. *3. cons. Marpurg. 24. n. 48.*

V.

Renunciatio non præsumitur, nisi probetur, *cap. super hoc 5. de renunc.* Bald. *in l. 1. not. ult. C. de edict. Div. Adr. toll.* Decian. *cons. 100. num. 24. vol. 3.* Cephal. *cons. 25. num. 49. vol. 1. & cons. 547. num. 39. vol. 4.* Menoch. *lib. 3. de præsumpt. 45. num. 11. & lib. 6. præsumpt. 41. num. 1.* Cravett. *cons. 200. numer. 10. volum. 1.* quia facti, Cephal. *cons. 605. num. 2. volum. 4.* Mynsing. *resp. 43. num. 38.* inde probari debet & quidem evidenter, & per probationes arctiores, ut scribit Cephalus *dict. cons. 605. num. 2. vol. 4.* adeò ut ex actu aliquo etiam proximo non inducatur, nisi de ea expressè agatur. *cap. sanè 7. ibique gl. in verbo sustinere. in fin. de renunciat.* Unde etiam quando alia conjectura sumi potest, illa potius, quàm conjectura renunciationis sumenda est. Ceph. *cons. 25. num. 50. vol. 1. & cons. 434. numer. 5. vol. 3.* Renunciatio enim quædam est donatio & dilapidatio, *l. contra. 28. §. filius 2. ff. de pact. l. si quis 12. de novat.* Tiraquell. *in l. si unquam. in verbo donatione largitus. numer. 173.* & *ibidem* Rip. *quæst. 11. numer. 20.* & qui renunciat, alienare videtur, *l. fuit quæstionis 24. ff. de*

ff. de acquirend. heredit. cum aliis adductis à Ruino *consil. 205. num. 5. volum. 1.* ac nemo suum jactare velle præsumitur, *l. cum de indebito 25. ff. de condict. indebit.* Limitationis loco adde *inf. axiom. 21.*

VI.

Renunciatio generalis jurata habetur pro speciali, Bart. *in Auth. sacramenta. num. 16. ibidemque* Salicet. *num. 20.* Jason. *num. 56. C. si adverss. vendit.* Bald. *in. l. 1. num. 4. C. de commod. & in l. Antiquæ 23. §. fin. num. 2. C. ad SC. Vellejan.* Dd. *in l. sciendum 30. de V. O. & in l. si duo 13. §. idem Julianus. ff. de jurejur.* latè Jason. *in §. item si quis. num. 12. Inst. de action.* Tiraquell. *in Leg. connub. gl. 5. verb. expressum. num. 148. per l. cum pater 77. §. filius matrem 23. ff. de legat. 3.* quia non intelligitur quis temerè ad juramentum venire re non exactè consideratâ & exploratâ, *l. qui jure militari 7. de testament. milit.* Jason. *in l. si quis. num. 19. Cod. de pact.* nec intelligitur eâdem facilitate jurari, quâ renunciari, Cravetta *consil. 192. numer. 9.* Wesenb. *lib. 2. consil. 52. num. 25.*

VII.

Renunciationes sunt personales, nec transmittuntur in gradum sequentem, *l. si quis filium 34. C. de inoffic. testam.* Carpzov. *p. 2. constit. 35. defin. 11. num. 2.* siquidem jus repudiatum in filium non transmittitur, *d. l. si quis filium 34.* Wesenb. *1. cons. 15. num. 15.* & prolixius *consil. 240. num. 31. & seqq.* sed liberi ad hoc admittuntur jure suo, & ex sua persona non obstante renunciatione parentis, *l. 3. §. Emancipatus 5. de bonor. possess. contra tabul. l. si quis posthumis 9. §. si filium 2. in fin. de liber. & posth. l. si quis filio exheredato 6. de injust. rupt. testam.* Bart. *in l. 1. §. si filius. de conjung. cum emancip. liber.* Jason *in l. arrogator. num. 19. de adopt.* Faber *in l. si quis. num. 11. C. de inoffic. testam.* Alex. *cons. 20. Viso. num. 8. vol. 1. & cons. 4. Ponderatis. num. 13. vol. 4. cons. 119. Viso. in fin. lib. 5.* ita nec matris renunciationem obstare filio, quo minus ad avitam aspirare hereditatem queat, trad. Bart. *in l. qui superstitis. num. 3.* & Castrens. *ibid. num. 3. de acq. hered.* Anchar. *cons. 315.* Corn. *cons. 116. Difficultas. lib. 2.* Tiraquell. *de jur. primogen. quæst. 40. num. 113. & de retract. proximit. §. 1. gloss. 9. num. 142.* Gabr. Roman. *lib. 2. de jurament. conclus. 6. per totum.* Idem obtinere etiam in feudis, ubi ex pacto, non jure hereditario succeditur, & proinde filius jure suo, non patris venit, refert Socinus *cons. 73. super. num. 1.* quia venit filius non ex successione patris, sed jure investituræ antiquæ, *cap. si Capitaneus. verb. per investituram. de Feud. March.* Tiraquell. *in tract. de jure primog. quæst. 40. num. 113. & de retract. proximitat. §. 1. gloss 9. num. 142.* Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. de feud. §. 30. numer. 133.* præsertim si tempore renunciationis nec dum fuerit natus, *cap. 3. §. hoc quoque. ubi* Bald. Alvarott. *num. 6.* Isern. *num. 9.* Matth. de Afflict. *num. 6. de succes. feud.* Schurf. *cons. 30. Indubitati. num. 2. cent. 1. & cons. 82. Habens. numer. 5. cent. 2.* cum liberis futuris nihil præjudicare possit, *l. cum servus 39. §. si quis alicui 4. l. filius famil. 114. §. Divi 11. vers. quod si liberis.* ubi Dd. *de legat. 1.* Bald. *in l. 1. in fin. Cod. per quas personas nob. acquir.* multo minus filio in feudis. Pinell. *in l. 1. C. de bon. matern.* Curt. *cons. 1. in pr.*

Declara, procedere in casibus, qui non in renunciantis vita, sed post mortem evenerunt, ad quod successor non defuncti, sed suo jure venit, Bald. *ad l. ult. numer. 16. C. de pact.* Castrens. *in l. qui superstitis. numer. 3. ff. de acquir. hered.* secus enim est, si casus accideret in vita parentum, Jason. *in l. si arrogator. num 19. ff. de adopt.* Alex. *cons. 20. Viso. numer. 8. vol. 1.* Tiraquell. *in tract. primog. q. 40. numer. 113.* siquidem quando casus daretur in vita renunciantis, qui juri suo puta delatæ successionis renunciavit, tunc renunciando & liberis suis præjudicat, Baldus *in l. pactum. num. 13. C. de coll.* Cravett. *cons. 127. num. 1.* atque sic heres ejus nullum suum jus, sed tantum defuncti prærendere potest, qui cum reperiatur renunciasse, heres contravenire non potest, *d. l. cum à matre 14. C. de rei vindic.* Cravetta *consil. 34. num. 5.* Bellon. *cons. 15. num. 5.* Gozad. *cons. 75. Prima. n. 21.* Decius *cons. 181. num. 3.*

VIII.

Renunciatio in dubio censetur facta contemplatione illius, cui fit, Castr. *in l. planè. §. si duobus, numer. 9. ff. de legat. 1.* Alex. *cons. 149. num. 5. volum. 7.* Nicolaus Boër. *decis. 184. prope fin.* Franciscus Vivius *decis. 316. numer. 8.* & in commodum omnium suorum heredum, Johannes Petrus Surdus *cons. 244. numer. 33.* ita quando pater stipulatur à filio renunciationem pro se & suis, stipulatur illam ad commodum suæ hereditatis & omnium heredum, ita ut portio illa renunciata augeat totam hereditatem paternam, & dicatur cedere ad commodum patris, & successivè omnium suorum heredum, illisque omnibus accrescere, *l. si pactum. 9. ff. de probat. l. tale pactum 40. cum seq. ff. de pact.* Menoch. *cons. 197. n. 73.* ubi ait, in specie renunciationis hoc tradidisse, Dec. *in l. si actionem, numer. 3. C. de transact.* vid. Jason. *cons. 217. l. 2.* Paris. *cons. 26. numer. 26. vol. 3.* Socinus *cons. 34. vol. 4.* Alex. *cons. 149. num. 5.* Gœdd. *3. cons. Marp. 26. n. 191.*

IX.

Renunciatio quævis judicatur à causa finali, Matthesil. *in tract. Extens. col. 2.* Censetur enim renuncians inclusisse omnem casum, qui sub illa causa finali comprehendi potest, Joh. Andr. *post gl. in verb. Italiæ. de temporib. ord. in 6.* Jas. *in Auth. quas actiones. num. 17. C. de SS. Eccles.* quia hæc sola significat principalem aliquid agentium intentionem, ut ex Dec. *cons. 350. num. 4.* asserit Rol. à Valle *consil. 58. numer. 68. vol. 2.* nec ullus præsumitur, actum inanem condere voluisse, sed potius, ut omni meliore modo valeat, *l. quoties 81. de V. O.* Crot *in l. 1. §. qui præsens. n. 18. ff. eod. per l. 4. ff. de milit. testam.* Joh. Gœdd. *1. cons. Marp. 26. num. 48.*

X.

Renunciationis tenor est attendendus, *cap. porrò 7. extr. de privil. c. un. in fin. de duob. fratrib. à Cap. invelit. l. si ita stipulatus 126. §. Chrysogonus*

ſogonus 2. in fin. ff. de V. O. quia non modo vim totius controverſiæ, & in quem ſcopum illa dirigatur, oſtendere poteſt, Bald. *in l. quoties 12. n. 3. C. de ſuis & legitim.* Ruin. *conſ. 164. num. 6. vol. 3.* Pariſ. *conſ. 42. numer. 78. vol. 1.* Schurf. *conſil. 1. num. 20. cent. 2.* verum etiam ex eo mens & intentio renunciantis ſpectatur, atque ſic renunciatio reſtringitur, *l. emptor. 65. §. ancillam 1. ff. de rei vind. l. in fideicommiſſi 3. §. cum Pollidius 3. ff. de uſur. l. ſi is qui animo 27. ff. de acquir. poſſ. l. cum parte 77. §. dulciſſimis 20. ff. de legat. 2. l. nomen debitoris 34. §. fin. ff. de legat. 3.* allegatus à Paulo de Caſtr. *conſil. 332. circ. pr. lib. 5.*

XI.

Renunciatio non valet ſine certioratione juris, cui renunciatur, argum. eorum, quæ tradit Schurf. *conſil. 96. num. 12. cent. 3.* Matth. de Afflict. *deciſ. Neapolitan. 350. numer. 4.* Tiraquell. *ad præfat. l. ſi unquam. numer. 99. C. de revoc. donat.* Phil. Matth. *3. conſ. Marp. 24. numer. 15.* Alex. *in l. pen. C. de pact.* Cephal. *conſ. 405. numer. 42. vol. 4.*

XII.

Renunciatio ex communi uſu loquendi declaranda, Rom. *conſ. 179. n. 5.* Socin. *conſ. 37. vol. 3.* tum quia veriſimile eſt renunciantem id ſenſiſſe, quod convenit cum communi uſu loquendi, Socin. *in l. cum teſtamento. ff. de reb. dub.* Angel. *conſ. 261. col. 3.* tum quod ſemper aliàs communis iſte loquendi uſus attendi debeat, Dd. *in l. cum de Lanionis 18. §. aſinam. ff. inſtrum. leg.* Bart. *in l. omnes populi. n. 59. de juſtit. & jur.* Bald. *in l. fin. q. 14. C. de hered. inſtit.* Phil. Matth. *1. conſ. Marp. 20. n. 59.*

XIII.

Renunciatio ſemel extincta per nudam conſenſus mutationem non reviviſcit, *l. qui res 98. §. aream 8. ff. de ſolut. junct. l. fin. C. de pact. ibique* Baldus. Vaſq. *3. controv. uſufreq. c. 44. n. 9.* Joh. Gœdd. *1. conſ. 26. n. 272.* & rebus in alium ſtatum mutatis renunciatio evaneſcit, ſicut pactum de renunciando. *l. fin. qui ſatisdar. cog. l. cum quis 38. in pr. ff. de ſolut. l. Mævia Nepotem 13. §. uxore herede 1. ff. de annuis leg. l. in confirmando 8. ff. de confirm. tutor.* Mynſ. *conſ. 73. n. 17. & ſeq.*

XIV.

Renuncians generaliter, non cenſetur renunciaſſe legitimæ, Pantſchm. *2. quæſt. pract. 5. num. 103.* quia præſumitur de ea non cogitaſſe, Socin. *conſ. 50. num. 18. vol. 2.* quem ſequuntur Abb. & Dd. *in §. cæterum. in Auth. ut cum de appell. cog. gl. in clem. 1. verb. ſpecialiter. de judic. & ibid.* Joh. ab Imol. Dd. *in l. 2. C. de impub. ſubſtit.* Caſtrenſ. *conſil. 132. incip. licet iſta.* Hyppolit. Riminald. *conſ. 85. num. 14. vol. 1. & conſ. 166. num. 4. vol. 2.* Burſat. *conſ. 32. numer. 49. & conſ. 102.* Pancirol. *conſ. 105. num. 27. vol. 1.* Mandel. *conſ. 66. num. 4.* Schurf. *conſ. 96. numer. 1. cent. 1.* Bertrand. *conſ. 116. & conſ. 28. num. 6. vol. 2.* Socin. jun. *conſ. 122. n. 22. vol. 1.* Berous *conſ. 49. n. 30. vol. 1.* Curt. ſenior *conſ. 76.* & quia lex requirit ſpecialem renunciationem in legitima, *l. ſi quando 25. §. & generaliter 1. C. de inoffic. teſtam.* Exemplum proponit Guilhelm. de Cun. *in l. de his. ff. de transact.* ubi infert: Quod ſi frater reſignet ſorori fundum pro ſua parte, ac ſoror dicat, ſe contentam eſſe, promittatque nihil amplius petere; nihilominus tamen poterit petere ſupplementum legitimæ, niſi ſpecialiter renunciaverit, quod multò magis in filio procedere reſpondit Vaſq. *in repet. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſt. §. 10. l. 1. n. 552.*

XV.

Renunciatio in uno non inducit excluſionem in alio, *l. ſi domus 21. ff. de ſerv. urb. prad. l. ſeum 13. C. de jur. delib. l. 1. §. ſed videndum 11. de ſucceſſ. edict.* Caſtr. *conſ. 86. n. 6. lib. 1.* Gylm. *4. 1. vot. 7. n. 25.*

XVI.

Renuncians cenſetur ſe obligare ad non petendum, Bart. *in l. jubemus. Cod. ad SC. Vellejan.* Canoniſtæ *in capit. pervenit. de emption. & vendit.* Henrichman. *conſil. 1. num. 108.* quia renunciatio dicitur abiiſſe in pactum, & ideò ab eo non recedendum, Baldus *conſil. 437. volum. 1.* Gylman. *4. 1. vot. 7. num. 9.*

XVII.

Renunciatione vel lapſu temporis excludi ſunt paria, *l. 1. §. ſed videndum 11. ff. de ſucceſſ. edict.* Ant. Hering. *in tr. de ſidejuſſ. c. 28. n. 4.* Carpz. *p. 1. conſtit. 1. defin. 8. num. 8.*

XVIII.

Non valet generalis renunciatio, niſi ſpecialis aliqua præcedat, ita gloſſ. Gothofr. & Dd. communiter *ad l. 4. §. 4. ſi quis caution.* Sed negat Bachov. *in Comment. ad d. l.* hoc axioma *d. loc.* elici, cum eadem etiamnum iniquitatis ratio, quæ generalem nudam reprobat, hanc quoq; conjunctam cum ſpeciali explodat. Nec porro ſimpliciter negandum eſſe ait valere generalem renunciationem. Vide omninò hac de re Thomingium *quæſt. 1.* Grivell. *deciſione 122.*

XIX.

Specialis renunciatio (cumprimis mulierum) non eſt trahenda ad res vel perſonas alias, *l. 21. C. ad SC. Vellejan.* Neguſant. *p. 6. de pignor. membr. 3. num. 14.* Carpzov. *p. 2. conſtit. 16. defin. 15.* vide Sandæum *lib. 3. tit. 11. defin. 4.* juri enim alterius nemo renunciare poteſt, *capit. placet. 12. extr. de converſat. conjug.*

XX.

Renunciatio etiam tacita præjudicat, *cap. olim. 19. extr. de cenſib.* ſiquidem etiam tacitè renunciare juri ſuo poteſt, *cap. ex transmiſſa 3. extr. de renunc. cap. quod 15. extr. de ſentent. & rejudic. cap. pen. extr. de his quæ fiunt à major.* verbi gratia, per factum contrarium, *cap. gratum 20. extr. de offic. delegat. cap. accedentibus 15. extr. de privileg.* ipſo facto. *cap. inter 20. extr. de ſent. & re jud. cap. ult. extr. de vita & honeſt. Cler.* præſtando advocationem in cauſa, in qua jus habet. *c. ex literis 6. extr. de transact.* Cravett. *conſil. 26. numer. 12.* Vult. *3. conſil. Marp. 21. num. 77.* ita renunciat quis tacitè renunciationi, *c. gratum. extr. de off. deleg. c. perſonas 4. extr. de appell. c. ſollicitudinem 54. extr. eod.* qui poſt appellationem teſtes producit, vel qui ſtat juri, *cap. cum veniſſent 25. extr. de teſtib.*

XXI.

Quicunq; permittit actum Juri ſuo contrarium, ille

ille renunciasse videtur, quia tacens, cùm contradicere deberet, consensisse videtur *l. qui patitur. 18. ff. mandati.* Ita qui in feriis citatus comparet, renunciasse videtur exceptioni feriarum. Ita qui permittit in loco serviente id fieri, quò servitus necessariò impediatur, servituti renunciasse censetur *l. 8. ff. quemadm. servit. amittantur.*

Limita: modò quis sciverit jus suum, juri enim ignorato nemo renunciasse videtur, v. gr. conductor, qui casus fortuitos in se recipit, non tenetur de iis, de quibus cogitare non potuit. *l. 19. ff. de inoffic. testam.* confer *axioma 5. h. cap.*

XXII.

Optione unius rei renunciasse quis alteri intelligitur, *c. officii 14. extr. de testam.*

XXIII.

Renunciasse non intelligitur juri suo, qui gratiæ adversarii se submittit, *cap. veniens 13. extr. de renunciat.*

XXIV.

Renuncians instrumentis & liti renunciasse intelligitur, *cap. cum pridem 4. extr. de pactis.* Unde actis & processui qui renunciat, perinde est, ac si instantiæ simpliciter renunciaret, Angelus *in l. postquam. n. 3. vers. si autem renunciatur actis. col. 1.* & ibi Alexand. *n. 7. vers. quid autem si actor. col. 3. n. 49.* Ripa *n. 49. vers. & ideò tenendo col. 9.* Pacian. *consil. 71. n. 4.*

XXV.

Renunciatum esse juri, & aliquod jus non esse aut competere sunt paria *l. 1. C. quando non petent. part. l. 3. in fin. & l. 4. ff. de bonor. possess.* Baldus *in l. nam etsi §. 1. ff. de inoffic. testam.* Roman. *cons. 43. dubit. 3.* Vultejus *1. Cons. Marp. 17. num. 87.*

XXVI.

Renunciatio plus potest quàm sententia, Vult. *lib. 1. consil. 17. n. 84.* ratio, quia sententia fertur in invitum *l. inter stipulantem 83. §. 1. ff. de verb. obligat. l. summa cum ratione 21. §. fin. ff. de pecul.* Renunciatio autem præsupponit animum & consensum renunciantis, *l. queritur 14. §. si venditor. 9. ff. de ædil. edict. cap. quam periculosum 8. 7. q. 1.* & ideò licet sententia contra rem judicatam non valeat, *l. 1. C. quando provocar. non est necesse. cap. exposita 11. extr. de arbitr.* potest tamen rei judicatæ renunciari, & renunciatio valebit, *l. juris gentium 7. §. si pacisear 14. ff. de pact.* Alex. *in l. judex posteaquam. col. 2. vers. sexto fallit. ff. de re judic. consil. 77. col. fin. & consil. 242. vol. 2.* Paris. *consil. 5. n. 43. vol. 1. & consil. 5. n. 16. vol. 2.*

XXVII.

Renunciatio evanescit non purificata conditione, sub qua facta est. arg. *l. necessario 8. ff. de pericul. & comm. rei vend. l. quoties 14. ff. de novat. l. Titio centum 71. §. ante nupcias 4. ff. de condit. & demonstrat.* Tiraquell. *de retract. proxim. §. 1. gloss. 2. num. 22.* Paris. *consil. 31. num. 17. vol. 4.* Rolandus à Valle *consil. 11. num. 2. & 5. vol. 1.*

CAP. XLI.

Repetitio. Iteratio.

Axioma I.

Turpius repetuntur & condicuntur quædam, quam ab initio non solvuntur, *cap. 25. §. 1. vers. quia turpis. extr. de jurejur.* Berlich. *1. concl. 64. num. 120.*

II.

Repetitio non est ab eo, qui suum recepit, *l. pupillus 24. in fin. quæ in fraudem credit.* Wesemb. *de privileg. cred. n. 7.* Multo minus ab eo, qui ex re judicata per executionem & assignationem Magistratus recepit, *l. cum Dominum 13. C. de pignor.* Wesemb. *1. consil. 49. n. 13.*

III.

Repetitio fieri debet tantum in necessariis, Bart. *in l. repetendis. col. pen. de legat. 3. & consil. 39.* Socin. *consil. 10. incip. quamvis. col. 6. lib. 2.* Cuman. *consil. 22. incip. testator. col. 10.* Ludov. Gom. *ad §. æquè. Instit. de action. n. 29.*

IV.

Repetitio tacita in dubia voluntate semper est admittenda, *l. 4. C. ad SCt. Trebell. l. si Titio 61. §. Julianus 1. de legat. 2.* ita etiam tacitè videtur repetita eadem conditio legati, non secus ac si repetitio nominatim facta esset. *l. cum pater 77. §. ab institut. 15. de legat. 2.* vid. Cujac. *in recitat. ad l. 2. de legat. 2.*

V.

Positum in priori parte Legis seu in præfatione, id repetitum censetur in posteriore §. *ac nec plurimi 15. Institut. ad L. Aquil. ubi Dd. communiter.* Ratio, quia una Legis particula per aliam declaratur, quemadmodum ex contextu voluntas testatoris sæpè colligitur. *l. nummis. 75. de legat. 3.* Harprecht. *in Comment. ad d. §. 15. n. 4.* ubi ampliat, ut qualitates in uno capite positæ etiam in aliis censeantur repetitæ, *l. cum servus 18. de condit. instit. l. Sejæ 20. §. Gajo 2. ff. de fundo instruct.* Mantic. *lib. 5. de conjectur. ultim. voluntat. cap. 42.* Ita clausula seu conditio in primo gradu posita in omnibus sequentibus casibus censetur repetita. *arg. l. licet. 74. de leg. l. Caja 13. de alim. & cibar. leg.* Hottom. *ad text. 2. feud. 17.* qui textus egregie ad rem facit.

Declarat hoc Axioma distinctione Angel. *ad d. §. 15.* quod referat, an una sit lex, quæ tamen habeat plura capitula, an vero sint leges diversæ: quoad prius, loquimur vel de his, quæ pertinent aut ad facti enarrationem, aut ad juris dispositionem, ita ut si illo casu plura capitula inserantur, sub diversis orationibus repetita in sequentibus non intelligantur, *l. 2. in princ. ff. de vi bon. rapt.* si autem eadem oratione, repetita censeantur, *l. 3. §. quid ait Prætor 7. ff. de incend. ruin. naufrag.* hoc vero, si ea, quæ sunt in præcedentibus, contra jus commune vergant, & ab eo exorbitent in subsequentibus, repetita haudquaquam videantur, arg. *l. uxori 33. §. uxori 1. de legat. 3.* si autem secundum jus commune, tunc si versemur in capitulis proximis, locum quidem habeat regula, *l. 29. §. 6. de adulter.* secus in distantibus capitulis, inter quæ alia

intercedunt & interjecta sunt, §. *item lapilli. Institut. de rer. divis.* Quoad posterius vero observandum, num anterior Lex veniat per modum regulæ, atque sic si præcedat, tum præmissa intelligentur in omnibus repetita subsequentibus, arg. *l. regula 9. circa fin. de jur. & fact. ignor.* si autem non præcedat, tunc si una lex ad interpretationem alterius veniat, dicta quidem in una Lege præsumuntur repetita in altera, *l. nihil 2. de conjunct. cum emancip. liber.* secus verò sit, si ad alterius interpretationem non veniat, *l. 1. §. meminisse 9. §. quod autem 15. de ventr. inspic. confer. tom. regular. in verb. repetitio.*

VI.

Repetitio datur ei, qui tutus est exceptione, Vasquez. *3. contr. jur. civil. cap. 63. num. 37.* Ubi omnino distingvit inter exceptionem facti vel intentionis, qualis est exceptio solutionis, *l. qui se debere 7. ff. de condict. ob causam.* & hoc respectu indistinctè posse repeti, textus est *in l. sed etsi me 22. in princip. ff. de condict. indeb.* & inter exceptionem juris, quæ elidit naturalem obligationem, quam competere præsupponebat; quoniam verò talis exceptio aut tollat obligationem naturalem, & elidat civilem, ut est exceptio pacti de non petendo, *l. 27. §. si pactus. ff. de pact.* aut civilem tollat & elidat naturalem, qualis est exceptio præscriptionis, aut civilem tollat & naturalem nullo modo tangat, ut est exceptio sententiæ, aut nec civilem, nec naturalem tollat, sed elidat utrumque, ut exceptio Macedoniani & Vellejani, aut nec civilem, nec naturalem tollat, nec etiam elidat, sed solum actionem elidat, *l. Julianus 60. de condict. indeb. 1.* ut est exceptio litis pendentiæ, ideoque quomodo una ab altera differat, declarat latissime Vasquez. *d. loc.*

VII.

Quamvis præterita interdicta sufficiant, tamen etiam illud iteramus, *inquit Imperator in l. Apostolorum 4. C. de Apostat. l. ult. ibi Purpuræ nundinas, licet innumeris constitutionibus prohibitæ. C. de vestib. holober. 11. lit. B.* Cum enim Impp. ipsi nesciant & mirentur, quando & quomodo Leges in desvetudinem veniant, ideò opus est subinde repetitione, *Nov. 4. præf. l. 53. §. 1. C. de Episc. audient.* Ubi Justinianus fatetur de Religiosis ordines deserentibus multa ab aliis Impp. fuisse sancita; quia tamen ea non fuerint observata, ideò se ex nova hac lege Clericos teneri velle, confer *l. 2. princ. cum §. 1. ad SCtum Vellejan. de public. judic. l. hac repetita 13. C. de Erogat. milit. Annon. l. 1. §. 1. C. de annal. except.*

VIII.

Non rarum est in jure nostro, ut idem in diversis locis repetatur, &, quod alioqui certum est, clarius explicetur *l. 1. §. quamvis 11. de ventr. inspic.* Hartm. Pistor. *2. quæst. 36. num. 27.* fac. *l. 16. C. ad L. Jul. de adulter.* eadem tamen rursus repetere nihil est necesse, Wesemb. *in parat. de poss. hered. petit. in fin.* videntur enim ejusmodi repetitiones sæpè numero molestæ, odiosæ & vitandæ. Consil. Argent. *1. consil. 5. n. 1.* Exemplo sit Scævola, qui dum denuò consultus, paucis quibusdam mutatis, nec tamen mutata facti specie præcipua, Scævola non iterat responsum suum, sed respondet se supra respondisse *in l. uxorem 41. §. legavent 6.* junct. *§. pater naturalis 11. de leg. 3.* Eodem modo respondet etiam Paulus *in l. quæro 58. §. pen. de ædil. edict.* vid. Cujac. *in recit. ad Scævolam, in præfat.*

IX.

Repetitioni supersedenda est, ubi non potest esse redditio, *cap. si res 1. in princ. 14. q. 6.*

X.

Quoties naturalis causa solutioni factæ subfuit, toties cessat repetitio. *l. 3. §. ult. quod quisq; jur.*

XI.

Repetens indebitum solutum, illud debet probare, *c. ult. extr. de solut.*

XII.

Repeti non iniquè debet debitum benignè remissum. *c. quod debetur 2. 14. q. 1.*

CAP. XLII.

Repetundarum Crimen.

Quoties quis pecuniam accipit pro præstando illo, ad quod ratione officii publici tenebatur, toties committit crimen repetundarum. Quia injustè accipitur pecunia pro re, ad quam præstandam gratis quis tenebatur. Exemplum est in judice, cui quid datum, ut pro me pronunciet etiam in causâ bonâ *l. 2. §. 2. ff. de condict. ob turp. caus.*

CAP. XLIII.

Repræsentatio *vid.* Successio ab Intestato.

Axioma I.

Repræsentatio non intelligitur esse donatio, Cujac. *in Julian. 49. ff. ad l. 17. §. ult. quæ in fraud. credit.*

Intellige, si per se & sola consideretur, *l. sed si vir 31. §. quod vir 6. de donat. inter vir. & uxorem.* sed relata ad consilium fraudatoris est donatio, *l. ait Prætor. 10. §. si cum in diem 12. quæ in fraud. credit.*

II.

Repræsentatio est favorabilis & divino juri congruens & in omni materia extendenda, Bald. *in l. 1. §. in primo, per illum text. ibi naturali ratione subnixum. C. de Caduc. toll.* Felin. *in cap. tua nos. col. 1. vers. est ad ista. extr. de jurejur.* Unde etiam videmus, quod jus repræsentationis non modo locum habeat in ea successione, quæ ex jure civili descendit, sed & in feudo atque Emphyteusi, adeoque in jure patronatus etiam observetur *per cap. unic. de natur. success. feud.* Dd. *in c. unic. §. si verò defic. de success. fratr. vel grad. succed. in feud.* Guil. Bened. *in c. Raynutius 16. in verb. & uxorem nomine Adelasiam. n. 56. extr. de testam. per cap. cum seculum 13.* & ibi Panorm. *extr. de jure patronat.* Innocent. *in cap. cum 18. extr. de re judic.* Corn. *consil. 24. vol. 2.* Fulgos. *in Auth. post fratrem. C. de legitim. hered.* imò & in ea successione, quæ ex statu-

statuto defertur. Bald. *in l. scimus. C. de inoffic. testam.* Fulgos. *in l. de quibus ff. de LL.* Jason *in l. 11. num. 37. C. unde liberi.* Dec. *in l. 1. num. 19. C. de secund. nupt. & consil. 484. col. 2.* Curt. sen. *consil. 8.* Alex. *consil. 68. vol. 1.* Jason *consil. 159. col. 4. lib. 3.* Hartm. Pistor. *2. q. 43. n. 17.* Philipp. Matth. *1. Consil. Marpurg. 20. num. 71. cum seqq.* atque sic non tam in fideicommissis, Gloss. Imol. Paul. de Castr. Angel. *in l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de legat. 2.* Gozadin. *consil. 40.* Cravett. *consil. 67.* Roland. à Valle *consil. 68. vol. 1.* Regn. Sixtin. *2. Consil. Marpurgens. 18. num. 129.* Alvar. Valasc. *de jur. Emphyt. quæst. 50. n. 41.* & in quibuscunque hominum dispositionibus, quibus heredes ad successionem vocantur, cujusmodi sunt investituræ & aliæ dispositiones contractuum & ultimarum voluntatum ea attendatur, secundum gloss. *in l. cum ita §. in fideicommisso. quam ibidem sequuntur* Imol. Paul. de Castr. *de legat. 2.* Tiraquell. *in tract. de jur. primogenit. quæst. 40. num. 184.* quam communem ait Alex. *consil. 88. num. 1. vol. 1.* Gabr. *in suis concl. lib. 4. titul. de fideicommissis. conclus. 3. num. 1.* & in practica servandam esse, dicit Corn. *in l. ultim. de verb. signific.* nec ab ea in consulendo vel judicando recedendum esse, refert Jason *consil. 215. colum. 5. vers. sed præmissis. vol. 4.* quam maximè in successione descendentium & liberorum procedere *ex l. sed etsi 6. §. nepotes. l. Lucius 85. de hered. instit.* trad. Dd. *in l. 1. Cod. de condit. insert.* Tiber. Decian. *respons. 1. num. 346. vol. 1.* Bart. & Alciat. *in l. 220. ff. de verb. signific.* unde etiam filius jure repræsentationis non modo omnes qualitates & privilegia tàm personæ patris, quàm gradus competentia sibi assumit. Bart. *in l. 1. §. si sit filius. ff. de conjung. cum emancip. liber. & in l. 2. in fin. C. de liber. præter.* sed etiam nepos & in feudis succedit in gradu patris, eumque repræsentat, tàm si sit solus, quàm si concurrat cum patruo filio Vasalli defuncti, *c. 1. circ. princ. de succes. feud.* vid. latè hac de re Alvar. Valasc. *de jur. Emphyt. quæst 50. per tot.* Hartm. Pistor. *2. quæst. 23.* & an inter ascendentes locum habeat, Hunn. *3. var. resolut. text. 1. quæst. 31.*

III.

Quoties proximitas graduum absolutè spectatur, toties juri repræsentationis non est locus. Quia jus repræsentationis non competit, nisi ex legis speciali beneficio. *Nov. 118. cap. 3. vers. hujusmodi verò privilegium.* Hinc ubi hoc deficit, illi saltem vocari censentur, qui proprio jure tales sunt. Exemplum est in tutelâ agnatorum, item in retractu consangvinitatis. *Tiraquell. de retract. P. 1. §. 11. gloss. 9. n. 1.*

Limita: nisi expresè jus repræsentationis statuto seu consvetudine in casibus ejusmodi fuerit introductum.

CAP. XLIV.
Reprehensio.

Reprehensio temeraria est prohibita, *cap. nolite 5. distinct. 21.* sed tum justa dicitur, quando primum fit in se ipso, & postea in alio, *cap. qui sine 3. & seq. cap. postulatus 6. 3. q. 7.* Unde etiam reprehensio autoritatis, quæ tantum Superioribus convenit, debet fieri cum benevolentia, *cap. licet 3. dist. 45.* & reprehensio zeli, quæ minoribus conceditur in majores, debet fieri cum reverentia, *cap. si quis super 42. §. ex his. 2. q. 7.*

CAP. XLV.
Reprobatio.

Axioma I.

Reprobatio est species defensionis, Carpzov. *P. 1. Constitut. 16. Definit. 13. n. 5.* quæ nemini deneganda, quin & ipso jure competit, ut de novo ab ipso judice eam impetrari non sit necesse, arg. *l. 1. vers. ut superfluum. C. de thesaur.* Hartm. Pistor. *P. 2. q. 2. n. 6.* Jac. Schultz. *1. q. 49.*

II.

REPROBATIO unius ex duobus propositis, videtur includere approbationem alterius, *l. Tribunus 20. §. fin. ff. de testam. milit. cap. nonne 5. de præsumpt.* Surd. *decis. 195. num. 3.* D. Barbos. *in l. cum Prætor, in princ. n. 37. & n. 53. cum seq. ff. de judic.*

III.

REPROBARI amplius non potest semel approbatum, *cap. nulli 9. extr. de accusat. vid. sup. liter. A. c. de Approbatione. l. Pomponius 19. ff. de Neg. Gest.* Pac. *in anal. Cod. de judiciis n. 12.*

CAP. XLVI.
Repudiatio. Repudium.

Axioma I.

Repudiari id non potest, quod quis, si velit, habere non potest, *l. 174. §. 1. de Regulis Juris*, unde & hereditas illa repudiari nequit, quæ nec adiri potest, *l. 4. l. is potest 18. ff. de acquir. possess.* vid. Philipp. Matth. *ad l. 3. ff. de Reg. Jur. n. 3.* & ibidem Hyppolit. à Collib.

II.

Quotiescunque adest casus, propter quem, si tempore sponsaliorum affuisset, sponsus seu sponsa matrimonium renuisset, toties judex ad repudium pronior esse solet. *Carpz. in Jurisprud. Eccl. l. 2. Defin. 179. n. 9.* quia promissio non obligat ultra promittentis intentionem. v. gr. Si atrox delictum commissum fuerit, si altera pars morbo contagioso vel desperato laboret, si inter sponsum & sponsam intervenerint inimicitiæ irreconciliabiles. *Carpz. d. l. Defin. 176.*

Limita: modò casus non fuerit talis, in quem inquirere debent contrahentes, v. gr. si malè moratus sit sponsus. *Mev. P. 6. Dec. 226. n. 1. & 2.*

III.

Quodcunque vitium obstat cohabitationi, illud dissolvit sponsalia. quia finis sponsaliorum

& nuptiarum est cohabitatio. Ita ergò ob morbum Gallicum, epilepsiam vel alios morbos contagiosos conceditur, repudium *Carpzov. lib. 2. Defin. 180.* Ita & ob fœtorem anhelitûs, *Mev. P. 4. decis. n. 8.* confer *Köppen. in usu pract. Instit. observ. 36. seq.*

Limita: ut tamen judex non statim proruat in dissolutionem, sed anteà tempus aliquod curationi præfiniat. *Carpz. d. Defin. 180.* Et hoc casu pars nocens expensas restituere tenetur. *Mevius part. 9. decis. 15.*

IV.

Ad jus repudiatum nemini patet regressus, nisi simile ei posteà jus deferatur. *Brunnem. C. de proxim. sacror. scrin. col. 4. n. 3.*

CAP. XLVII.
Repugnantia.

Axioma I.

Repugnantia se illidunt, & sibi invicem fidem derogant, ut contraria, *l. 1. C. de furt.* & ibi Dd. *l. scripturæ 14. C. de fide instrum.* Dec. Cagnol. *in l. pugnantia. ff. de R. I.* Consil. Argent. *1. cons. 21. num. 4.*

Intellige, si scil. nullo distinctionis fœdere conciliari possint, Philip. Matth. *ad l. pugnantia 188. de R. I.* Exemplum est *in l. 16. de condit. Instit.* ubi Marcianus inutilem eam institutionem scribit, si quis hoc modo heredem scripsisset: si Titius heres erit, Sejus heres esto, si Sejus heres erit, Titius heres esto. Eadem ratione & Julianus *in l. si is, qui 13. §. utrum ita. 3. de reb. dub.* duas orationes pugnantia continentes falsas simul esse dixit, quapropter si removeri distinctione possint, interpretari debet dispositio ne contradicat, *cap. inter dilectos 16. de fid. instrument.* Bart. *in l. fin. §. idem quæsit. de condict. indeb.* Alex. *consil. 141. col. 4. lib. 2.* Dec. *ad d. l. ubi de Regulis Juris. n. 3.*

II.

Ubi repugnantia, ibi incertitudo, *cap. solicitudinem 54. extr. de appellat. l. 1. C. de furt.* Laurent. *in tract. cautel. caut. 143. n. 4.*

CAP. XLIIX.
Repulsio.

Axioma I.

Qui una via repellitur, admittitur per aliam viam, *cap. constitutus 45. extr. de appellationib.*

II.

Repellere qui negligit injuriam à socio, si potest repellere, tam est in vitio, quàm ille, qui facit, *cap. non cap. ult. 23. q. 3.*

III.

Repellere vim vi licet in continenti, *cap. si verò 3. cap. perpendimus 23. extr. de sentent. excommun.* quia talis repulsio violentiæ per vim est juris naturalis, *cap. jus naturale 7. dist. 1. vid. infr. lib. ult. cap. Vis.*

IV.

Repulsa legatorum jus gentium violat, nisi (1.) Princeps specie legationis illudat, (2.) missus sit vilis aut infamis. (3.) Specie legationis speculatores mittantur, aut ut seditiones concitent. *Perez. C. de legation. n. 8.*

CAP. XLIX.
Requisitum.

Axioma I.

Quod jus vel statutum non requirit, id nec nos debemus desiderare, *l. 8. de public. in rem act.* quia ejus est supplere, cujus etiam fuit condere, *l. ult. C. d LL. cap. ult. 25. q. 1.* qui si plus voluisset, nulla fuisset difficultas id peræquè requirere, exemplum *l. unic. §. 11. C. de Cad. toll. c. ad audientiam 12. extr. de decim.* Petr. Gilcken *de præscript. p. 2. m. 1. cap. 4. n. 31.* vid. omninò de requisitis Anton. de Morator. *præscript. tit. 7. concl. 22. n. 67.* quod enim à jure non requiritur, non est superstitiosè desiderandum, post Cravett. Rol. à Valle *de inventar. part. 3. q. 52. incip. sed quid dicemus, pag. 107.* Josias Nolden *de Statu Nobilium, cap. 16. §. 154. in fin.* ne quidem in feudis & Vasallis, Schrader. *de feud. part. 6. cap. 1. n. 22.*

II.

Quotiescunque aliquid à Lege non requiritur, etsi illud interveniat inutiliter aut minus rectè, non tamen vitiat actum, *l. 1. C. de rei uxor. act.* Neque enim debemus plus ad formam seu substantiam alicujus actus exigere, quam lex ipsa exigit, argum. *l. illam merito 19. vers. superstitibus quidem. C. de collat. Novell. 18. cap. 5.* Harprecht. *ad §. 3. Instit. de locat. conduct. num. 236.* Idque etiam in testamentis locum habere, docet Gloss. *in l. qui testamento. §. per contrarium. de testam.* & latius exornat Fernand. Vasq. *in tr. de success. creat. lib. 2. P. 1. §. 13. limitat. 9. n. 25.* Pantschm. *2. q. 21. n. 6.* E diverso cùm plura à Lege requiruntur ad solennitatem actus, conjunctim ea interponenda sunt, aliàs effectus non sequetur, *l. unic. §. 2. C. de suffrag. l. si heredi plures 5. de condit. instit.* Reincking. *lib. 1. class. 4. cap. 1. n. 33.* Bocer. *de pœna furti. cap. 1. n. 132.*

III.

Quoties plura copulativè requiruntur, omnium complementum requiritur, nec sufficit partis adimpletio, *l. si quis ita stipulatus fuerit 121. de V. O.* Gail. *2. obs. 125. n. 8. l. si heredi 5. de condit. Institut.* Limitat hanc regulam Tiraquell. *in tract. cessante causa cessat effect. limit. 22. num. 17. pag. 42.* ut procedat, si utrumque requisitorum consideretur ad illum effectum producendum, secus si alterutra ratio non æquè habeatur in consideratione.

CAP. L.
Res.

Axioma I.

Re sua uti vel abuti merè facultatis actus est, qui nullo tempore absque prohibitione & patientia huic acquiescente præscribitur. Panorm. *in cap. quod translationem. num. 4. de offic. legat. cap. accedens 14. de concess. præbend.*

cap.

cap. pervenit 15. de cenſib. Schurf. *conſil. cum venationes. n. 20. centur. 3.* Baldus *in l. 6. C. de ſervit. per l. viam 2. de via public.* Chaſſan. *in conſvetud. Burgund. tit. de juſtit. §. 4. verb. nova militia. n. 11.* Jaſon *in l. beneficia. n. 56. de conſtit. Princip.* latè Tiraquell. *in retract. convent. §. 1. gloſſ. 2. n. 21.* Weſemb. *2. conſ. 58. n. 7.*

II.

Res ipſa alia eſt à poſſeſſione rei, *l. ſi duo 3. §. fin. ff. uti poſſid. l. qui reſtituere 8. l. officium 9. ff. de rei vind.* Vult. *3. Conſil. Marp. 20. n. 6.*

III.

Res quælibet præſumitur retinere qualitatem, qua ſemel imbutam eſſe conſtat, arg. *l. videamus 17.* ubi Bart. *ff. quod met. cauſ. l. pater 38. §. quindecim 5.* ibique Bart. *ff. de legat. 3. cap. ſemel 8.* ubi Dyn. *de R. I. in 6.* & manere in eo ſtatu quo antea fuit, *l. ex perſona 3. Cod. de probat. l. fin. in princ.* ubi Bart. & Angel. *C. de pigner. act. l. ſi quis 3. ff. de ſerv. export.* Regn. Sixtin. *2. Conſil. Marp. 18. n. 38.*

IV.

Res opera humana factæ non habent acceſſorium, niſi quæ Lege ſcripta vel conſvetudine aut diſtinctione Dominorum ſunt ſtatuta, *l. quod in rerum 24. §. ſi quis 2. ff. de legat. 1. l. locus 60. de V. S. l. 6. §. ſi quis 3. ff. comm. præd.* quod declarat pulchrè Innocent. *in c. cum ad ſedem. de reſtitut. ſpoliat.* vid. Oldendorp. *2. Conſil. Marp. 5. num. 122.*

V.

Res ſua nemini invito debet auferri, *§. ult. ibi nec cuiquam. Inſtit. de his, qui ſui vel alien. jur. l. ſi filiofam. 25. §. 1. in fin. ſolut. matr. l. 9. C. de judic.*

VI.

Res quæ ſuccedit in locum alterius, eodem jure cenſeri debet cum illa, *cap. Eccleſia 3. ut lite pendent.*

An res ſuccedat in locum pretii, vid. *Pretium.*

VII.

Res intelligi debet, ut potius valeat, quam pereat, *cap. inter 6. extr. de fide inſtrum. vid. ſupr. lib. I. cap. Actus.*

IIX.

Rei meæ occaſione quod per alium quæritur, mihi de jure reſtituendum eſt, *cap. in noſtra 10. extr. de ſepultur.*

IX.

Rei ſubjectus eſt ſermo, non res ſermoni, *cap. intelligentia 6. de V. S.*

X.

Res ſi venit ad eum ſtatum, à quo incipere potuit, tenet, etiamſi ab initio non tenuit, *cap. placet 12. extr. de converſat. conjug.*

XI.

Quoties de perſonâ contrahentium tantùm obligandâ agitur, toties *res aliena* poteſt eſſe objectum contractus, quia perſona obligari poteſt circa quamlibet rem, etiam alienam; ſufficit enim, quòd intuiti rei alienæ alteri ſemper ſalvus ſit regreſſus contra perſonam obligatam. Exemplum eſt in emtione venditione *l. 28. ff. de contrab. emt.* Item in contractu pignoratitio, quatenus ob rem alienam oppignoratam competit creditori actio contraria. *l. 9. §. 4. ff. de pign. act.*

XII.

Quoties agitur de jure reali transferendo, toties *res aliena* objectum contractus eſſe nequit, quia jus reale transferri nequit, niſi in re propriâ; cùm nemo plus juris in alium transferre poſſit, quàm ipſe habet, *cap. 7. de R. J. in 6to*, ita res alienæ hypothecæ loco alteri cedi nequeunt. *tot. tit. C. ſi res aliena pignori data ſit.*

Limita: niſi domino conſentiente aut poſteà rei ab alio oppignoratæ pignorationem ratihabente *l. 6. C. eod. ibiq; Brunnem.*

XIII.

Quæcunque *res* jure divino morali certam non habet deciſionem, illa ſubjecta eſt deciſioni principis & conſequenter ad jurisprudentiæ objectum ſpectat: quia ubi deſinit legislator divinus, ibi incipit legislator humanus ſeu Princeps, quippe qui cuſtos eſt utriusque tabulæ. Poterit ergò princeps venationem auferre privatis, non verò poterit adulteria concedere.

Limita: poſſunt tamen illa, quæ jure divino deciſa ſunt, legibus civilibus (1.) juberi, (2.) determinari, (3.) exaſperari. *Brunnem. l. 1. de jure Eccl. cap. 2. n. 34.*

XIV.

Quæcunque res directò in ſenſum incurrit, illa eſt corporalis: hoc eſt, quod dicitur ſuâ naturâ tangi poſſe. *pr. Inſt. de reb. corpor. & incorpor.*

XV.

Quæcunque res in jure conſiſtit, & in ſenſum à poſteriori tantùm incurrit, illa eſt incorporalis, quia hæc tangi nequit. Ita merum imperium, quia per exercitium demùm actuum jurisdictionalium & ſic à poſteriori in ſenſus incurrit, eſt res incorporalis. Idem de aliis juribus dicendum, uti de uſufructu, jure venandi, &c.

XVI.

Qualecunque eſt rei incorporalis ſubjectum, talis ipſa res eſſe cenſetur, quia res hic ſe habet per modum acceſſorii, hinc ſequitur naturam ſui ſubjecti tanquam principalis. Hinc jurisdictio feudo cohærens reputatur immobilis, ſecus ſi perſonæ ſaltem conceſſa. Annuus reditus ex certo feudo ſeu molendino debitus eſt immobilis, aliàs verò mobilis. Sic jura ad petendam rem mobilem deſtinata, ut nomina perſonalia & actio v. gr. ex mutuo, ſunt mobilia.

XVII.

Quoties res mobilis in effectu debet fieri immobilis, toties opus eſt deſtinatione & cautione, quia hæc duo faciunt, ut res eadem ſemper exiſtat. Ita ergò hâc ratione pecunia poterit fieri immobilis. *Harprecht. ad tit. Inſtit. de reb. corp. & incorp. n. 12. ſeqq.* Sicut etiam lecti in diverſorio publico. *Carpz. P. 3. Conſtit. 24. Defin. 10.*

XIIX.

Quoties æqualitas ponderis, numeri & menſuræ æqualitatem rei infert, toties res dicitur

fungibilis, quæ constat numero, pondere & mensura. Quia sic est comparata, ut non possit in commercio hominum esse sine numeratione, ponderatione & mensurâ, cùm alioquin inde oriretur inæqualitas. Tales ergò res non sunt equi aut oves, licet possint numerari, neque libri utut possint ponderari, sed argentum infectum, pecunia signata, triticum, &c. conf. *Struv. Jurispr. Rom. Germ. Forens. l. 3. tit. 4. thes. 5.*

XIX.

Quæcunque res ad usum sacrum perpetuò destinata est & adhibita, illa est sacra, quia hodiè non amplius consecratio, sed destinatio perpetua & usus facer rem sacram facit. Exemplum est in calice destinato & adhibito ad usum sacræ Cœnæ.

XX.

In cujuscunque rei violatores gravior pœna statuta, illa est sancta. Ratio est *in §. 10. Instit. de rer. divis.* tales sunt portæ & muri civitatum *l. 1. ff. eod.* etiam municipalium *l. 8. §. fin. eod.* item vallum *l. 3. §. 17. ff. de re milit.*

XXI.

Quæcunque res universitatis ad certum usum destinata, illa non poterit ab aliquo civium ad alium usum adhiberi, quia quæ universitatis sunt, singulorum non sunt, *§. 6. Institut. de rer. divis. Mev. P. 6. decis. 3.* ergò nec singulis relicta erit potestas disponendi pro lubitu de rebus universitatis. Ita silva venationi destinata ab uno civium non poterit excidi, *Berl. P. 2. concl. 49. n. 24.*

XXII.

REI suæ quilibet liber est moderator, & arbiter, ut possit facere quicquid velit, *l. in traditionib. 41. ff. de pact. l. in re mandata 21. C. mandati.* Castrens. *consil. 260. Visis compromisso. col. 2. in princ. lib. 1.* Roman. *cons. 277. Non est dubium. n. 2. vers. consequens est.* Cephal. *cons. 121. n. 10. & consil. 429. n. 56. & 57.* Dec. *consil. 48. in princ. lib. 2.* Ubi ampliat etiam in rebus de futuro, Thomas de Thomasset. *in floribus Legum, reg. 98. & 247.* Menochius *quæst. illustr. 28. n. 15.* Perez. *ad l. 1. vers. ex qua infertur. tit. 2. lib. 5. Ordin. pag. mihi 76.* Escobar. *de ratiocin. cap. 90. n. 50.* Menoch. *consil. 255. num. 10. & consil. 296. num. 41.* Molin. *de Justit. tract. 3. disput. 1. concl. 1.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 486. & tom. 6. lit. R. concl. 112.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. resolut. 149. num. 4. in 2. edit.* Mar. Antonin. *var. resol. lib. 2. resol. 45. num. 6.* Rot. *decis. 105. num. 6. apud Farinac. p. 1. recent. & decis. 457. num 3. apud eundem p. 2. recent.* de quo etiam Menoch. *de præsumpt. lib. 4. de præsumpt. 83. num. 8.* Vincent. Carot. *sing. 457.* Iniqvum enim est, liberum non esse homini ingenuo de rebus suis posse disponere. *l. non usque adeò 2. ff. si quis à parente fuerit manumiss.* Curtius junior *consil. 110. n. 8.* Castrens. *consil. 260. col. 2. in princ. lib. 1.* quos refert Card. Tusch. *d. lit. R. concl. 112. n. 4.* ubi *n. 11. per l. 1. §. si impuberi 21. ff. de coll. bonor.* ampliat in tantum, ut possit quis res suas projicere in mare, & citat Castr. *consil. 125. col. 1. lib. 1.*

Unde in concessione, seu traditione rei suæ potest quis apponere legem, quam velit, *l. 1. §. conveniat 6. ff. depositi, l. si quid possessor 31. §. sicut autem 3. l. sed etsi lege 25. §. consuluit 11. ff. de petit. hered. l. legem 10. C. de pactis. l. legem 9. C. de donat.* Corn. *consil. 24. per totum lib. 2.* ubi loquitur in emphyteusi, & feudo, Cephal. *consil. 3. n. 51.* ubi in primogenitura, Cravett. *cons. 82. n. 6.* Surdus *de aliment. tit. 8. privileg. 56. n. 93. & tit. 9. q. 18. n. 13. & 14. & decis. 62. n. 6.* Cald. Pereira *de potest. eligendi. cap. 16. num. 6. & de extinct. emphyt. cap. 3. n. 11.* Cabed. *Lusit. decis. 31. in princ. p. 2.* Bobadil. *in sua Politica lib. 3. cap. 4. num. 63.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 175. n. 5.* Cened. *pract. & canon. quæst. lib. 1. q. 35.* Card. Tusch. *d. lit. R. concl. 112. num. 17.*

Declara axioma procedere in re sua libera, secus si res sit communis, vel in qua alius jus habeat, Anchar. *consil. 155. Optimis rationibus. n. 7. & seq.* Boër. *decis. 320. n. 12. vers. ex quo secundum.* ubi subdit, quod in re sua quis non potest contra jus; nam contra leges & contra bonos mores non potest quis de re sua disponere, quia Reipublicæ interest, ne quis re suâ malè utatur, Abb. *consil. 48. Videtur primò, circa fin. vers. nec obstat si dicatur. lib. 2.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. R. concl. 112. n. 28.* In præjudicium enim tertii re propria abuti nemini licet, Menoch. *consil. 226. n. 50. & 51. & de præsumpt. lib. 4. præs. 83. n. 8.* Joh. Mar. Novar. *quæst. forens. lib. 1. q. 63. n. 8.* [Unde nec Domino fundi quicquam facere licet, per quod usus servitutis constitutæ impediatur, *l. si domus 21. ff. de S. V. P. l. si eo loco 9. ff. si servit. vindic.* Nec Dominus fundi servientis servitutem rectè constitutam deteriorem facere potest, *l. servitutes 20. §. stillicidium 14. ff. de S. V. P. l. sed si quid 15. §. proprietatis 6. ff. de usufr. l. 6. §. ult. ff. si serv. vind.* Gail. *2. obs. 67. n. 6.* Carpz. *P. 2. Constit. 41. Defin. 1. n. 3. & 4.* adde supra *l. 7. 2.*

XXIII.

RES transit cum suo onere ad quemcunque vadat, *l. is cui opus 23.* ubi latè Jason *num. 6. ff. de novi operis nunciat. l. si convenerit 18. §. si fundus 2. ff. de pignerat. act. l. 1. C. de distr. pignor. l. Julianus 40. ff. de manum. testam. l. Gajus 23.* ubi Bartolus

ff. de

ff. de manumiss. l. Pomponius. 13. §. 1. de acquir. possess. l. fin. §. fin. ff. de contrab. emt. l. via constitui 23. §. si fundus 2. ff. de servit. rustic. præd. cap. si quis laicus 42. & ibi gloss. 16. q. 1. cap. ex literis 5. de pignorib. cap. pastoralis 28. §. fructus. de decim. [*cap. in aliquibus 32. & seq. extr. eod. tit. cap. 1. extr. de censib. cap. tua 9. cap. pen. extr. de usur. Extravag. Comm. declarationes. §. de stagnis. de decim. cap. cum non sit 33. extr. eod.*] Ordin. Regia Lusit. *lib. 4. tit. 3. in princ.* ubi Parens meus, Bellacomb. *tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. communia servit. n. 67. pag. m. 426.* Menoch. *consil. 2. n. 31. & consil. 51. n. 11. & consil. 80. n. 79.* Dn. Barbosa *in l. post dotem. n. 5. ff. solut. matrim.* Cabed. *Lusit. decis. 52. n. 1. part. 2.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap. 3. n. 33. & de emt. cap. 10. n. 10. & cap. 27. n. ult.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. O. concl. 145.* Franc. Leo *in thesaur. fori Ecclesiast. part. 2. cap. 15. n. 41.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. resol. 529. n. 6. in 2. edit.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de exemt. Cleric. & eorundem bonorum à muneribus publicis. §. 3. n. 2. & tit. de Clerico debitore. §. 8. n. 6.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 705. n. 11.* Mangil. *de imput. q. 106. n. 4.*

Intellige, quando onus reale, non ita, quando est personale, *d. l. ult. ff. de contrab. emt. l. cogi 16. §. unde quæritur 3. ff. ad SCt. Trebell. l. cum fundo 36.* & ibi Baldus *ff. de servit. rust. præd. l. eum cui 13. C. de act. & oblig. l. ult. C. de hered. act.* Bellacomb. *d. n. 67.* Cald. Pereira *in l. si curatorem. verb. sua facilitate. n. 80. Cod. de in integr. restitut. minor.*

Amplia, transirè cum suo onere etiam in singularem successorem, *d. l. cum fundo 36. ff. de servit. rustic. præd. l. 3. Cod. eod.* Bellet. *dict. §. 8. n. 3.* & in Ecclesiam, seu alium privilegiatum, Duen. *reg. 100. n. 14.* Cravett. *consil. 217. n. 5.* Bellet. *d. §. 8. n. 8.* & ita in fiscum Tiraquell. *de retract. lig. §. 1. gloss. 10. n. 13.* Menoch. *consil. 75. n. 63.* Bell. *d. §. 8. n. 9.*

Amplia (2.) non valere pactum, ne fundus in emtorem transeat cum onere, quia nihilominus emtor tanquam possessor rei cogitur præstare onus, quod fuit tempore contractus. *Perez. C. de præd. & omnib. reb. navicular. n. 7.* Quodsi tamen possessor rem oneri subjectam ad inidoneum possessorem transferat, alienans tenetur in subsidium, nisi casu superveniente facultatibus lapsus fuerit. Hinc circa alienationem idoneitas est examinanda. *Perez. C. eod. n. 8.*

Limita: si alicui desertus fundus à peræquatore assignatur, hic tenetur saltem pro oneribus futuri non anteacti temporis *l. 7. C. de censib.*

XXIII.

Res transit cum suo commodo. Hinc si princeps concedat alicui jurisdictionem novæ arcis, censetur quidem concessio facta ob benemerita personæ, & sic ad vitam ejus perdurare, unde non poterit ab heredibus prætendi ex causa concessionis paternæ: Possunt tamen jurisdictionem prætendere tanquam adhærens arci, in quam filii succedunt. *Perez. C. de excus. muner. n. 19. seq. & ad tit. C. de præd. & omn. reb. navicul. num. 1. seqq.* Sic panes civiles ab imperatoribus in ædes singulas distributi, & cum privilegio cerevisiam panemque coquendi cum ædibus transeunt ad emtores, licet sint alterius opificii. *Perez. C. de annon. civil. n. 6.*

XXIV.

RES omnis per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur, *cap. omnis 4. 27. q. 2. cap. omnis res 1. de regulis juris. in decretalibus.* Valasc. *consil. 130. n. 17.* Narbona *de appell. à Vicario ad Episcopum. part. 1. n. 95.* Et ideò eandem solemnitatem requiri in revocatione actus, quæ requiritur in confectione ipsius, tradunt Duen. *reg. 187. vers. decimo octavo.* Cald. Pereira *de potestate elig. cap. 7. n. 13.* facileque res omnis ad suam naturam revertitur, *l. si unus 27. §. pactus 2. & §. seq. ff. de pact.* Greg. Lop. *l. 5. gloss. 3. post princ. tit. 11. part. 4.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 16. n. 21.* Mangil. *de imput. quæst. 45. num. 12.*

XXV.

RES sua nemini servire potest, *l si rem alienam 41. ff. de pignerat. act. l. in re communi 26. ff. de servit. urb. præd. l. uti frui 5. ff. si ususfructus petatur.* Surdus *de aliment. tit. 8. privileg. 49. num. 7. & decis. 76. n. 2.* Menoch. *consil. 281. n. 7.* Sigism. Scaccia *de commerc. §. 2. gloss. 5. num. 89. inspect. 1.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 876. num. 10.* Ovid. de Amicis *de Jur. emphyteut. q. 15. n. 3. vers. 2. & n. 9.*

XXVI.

RES inter alios acta aliis nocere non debet. *l. de unoquoq. 47. ff. de re judic. l. sæpe constitutum est 63. ff. eod. tit. l. nam postea 9. §. fin. ff. de jurejur. l. quia non debet. 10. ff. eod. l. Lucius 21. ff. de bis, qui not. infam. l. Modestinus respondit 10. ff. de exceptionibus. l. Claudius 16. ff. qui potiores in pignore hab. l. si petitor 31. ff. de jud. l. si unus 27. §. pacta 4. in fin. ff. de pact. l. 1. cum multis seqq. ff. de except. rei judic. toto tit. C. res inter alios acta. l. legitimam 14. C. de contrab. emt. cap. inter dilectos 6. de fide instrum. cap. veniens 8. de transact. cap. super eo 15. de offic. deleg.* [*cap. constitutus 3. extr. de test. c. cum super 17. extr. de sentent. & re*

judic. cap. dilecto 25. in fin. extr. de præbend. cap. inter 8. extr. de donat.] Ordin. Regia Lusitan. *lib. 3. tit. 81. in princ.* Exornant Tiraquell. *in speciali tract. Res inter alios acta.* Fulgos. *consil. 209. Duobus fratribus, in princ. n. 2. & consil. 89. n. 4. vers. circa tertium.* Limitat in sententia lata super ingenuitate, quia omnibus præjudicat, Covarruv. *pract. cap. 13. num. 4. & cap. 14. num. 15. & 16.* Thom. de Thomasset. *in florib. Legum, reg. 273.* Menoch. *quæst. usufr. cap. 23. n. 13. cum seqq.* Menoch. *consil. 472. n. 14. & consil. 75. n. 92. & consil. 103. n. 7. & consil. 384. n. 12. & remed. 3. retin. n. 571. & consil. 28. n. 28.* Mascard. *de probat. concl. 394. n. 29. & concl. 1243. & concl. 1267. n. 2.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. res 12.* Hieronymus de Laurent. *Avenion. decis. 82. n. 1.* Surd. *consil. 577. n. 25.* Cardos. *in praxi Judicum, verb. res. n. 25. cum seqq. & verb. sententia. n. 67.* Cæsar. Argel. *de contrad. legit. q. 7. n. 80. & q. 10. n. 264. & q. 2. n. 114.* Mar. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 106. n. 7. & 38. & 45. lib. 3. resolut. 106. num. 7.* Cardinal. Tusch. *practic. concl. tom. 6. lit. R. concl. 265. per totam.* Ubi ampliat & limitat multis modis. Melchior Phœbos *Lusitanens. decis. 202. n. 4. tom. 2.*

Declara: quod res inter alios acta etiam aliis prodesse non debeat. *Meier. colleg. jur. Argent. tit. ff. de re judic. n. 73. Scaccia de sentent. & re judic. gloss. 14. q. 12. n. 52. & 62.*

XXVII.

RES una & eadem diverso jure censeri non debet, *l. eum, qui 23. ff. de usuc. cap. 30. extr. de decim.* ita concesso castro vel territorio omnis cohærentiæ & pertinentiæ simul transferuntur. Montan. *fin. reg. cap. 80. n. 1. & seqq. per l. via constitui 23. §. pen. & ult. de servitut. rustic. præd. l. uxorem 41. §. legaverat 6. de leg. 3.* Bart. *in l. si quando. C. de bon. vacant. lib. 10.* Laurent. Calcan. *consil. 90. n. 6.* Fabian. de Monte *de Emt. q. 6. in princ. num. 9.* quia de adhærentiis idem judicatur, *cap. volentes 8. de offic. legat. l. quæ religiosis 43. de rei vind.* scilicet, ut transeant, *l. prædis 91. §. Titio 3. de legat. 3.* Wesemb. *2. cons. 78. n. 6. Vide supr. lit. I. cap. Jus.*

XXIIX.

RES de facili revertitur ad suam primævam naturam, *l. filio quem pater 23. ff. de liber. & posthum. l. 21. §. si quis autem 3. C. de testam. l. 27. §. pactus 2.* ubi Jason *de pact. cap. ab exordio 2. distinct. 35.* Seraphin. *de privileg. juram. privileg. 58. n. 8.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 544. n. 31.* Phil. Matth. *2. Consil. Marp. 26. n. 13.* res enim quælibet suâ origine metiri debet, *l. qui id, quod 33. ff. de donat. l. fin. ff. si ex noxal. caus.* exemplum est in feudis fœmineis apud Gothofr. Ant. *disput. feud. 6. thes. 2. lit. B. vers. veluti si detur.*

XXIX.

RES præsumitur esse illius, intra cujus fines est instituta, *l. si fines 10. C. de evict.* Menoch. *consil. 2. à n. 83.* Gam. *decis. 230. n. 1.* Valascus *de Jure Emphyteut. q. 8. n. 38. col. 3. & quæst. 51. n. 3.* Cald. Pereira *de emt. cap. 21. n. 3.*

CAP. LI.

Rescriptum.

Axioma I.

Rescriptum Principis potest inter partes, quod possunt ipsæ partes ex conventione. Gloss. sing. *in l. meminerint. C. unde vi. fac. text. in l. ibi cum enim. C. commun. de legat.*

II.

Rescripto Principis est obtemperandum, *l. eleganter 23. §. si post rem 1. ubi gloss. ff. de condict. indebit. l. si peculium 6. §. sicut 4. ff. de pecul. legat.* Wesemb. *1. consil. 43. num. 35.* nec ab ejus forma recedendum, *l. quid tamen 21. in princ. ff. de arbitr. cap. cum venissent 3. extr. de eo, qui mitt. in possess.* habetur enim pro lege, *l. 2. C. de Legib.* & pro sententia definitiva, Ulmm. *in process. judic. disp. 7. num. 11.* ac intelligitur ita, quod nemini facit injuriam, *cap. cum super 23. de offic. deleg.* ubi Felin. *l. ex facto 43. ff. de vulgar. substit. l. nec avus 4. C. de Emancip. liber.* cum Principis intentio talis esse præsumatur, qualis est intentio Legis scriptæ & rationalis naturalis, Decius *consil. 11. n. 3. & 4.* Consil. Arg. *1. consil. 11. num. 32.* Wesemb. *consil. 100. n. 19.* Vult. *3. Consil. Marpurg. 22. num. 20.* Qua de causa rescripta Principis dicuntur habere tacitam clausulam, si preces veritate nitantur. *cap. sedes 15. cap. si quando 5. de rescr.* & intelliguntur salvo jure tertii, Gail. *2. obs. 58. num. 3. & 4.* Dec. *consil. 287. num. 8.* cùm nunquam præsumatur animus ejus fuisse, quod velit juri alteri quæsito derogare, *cap. super eo 15. §. hoc tuum. de offic. judic. deleg. gloss. ibid. in verbo intentionis. d. l. nec avus 4. C. de Emancip. liberor. l. 2. §. merito 10. & §. si quis à Principe 16. ff. ne quid in loc. publ.* Decius *consil. 606. num. 8.* ac intelligantur salvo jure Imperii & cujusque, Bodin. *1. de Republic. cap. 8. n. 104.* Marsil. *sing. 103.* Arnis. *1. de Majest. cap. 5. num. 20.* Knichen. *de Encyclop. cap. 10. num. 16.* Marant. *consil. 28. n. 2.* Wesemb. *consil. 21. n. 5.* Gylman. *lib. 1. p. 2. tit. 11. vot. 7. n. 14. 20. & 40.* Seraphin. *decis. 827. num. 1.* Mantic. *lib. 23. de tacit. convent. tit. 19. num. 23.* Victor *de Except. Imper. concluf. 24.* Quapropter Imperatoriis rescriptis resistere sacrilegii instar esse, text. est *in l. 5. Cod. de divers. rescript.* Quod intelligi debere, non quod omne Principis rescri-

scriptum servari debeat, sed quod valeat in casibus iis, quibus *d. l. 5.* loquitur, nimirum qui propriè à Principis potestate pendent, declarat Obrecht. *ad tit. C. de divers. rescript.*

Limita: hæc intelligenda esse regulariter de validis & juri conformibus, non de surreptitiis aut juri contrariis, *l. 2. 7. Cod. de precib. Imp. offerend. l. ult. C. si contr. jus vel util. pub. c. ex parte tua 3. extr. de offic. & potest. judic. deleg. c. causam quæ inter vos 14. extr. de sent. & re jud.* quæque jus tertio quæsitum auferunt, *l. 2. & l. 3. l. pen. Cod. de precib. Imp. offer.* quo respectu omnes literas Principum surreptitias & obreptitias esse ipso jure nullas, nec ullum habere effectum, *ex l. etsi legibus 5. in verb. mendax precator careat penitus impetratis. C. si contr. jus vel util. publ. l. si quis obrepserit 29. ad L. Cornel. de falsi. cap. cæterum 3. cap. super literis 20. extr. de rescr. l. sed si hac 10. §. patronum. 12. ubi gloss. ad verb. per obreptionem. & Dd. de in jus vocand.* probat Corn. *consil. 45. In hac. n. 7. vol. 2.* ratio, quia cum justitia & veritate congruere, ac eatenus etiam accipi ac interpretari debent, *l. ex facto 43. ff. de vulg. substit.* ac propterea rescriptum contra jus commune factum ab omnibus est refutandum, *cap. 25. quæst. 2.* Mynsi. *4. obs. 8.* sic rescriptum, per quod quis impetravit suspensionem litis, vel alios judices non factâ mentione ejusdem litis & omnium circumstantiarum, perhibetur esse ipso jure nullum, *cap. cæterum 3. de rescript. cap. super literis.* ubi Henr. Boich. *eod. tit. cap. 1. & cap. fin. ut lit. pend.* & singulariter Baver. *in suis singularib. ad verb. rescriptum. n. 6.* nisi quando rescriptum juri quidem constituto, sed non æquitati contrarium impetraretur, quo casu tale adhuc subsistere, textus est *in l. ult. ff. de Senator.* vel quando supplicanti crimen indulgeret, hoc est, criminis pœnam remitteret. *l. pen. C. de precib. Imp. offer.*

III.

Rescripta surreptitia nullam tribuunt jurisdictionem. *cap. super literis 20. de rescr. l. præscriptione 2. C. si contr. jus vel util. pub.* Vult. *1. Consil. Marpurg. 16. n. 81.*

Intellige cum Gail. *1. obs. 14. n. 5.* verum, si nimirum capitula illa principali negotio sint connexa, secus si separata; hoc enim casu surreptionem in una parte non vitiare aut invalidum reddere in aliis, ait Felinus *in cap. sedes. n. 4. de rescript.*

IV.

Rescripta Principum cum causæ cognitione emanata transeunt in rem judicatam. *Carpzov. P. 1. Constitut. 26. Definit. 19.*

V.

Rescripta obtenta contra publicam utilitatem non valent, e. gr. ne quis teneatur tributa solvere, *Perez. C. de annon. & trib. n. 29. seq.* ne aliquis Magistratum gerat, *l. 37. C. de decur. Perez. C. eod. n. 23.* ne quis teneatur exercitui annonam advehere. *Perez. C. de quibus muner. vel præstation. n. 1. seqq.* In omni enim rescripto excepta & reservata censetur utilitas publica, & quamvis solius principis sit interpretari suam legem vel privilegium; inferiori tamen Magistratui concessum est prius providere publico. *Brunnem. ad l. 5. C. de aquæduct. n. 2.*

Limita: nisi princeps rescripserit de certâ scientiâ vel motu proprio, vel non obstante jure communi. Ut & si principis secunda jussio intervenerit. *Perez. C. de annon. & tribut. n. 31.*

VI.

Rescriptum omne à Principe motu proprio concessum valet, *cap. motu 55. de præbend. in 6to.*

Limitatur in casu speciali *l. 14. C. de cohortal. & princip.* ubi tale rescriptum non prodest ei, qui nondum depositâ cohortali militiâ novam dignitatem affectavit. *Brunnem. C. eod. col. 6.*

VII.

Rescripta non ob justam causam emanata sunt invalida. Si autem causa non appareat, præsumuntur per subreptionem emendicata. *Brunneman. C. de decur. column. 9.*

IIX.

Rescriptum eo ipso præsumitur subreptitium, quòd incompetenti judici insinuatum. *Brunnem. ad l. 5. C. de aquæductu. n. 1.*

IX.

Rescriptum semper intelligitur salvo jure tertii: nec dominium per rescriptum tolli potest, nec in injuriam alicujus tribuendum est. *Brunneman. in l. 5. C. de fid. & jur. hast.* hinc semper eâ humanitate est accipiendum, ne cuiquam injuriam inferat, adeò ut rescripti verba potiùs impropriè sint interpretanda, quam ut eorum contextus in aliorum præjudicium detorqueatur. *Perez. C. de collegiat. n. 9.*

X.

Rescripta & jussiones principum requirunt subscriptionem gloriosissimi Quæstoris. *Nov. 114.* hodiè Cancellarii. *Perez. C. de petit. bonor. sublatis n. 2.* Vid. *Vizzan. de mandat. princip. cap. 4. n. 28. seqq.*

XI.

Rescripta impetrata à potentibus in curiâ sunt ipso jure nulla. *Brunnem. ad l. 1. C. de fund. limitroph. in fin.*

XII.

Etiam in dignitate constituto rescriptum Principis alleganti non creditur, nisi illud edat. *Brunnem. C. de curios. & station. col. 3.*

XIII.

Rescriptum cum clausulâ ex certâ scientia priori concessioni non præjudicat; requiritur enim expressa derogatio prioris concessionis. *Perez. C. de cohortal. & princip. n. 20.*

XIV.

Rescripta gratiosa sunt stricti juris, nec extenduntur ad non specificata, *cap. quamvis 38. de præbend. in 6.* Decius *in cap. super literis. n. 5. de rescr.* Alex. *consil. 97. num. 6. lib. 2.* Farinac. *1. consil. 3. num. 15.* & ideò recipere interpretationem restrictivam dicuntur, *l. eleganter 23. §. 1. vers. quid ergò. ff. de cond. indeb.* unde nec rescriptum impetratum contra aliquem super iis, quæ ei concessa sunt per privilegium, valere dicitur, nisi in rescripto de privilegio vel de persona mentio habeatur, *cap. cum 22. extr. de rescr.*

Intel-

Intellige hoc procedere in reſcriptis ad lites, ratio, quia concedens à partibus videtur circa impetrata decipi, *cap. P. & G. 40. de offic. deleg. c. ſedes 15. cap. ex tenore 16. c. fin. de reſcr.* cùm intelligi debent ad effectum, ut jus commune, quoad fieri poteſt, minus lædatur, Alexand. *conſil. 33. vol. 6.* Decianus *conſil. 33. verſ. tertiò præmitto. lib. 1.* ſecus enim eſt, quando reſcripta jus commune non læderent, nec gratioſa eſſent, ſed juris ratione niterentur, quo caſu latiſſimè interpretari debent, hoc eſt, quantum patitur verborum neceſſitas, Joh. Mill. *in verb. reſcripta ſunt ſtricti juris.* Roman. *conſil. 363.* Farin. *1. conſil. 35. n. 130.* cùm ea de jure communi ſuppleantur, gloſſ. *in l. cum olim. extr. de ſent. & re judic. & in cap. Paſtoralis. extr. de fid. inſtr. & in c. cum ſpecialiin pr. de appell.* & comprehendant, quicquid comprehendi quacunque ſignificatione poteſt, *c. 2. & c. paſtoralis 5. ibique gloſſ. extr. de cauſ. poſſ. & propriet. fac. l. 3. C. de Epiſc. aud. l. vel univerſorum 12. ff. de pign. act.* Jac. de Aren. *in cap. 1. gloſſ. fin. extr. ut lit. pend.*

XV.

Reſcripta non ſunt in genere & indiſtinctè, ſed ſpecificè & diſtinctè exprimenda, *cap. cum dilecta 22.* ubi Panorm. *in 2. notab. cap. poſtulaſti 27. de reſcript.* Felin. *in cap. cæterum. n. 2. eod.* per doctrinam Innocent. *in cap. ex literis. de offic. deleg. cap. ex literis 2. de dol.* Corn. *conſil. 45. in hac conſultatione. n. 14. vol. 2. & conſil. 227. Videtur. n. 9. eod. vol.* quia certior non dicitur fieri, cui non omnes rei circumſtantiæ atque cauſæ dilucidè exponuntur. Tiraqu. *de retract. proxim. §. 36. gloſſ. 2. n. 30. per Clem. cauſam.* ubi Imol. *de Elect. c. concertationi 8.* ubi gloſſ. *in verb. ſciverit. de appell. in 6.* Weſemb. *1. conſil. 34. n. 30.* quicquid enim in eo expreſſum non eſt, pro omiſſo cenſetur, Gail. *1. obſerv. 35. n. 3.*

XVI.

Reſcripta derogare juri communi non intelliguntur. *l. cauſam 8. C. de reſcript.* Corn. *conſ. 236. n. 5. vol. 1. & conſil. 90. n. 8. vol. 4. & conſil. 245. n. 3. vol. 1.* ſed ſecundum jus commune ſunt accipienda, idem *conſ. 17. Viſo proceſſu. n. 28. vol. 2.* Weſemb. *1. conſ. 43. n. 39.*

XVII.

Reſcripta intelliguntur ſecundum formam petitionis, Jaſ. *in l. Juſtitia, in fin. n. 6. de juſtit. & jur. & in l. 1. n. 7. C. de diverſ. reſcr.* Innocent. & Dd. *in c. 1. de tranſact. & in l. Gallus. §. nunc. de lege. de liber. & poſthum.* Weſemb. *1. conſil. 2. n. 83.* Ubi limitat obtinere in ambiguis & generalibus, non etiam in claris.

XIIX.

Reſcripta ſpecialia derogant generalibus etiam prius impetratis, licet de his nulla fiat mentio in ſpecialibus, textus *in c. ſicut 1. extr. de reſcr. & ibi* Abb. *n. 3.* & Felin. *n. 3. cap. quamvis 4. de præb. in 6.*

XIX.

Reſcripta non dicuntur ejusdem tenoris, quando continent diverſos judices impetratos, *l. non à judice 64. ff. judic. ſolv. cap. ex tenore 16. ibidemq;* Hoſtienſ. *de reſcript.*

XX.

Reſcriptum non juvat impetrantem, ſi contra reſcriptum facit, Ang. *in ſing. verb. reſcriptum. n. 22.* quia non intelligitur pro eo reſcriptum, qui contrarium facit ejus, quod eſt ſcriptum, Innoc. *in d. c. mandatum. de reſcr.* unde & reſcripto abutentes privantur commodo reſcripti, & condemnantur in ſumptibus & damno adverſario, *cap. ult. extr. de reſcr.*

XXI.

Reſcriptum vires accipit ex intellectu ſcribentis. Innocent. *in c. mandatum de reſcript.* nec vitiatur propter modicum defectum, cum ex præcedentibus & ſubſequentibus poteſt mandatoris intentio cognoſci, *cap. ex parte 11. ibique gloſſ. de fid. inſtrum.*

XXII.

Reſcriptum tacita veritate impetratum non valet. *cap. ad noſtrum 5. extr. de confirm. util. cap. dicenti 25. quæſt. 2.* ſicut etiam caſſatur, ſi à curia non emanaverit, *cap. in memoriam 3. diſt. 19.* vel ſi non ſit honeſtum, juſtum, poſſibile, tempori & loco conveniens, *cap. erit. 2. diſt. 4.* ſi obſcurum, ita ut plenè intelligi non poſſit, *d. cap. 2.* ſi non exprimat petitionem, *cap. Maximinianus 6. diſt. 81.* ſi clauſula hæc, ſi preces veritate nitantur, omittatur, *d. cap. dicenti 25. §. univerſa. q. 2.* vel ſi expreſsè non contineat nomen ejus, qui convenire vult, *cap. ult. §. item ſubſcribere 2. quæſt. 8.*

CAP. LII.

Res communis.

Pro re communi melior eſt pars prohibentis, *& religioſum.* ubi Angel. & Faber *Inſtitut. de rer. diviſ.* ne quis conſortium plus ſua portione vel juſto in re communi uſurpet, *l. duo fratres 78. in fin. ff. de acquir. hered.* vel etiam utilitatem aquæ ſolitam intervertat, Bald. *in cap. 1. §. 1. n. 14. de Pac. Conſtant. per l. ſi diligenter 9. C. de aquaduct. tit. 11.*

Declara procedere, quando aliquis ex ſociorum conſortio uti vult ad eum uſum, ad quem non eſt deſtinata, non autem quando uti vult, ad quem uſum eſſet ordinata, *d. §. religioſum.* ubi Ang. & Fab.

CAP. LIII.

Reſervatio.

Axioma I.

Reſervatio nihil juris de novo tribuit, *l. eſt quis 14. §. plerique 8. ff. de religioſ. l. pen. ibi: ſine præjudicio. ff. de aq. quotid.* Barthol. Cæpoll. *conſil. 25. incip. in civilibus. col. pen. num. 21. ad fin.* Decius *conſil. 516. col. 5. circ. med. num. 22.* Cravett. *conſil. 29. n. 8. conſil. 127. n. 7. conſil. 70. num. 6. & conſil. 144. n. 15.* Conſil. Arg. *1. conſil. 2. num. 155.* Natura enim reſervationis eſt, ut jus reſervatum conſervet, *cap. indemnitatibus 43. in fin. de Elect. in 6. l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. ſolvitur. l. 3. §. penult. ff. de liber. hom. exhib.* Dd. *in l. ſi quis legaverit ff. de legat. 1.* Angel. *in l. ſcripturas. C. qui potior. in pignor. & in l. omnes. 3. num. 2. C. de præſcript. 30. annor.* Hippolyt.

polyt. de Marsil. *in l. qui ignorans. n. 3. ff. de falsi.* Oldrad. *consil. 214.* Alex. *consil. 28. lib. 1.* Cravett. *consil. 70. num. 6.* Tiber. Decian. *responsi. 13. n. 81. vol. 2.* Philipp. Matth. *1. Consil. Marp. 21. num. 21.* Unde & verba prolata ad effectum & finem reservandi non operari aliquam acquisitionem de novo dixit Geminian. *consil. 108. col. 2. ante med. vers. his præmissis.* Huc optimè facit text. *in l. 6. §. si in venditione. in fin. ff. commun. præd.* ubi si venditor ædium excipiat, & servitutem reservet, quam dixit Titio deberi, licet emtor consenserit; si tamen in veritate comperiatur, nullam servitutem Titio deberi, talis reservatio nihil operabitur.

Intellige verum, si scilicet de jure competat jus reservatum ad jus reservantis conservandum. Cravett. *consil. 29. n. 8. & consil. 127. n. 7.*

II.

Reservatio præsupponit jus reservatum antecedere. Consil. Argent. *1. consil. 24. n. 38.* quia, quod non est, reservari nequit, *l. 2. ff. de usufr. cap. super 5. de renunciat. l. adeò 7. §. quod si toto 5. ff. de acquir. domin. l. 4. ff. locat.* Oldendorp. *2. Consil. Marp. 5. n. 41.* & ex nihilo nihil fit, juxta Philosophum, quem citat Bald. *in l. si quidem in 2. notab. per ill. text. si mancip. ita fuerit alien. ne manumitt.* Consil. Arg. *1. consil. 24. n. 38.* cùm reservatio nihil juris tribuat illi, in quem dirigitur, si prius jus non habebat. *l. minor. 39. §. 1. & ibi gloss. de Evict.* Angel. *in l. scripturas. C. qui potior in pignor. & in l. omnes. C. de præscript. 30. annor.* Natt. *3. consil. 627. n. 10.* & reservatio, non reperiens reservabile, nihil operetur, Angel. *in l. si quis legaverit, ibique* Bart. *de legat. 1.* Natt. *3. consil. 626. n. 198.*

III.

Reservatio in aliqua dispositione declarat, quid & quantum ibi comprehensum sit, Cravett. *consil. 214. n. 14. p. 2.* Knichen. *in Comment. de Saxon. non provoc. jur. cap. 5. quod est de regalibus. n. 28. pag. m. 242.* Eximens enim aliqua reservando, reliqua concessisse videtur, quia exceptio & reservatio declarat regulam, idem Knichen. *part. 2. de invest. pact. cap. 1. n. 113.* Unde etiam reservatio specialis, Wir behalten uns bevor die vier Malefiz-Fälle/ aperto Marte in reliquis concessionem infert, vide Rosenthal. *de feud. tom. 1. cap. 5. concl. 7. n. 8. in addit. lit. D. & tom. 2. cap. 12. conclus. 1. n. 34. in addit. lit. K.* Quin imò reservationem declarare observationem subsecuram, ex Cravett. *consil. 211. num. 8. & seqq.* refert Bertazol. *1. consult. decis. consil. 21. num. 54.*

IV.

Reservatio unius inducit abdicationem cæterorum, *l. 12. §. 42.* ibi *nam hæc ff. de instructo & instrum. leg. l. 12. ff. de jurisdict.* Thom. Michaël. *de jurisdictione. concl. 35. lit. c.*

V.

Reservatio inficit titulum & illum ipso jure annullat, *cap. si eo tempore 45. de Elect. in 6.* quia est tam malignæ naturæ, ut quicquid invenit destruat, & in oppositum ducat, Menoch. *recuper. possession. remed. 15. n. 444.*

CAP. LIV.

Res judicata, Decisio, Præjudicia, Praxis.

Axioma I.

Non exemplis judicandum, sed cujusque causæ momenta consideranda & ponderanda, atque ex his judicandum est, cum vel minima circumstantia sæpenumero jus variet: ideoque præjudicia pondus nullum habent, nisi facta ipsa casusque evenientes sibi peræquè similes fuerint, Frideric. Pruck. *lib. 1. consil. 42. num. 13.* Data enim dissimilitudine etiam leviuscula omnes præjudicii vires auferuntur, Everhardus *in Topic. loc. à simili.* Pruckman. *d. l. num. 14.* cùm disparitas facti disparitatem juris operetur, Gœdd. *3. consil. 32. num. 189. & 3. consil. 33. num. 424.* & ex modica variatione plerumque jus omne mutetur, & modicum fermenti totam massam inficiat, Mynsing. *decad. 10. respons. 99. num. 3.* siquidem tot seculis nulla reperta causa est, quæ esset tota alteri similis. Quintilianus *lib. 7. in præfat.* Fieri enim non potest (in exemplis) ut paria sint omnia, idem *lib. 5. cap. 13. pag. 309.* frequenter etiam optimæ causæ similes sunt malis, & innocens reus multis verisimilibus premitur, idem Quintil. *lib. 12. cap. 1. in fin.* vix est ulla per omnia alteri similis, idem *lib. 5. cap. 2. pag. 252.* Itaque indocti advocati esse dixit Albericus de Rosate *ad l. 1. de Const. Princip.* cùm jura non suppetunt, ab exemplis opem petere, & dicere, sic judicatum est, Knichen. *de invest. pact. lib. 1. cap. 1. num. 101.* Cravett. *consil. 592. num. 9. tom. 4.* imò miserrimi ingenii eos esse, qui non nisi inventa decisione Dd. propositas quæstiones norunt definire, trad. Paul. de Castr. *in l. Clodius in fin. ff. de acquir. hered.* Viv. *lib. 1. opin. 398. num. 50.* Nevizan. *lib. 5. Sylv. Nupt. num. 72. pag. 503.* Hinc Barbatiæ vitio vertitur, quod sæpe allegarit decisiones Rotæ, quæ in rerum natura non essent, ut judices deciperet, prout de eo conqueritur Dauth. *de testamentis. num. 150. pag. 197.* Siquidem, ut ait Hartman. Pistor. *4. quæst. 25. num. 17.* non me latet in judiciis, in quibus plenius deliberandi spatium non supereſt, multa παχυμερῶς tractari, *& alibi nimirum 2. quæst. 8. num. 30.* In judiciis non raro contingere solet, quod Fabianus de Monte *in tract. de emt. vendit. p. 3. quæst. 5. in princ. n. 105.* monet, ut videlicet multa recipiantur, vel fiant, quia locus vel tempus non patitur plenius deliberandi consilium, ut inquit JCtus *in l. 1. de Exercit. action.* aliquando pfleget man auch die Urtheil heraus zu kocken/ Jesaiæ *cap. 28. vers. 8.* quocirca & in Camera Imper. recepta est sententia, quod vel minimus apex causam facilè mutet, quo minus idem judicetur in hac, quàm in alia causa, prout testantur Gylm. *in Symphorem. tom. 1. part. 1. volum. 1. pag. 213. num. 8. & 9.* Fichard. *1. consil. 3. num. 3.* Græv. *in proœm. num. 44.* licet è diverso interim non negetur, quod magnum quidem sit habere aliquam decisionem in terminis, Alex. Jason & alii citati à

Wesem-

Wesembecio *consil. 24. n. 13.* Ludov. Gomez. *ad §. æquè. num. 14. Instit. de actionib.* cùm si quis in praxi decisionem alicujus Doctoris in terminis, ut loqvuntur, terminantibus habeat, & allegare possit, non facilè causa cadat, ea præsertim, quæ textu Legis expresso caret, Thomas Trivisan. *lib. 1. decis. in præfat. num. 13.* Petr. Wesemb. *consil. 38. num. 12.* Marpurg. *1. consil. 24. n. 24. & 3. consil. 33. num. 130.* atque hoc respectu sufficiat, in claris Doctoris etiam sine lege loquentis decisionem in terminis habere, Matth. Wesembec. *consil. 19. num. 63. & consil. 195. num. 124.* vide latissimè Walter. *de jur. & stat. Dd. cap. 15. §. 96. pag. 270.*

II.

Senatuum judicata à probabilibus trahuntur in exempla, quæ Senatores ipsi auctoresque literis mandârunt, quorum & prærogativam esse, reor, in similibus controversiis sentientium. Ren. Chopin. *in præfat. ad mores Paris.* adde Janum Seguerium, ubi vide citatos auctores varios rerum judicatarum & arrestor. *n. 2.*

III.

Decisiones Camerales pro jure communi censeri & reputari debent, *arg. l. 1. de constitut. Princip. l. filius 14. ibi: sic enim inveni Senatum censuisse. ad L. Cornel. de falsi.* Græven. *in præfat. concluf. Gail. num. 26. vid. in loco* de præjudicio *axiom. 1.* Argentorat. *2. consil. 86. num. 30.* vid. Besold. *in thesaur. verb.* Cammer-Gericht *p. 151.* ubi in utramque allegat. Sed declarari poterit, si dicatur hoc obtinere in sententiis juris declaratoriis, non item in sententiis facti decisoriis, quia hoc casu vel minima circumstantia jus variare potest.

IV.

Rei judicatæ affert præjudicium delictum superveniens, *cap. ult. extr. de adulter.* tollit enim rei judicatæ sententiam, *cap. ex literis 5. extr. de divort.*

V.

Quoties quis simpliciter absolvitur, sive ab integrâ actione, toties denuò agenti obstat exceptio rei judicatæ, quia res semel apud judicem acta non est iterum agenda & retractanda, cùm alioquin nullus foret litium finis. Ita ergò, si oppositâ exceptione compensationis, jurisjurandi, &c. reus absolveretur, posteà denuò conveniri haud posset.

Limita: modò lapsum fuerit decendium, tunc enim demùm sententia vim rei judicatæ habet.

VI.

RES JUDICATA pro veritate habetur, *l. si non sortem 26. §. hæredi 11. ff. de condict. indeb. l. cum putarem 36. ff. famil. herciſc. l. ingenuum 25. ff. de statu hom. l. res judicata 207. ff. de Regulis Juris. l. 1. C. quando provocare.* Doctores *in cap. suborta. de re judicata.* Mascard. *de probat. concl. 1296. num. 14. cum seqq.* Menoch. *consil. 611. num. 14. & consil. 63. n. 3.* Surdus *decis. 170. num. 15. & decis. 289. n. 1. & consil. 91. n. 2. & consil. 106. n. 13.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. sententia 48.* Ant. Monach. *Florent. decis. 35. num. 1. n. 24. & 25.* Mar. Ant. *var. resolut. l. 1. resolut. 76. n. 2. & resol. 94. n. 11.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 6. lit. R. concl. 267. num. 54. cum seqq.* [Rei enim judicatæ standum, *l. post sententiam 9. Cod. de sentent. & interlocution. l. 1. l. 2. C. de re judic.* Gœdd. *3. Cons. Marp. 32. n. 171.*]

[Generalis est exceptio in judiciis perlusoriis, sive ubi ex compacto & collusione collitigatorum actum sit: tùm enim res judicata pro veritate non habetur, sed intra quinquennium retractatur, *l. 2. in princip. ff. de collus. deteg.* ubi Cujacius *in paratit. l. Cod. in fin. l. 27. Cod. de liberal. caus. l. si servus 108. §. 1. de legat. 1. l. si perlusorio 14. de appellat.*]

VII.

Sententia præsumitur ritè & rectè lata, *l. Herennius 63. §. Gaja 1. ff. de Evict. cap. in præsentia 6. de renunciat.* Angel. *cons. 300.* Neviz. *consil. 36. n. 2.* Alex. *consil. 95. Visis, num. 9. lib. 2.* Paris. *cons. 108. Pro solutione, n. 35. cum seqq. lib. 4.* Gam. *Lusitan. decis. 110. num. 5.* Mar. Antonin. *d. lib. 1. resol. 50. n. 30. & resol. 71. n. 4. & lib. 3. resol. 13, n. 1.* Cardin. Tusch. *dict. lit. R. concl. 267. n. 53.* Cald. Pereira *de emt. cap. 34. n. 40.* Rot. *decis. 94. n. 1. apud Farinac. p. 1. recent.*

IIX.

RES JUDICATA facit de albo nigrum, & de nigro album, [Jason *in l. Julianus. ff. de condict. indeb.* Marant. *de ordin. judic. p. 6. n. 426.* Curtius jun. *consil. 177. n. 12. vol. 2.* Bursat. *consil. 49. num. 1. volum. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 67. n. 48.*] falsumque mutat in verum, non essentialiter, sed quoad effectum, Castrens. *consil. 6. circa fin. vers. cum igitur. lib. 1.* Rom. *consil. 504. In casu. vers. secundo quia.* Alexand. *consil. 93. Repetitus. n. 5. vers. & sententia. lib. 6.* Hyppolit. Riminald. *consil. 41. n. 7. & seq.* Curt. senior *consil. 75. col. 7. num. 11.* Curtius junior *consil. 177. n. 13. lib. 2.* Card. Tusch. *d. concl. 267. num 54. & 55.* Et de non ente ens, & de ente non ens, Jason. *in l. Julianus. colum. num. 2. ff. de condict. indeb.* Curtius junior *consil. 26. num. 6. lib. 1.* & de indebito debitum, & de debito non debitum, [*l. cum proponas 8. de reb. autor. judic. poss.* Vult. *3. Consil. Marp. 29. n. 3.*] Angel. Aretin. *consil. 40. Capio primam. n. 39. & seq. vers. cum sententia.* [Quin imò rem judicatam esse alteram naturam, quæ det originem, perimat, augeat & extingvat, dixit Bald. *in cap. nosti. de Elect. & in l. placet. col. 7. C. de*

C. de SS. Eccles. facit enim feudum, quod feudum non fuit. Petr. de Bella Pertic. *in Epit. sua feud. cap. 6. n. 10.* Curtius jun. *de feud. p. 3. n. 15. n. 1.* Schrader. *de feud. P. 5. cap. 5. n. 13. vers. sexto constituitur feudum.* Alex. *consil. 1. n. 16. & 24. vol. 5.* quos sequitur Henricus à Rosenthal. *in tract. de feud. cap. 6. concl. 72.*] probatio tamen per evidentiam facti etiam contra rem judicatam obtinet. Mascard. *vol. 1. q. prælim. 8. n. 15. seq.*

IX.

RES JUDICATA facit jus irretractabile inter partes, *l. eleganter 23. §. si quis post 3. de condict. indeb. cap. cum inter 13. de re judic.* Alex. *consil. 39. col. 2. vol. 6.* Decius *consil. 445. col. 5.* Socinus *reg. 16.* Cravett. *consil. 10. n. 7.* Curtius jun. *d. consil. 26. n. 6. lib. 1. & cons. 177. n. 12. lib. 2.* Paris. *consil. 23. num. 218. lib. 1.* [etiam illud, quod aliàs jus non est, *l. statu liberi à cæteris 29. §. Quintus Mutius 1. ff. de stat. liber.* Bald. *in l. ingenuum col. 2. vers. concludendo. ff. de stat. hom.* Bursat. *consil. 139. n. 8. vol. 2.* Roland. à Valle *consil. 83. n. 12. vol. 1.* Vult. *3. Consil. Marp. 21. n. 141.* maximè quando sententia lata sit auditis partibus & visis illarum juribus, juxta *l. in causæ 13. in pr. vers. causa cognita. de minorib.* Vult. *3. Consil. Marp. 29. n. 5.*] Cardin. Tusch. *d. concl. 267. n. 85.* ubi *n. 86.* post Alciat. *reg. 3. præs. 9. n. 17.* extendit, etiamsi sit lata ex contumacia vera vel ficta, Rot. *decis. 8. n. 1. ap. Farin. p. 1. recent.*

Amplia: non solùm in eodem, sed & in alio judicio, *cap. 2. de except. in 6to.* vid. hanc ampliationem deductam *à Scacciâ de sentent. & re judic. gloss. 14. q. 11. num. 46. seqq. Valenzuela Velasquez tom. 1. consil. 68. n. 44. seqq.*

Declara: quòd res judicata non præjudicet tertio. vid. Hartm. Pistor. *lib. 4. q. 29. Scaccia de sentent. & re judic. gloss. 14. q. 12.*

X.

RES JUDICATA inducit notorium, Cravett. *consil. 819. n. 4.* & efficit rem manifestam, Cephal. *consil. 57. n. 34. vol. 1. & cons. 180. n. 2. vol. 2.* Tiber. Decian. *cons. 55. num. 31. vol. 1. & consil. 17. n. 15. & consil. 19. n. 30. & consil. 54. n. 40. vol. 2.*] Abbas *consil. 89. In quæstione. num. 2. & 3. lib. 1.* ubi intelligit de notorio præsumpto, refert Cardin. Tusch. *d. lit. R. concl. 267. num. 63.* [maximè inter easdem personas, *cap. fin. de cohabit. Cleric.* Jason *in l. admonendi. n. 43. ff. de injur.* imò & consensum atque approbationem si non expressam, saltem tacitam, cui contravenire amplius non debet, *quod semel 21. de Regulis Jur. in 6. l. fundum 11. ff. de servit. rust. præd. l. in diem 9. de aq. pluv. arc. l. 1. §. prodest. 14. ff. quod legat. l. de accessionibus 14. §. fin. de temp. præscript. cap. requisivit. 17. de sponsalib.* Cacher. *decis. Pedem. 62. n. 18. Vult. 3. consil. 18. n. 74.*]

Limita primò in sententia, seu re judicata nulla, nam cùm sententia nulla non sit sententia, *l. ult. Cod. de sentent. ex brevicul. recitand. Clem. pastoralis. §. ut igitur. de re judic.* Tiraq. *in boves. §. hoc sermone. limitat. 1. n. 9. ff. de verbor. significat.* ideoque non transit in rem judicatam, juxta tradita per Vant. *de nullit. titul. Quoties, & intra quod tempus. n. 8.* Magon. *Lucens. decis. 62. n. 15. & decis. 98. n. 5.* Surdus *consil. 61. n. 53.* Azeved. *l. 2. n. 23. tit. 17. lib. 4. novæ Recopilat.* Mar. Ant. *var. resol. libr. 1. resol. 77. n. 14. & resol. 109. n. 3. & 4.* Cald. Pereira *quæstionum forensium libr. 2. q. 37. à princip.* Amatus Rodericus *in practica cap. ult. P. 2. n. 10. & 11.* nec parit exceptionem rei judicatæ, *l. 4. §. condemnatum 6. ff. de re judicata.* Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 2. à n. 5.* Petr. Rebuffus *ad Leges Galliæ, tom. 1. tit. de sentent. executiv. artic. ultim. n. 4. pag. m. 256.*

Limita secundò in sententia notoriè injusta, ut per Surdum *decis. 260. n. 39. & consil. 61. n. 14.* quem citat Mar. Antoninus *d. lib. 1. resolut. 77. n. 4.* ubi *n. 13.* subdit, injustitiam notoriam æquiparari notoriæ nullitati, Card. Tusch. *d. lit. R. concl. 267. n. 109. & seq.*

CAP. LV.
Resignatio.

Resignans beneficium resignatione admissa, statim jus suum & possessionem perdit. Abbas *in cap. Solicitæ. num. 10. de restit. spoliat.* Rebuff. *in praxi benefic. de infirm. benefic. resignat. in gloss. 10. num. 3.* Menoch. *de recuper. possess. rem. 14. num. 59.*

CAP. LVI.
Resistentia.

Axioma I.

Resistere posse perversis, & non facere, est ipsis consentire, *cap. qui potest 8. 23. q. 3.*

II.

Quoties facultas propriâ autoritate aliquid faciendi conceditur, toties id intelligendum, nisi alter resistat. quia contra resistentem opus est judicio. Ita si testator permiserit legatario propriâ autoritate legatum occupare, hoc aliter non licebit, quàm si heres consentiat, alioquin verò interdictum quod legatorum locum habet. *Struvius de vindict. privat. cap. 15. §. 2. n. 2.* Idem est, si alicui concedatur potestas occupandi rem venditam, si emtor statuto tempore pretium non solverit.

III.

Executoribus non ritè procedentibus resisti potest, *l. 5. C. de executor.* Si scil. vel extra territorium exequantur, vel non ostendant literas commissionis, vel non gerant insignia, vel periculum sit in morâ & damnum irreparabile imminеat. *Brunnem. C. de executor. col. 2.*

IV.

Satelles, qui injustè resistentem occidit, non punitur de homicidio *l. 29. §. pen. de L. Aquil. l. 2. C. de desertor. Brunnem. C. eod. n. 3.* Sive quis pro debito civili, sive delicto non-capitali capiendus sit. Et præsentes tenentur judicis apparitoribus assistere, si sine periculo possint, aut non sint Clerici, aliàs extraordinariè puniuntur. *Perez. C. de cohortal. & princip. n. 9.*

V.

Omnis permissa resistentia debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ. *Brunnem. C. de executor. col. 2.*

VI.

Iter facientes & res suas perquirentibus resistentes eò ipsò reddunt se suspectos & pœnæ obnoxios. *Brunnem. C. de cursu publ. col. 3.*

CAP. LVII.
Resolutio.

Axioma I.

Resolutione facta, actus resolutus amplius in considerationem non venit, *l. Julianus 131. §. 1. de V. O. l. etiam 27. de solut.*

II.

Resoluto jure dantis resolvitur jus accipientis, *l. vectigalia 31. de pignor. l. 3. quib. mod. pign. l. 69. §. prædium de leg. 2. l. 7. de A. E. V.* Wesemb. *2. consil. 73. n. 57. & part. 7. consil. 325. n. 14. vid. sup. p. 1. lit. I. cap. Jus. axiom. 1.*

CAP. LIIX.
Respectus.

Respectus diversi locum non habent, ubi personæ vel bona omnia absolutè obligantur, & quidem uni soli ante omnes homines, Rosenth. *de feud. cap. 10. concl. 12. n. 24.* Arnis. *1. relect. polit. 5. sect. 7. n. 71.* De diverso modo considerandi vide omnino Senecam *lib. 3. de benefic. cap. 5. & seq.* Tusch. *lit. e. concl. 54.*

Respectus personæ quomodo haberi debeat in pœnis, vide *Pœna & Justitia.*

CAP. LIX.
Respectus Parentelæ.

Axioma I.

Quoties una personarum, de quarum cognatione quæritur, immediatè & proximè conjuncta est stipiti, toties inter illas est parentelæ respectus. Quia respectus paternus ex solâ inducitur fraternitate quæ unam facit carnem, *Gen. 37, 27. Carpz. Jurispr. Eccl. l. 2. Defin. 40. n. 15.* Ascendentium ergò loco mihi sunt avorum vel parentum fratres; liberorum verò loco fratrum & sororum descendentes.

II.

Ubicunque est respectus parentelæ, ibi matrimonium est prohibitum. *§. 3. 5. Inst. de nupt.*

CAP. LX.
Responsio, Refutatio, Solutio Dubiorum.

Axioma I.

Respondere interdum cogimur, ne ignorantes esse videamur, *cap. in mandatis 2. in fin. distinctione 43.* Nemo tamen respondere debet propter hoc, ut plus videatur scire, quàm sciat, *cap. ult. §. pariter dict. distinct.*

II.

Respondere & non tacere differunt. Indicat hanc differentiam Augustinus *in princip. lib. 3. contra Gaudent.* Accepi, inquit, Gaudentii, responsionem tuam, si tamen responsio dicenda est, quam mihi propterea referre voluisti, ne, si tacuisses, diceremus, te esse convictum: Sed non hoc est respondere, quod est, non tacere. Nam si hoc est, respondisti planè: sed ideò, ut etiam hi, qui de te aliquid possent sperare, noverint, te non invenisse, quod respondere deberes, & tamen respondisse, ne taceres. Ideò cùm caveres, ne victus dicereris, fecisti, ut responderes. Quem etiam citat Gruterus *in fin. defensionis suspicionum extraordinariarum.* Inde videtur sumptum illud B. Lutheri *tom. 3. Jen. pag. 408.* dum scribit: Sie meynen/es sey geantwortet/ wann sie ein Buch machen / und schreiben darauf das Wörtlein/ Antwort.

III.

Responsio apud Jurisconsultos non semper apta est & congrua, verbi gratia, *in §. ult. Instit. qui testam. tutor. dar. poss.* quæritur, an nepotes veniant appellatione filiorum, nec ne? Respondetur venire, siquidem liberos dixerit: Ait hoc non esse in quæstione, inquit Bachovius. Et tamen ita quoque loquitur Jurisconsultus *in l. 6. de testam. tutel.* ut appareat, non semper ita subtiles & accuratos JCtos fuisse.

IV.

JCtorum refutationes & responsiones mutuæ & modestæ esse debent, Anton. Matthæi *in oratione de Modest. Jureconsultorum.* Cujac. *in recit. C. de necessar. serv. hered. institut.* ubi tamen obiter notari potest, responsionem esse aliam ad hominem, aliam ad rem. Vide Aristot. *2. Sophist. Elench. cap. 2. n. 6. 7. & 8. Physic. cap. 8.* quo facit & illud Cujacii *in recit. ad tit. Cod. de bon. matern. pag. 942.* dum inquit: Cùm adversarius (de Alciato loquitur) destitutus est suis argumentis, (per refutationem eorum) licet, (ut est apud Aristot. *dd. locis*) argumentari ad hominem, quod fit hoc modo: Tu tuam sententiam his testimoniis confirmare vis, hæc ego testimonia refutavi; restat igitur falsam esse tuam sententiam. Eâdem responsione utitur idem *ad lib. 1. Feud.* dum ait: Defensio nuda est, quæ

quæ fit ad hominem (ut Aristoteles loquitur) hoc modo: Vici jam satis, quia, quod intendisti, probare nequivisti. Ejusdem tenoris sunt & ea, quæ scribit idem *ad cap. 1. extr. de Except.* dum inquit: Exceptionem illam, quod actor etiam in alia Ecclesia præbendam possideat, non possunt opponere ii, qui ipsi varia beneficia in diversis Ecclesiis obtinent. De istis solutionibus, quæ ex tempore & ad hominem fiunt, ferè dici potest id, quod de nomenclatoribus & Poëtis Senec. *l. 1. de benef. cap. 3.* dum refert: Quemadmodum nomenclatori memoriæ loco audacia est, & cuicunque nomen non potest reddere, imponit; ita Poëtæ non putant ad rem pertinere, verum dicere, sed aut necessitate coacti, aut decore corrupti, id quoque vocari jubent, quod belle facit adversum. Vide & Quintil. *lib. 1. cap. 8.* quapropter garrulos eludere responsionibus, prudentia est, *cap. in mandatis 12. in fin. dist. 43.*

V.

Responsio ut certa dari possit, quæstio debet esse certa & finita, *cap. de muliere 6. extr. de sponsal.* aliàs cum responsio est obscura, & ad plura potest referri, non dicitur plenum responsum, *cap. cum olim 24. extr. de V. S.* quod & in testibus considerandum esse, an ad ea, quæ interrogantur, ex tempore verisimilia, vel utrum unum eundemque præmeditatum sermonem attulerint, colligitur *ex cap. si testes. §. in testib. 4. q. 2.*

VI.

Respondere positionibus si reus jussus recusat, vel si contumaciter recedat, habetur pro confesso, *cap. si post 2. de confess. in 6.*

VII.

Respondere qui vult, non debet in alterius potestate esse, sed libertatem habere, *c. accedens 10. extr. de procur.*

VIII.

JCti sunt excusandi, si secundum ea, quæ ipsis proponuntur, respondent. Sic enim ipsi sua responsa tuentur, secuti Scævolam, qui sæpissimè hâc clausulâ responsa sua munivit, veluti *in l. ex parte 39. §. 1.* ibi: *secundum ea, quæ proponerentur. fam. herc. l. ult. §. ult. de pign. act. l. Titius 25. §. 1. de liber. & posth. l. Lucius 88. §. Damæ 12. & ult. de leg. 2. l. prædia 27. in fin. pr. de instr. legat. l. Titia 2. §. 2. in fin. de aur. & arg. leg. l. Lucius 78. §. 1. ad SCt. Trebell. l. pater 17. in pr. de doli mali except. vid. supr. lit. F. cap.* Factum.

CAP. LXI.
Respublica. Civitas.

Axioma I.

Respublica nunquam interit *arg. l. proponebatur 77. de judic.* latè Ant. Faber *in rat. dub. ad l. 21. quib. mod. usufr. vel usus amitt.*

II.

Nihil repudiandum est, quod Reipublicæ deservire potest, Ulp. *in l. si quis in gravi 3. §. utrum 14. ff. ad SCt. Syll.* Oldendorp. *cl. 1. act. 3. p. 22.*

III.

Respublica ex mutua justè imperantium & parentium obligatione constat. Petr. Greg. Tholos. *lib. 4. de Republ. cap. 5.* Althus. *polit. cap. 9. n. 3.* Schönborn. *4. polit. cap. 4.* Reinck. *1. de reg. sec. c. 1. n. 10.*

IV.

Respublica jure minorum utitur, etiam in solutione debitæ pecuniæ. *Brunnem. ad l. 2. C. de præd. decur.*

V.

Respublica Romanorum & fiscus idem sunt, *l. non est ambigendum 12. ubi gloss. de bonor. possess.*

CAP. LXII.
Restitutio.

Axioma I.

Quoties quis tenetur ad rei restitutionem, cujus usus permissus ipsi non erat, toties omnia restituere tenetur, quæ occasione rei percepit, quia accessoria sequuntur suum principale arg. §. *26. Instit. de R. D.* Exempla sunt in malæ fidei possessore *l. 117. ff. de R. Vind.* depositario *l. 1. §. 24. ff. depos.* creditore *l. 14. ff. de condict. indeb.* mandatario *l. 10. §. 2. ff. Mand.* tutore *l. 1. pr. §. 1. seqq. ff. de tutel. & rat. distr.*

CAP. LXIII.
Restitutio in integrum.
Conf. Cap. Metus. Dolus. Minor. Ratihabitio.

Axioma I.

Restitutio illud reddit, quod abstulit læsio, *l. 1. l. quod si minor 24. §. restitutio 4. ff. de minor.* Bart. *in l. si quidem. n. 1. C. de præd. min.* Laurent. Tennin. de Rodulph. *in tract. cautel. 260. num. 7.* Ex quo vulgata illa practica nata, quod restitutio in integrum non concedatur non læso, per doctrinam Bart. & Bald. Castrens. & aliorum *in l. nam & postea. §. si minor. ff. de jurejur.* Milis *in repert. verb. Restitutio in integrum.* Maurit. *in tr. de restit. in integr. cap. 54.* Lancellot. Conrad. *in l. unic. limit. 8. num. 42.* Rota Romana *decis. 87. de restitut. in integr. & decis. 384. de appellat. in nov.* Capell. Tholos. *decis. 389.* Francisc. Marcus *decis. 56. & decis. 516. num. 4. p. 1.* Boër. *decis. Burdegalens. 75. num. 6.* Cachetan. *decis. Pedemont. 159.* Decius *in l. fin. not. 2. C. de transact.* ubi ait, quod minori non detur restitutio simpliciter, sed ita demum, si sit læsus, & de læsione ipsa constet, adde & Panorm. *consil. 77. vol. 2.* Alex. *consil. 55. num. 18. vol. 5.* Natt. *consil. 343. vol. 2.* Berous *consil. 68. num. 81. vol. 1.* Decius *consil. 389. num. 10.* Curtius jun. *consil. 6. num. 20.* Paris. *consil. 33. n. 36. vol. 1. & consil. 61. num. 44. vol. 3.* Decianus *consil. 16. n. 241. vol. 1. & consil. 39. num. 149. vol. 2.* neque restitutio porrigitur, nisi ad id, quod in judicio est deductum, *l. fin. ff. de condict. indeb.* Ita cessat restitutio, ubi læsio non potest probari, *l. 11. §. 3. ff. de minor.*

Limita: nisi forsan actio talis sit, ubi jura læsionem præsumunt, quales recensetur *Brunnem. in repet. Wesemb. ad tit. ff. de minor. q. 21.*

Declara, ut læsus restituatur, si læsio fuerit alicujus momenti, nam ob rem planè minimam non datur restitutio, *l. 4. ff. de restit. in integr.* nisi res minima majori summæ præjudicet. *Eckolt. ad ff. de restit. n. 6.*

II.

Restitutione in integrum semel denegata, frustra amplius petitur, *t. t. C. si sæpius restit. in integr. postuletur.*

Excipe, nisi ex nova causa vel super diverso articulo petatur. *l. 2. l. ult. C. d. tit.* Ord. Camer. Imper. *part. 3. tit. 52.* sive de novo illa causa emerserit, contra gloss. *in cap. ult. extr. de restit. in integr.* sive antea extiterit; & hoc rursus sive non allegata, sive allegata quidem, sed non probata fuerit. Gloss. *in l. 7. §. 9. de minor.* Azo. *ad d. tit. si sæpius.* Bachov. ad Treutl. *disp. 11. thes. 1. lit. E. vol. 1.*

III.

Restitutio in integrum est reciproca, *cap. 1. ibidemq; Dd. extr. de rest. in integr.* & collitiganti communis, ut & ipse possit uti restitutione minori concessa, *l. 6. §. 3. C. de tempor. in integr. restit. l. quod si minor 24. §. restitutio 4. de minor. l. 1. & 2. C. si adverf. transact.* Cujac. *ad l. electio 26. §. ult. de noxal. action.* Speculat. *in tit. de dilation. §. videndum. n. 14.* Afflict. *decis. 210. in fin.* Iniquissima enim est, si ex uno latere tantùm rem restituit. Cujac. *ad. t. C. de reput. quæ fiunt in judic. in integr. rest.*

Declara verum, quando utatur super eodem capitulo vel connexo, non autem super diversis, quæ nihil commune habent cum eo, quo aliquis est læsus, *l. 29. §. 1. ff. de minor.* Azo. *in summ. C. de min. verf. pen.* Fallit quando minor dolo adversarii lædatur. Afflict. *d. decis. 210. n. 16.*

IV.

Restitutio in integrum ut in damno, ita & in lucro cum alterius damno versari non debet. *l. un. C. de reput. quæ fiunt. l. 18. de dol. l. 22. l. 29. ex quib. caus. major. l. 27. §. 1. l. 39. §. 1. ff. de minor. l. 31. §. 4. ff. de administr. tutor. l. 39. de Edict.* Casus specialis est *in l. pen. C. de his, quæ vi met. caus.* & limitatio notabilis *in l. 98. §. 1. de solut. l. 48. §. 1. de fidejuss.* Vid. Mynsi. *ad §. 3. Instit. de novat. n. 7.*

V.

Qui restituitur, plenè & liberè restitui, & in pristinum statum reponi debet, *cap. ult. extr. de restit. in integr.*

VI.

Quoties ex contractu læsus est minor, toties intra quadriennium petenda est restitutio. *l. fin. C. de temp. in integr. restit.* Quoties verò per alienationem rei suæ læsus, toties per quinquennium patet restitutio. *l. fin. C. si major fact. ratihab.* Ratio generalis est, quia lapsu tanti temporis minor major factus, videtur ratihabuisse id, quod in minori ætate gestum. ratio verò differentiæ est, quòd contractus per se sint validi, alienatio verò rei minoris sine decreto facta per se non subsistat: major ergò contractuum erit favor & consequenter brevior præscriptio.

Limita: ut præscriptio quinquennii sufficiat in alienatione onerosâ, v. gr. venditione, non etiam in alienatione lucrativâ, v. gr. donatione, hæc enim demum confirmatur post majorennitatem inter præsentes decem, inter absentes viginti annis. (2.) procedit hoc etiam in aliis à tutore nulliter gestis citra alienationem bonorum, e. gr. in mutuo. *Carpz. l. 5. resp. 76.*

VII.

Quoties læsio post contractum supervenit, toties ea non parit restitutionem *arg. §. 3. Instit. de emt. vend.* quia talis læsio non contingit facto contrahentis, sed ex incerto futuro eventu, qualis nunquam restitutioni locum facit. *l. 11. §. 4. ibi: nec enim eventus damni restitutionem indulget. ff. de minor.* ita ergò, licet ob hostis imminentis terrorem, famem aut aliam causam rei venditæ pretium ultra dimidium decreverit, non tamen ideò restitutio concedenda. *Lauterbach. ad 3. part. ff. tit. de rescind. vendit. §. 1. n. 10.*

VIII.

Restituere quis debet, quod sibi retinuit, si ad alios pertinet, *cap. ad aures 3. extr. de Excess. Prælat.* Nisi enim restituatur ablatum, si restitui possit, non dimittitur peccatum, *c. super 2. extr. de rapt. cap. ult. extr. de furt. cap. cum tu 5. extr. de usur. cap. generalis 12. dist. 54. cap. si res in pr. 14. q. 6. cap. peccatum. 4. de R. I. in 6. cap. pessimam 25. q. 9.*

IX.

Restitutio prius fieri debet, quàm principalis quæstio agitatur, *cap. causam 16. extr. de offic. deleg. cap. accedens 4. ut lit. non contest. cap. ex conquestione 10. extr. de restitut. spoliat.* ita spoliatus etiam à judice suo restituatur ante omnia juris ordine prætermisso, *cap. conquerente 7. extr. de rest. spoliat.* & restituatur in integrum etiam ante litis ingressum. *2. qu. 2. per tot. cap. Episcopis, & seqq. 3. q. 1. cap. quanto & seqq. 3. q. 2.* etiamsi prædo sit. *c. DEUS 3. q. 1. cap. in literis 5. extr. de restit. spoliat.* & quidem cum sua causa & fructibus perceptis à tempore spoliationis in pristinum suum statum, *cap. bonæ 51. extr. de appell. cap. constitutus 8. extr. de fil. presbyt. ordin. cap. conquerente 7. extr. de restit. spoliat.* & qui percipi potuerunt, *cap. gravis 11. extr. eod.* unde antequam restituatur spoliatus, nec spoliatori respondere tenetur, *c. cum dilectus 2. extr. de ordin. cogn. c. ult. 5. q. 2.* & donec non fuerit restitutus spoliatus, non tenetur respondere de proprietate, *l. de conquerente 7. extr. de restitut. spoliat. cap. solicitè 2. extr. d. tit. cap. ult. extr. de ordin. cognit.* cùm prius restitutio facienda causaque possessionis quàm causa proprietatis tractanda sit, *cap. 1. extr. de restit. spoliat.*

X.

Restitui qui petit, debet probare se possedisse, & spoliatum fuisse, *cap. olim inter 17. extr. de restit. spoliat. cap. consultationibus 10. extr. de offic. deleg.*

deleg. Ei enim, qui possidet, restitutio non competit, Gloss. *in cap. examinata 15. extr. de judic.* Qui ergo spoliationem probaverit, restituitur: qui autem in probatione defecerit, statim destituitur, *cap. cum Ecclesia 3. extr. de caus. poss. & propr.*

XI.

Restitui cum res non potest, in alio æquivalente debet fieri restitutio, *cap. Ecclesia 4. extr. ut lit. pendent.* Unde si rem alienam consecravimus, non tenemur ipsam præcisè restituere, sed sufficit, si ejus æstimatio restituatur, *l. comperimus 14. q. 6.* ab eo autem frustra restitutionem poscimus, qui non habet, unde solvat, *cap. si res 14. q. 6.* quia restitutionis beneficium cum effectu non competit contra eum, qui non habet unde restituat, donec ad pingviorem fortunam pervenerit, *cap. olim 16. extr. de restitut. spoliat. cap. cum tu 5. extr. de usur.*

XII.

Restituendum mihi de jure est, quod occasione rei meæ per alium quæritur. *cap. in nostra 10. extr. de sepultur.*

XIII.

Quoties cessat justa & necessaria absentiæ causa, toties cessat restitutio contra usucapionem, quia sic alteri poterit culpa imputari, quare abfuerit, & res suas neglexerit. Talibus autem negligentibus non subvenitur, sed necessitate rerum impeditis *l. 16. ff. ex quib. caus. major.* Et abesse quis tantùm dicitur ex necessitate, non voluntate *l. 26. in fin. ff. eod.* ita ergo, qui voluptatis causâ abest, non restituitur, sicut nec qui dolosè abfuit *l. 4. ff. eod.* dolus enim excludit necessitatem. E contra restituitur, qui reipublicæ causâ *l. 4. & pen. ff. eod.* vel studiorum gratiâ abest, *l. 28. pr. ff. eod.*

XIV.

Quicunque judex habet plenam, i. e. cum executione conjunctam jurisdictionem, ille potest in integrum restituere; quia restitutio est juris beneficium, quod ab omni, qui juris dicendi & exequendi potestatem habet, peti potest. Omnis igitur judex ordinarius restituit in integrum *l. fin. C. ubi & apud quem.* non delegatus, nisi id principaliter ei concessum, aut delegatus fuerit principis, *Zoes. ad ff. h. t. n. 3. & 4.*

Declara: ut procedat, modò judex simul fuerit competens ratione personæ, contra quam petitur restitutio. vid. *Brunnem. ad l. 2. C. ubi & apud quem.* Quodsi super actione reali amissâ petatur restitutio, sufficit, modò competens fuerit ratione rei sitæ.

XV.

Quoties quis iniquè læsus & causa petendæ restitutionis in integrum jure non expressa, toties petenda restitutio ex clausulâ generali prætoris *l. 1. §. 1. ff. ex quib. caus. maj.* quia sic æquitas suggerit restitutionem, æquitatem verò prætor in hâc materiâ potissimum respicit. tales causæ sunt error & ignorantia in certis casibus. *Berlich. decis. 40. seq.* Casus fortuitus vel impedimentum, quod in ipsius potestate non fuit avertere, qui læsus fuerit. *Sfort. Oddo de restit. in integr. p. 1. q. 13. art. 1.* Paupertas quæ persecutionem juris nostri impedivit *cap. 8. de appellat. Cornel. Benincas. de privileg. paupertatis quæst. 4. num. 18.*

XVI.

Quoties competit remedium ordinarium, toties cessat restitutio tanquam remedium extraordinarium, quia extra ordinem non succurritur nisi in subsidium, etsi aliâ ratione læsis consuli nequeat. arg. *l. 16. pr. ff. de minor.* Ita ergò restitutio non datur, si contractus sit ipso jure nullus, v. gr. si pupillus contraxerit sine autoritate tutoris *d. l. 16. pr.* pariter nec actio doli, aut quod metus causâ datur, quando ordinaria actio adest. *l. 14. §. 2. ff. quod met. caus.*

Declara: ut procedat (1.) nisi remedium extraordinarium sit pingvius vel utilius *l. 3. C. si tut. vel cur. interven.* (2.) nisi remedium ordinarium sit generale, qualis est condictio certi generalis *l. 16. §. 6. ff. de in integr. restit.* (3.) nisi dubitetur, an alia actio adsit, in dubio enim admittenda restitutio. *cap. 8. X. de in integr. restit.*

XVII.

Quoties contra jura scienter agitur, toties restitutio denegatur, quia sic adest dolus. Dolus autem suus nemini patrocinari potest *l. 12. ff. de dolo malo.* & frustra leges invocat, qui contra easdem delinquit *l. auxilium. 37. ff. de minor.* ita ergò non restituitur, qui contra jus naturæ delinquit, sicut nec qui se majorem simulavit, *l. 1. l. 2. C. si min. major. se dix.*

Limita: nisi concurrente dolo adversarii hoc fiat *l. 3. vers. quodsi. C. d. t. Gail. lib. 2. obs. 65.*

XIIX.

Quoties novum adest gravamen, toties nova semper competit restitutio, quia sic adest nova læsio.

XIX.

Quoties res est individua, toties restitutio unius prodest alteri. arg. *l. 10. pr. ff. quemadm. servit. amitt.* alioquin enim ob causæ indivisibilitatem minori non plenè prodesset restitutio in integrum. Ita minori socio contra non usum servitutis restituto, alteri quoque, licet major sit, restitutio prodest, quia servitus est res individua excepto usufructu, *l. un. C. si in eadem caus.* Idem est in pignoribus, præscriptionibus. *Brunnem. ad l. 10. ff. quemadm. servit. amitt. Carpzov. in Proceff. tit. 19. art. 2. §. 6. n. 33.*

CAP. LXIV.

Restrictio. *Conf. Cap.* Extensio.

Axioma I.

Quoties verba generaliora sunt ratione legis, toties lex non extendenda, sed restringenda; nam alioquin si quis neglectâ sententiâ legis verbis saltem ejus inhæreret, fraus fieret,

legi. *l. 29. ff. de LL.* Exemplum est in omni jure singulari, item in Legibus correctoriis, *Zoës. ad ff. de legib. n. 65.*

Limita: nisi ex extensione nulla oriretur injustitia aut absurditas. Tali namque casu in pœnalibus ob favorem publicum: in correctoriis propter regressum ad jus commune sæpiùs admittitur extensio.

CAP. LXV.
Retentio.

Axioma I.

Retineri aliquid potest, de quo actio instituì nequit, *l. 1. in pr. ff. quib. mod. pignus solv.* quia favorabilior est retentio, quàm petitio, *l. per retentionem 4. C. de usuris.* Bart. & Dd. *in l. si sortem. §. centum de cond. ind.* Dec. *consil. 298. n. 4.* Bald. *in l. peremptorias. col. 3. sent. rescind. non poss. & in leg. 2. not. 4. C. de fidejuss.* Jason. *in l. 12. §. 1. ff. col. 12. ad finem. vers. Tu adverte, lect. 2. de acquir. possess.* Benintend. *decis. Bonon. 77. num. 4.* Vult. *3. Consil. Marpurg. 34. num. 163. & consil. 18. num. 265.* cum multa retineri possint, quæ acquiri nequeant, Sichard. *ad l. 4. C. de usur. num. 8.* Consil. Marpurg. *vol. 4. consil. 29. n. 100.* imò & retentio facilius concedatur, quàm petitio. *l. 1. de pignor.* Cagnol. *in l. quod à quoq. num. 2. de R. I. l. invitus 156. §. cui damus 1. ff. eod. c. intelleximus 7. extr. de judic. junct. c. cum inter. 5. extr. de except.* Bertazol. *consult. decis. consil. 383. num. 4. lib. 1.* Unde eam non malè speciem privatæ executionis vocavit Carpzov. *P. 2. Constit. 25. Defin. 20. num. 1.* quia pingvius sit remedium, quæ & ipsa perceptio dici soleat, *l. deducta 58. §. acceptis 3. ff. ad SCtum Trebell. l. cum pater 77. in pr. de legat. 2.* Anton. Faber *in Cod. l. 2. tit. 30. defin. 2. num. 6.* Carpzov. *P. 3. Constit. 32. Defin. 14. num. 6.* Hinc generaliter Dd. statuunt, quoties ad creditorem res aliquæ debitoris pervenerint, commodius creditorem ad jus suum perventurum, si eas retinuerit, quam si adversus debitorem egerit actione in personam, quod etiam probat Cujac. *lib. 34. ad edict. Pauli in d. l. 2. princ. pag. 577.* confer Anton. Faber *in ant. decid. ad d. pr. vers. planè commod.* Ratio in promptu, quia creditori facilius indultum est, ut retineat, quod jam habet, quam ut consequatur, quod non habet. Phil. Matth. *ad l. 5. n. 26 ff. de R. I.* Gratian. *discept. forens. tom. 2. cons. 356. n. 27.* & jura semper faciliora in conservando, quàm concedendo beneficio. vid. sup. *lib. 3. cap. Conservatio.*

II.

Una res pro alia retineri non potest, *cap. fin. ubi Dd. C. de commod.* Wesembec. *consil. 207. n. 77. & 78.* ibi: zum andern haben wir eine gemeine Rechts-Regul. *l. si non inducto 5. C. in quib. caus. pign. tacit. contrah.* Marpurg. *1. consil. 24. n. 283.* Est enim retentio species executionis privatæ, quam Creditor propria autoritate facit. Coler. *part. 1. de proceff. execut. cap. 2. n. 184. & 188.* Ergo ab ea non est incipiendum, post Bartol. & cæteros Cludius *in comment. de cond. indeb. cap. 7. num. 66.* ubi postea exceptiones subjicit.

III.

Invitis nobis res nostras alius retinere non potest, *l. 25. §. 1. solut. matr.* limitationes hujus regulæ *vid. ibid. lit. i. in gloss.*

IV.

Retentioni locus non est, nisi ubi Lex illud expressit, *l. ult. C. commod. l. fin. in fin. Cod. de compensat.* Alex. *in addit. ad Bart. in l. si non sortem 26. §. si centum ff. de condict. indeb.* Costal. *ad l. in rebus. §. possunt. vers. extra hos casus. ff. commodat.* Sebastian. Medic. *de compensat. p. 2. q. 16. num. 4.* Gœdd. *1. Consil. Marp. 24. num. 283.*

V.

Retentio non negatur, negata compensatione, *l. necessarias 8. §. 1. ff. de pignerat. act.* Vult. *1. Consil. Marp. 22. num. 34.* quia ubi non competit compensatio, ibi tamen competit retentio, Corn. *consil. 66. col. 8.* Paris. *consil. 100, num. 35. vol. 2.* Cephal. *consil. 573. num. 21. lib. 4.* tametsi retentio revera etiam sit & dicatur compensatio, *l. in restituenda 4. C. de petit. hered. l. etiam 5. ff. de compensat.* Bart. *ad l. divortio. §. ob donationes. ff. solut. matrimon.* Roland. à Valle *consil. 17. num. 4. vol. 4.* saltem per indirectum, Sebast. Medic. *de compensat. p. 1. quæst. 16. n. 25.* Gœdd. *1. Consil. Marpurg. 24. num. 286.* unde & regulare est retentionem non denegari, *l. ex quibus 51. l. qui exceptionem 40. §. si pars 1. l. si in arca 33. ff. de condict. indeb.* præsertim cum res ea valdè sit favorabilis, & in ipsa æquitate naturali fundata, *d. l. per retentionem 4. Cod. de usur.* adeò ut creditor suo debitori succedens, etsi non possit agere, *l. debitori 7. C. de pact.* possit tamen uti retentione pro suo credito, Bald. *in d. l. debitori.* Vultej. *1. Consil. Marpurgens. 22. num. 34.*

Declara regulam procedere, si sine vitio res ad aliquem pervenerit, aut subsit causa retinendæ rei cohærens, puta propter expensas in rem factas, v. gr. si sartor vestem retineat, ob non solutam mercedem, procurator vel advocatus acta, faber eqvum curatum & sic de similibus: secus enim esset, si res cum vitio ad aliquem pervenisset. Gail. *2. observ. 12. n. 5.*

VI.

Ubi compensatio admittitur, ibi etiam locum habet retentio, arg. *l. ob negotium 20. de compensat. l. 3. C. eod.* Sic leges permittunt venditori rem venditam pro pretio nondum soluto retinere, *l. hereditatis 22. de hered. vendit. l. Julianus 13. §. offerri 8. l. qui pendentem 25. l. bona fides 50. de act. emt. l. quod si 31. §. 8. de ædil. edict. l. cum fundus 31. §. 1. de reb. cred. l. pater. 6. C. de act. emt.* Sic & marito ob impensas necessarias in dotem factas retentionem concedunt, *§. item si de dote 37. Inst. de act. l. quod dicitur 5. l. 15. de impens. in rem dot. fact. l. servus 30. de act. emt. l. si is, qui. 56. §. 3. ff. de jur. dot. l. illud convenire 5. §. fin. de pact. dotal. l. 23. solut. matrim.* Bocer. *class. 2. disput. de jur. dot. thes. fin.* eandem concedi & commodatario, *l. creditoris 15. §. fin. de furt.* depositario, *l. penult. C. depositi.* Colo-

Colono. *l. 12. ubi gloss. de vi armat.* & aliis passim, ordine recenset Joh. Breiger. *in disput. inaugural. de retentione, per tot.*

VII.

Retentio rei propriæ, cujus plenum habeo dominium, est nulla, *l. in re mandata 21. C. de mandat. l. sed etsi 25. §. consuluit 11. de petit. hered.* quia quod semel meum est, amplius meum fieri non potest, §. *sed si rem. 10. Inst. de legat. arg. l. uti frui 5. si usufruct. petatur.*

VIII.

Retinere non debet sibi aliquis, quod alii necesse habet dare. *cap. ad aures 3. extr. de excess. Prælat.* siquidem retinere nitens non suum, suo privatur. *cap. de multa 28. in princ. extr. de præbend. & dignit.*

An retineri possit depositum, vide *Depositum*.

CAP. LXVI.

Reticentia. Veritatis Occultatio.

Reticentiæ pœna, daß man einem verkauften Gute keine Beschwerde oder Schaden verschweigen soll / major est quam mendacii, vid. C. I. A. *thes. 19. de ædil. edict.* v. c. si venditor sciens patiatur ruere emtorem, & per errorem in maximam fraudem incurrere: quo pertinet locus ille Ciceronis *3. offic.* ubi ait: Nam cum ex L. XII. Tabul. satis esset ea præstari, quæ essent lingva nuncupata, quam qui inficiatus esset, dupliciter pœnam subiret, à JCtis etiam reticentiæ pœna est constituta. Qui enim mentitus est in modo agri venditi, vel in quantitate tributi, quod venditus fundus debuit publico, non tenetur in id omne, quod emtoris interest, sed tantum quanto minoris, *l. si minor 9. C. de act. emt.* qui autem reticuit modum, vel pondus rei venditæ, vel tributum, cui obnoxia res vendita est, tenetur in omne id, quod emtoris interest, *l. 13. de act. emt.* simili modo qui mentitus est de artificio vel peculio servi à se venditi, tenetur duntaxat quanti minoris: qui autem sciens reticuit servum fugitivum esse vel morbosum, tenetur omnino quanti emtoris interfuit non decipi, Cujac. *ad d. l. 13. in pr. & §. 6. de action. emt. in recit. pag. 842.* quod tamen non perpetuum, quandoque enim reticentiam non nocere, textus est *in l. 48. §. 1. de furt. vid. & 2. Feud. 26. §. Vasallus.* & Anton. Gothofr. *disp. 11. th. 3.*

CAP. LXVII.

Retorsio.

Axioma I.

Retorsio species est defensionis, quæ nunquam locum habet, si non offensio præcesserit, arg. *l. cum in eo 44. sub fin. ff. de pact. l. 59. ff. de admin. tutor.* Carpzov. *P. 3. Constit. 38. Defin. 8. num. 5.* Siquidem nemo gravari, nec justè indignari dicitur, qui patiatur tela in se retorqueri, quæ ipse torserit, *l. 11. ff. quod quisque jur. stat.* Nam dicere ut servetur edictum, quod quisque juris statuerit in alium, &c. nihil aliud est dicere, quam ut servetur æqualitas, Matth. de Afflict. *ad cap. 1. num. 17. de consuetud. rect. feud.* Quis igitur ausit jus retorsionis autoritate Legum destitui, quæ certè jubent, ut idem jus in se statui patiatur, quod in alios statuit. *l. cum in eo 44. sub fin. ff. de pact. l. cum hereditas 59. ff. de administr. tutor. l. altius 15. ff. si servit. vindic. l. frater à fratre 38. vers. porro eum. ff. de condict. indeb. l. vindicantem 17. ff. de evict.* adde ex jure divino pariter, *Matth. 17. v. 12. Luc. 6. v. 31.* ex Canonico *cap. justum 2. vers. nec in se posse. distinct. 9. c. cum omnes 6. vers. cum igitur. extr. de constit. c. pro illorum 22. §. quia verò. vers. cum nobis Legem. extr. de præbend. & dignit.* vid. & Dan. Moller. *in Constit. Saxon. p. 3. constit. 38. n. 2.* ubi Reinhard. Rosa *in addit.* Matth. Berlich. *p. 3. concl. 51. n. 3.* Jac. Thoming. *decis. 26.* Carpz. *P. 3. Constit. 38. Defin. 1. n. 10.*

II.

Retorsione facta, cessat contumelia, *l. quæ omnia 28. ff. de procurat.* Unde sequitur, quod adhibito uno nempe retorsionis remedio, alterum, quod est actio injuriarum, amplius competere nequeat. Harprecht. *ad §. hæc actio 12. n. 78. Instit. de injur.* Carpzov. *Part. 4. Constit. 46. Defin. 10. num. 6.* quia cessante causa cessat effectus, qui est actio ipsa, *cap. etsi Christus 26. extr. de jurejurand. cap. cum cessante 60. in princ. extr. de appellat. cap. cum infirmitas 13. extr. de pœn. & remission.*

III.

Retorsio non infamat eum cui insinuatur, *Rennemann. de jure retors. p. 140. seqq.*

CAP. LXIIX.

Retractatio, Retrotractio.

Axioma I.

Retractari id, quod semel legitimè factum est, ex supervenienti casu non debet. *l. 1. ff. de itin. actu privat. l. donationes in concubinam 31. ff. de donat. cap. factum 73. de R. I. in 6.* Carpzov. *P. 3. Constitut. 28. Defin. 8. num. 7.* neque etiam, quod semel benè definitum est, retractari debet, nisi ubi major autoritas fuerit, *cap. quod benè 6. q. 4.* hinc nunquam retractationem locum habere in præjudicium juris, quod interim fuit quæsitum alteri *ex l. bonorum. 24. l. si indebitum. §. 1. rem nat. hab.* nor. Afflict. *decis. 286.* Hartm. Pistor. *3. quæst. 24.*

II.

Ut retrotrahatur quid, per fictionem contingit, & propterea nunquam admittitur: nisi quando æquitas hoc svadet; ea verò cessante, nihil retrotrahitur, *l. postliminium 19.* cum ibi allegatis *de captiv. & postlimin. revers.* Hartm. Pist. *lib. 3. q. 24. num. 16.* Retrotractio quoque actus fieri nequit in tertii præjudicium. Hinc princeps post mortem institoris non potest in præjudicium heredum ab intestato confirmare majoratum. *Perez. C. de præpos. sacr. cubic. num. 7.*

CAP. LXIX.
Retractus. Retrovenditio.

Axioma I.

Quoties quis se fundat in retractu, toties illum sibi competere vel pacto, vel statuto probabit, quia retractus refragatur libertati commerciorum, pro hâc verò præsumitur; nec constitutio Friderici Imperatoris unquam apud nos recepta, sed totum jus retractus ex moribus & statutis dependet. *Brunnem. cent. 2. decis. 80.* Socius igitur, qui se fundat in jure retractus ratione partis à socio venditæ, tenebitur illud probare. *Carpz. P. 2. Constit. 31. Defin. ult. in fin.*

II.

Retractus gentilitius competit duntaxat illi, cui statutum concessit: quia retractus gentilitius à jure novo reprobatur per *l. dudum. 14. C. de contr. emt.* sic in locis, ubi jus civile viget, retractus haud est validus.

III.

Quicunque primus est in successione, ille quoque primus est in retractu, quia hic potius jus habet, ergò meritò erit præferendus, & quia jus retractus per omnia ferè imitatur naturam successionis ab intestato. Hinc igitur etiam contra remotiorem agnatum jus retractus locum habet. *Berlich. P. 2. concl. 39. n. 54.*

IV.

Quoties quis ex jure retractus rem repetit, toties easdem conditiones acceptare tenetur, quas primus emtor, quia retrahens succedit in locum primi emtoris; ut ergò & onere & commodo emtoris utatur, æquum est. Ita ergò si conventione emtori fides habita sit de pretio, daß ers auf gewisse Tagzeiten bezahlen möge / procedit etiam retrahenti. *Zoës. tract. de retrovend. num. 98.*

Limita: nisi dolosè in contractu fuerit versatus primus emtor, utpote si fraudulenter majus pretium ad impediendum fortè retractum obtulerit.

V.

Quodcunque in primâ venditione conventum, illud censetur repetitum in retrovenditione, quia hæc æstimatur ad modum primæ venditionis, ita ergò idem pretium in retrovenditione solvendum.

Limita: nisi expresè vel tacitè aliud actum; semper enim subintelligitur clausula: si res in eodem statu permanserit, nec deteriorata fuerit.

CAP. LXX.
Reverentia.

Axioma I.

Reverentiæ juri non potest præscribi, *c. cum non liceat 12.* ubi latè Felin. *de præscript.* fac. quæ not. Roch. de Curt. *in repet. c. fin. col. 79. in pr. extr. de præscript.* Ludov. Gomez. *ad §. pœnales. Instit. de action. n. 31.*

II.

Reverentiali juri pacto partium renunciari non potest, *l. alia 14. §. eleganter 1.* ibidemque Bart. *ff. solut. matrim.* quemadmodum nec remitti.

Intellige nimirum expresè, non verò tacitè, arg. *l. 2. C. de juram. cal. & cap. 1. eod. in 6.* puta quando pater vel patronus non invitus in judicio comparuit. vid. Lud. Gomez *ad §. pœnales. Inst. de act. n. 31.*

III.

Reverentia par cuique parentum debetur, *l. furiosæ 4. ff. de curator. furios. l. veluti 2. ff. de justit. & jur. l. quique litiganti 4. §. fin. l. parentes 6. ff. de in jus voc.* Roland. à Valle *consil. 37. n. 3. cum seqq. vol. 3.* Dec. *in l. 3. C. de in jus vocand. ubi in not. 3.* inquit: Sicut patri reverentia debetur, ita & matri, quia patris & matris æqualis est pietas, licet inæqualis potestas, *§. fœmina 10. Instit. de adopt.* Gœdd. *3. Consil. Marpurg. 28. num. 131.* Distingvit tamen Carpzov. *6. respons. 69. n. 19.* inter reverentiam naturalem & civilem. Illa (juris naturalis) utrique parentum ex æquo debetur: Non etiam hæc, quæ solo jure civili nititur, quæ in patria potestate, quæ juri civili assignatur, fundata est: Hoc enim jure patria potestas non est concessa sexui, qui seipsum regere nequit. Ergò nec jura inde manantia.

IV.

Officiales puniuntur, si illustribus personis non debita præstetur reverentia, e. gr. si consilium ingredi volentibus non pateat ingressus, aut reverentia inter salutandum illis non habita fuerit, aut denegata sedendi cum judicibus facultas, cùm & ipse princeps illis assurgat. *l. 2. C. de proxim. sacr. scrin. ibique Perez. n. 22. Idem ad tit. C. de domest. & protect. n. 6.*

CAP. LXXI.
Revocatio.

Axioma I.

Revocatio præsupponit habitum, *l. decem 16. de V. O. c. ad dissolvendum 13. extr. de desponsat. impuber.* Pantschm. *2. q. pract. 13. n. 75.*

II.

Per revocationem generalem non censentur revocata ea, quæ specialibus locis vel personis prius fuerunt concessa, *cap. pen. de rescript. in 6.* Castr. *cons. 146. p. 1. incip. super primo.* Alciat. *in tract. præsumpt. reg. 3. præs. 69.* Thom. Grammatic. *consil. 103. num. 235.* Gylman. *1. p. 2. vot. 7. tit. 11. n. 17.*

III.

Révocare licitum est re integra, quod quis fecit, *cap. quicunque 11. de sent. excomm. in 6.* Unde & potestas re non integra alicui revocari non potest, *cap. in causis 30. extr. de elect.* sicut nec ea, quæ per modum contractus sunt concessa, *l. quod semel 5.* ubi Bald. *ff. de decret. ab ordin. faciend.* Cyn. Bart. & Paul. de Castr. *in l. digna. C. de LL.* Bald. Salicet. Igneus *in l. donationes quas. C. de donat. int. vir. & uxor.* Imol. *in 6. 1. vers. &*

per

per prædicta de constitut. Paris. *consil. 11. n. 47. & n. 54. vol. 1.* Barbat. *in cap. novit. n. 177. de judic.* Roland. à Valle *consil. 26. n. 19. lib. 2.* Ant. Gabr. *comm. opin. tit. de jure quæsito. concl. 5. n. 1.* Regn. Sixtin. *1. Consil. Marpurg. 9. n. 81.* sed illud tantum revocatur, quod illicitè factum est, *c. causam 18. extr. de rescript.* siquidem illicitum mandatum per superiorem revocari posse, textus est *in cap. Quintavallis 23. extr. de jurejur.* sicut & ea, quæ metu non obstante juramento tradita sunt, *cap. Abbas 2. extr. de his, quæ vi.*

IV.

Quoties alterius contrahentium nihil interest, toties contractus ab altera parte revocari potest, quia sic alter queri nequit de jure sibi ablato & damno illato, & sic actione destituitur. Exemplum est in depositо *l. 1. §. 5. ff. depos.* mandato *§. 11. Instit. Mandati.* societate, *§. 4. Instit. de societ.*

Amplia, ut procedat, licet conventum sit, ut intra certum tempus tantùm revocetur.

V.

Revocari debent in pristinum statum, quæ fiunt post appellationem, *cap. consideravimus 10. extr. de elect. cap. ex conquestione 10. extr. de rest. spoliat.*

VI.

Revocationi æquivalet certa scientia principis, *cap. pastoralis 28. extr. de offic. delegat.*

VII.

Revocatio facilius inducitur, quam concessio. *l. si fuerit 10. de reb. dub. §. sed si quis priore 3. Instit. quibus mod. testam. infirment.* ubi Aretin. *per gloss. in l. si quis priore. ad Trebellian.* Socin. jun. *consil. 85. n. 1.* Pantschman. *2. q. 13. n. 88.*

IIX.

Revocatio generalis tantum operatur ad omnia, quantum specialis ad singula, arg. *l. duo 30. de administrat. tut. l. si servus ejus §2. de acquirend. hered. l. omnes 4. C. de præscription. 30. annor. l. 2. Cod. de quadr. præscript.* Pantschm. *2. q. 13. n. 13. l. minor. 39. ff. de evict.*

IX.

Revocari possunt de facto, quæ de facto fiunt, Innocent. *in cap. auditis. de restitut. spoliator.*

De Revocatione Donationis vid. *Donatio.*

CAP. LXXII.
Reus.

Axioma I.

Reus non statim est, qui accusatur, sed qui convincitur, *can. ult. caus. 15. q. 8.* unde & accusator reo nisi præsente non auditur, *cap. accusatori. cap. accusare, & seq. c. absente 3. q. 9.* reus etiam dicitur, qui falsum de alio profert, & qui crimina facilè credit, *cap. non solum 85. 11. q. 3.* sicut & ille reus est, qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, *cap. quisquis 80. §. uterque. d. quæst.*

II.

Reum inauditum condemnare juris ordo non patitur, *l. de qua re 74. ff. de judic. l. prolatam 4.* ubi Bart. *C. de sentent. & interlocut. l. absentem 6. junct. gloss. in verb. non posse. C. de accusat. l. meminerint 6. C. unde vi. l. 1. & tot. tit. C. de requirend. reis. cap. 1. in fin. ibi: nec nos contra inauditum. de caus. possess. & propriet. cap. nos in quenquam. 2. q. 1.* Jason. *in l. 2. col. 4. vers. item. adde C. de edend.* vid. & Apost. Paul. *ad Tim. 1. Epist. cap. 5.* quo respicit & illud Nicodemi: Num quid & lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso & cognoverit, quid fecerit? *Joh. 7. v. 52.* cum reo cuique sua pateat defensio. Carpz. *in Criminal. P. 3. q. 113. n. 6.* Reusn. *lib. 3. consil. 1. num. 7.*

III.

Reus excipiendo fit actor & probationis onere gravatur, *l. 1. ibi: qui si probaverit. C. de ficar. cap. frater vester 47. dist. 50. cap. unic. §. si quis hominem. ibi: nisi per duellum, &c. de pace tenend.* Andr. Gail. *1. de P. P. cap. 16. n. 4.* Mascard. *de probat. concl. 864. n. 31.* Menoch. *1. præsumpt. 3. n. 46.* Carpzov. *in Crimin. Part. 3. quæst. 106. num. 48.*

IV.

Reorum est fugere, *l. ult. §. ubi autem. C. de bon. matern. l. 2. pr. & §. 1. C. de jurejur. propter calumn.* Bart. Castr. Jason post gloss. *in l. de die. per illum text. ff. qui satisdar. cog.* Gœdd. *ad l. 3. de V. S. n. 2.* litesque protrahere, responsiones effugere, undecunque moram nectere, argum. *l. properandum 13. §. 1. C. de judic.* Unde præsumtio est adversus eos, qui nimis subtiliter dilationes quærunt, quod non necessitate, sed moræ studio hoc faciant. *cap. nullius 4. extr. de præsumpt.* ubi Felin. *n. 1.* citat verba Bald. *ad cap. in præsentia. col. pen. extra. de probat.* non vadit, (inquientis) qui de innocentia sua confidit per mendicata suffragia, sed festinat, ut veritas inquiratur, *l. si fideijussor 29. §. quædam 4. ff. mandat.*

V.

Reus & actor eodem jure censentur, & eadem est utriusque conditio, *cap. pendentiam 2. extr. de mut. petit.*

VI.

Reus actore non probante debet absolvi, *cap. cum Ecclesia 3. extr. de caus. poss. & propriet. cap. mulier. 34. extr. de jurejur. cap. accedentibus 15. extr. de privileg.* quamvis reus nihil probaverit, *cap. unic. extr. ut Eccles. benefic.* licet probationes sint æquales, *cap. ex literis 3. extr. de probat.* vel obscura partium jura, nihilominus tamen reus absolvi debet, *cap. inter 6. in fin. extr. de fid. instr.*

VII.

Rei forum sequitur actor. *can. neminem caus. 3. q. 6. can. experientia, & seq. caus. 11. q. 1. cap. duo simul. 9. extr. de offic. ord. cap. 1. cap. si Clericus 5. cap. cum sit 8. extr. de for. compet. cap. relatum 21. de jur. patronat. cap. statutum 11. §. cum verò. de rescript. in 6. vid. supr. lib. I. c. de Actore.*

IIX.

Reus est, qui peccat, & qui peccanti consentiunt, *cap. ita 11. quæst. 3.* cum non solum reus judicetur is, qui facit, sed etiam qui facientibus con-

consensum præbet, *cap. omnes 17. qu. 4. cap. viduas, in fin. 17. q. 1.*

IX.

Reo non incumbit onus probationis, sed actori, *cap. quia, & seq. 6. q. 5. vid. & supr. lib. XIV. cap. Probatio.* nisi quando contra eum militat præsumptio, & tunc onus probandi in eum transfertur, *cap. unic. extr. ut Eccl. benefic.*

X.

Reo illa pœna est infligenda, quæ magis timetur, *cap. quoniam. extr. ut lit. non contest at.*

XI.

REI partes favorabiliores sunt partibus actoris, *l. favorabiliores 125. ff. de R. I. l. matrem 17. C. de prob. c. cum inter 5. extr. de except.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 90. n. 1.* [siquidem in jure cum reo benignius, quam cum actore agitur, *l. qui accusare 4. & l. ult. C. de edend. l. inter partes 38. ff. de re judic.* unde etiam pluribus defensionibus non solum diversis, sed & contrariis uti potest. *l. cum de indebito 25. in princip. de probat. l. 5. & l. 8. ff. de except. l. siquidem 9. Cod. eod. tit.* Carpz. *p. 3. q. 105. n. 21. in criminal.*] Quod intelligendum est procedere in fine litis, quia in principio magis favendum est actori, ut per Thom. de Thomasset. *regul. 110. & 270.* Menoch. *dict. præs. 90. num. 18.* Gail. *lib. 1. observ. 31. n. 9.* Buccaron. *de different. inter judicia civilia & crim. differ. 164. n. 5. cum seqq.* cui adde, quod Reo favendum sit potius, quàm Actori etiam in ambiguis, *l. favorabil. 125. ff. de R. Jur. §. retinendæ 4. Instit. de interdict. cap. cum sunt partium 11. de R. I. lib. 6.* prout exornant Hippol. *in l. unius. §. in ea. à num. 6. ff. de quæst. & consil. 51. num. 41.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 44.* Menoch. *in simili tract. lib. 2. præs. 90.* Sanchez *in Præcepta Decalogi. tom. 1. lib. 1. cap. 9. n. 51.* hinc privilegium alicui tributum in agendo magis ei competit dum convenitur. *Brunnem. C. de comit. consist. in fin.*

Non obstat, quod obscura petitio Actoris declaratur in favorem ipsius Actoris, & non Rei, *l. si quis intentione 66. ff. de re judic.* quia rejecta solutione, gloss. *verb. Actori, in d. cap. cùm sunt partium, & gloss. 2. in cap. cùm ad Sedem, de restitut. spoliat.* asserentium hanc regulam procedere in fine judicii, hoc est, in decisione causarum, at verò *d. l. si quis.* in principio litis, quo tempore magis favetur Actori, respondetur, sensum hujus Axiomatis, & similium esse, quod ubi Jura partium, id est, Actoris & Rei, sunt obscura hinc inde, quia scilicet post discussionem eorum, quæ utrinque adducta & allegata sunt, res adhuc obscura, omniaque sunt paria, & necessariò facienda est interpretatio in favorem alterius ex litigantibus, tunc potius Reo favendum est, tum propter conditionem ipsius miserabilem, secundùm quam cùm præsumatur eum non plenè instructum accessisse, & tamen æqualiter docuit de jure suo, plus aliquid egisse videtur quàm Actor, & par est credere, quod si plenè esset instructus, plenissimè suam innocentiam ostenderet; tum etiam propter causam absolutionis, quæ in re dubia securior & favorabilior est, *l. absentem 5. ff. de pœnis. cap. alligant. vers. nonne 26. q. 7.* Unde fit, ut Axioma hujusmodi non tantùm in fine respectu sententiæ ferendæ, quæ data paritate probationum, potiùs ferenda est pro Reo, *gloss. 2. in cap. Clerici 81. dist.* Hippol. *consil. 2. num. 12. & à num. 18.* Duen. *reg. 313. limit. 2.* sed etiam in principio, & in medio litis procedat, ut quia Reus aliquid petit, quod re hinc inde discussa pro utraque parte, dubium est, an concedi debeat. Quare cùm *in d. l. si quis.* non agatur de interpretatione eorum, quæ utrinque sunt obscura, sed de declaranda petitione, quæ dubia proponitur per Actorem, meritò tunc in ipsius favorem fit interpretatio, quia non convenit ea, quæ Actor producit, retorqueri in ejus odium, & in favorem rei, cui sat est (servata justitiæ æqualitate, juxta *regul. non licet 33. de R. I. lib. 6.*) idem concedi, ut videlicet exceptio, quam dubiam proposuit, in ipsum favorem explicetur, juxta *d. l. si quis.*

Limita tamen, nostrum Axioma non procedere, si Actor tueatur causam aliquam Jure favorabilem; ex quo enim tunc omnia ex parte ipsius & Rei non sunt paria, præponderat favor causæ, & sententia pro Actore fertur, *cap. ex litteris 3. de probat. cap. ult. in princ. de re judic. l. in partes 38. ff. illo tit.* & docent Alciat. *d. præs. 44. n. 13.* & Tiraquell. id extendens ad quamcunque causam piam *in tract. de privileg. piæ causæ, privil. 140. cum seq.*

XII.

REI officium est se defendere, *l. 1. in princ.* ubi Bart. & Doct. *ff. de edendo.* Jas. *in l. si ex pecunia. col. fin. vers. circa istud. C. de serv. fug.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 7. lit. R. concl. 327. n. 3.* Vide quæ dixi *verb. actor.*

CAP.

CAP. LXXIII.

Rigor.

Axioma I.

Rigorem quando lex civilis fovet, licet expresse per Canonem non reprobetur, talis rigor non observatur de Jure Canonico, *cap. dilecti. de judic.* Abb. *in c. filius 5. per ill. text. de restam. in ult. notab. item in repetit. c. cum esses. col. 5. & 6. eod. tit. & cap. Ecclesia 5. de constit.* Gomez. *ad §. actionum. Instit. de actionib. n. 4.* quem consistere in generalitate verborum legis, non attentâ mente & ratione ipsius, autumant Canonistæ *in cap. 2. de re jud.* quos citat Covarruvias *reg. possessor. p. 2. §. 6. n. 6. de Regulis Juris in 6.* appellans eum, juris excessum ad terrorem, Abbas *d. cap. 2. in princ.* de cujus asperitate vide Mantic. *8. observ. 81.* Valascum *q. 5. n. 3.* Unde etiam Pontifex rigorem juris *in d. cap. literis, de restit. spoliat.* (ut advertit Panorm. *ibid. n. 6.*) accepit pro odiosa illa subtilitate, quæ benignitati opponi solet, quod probare videtur text. *in l. generaliter 24. §. si quis servo 10. in fin. de fideicommiss. libert.* ubi rigor jus subtile dicitur, *& cap. cum illorum 32. de sentent. excomm.* latè Tiraquell. *de retract. conjungv. §. 35. gloss. 1. n. 21.* dum docet, rigorem juris esse summum illud jus, quod à Cicerone, Terentio, & aliis summa injuria appellari consvevit, rigorosa etiam dispositio dura dicitur *in l. prospexit 10. ff. qui & à quib. manumiss.* quæ odii plena sit, quod latissimè explicant Covarr. *in d. cap. possess. p. 2. §. 6. de R. I.* Menoch. *remed. 1. recup. possess. n. 21.*

Intellige verum de tali rigore, ubi nullâ ratio per æquitatis artem elici potest, Treutl. *vol. 1. disp. 1. th. 2. lit. b.* non verò de justitia æquitatis, conf. Duaren. *2. disp. anniv. 18. & ad tit. de just. & jur. cap. 2.* Ant. August. *4. emend. 8.* Conan. *1. comm. 11.* Donell. *1. comm. 13.* Coras. *p. 1. de art. jur. cap. 15.* Siquidem hoc in casu rigor & æquitas, quoad justitiam, non sunt contraria, imò utrumque sub justitia continetur, quia justitia est ars boni & æqui, alioqui si dixeris esse contraria, ut Dd. plerumque loqui solent, necesse est fateri, quod justitia contineat secum pugnantia. Et si rigor est justitia, fateri oportet æquitatem esse illi rigori contrariam, quod absurdum, & contra *l. placuit 8. C. de judic.* Non sunt ergò æquitas & rigor legis contraria, sed altera alterius moderatrix & svave temperamentum ex ratione legis ipsius deductum, (quod Aristoteles ἐπιείκειαν vocat, glossa verò *in cap. ut constitueretur. verb. detrahendum. distinct. 50* dispensationem,) & sicut exceptio temperat regulam, ita æquitas temperat rigorem legis, nec tamen omninò sunt oppositæ, sed utraque sub lege & justitia continentur & secundum hæc accipienda esse, *cap. 2. & cap. fin. de transact. l. in ambiguis 85. §. quoties 2. de Regulis Juris d. l. placuit 8. C. de judic.* refert Alvar. Valascus *d. q. 5. n. 3.*

II.

Rigori præferenda est æquitas, *cap. unic. de rer. permut. in 6. Clem. quamvis 2. in princ. de appellat.* imò rigori juris detrahendum est quandoque consideratis locorum qualitatibus, *cap. super 51. extr. de sent. excomm.* ita rigori detrahitur, ubi multorum strages timetur, *cap. ut constitueretur 25. in fin. dist. 50. cap. quoties à populis 1. q. 7.* ita rigorem temperari mansvetudine debere, textus est *in Clem. 1. §. quia. de judic.* ita quandoque Rigor juris ratione ætatis temperatur, *cap. ult. extr. de sent. excomm. cap. ult. distinct. 14.* & generaliter rigorem juris non esse servandum, secundum Canones, præcipuè ubi jus actoris factum est deterius, asserit *cap. 1. extr. de dol. & contum.*

CAP. LXXIV.

Rixa.

Axioma I.

Ubi rixa inopinata datur, ibi cessat dolus, *l. 1. §. Divus 3. ff. de sicar.* & ibi Alberic. *n. 5. in fin. l. si in rixa 17. post num. 1. ff. eod.* Gram. *decis. 17. n. 4. & decis. 23. n. 6.* Menoch. *de arbitr. judic. q. cas. 362. n. 4. vers. hæc juris. & n. 11.* Ludovic. Peguerus *decis. crim. 14. n. 15.* Honded. *consil. 99. n. 45. lib. 1.* Farinac. *1. cons. 67. in addit. sub lit. a.* unde rixæ initium semper attendendum esse, ut dignoscatur, an fuerit simplex, vel ex proposito processerit, colligit Blanc. *in sua pract. criminal. §. secunda pars defensionis. n. 11.* ideoque quando rixa à joco incipit, animus non occidendi adfuisse censetur. Cephal. *consil. 31. n. 4. vers. tertia præsumptione.* Bertazol. *1. cons. decis. 309. n. 1. & 2.* quapropter homicidium rixæ calore commissum, licet dolo commissum dicatur, & ex proposito, & forsan ex hoc videatur, pro eo imponi posse pœnam ordinariam: æquius tamen judicant Doctores, eum non nisi extraordinariâ pœnâ plecti debere, *per d. l. 1. §. Divus 3. in fin. de sic. & l. 1. §. quæro ad Tertull.* Farin. *1. consil. 2. in addit. lit. c.* Conf. Tiraquell. *de pœn. temp. cauf. 1. n. 1. & seqq.* Alber. *in l. si in rixa. post n. 3. de sicar.* Gram. *decis. 1. n. 4. & decis. 23. n. 6.* Clar. *in pract. crim. §. homicidium. n. 37. vers. alia etiam est defensio. in fin.*

II.

Non debet pati ad arma & rixas procedere eos Prætor, quos suâ jurisdictione potest compescere, *l. 13. §. de usufruct.*

III.

Rixæ inceptor non dicitur, quia irâ aliquid facit, sed qui ad iram provocat, post Aristotelem Bald. per eum allegatus *consil. 143. super quæstione. col. 1. lib. 1.* Farin. *1. consil. crim. 35. n. 14.* atque hunc semper dici in culpa esse docet Bald. *in l. si ex plagis. §. cum Tabernarius. ad L. Aquil.*

IV.

Rixæ autor propter homicidium non tenetur ordinariâ pœnâ, nisi & pugnæ autor sit. *Johann. à Sande decis. l. 5. tit. 9. defin. 7.*

CAP. LXXV.

Rogatio. Rogari.

Rogare est jubere & mandare, *l. 1. §. 1. ff. mandat.* Unde verbum rogo esse significativum voluntatis ipsius rogantis, cùm demonstret, quid ille velit, ait Menoch. *l. 2. arbitrar. judic. cas. 461. num. 19.* Ubi simul etiam limitat procedere

in

in his, qui jubere possunt, non verò in iis, qui jubere non possunt, *d. l. 1. §. 1. ff. mand.* siquidem rogationem Domini esse præceptum, patet ex gloss. *in l. 1. verb. quemadmodum quod jussu.* juxta Mimum rogando cogit, qui rogat potentiorem, Wesemb. *1. consil. 45. n. 11.*

CAP. LXXVI.

Roma.

Roma est caput orbis terrarum, *l. 3. §. quoniam verò. C. de Consulib. l. 1. §. 10. C. de V. I. E.* & omnium civitatum, *§. ult. Instit. de satisd.* & nationum, *cap. beati. in fin. 2. q. 7.* communis nostra patria, *l. 33. ad municip. l. 19. de interdict. & releg. l. 2. C. de Consul.* Tusch. *pract. concl. tom. 7. concl. 366.* Lud. Gomez *ad §. fuerat. num. 5. Inst. de act.* ubi intelligit non respectu urbis, sed propter residentiam Imperatoris. Urbs æterna & terrarum domina, Ammian. *l. 14.* in qua fortunam imperii habitare putabatur, Arnold. Clapmarus *de arcan. Rerumpublicar. l. 2. cap. 26.* Ungepaur. *exercit. Justinian. 5. q. 2.*

CAP. LXXVII.

Rubrica.

Axioma I.

Ex rubrica optima sumitur interpretatio nigri, sive ipsius textus, qui rubricæ subjicitur, Bart. Bald. Alex. Dec. *in l. 1. per ill. text. ff. de reb. cred. & tot. tit. C. de relig. & sumpt.* Bart. *in l. 1. ff. de confirmat. tut.* Gloss. *in l. 1. circa fin. C. ne fidejuss. dot. dentur. & in Auth. ad hæc C. de usur.* Quando enim aliqua materia posita est sub aliqua rubrica, inde judicatur esse illius naturæ, cujus est rubrum, Gloss. *in cap. 1. & in cap. si super. de offic. deleg. in 6. & in cap. tibi qui. de rescript.* Everhardus *in loc. Topic. à rubric. n. 1.* ubi post alios à se allegatos addit iis locis, argumento hoc concludi posse, Executores & conservatores datos à Papa habere jurisdictionem delegatam, quia de ipsis agitur sub rubrica *de offic. deleg. & n. 4.* subjicit Legem vel Canonem in dubio intelligi debere, ut conveniat rubricæ, *per l. Imperator 16.* ubi Bart. *ff. de in diem addict. &* Panorm. *in cap. inter alia. circa fin. de immunit. Eccl.* Quod & de statutis respondet Decius *consil. 396. num. 7.* dicens: Rubricam declarare & demonstrare intentionem statuti. Hinc Bald. *in l. un. col. 2. C. ne liceat ter provoc.* inquit: Quando textus est dubius, rubricam probare, quomodo talis textus intelligendus sit, additque hoc valde notabile esse pro rubricis statutorum, vide & Decian. *respons. 13. num. 26. lib. 3.* ubi ait ab omnibus Doctoribus doceri, *in dict. l. 1. ff. de reb. credit.* quod ex rubrica statuti arguere liceat, consule & Johan. Fichard. in specie de statutis Reipublicæ Francofurtensis agentem *consil. 33. n. 18. lib. 2.* Quare si rubrica sit generalior nigro, hoc est, plus contineat, quàm Leges positæ sub ipsa, allegari posse ad decisionem causarum, tradit Glossa *ex l. 1. & rubr. C. de Capit. Civitat. cens. exim. lib. 11.* quod verum, si orationem perfectam habeat, Ripa *in dict l. 1. n. 13.* Bolognet. *n. 11. &* Cagnol. *num. 23.* quia quando rubrica plures casus decidit, nigrum verò decidat unum, videtur hoc exempli gratia fieri, quod non restringit regulam, *§. hæc lenus. Instit. de gradibus*, vel poni ille casus tanquam magis dubitabilis, quo casu inde non excluduntur alii casus in rubrica expressi. Vide Fachin. *11. contr. 67.* si itaque verba nigri sint obscura, declarari debent per rubrum. Gloss. *in l. 1. C. ne lic. tertio provoc.* & latè prosequitur Fach. *in quæstione, si statuti rubrica ita erat concepta. Filia dotata non succedat, an generaliter intelligatur exclusa etiam à bonis patris, cum in nigro nihil diceretur, nisi de bonis matris & aviæ. 11. contr. q. 68. per tot.* quia ex rubro nigrum explicandum est. Nic. Everhard. *d. loc. n. 11.* Gloss. & Bart. *in l. 1. C. de cap. civit. censib. exim.* Carpzov. *P. 4. Constit. 6. Defin. 1. n. 7.*

Limita: nisi quando textus cum rubrica repugnaret, tum enim textus magis attenditur, quàm rubrica, Jason *in l. 1. n. 5. de reb. cred.* Everhard. *d. loc. num. 12.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 2. n. 17.* quo referri potest *1. 1. C. de suar.* ubi Azo *in summa lib. 11.*

II.

Rubrica præbet auctoritatem arguendi, sicut textus *gloss. singularis in l. 1. C. etiam ob Chirograph. fac. l. pen. ff. de stat. homin. gloss. sub rubric. ff. ad Leg. Jul. de adult. & l. 1. ff. si cert. petatur.* Inde rubricæ ad denotandum id, quod in contextu habetur, conscribuntur, ne rubrica plus quàm in textu legis disponere censeatur, Alciatus *in rubric. ff. de rebus credit.* Menoch. *6. de præsumpt. 1. n. 4.*

CAP. LXXIIX.

Ruina.

Ruina metus sit tantium, *c. si enim 40. in fin. de pœnit. dist. 2.*

CAP. LXXIX.

Rumor.

Rumor minus est quàm fama, Innocent. *in cap. 3. tit. de præsumpt. per cap. super eo 2. de consangvin. & affin.* Rumor enim facilius nascitur, quàm fama, *l. fin. ff. de hered. instit. l. 28. ff. de inoffic. testam.* Cicero *1. de Orator.* indeque rumor viciniæ non facit probationem, *cap. super 5. extr. de eo, qui cognov. consangvin.*

CAP. LXXX.

Rusticitas, Rusticum, Rusticus.

Axioma I.

Rusticitati hominis parcendum est, *l. 2. §. si si quis in jus vocat. non ierit.* & rusticitati venia præbetur, *Novell. 154. cap. 1.* quæ enim per rusticitatem omittuntur, ea nocere non dicuntur, *l. 1. §. ult. de ventr. inspic. l. 3. Cod. de defens. civit.* Unde videmus rusticitatem excusare à dolo præsumpto, Jason *in l. 7. ff. de jurisd. num. 32.*

Ripa

Ripa *in tr. de pest. tit. de remed. præserv. contra pest. num. 232.* quod tamen absolute verum non esse autumat Menoch. *2. arbitr. jur. cas. 194. numer. 34.* idque ideò quod dolus tantum præsumptus insit, cùm filius sine venia per rusticitatem parentes in jus vocat, quem tamen non excusare, colligitur *ex d. l. 2. si quis in jus vocat.* utpote in qua dolum præsumptum fuisse patet ex eo, quod dolus verus, ut qui claris & manifestis probationibus detegi debet, *l. dolum. 6. C. de dol.* in casum *d. l. 2.* verè non cadat. Quando igitur in dubio rusticitati favendum sit, tunc nota est distinctio hæc, quod ipso quidem jure ea non excuset, ac privilegiata sit, quia privilegia (ut strictæ interpretationis) non sunt tribuenda illis, quibus nec Lex concedere solet, sed tantummodo ex æquitate in casibus jure expressis, si nimirum judici ita visum fuerit, succurratur, Menoch. *d. l. num. 83.* Alex. *in l. juris ignorantia. C. qui admitti.* Decius *in l. si quis. numer. 35. de jurisdict. & cap. super literis. de rescript. numer. 7.* & ibi Berous *numer. 68.* Decius *consil. 274. col. 2.* Ripa *in tract. de pest. tit. de remed. præserv. contr. pest. num. 246.* Tiraquell. *in tract. de pœn. Leg. caus. 11. in fin.* unde & hoc respectu rusticus, in quo simplicitas, non duplicitas dominatur, ob contumaciam, in quem alii incidunt, *d. l. 2. ff. si quis in jus vocat. junct. l. contumacia 53. ff. de re judic.* excusari perhibetur, maximè quando Doctorum copiam habere non potest. Zasius *in l. si quis. de jurisd. numer. 24. cum seq.* eodem modo & præter regulam, quæ in aliis obtinet, excurare à suspicione usuraria, patet *ex cap. ad nostram 5. de empt. l. cùm allegas 15. C. de usur. l. pater 17. in princ. de dol. except.* posse item rusticum aliquo modo excusari à contrariis testimoniis, ut à pœna falsi, text. est *in Novell. 90. §. quamvis.*

Limita I. secus esse in sagacibus & versutis, qui adeò sunt callidi, ut non agros coluisse, sed studiis operam dedisse videantur, vulgò quadrati dicti, maximè quando copiam JCtorum habere possunt, quod eò loci præsumitur, ubi merum & mixtum est imperium; hic enim dicitur locus insignis, etiamsi esset castrum, & non civitas, aut si non habent, sicut tales vadere in sylvas pro lignis, aut mulieres deducere ad templa pro indulgentiis solent, ita & ad doctos viros ire pro consiliis poterunt, prout loquitur Baldus *in l. 6. num. 1. C. qui admitti.* add. & Gloss. *in l. Athletæ. §. de rusticis, de excus. tut.* quam notant idem Baldus *in l. 1. C. de interd. matrim. & l. 2. Cod. de rescind. vendit.* Andr. Sicul. *cons. 76. illud medium. col. fin. vol. 3. & in d. cap. super. in literis. num. 64. & 66. de rescript.* Thom. Ferrat. *in cautel. 17. incip. magna est, in fin.* Jason *in l. venia. ubi latissimè C. de in jus vocand.* Decius *in l. si quis id. de jurisdict. num. 34. & in d. cap. super literis num. 7. in fin. de rescript.* & ibi Berous *num. 66.* Ludovicus Gomez. *ad §. Serviana. numer. 30. Instit. de actionib.*

Limita II. in his, quæ sunt juris naturalis, *l. 2. C. de in jus vocand.* vide omnino Farinac. *de probat. quæst. 19. num. 53.* vel juris notorii, Angelus & Imola *in l. ex consensu. §. ult. ff. de appellat.* Alex. *cons. 103. num. 14. libr. 1.* Menoch. *d. l. 2. cas. 194. num. 16.*

Limita III. in rustico, qui clandestinè aliquid facit, *l. qui contra 4. C. de incest. nupt. l. 1. C. de interdict. matr.*

Limita IV. in his, quæ sunt inducta ad rigorem, vel ad solennitatem alicujus actus conservandam, veluti in testamento, *l. ult. C. de testam. l. juris ignorantiam 6. C. qui admitti.* & ibi Bald. idem *in l. quicunque. Cod. de serv. fugitiv.* Angel. Aretinus *in princip. Instit. de actionib.* Wesenbecius *lib. 2. cons. 88. num. 18.*

II.

Rustici adscriptitii, Coloni, inquilini sunt pars inseparabilis fundorum, ne quidem per momentum, *l. 15. C. de agric. & Censit.* adeò ut nec fundi sine adscriptitiis, nec hi sine fundo vendi, legari, obligari possint, *l. 2. 7. C. eod. l. 112. de Leg. 1.* & qui quid ex his separatim emerit, malæ fidei possessor est, qui præscribere nequit, & venditor ejusque heredes Colonos venditos vindicare possunt. Neque enim hic contractus juramento confirmari potest.

Limita (1.) dominus plurium fundorum Colonos ab uno in alium transferre potest, si tamen fundi postea diversos sortiantur dominos, cujuslibet fundi dominus pristinorum Colonorum liberos vindicare potest, *l. 13. in fin. C. eod.* Liberi enim Colonorum in tantum etiam à fundis sunt inseparabiles, ut nullo privilegio, dignitate, officio, principis Rescripto liberentur *l. 11. 15. C. eod.* (2.) si quis alienum Colonum fugitivum receperit, fugitivum & alterum de suis reddere tenetur *l 12. C. eod.* (3.) Adscriptitius domino invito potest fieri Clericus, modò substitutum agriculturæ sistat. *auth. adscriptitios. C. de pisc. & Cler.* Perez. *C. de Agricol. & Censit. numer. 5. seqq.*

III.

Rustici regulariter non sunt obligati dominis præstare operas absque salario. Itaque domini contra subditos non habent intentionem fundatam, sed dominis probatio incumbit. Brunnem. *ad l. un. C. ne opera à Collator.* nec juvat dominos, quòd per longum tempus subditi ista obsequia præstiterint, aut onera subierint, quia existimantur per violentiam imposita, & timore magis quàm jure præstita, præsertim si per ea avocentur ab agricultura.

Limita: (1.) si ea publica causa urgeat, unde ad vehendam annonam & sarcinas militum per suum districtum tenentur equos suos ad modicum tempus commodare, ut & ad vehendas species fiscales. (2.) si adsit præscriptio quadraginta annorum titulo probato subnixa. (3.) immemorialis consuetudo. (4) si per contractum emtionis, permutationis &c. non autem jure familiaritatis

debeantur. (5.) si longâ consuetudine soliti sint subditi dominis præstare operas, modò deducatur causa aliqua specifica obligationis diutinæ, etiamsi non plene probetur. (6.) si sint de more regionis. Ita tamen exigenda à subditis servitia, ut ipsis tempus relinquatur se suosque alendi. Perez. *C. ne operæ à Collat. num. 2. seqq.*

IV.

Rusticorum causæ sunt summariæ & summariè tractandæ. Brunnem. *ad l. 1. C. de Agricol. & Censit. & ad l. 15. C. eod. in fin.*

V.

Servitia rusticorum sunt potiùs restringenda quàm extendenda. Hinc regulariter ligna aliamque materiam ad ædificia dominorum necessaria convehere non tenentur. Et exactio operarum est contra jus commune ab allegante probanda. Brunnem. *ad l. 1. C. ne rustici ad ullum negotium.*

VI.

Rusticum prædium ab urbano non loco, sed genere & materiâ distinguitur, *l. urbana 166. ff. de V. S. l. servi urbani 99. in princip. de legat. 3. l. nam quod liquidæ 4. §. quod si de pen. legat. l. quemadmodum 12. ff. de V. S.* quod etiam approbant Impp. Diocletianus & Maximianus *in l. si prædium 16. C. de præd. minor. non alien.* Qualitas enim formam prædii designat, quam finis & usus arguit. *d. l. urbana 198. de V. S. §. prædiorum. Inst. de servit.* Unde si prædium habitationi, voluptati, usibusque urbanis sit destinatum, ut maximè ruri sit constructum, urbanum nihilominus erit; si verò non habitandi, sed ad usum percipiendorum fructuum & agri comparatum sit, licet in urbe extructum sit, rusticum prædium appellabitur, Vult. *ad princip. instit. de servit. n. 15.* Wesenb. *in parat. ff. de servit. urb. præd.* Bronchorst. *centur. 1. assert. 95.* Arum, *disp. 5. exercit. 3.* Oleman. *disput. 10. numer. 18. in object. & resolut.* Treutler, *disput. 17. thes. 1. lit. b. vol. 1.* Hottoman. *lib. 2. ob. serv. 21.*

FINIS LIBRI DECIMI SEXTI.

Liber Decimus Septimus.

CAPUT I.

Sacerdos, Sacrum.

Axioma I.

Sacerdotes negotiis secularibus se non debent implicare, *can. quoniam 8. dist. 10. can. sunt nonnulli. §. neque enim caus. 16. quæst. 1. can. credo, & seqq. 21. quæst. 3. can. reprehensibile. 23. quæst. 8. cap. contrarium 3. de pœnit. dist. 3. cap. consequens 2. & seqq. dist. 8. cap. cum ad verum 6. dist. 96. cap. 1. cap. sed nec 4. extr. ne Clerici vel Monachi.* unde etiam nec ii testes esse possunt, nisi quando seculares idonei absint, ne veritas occultetur, *c. quanquam 14. quæst. 2.* aut judicis secularis officio fungi ac secundum leges civiles judicare, Aristot. *4. polit. cap. 14.* ubi Sacerdotum officium à civili Magistratu jubet esse distinctum, quia hoc munus totum hominem, non partem postulat, confer Gerhard. *disput. polit. decad. 5. quæst. 10.* Treutler. *disp. 12. thes. 11. volum. 1.* interim tamen non sint planè eorum imperiti, *cap. unic. distinct. 39.*

II.

Sacerdos facit cathedram, non cathedra Sacerdotem, *c. ult. dist. 40.*

III.

Sacerdotes sunt venerandi, audiendi, timendi, non respuendi, nec dilacerandi, nec detrahendi, nec insidiandi, *cap. Sacerdotes 6. quæst. 1.* vocantur enim Dii, *c. sicut 14. §. licet. extr. de hæret.* interdum etiam Angeli dicuntur, *c. Sacerdotibus. in pr. 11. q. 1.* Unde licet sæpe multi sint Sacerdotes nomine, pauci opere, *cap. significastis 5. extr. de adult. c. ult. dist. 40.* nihilominus tamen audiendi, non imitandi sunt, cùm contemni non debeant, etiamsi mali sint, quamdiu tolerantur, quia absolvere adhuc possint, *c. ut evidenter. & seq. 1. q. 1.*

IV.

Sacerdos non ex odio procedere debet, sed ex charitate, *c. qualiter 24. in princ. extr. de accusat.*

V.

Sacra semel facta amplius privata fieri non possunt, *l. inter 83. §. sacram 5. de verb. obligat.* Schurf. *cons. 48. Licet. num. 3. cent. 1.* Wesenb. *1. cons. 4. num. 38.* posito etiam, quod abusus inde essent secuti, nam tunc non in fiscum Principis tredigenda, sed in meliorem magisque verum usum convertenda sunt, *l. legatum 16. de usufr. legat. l. legatum 5. de administr. rer. ad civit. pertin. l. fin. de operib. publicis.* Alberic. *in l. si usufr. in fin. quibus mod. usufr. amitt. ibidemq.* Jacob. de Rodiis *num. 30.* Quapropter nec uniri rei profanæ Ecclesiastica omnimodo possunt, nisi ex causa manifestæ necessitatis vel utilitatis tractatu habito cum Capituli consensu, ut in aliis rerum Ecclesiasticarum alienationibus, quarum species quædam est, *cap. 2. de reb. Eccles. non alien.* Wesenbec. *1. cons. 4. numer. 25.* Boër. *decis. 345. numero 2.* Redoan. *de reb. Ecclesiæ non alienandis.* Sunt enim res sacræ, *l. 9. §. ult. de rer. divis.* ideoque consecratæ conditionem non mutant,

mutant, *l. 63. §. ult. ff. pro soc.* nec etiam alienari possunt excepta causa redemptionis famis, aut magni æris exsolvendi, *§. 8. Inst. de rer. divis. l. sancimus 21. C. de SS. Eccles.* cum factum rei sacræ vel religiosæ sit irrevocabile, Bartol. *in l. si ita quis promiserit §. eâ Lege. Cod. de condict. ob causam. vers. aut non servat.* Laurentius Tennin. *cautel. 414. num. 3.*

CAP. II.
Sævitia. Asperitas.

Axioma I.

Sævitia immanis, crudelitas & abusio potestatis per omnes vitæ gradus est prohibita, Mynsing. *5. obs. 8.* id quod late & eleganter deducit Zachar. Vietor *de execut. conclus. 14.* Ritter *de homagio cap. 8. pag. 211.* Sic patronus, si clienti fraudem fecerat censoria nota, sacer erat, Halicarnass. *lib. 2. Cic. de divinat.* In herili potestate invisa fuit Jovi sævitia domini, teste Livio. Ac propterea servus sævitia famis obscœnitate pressus venire jussus est. *l. 1. & 2. ff. de his qui sui vel alien. jur. l. 1. §. 8. ff. de offic. præfect. urb. l. 24. solut. matr. l. 1. C. de emend. serv.* & pater etsi vitam, quam filio dederat, eripere quondam impunè poterat, *l. 11. de liber. & posth. l. fin. C. de patr. potest.* postmodum tamen ob sævitiam emancipare cogebatur, *l. fin. ff. si quis à patre manumiss. l. 1. §. fin. ff. de liber. exhibend. l. 5. ff. ad Leg. Pompej. de parricid. l. unic. C. de emendat. propinq. l. 3. l. 4. Cod. de patr. potest. l. si Lenones 12. Cod. de Episcop. audient.* Sic præceptoris animorum parentis, *l. Aquilius 27. ff. de donat.* sævitia culpæ annumerari solet, *l. 3. §. si magister. l. 6. ff. ad Leg. Aquil. l. item quæritur 13. §. Julius 4. ff. locat.* Sic in matrimonii vinculo thorus propter asperitatem scinditur, nullo alioquin ense solvendus, *cap. ex transmissa 8.* ubi Panormit. *de restit. spoliat.* Mævius ex Rolando à Valle *part. 2. ad jus Lubec. tit. 2. artic. 12. num. 438.* Borcholt. *cons. 16.* Fachin. *vol. 1. cons. 42.* Natt. *cons. 616.* Grævæus *lib. 1. conclus. 17. consid. 3.* vid. tamen Carpzov. *3. constit. 26. def. 6.* etiam judicibus immodicè ferocientibus fræni temperies est adhibita. *l. 2. C. de custod. reor.* Vasallus quoque ob violenta ludibria patronali solvitur imperio, Papon. *tit. de Principe. numer. 57.* Zoann. *de duplic. venat. numer. 75.* Beust. *in l. admonendi. ff. de jurejur. numer. 1114.* Chophin. *2. doman. lib. 8. numer. 10.* Lud. Fasch. *cons. 1. num. 20.* Grammat. *decis. 104. numer. 13.* Mastril. *decad. 13. num. 18.* Summa sæpe ea est in causa, ut à regulis juris communis recedamus. Unde & socio, à societate etiam ante tempus recedere, ob immodicam socii sævitiam concessum esse, textus est *in l. si convenerit 14. ff. pro soc.* confer Menochium *2. arb. judic. cas. 138.* Pacian. *1. consil. 86. num. 9. cum seqq.*

II.

Sævitia in propriis (servis, liberis) culpanda, in alienis coërcenda est, *l. 24. §. 5. solut. matrimon.*

CAP. III.
Salarium.

Axioma I.

Salaria ad facundiam Advocatorum sunt computanda, *l. 1. §. 10. de extraordin. cognit.* nec imminuenda, *l. 12. §. 2.* ibique Gilcken. *C. de SS. Eccles.* Notabile eam in rem est exemplum, quod refert Carol. Molin. *in regul. Cancellar. ad regul. de verisimili notitia. num. 53.* Jacobus Marescotus (inquit) doctissimus & experientissimus Advocatus in Senatu Parisiensi, tempore Caroli VII. Ludovici XI. & Caroli VIII. ob breves quasdam & eruditas rationes juris, quas salvationes vocant, cum imperitus clientulus imparem salarium offerret, honestè renuit (dicens) se tantum id accepturum, quod ob id in casum victoriæ taxaretur: Cum autem clientulus victoriam obtinuisset, & in taxandis expensis litis de hoc articulo ad Senatum referretur, taxatæ sunt ei sexaginta libræ Parisienses, habita ratione non ad brevem, sed ad doctam & resolutoriam scripturam, modumque litis & eminentem scientiam Advocati, & fuit splendidum & pro consuetudine illius temporis ut amplissimum, ita rarissimum honorarium: quo pertinet & hoc, quod sublimes & literatæ personæ majoribus etiam beneficiis sint honorandæ, *cap. de multa 28. de præbend.* Hinc Alexandrum Severum Imperatorem Assessoribus salaria constituisse, perhibet Gothofr. *ad l. 1. C. de Assessor. & Medic.* & Jasonem habuisse à Rege Francorum in annum stipendium mille ducentos thaleros, ex Chassan. *in Catalog. glor. mundi. p. 10. consid. 27* notat Honthem. *1. de art. Notar. cap. 34. n. 19.* confer & ea quæ habet de salariis Advocatorum Umm. *disput. 2. thes. 10. proceff. Judiciar.* & de salariis & honorariis annuis qvorumcunqve Advocatorum, non tantum iis, qvæ à Principe præbentur, sed & quæ à privatis constituuntur, *l. 38. in fin. ff. locat. l. 11. §. 9. vers. honorariis de Judic.* Bald. *in l. unic. n. 7. C. de suffrag.* Mynsing. *3. observ 8.* Gail. *1. observ. 44. n. 12.* Rauchbar. *quæst. 25. lib. 1.* Unde etiam & tutor præceptoribus pupilli non quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonii & pro dignitate natalium constituere dicitur *l. 12. §. 3. de admin. tutor.*

II.

Salarii vox honestior est quam mercedis, & eadem quæ honorarii seu honoris prorsus. Idque etiam accipitur non tanquam merces, sed tanquam ἀνίδωρον, si exigendum sit ab ingratis, non ex locato, sed extra ordinem per Prætorem aut Præsidem postulatur, non per Judicem datum jure ordinario, prout hæc de mandatariis & similibus aliis effert Cujac. *ad Paul. in l. 4. si mensor. falsum. mod. dix.* quin & salarium incerta pollicitatione neque extra ordinem, neque judicio mandati rectè petitur. *l. per mutuam 56. §. salarium 3. mandat. l. salarium. 17. C. eod.*

III.

Judex salarium exigens non dicitur vendere judicia, *cap. tributum 23. quæst. ult.* Vasq. *lib. 2. contr. jur. cap. 37. n. 32.*

IV.

Quoties tutor per administrationem tutelæ impeditur, ne suis rebus præesse & inde certum lucrum capere possit, toties salarium petere potest. Quia nemini officium suum debet esse damnosum.

Limita: ut tamen non propriâ sed magistratûs auctoritate ipsi constituatur salarium. Carpz. *P. 2. Const. 11. def. 40. in fin.*

V.

Salarium augeri & minui debet auctis & diminutis laboribus. Menoch. *de Arb. Jud. quæst. cent. 3. cap. 223.*

VI.

Magistratus nemini potest salarium constituere sine jussu Principis *l. un. C. de præbend. salar.*

Limita: (1.) Medicis, Professoribus, & ubi publica causa exigit *l. 4. §. 2. de decret. ab ord. faciend. l. 1. C. de Decret. Decur.* (2.) Civitates Regiæ, non municipales, senatoribus syndicis possunt, adeò ut si deficiant civitatis reditus, rectè modica collecta imponatur. (3.) si ita consuetudo obtineat. Perez. *C. de præb. salar. num. 1, 2. seqq.* Cæterùm nec augeri potest salarium inconsulto principe ob tenuitatem pretii & laboris magnitudinem. Brunnem. *ad l. un. C. d. t.*

VII.

Salarium non est dandum iis, qui nullam aut exiguam præstant operam, vel qui otiosi aut inutiles sunt; imò quod datum est, iis est auferendum. Perez. *C. de præb. salar. n. 4. & tit. C. de Profess. & Med. n. 6. in fin.*

Limita: Impeditis, per quos non stetit, quo minus operam præstiterint, integrum salarium solvi debet. Perez. *C. de Profess. & Med. n. 9.*

VIII.

Dato officio præsumitur solitum salarium promissum. Brunnem. *ad l. un. C. de præb. salar.* si autem varium fuerit salarium, id solvendum officiato, quod longo tempore fuit solutum, quodque habuit prædecessor. Perez. *C. eod. num. 10.* Et, si is, qui olim jam officio functus est, de novo assumatur, eodem salario, quò ante, reconductus censetur. Perez. *C. de Profess. & Med.*

IX.

Qui sentit commodum salarii, sentiat onus laboris. Brunnem. *ad l. 14. C. de suscептor. in fin.* & quidem pro rata temporis laborisque, Perez. *C. de annon. civil. n. 7.*

X.

In casu publicæ necessitatis minui possunt salaria eorum, quibus satis provisum, ut ex iis præsenti necessitati subveniatur, imò possunt inutilibus aulicis auferri. Perez. *C. de superind. num. 4.*

CAP. IV.
Salus.

Salus Reipublicæ suprema lex esto, *l. quod semel 5. de decret. ab ordin. faciend & supr. lib. XIV. cap. Patria Ax. 2.* Hinc malè infert Mæstert. *1. de Justit. Roman. LL. c. 7. numer. 4.* nullam Legem latam esse principaliter ob favorem privatum, *vid. supr. lib. I. cap. de Anima.*

CAP. V.
Salutatio.

Salutatio signum est reconciliationis, Schneidevv. *lib. 4. Instit. de injur. §. fin. num. 3.* sicut è diverso salutationis subtractio signum est inimicitiarum, gloss. *in c. cum Adrianus 29. distinct. 63.* ubi vid. Barbos. & ideo potest talis ut suspectus recusari, arg. *c. cum super Abbatia 23. de offic. deleg.*

Intellige verum, si nimirum antea solitus sit salutare, Barbar. *in proœm. Clem. in §. salutem.* Gothofred. *in addit. ad Schneidew. lib. Instit. de injur. §. fin. num. 4. lit. f.*

CAP. VI.
Sanctitas.

Axioma I.

Sanctitas non ex generis nobilitate vel dignitate innotescit, sed ex fidei puritate & morum honestate, *c. nos qui 3. dist. 40.*

II.

Quorum sanctitas est æqualis, eorum etiam festivitas debet esse æqualis, *cap. scire debet 8. dist. 76.* Wesenb. *cons. 41. num. 147.* Treutl. *cons. 14. n. 191.* Gœden. *cons. 21. num. 5.* Joh. Gœdd. *3. cons. Marp. 32. n. 28.*

CAP. VII.
Sanguis.

Axioma I.

Sanguinis causa in Ecclesia agitari non debet, *c. cum Ecclesia 5. extr. d. immunit. Eccles.* & ideo sanguinis pœnam Clerici inferre non debent, *cap. sæpè 23. quæst. 8. cap. Clericis 5. c. penult. extr. ne Cler. vel Monach. c. in Archiepiscopatu 4. extr. de raptor. c. ad audientiam 3. extr. de crimin. falsi.* sed debent aliis causam hanc delegare, *cap. ult. ne Cleric. vel Monach. in 6.*

II.

Jura sanguinis non mutantur, *l. jura sanguinis 8. de R. I.* neque pactis subjacent, *l. jus agnationis 34. ff. de pact.* Wesenb. *1. cons. 2. num. 59.*

CAP. VIII.
Sapiens, peritus.

Axioma I.

Cognito facto, perito homini jus in facili atq; in proclivi est, Cujac. *in præfat. recit. ad lib. Cervid. Scævolæ.* Ita de Aristone Plinius *lib. 1. epist. 22.* Jam quanta sermonibus ejus fides? quanta auctoritas? qvam pressa & decora cunctatio? quid est quod non statim sciat, & tamen plerumque hæsitat, dubitat de diversitate rationum, quas acri magnoque judicio ab origine causisque primis repetit, discernit, expendit.

II. Sa-

II.

Sapere non debemus plusquam oportet, *c. 1. de renunc. in 6.* sapientia enim cum sobrietate est habenda, *c. 1. §. qui ergo loqui. distinct. 43.* siquidem sapiens nulli nocere intendit, *c. sapiens. 6. quæst. 1.* nec unquam inanis est, *c. sapiens 77. de pœnit. dist. 2.* unde sapiens erit in pœna, qui stultus fuit in culpa, *cap. quia ea 10. distinct. 38.* cum sapientis sit, revocare ea quæ loquitur, *cap. magno 1, 22. quæst. 4.*

CAP. IX.
Satisdatio, Satisfactio.
vid. *Cautio.*

Axioma I.

Non satisfacit qui verbo se offert, *l. servus si heredi 34. in fin. ff. de statu liber.* Bart. & Zas *in l. ait Prætor. §. si quis paratus. n. 1. de oper. nov. nunc.* Schvvanemann. *1. proces. Camer. c. 10. n. 4.*

II.

Satisdatum non sufficit, nisi satisdatum perseveret, Menoch. *remed. 2. adipisc. possess. num. 92.* habet enim ea effectum successivum, *l. si is a quo. 3. §. ult. cum l. seq. ff. ut in poss. legat.* ibique Dd.

III.

Satisfactio pro solutione est, *l. 52. ff. de solut.* Cujac. *ad l. 45. de administr. & peric. tutor.* nempe si fiat volente creditore *l. 4. quibus mod. pign.* Invitus enim creditor culpandus non est, si satisfactione repudiata solutionem desideret, Es ist keinem zu verdencken / der bezahlt seyn will.

CAP. X.
Scandalum.

Axioma I.

Scandalis & periculis pro posse via est præcludenda, *Clem. abusionibus 2. in princ. de pœnitent. & remiss.* facit enim interdum scandalum quid omissibile, quod de jure aliàs esset faciendum, *c. 1. distinct. 51. c. cum teneamur 6. extr. de præbend. c. super 4. extr. de stat. Monach.* ita si ex novitate contra consuetudinem scandalum oriatur, novitas illa vitanda est, *c. quod 3. extr. de consang. & affin.* ita etiam scandalum impedire matrimonium dicitur contrahendum, *cap. cum in tua 27. extr. de sponsal.* quia cum scandalo nihil faciendum est, *c. ad aures 5. extr. de tempor. ordin. c. nihil. 2. extr. de præscript. cap. 8. de Rectoribus 3. extr. de Cleric. ægrotant. c. cum ad 6. extr. de stat. Monach. cap. significasti 18. extr. de homicid.* ita ut etiam per mandata sine clausula scandalis obviari possit. Gœdd. *1. Consil. Marpurg. 16. n. 140.* Ita mali exempli causa multa prohibentur, vid. Nebelkræ *dec. 13. pag. 151.*

II.

Ad scandalum evitandum multa solent concedi, quæ aliàs non concederentur, Menoch. *de recuper. poss. remed. 1. numer. 379.* facit enim scandalum quandoque concessibile quid, quod aliàs non concederetur, *c. presbyteros 2. dist. 95.* ita ad evitandum scandalum ad tempus à jure recedituur, *cap. Deus 11. extr. de vit. & honest. Clem. c. quoniam 3. extr. de jure patron.* ac interdum detrahitur pro vitando eo veritati, *cap. cum ex injuncto 2. extr. de nov. oper. nunc.* ita Judex, ut evitentur scandala, potest partes cogere ad concordiam, Bart. *in l. æquissimum de usufruct.* Afflict. *decis. 149. in fin.* Dec. *cons. 156. numer. 6.* qui consuluit, Papam posse in concilio accusari ne scandalum oriatur, imò non esse Pontifici Maximo obediendum, quando ex obedientia futurum esset scandalum, egregiè congessit Cravettt. *consil. 264. num. 7. cons. 294. num. 8. cons. 314. col. 4. vers. secundo respondeo.* & quod ad illud evitandum & discordias præcidendas Episcopus vel ipse etiam Papa officio exui queat, *ex c. si Papa 6. dist. 40. cap. significasti 4. de Elect.* probat Arnis. *2. select. polit. cap. 2. sect. 7. num. 80.* vid. & Covar. *ad reg. peccatum de R. I. select. p. 1. n. 4.*

III.

Propter scandalum non est dimittenda veritas, *cap. magna 7. cap. extr. de vot. & vot. redempt. c. qui 3. extr. de R. I.* nec debet illud impedire bonum faciendum, *cap. nisi 10. quæst. 3.*

CAP. XI.
Scelus.

Axioma I.

Sceleris voluntas eâdem severitate punitur, qua effectus, *c. si quis 6. q. 1. vid. supr. lit. M. cap. Maleficium.*

II.

Quæ scelere acquisita sunt, fisco cedunt, *l. 9. ff. de Jure Fisci.*

CAP. XII.
Schola.

Axioma I.

Scholæ locis commodis constituendæ, ne strepitu discipuli invicem turbentur, Perez. *C. de studiis liberal. n. 5.* Hinc malè faciunt Magistratus, qui diversas lectiones in uno Auditorio Scholarum trivialium haberi permittunt cum damno juventutis. Brunnem. *C. eod. in fin.*

II.

Cura Scholarum trivialium ad Episcopum spectat, Carpz. *L. 1. Jurispr. Eccles. d. 9.* & licet constitutio Præceptorum jure communi ab omnibus Magistratibus municipalibus fieri possit, inspectio tamen Scholarum ad Principem pertinet, e. g. si in scholâ aliquâ magno conamine Metaphysicæ subtilitates discipulis inculcentur, Princeps id prohibere aut moderari potest. vid. omninò Brunnem. *Lib. 1. cap. 6. Membr. 12. § 14.*

CAP. XIII.
Scientia, Scire.

Axioma I.

Scientia Principis habetur pro causa con-

cessionis, Gloss. *in c. ad hoc de rescript.* Natta *cons. 638. num. 15.* maximè si facta sit cum consilio Procerum, quia ex tali interventu consilii præsumuntur omnia non sine legitima causa facta, Tiber. Decian. *cons. 41. num. 32. vol. 2.* nec Princeps rationem reddere tenetur, sed satis est cum consilio suorum egisse. Ilsern. *in cap. 1. §. Domino Guerram.* & ibidem Afflict. *not ab. 2. Hic finitur Lex.* Idem Afflict. *in cap. 1. in pr. de prohib. feud. alien. per Frider.* Vult. *3. consil. Marp. 19. n. 177.* Quin imò & scientiam certam Principis æquivalere revocationi, text. est *in cap. Pastoralis 28. extr. de offic. deleg.*

II.

Scientia res est sanctissima, *l. 1. §. 5. vers. est quidem res sanctissima. ff. de extraordin. cognit.* & donum Dei, *cap. revertimini 16. quæst. 1.* Horat. Lutius *de privil. scholar. priv. 74.*

III.

Ex scientia sola nemo videtur assensisse, Wesenb. *1. cons. 41. num. 121.* Scientia enim à voluntate distingui solet, Bald. *in l. nemo. num. 6. C. de sent. & interlocut. & l. omnium. num. 9.* ubi Jason. *num. 4. C. de sentent.* Angel. *in §. Emphyteusis 2. per illum text.* ubi differentiam facit inter scientiam & consensum, *in Auth. de alien. & Emphyt.* Felin. *in cap. nonne. n. 5. de præsumpt.* Alex. Rip. Bolognet. & communiter Dd. *in l. 2. §. voluntatem. solut. matrim.* Roman. *sing. 78. Statutum.* Tiraquell. *in LL. connub. gl. 5. adverb. express. num. 35.* unde etiam ea sola nec nocere in gravioribus dicitur, *text. in Clem. Nolentes §. notarii. de Hæretic.* faciunt quæ docet Bart. *in l. 1. §. sed in eo. ff. ad Syllan.* Adde Felin. *in cap. de cætero. colum. fin. de re judic.* Hyppol. *in sing. 164.* Lud. Gomez. *ad §. item si quis insi. de act. n. 41.*

Limita, nisi cùm agatur de aliquo obligando, qui in scriptura se obligari patitur, eamque scienter obsignat, tunc enim pro consensu & voluntate habetur, *l. 2. Cod. de reb alien. non alien.* addita præsertim præsentia ejus, qui actum potuisset prohibere, *l. qui patitur 18. ff. mandat.* Quia non sit permansum in terminis nudæ scientiæ, sed ulterius processum, Wesenb. *1. consil. 94. num. 6.* nec videatur aliquis fraudare eos, qui sciunt & consentiunt, *l. nemo 145. ff. de R. I.* Gail. *2. observ. 29. num. 9.* neque succurrendum ei, qui se ultro necessitati exponit, *l. si fidejussor 7. §. si necessaria 1. ff. qui satisdare cogantur. ibidemque gloss. verb. necessitatem, cum alleg.* Canonist. *in c. quemadmodum extr. de jurejur.* ita scienti & consentienti non fieri injuriam, neque dolum patet ex regula *l. sciente 27. extr. de R. I. l. 145. ff. eod. l. 1. §. 5. usque adeo. ff. de injur. l. venditor 11. C. de rescis. vendit.* Fachin. *2. contr. 20.* Arum. *exerc. 14. quæst. 8.* Gail. *2. observ. 85. num. & 1. supr. lit. I. cap. Injuria.* ita & scientem æquiparari cum renunciante vel remittente res & actiones suas, docet *l. 14. §. si venditor 9. ff. de act. empt.* à quibus regressus non datur, *l. 14. §. si venditor 9. ff. de ædilit. edict.* Arum. *d. exerc. 14.* Gail. *2. observ. 29. num. 10.*

IV.

Ex solâ scientiâ delictorum regulariter nemo obligatur ob non factam manifestationem.

Limitationes sunt in *l. 1. C. de fals. l. fin. C. de his qui latron. l. 3. C. de incest. nupt. l. 1. C. de desertor.* Brunneman. *C. eod. col. 2.* sic punitur, qui scit Numerarium se immiscuisse alterius officio, si non manifestat. Perez. *C. de Numerar. num. 14.*

V.

Scientia præsumitur in eo, ad quem causæ examen pertinet, Perez. *C. si serv. vel libert. numer. 6. 7.*

VI.

Ex scientiâ dependet dolus, & ob eam sæpe contractus suam vim non nanciscuntur. Hinc si assecuratus tempore contractûs jam sciverit navem interiisse, assecurator damnum promissum sarcire non tenetur, secus si ignoraverit. Hinc & qui scivit, Edictum exiturum super taxatione frumenti & properavit sua grana vendere cariùs, emtore non monitô, in Stellionatum incidit. *l. 3. §. fin. de Stellion.* Perez. *C. de Naufrag. n. 23.*

VII.

Scientia inflat, charitas ædificat, *cap. 10. extr. de renunc.*

VIII.

Scientia difficilis est probationis, Bartol. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. quæst. 3. de V. O.* Cravett. *cons. 193. num. 7.* Farinac. *1. cons. crim. 15. n. 7.* & ideò qui scientiam allegat, eam probare debet, Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 23. num. 52.* Bald. *in l. mulier. col. 2. C. de sponsalib.* Vult. *2. cons. Marpurg. 30. num. 238.* inde etiam conjecturis probatur, idem Bart. *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres de V. O.* Ruin. *cons. 42. numer. 21. vol. 1.* Hinc ratione communis habitationis scientiam eorum, quæ geruntur, ab altero præsumi, notant Ancharan. *cons. 170. Principaliter, num. 7. vers. & maximè. vol. 3.* Pac. *cons. 57. n. 5.* quemadmodum & uxor marito cohabitans facta mariti scire præsumitur, ut multis deducunt Cravett. *cons. 123. num. 1. vol. 1. & cons. 271. n. 8. vol. 2.* Roland. à Valle *cons. 19. num. 38. vol. 1.* Cephal. *cons. 492. numer. 32. vol. 4.* Gloss. *in l. aut qui aliter. §. sed & servus. ff. quod vi aut clam. per l. si legibus 16. C. de Episc. & Cleric.* dummodo scilicet de scientia uxoris ex cohabitatione, eandemque consequente consensu, seu ratificatione in negotiis non in præjudicium, sed commodum & utilitatem ejus vergentibus agatur, Vult. *2. cons. Marp. 25. n. 100. & infra lib. ult. c. uxor* vel domesticus factum domestici, *l. quicunq. 4. C. de serv. fugitiv.* ubi Bald. *n. 7. l. consensu 8. §. servis 6. C. de repud.* vel etiam conjunctus factum conjuncti, Bursat. *cons. 253. n. 43. vol. 3.* Vult. *2. cons. Marp. 29. n. 145.* Quod verum intelligit Ruinus *cons. 174. consideratis. in princip. volum. 1.* scilicet in his, quæ jura sanguinis & processum concernunt, quamvis dissentiat Pacian. *cons. 57. numer. 12.* dum ait, communem opinionem esse in contrarium, cum conjunctus præsumatur etiam illa scire, quæ sunt extra jus sanguinis & naturæ processum, quando nimirum negotium suâ naturâ tale sit, quod verisimiliter conjuncti vel vicini scire possint, per ea

ea quæ tradit Felin. *in cap. literis. num. 2. ext. de præsumpt.* Decius *in l. 1. num. 57. vers. successive. ff. si cert. petat.* Gabriel. *de præsumt. conclus. 6. num. 2. amplia. sic vicinus factum vicini*, Baldus *in cap. 1. §. si res. de pace tenend.* Felin. *in cap. cum nostrum. num. 12. de testib.* Vult. *3. consil. Marpurg. 22. num. 107.* Quin imò ex verisimili qualitate & ex communi contingentia, & in his, quæ communiter aliis innotescunt, scientiam præsumi, testatur Farin. *1. conf. crim. 100. numer. 18.* cùm cessante præsumptione ignorantiæ, scientia semper præsumatur, Socin. *fallent. 3. reg. 72.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 16.* Menoch. *2. de arbitr. judic. cas. 185. & conf. 73. num. 17. vol. 1.* Mandos. *in addit. ad Roman. conf. 481. num. 10.* Mandell. *consil. 18. num. 5.* Benintend. *decis. Bononiens. 71. num. 6. & seq.* & ignorantia etiam affectata scientiæ æquiparetur, *cap. eos 2. de temp. ordin. in 6.*

IX.

Scire dicimur, quod vehementer opinamur, Gloss. *in l. 2. §. pen. vers. sciat. ff. de aqua pluv. arcend. gloss. in l. si duo. §. non videor. penult. ff. uti possidet.* Petrus de Anchar. *conf. 23. incip. causa inquisitionis. & conf 349. Viso diligenter puncto.* Jason. *in l. de pupillo. §. si quis ibi. col. 9. ad fin. de oper. nov. nunc. & l. incertum. colum. 2. & 3. ff. si cert. petat.* sicut & illud etiam scire quis dicitur, quod audivit vel vidit, aut aliàs conscivit, *cap. hoc videtur 22. quæst. 5.*

X.

Scire qui debuit, tam est in culpa, quam ille, qui scit, *l. quod te 5. ibidemque* Gloss. Bart. Bald. Angel. Salicet. Jason *ff. de rebus credit. l. quisquis 15. C. de rescind. vendit. l. idem 8. §. 1. verb. intelligit vel intelligere debet. ad Leg. Aquil. l. qui fundum 7. §. servus 2.* ibique Dynus. *ff. pro emptor.* late Tiraquell. *de retract. lignag. §. 12. num. 9.* Scire enim qui potest, nec scit, idem est, ac si sciret, *cap. ult. extr. de clandestin. desponsat.* & patria sunt scire, vel de facili scire posse, *l. Titius 48. in princip. de fidejuss. l. Julianus penult. verb. sciret aut scire potuisset.* & ibi glossa *ad SC. Macedon. l. si quis domum 9. §. ult. ff. locati. l. regula 9. §. sed juris 3. ff. de juris & facti ignorant.* Wesenb. *1. conf. 8. num. 36.* Vult. *1. conf. Marp. 17. numer. 24.* Gylman. *4. 1. vot. 37. num. 39.* Unde etiam is, qui negligit illud scire, quod scire debuit, nullâ excusatione dignus judicatur, juxta illud, ignorans ignorabitur, ut dictum est *in cap. ideò prohibetur 15. in fin. distinct. 37.* Pacian. *conf. 107. num. 8.* add. & Dec. *in l. quod te. num. 17. vers. quinto nota. ff. si cert. petat. in 2. lect.* Verald. *decis. 107. in fin.*

XI.

Scire quilibet præsumitur, quod Lex declaravit, Pacianus *consil. 5. num. 45.* quilibet enim scire Leges tenetur, *l. 1. & 2. de Legibus. l. sacratissimæ 9. Cod. de Legib. l. constitutiones 12. Cod. de juris & facti ignorant.* nec quenquam juris ignorantia excusat, *l. juris 7. & l. regula 9. ff. de juris & facti ignorant.* cùm in his, quæ publicè fiunt, semper scientia præsumatur, Gloss. *in cap. 1. de postulat. Prælat. cum aliis, de quibus* per Socinum *in reg. 220. fallent. 2.* Bertazol. *2. consult. decis. conf. 203. num. 3.* maximè in notoriis, *dict. l. regula 9. §. 1. cum §. seq. de juris & facti ignorant.* Bartolus *in l. is potest. colum. 5. ff. de acquirend. hered.* Vult. *2. Conf. Marp. conf. 30. numer. 184.*

XII.

Scire ea impossibile est, quæ a voluntate Principis dependent, Bart. *in l. fin. col. 3. in princ. vers. idem cum. Cod. de sentent. poss. fac. text. in l. 39. in fin. ff. de legat. 1.* pulchrè Jacobus de S. Georg. *in verb. sed an princeps. num. 2. vers. quadragesima quarta. de feud.* Curt. *conf. 182. num. 12.* Pacian. *consil. 5. num. 47.*

XIII.

Scire is non dicitur, qui scit in nube, Ripa *in l. admonendi. num. 82. ff. de jurejur.* post Bald. *in l. Æmilius. ff. de minorib.* Menoch. *2. arbitr. judic. cap. 26. num. 8.* sed qui rem novit vel à priori per cognitionem causarum propriarum & constituentium, vel à posteriori, *hoc est*, effectibus & adjunctis propriis D. D. Haberkorn *in Vindic. Anti-Forer. disput. 12. pag. 275.* Enimvero ut quis omnia perfectè norit & possit, difficile est & vix tanta perfectio in persona, etiamsi sit excellentissima, Cels. Mancin. *cap. 5. lib. 8. de jure Princip.* Ciro Sponton. *cap. 7. lib. 7. di stat. Govern.* Caspar. Contaren. *de Repub. Venetor.* Paolo Paruta *della vit. politic.* Petr. Contaren. *Compend. de Republ. Savil. præfat. in Malmesmur. de reb. Angl.* Guilhelm. Bœckel. *de pub. judic. disquisit. 4. num. 7.*

XIV.

Scientes aliquem delinquere, eum indicare non tenentur, dum modò nec juvent aut occultent, *l. qui vas 48. §. 1. de furt. l. 22. §. 3. de jure fisc. l. ult. C. ne sanct. Baptism. iteretur.*

Limita, in quibusdam criminibus secus esse, veluti Majestatis, *l. 5. §. 6. C. ad l. Jul. Majest.* hæreseos, *l. 4. §. 1. & 7. Cod. de hæret. l. 16. §. 1. eod.* parricidii, *l. 2. & 6. ad l. Pompej. de parricid.* adulterii *l. 4. & 26. ad Leg. Jul. de adult.* vide Wesenb. *in Comm. ut nemo invitus ager. num. 15.* Quin & in aliorum delictis communibus sic dicendum, quatenus scilicet scientia alia nuda est, alia cum malitioso proposito conjuncta; atque illam non nocere, hanc verò maximè, textus est egregius *in l. 1. §. 1.* ibi: *is autem accipitur scire qui scit & potuit prohibere; scientiam enim spectare debemus, quæ habet voluntatem, si familia furtum fecisse dicatur.* ubi Colleg. Jurid. Argent. *thes. 3.* Anton. Faber *in ration. decid. lib. 10. & 17. per illos text. de noxal. action.* Vide Racemation. nostras crimin. *ad titul. si famil. furt. fecisse dicetur, thes. 18. & 24.*

XV.

Scire est rem per causas cognoscere, Hartm. Pistor. *3. q. 22. n. 12.* qui enim causas cujusque rei veras intelligit, eum quid ipsa sit optime scire dubium non est. G. Arac. Enenckel. *lib. 1. de privileg. cap. 2. n. 1.* atque ita etiam Philosophi sentiunt *l. posteriorum cap. 2.* & Theologi, D. Himmel *in epist. dedicat. Syntagm. Theolog.*

XVI.

Scire quædam licet παχυμερέστερον, hoc est,

pinguius, *l. 7. §. 2. de pecul. vid. infr. lit. T. cap. Tacens, & lit. I. c. Ignorantia.*

CAP. XIV.
Scriptura.
Axioma I.

Scribens in id, quod scribit, consentire intelligitur *l. Publiæ 26. §. fin. ff. depos. l. cum de indebito 25. §. fin. ff. de. provat. l. generaliter 13. & Auth. contr. C. de non num. pecun.* Baldus *cons. 275. colum. 2. vol. 3.* Vult. *1. cons. 15. num. 298.* Scribendo enim quis contractum intelligitur eum approbare, Wesenb. *1. cons. 12. num. 11.* Unde etiam is, qui simpliciter sine ulla protestatione scripturam admisit, probasse præsumitur illa omnia, quæ in scriptura illa continentur. Jason *in l. admonendi. num. 128. vers. quinto limita. & in l. quæ dotis. num. 90. ff. solut. matrim.* siquidem pro scripturæ veritate semper præsumitur, per tradita à Jasone *in l. si post divisionem. in princ. C. de jur. & fact. ignor* Socin. *cons. 95. num. 2. vol. 2.* Gratian. *consil. Resp. 11. numer. 3. vol. 2.* Paris. *cons. 60. numer. 6. vol. 1.* Curtius sen. *cons. 55. num. 20.* Bursatus *cons. 33. num. 11. lib. 1.* Qui igitur scripturam penes se habet, omnia in ea contenta scire dicitur, *l. non est ferendus 12. ff. de transact. l. si quæ cautiones 5. ff. famil. herciscæ.* Cephal. *cons. 452. n. 35. vol. 4.* Francisc. Viv. *decis. Neapol. 60. n. 4.* Bursat. *cons 143. num. 15. vol. 2. cum aliis.* quos allegat & sequitur Mascard. *vol. 3. concl. 1293. num. 20.*

II.

Quod scriptum est, actum videtur, *§. ult. Inst. de fidejuss. l. sciendum 30. ff. de V. O.* cum pro scriptura vel instrumento semper præsumatur. *§. item* quod *verborum 11. Instit. de inut. stip.* non solum quod verum sit, sed etiam solenne. Bald. *in c. 1. §. si instrumentum. n. 2. de not. feudor.* quodque omnia in eo scripta de voluntate & consensu partium scripta intelligantur, Jason *in d. l. sciendum. num. 35. de verbor. oblig.* Hinc in stipulatione non obstante etiam errore actum valere, ceu substantialibus stipulationis inter partes observatis, sed à scriba omissis, & scriptoris errore probato obligationem non annihilari, sed potius tenere, text. est *in l. si librarius 92. de R. I.* siquidem ut ab Imperatore scriptum est *in l. 1. C. de committ. stipul.* licet epistolæ, quam libello inseruisti, additum non sit, stipulatum eum esse, cui cavebatur; tamen si res inter præsentes gesta est, credendum est, stipulationem vocem spondentis esse subsecutam, sicut idem etiam traditum à Paulo *in l. Titia 134. §. pen. ff. de V. O.* quia plus valere debet, quod agitur, quam quod simulatè aut per errorem concipitur. *l. 1. & tot. tit. C. plus valer. deb. quod agitur &c.* atque in contractibus potius rei veritas quàm scriptura inspicitur, *l. cum precibus 18. C. de probat.* Unde etiam & de testamentis evidentissimè constitutum est errore scribentis juris solennitatem non mutari. Quapropter licet institutio heredum post legatorum donationes scripta sit, sive alia observatio prætermissa, (veluti si testator legasset centum, & Notarius scripsisset decem) non tamen ex mente testatoris, sed vitio Tabellionis, vel alterius, qui testamentum scripsit, propterea voluntatem ejus subvertere vel minuere non debet; *l. errore 7. l. ambiguitates 24. C. de testam. l. quoties 9. §. sed si non. ff. de hered. instit.* idem rescribit & Imperator Antoninus, dum ait, non lædi statum liberorum ob tenorem instrumenti malè concepti, *l. Imperator 8. ff. de statu homin.* similiter nec errores eorum, qui desideria, hoc est, preces scribunt, veritati præjudicium ferre posse manifestum sit, *in l. 2. Cod. de error. advocat.* cui addi potest & hoc, quod si in forma constitutù procuratoris vel syndici ostendatur vitium seu error in verbis, puta, si pro Syndico nominatus sit actor vel procurator, inde non vitiabitur constitutio seu syndicatus: ut enim libellum sustineri translatis verbis alibi traditur, ita & instrumentum syndicatus eâdem interpretatione judicari debet. Specul. *in tit. de Syndic. num. 11.* Bart. *in l. 1. §. quibus autem. num. 2. ff. quod cujusque univers. nom. & in Auth. sed hodie. num. 3. C. de Episc. audiend.*

III.

Scriptura inventa est ad servandam memoriam, *l. jubemus 29. §. sed ne aliqua. C. de testam.* Ripa *in l. moribus. num. 13. de vulg. & pupill. substit.* quia ea semper loqui præsumitur *cap. cum Marthæ 6. de celebrat. Missar.* Decian. *cons. 39. vol. 2. num. 91.* Warem. ab Ehrenb. *2. de fæder. cap. 2. num. 172.* text. *in l. inter claras 8.* ibi: *scripturæ loquuntur. C. de SS. Trin.* Vult. *3. cons. Marp. 21. n. 270.* facit quod ait Alexand. *in l. non solum. §. morte. col. 2. num. 9. ff. de oper. nov. nunc.* inde paria esse aliqua in voce, vel per nuncium, sive epistolam proferre, *ex l. non figura 38. ff. de verbor. obligat.* trad. Andreas Siculus *in repet. l. actuissimi. in 67. col. C. de fideic.* Lud. Gomez. *ad §. superest. Inst. de act. num. 2.*

IV.

Scriptura regulariter in nullo actu requiritur, *l. 17. C. de pact. Novell. 73. cap. 8.* Scriptura enim quæ fit de contractu ad probationem, non ad substantiam fieri dicitur, ut facilius probari queat, *l. contrahitur 4. ff. de pign.* Jason *in l. cum te transegisse 5. C. de transact.* unde quoties de fide contractus aliunde, *v. g.* ex confessione partis, constat, scriptura, quæ probationem rei gestæ continere solet, opus non est, *d. l. 5. C. de transact.* Siquidem quotiescunque in lege mentio fit intervenientis scripturæ, semper interpretari debemus, id probationis facilioris gratiâ fieri, non quod sine ea conventio vel actus non possit subsistere, quia scriptura non est pars, vel ut vulgo loqvuntur, de substantia conventionis, sed tantum accidens, quod sine principalis rei interitu adesse vel abesse potest. Alciat. *in d. l. 16.* & ibid. Obrecht. *C. de pact.* nisi in specie aliud dicatur, *Brunnem. ad l. 17. C. de fid. Instrum.* hinc quoties non expresè conventum, ut ante confectam scripturam contractus non sit perfectus, toties pœnitentia non est permissa.

Limita I. nisi lex specialiter necessariam esse scripturam voluit, ut in libellis sive civilibus sive crimi-

criminalibus. *Auth. offeratur C. de litis conteſt.* & in contractibus nonnullis, in quibus tanquam pro forma eam requirit, *ut in l. unic. §. 1. C. de contract. judic. §. ult.* ibi: *dotalib. inſtrumentis. Inſt. de nupt. l. unic. §. 2. C. de ſuſſrag.* Emphyteuſi perpetuâ rerum Eccleſiæ. *Nov. 7. §. 1. verſ. Anaſtaſius.* libellario contractu & aliis, ita Canon ſcripturam etiam requirit in electione, *cap. quanto 10. diſt. 63. cap. legum 2. quæſt. 1.* ex communicatione, *cap. cura 14. quæſt. 3.* in ſententiæ probatione, *cap. ſtatutis 2. quæſt. 1.* in publici criminis accuſatione, *c. quisquis 1. quæſt. 8.* in appellatione, *cap. poſt appellationem 2. quæſt. 6.* in civili conventione, *c. offeratur 3. quæſt. 3.* in rerum Eccleſiaſticarum venditione, *cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2. cap. taſſellas 10. quæſt. 3.* in Prælatorum ad ſynodum non venientium accuſatione, *cap. placuit 10. diſtinct. 18.* in prælaturæ renunciatione, *capit. ſicut vir. §. ecce his 7. quæſtion. 1.* in reconciliatione & ordinatione, *cap. legum 2. quæſt. 1.* in conſtitutionis promulgatione, *cap. quod quis 35. q. 1.* & ſi quæ ſint alia. Cæterùm & in iis caſibus, ubi lex præcisè ſcripturam requirit, ſcriptura omitti poteſt, ſi vel cauſa ſit tenuis, vel partes expreſsè conſentiant, e. g. in ferendâ ſententiâ, *Perez. C. de privil. Scholar. n. 13. 14.*

Limita II. in iis, quæ ex ipſa verbi ſignificatione ſcripturam requirunt, ut eſt reſcriptum Principis, *l. 3. C. de diverſ. præſcript.* ſive in vim privilegii ſive alia ex cauſa emanaverit, *l. 1. C. de mand. Princip. l. probatorias 9. C. de diverſ. offic. lib. 12.* Epiſtalma, hoc eſt, commiſſio Principis per mandati ſubſcriptionem facta, *l. bene à Zenone 3. C. de quadr. præſcript.* Inventarium (ut quod tale ſcripturæ nomen eſt, in qua res pupilli ſint deſcriptæ, *l. fin. C. arb. tutel.* & alia geſta, quæ propriè conſtare ſcripto debent, *l. geſta 6.* ubi Bald. *C. de re judic.* quo refer & teſtamenta in ſcriptis, quibus ſcriptura pro forma attribuitur, *l. hac conſultiſſima 8. C. de teſtam.* Appellationes in ſcriptis, quæ à definitiva ſententia interponuntur. *l. eos 6. §. pen. C. de appellat.* donationes, quæ ſupra 50. annos ſunt, *l. eos 6. §. pen. C. de donat.* in ſumma idem eſſe & in omnibus contractibus, qui in omnibus ſcriptis dicuntur fieri, cùm nimirum inter partes agitur, ut aliter non valeant, quam ſi ſcripturæ ſint commendati, text. eſt *in l. contractus 17. Cod. de fid. inſtrum.* quod & in mandatis Principum obtinere patet ex eo, quod de ea re fides nemini attribuatur, niſi exhibito diplomate, *l. 1. C. de mand. Princip.* Idem de legato Pontificis, quod nimirum in alterius præjudicium, niſi oſtenſo mandato, non credatur, dicit gl. *in can. nobiliſſimus. diſt. 97.* cùm aliàs receptum ſit, pro firmitate judicii coram legato facti nihil præſumi, niſi de jurisdictionis commiſſione ſcripto appareat, *c. cum in jure 31. de off. deleg. gl. in l. inſtitutionis 26. q. 2.* qua de cauſa publicas etiam functiones tributaque neminem exigere, cui id à Principe per ſcripturam non ſit mandatum, dicitur *in §. eos. in auth. de collat. vid. gloſſ. in l. non ſolum. §. qui alieno. de procur.*

Limita III. quoties rei præcedentis præſumtam firmitatem convellere volumus. Ut enim alia præſumptio aliam tollit, *l. Divus 7. de reſt. in int.* ſic actus poſterior ſcripto declaratus ſuperiorem quandoque elidere perhibetur, ut cum quis adverſus propriæ confeſſionis emiſſam manum pecuniam minimè numeratam fuiſſe ex ea cauſa affirmet, non audietur, niſi alia ſcriptura id probet, *l. generaliter 13. C. de non numer. pecun.* vide latiſſimè Honthem. *2. de art. Notar. cap. 2. per tot.* ubi *num. 76.* ſubjungit, ſi ſcriptura requiritur pro forma eſſentiali, quod ſine ea actum nihil cenſeatur, cui congruit & illud, quod refert Vult. *2. conſ. Marp. 24. n. 20.* quod ſi convenerit de faciendo inſtrumento, de conventis ſcriptura ea haberi dicatur pro forma contractus, vide Soaretz *in theſaur. commun. opin. lit. S. num. 20.* Cephal. *conſ. 66. n. 18. vol. 2.* Anton. Gomez. *2. var. reſolut. c. 2. n. 17.*

Limita (4.) ubi res magni momenti exequenda. *Brunnem. in l. 5. C. de Jure fiſci in fin.* (5.) in *l. 2. C. de conven. fiſci Debitor.* ubi *Perez. n. 6. 7.*

V.

Scriptura unius Notarii majorem habet prærogativam, quàm ſcriptura duorum, cujuscunque ſint probitatis & exiſtimationis. Sebaſtian. Monticel. *in tr. de Inventar. hered. §. ſeptimo principaliter. num. 25.* per Bald. & Dd. *in cap. quoniam contra. extr. de prob.* Thom. Maſo *in Specul. Notar. publ. lib. 1. ſpec. 5. num. 3. vid. ſupr. lib. XII. cap. Notarius.*

VI.

Scriptura privata nihil probat, *l. 5. 6. 7.* ubi Dd. *C. de probat. c. 2. extr. de fid. inſtrum.* Pantſchman. *2. quæſt. 2. num. 35.* Pacian. *1. conſ. 128. num. 21.* Guid. Pap. *deciſ. 19.*

Intellige ſcilicet pro eo, qui pro ſe produxit. Exemplo enim pernicioſum eſt (ait Imperator) ut ei ſcripturæ credatur, quâ unusquisque ſibi annotatione propriâ debitorem conſtituit: unde nec fiſcum qvidem, multo minus alium qvemlibet ex ſuis ſubnotationibus debiti probationem præbere poſſe, patet *ex l. exemplo 7.* ubi Baldus & Salicet. *Cod. de probat.* quâ ratione neque rationes vel libri privatorum quippiam pro ipſis probare poterunt. Alex. *conſ. 84. num. 1. & 2. & conſ. 180. numer. 1. volum. 7. & conſ. 217. Viſo. num. 4. vol. eod.*

Limita, niſi trium teſtium ſubſcriptione ſit munita, *l. comparationes 20. C. de fid. inſtrum. Auth. etſi. C. eod. ubi Dd.* Regner. Sixtin. *2. conſ. Marpurg. conſ. 8. n. 6.* quod tamen locum aliter non habere, niſi in caſu eo, quo ſcriptura privata non alterius, ſed ejus, qui convincitur, manu conſcripta eſt. *l. ſcripturas 11. C. qui pot. in pignor. hab.* Dd. *in l. 1. C. de edend.* Caſtrenſ. *conſil. 312. n. 2. lib. 2.* cùm contra ſcribentem etiam ſine ſolennitate ſubſcriptionis teſtium plenè probare valeat. *d. l. 1.* ubi Dec. poſt Alex. *num. 2. not. ab. 2. C. de edend.*

Limita (2.) in libris mercatorum, *Brunnem. ad l. fin. C. de conven. fiſci debit.*

VII.

Scripturam producens cenſetur confiteri contenta in ea ſcriptura, Dd. *in cap. cum venerabilis. de Except. & in l. 1. §. editiones. ff. de edend.* Alex. *conſ. 108. num. 5.* Roland. à Valle *conſ. 2. n. 26.*

116. vol. 1. Quod adeo procedere, ut productio scripturæ facta cum protestatione in parte & partibus non obstet, quo minus scriptura fidem faciat contra producentem, trad. gloss. *in d. 9. editiones. vers. nec tantum contra.* Bolognet. post Bald. *in l. unic. col. 2. vers. judex tamen. C. ut quæ desunt advocatis.* Alex. *cons. 124. num. 5. vol. 7.* Vult *1. cons. Marp. 15. num. 115.*

VIII.

Scribere in suum commodum quilibet potest. Modestin. *in l. omnium 39. C. de testam.* Moller. *p. 4. in Constit. Saxon. 3. defin. 25. num. 16.* Carpzov. *p. 4. constit. 3. defin. 25. num. 4.* Et multi reperiuntur, qui exactè norunt in scribendo manum alterius imitari, *l. cognoscere 56. ff. de Verbor. significat. l. cum pluris 15. §. ult. ff. de reb. autor. judic. possid.* Carpzovius *part. 1. constit. 17. defin. 12. n. 4.*

IX.

Scriptura sola non est modus constituendi obligationem, sed inducit saltem præsumptionem obligationis ex causa, quæ allegatur, præcessisse, Sichar. *in l. 3. n. 36. C. de reb. cred.* Carpzovius *p. 1. const. 17. defin. 35. num. 65.*

X.

Scripturæ non probant, nisi sint subscriptæ, Mart. *in Digest. novissim. p. 1. tit. Sigillum. cap. 10. ex decision. regni Arragon.* Martin. Monter. 12. Jac. Bornit. *part. 1. de instrum. lib. 2. c. 22.* Et imprimis quidem à partibus. Felin. *ad cap. 2. de fid. instrument.* aliique citati Gœddeo *1. consil. 28. n. 3.*

XI.

Scriptura ut probet, necessarium est eam recognosci, Barth. *in Auth. & in l. si contractus, num. 3. vers. ut igitur liqueat. C. de fide instrum. & in l. nuda num. 5. vers. sciendum est igitur. ff. de donat.* Grammatic. *decis. 84. sunt producta.* Cravett. *cons. 73. dicendum. num. 15. vers. rursus probatur. col. 5. vol. 1.* Bald. *in Auth. contra qui propriam. num. 23. vers. deinde ex ista. in fin. C. de non numer. pecun.*

XII.

Scripturæ privatæ fides adhibetur contra scribentem, *l. Publia 26. §. fin. ff. deposit. l. de ætate 11. §. 1. ff. de interr. act. l. scripturæ 11. §. qui potior. in pign. l. ult. C. arbit. tutel.* Bald. *in rubr. C. de fid. instrument. num. 41.* Wesenb. *1. cons. 12. num. 46.* Bart. Bald. Angel. Imol. Castr. & Dd. *in l. nudæ de donat.* Felin. *in c. 2. numer. 25.* ibidemque Dec. *n. 19.* post Panorm. Anton. de Butr. Imol. *de fid. instrum.* Jason *in repet. l. admonendi. n. 76. cum seq. & n. 109. 110. & 120. de jurejur.* Philipp. Portius *cons. 139. numer. 8. consil. 78. numer. 1. cons. 132. n. 12. & cons. 170. numer. 17.*

Limita: nisi is ipse contrarium probare velit, nimirum ex errore se ita scripsisse, ut *in l. quidam 15. de probat.* ubi Cujac. *in Modestin.* hanc limitationem summopere notandam esse ait.

XIII.

Scriptura confessata & recognita æquiparatur publico instrumento. *l. ne in arbitris 4. Cod. de arbit. l. cum ab initio 4.* ubi Dd. *ff. quem testam. aper. l. qui agnitis 11. de except.* Zas. *consil. 6. cum nobilis. num. 8. vol. 1.* Wesenb. *1. cons. 27. n. 9.* eamque auctoritatem habet quam publicum instrumentum, Jason *cons. 6. num. 8. vol. 1.* Mart. *decis. 991.*

XIV.

Scriptura est stricti juris, Socin. *cons. 33. num. 4. vol. 1.* quæ aliis in ea non nominatis nec nocet nec prodest, Bart. *in l. admonendi. num. 32. de jurejur.* Bald. *ad l. probationem 21. num. 1. & 2. C. de probat. l. lecta in 2. oppos. si cert. petat. & in l. interest. num. 2. C. de solut.* Wesenb. *1. cons. 36. n. 5.* unde & actum permanentem habere dicitur, Bald. *in l. unic. num. 5. C. de confess.* Wesenb. *1. cons. 38. num. 55.* & intelligitur semper salvo jure tertii, Castrens. *cons. 72. in causa, numer. 2. vol. 2.* Dec. *cons. 468. superiore num. 26.* Henning. Gœden. *cons. 13. n. 29.* Zas. *cons. 17. num. 75. libr. 1.*

XV.

Scriptura non est trahenda ad eum sensum, quem sibi quisque præsumit, *c. vivo. 4. c. relatum 14. distinct. 37.*

XVI.

Scriptura ut concordetur, distinguenda sunt tempora. *c. si peccaverat 2. q. 1.*

XVII.

Non scriptura, sed numeratio dotis rem facit dotalem, *l. 1. C. de dot. caut. l. si ex cautione 3. C. de non numer. pecun. ubi gl. in verb. probare. l. cum citra. 15. C. de jur. dot.* Vult. *2. cons. Marp. 29. n. 24.*

XVIII.

Scriptura subscribentis probat mandatum, *l. 1. §. 4. quod jussi. l. etiam 3. quod cum eo.* ubi Gothofred. *in verb. subscribente.*

XIX.

Nemo ita simplex, imò magis stultus invenitur, ut in publico inventario scribi contra se aliquid patiatur, *l. ult. vers. sin autem. C. arbitr. tutel. l. cum indebito. 25. vers. qui enim. de probat.* Aliquando tamen minus scribitur, quam dictum vel nuncupatum sit, & tum error scribentis dispositioni non nocet. *l. Errore. 7. C. de testam.*

CAP. XV.
Secreta arcana.

Axioma I.

Secreta patrimonii non sunt vulganda, *l. 2. Cod. de aliment. pupill. præstand.* ubi Gothofred. *l. 2. C. quand. & quibus quart. pars.* conf. Colleg. Jurid. Argentor. *de Administr. & pericul. tutor. thes. 13. in fin.*

II.

Secreta non sunt revelanda. *l. mercatores. 4. C. de Commerc. & merc.* & hoc faciens removetur ab officio. *Tiber. Decian. Cons. 48. n. 23. vol. 3.* Secretarius quoque tenetur ad interesse, si revelet secretum. *Bald. in l. 41. pr. ff. ad L. Aquil.*

CAP.

CAP. XVI.
Secundarium.

Secundario quæ eveniunt, in consideratione non habentur, *l. 1. ff. de autor. tutor.* Jason. *in l. quoties. col. fin. C. de judic.* M. Anton. *in §. legatariis, n. 2. Inst. de legat.* ita non attendi secundarium *ex l. 1. §. denunciari 14. ff. de ventr. inspiciend. c. quamvis 2. de pact. in 6.* deducunt Gloss. Alex. & alii *in l. de unoquoque de re judic.* Jason. *in l. nec quicquam. §. ubi decretum. num. 1. ff. de offic. proconf.* nec dicitur verum detrimentum ejus, qui secundariò læditur. Felin. *in c. cum olim. de constit.* Balb. *de præscript. 1. part. 5. princ. num. 20.* Valasc. *de jure Emphyt. c. 17. numer. 15.*

De Secundis Nuptiis vid. *Nuptiæ Secundæ.*

CAP. XVII.
Securitas, Salva guardia, Salvus conductus.

Axioma I.

Salvus conductus sive securitas data servari debet, Fach. *9. contr. 59.* Pruckman. *§. soluta potestas. c. 4. membr. 2. effect. 5. num. 28.* etiam hosti, Guid. Papæ *q. 118. num. 24.* etiam improbo & perverso, Magal. *in tract. de salvo conduct. part. 2. reg. 2.* Ratio, quia in speciem contractus transiit, ex quo etiam princeps efficaciter obligatur, arg. *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de constitut. pecun. l. 3. C. de LL. l. 6. de justit. & jur. l. 5. C. de locat. præd. civil. lib. 11. l. fin. C. de quadr. præscr. l. 15. de publican. l. 1. §. 1. cum l. seq. de offic. proconf.* Speckhan. *cent. 1. q. 1. num. 2.* Menoch. *1. conf. 100. numer. 198. & 218. & arb. jud. quæst. 336. per tot.* Bertazol. *2. conf. 359. num. 14.* Lud. Peguer. *decis. crim. 39. n. 6.* Farin. *prax. crim. lib. 11. titul. 4. quæst. 29. per tot.* adeò ut Princeps rumpens eum incidat in crimen læsæ Majestatis, Angel. post Bart. *in l. 1. per illum text. ff. ad L. Jul. Majestat.* Castrens. *conf. 423. quia scio dubio. 5. col. pen. vol. 1.* Boër. *decis 9. in princ. num. 2. & n. 4.* cum nemo debeat decipi, qui de ejus literis confidit. Dec. *conf. 51. num. 2.* Bertazol. *2. conf. ult. decis. conf. 360. n. 11.*

II.

Securitas veniendi includit securitatem recedendi, *l. 1. C. de navicular.* & ibi Bart. Felin. *in c. intimamus, in pr. de treug. & pace.* Mynsi. *1. obs. 82.* Conf. *Perez. C. de Navicular. n. 1. Brunnem. ad d. l. 1. C. eod.*

III.

Securitas data certæ personæ non extenditur ad alios, qui sunt ex ejusdem comitatu, nisi in literis nomina eorum exprimantur, *Perez. C. de Navicular. n. 16.* Nam salvus conductus strictissimè interpretandus. Hinc concedens vehere certas merces in patriam hostilem non extenditur ad revectionem aliarum mercium ex loco hostili, *Perez. d. l. n. 17.*

IV.

Securitas publica non est violanda, qui autem eam infringit, læsæ Majestatis reus est. *l. 1. §. 1. ff. ad l. Jul. Majest.* Ex causa tamen judex eam potest temperare *l. 13. de pœn. Perez. C. de Navicular. n. 18.*

V.

Is, qui à rectâ viâ deflectit, securitatis & conductûs privilegiis indignum se reddit. *Brunnem. ad l. 5. C. de Navicul.*

CAP. XVIII.
Senatus. Senatus Consultum.

Axioma I.

Senatus personam principis repræsentat, Afflict. *decis. 120. numer. 6.* Valasc. *de jur. Emphyt. quæst. 6. num. 17.*

II.

Quoties in mutuo à filiofamilias accepto concurrit patris consensus vel tacitus vel expressus, toties cessat senatusconsultum Macedonianum. Quia sic cessat ejus ratio, ne scilicet filius pecuniâ mutuatitiâ corruptus minus obediens existat patri, *l. 1. ff. ad Senatus C. Macedon.* ita igitur pater, qui partem mutui à filio contracti solvit, non poterit quoad reliquum opponere hoc senatusconsultum *l. 7. §. pen. ff. eod.*

Limita: ut tamen ad probandum patris consensum solum ejus sigillum chirographo impressum non sufficiat, *Zoës. ad ff. eod tit. n. 9. Carpz. P. 2. Const. 10. def. 16. n. 2.* nisi simul fuerit subscriptum.

III.

Quoties in talem causam impensum mutuum, ad quam ipse pater obligabatur, toties præsumitur adesse patris consensus. Quia tales impensas ipse pater facturus fuisset, imò facere debuisset, ergò quoad has dissentire non præsumitur, neque adeò locum hîc habebit SCtum Macedonianum. Exemplum est in mutuo ad libros emendos necessarios, ad studia &c. dato.

De Senatus Consulto Vellejano vid. cap. *Fœmina.*

CAP. XIX.
Senectus, Senex.

Axioma I.

Senectus in cunctis semper est honoranda, *l. fin. C. de tyron. l. semper 5. in pr. ff. de jur. immunit. l. 1. ff. de alb. scribend.* Natt. *tom. 1. conf. 195. n. 4.* Unde etiam in jure Senioribus multa ut præcipua deferri videmus, ut est, quod tabulæ testamenti apud eos deponi debeant, *l. ult. de fid. instrum.* ut & alia instrumenta, Hector Felician. *de societate. c. 40. n. 53.* Mynsi. *4. obs. 37. n. 4.* Gail. *lib. 1. obs. 149. num. 9.* Meichsner. *tom. 3. decis. 34. num. 3. & seqq.* item sigillum defuncti, arg. *l. 77. §. 28. de legat. 2.* Petr. de Raven *ad lib. 2. Feud.*

Feud. tit. 12. in f. Franc. Marc. *num. 1. decis. 1138. n. 4. & 5.*

II.

Senectus altera est adolescentia & pueritia, Carpzov. *p. 3. q. 118. num. 36.* Senes enim omnibus modis in pueritiam revolvi, rursumq; ad initium reverti, autor est Aristot. *lib. or. quæst. 17. cap. 3.* quod ex quotidiana experientia videre licet, siquidem primum redit albor & raritas capillitii, quorum utrumque pueris familiare, deinde balbuties, veluti altera infantia: quin etiam senibus omne corpus ad puerilem modum decrescit, consimilis virium imbecillitas, & cibi quoque consimiles utrique ætati congruunt, imò & morum ineptiæ, lævitas animi & hoc ipsum nihil sapere in senibus infantiam quandam referre videtur, ut non sine ratione dixerit Accursius; senes habere puerilem sensum *in l. senectus. C. de donat.* Unde etiam evenit, quod senes pueris mirè delectentur, quasi similes jam ad summum amorem propensi, Tiraquel. *de pœn. temp. caus. 8. num. 3.* Eaque causa est quod propter senilem ætatem iis delinquentibus succurratur, Dec. *in l. fere in omnibus. num. 5.* ubi & Cagnol. *n. 2. ff. d. R. I.* Bald. *in l. quicunque. n. 17. vers. quarto casu. C. de serv. fugitiv.* Cæpol. *in l. si fugitivi. n. 26. C. eod. tit.* Ludov. Carrer. *in pract. in 2. tract. de homicid. §. circa quartum. num. 13.* Novell. *in tract. ad defens. part. 1. num. 45.* Anton. Gomez. *de delict. t. 1. num. 68.* Farin. *p. 3. oper. crim. quæst. 92. num. 23.* Menoch. *de arbit. jud. quæst. cas. 329.* Bertazol. *cons. crim. 70. n. 37.* Andr. Gail. *lib. 2. obs. 110. num. 34.* Unde & Ulpian. ob virium imbecillitatem senes ætate defectos à tortura liberandos esse judicat *in l. 3. §. ignoscitur 7. ff. ad SC. Syllan.* quales sunt ii solum, qui corporis imbecillitate laborant, ut sine vitæ periculo præsenti tormentis interrogari neqveant, ac proinde ad senes illos robustos, graves ac perspicaces non extendendum esse, dicunt Franc. Cason. *in tract. de torment. cap. 10. num. 12.* Hyppolit. de Marsil. *ad l. edictum 8. num. 15. ff. de quæst.* Johan. Zanger. *in tract. de quæst. cap. 1. num. 39.* Qua de causa etiam senes deliros à donationibus faciendis arcendos esse, tum quod juxta Varronis illud bis pueri effecti sint, tum etiam quia jam intellectu careant, & tàm corpore quàm animo consenuerint, atque ita tales decrepiti infantibus assimilentur, ut notant Dd. *ad l. 12. ff. de term. mot.* quæ deliria cum in senibus quavis etiam in ætate constitutis non præsumantur, ideoque probanda esse, refert Pacian. *1. consil. 134. numer. 54.* Hinc potius perseverantiam sanæ mentis præsumi etiam in senissimo perhibet Bald. *in l. servum, in fin. C. qui testam. fac. poss.* cum plus valeat umbra senis experti, quam ensis vel eloquentia juvenis, idem *in c. 1. de renunc.* cui adstipulatur & Angel. *in d. l. servum.* ubi hoc quoad mores & rectitudinem vivendi & sanitatem consilii intelligit, cum usus instructiorem, senectus doctiorem & cursus temporis sapientiorem qvem efficere dicatur, propter quam rationem ibid. subjunxit Castrensis *n. 2.* quod quantumcunque quis senex etiam centum annorum, nunquam tamen delirare, sed prudens esse præsumatur, quamvis contrarium erronei juvenes credant. Licet enim dicatur, quod in delictis parcatur senibus quoad pœnæ remissionem, *d. l. 2. de termin. moto.* gloss. *in l. auxilium §. in delictis. verb. miseratio. ff. de minor.* & per consequens restitui, illud non fit ex beneficio restitutionis in integrum competente illis propter animi imprudentiam, scil. quando non fumus in delictis, sed procedit ex miseratione proveniente propter corporis imbecillitatem, quæ non est ad graviorem pœnam, Alber. *in d. §. in delictis, num. 1.*

III.

Senectus per se est morbus, Vult. *1. cons. 29. num. 61.* prout M. Tullius Cicero *in orat. de Q. Mutio* loquens dicit, & ille senectutis morbus non equidem incidens & transiens. Unde & à JCtis Senes inter valetudinarios connumerantur, adeò ut statutum loquens de infirmis locum etiam habere in senibus, dicat Panorm. *in c. magnæ, col. 1. de vot. per cap. 1. §. sin autem Episcopus de Cleric. ægrot. ant. in 6.* ubi cum dispositum est in Episcopo ægrotante, ut possit coadjutorem impetrare, idem statutum est in Episcopo senio ægrotante. adde Paris. *cons. 29. n. 68. vol. 2.* Deficiente enim calore & corpore deficit intellectus, & sine intellectu corpus non agit, juxta Arist. allegatum à Bald. *in l. fin. in pr. C. de bon. quæ liber.* Unde etiam senes in periculo mortis esse dicuntur, Imol. *in c. fin. ut lit. non contest.* Abb. *in c. magnæ devot.* Lud. Gomez. *ad §. item si quis. Inst. de act. n. 25.*

IV.

Senior ejusdem Collegii potior est voce, loco & dignitate junioribus Collegiis, *Perez. C. de Decurion. n. 31.* Consilium enim senum optimum. Hinc adolescentes solent se illorum præceptis confirmare & dignos reddere functionibus. *Perez. C. qui ætat. n. 4.*

CAP. XX.

Sententia.

Axioma I.

Sententia non ex litigatorum consensu, sed judicis rerumque judicatarum auctoritate vires accipit, *l. servo invito 65. §. cum Prætor 2. ff. ad SC. Trebellian.* Carpzov. *part. 1. constit. 20. defin. 20. num. 1.*

II.

Sententiæ vota ferentium magis ponderandæ, quam numerandæ, arg. *l. 1. §. sed neque ex multitudine 6. C. de V. I. E.* Carpz. *p. 1. const. 27. defin. 12. n. 1.*

III.

Sententia definitiva non potest ferri sine instantia; *l. prolatam 4. C. de sentent. & interloc.* Jason. *in l. properandum. numer. 12. C. de judic.* Castr. *in l. Imperium. num. 3. ff. de jurisd.* ibique Dec. *num. 24. vers. secundus casus.* extra enim instantiam lata est nulla, Bart. *in d. l. properandum. n. 6. in fin.* & Alex. *num. 22. vers. circa prædicta col. 1.* & ibi Jason. *num. 28. vers. in quinta parte, col. penult. C. de judic.* Bald. *cons. 298. præmittendum*

dum est col. fin. vol. 3. latè Alberic. *in l. scire oportet, §. consequens. numer. 2. ff. de excusat. tutor.* Pacian. *1. consil. 62. num. 1.*

IV.

Sententia debet esse individua, ita ut non possit pro parte valere, pro parte non. *l. in hoc judicio 27. ff. famil. herciscr.* & ibi Bart. & Dd. idem *in l. 1. C. si adversus rem judic. not. 2.* latè Felin. *in c. cum inter num. 6. de sentent. & re judic.*

Declara I. hoc procedere in individuis, *l. si cum uno 4. si ex noxal. caus. agatur. l. 1. C. si in comman. eademq; caus. Vant. de Nullitat. ex defectu processus. n. 100.*

Declara II. verum esse respectu formæ, respectu verò materiæ tùm, quando scilicet unum ejus est capitulum in libello, & una persona declaravit. Costal. *ad l. 44 ff. de judic. per d. l. in hoc judicio famil. herciscr. l. qualem. 19. §. 1. de arbitr.* secus si capitula sunt separata, talem enim sententiam separabilia & diversa continentem capitula partim confirmare, partim reformare posse, etiamsi hoc à parte nec allegatum nec petitum sit, colligi potest *ex l. etiamsi patre 29. §. 1. ff. de minorib. l. quædam mulier 41. ff. famil. herciscr. l. fin. ff. de jure patronat.* ubi & Bart. *cap. Raynutius 16. cap. Raynaldus 18. de testament.* add & Bald. *in l. unica. Cod. ne liceat in una eademque caus. ter provocar. num. 9.* Bart. *in l. 1. §. libelli 14. ff. de appellationib.* quia tot intelliguntur sententiæ, quot capita & diversæ species, textus & gloss. *in d. l. etiamsi patre. §. 1. de minorib.* Ferrarius *in form. sentent. in causa appellationis. verb. in causis. n. quarto.* Roman. *consil. 281.* Castr. *consil. 329. num. 6. volum. 1.* quos ad hoc allegat & sequitur Hieronym Magon. *decis. Florent. 36. num. 2.* add. Gail. *lib. 1. observ. 110. n. 2.* Bursat. *consil. 176. num. 39. & 41.* Vult *3 consil. Marpurg. 29. num. 40.* Carpz. *part. 1. constitut. 19. defin. 9. num. 7.* Ita dicimus etiam esse tot sententias, quot sint nomina creditorum & debita in sententia expressa *l. etiam. 29. §. 1. ubi gloss. de minor.* quo casu per leuteration em unius altera non suspenditur. *l. in hoc. 27. ubi gloss. fam. herciscr.* Carpzov. *part. 1. constit. 28. defin. 5. n. 3. & 4.*

V.

Sententia conformis debet esse libello. *l. in fundo 38. ff. de rei vindic. l. si præses 32. de pœn. cap. licet 31. de simon.* Colleg. Argent. *de re judic. thes. 50.* Carpzovius *part. 1. constitut. 26. definit. 8. num. 1.* Natt. *consil. 120. numero 2. volum. 1.* pro insanabili enim vitio habetur, si sententia non sit conformis libello *d. c. licet. 31. de Simonia*, quia ultra quod in judicium deductum est, excedere potestas judicis non potest. *l. ut fundus. 18. commun. divid.* nec debet Judex officium impertiri nisi imploratus. *l. 4. §. hoc autem de damn. infect. post* Bald. & alios à se laudatos Wesenbec. *in parat. de re judic. n. 7. in fin.* nec aliter valere eò quod judex extra interrogata non respondeat, arg. *l. de ætate 11. §. quod autem Prætor. 5. ff. de interrog. act. cap. inter dilectos 6. ubi gloss. de fid. Instrument.* imò judex fatuus dicitur, qui in alio condemnat, quàm quod fuit petitum, *l. fin. C. d fideicommiss. libert.* quoniam juxta formam petitionis partium sententia declarari debet, *cap. licet Heli 31. de simonia. cap. qualiter 24. circa fin. de accusationib.* Bald. *in l. 1. colum. 2. vers. decimo oppono. C. si plures una sentent.* qua de causa si lata fuerit super eo, quod in libello non fuit petitum, & super quo nec lis contestata, eadem redditur ipso jure nulla, Bald. *in l. ultima. C. de fideicommiss. libert.* Alex. *consil. 171. num. 10. lib. 6.* Boër. *quæst. 38 num. 8.* Menoch. *consil. 345. n. 32. vol. 12.* unde non sufficit sententiam libello esse conformem, verum necesse etiam est illam actis probatoriis respondere, cum hæc tria, libellus, probatio & sententia, ad hanc conformitatem desiderentur; quapropter ubi probatio libello vel sententiæ non convenit, oportet ut ibi sequatur absolutio. Baldus *in l. 1. in fine. Cod. si plures una sentent. fuer. condemn. & cap. 1. §. conventicula. num. 8. in fin. de pac. jurament. firmand.* (alias inscribitur, *de pace tenenda inter subditos. 2. Feud. 53.*) ubi ait, non majoris esse efficaciæ sententiam, quàm ipsas probationes, à quibus dependent. Siquidem quod ex ipsis probationibus sententia sumat effectum, monstrat *l. sed si possessori 11. §. fin. ibidemque gloss. in verb. probatio, cum l. seq. de jurejurand.* ob quam causam etiam sententiam esse secundum probationes, refert Jason. *in l. sub prætextu n. 6. Cod. de transactionib.* cum judex præsumatur secundum eas sibi factas judicasse, ideoque per acta probatoria declaratur sententia *l. 74. ff. de judic. l. 3. C. de sentent. quæ sin. cert. quantit.* vid. latè Socin. *in fallent. regul. reg. 42.* ubi multis modis limitat. Umm. *disp. ad process. judic. 19. thes. 10. num. 47.* ubi in solo Papa & Imperatore receptum esse, quod sententiam a libello differentem ferre queant, ex Zas. *in l. 42. num. 8. de re judic.* concludit. Quapropter licet verba sententiæ per se intelligi debeant, & secundum quod ipsa per se velint, non autem ad libellum, *l. si judex 10. ff. de his qui sui vel alien.* Bart. *in l. Julianus. n. 5. ff. de condict. indeb.* Gail. *1. obs. 116. n. 1.* Cravett. *cons. 197. num. 1.* id eatenus intelligendum erit, quatenus petitioni libelli verba sententiæ eorumque significatio refragaretur. Quod si enim ad petitionem verba sententiæ applicari & referri possint, in re dubia per istam petitionem sententia ita declarari censetur, ut libello sit conformis, Cravett. *cons. 936. num. 17.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 14. num. 19.* junge Carpzov. *lib. 3. respons. 97. ubi n. 23.* statuit sententiam conformem esse debere libello, saltem quoad causam ipsam & res in libello petitas, non quoad conclusionem. Hartm. Pistoris *observat. 102. n. 8.*

VI.

Sententia mercede lata est nulla, nec est necesse appellare, *cap. non sanè 15. 14. quæst 5. l. 2. ff. de condict. ob turp. caus. l. venales 7. Cod. quand. non est necess. provoc. cap. ei qui appellat. 41. §. venales 2. quæst. 6.* etiamsi justo pretio lata, quia sententia justitiæ non est ferenda pro præmio, *cap. qui rectè 11. quæst. 3.* Siquidem eo ipso, quod recipitur, merces injusta dicitur, *cap. non licet 71 11. quæst. 3.* dum dicit justum judicium, & *in cap. qui rectè 60. ead. caus. & quæst. cap nonnè 15. 14 quæst. 5. cap. cum ab omni 10. ad fin. de vit. & honest. Cleric.* Paulus *in d. l. venales.* imo nec

spem judex habere debet aliquid recipiendi, nisi vellet peccare mortaliter, si contrarium faceret, Gloss. *in d. cap. qui recte. cap. si fœneraveris 1. 14. quæst. 3. & cap. fin. & in cap. consulere 38. de simon.* cùm nec consuetudo talis valeret, utpote peccati nutritiva, *cap. ex parte 10. de consuetud. d. cap. cum omni 10. junct. gloss. de vit. & honest. Cleric.* Vasq. *lib. 2. contr. jur. cap. 37.* ubi ampliat etiam in eo, quod procedat non modò in judicibus, sed etiam in arbitris, *per l. fin. C. de judic. c. secundo requiris 41. c. cum speciali 61. de appell.*

VII.

Sententiæ verba non extenduntur ad intellectum, quem possent habere ex lata significatione, Abbas *in cap. dilectus. num. 2. de offic. ordin.* Jason. *in l. centesimus. §. fin. de V. O.* quia certum, quod sententia sit stricti juris, *l. 1. C. si plures una sent. l. terminatio 3.* ubi Dd. *C. de fructib. & lit. expens.* Anton. Faber *in C. lib. 8. tit. Etiam ob chirographum deb. pign. retiner. posse. defin. 1. n. 6.* Carpzov. *p. 1. constit. 26. defin. 15. numer. 6.* Unde fit, ut verborum sonus citra extensionem omnem sententiam interpretetur, Bald. *in l. 1. numer. 5. C. quibus provoc. non est necess.* neque ob petitionem aut libellum verba sententiæ excedere concessum sit, Socinus *cons. 134. col. 2. in fin. vers. præterea dato. lib. 1.* adeò ut nec à jure interpretationem ostensivam verba sententiæ admittere queant, Socin. *cons. 18. n. 7. lib. 3.* prout nec in sententia fictio translativa de re ad rem, vel de persona ad personam locum habet, quando aliter valere potest, Angel. *cons. 235. Albertus. colum. 2. circa finem.* Quando tamen sententia aliquid necessario supponit, tunc idem illud judicatur esse expressum & ad illud se extendit. Decis. Pedemont. *64. n. 2. & seqq. vers. continuum.* Alexand. *1. consil. 123. incipit discussis. n. 8. vers. unde non sequitur.*

Limita (1.) Potest Judex in executione sententiæ addere & supplere ea, quæ sunt de naturâ actionis, quamvis in sententiâ sint omissa. *Scaccia de sentent. & re Judic. gloss. 14. q. 17. n. 43. pag. 521.*

Limita (2.) quòd sententia extendatur ad necessarium antecedens. *Valeron. de Transact. tit. 5. q. 3.*

VIII.

Sententia ex abrupto & in continenti lata est nulla. *l. ex stipulatione 7.* ubi Bart. *C. de sentent. & interlocut. l. 2.* ibi: *non subdit. Cod. de sentent. ex breviloq. recit.* Gloss. *in l. sed etsi. in verb. unius.* ibi: *alius quoq; ff. ex quib. caus. Majores.* Petr. Royz. *decis. Lituan. 2. num. 28.* Mando. *in pract. commiss form. 9. in verb. instat. col. 2.* siquidem ea non est præcipitanter ferenda *cap. pen. 2. quæst. 1. Clem. pastoralis 2. §. quod si. de sent. & re judic.* brevitas enim temporis non solum actum reddit nullum, ex traditis per Rolandum *cons. 76. num. 23. vol. 1.* & Menoch. *de arb. judic. quæst. 42.* Ubi axioma hoc ampliat, limitat & exemplificat, verum etiam ex brevitate temporis & fraus & dolus præsumitur, Tiraquell. *de retract. §. 1. gloss. 7. num. 77.* Cephal. *cons. 89. numer. 1.* Farinac. *1. decis. 14. in addit. lit. a.* quâ ratione sententiam etiam à Papa, vel Imperatore ex nimia brevitate temporis latam ut nullam rescindi, quia sine causæ cognitione lata præsumatur, consulti responderunt, Ancharan. *cons. 255.* Fulgos. *cons. 165. num. 1. vers. tertio quia.* Alex. *cons. 32. col. 2. vers. circa finem. vol. 1. & cons. 218. in fin. vol. 2.* Vult. *2. cons. Marpurg. cons. 30. num. 110. & 204.*

IX.

Sententia contra mortuum lata est ipso jure nulla, *l. in sententiis 59. §. ult. ff. de re judic.* ibidemq; Bart. Mynsi. *1. obs. 85.* ubi ex Paulo *per l. de qua re 74. §. cum absentem 2. ff. de judic.* ampliat ita, ut nec contra defensorem, nec contra heredem defuncti quid operetur: rationem annectit Ulpian. *in d. l. 59.* quia morte rei peremptorium solvitur, ideoque ut in re integra de causa actio præstabitur.

Intellige scilicet, quando judici ut judici, hoc est, ex allegatione judiciali de morte partis constaret: quando enim post publicam sententiam demum mors partis in judicio allegatur, sententia per interlocutoriam in heredes transferri debet, Gail. *1. obs. 109.* Guid. Pap. *decis. 86. n. 2.*

X.

Sententia sine processu si non est lata contra præsentem & non appellantem, præsumitur nulla, Gloss. & Dd. *in c. per venerabilem. qui fil. sint legit.* Ægid. *decis. 89.* Cassiodor. *de præs. decis. 1.* Omninò enim necessum est, ut inter præsentes sententia feratur, *l. 47. in princ. de re judic. & ibi* Dd. Umm. *ad proces. judic. disp. 19. th. 9. n. 37.*

Limita, non procedere regulam in sententia lata tam contra absentem, verum contumacem, Anton. Butr. *in cap. quoniam. de probat. col. 15.* Alex. *cons. 22. numer. 5.* Gabr. *de sentent. concl. 4. n. 20.* quam contra contumacem fictum, si non appellavit intra decendium à die notitiæ. Imol. Butr. *d. cap. quoniam.* Farin. *1. decis. 13. numer. 8.*

XI.

Sententias duas qui recensét, posteriorem amplecti videtur. *l. qui filium 74. §. Fabius 1.* ubi gloss. *ad SC. Trebell.* Carpzovius *p. 3. constit. 28. defin. 6. num. 3.*

XII.

Sententia ex modo agendi formari debet, *cap. cum dilectus 2. extr. de ordin. cognit. cap. qualiter 24. extr. de accusat. cap. licet. 31. extr. de simon.* cùm ea ex actis & processu declaretur, *l. ait Prætor 5. §. si judex 1. ff. de re judic.* Corn. *cons. 53. numer. 3. in fin. vol. 1. per l. si quis ad exhibendum 18. cum gloss. ff. de Except. rei judic. l. Julianus verum 60. de condict. indeb.* Siquidem ea habet relationem ad processum, *cap. cum ad sedem 15 de restit. spoliat.* & ex qualitate processus sententia judicatur, Fachin. *12. contr. 55.* sicut responsio ex interrogatione, *l. qui sine 9. §. qui interrogatus 5. ff. de interrog. act.* & rescripta ex supplicationibus *l. 1. C. de divers. rescript.* Unde licet actor vel ejus vice procurator possit interpretari suam intentionem, dum ambiguè locutus fuisset, non tamen sententiam judicis interpretari potest, cò quod judex

judex interpretationem divinare non poterat. *cap. ut noſtrum 1. extr. ut beneficia Eccleſiaſt. ſine diminutione. l. ſi putator 31. cum ibi notat. ad Leg. Aquil.* Et ideò ſuadet ratio, quod non intelligatur ſententia relata ad petitionem, prout petitio poſtea interpretatur ab actore, quia licet ita intellexerit, non tamen ſequitur, quod in ſententia judex ita intellexerit, prout in ſimili hujusmodi verbis utitur Bart. *in l. ſi quis intentione. ff. de judic. & ibi* Bald, ubi ait, quod *d. l. ſi quis*, non procedat quoad condemnationem rei, quia quoad eum fieri debet condemnatio, ut minor fiat condemnatio, & Angel. *ibid. circ. fin.* dicit, quod in fine litis, ubi tractatur de ſententia ferenda, actor in perniciem rei interpretari non poſſit. Ergo multo minus poſt ſententiam latam, Cotn. *conſ. 190. num. 7. vol. 4.* Cùm verba ſententiæ non plus probent, quam ex iis de neceſſitate poteſt inferri, *l. ſi quis à liberis 5. §. ſi vel parens 8. ff. de liber. agnoſc. l. 1. C. de ordin. judic. l. 2. C. de ordin. cognit. l. pen. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* Decius *conſ. 323. n. 1.* Rolandus à Valle *conſ. 79. numer. 10. vol. 3.* Alex. *conſ. 108. n. 2. vol. 5.*

XIII.

Sententias duas quoties idem ſermo exprimit, ea potiſſimum accipiatur quæ rei gerendæ eſt aptior, *l. 67. de R. I.* Siquidem verba ſententiæ impropriantur, ut ſalvetur mens judicantis, Gl. notab. *in l. & puto 16. verb. communicari. ff. fam. herciſc.* Bald. *in l. 19. C. de fideicom. & in c. ſuper. num. 21. de ſent. & re judic.* Quin imò ſententiæ verba intelligenda, ita ut ſententia adaptetur negotio, & negotium ſententiæ, cum omnis impropriétas intellectui natura contractus, vel judicii vel conſenſus partium toleretur, Bald. *in l. fin. numer. 3. C. de hered. inſtitut.*

XIV.

Sententia, quæ tranſivit in rem judicatam, inſtrumentis noviter repertis non retractatur, *l. ſub ſpecie 4. C. de re judic. l. 35. ff. eod.*

Intellige regulariter; res enim judicatæ non retractantur, quæ ordinaria cognitione ac probatione definitæ ſunt, *d. l. ſub ſpecie.*

Limita, non obtinere (1.) in ſententia, quæ ex probationibus privilegiatis, loquuntur, lata eſt, *l. fin. C. ad l. Jul. de adult.* aut (2.) quæ ex inopia probationis ex religione & fide ipſius partis fuit deciſa, Weſenb. *in parat. ff. de jurejur. numer. 11.* aut (3.) quoties ex doloſis & falſis inſtrumentis lata eſt, *l. Divus 33. ff. de re judic. l. ſi prætor 75. verſ. & Marcellus. ff. de judic. l. admonendi 31. ff. de jurejur. l. ſi ex falſis 42. C. de tranſact.* quod procedit etiam, ſi ex falſis teſtibus judicatum eſſe dicatur, *cap. licet cauſam 9. de probat. text. in rubr. C. ſi ex falſ. inſtrum. vel teſtib.* Gloſſ. *in l. ſi Prætor. §. Marcellus. ff. de judic.* aut (4.) quando religio judicantis ſit circumventa, eò quod teſtes vel pecunia vel alio modo corrupti fuerint, & falſum dixerint, Vasq. *lib. 2. contr. jur. c. 36. num. 2.* qua de cauſa ſententiam ex falſa cauſa conſiſtentem in facto notorio eſſe ipſo jure nullam, *ex c. inter cæteras 9. de re jud.* deducunt Schurf. *conſ. 93. n. 2. cent. 1.* Regner. Sixtin. *2. conſ. Marp. 8. num. 60.* ſicut & eam, in qua expreſſa ſunt, quæ relata ad acta, falſa dicuntur, *per l. 1. §. 1. ff. de ſent. quæ ſine appellat.* probant Abbas & Dd. *in cap. ſicut. de re judic.* Marant, *de ordin. judic. in 2. partis 6. parte, n. 18.* Vant. *de nullit. ſent. ex defect. proceſſ. n. 128.* Regner. Sixtin. *d. conſ. 8. num. 59.* (5.) in cauſis fiſci, civitatum, Eccleſiæ & privilegiatarum perſonarum, *Perez. C. de ſentent. adverſ. Fiſc. n. 2. 3. 4. Brunnem. C. eod. tit.* (6.) in ſententiâ criminali, *Perez. eod. tit. n. 7. 8.*

XV.

Sententia, quæ numero vincit, eadem rationis pondere ſuperior exiſtimatur, *c. 1. extr. de his quæ fiunt à major. l. quod major 19. ad municip. l. aliud eſt 160. §. 1. de R. I. l. nominationem 46. C. de decur.* Carpzov. *p. 1. conſtit. 27. defin. 12. numer. 2.* ſiquidem ſententia majoris & ſanioris partis dicitur prævalere, *cap. cum inter 2. extr. de renunciat.* Inde etiam in caſu, quo diverſis collegiis ſententiæ ferendæ, ſententia ab uno tantum prolata, ipſo jure pro nulla reputatur, Fulv. Pacian. *lib. 2 de probat. c. 43. n. 66. verſ. interdum. & num. 67.* Farin. *deciſ. 451. n. 11. 12.*

XVI.

Sententia, quæ ad executionem nunquam eſt producta, perinde habetur ac ſi lata non eſſet, Cravetta *conſ. 10. num. 5. conſ. 425. num 9. conſ. 922. n. 14.* Decianus *reſponſ. 23. num. 56. vol. 2.* Eſt enim ſententia lata inſtar Legis vel ſtatuti, quæ lex vel ſtatutum ſi non obſervetur, perinde eſt ac ſi factum non eſſet, Alexand. *conſ. 132. numer. 1. lib. 1.* Cravetta *conſ. 10. num. 5.* Decianus *d. reſponſ. 23. num. 56. volum. 1.* Gœdd. *2. conſ. Marp. 28. n. 89.* Siquidem juſtitia exigit, ſententias effectui tradi & contumaces puniri, Abbas *in cap. 1. num 3. & 5. de dol. & contumac. cap. ult. §. in aliis. extr. ut lit. non conteſtat. l. debitoribus 31. & l. poſt rem 56. de re judic.* Unde etiam nec interpoſita cautio poſt rem judicatam alicujus eſt effectus, ſed facto & ſolutione opus eſt, ne ſcilicet victus litem iterum refricet, & inſtauret, Baldus *in Authent. & qui & in l. cum apud 10. Cod. de bon. autor. judic.* Cravetta *conſ. 204. numer. 7.*

XVII.

Sententia nulla in rem judicatam tranſire non poteſt, *l. 1. C. quando provocare non eſt neceſſ. l. 4 §. condemnatum 6. ff. de re judic.* Bartolus *in l. 1. ſentent. reſcind. non poſſ.* Innocentius & Doctores *in cap. fraternitat. de frigid. & malefic.* Vult. *2. Conſ. Marpurgenſ. conſ. 30. num. 108.* nec meretur executionem, cum judicatum dici non poſſit ab eo, qui jus dicendi poteſtatem non habet, *l. 1. §. fin. ff. ad SCtum Tertullian. & l. 1. §. hæc autem. Quod quisque jur. ſtatuer.* Sententia enim per nullitatem ſtrangulatur, ita ut ex ſententia nulla res allegari neqveat, unde ubi non eſt res judicata, ibi nec executio aliqva peti poterit, *l. 1. ff. de Except. rei judicat.* Lanfranc. de Orian. *in c. quoniam. n. 23. ff. de probat.* imò etiamſi actualiter facta eſſet executio, tamen ſi de nullitate conſtet, retractari debet, per text. & Bart. *in c. ſi cum nulla 58. de re judic.*

XVIII.

Pro ſententia ſemper præſumitur, Innocent. *in cap. bonæ. num. 7. de Elect.* ſiquidem ea ſemper juſta & legitima præſumitur, donec probetur

contrarium, *cap. non inter 13. extr. de re judic. cap. in præsentia 6. extr. de renunc.* tam quoad processum, quàm quoad justitiam, nec propterea debet esse judex facilis audiendo partem contra illam, Imola *in c. tenor. col. 2. vers. avertendum. & in c. lator. col. 5. n. 5.* & Felin. *ibi num. 6. col. 4. vers. quanta declaratio. de re judic.* Brunell. *in tract. de sponsalib. & matrim. conclus. 35. num. 15. limit. 11.*

Intellige scilicet quæ in rem judicatam transivit, *l. Herennius 63. §. 1. ff. de Evict. l. 2. Cod. de offic. civil. judic. cap. Pisanis 19. de restitut. spoliat. cap. sicut 16. in fin. de re judic.* Alciatus *reg. 3. præsumpt. 9.* Duen. *reg. 189. num. 112.* Socinus *reg. 362.* præsupponit enim omnia ritè ac solenniter in judicio esse acta & celebrata, Alexand. *in l. sciendum ff. de V. O.* Imol. *in c. cum dilectus. num. 20. de consuetud.* Felin. *in cap. sicut. de re judic. per ill. text. num. 28. text. in cap. in præsentia 6. de renunc. l. 1. C. de præd. & aliis reb. min. & in l. pacta novissima 12. Cod. de pact. l. bonæ memoriæ 33. §. porro de Elect.* Vult. *2. consil. Marp. 18. numer. 106.*

XIX.

Sententia errore lata, eo detecto est nulla, Gloss. *in cap. fraternitatis. de frigid. & malefic.* Mynsi. *6. observ. 35.* Gail. *2. observ. 111. numer. 16.* sententia enim si in ea intolerabilis error sit expressus, non valet, *c. cum contingat 36. de offic. delegat.*

Intellige scilicet de errore juris & facti eo, de quo manifesto & patenter oculo corporali habita relatione ad textum Legis & factum ipsum constat. *l. si expressim 19. ff. de appellat. l. 2. C. quando provocare non est necess. c. 1. de sent. l. 1. Cod. de re judic. cap. solet 2. de sentent. excomm. in 6.* Innoc. *in c. 2. de dilat.* Panorm. *in c. inter monasterium de re judic.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 67. num. 50.*

Limitationis loco notetur distinctio Bart. *numer. 2.* & Cyn. *num. fin. in l. res judicata. 2. C. de re judic.* ubi distingvunt ita, utrum sententia contineat plura capitula, an unum, ita ut hoc casu sententia quidem in totum nulla sit, altero verò valeat in capitulo, nimirum illo, quo erratum non est, non autem in eo, quo erratum sit, *l. Camelia 24. ff. de jure patronat. l. quædam mulier 41. ff. famil. herciscund.* juxta vulgatum illud, sententiam pro parte valere, & pro parte non posse, *l. certa 5. C. quand. provoc. non est necesse.* adde & Gloss. *in d. l. res judicata*, qua ratione etiam nec sententiam in causa matrimonii errore detecto transire in rem judicatam, text. est *in cap. lator. 7. de re judic.* Quod verum intellige, si nimirum contra matrimonium lata sit, *cap. tenor. 10. d. tit.* secus si pro eo nullo subsistente impedimento feratur, hoc enim casu in rem judicatam transibit, si ab eo debito tempore non sit appellatum, qvanquam si obstaret aliqvod impedimentum canonicum, pura qvia in gradu prohibito contractum, ea nec tum quidem subsistere queat, vide latissimè Gail. *1. observ. 110.*

XX.

Sententia jus facit inter partes, *l. ingenuum 25. de statu hominum, cap. cum inter 13. cap. in causis 19. de re judic.* Doctores *in cap. quoniam contra. de probat.*

Amplia: sententia jus facit inter partes non tantùm pro præsenti præstatione, sed etiam in futurum. Hinc, si colonus condemnatus sit pro præsenti anno domino censum solvere, etiam pro futuris annis parata est contra colonum rei judicatæ executio, implorato solùm Judicis officio. *Perez. C. in quibus Caus. Colon. Censit. n. 2. Cencius Tr. de Censibus q. 96. n. 20. seq.*

Declara verum esse, si nimirum (1.) sententia cum justa contradictione lata sit, *l. cum non justo 3. de colluf. de teg.* Costal. *ad d. l. 25. d. tit.* & (2.) adversarius tempore sententiæ præsens fuerit, Bartolus *ad d. l. 25.* cum aliàs si abesset, aliis non noceat, *l. si ideo 35. §. 1. ff. de Evictionib. l. qui repudiantis 17. §. ult. ff. de inoffic. testam.* quia sententia inter auditos & consentientes jus facit, *l. si fundus 16. §. si plures. ff. de pignor. l. 3. §. penult. ff. de jurejur.* Antonius Faber *in Cod. lib. 2. tit. 9. num. 8.* Carpzovius *part. 2. const. 26. definit. 12. num. 8.*

Limita I. non procedere, si ex falsis probationibus sententia contra absentem lata sit, *l. si prætor. 75. vers. Marcellus. ff. de judic.*

Limita II. Si lata contra minorem 25. annis, *d. l. & 2. Codic. si ex falsi. caus.*

Limita III. si contra fiscum feratur, *l. 2. C. de sent. ad fisc. lat.*

Limita IV. quando ex actis falsò fabricatis ad instantiam partis sit lata, *l. si quis obrepserit 29. ff. de falsi. c. olim 25 de rescr.*

Limita V. in quovis decreto, quod sententia dici posset, vide *not. 2. quæst. 1. in summ. & ibi gloss.* vide & Socinum *reg. 450.* Ulmm. *in disput. ad proces. 19. thes. 11. n. 52.*

XXI.

Sententia in judicio lata notorium inducit, *l. 10. §. emptorem 12 ff. de act. empt.* Bart. *in l. JCtus. C. de his qui not. infam.* Bald. *in l. ea quidem. col. 3. C. de accusat.* Cephal. *cons. 57. num. 34. vol. 1.* Menoch. *recuper. possess. rem. 1. numer. 233.* Vult. *3. cons. Marp. 22. numer. 125. cap. vestra 7. c. fin. de cohabit. Cleric. & mulier.* Wesenb. *1. cons. 6. num. 63.*

XXII.

Sententia causæ cognitionem desiderat. *l. 2. l. 4. l. 7. C. de sentent. & interloc.* Absque enim causæ cognitione prolata sententia est nulla, *cap. nullum 10. cap. judicantem 30. quæst. 5. Clem. pastoralis 2. de sentent. & re jud. l. ult. §. fin. ff. quod met. caus.* Wesenb. *in parat. ff. de re jud. n. 7.* Carpzov. *p. 2. const. 26. defin. 12. n. 4. & defin. 8. n. 3.* Bart. *in d. l. 4. n. 8.* Vant. *de nullit. sent. ex defect. process. num. 31.* quam & in dubio præsumi interveniisse, nisi ex brevitate temporis aliud appareat, post Bart. *in d. l. 4. num. 9.* refert Ulmm. *ad proces. judic. disp. 17. num. 36.*

XXIII.

Sententia ubi est aperta, de verbis non curatur, *l. fin. C. quæ res pignor. oblig. l. 3. §. conditio 9. de adim. legat. l. in conditionibus 19. l. pater Severianam 101. §. conditionum verba 2. de condit. & demonstr. l. 3. C. de liber. præter. l. cum virum 16. C. de fideicomm.* Wesenb. *1. cons. 41. n. 160.*

XXIV.

XXIV.

Sententia sine expressione causæ lata, valida est, Marant. *in specul. de ordin. judic. part. 6. de sentent. num. 50.* Ratio, quia judex causam qua movetur in sententia exprimere non tenetur, *c. sicut 6.* ubi Abbas & Dd. *de re judic.* neque etiam facile inseri debere rationes sententiæ, addunt Cæsar Contard. *ad l. diffamari. c. 4. incip. limita. n. 144.* Respons. Altorph. §. *incip.* Et ist. Bodin. *de Republ. lib. 6. cap. 6. vers. sed non magis.* M. Stephani *lib. 6. de offic. judic. cap. 1. num. 54. & 58.* Wesenb. *1. consil. 29. n. 62.* vide locum de Judice *lib. 9. cap. 89. ax. 21.*

XXV.

Sententia juri debet esse consentanea, *l. 32. de re judic.* ratio, quia ea proferenda non secundum propriam voluntatem, sed secundum Leges, *cap. summopere 11. quæst. 3.* Ea enim non injustæ petitioni, sed juri & justitiæ (quæ ipsa & in libello administrari petuntur, *c. cum dilectus 2. de ordin. cogn. c. 4. de offic. delegat. c. 1. de mutuis petit.*) conformis esse debet, *c. inter cæteras 9. extr. de sentent. & re judic.* Wesenb. *1. conf. 13. numer. 23.* adeò ut si esset contra ipsum jus expressum, foret ipso jure nulla, *l. 19. ff. de appellat.* licet ab ea non appelletur, *cap. 1. & c. cum causa 8. & seq. c. cum inter 13. extr. de sentent. & re judic.* inde & agenti semper obstat, *cap. tenor 10. extr. eod.* cum sententia juri contraria non valeat, *cap. cum dilecti 3. extr. de empt. & vendit. c. eo qui §. item si sententia 2. quæst. 6.* & sententia carens effectu juris, carere debeat etiam auctoritate & nomine rei judicatæ, *Clem. Pastorales 2. §. ut igitur. de re judic.*

XXVI.

Sententia contra consuetudinem lata ipso jure est nulla, Abbas *in c. 1.* & ibi Felin. *numer. 4. extr. de sentent.* Cyn. & Bald. *in l. 2. C. quando provocar. non est necess.* Jason *in Auth. jubemus. n. 3. C. de judic.* & ab ea tanquam injusta appellare licet, Bald. *in rubr. extr. de dilat.* Jason *ad d. Auth. jubemus. num. 3.* Felin. *in d. c. 1. extr. de sentent. & re judic.* Tiraquel. *in tract. de pœnis, in præfat. n. 7.* Schrader. *de feud. p. 10. sect. 10. n. 232.*

XXVII.

Sententia nulla, consuetudine confirmari non potest, *c. ad audientiam. de rescr.* Wesenb. *1. conf. 6. num. 204.* ac ne quidem à Principe, Bart. *in l. si quis. C. de decur. lib. 10.* Wesenb. *de conf. 233.*

XXVIII.

Sententia posterior nihil novi inducit, sed retro ad priorem sententiam respicit, *l. heres palam 21. vers. sed etsi. ff. de testament.* Ruin. *conf. 225. col. fin.* Magon. *decis. Florentin. 18. num. 4.* Rolandus à Valle *consil. 15. num. 27. volum. 3.* Regner. Sixtin. *2. consil. Marp. 8. num. 55.*

XXIX.

Sententia sub conditione lata non valet. *l. 1. §. 5. ff. quand. appelland. cap. biduum 29. 2. q. 6. l. 33. pr. de excus. tut.* Vant. *de nullitat. ex defectu processus. n. 107. 111. & 112.*

Intellige verum 1. in conditione penitus remota & extrinseca, veluti si navis ex Asia venerit, Sichard. *ad l. 11. n. 4. C. de sent.* ab hac enim tanquam iniqua appellari posse, text. est *in d. l. 1. §. 5. quando appelland.* 2. si sub conditione falsa lata esset, *l. 37. in pr. de excus. tutor.* 3. si lata sub conditione impossibili, *l. ult. quæ sent. sine appellat.*

Limita I. secus esse si conditio foret intrinseca seu quæ ipsi negotio cohæret, Glossa & Bart. *in d. l. 1. §. 5. num. 2. in fin.* qualis est, condemno te si non juraveris, *l. 11.* ubi Accurs. & Sichard. *num. 3. d. tit.* item condemno Titium seu probaveris vel probatum fuerit, Bart. *d. loc. num. 3.* Cacheran. *decis. 146. n. 10.*

Limita II. in sententiâ interlocutoria, hanc enim sub conditione ferri posse, affirmant post Bart. *in l. à Divo Pio 15. §. conditione ff. de re judic.* Socin. *reg. 456.* Umm. *in disp. ad process. 19. n. 44.*

Limita III. quando ferretur sub conditione de futuro, Bart. *in d. l. à Divo Pio. §. venditione. ff. de re judic.*

Limita IV. si sub modo lata esset, *l. cum eorum 5. junct.* gl. *C. de sentent.* Bart. *in l. ait Prætor. §. si judex ff. de re judic.*

Limita V. si sub conditione resolutiva feratur, puta condemno Titium in centum, nisi ex statuto in plus vel minus condemnari debeat, vel adjudico actori bona Titii, si intra semestre spatium non probetur ipsum adhuc vivere, Jason *ad §. curare. num. 53. de action.* Zas. *in d. l. à Divo Pio. §. 2. num. 13.* Fachin. *11. contr. 16.* Bald. *in l. certa. in fin. C. quando provoc. non est necess.* Felin. *in c. cum contingat. n. 12. de offic. delegat.*

XXX.

Sententia alterius judicis, nisi sui, nullus tenetur aut damnatur, *c. nullus. 9. quæst. 2. c. ad nostram 3. extr. de consuetud. c. licet 4. extr. de offic. legat. c. etsi 4. extr. de judic. c. quod autem 4. extr. de pœnit. & remiss. c. cum olim. 12. extr. de privileg. cap. à nobis 21. extr. de sentent. excom. c. accusatores 3. quæst. 8. cap. Episcopum 9. quæst. 2. c. Clericorum 11. quæst. 1.* unde etiam sententia illius, qui jurisdictionem non habet, pro nulla habetur, *c. ex literis 29. P. & G. 40. extr. de offic. delegat.*

XXXI.

Sententia pro parte tenet, pro parte non tenet, *c. cum 10. c. dilectus 19. extr. de præbend. c. cum olim 14. extr. de privileg.* & pro parte confirmatur, & pro parte infirmatur, *cap. Raynaldus 18. extr. de testam. vid. supr. axiom. 3.*

XXXII.

Sententia continere debet vel condemnationem vel absolutionem, *c. illa 3. extr. de accusat.* aliàs non tenet, *c. ei qui §. definitiva. 2. q. 6.*

Limita: nisi nulla sit, tunc enim nec absolvit, nec condemnat aliquem, sed iterum sententiandum est, *c. ex tuarum 8. de purgat. canon.*

XXXIII.

Sententia cum fertur, debet justitia & veritas observari, *cap. primo 2. quæst. 1.* siquidem in ea nihil iniquum contineri debet, *cap. causam 14. extr. de sentent. & re judic. cap. sanè profertur 24. quæst. 2.* vel si sit contra canones lata, quia tunc nec condemnat, nec absolvit, nec in rem judica-

dicatam transit, nec necesse est ab ipsa appellare, *cap. significantibus 2. extr. de purgat. vulg.* nec ex furore, sed ratione ea ferenda, *c. illa 11. quæst. 3.* remota personarum acceptione, *cap. summopere. d. quæst. 3.* unde & sententia injusta non obest, *cap. quid obest. & seq. 11. quæst. 3.* quia viribus caret, *cap. injustum. d. quæst. 3.* ac proinde, si justa causa probetur, revocatur, *cap. querelam 2. extr. de procurat.*

XXXIV.

Sententia definitiva obtinet autoritatem rei judicatæ, *cap. biduum in fin. 2. quæst. 6.* Paul. de Castr. *cons. 355. Videtur. num. 2. vol. 1.* Innocentius *in cap. tenor. de re judicat.* siquidem sententia sine magna & evidenti causa rescindi non debet, nec pars admittenda est ad probandum contra ipsam, nisi evidentibus probationibus precedentibus, Abb. *d. c. tenor. n. 6. col. 2. vers. dicit tamen notanter. & in d. cap. lator. num. 11. col. 2. vers. Tertio quia.* Pacian. *1. consil. 136. num. 10.*

Limita (1.) nisi quando condemnatus intra decendium appellaverit, *cap. quod 15. extr. de sent. & re judic.* tunc enim differtur per decendium, quoties appellatio admittitur. *cap. anteriorum 2. quæst. 6.* vel (2.) quando ab uno tantum judice feratur, cùm tamen duo fuerint delegati. *cap. ei qui §. item si plures 2. quæst. 6.* vel (3.) quando judices fines mandati vel statuti excedant, *d. cap. ei qui §. item cum certa.* vel (4.) quando contra prius judicata lata fuerit, *d. cap. ei. §. item si sententia lata.* vel (5.) quando judex pretio corruptus eam tulerit, *d. cap. ei. §. venales.* vel (6.) qvando citra solitum judiciorum ordinem sit prolata, *d. cap. item sententia. c. ad probandum 24. extr. de sent. & re judic.* vel (7.) quando per falsas probationes, & per subreptionem lata sit, *cap. veniam & seqq. 35. q. 9.*

XXXV.

Quoties judex non observato processu seu stylo Curiæ sententiam fert, toties sententia est ipso jure nulla. *l. prolatam 4. C. de sentent. & interlocut.* Quia sic est contra jus lata: Est enim stylus curiæ species consuetudinis, consuetudo autem introducta vim juris habet. *l. 32. §. 1. ff. de LL.*

Exempl. ita igitur si judex contra stylum curiæ admitteret libellum articulatum, nulliter agitur. vid. *Recess. novissi. Imperii de An. 1654. §.* daß bißhero. Idem est si in examine testium omitteret citationem ad videndum jurare testes; si publicaret sententiam non citatâ parte. Plura vid. apud *Stryck. Volum. 1. disputat. 23. cap. 4. per tot.*

Declara, ut procedat (1.) modò stylus curiæ fuerit certus & inveteratus. (2.) Modò contra ipsam processus rationem sententia sit lata. Hinc salvari potest sententia, in cujus fine contra stylū receptissimum omissa est clausula von Rechtswegen. vid. *dict. Disput. cap. 6. n. 10.*

XXXVI.

Quoties sententia contra jus constitutionis seu contra jus in thesi est lata, toties est ipso jure nulla. Quia omnia illa, quæ contra leges fiunt, pro infectis habentur, *l. 14. §. 1. in fin. C. de SS. Eccles. & l. non dubium 5. C. de LL.* nulliter igitur pronunciaret judex, si diceret, impuberem posse testamentum condere, contra *l. 4. C. qui Testam. fac. poss.* numerum trium liberorum non excusare à tutela contra *pr. Inst. de Excus. Tutor.*

Declara: ut per jus constitutionis non solùm intelligantur leges in Corpore Juris comprehensæ, sed & statuta, consuetudines & stylus curiæ, nam & hæc jus ponunt. *Zæs. ad ff. de R. J. n. 52.*

XXXVII.

Quoties sententia contra jus partis seu jus in hypothesi, i. e. contra applicationem juris lata, toties appellatione est rescindenda. Ratio: quia sic probabilis error judicem aliquâ ex parte excusat, ut hinc ejus sententia non ipso jure infringatur, *l. 32. ff. de R. J.* Rescindendum ergò est, si Judex pronunciaverit, aliquem potuisse testari, quia excessit quatuordecim annos, & eos ille non excesserit. *Brunnem. ad l. 2. C. quando provoc.*

Declara, ut hodiè etiam sententia contra jus in thesi lata sit appellatione rescindenda intra decendium juxta *Recessum Imperii de Anno 1654.* Hinc parum hodiè interest, an sententia sit ipso jure nulla, an verò rescindenda, nisi nullitas fuerit insanabilis in personâ judicis, *Mev. P. 1. decis. 100.* vel partium vel substantialium processus; his enim casibus adhuc intra triginta annos potest impugnari. *Cons. Brunnem. Repetit. Wesenbec. ad tit. ff. quæ sentent. sine appell. q. 3.*

XXXVIII.

Sententia contra indefensum minorem indefensamque civitatem lata est ipso jure nulla. *l. 4. 5. in fin. de re judic. l. 4. C. si advers. rem judic. l. 1. C. de Jur. Reipubl.* puta si defensor vel Syndicus civitatis non creatus fuerit.

Limita: si Judex jusserit, civitati autem non placuerit defensorem nominare, sententia contra contumacem civitatem valet, secuti & contra Ecclesiam, si prælatus legitimè citatus non comparuerit. *cap. 5. X. de in integr. restit. cap. fin. X. ne sede vacante.* Si autem Syndicus causam deseruerit, civitas contra sententiam in integrum restituitur. *l. 3. C. eod.*

XXXIX.

Sententia nulla non debet cassari, sed cassa & irrita pronunciari. *cap. accedens 2. extr. ut lit. non contest.*

XL.

Sententia quæ nulla est, fit aliqva per approbationem Principis, *cap. ad petitionem 22. extr. de accusat. cap. à vobis 21. extr. de sentent. excom. cap. si Episcopum 16. quæst. 6.*

XLI.

Sententia lata post appellationem legitimam facto vel verbis nil operatur, *cap. dilecti 52. c. dilectis 55. & seq. cap. dilecti 66. & seq. extr. de appellat. c. ex parte 13. extr. de privileg.* quam obrem nec executioni mandanda. *d. cap. dilectis 55. extr. de appellat.*

CAP. XXI.

Separabilia.

Quæ separari possunt, ab invalidis sustinentur; quæ

quæ nequeunt separari, cum vitiosis subruunt, *l. si sponsu 10. §. 2.*

CAP. XXII.
Separata, Diversa.

Axioma I.

SEPARATORUM natura est diversitatem inducere, ut per Baldum *cons. 156. Cùm duæ sunt. num. 3. & in fin. lib. 3.* Cardin. Tusch. *practicar. conclus. tom. 7. lib. 5. conclus. 148. per totam.* ubi *num. 8.* post Dyn. *cons. 26. num. 4. vers. contra videtur.* & Socin. *consil. 85. Consiliis. num. 7. & 8. lib. 1.* limitat, ut non procedat, quando unum capitulum dependet ab alio, quia tunc censentur connexa & inseparabilia, Narbona *lib. 20. gloss. 22. numer. 39. tit. 1. lib. 4. Recop.* Munor. Escobar. *de ratiociniis cap. 13. pag. 165. num. 12.* Quæ autem dicantur capitula, seu causæ separatæ, vide Alex. *consil. 89. Diligenter, in fine. vers. Quæ autem dicantur. libr. 1.* Ægidius Bellam. *consil. 18. num. 4. cum seqq.*

II.

SEPARATORUM separata debet esse ratio, *l. Papinianus 20. ff. de minorib. l. fin. ff. de calumniatorib.* [*l. naturaliter 12. §. nihil commune 1. ff. de acquir. possess. l. Quint. Mutius 27. §. argento 2. ff. de aur. legat. l. neque 10. C. de probat.* Carpz. *part. 1. quæstionum crimin. 24. num. 73.*] Bald. *in l. cùm necessitatem. C. de fideicom.* Decian. *in tract. crimin. tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 4.* Castrens. *cons. 389. numer. 2. vol. 1.* Paris. *cons. 101. num. 38. lib. 1.* quos refert Mar. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 111. num. 4.* Menoch. *cons. 436. num 7.* Ovid. de Amicis *de jur. Emphyt. quæst. 42. num. 9.* [Ex separatis enim nihil infertur, Regner. Sixtin. *1. Consil. Marp. 10. num. 44.* cùm separatorum separata sit determinatio, *l. si maritus 10. Cod. de donat. inter. vir. & uxor.* Cons. Argent. *1. cons. 2. num. 123.* ac natura, Honthem. *lib. 3. de art. Notar. lib. 3. cap. 19.* neque etiam inferri possit de uno ad aliud, *l. neque natales 10. C. de probat.* Cyn. *in l. ea lege. col. 3. C. de condict. ob caus.* ubi pulchrum exemplum ponit Petrus de Anchar. *in repet. cap. canonum statuta, in 1. oppositon. de constit.* Cons. Argent. *1. cons. 88. numer. 29.* sive argumentatio fiat positivè, vel remotivè, *l. naturaliter 12. §. nihil commune 1. ff. de acquir. possess. l. permiscri 52. in princ. ff. eod.* & *ibi* Johan. de Imola. Unde etiam separata & diversa facta separata quoque requirunt remedia, *l. de ætate 11. §. ex causa 8. ff. de interrogat. in jure faciend. & interrog. act. & in l. 1. ff. de ventr. inspic. cap. nulli 7. de Elect. in 6. & cap. cæterum 5. de juram. calumn.* Gail. *de pignor. cap. 19. num. 1.* cùm æquum, ut separata diverso jure æstimentur, *l. sancimus 34. C. de donat.* Bart. *ad l. 8. §. illud. ff. de fidejuss.* Cantiuncula *cons. 10. numer. 13.* & ibi Nicol. Rucker. *cons. 14. numer. 47.* Laurent. *dec. 53. num. 5.* quapropter à separatis ad conjuncta, & à conjunctis ad separata non valet argumentum. Verbi gratia: Pater spurio in testamento vel alibi separatim nihil potest relinquere. Cæterùm si spurius habeat socium, contraxeritque societatem cum Titio, pater potest instituere Titium, & sic propter societatem conjunctam erit & spurius capax, ut ei relinqui possit. Unde quod dici solet, quod ea, quæ possunt fieri separatim per sese, illa etiam posse fieri conjuncta, exemplo *l. miles 6. §. decem 1. ff. de re judic.* Zasius *ad l. singularia. ff. de reb. cred. num. 22.* illud intelligendum, quando partes cum conjunctis sunt homogeneæ, id est, unius ejusdemque rationis & naturæ: secus autem, si sint heterogeneæ, Zasius *ad l. 6. §. 1. in fin. ff. de re judic.* Exemplum de ratiociniis vid. apud Munor. de Escobar. *de ratiociniis, cap. 13. n. 7. & 8.*

CAP. XXIII.
Separatio à thoro & mensâ.

Axioma I.

Quoties à thoro & mensâ facta separatio, toties omnes effectus matrimonii præter necessitatem cohabitationis manent salvi. Quia vinculum matrimoniale hôc casu non tollitur, *Can. 1. caus. 32. q. 1.* Hinc igitur separati non possunt inire alia vota & per alienam cohabitationem adulterium committunt.

II.

Ad separationem thori agens mulier jure petit sumtus litis ex bonis mariti. Carpz. *P. 4. Const. 21. def. 12.*

CAP. XXIV.
Sequestratio. Sequester.

Axioma I.

Sequestratio sine causæ cognitione fieri non debet, *l. 5. §. ult.* ibi: *denunciatione facta ff. depositi.* Alex. *in l. 7. pr. qui satisdar. cog.* Panormit. *in cap. quoniam. num. 3. & 4. ut lit. non contestat.*

testat. Decius *num. 6. in fine.* Zuchard. *num. 123. vers. est pene verum. in l. ult. Cod. de edict. D. Adrian. toll.* Marsil. *sing. 543. incip. maleficiis. vers. item advertas.* Alexand. *cons. 6. num. 9. vol. 4. & cons. 163. num. 9. vol. 6.* Decius *cons. 366. n. 13.* Schurf. *cons. 15. in princ. cent. 3.* Wesenb. *cons. 1. num. 64. & cons. 7. num. 7.* Menochius *de adipisc. possess. remed. ult. num. 14.* Gail. *lib. 1. observ. 147. num. 5.* adeò ut sine causæ cognitione, licet etiam justa causa subesset, ea ipso jure nulla censeatur, *l. prolatam. 4. Cod. de sent. & interloc.* Schurf. *d. consil. 15. num. 14.* & Wesenb. *d. consil. 7. num. 7.*

II.

Nemo præsumitur pati rem sequestrari, seque eo possessionis commodo privari, *argum. l. cum de indebito 25. Cod. de probat. l. si cum aurum 50. ff. de solut. gloss.* Bartol. Imol. & Alexand. *in l. quæ dotis. ff. solut. matrim.* Port. *cons. 147. n. 8.*

III.

Seqvestratio similis est executioni, Bald. *in cap. 1. num. 9. de sequestr.* Schurf. *cons. 15. Quod in præsenti. num. 1. 5. & 6. cent. 3.* ideoque ab ea regulariter non est incipiendum, etiamsi modici esset præjudicii, Angel. *consil. 107.* Paris. latè *consil. 41. Optimum. n. 17. volum. 1. & consil. 107. n. 2. volum. 3.*

IV.

Sequestratio regulariter est prohibita, Gail. *in tract. de Arrest. cap. 1. num. 7.* Coras. *3. miscell. c. 2. n. 2.* ratio, quia ab executione judicium inchoandum non est, nec possessor durante lite commodo suæ possessionis privandus, *l. unic. C. de probibit sequestr. cap. 2. extr. eod. cap. 1. ut lit. non pendent. cap. cum teneamur 17. extr. de appellat.* Gail. *1. observ. 108. num. 1. & 7. in fine.* Wesenbec. *1. cons. 7. num. 6.* Schurf. *cons. 15. num. 1. cum seqq.* Gœddeus, qui hujus sententiæ verissimæ rationes collegit, *in tract. de sequestr. possess. cap. 1. num. 82.* Fichardus *1. cons. 7. num. 4.* Ubi etiam ampliat eo in casu, quando timetur vis armorum, si quidem constet de possessione alterius partis.

Declara regulam procedere in judiciali, secus verò in voluntaria, nisi in casibus jure expressis, quos recensetMatth. Coler. *in tract. de proceff. executt. p. 1. cap. 2. num. 84. cum seq.*

Limita I. hanc prohibitionem cessare, si lis super possessione justis ex causis dubia, aut jure quodam incorporali, puta venandi, lignandi &c. ac ob id, quod uterque possessioni velit incumbere, seque magis possidere contendat, præsens periculum aut armorum subsit. Ordin. Camer. Imper. *part. 2. tit. 21. §. fin.* Gail. *1. observ. 5. numer. 1.* Christoph. Schwaneman. *lib. 1. proceff. Cameral. cap. 16. per l. si cujus 13. §. sed si 7. de usufruct. l. ult. §. 1. ff. de offic. Proconf.* Clud. *de sequestrat. cap. 5. cas. 1. pag. 204.*

Limita II. in casu prodigalitatis, si reus sit deperditæ vitæ, ita ut metus adsit, ne ob dilapidationem aut prodigalitatem bonorum suorum ad inopiam vergat, aut egestate laboret, *l. Imperatores 2. §. fin. ff. de appellat. ibidemque gloss. verb. apud sequestres. l. nam is 6. de dol.* Gail. *1. observ. 147. num. 3.* Mynsi. *5. obs. 35. num. 4.*

Limita III. in casu denegatæ cautionis, *l. 7. §. fin. ff. qui satisd. cog. l. 16. §. fin. ff. de offic. Præsid.*

Limita IV. quando post litem contestatam accederet aliquid, quod esset accessorium ad id, quod est in judicium deductum, *l. ædiles 25. §. item sciendum 8. ff. de ædil. edict.*

Limita V. quando esset defectus non ex parte actoris, ut quod non possidebat, cùm tunc prior incipiat possidere post litem contestatam, & hic veniret in judicio, & perderet, *l. 3. ff. de petit. hered. l. ei apud 5. ff. depos. c. adversario 3. de except.* add. Guid. Pap. *cons. 123. circ. fin.*

V.

Sequestratio est vice missionis in possessionem bonorum, qua creditoribus consuli solet. *tot. tit. de bon. auth. jud. possid. c. 2.* ubi Panorm. *num. 10. 11. 12.* Imol. *num. 3. per ill. text. de dol. & contumac.* Joh. Andr. *in c. locupletari. col. 2. de R. I. in 6.* sed non constituit dominos aut veros possessores, prout ex missione in bonorum possessionem, Bald. *in cap. 1. num. 9. de sequestr. possess.* Archidiac. *in cap. quia res 11. quæst. 1.* Felin. *in cap. examinata. num. 10. de judic.* Quam tamen sequestrationem in locum missionis tum demum surrogari, cùm propter contumaciam rei non comparentis in bona mitti actor potest, text. est, ubi & Dd. *in d. cap. 2.* vide latissimè Wesenb. *cap. 2. consil. 7. num. 4.*

VI.

Sequestratio de facto concessa, de facto etiam potest revocari, Paris. *consil. 41. Optimum. n. 27. vol. 1.* Felin. *in c. significaverunt. in fin. de judic.* Decius *cons. 366. numer. 10.* Ancharan. *consil. 248. n. 4. & cons. 292. n. 1. & 2.* Rom. *cons. 258. Circa. n. 2. & 4.* Wesenb. *1. cons. 7. n. 7.*

VII.

Sequestratio remedium est extraordinarium & subsidiarium, Gylman. *4. 1. vot. 4. numer. 35.* Unde quando jure ordinario provideri potest, locus huic esse non potest, Schurf. *cons. 15. num. 4. in princ.* Wesenb. *cons. 7. num. 7. p. 1.* Bald. *in l. unic. num. 2. C. de prohibit. sequestr.* nec de justitia sequestri creditur, nisi quatenus ex actis probetur, Decius *cons. 266. n. 13.* Anchar. *consil. 292. num. 2.* aliàs enim est nulla & contra juris ordinem facta, & cassari debet. Rom. *cons. 29. n. 2.* Schurf. *cons. 6. num. 4. & cons. 15. num. 5. cent. 3.* Wesenb. *cons. 7. n. 7. per l. prolatam 4. C. de sent. & interloc.* Regn. Sixtin. *c. cons. Marp. 28. num. 83.* Gylman. *4. 1. vot. 40. num. 26.*

VIII.

Qvoties alterius litigantium possessio certa est, toties sequestratio invitis partibus non decernenda. Quia nemini sine justâ causâ facilè auferenda possessio, *l. meminerint 6. C. unde vi.* Nec quisquam pendente lite in eâ turbandus. Depositio igitur pecuniæ hereditariæ sine causæ cognitione possessori non injungenda. Mev. *P. 1. Decis. 167.*

IX.

Quoties periculum est rei amittendæ, & metus inanis posteà litis, toties sequestratio locum habet, Mev. *P. 9. decis. 88. seqq.* sic puella, si duo ipsius matrimonium ambiant, potest deponi. *cap. 14. extra. de sponsal. & cap. 14. X. de probat.* conf. *l. 3. §. 6. ff. de Lib. exhib.*

X. Ad

X.

Ad quodcunque obligatur curator bonorum, ad idem obligatur sequester. Quia & hic est curator rei sequestratæ. Tenebitur ergò fructus colligere, &, si tempore perituri essent, vendere & distrahere, deque omnibus rationes reddere. vid. Harprecht. *ad §. 3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. n. 143. seqq.*

XI.

Sequestratio inducta est ob defectum idoneæ cautionis, quam qui præstare potest, evitat onus sequestrationis. *l. 20. pr. C. de Agricol. & Censit. num 23.* & cautione tollitur sequestrum, Gail. *L. 1. obs. 148. n. 5.* finitâ tamen instantiâ non extinguitur fidejussio de re sequestratâ exhibendâ. Brunnem. *ad l. 20. in fin. C. eod.*

XII.

Ex reditibus fundi sequestrati interea onera publica exsolvenda sunt. *l. 20. §. 4. C. eod.* Perez. *ibid. n. 24.*

XIII.

In sequestrem rei possessio non transit, *l. interesse puto 39. ff. de acquir. possess.* nisi nominatim & expresè inter partes id actum fuerit, *l. 17 ff. depos.* Duaren. *ad tit. C. depos. cap. 1. circ. fin. & lib. 3. de benefic. cap. 10* Coras. *lib. 3. miscell. cap. 2. numer. 12.* Forner. *in l sequester 110. in fin. de verb. signif.* Gœdd. *de sequestr. cap. 1. numer. 115.* Hillig. ad Donell. *lib. 5. cap. 13.* Pacius *4. ἐναντιοφανῶν quæst. 80.* Mindan. *de mater. possess. cap. 2. num. 8.* Quando itaque dici solet sequestrum possidere, hoc intellige verum, si nimirum omittendæ possessionis causa apud sequestrem deponatur, quo casu revera quidem possidet, sed naturaliter tantum, ita ut nec ejus possessio partibus ad usucapionem procedat, cùm secùs sit, si tantum custodiæ causa apud eum sit depositum, tunc enim victoris possessioni ad usucapionem etiam proficuæ sequester sua detentione ministerium præstat, prout distinguit *ex dict. l. 39. §. 1. de acquir. possess.* Dn. Doctor Biccius *in rebus quotidian. section. 4. num. 45. lit. VV.*

CAP. XXV.
Sermo.

Axioma I.

Sermo qui alias ex sui natura ad plura referri potest, si aliquo in casu prolatus unum duntaxat de necessitate comprehendere intelligatur, perinde habetur, ac si in specie & expresè ad illud restrictio facta fuerit, *l. 2. ff. de liber. & posth.* Laur. Tenn. *in tr. caut. 87. n. 14.*

II.

Sermo subjectus est rei, & non res sermoni, *cap. intelligentia 6. extr. de verbor. significat.*

III.

Sermones suos unusquisque ponderet, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur, *cap. 14. in princ. dist. 50.*

IV.

Sermonibus prævalet veritas gestorum, *cap. cum inter 13. extr. de sent. & rejudicat.*

V.

Sermo generalis & indefinitus nunquam trahitur ad illud, per quod quis incurreret ad pœnam, Jason *in l. sicut autem §. quod autem. n 11. vers. sicut in generali. ff. de re jud.* Pacian. *1. cons. 70. n. 2.*

VI.

In sermonibus interpretandis magis attenditur communis usus, quàm stricta verborum significatio, Glossa *in cap. nonnulli. verb. ultra. extr. de rescript.* Everhard. *in Topic. legal. loc. 7. de mod. arg.* allegatus à Pacian. *lib. 1. cons. 27. num. 38.*

VII.

SERMO simpliciter prolatus intelligitur de prima vice. *l. boves 80. §. hoc sermone 1.* ubi latè Tiraquell. *ff. de verbor. significat. l. cum pater 77. §. pater 9. ff. de legat. 1.* Francisc. Galet. *in margarita casuum conscientiæ. verb. sermo.* Sanctarel. *var. resol. p. 1. q. 38. n. 20. in fin.* cum aliis adductis. *supr. lib. 9. cap. de indefinitis.*

VIII.

SERMO generalis non comprehendit personam loquentis, latè Anton. Gabriel *commun. lib. 6. tit. de verb. signific. conclus. 9. per tot.* Decius *consil. 104.* Menochius *cons. 182. n. 2.* Rot. *decis. 23. n. 3. apud Farinac. p. 2. recent.* Ubi declarat, ut non procedat, quando aliud suadet identitas rationis, Alexand. *cons. 182. Lectis & ponderatis. n. 4. vers. significatur. lib. 2.* ubi quod obligatio impersonaliter facta, vel scripta, non obligat personam loquentis & scribentis, *& cons. 112. Visa copia. num. 4. lib. 7.* ubi quod verba impersonaliter dicta non comprehendunt personam loquentis, nisi agatur de acquirendo ipsi loquenti; *& consil. 149. Viso processu. num. 5. & 6. lib. 2.* ubi quod cedens jura sibi competentia non censetur contra se ipsum cedere, Afflict. *decis. 316. Quondam. num. 8. & 9.* ubi quod emens à communitate gabellam, non intelligitur emisse, nisi quoad alios, non quoad communitatem, quæ non vendidit suam exemptionem; item quod promittens defendere, non intelligitur contra se ipsum, Curtius jun. *cons. 188. per totum.* ubi quod dominus concedens pœnas communitati, non includit concedentem, ut possit ipse condemnari, & alia similia ponit. Surdus *cons. 47. num. 20. & seq.* ubi quod statutum pœnale non ligat Regem statuentem. Et *num. 23.* quod vendens gabellas non censetur vendere contra se ipsum, ut ipse teneatur, si ante venditionem non solvebat gabellam, secus si solvebat.

IX.

SERMO generalis & indefinitus in odiosis

diosis verificatur in duobus, Oldrad. *consil. 81.* ubi quod provisus asserens obtinere alia beneficia non excusatur à subreptione, si obtinet ultra duo beneficia, refert Cardinalis Tuschus *practicar. conclus. tom. 7. lit. S. consil. 218. num. unico.*

CAP. XXVI.

Servire, Servitus, Servus.

conf. Cap. *Prædium.* it. *Homo.*

Axioma I.

Servimus Deo bene vivendo, *cap. si Ecclesia. in fin. 23. q. 4.*

II.

Servire non debet major minori, *cap. est ordo 33. q. 5.* contra naturam enim est, ut servus præsit Domino. Wesembec. *consil. 314. num. 2. pag. 300.*

III.

Servitii loco succedunt fructus, *cap. 1. extr. de feud.*

IV.

Quoties quis in suo pati quid vel non facere tenetur, toties servitus dicitur constituta, quia in hôc servitutis natura consistit. *l. 15. ff. de servit.* Exemplum præbent omnes servitutes tam rusticæ quàm urbanæ.

Limita: nisi quis per consequentiam aliquid facere cogatur, ut in servitute oneris ferendi, aut ex pacto contrahentium, qualia pacta tenenda esse scribit Antonius Imperator *l. 2. ff. commun. præd.*

V.

Qualiscunque res illa cui servitus debetur, talis quoqve ipsa est servitus, quia à potiori fit denominatio; hinc servitus, quæ ex re meâ immediatè personæ obvenit, est personalis, qvæ verò personæ per rem acqviritur, seu ubi res rei servit, est personalis. *l. 1. ff. de servit.*

VI.

Quæcunque servitus, seu quodcunque onus reale est, illud derelictione rei poterit evitari. Quia hoc ratione rei præstatur. Ubi igitur res mea esse desiit, cessabit quoque onus rei. Exemplum est in servitute oneris ferendi. *l. 12. & 32. ff. si servit. vindic.* Aliud est in Collectis seu Contributionibus.

VII.

Quoties quis in re suâ quid facere vult, toties non opus est servitute, sed quodcunque voluerit, facere poterit in suum commodum. *l. flumine 24. §. fin. ff. de damn. infect.* quia rei suæ quilibet liber est arbiter & moderator *l. in re mandatâ 20. C. mandati.* e. g. si quis in proprio pariete fenestras aperire velit. Aliud exemplum est in alleg *l. 24. de damn. infect.*

Amplia, ut etiam procedat, si id, quod facio, vicino noceat, modò (1.) non fiat animo nocendi. (2.) modò alteri non fuerit servitus constituta. (3.) modò non etiam in alienum quid immittatur.

VIII.

Quocunque modo transfertur dominium, eo etiam servitus constituitur. Quia servitus æquè est jus in re ac dominium. Ita non solùm actibus inter vivos, sed etiam ultimâ voluntate constituitur servitus. *l. 16. ff. de servit.* item officio judicis, beneficio legis & usucapione.

IX.

Qvicunque non potest alienare, ille non potest servitutem constituere, quia servitutis constitutio est species alienationis. *l. ult. C. de reb. alien. non alien.* Ita ergò usufructuarius, superficiarius, Vasallus, Emphyteuta &c. non poterunt servitutem constituere. Conf. Zœs. *ad ff. de servit. num. 2.*

Limita: ut scil. tales non possint servitutem constituere perpetuò duraturam, benè tamen quoad dies vitæ, modò prædium habuerint, quale non habet usufructuarius.

X.

Quæcunque prædia ita sita, ut inde utilitas in alterum prædium redundare possit, illis imponi potest servitus. Quia servitus maximè consistit in utilitate prædii dominantis. Ita igitur in servitute v. g. altius tollendi, ne luminibus officiatur, prædia etiam remota sufficiunt, quia & his servitus usum præstare potest. *l. 4. in fin. ff. si servit. vindic.*

Limitatio petenda ex verbo *possit.* sufficit enim utilitas potentialis seu sperata.

XI.

Res sua nemini servit, *l. uti fruis. si usufr. pet. l. 26. de servit. urb. præd. l. 22. in fin. de servit. rust. præd.* Vult. *1. J. R. 63. num. 41.* Treutl. *disp. 16. thes. 1. lit. b. vol. 1.* Cujac. in Juliano *ad l. 4. de Usufr. adcrescend.*

Intellige, jure scilicet servitutis, non jure dominii, quod ex jure servitutis profluxit, Wesenb. *in parat. ff. de usufr. num. 4.* qua ratione hoc axioma non habere locum in servitutibus servorum, tuetur Corras. *ad rubric. numer. 20. ff. de serv.* quin imò & omnes res nostras nobis jure dominii servire tenet Arum. *exercit. 5. thes. 1.*

XII.

Quæcunque servitus apta est, ut semper utilitatem præstare possit, illa habet causam continuam. Quia non pendet ab arbitrio hominum, & quandocunque placet, exerceri potest. Exemplum est in *l. foramen 28. ff. de servit. præd. urban.*

Limita: ut sufficiat, quamvis non semper præstiterit utilitatem actualem, modò potentialem.

XIII.

Quoties quis verò dominò patiente longo tempore servitute aliquâ usus est, toties titulo non est opus. Quia usus ejus qui servitutem exercet, & patientia domini est loco tituli, *l. ult. ff. de servit.* Quam sententiam in praxi receptam esse testatur Wurmserus *paral. obs. lib. 1. Tit. de servit. 16.*

Limita, ut patientia hæc etiam includat scientiam *l. 2. C. de servit.* ut dominus feudi servientis non tantùm patiatur me servitute uti, sed etiam

sed etiam ut sciat, daß einer mit Vorwissen und Gedult des Grund-Herrn soviel lange Jahr sich der servitut gebraucht. Carpz. *Lib. 1. Resp. 76. n. 4.* Brunnem. *ad l. 2. C. de servit.* (2.) ut, quoniam hic titulo non opus, bona fides ab allegante sit probanda *l. 10. ff. si servit. vindic.*

Amplia: ut procedat etiam axioma in servitute personali. Carpz. *P. 2. Const. 4. def. 2. n. 5.*

XIV.

Quoties in servitutum præscriptione patientia domini non adest, sed alicui cum non-domino seu bonæ fidei possessore res est, toties titulo opus est, uti accipienda *l. ult. C. de præscript. longi temp.* Quia sic in præscriptione servitutum idem obtinet, quod in usucapione rerum corporalium, ad cujus exemplum illa dicitur introducta. *d. l. ult. C. de præscript. long. temp.*

Limitâ: ut, quoniam hic titulo opus, bona fides præsumatur, nec ab allegante sit probanda.

XV.

Quousque servitus prædio dominanti utilis non est, eousque non videtur concessa. Quia servitus est stricti Juris, & hinc ultra utilitatem prædii dominantis non est extendenda. Hinc si fundus vicinus aquâ ex vicino flumine publico ductâ non amplius indigeat, desinit servitus.

XVI.

Quæcunque merè civilia sunt, in illis servi habentur pro nullis; quæcunque verò sunt naturalia & in facto consistunt, in illis non item. *l. 37. ff. de Reg. Jur.* quia jus naturale omnes ex æquo obligat, sicut & in illis, quæ facti sunt, naturalis ratio saltem attenditur. Sic ex contractu servus non obligatur civiliter, sed naturaliter, *l. 14. ff de O. & A.* ita possidere non potest civiliter sed naturaliter *l. 38. §. 7 ff. de V. O.* Aliud exemplum est in *§. 2. Inst. de stipul. servor.*

Declara: ut procedat in servo absolutè tali, non considerato in respectu ad dominum, hôc enim casu etiam, quæ Juris Civilis sunt, servo tribuuntur.

XVII.

Quicquid juris est inter locatorem & conductorem, idem juris hodiè est inter dominum & servum. Quia nullum aliud vinculum inter dominum & servum quàm locatio & conductio. Hinc igitur mortuo servo ante tempus finiti servitii, merces saltem pro ratâ temporis, quô servivit, debetur. Carpz. *P. 2. Const. 5. def. 12.* Nec dominus obligatus est servo ratione damni, quod sentit in corpore præstando servitia. Carpz. *P. 1. Const. 51. def. 14.*

XVIII.

Quousque servus operas suas locavit, eousque domino acquirit, quia cùm ulterius nullô vinculô servus obstrictus sit domino, ex operarum locatione dependebit quoque servi erga dominum obligatio. Ita ergò quod servus ex præpositione domini acquirit, domino acquirit; quod autem acquirit finitis operis diurnis, sibi retinet.

Declara: modò operæ locatæ fuerint ad rem licitam perficiendam, secus si ad rem illicitam.

XIX.

Quicunque alterum servum sive hominem proprium esse dicit, illi probatio incumbit. Quia pro libertate ut naturali facultate semper præsumitur. Quicunque igitur asserit aliquid statui hominis adversum, illi probatio incumbit, cùm salva semper præsumatur indoles rei primigoniæ.

Declara, ut probetur hominem esse servum (1.) ex præstatione servitiorum, (2.) ex testibus, (3.) ex nativitate, si parentes tempore nativitatis fuerint conditionis rusticæ. Mev. *P. 6. Dec. 335.*

XX.

Principes liberorum hominum, non servorum utuntur servitio. Hinc servi cubicullariis principis dati eô ipsô liberi fiunt, & qui invito domino in cubiculum principis irrepsit, quinquennio tantùm à domino vindicari potest, *l. 4. C. de præpos. sacri Cubicul.*

XXI.

Servitute vel privilegio concesso quilibet civiliter uti debet, & ne lædatur jus aliorum *l. 2. §. 10. ne quid in loco publ.* sine nimiâ exaggeratione concessionis. Brunnem. *ad l. 3. C. de Aquæduct.*

XXII.

Servitutis usus ex fine constitutionis & consvetudine restringendus est. Brunnem. *ad l. 4. C. de Aquæduct. n. 2.*

XXIII.

Servitus altiùs tollendi grata est mercatoribus, qui opacant tabernas, ne sol affulgeat & vitia pannorum videantur. Schneidew. *in §. 1. Inst. de serv. Præd. U. & R. n. 18.*

XXIV.

Tolerabilius est servos mori suis dominis, quàm servire extraneis, *l. Lex 22. C. de admin. tutel.*

XXV.

Servus & Dominus reputantur eadem vox eademque persona, *§. post mortem & §. ei verò. Inst. de inutil. stipulat. l. si servus 42.* ibi: *ac si Domini suâ voce. ibidemque gloss. de damn. infect. l. si mihi 12. §. regula 2. de legat. 1.*

Intellige scilicet quoad ea, quæ sunt juris, cum in his servus inhabilis habeatur, *l. quod attinet 32. ff. de Reg. Jur.* secus verò quoad ea, quæ sunt facti, Jason *in l. Apud Julianum. §. si quis alicui not. 1. de legat. 1.* prout prius latè declarat Aretin. *in d. §. ei verò,* & reassumit idem Jason declarando *in l. quod dicitur per tot. & maximè col. 12. ff. de V. O.* vid. Ludov. Gomez. *§. actiones. Inst. de action.*

XXVI.

Servus communis duorum servorum personam sustinet, *§. 4. Institut. de stipulat. servor.*

Intellige, in dominorum scilicet persona, non cùm naturaliter in se consideratur, quod exemplo illustrat C. A. *lib. 7. tit. 2. thes. 7.* cùm enim quærimus, cui legatum sit, tum servi personam unam respicimus; cùm autem quærimus, cui legatum acquiratur, tum ad dominorum personam nos referimus.

XXVII.

Servi capacitas vel incapacitas procedit ex capacitate domini, *l. non minus 31. §. 1. ff. de hered. instit.*

Declara

Declara procedere, quando incapacitas sit ex parte personæ, secus quando sit ratione rei vel mixtim, quia tali casu talis incapacitas domini non attenditur, ut servus ex hoc dicatur prohibitus à legato. Bartolus *in l. si mihi & tibi. §. regula. de legat. 1.* Jason *in l. Gallus. in princip. colum. 3. vers. ego tamen. de liberis & posthum. per l. 2. §. 1. ff. de administr. rer. ad civit. pertin.*

XXIIX.

Servorum una tantum est conditio. *§. fin. Inst. de jur. personar.*

Intellige verum quoad statum eorum, quia unus alio magis non est servus, secus quoad eorum officia, quibus olim fungebantur, Gloss. *in l. ult. ff. de ædil. edict.* alios enim dici servos ordinarios, alios vicarios, textus est *in l. si servus 7. ff. de pec.* alios Atrienses, alios Mediastinos, alios veteratores, patet *ex l. præcipiunt 37. l. fin. ff. de ædil. edict.* alios novitios, alios Calones, alios lixas, Topicarios, diætarios, & si quæ alia erant servorum & officia & nomina, confirmant Giphan. & Mynsing. *in comm. ad d. §. fin. institut. de jure personar.*

XXIX.

Servi pro nullis habentur, *l. 32. ff. de reg. jur. l. 7. ff. ad Leg. Cornel. de falsis.* & bestiis æquiparantur. *l. 2. §. ult. ad L. Aquil.* Groenvvegen *ad l. Divus. 9. de quæstion.*

Intellige verum, non absolutè & ratione omnium prædicamentorum, sed secundum quid & respectu certi generis, nimirum personarum, utroque enim modo eum dici non ens, tradit Arist. *lib. 2. de generat. & interit. cap. 3. text. 11.* & Hawenreuter *ibid. in comment. doctrin. Physicæ.* quatenus juris civilis communionem non habent. *l. qui testamento 20. §. servus 7. de testam.* reputantur enim in censu rerū, *l. 1. §. 1. de rer. divis. §. 1. Instit. de reb. corporalib. & incorporalib.* tanquam κτήματα καὶ ὄργανα ἔμψυχα, Aristot. *lib. 1. politic. cap. 3. & lib. 9. Ethic. cap. 11.* unde & quadrupedibus exæquantur *in l. 2. §. 2. ff. ad Leg. Aquil.* Hue refer & illud Senecæ *lib. 5. de benefic. cap. 19.* servus mei mancipii res est, quod tamen verum intellige, si servus objectivè consideretur, ut est in Lege Aquilia, secus si subjectivè, hoc est, qui ipse damnum inferat; quo casu quadrupredi non æquiparatur, sed ab eo separatur *in edicto, si quadrupes pauperiem fecisse dicitur*, ubi Wesenb. *num. 4.*

XXX.

Ex servi vel famuli delicto dominus non tenetur, Bartol. *in l. ne quid. num. 1. ff. de incend. ruin. & naufrag.* Curtius jun. *in l. 1. num. 13. C. de serv. fugitiv.* Geminian. *in cap. si Episcopus. de offic. ord. in 6.* Thom. Grammat. *cons. crim. 8. circa princip.* Jason *in l. age num. 7. C. de transact.* Boss. *in tit. de furt. num. 55. & in tit. de damn. dato n. 7.* Servorum enim culpa dominis suis non debet esse nociva, Clar. *in pract. crimin. §. fin. q. 86.* cùm planum sit, quod unius culpa alteri nocere non debeat. *l. 3. de transact. l. electio 26. §. fin. ff. de nox. act. l. rem hereditariam 65. in fin. ff. de evict.* Menoch. *2. arbitr. judic. cap. 182. numer. 48.*

Limita, nisi servus in eo delinqueret, cujus operâ dominus uteretur, *l. 1. ff. furti. adverss. naut. caup. tot. tit. Naut. caupon. stabular. ut recept. restitut. §. penult. Instit. de obligat. qua ex quasi delict. fac. text. in l. cuicunque 5. §. sed & cum fullo 10. ff. de institut. action.* maximè si ex occasione Domini eoque sciente gerat, Curtius senior *consil. 41. num. 10.* Emanuel Soarez *in suo thesaur. recept. sentent. lit. F. num. 50.* Scientia enim Domini præsumitur, atque sic de delicto teneri dicitur. Quod tamen intellige verum in delicto, quod tractum habet successivum, secus si habeat momentaneum, Abbas *in cap. cum causam. extr. de testib.* quem refert Grammat. *d. cons. 8. num. 1.* vide & Bald. *in l. 1. circ. fin. C. si quacunque præd pot.* Laur. Tennin. *in tract. cautel. 72. num. 5.*

XXXI.

Servus præsupponit Dominum, *§. servitus 2. Instit. de jur. personar. l. 4. §. 1. ff. de stat. homin. §. 1. & 2. Institut. de his qui sunt sui vel alien. juris. l. 1. §. 1. & 2. ff. eod.*

Declara verum, quatenus nimirum est in prædicamento relationis & quatenus ad Dominum refertur. Secus ut est qualitas, & in prædicamento qualitatis, hoc enim respectu servus etiam dicitur, quicunque liber non est, licet actu Dominum non habeat, *l. 23. de liberali caus. l. 30. de pecul. l. 38. §. 1. de Noxal. act.* quales sunt illi, qui pro derelicto habiti sunt. *l. ult. ff. pro derelicto. junct. §. interdum. instit. de rer. divis.* manumissi à proprietario durante adhuc usufructu in persona usufructuarii. Ulpianus *in fragment. Instit. tit. 1. §. servus. l. 1. Comm. de manumiss.* Franciscus Balduin. *in Justinian. suo fol. 366.* vel qui in metallum damnati aut bestiis subjecti sunt, *§. pœnæ servus. infra tit. quibus modis jus patriæ potestat. solv.* vide Cujacium *18. observ. cap 13.*

XXXII.

Servus servum habere non potest *arg. capit. Clericos 4. extr. de offic. Vicar.*

XXXIII.

Qui hoc petit, ne postea serviat, videtur petere, ut libertas ei præstetur. *l. generaliter 24. §. si petitum 7. ff. de fideic. libert.*

XXXIV.

Servus nec Prætoria jurisdictione ita obligatur, ut cum eo sit actio, *l. 7. §. 2. de capit. minut. §. 6. Instit. de noxal. action.*

CAP. XXVII.
Severitas.

Axioma I.

Severitas non animo fæviendi, sed animo medendi est exercenda, *c. odio 2. & seq. dist. 86. c. ita planè 13. q. 4.* siquidem ea in delinquentium benignitate temperanda, *c. disciplina 9. c. sunt namque 14. & seq. dist. 45. c. quid faciet. c. quod Christus 23. q. 4.* & contumacibus severitas ostendenda, humilibus verò venia non deneganda, *c. quatuor. in fin. 2. q. 5.*

II.

Severitate majori corrigendum est majus peccatum, *cap. ex multis. in med. 1. q. 3.* Quin imò severitas

veritas data in casu, quod dari non debuit, dummodo sit data à persona facultatem habente, servari debet, Bart. *in l. is qui reus. num. 12. vers. dicit tamen. ff. de pub. jud.* Farin. *1. conf. crim. 53. num. 7.*

III.

Severitati detrahendum est propter multitudinem, *c. ult. extr. de transact. c. ut constitueretur 25. dist. 50. c. commessationes 1. dist. 44. c. non potest. c. ipsa pietas. in fin. 23. q. 4. c. dilectus 30. c. quoniam 40. extr. de simon. vide supr. lib. XI. c. de multitudine.* aliquando consideratis locorum & temporum qualitatibus *c. super 51. extr. de sentent. excomm.* item pro vitando scandalo, *cap. cum ex 2. extr. de nov. oper. nunc.*

IV.

Severitatis nervi non debent dissolvi, ubi fidei subversio timetur, *cap. absit 26. dist. 50. cap. justum 23. q. 3.*

V.

Severitate aliquem diligere melius est, quàm cum lenitate decipere, *cap. non omnis 5. quæst. 5.*

CAP. XXVIII.
Sexus.

Sexus fragilitati compatiendum est, *c. ex parte 13. extr. de privil.* quoniam & sexui & conditioni parcitur, *c. mulieres 6. extr. de sent. excomm.*

CAP. XXIX.
Signatum, Signum, Sigillum.

Axioma I.

Per signum probatur res ejus, cujus est signum, *l. quod si 14. §. fin. ff. de peric. & commod. rei vend.* Gail. *2. observ. 158. num. 6.* Honthem. *lib. 2. de art. Notar. cap. 52. num. 1.* Ubi enim sigillum, ibi non requiritur alia probatio, ut voluit *Purpurat. in l. admonendi. col. 21. post med. ff. de jurejur.* cum habeat vim subscriptionis, Lud. Roman. *conf. 203.* & ex sigillo consensus arguatur. *l. 2. C. de reb. alien. non al.* Bart. *in l. quæ dotis in fin. ibidemque* Alex. *col. fin. ff. solut. matr.* Dec. *in c. 5. in pr.* post Felin. *de probat.* idem Dec. *in c. 2. in fin. ff. de fid. instr.* siquidem adjectio sigilli etiam in privatis hominibus tanti est momenti, ut fidem & vim publicæ scripturæ inducere dicatur, Bart. Salic. & Dd. communiter *in Auth. signa. C. de Episcop. audient. c. post cessionem 7. de prob.* Innoc. *in c. 2. de fid. instr.* Lanfr. *in c. quoniam. in verb. instrumentum. num. 2. de probat.* Wesenb. *conf. 42. n. 8.* Regn. Sixtin. *2. conf. Marpurg. 11. n. 30.* Hinc sigillationem contra eum, qui sigillavit, plenè probare, refert Gloss. *in l. 2. C. de reb. al. non alien* quam sequuntur Rebuff. *in tr. de Chirogr. & schedul. recognit. in præf. n. 61.* Mascard. *de probat. concl. 1302. vol 5.* Unde quo plura sigilla alicui scripturæ adhibentur, eò magis res stabilitur, & plus fidei ea scriptura méretur, *Auth. itaque C. commun. de succes. §. sed hodiè. Instit. ubi gloss. de adoption.* Paris. *conf. 29. num. 38. lib. 3.* Baptist. Martinens. *conf 50. num. 9.* Grat. *conf. 8. num. 56. lib. 2.* siquidem sigillatio operatur approbationem & ratificationem, Bald. *in c. 1. in verb. Imperialem. num. 7. Clem. de Pac. Constant.* Cravett. *de antiq. temp. p. 1. §. quæritur. n. 44.* Rom. *conf. 303. numer. 2.* Schurff. *conf. 17. num. 13. cent. 3.* Bursat. *conf. 39. n. 26. lib. 1.* Capell. Tholos. *decis. 24.* non modo in publicis duntaxat, sed etiam in privatis scripturis, per allegata Wesenb. *1. conf. 14. n. 62.* imò sigillationem plus operari quàm subscriptionem, post Purpurat. *in repet. l. admonendi. num. 117. ff. de jurejur.* asserunt Mascard. *de probat. conclus. 1312. vol. 3.* Wes. *d. conf. 14. num. 3.* Vult. *3. conf. Marp. 18. num. 18.* qua ratione etiam instrumentum sigillo Principis vel Capituli sigillatum ex consvetudine executionem paratam habere dicitur, Johan. Faber *in l. certum. C. fam. herc.* Boër. *in consvet. Burg. §. 27. de jurisdict.* imò majoris virtutis quam gvarentigionatum perhibetur, cùm per sigilli appositionem insinuatum dicatur, Pyrrh. *in consvet. Aurel. in rubr. exec. instr. art. 1. & 2.* signumque sit ratificationis & approbationis contractus. *l. in fraudem 15. §. 1. de militar. testam.* ac ita per Regias ordinationes constitutum esse ait Rebuff. *d. loc.* Sic sigillum Archiepiscopi, Episcopi, vel Prælati ordinariam jurisdictionem habentis dici authenticum, ac executionem habere paratam, post gl. *in c. 2. de fide instr.* probat Gylman. *4. t. vot. 3. num. 81.*

Quæ omnia tamen intellige procedere, si nimirum ex circumstantiis colligi possit, à quo, cujus voluntate, & propter quid sigillum sit appositum. Alias enim cum sigillum nihil loquatur, ut res animata, Bald. *in l. falsus in fin. C. de furt.* Felin. & Dec. *in c. tertio. num. 1. extr. de probat.* Cravett. *conf. 46. num. 5. p. 1.* sed sit mutus & incertus testis, Bald. *in Constit. de pac. Constant. §. Imperialis clementia. n. 6.* Panorm. *in cap. 2. extr. de fid. instr.* fidem nullam per se contra sigilli Dominum facere potest. Coler. *de process. execut. p. 1. c. 1. num. 125.* Bocer. *de feud. invest. cap. 4. num. 70.* & ideò regulariter sine subscriptione velæquipollenti nihil operabitur. Bald. *in l. falsus. circa fin. C. de furt.* Academ. Ingolstad. *conf. 17. inter consil. Modestin. Pistor. cap. 10.* Aldobrand. *in noviss. decis. Rotæ Rom. p. 2. decis. 535. num. 4.* Unde etiam sigilla ignota fidem non facere, etiamsi mille sint, per gloss. *in cap. 1. dist. 98.* quam sequitur & Panorm. *in c. quod super. per ill. text. extr. de fid. instrum.* affirmat Modestin. Pistor. *conf. 27. num. 75. vol. 1.* ideoque ante omnia verificari debent, Menoch. *de arb. jud. quæst. c. 113. num. 9.* ut probatis sigillis probata intelligatur veritas, Menoch. *d. c. 113.* Gœdd. *1. conf. Marpurg. 28, num. 38.*

II.

Signa debent verbis exprimi, alias nihil operantur, *Clem. ult. de sent. excomm.* signis enim loquimur, *c. omnis. 12. de pœnit. & remiss.* unde & in matrimonio signa idem faciunt, quàm verba, cum contrahentes voluntatem verbis exprimere non possunt, *c. cum apud. 23. extr. de spons.* quia nihil refert, signis aut verbis voluntatem suam de-

claret, *d. c. cùm apud.* cùm solus consensus signis vel verbis expressis faciat matrimonium. *cap. tuæ 25. extr. de sponsalibus.*

III.

Signum est res faciens aliquid aliud ex se in cognitionem venire præter speciem, quam ingerit sensibus corporis, *c. signum 33. de consecr. dist. 2.*

IV.

Remoto sigillo Instrumentum annullatur. *l. 30. C. de Testam. Nov. 119. c. 9.*

Limita: Fides instrumenti publici durat, licet sigillum frangatur vel deponatur. Zas. *l. 1. Cons. 2. n. 37.*

V.

Sigillorum resignatio vel remotio præsumitur facta per eum, apud quem instrumentum reperitur, *text. in l. majorem 4. junct. gl. 4. in verb. exhibet. ad fin. C. de fals. l. si chirographum 24. junct. gl. 2. ff. de probat. l. nostram 30. C. de testam.* ubi instrumentum testamenti, cujus sigilla sunt incisa vel remota, voluntate testatoris non valet; quin imò multi fortius in literis contractuum procedere, cùm ultimæ voluntates sint favorabiliores contractibus, *l. in testamentis 12. de R. I.* refert Gœden. *1. cons. 95. n. 9. & 30.*

VI.

SIGNATUM cognoscitur ex signis, *l. 1. §. si intelligatur 6. ff. de ædilit. edict. l. stigmata 3.* ubi Bartolus *C. de fabricens. lib. 11.* Surdus *cons. 126. num. 15.*

Et ideò res præsumitur esse illius, cujus est sigillum, quo signata est, ex latè adductis per Afflict. *decis. 23. numer. 3. & 4.* Anton. Gomez. *l. 45. Tauri. numer. 3. & 77.* Boër. *decis. 105. numer. 9.* Soar. *tom. 1. commun. opinion. l. 4. tit. 41. numer. 6. p. 651.* Rebuff. *ad Leges Galliæ. tit. de mercator. min. vendent. art. 1. gloss. 2. numer. 21.* Ossasch. *Pedem. decis. 40. numer. 2.* Mascard. *de probationib. concl. 91. & conclus. 157. n. 7. cum seqq. & conclus. 160. n. 4. & conclus. 551.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 64.* Hieronymus de Laurent. *Avenionens. decis. 30. numer. 2.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. res 5.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 60. numer. 62. cum seqq.* Curia Philip. *tom. 2. lib. 1. cap. 7. numer. 13. cum seqq.* ubi *num. 16.* subdit, quod si apud duos sit contentio super rebus, quæ ad eos pertinent, eò quod eodem sigillo ambo utuntur, possidenti adjudicari debent; si verò non sint apud eos, sed penes tertium dividuntur inter contendentes. Ovid. de Amicis *de Jure Emphyteut. quæst. 24. n. 9.*

VII.

Signa sunt distribuenda, ubi panis, frumentum vel tale quid inter plures distribui debet, ut sine fraude distributio procedat. Perez. *C. de frument. Alexandrin. n. 2. in fin. & n. 3.*

CAP. XXX.

Silentium *vid. infra* Tacere.

Silentium annale consensui comparatur, *§. Titius.* ubi Dd. *de success. feud.* Wesenb. *2. cons. 54. num. 20.* ac vim habet refutationis, Curt. sen. *cons. 81. in pr.* Wesenb. *2. cons. 68. num. 6.* ac per illud quisque sibi præjudicat. Julius Clarus *de feud. q. 4. vers. & hæc quidem regula.* Arius Pinell. *in Auth. nisi tricennale. n. 51. 54. C. de bon. matern.* Wesenb. *2. cons. 54. num. 24.*

CAP. XXXI.

Significatio.

Axioma I.

Significatio vocabuli debet retineri, nec ab ea recedi, *cap. ult. extr. de verbor. significat.*

II.

Significatio unius nominis non extenditur ad aliud. *cap. significante. 34. extr. de rescript.*

CAP. XXXII.

Simile.

Axioma I.

Similium idem est judicium, *cap. inter cæteras 4. de rescript. cap. 2. de translat. Episcop. §. item 10. vers. Et huic simile. Inst. de mand. cap. in causis 19. extr. de sent. & rejud. c. super 4. extr. de stat. Monach. c. majores 3. §. illudve 20. extr. de baptism. cap. excommunicamus 13. §. credentes. extr. de hæret.* Bald. *in l. humanitatis. numer. 14. C. de impuber. substit.* Wesenb. *1. cons. 4. num. 76. & cons. 9. num. 18.* Est enim similitudo figmentum rei propriæ, & non propriè res ipsa, & ideo convenit, quod sint differentiæ, aliàs esset identitas. Bald. *in l. 1. in fin. C. de patr. qui fil. distrax.* Jason *in l. qui usumfructum. col. 2. per text. ill. ff. de V. O. in 2. notab.* Bald. *in l. memininus. C. de legitim. hæred. & in l. qui literis in princ.* ubi Bart. Angel. & Modern. *ff. de vulgar. substit. vid. supr. lit. R. cap. Ratio ax. 13.* siquidem comparata non per omnia convenire, argumento sit *§. 5. Inst. de exhered. liber. collata. l. 4. §. sancimus. C. de liber. præterit. item §. ult. Inst. de exhered. liber.* comparata *Novell. 115. cap. 3. l. 3. C. de inoff. testam.* unde & à Dd. symbolizare & fraternizare dicuntur, vid. Brunor. à Sole *in voce Nullitas. num. 2.* & similia similibus conveniunt, labra lactucis. *l. pen. C. de hæret.* Ut igitur hæc regula procedat, requiritur (1.) ut similitudo inter res comparatas in eo puncto intercedat, in quo fit comparatio, licet in aliis quædam dissimilitudo occurrat, quod latè exemplis illustrat Dn. D. Biccius *ad l. 3. §. ex contrario 5. ff. de acquir. poss. ff. part. poster. membr. 4. quæst. 13. ex c. constitutus 45. extr. de appell. c. cum dilecta 4. extr. de confirm. util. vel inutil.* (2.) contineat in se duo habilia extrema, nimirum extremum à quo, quod debet esse certum, & illi, in cujus gratiam similitudo adducitur, notum,

notum; & extremum, ad quod debet esse dubium, & illi, cui similitudinem proponimus, ignotum, quomodo & Canon Logicus docet, similia debere nota esse ei, cui afferuntur, alioquin ipsi nihil vel declaratura vel persuasura esse, exempla vid. *in l. testamento 31. ff. de condit. & demonstr. l. comparationes 20. C. de fid. instr.* Bald. *in l. data opera 11. col. 5. lit. c. C. qui accusar. non poss.* ubi ait, similitudinem esse sumendam, aut à majori, aut certè à pari ratione, non autem à minori. In illo enim extremo, in quo major ratio militat, major etiam notitia & certitudo locum habebit, add. & *ejusd. comm. ad l. illud 19. col. 2. C. de SS. Eccles.* & ejusdem addition. ad Speculat. *in tit. de disput. & allegat. post princ.* Huc quadrabit & distinctio Lud. Gomez. *ad §. in personam Inst. de act. numer. 21.* ubi refert, quod quando simile plures habet differentias quam concordantias, dicatur simile impropriè, licet regulariter non sit simile; si verò simile haberet plures concordantias quam differentias, dicatur simile propriè & regulariter. facit gloss. *in l. Julianus in vers. offerri*, quam ibi notabiliter declarat Gothofred. *ff. de act. empt.*

Amplia, obtinere eam non solùm in legibus, *l. non possunt 12. ff. de LL.* modò in illo casu simili non reperiatur dispositio aliqua Legislat. contraria Bart. *in Auth. quas actiones col. 3. l. non dubium 5. col. 2. fac. 2. C. de LL. per l. 21. ff. de milit. testam. l. si verò 64. §. viro 9. ff. solut. matrim.* statutis, Bald. *in l. 1. C. de interdict. col. 2.* consuetudinibus, *l. de quibus 32. ff. de LL.* Angel. *in l. si ei cui ff. de evict.* verum etiam in contractibus (nam & in his à similibus ad similia argumentum procedit) *l. 1. §. si quis servum 9. cum seq. ff. depos. l. nominibus 2. C. de O. & A.* testamentis, *l. fin. ff. de testam.* interdictis, *l. 1. C. de interdict.* imò & in pœnis delictorum (quamvis cautum sit, ut constitutiones pœnales potius restringi quàm extendi debeant, *l. de interpretatione 42. ff. de pœn.*) *§. item qui Dominum 2. vers. sed quia natura* ibi: *judex solers & c. quæ fuit pœn. caus. benefic. amitt. 2. F. 24.* & quod magis, etiam in dispositionibus exorbitantibus & jure communi procedere, docent *l. si quis servo 20. Cod. de furt. fac. l. de eo 63. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. inter omnes 46. §. recte 7. ff. de furt.*

Limita I. nisi quando contrarium illius verbis apertis in jure expressum & decisum sit, Panorm. *in cap. ad translationem 3. col. ult. extr. de Constit.* & *ibid.* Felinus.

Limita II. si dispositio odiosa adjectam haberet particulam taxativam, quæ ad similes casus nunquam extendi posset, exempl. *l. 2. Cod. de patr. qui fil. distrax.*

Limita III. quando in dispositione vel statuto caveretur, verba esse intelligenda ad literam, & prout jacent. *l. 1 ff. de his quæ in testam. delentur.* & ibi Gothofr. *in marginalibus.*

Limita IV. in constitutionibus imponentibus pœnam aliquam habito respectu ad privilegium aliquod contra jus commune concessum, *§. 19. vers. item mixta actio. Instit. de action.* Baldus *in cap. item qui 2. vers. prædictis modis. 2. F. 22.*

Limita V. Quando versamur in materia privationis, *Novell. 2. cap. cum igitur 3. vers. sin autem non voluerit*, ibi: *patres si ad secundas nuptias &c.* Bald. *in Auth. ex testamento. C. de collat.*

Limita VI. in ea lege vel statuto, quod in se non habeat antiquam naturam, nisi quod ita placuerit statuenti, exempl. *l. prospexit. 12. §. ipsa igitur. ff. qui & à quib. manumiss. l. si verò 64. §. de viro 9. ff. solut. matr.* Bald. *in l. etsi dotis. col. 1. vers. quæro in socero. C. de jur. dot.* Add. & Everhard. *in Top. legal. loc. à simili*, ubi decem casus enumerat, in quibus hoc argumentum non procedat, *p. m. 101.*

II.

Similia facilè etiam attendentem decipere possunt, Senec. *lib. 2. de ira, cap. 21.* At contrà ἐπὶ τῶν πολὺ διεσηκότων καὶ ἁδήλοι παντελῶς αἱ διαφοραὶ, id est, in iis, quæ multum inter se discrepant, facilè apparent eorum dissimilitudines, Aristot. *1. Top. cap. 16.* vid. Kubach. *pag. 317.*

III.

SIMILE non est idem, *textus est in l. 4. C. quib. res judic. non nocet.* Gloss. *in l. quod Nerva 32.* & *ibi* Bartol. *ff. depositi. l. pecuniam 36. ff. si certum petatur. l. ad similitudinem 27. C. de Episc. & Cler. l. 85. §. 10. ff. de solut.* ibi: *& huc pertinet nos feciſſe comparationem. §. sed inter eas. Inst. de nupt. cap. capitolium 30. de rescr.* Zabarell. *cons. 136.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 1. consid. 48. vers. quartus casus.* Marcus Mant. *singul. 318.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 84.* Bertazol. *de clausul. instrum. claus. 27. gloss. 12. n. 1.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 1. n. 4.* Gutier. *pract. libr. 2. quæst. 176.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 3. n. 51.* Acac. Anton. *in Comment. ad l. 5. n. 70. ff. de condit. & demonstr.* Ferrer. *in const. Catalon. gloss. 7. n. 106.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 7. lit. S. concl. 247.* Menoch. *cons. 406. n. 50. & cons. 135. n. 19.*

Et licet simile non possit dici identitas, qua simile non est idem; tamen valde simile reputatur idem. Baldus *cons. 408. Quidam civis. num. 8. vers. quapropter de necessitate. lib. 1.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. S. concl. 246. n. 6.* [unde ubi unum simile removetur, ibi & aliud remotum esse debet, *l. oratio 16. de sponsalib. l. ult. C. de indict. viduit.*]

CAP. XXXIII.

Simonia.

Axioma I.

Simonia est maximum omnium peccatum, *c. sicut 6. c. per tuas 32. in fin. extr. de Simon. c. quibusdam. c. cum liceat. c. ult. 1. q. 1.* Refertur enim inter species criminis læsæ Majestatis divinæ, estque ad instar publici delicti, *l. 31. C. de Episcop. & Cler.* Unde & tales, qui studiosa voluntate emendi vel vendendi aliquid spirituale nituntur, pro hæreticis habentur, *c. quicunque & seqq. 1. q. 1.* Honthem. *1. de art. Notar. lib. 1. cap. 35. §. 3.*

35. §. 3. n. 6. & à quibuscunque personis, sive sint criminosi vel meretrices, vel etiam servi proprii, *c. tanta 7. extr. de simon.* tanquam hæretici non modò accusari possunt, *cap. quæro ergo. §. verum. c. pen. §. porrò. c. ult. §. sed cum 6. q. 1.* sed & si convicti, vel deponi, *c. ea quæ c. ex multis 1. q. 3. c. pen. extr. de confess. c. sicut 6. c. de hoc 11. extr. de simon.* excommunicari, *c. qui studet 1. q. 1.* vel nondum convicti, suspendi debent *c. quoties 5. extr. d. t.* siquidem Spiritus sancti donum pretio comparari quid aliud est, quàm capitale crimen, & simoniaca hæresis, text. *in cap. qui studet. 1. quæst. 1. & ibi gloss. in verb. communione. & in c. nullus Episcopus 100. ead. caus. & quæst. junct. gloss. in verb. exigat.* Hyppolit. *in l. unic. C. de raptor. virgin. num. 292.* qua de causa in detestationem tanti criminis receptum est, uti refert Hyppolit. *in d. l. unic. C. de rapt. virgin. n. 292.* ut hoc crimen etiam sola voluntate (Canonistæ mentalem simoniam vocant, *cap. fin. de simon. gloss. ibid. in verb. affectu animi. & in cap. tua nos. in verb. culpabiles. & in c. consulere. verb. voluerunt. eod. tit.* Panorm. & alii *ibid. gloss. in cap. ex parte 1. in verb. dimittere. de offic. delegat.* Franciscus Marc. *quæst. 544.*) committatur, *cap. tua 34. extr. de simon.* Gail. *1. de pac. publ. cap. 4. num. 23.*

II.

Simoniæ crimen est occultum ac difficilis probationis, Dec. *cons. 342. num. 11.* Cravett. *cons. 281. col. pen. vers. non obstat.* Menoch. *1. arbitr. jud. cas. 116. num. 12.* ideoque conjecturis & præsumptionibus probatur, Farin. *1. decis. 9. per tot.* & committitur non tantum in spiritualibus, sed etiam in eis annexis, *cap. quæsitum 5. extr. de rer. permut. c. de jure 16. extr. de jur. patr. gl. in c. vendentes 1. q. 3.* Abb. *in c. cum ab omni. de vit. & honest. Cler. Clem. 2. col. post med.* & ibi Imol. idem Abb. *in c. ne Prælat. vices suas.* Vasq. *l. 2. contr. 37. num. 9.* Hinc quando dicitur & judicem simoniam committere, quando pro justo vel injusto judicio aliquid recipitur, *gloss. in cap. vendentes 1. quæst. 3.* id intellige procedere scilicet in spiritualibus, secus in profanis; licet enim hoc etiam in casu sit gravissimum peccatum, simonia tamen non committitur, Vasq. *d. loc.* quemadmodum etiam nec ex pactis jure non reprobatis, Gloss. & Dd. *in cap. significasti de Elect.* Oldrad. *cons. 275. num. 8. col. ult. vers. circa septimam.* Farin. *1. cons. crim. 91. n. 15.*

CAP. XXXIV.

Simplicitas, simpliciter.

Axioma I.

Simplicitas hominum legibus est amica, *§. 3. Inst. de legit. agnat. tutel. Clem. 2. de pœnit. & remiss. cap. sancta 56. ubi gloss. 2. quæst. 7. §. sed quia. Inst. de fideicomm. hered. l. ult. §. tales itaque 1. C. de furt.* qua de causa simplicitati parcendum esse legimus *in cap. ad audientiam 24. extr. de appellat. cap. ult. extr. de permut. cap. ex tuarum 2. extr. de sortileg. cap. scriptura. 3. de consecrat. dist. 2.* nec simplices decipiendos, habemus *in Clem. abusionibus 2. §. ad hæc. de pœnit. & remiss.* Unde, quod per simplicitatem omissum est, non obesse dicitur, sed ei subvenitur, ut imperitiæ. Gloss. *in cap. super literis 20. verb. simplicitatem de rescript.* Honthem. *3. de art. Notar. cap. 13. n. 24.* Unde etiam illa, quæ ob simplicitatem in precibus non sunt expressa, rescriptum non vitiant, Gloss. *in d. cap. super.* ibique Abb. *3. notab. de rescript.* ita simplicitatem aliquando excusare à dolo, dicunt text. *in l. 7. ff. de jurisdict. l. 2. §. ult. ff. si quis in jus vocat.* à delicto, testantur Cardinal. *in Clem. 1. quæst. 39. de privileg.* Felinus *in cap. quoniam. num. 11. de probat.* Marsil. *sing. 287.* Huc pertinet, quod scribit Abbas *in cap. pastoralis. in fin. & in cap. dilecti. de judic.* quem sequitur Marsil. *sing. 450.* quod licet positionibus per se, non autem per Procuratorem respondendum sit, nihilominus tamen procurator pro homine simplici respondere queat. Menoch. *2. arbit. judic. cap. 193. numer. 1.* qua de causa talis à tutela remotus ob simplicitatem infamis non efficitur, *l. 3. §. ult. ff. de suspect. tutor.* rusticum etiam ob contumaciam, in quam alii incidunt, ratione simplicitatis excusari, textus est *in l. contumacia 53. ff. de re judic.* eodem modo & præter regulam, quæ in aliis obtinet, liberari à suspicione usuraria, patet *ex cap. ad nostram 5. de empt. l. cum allegas 15. C. de usur. l. pater 17. in princ. ff. de dol. except.* idem dici & de testimoniis contrariis, utpote in pœna criminis falsi, text. est *in Nov. 90. §. quamvis. de testib.* quandoque tamen evenire, ut non quævis simplicitas excuset, prout est illa, quæ discretioni adversatur, *ex cap. Petrus. ubi gloss. 24. dist. 39.* infert Cardin. *in cap. 2. col. 2. vers. oppono. de pœnit.* vel etiam quando esset juris maximè notorii, ex Angel. & Imol. *in l. ex consensu. §. ult. ff. de appell.* Alex. *cons. 123. n. 14. lib. 1.* trad. Menoch. *2. arbitr. judic. cas. 194. num. 16. vid. lib. præced. cap. Rusticus.* obiter addi potest hisce, simplicitatem etiam aliam dici asininam, aliam columbariam, quarum illam reprobari, hanc autem commendari *ex cap. si cupis 16. q. 1. fac. l. 6. de jur. & facti ignorant.* deduxit Reinking. *2. class. 2. cap. 11. num. 42.* juxta illud: Simplex esto, sicut columba, nec cuiquam machineris dolos. *cap. si cupis. §. habeto 16. q. 1.*

II.

Simpliciter quod præcipitur, plus timetur, quàm quod generaliter imperatur, *cap. si adversus 11. extr. de hæret.*

III.

Simplicitas est, quæ dolo caret, *cap. ex merito 6. quæst. 1. cap. si cupis 16. quæst. 1.* eaque innata excusat tantum in commissis, non in committendis, *cap. tanta. 24. in fin. dist. 86.*

CAP. XXXV.

Simulatio, Dissimulatio,
Simulatus contractus.

Axioma I.

Simulatio in dubio non præsumitur, *l. sed si ma-*

si maritus 14. §. fin. ff. qui & à quibus manumiss. l. rogasti 17. ff. si cert. petatur. Bald. *consil. 456. num. 1. lib. 1.* Marc. Anton. Roveſcal. *in ſua ſchola ſubdit. num. 1. verb. nunquam autem præſumitur.* Fatinac. *1. conſ. 91. num. 7.* unde difficilis eam eſſe probationis dixit Menochius *2. conſ. 116. num. 12.* ſiquidem opus eſt, probare certam ac determinatam ſpeciem ſimulationis: cum enim plures ſimulationum ſpecies reperiantur, quarum aliæ ſint licitæ, aliæ illicitæ, Abb. *in conſ. 9. num. 2. verſ. & ratio evidens. col. 2.* ideoque non ſufficit probatio, quæ in genere contractum ſimulatum eſſe concludat, niſi ſpecies illicita ſimulationis oſtendatur, Bart. *conſ. 65. factum tale. num. 4. verſ. prædictis his præmiſſis. col. 2.* ubi refert, quod cum verba ſimulationis poſſint multipliciter intelligi, quicunque dicit contractum ſimulatum ſive agendo ſive excipiendo, debet dicere, qua cauſa ſimulationis contractus ſimulatus ſit, alias intentio eſſet incerta, & abſolvendus ille, contra quem ſimulatio contractus allegatur, cum de jure nullæ fictiones, nullæq; ſimulationes præſumantur, niſi appareat cauſa, propter quam factæ fuerint, quod idem notavit Baldus *in l. ab Anaſtaſio in fin. C. mandat.* dum inquit, quod ille, qui dicit inſtrumentum ſimulatum, dicere debet, in qua parte ſit ſimulatum, & quare, & ſic modos ſimulationis exprimere; id enim quod pluribus modis fieri poteſt, debet declarari per intentantem, nec eſt bona conſequentia, inſtrumentum eſt ſimulatum. Ergo in totum eſt ſimulatum, & ob id concludit, quod actor exprimere debeat, in qua parte inſtrumentum ſimulatum eſſe dicatur, quem ſecuti ſunt Ancharan. *conſil. 227. Ad corroborationem* Caſtrenſ. *in l. jurisgentium. §. dolo malo. ff. de pact.* Alex. *conſil. 111. Viſo ſuperiore. num. 1. verſ. & præſuppono. vol. 3. conſ. 28. In cauſa. num. 12. verſ. & qui opponit. vol. 5.* Aretin. *conſil. 159. Longa eſt, ſub numer. 1. verſ. venio nunc ad tertium. col. 6. in princ.* Gozadin. *conſ. 94. numer. 54. verſ. ſecundo niſi allegetur. col. pen.* Alexand. *in l. juris gentium. §. pactorum in fin. ff. de pact.* Salicet. *in l. ab Anaſtaſio in fin. C. mandat.* Cæpoll. *in præſumpt. 26. numer. 89. verſ. & adverte in practica. tract. de ſimulat. contract.* Dec. *in l. imaginaria in fin. ff. de R. I.* Alban. *conſ. 9. numer. 1.* Qua de cauſa ſimulationem contra ſcripturam non niſi alia ſcriptura probari, poſt Bart. *in l. 12. verſ. & idò eſt cautela. C. de non num. pec.* reſpondit Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. 10. §. 12. numer. 7.* quam illationem tamen utpote periculoſam ac veritati parum conſentaneam divulgavit Valaſc. *in tr. de Jur. emphyt. quæſt. 7.* idque potiſſimum ex eo, quod quamvis contractus in ſcriptis fiat, & ſcriptura ſit vel de ſubſtantia, vel de ſolennitate probatoria, ſimulatio tamen adverſus eandem ſcripturam etiam teſtibus & præſumptionibus probari poſſit, per ea, quæ tenent Bart. *in l. 1. §. 7.* & ibi Bald. *n. 16. de non num. pecun.* Decius *conſ. 543. numer. 14. & conſ. 235.* Johan. Riminald. *conſ. 85. num. 4. lib. 1.* Afflict. *in cap. 1. de feud. dato invicem L. commiſſor. num. 10.* Bald. *in l. cum precibus. C. de probat. & in l. 1.* ubi Paulus, & idem Paulus *in l. fin. C. plus valer. quod agitur, quam quod ſimulat. concipit.* Alciat. *in l. cum ea. C. de transact.* Bart. *in l. Lucius. ff. depoſit. & conſ. 65.* Petr. Nicol. Socin. *conſil. 263.* Alexand. *conſ. 28. col 3. volum. 5. & conſ. 112. volum. 3.* Decius *conſil. 463. numer. 8.* Cæpoll. *cautel. 24.* Rebuff. *ad Leg. Galliæ 2. tom. pag. 133.* Bartolus *in l. ei qui. in fin. Cod. de diſtract. pignor. per cap. de cauſis 4. de offic. deleg. & cap. 2. de renunc. in 6.* Alexand. *conſil. 46. col. 1. vol. 3.* Cornel. *conſil. 135. col. ult. vol. 1.* Socinus *conſ. 264 col. 2. in fin. & conſil. 83. col. 2. vol. 3.* Geminianus *conſil. 16. vol. 2. verſ. in contrarium.* Calcanus *conſ. 16. numer. 11.* Caſtrenſ. *conſ. 58. colum. fin. & conſ. 74. col. 2. vol. 3.* Decius *conſ. 403. numer. 18.* Cravett. *conſ. 73. num. 7.* Berous *conſ. 168. num. 21. vol. 1.* Grat. *reſponſ. 11. num. 14. vol. 2.* Menoch. *2. de arb. jud. quæſt. 217.* ubi tandem judicis arbitrio relinquendum concludit, vide & Cothman. *1. reſp. 18. n. 33. & ſeqq.*

II.

Simulata nullius ſunt momenti. *vid. ſupr. lib. 1. cap. 25. axiom. 10.* Bald. *in l. ſub ſpecie. C. de re judicat.* Simulatus enim contractus eſt ſicuti cadaver ſine anima, & corpus ſine ſpiritu, nec contractus appellari poteſt, Bald. *in l. 1. plus valere quod agitur. & in l. ei qui C. de diſtract. pignor.* Bart. *in l. 2. §. parvi. col. 2. ff. quod vi aut clam.* Joſeph. Ludov. *concluſ. 51. verſ. & quando adſunt.* Ideoque dixit Bartolus *in l. nemo poteſt ff. de legat. 1.* quod ſi contractus ſimulatus in ſubſtantialibus deficiat, nomen contractus non mereatur, facit quod ſcribit Baldus *in d. l. ab Anaſtaſio, not. 4.* Quod contractus ſimulatus dicatur coloratus ſive depictus, quo extrinſecus apparet aliquid, ſed intrinſecus non habet ſubſtantiam, vid. & Jaſon. *l. fin. §. in computatione. col. fin. C. de jur. delib.* Vult. *3. conſ. Marp. 18. n. 83.* Menoch. *remed. recup. poſſeſſ. 15. numer. 183.* poſt Jaſ. *in l. cum ea quæ 21. num. 3. per ill. text. C. de transact.* in tantum ut & inſtrumento guarentigionato exceptio ſimulationis opponi poſſit, quoniam ſubſtantiam ejus aufert, Jaſon *in l. nemo poteſt. in 1. lectura. num. 42. & ſeqq. de legat. 1.* Menoch. *conſ. 27. numer. 43.* & eleganter Weſenb. *conſ. 11. num. 28.* cum tituli falſi figmentum non præſtet veritati impedimentum *l. ſi ancillam 7. C. de contrab. empt.* nec etiamſi ſuper contractu ſimulato juramentum interpoſitum eſſet, vigore præſtiti juramenti valere ac obligari poſſit, *gl. in d. l. in emptione. C. plus valere quod agitur. vid. ſupr. lit. I. cap. Juramentum.* Unde etiam in dubio omnis ſimulatio ut vitioſa improbatur, & judicatur ad malum finem pertinens eſſe. *cap. 21. de præbend. & dignit. c. 4. de pign.* vid. Weſenb. *in C. plus valere quod agitur. num. 6.* Ita quoque ſimulata ignorantia neminem excuſat, *L. 2. C. de bon. libert.* ſimulatus titulus non prodeſt ad præſcriptionem, Vaſq. *illuſtr. Controv. lib. 2. cap. 67. num. 6.* ſimulatæ nuptiæ nullius ſunt momenti *l. 30. ff. de Rit. Nupt.* ita ſimulatio vitiat ſententiam, juramentum, transactionem, laudum. Bald. *in l. 1. C. plus val. quod ag.*

Amplia in acceſſoriis: Sic enim renunciatio ſimulata contractui appoſita etiam eſt inefficax.

Mascard. *de probat. vol. 1. conclus. 447. num. 34.* Dalner. *de renunciat. cap. 19. num. 17.*

Limita I. axioma procedere & contractum nunquam convalescere, tum si sit perpetua & durans simulatio, aliud si non sit durabilis, ut in specie, *l. si non singuli 5. C. si cert. pet.* ubi vid. omnino Sichard. *n. 7.*

Limita II. si fiat ob publicam utilitatem ad bonum finem, quo casu eam permissam esse *ex cap. utilitatem 22. quæst. 2.* probat Laurentius Tennin. *in tract. cautel. caut. 246. num. 5.*

Limita III. si dolus malus absit. *l. optima. 14. C. de contrab. & committ. stipul.* ubi vid. Cujac. *pag. 1296. D.*

III.

Simulatio est actus, qui non potest proficisci ab uno solo, sed requirit consensum utriusque partis, Castrens. *in l. 7. §. dolo. ff. de pact.* Pacian. *1. consil. 70. num. 41.* siquidem ea non pendet à voluntate sola unius, sed perficitur ex consensu & voluntate duorum contrahentium, sicut nec confessio unius non facit, nisi & alter consentiat. Pacianus *cons. 77. num. 116.* Unde etiam si in contractu partes renunciant exceptioni simulationis & apparentiæ contractus, tunc hæc verba declarant voluntatem & mentem contrahentium, se nimirum nolle istum contractum haberi pro fictitio vel ad simulationem facto, Mascard. *1. concl. 447. num. 21. & 22.*

IV.

Simulatio sine allegatione & probatione causæ certæ aut idoneæ probari non potest, Alban. *cons. 9. n. 7. col. 3.* Pacian. *cons. 117. n. 20.*

V.

Per simulatos contractus nec dominium nec possessio transfertur. Bart. *in l. emptor. 12. de aq. pluv. arcend. per ill. text.* etiam per constituti clausulam aut precarium, Bald. *cons. 326. vol. 4.* Alex. & Jason. *in l. 1. §. si vir. & l. quod meo. ff. de acq. poss.* Vital. *in tr. clausul. de simulat. contract.* Vult. *d. cons. 18. n. 63.* Joseph. *d. concl. 51. vers. & quando adsunt.* Imò si quis, ne patrimonialia opera præstaret, per tacitam fidem seu simulatam conventionem servandi sibi prædia, ea alicui vendiderit, qui immunis est ab istis oneribus, fisco bona vendita vindicantur *l. 15 §. 2. ad municip.*

Pro declaratione hujus facit Lud. Gomez. *in §. item si quis. Inst. de act. num. 3.* tres species, dum nimirum distinguit inter simulationem apparitivam, quando ille, qui vendit, manet in possessione rei venditæ, *l. sicut 8. §. supervacuum 7. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* & eam, cùm contractus sit in veritate, sed modico tempore duraturus, Bald. *in l. 23. C. de mandat.* & deniq; illam, quando contractus simulatus factus apparet, & de mente inter partes agitur, quod nihil sit. *l. nuda 55. ff. de contrab. empt. l. imaginaria 16. de R. I.* quibus positis Bart. *cons. 65. Factum tale est.* conciliare nititur *d. l. emptor. 12. ff. de aq. pluv. arc.* cum his quæ habentur *in l. eleganter 7. §. 2. ff. de do!.* ita ut prior intelligenda veniat de ultima simulatione, respectu cujus dominium non transferatur, duobus verò primis casibus bene transferatur, adde & Angel. & Aretin. *de Except. in princ. in 3. col. in fin. ex quo nota.* Sic etiam simulatam alienationem vocari & illam, quæ facta sit, non justo & æquabili pretio (quam Imperatores gratiosam emptionem nominant) patet *ex l. 16. Cod. de rescindend. vendit. l. 2. Cod. de fide & jur. hastæ.* cum hoc casu in totum simuletur emptio, quæ tamen revera donationem & largitionem pro parte continet, Pinell. *in p. 1. l. 2. C. de rescind. vendit. c. 2. num. 28.* quin imò & illam pro simulata alienatione haberi, si pretii numeratio & solutio non aliter quàm per patris apocham vel confessionem probari possit, refert Speculat. *in tit. de confess. §. nunc videndum. vers. sed num quid. num. 11.* quem sequitur Cæpoll. *in tr. cautel. caut. 21.* quia tunc præsumitur simulatio, Bart. *in l. per diversas 22. C. mandat.* quæ ideò præsumpta, exemplo doli præsumpti non malè vocari potest. *l. 8. §. 9. l. 44. ff. mandat.* Rauchbar. *p. 1. quæst. jur. civil. & Saxon. quæst. 43. num. 46.*

VI.

Simulationis exceptio instrumento guarentigionato objici non potest. Bart. *in l. 1. §. & parvi. n. 4. ff. quod vi aut clam.*

Excipe (1) nisi de ea constet per præsumptiones juris, & de jure, Baldus *in l. 1. num. 7. C. plus valer. quod agitur.* Panorm. *in cap. item cum quis. num. 7. de restitut. spoliat.* Coler. *de proces. executiv. c. 1. p. 4. num. 92.* vel (2) nisi notoria sit, ut in continenti doceri & probari possit, Decius *in cap. ex parte. num. 7. de offic. delegat.* Coler. *de proces. executiv. cap. 10. num. 232. p. 1.* probata enim simulatione instrumentum superficialiter quidem est & dicitur instrumentum, sed substantialiter & intellectualiter non est instrumentum, Bald. *in l. si non. C. de donat. int. vir. & uxor.* Decius *in d. c. ex parte. limit. 12.* Rauchbar. *part. 2. quæst. jur. 25. n. 100.*

VII.

Simulatio renunciatione partium non tollitur, Odofred. *in l. fin. C. de pact. pign.* Alberic. *in l. 1. C. eod.* Hostiens. *in summ. de pign. §. quibus pactis. vers. quid si renunciavit.* siquidem simulationis renunciationem etiam simulatam dici, si ipse contractus simulatus probetur, testantur Mar. Jun. *cons. 77. num. 51.* ubi allegat. Petr. Nicol. Socin. *cons. 63. in fin.* Bartholom. Veronens. *in tract. de simulat. contractib. præsumpt. 26. col. 2. vers. sed circa prædictas præsumptiones.* Regner. Sixtin. *3. cons. Marp. 12. num. 51.* quin imò ejusmodi renunciationem planè pro nulla ac inutili reputari, docent Bart. *in l. nemo potest. col. 2. vers. quæro, an renunciatio. de legat. 1.* Panorm. *in c. significantibus. in fin. de offic. delegat.* Curt. *cons. 8. in fin.* Barbat. *cons. 21. col. 9.* Vult. *3. consil. Marp. 18. num. 50.*

VIII.

Simulatè quod concipitur, non tam valet, quàm quod in veritate agitur, *cap. cùm inter. extr. de sent. & re judic. tot. tit. Cod. plus valere quod agitur, quàm quod simulat. concip.* vid. *omnino* Bargal. *lib. 5. de dolo cap. 23. per tot.*

IX. Qui

IX.

Qui debitum suum occultat aut diminuit, eo fine, ut plus acciperet, & alter facilius transigeret, ac de debito suo remittat, in mala fide & fraude versari perhibetur, *cap. de catero 5.* ubi Canonistæ *de sentent. & rejudic.* Anchar. *cons. 117.* Socin. *2. cons. 19.* aut qui debitum suum insidiosè dissimulat, *l. ea quæ 43. §. ultimo. ff. de contr. empt.* ex qua machinatione nec laus nec lucrum sperandum per text. *in l. qui cum tutoribus 9. de transact. l. tres fratres 35. de pact.* Matth. Wesenb. *cons. 42. num. 46. & seqq.* Bart. *ad l. jusjurandum quod ex conventione 17. de jurejur. c. inter dilectos 8. de donat.* Alciat. *ad cap. cum contingat. n. 180. extr. eod.*

X.

Qui de conditione sua dissimulat, malus est, *l. 4. quibus ad libertat. proclam. non liceat.* Simulatio enim est species falsi & in hoc distat à dissimulatione, quod dissimulatio sit stellionatus, non falsitas: est dolus malus, non falsitas, *l. 3. §. 1. de crim. stellionat.* Cujac. *in* Papin. *ad l. 80. §. si Titius 5. de furt. pag. 327.* D. & ideo simulatio dolosa alteri non præjudicat, *cap. quæcunque 9. 22. quæst. 3.*

XI.

Simulatio si in tempore assumatur, utilis est, *cap. penult. 22. quæst. 2.* atque idcirco Magistratui modus pœnæ prudenter est dissimulandus, *l. 14. de offic. Præsid.* & quandoque sæpè ea contra hostes expedit, *cap. Dominus 2. 23. quæst. 2.*

CAP. XXXVI.
Singula.

SINGULA quæ non prosunt, multa collecta juvant, *l. spadonem 15. §. qui jura 11. ff. de excusat. tutor. l. rationes 6. & l. instrumenta 5. C. de probat. l. si stipulatus 4. in pr. ff. de usuris.* [*l. 57. de rit. nupt. l. cum scimus 22. C. de Agricol. & censit. c. cum causam 13. extr. de probat. c. præterea 27. extr. de testib.*] Gloss. *verb. legitimis, in l. 2. ff. illo titul. de excusat. tutor.* Anton. Gabriel. *commun. titul. de probationib. conclus. 1. n. 1.* Alex. *cons. 13. Ex iis quæ. num. 19. cum seqq. libr. 1.* Cald. Pereira *in l. si curatorem. verb. sua facilitate. num. 59. versu tamen hæc duo C. de in integr. restitut. minor.* Menochius *consil. 284. num. 43.* Surd. *consil. 245. num. 31. & cons. 329. num. 20.* Anton. Monach. *Lucens. decis. 55. num. 33.* Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 7. lit. S. conclus. 276.* Farinac. *in praxi criminal. part. 4. cons. 39. num. 1.* Ferrer. *in Constit. Cataloniæ. gloss. 5. num. 147.* Mari. Antonin. *variar. resolut. lib. 2. resol. 55. num. 16. & libr. 3. resol. 7. num. 13.* Rot. *decis. 774. num. 7. part. 2. recent.* [Farinac. *1. consil. crimin. 46. num. 1.* quo tendit & Qvintilian. *lib. 5. cap. 12.* dum ait: Si non possunt valere singula, quia magna non sunt, valebunt, quia multa sunt, universa nocebunt: si non ut fulmine, tamen ut grandine, cujus verba usurpat etiam Cujac. *in c. pervenit. 4. de Empt. vendit.* Quæ singulæ rationes (inquit) etsi videantur exiguæ per se, multum tamen coacervatæ & connexæ proficiunt emptori, etiamsi non ut fulmine, ut Quintilianus loquitur, tamen ut grandine, juxta illud Ovidii:

Et quæ non prosunt singula multa juvant.

add. & eundem Cujac. *in recitat. ad l. 16. de bon. poss. contr. tabul.* ad quod respicit etiam Chrysostom. *homil. 17. in Matth.* dum ait, non simpliciter & in universum, generalique tantum definitione excutiamus ac examinemus negotia, sed tempus & causam & voluntatem & personarum differentias, & quæcunque ipsis alia contigerint, accuratè & diligenter omnia exquiramus atque expendamus, cum periculosius nihil sit, quàm judicare ex thesi. Duar. *ad l. qui Romæ. §. Agerius de V. O.* Petr. Faber *ad l. omnis definitio. de R. I.* referente Mornacio *ad l. 51. §. in clivo ad L. Aquil.* Unde etiam & in jure civili ex una aliqua conjectura non temerè concluditur, sed simul multæ assumuntur, ut si quæratur: An qui chartas legavit, videatur legasse libros? hoc præsumit Ulpian. *in l. 52. §. 4. delegat. 3.* non ex uno argumento, sed pluribus conjunctis, veluti (1.) si dixerit: chartas meas universas do lego, (2.) si nullas alias chartas, quam libros habuerit, (3.) si studiosus studioso legaverit, *add. & l. 79. §. 3. & 4. d. tit.* ubi Cujac. *in Papin. lib. 7. respons.* siquidem specialiter etiam potest constitui ex multis concurrentibus, quorum singula non sufficerent. Exempl. *l. 57. §. 1. de rit. nupt.* idem putat & Cujac. *in cap. cum haberet 5. extr. de eo qui duxer. in matrimon. quam per adulter.* si ad voluntatis defuncti conjecturam & præsumptionem non sufficit unum aliquod argumentum, sed multa debent concurrere. Cujac. *in Papin. lib. 7. respons. ad l. 91. §. Titio. & §. balneas. de legat. 3. argum. d. §. & l. 52. §. 2. d. tit.* simile fere exemplum *in cap. 13. extr. qui fil. sint legitim.* item *in l. 31. §. 1. deposit. l. penult. in fin. de impens. in rem dotal. fact. l. 84. de jure dot. l. 9. §. 19. de bon. damnat.*]

Intellige, quando singula genere suo perfecta sunt, non ita si vitiosa, & genere

suo imperfecta sunt, §. *ex eo. Institut. quibus modis testam. infirm.* Abb. *consil. 16. Ad claram, in fine lib. 1.* Alexand. *consil. 150. In causa & lite. num. 26. & seq. lib. 5.* Tob. Non. *in rubr. Instit. de obligat. numer. 25.* Menochius *de præsumpt. lib. 3. præs. 39. num. 6.* Cardin. Tusch. *d. lit. S. conclus. 276. numer. 8. & 10.* Rot. *decis. 455. num. 2. ad med. p. 2. in posthum. Farinac.* [sic exempli gratia imperfectæ excusationum (à tutela) species invicem mixtæ non prodesse probant *d. l. 15. §. 11. de excusat. tut.* ubi C. A. *thes. 14. in fin. & thes. 18. num. 13. l. 1. qui num. tutor.* add. & Joh. de Amic. *cons. 127. num. 10. & 24.* Nevizan. *cons. 78. n. 44.* Paris. *cons. 153. n. 36. vol. 4.*]

Declara, ut procedat in civilibus, in quibus agitur de modico præjudicio, secus in criminalibus, ita Hippol. *cons. 20. n. 48.* [scil. quando de condemnando aliquem ageretur, tunc enim verissimum, quod plura imperfecta in suo genere non plene probata non conjungantur. Unde quoad effectum torquendi præsertim in delictis occultis contrarium servari, concurrentibus tamen illis tribus requisitis positis à Farin. *in sua pract. crim. part. 1. lib. de Ind. & tortur. q. 37. n. 11. & n. 48.* tuetur Grammat. *decis. 34. n. 35.* add. Gig. *de crimin. læs. Majest. lib. 2. tit. quem & per quos crimin. læs. Majest. prob. quæst. 25. numer. 3.* Boss. *in tit. de pact. suppositi. numer. 36. vers. item advertatur.* Thesaur. *decis. Pedemont. 24. in fin.* Paul. Granut. *theoremat. 23. num. 14.* Arnald. Albert. *de agnosc. assert. cathol. & hæretic. quæst. 26. n. 2.* Menoch. *libr. 2. de præsumpt. quæst. 91.*] vid. & Alex. *consil. 21. Repetitio, in princ. lib. 4.* quos refert Cardin. Tusch. *d. lit. S. conclus. 276. numer. 14.* ubi *num. 15.* post Alex. *cons. 115. n. 9. & seqq. lib. 4.* subdit, pariter procedere ubicunque agitur de re difficilis probationis de sui natura, quia tunc singula, quæ non prosunt, junguntur. Intellige etiam & declara axioma procedere, quando ad perficiendum eorum totum plura tendunt, secus si ad diversa, quia tunc non prosunt singula, nec multiplicata juvant, *l. unic. C. qui num. tutel.* Sebast. Medices *de R. I. reg. 3. num. 4.* ubi primam partem in naturalibus exemplificat.

CAP. XXXVII.
Singulare, Singularia, Singularitas.

Axioma I.

Singulare jus illud dicitur, quod contra subtilitatem & rigorem juris ex utilitate & æquitate proditum est, & receptum in civitate. Quale jus est Usucapionum, libertatum, condictionis furtivæ, mutui in Novell. *136. cap. 4.* vid. Cujac. *ad l. 1. defin. Papin. ad l. 1. de LL.* quapropter singularia seu jus singulare continentia in doctrina aliquando procedere, ostendit etiam Cujac. *in parat. C. de testam. milit.*

II.

Duo vel plura singularia circa unam personam, vel rem non possunt concurrere, *l. 1. C. de dot. promiss.* Sandæus *lib. 3. decis. Frisic. tit. 15. de fin. 2. pag. 33.* Tiraquell. *in l. si unquam 8. C. de rev. voc. donat. verb. donatione largitus. numer. 167.* Pruckman. *1. consil. 10. num. 69.* Berlich. *1. concluss. 53. n. 32. 2. decis. 216. num. 6.* Ernest. Cothman. *5. respons. 1. numer. 451.* Ratio, quia duo exorbitantia in una eademque re minus sunt toleranda, Bald. *2. cons. 275. num. 9. vers. porro.* Carpzov. *de jure fœminar. decad. 4. posit. 20. numer. 20.*

III.

Singularia & peculiaria singularem & peculiarem merentur tractationem, *l. item 15. §. hoc edictum 27. ff. de injur.* Wesenb. *in parat. Cod. ne sanct. baptism. iteretur. vid l. 9. §. quoniam 3. de reb. credit.* quapropter & sententia jure singulari recepta in consequentiam non est trahenda, *l. fideicommissaria 23. §. 3. de fideicommiss. libert. c. quæ à jure 28. de R. I.* Exemplum elegans est *in l. 11. C. de hered. tut.*

IV.

Ex singularibus propositionibus licet verus universalis propositio non apparet, nisi per signum universale forsitan exprimatur, *cap. in Genesi 55. de Electione.*

V.

Singularitas morum etiam bonorum interdum scandalizat inconsuetos, *c. illa 11. in fin. distinct. 12.* & flagitium reputatur, *cap. quæ contra 2. in princ. distinct. 8.*

VI.

Singulares de populo intelliguntur interdicti, interdicto populo, *cap. si sententia 16. de sentent. excomm.*

CAP. XXXVIII.
Societas, Socius.

Axioma I.

Societas in se habet jus quodammodo fraternitatis, *l. 64. in princ. ff. pro soc.* in qua partes socieratis regulariter æquales esse debent. *l. 29. & ibi gloss. in verb. societati. ff. pro soc.* Paul. de Castr. *cons. 349. col. 2. vers. sed contra. p. 1. incip. ex dic quo iste Raphael.* Iniquum enim est ex eadem societate alium plus, alium minus consequi, *d. l. 64. §. si cum tres. ff. pro socio.* nec oportet id communicari, quod quisque non propter societatem, sed propter suam partem acquisierit, *d. l. 63. §. si servo 9. ff. pro socio.* neque societas claudicare. Alex. *consil. 48. col. 1. lib. 1. incip. diligenter perspectis.* Consil. Argent. *1. cons. 104. num. 15. cum seqq.*

Imò

Imò socius interdum potior est fratribus, cognatis & uxore. *Perez. in tit. Cod. ut liberalitat. Imper. socius. n. 13. 14.*

II.

Societas tamdiu durat, quamdiu consensus partium integer perseverat, *l. 5. C. pro soc.* Societas enim ut consensu, non sola re contrahitur, Bart. *in l. Titium. §. altero. col. 2. de administr. tutor.* Lud. Gomez. *ad §. item Serviana. numer. 18. institut. de action.* ita etiam mutuo dissensu iterum dissolvi potest, *l. tamdiu 5. C. pro socio.* Treutl. *vol. 1. disp. 27. th. 11. lit. a.*

III.

Societas donationis causa jure communi est nulla, *l. 5. §. ult. ff. pro soc. l. 35. §. si quis 5. de donat. mort. caus. l. 32. §. 4.* ubi Langenbeck. *in annotationib. suis ff. de donat. inter. vir. & uxor.*

IV.

Socius sui ipsius socius non est, sed alterius, *l. 20. ff. pro socio.* Nec enim uno tantum faciente contrahi potest societas, sed promiscuum factum exigit, ubi facto contrahitur, cum requiratur quod in societatem uterque aliquid ponat, vel rem vel factum, *l. 5. l. 29. ff. pro soc.* Cons. Arg. *104. num. 61. vol. 1.*

V.

Societas in dubio judicanda potius est in usu rei quam in ipsa re, Bald. *in l. 1. num. 5. vers. præterea est. C. pro soc.* Pacian. *1. cons. 31. num. 46.* Et in dubio censetur contracta juxta loci consuetudinem. *Bald. in l. 1. C. pro soc.*

VI.

Socii mei socius, non est meus socius, *l. nam socius mei 20. C. pro soc. l. consilii 47. §. 1. de R. I.* Socius enim mihi esse non potest, quem constat, me noluisse mihi esse socium, Ulpian. *in l. qui admittitur 10.* & ibid. Mudæus *num. 2. ff. pro socio.*

Quod intellige de hujusmodi, qui peculiarem societatem ita cum socio meo contraxit, ut nihil mihi cum eo negotii fuerit, & socium mihi esse nolui, ut patet *ex d. l. qui admittitur.* aliàs ubi hæc ratio cessat, ibi merito & illud jus cessabit, quo negatur socius meus esse, qui mei socii socius est, *leg. quod dictum 32. ff. de pact. l. adigere 6. §. quamvis 2. de jure patron. c. cum cessante 60. de appellat. l. 77. §. 20. de legat. 3.* Regner. Sixtin. *1. Consil. Marpurgens. 11. numero 50.*

VII.

Noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se, *l. 1. §. 10. de offic. præfect. urb. l. 28. de inoffic. testam.* vid. Gothofr. Antonii *disp. 11. thes. 3. lit. D.* Jerem. Reusner. *disput. feudal. 9. thes. 19.* Obrecht. *lib. 4. Feud. cap. 2. num. 13.* Rittersh. *lib. 2. part. feud. cap. 5. num. 12.*

VIII.

Quoties omnium omninò bonorum inita est societas, toties bona quocunque titulo quæsita aut erogata comprehenduntur *l. 3. § 1. ff pro socio.* Quia hæc fuisse videtur intentio contrahentium, qui enim omne dicit, nihil excludit, *l. 68. pr. ff. de Legat. 1.* Ita ergò comprehenduntur hereditates, legata, donationes, *d. l. 3. §. 1.* ita thesaurus ab uno sociorum inventus. *Zoës. ad ff. pro soc. n. 10.* Similiter ea, quæ unus ex sociis filiæ in dotem aut filio ad studia vel honorem erogavit. *l. 73. §. ult. ff. h. t.*

Limita: modò honesto titulo fuerint quæsita aut erogata. Cons. *Harprecht. ad pr. Inst. de societate. n. 21.*

IX.

Quoties societas bonorum simpliciter inita, toties illa tantùm conferenda, quæ titulo oneroso sunt acquisita, quia reliqua non veniunt ex quæstu seu operâ cujusque *l. 8. ff. pro Socio.* Ita ergò lucrum ex emtione, locatione & similibus commerciis quæsitum erit conferendum, *l. 7. ff. eod.* Non item hereditates, legata, donationes & similia. *l. 9. seqq. ff. eod.*

Declaratur in dubio hæc potiùs societas, quàm omnium omninò bonorum videatur contracta, *d. l. 7. Carpz. P. 3. Const. 26. def. 45. n. 3.*

X.

Toties pactum de lucro & damno inæquali vitiosum est, quoties unus solus damnum aut ejus partem, nihil verò lucri percipit. *l. 29. §. fin. ff. pro socio.* quia hoc pactum ob absolutam inæqualitatem & iniquum est, & contra substantiam contractus societatis, scil. lucri communicationem. *Hahn. ad Wesenb. h. t. n. 6.*

Limita: nisi certò constet, animo donandi aliquem omne damnum in se suscepisse, sic enim tolerabitur pactum. *l. 38 ff. de Contrah. Emt.*

XI.

Quoties socius secundum formam societatis contraxit, toties socios reliquos obligat. Quia ea, quæ in formâ seu lege societatis continentur, socii sibi invicem mandasse creduntur.

Limita, ut procedat, etiamsi versio in rem societatis non probetur à creditore. *Lauterbach. ad tit. pro socio. n. 4.*

XII.

Socius pari Jure cum socio utitur.

Limita (1.) Si socius personaliter in aliquo privilegiatus sit. Itaque Colonus partiarius, qui fundum fisci colit, pro suâ ratâ à collectarum solutione non est immunis. *Perez. C. de Indict. n. 24.* sicut nec colonus fundorum Ecclesiæ, *Brunnem. ad l. 3. C. de muner. & honor. non contin.*

Limita (2.) si socius unus re communi uti velit, alter autem eam sterilem linquere malit, ille præfertur huic. *Perez. C. de Navicular. n. 39.*

CAP. XXXIX.

Solennitas.

Axioma I.

Solennitatis quæ sunt, ea in ipso actu interveniant necesse est, *cap. auditis 29. cap. quia 42 de Elect.* Wesenb. *in parat. ff. de autor. & consens. tutor. num. 5. & de V. O. num. 12.* Regner. Sixtin. *1. Consil. Marpurg. 11. num. 77.* siquidem ea est natura solennium, ut dividi & separari nequeant, *l. continuus 137. in princ. cum ibi not. de V. O. l. cum antiquitas 28. C. de testament.* Wesenb. *in parat. ff. de testam. num. 10.* Tiraquell. *de LL. Connubial. verb. consentement. gloss. 6. numer. 8.* Carpzov.

part.

part. 2. constit. 15. definit. 309. numer. 5. neque etiam ex solennibus quippiam omittendum vel mutandum, *l. Divus 7. in integr. restitut. l. etsi 144. de Regul. Jur.* Wesenb. *in Comment. Cod. de condict. ob caus. dat. numer. 6. in fin.* Cardin. *consil. 18. dub. 1.* Everhardus *in loc. Topic. in loc. à defect. formæ, numero 4.* sed semper mos solennitatis expleri debet, *l. ex illo 13. ibi solennitatis more expleto. Cod. de appellationib.* vid. Bornit. *libr. 2. de different. instrument. cap. 22.* Pruckman. *volum. 2. cons. 35.* Peregrinum *decision. 67. num. 5.* ne omissio solennitatis vitiet actum, *l. cum hi 8. §. si Prætor. 17. de transact.* Bald. *in l. hac consultissima. in princ. Cod. qui testament. facer. possunt.* Arnold. Raiger. *in thes. voc. actus. pag. 40. num. 12.* Unde etiam ubi solennitate opus est, semper præsumitur eam interveniſſe, Bald. *in l. cum virum. num. 7. vers. hoc sequitur de fideicommiss. per l. sciendum 30. de V. O.* Gylman. *lib. 4. vot. 1. num. 40.* quod procedere maximè si solennitas alicujus actus auctoritate juris inventa, substantialis forma ipsius actus, & de essentia ejus, tenent Baldus *in l. comparationes. numer. 5. vers. tertio oppono. Cod. de fid. instrument.* Vasquez *in tractatu de success. & ultim. voluntat. libro 1. de testator. potentia. §. 3. num. 3.* hinc nisi strictè observetur, actus ipso jure nullus efficitur, *l. 9. §. sed si quis rem 3. ff. ad exhibend. l. cum hi. 8. §. si Prætor 17. ff. de transactionib. l. 1. §. præterea 4. vers. utrumque. ff. de nation. distrahend.* Bocerus *de investit. feud. cap. 4. num. 54.* Quamobrem qui se fundat in lege, quæ certas solennitates in aliquo actu requirit, ex ea non juvatur, nisi manifestè probaverit se omnes ipsius qualitates observasse, Marsil. *latè in rubr. C. de probationib. num. 347.* Alexand. *cons. 77. num. 5. volum. 7.* Curt. *cons. 60.* Cacheran. *decis. 165. numer. 6.* Quod si enim unam ex istis qualitatibus quis omiserit, cum solennia observasse dici non poterit, Roland. à Valle *consil. 72. num. 58. volum. 3.* ac proinde totus actus ut corruat necesse est, *dict. cap. quia propter 42. ubi Dd. de Elect. cap. sine exceptione 12. quæst. 2.* Cyn. Bald. *in l. ambiguitatis Cod. de testament. cap. cum dilecta 22. de rescript.* Bartol. *in l. item. §. sed si ita. ff. quod cujusque univers. nom.* Johannes Andreæ *in verb. circa formam. in cap. prudentiam. §. 1. de offic. delegat.* ubi refert Hostiens. ad hoc allegare textum juris divini *ex Deuteron. cap. 12.* qui præcipit hoc tantum facito Domino, nec addas vel detrahas, ita omissionem solennitatis substantialis in solenni quodam actu ipsum actum vitiare etiam in parte minima, *ex l. 9. §. sed si quis 3. vers. nam mutata forma. ad exhibend.* deducunt Bald. *in l. 1. de liber. & posthum.* Antonius de Butr. *in cap. Pisanis. extr. de restitut. spoliator.* Felin. *in cap. dilectus. extr. de rescript.* Grammatic. *decis. 79. num. 11.* Nævius *ad l. 122. §. 2. de Verb. Obligat. num. 8.* Hyppolit. Riminald. *cons. 249. num. 28.* Tiberius Decianus *respons. 86. num. 1. & 5. volum. 2.* Pantschman. *quæst. 23. num. 9. lib. 2.* Bocer. *de investit. feud. capite 4. num. 66.* unde etiam tales solennitates ne quidem inter rusticos remissas esse, dicit Barthol. Muscul. *de success. convent. class. 1. membr. 3. lit. C. numer. 42.* adeò ut ex illa omissione præsumptio doli oriatur, ita quidem ut nec probatio in contrarium admittatur, Angel. post gloss. *in l. fin. Cod. quod met. caus.* Curt. jun. *cons. 50. numer. 2.* Paris. *cons. 100. num. 70. volum. 1.* Cacheran. *decis. 58. numer. 33.*

Declara & limita I. regulam procedere de solennitatibus propriè dictis, quæ actui sunt substantiales, vel de substantiali vel gravi solennitate, ut loquitur Raiger. *d. loc. num. 12.* Nam aliàs requisita minus solennia aut momentosa actum non vitiant, *l. 1. §. ult. de vent. inspic.* quo casu etiam omissionem levis solennitatis non vitiare maximè in consistorio Principis, ut quæ ibidem non valde attenduntur, post Gail. *1. observ. 41. num. 1.* refert Carpzov. *2. respons. 100. num. 16. & lib. 4. respons. 37. num. 13.* ubi tamen leve videri non debet, quod sæpius observandum jubet vel Lex vel consuetudo. Tiraquell. *de retract. lignag. §. 3. gloss. 1. num. 4.*

Declara & limita II. obtinere, nisi æquitas evidens hoc poscat solennia juris mutanda esse, *l. 183. ff. de R. I.* cujus exemplum extat in testamento inter liberos, quod subsistere duobus testibus adhibitis, tametsi aliàs numerus testium septenarius ad solenne testamentum requiratur, dictat *l. hac consultissima 21. C. de testam.* cujus intellectum plenius exponit Gail. *2. observ. 12.* cui adstipulatur Marcellus, ubi etiam minori ex magno damno ex æquitate subveniri debere, perhibet *in l. Divus 7. ff. de restit. in integr.*

Declara & limita III. si solennitas in actu aliquo non requisita interveniret, sed minus aptè, quo casu actum non vitiare, patet *ex l. 21. in fin. ff. qui testam. fac. l. 1. §. fuit quæsitum 13. ad SC. Trebell. l. 1. in princ. C. de rei uxor. act.* Gail. *lib. 1. observat. 66. num. 15.* Petrei. *conclus. criminal. conclus. 23.* quia non præsumitur elegisse viam, per quam ejus intentio impugnetur, argum. *l. si miles 3. de testament. milit.* sed potius demonstrationis, quam necessariæ dispositionis & coarctationis ergo posuisse, Em. Soarez *in addit. Gomez. cap. 11. num. 6. tit. 4.*

II.

Solennitates intrinsecæ præsumuntur, *§. si scriptum 17. instit. de inutil. stipulat. l. jurisgentium 7. §. quod ferè 12. ff. de pact. l. sciendum.* ubi Jason. *de V. O. vid. omnino* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. cap. 32.*

Limita I. nisi qualitas actus ex loco & tempore repugnet, quia non verisimile eo loco & tempore potuisse intervenire, Mascard. *de probationib. conclus. 1314. num. 15.*

Limita II. nisi lex vel statutum vellet eam solennitatem expresse probari, Mascard. *d. loc. num. 16.* Jason. *in d. l. sciendum. num. 25.*

Limita III. in solennitate intrinseca requisita à statuto, ea enim non præsumitur, quia impropria est probatio, sed probari debet, Jason. *contra* Bald. *in d. l. sciendum. num. 26.*

Limita IV. quando testis deponeret de aliquo contractu, nisi specifice solennitatem intrinsecam declaret, non præsumitur, Mascard. *dict. conclus. 1314. num. 19.* de qua tamen dubitat, quia repugna-

pugnat expresse *cap. sicut 16. de sentent. & re judicat.*

Limita V. si contrarium fuerit probatum, vid. Jason *in d. l. sciendum n. 24.* Mascard. *d. conclus. 1314. num. 20.* licet enim præsumatur, in contrarium tamen admittitur probatio, *gloss. in d. c. sicut. in gl. pen. in fin.*

III.

Solennitates extrinsecus advenientes, nisi probentur, non præsumuntur, *l. sciendum 30. ff. de V. O.* ubi Dd. & Zas. *l. quæcunque 13. §. fin. ff. de public. in rem act.* ibique gloss. *in verb. auctore.* Castrens. *in l. suus hæres. numero 1. C. de repud. vel abstinend. hered.* Wesenb. *2. cons. 65. numer. 3.* Jason. *in l. transactio. C. de transact.* Gail. *lib. 2. observ. 71. num. 5.* ubi declarat procedere, si nimirum defectus solennitatis requisitæ in judicio à parte adversa allegatus sit.

Limita ergo I. non obtinere, quando defectus solennitatis extrinsecæ non est à parte gravata allegatus, quo casu stat præsumptio pro instrumento, quod nimirum omnia ritè & acta & celebrata sint. Alex. & Roman. *in dict. l. sciendum.* Imol. *in c. dilectus n. 20. in fin. de consuet.* Felin. *in c. sicut de re judic.* Matthesilan. *sing. 12. incip. nota. quod Apostill. ibid. n. 5. p. 18. c. ea noscitur. 6. extr. de his quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit.*

Limita II. propter diuturnitatem temporum, ob quam præsumitur solennitatem extrinsecam præcessisse, *l. si filius 10. Cod. de petit. hered. l. qui in aliena 6. §. sed etsi 1. cum gloss. ibid. ff. de acquirend. hered.* Gail. *lib. 2. observat. 71.* maximè si tale sit tempus, cujus initii memoria non extat, Dec. *consil. 409. num. 13. vers. pro vera resolutione. colum. fin.* Bald. *consil. 41. illud affera. col. 6. volum. 1.* Ruin. *consil. 35. adeo plenè. num. 18. vers. præterea. vol. 1.* Pacian. *1. consil. 20. num. 77.*

Limita III. quando intervenisset juramentum, Anton. de Butr. *in cap. quod sicut de Elect. & in cap. si diligenti de foro compet.* supplet enim hoc omnes solennitates alioqui requisitas. Alex. *cons. 53. n. 6. vers. aut non intervenit. vol. 3.* Joh. Andreæ ad Speculat. *de sentent. §. ut autem verb. procedendum* Grammatic. *consil. civil. 108. n. 77.* Anton. Gabr. Roman. *lib. 2. de jurejur. conclus. 5. n. 14.* Wesenb. *1. cons. 23. n. 22.*

Limita IV. quando interveniret decretum judicis, Speculat. *in tit. de empt. & vendit. §. nunc videndum. vers. & generaliter.*

Limita V. in judice actum judicialem faciente, quia tunc præsumitur solennitatem extrinsecam intervenisse, Socin. *in tr. fallent. reg. 463.* ubi hoc & in laudo arbitratorum locum habere respondet.

Limita VI. in actu modici præjudicii facta à viro bono, Matthesilan. *sing. 12. n. 3.* adde Honthem. *2. art. Notar c. 5. n. 23.* ubi undecim limitationes enumerat. Mascard. *de probat. concl. 1315. per tot.*

IV.

Solennitatis defectus nunquam potest corrigi, Decius *in l. si librarius. de R. I. l. Gallus 29 §. videndum 14. de liber. & posthum.* Dd. *in l. Imperator. de stat. homin.* Felinus *in cap. ex literis. de fid. instrum.* Augustin. Berous *cons. 5. Reperitur instrumentum. numer. 2. vol. 2. fac. l. 4. §. condemnatum 6. de re judic.* ubi Alex. Bart. *in l. 1. §. parvi, quod vi aut clam.* Pantschman. *2. quæst. 23. num. 11.*

V.

In solennitatibus consuetudo loci, in quo actus celebratur, debet attendi *l. cum fundus 48. ff. de evict. l. semper in stipulationibus 34. ff. de R. I. l. 1. C. de emancip. liberor. ibidemque gloss. verb. duumviris. l. 2. quemadmod. testam. aper.* Dd. *in cap. quod Clerici. de for. compet.* Cephal. *consil. 170. num. 21. vol. 2. incip. in causa. Gail. 2. observ. 123.*

VI.

Solennitas requisita in actu faciendo requiritur etiam in eo reparando & reficiendo, Jason *in repet. l. quo minus. n. 189. ff. de fluminib.* Gail. *2. observ. 61. num. 5.* ubi limitat, non procedere, si à Tyranno vel tempore belli ab hostibus Ecclesia vel civitas destructa, aut castrum dirutum soloque æquatum sit: quo casu tantum abesse, quod jura sua amittant, ut etiam alio loco restaurata eadem retineant, concludit.

VII.

Fraus & dolus præsumitur ob solennitatem omissam, *Perez. C. de fid. & jur. hastæ n. 17. seq.* Ex adverso, quæ cum magnâ solennitate fiunt, revocanda facilè non sunt. *Brunnem. C. de re milit. col. 5. l. 10. §. 2. C. de Numerar. Perez. C. eod. n. 11.* nisi id fiat vitio Tabellionis *l. 24. C. de Testament. Brunnem. C. de Numerar. col. 4.*

VIII.

Solennitas non necessaria si in actu interveniat, non vitiatur Actus, ex eo, quòd imperfectè & minùs solenniter adhibeatur. *Valeron. de Transaction. tit. 5. Quæst. 4. num. 20.*

CAP. XL.
Solicitudo.

Axioma I.

Solicitudo temporalium suffocat spiritualia, *c. 1. §. gibbus. dist. 49.*

II.

Solicitudo pia est, egenorum commodis intendere, *capit. divina 4. distinct. 87.*

III.

Solicitudine nimia elicita non valent. *capit. si quando 5. extr. de rescript.*

CAP. XLI.
Solitum, Consuetum.

Axioma I.

Solita fieri, facta esse creduntur, *l. semper in stipulationibus 34.* ubi Dd. *de Reg. Jur. l. quæro 54. §. 1. ibi: quamvis nihil expressum sit, tamen verisimile esse ita convenisse locat. l. 2. & ibi not. l. 37. pr. & §. 1. de eviction. l. ult. in fin. princip. ibi: reipsa hoc videtur actum esse. C. de donat. ante nupt.* & transeunt aliquando in juris necessitatem.

tatem. §. 1. *Institut. de fideicomm. hered. l. neque natales 10.* ubi Baldus *Cod. de probat.* Wesenb. *cons. 44. num. 64.* Everhard. à Mittelb. *in loc. Top. loc. ab usitat. sive solitis.* Vult. *3. cons. Marp. 32. num. 112.*

II.

Solitum dicitur non tantum id, quod sæpius, sed & quod semel accidit vel factum est, Bart. *ad l. Mela 14. §. sed si aliment. per ill. text. ff. de alim. legat. & ad l. 2. vers. secundo quæro C. quom. & quando judex.* Alex. *cons. 5. si vera sunt. col. ult. lib. 5.* Corn. *cons 28. in fin. vol. 3.* Roch. de Curt. *in rubr. de consuet. q. 5. num. 43.* Cagnol. *ad l. diem functo num. 97. ff. de offic. assessor.* Gœdd. *3. cons. Marp. 26. num. 143.*

III.

In dubio secundum id, quod fieri solitum est, interpretatio fieri debet. *l. quod si nolit. 31. §. quia assidua 20 ff. de ædil. edict. l. semper in stipulationibus 34. de Reg. Jur. l. eum qui probabilem 19. C. de Episc. & Cler. c. 1. & ibid.* Cardin. Johan. Calderin. in Panorm. Imol. *de Cleric. non resident.* Roland. à Valle *cons. 81. num. 14.* Cephal. *consil. 96. num. 3. & cons. 194. num. 16.* Cravett. *cons. 77.* Socin. jun. *cons. 2. num. 25. vol. 1.* Qui enim facit, quod plerumque fit, dolosè agere non censetur, *l. quid sit fugitivus. §. apud Labeonem 12. de ædil. edict.* Jason. *in l. certi condictio. 8. si nummos. si certat. petat.* Alberic. *in l. dolum. num. 6. Cod. de dolo.* Ancharan. *cap. cum venerabilem. not ab. 2. vers. & fortè est ratio. de consuetudin.* Marsil. *cons. 90. num. 11. & 12. & cons. 100. num. 11.* Decius *cons. 473. num. 8.* Cravett. *cons. 6. num. 78.* Decianus *resp. 29. num. 16. vol. 1.*

CAP. XLII.

Solvere, Solutio.

Axioma I.

Solvere & promittere sunt paria, *l. ult. C. ad L. Falcid.*

Intellige, scilicet quoad comprobationem actus, secus verò quoad repetitionem; qui enim cum exceptione, ut quatenus facere potest conveniatur, solverit, tutus esset, non repetit, *l. 8. ff. de condict. indeb.* at si illud tantum promiserit, non magis tenetur, quàm antea, *l. quod si maritus 3. ff. de constit. pecun.* Costal. *add. l. 8. de condict. indeb.*

II.

Solvere qui non potest in termino, interim perjurus non fit, Bald. *in c. 1. n. 5. quæ fuit prim. caus. benef. amitt.* ubi ait, quod licet sit perjurus quoad actum, non tamen est perjurus quoad reatum, Gail. *1. obs. 142. num. 4.*

III.

Solvere non dicitur, qui pignora aut fidejussores licet idoneos offert. *l. 4. §. ait Prætor 3. de re judic. junct. l. quod si non solvere 10. de pign. act.* Berlich. *2. conclus. 41. num. 13. vers. quod usque.* Reincking. *de retract. consang. quæst. 6. num. 60. & seqq.*

IV.

Solutionis dies æque pars est stipulationis atq; summa ipsa, *l. 1. §. 2. ff. de edend.*

V.

Solvere plus debito nemo præsumitur, Angel. *cons. 126. num. 2. vers. 1.* Neviz. *cons. 96. num. 14. in fin.* Tiraquell. *de retr. tit. 1. §. 1. gloss. 8. numer. 35.* Bertaz. *1. consult. decis. cons. 70. numer. 7.* quia nemo tam fatuus esse censetur, ut plus solvat, quàm debeat, *l. cum de indebito 25. vers. qui enim solvit. de probat. fac. l. ult. C. arbitr. tutel.*

VI.

Solvens partem debiti ex unica tantum causa procedentis, videtur totum debitum agnoscere, *l. cum notissimi 7. §. imò 5. cum seq. C. de præscr. 30. ann. vid.* Elbert. Leonin. *consil. 12. pag. 146. n. 18.* & ideò per partem debiti solutam creditor censetur in toto jus sibi salvum retinuisse, exempl. *in l. is qui usumfr. 20. ff. quib. mod. usumfr. amitt.* ubi habens usumfructum fundi, si tantùm eo simpliciter utatur, & non fruatur, per usum scienter receptum, non amittet usumfructum, quia, ut inquit Baldus *ibidem*, per usum partis scienter receptum retinetur possessio totius partis, vide Florian. *in d. l. is qui usumfr. n. 1. vers. extra usque ad fin. colum. 2 & ibi* Fulgos. *numer. 3. vers. hæc lex inducitur. col. 2.* Castrens. *num. 1.* & plenius *in l. si prius. num. 2. vers. & per illam ff. de aq. pluv. arc.* Speculat. *in §. 1. num. 17. vers. quod si cum debitorem. & num. 22. vers. sed pone miles. de præscript.* Johan. Andreæ *in cap. plus semper. num. 6. vers. solvit. de Regul. Jur. in 6.* Bart. *in d. l. si prius. num. 12. vers. ultimo.* Dyn. & *ibidem* Alber. *de aq. pluv.* Pacian. *cons. 101. num. 2.*

VII.

Solvè & repete, ita Dd. *in l. 2. C. ad L. Cornel. de falsc. c. debitores 6. extr. de jurejur.* Rota Genuens. *decis. 3. n. 10.* Oldendorp. *cl. 4. act. 17. vers. pen.* Wilhelm. Ant. de Freundsperg *de restr. morator. concl. 63. n. 212. g. 3.* Calvinus *in Lexic. sub vocab.* Gelt. Quod Brocardicu nequaquam universale, sed singulare in casibus exceptis, verbi gratia, instrumenti guarentigionati, rectè statuunt Card. Tusch. *pract. concl. lit. S. concl. 34.* Hering. *de fidejuss. c. 25. n. 10.* (1) quia dolo facit, qui petit id quod redditurus est, *l. in condemnatione 173. §. dolo 3. de R. I.* (2) quia interest potius non solvere, quàm solutum repetere, *l. 3. C. de solut. l. si stipulatur 55 ff. de fidejuss. l. 3. de compens. l. nemo adeo 171. de R. I.* Anton. Faber *in l. ult. si quis caution. in judic.* Exceptiones seu casus speciales vid. *in l. 2. C. ad L. Cornel. de falsc. c. debitores 6. de jurejur.* Wilhelm de Freundsperg *de restr. morator. concl. 63. n. 212. g. 3.* nec similis est sententia germanica Geld vor/ Recht nach/ (ut putant nonnulli Dd.) Wehn. *pr. obs. lit. g. f. 159.* quia & Wehner. & Oldendorp. de casu inverso loquuntur.

VIII.

Solutum sive pro extinctione debiti semper præsumitur in favorem recipientis, *l. cum de indebito 25. pr. vers. sin verò ab initio. ff. de probat.* Corn. *cons. 169. n. 13. vers. respondetur. vol. 1.* Pacian. *1. cons. 150. n. 10.*

IX. Mul-

IX.

Multa rectè solvuntur, quæ non legitimè exiguntur, *l. cum is. 32. §. mulier. 2. de condict. indeb.* Exemplum vide *in c. fi verò expressum. in Auth. de hered. Falcid.* ubi heres institutus piè quidem facit, ut hereditatem adeat, attamen eadem pietas adeò non obligat, ut ad adeundum lege compelli possit, idem comprobatur per text. *in l. pen. §. illa. de necess. serv. hered. inst.* ubi testator heredes hortatur, ne adeò impii existant, ut servos liberalitate & legato defuncti, quamvis servi permaneant, defraudent: non tamen inde mox sequitur, servos ab heredibus relictum jure exigere posse, Pantschmannus *lib. 2. quæst. 6. num. 48.*

X.

Solvendo esse & idoneus quisque tamdiu præsumitur, donec probetur contrarium, Mascard. *de prob. concl. 326. num. ult.* facit egregiè *l. cum 4. de jure codic.* quod quomodo fiat, exponit idem *concl. 739. incip. facultatis.* & post eum Carpzov. *4. resp. 38. n. 10.* ubi plures allegat.

XI.

Solutio intelligitur fieri in causam solventi minus onerosam, *l. 1. ff. & l. 1. C. de solut. l. si usuras 28. C. de usur.* Wesenb. *1. cons. 4. num. 8.* unde in quamcunque causam in ipsa solutione solutum se velle dixerit debitor, in eandem solutum accipiatur, *d. l. 1. in pr. ff. de solut.* Exempla sunt *in l. 5. §. 1. l. 24. l. 102. §. 1. ff. eod. tit.* nec quicquam impedier contradictio creditoris, quin debitor in eam causam liberetur, quam in solutione expressit. Hillig. *in Don. enucl. l. 16. c. 12. lit. B.* alias si neuter hoc expresserit, solutum ita accipiendum, quo magis debitori prosit, & is graviori debito liberetur, *l. 3. ff. de solut.* quod fiet, si solutum magis in usuras debitas *d. l. 5. §. 2. vers. si forte.* quam sortem accipiatur, etiamsi contrarium ordinem scriptura præ se ferat, *l. 4. dict. tit.* Hinc & in dubio solutionem intelligi potius fieri ex causa censuali, quàm emphyteutica vel feudali, infert Matth. de Afflict. *§. si quis per 30. annos not ab. 6. de feud. defunct.*

XII.

Solutum ubicunque destinatur, ibi intelligitur esse contractum, *l. contraxisse 20. ff. de O. & A.* Jason & Dd. *in l. 1. de eo quod certo loc. l. 3. ff. de reb. autor. judic. possid.* adeò ut licet alibi revera sit contractum, locus tamen ille non attendatur, Jas. post Bart. *in d. l. 1. num. 4. l. unic. C. ubi conven. quis cert. loc. l. heres absens 19. §. fin. ff. de judic. l. eum qui 5. §. 1. ff. de const. pecun.* nec ibi forum sortiantur contrahentes ex contractu, scilicet quoad directam actionem (licet arbitraria in domicilio exerceri possit, Jason *in d. l. 1. in fin.*) sed tantum eò loci, quò solutio destinata est, Wesenb. *1. cons. 14. num. 54.*

XIII.

Solvitur unumquodque eodem modo, (præcipue & magis proprie) quo ligatur, *l. ab emptione 8. ff. de pact. l. nihil tam naturale 35. ff. de R. J.* Wesenb. *1. consil. 7. num. 7.* contrario enim jure pereunt omnia, quæ jure contrahuntur, *l. omnia 100. ff. prædict. tit.* ac proinde Paulus *in l. ferè 153. eod. tit.* obligationis ac liberationis eandem rationem statuit, ita videlicet, ut quibuscunque modis obligamur, iisdem ferè in contrarium actis liberemur. Vide Philipp. Matth. *ad d. l. 35. numer. 2.* & *ibidem* Hyppolit. à Collibus.

XIV.

Solutio ultra id, quod actum est, non extenditur, Jas. *in l. un. C. de error. calculi, num. 6.* quæ transactioni hac in parte adæquatur, Jason *in l. si de certa. C. de transact. num. 4. l. Emtor 47. §. Lucius 1. ff. de pact.* ut ultra id, de quo expresè actum est, extendi ad alia bona nequeat, Alex. *cons. 46. num. 7. vol. 1.* Ancharan. *cons. 330. n. 1. & 2.* quia actus ultra non operantur, quam geruntur, Wesenb. *2. cons. 52. num. 49.* Et ideò solutio non tollit aliam obligationem, quam in cujus causam facta est, *l. qui per collusionem 49. §. 1. ff. de action. empt. l. 8. vers. ibi enim duæ. ff. de eo quod cert. loc. junct. l. 1. & seqq. ff. de solut.* Carpz. *p. 2. const. 31. defin. 13. num. 4.*

XV.

Solutio non præsumitur, sed probari debet, Wesenb. *2. cons. 72. num. 5. l. si ex majore 7. C. de Except. l. ult. & l. judicatum 22. C. de solut. l. testium. 18. C. de testib. 16. l. ult. C. si cert. pet. l. asseveratio 10. C. de non num. pecun. l. quingenta 22. l. cum de indebito 25. de probat. l. 2. C. de donat. ante nupt.* præcipuè ab eo, qui allegat *d. l. asseveratio 10. de non num. pecun. l. 11. C. de probat. l. in exceptionibus 19. ff. eod. in fin.* Bart. *in l. 1. num. 3. de Except.* quia solutio est facti, *d. l. 25. §. 1. ff. de probat.*

XVI.

Solutioni similis est præscriptio 30. annorum, *l. si pupilli 66. §. ult. de solut.* Bald. *tract. de præscript. §. 1. in princ. quæst. 6. numer. 4.* qua non modò tollitur omnis actio, *l. omnes 4. l. sicut 3. C. de præscript. 30. annorum,* sed omnis etiam obligatio tanquam solutione facta. *princip. Instit. quibus modis toll. obligat* Gloss. *in rub. de diverf. & tempor. præscript.* Wesenb. *1. consil. 4. num. 105.* ubi Felin. *num. 4. cap. ad aures 6. ubi Dd. de præscr. l. si quis 8. C. de præscript. 30. annor.*

XVII.

Qui solvit, eo ipso contractum approbare dicitur, *l. ad solutionem 5. C. de re judic. cap. quoad consultationem 15. eod. tit.* Gozadin. *cons. 38. num. 19.* Speculat. *sub tit. de Syndico. numer. 7.* Alex. *cons. 127. col. 1. vol. 5.* siquidem solvens aliquid virtute transactionis, eo ipso transactionem, Calcan. *cons. 101. in fin.* & solvens virtute sententiæ, eam approbare censetur. Vult. *3. Consil. Marpurg. cons. 29. n. 206.*

XIIX.

Unica solutio non facit præsumi in præteritum esse solutum. Baldus *in l. quicunque. num. 3. vers. nunc venio. Cod. de apoch. publ.* Pacianus *1. cons. 98. num. 47.*

Limita: si quis trium annorum cohærentium apochas producat, etiam anteriores pensitationes solvisse præsumitur, adeò ut creditor contrarium probare teneatur *l. 3. C. de apoch. publ,* secus est, si unâ numeratione trium an-

norum pensitationes solutæ sint. *Perez. C. de apoch. publ. numer. 5. seqq.* Trium annorum solutio autem apochis, non testibus probanda est, non tamen præcisè requiritur, ut ultimorum trium annorum solutio probetur. *Brunnem. ad l. 3. C. eod.*

XIX.

Solvuntur sine conditione, quæ promissa sunt sine conditione, *c. inter cætera 22. q. 4. c. un. in fin. 2. q. ult.*

XX.

Solvere quod antecessor consuevit, ad id successor tenetur. *cap. ex parte 18. extr. de censib.*

XXI.

Quoties una omnium est obligatio; toties uno solvente alter liberatur. Ita si unus ex promissoribus correis solvat, liberantur reliqui, *§. 1. Inst. de duob. reis. l. 2. ff. eod.* Ita si duo seu plures fecerint, quo minus se quis in judicio stiterit, omnes obligantur, at uno solvente liberantur reliqui. *Brunnem. ad Wesenb. in fin. ff. de eo per quem fact.*

Limita: ut tamen solvens contra illum, pro quo solvit, regressum habere queat. *L. 2. C. de duob. reis.*

XXII.

Toties solvi potest creditoris creditori, quoties ejus creditum liquidum nec ullâ exceptione elidibile, quia hîc solutio tendit in creditoris utilitatem, *l. 11. §. 5. ff. de pign. act.* Et creditor videtur habere pecuniam, quæ in rem ejus versa est. Ita ergò si meus creditor debitum creditoris sui per retentionem vel etiam compensationem elidere possit, huic non tutò solvetur.

XXIII.

Quoties solutio pupillo facienda moram non patitur, toties fieri potest sine decreto judicis; nam quotiescunq; periculum est in morâ, toties à juris communis regulis receditur *l. 5. §. 12. de oper. nov. nunc.* Exemplum est in solutione redituum, pensionum & usurarum *l. 27. ff. de admin. tutor.* quia in his alimenta pupilli consistunt.

XXIV.

Quoties dies solutionis in gratiam debitoris adjectus, toties ante diem solvi potest, *l. 70. ff. de solut.* Quoties verò in gratiam creditoris, toties anteà solvi nequit. Nam casu priori quilibet juri suo renunciare potest; at casu posteriori nulli jus suum aut sua commoditas ullâ ratione adimenda est vel diminuenda.

XXV.

Quoties dies solutionis simpliciter adjectus, toties in gratiam debitoris adjectus in dubio præsumitur. Quia huic interim liberum arbitrium concessum videtur, negotium suum ista pecuniâ gerendi, eâque liber utendi.

Limita: ut procedat, nisi debitum fuerit usurarium. Nam semper illud, quod fit principaliter, potiùs spectandum, quàm quod per consequentiam. *Sande decis. Frisic. lib. 3. tit. 16. def. 1.*

XXVI.

Quoties is, qui pluribus nominibus obstrictus est, solvit, toties in ipsius arbitrio est, cui debito imputatum velit, *l. 1. C. de solut.* quia quilibet suæ rei legem dicere potest. Ita ergò debitor, qui creditori suo objicit exceptionem compensationis, statuere potest, quodnam debitum voluerit compensatum. *Mev. P. 1. dec. 116.*

Limita, ut procedat (1.) si debitor ipse solvat, secus si creditor ex venditione pignoris solutionem sibi faciat, *l. 101. §. 1. ff. de solut.* (2.) si debitor statim constituat, cui debito velit imputatum. Postea enim creditoris erit statuere *l. 1. in fin. & l. 2. ff. eod.*

XXVII.

Quoties debitor non exprimit, in quam causam solvat, toties imputatur (1.) in usuras, (2.) in sortem duriorem *l. 3. ff. de solut.* Quia alioquin usurarum obligatio unâ cum sorte adimeretur creditori, quod ei valdè præjudicaret. *Brunnem. ad l. 1. C. de solut. in fin.* ita ergò imputabitur potiùs in debitum proprium, quam v. g. fidejussorium *l. 4. ff. de solut.* In debitum purum & certum potiùs, quàm in dubium & in diem. vid. *Zoes. ad. ff. de solut. n. 33.*

Limita, ut procedat (1.) si usuræ civiliter debeantur & sint liquidæ, *Sand. dict. tit. 16. def. fin.* (2.) si agatur de uno eodemque debito. *Carpz. P. 2. const. 17. def. 29.*

XXVIII.

Si non stat per solventem, quò minùs solvat, liberatur quidem à pœnâ legali & conventionali, non verò statim ab ipsâ rei debitæ obligatione.

Limita: (1.) si publicæ functiones susceptori offerantur & respuantur, *l. 1. C. de susceptor.* (2.) Si sequatur rei debitæ amissio sine debitoris culpâ, *l. 72. pr. ff. de solut. Brunnem. C. ad. d. l. 1. de susceptor. in fin.*

XXIX.

Solvere cessans tributa privatur re tributariâ, si per biennium cessavit, & ita prædia allibrata seu in æstimum redacta à non-solventibus auferri & vendi possunt. *Brunnem. ad l. fin. C. de exact. tribut. num. 2.*

XXX.

SOLUTIONE ejus, quod debetur, tollitur, & extinguitur obligatio, *l. nulla 5. C. de solut. l. solvitur 5. ff. quibus modis pignus vel hypoth. princip. Instit. quibus modis tollitur obligatio.* Bartol. *cons. 67. Satis dubiè. in fin. libr. 1.* Johann. de Anan. *cons. 10.* Decius *cons. 449. num. 36.* Abbas *cons. 97. Viso. in princ. lib. 2.* Alex. *cons. 17. Requisitus in causa. num. 3. lib. 1.* Baldus *cons. 192. & cons. 175. lib. 2.* Ancharan. *cons. 318. In quæst. num. 2.* Surdus *cons. 145. numer. 14. & 15. & cons. 150. numer. 96.* Cardinal. Tusch. *lit. S. concl. 340.* Carolus de Grassis *de except. except. 25. numer. 6.* Pyrrh. Maur.

Maur. *de solut. cap. 54. per tot.* Steph. Gratian. *disc. for. tom. 4. cap. 675. num. 36.* [Nec refert, an ea fiat pro sciente, vel ignorante, invito, vel volente, *l. solutione 23. l. solvere 53. ff. de solut. l. solvendo 39. ff. de negot. gest.* Ipso enim gestu, hoc est, quod pro alio solvitur, dicitur ejus negotium gessisse; ita ut ipsum liberet ab obligatione, & paret sibi actionem negotiorum gestorum, Sichard. *ad l. 9. num. 5. C. de solut.* quod tamen distinctionem recipit; si enim pro invito solvat, repetitio ei nullo modo conceditur, *l. fin. C. de negot. gest. l. 53. ff. mandat.* si verò pro ignorante & utiliter & è re debitoris solverit, dabitur negotiorum gestorum actio, *l. cum pecuniam 43. ff. de negot. gest.* Cagnol. *ad l. invito 69. ff. de R. I.* Arum. ubi ad contraria respondet *exerc. 16. thes. 1.*

Amplia primò in solutione facta de mandato Judicis, quia solvens liberatur, & est securus, *l. non videtur 107. §. qui jussu 1. ff. de Regulis Juris. l. liberto 21. §. Lucius 3. ff. de annuis legat.* Bart. *in l. creditor in princip. ff. de solut.* Bald. *cons. 528. lib. 2.* Menoch. *cons. 68. num. 12. cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. p. 3. quæst. 97. num. 111.* Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 113. numer. 4.* Rot. *decis. 151. & decis. 849. num. 2.* apud eundem Farin. *in prima collect. novissimarum.* Declara, nisi fiat de mandato Judicis injusto, secundum Gutier. *pract. lib. 1. q. 18. num. 10. cum seqq.* & Farinac. *d. quæst. 97. num. 112.*

Amplia secundò, quod solutione ejus, quod debetur, nedum tollitur omnis obligatio, sed etiam hypotheca. Glossa *verb. tollitur, in princip. Instit. quibus modis toll. obligat.* Beroi. *cons. 204. num. 7. lib. 1.* Bald. *cons. 263. Initium lib. 5.* Alex. *cons. 106. Visis, in fin. lib. 6.* [Unde & solutione tolli & resolvi totum jus pignoris sine traditione, patet *ex l. ne creditores 10. C. de pign. act. l. acceptam 19 C. de usur. l. obsignatione 3. C. de solut. l. si cum venderet 13.* ubi Castrens. *de pignor. act. l. ex vectigali 13. de pignorib.* quia resoluto jure datoris, resolvitur & jus acceptoris, *dict. l. ex vectigali 13. de pignorib.* Wesenbec. *libr. 1. consil. 2. num. 68.*]

XXXI.

SOLUTIONEM diminutam creditor recipere non tenetur, *l. tutor. 41. §. Lucius 1. ff. de usur.* partis enim solutio multa affert incommoda, *l. planè 3. ff. famil. herciscund.* Gloss. Bart. & Alex. *in l. quidam æstimaverunt. ff. si certum pet.* Surdus *decis. 186. num. 2.* Solutio verò facta videtur de reliqua summa, quando aliquid petitur de resto, Mascard. *de probat. conclus. 111. num. 20.* Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. fin. p. 5. §. 1. num. 20.*

XXXII.

SOLVENS in dubio videtur solvere de pecunia sua, & non de pecunia illius, cujus nomine solvit, *l. si defunctus 10. C. arbitrium tutelæ.* Menoch. *cons. 12. num. 20. & 22. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 46.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 14. verb. meubles. num. 5.* Burg. de Pace *cons. 3. num. 73.* Mascard. *de probat. concl. 611. & conclus. 1159. & conclus. 1319. num. 12.* Surdus *de aliment. tit. 6. quæst. 8. num. 51.* Gam. *Lusitan. decis. 247. num. 2.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 20. num. 13.* Rot. *decis. 339. ad fin. apud Farinac. in 1. collect. novissimarum.* Et præsumitur solvere ob causam graviorem, Menochius *cons. 231. num. 28. & cons. 1185. num. 14. & cons. 1187. num. 26.*

XXXIII.

SOLVENS alii, quam vero creditori, non liberatur, *l. si unus 27. §. pacta. vers. ante omnia. ff. de pactis.* Surdus *decis. 60. num. 1.* Gratianus *discept. forens. cap. 20. à num. 30. & cap. 194. num. 17.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 7. lit. S. conclus. 340. n. 48. cum seqq.* ubi *num. 51.* cum Abb. *cons. 80. lib. 1.* ampliat, solutionem factam alteri, quam ei, cui debetur, non liberare solventem, etiamsi accipiens caveat cum fidejussione de relevando illum indemnem.

XXXIV.

SOLVI non potest aliud pro alio invito creditori, *l. 2. §. mutui datio 1. & ibi glossa in fin.* ac latè Jason *ff. si certum petatur. l. promissor 21. §. fin. ff. de constitut. pecun. l. item liberatur 6. §. qui paratus 1. ff. quibus modis pign. vel hypothec. l. eum à quo 16. cum l. seq. Cod. de solutionibus.* Socinus *regul. 28.* Cotta *in memorab. verb. solvi, pag. mihi 767.* Donatus à Fina *tom. 2. communium opinionum, lib. 8. tit. 27. de solutionibus, num. 36. pag. mihi 393.* Vitalis de Camban. *in tract. clausul. 376. num. 1.* Thomas de Thomasset. *in floribus Legum, reg. 31.* Gutier. *de juram. confirmat. part. 1. cap. 29.* Escobar. *de ratiocin. cap. 15. num. 1.* Pichardus *in disput at. de Mora. num. 97.* Surdus *decis. 224. num. 16.* Cevall. *commun. contra comm. quæst. 899. numer. 97. tom. 4.* Garc. Gironda *de privileg. seu exempt. explicat. num. 203.* Anton. Monach. *Bononiens. decis. 35. num. 8.* Cardinalis Tuschus *d. lit. S. conclus. 354.* latè Pyr. Maur. *dict. tract.*

tract. de solutionib. cap. 7. qui huic regulæ plures ampliationes & viginti sex limitationes assignat. Leo *Valent. decision. 184. num. 19.* Duranus *Rotæ decis. 1. numer. 1. & num. 2.* Quando verò aliud pro alio de consensu creditoris solvitur, tunc per talem solutionem extinguitur obligatio, Gozadinus *consil. 38. num. 8.* Surdus *consilio 145. num. 14. & sequent.* quos refert Cardinalis Tuschus *dict. lit. S. conclus. 340. num. 31.* [In obligatione tamen sæpe aliud esse, quàm in solutione, patet *ex l. 1. de penu. legat. l. 9. collata. cum l. 35. de aur. legat.* C. Arg. *ibid. thes. 3. add. & l. obligationum 44. §. 5. de O. & A. ubi gloss. pluribus exemplis id illustrat, & ibidem* Giphan.]

XXXV.

SOLVERE minus dicitur qui tardiùs solvit, & plus solvere dicitur qui statim solvit, *l. ut si cui 22. §. 1. l. minus 32. ff. de verborum significat. l. solidum 85. ff. de solutionib. §. plus autem pen. Institut. de fide juss. §. si quis agens 33. vers. plus autem Institut. de actionib. cap. 1.* ubi Doctores *de plus petit.* cum aliis adductis per Tiraquell. *de retractu lignag. gloss. 18. §. 1. num. 35.* Surd. *cons. 345. num. 9.* Menoch. *cons. 35. numer. 27.* [Hartman. Pistor. *1. quæst. pract. 15. num. 75.* Solidum etiam non solvit tàm is qui nihil solvit, quàm qui non totum, Bart. *ad l. item illud 7. §. si cujus dolo. num. 1. ff. de tribut. action. per text. in l. 32. ff. de V. S.* Ubi minus solvere dicitur, qui tardius solvit, cum bis det, qui citò, h. e. sine mora det, juxta illud Ausonii:

Si benè quid facias, facias citò, nam citò factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Add. & Cujac. *ad l. 84. l. continuus. §. qui insulam. ff. de V. O. l. Celsus 23. ff. de recept. arbitr. l. etsi post tres 8. ff. si quis caution. in judic. sistend.* idem Cujac. *in tr. ad African. ad l. trajectitiæ. ff. de O. & A.* quia qui statò præstitutoque die non solvit, in mora esse dicitur, *l. magnam. 12. C. de contr. stipulat. l. qui Romæ 122. §. Flavius 21. l. si fundum 114. de V. O. l. mora 32. ff. de usur.* cum majus plerumque sit compendium temporis, quàm quantitatis, juxta illud, in tempore venire, quod omnium primum est, de quo Gœdd. *ad l. 12. §. 1. num. 6. de V. S.*

CAP. XLIII.
Sopita, extincta.

Jus semel extinctum amplius non reviviscit, *l. quod res 89. §. aream 8. de solut. cap. quæritur 4. me 129. de consecrat. distinct. 4.* Gothofred. Antor. qui plures allegat, *disputat. feudal. 6. thes. 6. lit. a.* vid. & Hartman. Pistor. hoc declarantem *lib. 2. quæst. 36. num. 29. & sup. hit. l. c. Jus.*

CAP. XLIV.
Sors, Sortitio, Sortilegium.

Axioma I.

Sors non est aliquid mali, sed est res in dubitatione humana divinam indicans voluntatem, *cap. sors. 26. quæst. 2.* unde videmus in casibus dubiis plerumque rem sorti committi, *l. cum ambo 14. ff. de judic. l. generaliter 24. §. quid ergo 17. ff. de fideicommiss. libert. l 5. ff. famil. hercisc. l. 3. in princ. C. commun. de legat. §. optiones 23. Institut. de legat. Novell. 162. cap. 3. in fin.* Anton. Faber *in Cod. lib. 3. tit. 25. definit. 2. n. 1.* Carpzov. *part. 1. constit. 7. defin. 23. num. 3. & part. 3. constit. 15. defin. 41. num. 4.* Ubi enim humanum non sufficit consilium, ibi fortuna altercationem dirimere potest, Bald. *in cap. cum omnes, col. 12. extr. de constit.* cum non incongruum, ut in re ambigua judex eligatur fortuna, Laurent. Tennin. *in tract. caut el. caut. 179. num. 18.* hinc evenit, quod in interdicto uti possidetis data probationum paritate sorte decidi posse quæstionem, censuerit gloss. *in cap. licet causam. verb. uti possidetis. extr. de probat.* ubi etiam Felinus *num. 44.* vid. & Cujac. ut qui sortis & fortunæ judicium jure divino & humano approbatum esse latè & eleganter probat in recitat. *ad l. 12. de option. legat.*

II.

Sortibus non facile credendum, *cap. non statim. cap. non exemplo 26. quæst. 2.* imò prohibentur, *cap. sortes 26. quæst. 5.* Licet enim sortibus nihil mali insit, prohibentur tamen fidelibus, ne sub hac specie divinationis ad antiquos idolatriæ cultus redirent, *cap. sors. §. hîc ita 26. quæst. 2.* & ideò in electione specialiter prohibitæ sunt, *cap. ult. extr. de sortileg.* ita facti quæstionem sorte non esse dirimendam, text. est *in l. duo sunt Titii 30. ff. de testament. tutel.* secus tamen esse in quæstionibus juris, ut quæ fortunam judicem habere possunt, patet *ex l. sed cum ambo 14. ff. de judic. l. si 3. in princ. Cod. commun. de legat.*

III.

Sorti unusquisque subjicitur ex suo admisso, nec alieni criminis successor constituitur, *c. crimen. 1. quæst. 4.*

IV.

Sortilegia jure sunt prohibita, *l. nemo 5. C. de maleficis & mathematic. can. 1.* ibique gloss. *cans. 25. quæst. 1. c. ult. de sortileg.* & ideò graviter puniuntur, *c. 1. extr. eod.*

Intellige scil. si sint superstitiosa & divinatoria, *c. sortilegi. 26. quæst. 1.* secus enim est in illis, quæ sine superstitione in casibus jure & lege non improbatis usurpantur; hæc enim licita esse, utpote divino juri comprobata, defendit Reinking. *de retract. quæst. 2. num. 94. & seqq.*

CAP.

CAP. XLV.

Specialia, Specialitas.

Axioma I.

Specialia generalibus semper insunt, *l. in toto 113. l. semper. 147. ff. de Regul. Jur.* Species enim generi non derogat, sed potius genus speciem ampliat, quando in dispositione primum speciei, & postea generis est facta mentio, *l. hoc legatum 45. l. ea tamen 46. ff. de legat. 3.* Unde qui alimenta cuipiam legavit, non cibum & potum saltem, sed & vestitum & habitationem quoque ei legasse intelligitur, quia sine his ali corpus non potest, *l. legatis 6. ff. de alim. legat.* vid. & Anton. Tessaur. *decis. 59.* Philipp. Matth. *ad l. 80. de R. I.* quapropter tantundem operari dispositionem generalem quoad omnia sub hac comprehensa, quantum operatur specialis quoad specialia expressim *ex l. si duo 51. de admin. tut. l. omnes 4. in princ. C. de præscript. 30. annor.* probat Rauchbar. *1. quæst. 11. num. 22. & seqq.*

II.

Speciale jus dicitur illud, quod est exemptum à communibus regulis, *l. si non speciali 9. C. de testament.* vel quod à sua generalitate est exemptum, *l. item apud Labeonem 15. §. hoc edictum 26. ff. de injur.* Afflict. *decis. 122. num. 3.* Pacian. *cons. 47. num. 21.*

III.

Specialitas omne omnino excludit, *l. item apud 15. §. hoc edictum 26. ff. de injur. c. si de etsi 4. §. quæsitum 4. ff. si quis caution. in judic. sist. cap. bonæ 3. extr. de confirm. util. vel inutil. cap. super eo. 10. extr. de appellat. c. adhæc 10. extr. de rescript. cap. si adversus 11. extr. de hæretic. clem. 1. de excess. Prælat.* Vult. *1. consil. Marpurg. 17. num. 31.* an autem specialis enumeratio excludat intellectum etiam generalem, vid. *in clem. exivi. 1. de V. S.* Unde & specialiter id demum dictum intelligitur, quod à generalitate omninò est abstractum & specificatum, *l. uxorem 41. §. felicissimo 3. de legat. 3. d. l. item 15. §. 26. de injur. l. 1. §. dixit aliquis. & §. unde quæritur. de public. an. l. legatus 9. de supell. legat. l. 4. §. quæsitum 4. si quis. caut. l. servis 97. §. fin. de legat. 3. c. qui ad agendum 4. de procur. in 6.* Alex. *cons. 154. colum. 1. num. 1. & cons. 163. lib. 3. num. 2.* Campeg. *cons. 56. cons. 156. num. 7.* Matthes. ad Afflict. *decis. 120.* Wesenb. *1. cons. 32. num. 14.*

IV.

Specialia plus operantur quam generalia, *l. apud Labeonem 15. §. hoc edictum 26. ff. de injur. d. l. sed etsi 4. §. quæsitum 4.* Ubi Dd. *ff. si quis caution.* Decian. *cons. 122. num 1. vol. 3.* Vult. *3. cons. Marpurg. 30. num. 25.* & ideò specialis significatio semper præferenda iis in casibus, quibus vox aliqua speciatim & generatim communi, vel alio jure accipitur, *l. si in rem 6. §. 1. ff. de rei vindic. l. hoc legatum 45. ff. de legat. 3.* Sebast. Sapia. *in l. 1. num. 41. ff. de offic. ejus cui mand. jurisd.* Ludov. Alvar. *ad rubr. ff. de legat. 1. num. 84. & 127.* & ibid. Petr. Crispin. *num. 35.* & Cravett. *numer. 144.* Hieron. Butigell. *ad rubr. ff. si cert. pet. numer. 2.* Grat. *cons. 74. num. 45. & cons. 108. numer. 20. volum. 2.* Regner. Sixtin. *1. cons. Marpurg. 10. num. 7.* unde & specialis confirmatio plus roboris quàm generalis habere dicitur, *cap. quanquam. dist. 23.* Gail. *2. obs. 1. num. 5.* sicut & clausula specialis validius operatur quàm generalis, post Cagnol. & Dec. *in l. in toto ff. de R. I.* Wesenb. *cons. 3. numer. 57.* quia quod specialiter fit vel dicitur, plus valet, quàm id quod generaliter fit vel dicitur, gl. *in l. 15. §. 26. in verb. neglecta de injur. per l. & ita 3. §. 1. ibi: ut innotesceret. Nautæ Caup. stabular. l. 1. §. dixerit aliquis 2. ibi: sed è reputavit de publican.* hinc speciale mandatum derogare generali, licet de eo mentionem non faciat, probant *cap. 1. c. pastoralis 14. extr. de rescript. c. studuisti 2. extr. de offic. legat.* & speciale præceptum plus tenere quam generale, textus est *in l. si adversus 11. extr. de hæret.* & generales non revocare speciales literas probant *cap. ex literis 2. extr. de dolo & contumac. cap. bonæ. 3. extr. de confirmat. inutil.*

V.

Specialia non sunt multiplicanda, Dd. *in l. singularia. ff. si cert. petatur.* & post eos Decian. *respons. 13. num. 23. lib. 3.* Exemplum ponunt Dd. in statuto, quod si posset unum vel duo operari contra jus commune, illud intelligi debeat, ut in uno tantum sortiatur effectum, Cacheran. *decis. 59. num. 13. & decis. 165. n. 22.* Francisc. Curt. *in l. transigere. num. 20. C. de transact.* Gozadin. *cons. 84. n. 13. & cons. 35. num. 14.* Roland. à Valle *cons. 70. num. 38. lib. 3.* Port. *cons. 86. n. 6. & cons. 127. num. 8.* Grat. *cons. 19. num. 46. & cons. 121. vol. 1.* Regner. Sixtin. *1. cons. Marp. 14. num. 39.*

VI.

Quæ speciali nota indigent, nisi specialiter exprimantur, pro neglectis censeri debent, *cap. quia 4. de sentent. excomm. in 6. l. item apud Labeonem 15. §. hoc edictum 26. de injur.* Frider. Senens. *cons. 233. casus talis est. numer. 3.* Cephal. *cons. 332. numer. 10.* quia magis inspicitur, quod specialiter dispositum, quam quod in genere, cum genus cedat speciei, *cap. genus 34. de R. I. in 6. l. sanctio 41. ff. de pœn. l. pediculis 32. §. argento. de auro legato.* Bart. *in l. quæsitum. §. illud. de fund. instruct. l. doli clausul. 119. de V. O. l. in sacris 2. C. de proxim. sacr. scrin.* Jason *in l. Titius. de liber. & posthum. num. 4.* Hyppolit. Riminald. *cons. 135. num. 11. & num. 55. cum seqq.* cum quæ specialiter fieri debent, non sufficiat, ut generaliter fiant, Barbat. *consil. 19. scripsit. lib. 1.* Cephal. *cons. 524. num. 14.* quandoque tamen bonus judex ex personis causisque variè (etiam contra regulam) constituit, *cap. ad hoc 2. Feud. 28. l. 5. de probat. l. 40. de petit. hered.*

VII.

Speciale & exceptum in uno denotat jus commune in contrarium, *l. municipem 1. in fin. ad municipal. gloss. in l. præsenti 6. §. cum autem 3. verb. ad modum debiti. C. de his qui ad Eccles. confug.* Mundius *ad l. diffamari. cap. 4. num. 74. de ingen. manumiss.*

VIII.

Non est novum, ut Lex specialiter quibusdam enumeratis generale subjiciat verbum, quo specialia complectatur, *l. 27. §. 16. ad L. Aquil. c. 4. ibi: sed si aliquis vel aliquid articulis speciale mandatum exigentibus specificati fuissent, adjecta clausula generali, tunc ad non expressos etiam admittitur. de procurat. in 6.* Berlich. *2. conclus. 22. num. 20.* ubi plures allegat Carpzov. *2. constit. 17. defin. 2.* qui tamen errant, quod hoc tanquam singulare juris Saxonici commendent, quod communi juris ratione nititur.

IX.

Speciale non debet trahi ad generale, *c. sane 9. extr. de privileg.* nec ad consequentiam, *c. qui à jure 28. de R. I. in 6.*

X.

Speciali utilitati præfertur communis, *cap. licet 18. extr. de regular. vid. infr. lib. XIX. c. Utilitas.*

XI.

Specialiter interdum non licet, quod licet in genere, *c. omnis 12. extr. de pœnitent. & remiss. cap. ne captanda 3. de concess. præbend. in 6.*

XII.

Quæ specialiter notantur, melius memoriæ commendantur, *Novell. 1. l. item apud Labeonem 15. §. hoc edictum 16. ff. de injur. c. quanquam 6. dist. 23.*

XIII.

SPECIALIA duo non possunt concurrere circa idem, & in eodem subjecto, *l. cum post 69. §. gener. 4. ff. de jure dotium. leg. 1. Cod. de dotis promiss. c. singula 89. distinct. §. licet 4. Institut. de adopt.* latè Stephan. Nathen. *de justitia vulnerata tit. 7. cap. 2. p. 347. & seq.* Socin. *regul. 3.* ubi limitat sex modis, Bart. *in 1. quæstion. Lucanæ civitatis, in princip. numero 10. vers. decimo probatur,* Panorm. *ad cap. ultim. de sponsal.* Oldrad. *consil. 79. Duo specialia, in princip. & consil. 325. num. 4. vers. item promissio.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, regul. 102.* Menoch. *cons. 336. numer. 3.* Richard. *ad §. 1. Institut. de milit. testament. num. 8. & 11.* latè Cardin. Tusch. *practic. concl. tom. 7. lit. S. conclus. 360. per totam.* Surd. *consil. 34. num. 46.* Decian. *consil. 74. num. 51.* idem Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 21. num. 3.* Stephan. Gratian. *discept. at. forens. tom. 2. dict. c. 518. numer. 27. & cap. 520. num. 10. & cap. 573. num. 36.* [Unde duo plurave specialia circa idem statutum concurrere absurdum dicunt Mynsing. *consil. 10. num. 72. centur. 1.* Cornel. *consil. 254. num 3. vers. & sic militarent. volum. 1. per l. 1. C. de dot. promiss.* Bart. *in l. si tibi in princ. ff. de pact.* Gœdd. *1. cons. Marpurgens. 26. num. 151.* sicuti nec una specialitas & una præsumptio simul, ut scripsit latè Tiraquell. *de jur. constitut. part. 3. limitat. num. 235.* vid. Menochium *remed. 4. adipisc. poss.*]

Intellige, quando duo, vel plura specialia veniunt principaliter, non verò in consequentiam alterius, ut declarant Bart. *d. q. 1. Lucan. civitatis, in fin. vers. ad decimum.* Thom. de Thomasset. *d. regul. 102.* Tob. Non. *ad rubr. Institut. de testament. num. 20.* Cardinalis Tuschus *d. lit. S. conclus. 360. num. 23.* [Ut autem omittamus, quod de falsitate hujus brocardici tradunt, Alciat. *in l. si is qui.* ubi Bologner. *num. 402. de Usucap.* id etiam inter cætera limitari potest, ut non procedat, quando uno speciali prosit, alterum juris subordinatione & dispositione sequatur Simon Ulric. Pistor. *in not. ad lib. 1. quæst. 1. Hartman. 99. lit. N. p. 10.* Limitat & alio modo Ruinus & alii citati Phanuc. de Phanuc. *in comment. de lucr. dot. gl. 10. numer. 9.* quando specialia manant à diversis fontibus. *l. singularia. & ibi Jason. si certum petat.* ubi tum etiam conjunctim admittantur.]

XIV.

SPECIALIA non passim admittenda, Alexand. *in l. quod in bonis. §. cùm fideicommissum. in fin. ff. ad Leg. Falcid.* Cardinal. Tusch. *dict. lit. S. conclus. 361. num. 1.* Nec trahi debent in argumentum, vel in consequentiam, quia ab eis non est licitum arguere, Castrens. *consil. 97. Nein propriis. num. 3. in fin. lib. 2.* Cardinal. Tusch. *d. lit. S. conclus. 462. numer. 12.* ubi *numer. 14.* post Abb. *consil. 114. Attingendo. à numer. 5. libr. 2.* hoc limitat propter identitatem rationis. Amplia, quod specialis dispositio in uno casu, nedum non tribuit facultatem arguendi, sed imò facit quod in aliis casibus Jus commune sit in contrarium, ita Cornelius *consil. 81. numer. 9. lib. 2.* Angel. *cons. 183. in fin.* Bald. *cons. 382. In quæstione. num. 7. vers. cùm igitur. lib. 5.* quod duplicatur *lib. 1. cons. 250.* Anchar. *cons. 203. in fin.* Roman. *cons. 86. Viso quæstionis themate. num. 12. vers. tertia.* Abb. *cons. 79. Illud in Jure. In princip. lib. 1.* Guid. Papæ *decis. 473.* ubi ait, quod generaliter ubi est Jus speciale in certo casu, sequitur quod in contrarium est Jus commune extra illum casum, Joan. de Imola *cons. 139. in fine. vers. non obstat ultimò.* ubi quod specialia privilegia fisci arguunt in contrarium esse Jus commune in aliis personis.

CAP.

CAP. XLVI.
Species.

Axioma I.

Species natura sua non recipit duplicationem, Wesenbec. *1. consil. 26. num. 10.* & ideò ubi semel præstatur, non amplius debetur, etiamsi sæpius à restatore sit relictum, *l. plane 34. §. si eadem 1.* ubi Jason *num. 6. & 12. de legat. 1. l. hujusmodi 84. §. cum pater 6. ff. eod.* Bart. *in l. Lucius de legat. 2.*

II.

Plus est in specie quàm in genere, *l. 2. de V. S. l. ut Alphenus 87. eod. l. 1. §. apud Labeonem 2. ff. de aq. pluv. arcend. l. item apud 15. §. ait Prætor. ff. de injur.* Bart. *ad d. l. 2. de verb. signif. per l. 1. §. 1. de offic. præfect. urb.* quia quod specialiter declaratur, validius operatur, quam quod in genere prædicatur, Bald. *in l. 2. Cod. de serv. pign. dat. manumiss.* cujus rationem optimè illustrat Gœdd. *ad d. l. 2. de V. S. num. 6.* ubi vid. ac generi per speciem semper derogatur, licet de genere in derogante specie mentio nulla fiat, *cap. dudum 14. §. nos igitur. de præbend. & dignitat. in 6. cap. quamvis 38. eod. cap. generi 34. de R. I. in 6.* quamvis enim genus *potentia* comprehendat speciem (quomodo animal potentia continet hominem, cum possit esse non homo) species tamen actu continet genus, quomodo omnis homo animal est. Vossius *lib. 1. Inst. Orator. cap. 1. pag. 5.*

III.

Species præcedentes declarant generalia subsequentia, *l. quæsitum 12. §. idem respondit 43. de fund. instruct. l. si servus plurium 57. de legat. 1. l. fin. §. cui dulcia 1. circa fin. de tritic. vin. & ol. legat. l. nam quod. de penu legat.* Felin. *in cap. sedes de rescript.* Hyppolit. Riminald. *consil. 199. videbatur igitur. num. 104. volum. 2.* quam regulam communiter in omnibus actibus ab Interpretibus receptam esse, dixerunt Decius *consil. 76. & post eum* Pantschman. *1. quæst. 6. num. 76.*

IV.

Extinctio rei obligationem ad speciem perimit, & à morâ & pœnâ excusat. Sed obligatio ad genus, quod perire non potest, manet, etiamsi absit difficultas illud comparandi. *Perez. C. de canon. frumentar. urb. Rom. n. 6.*

V.

Speciei debitor, e. g. administrator, depositarius &c. illam præcisè præstare tenetur.

Limita (1.) in eo, qui aliam ejusdem bonitatis indilatè ad manus habet. (2.) Depositarius frumento & re fungibili aliâ uti potest, & satisfacere tantundem reddendo; cedit enim hoc in commodum deponentis, siquidem potuisset diuturnitate frumentum corrumpi, quod hâc ratione salvum manet. *Perez. C. de frumento urbis Constantinop. num. 10.*

VI.

Species non mutant qualitates accidentales, *§. ultimo. Institut. de jure personar. gloss. in l. ultima. §. quoties ad verb. anno de publican. & peligal.* Sic diversæ possessionum causæ non constituunt diversas species, siquidem causæ ac tituli possessionum sunt res ab his separatæ, quemadmodum & aliàs causæ efficientes ab effectis distant, Wesenb. *parat. de acquir. possess. num. 3. & num. ultimo.*

CAP. XLVII.
Specificatio.

Axioma I.

Quoties species nova ad pristinam materiam reduci nequit, toties est specificantis. Quia sic materia habetur pro deperditâ, ergò ipsum quoque dominium sublatum censebitur, utpote quod ita distingui nequit amplius. Exempla sunt *in §. 25. Inst. de rer. divis.* Conf. *Köppen in usu prac. Inst. obs. 74.*

Limita: modò specificans fuerit in bonâ fide.

II.

Quoties nova species ad pristinam materiam reduci potest, toties non fit specificantis, sed cedit domino materiæ; ita enim materia formæ prævalere videtur. Exempla sunt in supra alleg. §. 25.

Limita: nisi plus artis in confectionem speciei impensum, quàm ipsa materiæ æstimatio est.

III.

Quoties bona fides non adest in specificante, toties nec speciei dominium acquirit, nec impensas in specificationem factas recipit. ratio est *in l. 53. ff. de R. J.* quia qui scienter in rem alienam impensas facit, donasse videtur.

CAP. XLVIII.
Spes.

Qui spem emit, incertum quid emit, Borcholt. *de V. O. cap. 2. num. 204. l. nec emptio 8. de contrab. empt.* Unde Aristot. autore Diogene Laertio aliquando interrogatus, τί ἔστιν ἐλπὶς; h. e. quid sit spes? respondit: γρηγορῶντος ἐνύπνιον, i. e. vigilantis somnium: fallit enim spes multis modis, etiam sapientissimos, Bald. *in tr. schism. quem posuit in rubr. C. si quis aliq. testar. prohibuer.* cum lubrica sit, & ab incerto eventu pendeat, Pantschman. *2. quæst. 5. num. 30.* adeò ut ejusmodi spes de jure propè in nulla consideratione habeatur, Jason *in l. is potest. de acquir. hered.* ubi dicit, quod non est jus, quod non fundatur in præsenti, vid. & Bart. *in l. post emancipationem. §. illud de libenat. legat.* qua de causa cum ejusmodi spes non sit considerabilis, multo minus erit æstimabilis, cum non sit jus formatum, Decius *consil. 390. num 11.* Bursat. *consil. 30. n. 49.* sic compertum est, quod

qui spem habet in hereditate viventis, nullum jus in spe habere dicatur, Bart. & Bolognet. *in l. 1. n. 4. col. 2. vers. quandoque est aliquod jus. C. de pact. & in l. fin. num. 18. eod. tit.* Jac. de S. Georg. *in l. qui cum tutoribus. ff. de transact. per. l. post emancipationem 6. §. 1.* ubi Bart. *ff. de liber. legat.* quod procedere etiam in patris hereditate, quæ filiis debita videtur, tuetur Bart. *in l. 1. §. si impuberi. ff. de Collat. & in l. cum Dominus. §. fin. de pecul. legat.* ubi dicit non posse propterea filium liberare debitores paternos, cum talis spes non attendatur, *& in l. sciendum, ad fin. pr. num. 12. ff. qui satisdar. cog.* Alciat. *in d. l. fin. in pr. C. de pact.* Jac. Phil. Port. *consil. 23. num. 38.* ubi refert filium nullum jus habere, & quod sit fragilis spes, cum parentes ipsi inanem hereditatem relinquere possint. Hinc est quod à quibusdam Dd. de spe loquentibus spes vana, Bald. *in l. spem. num. 3. C. de donat.* & ibid. Angel. *in d. l. qui cum tutoribus. num. 2.* Curt. *in d. l. fin. n. 1.* Tiraquell. *in Tract. de jure primogenit. quæst. 40. num. 221.* ab aliis illegitima, veluti Bartol. *in d. l. post emancipationem. §. 1.* invalida, Petr. Anton. Anguisol. *lib. 6. suor. consil. cons. 66. n. 8.* improba seu improbata, Aretin. *in l. 3. §. interdum. n. 12. ff. de vulgar. substit.* Alexand. *cons. pen. num. 22. volum. 5.* Marant. *in l. is qui potest. num. 355. ff. de acq. hered.* Vasquez. *in tr. de succes. progress. §. 8. numer. 13. & illustr. contr. c. 48. num. 40.* illicita, Bertazol. *1. cons. 57. num. 9.* & somnium vigilantium ex Platone vocata fuerit ab Alciat. *in l. conditionales. vers. qui spem. ff. de V. S.* vid. & Tiraquell. *in tr. de LL. Connubial. gloss. 2. num. 40. ubi num. 33.* ex Aristotele de fallacia spei abunde scribit, Port. *cons. 1. num. 73. 23. & 40.*

Limita: nisi spes esset probabilis & fundata, cujus jus potest in bonis nostris esse, Ancharan. *cons. 188.* Bertazol. *1. consult. decis. cons. 56. num. 94.* ita videtur comprehendi hereditas futura, tàm ex ultima voluntate, quàm ea quæ venit ab intestato: ex ultima voluntate, ex qua quis sibi caveri petit eveniente conditione de restituendo legato, quod ei non permitteretur, si spes non attenderetur, *tot. tit. ut legat. nom. caveatur.* quoad casum intestati, vid. Bart. *in l. post emancipationem. §. 1. de liberat. legat.*

CAP. XLIX.

Spiritualia.

Axioma I.

Spiritualia temporalibus sunt digniora, *cap. illud. 5. extr. de Major. & obed.* & ideò negotia spiritualia celeriorem expeditionem exigunt, *cap. si duo in fin. de procurat. in 6.* unde etiam in spiritualibus omnis pactio est illicita, *cap. ult. extr. de pact. cap. quæsitum 5. extr. de rer. permut.* sicut & conditio, *cap. duo 34. extr. de simon.* sic in iis etiam nec transactionem locum habere patet *ex cap. constitutas 4. cap. super 7. extr. de transact.* sic etiam de rebus spiritualibus compromissio facta in Laicum non vadit, *cap. contingit 8. extr. de arbitr.* nec etiam locum habet successio hereditaria, *cap. 1. extr. de præbend. c. ad hunc. 25. extr. de decim.* & summatim in causis spiritualibus non Legum districtione, sed canonum æquitate proceditur, *cap. literas 2. extr. de juram. calumn.* quatenus autem canones in iis sequi debeamus, egregiè docet Basil. Monner. *cap. 3. de matrim. cap. 4.* scilicet ne cum honestate, utilitate publicâ vel legibus divinis pugnent, Harpr. *in pr. Institut. de nupt. num. 65.*

II.

Spiritualium & temporalium rerum permutatio ad invicem fieri non potest, *cap. ad quæstiones 6. extr. de rer. permut. cap. ult. eod.* sed spiritualia inter se & temporalia inter se rectè permutantur, *d. cap. ad quæstiones 6. extr. de rer. permutat.*

III.

Quæstio facti nil spiritualitatis habet, Alexand. *in l. Titia. ff. solut. matr.* Costal. *in rubr. de sponsal.* Jason *in l. quoties. numer. 6. C. de judic.* Vant. *de nullit. ex defect. jurisd. ordin. numer. 54. vers. quamvis si esset.* Aufrer. *de potest. secul. in Ecclesiast. reg. 4. numer. 12. vers. octavo fallit.* Menoch. *retin. possess. rem. 3. num. 335.* Thom. Mich. *de Jurisd. conclus. 41. lit. b.*

IV.

In spiritualibus nulla est personarum exceptio, *cap. novit. 13. de judic.* Menoch. *2. arb. jud. cas. 447. numer. 12.*

V.

In spiritualibus fictio juris non consideratur, Abb. *in c. cum in jure. de Elect. & in c. si annum. de judic. lib. 6.* Vasquez. *2. contr. 40. n. 9.*

VI.

Jus spirituale considerat æquitatem & rei effectum, *cap. filius noster 5. de testament.* Vasquez. *d. loc.*

VII.

Spiritualia Laici nec possidere nec præscribere possunt, *c. causam 7. extr. de præscr.* neque etiam administratio spiritualis ei concedi debet, *c. quamvis 17. c. tua 25. extr. de decim.*

VIII.

In causis spiritualibus non juratur de calumnia, *cap. literas 2. extr. de juram. calumn.*

Intellige scilicet de jure veteri, hodie enim illud immutatum esse, *per c. 1. §. fin. de juram. cal. in 6.* testis & Vasq. *2. contr. jur. cap. 25. n. 20.*

CAP. L.

Spolium.

Axioma I.

Spolium non committitur absque possessione, *l. 1. §. si qua 19. ff. de vi & vi armat.* Decius *cons. 125. in princ. incip. in causa spoliationis.* Gail. *2. observ. 120. num. 20.* Spoliatus enim nemo potest dici, nisi quis probet, se possedisse, *l. 1. §. dejicitur 9. ff. de vi & vi armat. c. ult. §. objicitur. vers. non enim probatur 3. q. 1.* Bald. *in cap. cum Ecclesia Sutrina. col. 4. vers. 5. de causa possess. & propriet.* Corn. *cons. 8. num. 2. lib. 1. & cons. 117. num. 7. lib. 4.* Jacob. Novell. *in prax. criminali tit. spoliatus de facto. incip. vulgaris regula. num.*

num. 44. Regner. Sixtin. *2. conſ. Marp. 10. num. 11.* non obſtante dominii exceptione *l. ſi quis ad ſe. 7. C. ad L. Jul. de vi publ. vid.* Reiger. *in theſaur. verb. ſpoliatus n. 1.*

II.

Spoliatus ante omnia reſtituendus eſt, nec reſpondere tenetur ad actionem à ſpoliante intentatam, antequam ei reſtitutio facta, *l. 1. §. qui vi 31. l. cum fundum 18. l. colon. 12. ff. de vi & vi arm. l. ſi fundum 7. C. ad Leg. Jul. de vi publ. & privat. cap. 2. & c. fin. de ord. cogn. cap. 1. 3. quæſt. 2. cap. conquerente 7. extr. de reſtit. ſpol. cap. ult. 5. q. 2. cap. hiſtoria 33. q. 2. cap. nullus 2. q. 2. c. Epiſcopus 3. q. 1. cap. venerabili 37. de offic. deleg.* & quidem cum omni ſua cauſa & fructibus in priſtinum ſtatum, *cap. bonæ 51. de appellat. c. conſtitutus 8. extr. de fil. presbyt. ord. can. redintegrandæ. cauſ. 3. q. 1.* quod remedium ampliſſimum vocat Weſemb. *in paratit. de vi & vi armat. numer. ult.* Quod procedere non ſolum in rebus immobilibus, ſed etiam mobilibus per ſpolium ablatis, aſſerunt Dd. communiter *in l. naturaliter 12. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* Alex. *in l. rem quæ. num. 4. & 5. ff. eod.* Plot. *in l. ſi quando §. 46. num. 1. C. unde vi.* Gabr. poſt alios à ſe allegatos *Comment. concl. lib. 5. de reſtit. ſpol. concl. 1. num. 65.* adeò ut præter rem principalem, quantumvis jam antea recuperatam, cætera omnia, quæ nec dum reſtituta vel recuperata ſunt, ſimul cum omnibus fructibus, qui percepti ſunt, vel qui percipi potuerunt, & intereſſe, omnique damno refundenda ac reſtituenda ſint. Pariſ. *conſ. 1 num. 45. lib. 1. & conſ. 105. num. 7. in fin. lib. 3.* Cephal. *conſ. 310. num. 31. lib. 3. 301.* quod etiam extendunt ad expenſas à ſpoliato etiam extrajudicialiter factas. Pariſ. *d. conſ. 1. num. 46. cum ſeqq. lib. 1.* Jaſon *in l. ſancimus. num. 7. C. de judic.* Gabr. *comm. concl. lib. 5. de reſtit. ſpol. concl. 1. num. 11.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 306.* Bolognet. *in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 95. ff. de acquir. poſſeſſ.* etiam ad extremum usque obolum. *per cap. conquerente 7. in verb. integr. de reſtit. ſpol.* ubi Bald. *in princ.* dum ait, quod ſpoliatus debeat in integrum reſtitui, usque ad ultimum quadrantem, adeò ut ſi unus nummus deficeret, in aliis reſpondere non teneatur. Idem etiam ſtatuunt Jaſon *conſ. 162. colum. 2. in fin. lib. 4.* Curtius jun. *conſil. 41. in fin.* Cephal. *conſil. 301. num. 30 lib. 3.* Cravett. *conſ. 140. numer. 3. lib. 1.* Roland. à Vall. *conſ. 53. num. 25. lib. 1.* Anton. de Matth. *in l. naturaliter. §. nihil commune in regula ſpoliatus ante omnia & c. ampl. 49. ff. de acquir. poſſ.* Abb. *in c. venerabilis. de offic. deleg.* ſive petitorium, Cravett. poſt alios allegatos *conſ. 140. numer. 3. lib. 1.* ſive poſſeſſorium intentatum ſit, *cap. 2. & cap. fin. de ord. cognit.* Plot. *in l. ſi quando §. 46. num. 1. verſ. item procedere. C. unde vi.* Schurff. *conſ. 58. rumer 3. cent. 2.* Pariſ. *conſ. 1. num. 44. cum ſeqq. lib. 1.* ubi addit, id procedere etiam in quocunque poſſeſſorio, etiam in maximè privilegiato remedio, *c. redintegrandæ 3. q. 1.* etiamſi in expellendo poſſeſſore nulla violentia intervenerit, Bart. *in l. ſi coloni. per ill. text. C. de Agricol. lib. 11.* Bald. *in l. pen. C. ſi à non compet. judic.* Ruin. *conſ. 5. num. 7. vol. 4.* Anton. de Butr. *in cap. ſæpè. col. pen. de reſtit. ſpol.* Bertrand. *conſ. 144. num. 10. vol. 3.* Decian. *conſ. 37. num. 23. lib. 3.* ubi hoc probari dicit *per l. ſi quis conductionis 25. C. locat. & l. meminerint 8. C. unde vi.* idem tenet & Plot. *in l. ſi quando §. 46. num. 2. C. unde vi.* ubi oſtendit, damna, expenſas, fructus, intereſſe rerum ſpoliatarum æſtimationem, valorem, qualitatem & alia omnia, ad quæ ſpoliatus reſtituendus eſt, ex ſolo etiam juramento in litem probari: idque procedere, ſive ſpoliatio per vim fiat, ſive clam, cui accedit, ut quod reſtitutio impetretur, nulla ſpoliationis ac violentiæ adhibitæ probatio neceſſaria eſt contra eum, à quo quis poſſeſſione ſuâ privatus eſt, ſeu ſufficit ſpoliatum docere, ſe ante ſpoliantem poſſeſſionem haberi, ſecundum Abb. *in c. cum ad ſedem. numer. 28. de reſtit. ſpol.* Weſenb. *1. conſil. 6. numer. 59.* ubi allegat Innocentium *in c. ſæpe. de reſtit. ſpol. per ill. text.* atque hanc ſententiam veriſſimam eſſe refert Fab. Acorombon. *in d. l. naturaliter. §. nihil. 1. de acq. poſſ.* adeò quidem, ut etiam ſpoliatus contra Eccleſiam in continenti probationes dominii offerentem ante omnia reſtitui debeat. Ant. de Matth. *in d. l. 12. §. 1. in reg. ſpoliatus ante omnia & c. fallent. 18. ff. de acquir. poſſeſſ.* cùm contrarium ſtatuere eſſet contra generalitatem textus *in c. 1. de reſtit. ſpol. & in c. antiquitus 1. 2. quæſt. 2.* quid aſſerere.

Limita I. ut ſpoliatus non ſit ante omnia reſtituendus, ſi tertius exceptionem dominii ſpoliato objiciat: rem ſcilicet eſſe ſuam & non ſpoliati, Panorm. *in c. 2. in fin. de reſtit. ſpol. c. in literis. n. 7. & 33. de reſtit. ſpol.* ratio eſt, quia ſpoliatus duo extrema probare debet, (1.) poſſeſſionem tempore ſpolii, (2.) quod ſpoliatus ſit ab eo, qui convenitur vel mandato vel ratihabitione ejusdem, *c. cum olim 7. de cauſ. poſſ. & propriet.*

Limita II. in intruſo, *c. in nomine Domini 1. ibique gloſſ. in verb. audientiæ, diſtinct. 23.*

Limita III. in crimine ſimoniæ, *c. cauſatum 4. de ſimon.*

Limita IV. in contumace, *c. decernimus 10. 3. q. 9.* dicitur ibi in contumaciter abſentem ferendam eſſe ſententiam.

Limita V. in cauſa ſcandali, *c. inprimis 7. 2. q. 1.*

Limita VI. in fornicatore, *c. ſignificaſti 4. de divort.*

Limita VII. in reo abſente *c. conſultationibus 10. de off. deleg.*

Limita VIII. in poſſidente, *c. olim 12. de reſtit. ſpol.*

Limita IX. ſi ſpoliatio per modum exceptionis eſt probata, *cap. cum dilectus 2. de ordin. cognit.*

Limita X. in viro nimis contra uxorem ſæviente, *c. literas 13. cap. ex tranſmiſſa 8. de reſtit. ſpol.*

Limita XI. in eo, qui ſub conditione poſſidet & revera non ſpoliavit *cap. cum ad ſedem. 15. cap. cum ad ſpem 1. de reſtit. ſpoliat.*

Limita XII. in colono, *l. 1. l. cum fundum 18. de vi armat.*

Limita

Limita XIII. in ſpontanea reſignatione & abjuratione, *cap. audita 4. de reſtitut. ſpoliat.*

Limita XIV. ſi ſpoliatus ad ulteriora procedat, quia ſibi imputare debet, quod ante omnia ſe ſuper re ſpoliata inveſtiri non fecerit, Bald. *in l. 1. col. pen. verb. vel pone aliud exemplum. C. de apoch.*

Limita XV. ſi ſpoliatus contra jus reſtitui petit, quia tunc exceptione repellitur, Bald. *in tit. de Pac. Conſtant. §. omnes in pr. verb. reſtituuntur. vid.* Cothman. *2. conſil. 67. incip. Acta inter Volradum. num. 35. & ſeqq.*

Limita XVI. ſi exceptio contra eum oppoſita probationem non requirat, quia tunc reſtitui non debet. Bald. *in l. pen. col. ult. verſ. ult. nota C. ſi à non compet. judic.*

Limita XVII. ſi non de jure ſpoliati conſtiterit, item Baldus *in d. l. pen. not ab. ult.*

Limita XVIII. ſi ſpoliatus adverſarium de dominio probare non patitur, Innocentius *in cap. cum Bertholdus. de re judic. cap. in literis. extr. de reſtit. ſpoliat.* Socinus *in tr. fallent. reg. 466.* & Ant. Matt. *ad d. l. 12. §. 1. de acquir. poſſeſſ.*

Limita XIX. ſi evidenter & notoriè ex actis conſtet in petitorio, ſpoliatum nihil juris habere, vel reſtitutio irreparabile damnum afferat, Cothman. *dict. loc. num. 21.* Cacheran. *conſil. 67.* Urſil. *in addit. ad Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 116. num. 2. & 3. & ad deciſ. 303. num. 1. & ſeqq.* Cavalcan. *deciſ. 35. num. 450. part. 2.* Caranza *deciſ. rot. Lucenſ. 3. n. 2.* Roſenthal. *de feudis cap. 10. concl. 41. num. 94. cum ſeqq.* Johann. Baptiſta Sylvat. *conſil. 30. n. 27. & ſeqq.* Gratian. *diſceptat. forenſ. tom. 5. cap. 899. num. 10. & 20.* Cothman. *2. reſponſ. 67. n. 35. & ſeqq. & 3. reſponſ. 38. n. 286. & 301.* Anton. Capyc. *deciſ. Neapolit. 76. num. 4.* Alex. *in l. naturaliter. §. 1. de acquir. poſſeſſ.* Gail. *1. obſerv. 22. n. 4.* Fach. *8. contr. 44. per cap. ad decimas 2. de reſt. ſpol. in 6.* Georg. Everhard. *col. 1. conſil. 27. num. 63.* Joan. Melonius *in ſuo theſaur. jur. feudal. civil. & crim. tit. 41. de ſpol. num. 7.*

Limita XX. in beneficiis reſervatis, quibus reſtitutio non datur, quia effectus poſſeſſionis vel ſunt caſſati & infecti, Abb. *in cap. in literis. num. 28. de reſtit. ſpoliat.* Navarr. *in c. ac certa, oppoſitio. de reſtitut. ſpoliat.* Anton. Gabriel. *de reſtit. ſpoliat. lib. 5. concl. 1. num. 68.* Valaſc. *de jur. Emphyt. quæſt. 8. num. 27.* Et antè alios Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed. 1. num. 215. & multis ſeqq.*

III.

Spolium lite pendente factum gravius eſt eo, quod factum eſt extra judicium. Ripa *in l. 12. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. num. 68.* & ibi Jaſon. *num. 31.* Decius *conſ. 220. num. 3.* Menochius *in tr. de recup. poſſeſſ. remed. 1. num. 337. & remed. 17. num. 28.* ratio, quia offendit & jus, & judicium, & partem, *cap. cordi 1. in fin. de appell. in 6.* Rota Roman. *deciſ. 25.* ubi Domini idem tenuerunt addentes, quod talis ſpolians poſt litem motam dicatur malæ fidei, doloſus & temerarius, & contemptor juris & mundi, adeò, ut etiamſi ſine violentia lite pendente occupaſſet, nihilominus violento invaſori æquiparetur, prout probat Tiberius Decianus *conſ. 41. num. 7.* allegatus à Vult. *3. conſ. Marp. 22. num. 124.*

IV.

Spolium ratificans conveniri poteſt, ut ſpoliator ipſe, *l. 1. §. dejeciſſe 13. de vi & vi armat.* Ripa *in d. l. 12. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. num. 51.* & ibi Alexand. *num. 142.* Matth. de Afflict. *deciſ. 376. n. 3.* Menoch. *conſ. 2. num. 24. lib. 1.* Gabr. *lib. 1. concl. tit. de reſtit. ſpoliat. concl. 3. num. 28.* Regner. Sixtin. *2. conſ. Marpurg. 10. n. 117.* Jaſon *in l. Civitas, num. 3. ff. de reb. credit.* Pariſ. *conſil. 21. num. 32. vol. 4.* Jaſon *conſil. 139. col. 2. vol. 4.* Vult. *3. conſ. Marpurg. 21. num. 119.* maximè ſi tertius ille poſſideat, & reperiatur habere rem ſpoliatam, *cap. ſæpe 18. de reſtit. ſpoliat.* & pluribus perſequuntur Baldus *conſ. 190. vol. 2.* Jaſon, Socinus *in l. rem quænobis. ff. de acquir. poſſeſſ.* Angel. *in §. quadrupli. Inſtitut. de action.* quos ſequitur Decianus *conſ. 47. n. 13.* allegans Caſtrenſ. *conſ. 272.* & Bald. *conſ. 309. vol. 3.* vide & Modeſt. Piſtor. *conſ. 40. num. 86. volum. 1.*

CAP. LI.
Sponſalia.

Axioma I.

Ubicunque adeſt conſenſus præſens ſive purus de matrimonio, ibi adſunt ſponſalia de præſenti. Quia ubi eſt conſenſus præſens, ibi quoque præſens eſt obligatio. Ita ergò ſponſalia de præſenti ſunt, ſi dicam: ducam te in uxorem. Et in dubio ſponſalia de præſenti præſumuntur. *Köſpen in uſu pract. de ſponſal. obſ. 25. n. 26. ſeqq.*

II.

Quoties conſenſus ſuſpenditur in certum tempus ſeu eventum, toties ſponſalia ſunt de futuro. Quia ibi adhuc futura eſt obligatio eveniente demum tempore ſtringens. Ita ergò ſi dicam; ducam te ſi ex Galliâ me redeunte adhuc innupta fueris, erunt ſponſalia de futuro.

Limita: ut procedat de conſenſu ſuſpenſo, non de ſuſpenſâ matrimonii executione.

III.

Quocunque medio conſenſus ſufficienter declaratur, eò etiam ſponſalia legitimè contrahuntur, quia per conſenſum contrahuntur ſponſalia *leg. 4. & 11. ff. de ſponſal.* hinc igitur etiam per literas, per procuratorem, imò per nutum poterunt ſponſalia contrahi; non verò ſi annulus ſimpliciter virgini datus.

Limita: ut judex dijudicet, quænam media ſint ſufficientia ad ſenſamentis exprimenda.

IV.

Quotiescunque contra requiſita legum ſponſalia contrahuntur, toties ea pro clandeſtinis & nullis habentur, ratio eſt *in l. 5. C. de legibus.* Ita ergò qui parentis conſenſum non adhibet, injuſtè ſponſalia contrahit, licet teſtes præſentes fuerint. *Carpz. Juriſpr. Eccleſ. l. 2. def. 38.* E contra qui conſenſum tacitum ſaltem parentum habet, rectè ſponſalia contrahit. *Mev.*

P. 8. decis. 48. & P. 9. decis. 198. seqq. ubi casus de matre proco respondente se ipsi filiam suam ambienti non denegaturam.

Limita, ut talia sponsalia nulla sint, quamdiu talia sunt. hinc si ab initio sine testibus contracta, postea personæ desponsatæ coram tribus testibus repetant consensum, valida fiunt. *Mev. P. 8. decis. 39.* Quod secus in Saxoniâ, *Carpzov. l. 2. def. 35.*

V.

Quæcunque personæ possunt nuptias contrahere, illæ quoque sponsalia, quia sponsalia sunt aditus nuptiarum *cap. 39. & 84. de R. J. in 6to.*

Declara, ut hoc axioma simpliciter converti non possit: nam sponsalia contrahere possunt, qui nuptias inire prohibentur, v. g. ob sanguinis turbationem vidua intra annum luctûs nuptias inire non potest, rectè tamè contrahit sponsalia *l. 10. §. 1. ff. de his qui not. infam.* Ita pupilla sponsa fieri potest, non uxor, *pr. Inst. de nupt.*

VI.

Quoties diversa sponsalia publica concurrunt, toties priora posterioribus præferuntur. Quia obligatio Deo semel est quæsita, à quâ improbo suo facto sponsus vel sponsa liberare se non potuit.

Limita (1.) ut procedat, nisi ad posteriora concubitus accesserit. *Carpzov. d. lib. 2. def. 63.* (2.) nisi accesserit benedictio sacerdotalis *cap. 30. extra. de sponsal. Berl. P. 4. conclus. 28. numer. 67.* Conf. plur. *Stryck. in annotat. ad rubr. Instit. de nuptiis.*

VII.

Quoties diversa concurrunt sponsalia, toties ea, quæ priùs perfectionem suam sunt consecuta, præferuntur reliquis, adeoque v. g. publica clandestinis, quia clandestina contra leges ineuntur & ita pro nullis habentur.

Limita, nisi ad clandestina accesserit copula, antequam publica fuerint celebrata. vid. *axiom. seq.*

VIII.

Quoties copula accedit sponsalibus imperfectis, toties ea fiunt perfecta, adeoque ex conditionatis fiunt pura, ex clandestinis publica. Quia ita per copulam sponsalia subsecutam ipsum matrimonium contractum censetur. *Carpz. Jurispr. Eccles. lib. 2. def. 69.*

De sponsaliorum dissolutione vid. *Repudium.*

CAP. LII.

Sponte, Spontaneum.

Axioma I.

Spontanei actus nec gerentis privilegio, nec liberis in futurum, sed saltem quoad illum unicum actum præjudicant nec renunciationem juris sui important. *Perez. tot. tit. C. de his qui sponte muner. publ.*

II.

Ei, qui sponte aliquid facit, plus favendum, quàm qui coactè. *Brunnem. ad l. fin. C. de his qui sponte.*

CAP. LIII.

Sportulæ.

Axioma I.

Sportulæ judicibus regulariter debentur. Limita (1.) si non scriptis cognoscant, (2.) Si hodiè causa sit exiguæ quantitatis aut pauperum, tunc nihil datur, *Nov. 82.* Aut si sit vilium personarum, *Nov. 17. cap. 3.*

II.

Judices non possunt sportulas pro lubitu augere, &, si faciant, graviter puniendi sunt. *Brunnem. C. de proxim. sacror. scrin. col. 3. num. 4.* De sportulis apparitorum vid. *Perez. C. de apparitor. præfect. prator. num. 3.*

CAP. LIV.

Spurius.

Axioma I.

Spurii de jure aliis deficientibus & urgente necessitate publicâ ad decurionatûs & tabellionatûs officium admittendi, imò & qui ex incestu nati sunt; non enimimpedienda est dignitas ejus, quî nihil admisit. Hodiè autem non nisi præviâ legitimatione. *Perez. C. de decur. num. 6 seq.*

II.

Spurii sequuntur conditionem matris non quoad dignitatem, sed quoad statum. Hinc ex nobilibus nati non sunt nobiles, nisi ex more quarundam regionum. *Perez. C. de dignit. num. 43. seq. Tiraquell. de nobilit. cap. 15. n. 20.*

III.

Spurii sunt infames. Hinc nec Doctores creari possunt, *Mynsi. cent. 4. obs. 31* nec Notarii, *Alex. cons. 80. vol. 2. vid. Bastardus.*

CAP. LV.

Status.

Axioma I.

Status rei non mutat conditionem personæ, *l. ult. C. de imponend. lucrativ. descript.* nec afficit eam quoad libertatem, Symphorian. *tom. 3. præjud. pag. 120.* Vietor *in disput. at. de causis exempt. imper. concl. 30.* siquidem dignitatis adjectione non mutatur in deterius rei conditio aut status personarum, *l. ult. C. de nupt. l. 11. ff. de Senator.* Chopin. *lib. 2. de Doman. tit. 3. num. 10.* Vietor *d. disp. concl. 18.* siquidem status nobilior semper ad se trahit ignobiliorem, Bald. *in l. 2. C. comm. de legat.*

II.

Status hominis est dividuus, distractionemque admittit, Dauth. *in tr. de test. n. 150. pag. 135.*

Unde

Unde potest quivis per stipulationem suam conditionem gravare, Mascard. *concl. 1405.* alterumve hominem se reddere, Azeved. *constitut. Hispan. tom. 4. tit. 3. num. 3.* Mandelius *cons. 12.* Victor *d. disput. concl. 23.*

III.

Status rei primævus non est in præjudicium tertii immutandus, Baldus *in l. ult. num. 3. C. de suis & legit.* Præpos. *in cap. 1. num. 2. an agnati vel fil. per §. præterea. quib. mod. feud. amittatur. 1. feud. 5.* quia destinatio aut usus possessoris non potest immutare rerum naturam vel qualitatem, *l. cætera 41. §. sed si separavit 14.* ubi Bald. Angel. Imol. Jas. *de legat. 1. l. in fundo 78. §. si fundus 4. de jur. dot.* Wesenb. *1. cons. 4. n. 22.*

IV.

Secundum statum præsentem res determinari debet, *cap. ferrum 18. ibi; non debet inspici quod fuit, quia incipit esse, quod non fuit. distinct. 50. l. non distinguemus 32. §. sacerdotio 4. de recept. arbitr.* Calder. *in disp. Clericus acquisivit beneficium.* Anch. *consil. 171. Casus. cons. 404. in fin.* Alex. *consil. 35. in fin. lib. 4.* Socin. *cons. 97. lib. 1.* Cagnol. *in l. in omnibus 136. §. non debet 4. de R. I.* Wesenb. *2. cons. 55. num. 7. & 329. n. 40.* vid. supra *axiom. 8. in loco de Præsente.*

V.

Status personæ & veritas facti attendenda est, *cap. mulieres 6. extr. de sentent. excommun.*

VI.

Status is alicujus videtur esse, in quo ipse deprehenditur, donec contrarium doceatur. *c. si judex 12. §. de sent. excomm. in 6.*

VII.

Quæcunque conditio efficit, ut quis diverso jure communi utatur, illa mutat statum civilem. Quia talis conditio efficit demum verum statum. Consistit autem jus commune in jure cõnubiorum, testamentorum & contractuum. Quõ jure diversimodè utuntur liber & servus, civis & peregrinus, pater & filius. Non autem senator & plebejus. Hinc senatu motus statum non mutat. §. 5. *Instit. de capit. dimin.*

Limita: modò quis naturaliter aptus sit, ut jure communi uti possit.

CAP. LVI.

Statutum.

Axioma I.

Statuta ex jure communi interpretationem accipiunt, *cap. ex parte 3. & ibi not.* Abb. *de V. S. cap. causam 3. de dolo l. 2.* ubi Bald. & Dd. *Cod. de noxal. act. & cap. cum dilectus 8. de consuetud.* Jason *in l. properandum 13. in princ. num. 5. C. de judic.* Alex. *cons. 140. Videtur. num. 4. vol. 2.* Forster. *lib. 2. de interpret. cap. ult.* Gail. *1. observ. 50. num. 8. & observ. 35. num. 10.* Mynsi. *1. obs. 5.* Cravett. *cons. 259. num. 2. & cons. 236. num. 9.* ut, quoad fieri possit, non recedatur à jure communi, *cap. causam qv. 18.* ibique Panorm. *de rescr.* Hartm. Pistor. *1. quæst. pract. 16. num. 15.* ac quam minimum jus commune lædant, *l. si cum dotem 22. in princ. l. si verò 64. §. de viro 9.* ubi communiter Dd. *de solut. matrim.* ideoque & omissa statuto in dispositione juris manere dicuntur, *l. si extraneus 6.* ubi Jason & Dd. *de condict. caus. dat. d. l. si cum dotem.* ubi Bart. & Dd. *solut. matrim.* Bald. & Salicet. *in l. 3. C. de instit. & substit.* Schurff. *consil. 51. & 55. cent. 1.* Jason post alios *in l. illam. C. de collat.* & statuti verba impropriantur, Bald. *in l. omnes. de justit. & jur. num. 58. l. 1. C. de summ. Trinit. & in l. Cæsar. n. 58. de publican.* Panorm. *in cap. dilectus num. 21. de consuetudin.* Jason *in l. 1. §. fin. ff. quod quisque jur.* Cravett. *cons. 197. num. 6.* Quam ob rem licet statuta derogantia juri communi præferenda sint in loco statuti, inprimis quod etiam dicatur de jure competere, quod competit de jure speciali, textus notabilis *in cap. 1. junct. gl. extr. ut lit. pendent. l. omnes populi 19.* ubi Dd. communiter *de just. & jur.* Johan. Petr. Surdus *cons. 58. num. 3.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 12. num. 6.* ac eà quæ expresè veniunt contra jus commune interpretentur, prout jacent. Jas. *in Auth. novissima. num. 24. C. de inoffic. testam.* nihilominus tamen etiam tunc à jure communi interpretationem passivam recipere perhibentur, Cravett. *cons. 236. num. 9. & consil. 258. num. 2.* cùm enim statuta non abhorreant ab æquitate, Cravett. *consil. 195. num. 4.* ideoque non solum ob rationem & causam expressam, verum etiam ob tacitam, conjecturatam & præsumptam restringuntur, Cravett. *cons. 259. n. 5.* ita quoque statuta de eodem disponentia, de quo aliàs jam juris communis functio extat, licet ita sint interpretanda, & aliquid ultra jus commune operentur, Bartol. & Dd. *in l. 2. de usucap.* Jason *in l. in traditionibus. num. 14. C. de pact.* Alex. *cons. 227. ponderatis. num. 11. vol. 6.* Paris. *cons. 84. num. 13. 14. & 15. vol. 2.* Jason *in l. properandum 13. §. 6. num. 8. C. de judic.* Carpzov. *3. Jurisprud. Saxon. 1. num. 6.* Berlich. *decis. 245. num. 3.* ne alioqui videantur frustratoria, *l. si quando 109. in princ. ff. de legat. 1. cap. si Papa 10. de privileg. in 6. c. pastoralis 53.* ubi Panormitan. *de appellat.* cùm si nihil juri communi adderent, statutum non esset, sed merum jus commune, Alex. & Dd. post Bart. *in l. de quibus. num. 5. de Legib. per l. jus civile 6. ff. de just. & jur.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 15. in fin. num. 4. per gloss. magnam in cap. 1. de constit. in 6.* Roch. de Curt. *in cap. fin. in princ. num. 10. de consuet.* attamen non detorquendum est propterea à nativa sua phrasi verborumque proprietate, cùm satis operetur etiam statutum, quamvis nihil novi juris inducat, sed tantum jus commune confirmet, Bart. *in l. 1. in fin. ff. ad Leg. Falcid.* Bald. *in l. 2. circa fin. C. de constit. pecun.* Gloss. *in cap. 1. de constitut. in 6.* Castrens. *cons. 376. num. 2. vol. 2.* Ruin. *cons. 27. numer. 12. vol. 3.* Alberic. de Rosat. *de statut. in princ. quæst. 2. & 9.* vel declaret, Castrens. *in l. leges. numer. 7. Cod. de Legib.* exemplo edictorum Prætoriorum, *l. 6 l. 7. ff. de justit. & jur. §. 1. & 2. Instit. de bon. possess.* quibus statuta comparari solent, Alex. & Dd. *in l. 5. de V. O.* quod tamen in casibus dubiis verum intelligit Schurff. *cons. 3. in præsenti. numer. 7. centur. 2.* adeòut verba statuti

potius

potius impropriari, quàm ut ad jus alieno auferendum extendi debeant, Gloſſa magna *in fin. l. ult. §. in computatione.* ubi Bart. Angel. Salicet. Caſtrenſ. Alex. *C. de jure deliber. per cap. cùm dilectus 8. de conſuetud. cap. ad audientiam 15. de Cleric. non reſident.* Decius *in c. ſuper eo, in pr. de offic. deleg.* Alex. *in l. 3. §. Prætor. num. 11. de damn. infect. & conſ. 154. n. 7. conſ. 201. n. 1. vol. 7. conſil. 107. perſpectis. in fin. conſ. 5. num. 5. conſ. 35. num. 2. conſ. 197. n. 8. vol. 5. conſ. 36. num. 11. vol. 4.* Jaſon *conſ. 239. in fin. lib. 2. conſ. 12. n. 4. lib. 3. conſ. 50. lib. 1.* Cravett. *conſil. 259. n. 2.* latè Schurff. *conſ. 36. In præſenti. n. 7. cent. 2.*

Limitari etiam ſolet regula (1.) ut non procedat in ſtatutis eidem juri communi derogantibus Gail. *2. obſerv. 33. num. 1. & 2.* (2.) in ſtatutis, præter jus commune diſponentibus, de qua Bernh. Græv. *2. concluſ. 33. num. 9.*

II.

Statutorum verba ſtrictè ſunt accipienda, Gloſſ. & Dd. *in Auth. quas actiones. C. de SS. Eccleſ. gloſſ. in cap. cupientes §. quod ſi per viginti. de Elect. in 6.* Hartm. Piſtor. *1. quæſt. 16. num. 23.* Gail *2. obſerv. 79.* ſunt enim ſtricti juris, Alex. *conſ. 184. num. 10. vol. 6.* Pariſ. *conſ. 127. num. 29. vol. 1.* & propriè accipi debent. Bald. *in l. maximum. n. 13. C. de liber. præterit.* latè Menoch. *conſ. 5. n. 2. 3. cum multis ſeqq.* Tiraquell. *in l. ſi unquam. verb. libertis. n. 4. C. de revoc. donat. & de retract. proximit. §. 1. Gl. comm. num. 71.* nec à verbis regulariter recedendum, *l. 1. §. ſi is qui navem 19. verſ. in re ergo. de Exerc. act. l. quod conſtitutum 21. de milit. teſtam. l. conſtitution. 24. ad municip.* Dd. *in l. 5. C. d. Legib.* Jaſon. *in l. 1 §. 2. de vulg. & pupill. ſubſtit.* præſertim quando ipſa verba ſunt clara & aperta, Hartm. Piſtor. *1. quæſt. 31. num. 20.* nec ulterius ſupra verba extendenda, *l. illum 19.* ubi Bald. *n. 1. C. de collat.* Schurff. *conſ. 15. Exploratis. num. 1. cent. 1.* Menoch. *d. conſ. 5. num. 2. per d. l. quod conſtitutum 21. de milit. teſtam. l. 4. de damn. infect.* Siquidem ubi ſtatuti verba non conveniunt, nec diſpoſitio congruit, Bart. *in l. 4. §. Prætor. in fin. ff. de damn. infect.* ut quæ tantum in caſu diſpoſito obtinet, Gloſſ. *in l. mancipia. C. de ſervis fugitiv.* quam ſequuntur Dec. *conſ. 101. n. 1. conſ. 137. in fin. conſ. 466. n. 8. conſ. 591. n. 3. & 4.* Cravett. *conſ. 130. num. 2. conſ. 131. n. 1. conſ. 198. n. 4.* Curt. Jun. *conſ. 76. n. 3. conſ. 256. n. 9. conſ. 265. n. 24.* Ruin *conſ. 61. num. 9. lib. 1.* Marſil. *ſing. 339.* Menoch. *remed. 9. recup. poſſ. n. 161.* Alciat. *reſp. 560. n. 6.* & ideò reſtringitur ad caſum, de quo diſertè loquitur Alex. *conſ. 197. num. 6. vol. 6.* Ruin. *conſ. 43. n. 2. & 9.*

Quod intellige, ſi ſcilicet præter & contra jus commune, *l. 9. ff. de juſtit. & jur.* vel contra jus divinum circa temporalia ſtatutum (quod valere poteſt, quando ejus cauſa peccatum excludat) quid diſponeret, prout notant Bart. & Dd. *in d. l. 9.* Schneidevv. *ad §. actiones. Inſt. de act. n. 23.* Siquidem ubi ſtatutum ad juris communis correctionem directò tendit, tum in caſu illo, à quo communi jure recedit, ſecundum illud interpretandum non eſt, Bald. *in l. maximum. C. de liber. præter. l. 14. C. de judic. in pr.* Paulus de Caſtr. *in l. fin. §. licentia 10. C. de jure deliber.* Alex. *conſ. 105. n. 19. vol. 3.* Ruin. *conſ. 32. n. 13. vol. 3.* Cephal. *conſil. 137. n. 27.* Hartm. Piſtor. *1. q. 31. n. 30. & ſeqq.* & à verbis ne latum unguem quidem recedendum, *l. ſi ſervum 71. §. non dixit 5. de acq. hered.* cum talia potius ſint attendenda, quàm inanes imagines & minus certa, *l. ſi alii 16. ff. de uſufr. legat.* Hartm. Piſtor. *1. q. 16. n. 17.* ubi tamen verbis ſtatuti non ita inhærendum, ut inde abſurdæ & rationi minus convenienti interpretationi locus detur, quia potius ea plerumque ita accipienda, ut abſurdum evitetur, *l. in lege 32. ff. de contrah. empt. l. 7. §. divortio 1. & ſeq. ff. ſolut. matrim. l. ſcire 13. §. aliud 2. de Excuſat. tut. cap. erit autem 2. diſtinct. 4.* id quod admittitur etiam, ſi verba ſtatuti adverſarentur, atque hæc inde ad ſenſum minus proprium trahenda eſſent. *cap. cum dilectus 8. de conſuetudin.* Hartm. Piſtor. *1. quæſt. 31. num. 28.* Vel intellige procedere, ſi ſtatuta ſint pœnalia & odioſa, Bald. *in l. in illud. num. 4. C. de SS. Eccleſ.* Bartol. *in l. furti. §. fin. ff. de his qui notantur infam. & in l. tranſigere. Cod. de tranſact.* Weſenb. *1. conſil. 6. num. 135.*

III.

Statuta intelliguntur de re formanda, non formata, quæ ſtatuto non indiget, Bart. *in l. 2. in fin. C. de fund. patr. lib. 12.* Weſenb. *1. conſ. 5. n. 38.* Neque enim porriguntur ad præterita vel pendentia, ſed ea ex jure veteri confirmato deciduntur, Bald. *in l. leges. n. 5.* & Caſtrenſ. *num. 7. C. de legib.* Pariſ. *conſ. 19. n. 16. vol. 1.*

Limita (1.) niſi ſtatuta magis jus commune confirment quàm infirment, his enim in caſibus etiam ad præterita reduci ac retrotrahi poſſunt, Caſtrenſ. *in l. leges. num. 1. per l. non dubium 5. verſ. quod ad omnes. C. de LL.* Bart. *in l. omnes. num. 44. de juſtit. & jur. per l. ult. Cod. de pact. l. ult. Cod. de tranſact.* Alex. *conſ. 6. Viſis. num. 5. vol. 1.* & intelliguntur caſus præcedentes complecti, Bald. *in d. l. Leges. num. 1. & 5. l. non dubium 5. C. de Legib. n. 2.* inſtar confirmationis, Bart. *in l. omnes. num. 4. de juſtit. & jur. l. de quibus. num. 4. ff. de Legib.* Alban. *in tract. ſtatut. p. 1. quæſt. 2. per l. bene à Zenone 3. verſ. quia igitur. C. de quadrien. præſcript. §. in omnibus. Auth. de Monach.* vel (2.) quando ſtatutum præcederet annullando, tunc ſi habeat cauſam ex præterito, etiam ad præteritum extenderetur, Bart. *in d. l. omnes. num. 44. per l. pen. l. ult. C. de inceſt. nupt.* præſertim ſi cauſa in natura ſeu ratione naturali ſit fundata, *d. l. pen. & ult. d. tit.*

IV.

Contra ſtatuta quicquid fit illicitè, id fraudulenter fieri præſumitur, *cap. qui contra 72. de R. I. in 6. l. 1. C. unde vi. l. ſi non convicii 5. Cod. de injur.* Weſenb. *1. conſ. 28. num. 29.*

V.

Statuta contra juramenti obſervationem nihil poſſunt diſponere, Bart. *in l. omnes populi in 2. q. 3. q. principalis. n. 22. ff. de I. & I.* Dd. *in c. Eccleſia S. Mariæ. ibique* Felin. *extr. de Conſtit. & in c. cum contingat. extr. de jurejur.* adeò ut nec id ex cauſa rationali quicquam facere valeat,

Jaſ. *in Auth. ſacramenta puberum num. 83. C. ſi adv. vend.*

Intellige verum ſuper juramento nimirum jam præſtito, ſecus ſuper præſtando, quia tunc ſtatutum juramentum præſtandum prohibens valeret. *l. quæ ſub conditione §. in pr. & §. quoties 6. ff. de cond. inſtit.* Gloſſ. *in l. adigere. §. quamvis. in verb. Lex Julia. ff. de jur. patr.* Imol. Dominic. de S. Gemin. *in c. quamvis. col. fin. extr. de pact.* Cephal. *conſ. 466. num. 67.*

VI.

Statuti verba loquentia de caſu vero, non ſunt extendenda ad caſum fictum *l. 3. §. hæc verba 1. ff. de negot. geſt.*

Intellige verum, ſi intelligatur, cum ſtatutum ſit contra jus, *l. præcipimus 32. C. de appell.* ſecus ſi ſecundum vel præter jus conſideretur, tunc enim etiam ad caſum fictum illud extendi, *ex l. Gallus 29. §. quid ſi 5. ff. de liber. & poſth.* docet Coſtal. *ad l. 3. ff. de negot. geſt.*

VII.

In ſtatutorum interpretatione communis practica potiſſimum eſt attendenda *l. ſi de interpretatione 37. ff. de Legib. cap. cum dilectus 8. de conſuetud.* quippe ex qua ſola vera interpretatio deſumitur, ut ait Baldus *in c. 1. in pr. de feud. ſin. culp. non amitt.* ſicut etiam ſtatuti verba recipiunt interpretationem à communi uſu loquendi. *l. librorum 52. §. quid tamen 4. ibique* Bart. *deleg. 3.* Jaſon *in l. 2. num. 12. C. de ſucceſſ. edict.* Farinac. *1. conſ. 95. num. 13.* Joh. de Amic. *conſ. 42. num. 17.* & ideò ab ea minimè recedendum. *l. illud 19. de Excuſ. tut.* quem allegant Dec. *conſ. 358.* Hartm. Piſt. *1. q. 13. num. 13.* Alii ſic efferunt, ſtatutorum interpretationem eſſe ex obſervantia petendam. Argentor. *1. conſil. 101. n. 49.* Cum obſervantia omne dubium tollat. Cravett. *conſil. 201. n. 11.* Honded. *1. conſ. 6. num. 36.* etiamſi non niſi ſemel evenerit. Bartol. *in l. 1. n. 7. C. quomodo & quando judex.* Decius *conſil. 4. num. 7. verſ. nam etiam. per l. Melas 14. §. 1. de alim. & cibar. legat.*

VIII.

Statutorum verba in dubio ſemper referuntur ad tempus diſpoſitionis, *l. ſi ita 7. ibique* Bart. *num. 4. ff. de aur. legat.* Pinell. *in l. 2. C. de reſcind. vendit. part. 1. rubr. num. 23.* Menoch. *conſ. 97. num. 137. verſ. nec obſtat.* Farin. *1. conſ. 95. num. 16.*

IX.

Statuta condendi facultatem qui habet, habet etiam poteſtatem ea revocandi, Everhard. *in loc. Topic. à contract. ad diſtract. num. 7.* quia ejus eſt deſtituere, cujus inſtituere. *cap. cum ex injuncto 12. in fin. de hæret.* ac auctor contractus vel ſtatuti, poteſt etiam eſſe auctor totius diſtractus, ſcilicet ante pœnam commiſſam, Bald. *in l. 2. C. ſi ſerv. export. veneat.* Cæpoll. *caut. 246.* Canoniſtæ *in cap. dilecto. de præbend.* Bart. *in d. l. omnes populi. quæſt. 3. circa fin. ff. de juſtit. & jure.*

X.

Quæcunque ſtatuta adminiſtrationem civitatis municipalis concernunt, ea à civitate condi poſſunt etiam ſine conſenſu Principis. *tot. tit. C. de decretis ab ordin. faciend.* Quia princeps concedendo civitati municipali jus adminiſtrandi, conceſſiſſe etiam videtur jus aliquid ſtatuendi circa adminiſtrationem. *l. 2. ff. de juriſdict.* Ita ergò valent ſtatuta circa braxationem cereviſiæ, circa cuſtodiendum ignem, venditionem carnis & panis, &c.

Declara: ut intelligatur de conſenſu principis ſpeciali.

XI.

Quodcunque ſtatutum juri communi derogat, illud à civitate municipali ſine conſenſu principis induci nequit, & per conſequentiam nec tale ſtatutum ſine conſenſu principis introductum obligat. arg. *l. 3. §. 5. ff. de ſepulcr. viol.* & *l. 5. C. de defenſ. civitat.* Quia res, de quâ diſponitur, debet ſubeſſe diſpoſitioni ſtatuentis. Atqui verò jus commune non ſubeſt diſpoſitioni civitatis ſed principis, ergò citra hujus conſenſum civitas nihil immutare poterit. Ita ergò non poterit civitas in cauſis jure communi appellabilibus prohibere appellationem. *Mev. P. 1. deciſ. 222.*

Limita: niſi hoc civitati ſpecialiter conceſſum. *Brunnem. ad l. 9. ff. de I. & I. num. 2.*

XII.

Quodcunque non poteſt introduci per pacta, illud nec poteſt per ſtatuta. Quia ſtatuta ſunt jus quoddam conventionale. Quousque igitur ſinguli ſe potuerunt pactis conſtringere, eousque & plures ſtatuta condere poſſunt. Ita de rebus turpibus paciſci non licet, ergò nec ſtatuta de iis ferre.

Limita: ut valeat argumentum à pacto ad ſtatutum non affirmativè ſed negativè. (2.) ut non ſemper, quod ſtatuto fieri poteſt, poſſit etiam fieri pacto, quia ſtatutum efficacius eſt quàm pactum. *Carpzov. P. 2. conſt. 21. def. 10. n. 2.*

XIII.

Collegiorum ſtatuta non valent, niſi de rebus ſuæ artis. Quia ad has habent jurisdictionem aliquam & poteſtatem coërcendi collegiatos, ex vi nimirum pacti liciti in ipſa conſtitutione collegii quaſi facti. Non igitur valent ſtatuta de inſinuando teſtamento coram collegio opificum. Ita quoque ſtatuta, quibus libris mercatorum probandi poteſtas tribuitur, non pertinent ad alia, quàm quæ mercaturam concernunt. *Mev. P. 1. dec. 241. n. 12.*

Limita: modò ſint rationabilia & non ſapiant monopolium. Conf. *l. un. C. de monopol.*

XIV.

Quicunque jurisdictioni ſtatuentium non ſubſunt, illi ſtatutis non obligantur. Dependet enim ſtatutorum autoritas ex vi jurisdictionis. Exemplum eſt in clericis, forenſibus &c.

Limita (1.) quoties ſtatutum in rem conceptum, toties etiam forenſem obligat. Secus ſi in perſonam ſit conceptum. *l. 1. in fin. ff. de tutor. & curator. dat.* (2.) ſi ſtatutum circa ſolennia actus diſpoſuerit. (3.) ſi ſtatutum fuerit pœnale. Nam & tunc forenſes obligantur, vid. *Axiom. ſeqq.*

XV. Quo-

XV.

Quoties de solennibus quæstio est, toties illius loci statuta attendenda, ubi actus solennis gestus est. *l. si fundus 6. ff. de evict.* Quia si actus illo loco non subsisteret, ubi geritur, nullibi subsistere posset, cùm haberet vitiosum initium. Exemplum testamenti conditi à forensi habet *Carpz. P. 3. const. 6. def. 12.*

Limita: nisi statutum ad certas personas esset restrictum. vid. *Richt. ad tit. C. qui testam. fac. poss. l. 9. num. 19.*

XVI.

Ubicunque agitur de pœnis forensi infligendis, ibi statuta illius loci attendenda, ubi delictum est commissum. Quia delinquendo in pœnam loci statutariam quasi consensisse videtur, hinc eam eo ipso momento, quò delinquit, incurrit. Ita ergò qui extra Saxoniam adulterium simplex commisit, non poterit in Saxoniâ deprehensus capitaliter puniri. vid. *Carpz. pract. crim. quæst. 54. n. 51.*

XVII.

Statuta generalia non includunt personas non subditas, Abb. *in cap. à nobis col. 1. de sent. excomm.* Validitas enim eorum dependet ex potestate statuentium, Abb. *in c. Ecclesia S. Mariæ. col. 4. vers. ad primum. de constit.* Marant. *in quæst. legal. disp. 8. n. 15.*

XVIII.

Statuti pars una declarari solet per aliam. *l. 5. C. de LL. l. qui filiabus 17. in pr. ff. de legat. 1.* præsertim quando in parte aliqua statuti certa regula constituitur, tum enim secundum eam omnes aliæ partes statuti accipiendæ erunt, Bart. *in l. Prætor. §. erit. ff. de vi bonor. rapt.* Hartm. Pist. *1. q. 33. num. 1.* Unde etiam statutum generaliter loquens intelligitur secundum aliud, quod magis distinguit, *l. sciendum 25. ff. qui satisdar. cog. Auth. offeratur. C. de litis contest. §. cum ex aliena. Inst. de rer. divis.* fac. not. Jas. *in l. quod te. num. 16. si cert. pet.* Alexand. *cons. 7. num. 6. vol. 1.* adeò ut licet aliud statutum extet, quod disponat verba statuti secundum literam accipienda esse, nihilominus tamen interpretatio hæc ex alia ejus parte desumpta admittenda erit, prout docet Petrus de Ancharan. *cons. 422. incip. viso puncto. colum. 3. in princ.* quem refert Dec. *in l. fin. num. 2. C. de edend.*

XIX.

Statuta æquiparantur ultimis voluntatibus, Bart. *in l. 1. C. de his quib. ut indig.* Tiraq. latè *de retract. consang. in fin. num. 13.* Cravett. *cons. ult. num. 12.* Socin. jun. *consil. 181. Quocirca. num. 30. lib. 2.* Bart. *in l. 9. num. 37. ff. de just. & jur.* Menoch. *2. arb. jud. cons. 185. n. 45. Everh. in loc. Top. in loc. ab ult. volunt. ad legem vel statut. per text. in l. cum tale 72. §. in falsam causam. 5. ff. de condit. & demonstr.*

XX.

St[illegible]m & consuetudo paribus passibus ambu[illegible]t, Cravett. *cons. 251. num. 3. consil. 137. num. 2.* Wesenb. *1. consil. 50. num. 13.* quia hæc in idem recidunt & convertuntur, Cravett. *d. cons. 137. num. 5.* & junguntur ut causa & effectus, *l. 4. ff. de just. & jur.* ubi itaque statutum non obtinet, ibi nec consuetudo locum habere potest, Cravett. *1. cons. 30. num. 3.* Wesenb. *1. cons. 1. num. 54. pag. 10.* de cujus tamen origine & causa efficiente Cujacius *l. 11. Pauli ad edict. ad l. 23. de minorib.* ita sentit, dum ait: Profecto plerique errores Dd. veterum, quibus nunquam benè notum fuit jus civile, cum & ejus juris sermo eis plane esset incognitus, transierunt in decreta vel mores, quæ in regionum leguntur consuetudinibus, à jure Romano aberrantibus. At nihilominus statuta & consuetudines locorum derogant juri communi, quando vigent, *cap. ult. extr. de Consuetud.* & judicandum est secundum jus ejusmodi solum, per Glossam & Canonistas *in cap. 1. extr. ut lit. pendent.* latè Argentr. *2. cons. 51. num. 36. & seq.* adeò ut etiam statuta & consuetudines locorum vicinorum credantur etiam valere in loco vicino, Paul. de Castro *consil. 372. num. 2.* & consuetudo aliqua in loco vigere dicatur, quæ in locis vicinis maxime celebrioribus observatur. Boër. *decis. 263. num. 9.* Bursat. *cons. 161. num. 20. & 63.* Menoch. *vol. 3. cons. 228. num. 55. & seq.*

XXI.

Statuta non secundum corticem, sed secundum rationem sunt accipienda, Bald. *in l. quicunque in fin. C. de serv. fugitiv. l. omnes. num. 18. de justit. & jur.* Alexand. *cons. 106. Perspectis. cons. 83. Visa. num. 3. consil. 144. Post redditum. num. 3. lib. 2. cum aliis.* quæ cumulat Tiraquell. *de pœn. in princ. num. 20. & seq.* latè Cravett. *consil. 259. Verba. num. 5.* recipiunt enim naturalem intellectum, *l. cui pacto 5. ff. de serv. export. l. non sine 5. C. de bon. quæ liber.* Jacob Mandel. *cons. 96. Præterilla. num. 3. tom. 1.* Consil. Arg. *73. n. 178. vol. 1.* Quamobrem etiam statutum non solum ob justam causam & rationem expressam, Jas. *in l. non dubium 5. C. de Legib.* verum etiam præsumptam & conjecturatam, Cravett. *8. Anno n. 21.* pro varietate temporum, Alex. *cons. 106. Perspectis, n. 4. vol. 2.* ex æquo & bono instar ultimæ voluntatis limitari perhibetur, Cravett. *cons. 254. num. 6. cons. 274. numer. 11.* quemadmodum ex omni alienationis prohibitione excipitur casus necessitatis, *l. alienationes 13. fam. herciscund. l. 1. ff. de fund. dotal. l. pater filium 38. de legat. 3.* Jason *in l. si unus. §. pactus ne peteret, de pact.* Cravett. *cons. 6. Plura. num. 95.* Gerard. *sing. 100.* Cagnol. *in l. quæ propter necessitatem. de R. I.* Tiraq. *de retract. consang. §. 26. num. 18. & de pœn. caus. 23. num. 4.* ob quam à statuto recedi possit, Phil. Port. *cons. 118. num. 6. cons. 16. num. 2. cons. 19. num. 88. cons. 38. num. 22. & 34. num. 18.* Paris. *cons. 32. num. 12. vol. 2.* ita simili modo receptum esse in administratoribus iis, qui licet aliàs prohibeantur mutuare pecuniam, cui præsunt, facere tamen illud ex causa necessitatis non denegatur, *Auth. novissime. vers. nisi ex necessitate. C. de admin. tutel.* etiamsi jurassent non alienare, Guid. Papæ *decis. 156.* Aufr. *dec. Tholos. 256.* quia quæ propter necessitatem sunt

recepta, in argumentum duci non debent; *l. 162.* ubi Dec. Cagnol. Maynard. *de R. I.* adde & Redoan. *de reb. Eccleſiaſt. non alien. q. 4. §. quando. num. 25.* Quocirca evenire ſolet, ut in ſtatutis, quæ in plurali numero loquuntur (quamvis ſtricti juris ſint) nec in uno individuo verificari propriè poſſint. *l. fin. ff. ad SC. Trebell. l. ubi 12. de teſtib. cap. pluralis 40. de Reg. Jur.* ratio naturalis magis quàm verborum proprietas attendatur, & ideò ex illa extendatur ſtatutum ad alios, quàm qui proprietate ſermonis continentur, Bald. & Dd. *in l. 1. Cod. de condict. infert.* Corſert. *in ſing. ſtat. Ital.* Joh. Arn. *in ſoliloq. 79. incip. diximus cum allegatis.* Non officit, quod caſus omiſſus remanere debeat ſub diſpoſitione juris communis, *l. ſi extraneus 6.* ubi Jaſon & Dd. *de condict. cauſ. dat.* nec enim pro omiſſo haberi debet, quod venit ex intentione contrahentium & paritate rationis, ut ibidem Jaſon & Dd. exponunt, quamvis tacitè tantum veniat, Cagnol. *in l. ſemper in ſtipulationibus. num. 2. cum ſeqq. de R. I.* quia & id actum eſſe cenſetur, Decius *ibidem n. 5.* & rationis unitas diverſos caſus velut genus ſpecies, non per extenſionem complectitur, latiſſimè Tiraquell. *in l. ſi unquam verb. literis. num. 37. C. de revoc. donat. exempl. l. 1. l. ult. l. 5. in princ. de reſcind. vendit.*

XXII.

Statuta & conſuetudines ſunt facti, & ex facto conſiſtunt, *cap. 1. de conſtit. in 6.* Menoch. *conſ. 8. n. 16. & lib. 2. præſumpt. 8. n. 7.* Surdus *conſ. 371. n. 1.* Valaſc. *conſ. 169. n. 9.*

XXIII.

Statuta non ligant probabiliter ignorantes *cap. ut animarum 2. de conſtit. in 6.* quia ignorantia ſtatutorum excuſat. *cap. 1. de conſtit. in 6.*

CAP. LVII.
Stellionatus.

Quoties aliquod nomen criminis deficit, crimen ſtellionatus commiſſum eſſe dicitur. Quia perinde uti in civilibus actio doli competit in ſubſidium. Ita in criminalibus, ſi delicta ſpecialia nomina non habeant, crimen ſtellionatus dicitur commiſſum. Exempla vid. *in l. 3. ff. de crim. ſtellion.* Ita ſi quis merces ſuppoſuerit aut pro adamante vitrum ſubjecerit hoc crimen commiſiſſe dicitur.

CAP. LIIX.
Stipendium.

Axioma I.

Executio non poteſt fieri in ſtipendiis. *Carleval. de judic. tit. 3. diſp. 18.*

II.

Stipendia mortuorum militum heredibus præſtanda *l. 14. C. de erogat. milit. annon.* & uxoribus præſtanda quoque ſunt, ſi milites ægrotent. *l. 16. §. fin. C. eod.*

III.

Ex perceptione ſtipendiorum non probatur miles, Doctor vel tabellio, niſi doceatur legitima creatio. *Brunnem. ad l. 1. C. de fugitiv. Colon.*

CAP. LIX.
Stipulatio.

Axioma I.

Stipulari alteri nemo poteſt, *l. ſtipulatio iſta 38. §. alteri 17.* ubi Dd. *de V. O. §. ſi quis alii. & §. alteri. Inſt. de inutil. ſtipul.* Ant. de Butr. & Panorm. *in proœm. decret. num. 21. cum ſimilib.* per Anton. Gabr. *tit. de V. O. concl. 1. congeſtis.* quod & de Jure Canonico obtinere, contra gloſſ. *in cap. quoties 11. quæſt. 7.* quam communiter reprobari ait Gabr. *d. concluſ.* tuetur Honthem. *1. de art. Notar. cap. 12. num. 1.*

Limitationes vide apud Accurſ. *in gloſſ. dict. §. ſi quis alii. Inſtit. de inutil. ſtipul. d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri.* ubi etiam Bart. *ff. de V. O.* Jaſon *in d. l. ſtipulatio. §. ſi ſtipuler.* & Gabr. *d. concl. 1. de V. O.* adde & Carpzov. *p. 2. conſt. 33. defin. 26. & 27. & p. 2. conſtit. 18. defin. 23. num. 6.*

II.

Stipulari nemo poteſt rem ſuam ſibi dari, quæ jam ſua eſt, vel in eum caſum, quo ſua eſt futura, *§. item nemo 24. Inſtit. de inutili ſtipulat. l. 82. de V. O.* quia dare eſt dominium transferre, *l. 75. §. fin. ff. eod.* quod non poteſt transferri in eum, qui dominus eſt, Schneidevv. *ad d. §. item. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* tum quia rerum noſtrarum dominium nobis non niſi ex una cauſa contingere poteſt, *l. 3. §. explurimis 4. ff. de acquir. poſſeſſ.* tum etiam quia paria ſunt tempore prohibito aliquid fieri, & conferri in tempus prohibitum, *l. in tempus 62. ff. de hered. Inſt. l. quod ſponſæ 4. C. de donat. ante nupt.* ſicut ergo quando res in præſentia mea ſit, eam ſtipulari prohibeor; ita etiamſi res in præſenti non ſit mea, tamen futura mea ſit, in eum caſum temporis prohibiti non poteſt conferri ſtipulatio.

Limita I. non procedere, quando non purè, ſed ſub conditione ſtipulatio concepta reperitur, *l. ſi rem meam 31. ff. de verb. oblig.* fieri enim poteſt, ut exiſtentis conditionis tempore non ſit ſtipulatoris, *arg. l. exiſtimo 61. de contr. empt. l. cætera 41. §. 1. de legat. 1.*

Limita II. in fure, quia omnis actio degenerat odio furis, ab eo enim bene poſſum ſtipulari rem meam. *l. ſcire debemus 29. §. ſi à fure 1. de V. O.* cum mea, ratione poſſeſſionis, interſit.

Limita III. quando prima cauſa acquiſitionis dominii eſt dubia, ſecunda certa, vel quando per ſecundam fit pinguior acquiſitio, quam ex prima, tunc enim res mea poteſt acquiri ex nova ſtipulatione, Joh. Andr. *in c. cum perſonæ, de privil. liber.* Aret. *in l. exiſtimo. ff. de V. O.*

Limita IV. ſi quis æſtimationem ſive pretium rei ſuæ ſtipuletur, valet ſtipulatio, pretium enim rei meæ non eſt meum, & aliud eſt res, & aliud pretium ſive æſtimatio, *dict. l. nemo 82. l. ſi alii 42. §. rerum 1. ff. de uſuris.*

Limita V. ſi ſtipuletur quis rem ſuam ſibi reſtitui à promiſſore, utilis eſt ſtipulatio, quia eâ ſpecie

ſpecie non ſtipulatur dominium, ſed factum nudum reſtitutionis, quando ſcilicet res ſua eſt penes promiſſorem, *d. l. nemo.*

Limita VI. ſi rei meæ dominium à me quandoque revocari poſſet, quo caſu prohibeor eam per ſtipulationem meam efficere, ut irrevocabiliter mea ſit, *l. in bello 12. §. ſi quis ſervum 7. de captiv. & poſth.*

III.

Stipulatio rei, quæ non eſt, nec eſſe poteſt in rerum natura, inutilis, §. *1. & §. ſi impoſſibilis. ibidemque* Dd. *inſtit. de inutil. ſtipulat.* Conſ. Arg. *1. conſ. 24. num. 34.*

IV.

Stipulatio ſine cauſa, hoc eſt, ſine contractu, eſt nulla, *l. à Titio 108. ff. de V. O. l. 2. §. circa 3. ff. de dol. mali except.* ubi enim cauſa obligationis deficit, ea valere non poteſt, Bald. *in l. fin. ff. de conſtit. pecun. l. generaliter 52. ff. de Epiſc. & Cleric. & in l. ſi quis ſub conditione. de condit. inſtit.* quia (inquit) ubi non eſt efficax cauſa, non etiam erit efficax cauſatum, *l. inter quos. de legat. 3.* Gloſſ. *in l. ſi ob turpem. de condict. ob turp. cauſ.* Alex. *in l. Publia. §. 1. depoſit.*

Intellige verum de ſtipulatione conventionali, quæ accedit tanquam robur contractibus innominatis vel nominatis, quibus apponitur, alioquin ſi ſtipulatio conſideretur, quatenus per ſe ſubſiſtit etiam ſine alio contractu, *ut in l. 1. & tot. tit. de V. O.* atque ſic non de contractu, ſed indiſcreta quadam rerum ſuarum jactatione, quæ tamen tractatum requirit, *d. l. Titia. de V. O.* accipiatur, ſi de iſtis non conſtet, valebit in vim donationis, Bart. *in l. nuda. col. 1. ff de donat.* Bald. *in l. fin. in 5. oppoſit. C. ſi cert. pet. & d. l. 2. §. circa 3. de Except. doli.* Ludovicus Gomez. *ad §. ſequens. Inſtitut. de Action. num. 12.* ſi nimirum exprimatur donationis cauſa factum eſſe, Tiraquell. *in retract. convent. in fin. num. 104. & ſeq.* Alexand. *conſ. 19. In his. num. 3. vol. 4. conſil. 3. num. 1. vol. 1.* alias non præſumitur, *l. cum de indebito 25. de probat. in fin. l. 3.* ubi Baldus *n. 5. C. de non numer. pecun. l. ſi cum aurum 10. de ſolut.* Tiraquell *de retract. proximit. §. 39. Gloſſ. 2. num 19. & in l. ſi unquam. verb. donationes. num. 179. Cod. de revocand. donat.* Weſenb. *1. conſil. 31. num. 16. volum. 1.*

V.

Quæcunque in ſtipulatione ſpectant ad verborum ſolennitatem, ea hodiè planè ſunt inutilia. Quatenus verò materia ſtipulationis circa ipſum conſenſum ejusque ſuſpenſionem ſeu reſtrictionem diſponit, eatenus adhuc ſcitu neceſſaria eſt. Quæ ergò de ſtipulatione, ſub conditione, modo, die, &c. in jure afferuntur, neceſſaria ſunt, qui dilationem conſenſus demonſtrant.

CAP. LX.
Strictum Jus.

Ea, quæ ſtricti juris ſunt, ſufficit etiam in minimo effectum habere. Archidiacon. *in cap. 2. de fil. presbyt. in 6.* Anton. de Butr. *in cap. At ſi Clerici. §. de adult. col. 3. extr. de judic.* Andr. Knichen. *de inveſt. pact. cap. 2. num. 103.* Bocer. *de feud. inveſt. c. 5. n. 87.*

CAP. LXI.
Studia.

Axioma I.

Studiorum cauſa habetur pro pia, Bart. Bald. Angel. Jaſon & Dd. *in l. 1. in fin. ff. ſolut. matr.* Matthæus Weſenb. *1. conſil. 26. n. 26.* Unde & relictum in ſtudia, in piam cauſam relictum cenſetur, prout hoc pluribus demonſtrat Tiraquell. *in tr. de privil. piæ cauſæ, in præfat. circ. fin.*

II.

Studioſi non poſſunt compelli ad munera civitatis ſubeunda, etiam quando ab Academiis redeunt, quamdiu ſe alteri functioni non addicunt. *Perez C. de incol. n. 3. 4. conſ. Perez. C. qui ætate n. 8. ſeq.*

III.

Major eſt favor ſtudiorum, quam munerum publicorum. *l. 1. 2. C. qui ætate.* Hinc faber impediens ſtudia à Magiſtratu poteſt expelli. *Brunnem. C. qui ætate.* debet enim locus ſtudiorum vacuus eſſe à tumultibus. Hinc non ſaltem Doctores, ſed & Studioſi poſſunt expellere ex viciniâ fabrum ſibi obſtrepentem. *Brunnem. ad l. 1. C. de excuſat. Artific. & Perez. C. eod. n. 7.* Quod ampliatur: licet fabri ſuâ habitatione Doctores prævenerint. *Perez. C. de ſtud liberal. n. 6. ſeq. Brunnem. ad l. un. C. eod. num. 2.*

IV.

Pater tenetur ſubminiſtrare impenſas filio ſtudenti etiam invitus. *L. de bonis 6. §. non ſolùm. l. 5. ff. de carbon. edict. Hartm. Piſtor. l. 1. q. 19. Weſenb. vol. 2. conſ. 80.* Imò ſummam expenſarum in ſtudia conſtitutam augere tenetur, ſi non ſufficit. *Decian. 2. conſ. 38.*

CAP. LXII.
Stultitia, Stultus.

Axioma I.

Stulti non debent eſſe melioris conditionis, quàm prudentes, *l. ſervus 4. ff. quod vi aut clam.* Weſenb. *1. conſ. 6. n. 217.*

II.

Stultitia potius præſumitur, quam donatio, Baldus *in l. generaliter, num. 5. C. de non num. pecun.* Jaſoni *in l. Labeo. num. 4. ff. de pact.* Weſenb. *1. conſ. 41. num. 119.*

CAP. LXIII.
Stylus.

Axioma I.

Stylus ſemper obſervandus eſt, Bald. *in l. fin. C. quæ ſit long. conſuetud.* habetur enim ſtylus communis pro lege, prout infinitis autoritatibus confirmant Franciſc. Nicon. *in repet. rubr. n.*

130. & 137. ff. de nov. oper. nunc. Anton. de Petr. *in repet. l. 1. num. 395. ff. de jurejur.* Felin. *in cap. ex parte. num. 16. verb. stylus extr. de rescript.* Conſ. Arg. *1. conſ. 29. num. 91.* Rebuff. *3. comm. de Conſ. art. 2. gloſſ. 8. num. 18.* Hyppolit. de Marſil. *ſing. 118.* Pariſ. *conſil. 44. num. 17. vol. 1.* Boër. *conſ. 8.* Theſſaur. *deciſ. 1. num. 9.* Cabedo *deciſ. 211. num. 5. p. 1.* Gamma *decad. 16. num. 7.* Farin. *1. conſil. 85. num. 108.* ac dicitur practica confirmata, Cyn. *in l. 2.* & Bald. *in l. fin. C. quæ ſit long. conſuetud.* Conſ. Arg. *1. conſ. 29. num. 91.* ideoque à ſtyli forma non eſt recedendum, Boër. *conſ. 8. num. 7.* Lancellot. *p. 2. cap. 20. de attentatis poſt inhibitionem, in præfat. quæſt. 4. num. 409.* etiamſi in contrarium eſſet juris diſpoſitio, *l. ſi quando 11. in fin. C. de injur.* §. *fin. inſtit. de ſatisdat.* Alexand. *conſ. 240. num. 2. volum. 2.* Aſin. *in prax. §. 22. cap. 16. limit. 3. num. 1. & 2.* Chriſtoph. Cruſius *part. 4. de judic. cap. 36. num. ult.* & ſtatuta civitatis aliter diſponerent, Johannes de Amicis *conſ. 145. num. 8.* Aſin. *dict. §. 22. num. 1.* atque ita ſervatur, in procedendo Johann. de Amic. *conſil. 42. num. 2. & conſ. 143. num. 3.* omniaque reddit valida, *cap. 2. de temp. ordin.* Pariſ. *conſil. 113. in princ. vol. 4.* Ruland. *conſil. 70. vol. 3. num. 52.* ligatque forenſes quoad ordinaria, ſecus quoad deciſoria, Viv. *in commun. opin. lib. 1. concluſ. 156. n. 1.* ac contentioſam voluntariamque jurisdictionem tribuit, imò per eum merum imperium & cauſarum cognitio acquiritur, Farin. *1. conſil. 85. num. 108.*

II.

Stylus in notitiam populi cùm pervenit, vim habet conſuetudinis, Alexand. *conſ. 36. in fin. lib. 2.* Unde & ſtylus, qui contra conſuetudinem pugnat, in fraudis præſumptionem incidit; cum ea non obſervata nihil agatur, *l. 47. ff. de judic.* Bart. *in l. Jurisperitos. in princip. ff. de Excuſat. tutor.* quam ob rem juri Prætorio aſſimilatur & vocatur practica Curiæ vel Tribunalium confirmata, Cyn. *in l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* Maſcardus *de probat. vol. 3. concl. 3. n. 51.* Schvvaneman. *libr. 2. proceſſ. Camer, cap. 19. num. 17.* ideò quod ex actibus judicialibus introducatur, Boër. *conſ. 8. num. 3.* (cùm ſit jus non ſcriptum ab uno judice, circa acta judiciaria ſæpius introductum, Caravit. *ſuper primo ritu magnæ Curiæ poſt num. 17.*) ac proinde propriè non conſuetudo, ſed ſtylus vocatur: qui licet non requiratur induci à toto populo, ſed à majori parte populi, requiritur tamen illum induci coram Magiſtratu auctoritatem legis condendæ habente, Alex. *conſ. 36. in fin. lib. 2.* Decius *in rubr. extr. de conſuetud. col. 3. & conſ. 677. in fin.* Joſeph. Ludov. *in deciſ. 96. p. 2. num. 8.* dum inquit, quod ad hoc, ut ſtylus ſit obſervandus, requiritur quod ſit confirmatus autoritate ſuperioris, mediante aliquâ ſuâ conſtitutione ſeu confirmatione.

Quod intellige, quando nimirum agitur de toto præjudicio cauſæ & negotii principalis; quando autem concernit modum agendi, tunc confirmatio adeò non requiritur, ut ſtylus etiam coram inferiore Magiſtratu induci poſſit, Cravett, *conſ. 39. col. 5. & in tract. de antiq. temp. p. 4.* Bartol. Socin. *conſ. 36. num. 2. & conſ. 39. col. 5. lib. 4.* Joſeph Ludov. *deciſ. 96. n. 30. p. 2.* vide & Dec. *in rubr. extr. de conſuet. colum. 13.* quia ratione etiam ſtylus præfertur, cùm concurrit præſumptio juris communis, quando ſtylus diverſimodè obſervatur, idem Ludov. *d. deciſ. 97. p. 2. num. 23.*

III.

Stylus unius curiæ non poteſt operari ac inducere derogationem Legis contra jus commune, ſed ſolum declarationem ejus, quod eſſet arbitrio judicis commiſſum, Rolandus à Valle *conſ. 3. num. 36. lib. 1.* Hieronymus Gierarch. *in addit. ad Jul. Clar. §. ſentent. quæſt. 50. lit. b.* qua de cauſa ſtylus non valet, ut quis valeat, absque citatione condemnari, Alex. poſt Bald. *in l. ſi ſic. num. 18. ff. de legat. 1.*

Quod intellige, quando nimirum de magno præjudicio ageretur, cùm quandoque etiam ſolennitati citationis derogare queat, juxta Alex. *conſil. 65. num. 10. lib. 1.* veluti in notoriis, *cap. bonæ 33. de Elect. l. ſi verò 5. §. qui pro rei 1. ff. qui ſatisdar. cogantur.* in quibus ordo juris non requiritur, *cap. pervenerit 5. extr. de teſtib. cap. conſuluit 29. de appellat. cap. manifeſta 15. 2. quæſt. 1. cap. ſuper eo 3. de teſtibus cogend. cap. quanto 3 de translat. Epiſcopor.*

Limita (1.) niſi ſtylus, qui eſt contra jus, jam eſſet præſcriptus, quia tunc eum valere ut conſuetudinem, quæ etiam contra jus valet, poſt Roch. de Curt. *in repet. rubr. de conſuet. q. 4.* tenent per text. *in cap. fin. de conſuet.* Carovit. *ſuper primo ritu magnæ Curiæ num. 23. verſ. Limita.* & Farin. *1. conſ. 85. num. 122.* vel. (2.) quando conſuetudine per tacitum conſenſum omnium firmatus fuerit, Alex. *conſ. 36. in fin. volum. 2.* vel (3.) ſi à ſuperiori, qui introducendi poteſtatem habet, confirmatus ſit, Natta *in addit. ad Alexandr. 36.* Grammat. *conſ. 1. num. 20.*

IV.

Stylus indies recipit varietatem. Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 3. num. 277.* ex tempore, Bertazol. *cl. 4. gl. 36. num. 36.* Reichs-Abſchied zu Speyer 1557. §. Dieweil. *ibi:* Dieweil aber an unſerm Cammer-Gericht / durch vielfältige Veränderung der Beyſitzer / auch deſſen alter wolhergebrachter ſtylus und Brauch / bevorab in Erlernung der Proceß / zu vielmalen geändert. Stylus enim curiæ eſt volubilis, & mutatur ad mutationem Principis auditorum & advocatorum, qui faciles ſunt in ſtatutis prædeceſſorum, Hieron. Cævall. *quæſt. pract. comm. contr. comm. c. 20. num. 19.* idem *q. 737. num. 21. c. 72. ubi plures allegat.* Boër. *conſil. 8. n. 4.* Mar. Ahton. *lib. 2. reſol. 37. num. 16. in fin.* Cavalcan. *p. 2. de contract. deciſ. 17. num. 8.*

CAP. LXIV.
Subditus.

Axioma I.

Subditos tueri ſupremi Principis præcipuum munus eſt, latè Barthol. Chaſſan. *in Catalog. glor. mund. p. 5. conſ. 16. cap. adminiſtratores 26. d. quæſt.*

d. quæst. Corset. *in tract. de potest. Regia part. 3. q. 32. num. 59.* Johannes Lupus *in tractat. de conf. Princip. §. antequam veniant. vers. itaque ex cœlo. num. 6.* Cravetta *cons. 241. Princeps illustrissimus. num. 7.* Est enim status Domini & subditorum connexus, Crot. *in l. filiusfam. §. Domini. col. 7. post med. ff. de legat. 1.* Brun. Astens. *consil. 109. col. 3.* Cravetta *cons. 241. num. 3.* quapropter subditorum magnam habendam esse rationem, ne à Dominis graventur, aut damnis afficiantur, sed ut potius Domini tàm iis quàm sibi ipsis consulant, respondit Bald. *cons. 88. col. 2. post med. vers. ad Dominum pertinet. lib. 2.* Unde sicut officium regum esse perhibetur, reprimere malos & exaltare bonos, *c. regnum 23. quæst. 5.* ita etiam de ipso Principe dicitur, quod subditorum suorum curam magnam gerere, eosque tanquam filios & nepotes tractare debeat, *l. si quis filium 34.* ubi Jason *circa princ. C. de inoffic. testam.* Bald. *consil. 460.* Cravetta *cons. 241. Princeps. n. 9. fac. l. 1. C. de veteran.* Angel. *cons. 110. sanctissima. col. 2.* Philip. Portius *cons. 194. Ex facto species. num. 6.* Regner. Sixtin. *3. consil. Marpurg. 11. numer. 45.*

II.

Subditos habere locupletes Dominorum quàm maximè interest, *gloss. in cap. 3. de recept.* Panorm. *in c. licet causa. num. 13. de probat.* & Felin. *ibid.* Everhard. jun. *cons. 1. num. 190. vol. 2.* cum hi pingues ejus nervi, *l. 2. C. de omni agric. descript.* & eorum commodum Dominorum proprium commodum esse dicatur, *l. unic. §. 14. C. de caduc. toll.* Utpote quorum fiscum utentem subjectis locupletibus abundare oporteat, *Nov. 8. in præf. §. consideravimus.* Fachin. *cons. 89.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 4 vers. si par le pere, num. 6.* siquidem ex divitiis subditorum augetur potestas Dominorum propter fructus jurisdictionis, tributa, vectigalia & alia munera publica, ex quibus Domini quotannis magnam utilitatem percipere possunt. Unde etiam ejusmodi utilitates in fructu & patrimonio Dominorum esse dicuntur, cum singulis annis renascantur, *l. si navis 61. ff. de rei vind. c. 1. de feud. lib. 2. quæ sint regal.* Gail. *de arrest. c. 1. n. 4.* & thesaurus Principis non in fisco, sed subditorum divitiis positus, *Auth. ut judic. sine quoque suffrag. §. cogitatio.* Matth. Coler. *cons. 39. num. 49.* vel ut ait Hœnon. *in disput. politic.* Dominorum certissimus thesaurus in subditorum loculis situs & reconditus sit, ac Princeps quæstores ærarii certiores non habeat, quam locupletes subditos, Carpzovius *in Capitulat. Cæsar. cap. 6. num. 3.* vide Assum. *in tel. necessitatis, pag. 17.*

III.

Subditi concordiam alere debent, arg. *l. si cujus 13. §. 3. verb. æquissimum. ff. de usufruct. l. si quis ingenuum 21. in fin. ff. de capt. & postlim. in. reversf. Novell. 85. in princ.* Harprecht. *in Commentar. ad §. ferè 12. Institut. de rer divis. n. 97.*

IV.

Subditos non servitus personalis vel anonyma ut in feudo, sed domicilium & habitatio facit, *l. domicilium 20. ff. ad municipal. l. si in patria 5. C. de incol. lib. 10.* Gail. *2. observ. 35. & 36. & de pignor. cap. 8. num. 5. & cap. 15. num. 15.* Mynsf. *1. observ. 12.* Jac. de S. Georg. *de homag. num. 32.* Knichen. *in Encyclop. cap. 3. num. 29. & seqq.* Rosenthal. *concl. 85. c. 6. num. 9 lit. m.* Coler. *de proceff. Execut. part. 2. c. 1. n. 12.* Petr. Ancharan. *lib. 1. quæst. famil. 11. num. 16.* Natt. *cons. 4. num. 1.* Honded. *cons. 61. n. 3. & 17 vol. 2.* Surd. *cons. 515. num. 66.* Cephal. *cons. 53. n. 34* Burset. *cons. 16. n. 1.* Paris. *cons. 12. vol 3.* Menoch. *consil. 692. n. 3.* Meichsner. *in causa* **Teutschmeister** *contra* **Oetingen** */ tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 129.* Victor *de caus. exempt. Imper. concl. 22.* unde etiam ad faciendum quem subditum non incolatus præteritus, sed præsens domicilium inspicitur, cum incolatus & domicilium ad libitum mutari vel constitui possit, ubi quis vult, modo re integra nec in fraudem fiat, *l. nihil 131. l. libertus 17. §. patris 11. l. incola 29. ff. ad municipal.* Pacian. *cons. 4. num. 93.*

V.

Subditum non facit sola bonorum possessio, *l. si libertus 17. §. sola 5. ff. ad municip.* Vult. *1. F. c. 6. n. 7.* Jac. de S. Georg. *verb. quicquid. n. 9.* Cravett. *cons. 201. num. 15.* Cujac. *cons. 3.* Castr. *cons. 89. num. 2.* Roland. à Valle *consil. 1. n. 30. vol. 3.* Meichsner. *tom. 2. lib. 1. decis. 6. num. 58.* Tilem. de Benign. *syntagm. 2. decad. 1. vot. 1. numer. 61.*

VI.

Subditi præsumuntur, qui mandatis superiorum parent, & faciunt quæ subditi facere solent, Innocent. *in cap. olim 2. vers. item qui parent mandatis. de restitut. spol.* Gylman. *part. 2. tom. 1. tit. 6. num. 20.* siquidem per obedientiam acquiritur & probatur jus subjectionis, Gloss. & Innocent. *in d. c. olim de restitut. spoliat.* ac proinde etiam subdito adversus suum Principem non facilè, nisi ex evidentissima causa, mandata conceduntur, Gail. *lib. 1. observ 13. n. 4. vers. judex tamen.* tum quod præsumptio justitiæ sit pro Magistratu, *l. 2. C. de offic. civil. judic. cap. sicut nobis 16. in fin. extr. de sentent. & re judic.* Dd. *ad l. 1. C. si per vim vel alio modo.* Gail. *1. obs. 10. num. 5.* tum etiam ut subditi adversus Magistratus suos non armentur, nec ad majorem inobedientiam fiducia mandatorum invitentur, *l. prætor edixit 9. ff. de injur. §. sed tibi quoque. Novell. 12. de mandat. Princip. §. si quis vero existimans. Novell. 86. ut different Judic.* tum denique ne forte hâc occasione obedientia sua pœnam effugere conentur, contra quam publice utile sit, *l. congruit 13 ff. de offic. Præsid. l. ita vulneratus 51. ff. ad L. Aquil.* Gail. *de arrest. c. 10. n. 13.* Joh. Gœdd. *2. consil. Marpurg. 28. num. 12.*

VII.

Subditus inferioris Magistratus non potest esse subditus superioris, Rauchbar. *1. quæst. jur. civil. & Saxon. quæst. 13.*

Intellige respectu scilicet alterius juris, quam ejus, cujus nomine inferior superiorem recognoscit, Bart. *in l. Claudius. num. 2. in fin. quis pot. in pignor.* Cephal. *cons. 628. num. 38* non vero ratione generalis jurisdictionis, cujus respectu subditi quoque superioris esse perhibentur.

tur. Speculat. *in tit. defend. §. quoniam.* Albert. Brun. *conſ. 32. num. 2.* præſertim ſi utrique, h. e. tàm ſuperiori quàm ordinario Magiſtratui fidem juraverint & voverint, *d. c. 1. §. fin. qualit. Vaſall. jurar. deb.*

VIII.

Subditus qui ſemel fuit, & hodiè ſubditus eſſe præſumitur, Menoch. *6. præſumpt. 62. n. 5.* Umm. *diſput. ad proceſſ. judic. n. 48.* Exemplo ſervi, qui quando ſemel ſervus factus eſt, deinceps talis quoque præſumitur, Alciat. *regul. 2. præſ. 20.*

IX.

Subditi non plus, quam expedit, ſint ſubjecti, *c. admonendi. 2. q. 7.*

X.

Subditi reverentiam debent ſuis ſuperioribus, *Extravag. Com. debent. 1. in princ. de offic. ordin.*

XI.

Princeps ſubditis collectas ſine Provincialium conſenſu & remonſtratione neceſſitatis imponere non debet. *Perez. C. de indict. n. 8. 9.*

XII.

Subditi meri, qui non ratione feudi obligati, dominum ad bellum proficiſcentem comitari non tenentur. Defenſio tamen iis injungi poteſt. *Brunnem. ad l. 1. C. ne ruſticani ad ullum obſequium. in fin.*

XIII.

Præbitiones cœnarum & prandiorum, quæ Domini à ſubditis exigunt, ſunt contra jus, niſi profectio in utilitatem ſubditorum ſuſcepta ſit. *Brunnem. C. de erogat. milit. annon. col. 1.*

XIV.

Domini non poſſunt cogere ſubditos, ut eis munera dent, gratis agros colant, equos rebus vehendis præſtent, item ut nullibi, niſi in ſuis furnis panes coquant, nec aliis molendinis utantur. *Perez. C. de auro coron. n. 8. ſeqq.*

XV.

Subditi extra caſtrum & domicilium ſervitia præſtare non tenentur, niſi contrarium conſuetudine introductum ſit. *Brunnem. ad l. 7. C. de ann. & trib.* Eorum verò naves & currus ad vehendam annonam publicam etiam ad loca periculoſa mitti poſſunt, datâ tamen illis mercede, quæ datio mercedis efficit, ut ſi currus pereat, princeps ſubditis damnum non reſarciat. *Perez. C. de navib. non exc. ſ. n. 10. ſeq.* imminente tamen neceſſitate etiam ſine mercede publicâ ad Angarias tenentur. *Brunnem. ad l. 7. C. de fabricenſ. num. 2.*

XVI.

Subditi liberè, quò velint, diſcedere poſſunt. *Perez. C. de municip. n. 18. ſeq.* niſi ſtatuto prohibeantur vel lege. *Perez. d. l. conſ. l. fin. C. de metallar. l. 11. C. de murileg.*

XVII.

Subditi alieni non debent à potentioribus in protectionem recipi, niſi à ſolo Rege. *Perez. C. ut nemo ad ſuum patrocin. n. 1. ſeqq.*

XVIII.

Subditi puniri poſſunt etiam de delictis extra territorium commiſſis. Bald. *in l. fin. C. de commerc. & mercat.*

XIX.

Subditi puniri nequeunt pendente lite de rebellione. Bartol. *in l. cum aliquis. 21. C. de jure delib.*

CAP. LXV.
Subjectio.

Subjectionis ſignum eſt tributi præſtatio, Gloſſ. *in c. omnis anima, de cenſib.* & per conſequens Majeſtatis, quia ſubjectio indicat Majeſtatem tanquam ſuum correlatum, *l. magnum 28. 11. quæſt. 1.* Matth. Stephan. *2. de jurisdict. c. 1. membr. 1. n. 115.* Arniſ. *3. de Majeſt. c. 7. n. 10.* Unde & ex jure collectandi, Maſcard. *de probat. concl. 940. n. 1.* & præſtatione cenſus ſubjectio probatur, *c. ult. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*

Intellige, ſi nimirum de cauſa conſter; aliàs enim cum poſſit ex multis cauſis penſio præſtari etiam à non ſubjecto, imò & planè ab exempto, vix eſt ut ex ſola præſtatione probatio ſubjectionis inducatur, *c. conſtitutus 6. de religioſ. domib.* Joh. Andr. *in cap. quoniam de privileg.* Panorm. *in dict. cap. ult.* Coſtal. *ad l. 6. de uſur.* qua de cauſa intuitu hujus nullam ex præſtatione penſionis ſubjectionem induci, concludunt Schönborn. *5. politic. c. 10. in fin.* Bodin. *6. de republ. c. 2. num. 648.* Kirchner. *diſput. 16. coroll. 2.* Beſold. *1. polit. c. 9. §. 3. n. 1. & lib. 2. c. 6.* atque ideò ſubjectio (quia odioſa & ſtricti juris) nihil operabitur, niſi quod manifeſto conſenſu comprobatum, *c. quamvis 38. de præbend. in 6.* aut ſubſequente aliquo actu jurisdictionis roboratum ſit, per ea quæ tradit Cravett. *conſ. 118. 211. 425. num. 47.* Anton. de Amatis *deciſ. 58. num. 30.* ne videlicet homines liberi ſolis confeſſionibus aut ſcripturis ad deteriorem fortunam detrahantur, *l. 22. C. de Agricol. & cenſib.* Anton. Fab. *lib 7. C. tit. 3. defin. 5.* Vietor *in diſp. de cauſ. exempt. Imper. concl. 23.*

CAP. LXVI.
Subjecta.

Axioma I.

In eodem ſubjecto duo contraria ſe non compatiuntur, *l. ſi ut certo 5. §. ſi duobus 15. ff. commod. l. ſi inter me 15. ff. de except. rei judic. l. Pomponius 40. §. fin. de procurat. l. hæc verba 69. de V. S.* Weſenb. *1. conſ. 6. n. 11. vid. ſupra lib. III. cap. de Contrario.*

II.

Subjecta mutant accidentia, *cap. Marthæ 6. §. quæſivi ſti. extr. de celebrat. miſſar.*

III.

Deficiente ſubjecto, deficit jus ut & accidens, *l. 1. C. de condict. ob cauſam.* Weſenb. *1. conſ. 25. n. 11.* ſiquidem ubi præſuppoſitum non datur, ibi etiam ceſſat & diſpoſitum, Gloſſ. *in l. mancipia. C. de ſerv. fugitiv.* Menoch *remed. recup poſſ. 9. num. 161.* Dec. *conſil. 161. n. 1. conſ. 317. in fin. conſ. 466. n. 8. conſ. 591. num. 3. & 4. conſ. 511. num. 4.* Cravett. *conſ. 130. n. 2. conſ. 132. n. 1. conſ.*

conſ. 198. n. 4. C. jun. *conſ. 76. n. 3. conſ. 256. n. 9. conſ. 265. n. 24.* Ruin. *conſil. 60. n. 9. lib. 1.* Hyppolit. de Marſil. *ſing. 339.* Alciat. *reſp. 580. n. 6. & 7.* Weſenb. *4. concl. 200. num. 69.* cum nihil concludat, quando illud, de quo agitur, non concernit, *l. ſi maritus 10. C. de donat. inter vir. & uxor.* Weſenb. *4. conſ. 171. n. 13.*

IV.

SUBJECTA talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant, *l. 3. ff. de fundo inſtr. l. fin. §. cui dulcia 1. ff. de vino, trit. oleo leg.* Oldrad. *conſ. 80. Talia ſunt, & conſ. 326. num. 17. verſ. item in hoc.* Petr. de Anchar. *conſ. 65. num. 5. & conſ. 82. n. 10.* Signorol. de Homod. *conſ. 205. in fin. & conſ. 199. num. 6.* Cravett. *conſ. 25. n. 30.* Brunor. à Sole *in locis commun. verb. ſubjectum.* Surd. *deciſ. 149. num. 18. & conſ. 34. num. 40. & conſ. 375. num. 45.* Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 7. lit. S. concl. 716. à princip.* [gloſſ. *in cap. dudum de decim.* Cæpoll. *in tractat. de ſerv. ruſtic. ſub c. de aquæductu. num. 14.* Iſern. *in c. 1. §. 1. de nat. feud.* Weſenbec. *parat. ff. de juſtit. & jure num 3.* Vult. *3. conſ. Marpurg. 18. num. 151.*

V.

Pro ratione ſubjecti limitantur verba, quæ aliàs extenſionem indicant. Hinc vox: *in perpetuum*, reſtringitur ad dies vitæ in privilegiis, mandato, ſocietate &c. *Perez. C. de excuſat. muner. num. 18.*

CAP. LXVII.
Subreptio & Obreptio.

Axioma I.

Subreptione quæ fiunt, caſſari debent, *c. cum dilectus 32. extr. de Elect. c. cum olim. 12. extr. de ſentent. & re judic. c. ſi aliquando 41. & ſeqq. extr. de ſentent. excommun. c. ult. de fil. presbyt. in 6.* ſubreptione ſiquidem obtentæ literæ non valent, *cap. cum dilecta 22. c. dilectus 26. extr. de reſcript.* nec ſurreptitiis literis jurisdictio datur, *cap. cum noſtris 6. de conceſſ. præbend.* cum ſubreptione obtentis literis quicquid fit, oppoſita exceptione caſſetur, *d. c. 22. de reſcript.* adeò ut etiam ſententia Papæ ſubreptione lata, in melius reformari debeat, *c. cum ex literis 5. extr. de in integr. reſtit.* Utique jure communi non nocet. *cap. Ex parte 3. de capell. monach. l. 2. & 5. C. ſi contra jus & util.*

II.

Subreptionem ſolum excludit motus proprius, non autem gratiam contra intentionem concedentis, Abbas *in cap. nonnulli. de reſcript. num. 10.* Gylman. *1. part. 2. vot. 3. tit. 11. num. 62.* ideoque ubi in reſcripto adeſt clauſula motus proprii, ibi omnis exceptio ſubreptionis tollitur, Bald. *in c. niſi. num. 4. de offic. deleg.* Franc. *in cap. ſi motu proprio. num. 5. de præbend. in 6.* Pariſ. *conſil. 222. num. 12. lib. 2.* Caputac. *deciſ. 73. num. 2. part. 2. & deciſ. 218. p. 3.* Farin. *1. conſ. 93. num. 4.* item ſi in reſcripto eſſet clauſula ex certa ſcientia, gloſſ. *in c. 12. verb. non obſtantibus.* ibique Panorm. *in fin. extr. de fil. presbyt.* Joh. Andr. *in cap. olim. num. 4. verſ. ſin autem ex certa ſcientia.* ibique Hoſtienſ. *n. 5. verſ. & ſi aliter fiat.* Cardin. Zabarel. *col. 2. verſ. & dicit Hoſtienſ. extr. de V. S.* Corn. *conſ. 313. num. 10. lib. 4.* Mynſ. *conſ. 19. decad. 2.* Gylman. *tom. 2. part. 1. vot. 30. num. 7.* ac proinde non induci ſubreptionem ex taciturnitate eorum, quibus expreſſis adhuc Princeps veriſimiliter gratiam feciſſet, dicunt Alciat. *conſ. 362. num. 2.* Grat. *1. reſp. 71. num. 16. lib. 2.* Farin. *1. conſ. 93. num. 5.* cum ſubreptio nulla ſit, cum quis tacet, quod expreſſum non nocuiſſet. Gozadin. *conſ. 1. n. 10.* Gylman. *4. 1. num. 130. p. 67.*

III.

Obreptio magis vitiat gratiam quàm ſubreptio, *l. ſi quis obrepſerit 29. ff. de falſ. & l. & ſi legibus 18. Cod. ſi contr. jus vel util. pub.* Abbas *in c. cum dilecta. n. 15. de reſcript.* Berous *in cap. ſuper literis. in 1. lect. n. 1. in fin. & in 2. lect. num. 1. extr. eod.* Farin. *1. conſ. crim. 47. n. 11.*

CAP. LXIIX.
Subrogatum.

Axioma I.

Res ſubrogata non intelligitur nec cadit in obligationem prioris, niſi expreſsè hoc cautum ſit, aut niſi ex re prima ſit orta, Claud. Pratejus *in tract. regular. lib. 6. tit. de ſucceſſ. & ſubrogat. c. 2. in fin. per l. fidejuſſor. 16. §. fin. ff. de fidejuſſ.* Gœdd. *3. conſ. Marp. 33. n. 261.*

II.

Subrogante ceſſante ceſſat ſubrogatum, *l. 1. §. hac actione 5.* ibique Bart. *ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe poſſ.* Farin. *1. conſ. 15. n. 14.* Hinc ſubſtitutus in officio ab aliquo ad tempus, ſi ſubſtituens moriatur, non præcisè in locum ſubſtituentis ſuccedit, ſed alius erit conſtituendus, cui meritorum ſuffragantur inſignia. Quod ſecus eſt in privato impuberis curatore *l. 25. de tut. & curat. dat.* Rectè tamen fecerit Princeps, ſi ſubſtitutum aliis præferat, modò ejus virtus & eruditio mereantur. *Perez. C. de præpoſ. agent. n. 5.*

III.

Ubi lex alicui perſonalem inſpectionem committit rei alicujus, non poteſt in eâ curâ alium ſurrogare.

IV.

SUBROGATUM ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur, *l. ſi eum 10. §. qui injuriarum 2. ff. ſi quis caut.* ubi Bart. Bald. Angel. & alii, *l. 1. §. hæc actio. ff. ſi is qui teſtam. liber. l. filiæ 28. §. Attia 1. ff. de condit. & demonſtrat. l. unic. §. 1. C. de rei uxoriæ act. §. fuerat. Inſtit. de actionib.* [*l. ſi ex lapicidinis 32. ff. de jure dot. l. ſi ipſa 18. ff. quod met. cauſ. l. proponebatur 76. ff. de judic. l. ſi eum 10. §. 1. ſi quis caution. l. 20. de acquirend. dom. l. 28. de novat. l. 26. de donat. inter vir. & uxor. l. qui fundum 87. §. qui filios 7. ff. ad L. Falcid. l. eum debere 33. ff. de ſervit. præd. urb. l. generali*

rali 32. §. *heredis instituti 7. de usufruct. legat. l. 98. de V. S.* ibidemque Gœdd. *num. 10.* Andr. Tiraquell. *de jure primogen. quæst. 55. num. 1.* Gail. *de pignorat. cap. 11. num. 6.*] *cap. Ecclesia. il. 1.* ubi *glossa 1. vers. & est hic argum. ut lite pendente.* Alex. *cons. 88. Quod concurrere. numer. 4. vers. corroboro. lib. 1.* quod duplicatur *cons. 137. eod. libr. 1.* Anchar. *cons. 421. Præmittendum. in princ.* ubi ait, quòd hæc regula est magistralis, Cravett. *cons. 973. num. 2. cum seqq.* Socin. *reg. 34.* plenè Decian. *cons. 43. numer. 14. cum seqq. lib. 3.* ubi infert ad plura, Everhard. *in Topicis legal. loco 93.* Petr. Andr. Gammar. *in Dialect. legali, lib. 2. de loco subrogato 4.* Tiraquell. *de jure primogenit. quæst. 49. num. 43. & in tract. le mort. p. 2. declar. 9. num. 28.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, regul. 289.* Tob. Noni. *ad §. sed neque hæres. Institut. de testam. num. 5.* Pichard. *ad §. ex conditionali. num. 13. Institut. de verb. obligationib.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. subrogatum.* Anton. Gabr. *commun. l. 6. titul. de Regulis Jur. conclus. 2.* [unde & surrogatus in alicujus locum ejusdem debet juris & conditionis, qualis est ille, in cujus locum subrogatus est, Bald. *in l. Parabolani. 18. C. de Episcop. & Cleric.* Berlich. *3. conclus. 41. n. 4.* Cephal. *1. cons. 20. num. 2. & seqq.*] Menoch. *cons. 52. num. 68. & 158. & cons. 70. num. 10. & cons. 95. num. 50. & cons. 97. & num. 157. & cons. 211. numer. 70. & cons. 215. num. 151. & cons. 280. num. 12. & cons. 650. num. 9. & cons. 840. num. 40. & cons. 896. n. 3. & cons. 784. num. 12.* ubi ait procedere, quando is, qui subrogatus est, æqualis est conditionibus, moribus & scientia cum eo, cui subrogatus est, Molin. *de primogen. lib. 4. capite 4. num. 36.* Petr. Surd. *decision. 35. num. 9. & decision. 306. num. 5. & de aliment. titul. 9. quæst. 27. num. 9. & cons. 26. num. 5.* Escob. *de ratiocin. comput. 15. num. 2.* Monet. *de decimis. cap. 9. num. 75. & de opt. canon. cap. 5. quæst. 8. num. 146.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 2. cap. 4. n. 55.* Mari. Anton. *variar. resolut. l. 1. resol. 111. n. 28.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 5. §. 9. n. 99.* Cardin. Tusch. *practic. concl. tom. 7. lit. S. concl. 757. per totam.* Maresc. *var. resolut. l. 2. c. 8. n. 8.* Giurba *in consuetud. Messanens. c. 12. gl. 2. n. 9.* Castil. *controvers. l. 4. cap. 36. n. 51. cum seqq. & lib. 5. p. 2. cap. 89. num. 83. & 84.* Joan. Maria. Novar. *in prax. elect. & variat. fori. quæst. 52. num. 8. & 9. sect. 1. & quæst. forens. lib. 1. quæst. 48. num. 6.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 624. num. 2. cum seqq.* ubi *num. 10.* ampliat sivè expressè, sive tacitè subrogatio fiat, *& c. 706. num. 67. & c. 719. num. 9.* ubi *num. 10.* extendit etiam in materia stricta & correctoria, *& cap. 766. num. 37. & c. 769. & c. 791. num. 14. tom. 4. & c. 989. num. 23. tom. 5.* Robles *de repræsent. lib. 1. cap. 12. num. 18. & lib. 3. cap. 1. num. 7. & cap. 18. num. 31.* Anell. Amat. *cons. 60. num. 8. & cons. 81. num. 18.* Joseph. Vela *disceptat. forens. dissertat. 12. numer. 29. in fin.* [quibus etiam add. Lud. Gomez. *ad §. fuerat. institut. de actionib.* ubi *num. 5.* eam extendit, quod nimirum locum etiam habeat in ultimis voluntatibus & actibus piis etiam respectu pœnæ, per ea quæ notantur *in cap. tua nobis 17. de testam.* & quæ traduntur à Bald. *in l. si puellam. in verb. fiunt. C. si mancip. ita fuerit alien.* & multis similibus hoc exornat Felin. *in cap. cum accessissent. col. 7. vers. ex hoc dicto de const. & in c. cum dilecta. col. 16. vers. amplia 7. de rescript.* add. Alex. *in l. 1. §. hæc actio. in Apostil. ad Bart. ff. si quis test. liber. esse juss. fuerit.* unde per hanc infert Calc. *cons. 11. incipiente quod non præsumatur. col. 9. num. 15.* quod sicuti peti potest supplementum, si minus legitima sit relictum, ita etiam possit peti suppletio dotis si minor data sit, ratione potissimum ea, quia dos surrogetur in locum legitimæ, per ib. allegata, & ea quæ probat Fabian. de Monte *in repet. Aut. novissima, p. 8. col. 4. C. de inoff. test.* qua de causa per hanc regulam ait Socin. *cons. 112. incip. multum abunde. col. pen. vol. 2.* quod stante statuto, contractus minorum non valeant, nisi in præsentia, & cum consensu consanguineorum, si per minorem procurator constituatur cum dicta solennitate, tunc procuratoris erit omnia observare, ad quæ ipse minor tenebatur, ex quo censetur subrogatus in locum, cui adstipulantur, & Joh. Baptist. de S. Severin. *in repet. l. cunctos populos. pag. 14. col. 2. & in Auth. sacramenta puberum. C. si advers. vendit.* Aretin. *in l. mutuum. colum. ult. ff. de acquirend. hered.* Hyppolit. de Matil. *in repet. rubr. C. de probat. col. 71.* ita sicut creditor ex forma statuti potest facere capi debitorem personaliter, idem etiam poterit efficere cessionarius, qui utilis Dominus est, quia tali casu utile dominium surrogatur in locum directi, prout concludunt Bald. *in l. per diversas, in 10. quæstione. Cod. de mandat. per text. §. in reliquum. vers. unde consequens in Auth. de hered. quæ ab intestat.* Jason *in l. possideri. post* Aretin. *col. 1. n. 11. ff. de acquirend. poss.*

qvin

quin imò eam etiam procedere in ſurrogatione reſpectu nominis, *ex l. filiæ 28. §. fin. ff. de condit. & demonſtrat.* ubi eadem ancilla reputatur, ex quo nomen idem imponitur, annectit Dec. *conſ. 77. non levis. num. 3. part. 2. & in c. 1. col. 5. de præbend.*]

Intellige ſubrogatum ſapere naturam primordialem, non accidentalem ejus, in cujus locum ſubrogatur, *text. in l. 48. §. ult. ff. de furt.* ut declarant Surd. *d. tit. 9. quæſt. 21. num. 22.* [Socin. *conſ. 141. conſideratis in 2. col. l. 1. & in tract. regul. 385. fall. 1.* Jaſon *in l. poſt dotem. col. 6. num. 28. ff. ſolut. matrim. per text. in l. item veniunt 20. §. cum prædiximus 4. ff. de petit. hered.*] & ideò, quando dicitur ſubrogatum ſapere naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur cum omnibus qualitatibus & cauſis, intelligitur de naturali cauſa, non de accidentali, Beroi. *conſ. 71. num. 42. & ſeq. lib. 1.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 757. num. 55.* Et intellige etiam procedere in ſubrogatione legis, non hominis, ex Rimin. jun. *conſ. 18. num. 88. & conſ. 113. num. 128. & ſeq.* quem refert Card. Tuſch. *d. lit. S. concl. 757. num. 49.* ubi *num. 54.* poſt Anchar. *conſ. 110. num. 3. (adde eundem conſ. 420. num. 2.)* ſubdit, ſubrogatum non ſapere naturam ejus, cujus loco ſubrogatur, niſi vel in ſubſidium, vel quando ſubrogatio eſt in plenum jus. Intellige etiam, ut ſupra tetigimus, *in princ.* qvando ſubrogatum habet qualitates ejus, in cujus locum ſubrogatur, quia ſi qualitas, vel unum ex requiſitis neceſſariis ſubrogato deficiat, vel diverſa inter utrumque datur qualitas, ejus naturam, in cujus locum ſubrogatur, non ſapit, *l. Lucius 14. ff. de fideicomm. libert.* Surd. *conſ. 31. n. 41. & conſ. 138. num. 21. & conſ. 143. num. 48. & conſ. 269. num 30.* Polyd. Ripa *obſerv. 250.* Morot. *conſ. 49. numer. 3.* Franciſc. à Souſa *in l. fœminæ. ff. de Reg. Jur. part. 1. num. 229.* Joan. Maria. Novar. *in praxi elect. & variat. fori. d. quæſt. 52. numer. 10. cum ſeqq.* Didac. de Marino *in addit. ad deciſ. Grammat. 167. num. 13.* plenè Giurba *in conſil. criminal. 99. num. 13.* ubi quod inter ſubrogatum, & eum, cui fit ſubrogatio, nulla eſſe debet differentia, nec diverſa qualitas.

Primò limita, quando ſubrogatum fit ad rem diverſæ naturæ, *l. cùm in fundo 78. §. ſi fundus 4. ibi, ſed ita ut non vice corpus habeatur. ff. de jure dot.* Surd. *de aliment. tit. 5. quæſt. 1. num. 34.* [Bart. *in repet. l. pater filium. col. penultima. verſ. dices tu. ff. de inoff. teſtament.* Socin. *in l. cum filio, in 14. col. de leg. 1.* Roman. *notabili 225.* Andr. Siculus *in cap. ab Excommunicato. in 5. colum. num. 33. de reſcript.*] & quando non viget eadem qualitas in ſubrogato, *l. 1. §. ſi quis autem. 13. de ſucceſſ. edict.* Hartm. Piſtor. *3. quæſt. 24. n. ult.* imò repugnat, Rimin. jun. *conſ. 113. n. 129.* quem refert Card. Tuſch. *d. lit. S. concluſ. 757. n. 57.* Franciſc. à Souſa *in repet. l. fœminæ ff. de R. I. part. 1. n. 229.* [quia tali caſu non ſapit naturam illius, in cujus locum ſurrogatur Alex. *in conſ. 107. viſo themate, in 2. col. verſ. eſt ſimilis, in 3. volum.* Felin. *in cap. ſuperbis, in 5. col. de accuſat.* facit quod voluit Bart. *in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet.* ubi ait, quod in caſu illius Legis, licet depoſitum ſurrogetur in locum mutui, non tamen regulatur ſecundum naturam mutui, ut accipiens teneatur de caſu fortuito, ut ſi pecunia fuit data in ſacculo, quo caſu cum non fuit translatum dominium, ideò propter diverſam qualitatem non ſapit in hoc naturam mutui, ad idem facit *text. in c. ſuper quæſtionem 27. §. ſi vero de offic. deleg. 1.* Ubi ſi duo delegati Principis cum poteſtate ſubdelegantis, ſi unus alteri ſubdelegaverit vices ſuas, non poterit ille poſtea delegare propter qualitatem diverſam.] vid. & Menoch. *conſ. 427. num. 8.* [quod tamen argumentum ex diverſitate ſeu diverſa qualitate ſurrogati facile refelli, tenet Carpzov. *part. 3. conſtit. 13. defin. 30. num. 10.* ubi exemplum *& p. 2. conſtit. 12. defin. 2. n. 4. & 5.*] Jadd. Robles *d. lib. 1. cap. 12. num. 68.* ubi ait hoc Axioma non procedere, quando perſona ſubrogata eſt diverſi juris & conditionis illius, in cujus locum ſubrogatur. *& num. 69.* etiam limitat, quando ceſſat in perſona ſubrogata illa qualitas, propter quam privilegium conceditur.

Secundò limita, ubi aliquid eſt ſpecialiter attributum, tunc enim in eo ſubrogatum non ſapit eandem naturam, nec ſubrogationis regula id extendit, quod fuit ſpecialiter conceſſum, Surd. *de aliment. titul. 9. quæſt. 21. num. 21.* Dn. Barboſ. *in l. cùm Prætor. §. 1. num. 421. ff. de judic.* [prout eſt in eo, cui mandata eſt jurisdictio, quia licet cenſeatur ſurrogatus in locum judicis ordinarii, tamen demandare jurisdictionem non poteſt ſicut ordinarius, quia reperitur expreſsè diſpoſitum, ut *in l. more 5. ff. de jurisdict.* Jacob. de Nigr. *in l. fin. in 1. not ab. ff. de offic. ejus cui mand. jurisd.*

Tertiò limita quod procedat, quando ſurrogatus totam prærogativam capit à ſubrogante, ſive ab illo, in cujus locum ſubro-

subrogatur, secus verò si per prius saltem in habitu aliquid subrogato competebat, quia tali casu si surrogatio fiat respectu actus sive exercitii, regula non procedit, quia judicatur illa potestas ut propria, non ut subrogata, Felin. *ex dictis.* Abbat. *in cap. licet ex suscepto, in 2. col. vers. ex qua signa, de for. compet.*]

Quartò limita, quando illud, in cujus locum fit subrogatio, esset extinctum, Rimin. jun. *cons. 113. n. 121.* Card. Tusch. *dict. lit. S. conclus. 757. n. 56.* [secus enim esset si actio prima duraret, quia esset potius accumulatio quàm surrogatio, Jas. *in l. 9. ff. de reb. cred. colum. 7.*]

Quintò limita in pœnalibus, secundùm Seraphin. *decis. 537. n. 4.* Ant. Gabr. *commun. tit. de R. I. conclus. 2. n. 29.* Mari. Giurba *d. cons. 96. n. 16.*

Sextò limita in privilegiis, ut scribunt Azeved. *l. 1. num. 27. tit. 1. lib. 6. novæ Recopil.* Garc. Gironda *de privileg. seu exempt. explicat. num. 1313.*

[Limita septimò, quod procedat tantum in universalibus, secus in particularibus, Carpz. *d. p. 3. const. 30. defin. 1. n. 12.*

Limita octavo, quando subest diversa ratio, *l. 1. §. si quis 13. de succes. edict.*

Adde nonò, procedere hanc regulam in surrogatione immediata, non mediata, ut in feudo novo comparato ex distractione feudi antiqui, vid. Gothof. Anton. *Disp. feud. 1. thes. 5. lit. B. n. 6.*

Addit ultimò Decius adhuc duas, ut non procedat, ubi de personæ industria vel de materia jurisdictionis agitur *in cap. si pro debilitate. col. 3. de offic. delegat.* Nemo itaque unquam dicere ausus est surrogatum esse idem cum eo, in cujus locum surrogatum est, v. c. nemo dixit pretium, quod loco rei est, esse rem ipsam, Anton. Fab. *in rat. dub. ad l. 34. de pecul.* confer Cephal. *d. cons. 10. n. 1.* Hinc ut res rei vel pretio surrogetur tantummodò in quatuor casibus receptum esse, traditur à gloss. *in l. 1. verb. constitutum. C. si quis alteri vel sibi.* nempe (1.) favore, vel Ecclesiæ, *si ut proponis 8. C. de rei vindicat.* (2.) vel pupilli, *l. 2. C. quando ex fact. tut. l. Curator 3. C. arbitr. tutel.* vel (3.) dotis, *l. res 3. jur. dot.* Wesenb. *1. cons. 38. num. 33.* vel (4) si uxor (quem casum Wesenb. ibi non descripsit) marito donaverit pecuniam, illeque ex ista rem emerit, nec solvendo sit, datur enim tum mulieri utilis in rem actio, *l. uxor marito 55. de donat. inter vir. & uxor.* Quam ob rem cum his casibus illud sit speciale, intelligi potest in aliis contra esse, Wesenb. *d. loc. & lib. 2. cons. 79. n. 13.* Quod si ergo, verbi causa, res alicui hypothecata à domino rei vendatur, pretium loco rei non succedit, nec ego pretium petere possum, nisi res sit præscripta, vel aliter ruina, naufragio, incendio perempta, Berlich. *1. concl. 69. in fin.* vid. & Wesenb. *1. cons. 38. n. 33.* ubi in causa dotis hoc sublimitare videtur.

CAP. LXIX.

Subscriptio.

Axioma I.

Subscribens consentire censetur subscriptis, *l. emptor. 47. §. Lucius 1. ff. de pactis. l. fin. § sin autem dubium 2. vers. subscriptionem. Cod. de jure deliber. l. sicut 8. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. solv. cap. si quis 6. extr. de rebus Eccles. non alienand.* Tiber. Decian. *resp. 29.* Philip. Matth. *1. cons. 32. num. 16. per l. si ego 9. §. 3. ff. de jur. dot. l. contract. 17.* ibi: *subscriptione, C. de fide instrum.* maximè si etiam sigillatio accedat, Bart. *in l. quæ dotis. n. 7. & ibid.* Roman. & Alex. *n. 38.* Et Jason *n. 94. ff. solut. matr.* Decius *in cap. 2. n. 27. de fide instr.* fit enim ea ad confirmationem eorum, quæ in scriptura reperiuntur, Johan. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de condit. appos. super rubr.* Regn. Sixtin. *2. Cons. Marp. 8. n. 12.* Castrens. *cons. 116. n. 2.* faciunt summoperè notata Felin. *in cap. 2. n. 2. de fide instr.* ubi hujus rationis respectu ait paria esse subscribere privatæ scripturæ per alium scriptæ & manu suâ eam scribere, sive asserere, eam de manu suâ esse: cùm nihil interfit, suâ manu quis instrumentum scribat, an verò subscribat, *d. l. sicut. §. non videtur. quibus modis pignus solv. l. Gajus 39. ff. de pignerat. act.* Angel. *in l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus 2. ff. de V. O.* Bald. *in Auth. contra aqui propriam. vol. 2. vers. item quæro C. de non num. pecun.* Innocent. *in cap. quoniam contra. de probat.* & ibid. Felin. *n. 43.* Menoch. *de arbitr. judic. quæst. cas. 94. n. 14.* ubi ait, subscriptionem repræsentare totam scripturam, cui subjicitur, Vult. *3. Cons. Marp. 18. n. 79.* quocirca quando quis semel subscripsit, ea subscriptio depositioni contrariæ etiam juratæ & judicialiter factæ præfertur. Capyz. *decis. Neapol. 192. num. pen.* allegans ad hoc Aretin. *in cap. per tuas. de probat.* Imol. *in cap. cum causam. de testib.* Felin. *in cap. cum tua. col. ult. eod.* Vult. *1. Cons. Marp. 15. n. 152.* ac proinde & subscribenti sigilloque suo corroboranti contractum vel negotium, quod illo invito fieri nequit, non tantum subscriptionem vel sigillationem, sed & solam dissimulationem nocere, *ex l. fidejussor. 26. §. 1. de pign. l. 2. C. si res alien. pign. detur. l. sæpe 53. de re judic.* deducunt. Gœdd. *1. Cons. Marp. 25. n. 151. & cons. 26. num. 6.* Costal. *ad l. Gajus 39. ff. de pignor. act.* cum subscriptione contractus muniatur ac probetur, *d. l. sicut 8. §. non videtur. & l. 17. verb. subscriptione partium confirmata. C. de fid. instrum.* Wes. *cons. 131. ubi late num. 3. pag. 656.*

Limita,

Limita, nisi aliquis præsens esset, & subscriberet actui, qui se invito fieri posset, quo casu eum consensisse non continuò dicendus est, ut cùm venditur res mea, quæ etiam me contradicente vendi potest, *l. rem alienam 41. ff. de pignor. act.* neque etiam ex eo actu probationis transferretur in subscribentem, Bald. *ibid.* vel nisi subscriptio fieret, non lectis aut intellectis verbis instrumenti, *l. ult. C. plus val. quod agitur, quàm quod simulat. concip. l. de his 6. ff. de transact.* vel nisi subscriberet in contractu rem suam putans esse alienam, *l. Titius 3. ff. de rescind. vendit.* vel nisi se actui ut testis subscriberet, *l. Titia 34. §. Lucium 2. de legat. 2. l. Gajus Sejus 39. de pign. act.* vide Joh. Sandæum *lib. 3. decis. tit. 5. defin. 8.*

II.

Sine subscriptione sigillum etiam publicum fidem non facit, Molin. *in consuetud. Paris. rubr. de feud. §. 8. num. 13. pag. 177.* cùm nihil per se loquatur, mutumque testimonium (quod nullum est) sine subscriptione vel æquipollente habeatur, Wesenb. *cons. 12. num. 50. & 51.* ex Baldo. *ad l. falsus in fin. C. de furt.* Bart. *in proœm. Digest. & ad l. ad testium 22. § si quis. ff. de his qui testam. fac. poss.* vid. Gœdd. *ad l. 39. ff. de V. S. numer. 3.*

III.

Subscriptio idem operatur, quod holographum, *§. 1. vers. instrumenta. Inst. de V. O. l. si ita stipulatus 126. §. 2. ibidemque* Jason *de V. O.* Reusner. *vol. 2. de testam. part. 1. cap. 4. num. 14. & 15.* subscribens enim censetur virtualiter omnia scripsisse, quæ subscripsit, Julius Clarus *§. testamentum. quæst. 14. num. 1. & ibidem additionator.* latè Dauth. *ad l. 21. §. ex imperfecto. num. 28. Cod. de testam. pag. mihi 444.* vid. tamen Everhardum *libr. 1. consil. 13. n. 49. & seqq.*

CAP. LXX.
Substantia, Substantialia.

Axioma I.

Substantia alicujus actus ex solo temporis cursu non præsumitur, quæ ex re ipsa non appareat, *l. nullo 24. C. de rei vindic. l. diutina 4. C. de præscript. long. temp.* Modestin. Pistor. *cons. 25. num. 20. vol. 2.* Gœdd. *1. Consil. Marp. cons. 28. num. 286.*

II.

Substantiâ deficiente, deficit omne accidens ac totus effectus *l. 1. C. de condict. ob caus.* neque etiam ea præsumitur, sed declarari debet, ut latè docet Masc. *de probat. concl. 1415.* vide & Honthem. *2. de art. Notar. cap. 1. num. 2. & 3.* ubi itaque substantialia contractus removentur, remotus etiam ipse contractus esse dicitur, Salicetus *in Authent. Sacramenta puberum. num. 10. C. si adversus vendit.* Nicol. Everhard. *in loc. Topic. à defectu formæ, per. l. Non codicillum 14. C. de testam. l. cum manu sata 80. §. fin. ff. de contr. empt.* Vult. *3. cons. Marp. 18. num. 7.* Wesenb. *consil. 327. num. 40. pag. 632.*

III.

Substantia & natura à se invicem distinguuntur, Kubach. *pag. 383.* Ut enim in aliis rebus, maximè apud Græcos, substantia, persona intelligitur, non natura, Isidor. *7. cap. 4.* ita in contractibus, qui suam naturam habent & substantiam, hæc variare videmus. Alia igitur est substantia, atque alia natura emptionis; substantia enim emptionis ex pretio consistit, *l. 72. de contrah. empt. l. si non donationis 18 C. eod. tit.* quem admodum & res, *l. nec emptio 8. ff. de contr. empt.* Evictio verò est de natura emptionis, seu ex his, quæ insunt naturaliter, *l. ex empto 11. in princ. de action. empt.* atque ita ex cæteris venditionis, *l. si duo 13. §. si quis 3. de jurejur.* ita duplæ cautio est ex natura emptionis *l. quod si nolit 31. 20. §. quia. de ædil. edict.* & est ex his, quæ sunt adminicula emptionis, *d. l. 72.* atque sic nec evictio, nec duplæ cautio de substantia emptionis erunt. Pacta itaque, quæ fiunt contra substantiam, immutant contractum, verbi gratia, ne pretium rei venditæ detur, rei venditæ dominium in accipientem transeat, *l. 55. l. 80. §. ult. ff. de contrah. emption.* ea verò, quæ fiunt citra substantiam, verbi gratia, si pretium rei venditæ augetur vel minuitur, *dict. l. 72.* licet sint contra naturam contractus, fieri queunt, *l. 7. §. 2. de pact. l. 5. §. 4. de præscript. verb.* verbi causa, ne duplæ cautio præstetur, *d. l. 21.* ne venditor de evictione teneatur, vide Eman. Merill. *lib. 3. observat. 23.*

CAP. LXXI.
Substitutio. Substitutus.

Axioma I.

Substitutio potentior & efficacior censetur quàm jus accrescendi, *l. 2. §. si duo 8. ff. de bon. possess. secund. tabul. l. 1. §. in primo 3. §. pro secundo 4. C. de caduc. toll.* Alex. Imol. *ad l. 57. num 24. ff. ad SC. Trebell. Novell. 1. §. si quis autem. vers. si verò institutio. Auth. hoc. amplius. C. de fideicomm. iff.* ratio, quia substitutus admittitur ex voluntate & dispositione defuncti expressa, conjunctus verò & jus accrescendi habens ex nuda conjecturata & tacita mente defuncti, Dd. *in l. un C. quand. non petent. part.* Gomez. *lib. 1. var. resolut. cap. 3. num. 26.*

Limita, nisi ex præsumpta voluntate appareat, voluisse præferri conjunctum substituto, *l. quidam 30.* ubi Bart. *ff. de vulg. substit. idem in d. l. 2. §. fff. de bonor. possess. secund. tabul.* vel quando substitutio esset copulativè seu conjunctim facta, quia tunc ille, qui adivit, habebit partes aliorum per jus accrescendi, & excluderur substitutus per ejus additionem, Bart. *in l. 1. in pr. q. 2. q. 5. in princ. ff. de vulg. substit.* vel quando institutos & sic conjunctos in institutione testator ad invicem substituit, tunc enim talis substitutio jus accrescendi non impedit, Baldus *in l. unic. Cod. quand. non petent. part.* Socin. *in tract. fallent. 219. 479.*

II.

Substitutio in unum tantum casum concepta,

ad alium extendi non potest. *l. si ita quis 21. l. si mater 23. §. 1. ff. de vulg. & pupill. substit.* Substitutiones enim strictè accipiuntur, ut de una ad aliam personam porrigi non debeant, prout respondent Decian. *respons. 2. num. 61. lib. 2.* Cravett. *cons. 98. num. 5.* Corn. *cons. 119. col. 6. lit. O. vol. 2. & cons. 276. col. 3. lit. F. vol. 3.* cùm expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operetur, *l. si in diem 46. ff. de condit. & demonstr. l. hæc verba 3. ff. de legat. 1. l. non rectè 3. C. de fidejuss.* Ludov. Roman. *cons. 56. num. 3.*

Limita, nisi ob eandem rationem & verisimilem mentem testatoris possit extendi ad casum etiam non expressum, & personas in dispositione non nominatas, *l. cum proponas 3. C. de hered. instit.* Cravett. *cons. 326. numer. 2.* Decian. *resp. 1. n. 158. lib. 1.* Ubi hoc adeò verum esse ait, ut ad contrarios etiam casus ob eandem mentem extendatur, per regulam, quod quandocunque casus secundum literam non est expressus, sed omissus, & tamen eadem ratio & æquitas in omisso, quæ in expresso subest, non expressum pro omisso haberi non debet, prout in terminis substitutionis trad. Bald. *in l. mater. C. de instit. & substit.* & post eum Cravett. *cons. 326. num. 9.* adde & Regner. Sixtin. *2. cons. Marpurg. 17. numer. 43.*

III.

Quoties hereditas immediatè capitur à testatore, toties substitutio est directa: Quoties verò capitur de manu illius, qui institutus heres est, toties est substitutio fideicommissaria seu obliqua. Ratio hujus divisionis est, ut per istam eò meliùs jura substitutionum declarentur. vid. *Carpz. P. 3. Const. 8. def. 8. n. 3.*

IV.

Quoties instituti sibi invicem simpliciter substituti sunt, toties eas partes in substitutione capiunt, quas habent in institutione *l. 24. ff. de Vulg. & Pupill. Substit.* quia testator eatenus dilexisse videtur substitutos, quatenus dilexit institutos. Exemplum est in *d. l. 24.*

Limita, nisi de aliâ testatoris mente evidenter constet, *d. l. 24.* Conf. *Stryck. in annot. ad Instit. de substit. §. 2.*

V.

Quoties quis substituitur in casum deficientis heredis, si scil. heres esse nolit vel non possit, toties substitutio est vulgaris *pr. Inst. de vulgar. substit.* quia hæc vulgariter fit, seu vulgari & communi modo *l. 4. §. 2. ff. eod.*

VI.

Quoties unus casus in substitutione vulgari expressus, toties tacitè continetur alter. Quia eadem est ratio in casu omisso, quæ est in casu expresso, ut scil. defunctus heredem habeat: ad utrumque ergo casum testator videtur respexisse. Hinc sub expresso casu noluntatis continetur etiam casus impotentiæ. *Gomez. Lib. 1. Var. Resol. cap. 3. n. 10.*

Amplia, ut etiam procedat in pupillari substitutione. Ita sub expressâ vulgari continetur pupillaris tacita, & sub hâc etiam illa *l. 4. de vulg. & pupill. substit. ibique gloss. & DD.*

VII.

Quoties ab instituto herede adita est hereditas, toties expirat substitutio vulgaris *l. 5. C. de impub. & al. substit.* quia sic deficit conditio, sub quâ facta erat substitutio, scil. si heres non erit.

Limita, ut procedat (1.) nisi aditio rescindatur per restitutionem in integrum, ubi locus fit substituto *l. 7. §. 10. ff. de minor.* (2.) nisi heres acquisitâ hereditate nolit implere voluntatem defuncti; sic enim substituto, qui de implendâ voluntate defuncti cavet, defertur hereditas. *Auth. Hoc amplius. C. de fideicomm.*

VIII.

Quoties impuberi in ullum casum, si intra pubertatem decesserit, substituitur, toties substitutio est pupillaris. Quia pupillo per eam substituitur, quippe qui post mortem patris fit sui juris.

IX.

Quò ordine ab intestato succeditur, eo ordine etiam exemplariter substituitur. Quia hoc humanitatis ratio exigit, quâ nititur exemplaris substitutio. Ergò hodiè exemplariter substituendi, (1.) liberi, (2.) parentes, (3.) fratres.

Limita: ut tamen sufficiat, modò substituantur quoad legitimam. Hæc tamen illis tantùm debetur.

X.

Substitutio pupillaris expressa continet sub se tacitam vulgarem, *l. quamvis 4. C. de impub. & alior. substit.* Dd. *in l. 2. ff. de vulg. substit.* sub qua vulgari continentur omnes casus, per quos institutus heres non fit, *l. 3. in fin. ff. de liber. & posthum.* Dd. *in l. 1. ff. de vulgar. substitut.* eamque exemplis exornant Imol. *in cap. Raynutius. extr. de testam. & in l. qui habet. ff. de vulgar. substit.* Johann. Andr. *in addit. ad Speculat. in tit. de secund. nupt. ad rubr.* quem sequuntur Bart. Bald. & Alberic. *in Auth. hoc locum. Cod. de secund. nupt.* Calcagnin. *cons. 103.* Castrens. *cons. 89. incip. dubitatio vertitur, num. 2. lib. 1.* quin imò quod vulgaris in casum mortis extendatur ad casum repudiationis, respondent Paris. *cons. 19. incipient. ad resolutionem. num. 175. lib. 2.* Fulgos. *in l. fin. col. 2. C. de instit. & substit.* Hinc substitutionem factam post mortem filiorum purificari, filiis non natis perhibent Socin. sen. *cons. 52. lib. 1.* Socin. jun. *cons. 181. num. 44. lib. 2.* Curt. sen. *consil. 51. num. 28.* Paris. *cons. 70. n. 20. lib. 2.* Decius *cons. 227.* Alciat. *cons. 494. n. 11.* Quapropter si quis, verbi causa, constituerit posthumum nasciturum, eique substituerit Cajum sub conditione, si heres erit, & in pupillari ætate decesserit, admittetur quoque substitutus in casu, quo institutus natus non fuerit, Dec. *in l. 1. num. 14. limit. 3. ff. de vulg. subst.* cui adstipulatur etiam Bart. *in d. l. 1. n. 33. eod.* ubi ait, quod si substitutio facta est ventri, partus autem non nascatur, substitutus admittatur, his add. & Guilhelm. de Cun. *in l. precibus. C. de impub. substit.* Steph. Bertrand. *cons. 174. incip. nemini dubium. n. 30. lib. 3.* Bero. *cons. 102. n. 18.* Decian. *cons. 10. numer. 60. cum seqq. libr. 1.* Alciat. *in l. commodissimè.*

dissimè. num. 21. de liber. & posth. & in tr. de V. S. lib. 3. p. 2. & cons. 250. n. 6. cons. 494. n. 11. Bursat. *cons. 19. n. 13. lib. 1.* Corn. *cons. 276. lib. 3.* Valentin. Forster. *1. cons. Marp. 8. n. 11.* Curt. sen. *cons. 72. incip. Dominus Ludovicus. col. pen. in princ. & cons. 81. col. pen.* Vigilius *in §. 1. vers. & ipsi filio. num. 20. Inst. de pupill. substit.*

XI.

Substitutio sibi ipsi fieri non potest, *l. filiumfam. 27. in princ. quando dies legat. ced. l. planè 94. §. si cui 2. l. legatum 116. §. heredi 1. ff. de legat. 1.* Cephal. *cons. 37. n. 25.* Bertaz. *1. cons. decis. 51. n. 36.*

XII.

Is, qui suscipit vicem alterius, non propterea ipsi par est dignitate, licet ejus juribus utatur, quando scil. in perpetuum ei subrogatus est, non quando ad tempus ejus vices gerit, ubi tamen aliquibus privilegiis utitur. *Brunnem. C. de Comit. rei milit.*

XIII.

Qui per substitutum servit, gaudet iisdem privilegiis, quibus gauderet, si in propriâ personâ serviret. *l. 64. C. de Decur.*

Declara: hoc obtinet tantùm in dignitatibus, non in aliis Collegiis. *Brunnem. C. de Comit. rei milit. in fin.*

XIV.

Qui ob morbum vel senium alium substituere potest, substituit sub periculo suarum facultatum *l. 1. C. de præpos. agent.* debetque substituere idoneum ejusdemque scrinii, id est, ejusdem juris & conditionis. e. g. Doctor Doctorem, non scholarem, quantumcunque sufficientem, artifex artificem, aliàs nulla esset subrogatio, & quod gestum est, non subsistit, quamvis ad tempus tantum sit surrogatus. *Perez. C. de præpos. agent. n. 3. seq.*

XV.

Facilius ei permittendus est substitutus, quem præcedentia merita commendant. *Brunnem. C. de præpos. agent. col. 1. n. 1.*

CAP. LXXII.
Subtilitas.

Axioma I.

Subtilitas juris neminem debet damno afficere, *l. 3. ff. de separat.* aliquando enim subtilitas legalis (hoc est, ad causas publicas comparata) minutiarum nomine eluditur, *Nov. 136. c. 4. in fin.* ac proinde sola juris subtilitate obstricti, doli exceptione uti possunt. *l. si quis 36. de V. O.* Hinc de nimium subtilibus infert Barth. Blarer, *l. diffamari C. de ingenuis manumiss. in præfat. ad lect.* quod plerumque decidere soleant femoralia. Confer Ernest. Cothman. *vol. 3. respons. 80. n. 223.* Unde & Hieron. de Cævallos *in specul. aureo commun. opin. contra communem. quæst. 101. num. 25. pag. 120.* notat: Lucrosa & practicabilia appetenda esse, non verò subtilia & parum fructuosa, & Aleman. *consult. 8. princip. 1. p. 37.* ubi nescio quis ad marginem in exemplari meo, quod à veteramentario coëmi, verba hæc adscripserit: UBI MANET HONESTUM, AMICE? Cavendum itaque, ne dum nimiâ subtilitate utimur, (circa res pupillares) ipsa subtilitas ad perniciem (eorum) revertatur, monet *l. sancimus 7. in princ. C. ad SC. Trebellian.* Interim tamen Legista debet noviisse subtilia, ne dicatur claudicare ejus scientia, Zas. *in repetit. l. 31. §. 1. de reb. cred.* & ex eo Schummius *in Comment. MS. ibid.* Atque eò trahunt vulgatam versionem, *Novell. 89. cap. 12. §. ult.* ibi: *oportet per omnem viam subtilitatem simulque pietatem transire:* quanquam ibi Imperator aliter sentiat & loquatur. Unde ipse Cothman. alibi (*respons. Academ. 1. num. 453.*) ait subtilitatum contemptores esse stultos allegando *l. Lucius Titius 88. §. ult. verb. diligentiam, de legat. 2.* Hinc etiam judici incumbit cum omni subtilitate in causam inquirere. *l. properandum 13. §. sin autem 3. C. de judic. l. 11. Cod. eod.* Legislatoris etiam est sancire subtiliore tractatu habito, *l. 15. C. de legit. hered.* quod enim legitur, judicem aliquando non subtiliter cognoscere debere, *l. 1. C. ut in possess. legat.* vox subtiliter idem quod summatim notat.

Conciliationis tamen loco hîc notari potest distinctio subtilitatis, qua distingui solet inter rationabilem, quæ ad juris interpretationem confert, quæ necessaria est, & non contemnenda, *l. unic. C. de professor. qui in urbe Constantinopol. docent. ibi: interpretandi subtilitatem, l. 2. §. 15. C. de V. I. E. l. 10. §. plurium. de quæstion.* & inter captiosam, quæ ad simplices decipiendos tendit. Atque hanc frangere prudentium auctoritatem, not. *l. 5. de transactionib. cap. de quibus. distinct. 20.* quia hæc in perniciem deducit, *l. sancimus 7. Cod. ad SC. Trebellian.* post Lucam de Penna Reincking. *lib. 2. class. 2. cap. 11. numer. 42.* vid. omnino *tract. nostrum de jure Cerevisiar. in præfat.*

II.

SUBTILITAS nimia veritatem lædit, Decius *cons. 666. Visa copia. circa fin.* Gemin. *cons. 49. super isto puncto. numer. 4. vers. nam subtilitas.* Roman. *cons. 301. In proposita. num. 15. vers. secundo demonstro.* [& pietas eam subvertit, Anton. Faber *in Cod. lib. 5. tit. 21. defin. 1. num. 7.* Carpzovius *part. 2. constit. 11. defin. 11. num. 5.*] & voluntates contrahentium subvertit, *l. 1. C. ut action. ab herede, vel contra heredem.* [& iniquam juris differentiam, *l. Lege 12. Tabularum 14. Cod. de legitim. hered.*] & errorem inducit, *l. si servum 91. de V. O.* Baldus *in proœm. Decretal. incip. Initium. circa fin.* Roman. *ubi supra.* [Baldus *in l. precibus. num. 23. de impub. & aliis substit. per l. ille aut ille 12. §. cum in verbis 1. de legat. 3.* idem *cons. 226. num. 1. ad fin. vol. 1. & cons. 280. vers. & idem disputando. volum. 4.* Pantschman. *2. pract. quæst. 13. n. 87.*] Rolandus à Valle *cons. 55. numer. 7. lib. 1.* ubi ait, quod in rebus claris subtilizatio est errorem quærere, & ideò illa

non est curanda in foro Ecclesiastico, ex quo de mente constat, *cap. dilecti 6. de judic.* Federic. de Senis *cons. 158. Reverende Pater. in princ.* maximè in causis beneficialibus, Ancharan. *cons. 295. Pro clariori. in fin.* [Unde, quod dici solet, judicantem oportere cuncta rimari, *cap. judicantem 30. quæst. 5.* intelligi debet absque nimia subtilitate, quia, ut ibi glossa subjungit, judex in omnibus non debet esse curiosus, & hoc idem affirmavit Alberic. *in l. sancimus. Cod. ad SC. Trebell.* ubi ait, quod multi ex nimia subtilitate decipiantur, cùm qui nimis subtilizat, seipsum frangat, ut de Baldo dixit Jason *in l. edita 3. C. de edendo.* & Aristides ob nimiam justitiam fuerit expulsus. Lucas de Penna *in l. præcepit 3. col. 2. Cod. de Canon. largition. lib. 10.* Ideoque in jure Canonico tales Legum subtilitates non curari, post gl. sing. *in cap. suscitata. verb. Monasterium. de in integr. restit. ex cap. licet. de probat.* retulit Gylman. *tom. 2. part. 2. vot. 11. n. 8.* Quapropter tales subtilitates à judicibus non facilè admittendæ, juxta præceptum JCti *in l. sicut 8. §. si debitori 6. ff. quibus modis pign. solv. & quæ notantur in cap. dilecti. de judic.* sed potius imitandum exemplum Javoleni *in l. quisquis 116. de V. S.* qui reprobatâ opinione Labeonis, verborum subtili interpretatione nitentis, sententiam Proculi mentem disponentis considerantis amplexus est, cùm optimum sit, non propriam verborum significationem servare, sive (ut alii legunt) scrutari, sed imprimis quid disponens demonstrare voluit, *l. cum de 18. §. item 3. ff. de fund. instr.* Hartm. Pistor. *1. quæst. 26. n. 27.* ne ex nimia subtilitate voluntates contrahentium intervertantur, contra textum *l. 1. Cod. ut action. ab hered.* ibi: *ne propter nimiam subtilitatem &c.* fac. text. *in l. in conventionibus 28. de V. S.* quam tamen tolerari in disputando, non judicando, testis est Bald. *in l. veteris 13. C. de contrab. stipulat.* Unde subtilitas illa ut perniciosa detestanda est, per quam testamenta solenniter condita, ab his, qui jus condendi testamenta habent, subverterentur, Signorol. *cons. 159. per l. final. Cod. de impub. substitut.* Wesenb. *cons. 85. n. 47. per l. 1. C. de sacros. Eccles. l. cum necessitatem 18. C. de fideicommiss.* Joh. Gœdd. *lib. 3. Cons. Marpurg. cons. 27. n. 41.* ne, ut Imperator monet, dum nimiâ scrupulositate seu subtilitate circa prætermissa conditionis verba utimur, voluntas testatoris defraudetur, *l. si quis hered. 7. Cod. de instit. & substit.* Wesenb. *2. cons. 94. n. 9.* adde & ea, quæ contra nimis subtilizantes scribit Neviz. *lib. 5. Sylv. nupt. n. 67. pag. 5.* unde & interpretatio nimis subtilis potius verborum lucratio, quàm interpretatio dicitur, Baldus *in l. omne verbum C. de Legat.*

CAP. LXXIII.
Successio, Successor.

Axioma I.

Quamdiu locus est successioni ex testamento, ab intestato hereditas non debetur, *l. quamdiu 3. ff. de acquir. hered. l. quamdiu 69. eod. l. 3. in fin. l. 37. de hered. instit. l. 4. de injust. & irrit. testam. l. 19. §. 1. ff. de condit. & demonstr. l. 3. §. 2. de possess. secund. tab. l. 5. C. de imp. subst.*

Intellige verum, quando testamentum ritè & secundum leges conditum est, *§. 2. Instit. de hered. quæ ab intest. defer.* ibi: *aut non jure fecit. l. Si unus 12. C. de testam.* vid. Vult. 1. *cons. Marp. 21. n. 27.*

II.

Quoties vel ab initio vel ex eventu Testamentum deficit, toties ab intestato succeditur, quia cessante provisione hominis incipit provisio legis. Ita ergò si testamentum vel plane non factum, ubi tamen à defuncto fieri poterat, vel factum quidem, sed non jure, aut posteà ruptum vel destitutum, successioni ab intestato locus est, *pr. Inst. de hered. quæ ab intest.*

III.

Quoties ex descendentibus aliquis supersit, toties nemo ex ascendentibus seu collateralibus admittitur, quia hereditas ambulat cum sanguine & ad commune parentum votum magis descendit quam ascendit, *l. 7. in fin. ff. si Tab. Testam. null. ext. tab.*

Limita, ut procedat in descendentibus legitimis.

IV.

Quotocunque gradu descendentes sint, omnes ad successionem admittuntur, si nemo ex eorum parentibus supersit. Quia ob jus repræsentationis omnes in pari gradu reputantur, adeoque succedunt ex jure transmisso seu jure sanguinis.

V.

Quacunque ratione concurrunt descendentes, semper succedunt in stirpes. Ratio iterum consistit in jure repræsentationis: hinc etiamsi soli adsint nepotes vel soli pronepotes, succedunt tamen in stirpes.

Limita, ut procedat, si ascendenti succedatur, secus si collaterali. Nam fratrum filii soli, i. e. non concurrentibus fratribus extantibus, in capita succedunt, non in stirpes. *Rec. Imp. Spirens. de Anno 1529. §. item als bißhero.*

VI.

Quoties diversorum matrimoniorum liberi concurrunt, toties illa quisq; præcipuè capit, quæ defun-

defunctus à ſuo parente jure uſusfructus percepit, non quæ jure proprietatis: In reliquis ſuccedunt æqualiter. Quia in illis proprietas remanſit penes liberos, ergò mortuo illo, cui uſusfructus competebat, revertitur uſusfructus ad liberos iſtius matrimonii. Hæc verò cùm pleno jure patri ſint acquiſita, ad liberos æqualiter transmittuntur. Hinc igitur, cùm hodiè portio ſtatutaria pleno jure acquiratur ſuperſtiti conjugi, in illâ ſuccedent liberi utriusque matrimonii æqualiter. *Conf. Stryck. Tract. de ſucceſſ. ab inteſt. Diſſert. 1. cap. 2. §. 6.*

Limita: ut hoc non procedat in privignis, qvippe qvorum in ſucceſſione nulla habetur ratio, *l. 3. C. Communia de ſucceſſ.*

VII.

Quoties legitimatio per ſubſequens matrimonium facta, toties legitimati eodem plane jure cum legitimis ſuccedunt. Quia matrimonium ſubſequens purgat omnia vitia antecedentia. *cap. tanta. 6. extra. qui filii ſint legitimi.*

Limita: modò legitimati nati ſint ex tali muliere, cum quâ tunc temporis prohibitum non erat matrimonium. *Nov. 89. cap. 8.*

VIII.

Quoties legitimatio per Reſcriptum principis facta ante liberorum legitimorum exiſtentiam, toties legitimati æquali jure cum his ſuccedunt. quia ſic legitimatis jus eſt quæſitum, nec qvicqvâ juris aufertur legitimis.

IX.

Quoties legitimatio per reſcriptum Principis facta poſt liberorum legitimorum exiſtenitam, toties non ſuccedunt legitimati, quia legitimi anteà nati jus quæſitum habent, quod ipſis à principe ablatum in dubio non cenſetur. *l. nec acquir. 4. C. de emancip. liber.*

Limita, niſi princeps in ſpecie hoc expreſſerit per clauſulam *NON OBSTANTE.* Conf. *Stryck. de ſucceſſion. ab inteſt. Diſſert. 1. cap. 2. §. 74.*

X.

Quoties de ſucceſſione maternæ lineæ ſeu rectæ ſeu collateralis quæritur, toties naturales & ſpurii æqualiter cum legitimis ſuccedunt. *§. 3. Inſtit. ad SCtum orphit.* quia ratione matris etiam ſunt legitimi, cum in matre, quæ ſemper certa eſt, omnis ratio illegitimatis ceſſet.

Limita: ut non procedat in matre illuſtri, ſi alios liberos legitimos habeat.

XI.

Quoties agitur de ſucceſſione lineæ paternæ, toties illegitimè nati non ſuccedunt. *Nov. 89. cap. 12. §. 6.*

Ratio: quia pater eſt incertus; certus enim eſt is, quem juſtæ nuptiæ demonſtrant.

Limita; ut non procedat (1.) quoad alimenta. (2.) ſi pater non habeat liberos nec uxorem, tunc enim ſuccedunt in ſextantem.

XII.

Quoties de ſucceſſione aſcendentium quæritur, toties proximior ſemper excludit remotiorem. *Nov. 118. Cap. 2. in pr* quia inter aſcendentes non eſt locus repræſentationis, utpote qui ſanguinem non ducunt à deſcendentibus. Ita ergò mater excludit avum, avus proavum, &c.

XIII.

Quotiès parentes plures diſparis numeri ſoli concurrunt, toties ſucceditur in lineas, aliàs in capita, ſi ſcil. cum collateralibus concurrant. Quia enim jus Repræſentationis hic ceſſat, ceſſat quoque ſucceſſio in ſtirpes. Inde linearis vocari ſolet hæc ſucceſſio. Ita ſi in lineâ paternâ adſit avus, in maternâ avus & avia, in duas partes hereditas dividitur.

Amplia: ut procedat in tantum, ut ne quidem origo bonorum, & unde provenerint, attendatur. *Stryck. de ſucceſſ. ab Inteſt. Diſſert. 2. cap. 1. §. 21.*

XIV.

Quoties in lineâ collaterali adſunt Germani Germanorumq; liberi, toties cum aſcendentibus concurrunt. Fratrum verò nepotes excluduntur, quia jus repræſentationis in collateralibus ultra fratrum filios non extenditur. *Auth. poſt fratres fratrumque. & c. C. de Legit. hered.*

Limita: ut cum aſcendentibus admittantur non niſi Germani: uterini enim & conſanguinei ab aſcendentibus excluduntur.

XV.

Quotocunque gradu aſcendentes ſint, nunquam à collateralibus excluduntur. Nam in ſucceſſione prior ſemper & potior ratio habenda aſcendentium ob vinculum gratitudinis, quàm ipſis debent deſcendentes.

XVI.

Quotiescunque aſcendentes aut fratres Germani Germanorumque liberi adſunt, toties unilaterales non admittuntur. Pro illis enim ratio gratitudinis, pro his duplicitas vinculi militat.

XVII.

Quoties fratrum filii cum fratribus vel aſcendentibus defuncti concurrunt, toties ſuccedunt Jure repræſentationis ſeu in ſtirpes.

Amplia, ut procedat etiam tunc, quando fratrum filii cum fratribus unilateralibus concurrunt; nam & ſic Jure repræſentationis. & conſequenter in ſtirpes ſuccedunt, quia alioquin ab unilateralibus ob gradus proximitatem excluderentur. *Nov. 118. cap. 3. verſ. unde Conſequens.*

XVIII.

Quoties fratrum filii ſoli ſunt, toties non ſuccedunt Jure repræſentationis, ſed in capita. vid. *Conſtit. Caroli V. de An. 1529. d. 23. April.* Quia ſic non jure transmiſſo ſed proprio vocantur, cùm jus repræſentationis illis eo ſaltem caſu conceſſum, ſi cum aliis fratribus aut aſcendentibus concurrant.

Amplia, ut etiam tunc in capita ſuccedant, cùm ſoli ſunt, & patruum, qui adeſt, excludat, quia adhuc ſuccedunt jure proprio. *Stryck. de ſucceſſion. ab inteſt. diſſert. 3. cap. 1. §. 15.*

Limita: ut aliud ſit, ſi fratrum filii ſuccedant in contractum defuncti, ſic enim jure transmiſſo ſuccedunt in ſtirpes.

XIX.

Quoties nulli fratres fratrumque liberi adſunt, toties indiſtinctè ſuccedit proximus, ita ut nec repræſentatio, nec duplicitas vinculi, nec diſtinctio bonorū ampliùs attendatur. Quia cauſa ſucceſſionis collateralium eſt conjunctio ſanguinis cum

defuncto: quò magis ergò quis alteri conjunctus, eò magis succedere debet.

Limita: nisi quis ex patre & matre consobrinus esset, ut si duo fratres duas duxissent sorores. Quod tamen cùm ex jure civili probari non possit, à Facultate Juridicâ Viadrinâ aliquando rejectum & contrarium responsum fuit. *Brunnem. cent. 2. decis. 26.*

XX.

Quocunque casu filius succedit patri, eo casu pater succedit filio, quia jura successionum sunt reciproca, *l. 11. de legit. hered.*

Limita, ut non procedat in adoptione minus plenâ; nam in illâ filius succedit patri, sed non pater filio, quia ad patrem nullum jus devolutum.

XXI.

Quoties vidua in successione concurrit cum liberis, toties Jure communi tantùm capit suæ portionis usumfructum, *Nov. 117. cap. 5.* ne aliòquin liberi nimiùm lædantur, & quia uxori per usumfructum jam satis prospectum de necessariis vitæ subsidiis.

Limita: modò liberi ex eodem matrimonio fuerint geniti. *d. Novell. 117. cap. 5. ibi: si verò talis mulier filios ex eo non habuerit.*

XXII.

Quoties vidua concurrit cum aliis sanguine junctis, toties proprietatem consequitur. Quia hôc in casu major favor est uxoris quàm in priori, hinc etiam majus beneficium eidem tributum. Hinc igitur etiam tunc, quando cum parentibus concurrit, plenam proprietatem consequitur uxor. *Brunnem. ad Auth. præterea. C. unde vir & uxor.*

Limita, ut aliud sit in portione statutariâ. vid. *PORTIO STATUTARIA.*

XXIII.

Successionis ubi eadem est ratio, omnes æqualiter succedunt, *l. à Titio 108. ibiq; gl. ad verb. reddi ff. de V. O. cap. scire debet 8. dist. 76.* Quando enim plures unâ oratione junguntur, debent pariformiter esse juncti, *l. Sejæ 20. §. 2. ubi Bart. de fund. instruct. l. si legatarius 8. §. fin.* ubi Bart. *de leg. 3. gloss. in l. liber homo. §. Titius. ff. de hered. institut.* per regulam, quod una determinatio, respiciens plura, æqualiter determinet, *l. jam hoc jure 4. in princ. ff. de vulg. substitut.* ubi Jason *num. 8. & l. Lucius. n. 3. eod. tit.* ac proinde ita vocati etiam in successionibus æqualiter admitti debent, Jason *in l. si pater. n. 8. de vulgar. substitut. l. quidam relegatus 5. §. fin. de rebus dub. l. interdum 13. in princ. de hered. institut.* ubi apertè dicitur, quando collectivè vocati, pariter vocantur & copulative cum nominatim vocatis, quod tunc in æquales partes succedant. Henning. Gœden. *cons. 22. de simult an. investit.* Exemplum elegans vide *in l. Lucius 88. §. Lucius 6. de Legat. 2.* ubi casus clarus, quando uni de familiâ relinquitur nominatim, & aliis nomine collectivo, omnes nihilominus pariter ad æquales portiones vocantur, cujus rei aliam rationem reddi non posse ait Castrens. *ad d. §. Lucius d. t.* nisi quod par affectus videatur fuisse testatoris erga omnes: & quod in omnibus ejusdem familiæ eadem sit ratio & par affectus disponentis, qui vult rem in familia remanere, & omnes de famil a honorare: ideoque magis attendenda ejus voluntas & sententia, ac paritas rationis, quàm verborum contextus, ac proinde æqualiter & paribus portionibus omnes & singuli æquali affectione & præsumpta disponentis sententia censeantur honorati, prout eleganter post Aretinum exponit Jason *in l. si pater, de vulgar. & pupill. substit. num. 8.*

Excipe, nisi alia voluntatis testatoris conjectura, utpote quæ colligi ex subtilitate verborum collectivè aut distributivè positorum potest, contrarium doceri queat. Bart. *in l. si servus communis per tot. ff. de stipul. servor.* quem sequitur Castrens. *in d. l. Lucius. §. Lucius. d. t.* quorum collectivorũ aliàs hæc est natura, ut non singulis totum, sicut fit in distributivis, sed tantum pro parte tribuant, *l. si pluribus 44. in princ. ff. de legat. 2.* Corn. *cons. 237. numer. 3. per l. non distinguemus 32. §. cum in plures 13. de recept. arbitr.* atque sic quando plures collectivè vocantur cum aliis nominatim, vel distributivè positis, tunc collectivè vocati cum aliis nominatim positis, non capiunt singuli æquales partes, neque in capita cum reliquis succedunt, qui nominatim vocantur, sed omnes in unum collecti tantum unam partem simul capiunt, quantam reliqui omnes singuli, *l. interdum 13. in princ. de hered. instit. l. si pater 9. de vulgar. & pupill. substit. l. si quis. 8. de usufruct. accresc. l. planè 34. in princ. l. hujusmodi 84. §. si Titio 8. de legat. 1. l. fin.* ubi Bald. Salicet. Corras. & Dd. communiter. *Cod. de impub. substi. l. 2. de dot. prælegat.* quia omnes collective vocati unam personam tantum simul repræsentant. *d. l. planè 34. in princ. ff. de legat. 1.* non immeritò ergo unam duntaxat partem accipiunt, qualem reliqui omnes singuli, prout hanc rationem post alios tradit Jason *in l. si pater. in princ. ff. de vulgar. substit. in l. fin. C. de impub. substitut.*

XXIV.

Successione excluſa non debet excluſum videri, quod aliâ viâ ac ratione inest & debetur. Glossa & Salicet. *in l. de crimine. C. qui accusar. poss. l. pacta 6. C. de pactis.* Generali enim derogatione non tollitur jus singulare, *l. decurionibus 3. Cod. de silentiar. lib. 12.* ubi glossa, quam reputat singularem Bald. *in cap. 1. in fin. quo temp. miles. & in c. Ecclesia 10. n. 8. de const. & cap. cum ordinem. in fin. de rescript.* Exemplum est in filia, quę licet simpliciter vigore statuti excluditur, non tamen excludetur à legitima. Salicet. *in Auth. novissima. n. 11. vers. quæro undecimo. col. 6. C. de inoffic. test. & in l. si servi. num. 27. vers. quæro successivè. Cod. de noxal. action.* Socin. *cons. 30. quamvis ex his num. 35. vers. 17. vol. 1.* Alex. *cons. 7. Visis & diligenter. n. 6. vers. facit. pro hoc. vol. 2.* Curt. sen. *cons. 39. Visis. num. 7. vers. quin imò fortius. col. 2.* Jason *in d. Auth. novissima. num. 67. vers. postremo quæro. C. de inoffic. test.* Pacian. *1. cons. 38. n. 1.* Menoch. *cons. 71. num. 27. vers. quia uno verbo. vol. 1.* quia legitima alio speciali jure venit ac debetur, Bald. *in l. 1. n. 5. C. de legitim. hered. cap. 1. §. quia etiam. num. 3. Episc. vel Abbat. l. 1. C. de impon. lucrat. descript.* Alex. *cons. 13.*

Trans-

Transmisse. n. 2. vol. 1. & conf. 150. n. 6. vol. 2. non ut successio, *l. unic. C. de impon. lucrat. defer. l. ult. C. de Codicill.* sed tanquam æs alienum, Gloss. *in l. si quis. verb. posse. ad L. Cornel. de falsi. l. 5. verb. debitum. C. de inoffic. donat.* Bald. *in l. 1. circ. fin. C. de liber. præt. l. quanquam 10. C. ad L. Falcid.* Corras. *ad l. filium 24. num. 36. & 101. C. famil. herciscu.* ideoque nec successionis jure regulatur, *d. l. unic. C. de impon. lucr. descr.*

XXV.

Successio viventis est nulla, *l. qui superstiti 94. ff. de acquirend. hered.* Wesenb. *2. conf. 74.* Agit enim ante diem & perperam, *l. 1. in fin. quand. dies usufr. legat. §. plus autem. l. de act. §. temporalis. Inst. de except.* etiam petendo, quod spe deberetur, Johan. Blanc. *ad tit. Inst. de act. c. an liber. ac. præjud. fil. in fin.* siquidem nullum adhuc interesse habet, cum mori ante eum potuerit, cujus in successione jus petebat, ideoque de viventis hereditate solicitus esse non debuit, *l. 2. §. inter 2. de vulg. & pup. substit.* cum talis spes sit improba, *l. inter 93. §. sacram 5. de V. O.* nec licita, sed incerta, Castr. *conf. 448. non est dubium. n. 1. vol. 2. per l. post emancipationem 6. de lib. legat. l. 1. §. si impubere 21. de collat. bonor.* inducens nempe votum captandæ mortis, prout not. *in d. l. fin. l. pactum. 15. C. de pact.* quod procedere adeò, ut nec pactum, *d. l. qui superstitis. de acq. her. l. 4. C. de inutil. stipul. l. stipulatio hoc modo 61. ff. de V. O. l. pactum quod dotali 15. C. de pact.* nec renunciationes de successione viventis ullius momenti sint. *l. si quando 35. §. 1. C. de inoff. test. l. pactum 3. C. de collat.* testatur Wesenb. *2. conf. 44. n. 55.*

Limita I. secus esse in pacto particulari sive conventione super quibusdam rebus particularibus, & certis post mortem relinquendis; tale enim pactum valebit, quia in residuo supereset liberum testandi arbitrium, gloss. *in l. fin. verb. accommodaverit. C. de pact. ibique* Bart. *in lect. 1. col. fin. vers. nam promittens.* Decius *in l. pactum 15. n. 10. vers. secundo limita. C. de pact.* Tiraquel. *in tr. de primog. q. 6. n. 13.* Bero. *in sap. Raynutius. n. 197. de testam.* Joh. Dilect. *de art. testand. tit. 2. cautel. 10.* Nicol. Jun. *de feud. art. 70. num. 23. cent. 2.* Chassan. *conf. 29 n. 16.* Alex. *conf. 83. num. 6.* Ruin. *conf. 7. n. 5. vol. 3.* Alciat. *respons. 122. n. 6.* Franc. Pfeil. *conf. 115. num. 15. cent. 2.* nec interest, quibus verbis de succedendo pactum in certis bonis sit conceptum, ut valeat; Dec. *conf. 225. col. pen. & conf. 516. & conf. 578. n. 4.* Gozad. *conf. 87.* multa namque in rebus particularibus facta subsistunt, quæ de universitate & tota hereditate facta non valerent, Vult. *3. conf. Marp. 34. n. 83. cum seqq.* Treutl. *disput. 6. thes. 8. lit. A. vol. 1.* Gail. *lib. 2. observ. 126. n. 8.*

Limita II. nisi pactum esset mutuum seu reciprocum, puta si inter duos vel plures conventum esset, quod alterutro sine liberis mortuo ad superstitem bona perveniant, quia illa mutua conventio non est pactum futuræ successionis, cùm bona futura non promittantur ut successio futura, sed est obligatio conditionalis, si alteruter sine liberis præmoriatur, quæ obligatio, eveniente conditione, ad tempus conventionis retrotrahitur, & pro pura habetur, *l. necessario 8. §. 1. ff. de peric. & comm. rei vendit. ibique gl. verb. præteritæ. l. potior 11. §. 1. ff. qui pot. in pignor. l. unic. C. ut act. ab hæred.* Gail. *lib. 1. observ. 126. n. 2.*

Limita III. si esset de successione, ejusque vel incerti, quod valet, *l. 3. §. 2. ff. pro soc.* vel certi, quod tum subsistit, si is consentiat, & in ea voluntate usque ad extremum vitæ spiritum perseveret, *l. ult. Cod. de pact.* add. Cravett. *conf. 42. in princ.* Cephal. *conf. 146. num. 6.* Bologn. *in d. l. ult. n. 57.* Treut. *d. disp. 6. th. 8.* Wesenb. *1. conf. 11. n. 28.*

XXVI.

Successio ex testamento non dicitur legitima successio, *l. 3. §. de illo 2. ff. pro soc. l. legitimam 8. ibique gl. ff. de petit. hered.* Socin. *conf. 12. num. 3. lib. 3.* Abb. *cons. 3. col. 4. num. 9. lib. 2.* Farin. *1. decis. 15. & in addit. lit. a.* Dd. communiter omnes *in l. omnium. ibique præsertim.* Curt. jun. & Cagnol. *C quando non petent. part.* cum aliis per Farinac. allegatis, ubi etiam Alexand. & aliis contrarium in hoc sentientibus respondet.

XXVII.

Jus successionis non acquiritur ei, de cujus successione agitur, *l. nec utilem. 20. ff. ex quib. caus. major.* Bart. *conf. 58. ex Themate ult. dubit. n. 4.* Bertazol. *2. conf. 56. n. 95.*

XXIIX.

Successiones alienæ suæ soboli non sunt præferendæ. *l. 1. Cod. qui ante apert. tab. testam. l. nihil interest 50. §. sed numquid. 2. vers. facilior. ff. de bon. libert. l. scripto 7. in fin. ff. unde liber. l. nam & hic 5. ff. de inoff. testam. l. cum ratio 7. ff. de bon. damn.* quia natura abhorret, nec est verisimile, ut quis alienas successiones propriis filiis anteponere velit, ut dicitur *in l. cum acutissimi 30. C. de fideicomm. l. generaliter 6. §. cum autem 1. C. de Inst. & subst. l. 1. C. de his qui ante apert. tab. testam.* Pacian. *conf. 66. num. 14. & 16.* cùm nullus amor extraneus inveniri possit, qui affectum paternum vincere queat. *l. fin. in pr. ff. de curat. furios.* Bald. *conf. 144. super quæst. sub num. 3. vers. & præmitto ad evidentiam. vol. 2.*

De successione Fisci vid. *Bona Vacantia.*

XXIX.

Successio non per saltum, Baldus *in Auth. defuncto. n. 2. C. ad SC. Tertull.* Academ. Francofurt. *conf. 21. q. 2. n. 1. & 2. tom. 3. var. JCtor.* sed gradatim defertur. §. *si plures 5. Inst. de legit. agn. tutel. §. si autem plurimi Auth. de hered. ab intest. venient. l. post consanguineos 2. §. legitima 4. ff. de suis & legitim.* Menoch. *conf. 400. n. 36. lib. 5.* Philip. Matth. *1. conf. Marp. 31. num. 31.* etiam in feudalibus ex latere delatis, Schneid. *6. de feud. tit. de collateral. success. num. 6.* Sonsbeck *9. de feud. numer. 58.* Schrader. *6. de feud. numer. 26.* unde potiorem esse rationem filiorum, quàm eorum, qui ex ipsis sunt prognati, quoniam priores in gradu, prius etiam vocati censeantur, refert Castrens. *in l. ult. C. de V. S. & l. peto. 69. §. fratre 3. vers. quid ergo. ff. de legat. 2.* quocirca nec interpretatio ita facienda, ut

remotior excludat proximiorem, nisi id expressè dicatur, Baldus *in l. quod verò. col. ult. ff. de LL.* Alex. *cons. 97. col. 2. vol. 2.* Jason. *cons. 205. col. 6. in fin. vers. non obstat etiam. vol. 2.* quem sequitur Cravetta *cons. 243. in fin.*

XXX.

Successor quivis jure autoris sui utitur, non meliore, *l. ex qua persona 149. l. heredem 59. l. aliud. 160. l. in his 185. §. 1.* ubi Dec. *ff. de R. I. l. 1. ff. de diverf. & temp. præscr. l. cum à matre 14. C. de rei vindic. l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. l. 2. l. 3. l. fin. C. de his qui in prior. cred. loc. succed.* idque non in universali solum, sed etiam singulari successore obtinere, docet §. *diutina. Inst. de usucap. l. 2. §. pen. ff. pro Empt. l. unic. C. de usucap. transform.* imò & in successore feudali, *cap. unic. §. rursus. ult.* ubi Bald. *num. 2. si de investit. feud. contr. fuerit 1. Feud. 4.* Curtius *in tract. feud. pag. 4. num. 140.* Jacob de S. Georg. *in sua invest. ad verb. & cum pacto. num. 33. & 43.* Alex. *cons. 118. in fin. num. 13. vol. 5. cons. 30. num. 3. & cons. 87. num. 10. vol. 6.* Idem *cons. feud. 121. num. 12.* Schurff. *cons. 96. num. 2. cent. 3.* Boër. *decis. 76.* Tiraquell. *in retract. convent. §. 1. gloss. 6. num. 6.* Decian. *resp. 7. num. 90. resp. 9. num. 25. resp. 25. num. 68.* ubi dicit, hoc debere esse proprium successorum, imitari vestigia prædecessorum suorum, idem *resp. 27. num. 1. resp. 36. num. 65. vol. 1. resp. 9. num. 2 vol. 2. & resp. 43. num. 15. vol. 3.* Marant. *disp. 9. num. 29. & 30.* Wesenbec. *2. cons. 68. num. 8.* cùm nemò plus juris in alium transferre possit, quam ipse habet, *l. nemo plus 54. ff. de R. Jur. l. traditio. 20. de acq. dom. c. nuper 6. extr. de donat. int. vir. c. nemo 88. de R. I. in 6.*

Adeoque quodcunque jus non habuit Antecessor, illud nec habere potest successor. *l. 59. ff. de R. Jur.* quia hic repræsentat personam antecessoris ejusque jus continuat. *cons. l. 20. ff. eod.* Exemplum est in usucapione. *l. 7. ff. de diverf. & temp. act.*

Amplia, ut etiam procedat affirmativè: quicquid juris habet antecessor, illud habere potest successor. Modò jura non fuerint personalia, v.g. ususfructus *l. 25. §. 1. ff. de pact.* aut actiones personales *l. 38. ff. de R. J.*

XXXI.

Cui competit jus in universa defuncti bona, sive actu sive potentiâ, ille est successor universalis *l. 62. & l. 128. ff. de R. J.* quia ille succedit in universitate. Adeoque & ille, qui heres quidem institutus sed tamen rogatus est, ut omnia bona tertio alicui restitueret, est successor universalis.

XXXII.

Successori non licet, quod auctori suo non licuit, *l. cum heres 11. de diverf. & tempor. præscript. d. §. diutina. & §. fructuum 11. Instit. de usucap. l. 1. & l. 2. Cod. adverf. credit. l. Exceptio 23. l. cum de hoc 27. ff. de Except. l. si eum 10. §. qui injuriarum. 2.* ubi latè Jason *ff. si quis caut. in judic. sist. cauf. non obtemp.* Siquidem successor non potest esse melioris conditionis quàm suus auctor, Petr. de Ubald. *in tr. de benefic. in pr. n. 9.* ubi ait, quod qui succedit in alterius jus, eodem jure uti debet, & illud potest successor, quod poterat prædecessor, nec potest illud, quod ille non poterat, verba sunt Petri Antibol. *in tr. de mun. p. 12.* An. de Rosell. *in tr. de Indulgent. n. 452.* nec successor magis debet esse privilegiatus, quàm ejus prædecessor, Petr. Antibol. *in tr. de munerib. p. 12. n. 108.* Cons. Arg. *1. cons. 2. n. 130.* quare successor etiam tenetur servare facta suorum antecessorum, *c. 1.* ubi Dd. *de probat.* Zas. *in l. 2. §. eodem tempore. ff. de O. I.* Cravett. *de antiq. temp. p. 1. §. 1. n. 17.* adeò ut ne de plenitudine potestatis contravenire possit, Castr. *in l. digna vox. C. de LL.* Zas. *cons. 10. n. 5. col. 2.* Vult. *1. cons. Marp. 16. num. 82.* Mynsing *resp. 34. n. 19.* qua ratione etiam obstringitur bene gesta prædecessoris sui ratificare, *l. cum à matre 14.* ubi Bart. Bald. Cyn. & alii *C. de rei vindic. l. venditrice 3. C. de reb. al. non alien. c. decessorum 19. 25. q. 2. ibidemque* Archidiacon. succedit enim in honore & onere, Bald. *in sua Margarita, verb. dignitatis.* Oldr. *cons. 249.* quemadmodum hoc late declarant Marpurgenses *4. cons. 16. n. 115. & seqq.* vid. tract. meum *de obligat. succeff. in off. per tot.* Quando itaque dicitur successorem ad factum sui prædecessoris non teneri, gloss. ult. & Dd. *in l. digna 4. C. de LL.* Bald. *in l. 2. n. 3. eod. tit. & cons. 161. n. 2. vol. 2.* hoc verum intellige in concurrentibus dignitatem, & quæ sunt juris merè positivi, non etiam quæ sunt juris naturalis aut gentium, puta contractuum aut investiturarum, quia hæc à prædecessoribus facta & conventa, ut qui pro una eademque persona habentur, *c. quoniam 14. de offic. deleg.* Alex. *cons. feud. 121. n. 12.* ligant, & à successoribus maximè quando aliis jus est quæsitum, servanda sunt, Bald. & Dd. *in l. digna vox. C. de LL.* Jacobin. *in tr. feud. in princ. ad verb. at Principes. num. 1.* Wesenb. *1. cons. 41. n. 122.* vide tamen Gylman. *4. 1. vot. 3. num. 75.* ubi in pecunia mutua ita distinguit. Aut Princeps accepit pecuniam ob honorem suum, aut ob aliam suam utilitatem, aut ob statum dignitatis, primo & secundo casu successorem non teneri, nisi ei succedat in hereditate, arg. est *in l. providendum 23. C. de decur.* tertio vero casu aut prædecessor in dignitate accepit pecuniam mutuam in causam voluntariam, aut in causam utilem ipsius dignitatis, & his casibus successorem non teneri, text. est *in l. si rem communem 12. C. si cert. pet.* aut accepit in causam necessariam, puta ob dignitatis statum, vel dignitatis res considerandas, quo casu teneri, contraque eum actionem personalem locum invenire, concludunt Dd. communiter omnes *in c. 1. de solut. & in l. 37. ff. de reb. cred.*

XXXIII.

Succedere debet in onere, qui substituitur in honore, *c. rationi 77. de R. I. in 6. c. adversus 7. extr. de immunit. Eccles.*

XXXIV.

Successor non potest esse melioris conditionis, quàm auctor ejus à quo causam habuit. *l. nemo ff. de R. I.* quia non potest esse in causato plus virtutis, quàm procedat ab influenti potentia causæ, Bald. *in l. 1. num. 2. ff. de Senator.* Pacian. *cons. 49. num. 62.*

Exceptio est *in l. 84. ad L. Falcid.* ubi heredi pupilli datur actio, quæ pupillo non daretur, atque ita melioris conditionis successor esse videtur,

tur, vid. Coll. Jur. Arg. *de tutel. & ration. distr. th. 8. in fin.*

XXXV.

Is, qui propter Religionem vel ordinem succedere non potest, non facit partem cæteris liberis. Brunnem. *ad l. 3. C. quando & quib. quarta.*

XXXVI.

Successor tenetur pro suo autore, non autem autor pro successore.

Limita: nisi quis fundum alienaverit in inidoneum, qui nec tributa nec canonem principi solvere potest *l. 3. C. de fund. rei privat. ibique* Brunnem.

XXXVII.

Successor in officio solvere non tenetur debita prædecessoris, nisi ad id se obligaverit, vel veniat tanquam successor universalis hereditarius. Successor enim particularis antecessoris sui personam non præsentat. *l. 15. 24. C. de donat. l. 23. C. de Decur.* Quod tamen in officii utilitatem est impensum, præstare tenetur successor: sic Majoratûs successor solvit, quod pro Majoratûs conservatione ab institutore contractum est. Perez. *C. de decur. num. 14. seq.* Deinde successor in officio tenetur exigere debita à prædecessore non exacta. Brunnem. *ad l. 3. C. de suscept.*

CAP. LXXIV.
Sufficientia.

Axioma I.

Non fieri debet per plura, quod fieri potest per pauciora, *l. 1. ff. quod met. caus. l. ampliorem 39. §. in refutatoriis. C. de appellat.* Wesenb. *in comm. Cod. ad l. nulli 10. C. de judic. n. 9.* Sufficit etiam unum textum argumenti causa afferre, *l. 29. ad L. Cornel. de falsf.*

II.

Quilibet sua parte contentus esse debet, *l. 24. ff. de pact.*

III.

Sufficit alterum probari, ubi plura narrantur & eorum alterum per se sufficit, *c. gravamen 15. extr. de excess. Prælat.*

CAP. LXXV.
Suffragium.

Axioma I.

Suffragia debent esse libera *cap. sciant. 12. de Elect. in 6.*

II.

Suffragia in electione non habent, qui carent discretione, *cap. ex eo 32. de Electionib. in 6.*

III.

Nemo aliqvod officium vel functionem suffragio, seu datis pecuniis ambiat; nam munus prece vel patrocinio comparatum vix sordibus carere potest. Et hoc non saltem in Judicibus & dignitatibus, sed & in vilissimis artificiis, e. g. Gynæciariorum, qui propterea gladio plectuntur *l. 2. C. de Murilegul.* procedit.

CAP. LXXVI.
Suggestio.

Suggestiones in jure sunt illicitæ & improbatæ etiam in ipsis judiciis, *l. 1. §. 21. de quæstion.* Constit. Crimin. *art. 31. §. 1.* ibique Matth. Steph. *n. 2.* & ideo recte dicitur, quod suggestum est, verum non esse, nisi contrarium probetur. *l. ab ea parte 5. de prob.* Ruin. *cons. 29. ponderatis. n. 2. vol. 1.* Pantschman. *2. quæst. pract. 21. num. 98.* Suggestionis tamen falsi exceptionem post litem contestatam non valere, text. est *in cap. super 10. extr. de appellat.* Faciunt tamen Dd. suggestionem duplicem, unam apertam, alteram palliatam, vid. omnino Scacciam *de judiciis lib. 1. cap. 86. pag. 249. n. 8.*

CAP. LXXVII.
Summa.

Axioma I.

Summa major peti non potest, quàm quæ fit expressa, *l. sed et si 4. §. quæsitum 4.* ubi Bart. *n. 2.* Bald. *num. 4.* Jas. *n. 15.* & Dd. *si quis caution.* Panorm. *in c. 1. n. 18. Commod.* Dec. *cons. 27. pro virili. n. 4. 5. 8.* Wesenbec. *2. cons. 52. n. 16.*

II.

Unius summæ pro altera substitutio est quasi novatio, Salicet. *in l. fin. n. 3. C. de novat.* post Bald. *in l. pen. in princ. de Prætor. stipulat. fac. text. in l. si non sortem 26. §. si centum 4. de condict. indeb.* Wesenb. *2. cons. 72. n. 36.*

III.

Summa eadem præsumitur, si in una tantum ex quantitatibus causa expressa fuit, Bart. *in l. triticum. n. 5. de V. O. & ibid.* Alex. *n. 6.* Jas. *n. 8. vers. prima quod si.* idem consil. *70. n. 1. lib. 1.* Socin. sen. *cons. 129. n. 10. lib. 4.* Ruin. *cons. 223. n. 3. lib. 1.* Nevizan. *cons. 96 num 5.* maximè quando eadem cum eadem causa concurrit, ut puta, promisi tibi decem ex causa mutui, deinde post aliquot dies ex eadem causa mutui per stipulationem decem promisi, eadem summa hic præsumitur, Cravett. *cons. 182. n. 1. vers. secundo amplius.* Ratio, quia actuum pluralitas non præsumitur, & ob id is, qui asserit, probare debet, Menoch. *2. arb. judic. 213. numer. 9.* vid. supr. *cap. Pluralitas.* Bald. *cons. 344. col. 2. vers. sed contrarium. lib. 2.* Cravett. *consil. 198. col. 1. vers. sed ultra.* nec summa præsumitur duplicata, cum unus actus ad alterum relationem habet, *l. quibus idem 18. de V. O.*

Excipe (1) nisi quando scripturæ diversitas diverso tempore facta adest, etiamsi eadem causa præsto sit, tunc enim præsumi summam duplicatam, sentiunt Bald. & Imol. *in l. Sempronius. de legat. 2.* Bald. *in l. ne casu, n. 2. vers. porrò. C. de discussor. lib. 10.* Jason. *consil. 281. n. 2. vers. ultra.* Alexand. Ruin. *cons. 176. n. 3. lib. 1.* Ratio, quia tot præsumuntur, quot sunt scripturæ capita, *l. scire debemus 29. ff. de V. O.* vel (2) quando adest personarum diversitas, ut puta, ego unà cum fratre meo hodie centum mutuo à te accipio, & utriusque obligatio uno in instrumento scribitur: deinde ali-

de aliud ſcribitur inſtrumentum etiàm ab eodem notario, in quo ego ad centum ex mutuo obligor: hæc quantitas ab illa prima diverſa præſumitur, Jaſon. *in dict. l. triticum. n. 8. verſ. ſimiliter, & tertio de V. O.* ibidemque Alciat. *n. 22.* Cravett. *conſil. 182. n. 2.* Jaſon. *in l. planè. verſ. eadem. n. 11. in fin. ff. de legat. 1.* vel (3) quando duæ adſunt judiciales confeſſiones ejusdem cauſæ & quantitatis, & hoc caſu plures ſummas præſumi, docent Bart. *in d. l. triticum. n. 4.* & Alex. *n. 8.* Barbat. *conſ. 25. col. 4. lib. 1.* cum in caſu, ubi duæ ſunt extrajudiciales ejusdem ſummæ & ex eadem cauſa confeſſiones, una ſola ſumma præſumatur, Alex. *conſ. 4. num. 4. lib. 1.* Nevizan. *conſ. 96. n. 7.* ſicuti & (4) ſumma duplicata præſumitur, quando quis per teſtes probare conatur, ad evitandam eorum contrarietatem, Felin. *in cap. cum tu.* ubi Abbas, Imol. & Butr. *num. 11. verſ. datur etiam alias de teſtib.*

IV.

SUMMÆ majori ineſt minor, *l. 1. §. ſi ſtipulanti 4. ff. de verb. obligat. l. diem proferre. 27. §. ſi plures 3. de recept. qui arbitr. recep. l. 9. ibi: quo res pluris eſt, utique tanti eſt. de in lit. jur. cap. 1. de arbitr. lib. 6.* Bald. *conſil. 307. verſ. in contrarium. lib. 1.* Pichard. *ad §. præterea. n. 8. Inſtit. de inut. ſtipulat.* Card. Seraphin. *deciſ. 267. n. 4.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 7. lit. S. concluſ. 885. per totam.* Menoch. *conſil. 265. num. 3.* Theſaur. *deciſ. 122. n. 10.* Pereg. *Patav. deciſ. 62. n. 2. verſ. quanti Judex.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. 1635.* Joan. Maria. Novar. *quæſt. forenſ. lib. 1. q. 24. n. 6.*

Primò limita, quando ſunt diverſæ diſpoſitiones, quia tunc ſumma major non continet minorem, Alex. *conſ. 179. Viſo proceſſu. num. 14. verſ. nec etiam, lib. 5.* quem refert Cardin. Tuſch. *d. concluſ. 885. n. 19.* Idem eſt, quando ſummæ diverſitas conſtituit ſpecierum diverſitatem, ſecundùm Card. Seraph. *cit. loc.*

Secundò limita, quando ſumus in contractu ex cauſa oneroſa, Alex. *conſil. 18. numer. 3. lib. 1.* Cardin. Tuſch. *concl. 885. num. 22.*

Tertiò limita in literis ad beneficia vacatura ad ſummam majorem, putà primum vacaturum valoris centum, non poteſt capere beneficium de minori ſumma propter odium literarum ſimilium, quia in caſu major ſumma non continet minorem, Lap. *alleg. 79. n. 3. verſ. ſed quare. & conſ. 102. numer. 6. verſ. ſecundo.* Zabarel. *conſ. 136. num. 4.* Card. Tuſch. *d. concl. 885. n. 23.*

Verùm contra noſtrum Axioma obſtat difficilis text. *in l. ſi decem 54. in princ. ff. locati.* ubi diſpoſitio concepta ſuper majori ſumma, non verificatur in minori; nec ſatisfacit communis intellectus, Bart. *in d. l. 1. §. ſi ſtipulanti 4.* quem ſequuntur Anton. Gom. *tom. 2. variar. ubi de contractib. cap. 9. num. 4.* Conan. *Comment. Juris lib. 8. cap. 11. num. 4.* Emman. Coſta *lib. 1. lect. cap. 2. num. 1.* aſſerentis propterea ibi diſpoſitionem conceptam verificari in minori, quia agitur de cauſa oneroſa, in qua non procedit hujusmodi Axioma, ſed tantùm in cauſa lucrativa, quia convincitur ex *eadem l. ſi decem.* in ſecundo caſu, ubi probatur majorem ſummam prolatam à conductore verificari in minori per ſe.

Quare rejecto ſupradicto intellectu, conſidero diſpoſitionem conceptam ſuper majori ſumma, non verificari in minori, niſi appareat veriſimiliter diſponentem intendiſſe quemcunque ſummam contentam ſub majori. Cùm igitur in primo caſu *dict. l. ſi decem.* major ſumma proferatur à petente, ſcilicet à domino rei locatæ, ideò non videtur conſentire in minori ſumma, quia eſt ei præjudiciale: attamen ſecundo caſu major ſumma profertur à promittente, ſcilicet conductore, & ideo in minori conſenſiſſe videtur: nam veriſimiliter præſumitur conductorem, qui in majori ſumma conſenſit, à fortiori conſentire in minori, ſi intelligeret locatorem minus velle locare, quia per hoc fit melior conditio ipſius. Senſus verò *d. §. ſtipulanti.* ex quo probatur hujusmodi Axioma, (omiſſis variis intellectibus, de quibus Menchac. *de ſucceſſ. creat. §. 10. num. 142.*) poteſt verificari legendo illum continuativè ad *verſ. niſi ſtipulatori.* ſuprà proximè præcedentem; & ita loquitur in caſu, quo diverſitas promittentis majorem, vel minorem ſummam, in continenti placuit interroganti, & ita ex eo quod fuit ſequuta complacentia ſtipulationis in diverſitate ſummæ promiſſæ, propter quam valet ſtipulatio in minori ſumma.

CAP. LXXIIX.

Sumptus. Impenſa. *vid. Expenſa.*

Axioma I.

Sumptibus ſuis nemo cogitur ſervire, *cap. cum officii 16. extr. de præſcr.* aut militare, *cap. cum ſit Romana 10. de ſimon. c. 16. de præſcript. vid. infr. c. Suum.*

Limita in præfectis bellicis, qui tempore neceſſitatis arma, pulverem nitratum, cæteraque ad locorum

locorum defensionem necessaria suo sumtu comparare tenentur, pecuniâ ex publico posteà recuperandâ. Aliàs graviter puniendi. Perez. *C. de Fabricens. num. 15.*

II.

Licet quis munera publica in duobus locis non possit subire, quamvis velit, potest tamen, si cum sumtu sint conjuncta, ab his enim nemo volens repellitur. Perez. *C. de muner. & honor. non contin. n. 15.* Ex adverso, licet filius ob munera publica a patre gesta vacatione non gaudeat, *l. 1. C. d. t.* gaudet tamen ratione eorum, quæ cum sumtu fiunt. *l. 6. ff. de legation.* Brunnem. *ad l. 1. C. eod.* Cæterùm à muneribus, quæ sumtu peraguntur, nec septuaginta annos nati, nec plures liberos habentes, nec philosophi excusantur. Perez. *C. de muner. patrimon. n. 9. seq.*

III.

Sumptus studiorum annumerantur alimentis & necessariis impensis, *l. 6. §. 5. de Carbon edict.* Non tamen peti possunt post mortem patris *l. ex parte 39. §. 4. ff. fam. herciſc.* vivo autem eo facti conferendi sunt, siquidem pater eos annotaverit.

CAP. LXXIX.
De Supellectili.

Axioma I.

Quæcunque nomen sui generis separatum habent, illa sub supellectili legatâ non continentur *l. 6. pr. ff. de supellect. Leg.* quia talia appellativa nomina non sunt in potestate testatoris *l. 4. ff. de Legat. 1.* Non igitur continentur instrumenta artificis, das Handwercks-zeug / sub nomine supellectilis *d. l. 6. pr. ff.* nec libri, capsæ, pugillares &c. *l. 6. §. 1. ff. eod.*

Limita: nisi doceri possit, Testatorem de his quoque sensisse. *l. 8. in fin. ff. eod.*

CAP. LXXX.
Superbia.

Superbiæ calumniam habet omne, quod non propter necessitatem, sed propter venustatem accipitur, *cap. omnes. §. à priscis 21. quæst. 4.*

CAP. LXXXI.
Superfluum, Superfluitas.

Axioma I.

Superfluum non censetur, quod ad declarationem ponitur, § *1. ibi: nulla enim. Institut. de patr. potest. l. quis dubitationis 81.* ibi Dec. & Cagnol. *ff. de R. I.* Alban. *consil. 11. n. 39. & conſ. 27. n. 7.* Tiraquel *in tract. de retract. tit. 1. gl. unic. n. 5.* Ludov. Zundt *in respons. pro uxore. n. 5.* Roland. à Valle *3. consil. 56. n. 29.*

II.

Superflua admittere securius est, quàm necessaria omittere, Speculat. *in tit. de depoſit. §. septimo. num. 8. per cap. non æstimemus 13. q. 2. l. testamentum 17. Cod. de testam. l. 7. Cod. de donationib. l. 56. ff. mandat. l. 32. §. 6. ff. de aur. legat. l. 26. in fin. ff. de adim. legat. l. 65. ff. de verb. obligat. l. 81. l. 94. de R. I.* Paul. *3. de sentent. 4. §. 10.* Gail. *lib. 1. obſerv. 81. n. 9.* Vult. *3. Consil. Marp. 24. n. 79.*

III.

Actus superfluus non vitiatur, etiamsi vitiosè observetur, *l. 1. C. de rei uxor. act gloss. singul. in §. soror verò. Institut. de libert. in verb. transit.* Bl. *in l. consentaneum. col. 5. C. quom. & quand. judex.* At si verum amamus, neque *d. l. 1.* quicquam probat: ac gloss. ista videtur esse erronea; pessimè enim ratiocinatur: cur Dominus in transitu possit manumittere, quia scil. sine transitu quoque potest manumittere, nulla enim collectio est, sed hæc ratio subest, quia manumissiones sunt jurisdictionis voluntariæ; Ergo quocunque loco & tempore fieri possunt, ut rectè summa d. l. habet, neque Bald. aliquid de hac re disserit, vid. Tusc. *tom. 1. conclus. lit. A. conclus. 67. n. 32. in vote Abundans cautela.*

IV.

Superflua non nocent, *l. cum antiquitas 28. Cod. de testament.* v. c. Obligatio non debet fieri ad eum casum, ex quo possit fieri superflua, nugatoria & elusoria, Curt. sen. *consil. 29. num. 4.* Dec. *consil. 48. & conſ. 49 n. 3.* Zas. *conſ. 13. n. 50.*

Disting. An superflua sint præter rem, an vero contra rem? priori casu nocent, posteriori vero non, ut si quis negotium in testamento diversum in actu testandi celebrare velit. vid. not. *ad l. non est mirum 26. de pignor. act.* Wesenbec. *in parat. ff. de ædil. edict. n. 10. & l. 1. §. 2. de publican. & vectigal.*

V.

SUPERFLUITAS evitanda est in omni interpretatione, & dispositione, ut per Rolandum à Valle *conſ. 62. num. 30. & seq. libr. 3.* quem refert Cardinal. Tusch. *practicar. conclusion. tom. 7. litera S. conclus. 895. num. 36.* Menoch. *conſ. 81. numer. 32.* Rot. *decis. 702. num. 3. apud Farinacium, part. recentior. & decis. 75. num. 8. eadem part. 2.* dicit, quod non est recedendum à natura rei, ut superfluitas evitetur, & *decis. 357. num. 1. ead. part. 2.* censet, quod superfluitas non debet admitti etiam in quacunque materia odiosa, & in dispensatione. [quod enim potest fieri per pauciora, non debet fieri per plura.., & propterea Imperator omnem verbositatem justâ indignatione persequitur, *l. ultima §. in refutatoriis. C. de Appellat.* ac ea, quæ sunt superflua, non sunt in LL. inserenda tanquam nullius utilitatis, *fac. l. 1. ff. quod met. caus. cap. multa.* & ibi Panorm. *de præbend. c. erit autem lex 4. distinct.* Jason *in l. ait Prætor. l. 1. in primo notabili ff. de just. & jur.* Unde ad evitandam superfluitatem ea etiam, quæ sunt ultra

naturam

naturam actus, in dispositionem includuntur, Bart. & Doctores *in l. sed si. §. quæsitum. ff. si quis caut.* Gratus *respons. 94. n. 33.* & nullum imò nec syllaba censeri debet in statuto superflue apposita, Bald. *in rubr. de contrab. empt. quæstion. 9.* Cravett. post Jason. *in cons. 294. num. 3. vers. & si talia. lib. 2.* & quod magis verba statuti impropriantur ad evitandam superfluitatem, Cravett. *cons. 20. n. 9. & 135. n. 24. lib. 1. & cons. 297. num. 4. lib. 2.* Farin. *1. cons. 95. n. 7.*]

VI.

SUPERFLUA omnia sunt reprobata, *l. 1. §. quibus 2. de novo Cod. l. fin. C. qui admitti ad bonorum possess. & in proœm. Decretal.* ibi, *resecatis superfluis. Clem. exivi. §. quamvis.* ubi Cardin. *num. 220. de verbor. significat.* Mandos. *ad regulam 8. Cancel. quæst. 5. num. 4.* Gonzal. *ad regulam 8. Cancel. gloss. 13. num. 72. & gloss. 22. num. 4.* [sicut etiam supervacua legumlatio, *l. 5. in fin. Cod. de captivis & postliminio.*]

VII.

SUPERFLUIS actibus non debemus uti, *l. hæc stipulatio 14. §. divus 1. ff. ut legator. nomine caveatur.* Castrens. *consil. 240. Subtiliter. prope fin. lib. 2.* Cardin. Tusch. *d. lit. S. conclus. 894. numer. 6* nec superfluis & impertinentibus allegationibus, Castrens. *cons. 201. Visis, & consideratis, colum. penult. vers. quantum verò. libro 1.* Cardinal. Tusch. *d. lit. S. cons. 896. num. 7.* nec cautionibus, *l. non cogendum 45. ff. de procuratorib.* Castrens. *cons. 207. Visis omnibus. num. 3. colum. 2. vers. præterea. libr. 1.* Roman. *consil. 62. Florentina. colum. 1. in fine.* illis enim non præsumitur quis velle uti, Abbas *cons. 73. circa primum. numer. 3. vers. præterea. libr. 2.* quia potius admittitur correctio Juris communis, quàm quod verba sint superflua, Cravett. *cons. 92. numer. 5.* quem refert Cardinal. Tusch. *dict. litera S. conclus. 895. numer. 38.* & potius improbanda sunt verba, quam quod sunt superflua, Roland. à Valle *cons. 61. num. 16. & cons. 62. num. 31. & seq. libr. 3.* Cravett. *cons. 294. num. 3. & cons. 714. Illustris. num. 19.* [qua de causa etiam nec superflua investitura admittitur, Hartman. Pistoris *libr. 1. observat. 186. num. 18. & 19.* neque etiam datur actio, ubi supervacuum sit, *l. 1. §. interdictum, uti possidet.* & ideo dicitur jure frustra nihil agi, Hortens. *ad l. 72. de contrab. empt. p. 10.*]

Primò limita, quia frequenter in legibus & statutis semel dispositum etiam per verba inculcata idem importantia, disponitur, & plus non operantur, nisi majorem declarationem, *l. cum dubitari 86. §. 1. de hered. institut.* glossa *verb. inculcatio. in l. lecta. ff. si certum pet.* Cuman. *cons. 55. num. 4. vers. quamvis.* Castrens. *cons. 75. Notandum. numer. 2. vers. frequenter. libr. 2.* & ideo dicunt Felin. *in cap. venerabili. num. 1. notabil. 3 de officio delegat.* & Jason *in l. eum qui. §. itate, & Titium. num. 4. vers. sed adverte. ff. de verbor. obligat.* quod sæpè aliquid bis ponitur ad evitandam malitiosam, & sophisticam interpretationem, & sic ad majorem expressionem, referunt Cardinal. Tusch. *d. lit. S. conclus. 895. num. 49.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 6. num. 32.*

Secundo limita, quia potiùs toleratur superfluitas, quàm quod quis damnum indebitè patiatur, Cravetta *cons. 70. numero 29. vers. imo potius.* Cephal. *cons. 104. numer. 22. lib. 1.* Surd. *decis. 36. numero 19. & 20.* Cardin. Tusch. *d. lit. S. conclus. 895. num. 56.* Gonzal. *d. gloss. 6. numer. 32.*

Tertiò limita, quando explicitè & distinctè declaratur, quòd implicitè erat dispositum, quia tunc dici non potest superfluum, Ruin. *cons. 89. num. 17. vers. nec obstat. vol. 4.* Tiraquell. *in l. si unquam. verb revertatur. numer. 26. C. de revocand. donat.* quos refert & sequitur Gonzal. *d. gloss. 6. n. 33.*

Quarto limita, qui superfluitas admittitur, ne voluntas testatoris vel disponentis tollatur, Cravetta *cons. 25. num. 30. vers. ex præmissis*, vel ne fiat contra mentem disponentis, idem Cravett *cons. 70. n. 29. vers. tertio.* prout illum refert Cardinal. Tusch. *d. lit. S. conclus. 895. n. 54.*

Quintò limita, quia toleratur, ut evitetur iniquitas, Cravetta *cons. 70. num. 29. vers. secundò respondeo.* & *in vers. quintò respondeo.* idem tenet, ne absurdum inducatur, refert Cardin. Tusch. *d. conclus. 895. n. 55. & 57.*

Sextò limita, quia potius admittitur superfluitas statuti, quam quod statuentes voluerint aliquid illicitè, vel non permissum statuere, Castrens. *cons. 258. Viso puncto, col. 1. in fine. vers. nec erit statutum. lib. 2.* Cardinal. Tusch. *d. lit. S. conclus. 895. num. 61.*

VIII.

Superflua saltem vicinis concedenda. Itaque durante annonæ caritate cessabit privilegium alicui concessum, evehendi quolibet anno certam quantitatem frumenti. Nec damnum illud anno sequente uberiore sarciri potest, evehendo plura, quàm privilegium quotannis concedit. Ita

Ita & beneficium ducendi aquam ex publico aquæductu, intelligendum est de aquâ superfluâ. Inest enim his conditio, si annus non sit sterilis. Perez. *C. ut nemin. lic. in coëms. n. 2.* Nullus quoque cogitur vendere species sui usus causâ comparatas, sed superfluas tantùm. Perez. *d. l. n. 10.*

IX.

In Contractibus saltem necessaria ad rei concessæ usum, non superflua concessa fuisse præsumuntur. Hinc Coloni non possunt usurpare irriguas fontium aquas ultra modum suæ terræ. Perez. *C. de Mancip. & Colon. n. 3.*

CAP. LXXXII.

Superior, Superioritas.

Axioma I.

Superior ut serviat inferiori, nulla justitia est, *cap. est ordo 33. q. 5.* siquidem superiori suo, ut legem imponat inferior, nulla ratio svadet, *cap. ex insinuatione 50. extr. de appellationib.* unde etiam per inferiorem nec Lex superioris tolli potest, *Clem. ne Romani 2. in princ. de Elect.* qua de causa nec superior judicari vel obligari ab inferiore potest, *cap. in sancta 2. q. 7. c. inferior 4. cap. submittitur 8. cap. nunc autem 7. cap. ultimo. distinct. 21. cap. omnes, & seq. in fin. 6. q. 1.* hinc superior postquam ad se revocat negotium, quicquid postea ab inferiori fit, non fit, *cap. Ecclesia 4. extr. ut lit. pendent.* quapropter superior ex officio suo debet inquirere de inferiorum excessibus, *cap. unic. extr. ut Eccles. benefic.* ac debet negligentiam inferioris supplere, *cap. per tuas 40. de sentent. excom. cap. ad audientiam 3. extr. de Eccles. ædific.* ad proinde etiam superior delinquens gravius, quam inferior, punitur, *cap. cum quidam 12. extr. de jurejurand.*

II.

Superioris jus & cujuscunque alterius semper intelligitur in juramento exceptum, *cap. venientes 19. extr. de jurejur.*

III.

Per factum superioris non præjudicatur inferiori, *cap. inter 20. extr. de sentent. & re judic.* siquidem non præsumitur, quod superior velit præjudicare vel injuriam inferre, *l. 2. §. merito 10. & §. si quis à Principe 16. ne quid in loco publico. cap. super 15. de offic. delegat.* Bald. *in l. nec avus. Cod. de Emancipat. liber.* Decian. *resp. 208. concurro secundum ea. num. 3. vol. 2.* unde tradit Socinus *consil. 156. pro fundamento. n. 3. vol. 2.* Superiorem, si quid fecerit in præjudicium tertii, obstrictum esse ad revocationem concessionis per Bald. *in l. qui se patris. Cod. unde liberi.* adeò ut ne is quidem excusetur, qui ad mandatum superioris quid prohibuit vel fecit, quod sit illicitum, quo minus cum eo experiatur, *Auth. hodie novo jure. C. de custod. reor.* Cephal. *consil. 577. consultationem, n. 24.*

IV.

Superiorum culpa extenditur in exemplum, *cap. nemo 2. dist. 82.*

V.

Superioris jussus, qui potestatem jubendi habet, parere coactum à dolo excusat, *l. si quis ab alio 10. ff. de re judic. l. non videntur 167. §. qui jussu 1. de Regulis Juris. cap. quod quis 24. de Reg. Jur.* præsertim ejus, qui cogere possit, Wesemb. *1. consil. 6. n. 129.* ita conductorem, qui superioris præcepto etiam injusto paruit, excusari, probant Bart. *in l. si mulier. §. 1. ff. rer. amot. argument. l. nec timorem 7. ff. quod met. caus. l. prohibere 3. §. pen. ff. quod vi aut clam.* Socinus *consil. 155. num. 5. vol. 2.* hinc etiam evenit, quod solvens ad præceptum superioris liberetur, Bald. *in titul. ff. quod falsi. tutor. auct.* Dyn. Bart. *in l. creditor de solut.* Alex. *consil. 57. n 5. vol. 1.* Pantschman. *part. 1. quæst. pract. 14. n. 37.* proindeque etiam eum in gravissimis delictis excusare, elucet *ex cap. miles 13. 23. quæst. 5. l. servos 8.* ubi Bald. & Salicet. *C. ad L. Julian. de vi public.* gloss. *in l. liber homo. ad L. Aquil.* Dec. *in l. velle. n. 7. de Regulis Juris.* Cæpoll. *cautel. 66.* Jason *consil. 136. dubitatur, circa fin.* ubi etiam incendiariis hac ratione pœnam vult mitigari, Wesembec. *d. consil. n. 131.* cum preces habere vim præcepti dicantur, gloss. *in l. 1. verb. quemadmodum. ff. quod jussu.* Wesemb. *1. consil. 45. n. 11.*

VI.

Superioris factum, cui resisti nequit, pro casu fortuito reputatur, *l. si fundus 33. cum l. seq. ff. locat.* Bart. *in l. damnum. C. de locat. l. Lucius 11. ff. de Evict. l. cum servus 38. §. constat. 7. de legat. 1.* Castrens. *consil. 220. proponitur in facto. num. 3. vol. 1.* Socin. *consil. 100. in causa Baptistæ. num. 3. vol. 1.* August. Bero. *consil. 139. illustrissime Domine. n. 3. & 7. vol. 1. & consil. 143. in causa, quæ coram arbitris. num. 24. eod. vol.* Decian. *resp. 14. ex præmissis. n. 49. vol. 3.* vid. Pantschm. *1. quæst. pract. 14. n. 4. & 5.*

VII.

Superioritas semper censetur concedenti reservata, quomodocunque concessa sit libertas, textus *in cap. dudum 14. ibi: penes nos tamen. cap. quamvis tibi 4.* ibique gloss. *in verb. consentimus. de præbend. in 6.* Bald. *in prælud. feud. vers. expedito. num. 32. & in cap. 1. quis dicatur Marcbio.* Cravetta *consil. 128. n. 7.* Peregrin. *de jure fisci. titul. 2. num. 98.* Mynsing. *lib. 6. observ. 99. num. 2.* Covarruv. *practic. quæst. 2. num. 1.* etiamsi omne jus sibi concessum dicatur, Thom. Grammatic. *decis. Neapolit. 30. num. 3.* Borcholt. *de Regal. num. 20.* atque ita determinatum in Rot. Roman. in Controvers. inter ducem Mediolanensem, & Dominum de Corrigio, tradit Castald. *in tract. at. de Imperator. quæst. 110. cas. 330.* imitatur enim Princeps ordinationem divinam, quando Majestatis suæ particulas subditis concedendo, superioritatem tamen sibi reservat, ita ut quicquid fit in sua Republica, à se solo dependeat, & ad se solum referatur. Arnisæus *lib. 2. de jur. Majestat. cap. 2. num. 7.* unde etiam nec jura admittunt, ut quispiam superioris obedientiæ se subtrahat, prout etiam ad illum effectum omnem præscriptionem Doctores removent, ita ut ille, qui hoc facere ac obtinere præsumit, nullâ

temporis antiquitate juvetur,& præscriptio circa jura superioritatis omnino cesset, *l. competit. 6. Cod. de præscript. 30. ann. cap. cum non liceat 12.* ibique Abbas *extr. de præscript. cap. placuit 8. §. porrò 16. qu. 3.* Abbas *in cap. per venerabilem. col. fin. qui fil. sint legitim.* Roman. *consil. 371. n. 15. vers. dum autem quæritur.* Decius *307. n. 9.* Ruin. *cons. 69. col. pen. in fin. lib. 5.* Paris. *cons. 25. n. 19. lib. 4.* idem *consil. 25. n. 19. lib. 4.* Purpurat. *in l. 1. n. 40. ff. de offic. ejus, cui mand. jurisdict.* Jas. *consil. 208. col. 3. lib. 2.*

IIX.

Superioritas inducit præsumptionem jurisdictionis, non dominii, Montan. *in tract. de finib. regund. cap. 15. n. 12.* Cravetta *cons. 154. viso 5. n. 1.* ubi exemplo pascuorum hoc declarat, quæ non præsumuntur pertinere ad dominum loci, sed multo magis ad universitatem & homines subjectos, adde & Calcan. *cons. 34. n. 45. cons. 50. n. 3.* Dec. *consil. 550. juridicam. in princ.* Wesemb. *2. consil. 62. n. 28.*

IX.

Superioritas censetur probata probatis subjectionis actibus. Abbas *in c. præterea. de testib. arg. l. si verò 12. §. si filiofam. 6. ff. mandat.*

X.

Superior Magistratus non tantùm debet defendere inferiorum Magistratuum subditos, sed etiam Magistratum inferiorem punire. Brunnem. *ad l. 3. pr. C. de Canon. largit. titul.*

XI.

Legitimis heredibus deficientibus bona ad superiorem devolvuntur. Hinc in bona suorum officiatorum succedebat ab intestato præfectus prætorio. Et nunc Dominus Feudi succedit vasallo sine heredibus mortuo. Perez. *C. de Apparitor. præfect. prætor. n. 4. 5.* Imò quivis Baro de mero Imperio investitus Jure Saxonico habet jus occupandi demortui sine herede bona. Brunnem. *C. eod. Col. 2.*

CAP. LXXXIII.
Superlativus.

Superlativa qualitas in paucis verificatur, Corn. *consil. 341. Quod dicta dos. in lit. n. vers. & sic non præsumitur. vol. 1. & consil. 181. Visis nonnullis. col. 8. in lit. q. vers. & licet soleat vulgariter dici. col. 2.* ubi multos casus enumerat, in quibus ferè superlativa nunquam verificantur, add. & Pacian. *2. de probat. cap. 7. n. 26.*

CAP. LXXXIV.
Superveniens.

Axioma I.

Casus superveniens non nocet actui præcedenti, nisi actus adhuc sit imperfectus. Brunnem. *in l. 1. C. de Jure Fisci.*

II.

Causa superveniens immunitatis non tribuit exemtionem ob onere anteà suscepto. *l. 5. §. 7. ff. de Jure Immun.*

III.

Causa superveniens justa facit cessare privilegia, quæ rebus sic stantibus concessa intelliguntur. Perez. *C. de Excusat. mun. n. 15.*

IV.

Inidoneitas superveniens post officium depositum non præstatur ab eo, qui pro officiali tenebatur. Perez. *C. de peric. Nominat. n. 5.* Brunnem. *ad l. 1. C. eod.*

CAP. LXXXV.
Suppletio.

Qui non supplevit cum potuit, noluisse credendus est, *vide supr. lit. N. cap. Noluisse.*

CAP. LXXXVI.
Supplicatio.

Axioma I.

Quodcunque juris est in Leuteratione, idem juris est in supplicatione. Quia etiam supplicatio perinde uti Leuteratio in aliquibus locis, v. gr. Ducatu Brunsvicensi ob quodvis gravamen concedi solet. Ita ergò supplicatio ad exemplum Leuterationis intra decendium debet interponi coram eodem judice, alias sententiam non suspendit. Conf. *auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imper. offer. l. un. de sentent. Præf. Prætor. Carpz. P. 1. Constit. 20. Defin. 25.*

CAP. LXXXVII.
Supplicium.

Axioma I.

Supplicium pro veritate melius est, quàm pro adulatione beneficium, *can. nemo periorum. 11. quæst. 3.*

II.

Supplicio quem sententia destinavit, ei vox appellandi non denegatur, *can. non ita 2. q. 7.*

CAP. LXXXIIX.
Suspicio.

Axioma I.

Suspicio omnis potius repellenda quàm approbanda, *can. oves. in fin. 6. q. 1.* præsertim ea, quæ temeraria est, *can. multi, in med. 2. qu. 1.* & quæ ex adversariorum confictione surgit, quàm contemnendam esse docet *cap. cunctis 11. q. 3.*

II.

Suspicio modica non debet animum sapientis immutare, *cap. ult. extr. de crimine falsi.*

III.

Suspicio probabilis recipit probationem in contrarium, *cap. præsentium 7. quæst. 1.* nec ullus suspicionis arbitrio judicandus est, *cap. primo 2. quæst. 1.* cum litigare sub judice suspecto periculosum sit *cap. cum inter 5. extr. de except.* Quapropter suspectum qui judicem putat, ei licet, antequam lis inchoëtur, illum recusare, ut ad alium recurratur. *can. ult. §. pen. 3. qu. 5.* idque ex eo, quod suspectus Judex esse non possit, *can. ult. in princ. 3. q. 5. c. secundo 41. extr. de appellat.* adeò ut nec Papa tali causam ex certa scientia committat

6. can.

cap. causam 17. extr. de offic. deleg. c. cum inter 5. extr. de Except.

IV.

Suspicionem tollit par affectionis causa, *l. non solum 67. §. uno. ff. de rit. nupt.* Gloss. *in cap. cum R. Canonicus 35. de offic. & potest. judic. deleg.* Speculat. *in tit. de judic. delegat. §. 7. n. 2.* Honthem. *1. de arte Notar. cap. 28. n. 33.* & naturale fœdus suspicionem mali excludit, *cap. pen. extr. de cohabitat. Clericor.*

V.

Suspicio in judicem cadere non solet, Carpz. *P. 3. q. 104. num. 72. in crim.* quippe qui vir bonus est, atque esse debet, *l. sed si unius 17. §. ait Prætor.* ubi Bart. *ff. de injur. l. continuus 137. §. cum ita.* ibi: *ad judicem, hoc est, ad virum bonum, ff. de V. O. l. vir bonus 18. ff. judic. solv.* Judicis enim sapientis est, semper verum sequi, habere in consilio fidem, religionem, æquitatem: libidinem autem, invidiam, metum, cupiditates omnes amovere, maximi æstimare conscientiam mentis suæ, meminisse posse, quem oderit absolvere, quem non oderit, condemnare, & semper non quæ velit ipse, sed quid lex & religio cogat, cogitare, eorumque omnium se DEUM habere testem, cui administrationis reddenda sit ratio, ut scribit Cic. *pro Cluent.* Unde si maximè causa suspicionis subsit, propterea tamen judicem non in totum quasi suspectum removendum esse, sed quatenus duntaxat, ut alius ei minus suspectus adjungatur, *Nov. 89. Auth. si vero contigerit. C. de judic.* Glossa *in l. apertissimi. verb. judices. C. eod. tit.* Mynsi. *2. observ. 51.* Quin imò in crimine notorio tanquam suspectum recusari nullo modo posse, colligere licet *ex cap. proposuit 24.* ubi gloss. *de appell.* vid. Ant. Gomez *var. resol. tom. 3. cap. 1. n. 46.*

Suus heres. *vid.* Emancipatus.

CAP. LXXXIX.

Suum.

Axioma I.

Illud propriè suum esse dicitur, in quo plenam quis habet dispositionem & dominium, Bart. *in l. Quintus. §. Argento. ff. de auro legat.* ubicunque igitur istud verbum suas in aliqua dispositione simpliciter ponitur sine adjuncto, in dubio de propriis, & non de alienis exponi debet, Bart. *in l. cum in testamento. ff. de aur. legat. per l. debitor. 59. in princ. ff. ad SCt. Trebell. l. Salvius 6.* ibi: *patrem suum. ff. de legat. præstand.* Alexand. *consil. 23. Considerantis. col. 1. vol. 2. consil. 56. col. 1. vol. 1.* Hyppolit. de Marsil. *in sing. suis. notab. 21.* Andr. Sicul. *in cap. judicante. col. 9. de testam.* Ludovic. Gomez. *ad §. æquè. Institut. de action. num. 18.*

II.

Omnes scire debent, quod suum non est, hoc ad alium modis omnibus pertinere, *l. cum quærebatur 11. vers. omnes. C. unde vi.*

III.

Suum esse dicitur, quod ipsi auferri non potest, *l. omnes 139. §. ult. ff. de R. I. l. non videtur 22. ff. de acquir. possess.* Hyppolit. *à Collib. ad d. l. 139. §. ult. de R. I.* Vult. *3. Consil. Marpurg. 24. n. 3.*

IV.

De suis rebus quilibet facere potest pro voluntate sua, Gloss. *in cap. 2. de jurejur.* cùm justum sit, sua cuique committere, *cap. pen. de sepult.* & quilibet rei suæ sit moderator & arbiter, *l. in re mandata 21. C. mandat.* ac proinde de rebus propriis ad libitum quivis disponere potest, *l. fin. ff. de pact. l. id quod nostrum 11. ff. de R. I.* Bart. *in l. 7. ff. de pactis.* Paulus Grylland. *de fortileg. vers. septimo quæro. n. 21.* adeò quidem, ut hæc regula etiam in abutendo procedat. *l. etiam 18. §. 1. ff. solut. matr. l. non usq; 2. ff. si à parent. quis manumiss. l. sed etsi 25. ff. de pet. hered.* Consil. Arg. *1. consil. 88. n. 15.*

Limita: in casu publicæ necessitatis, tunc enim domini rebus suis privari possunt, iique conferre tenentur, quantum exigit necessitas. Quoniam tunc rerum suarum non tam sunt domini, quàm custodes. Perez. *C. de annon. & trib. n. 11.*

V.

Licitum est cuilibet in suo facere, quod lubet, etiam cum alterius incommodo. *l. 8. §. 5. si servit. vind. l. 1. §. idem ajunt. de aq. pluv. arcend.*

Limita (1.) si inde præjudicetur Reipubl. hinc nemo in suo potest facere, quò impeditur publicus navigationis usus *l. 1. pr. de flumin.* (2.) Faber à Doctoribus & Studiosis prohiberi potest, ne in suâ domo cum strepitu opificium exerceat. Perez. *C. de Stud. libenl. n. 6. & 7.*

VI.

Suum jactare, perdere, deserere quilibet potest. Cujac. *in recit. Cod. de Rescind. Vendit.*

VII.

Suum jactare in dubio nemo præsumitur, *l. cum de indebito 25. §. qui cum solvit. ff. de probat. l. fin.* ibi: *neq; enim sic homo simplex. C. arbitr. tut. l. Campanus 47. ff. de oper. libert.* Glossa *in l. si heres ab eo 68. §. fin. verb. errorem. ff. ad SCt. Trebell.* Glossa *in cap. quia verisimile. verb. concesserit, de præsumpt.* Afflict. *decis. 13. num. 21.* Paris. *cons. 39. n. 5.* Vult. *3. Consil. Marp. 35. n. 203.* Quilibet enim avarus præsumitur, per Gloss. *in l. quæ dotis, verb. tenebitur. ff. solut. matrim.* Mascard. *de probat. concl. 151. vol. 1.* & quilibet ad conservandum potiùs, quam ad perdendum tendit. Paris. *cons. 39. n. 6. per text. in cap. super hoc 5. de renunciat.* Vult. *3. Consil. Marpurg. 18. n. 104. vide supra lit. I. cap. Jactare.*

VIII.

Suis sumptibus militare nemo cogitur, *§. cum sit Romana 10. de simon. cap. 16. de præscript.* & nemo de suo beneficium facere tenetur, *cap. precariæ 4. 10. q. 2.* imò quicunque subit officium civile vel personale, non debet erogare de suo, *l. fin. §. personale 1. ff. de muneribus & honoribus,* quia officium suum nemini debet esse damnosum, *l. sed si quis ex signatoribus 7. ff. quando testam. aper.* juxta illud Catonis:

Cùm labor in damno est, crescit mortalis egestas.

CAP. XC.

Syllogismus, Argumentum.

Non potest de argumento & allegatione rectius judicari, quàm si in syllogismi formam redigatur: idque tam observare debet JCtus in consulendo & respondendo, Decian. *in apolog. c. 22. n. 107. & 111.* quam judex in judicando, Nic. Vigel. im Richterbüchlein *passim.* & advocatus in patrocinando, sive ex parte actoris libellum actionis proponere, Schneidew. *ad §. ult. Instit. de injur. n. 9.* Oldendorp. *in form. libell. pag. 290.* Tusch. *pract. concl. lit. L. concl. 300. n. 1. & seqq.* sive ex parte rei exceptionibus uti velit, Oldendorp. *in Enchiridio Except. sub tit. form. exceptionis post lit. contestat. generalis. §. sunt autem. pag. 115.* ubi addit, quod ii, qui aliter rem tractant, sacrosanctum juris officium, quasi sues in rosas, irruant.

CAP. XCI.

Symbolum.

In habentibus symbolum (id est, singularem conjunctionem) facilior est transitus. Hoc Brocardicum allegat Ancharan. *in consil. 339. n. 7.* ac fundamenti loco substernit, *l. cum inutilis. de transact.* sed textus nullus illius tituli sic incipit, Menoch. *consil. 152. prioris edit. incip. respondendum n. 30.* allegat pro regulæ hujus fundamento, *l. in re §. item quæcunque. de re judic.* quod allegatum repetit *consil. 326. incip. gravissimi ponderis est. n. 58.* sed revera textus est *in l. in rem 23. §. item quæcunque 5. ff. de rei vindicat.* ubi Dd. hoc brocardicum fabricantur & comminiscuntur.

CAP. XCII.

Syndicatus.

Quoties quis officio præsertim in administrandâ justitiâ malè fungitur, toties crimen Syndicatus commisisse dicitur. Quia Syndicatus nihil aliud est, quàm judicium contra officialem ob malè gestum officium institutum. Cujus sedem volunt esse Doctores *in l. 1. C. ut omnes Judices tam Civiles, &c.* sed planè congruit hoc remedium cum eo, quod Jure Romano proditum, si Judex litem suam fecerit, unde Syndicatus ex græcâ significatione denotat communem litem. Hoc crimen *in Recess. Imp. Ratisbon. de anno 1532. Tit. 2. §. 17.* describitur hisce verbis: Wenn die Richter unrechtmäßige Urtheil sprechen/ und den Krieg ihr eigen machen/ und deßhalb ad Syndicatum gestellet werden mögen. *de Pluteo. Tractat. de Syndicatu.*

CAP. XCIII.

Syndicus.

Syndicus fungitur partibus procuratoris, & quæ est conditio procuratoris, eadem quoque est Syndici ratio, *l. item eorum 6. ff. quod cujusq; univers. nom.* Bocer. *de feud. investit. cap. 4. n. 25.* Unde Universitates, quia non nisi per Syndicos litem rectè peragant, aut defendant, ideoque etiam necessariò desiderante parte adversa ad eorum constitutionem tenentur, *l. 1. §. quibus. vers. fieri oporteat. d. t.* Bart. *in l. 4. §. creditoribus. per ill. text. de fideicom. libert.* Chilian König *in pract. cap. 19. §.* Es wird auch, ne scilicet defensio vel actio per plures scissa adversarium incommodo afficiat, *l. 27. §. fin. de pecul. l. 5. §. 7. judicat. solv.*

FINIS LIBRI DECIMI SEPTIMI.

Liber Decimus Octavus.

CAP. I.

Tacere, Tacens, Taciturnitas.

Axioma I.

Silentium iis imputari aut nocere non potest, qui post factum supervenêre, *l. 7. famil. erciscund. l. idem est in fin. de condit. indebit.*

II.

Tacere melius est, quàm actus frustratorios facere, Castrens. *consil. 286.* Felin. *in capite ex transmissa extr. de præscript.* Bart. *in disput. incip. pupillus.* Paris. *consil. 103. bona de quibus in præsenti. num. 93. vol. 1.* Pantschman. *P. 1. quæst. 4. num. 3.*

III.

Taciturnitas mala est in veritatis defensione, *can. quisquis. can. nolite. 11. q. 3.*

IV.

Taciturnitas ei præjudicat, qui in obligatione tacet, *cap. Diaconi 8. distinct. 28. l. de ætate 11. §. qui tacuit 4. de interrog. in jur. fac.* Cujac. *lib. 18. q. Pauli ad l. 19. d. t. pag. 146.*

V.

Tacens habetur pro negante, Salicet. *in l. invitus 17. n. 4. vers. pro horum & aliorum communiorum solutione. col. 2. Cod. de procurat.* Bellamer. *in c. nonne. in 2. not. extr. de præs.* Præpos. *in c. 2. in fin. dist. 27.*

VI.

Tacens non fatetur, sed nec utique negare videtur, *c. is, qui 44. de R. I. in 6. l. 1. §. scientiam 3.*

de tribut. act. Mantic. *lib. 21. de tacit. & ambig. convent. tit. 30. num. 10.* Est enim tacere medium quoddam inter confiteri & negare, Cyn. *in d. l. invitus. col. 4. vers. sed mihi videtur dicendum. C. de procurat.* Joh. Monach. Dyn. *in cap. is, qui tacet. de R. I. in 6.* Abb. *in c. nonne. col. 2. vers. sed habetur saltem. extr. de præsumpt.* Gloss. *in clem. sæpè in fin. in verb. non contradicentibus. de V. S.* Dec. & Cagnol. *in l. qui tacet. ff. de R. I.* Anchar. *cons. 224. iste Dominus executor. n. 4. vers. & forte illa glossa. col. 2.* Socin. *consil. 167. non utilis. n. 11. vers. igitur cùm resultet. col. 3. vol. 2.* Bolognet. *in l. quæ dotis. n. 119. vers. secunda qualitas. col. 74. ff. solut. matrim.*

Quod procedit toties, quoties taciturnitas potest ex se aliquid operari, hoc enim in casu subsistit, & neutri extremorum suorum applicatur, *l. 1. §. scientiam 3. ff. de tribus. act. cap. mulieri 34. extr. de jurejur. cap. super eo 3. extr. de cognat. spirituali.* Alexand. *cons. 131. In causa. n. 6. vers. item in dubio. col. 2. vol. 2.* In casibus verò, in quibus taciturnitas ex se nihil operatur, quoniam cogimur ex variis conjecturis eam applicare alicui ex prædictis extremis, ideoque tacens in negativis consentire non intelligitur, sed pro negante habendus est, quando non potest contradicendo impedire id, quod agitur, ut ait glossa *in l. Cajus in verb. non obesse. vers. tu autem dicas. ff. de pignerat. action.* Felin. *in d. cap. nonne. num. 21. vers. tertia regula, col. 3. extr. de præsumpt.* Alexand. *cons. 131. In causa. num. 5. vers. item quia extat regula. vol. 2.* Albericus *in l. invitus, in princ. vers. aut est talis. C. de procurat.* Andr. de Isern. *in §. 1. n. 27. vers. idem si præsente. de prohibit. feud. alien. per Lothar.* Castrens. *in l. Cajus. vers. aut gerebatur non nomine tacentis. col. 2. in pr.* Tiraquell. *in §. 1. gloss. 9. num. 149. vers. ideoq; & Paulus de retract. lignag.*

Amplia I. procedere regulam non solum in simpliciter tacente, sed etiam in subscribente se actui, non ut principalis, sed ut testis, quia nec per talem subscriptionem intelligitur consentire, sed contradicere, Gloss. *in d. l. Cajus. ff. de pign. act.* Roman. *in d. l. quæ dotis. n. 49. vers. item in quantum concludit. colum. 13. in fin.* Gabriel latè *lib. 1. de præsumpt. cap. 3. n. 22. vers. tertio limita.*

Amplia II. obtinere non modò in eo, qui non poterat actum prohibere, sed etiam in eo, qui poterat prohibere, & nihilominus tacuit: nam per talem taciturnitatem pro consentiente non habetur, cùm in dubio nemo præsumatur velle præjudicare juribus suis & suum jactare, *l. cum de indebito 25. ff. de probat.* Abbas *in d. cap. Nonne. col. 4. vers. aut contradicendo. extr. de præsumpt.* Roman. *in d. l. quæ dotis. n. 43. vers. adde, quod ex hoc videtur decidi. col. 11. in fin. ff. solut. matrim.* Alexand. *in l. 2. §. voluntatem. n. 9. vers. & de materia quando tacens. col. 2. ff. eod.* Si nimirum de persona obliganda agatur, secus enim esse in actione reali, refert Felin. *in d. cap. nonne. n. 13. sub vers. fallit primò ista regula. col. 4. extr. de præsumpt.*

Limita I. regulam locum non habere, quando unà cum taciturnitate concurrit ratio sanguinis vel parentelæ, Cyn. *in l. invitus n. 8. vers. Ex his pendet. col. 4. Cod. de procurator.* Ancharan. *in cap. licet in princ. de procurator. in 6.* Roman. *in d. l. quæ dotis. n. 36. vers. Quinto in quantum dicit.*

Limita II. Quando ultra taciturnitatem intervenit aliquis actus positivus, Barbat. *cons. 6. Scriptum n. 11. vers. si verò dicimus. col. 6. vol. 1.* Abbas *in cap. cum verum in 3. notab. extr. de regular.* Bartolus *in l. quo enim §. 1. vers. quandoq; supervenit scientia. ff. rem ratam haberi.* Tiraquell. *in gloss. 7. n. 30. vers. nec illud prætermiserim. de LL. connub.* Natt. *consil. 131. Videtur n. 4. vers. nam licet, ubi agitur. vol. 1.* Cravett. *consil. 111. Spectabilis. n. 5. col. 2.* Exemplum est in eo, qui scienter receperit instrumentum, vel literas in quibus constituebatur procurator; videtur enim tacitè se obligare ad illud officium, quia ultra taciturnitatem intervenit ille actus receptionis, qui facit, ut tacens pro consentiente habeatur, Gloss. *in clem. 1. per text. ill. de procur.* ibique Anch. *n. 4. vers. quarto nota col. 2.*

Limita III. in pupillo, hujus enim favore in ratione personali qui tacet, consentire videtur, *l. filiusfam. 7. ibiq; gloss. in verb. consentit. ff. de tutel.* Bald. *in l. cum ostendimus. per ill. text. §. fin. ff. de fidejuss. tut.* Imol. *in d. l. 2. §. voluntatem in fin. ff. solut. matrim.*

Limita IV. non verificari favore Reipublicæ, utpote in cujus gratiam receptum est, ut tacens ad se obligandum pro consentiente habeatur, *l. 2. ff. ad Municipal.* Marsil. *in practic. crimin. §. aggredior. n. 67. vers. & facit etiam.* Roman. *consil. 211. in casu propositæ. n. 3. vers. tamen & hoc fallit. colum. 2.* Bald. *in l. si sine. num. 10. vers. fallit propter publicam. C. ad SCt. Vellejan.* ratio, quia Respublica & pupillus æquiparantur, *l. 1. ibique gloss. C. de sentent. advoc. l. Imperatores 35. ff. de re judic. l. Rempubl. 2. C. de jure Reipubl.*

Limita V. fallere favore Ecclesiæ, propter quam tacens consentire ad se personaliter obligandum videtur. Tiraquell. *de privil. piæ causæ. privil. 131.* Socin. *cons. 291. Visis literis. n. 10. vers. clarum autem est. col. 8. vol. 2.* Rom. *in d. consil. 311. col. 2. in pr. & in l. quæ dotis. n. 65. vers. prima quod illud. col. fin. ff. sol. matr.*

Limita VI. quando consensus expressus in actu semel intervenit, nam ad continuationem ejusdem actus subsecuta taciturnitas pro novo consensu habetur. *l. item quæritur 13. §. qui impleto 11. ff. locat. l. legem 16. C. de locat.* Cephal. *cons. 478. Anno n. 43. vers. tertio ad idem. vol. 4.* quia voluntas semel declarata præsumitur adhuc durare, quæ non censetur mutata, nisi probetur, Baldus *in l. si sine. n. 10. vers. item propter actus. Cod. ad SCt. Vellejanum.*

Limita VII. in actionibus noxalibus, in quibus dominus tacens obligatur, quando prohibere potuit & noluit, *l. 3. cum seq. ff. de noxal. act.* Roman. *ad d. l. quæ dotis. n. 32. vers. fallit tertio.*

Limita VIII. in matrimonio, in quo contrahendo, si quis præsens fuerit, etiam tacens pro consentiente habetur. *cap. 1. §. porro. de desponsat. impuber. in 6.*

Limita IX. quando dolo vel fraude tacuit in deceptionem alterius, *l. 2. C. si res alien. pign. det. l. si sine 5. C. ad SCt. Vellejan. l. mulier. 11. C. de distract. pignor.* Jas. *in d. l. quæ dotis. num. 71. vers. quintus casus est. col. 13.* Et taciturnitate enim dolus præsumitur & arguitur. *l. quæritur 14. §. si venditor 9. ff. de ædil. edict.* Innocent. *in cap. cum dilecta. de præscript.* Bald. & Salicet. *in l. eos. §. Apostolos. Cod. de appellat.* Jas. *in l. paciſci. ff. de pact.* Corn. *consil. 190. col. 6. vers. tamen in casu. lib. 2.* Cravett. *cons. 83. n. 3.* Vult. *1. Cons. Marp. 15. n. 35.*

Limita X. quando tractatur de modico tacentis præjudicio, *l. Labeo 19. ff. de aq. pluv. arcend. l. qui bonæ 13. §. si quis juxta 7. ff. de damn. infect.* Bart. *in d. l. quæ dotis. n. 24. ff. solut. matr. ibidemque* Jas. *n. 75. vers. nonus & ultimus. col. 13. in fin.*

Limita XI. in diuturna scientia, quæ unà cum longa taciturnitate consensum inducit. Jas. *in d. l. quæ dotis. vers. undecimus casus col. 14.* quæ contra ipsum tacentem ob longam taciturnitatem præsumitur, *l. si quis 6. in fin. princ. ff. de pœn. fac. text. in cap. 1.* ibi: *cur tamdiu tacuit. de frigid.* Regn. Sixtin. *1. Consil. Marp. 11. num. 92.* Cravett. *consil. 148. n. 12.* Oldrad. *consil. 183. factum tale. col. 3.*

VII.

TACENS consentire videtur, *l. 2. §. voluntatem 2. ff. soluto matr. l. qui tacet 142.* ubi Decius & Cagnol. *ff. de Reg. Jur. l. 2. C. de acq. poss. l. si sine 5. C. ad Vellejan. l. si hypothecas 8. C. de remiss. pignor. l. 8. §. 15. quib. mod. pign. amitt.* C. A. *in tit. de commod. thes. 13.* Treutl. *1. consil. 5. num. 2.* Mynsi. *respons. decad. 1. respons. 2. n. 31. cap. nonne 5. de præsumpt. cap. qui tacet 43.* ubi Dyn. & Joh. Andr. *de Reg. Jur. lib. 6.* Caball. *de milleloq. 453.* Corset. *in sing. taciturnitas.* Ant. Scapp. *de jure non scripto, lib. 5. cap. 101.* Joseph. Ludov. *Perus. dec. 9. à num. 21.* Sebast. Medices *in tract. Mors omnia solvit. p. 2. conclus. 5. n. 21.* Menoch. *consil. 246. n. 26. & consil. 259. n. 14. & consil. 237. num. 25. & consil. 304. num. 30. & consil. 967. num. 15.* Mascard. *de probat. conclus. 1218.* Menochius *de præsumpt. lib. 3. præs. 9. num. 20.* Azor *Institut. Moral. p. 1. lib. 1. cap. 4. in princ.* Mar. Antonin. *Var. resol. lib. 1. resol. 92. n. 1.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 4. collect. 1040.* Hieronym. de Amatis *decis. 47. num. 13.* Sigism. Scacc. *de commerc. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 19. n. 129.* Joh. Mar. Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 82. à princ.* Alex. Trentacinq. *cons. 8. num. 3. & 4. tom. 2.* ubi *num. 6.* quod tacere est medium inter consentire & dissentire. [Ex taciturnitate enim arguitur voluntas & approbatio ejus, quod gestum, ut notant Dd. *in l. quæ dotis 23. ff. solut. matrim.* Felin. *in c. nonne. de præsumpt.* Cacheran. *decis. Pedem. 132. n. 10.* Vult. *1. Consil. Marp. consil. 15. n. 136.* Aliam rationem assignat Grotius *lib. 2. de Jur. Bell. & Pac. cap. §. 5.* quod sub factis moraliter veniant, & non facta considerata cum debitis circumstantiis, quod non esse generale, inquit Bachov. *1. disput.* Treutler. *6. thes. 1. lit. b. arg. l. 8. §. 1. de procur.* vid. Salicet. *in l. invito 17. C. de procurat.* ubi distinctè tradit, an & quando tacens pro consentiente habeatur.

Intellige in favorabilibus, *l. 1. §. pen. ff. nautæ, caupones. l. qui patitur 18. ff. mandati. l. si fidejussor. 9. in fin. C. eod. tit. l. si ut proponis 5. C. de nupt.* Costa *in l. si ex cautione, fallent. 4. n. 2.* Bald. *cons. 299. Dicunt. n. 5. vers. item contractus. lib. 1.* Clar. *§. donatio. q. 14. n. 5.* Covar. *in rubr. de testam. p. 3. n. 12. vers. verùm si donatarius.* Molin. *de primogenit. lib. 4. cap. 2. n. 76.* Menoch. *illustr. quæst. lib. 2. cap. 62. à n. 8.* Thomas de Thomasset. *in floribus legum, reg. 253. & 290.* Mascard. *de probat. concl. 1158. n. 25.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 42. n. 11. & 24. & lib. 6. præs. 99. n. 11.* Dn. Barbos. *in l. quæ dotis. n. 153. & 164. ff. soluto matrim.* Sanchez. *de Matrim. lib. 1. disp. 5. n. 5.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 8. lit. T. concl. 2. n. 1.* ubi *n. 2.* post Calder. *consil. 223. in fine. vers. & per hoc respondetur.* aliàs *2. de præbend.* limitat, ubicunque ultra consensum requiritur aliquid, quia tunc non sufficit tacitus consensus in favorabilibus. Novar. *d. q. 82. n. 1. vers. hoc tamen.* [cum quo congruit illud, quod legitur *Numeri 30. vers. 12.* Wann iemands Gesinde gelobt/ oder sich mit dem Eyde verbindet über seine Seele/und der Haushern höret/und schweiget darzu/ und wehrets nicht/ so gilt alle dasselbe Gelübde/und alles/was sie sich verbunden hat über seine Seele. *Dissent.* Clarus *lib. 4. qu. 14.* Colleg. Jurid. Arg. *de donat. thes. 12. in fin.*]

Limita primò in præjudicialibus, *l. invitum 5. ff. de servit. urb. prad. l. in eo 45. §. pen. ff. de ritu nupt.* Gemin. *consil. 53. circa fin. vers. nec isto casu.* Bald. *d. cons. 299. n. 5. vers. item contractus. lib. 1.* Alex. *cons. 84. In causa, in fine. lib. 7.* Covarr. *pract. cap. 15. vers. quintò deinde.* Thom. de Thomasset. *d. regul. 253.* Fachin. *controvers. Juris, lib. 8. cap. 64.* Menoch. *consil. 573. n. 12.* Surd. *decis. 302. n. 3. & cons. 349. n.* Cald. Pereira *de resol. emphyt. c. 11. n. 11. & de emt. & vendit. cap. 33. n. 81. & seq.* Dn. Barbos. *in l. 2. §. ult. à n. 6. ff. soluto matrim. & in d. l. quæ dotis, n. 153. & 164. ff. eod.* Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc jure. ff. de justit. & jure. p. 1. cap. 9. n. 81.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 38. n. 20. & cap. 68. n. 16.* Card. Tusch. *d. lit. T. concl. 3. per totam.* Mar. Antonin. *d. lib. 1. resol.*

resol. 59. casu. 1. Sanchez *d. disput. 5. n. 5.* Statil. Pacif. *de Salviano interd. insp. 3. c. 5. n. 59.* ubi *n. 60.* sublimitat, quando diuturna & longa taciturnitas, & patientia adesset, idem Gratian. *tom. 4. cap. 730. n. 40. & cap. 795. num. 5.* Joh. Mar. Novar. *d. lib. 1. q. 82. n. 1. vers. at secus.* Mar. Giurba *in consuetud. Messan. part. 1. cap. 14. gloss. 2. num. 5.* Reinoso *in observ. pract. observ. 61. num. 29.* etiamsi ultra taciturnitatem concurrat aliquis actus positivus, secundùm Mascard. *conclus. 1218. n. 51.* Surd. *decis. 32. n. 11. & decis. 264. n. 8.* contra Abb. *in cap. non injustè. col. pen. de procurator.* quem refert Cardin. Tusch. *d. l. T. concl. 3. n. 13.* [nec obstat *l. 1. C. de remiss. pign.* si dicatur ibi præjudicium esse præsens & irreparabile, aliud si reparabile, *l. 8. §. 15. quib. mod. pign.* declara etiam hoc per ea, quæ eleganter deducunt *Marpurg. 4. consil. 16. n. 111.*] In casu enormissimæ læsionis seu præjudicii tacens per totam vitam consentire non censetur, etiamsi leges aliàs ex certi temporis silentio consensum eliciant. *Cancer. Var. Resolut. Part. 3. cap. 2. num. 205.*

Sublimita in judicialibus, in quibus tacens consentire censetur etiam in sibi præjudicialibus, Tiraquell. *de jure mariti, gloss. 7. n. 37.* Surd. *decis. 47. n. 9.* Dn. Barbosa *in l. divortio. §. ob donationes. n. 14. ff. soluto matrim.* Jac. Cancer. *variar. resolut. lib. 1. cap. 20. num. 21. & cap. 7. n. 25.* Pacif. *d. inspect. 3. cap. 5. num. 86.* [facit eximiè *l. 11. §. qui tacuit de interrog. in jur. fac.* quia qui apud Magistratum interrogatus, non respondet, Magistratum contemnere videtur, Hottom. *in epit. d. tit. num. 9.*] Unde quod tacens, & non contradicens protestationi, quæ sibi fit, censeatur consentire etiam in damnosis, dicit Roman. *consil. 311. In casu. num. 2. & seq.* ubi *num. 4.* id extendit maximè in protestatione, quæ fit inter contrahentes ad dirimendum jus alterius. Hinc etiam tacens, & non contradicens negativæ positæ in judicio, quod quis impleverit aliquid, ad quod obligatur, censetur fateri negativum ex Cravetta *consil. 1. in fine. vers. secundo probatur*, quem refert Cardin. Tusch. *d. l. T. concl. 3. n. 17.*

Sublimita etiam favore Reipublicæ, pupilli, & Ecclesiæ, quia tacens habetur pro consentiente etiam in damnosis, Roman. *dict. consil. 311. n. 3.* Item favore piæ causæ, ex adductis per Socin. *consil. 291. Visis literis. n. 1. lib. 2.* Mandel. *consil. 153. num. 10.* Roman. *dict. consil. 311. num. 4.* Tiraquell. *de privileg. piæ causæ, privileg. 131.*

Secundò limita, quando jus resistit, quia tunc tacens consentire non videtur, gloss. *in cap. plerumq. 2. q. 7.* Mascard. *de probat. concl. 1153. n. 52.*

Tertiò limita, quando tacens contradicendo actum impedire non potuisset, quia tunc consentire non censetur, *l. Gajus 39. ff. de pigner. act. l. sæpè 63. vers. cur autem. ff. de rejudic.* gloss. *in l. sicut. §. non videtur. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca.* Menoch. *consil. 120. num. 10.* Surd. *decis. 294. num. 13. & decis. 302. n. 2.* Cald. Pereira *de emt. & vendit. cap. 33. num. 81.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 38. num. 21. & cap. 68. num. 16.* Rot. *decis. 513. num. 5. apud Farinacium, parte 1. recent.* Idem Gratian. *cap. 730. num. 41.* Pacific. *d. loco, num. 73.* Cùm aliàs in aliis casibus, quos tacens, si vellet, posset impedire, consentire videatur, *l. si fidejussor. 6. C. mandati.* Bart. *in l. quæ dotis. num. 22.* ubi Dn. Barbos. *num. 160. ff. soluto matrimon.* Neguzant. *de pignorib. membr. 4. part. 2. num. 152.* Covarruv. *d. cap. 15. n. 5. vers. tertiò.* Tiraquell. *de retractu lig. §. 1. gloss. 9. num. 149.* Mendoc. *de pactis. lib. 2. cap. 4. num. 37.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 99. n. 15. & consil. 58. n. 65.* Mascard. *concl. 1158. n. 47.* Fachin. *controvers. lib. 7. cap. 80.* Surd. *consil. 290. n. 22.* Cald. Pereira *de renov. emphyt. q. 16. n. 47. & 52.* [Sic taciturnitas subditorum in tolerandis gravaminibus collectarum, quas domini imponunt, non habetur pro consensu, cum videantur tacere propter metum & reverentiam. Caspar. Klock. *de contribut. cap. 7. n. 41.* Pro meliori itaque hujus axiomatis declaratione distingvi etiam solet inter taciturnitatem simplicem, & cum facto aliquo externo conjunctam, ut quoad prius referat, an quis contradicendo actum impedire potuerit, an verò non potuerit: ita, ut illo casu præsens & sciens, & nihilominus tacens, consentire videatur, per *d. reg. 43. ff. de Reg. Jur. in sexto.* maximè si de gravi ejus præjudicio agatur, Petr. Peck. *ad d. regul. 43. num. 5. vers. 7.* hoc vero taciturnitas præsenti nihil præjudicet. *l. Gajus 39. de pignor. act. l. Titia 87. §. Lucius 4. ff. de legat. 2.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 7. num. 4.* quoad posterius verò interfit, an illud sit ipsius tacentis, ut si is vel licitè, dum tamen de discursu protestatus sit, vel saltem sciverit jus suum salvum remanere, tum ei taciturnitas non præjudicat, *l. 8. §. 15. quib. mod. pignor. vel hypoth.*

poth. solv. Mascard. *1159. n. 51.* vel illicitè aut per contumaciam, aut dolum vel fraudem tacuisse intelligatur, quo casu eum semper præsumi consentire, patet *ex l. 2. C. si aliena res pignori dētur. l. 9. §. 1. quib. mod. pignor. solvitur.* an vero sit tacentis: & tum in delictis innoxia alterius præsentia, atque taciturnitas consensum non inducet, *l. qui vas 48. §. 22. vers. vetare de furt.* Mascard. *concl. 1159. n. ult.* ubi *n. 52. ibid.* hoc generaliter concludit de omni actu, qui juris dispositioni repugnat.

Sublimita hanc limitationem, quòd favore Reipubl. etiam is, qui actum impedire non potest, tacendo consentire censeatur, e.gr. Pater non contradicens, quando filiusfamilias Decurio fit. *Brunnem. ad l. 1. C. de Filiisfam.*

Distingvi etiam solet ita, an id, de quo agitur, sit pro tacente, ubi verius est, tacentem non haberi pro consentiente; imputare enim sibi debet, quod non responderit, cum posset, cum videatur animo repudiandi, & quod ab altero beneficium accipere nollet, tacuisse: an vero sit contra tacentem, ubi tamen interest, an factum aliquod, ex quo consensus colligatur, intercedat: nec ex parte tacentis sibi, sed alterius cujusdam, & tum qui pro se patitur aliquid fieri, consentire, imò mandare videtur, *arg. l. qui non 60. de Reg. Jur. & l. qui patitur 18. ff. mandat.* nec is, qui alterius contemplatione intercessit, morari debet in damno, ita obligatur depositi, qui tacet, ubi aliquis in ædes ejus deponit: an verò non intercedat, & tum taciturnitas non inducit obligationem aut consensum, ut si quis mandet alicui curanda negotia, & ille taceat. *l. 27. §. morte 3. ff. mandat.* Bachov. *in Comment. de pact. sub rubr. de secunda divisione pactorum.* vid. & Salicet. *in l. invitas 17. C. de procur.*

Hinc ultra has distinctiones, vel varias cautelas, quas accumulat Nicol. Valla *de reb. dub. tr. 10.* infert (1.) quod creditori non obsit, si eo præsente fundus oppignoratus fuerit venditus. *l. Cajus 39. de pigner. act. l. sicut 8. §. non videtur 15. quib. modis pignor. solv.* quia sciebat jus suum nihilominus durare, & salvum esse, prout colligitur *ex d. §. 15.* (2.) E diverso si heres ex parte indivisa vendiderit prædium præsentibus cohæredibus, hoc illis noceat. *l. quidam 12. de Evict.* potest (3.) huc referri casus, *l. apud Celsum 4. §. quæsitum 12. de except. dol.* ita etiam (4.) cuicunque habenti jus in re vel ad rem petendam ex causa lucrativa præsentiam nocere, textus est *in l. si fundum per fideicommissum 92. de legat. 1.* Unde est, quod taciturnitas agnati non præjudicet agnato, si adsit feudi alienationi. vid. Goth. Ant. *disp. feud. 9. th. 4. lit. E.*

CAP. II.

Tacitum.

Axioma I.

Tacitum facilius revocatur, quàm expressum, Pantschman. *lib. 2. quæst. practicar. qu. 13. n. 65.* cum expressum potentius operetur, quàm tacitum, *l. si ex pluribus 9. de fuis & legit. l. penult. ff. de injust. rupt. irrit. test. l. 2. §. ult. de bonor. possess. secund. tabul. cum congestis* à Tiraquell. *de LL. connub. gloss. 7. verb. expressum. n. 40.*

II.

TACITI & expressi idem est judicium, *l. cùm quid 3. ff. si certum petatur. l. si filiusfam. 14. ff. eod. tit. l. ult. ff. de legat. 2. l. item quia 4. ff. de pactis. l. ult. C. qui bonis cedere possunt.* [*l. 94. l. 99. de V. O.* exemplum vid. apud Gilcken *in l. 12. C. de pact.* & in prohibitione L. Falcidiæ Bachov. *in not. ad Wesembecium de L. Falcid. n. 8.*] Federic. de Senis *consil. 100. Factum. in princip.* Covarruv. *in cap. quamvis pactum, de pact. lib. 6. part. 2. in init. num. 6. in med.* Menchaq. *controvers. illustr. cap. 33. n. 26.* Menoch. *consil. 198. num. 54. & consil. 183. n. 8. & 30. & consil. 461. num. 45. & de præsumption. lib. 4. præs. 40. num. 8.* ubi intelligit, quando tacitum inest præcisè & simpliciter, secus si limitatè, Flamin. *de resignat. benefic. lib. 1. q. 1. num. 3. cum seqq. & quæst. 13. num. 13.* Escobar. *de ratiocinat. cap. 7. num. 7.* Francisc. Molin. *de ritu nuptiar. lib. 3. quæst. 80. num. 30.* Morl. *in emporio Juris, part. 1. titul. 8. quæst. 24. per totam.* Ugolin. *de officio, & potest. Episcopi, cap. 7. §. 2. n. 7.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloss. 14. num. 64.* Anton. de Sousa *in relect. de censuris Bullæ in Cœna Domini. cap. 24. disput. 101. num. 2.* Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 3. cap. 7. n. 61.* Campan. *in diversorio Juris Canon. rubr. 12. cap. 4. n. 3.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 8. lit. T. conclus. 7. cum duabus seqq.* Hermosil. *l. 2. gloss. 5. num. 1. 2. & 6. tit. 1. part. 5.* Joseph. Vela *dissert. 12. n. 12.*

Intellige, quando tacitum includitur in natura expressi, secus est si non sit de natura expressi, nec inducatur sub expresso, secundùm Mar. Antonin. *variar. resolut. lib. 2. resolut. 57. num. 72.* Intellige etiam, quando utrumque procedit ex potentia ejusdem causæ, ut declara-

vit

vit Rota *decis. 608. n. 2. apud Farinacium, parte 2. recent.*

Amplia in ultimis voluntatibus, quia in illis tacitum pro expresso habetur, ut per textum *in l. inter vestem 33. ff. de auro & arg. leg. & in l. in conditionibus primum locum 19. ff. de condition. & demonstrat.* [ferè enim semper in jure nihil interest, expresseritne testator aliquid, an vero intellexerit, *l. Lucius 79. §. Maritus 14. ad SCtum Trebell.* Cujac. *latè lib. 18. qq.* Papinian. *ad l. 87. de legat. 1. p. 466. lit. B.*] resolvunt Bart. *in leg. cùm quid. col. 2. num. 9. vers. & pro hujus solutione. ff. si certum petatur. & ibi* Bald. *col. 3. vers. in gloss.* Angel. *col. 2. n. 2.* Fulgos. *col. 2. n. 7.* Salicet. *col. 1. n. 3.* Ludov. Roman. *col. 3. in princip. n. 11.* Socin. *col. 4. n. 23.* Corn. *col. 2. n. 6.* Dec. *col. 5. num. 22.* Joh. Bolognet. *n. 51.* & alii, quos refert Rendina *in promptuario recept. sentent. tom. 1. titul. 100. n. 16.*

Amplia: interdum tacitum plus operatur, quam expressum. Ita enim juramentum calumniæ tacitè remitti potest, non expresè. *Perez. C. de privil. Scholar. n. 14.*

Primò limita, quando agitur de annullando actum, quia tunc plus operatur expressum, quàm tacitum. [*tot. titul. ff. & C. si pendente appellat. mors interven. l. 3. Cod. eodem.*] Alex. *consil. 59. Attentis narratis. n. 15. vers. non obstant. lib. 3.* Hyppol. Rimin. jun. *consil. 164. Dubitatur. num. 15. lib. 2.* Card. Tusch. *d. lit. T. concl. 7. n. 35. & 36.* Sicut etiam ubi agitur de effectu exclusionis & privationis, quia tunc par non est virtus taciti & expressi, Curt. jun. *in l. cùm quid. num. 15. vers. octavus casus. ff. si cert. pet.* Menoch. *d. lib. 4. præs. 40. num. 10.*

Secundò limita in prohibitis, in quibus tacitum non operatur quantum expressum, quia ex tacito non infertur consensus circa prohibita, Castrens. *cons. 259. Circa primum, in princ. lib. 2.* Cravett. *consil. 200. n. 7.* ubi *n. 8.* subdit, quòd tacitus consensus non est tantæ potentiæ, quantæ est expressus in iis, quæ sunt contra Regulas Juris communis, Cardinal. Tusch. *d. lit. T. concl. 7. n. 39. & 41.*

III.

TACITI & conjecturati par est virtus cum expresso, Alex. *cons. 109. Super prima, num. 17. vers. præterea in quæstione, prope fin. lib. 7.* Cardin. Tusch. *d. lit. T. concl. 7. num. 13.*

IV.

TACITUM non producit aliud tacitum, secundùm Decianum *consil. 49. n. 50. lib. 2.* Cardin. Tusch. *d. lit. T. concl. 10. per totam;* unde evenit, ut si quis faciat actum, qui tacitè importat aditionem, illa aditio tacita non possit operari, quod censeatur renunciatum beneficio inventarii, prout si aditio esset expressa, ut tenent Cephal. *consil. 139. n. 13. lib. 1.* quem referunt Fanuc. *in tract. de inventar. in præfat. n. 26. circa finem. &* Card. Tusch. *d. lit. T. concl. 7. n. 26. & concl. 10. n. 7.*

V.

TACITUM, resultans ex expresso, cessat, cessante expresso, *l. 3. §. fin. ff. de servit. rustic. præd.* Castrens. *consil. 106. Incipiendo. num. 3. l. 2.* ubi declarat, ut procedat, quando subest eadem ratio, vel quando tacitum per se stare non potest, aliàs secus, prout eum refert Card. Tusch. *d. lit. T. concl. 12. num. 1. & 2.* ubi numeris seqq. limitat, quando tacitum, resultans ex expresso, est æquè principale, & quando diversa ratio est inter expressum & tacitum.

CAP. III.

Tale, Talis.

Axioma I.

Aliud est tale, aliud haberi pro tali, *l. si maritus 15. §. Legis. ff. de adult.* Dec. *consil. 73. in causa, quæ Lucæ. col. 3. n. 7. p. 2.* Ludov. Gomez. *in §. item si quis. Institut. de action. n. 18.* Unde si quid requiritur esse tale, non sufficit esse, nisi etiam ostendatur esse tale, *l. non ignorat 9.* ubi Bart. & Bald. *C. de his, qui accusar. non poss. l. Julius 81. §. 1. l. Lucius 83. ff. de condit. & demonstrat.* quia qualitas adjecta restringit & declarat dispositionem, Joh. Petr. Surd. *consil. 179. num. 41. & consil. 274. num. 14.* ideoque probari debet. Surd. *dict. consil. 180. n. 7. & 207. n. 8.* Joh. Andr. *in cap. 1. de homicid. in 6. & consil. 148. per l. 1. §. 3. vers. quod autem ait.* ubi Bart. *ff. ne quid in flumin. public.* Johann. Gœdd. *1. Cons. Marpurg. 24. num. 270.*

II.

Tale unumquodque est, quale vulgo habetur, *l. 1. §. lumen 1. ff. de fluminib. gloss. in l. ubi adhuc. Cod. de jure dot. & in l. licet. C. de locat.* Vult. *3. Consil. Marp. 21. n. 135.* glossi. Ant. de Butr. Imol. Ancharan. *in clem. per literas de præbend. & in c. accessorium. col. 2. de R. I. in 6.*

III.

Per quod unumquodque tale, illud magis tale, *Auth. multo magis. post l. jubemus. 14.* & ibi Bald. Castrens. A. Barbos. *num. 4. C. de SS. Eccles.* Wesembec. *1. consil. 43. num. 470. consil. 44. num. 10. & consil. 50. num. 20.* Hartman. Pistor. *1. quæst. 49.*

Quam

Quam regulam pati multas instantias, testis est Scharf. *disp. Metaph. 10. append. 2. axiom. 10.* Idcirco cautelas has observari svadet (1.) Prædicatum, juxta quod duo invicem comparantur, debet ambobus competere seu utrique, nec (2.) formaliter debet recipere magis & minus, (3.) debet esse diversum numero respectu utriusque; alii etiam addunt (4.) quod valeat in causis per se insufficientibus ejusdem generis. Quod si ergò una harum conditionum desit, non valet Axioma, v. c. non valet hæc collectio: Homo incalescit vino, seu calidus est propter vinum: Ergò vinum est magis calidum, quia scilicet prædicatum illud, calor, non competit ambobus subjectis, cum vinum non sit calidum formaliter. Similiter non valet: Filius est homo propter patrem: Ergò magis est homo, quia scilicet esse hominem, non recipit magis & minus. Ita non valet: Homo videt propter oculum: E. oculus magis videt, quia visio hominis & oculi est una numero, non diversa; neque etiam valet hæc collectio: paries est albus propter pictorem dealbantem: Ergò pictor est magis albus. Respondemus enim & Æthiopem esse posse pictorem, albedo enim pictoris non est causa per se & necessaria, secundum quam influat effectus in parietem, cum per albedinem sitam in penicillo paries dealbetur.

Limitari etiam solet ea, ut non procedat, quando tertium comparationis membrum non utrique ineſt, vid. Dannhaw. *q. 3. de fortitudine. §. 86.* ita videmus cognatos viri & uxoris fieri inter se affines, cum tamen vir & uxor invicem non sint affines.

CAP. IV.
Talio.

Axioma I.

Lex Talionis omni jure est recepta, Vasquez *lib. 1. illustr. contr. cap. 24. n. 16.* Quod enim tibi non vis fieri, alteri non feceris, & viceversa: quod quisque sibi fieri velit, id etiam aliis tribuere & permittere debet, *Matth. 7. v. 14. can. 1. distinct. 1. can. justum. 2. distinct. 9. cap. pro illorum 22. de præbend.* Wesemb. *in parat. quod quisq; jur. statuer. in aliis eo ut. n. ult.* Aleman. *consult. 8. P. 3. pag. 808.* Speckhan. *centur. 3. class. 1. qu. 5.* apud judicem enim d strictum, in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, *cap. qualiter. 17. de accus.* Hinc Augustin. *in can. si ducturi 2. caus. 32. q. 6.* si ducturi estis uxores, servate vos uxoribus vestris: Quales vultis eas invenire, tales & ipsæ inveniant vos. Quis juvenis est, qui non castam velit ducere uxorem? Et si accepturus est virginem, quis non intactam desideret? Intactam quæris? Intactus esto. Puram quæris? Noli esse impurus. *jung. can. ult. eod. & can. apud nos 20. caus. 32. q. 5.*

Limitationes hujus regulæ varias vid. in tractatu meo *de obligationib. succeſſ. in offic. cap. 7. th. 2.* Itaque Fiscus usuras accipit, non dat. *Perez. C. de Fiscal. usur. n. 4.*

II.

Talionis pœna puniri debet, non probans, quod intendit contra alium, *c. 1. extr. de cal.* unde & talionem recipiat calumniator, si in accusatione defecerit, *cap. calumniator. & seq. 2. qu. 3. l. fin. Cod. de calumn.* generali tamen consvetudine hodie eo deventum est, ut pœna Talionis amplius locum non habeat, prout testantur Covarruv. *variar. resolut. lib. 2. cap. 9. num. 1.* Ægid. Boss. *in tract. caus. criminal. titul. de accusatione. num. 17. & tit. de prævaricat. n. 8.* Simanc. *de hæretic. cap. 62. n. 55.* Salicet. *in l. non ideò minus. n. 3. Cod. de accusat.* Cacheran. *decis. 19. n. 3.* Alciat. *lib. 9. pareg. jur. cap. 8. lit. b.* Clar. *recept. sentent. lib. 3. §. fin. q. 12. n. 7. vers. ratio autem. & q. 81. n. 3.* ubi addit, pœnam Talionis consvetudine ob hanc rationem abolitam esse, quod propter rigorem hujusmodi pœnæ multi ab accusatione abstinerent, & pauci reperirentur, qui cum capitis sui periculo vellent accusationes criminales proponere, vid. Menoch. *in tract. de arb. judic. cas. 722. n. 3.* Zas. *in l. 1. §. editiones. n. 14. de edend.* Regner. Sixtin. *3. consil. 16. n. 11.*

CAP. V.
Tarditas.

Tarditas & negligentia pari Jure censentur, & tarditas in causis publicis latæ culpæ tribuitur, *Perez. C. de Fabricens. n. 13. seqq.*

CAP. VI.
Taxativa.

Taxativa oratio est negativa residui vel exclusiva illius, quod oratione non est expressum, Bart. *in l. 1. num. 1. vers. pro cujus declaratione. ff. si quis jus dicent. non obtemp.* ibidemque Jas. *n. 9. vers. regula est. col. 3. in princ.* vid. Wesemb. *7. consil. 301. n. 15. & seqq.* Dictiones enim taxativæ affirmativè positæ excludunt ex proprietate sermonis omnes casus, & personas, & quicquid denique ab eis non est inclusum, *c. cum Ecclesia Sutrina 3. §. pars Canonicorum extr. de caus. poss. & propr.* Bald. *in l. si quis ex consensu. in 2. notab. C. de Episcop. audient. & in l. ita nobis pudor. n. 1. C. ad L. Jul. de adulter.* Dec. *in l. 1. col. 3. vers. ex quib. etiam infertur. C. de bonor. possess. contr. tab.* Abbas *in d. cap. cum Ecclesia. §. pars Canonicorum. num. 9. col. 2.* Bellamer. *n. 16. vers. 5to. opponitur. col. 8. in fin.* & Butr. *num. 18. col. 5. in princ.* Felin. *in cap. contingit. num. 2. vers. per istum textum in verb. col. 1. extr. de fid. instrument.* Castrens. *in l. nationes. §. ejusdem juris. num. 2. C. de probat.* Ripa *in l. si constante n. 2. vers. ista regula. col. 19. solut. matrim.* Curt. jun. *in l. 1. num. 7. vers. secundo habetis. ff. si quis jus dicent.* Unde in materia odiosa, non favorabili, hoc maximè procedere, declarant Bart. *in l. si constante. num. 42. quæst. 9. vers. contr. secundum membrum. col. 7. ff. solut. matr.* quem seqvuntur Castr. *in l. si mora. n. 3. vers. in textu. ibi dolum ma-*

malum. col. 1. ff. eod. ibique Aretin. *in 2. notab. col. 1.* Bald. *in l. nullus. in fin. C. ad L. Jul. Majest.* Tiraquell. *de retract. convent. §. 1. gloss. 6. num. 6. vers. nam & dictio taxativa.* Everhard, *in loc. Top. loc. 72. vers. secundo limitatur, de modo arguendi.* Cravett. *de antiq. temp. in cap. transeo nunc 120. vers. sublimitatur, in quarta parte.* Cephal. *consil. 257. pactum n. 24. vers. benè facit. vol. 2.*

Declara & limita I. non procedere, quando produceretur juris correctio: respectu enim contrarietatis potest extensio fieri non obstante taxativa, Bart. *in l. 8. §. cum Titio. ff. de adim. legat. & in l. 1. ff. si quis jus dicent, non obtemp.* Joh. de Imol. *in l. si vero.* quam exponit *in l. dotalem. §. de viro. n. 23. vers. an autem per dictionem taxativam. col. 5. solut. matrim.* Anchar. *in cap. canonum statuta. n. 239. vers. quæro juxta prædicta. col. 95. extr. de constit.* Corn. *consil. 172. in hâc consultatione. lit. E. vers. hinc aliàs dubitatur col. 3. vol. 4.* Aretin. *consil. 27. proponitur. n. 4. vers. præterea per tacitos. col. fin.*

Declara II. non procedere, quando extensio fieret autoritate alterius Legis extensionem facientis, ut patet *in l. 1. ff. si mensor. falsi. mod. dixer. l. contractus 23. ff. de R. I.* Salicet. *in l. 1. C. de bon. poss. contr. tab.* Bart. *in ob. æs. C. de prad. minor.*

Declara III. non obtinere, quando sumus in dispositione favorabili & pia: nam tunc licet Lex non extendat, potest tamen ab homine fieri extensio ad casum similem vel eandem, aut similem rationem continentem, Bart. *in l. servi nomine. ff. de Usucap.* Castr. *in d. l. si mora. n. 33. col. 1. ff. solut. matrim.* ibique Aretin. *in 2. notab. col. 1.* etiamsi taxativa esset geminata, Alex. *consil. 103. n. 6. vers. nec obstat, quod dicatur. col. 3. vol. 4.* Cagnol. *in d. l. 1. n. 13. vers. limita prædictam. ff. si quis jus dicent.* vel si taxativa consisteret in materia indifferenti, h. e. quæ nec multum favorabilis, nec multum odiosa esset. Roman. *cons. 456. n. 4. vers. tertio deducitur. col. 2.* Cravetta *in cap. transeo nunc. sub n. 120. vers. amplius licet. dispositio in quarta parte. de antiq. tempor.*

Declara IV. quod sicut taxativa non excludit casus similes per alias leges expressas, vel casus eos, in quibus est eadem ratio, Bachov. *1. disput. 25. thes. 7. lit. f.* ita etiam non excludit ea, quæ de consvetudine veniunt, Felin. *in c. Pastoralis. vers. limita tertio. col. 2. extr. de offic. ordin.* Cott. *in verb. tantum vers. ulterius etiam est notandum. lib. memor.* maximè si esset licita, Everhard. *d. loc. 72. vers. tertio istud limitatur.*

Declara V. quod taxativa non excludat casus similes, quando non excludendo redundaret absurdus intellectus, Angel. *in l. cum notissimi. col. 2. vers. & nota benè quod dicit. C. de præscript. 30. annor.* Jas. *in l. si constante. n. 79. col. 15. vers. præterea dictiones taxativæ. ff. solut. matrim. & in dict. l. 1. n. 11. vers. pro ista fallentia. col. 2. ff. si quis jus dicent, non obtemp.*

Declara VI. quod non excludat ea, quæ sunt de natura contractus. *Clem. exivi. §. cum autem naturu de V. S.* Felin, *in cap. cum causa. n. 3. vers. obstat istis. col. 2. in fin. extr. de sent. & re judic.* Jas. *in l. actionem. n. 4. vers. ego sequor. col. 2. C. de procurat.*

Declara VII. idem esse de iis, quæ sunt de accessoriis vel appendiciis ad actum, Cravett. *d. loc. n. 121.* Anan. *consil. 36. n. 3.* quem sequitur Curt. jun. *consil. 129. præsupponitur, in fin.*

Declara IIX. quod non procedat etiam in his, quæ sunt majora expressis, v. c. si concederetur alicui jurisdictio specialiter & taxativè, non tamen censebuntur exclusi alii judices majores, quibus ordinaria rei cognitio competebat, Bald. *in consil. 253. visis omnibus prædictis. n. 2. vers. sed prædictis obstare videtur.*

Declara IX. quod taxativa non excludat, quando aliter de mente disponentis, puta si collector habuerit potestatem substituendi unum subcollectorem tantum, nihilominus tamen plures substituere, nimirum unum post alium ex verisimili mente restatoris potest, Rota *in decis. 265. si collector in novis.*

Declara X. non subsistere quando adesset æquipollens. Castrens. *consil. 157. ad primum quæsitum. col. 1. vers. sed certè etiam attenta forma. vol. 2.*

Declara XI. quod taxativa non aspernetur similes personas, qualis est persona heredis & defuncti, Dec. *consil. 211. viso puncto in fin. per leg. si necessarias 8. §. de vendendo 4. ff. de pignorat. act. l. stipulatio ista 38. §. sed si quis. ff. de verborum obligation.* Gozadin. *in consil. 60. prima facie. n. 20. vers. nono col. 4.* Bertachin. *in tract. de Gabell. q. 12. n. 35. vers. item verum est. P. 1.*

Declara XII. ut taxativa in rescriptis non excludat ea, quæ sunt magni præjudicii, & regulariter à rescribente non soleat excludi, puta, si Princeps rescriberet, ut talis procedat super meritis causæ tantum, & nullas exceptiones admittat, tum poterit judex admittere exceptiones sub- & obreptionis contra rescriptum, & suspicionis contra judicem & falsi procuratoris, & alia similia, quæ magni sunt præjudicii, ut tradunt eleganter Cæpoll. *consil. 63. Duo sunt. n. 15. vers. plus etiam dico, quod si Rex. col. pen. in civilib.* Cravett. *in d. cap. transeo nunc. n. 123. vers. nunc non procedit, p. 1. de antiq. temp.*

CAP. VII.

Temeritas.

Axioma I.

Temerarium omne repellitur, *cap. multi in med. 2. quæst. 1.* ita temerarium juramentum non servandum esse, textus est *in cap. sicut 13. extr. de jurejur.* quamvis non repellat à testimonio, *cap. venerabilis 11. extr. de testib. cog.* ita temerariam audaciam appellantium & effrænatam appellationum frequentiam refrænari debere mandat *cap. quamvis 10. de Election. in 6.* quin imò & temerè litigatorem, judici, coram quo litigat, con-

contradicentem, arbitrio superioris puniendum esse, docet *cap. dilectus 11. extr. de pœnis.*

II.

Temeritas aliena nemini nocere debet, *l. meminerint 6. §. sin autem. 6. C. unde vi.* & ideo temeritas judicandi non ei, qui judicatur, sed judici nocet, *cap. temerarium 11. q. 3.*

III.

Temeritas agentium etiam extraordinaria pœna vel animadversione coërceri potest, *l. qui crimen 3. C. de his, qui accusari. l. si uteris 2. Cod. de fid. instr.* Concennat. *quæst. juris sing. lib. 1. q. 8. num. 15.*

IV.

Temeritas sine calumnia etiam cum bona intentione esse potest, *cap. is autem 4. §. nemo mentiens 22. q. 2.* reperimus enim in jure temeritatem duplicem, ita ut ea largè considerata contineat sub se calumniam, prævaricationem & tergiversationem, *cap. si quem pœnituerit 8. §. accusatorum temeritas 2. q. 3. & l. 1. ff. ad SCtum Turpill.* & de hac temeritate loquitur etiam textus *in clem. 1. §. si quis autem præmissorum, de stat. Monach.* ubi Cardin. *in princ.* dixit, eum temerarium dici, qui scienter & ex proposito, & sine causa rationabili aliquid de prohibitis facit, vel præcepta cùm potest facere, negligit, cùm in stricta & propria significatione accipiatur solummodo, ubi aliquid sine judicio & inconsideratè, sineque consilio efficitur. Archidiaconus Joh. Andr. & Dominic. *in cap. quia plerique. in princ. de offic. ordin. in 6.* & de hac acceptione textus est *in d. cap. is autem. §. nemo mentiens,* ubi habetur, quod ille, qui falsum dixit, quod putabat esse verum, non sit arguendus mendacii, sed temeritatis, quia falsa incautus credit, ac pro veris æstimat, confer & Cicer. *in quæst. 1. Academ.* ubi dixit, temeritatem esse, quando aut falsa, aut incognita res probatur, qua de causa hoc respectu talis facilitatis veniam continere, & inconsultus calor calumniæ vitio carere dicitur, *d. cap. si quem pœnituerit*, ac pro subjecta materia aliquando punitur, quandoque non punitur, Pacianus *lib. 2. de probat. cap. 45. n. 80. & consil. 18. n. 36.*

CAP. IIX.

Temperantia, Temperatio.

Axioma I.

Temperantia animæ & corpori prodest, *cap. nihil 28. de consecr. dist. 5.* & in moribus. *cap. qui Episcopus 2. in princ. 2. dist. 23.* & in pœnis infligendis attenditur, *cap. disciplina 9. in pr. 49.*

II.

Temperari possunt quædam constitutiones, quædam non, *cap. ult. dist. 14.* & aliquando etiam rigor juris ratione ætatis temperatur, *cap. ult. extr. de sentent. excomm.*

CAP. IX.

Tempus, *vide supra* Præsens. Præteritum.

Axioma I.

Tempus consiliorum dator est optimus, ut refert ex Plutarch. Cælius Rhodigin. *in cap. 9. lib. lect. antiq.* Quam ob rem Thales Milesius (ut refert Diogenes) interrogatus, quid esset antiquissimum omnium? respondit, DEUS, qui est ingenitus; quid pulcherrimum? mundus; quid maximum? locus, capit enim omnia; quid velocissimum? mens, discurrit enim per universa; quid fortissimum? necessitas, cuncta enim superat; quid sapientissimum? tempus, nam omnia invenit. De mentis autem velocitate not. Bald. *in l. Arethusa. n. 13. de stat. hom.* quod velocissimum tempus entium sit intellectus, quoniam ubi tempus non invenitur in motu distinctum, tamen in intellectu reperitur distinctum; præcurrit enim intellectus omnem temporis velocitatem, & ideò intellectus ordinat etiam futura, quia præcurrit, antequam fiant, & sic apparet prius & posterius posse esse in intellectu, licet in tempore naturali sit unum & idem instans. Mortalium enim tempore vita producitur, & tempore consumitur. Pacian. *2. de probat. cap. 25. n. 1.* adeò ut non sine ratione Mythici scriptores tradiderint Saturnum, cujus nomine tempus figurabatur, filios suos devorare solitum, de quo Fulgent. *in cap. 2. in verb. Saturnus. lib. 1. Mythologicor.* significantes tempus omnia producere & omnia ad nihilum redigere, de qua re multa tradit Tiraquell. *in §. 1. gloss. 4. de præscript. pag. 74.* ubi vid.

II.

Tempus ab eo probandum est, qui suam intentionem in tempore fundat, *l. matrem 17. C. de probat. l. sed etsi 7. §. Publiciana tempus 14. ff. de publician. act. l. eum actum 17. ff. de negot. gest.* Castr. *in d. l. matrem.* ibique Bart. *in 2. lectur. n. 7.* & Bald. *in princ. num. 3. vers. unde super hoc datur. vol. 1.* & Selicet. *n. 1. vers. ex quo colligi.* Socin. *consil. 67. pensatis. n. 2. vol. 4.* Ruin. *consil. 67. in quæst. num. 5. vers. & est regula. vol. 1.* Bart. *in l. si is qui, in fin. ff. de jure fisc.* Bald. *in l. si minorem. num. 3. vers. item adde. C. de in integr. restitut. & in l. de rebus. C. de donat. ante nupt.* Aretin. *in cap. in præsentia. n. 17. vers. unde secundum. sub notab. 8. col. 4. extr. de probation.* ibidemque Dec. *n. 51. vers. duodecimo nota. col. 6.* Felin. *num. 12. vers. in text. ibi non elidit.* Salicet. *in l. fin. C. an serv. ex suo facto.* Alex. *consil. 100. super. 1. num. 2. vol. 1.* Menoch. *de præsumpt. 49. lib. 2.* Natta *consil. 100. viso in fin. & consil. 177. habet num. 9. & consil. 204. versitur. n. 11. vers. nam cum necess. vol. 1. consil. 572. valdè. num. 17. vers. & hoc procedit. vol. 3.* Cephal. *consil. 82. hereditas. num. 51. vol. 1.* Nec sufficit quælibet temporis probatio, sed oportet, ut sit præcisa & limitata ad illud tempus, quod fuit in judicium deductum, Neguzant. *part. 5. de pignor. membr. 2. n. 44.* alioquin si de alio tempore probatio fieret,

ret, nihil valeret, etiamsi in libello clausula illa salutaris esset posita, nimirum peto mihi jus & justitiam favorabiliter administrari, ratione potissimum ea, quia diversitas temporis facit, ut factum censeatur esse diversum, sive simus in causa civili sive criminali, ut ait Natt. *consil. 53. viso. n. 2. vers. venio ad secundum. vol. 1.* Neque etiam temporis probatio facienda est solum, quando tempus est de essentia ipsius obligationis, vel de præferentiis unius obligationis ad alterum, vel unius rescripto ad alterum, ut apparet *ex cap. duobus 14. de rescript. in 6.* verum etiam quando tempus est de concomitantiis ipsius contractus, ut tradit Bald. *in l. 1. n. 13. vers. pone ergo contra. col. pen. C. si plures una sent.*

Limita I. ut non procedat, quando præsumptio esset in favorem illius, qui in tempore se fundavit, tunc etiam onus probandi transferretur vigore præsumptionis, Aretin. *in cap. in præsentia n. 17. in 5. notabil. vers. unde secundum Dn. Abb. col. 4. extr. de probat.*

Limita II. non procedere favore fisci agentis hypothecaria adversus privatum. Bart. *in l. 1. n. 4. vers. pro cujus evidentia. C. de jure fisci.* Bald. *in l. si debitor. C. de privil. fisc.* Angel. *in l. matrem, in fin. C. de probat.* Bolognet. *in l. 1. vers. sexto ampliatur. ff. solut. matrim.* ibidemque Ripa *n. 4. vers. confirmatur. col. 3.*

Limita III. in dote, cujus favor operatur, ut si duo instrumenta reperiantur eodem die facta, nec constare possit de illorum prioritate, onus probandi transferretur in illum, qui posteriore loco instrumentum factum esse dixerit, quia privilegium dotis est, ut prius constituta præsumatur, Bald. *in l. ad exactionem. n. 7. vers. item speciale est in dote. C. de promiss. dot.* Dec. *in l. in ambiguis, in princ. ff. de R. I.*

Limita IV. si concernat favorem piæ causæ vel libertatis, Roman. *in Authent. similiter. num. 30. vers. decima tertia. C. ad L. Falcid.* Socin. *in d. l. 1. n. 4. cum seq. ff. solut. matrim.* ibidemque Ripa *n. 5. vers. stat igitur concl. col. 3. &* Jas. *n. 3. vers. quarto amplia.*

Limita V. non obtinere favore possidentis, *cap. si à sede 31. de præbend. in 6.* ubi habetur, quod si unus à Papa vel ejus legato impetraverit beneficium ab ordinario, nec appareat, quæ collatio prior, & quæ posterior sit, præsumitur prior facta collatio illius, qui est in possessione, & allegant contrarium, incumbit onus probandi. Soc. *consil. 67. eadem die. col. 3. vers. secundo si probaretur. vol. 2.*

III.

Temporis integritas primum principium non excludit, Bald. *consil. 457. n. 3. vers. ut qualitercunq; ponatur. vol. 1.* Pacian. *1. consil. 27. n. 37.*

IV.

Tempore egemus, ut aliquid maturius definiamus, *cap. ponderet. 14. dist. 50. &* Dominic. *ibid. in 2. notab.* ubi inquit: Nota quoad hoc, ut quis dicatur facere actum mature, requiritur dilatio temporis, & id, quod fit sine dilatione & temporis intervallo, dicitur factum præcipitanter, & ordinem corrumpere. Tempus enim, ut Philosophus ait, sapientissimus est monitor, seu ut Nazianzenus dixit, nullus melior est tempore consiliarius. Hinc Cicero prudenter *1. offic.* quod ille, qui vult effugere illud vitium, ne incognita pro cognitis habeat, iisque temere assentiatur, ad res considerandas & tempus, & diligentiam adhibere debet. vid. Consil. Argent. *l. consil. 110. n. 23. cum seqq.*

V.

In solo tempore qui se fundat, dicitur inniti circumventioni temporis, §. *volumus. Auth. de iis, qui ingred. ad appell. Novell. 49. cap. 1.* Bald. *in consil. 184. col. 1. in fin. vol. 1.* Panorm. *cons. 71. col. 1. vol. 2.* Jas. *consil. 159. col. 3. vol. 2.* Fichard. *consil. 42. n. 7. vol. 2.* Vult. *1. Consil. Marpurg. 22. num. 95.*

VI.

Tempus alicui rei præfixum est de forma ipsius rei, Bald. *in Auth. quod supplicatio, in fin. C. de precib. Imp. offer.* ibique Salicet. Castr. *in l. si ea. in princ. ff. locat. per text. in l. scire 13. §. consequens 4. de excusat. tut.* Regner. Sixtin. *1. Consil. Marp. 11. n. 31.* Tempus enim ad formam pertinet. Bald. *in l. ordo. C. de execut. rei judic.* Marsil. *consil. 65. num. 4. & consil. 117. n. 5.* Socin. jun. *consil. 32. n. 10. vol. 2.* adeò ut forma dicatur servata, si tempus observetur, *d. l. scire oportet 13. §. consequens 4. ff. de excusat. tutor.* Unde concessum ad tempus, censetur post tempus esse denegatum, *l. si unus 27. §. si cum reo 1. ff. de pact.* ubi dicitur, quod pactum factum ad tempus limitatum non extendatur ultra tempus, siquidem quando ad certum tempus contractus aliquis restringitur, transacto illo tempore finitus & nullus contractus censetur, *l. eum, qui 41. §. qui ita stipulatur 4.* ibique Jas. *n. 7. ff. de V. O.* Exemplo hoc illustrat Bart. *in l. si uno. §. item cum quidam. col. fin. ff. loc.* ubi ait, quod famulus conductus ad serviendum pro certo tempore, non potest alio tempore servire, nisi quando obligatus ad certum tempus, puta ad faciendam domum, vel ad scribendum librum, & casu fuisset impeditus, idem asserit ut Bald. *in l. liberti. num. 21. vers. dubitatur etiam. col. 4. C. de oper. libert.* subjungens, quod quando certum tempus limitatum est operi, quoad principium & finem sui, ita quod sit de forma contractus, tunc quia pactum temporis est pactum formæ, vitiare contractum dicitur, nec poni potest pro tempore, quando tempus dat esse rei, & per consequens non veniens vel serviens in tempore, casum sibi imputare debet. *l. 1. C. de re milit.* Unde etiam videmus, quod procurator constitutus ad certum diem, post tempus agere non possit, sed censeatur à procuratione revocatus, Alberic. *in l. statu liberum. §. Stichum. ff. de legat. 2.* Quid in fidejussore, qui pro certo tempore se obligavit, an finito eo amplius teneatur, statuendum sit, vid. Dd. *ad l. si cum Hermes 4. C. locat.*

VII.

Temporis angustia vitiat actum vel contractum, Roman. *consil. 340. quæritur num quid.*

Intellige, scilicet in contractibus stricti juris, sicut est stipulatio; in his enim quando adjectum est tempus, intra quod promissum expediri nequit, contractus redditur nullus, *l. 2. §. qui ita 6. de eo, quod cert. loc. l. ult. §. si inter eos 4.* ubi Bart. *ff. de V. O. & §. loca Inst. eod.*

Limita I. non procedere in contractibus bonæ fidei, ut est emtione, venditione, & similibus, quia in his ad actum explicandum conceditur tempus judicis arbitrio, *l. insulam 58. §. ult. ff. locat.*

Limita II. in ultimis voluntatibus, sicut est in solutione legati, vel iis, quæ ultimis voluntatibus comparantur, velut est in gratiis Pontificum, prout quoad prius text. est *l. si quis ita 65. ff. de condit. instit. & l. si mihi & tibi 12. §. si quis servos 1. ff. de legat. 1.* quoad posterius vero probat Gigas *in tract. de pensionibus. q. 27. in fin. per cap. quia cunctis 1. de concess. præbend. & cap. si pluribus 24. de præbend. in 6.* ubi hæc ultimis voluntatibus comparantur.

Limita III. in sententiis, ut quæ temporis angustia non vitiantur, sed judicis arbitrio tribuitur tantum temporis, quantum sufficere possit id, quod fuit judicatum, Roman. *d. consil. 348. n. 4.* post Goffred. & Hostiens. *vid.* & Menoch. *de arbitr. jud. q. cas. 480. per tot.*

VIII.

Solus temporis situs cursus præscriptionem non operatur, si non habet debitos suos comites, gloss. *in cap. duo sunt de offic. ordin. & in l. obligationum fere 44. §. placet 1. ff. de O. & A.* Bart. *in l. unic. C. de Usucap. transform.* Vult. *1. Consil. Marpurg. 22. n. 96. vid. supr. lit. P. cap. præscriptio.*

IX.

Tempus uno modo determinatum non recipit alterius temporis functionem, *l. uxori usumfructum 35. de usufruct. legat.* Bald. *in cap. licet. de supplend. negligent. Prælator.* Jas. *in Authent. supplicatio. Cod. de precib. Imper. offerend.* Natta *consil. 485.* Hyppol. Riminald. *consil. 203. & consil. 520. n. 37. & consil. 32. n. 8.*

X.

Tempus capacitatem addere non potest, *l. 44. §. 1. de Oblig. & Actor. cap. quanto 4.* ubi Dd. *de consuetud. cap. 2. de præbend.* Cravetta *de antiq. temp. p. 4. §. absolutis. n. 10. §. materia. num. 78.* Barbat. *in cap. nobis. in verb. de sua jurisdictione. ff. de jur. patronat. & in cap. sicut. de elect.* Arnis. *lib. 2. cap. 2. de Majest. n. 5.*

XI.

Tempus per se crimina non tollit. Bart. *in l. eum qui. §. qui ita stipulatus. ff. de V. O.* quem refert & sequitur Mynsi. *4. obs. 35.* Guid. Papæ *decis. 221.* Regner. Sixtin. *3. Consil. Marp. 10. n. 23.* Siquidem temporis diuturnitas peccatum non minuit, sed auget, *cap. vigilanti 5. extr. de præscript. cap. sicut 17. extr. de regular. cap. eum 5. extr. de eo, qui dux. in matrim. cap. non satis 8. extr. de simon. l. 67. §. 2. de furt.* quod tamen disputat Wesemb. *1. consil. 5. n. 33. per l. sed si unus 27. §. si ante. de V. O.* unde idem Wesemb. *in pat. ff. ad L. Jul. de adulter. n. 18. vers. etenim,* refert diuturnitatem temporis (à commisso delicto effluxi) quamvis non legitimi, pœnam minuere. vid. Gloss. & Dd. *in l. si diutino 25. de pœn. l. querelas. C. de fals.* vid. P. Theodorici *disp. crim. 16. thes. 4. lit. K.* quales autem temporis diuturnitas inducat præsumptiones, vid. apud Carpzov. *P. 2. Constit. 29. Defin. 11.*

XII.

Tempore qui liberatur, similis est ei, qui facit, *l. si pupillus 45. ff. de administrat. tut.* Menoch. *3. præsumpt. 135. n. 4.* Matth. de Afflict. *decis. 13. n. 4.* Carpz. *P. 2. Constit. 19. Defin. 11. n. 5.* Quam *Cujac.* vocem temporis in illa lege abundare & ad rem nihil pertinere docet *in Paul. ibid. Glossa* autem de 30. annis explicat.

XIII.

Temporis præsentis ea est natura, ut nulla ratione includat & complectatur futura, nisi disertè id fuerit adjectum, Grat. *consil. 59. n. 27. lib. 1.* Alex. *consil. 171. n. 1. lib. 6.* Corn. *consil. 14. n. 5. lib. 1.* Paul. de Castr. Jas. & Dd. *in l. si stipulatus. §. cum stipulamur de V. O.* Alciat. *in l. verbum oportebit. num. 2. vers. qua ratione. ff. de V. S. fac. l. ult. §. 1. ff. de legat. 2. l. uxorem 41. §. testamento. 4. ff. de legat. 2.* Regner. Sixtin. *1. Consil. Marp. 10. num. 76.* imò in dubio verba semper ad solum præsens tempus, & ad ea, quæ illo tempore extitissent, non autem quæ postea evenissent, referuntur, *l. si ita 7. ff. de aur. & arg. legat.* Grat. *consil. 59. consultus de tali. num. 32. lib. 1.* Menoch. *cons. 97. n. 63. l. 1.* Paul. de Monte Pico *in l. qui se patris n. 42. C. unde liberi.* ubi citat ejusdem sententiæ assertorem Bart. *in d. l. si ita. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de V. O.*

XIV.

Quando in aliqua dispositione fit mentio temporis, nec de quantitate constet, debet intelligi de decem annis, *l. sine præfinito 23. ff. de pœn.* & ibi Bart. Bald. *in l. 1. C. de postuland.* quem refert & sequitur Andr. Barbat. *in c. si quorundam. col. 3. de solut.* quem textum esse singularem dicit idem Bald. *in c. ex literis. col. 3. de constit.* Ubi infert ad contractum Emphyteuticum, ubi est posita dictio tempus sine præfinitione, adde Jason. *in l. ita stipulat. col. 3. ff. V. O.* ubi hoc extendit ad contractum. Ultra ipsum hoc clarius tenet Barbat. *in rubr. de reb. Eccl. non alien. col. 10. n. 5.* idemque dicendum esse in concessionibus & statutis supprimentibus aliquam dignitatem & tempus, concludit idem Barbat. *in Clem. fin. col. 10. n. 62. de rescript. & secundum novam impressionem Parisiensem est col. 16. vers. sed pone.*

XV.

Tempus præfinitum in odium negligentis non currit ignoranti, sed scienti, *l. annua 6. ff. de Calumn. c. ult. extr. de Elect. c. licet 3. extr. de supplend. negl. prælat.* Limita, nisi fiat in favorem alterius, *l. nulli 28. C. de Episc. & Cler. c. nos 3. de testam. l. genere mortuo 8. ff. de his, qui notantur infam. ubi* Costal.

XVI.

Temporis lapsus in jure quæsito nunquam inducit verum vel interpretativum consensum gloss.

gloss. in l. 1. §. pen. de dolo. Bald. *in l. cum quis. 7. col. C. de jur. & fact. ignorant.*

Limita secus esse in jure quærendo, *gloss. in l. si ergo ff. de negot. gest.* Bald. *in Auth. adhæc. C. de Usur.* Vasq. *lib. 2. contr. jur. cap. 40. n. 19.*

XVII.

Tempus quoties in jure non exprimitur, continuum intelligitur *l. 8. ff. de his, qui notant. infam. l. pen. ff. de diverf. & temp. præscript. l. 3. C. de dilat.*

Quod tamen axioma per se incertum est, & si admitti debet, in iis causis admittetur, in quos non cadit impedimentum, quod facultatem agendi sustineat: E contrario verum est, cum de actionis anno sermo est, utilem semper intelligi C. A. *de injur. thes. 32.*

XIIX.

Temporis expressi & limitati ea vis est, ut qui ad tempus obligari voluit, non possit obligatus retineri post tempus, *l. Imperator 8. in fin. de postul. l. Thau. 41. §. intra 12. de fideicomm. libert.* Ant. Faber *in C. suo de fidejuss. defin. 5. n. 6. l. si ita quis 21. ubi* Zas. *de Vulgar. substit. n. 7.*

XIX.

Tempus simpliciter prolatum de anno accipitur, Bald. & Nævius *in l. 10. C. de Usur.* idem Bald. *in cap. 1. §. Titius filios n. 2. vers. idem nota, si de feud. fuer. contr. inter Dom. & agnat. per ill. text.* Hippol. de Marsil. *sing. 64.* Boër. *in consvetudin. Bituricens. tit. de retr. lignagier in verb. si l' acheteur. circ. princip.* Tiraquell. *de retract. gloss. 19. §. 1. n. 7.* Gail. *2. obs. 19. n. 12.*

XX.

Tempore legis elapso non admittitur purgatio, Gail. *2. obs. 19. n. 11.* ratio, quia terminus Legis est peremtorius, *cap. pia 1. de Except. in 6. l. fin. ff. de decret. ab ordin. faciend.* Panorm. *in c. cum in tua n. 1. qui matrim. accusar. poss.* Roland. *consil. 21. n. 9. vol. 1. incip. extat statutum.* Chassan. *in consvet. Burg. rubr. 19. §. 10. in verb. dedans l' an & jour.*

XXI.

Ad tempus quæ alicubi sunt, ibi esse non intelliguntur, *l. ex facto 35. §. rerum 3. ff. de hered. instit. l. si fundus 44. de legat. 3.* Finckelthus. *de Jure sepulturæ thes. 1. in fin.*

XXII.

Tempore qui est prior, potior est jure, *cap. 1. extr. de majorit. & obed. cap. cum autem. 24. extr. de jure patron. cap. tibi 12. in fin. cap. pen. de rescript. in 6. cap. qui prior 54. de R. I. in 6. l. 29. l. 201. ff. de R. I. cap. 18. eod. in 6. vid. supr. lit. P. cap. Prior.*

XXIII.

Temporis tractu non confirmatur, quod ab initio non subsistebat, *l. quod 29. ff. de R. I.* & ista prioritas non solum consistit in multo tempore, sed etiam consideratur in modico, ut ait Bald. *in l. de rebus n. 4. vers. quæro quomodo C. de donat. ante nupt.* Dec. *cons. 689. viso puncto in princ.* Gothofred. *ad l. 17. C. ad L. Cornel. de falsi. add.* & Philipp. Matth. *ad d. l. 29. ff. de R. I.*

XXIV.

Temporis exceptio minoribus non nocet, *l. ult. in fin. C. in quib. caus. in integr.*

XXV.

Ea, quæ solo temporis tractu non mutantur, semel in esse posita semper præsumuntur, *l. si cui 7. §. idem 4. ff. de accusat. l. non omnes 5. §. à Barbaris. 6. ff. de jure milit. cum concordantiis quas tradit* Felin. *in cap. scribam de præsumpt. vid.* Ludov. Gomez. *ad §. rursus Inst. de action. n. 25.*

XXVI.

Tempus ei non currit, qui copiam judicis habere non potest, *cap. plerumq. 23. extr. de rescript. cap. Pastoralis 11. extr. de offic. Ord. cap. cum sicut 2. extr. de eo, qui mitt. in possess.*

XXVII.

Tempus currit ei, qui agere potest, *cap. dilectus 28. extr. de V. O.* non juste impedito *cap. commissa 35. de Elect. in 6.*

XXIIX.

Tempus in jure quando non definitur, ad arbitrium judicis recurritur *arg. l. 1. §. ult. de jur. delib. l. 13. ff. de testib. l. 1. §. fin. de effractor.* Gothofr. Ant. *disp. feudal. 1. thes. 6. lit. B.*

XXIX.

Tempus triginta annorum habetur loco investituræ, Jas. *in l. 2. n. 192. aliàs 155. C. de jure Emphyt.* Pacian. *1. consil. 154. n. 1.*

XXX.

Omnis dispositio censetur facta eo tempore, in quod confertur, *l. si res 12. ff. de jur. dot. l. 4. C. de donat. ant. nupt.* Ant. Faber *36. error. pragm. c. 2.* Frantzk. *disp. Inst. 6. q. 1. n. 13.*

XXXI.

Verbum quodque exauditur secundum tempus verbi, Zas. *2. consil. 20. num. 13.* Gail. *2. obs. 121. n. 4. & 2. obs. 136. n. 2. per l. in delictis 4. §. si extraneus. 1. de noxal. act.* Hartm. Pist. *2. q. 36. n. 26. vid. supr. lit. Q. cap. Qualitas.*

XXXII.

Tempus contractus & non solutionis in omnibus negotiis est attendendum, Afflict. *decis. 194. & decis. 90.* Guid. *decis. 493.* Mynsi. *4. O. 1.* Gail. *2. obs. 9. n. 3. & obs. 73. n. 3. cum seqq.* Ant. Gabr. *comm. concl. lib. 3. tit. de solut. & liberat. concl. 1. q. 1.* Albert. Brun. *in tract. de augment. & diminut. concl. ult. vers. sic ex his præmissis n. 1.* Corn. *consil. 181. n. 70. vers. restat, ut deveniam. lib. 2.* Covar. *in tract. de collat. numismat. vet. cap. 7. §. unic. n. 2.* Jac. Puteus *decis. 149. n. 1. lib. 2.* Parpal. *in l. cum quod n. 23. vers. secunda conclusio ff. si cert. pet.* Molin. *de usur. contract. q. 32. n. 693.* Regn. Sixtin. *2. Consil. Marpurg. consil. 13. n. 170.* Werner. *t. tr. quod tempus in solutionibus spectandum sit.*

XXXIII.

Tempori inserviendum est, *cap. si enim 40. §. liberi de pœnitent. dist. 3.* Tempus enim omnia ferre consvevit, *Novell. 39. in præf. §. 1.* siquidem qualitate temporis res mutantur, *cap. ab exordio 2. dist. 35.* quinimò & juxta varietatem temporum variantur etiam jura, *cap. pen. extr. de consangv. & affinitat.* & pro diversitate temporis di-

versæ oriuntur actiones *l. 3. de impensis in rem dotal.* juxta illud vulgatum: distingve tempora, & concordabis scripturas, *l. apud antiquos 21. vers. & sic ex tempore C. de furt.* ubi id post Salicet. & alios notat Guid. Pap. *in Comment. ad lib. 6. C. tit. 1. pag. 165. n. 1.* ita & in contractibus tempus distingvit locationem ab Emphyteusi Wesemb. *in parat. de locat. n. 8.* In legibus etiam explicandis temporis rationem semper habendam esse, eleganter docet Novella Valentiniani laudata à Cujac. *16. obs. 22.* ubi multa in sanciendis Legibus non solum sibi vindicat, sed etiam persvadet ratio temporis, non quod præceptorum diversitas placeat, sed quod eventuum qualitas pensius faciat esse judicium, & firmius constituto robur sit, quoties priori sententiæ magis magisque probatum succurrit, hinc ut & instrumentis tempus adjiciatur, exigit *Novell. 47. cap. 1.* In testamentis tamen præterquam parentum inter liberos scriptis non opus esse adjici diem & consulem, textus est *in Novell. 107. vid.* Joh. Sand. *lib. 4. decis. Fris. tit. 1. defin. 9.* sicut nec in contractu pignoris *l. pen. §. 1. de pignor.* Leges etiam nihilominus confirmatæ dicuntur, etiamsi diem vel consulem non habeant *l. 3. C. ad SCt. Trebell.*

XXXIV.

Tempore necessitatis quod statutum est, cessante necessitate debet utique cessare pariter, quod urgebat, *cap. quod pro 1. q. 1. cap. quod pro §. quod ergo 1. q. 7.* unde etiam ob necessitatem temporum multos tolerari dicitur *in cap. requiritis. §. nisi rigor. cap. necessaria 1. q. 7.*

XXXV.

Dispositio collecta in diem, ultra illum locum non habet, & facit, ut ad tempus tantum permissum, post tempus prohibitum censeatur, *l. si unus 27. §. 1. l. Epistola 52. §. de pact. l. statu liberum 11. §. Stichum 1. & l. testamento 34. §. ult. de legat. 2.* Hartm. Pistor. *2. observ. 223. n. 5.* ubi enim quod certo anteriori tempore fieri debuit, non sufficit posteriore tempore id celebratum esse *l. si quis mihi bona 25. §. jussum 4. de acquir. hered.* sic videmus privilegia tempore determinata, finito tempore non porrigi, *arg. l. Imperator 8. in fin. de postul.* Anton. Faber *C. de Usur. legat. lib. 6. titul. 24. defin. 12. n. 7.* Cujus exemplum habemus in privilegio ætatis minorum, quod illa finita cesset, *l. 87. §. 1.* ubi Gothofred. *de legat. 2.* Anton. Faber *d. loco.* P. Christinæus *vol. 4. defin. 50. n. 2.* Sic in collatione beneficiorum, tempus sive à jure, sive à fundatore datum ad præsentandum vel conferendum, à die habitæ notitiæ vacationis currere ad effectum privationis juris conferendi vel præsentandi pro illâ vice non ambigitur, per allegata à Nicolao Garzia *de benefic. pag. 10. & 2. num. 34. junct. n. 39.* Et quidem de momento ad momentum: ita ut post momentum temporis præfixi à notitia vacationis elapsi is, qui jus conferendi vel præsentandi habuit, providere non possit. Garzia post alios *d. loc. num. 34. sive ult.* add. Thom. Zerola *in prax. Episcopali pag. 2. verb. devolutiones. quæst. 2. pag. mihi 86. pr.* Anton. Faber *C. de SS. Eccles. definit. 35. num. 5.* quia actus agentium non debet operari ultra eorum intentionem.

XXXVI.

Temporis lapsus fortior est, quam renunciatio expressa vel tacita, Hieronym. Giach. *de syndicat. consil. 1. n. 4.* quia ex quo denegatur audientia, processus redditur nullus, Jason *cons. 185. col. 2. & cons. 168. col. 2.* Vant. *de nullit. tit. ex defect. inhabili compar. n. 51. & seq.* temporis enim lapsus habet vim pacti de non petendo, *l. quis forte 6. ibi: qui tamdiu tacuerit. de pœnis.* Hering. *de fidejuss. cap. 27. n. 4.* vid. Amaya *ad l. 3. n. 37. C. de apoch. public.* Et paria sunt lapsu temporis vel renunciatione excludi, *l. 1. §. videndum de succes. edict. l. si ea 7. C. qui accusar. poss.* Bald. *1. consil. 169. f.* unde & hæc tacita renunciatio, quæ ex lapsu temporis inducitur, magis nocere, quam expressa, dicitur, Jason post alios *in l. cum quid n. 10. & seq. si cert. petat.* Tiraquell. *in LL. Connub. gloss. 5. super verb. expressum.* Nam quod intra certum tempus fieri debet, postea censetur prohibitum, *l. si intra. 23. de statuliber. l. nomen 34. §. ult. de legat. 2.* Carpz. *P. 5. Resp. 28. n. 7.*

XXXVII.

Cujuscunque temporis non extat memoria, neque propria, neque aliena, illud est immemoriale. Sive: Cujuscunque rei initium nemo meminit, nec ab aliis, qui meminerint, audivit, illa dicitur immemorialis. Hinc colligitur: (1.) ad tempus immemoriale probandum sufficere testes de auditu alieno ob facti antiquitatem *cap. 1. de præscript. in sexto. Carpzov. in Proces. Tit. 13. art. 3. n. 60.* (2.) non opus esse centum annis ad præscriptionem immemorialem, sed posse illam vel majorem, vel minorem esse centum annis. *Carpz. Part. 2. Constit. 16. Defin. ult.*

XXXVIII.

Tempus immemoriale tollit juris resistentiam, Bertrand. *part. 1. vol. 2. cons. 314.* Cacher. *cons. 34. n. 45.* Klock. *de Contribut. sect. 2. cap. 16. num. 117. vid. tract. nostrum de metat. p. 3. sect. 2. cap. 1. num. 11.* Temporis enim antiquitas tanta est efficaciæ, ut omnia à jure in actu aliquo in eodem etiam interveniss præsumptionem pariat & inducat, Dec. *consil. 222. num. 9.* cum suppleat defectum omnem, illudque, quod aliàs irritum, nullum atque invalidum est, firmet ac validum reddat, Bald. *in l. 1. C. de statu defunct.* Balb. *de præscript. part. 1. q. 6. n. 8.* quinimò usus tam longi temporis præsumitur justus & legitimus, Cephal. *consil. 620. n. 43. vol. 5.* Roland. à Valle *cons. 3. n. 30. vol. 1.* & non tam intelligitur jus præsumere vel fingere, quam revera inducere, Vasq. *illustr. q. lib. 2. cap. 14. num. 9.* ita tempus immemoriale inducere pactum de non amplius petendo dicitur, Nevizan. *consil. 11. n. 8.* Ita & renunciationem & repudiationem facit præsumi, Cravett. *consil. 380. num. 5.* (quod tamen limitatur à Marpurgens. *1. consil. 28. num. 263.*) eam etiam vim habet, ut titulum parere possit, *l. hoc jure 3. §. ductus 4. ff. de aqua quotid. c. 1. de præscript. in 6.* Andr. de Isern. *in c. 1. §. præterea. num. 16. de prohibit. feud. alien. per Fridericum* Roland. à Valle *consil. 66. n. 4. lib. 2.* Signorol. *consil. 21. n. 20.*

n. 20. verſ. undecimo probat. Pariſ. *conſ. 27. n. 77. & conſ. 111. num. 43. & 49. lib. 1.* Regner. Sixtin. *1. Conſil. Marp. 9. n. 36.* quocirca & vim publici ſolennisque inſtrumenti habere cenſetur, ut pulchre not. Matth. de Afflict. *deciſ. 239. in fin.* ubi pro hâc ſententiâ adducit Innocent. *in c. novit. de judic. & in c. ſuper §. præterea de V. S.* Bald. *in l. 1. C. de Emancip. liber.* Ant. Gabr. *concl. 1. n. 71. de præſcript.* Roland. à Valle *conſ. 3. n. 97. lib. 1.* plures effectus vid. *ſupr. lit. P. cap. præſcriptio. ax. 20.* conf. cap. *PRÆSCRIPTIO.*

XXXIX.

Temporalia inter ſe, & ſpiritualia inter ſe rectè permutantur *c. ad quæſtiones 6. extr. de rer. permutat.* at non temporalia cum ſpiritualibus, *c. ult. extr. eod.*

XL.

Temporalium à ſtrepitu quieſcere debent Clerici, *c. duo ſunt in pr. 12. q. 1.* nec temporalibus lucris inhiare, *c. ex parte 18. de Cenſib.*

XLI.

TEMPUS non eſt modus tollendæ, nec inducendæ obligationis, *l. obligationum. 44. §. 1. verſ. placet. ff. de act. & oblig. §. at ſi ita ſtipuleris. 3. Inſtitut. de verb. obligat. l. 56. §. qui ita ſtipulatur. 4. ibiq.* Bartol. *de V. O.* gloſſ. *verb. ordinem. in cap. cùm ex officii 16. de præſcript.* Ant. Gomez *var. tom. 2. cap. 11. n. 21.* Acac. Anton. *in comment. ad l. 1. ff. de condit. & demonſtr. verb. cùm dies certus. n. 5.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſiaſt. deciſ. 732. in 1. edit.* aliàs *reſolut. 509. numer. in 2. edit. & deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. 62. n. 4. part. 2.* Menoch. *conſ. 748. n. 30.* Duran. *Rotæ deciſ. 38. n. 29.* [quod videtur maximè verum, quando obligatio continet aliquid, quod habet cauſam momentaneam, & quod poteſt momento expediri, & tunc videtur tempus oppoſitum cauſa differendæ ſolutionis, non etiam cauſa limitandæ obligationis, ut tradit Bart. *in l. eum, qui ita §. qui ita col. 2. ff. de V. O.* unde declara regulam accipiendam eſſe de cauſa ſolius temporis, non etiam quando cum tempore conſenſus partium aut legis diſpoſitio, aut alia efficax cauſa concurrit, Weſemb. *in parat. ff. de O. & A. n. 9.* Hegenit. *lib. 1. de poſſeſſ. cap. 9. n. 5. pag. 176.* ita contractus non temporis adjuncto, ſed propria conventionis forma diſtingvi, *ex l. 8. pr. mandat. l. 4. de Uſur.* probat Frantzk. *exerc. 11. q. 5. n. 5.* quod tamen procedere arbitror, ſi tempus per ſe conſideretur, & ratione conſtitutionis, non etiam ſi ſpectetur ratione probationis: nam tum ex lapſu temporis fortis oritur præſumptio, vid. Weſemb. *in parat. ff. locat. n. 8. pr. Inſtit. de literar. obligat. §. 1. Inſtit. de uſucap. pr. Inſtit. de perpet. & temp. act.*]

Limita (1.) non procedere, quando apparet aliter de mente contrahentium, vel (2.) quando dies adjicitur obligationi mero favore debitoris, ita quod creditor ex parte ſuâ nihil habeat implere, ſed ubi debitori ſatisfacienti aliquid eſt implendum ex parte creditoris, nec aliter ſatisfacere tenetur: tunc niſi ſibi intra tempus definitum ſatisfiat, non tenetur elapſo tempore admittere debitorem ſatisfaciendum, quia is tenetur ſervare promiſſa, quæ certam legem habuerunt ex forma contractus, *ut ait* Angel. *conſil. 199.* vid. Tiraquell. *de retract. convent. §. 1. gloſſ. 2. n. 43.* Jaſ. *in l. eum, qui §. qui ita ſtipulatur. n. 9. col. 4. ff. de V. O.* Cagnol. *ad l. 2. n. 63. q. 7. verſ. ad doctrinam Bartoli C. de pact. inter emt.* Pacian. *1. de probat. n. 20.* (3.) Aliter limitat Fr. Martini *cap. 8. de cenſibus n. 5.* ſenſum allegatæ regulæ eſſe ſcribens: Si nihil accedat aliunde, veluti ſi ex lapſu temporis conſenſus perſonarum colligatur, *ut in l. 6. de uſur.* Amaya *ad l. 3. C. de apoch. publ. num. 37. pag. 273.* Sane (4.) temporis allegatio comparat viam *l. 18. §. quod adjicitur. 1. de conſtitut. pecun.* Weſemb. *in comment. C. de O. & A. n. 37.* (5.) Tempus longum mutat naturam contractus initi. Itaque qui ad longum tempus fundum conduxit, magis intelligitur eſſe emtor; propterea novum opus nunciare, arbores fructiferas incidere & transferre, fructus pleno jure lucrari poteſt. Ex adverſo Collectas & vectigalia ſolvere tenetur. *Perez. C. de Indiction. n. 29. 31. ſeq.* (6) qui per decennium alicubi habitat, præſumitur ibi domicilium conſtituiſſe *l. 2. C. de Incol.* niſi manifeſtò de contrario animo appareat. *Brunnem. ad l. 2. C. de incol.*

XLII.

Tempus ubi certum requiritur, ultimus annus completus eſſe debet, nec ſufficit inceptus. Hinc ſeptuaginta anni non niſi integrè completi à muneribus publicis excuſant. *l. 3. de Jur. Immun. Perez. C. qui ætates n. 3. 7.* vid. omninò *l. 74. §. 1. ad SCtum. Trebell.*

Limita: in honoribus ſuſcipiendis annus inceptus pro completo habetur. *l. 8. de muner.*

XLIII.

TEMPUS legis qui non obſervat, non dicitur formam legis obſervare, *l. obſervare. 4. §. poſthac. 6. ff. de offic. Proconſ.* Rebuff. *in tract. nominat. quæſt. 14. num. 6.* Gam. *Luſit. deciſ. 337. num. 4.* Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verb. tempus. num. 1.*

XLIV.

TEMPORE eodem ubi aliquid fit, non datur prius, nec poſterius, *l. quidam*

in testamento 14. ff. de pecul. leg. Surd. *de aliment. tit. 9. q. 29. n. 18.*

XLV.

TEMPORALIA ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. Vide *supra lib. 1. sub voce agere.*

XLVI.

TEMPORE habili aliquid fieri, vel conferri in tempus habile, paria sunt. Vide *supra lit. P. cap. Paria.*

CAP. X.
Tergiversatio.

Axioma I.

Tergiversatio est deceptio, & sine tergiversatione notorium dicitur, quod nulla arte celari potest, *cap. ult. extr. de cohabit. Cleric.*

II.

Tergiversari est ab accusatione desistere, *cap. si quem §. notandum 2. q. 3.*

CAP. XI.
Terminus.

Axioma I.

Termini habiles semper sunt supponendi, *l. adigere 6. §. quamvis 2. de jure patron. l. 1. §. ult. ad SCt. Tertull. l. ut gradatim 11. §. 1. de muner. & honor.* Ant. Faber *C. de muner. patrim. num. 12. gloss. ad verb. habent in l. 30. de adopt.* Rennem. *disput. 9. de jure person. thes. 14.* idque maximè si in Legibus sint definiti, *l. qui testamento 20. de testam. cap. causam q. 8. de Elect.* Tiber. Decian. *1. respons. 55. n. 12.* Termini enim à Lege definiti contra Legem coangustari non possunt, *l. 15. ff. de pact. dotal.* secundum legem possunt, *l. 21. & l. 38. de Vulgar. substit.*

II.

Qui termini probatorii præfixi prorogationem petit, non tantum ipsam termini assignationem, sed probationem quoque faciendam ratam habere, & eam ratam habendo malle, nulla dubitatio est, *l. fin. C. ad SCtum Maced.* Dyn. *ad c. ratihabitionem n. 7. de R. I. in 6. per l. 1. §. ita autem 2. ff. si tabulæ null. extab. §. si vero. Novell. de his, qui ingred. ad appell.* petitio enim prorogationis termini probatorii scientis, cum errore careat, non potest esse sine consensu, *arg. l. 1. & 2. cum ibi notatis ff. de judic.* Si igitur non est absque consensu, utique in id, quod prorogatum est, & cujus causa id prorogatum est, concessisse probabile est, *d. l. ult. & c. 1. extr. de judiciis.*

III.

Terminus juris habetur pro peremtorio, *cap. oblatæ 57. c. sæpè 44. de appellat. l. nemo 3. C. de tempor. appellat. l. 1.* ubi Bart. *C. de dilat. cap. 2. ibiq. gloss. extr. eod.* Jason *ad l. fin. n. 6. post* Bart. *per ill. text. in verb. plus semel, tribui non potest, l. orutione 7. in pr. verb. amplius quam semel. ibi* Castrens. *de fer.* Bart. *in l. mancipiorum 6. per ill. tex. ff. de opt. leg. & in l. cessante. per ill. text. C. quomodo & quand. jud. & in l. si finita §. Julianus. col. 4. ff. de damn. infect.* Capyz. *dec. Neapolit. 81. n. 1.* Mynſ. *observ. 71. cent. 1.* Corvazzan. *Lucens. decis. 55. n. 1.* Cacher. *decis. Pedem. 22. n. 4.* & exclusive Fischer *de Elect. concl. 21. n. 109.* etiam in causis summariis, Surd. *consil. 97. n. 19.* Menoch. *consil. 100. n. 271.* & quidem multo magis, quam in ordinariis, Jas. *ad d. l. fin. n. 11. de dilat. per clem. sæpè 2. de V. S.* adeo ut si intra terminum nihil probatum sit, is non sit redintegrandus, Capyz. *decis. 82.* cum post terminum nemo debeat audiri, *l. ob commissa 21. C. ad L. Jul. de adult.* Castr. *consil. 150. num. 3. vers. præterea major. vol. 1.* tum quia quod tempore determinatum, non debet ulterius porrigi, *arg. l. Imperator. 8. ff. de postuland.* tum quia lapso termino parti adversæ ex eo jus quæsitum esse dicitur, *cap. de causis 4. de off. deleg.* Bart. *in l. 4. ff. de damn. infect.* Decius *in c. personas. de appell.* Cravetta *consil. 167. n. 2.* Vult. *3. Consil. Marp. 29. n. 73.* vid. supra verbo tempus *axioma 3.*

IV.

Terminus contractus non est prætergrediendus, *l. 24. depos.* neque modus, *l. 1. §. 26. ff. eod.*

V.

Non est audiendus, qui terminum non vult servare, *l. scire 13. §. consequens 4. ff. de Excusat. tut.* Panorm. *in c. cum nobis de Elect.*

VI.

Terminus non currit, ubi disputatur super eo, quod adhuc est expediendum, *l. si cum ipse 30. ff. de excusat. tut. l. intra utile 39. ff. de minor.* Natta *cons. 172. n. 16. vol. 1.* Vult. *3. Cons. Marp. 29. num. 113.*

VII.

Terminis suis sit quisque contentus, *cap. si quis Episcopus 7. q. 1. cap. Ecclesias 13. q. 1.*

VIII.

Terminum si quis sponte recipiat etiam sine causa, ampliori tempore renunciare videtur, *cap. quod. 15. extr. de sentent. & re jud.*

IX.

Terminus reo ad comparendum assignatus, assignatur etiam tacite actori, *cap. 1. de dol. & contum. in 6.*

CAP. XII.
Territorium.

Axioma I.

Extra territorium suum nemo est distrahendus. Itaque nemo extra districtum suum ad conferendas annonas pro exercitu, vel ad operandum instruendumve mansiones militum tenetur, &c. *Perez. C. de annon. & tribut. num. 26. seq.*

II.

Quicquid est intra fines territorii universalis, præsumitur pleno jure esse ejus, cujus est territorium, Isern. *ad cap. 1. §. fin. verb. quidam. col. 1. vers. ea vero de contr. inter mascul. & fem.* Socin. *166. col. 2. vers. etiam conclusio.* Jon. Koppen.

pen. *decad. 48. n. 8.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præs. 3. cap. 4.* Hieron. de Monte *in tr. de finib. regund. cap. 96. n. 2.* Wesembec. *consil. 74. n. 34.* Jac. Mandos *consil. 64. num. 70.* Roland. à Valle *consil. 50. num. 39. vol. 3. per text. in c. 1. §. fin. de contr. inter mascul. & fœm.* Joh. Gœdd. *3. Consil. Marpurg. 33. num. 111.* Quæcunque enim intra territorii sepia continentur, ea in fide & patrocinio domini istius esse opinione præsumitur, *cap. omnes basilicæ 17. quæst. 1.* Canonistæ plerique *in cap. nimis. de jurejur.* Brun. *consil. 34. num. 5.* Ruin. *consil. 22. lib. 1. & consil. 13. num. 8. lib. 9.* Roland. à Valle *consil. 91. num. 17. vol. 2.* Cravetta *consil. 615. 673. 887. & 949.* Meichsner. *tom. 3. decis. 23. n. 20. decis. 33. num. 4. 71. & 81. & tom. 2. lib. 1. decis. 8. num. 22. lib. 4.* Unde & is, qui in toto fundat se, videtur etiam in qualibet parte fundatam habere intentionem, arg. *l. 1. §. 4. ff. de offic. præfect. urb. quæst. 8.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 100. per tot.* quamobrem quoties quis se fundat in universali totius territorii, tunc si intentio ipsius sit falsa in uno, falsa erit in totum: cum in individuo jure territorii eadem debeat esse ratio omnium partium, quia non magis vera potest esse in toto quoad totum, quam in parte quoad partem, quod intellige saltem quoad jurisdictionem tantisper, donec contrarium probetur, quia jurisdictio solo cohæret, Bald. *in l. à Procuratore, in princ. Cod. de mandat.* Gail. *2. obs. 62. n. 9.* cum in jure territorii se fundare nemo possit, cujus prætensum jus in territorio non est universale nec informe, per Dd. *in cap. animarum de const. in 6.* Roland. à Valle *consil. 33. n. 4. vol. 3.* ubi ait, quod non sufficit territorium, nisi etiam competat jurisdictio in personas, cum territorium sine jurisdictione esse nequeat. Cravett. *consil. 673. num. 2. p. 4.* Unde etiam Ducatus, Marchionatus, Comitatus, non tam de jure communi, quàm etiam ipsa imperii consuetudine ac observantia desuper attestante, vocabulis territorii, provinciæ ac universitatis æquipollere, semperque territorium seu corpus universale, nec non ejusdem corporis superioritatem præsupponere ac comprehendere omnia, quæ sunt intra fines suæ universitatis *ex l. 239. §. territorium. ibid.* Alciat. *ff. de V. S. l. 53. C. de decur. l. fin. ff. de jurisdict. cap. 2. de constit. in 6. cap. ibi periculum 3. §. porrò. de Elect. in 6.* deducunt Oldrad. *cons. 52. n. 8.* Bald. *in cap. 1. de Capitan. qui Cur. vend. n. 5. & in l. 1. §. initio. col. 1. in fin. ff. de offic. præfect. urb.* ubi refert, quod non dicantur habere territorium, qui habet quid speciale in territorio, quia nomen territorii est universale quiddam, sicut hereditas, Tiber. Dec. *consil. 123. num. 34. vol. 3.* Cravett. *consil. 673. num. 1. & 2. p. 4. consil. 896. n. 14.* Bald. *consil. 326. n. 8. vol. 1.* quocirca argumentum ab extra ad intra, à continenti ad contentum, à finibus ad territorium rectè procedit, & justè infertur, hoc intra fines Comitatus situm: Ergò in territorio & Landes-Obrigkeit / Dominorum Comitum, *l. 1. §. 1. ff. de offic. præfect. urb.* Natta *cons. 204. n. 1. & 2. vol. 1.* Anchar. *consil. 310. n. 1.* Cravett. *cons. 882. n. 1. 9.* imò jurisdictio adeò est annexa, plantata & radicata territorio, ut ab eo avelli nequeat. Cui itaque territorium quolibet titulo acquiritur, illi etiam jurisdictio territorio cohærens quæritur non simplex, sed merum & mixtum Imperium, regalia item territorio cohærentia. Schrader. *de feud. part. 10. sect. 3. n. 252.* Hieronym. de Monte *de finib. cap. 11. n. 18.* Bald. *consil. 293. vol. 4.* Boër. *decis. 227. n. 5. & 7. cum seq.* Paris. *consil. 9. n. 16. lib. 1.* Roland. à Valle *consil. 42. volum. 2. per tot.* Gylman. *decis. Camer. lib. 2. decis. 35. num. 36.* Molin. *ad consvetud. Paris. tit. 1. §. 68.* cum territorium, diœcesis, provincia, districtus, sint synonyma, ejusdemque significationis, gloss. *in cap. Episcopi. verb. diœcesin. 9. q. 2.* Alciat. *in d. §. territorium. num. 49. ff. de V. S.* Afin. *in prax. p. 10 §. 7. num. 7.* Spiegel. *ad Gunther. Ligurin. libell. 5. verb. quippe vetus mos.* Cephal. *consil. 558. n. 11. lib. 4.* Natta *consil. 204. num. 1. vol. 2.* Ancharan. *consil. 310. n. 1.* Cravett. *cons. 882. n. 1.* unde etiam si ratione naturali civitati territorium accedat, propter rationem connexitatis is, qui civitatem habet, etiam territorium habere intelligitur; qui autem territorium habet, is procul dubio & jurisdictionem habere præsumitur, Bald. *in l. 1. §. initio. n. 2. de offic. præfect. urb.* ratione potissimum ea, quod territorium de pertinentiis & accessoriis ipsius civitatis dicatur, Innocent. *in cap. cum ad sedem. n. 2. de restit. spoliat.* Oldrad. *consil. 176. in fin.* Socin. *consil. 74. num. 1. p. 1.* Boër. *quæst. 227. num. 7.* conf. Gylman. *tom. 2. part. 1. vot. 1. num. 64.* qua de causa etiam territorium non loco, non situ, sed per actus jurisdictionis signandum est, Hieron. de Monte *tract. fin. reg. cap. 6. num. 10.* dictum enim à terrendo, *l. pupillus 239. §. territorium 8. ff. de V. S.* ita ut & ipse sonus nominis coërcitionis superioritatem inducat, Meichsnerus *tom. 2. lib. 2. decis. 4. num. 115.* Vietor *in disputat. de caus. exemt. Imper. d. concl. 27.*

Limita, nisi singulari beneficio privilegii aut præscriptionis talia septa libera esse testatum sit, *cap. dilectus 2. de capell. Monach.* Bodin. *1. de Republ. cap. 9. num. 129.* Quetta *consil. 10. num. 2.* Symphorian. *tom. 5. relect. 9. pag. 28.* Tileman. de Benign. *synzygm. 1. decad. 2. vot. 6. num. 21.* ita ut onus probandi in reum exemptum rejiciatur, Matth. Stephan. *lib. 2. de jurisdict. part. 2. c. 7. n. 76.* Mynl. *consil. 16. n. 34.* allegantique libertatem incumbat probatio, *cap. uxore 17. de privil. cap. cum personæ 7. de privileg. in 6.* Cravetta *consil. 54. num. 9.* Ancharan. *consil. 42. n. 1.* Symphorian. *tom. 1. part. 1. tit. 2. vot. 1. num. 13. & tom. 2. part. 1. vot. 1. n. 113.* Vietor *in d. disputat. de caus. exemt. Imper. concl. 27.* Unde etiam uniformis possessio totius territorii debet probari, aliàs per unius & alterius loci instantiam corruit totum, cum ad destruendam illationem & conclusionem universalem sufficiat in aliquibus saltem dare instantiam, gloss. *in cap. sicut urgeri. 1. q. 1.* Jas. *in l. creditor. n. 7. ff. de oper. nov. nunc.* quamobrem prædicta præsumptio ad loca excepta, & ea, in quibus possessio distincti territorii eidemque adhærentium jurium legitimo titulo alteri quæsita est, nullatenus extendi potest, Felin. *in c. Rudolphus n. 17. extr. de rescript.* Cravett. *consil. 918. n. 6.* Wesemb. *p. 1. consil. 33. n. 20. per. cap. cum Episcopus 7. de offic. ordin. num. 6.* Quo fit, ut ar-

gumentum à finibus territorii admodum infirmum sit, & non valeat, ubi dari potest instantia: non enim omnia, quæ sunt in territorio, ejusdem juris sunt & rationis, Roland. à Valle *consil. 46. n. 55. & 62. vol. 3.* Non etiam in exemtis, quippe quæ quidem in territorio, sed non ideo de territorio esse dicuntur. Meichsner *tom. 2. lib. 1. decis. 8. pag. 107. n. 42.* Vietor *d. concl. 27. pag. 1203. vers. in quo argumento.* Quod itaque dicitur judicem ordinarium extra territorium habere jurisdictionem, illud procedit habitu, quamvis non actu, Jas. *in l. fin. n. 14. limitat. 8. n. 23. de jurisdict.* ubi ait, quod in notoriis judex extra territorium citet, etiamsi non requiratur causæ cognitio. Rectè etiam bannum in absentia fieri extra territorium, quando ferretur pro causa damnata habente ortum intra territorium, secus si pro causa orta & originata extra territorium, ait Felin. *in cap. fin. n. 24. in 2. limit. de for. compet.*

III.

Extra territorium & intra territorium esse, sed exemtum, sunt paria, Jas. *in l. fin. n. 5. ff. de jurisdict.* Matth. Steph. *de jurisdict. 1. cap. 33. n. 15.* Vant. *tit. de def. ord. n. 108.* Knichen. *de jur. territor. cap. 4. n. 58.* Schrader. *de feud. 2. p. 9. §. 3. n. 157.* Wesemb. *part. 1. consil. 30. n. 17. per cap. cum Episcopus 7. de offic. ordin. in 6.* Joh. Andr. & Geminian. *in c. 2. de constitut. in 6.* Angel. *consil. 233.* Calcan. *consil. 13.* Cabedo *decis. 10. n. 3. p. 2.* Extra territorium enim nec jurisdictio, nec subjectio permittitur, *l. fin. ff. de jurisdict. l. 1. Cod. qui dare tutor. vel curator. l. 4. C. si à non competent. judic. l. 53. C. de decur.* Vant. *in tit. de defect. jurisdict. ordin. n. 100. & 107.* Ant. de Amatis *decis. 50. n. 1.*

IV.

Extra territorium suum quilibet censetur instar subditi, Alder. Mascard. *de statut. interpret. concl. 6. n. 6.* alteriusve privati quoad jurisdictionem, *l. 3. ff. de offic. præsid.* Acac. Enenckel. *3. de privil. cap. 19. num. 8.* Knichen. *de jure territorii, cap. 4. n. 3.* Gail. *lib. 1. de P. P. cap. 16. n. 28.* Vietor *in disp. de caus. exemt. Imper. concl. 30.*

V.

Territoria diversa sæpè diversam naturam faciunt bonorum in iis sitorum, Bald. *in cap. unic. in fin. n. 3. de contr. inter masc. & fœmin.* Cyn. *in l. 1. C. de Summ. Trinit.* Paul. de Castro *cons. 146. in fin.* Philipp. Matth. *2. Consil. Marpurgens. 26. num. 143.*

CAP. XIII.

Terror.

Axioma I.

Terror per se est injuria, *l. 15. §. 1. ff. de injur.* Bart. Angel. Aretin. *in tract. de malefic. verb. admonuit.* adeò ut justamac inculpatam sæpè defensionem generet, cum primum ictum expectare nemo teneatur, qua de causa si territus armis vel gladio venientem percusserit, à pœnâ immunis dicitur, *l. si quis 3. cum l. seq. C. ad L. Cornel. de sicar.* Bart. *ad l. si ex plagis. §. Tabernarius. ff. ad L. Aquil.* Bald. *ad l. ut vim. ff. de justit. & jur. & ad lib. 1. C. unde vi. & in l. 1. §. cum arietes. si quadr. pauper. feciss dicatur.* Panorm. *in c. olim. col. 8. extr. de restit. spoliat.* Laur. Kirchov. *d. consil. 27. n. 7. & consil. 13. per tot. vol. 2.* Anton. Gomez *cap. 3. n. 20. var. resol. tom. 3.* Tiber. Decian. *resp. 67. n. 13. vol. 3.* Eoque ipso dicitur quis deangustatus, quod sibi terror armorum vel plagarum sit illatus *per l. 3. §. qui armati 5. ff. de vi armat. l. sed etsi 5. ff. ad Leg. Aquil. ubi gloss. & Bart.* cum ignoretur quousque offendens sit progressurus, Bald. *in l. 1. C. unde vi. n. 10.*

II.

Terror armorum inducit discrimen vitæ, gloss. *in l. 1. C. unde vi. & l. 2. C. de Sicar. & 23. q. 3. in summa.* ibidemque Archidiacon. Wesemb. *1. consil. 10. n. 48.*

CAP. XIV.

Tertius, Jus tertii, extraneus.

Axioma I.

Jus tertii ad excipiendum nihil prodest, *l. loci corpus 4. §. competit 7. si servit. vindic.* A. Thesaurus *decis. 4. n. 1.* siquidem jus tertii non potest ab alio opponi, si ipse tertius nunquam eâ de re fuerit conquestus, Bart. *in l. 2. de except. rei jud.* Roland. à Valle *2. consil. 57. n. 10.* Pacian. *1. de probat. cap. 7. n. 58. & seqq. imprimis à n. 71. & seqq.*

II.

Tertius non impeditur jure suo uti ex eo, quod alii litigant. arg. *l. cujuscunq;. §. 1. ff. de Usufruct.* Oldrad. *cons. 299. in princ. vers. & est dicendum.* Vult. *3. Consil. Marpurg. 22. n. 44.* iniquissimum enim esset alteri per alterum iniquam conditionem inferri, *l. non debet 74. de R. I.* ideoque jus tertii semper in omni actu censetur esse reservatum, *c. si postquam. 13. de præbend. in 6. c. quamvis 18. de rescript. in 6. l. impuberi 40. ff. de administrat. tut. l. 2. §. merito 10. & §. si quis à Principe 16. ff. ne quid in loco publ.* unde etiam nec vitium litigiosi afficere dicitur, Nicol. Milis *in repert. suo. in lite verb. pendente quoad litigantem.* Rota Roman. *decis. 3. n. 2. in fin. in novis & ibid. additionator. sub tit. ut lit. pendent.* Lancellot. *de attentat. p. 1. cap. 3. à numero 90. usq; ad num. 153.* & peremta instantia vitium litigiosi durat quoad ipsos litigatores, non etiam quoad tertium, cum in tertium, vel à tertio alienatio facta subsistat, Bart. *in l. 2.* & ibi Alex. Jas. Curt. C. *de edend.* Curt. senior *consil. 72. num. 9.* Paris. *consil. 104. n. 115.* Hieron. Gabr. *concl. 52. num. 8.* qua de causa neque etiam executio rei judicatæ aliquid præjudicat, sed potius eam impedire potest, *l. cum quæritur 12. ff. de except. rei jud.* Dd. *in l. à D. Pio. §. si super rebus. ff. de re judic. & c. cum super 17. eod.* Didac. Covar. *pract. quæst. 16. num. 3. vers.*

tertio solet tradi. Menoch. *consil. 319. n. 1. vol. 4.* Cephal. *consil. 693. n. 12. vol. 5.* Boër. *decis. 79. n. 1.* Gail. *1. obs. pract. 49. n. 5. & obs. 113. n. 12.* Wesemb. *2. consil. 100. n. 12.* ob rationem quod omnis sententia sine præjudicio tertii fieri debeat. *d. c. cum super 17. extr. de sentent. & re judic.* nec ea inter alios acta aliis noceat, *l. penult. de re jud. t. t. C. res inter alios act.* nisi (1.) quando tertius rem litigiosam acquisivisset. Joseph. Ludov. *decis. 26. n. 9.* vel (2.) si scientiam litis motæ habuisset. Boër. *decis. 79. n. 3.* de quibus, ut & aliis, videatur Umm. *in proces. judic. disput. 23. thes. 35. n. 36.*

III.

Sæpè quod quis ex sua persona non habet, hoc per extraneum petere potest, *l. Aristo. 3. in fine, quæ res pignor. vel hypothec. dat. obligar. non poss.* ubi gloss. plurima exempla recenset, add. & Cujac. *ibid. l. cum hereditas 55. de acquirend. hered. l. mulieri & Titio 74. de condit. & demonstrat. l. si communem 16. quemadmod. serv. amitt. l. si mandavero 22. §. si hi 3. mandat.* ubi dicitur, licet nemo rem suam per se emere possit, id tamen posse per interpositam personam, idque tota die fieri, ait Cujac. *ad d. l. 3. in Paulo.*

CAP. XV.

Testamentum, Testatum, Testator, Testamenti factio.

Axioma I.

Testamentum omne validum ac solenne præsumitur, gloss. *in l. 1. C. de fideicommiss. & in l. si post divisionem.* ibidemque Bart. *C. de juris & fact. ignor.* Alex. *in rubr. ff. de nov. oper. nunciat. n. 23.* maximè ubi extrinsecus non est vitiatum, vel aliqua in parte corruptum, *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* Ripa *in l. si quis ita. n. 18. de V. O.* Dec. *in l. ex his. n. 6. de testam. milit. & cons. 324. n. 2.* Vult. *1. Consil. Marpurg. 29. n. 25.*

II.

Testamentorum favor tantus est, ut in dubio pro validitate eorum sit judicandum. *l. si pars 10. ff. de inoffic. testament. l. in ambiguis 85. de Reg. Jur. l. sunt personæ 43. de religios.* Dd. *in l. in testamentis, de Reg. Jur.* Regn. Sixt. *1. Consil. Marp. 11. n. 6.* Optima enim illa est ratio, quæ pro conservanda ultima voluntate, & tuendo testamento assumitur, *l. nulli 28. Cod. de Episc. & Cleric.* Matth. Wesembec. *2. consil. 85. n. 47.* cum nihil magis quam illud humanitati conveniat, *l. 1. Cod. de SS. Eccles.* & publicè intersit, juxta Signorol. *consil. 210.* ut testamenta conserventur, *l. vel negare 5. ff. testament. quemadmod. aper.* Tiber. Decian. *respons. 70. n. 1. vol. 3.* etiam quoad filiorum exclusionem Jacob. Menoch. *4. de præsumpt. 10. n. 11.* Tiber. Decian. *respons. 35. n. 1. vol. 1.* Bald. *in d. l. 1. C. de SS. Eccl. l. 2. in fin. ff. si quis à parent. manumiss.* Dec. *consil. 11. in princ. & consil. 426. num. 2. consil. 635. n. 11.* nec recipienda pernicioſa illa subtilitas, per quam testamenta contra utilitatem publicam subverterentur, Signorol. *consil. 159. per l. fin. C. de instit. & substit. l. quidam 5. Cod. de necessar. hered. instit. l. cum qu. 13. C. de legat.* Zas. *cons. 12. n. 33. vol. 1.* quippe quod improbus esse putetur, qui quamlibet voluntatem rescindere nititur, *d. l. nulli 28. C. de Episcop. & Cleric.* Quamobrem cum in dubio verisimilius esse debeat, testatorem actum validum potius, quam frustratorium facere voluisse, *l. si quando 109. ff. de legat. 1. l. quoties 12. ff. de rebus dub. l. in testamentis 12.* ubi gloss. Bart. Decian. *ff. de Regul. Jur.* idem Dec. *ad cap. quoniam extr. de offic. delegat.* Zas. *cons. 18. num. 39. vol. 2.* Felin. *in cap. cautio. num. 39. extr. de fid. instrument.* Jason *ad l. cum quidam. num. 9. ff. de liber. & posthum.* Christophorus Herdesian. *consil. 38. n. 173. vol. 1. Cons. var. JCtor.* utique etiam interpretandus erit, ut non contra, sed pro testamento, non solum quid præsumamus, sed etiam judicemus, *d. l. in testamentis. d. l. quoties 12.* Wesemb. *vol. 2. consil. 85. n. 47. & consil. 88. num. 12.* Tiber. Decian. *d. respons. 35. n. 1. vol. 1.* Jac. Menoch. *consil. 544. num. 4. & lib. 4. de præsumpt. p. 1. præs. 10. num. 11.* Zas. *vol. 1. consil. 12. num. 33.* idque tum (1.) quod causa testati sit favorabilior causa intestati, Gloss. Decius & Dd. *in l. quemadmodum, de Reg. Jur. & in l. quamdiu de acquir. hered.* & interest hominis testatoris, ejusdemque honos sit, ut potius cum testamento, quam sine testamento decedat, *§. 1. Institut. qui manumitt. non poss. l. & quia 6. de interrogat. act.* tum (2.) quia homini mortuo nihil magis debeatur, quam ut voluntas ejus conservetur, *l. 1. C. de SS. Eccl.* è diverso autem pœna testatoris sit, testamenta invalidari, *l. ult. C. de posthum. hered. instit. l. 32. C. de inoffic. testament.* Ruin. *in l. Gallus. §. & quid si tantum. n. 92. de liber. & posthum.* Pantschm. *2. q. pract. 21. n. 43.* Corn. *vol. 4. consil. 53. n. 3.*

Limita: hæc quidem procedere in dubio, non quando de nullitate testamenti manifestò constat. Quod enim ipso jure nullum est, nemo potest in alterius præjudicium convalidare, Menoch. *4. præsumpt. 10. n. 18.* Mantic. *2. de conject. ult. volunt. tit. 9. n. 1.* Besold. *1. consil. 204. n. 29. & 30.*

III.

Testamenta perfectionem primum sumunt à die mortis testatoris, *leg. omnium 19. C. de testament.* Menoch. *329. n. 5.* Camill. Borell. *consil. 36. n. 18. per l. 4. ff. de adim. legat. l. 1. ff. de testam. l. 1. ubi Dd. C. de SS. Eccles.* Carpzov. *Part. 1. Constit. 28. Definit. 8. n. 3.* quia absurdum, quod superstitis hereditas adiri possit, *l. qui superstitis 94. ff. de acquirend. hered.* neque etiam ea ad heredem transmittatur, cùm delata viventis hereditas dici nequeat, nec transmittatur, nisi sit delata, Tib. Decian. *respons. 7. num. 111. vol. 1. respons. 46. n. 148. vol. 2.* post Bald. *in l. DEO nobis. C. de Episcop. & Cler. per l. ventre 84. de acquir. hered. l. 1. vers. si tamen hereditatem non recusant. C. de his, qui ante apert. tab. testam.* Joh. Gœdd. *1. Consil. Marpurg. 25. n. 35.*

IV.

Testandi facultas nemini est auferenda, *l. 15. & ult.*

ult. C. de pact. l. habeat. 1. Cod. de SS. Eccl. l. 61. ubi Bart. *in pr. ff. de V. O.* ne quidem singulari Principis privilegio, *l. ex facto 43. in princ. vers. etenim iniqvum. ff. de vulg. substitut.* Carpzov. *P. 3. Constit. 7. Definit. 4. n. 2.* scilicet in totum, potest tamen coërceri in tantum, & in certis quibusdam bonis. Caspar. Klock. *1. consil. 6. n. 19. & seqq.* qua de causa etiam nec is prohiberi dicitur, qui nihil in bonis habet, *l. 3. ff. ad L. Falcid.* Etsi enim prorsus testandi non sit facultas, cum nihil de quo testatur supersit. Vaud. *1. variar. qu. 31.* inde tamen propriè loquendo libera testandi facultas non tollitur, cum regula hactenus tantum vera sit, ut qui bona habet, quacunque conventione vel pacto ne de iis disponat, vel ne à dispositione semel facta recedat, constringi non possit, Carpzov. *P. 2. Constit. 12. Definit. 26. n. 6.* Potest etiam regula intelligi, ut procedat scil. directo, secus vero indirecto & per consequentiam, *l. si arrogator 22. de adopt.* Carpz. *P. 3. Constit. 71. Defin. 4. n. 7.* quam declarat & repetit *lib. 6. respons. 48. n. 26.*

V.

Quodcunque voluntatis libertatem non impedit, illud testamentum non vitiat. Quia in testamenti factione præcipuè attenditur, ut suprema voluntatis liber sit stylus, & liberum, quod iterum non redit, arbitrium. *l. habeat. C. de SS. Eccl.* Ita ergò blanditiæ adhibitæ testamentum non vitiant, modò non fuerint importunæ, aut ad illas accedat violentia; sicut nec interrogatio simpliciter facta testamentum vitiat. Carpz. *P. 3. Constit. 5. Defin. 4. 5. 6.*

VI.

In quibuscunque testamentis nudæ Juris Gentium solennitates tantùm attenduntur, in illis muti & surdi, naturâ talis, valebit dispositio. Quia in illo sufficit sola voluntatis declaratio, sive verbis ista fiat, sive signis evidentibus seu etiam nutu. Ita igitur talis poterit testari inter liberos, ad pias causas, in militiâ, &c. conf. *Tit. seq.*

VII.

Quoties forma à lege præscripta in testamento non est observata, toties testamentum est ipso jure nullum. Ratio est *in l. non dubium 5. C. de LL.* & quia testamentum debet esse justa, i. e. solennis & legitima voluntatis nostræ sententia. Ita ergò si liberi juxta formam *Nov. 115.* non fuerint instituti aut exheredati, testamentum est nullum.

Limita: ut procedat de formâ substantiali, non accidentali. Zoës. *ad ff. de Leg. n. 51.*

VIII.

Quoties testamentum est ipso jure nullum, toties impugnari potest per triginta annos. Quoties verò est rescindendum, toties impugnari debet intra quinque annos. Ratio prioris, quia intra triginta annos peti potest hereditas *l. 16. C. de inoffic. Testam.* Ratio posterioris, quia querela inofficiosi, per quam petenda restitutio, non durat ultra quinque annos, *l. 8. §. fin. ff. eod.*

Amplia, ut idem procedat in aliis actibus seu contractibus, v. gr. sententiâ. Quo tamen casu recessio non intra quinquennium, sed quadriennium fieri debet, cùm remedium restitutionis in integrum ultra quadriennium peti nequeat. vid. cap. *RESTITUTIO IN INTEGR.*

IX.

Quotiescunque testamento condito adnascitur filius, vel aliud conditur testamentum, toties prius est ruptum, quia casu priori posthumus natus in testamento reperitur præteritus, ad quem tamen necessariò spectat legitima. Casu verò altero testamentum posterius derogat priori, cùm nemo possit duobus testamentis decedere. *l. 12. C. de pact.*

Amplia, licet testator per clausulam derogatoriam in priori testamento expresserit, se nunquam de eâdem voluntate velle recedere, adeoque, si quid ei contrarium factum apparuerit, ratum minimè fore. quamvis enim clausula ista derogatoria non sit expresè revocata in posteriore testamento, prius tamen est ruptum. Carpz. *P. 3. Constit. 5. Defin. 10.*

Limita: nisi testamentum posterius sit jure imperfectum, tunc enim prius valebit. *§. ult. Instit. quib. mod. testam. infirm.*

X.

Quoties testamentum semel conditum, toties semper præsumitur validum, donec probetur mutatum. Nam qui voluntatem mutatam esse dicit, illud probare debet *l. eum qui voluntatem. 22. ff. de prob.* Mutatio nempe est accidens, quod absque probatione in dubio non præsumitur. Quod igitur non mutatum, quare stare prohibeatur. *l. sancimus 27. C. de Testam.*

XI.

Quoties vel status testatoris mutatur, vel heres deficit, toties testamentum est irritum. Nam casu priori res devenit in eum statum, unde incipere non potest. Casu verò posteriori nullus est, qui hereditatem adeat, & tunc testamentum dicitur destitutum.

XII.

Quotiescunque favor heredis à lege inductus, toties testator ei præjudicare nequit. Ratio est *in Axiom. 14. h. cap.* Exemplum est in cautione usufructuaria. conf. *Axiom. seq.*

XIII.

Quodcunque factum testatoris ad delinquendum invitat, illud est illicitum. Ratio est *in l. 15. ff. de Condit. Instit.* Ita ergò cautio de non aburendo non poterit remitti à testatore, benè tamen cautio de non restituendo. Quamvis in praxi indistinctè receptum, testatorem non posse remittere cautionem. Carpzov. *Part. 3. Constit. 13. Defin. 12.*

XIV.

In testamento nemo cavere potest, ne leges in suo testamento locum habeant, *l. nemo 55. ff. de legat. l. 15. §. 5. ad L. Falcid.* Carpz. *Part. 3. Constit. 3. Defin. 9. num. 3.* quia ut I. C. nec ex prætorio, nec ex solenni jure quicquam ex privatorum conventione immutandum est, *l. nec ex prætorio 27. ff. de Reg. Jur.* ita & juri publico, cujus est testamenti factio, *l. 3. de testam.* privatorum conventio derogare nequit, *l. jus publicum 38. ff. de pact. l. neq; pignus 45. §. 1. ff. de Reg. Jur.* Vult. *1. Consil. Marp. 34. num. 26.* Qua de causa non ex cogi-

cogitatione aut proposito testatoris, sed ex regulis juris statuendum est, an testamentum formam habeat perfectam nec ne. arg. *l. 4. ff. qui testam. facer. poss.* Dauth. *in tract. de testam. in defin. testament. n. 16.* ideoque testamentum publica forma deficiens valere vel pro testamento reputari non potest Dauth. *ad l. testandi 13. num. 4. & ad l. 16. C. de testament.* Castr. *ad d. l. testandi. n. 3.* post Bald. Bart. & Salicet. Franc. Tort. Cremens. *consil. 19. n. 88. vol. 3. var. JCtor.* Gœdd. *3. Cons. Marpurg. 28. n. 28.*

XV.

Testamentum est quid individuum, *l. furiosum 9. C. qui testam. fac. poss.* Bart. & Dd. *in l. si is, qui testam. & in rubr. ff. de legat. 1.* Cavalc. *decis. Fisizan. 4. n. 17. p. 3.* Intellige scil. quoad sui formam, Ruin. *consil. 5. n. 3. vol. 3.* Bursat. *consil. 370. n. 40.* ideoque vires suas ab ultimo puncto capere dicitur, juxta Bald. & Imol. *in d. l. si is, qui testam.* Socin. sen. *consil. 92. n. 3. vol. 3.* Jason *consil. 9. n. 1. in pr. vers. item testam.* qui subjungit rationem, quod nihil dicatur factum, ad quod faciendum aliquid supersit. Herman. Vult. *3. Consil. Marpurg. 29. n. 128.*

XVI.

Testamentum non esse factum, aut esse quidem factum, sed nulliter, procedunt à pari, *pr. Inst. de hered. quæ ab intestat.* Cephal. *consil. 585. n. 73. vol. 4.* Dec. *consil. 46. vol. 2.* ac proinde testamenta inutilia, sive nulla abusivè testamenta dicuntur, *l. 21. §. 1. ff. quemadmodum test. aper.* Natt. *consil. 468. n. 8. vol. 3.*

XVII.

Testamentum ex solius testantis, non etiam alterius arbitrio dependere debet. *l. illa institutio 2. & l. 68. ff. de hered. instit. l. 19. vers. voluntas. C. de testament. l. 52. de condit. & dem.* Bald. *in l. executorem. n. 4. de executione rei judic.* Dec. *consil. 494. n. 6.* Paris. *consil. 38. n. 40. lib. 3.* Barthol. Socin. *ad l. 2. n. 3. ff. de vulg. substit.* Gœdd. *3. Consil. Marp. 28. n. 38.* Bald. *in l. 1. col. pen. vers. juxta hæc quæro. C. de SS. Eccl.* Angel. *consil. 201. in princ.* Calcan. *consil. 107. col. pen.* Carpz. *P. 3. Constit. 5. Defin. 19. n. 1.* quod procedere nedum in institutione heredis, sed etiam in legatis *ex l. captatoriæ 64. ff. de legat. 1. l. nonnunquam 52. ff. de condit. & demonstrat. l. 1. ff. de his, quæ pro non script. habentur.* docet Paris. *consil. 89. n. 42. & 43. vol. 3.* adeo ut voluntas illa, quæ ab alieno dependet arbitrio, vel quæ astu captata fuit, dicatur esse captatoria, atque ideò invalida & nulla, *l. captatorias 70. ff. de hered. instit.* etiam in testamento militis *l. captatorias 15. C. de testam. milit.* ibidemque Jason *n. 1.*

Limita I. non obtinere in testamento conjugum; si enim conjugali amore & verborum lenociniis alter alterum instituat, testamentum non vitiatur, dummodo metus absit, *l. fin. ff. si quis aliquem testam. prohib.* ibidemque Bart. *n. 16. l. fin. C. eod. titul.* & ibi Bart. *n. 1.* Castr. *n. 1. in fin.* Gail. *2. obs. 117. n. 4.*

Limita II. in iis legatis, quæ per modum conditionis in alienum arbitrium seu ex alieno arbitrio possunt conferri, *l. 1. §. 1. de legat. 2. & l. 43. §. 2. de legat. 1.*

XIIX.

In testamentis sunt pleraque, quæ subaudiuntur, Cujac. *in recitat. ad l. 67. de legat. 2.* παρασυπακούμενα, i. e. quæ subaudiuntur & subintelliguntur, ut Grammatici dicunt: quæ quidem ut in narrationibus (quas breves esse oportet) Rhetores omitti jubent, quod satis per se intelligantur: ita omissa testamentis facilè supplentur, nam & testamenta brevitatem amant, *l. 1. §. 1. l. si ita quis heres. 74. de hered. inst.* juxta illud Juvenalis *Satyra 1.*

Qui se cautum atque beatum
Exiguis tabulis & gemina fecerat una.

XIX.

Testamentum non potest pendere ab incerto eventu, Bachov. *ad Wesemb. n. 6. de injust. rupt. & irrit. testam.*

XX.

Testamenti verbis tenaciter est inhærendum, nec in illis locus est concedendus interpretationibus longius accersitis & conjecturatis, *l. generali capite 32. §. 3. & 4. de Usufruct. legat.* Simon de Prætis *tractat. de Interpret. ult. volunt. l. 1. solut. 1. num. 6. dub. 2. col. 2.* Alvarad. *de conjectur. ment. defin. lib. 3. cap. 2. n. 2.*

XXI.

Testatores plerumque abusivè loquuntur, nec propriis vocabulis ac nominibus semper utuntur. *l. 69. de legat. 3.*

XXII.

Testatoris suprema voluntas pro lege servanda, *cap. 2. vers. disponat. Auth. de Nupt. Nov. 22.*

Limita, non procedere, si aliquid contra jus vel Legem disponat. text. notabilis *in l. quidam in fuo 27. ff. de Condit. instit. l. conditiones 9. eod.* & in terminis *Novell. 48. in præfat.* non enim statuere potest, ut LL. non habeant locum in suo testamento, *l. nemo 55. de legat. 1.* Bald. *in l. unic. num. 8. & 10. C. de his, quæ pœn. nomin.* ubi dicit generale esse in fraudem legis apposita non valere, vid. Gail. *2. observ. 149. §. 2. vers. non obst. & supra axiom. 5.* sed potius testator suam voluntatem conformare cum jure communi præsumitur, *l. quæro. 54. §. inter locatorem 1. locati.* ubi dicitur, quæ fieri solent, ea in contractu censeri interveniisse, & contrahentes se juri civili conformasse. Socin. *in l. cum filiofam. 11. n. 29. & 123. de legat. 1.* Cravett. *ibid. in p. 3. n. 51.* Dd. *in l. hæredes mei 57. §. cum ita. 1. ad SCtum Trebell.* Ingolstadiens. *apud* Besold. *1. consil. 5. n. 30. & seqq. item & cons. 12. n. 62.*

XXIII.

Testati causa regulatur à causa intestati, *gloss. in l. cum ita §. in fideicommiss. ff. de legat. 3.* Corn. *consil. 131. vol. 2.* Ruin. *consil. 144. num. 13. vol. 3.* Paris. *consil. 37. n. 42. & consil. 59. n. 16. vol. 2.* Alciat. *resp. 96. n. 34.* Vult. *1. Consil. Marp. 29. n. 95.* ac proinde ad heredes potius quam legatarios pertinet: ita ut etiam legata summo Principi (cujus aliàs favor est maximus) facta, ejusmodi extensione non fruantur. Roland. à Valle *3. consil. 16. n. 30. & seqq.*

XXIV.

XXIV.

Testandi facultas extendi, non restringi debet, *l. cum duobus 52. §. idem respondit 9. ff. pro soc. & l. fin. ubi Dd. C. de pactis.* Socin. *consil. 72. col. fin. & consil. 107. n. 34. vol. 3.* ratio, quia in testamentis voluntates testantium plenius interpretamur, *l. 12. de Reg. Jur. l. voluntatis 7. C. de fideicommiss.* ut enim quis de rebus ipsis testandi habet facultatem, ita etiam quodvis onus rebus suis in testamento imponere potest, Bart. *in repet. Auth. ingressi C. de SS. Eccles.* Jas. *in l. filiusfam. §. Divi lect. 1. n. 43. ff. de legat. 1.* ipsisque conditionem adjicere pro libitu, *l. in conditionibus primum 19. ff. de Condit. & demonstr. l. cum quæstio 13. Cod. de legat.* in tantum ut procedat etiam contra piam causam. Potest enim testator facere, ne res sua ad piam causam deveniat, *cap. verum 4. de Condit. appos.* ita etiam dicimus conditionem bonis suis à testatore adjici posse, nec alienentur in Ecclesiam, *l. fin. C. de revocand. donat.* cum patri concessum ita disponere de bonis suis pro arbitrio, dummodo liberis legitimam relinquat, *l. parentibus 8. C. de inoffic. testam. Auth. novissima C. eod.* Joh. de Anania. *cons. 29. dub. 4.* Castr. *consil. 35. vol. 1.* Paris. *consil. 93. num. 4. vol. 2.* Cephal. *consil. 117. num. 6. lib. 1.* Unde etiam in arbitrio patris est, uni ex liberis relinquere plus quam alteri, eosq; ex portionibus inæqualibus instituere, salva tamen legitima, Castr. & Jason *in d. l. parentibus. & in l. hâc editali C. Cod. de secund. nupt.* Bald. *cons. 80. vol. 5.* Alex. *consil. 82. in fin. vers. non obstat. vol. 4.* Dec. *consil. 246. num. 2. & consil. 6. col. 2. num. 4.* idque non tantum in testamento solenni, sed etiam imperfecto inter liberos facto, *l. fin. C. famil. hercis. l. si filia 29. §. si pater 3. l. quæ pater 50. ff. eod.* Castr. *in Auth. quæ inter liberos, vers. sed quæro ponamus, quod pater. C. de testam.* Cuman. *cons. 115. vers. pro parte verò affirmativa.* Soc. *cons. 24. vol. 3.* Nat. *cons. 622. vol. 3.* Paris. *consil. 34. n. 50. vol. 2.*

Limita, nisi testator ipse strictè loquatur, eo enim in casu & strictè debet intelligi. *l. uxorem. 29. ff. de manumiss. testam. l. fidejussores Magistratuum 68. de fidejussor.* Bald. *in l. ult. n. 1. ff. de posthum. hered. instit.* Mascard. *de probat. concl. 136. num. 3.* quod enim testator non dixit, nec nos dicere debemus. *l. si servum 71. §. non dixit 5. ff. de acquir. hered. l. de pretio 8. ff. de publician. in rem act. l. 2. C. si quis alteri vel sibi.* Mascard. *de probat. concl. 1280. n. 20.* nec quod non loquitur, velle præsumitur, *l. 1. §. 11. vers. sin autem deficientis C. de Caduc. tollend.* Dec. *consil. 36. n. 3. & cons. 89. n. 2.* Paris. *consil. 3. n. 18. vol. 3.* Roland. à Valle *consil. 51. n. 8. vol. 3.* Mascard. *de probat. concl. 1343. n. 1.* Regn. Sixtin. *2. Consil. Marp. 13. num. 31.*

XXV.

Testamenti factio voluntariæ est jurisdictionis, *gloss. in l. testamenta. verb. solent. C. de testam.* Matth. Wesemb. *in pand. ff. qui testam. facere poss.* Vult. *1. Consil. Marpurg. 34. n. 11.* Carpz. *P. 3. Constit. 3. Defin. 13. n. 4.*

XXVI.

Quoties testamenti factioni saltem obstat impedimentum civile, toties illud à principe tolli, & ita testandi facultas concedi potest, sed secus si sit impedimentum naturale, arg. *§. pen. Instit. de Jur. Nat. Gent. & Civil.* Quia in civilibus Princeps ut superior dispensare poterit, non in naturalibus. Ita ergò princeps pupillo, in quò sufficiens prudentia est, testandi licentiam concedere potest. E contra furioso non potest, quia illius nulla voluntas *l. 40. ff. de R. J.*

XXVII.

Quæcunque solennia in testamento scripto necessaria, illa etiam in nuncupativo, exceptis tantùm iis, quæ per scripturam expediuntur *§. fin. Inst. de Testam.* quia in testamento nuncupativo tantundem fraudis metuendum, quantum in scripto.

Limita: ut quamvis hodiè testamentum nuncupativum à Notario in scripturam redigi soleat, hoc tamen melioris probationis causâ fiat, adeoque adhuc testamentum nuncupativum maneat. Ludwell. *de ultim. Volunt. P. 2. c. 1.*

XXIIX.

Quocunque modo miles voluntatem suam exponere potest, eò modò poterit etiam testari, *l. 1. in fin. C. de Testam. milit.* Quia de Jure Gentium sola voluntatis expressio & probatio ad testamentum sufficit. Jam verò in testamento militis requiruntur saltem ea, quæ sunt Juris Gentium, remissis iis, quæ sunt Juris Civilis. Ita igitur etiam in scriptis absque ullis testibus testari poterit. Conf. *l. Milites 15. C. de Testam.* sicut & sine scriptis quòcunque modò *princ. Inst. de Milit. Testam.* modò si voluntas nuncupata fuerit, per duos testes probari possit.

XXIX.

Quæcunque requisita de Jure communi ad testamentum sunt necessaria, illa quoque ad testamentum rustici spectant, excepto numero testium, *l. ult. C. de Testam.* quia cùm præter numerum nihil specialiter rusticis sit indultum, reliqua manent sub dispositione juris communis. Quod enim non mutatum, quare stare prohibeatur *l. 27. C. de Testam.* Hinc igitur testes debent esse masculi, rogati, &c.

Limita: ut numerus testium sit remissus, si septem haberi non possint, quod in dubio præsumitur. Brunnem. *ad d. l. ult.* (2.) ut procedat, nisi rusticus testari velit inter liberos vel ad pias causas, ubi duo testes sufficiunt, vid. Stryck. *Dissert. de Testam. Rustic. cap. 3. n. 44.*

XXX.

Ubicunque privilegiatus testandi modus in legibus non est expressus, ibi nec in foro admittendus, quia sic res videtur relicta dispositioni juris communis, & jura singularia non facilè ad consequentias producenda, *l. 16. ff. de LL.* ita ergò in viâ vel navi moribundus debebit adhibere septem testes, si velit testari, uti disertè probatur *ex pr. Instit. de Cod. & l. 8. §. 2. ff. eod.*

XXXI.

Quodcunque juris est in testamento patris inter liberos, idem quoque juris est in testamento ad pias causas. Quia idem favor est piæ causæ, qui est liberorum. Ita ergò si extraneæ personæ ali-

aliquid relinquatur, in hoc testamento quinque testes quoque erunt necessarii.

Limita, ut procedat quoad solennitates Juris civilis extrinsecas utrobique remissas, v. g. numerum testium. *cap. 10. X. de Testam.*

XXXII.

Testamenta difficilius, quam Codicilli sustinentur *l. fin. ff. de Codicill.* Joh. Gœdd. *3. Marp. 28. n. 39.*

XXXIII.

Testandi libertatem non impedit juramentum appositum, *l. pactum 15. l. 7. l. licet. 19. l. fin. C. de pact. l. pactum 3. C. de collat.* Bart. *in l. si quis in principio delegat. 1.* Oldrad. *cons. 127.* Bald. *in l. 1. C. de SS. Eccl.* Salicet. *in l. sancimus. de testament. ubi* Jason *num. 8.* Joh. Andr. *in c. cum semel. de R. I. in 6. & c. ultima voluntas. 13. q. 2.* Bald. *cons. 148. vol. 1.* Jason *in l. si convenerit de jurisd. omn. jud.* Andr. ab Exea *in rub. de pact. numer. 524.* Guiliel. Mayner. *in l. quamdiu. n. 117. & in l. nemo potest 73. de R. I.* Francisc. Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib. 6. tit. 2. n. 2. & 21. & lib. 12. tit. 8. n. 20.* Joseph. Ludov. *decis. Peruf. 82. n. 12. libr. 2.*

XXXIV.

Testatorum voluntates non debent in suspenso manere, *l. fin. Commun. præd.* Wesenbec. *in paratit. de pen. legat n. 2, vid. infr. lib. 19. cap. voluntas.*

XXXV.

Testatoris factum cum facto judicis vel legis sæpè æquiparatur, *l. non est mirum 26. ff. de pignor. act. l. solent. 3. ff. de alim. legat. l. 2. C. de divid. tutel.* unde & à judice ad testatorem bonam esse illationem, apparet *ex l. 1. §. si pupillis 6. vers. ergo de ration. distrah. l. qui testamento 20. §. eum qui 5. ff. de testam.* confer & Vasq. *lib. 2. contra. 27. num. 9.*

XXXVI.

Testatoris in disponendo potestas major est quam statuti. Dec. *cons. 11. n. 9. vers. non obstat.* Cravett. *cons. 174. n. 6.* Phil. Matth. *1. consil. Marpurg. 20. n. 6.*

XXXVII.

Testamenta & ultimæ voluntates sunt favorabiles. *l. 1. C. de SS. Eccles.* Fulgos. *cons. 98. num. 1.* Mandel. *cons. 109. numer. 10.* Ideoque & gratia concessa ad testandum favorabilis esse censetur, Dd. *in c. fin. de simon.* Marq. Freher. *de feud. lib. 2. q. 7.* & testamentorum causa non minus favorabilis reputatur, quam libertatum & matrimoniorum, *c. fin. extr. de sent. & re judic.* Fulgos. *cons. 98. num. 2.* hinc testati causam favorabiliorem esse, quam causam intestati, *ex l. Gallus 29. §. quid si 15. de liber. & posthum.* respond. gl. Dec. Cagnol. *in l. quamdiu ff. de R. I.* Vult. *1. cons. Marp. 34. num. 20.* Bald. *in l. 2. de bon. poss. contr. tab.* Fulgos. *cons. 98. num. 57.* adeò ut si licentia testandi concessa ad plura testamenta, eò extendatur, ut causa intestati cesset, Alban. Card. *quæst. 48. in fin.* hanc etiam causam ultimarum voluntatum favorabiliorem quam contractuum, *ex l. in testamentis 12. de reg. jur.* deducunt Dec. *in l. pactum quod dotale. num. 6. C. de pact.* Decian. *resp. 55. num. 10. vol. 2. & vol. 1. resp. 35.* qua de causa statutum obligationem prohibens ad testamentum vel actum diversum; Imol. *in l. is cui de V. O.* ubi Alex. *num. 4.* Bursat. *cons. 32. n. 23.* vel ad donationem inter vivos non extenditur, Aretin. *cons. 54.* Bursat. *cons. 32. n. 24.* ideoque statutum, quod prohibet fieri, contra eum non habere locum in testamenti factione, concludunt Bald. *in l. testamentum, ubi gl. C. de testament. tutel.* Dd. *in l. verba contraxerunt. de V. S.* Jacob Concennat. *quæst. jur. lib. c. 17.* & alienatio prohibita ad causam testati, etiamsi in pœnam contractus annulletur, non extenditur. Bart. & Dd. *in l. peto §. fin. de legat. 2. cum cumulatis* à Bursato *d. cons. 32. num. 26.*

XXXIIX.

Quite testamentum semel approbavit, is id postmodum improbare non potest. *l. Papinian. 8. §. si conditioni 10. ff. de inoff. testam.* Jul. Clar. *in §. testam. tum q. 43. num. 3* Ancharan. *cons. 242. col. 2.* Paris. *cons. 61 num. 42. & cons. 68. num. 20. vol. 3.* Cravett. *cons. 101. n. 4. vol. 1. & cons. 274. n. 7. & 8. vol. 2.* Bursat. *cons. 355. n. 49. vol. 4. Dd. in l. Pomponius ff. de negot. gest.* Henric. Venth. *cons. 22. num. 4. vol. 1. cons. Germ.* quod non tantum ad ipsum approbantem, verum etiam ad ejus successorem quamvis singularem extendunt Ripa *in l. si aliquam. num. 42. ff. de acquir. possess.* Grat. *cons. 37. num. 12. vol. 2.* è diverso qui testamentum impugnavit, sese ex eo postea juvare non potest, Dd. *in l. post legatum ff. de his, quib. ut indign.* Aretin. *cons. 96. col. pen.* Bursat. *cons. 234. numer. 47. lib. 3.* Vult, *1. cons. Marpurg. 29. numer. 117.*

XXXIX.

Testamento posteriore imperfecto superius perfectum non rumpitur, §. *posteriore & §. ex eo. Inst. quib. mod. testam. infirm.* ratio, quia primum perfectum per secundum eodem modo dissolvi debet, quo primum colligatum erat. *l. nihil tam naturale 35. ff. de R. I.* Laurent. Tennin. *in tract. cautel. cautel. 262. num. 1.*

Excipe, nisi post primum testamentum decennium lapsum fuerit; tunc enim concurrente voluntate contraria minus solenni & tribus idoneis testibus apparente superius ipsum tollitur, *l. sancimus 27. C. de testam.*

XL.

Testamentum juratum censetur habere clausulam derogatoriam, Joh. Andr. *in reg. quod semel. in Mercur.* Bart. *l. si quis in principio. de legat. 1. & in l. omnes populi. in 3. quæstione principali. de justit. & jur. allegati* à Curt. juniore *cons. 26. numer. 5.* Bald. *in l. sancimus C. de testam.*

XLI.

Testamentum sæpe prædicatur de suis speciebus, Bart. *in l. scire debemus. de V. O.* & censetur à genere divisum, neque sub nomine generis venit *l. quæsitum 12. §. fin. de fundo instructo. ubi gl.* Alex. *cons. 140. vol. 5.* Simon de Prætis *cons. 127. num. 5.* hinc cum testamentum dupliciter consideretur vel respectu formæ, vel respectu plurium contentorum, ideoque quoad prius, unum tantum testamentum dicitur, quamvis in eo

sint plura capita & plures dispositiones, *l. si is qui 25. de testam. l. cum antiquitus 28. C. eod.* quoad posterius, tot testamenta perhibentur esse, quot in eo sunt disposita. Pantschman. *2. quæst. 13. num. 31.*

XLII.

Testamentum debilius debet cedere validiori & firmiori, *c. si duo ex tribus 3. ubi Canonista. de offic. deleg. in 6. c. cum non sit.* ubi Panorm. *extr. de decim. cap. prudentiam 21. de offic. deleg. ubi gl. c. post translationem. de renunc.* Felin. *in c. nonnulli numer. 2. circ. fin. de rescript.* Andr. Tiraquell. *in tract. de utroque retract. §. 1. gl. 7. numer. 82.*

XLIII.

Dato pari favore in utroque testamento, posteriori standum est. *gl. in §. & siquidem in Auth. de imperfect. testam. in verb. perfecta.* Hyppolit. Riminald. *cons. 278. nobilis & honesta n. 72.*

XLIV.

Testamenta usque ad mortem minui, corrigi, mutari & revocari possunt. *c. ultima voluntas 23. q. 2. l. omnium 19. C. de testam. l. si quis 6. C. qui testam. fac. poss. l. cum hic status 32. §. pœnitentiam 3. de donat. inter vir. & uxor. l. 4. de adempt. in legat. vid. infr. lib. 19. c. voluntas.*

XLV.

Testator videtur minus gravare heredem quam fieri possit, *l. unum ex familia 67. §. si rem 8. de legat. l. nummis 75. ff. de legat. 3. l. cum 38. §. scio 6. l. si ita scriptum sit 46 §. 1. de legat. 1. semper in obscuris. 9.* ubi Dec. *n. 2. ff. de R. I.* Joh. Gœdd. *3. cons. Marp. 33. num. 430.* Afflict. *decis. 44. num. 18.* imò potius censetur legatum invalidum, quam quod testator censeatur gravare heredem. Cravett. *cons. 32. numer. 3. & cons. 149. num. 15. lib. 1.* Pantschman. *2. quæst. 6. n. 47.* Et ob hanc causam fideicommissum non præsumitur. Menoch. *4. præsumpt. 106. n. 18.*

XLVI.

Testator qui non addit, quod addere potuisset, noluisse videtur. *c. per incorporalia 2. vers. unde si circa translationem id fieri. extr. ibique* Bald. *col. 2. de translat. Prælat. c. ad audientiam 12. extr. de decim.* Alex. *cons. 5. num. 5. v. si enim voluisset lib. 3. per l. unic. §. sin autem deficientis. C. de Caduc. toll.* Modest. Pistor. *2. consil. 21. n. 52.* Roland. à Valle *3. consil. 56. numer. 7.* Besold. *1. consil. 5. num. 29.* qua de causa etiam is, qui testamentum facere cum posset, non vult, creditur sua sponte heredibus legitimis hereditatem vel bonorum possessionem relinquere. Unde etiam & fideicommissa in Codicillis ab intestato relicta valent perinde atque si eos, ad quos legitima hereditas vel bonorum possessio perventura est, testamento heredes scripsisset, *l. 3. eod. lit.* Cujac. in Juliano *pag. 288.*

XLVII.

Testator si se ipsum declarat, non est opus alia declaratione, Bald. *in Auth. nisi rogati. col. 2. vers. & per hoc solvitur C. ad Trebell.* Paris. *cons. 1. num. 29. cons. 3. n. 53. cons. 4. n. 11. lib. 3.* Decian. *respons. 88. num. 16. vol. 2.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marpurg. 21. num. 80.*

XLVIII.

Testator non præsumitur frustra testari voluisse, *l. quoties 2. ff. de rebus dub. l. si quando 109. ff. de legat. 1.* Signorol. de Homodeis *cons. 2. num. 16. cons. 90. num. 36.* Socin. jun. *cons. 71. num. 16. lib. 1.* aut aliquid voluisse poni in postremo suo actu, quod ipsum inutilem & irritum redderet, *l. cum 38. §. si Titius. 2. vers. si fundus l. cum servus. cum ibi not.* per Bart. *ff. de legat. 1. l. qui quatuor. 30. §. qui hortos, l. patronus 35. §. Codicillis. ff. de legat. 3.* Paris. *cons. 72. n. 93. vol. 2.* Bertrand. *cons. 264. in pr. vol. 2.* Cravett. *cons. 161. n. 3.* Wesenb. *2. cons. 85. n. 41.*

XLIX.

De rebus alienis nemo potest testari. *auth. ingressi. C. de SS. Eccles. l. conficiuntur 8. §. si post 3. ff. de jur. Codicill. & ibi gloss.* Jason *in rubr. C. qui testam. fac. poss.* testamentum enim fit de rebus propriis, per ea quæ refert Schurff. *cons. 85. num. 7. cent. 1.* unde & in dubio de suis quis potius bonis, non de alterius testari voluisse præsumitur, Bart. *in l. Codicillis §. instituto. ff. de legat. 2.* Dec. *cons. 378. num. 1.* facit *l. 1. C. de SS. Eccles.* & difficilius testator de rebus heredis sui, quam de suis propriis disponere voluisse dicitur, Bald. *cons. 239. vers. mod. quæritur. vol. 2.* Cravett. *cons. 144. numer. 8. Menoch. cons. 86. num. 1. & 2. lib. 1.*

L.

Testatus pro parte & pro parte intestatus nemo decedere potest, *§. hæreditas 5. in fin. Inst. de hered. instit. l. pen. § filiusfam. ff. de Castrens. pecul. l. quamdiu 89. in fin. ff. de R. J. l. jus nostrum 7. ff. eod.* Quemadmodum enim defunctus duo patrimonia habere non potest, *l. juris peritos 30. §. 1. de Excusat. tut. l. 141. §. 1 ff. de R. I.* Hyppolit. à Collib. *ad l. 7. ff. de R. I.* cum natura non patiatur, ut duo pugnantia veluti testatus & intestatus in eodem homine ceu subjecto concurrere possint. Phil. Matth. *ad d. l. 7. de Reg. jur.*

Declara & limita I. regulam hanc intelligendam esse de initio, h. e. de tempore mortis testatoris, non de eventu, qui forte postea sequitur, ut ostendit Tryphoninus JCtus *in l. pen §. filiusfam. 2. vers. quia miles ab initio. ff. de castr. pecul.* Eo ipso enim tempore quo moritur testator, paganus pro parte testatus, pro parte intestatus decedere non potest, Dec. *ad l. 7. ff. de R. I.* Qualitas enim adjuncta verbo, refertur ad tempus quod eo verbo significatur, *l. Titius 25. ibidemque* Bart. *de milit. testam. l. in delictis 4. §. si extraneus 1. de noxal. act.* Mynsi. *ad d. §. hereditas lit. e.* Ex posttacto autem postquam aliquis decessit, ex intervallo fieri potest, ut una solum pars testamenti firma maneat, & altera corruat, veluti propter inofficiosi querelam, *l. circa 24. de inoff. testam. l. nam et si 15. in fin. ff. eod.*

Limita II. in milite, hunc enim ex speciali privilegio etiam pro parte testari posse, textus est *in l. si miles 3. l. si duobus. 37. ff. de testam. milit.* quod tamen locum habet, quando de ipsius militis voluntate apparet, aliàs in dubio præsumimus eum in testando jure communi uti voluisse *l. 2. l. quanquam 8. l. in testamento 13.* ibique Dd. *C. de milit.*

milit. testam. Carpzov. *cap. 7. constit. 2. defin. 5. num. 7.*

Limita III. non obtinere, quando institutus totius hereditatis capax non esset. *l. 1. C. de secund. nupt.*

Limita IV. si lege municipali statuto vel consvetudine de rebus vel personis jus commune disponentibus aliud cautum sit Bart. *in l. 1. C. de summ. Trinit. num. 36.* Alex. *cons. 19. num. 6. in fin. col. 6. incip. circa primum dubium.* Gozadin. *cons. 49. num. 9. incip. circa primum.* Gail. *2. obs. 124. num. 14.* Socin. *in tract. regul. reg. 495. ubi ibid. 22.* limitationibus eam declarat.

LI.

Testatus videtur decedere, qui voluntatem extremam in alterius dispositionem committit. *cap. cum tibi 13. extr. de testam.*

LII.

Testatoris voluntas ambulatoria est usque ad mortem. *c. cum Martha. extr. de celebrat. miss.*

De Testamento inofficioso vid. *querela Inofficiosi.*

De Testibus in Testamento vid. *cap. sequens.*

CAP XVI.
Testis.

Axioma I.

Testis corrupti dictum non valet *c. licet 9. de probat. c. sicut 9. de testib. & attest.* Panorm. *in c. de testam.* quia testimonium venale non est veritatis testimonium *cap. 86. 11. quæst. 3. cap. 14. 15. quæst. 4. cap. 18. de testib.*

Testis enim testimonium vendere non debet *c. fin. 14. q. 5.* & quod ab ære fit, cum fieri debeat sponte, turpiter fit *l. 4. §. si tibi ff. de Condict. ob turp. caus.* unde & Ovid. *10. Eclog.*

Non bene conducti vendunt perjuria testes.

Quæ vera sunt in favorem corrumpentis, secus si pro parte non subornante: si tamen pecunia generaliter data sit ut auxilio sit, valet depositio. Ludov. Roman. *in sing. pag. 9.* possunt enim preces in testibus intervenire, dum tamen cesset corruptio, Panorm. *in d. c. 1.* secus si corrumpantur. Accurs. *in l. Divus ibique* Bart. *ff. de rejudic. l. Divi. 27. ff. de pœn.* Benedict. Symphorian. *in Comm. de arrest. amor. arr. 29. pag. 751.*

II.

Testibus affirmantibus plus creditur, quam negantibus *gl. in l. diem proferre. §. si plures. ibique* Bart. *ff. de recept. arbitr.* Berous *cons. 24. n. 9. vol. 1.* Grat. *cons. 83. in causa de qua agitur. num. 1. lib. 4.* Farinac. *quæst. 65. num. 200. ubi ampliat.*

Limita I. non habere locum regulam in criminalibus, in quibus tam negantibus, quam affirmantibus creditur, quando de innocentia rei agitur, Bertrand. *cons. 189. col. 2. vol. 1.* Ludov. Roman. *in l. in illa col. pen. ff. de V. O.* Hyppol. de Marsil. *in sing. 541.* Roland. à Valle *cons. 93. in causa de qua agitur. n. 9. lib. 4.*

Limita II. quando testes deponerent pro reo; eo enim casu negantibus pro reo magis creditur, quam contra reum, *gl. in c. in nostra. de testib.* Roman. *cons. 156. circa fin.* Alex. *cons. 169. col. fin. vol. 5.* Bald. *in l. qui accusare. circ. fin. C. de edend.* Claud. de Seysell. *in l. ut vim num. 55 ff. de just. & jure.*

Limita III. quando testes negando pro non delicto deponerent, tum enim major fides adhibetur pro non delicto deponentibus, quam delictum affirmantibus, ut not. Cæpol. *in cons. civil. 60. & in cons. crim. 1. quem refert & sequitur* Anton. Gabr. *in Comment. concl. lib. 1. de testib. conclus. 4. num. 21.* cum in dubio semper illa præsumptio sit capienda, quâ delictum excluditur, nec commissum esse censetur. *l. merito 51. ff. pro soc.* Joh. Crot. *cons. 82. num. 16. lib. 1. & cons. 174. n. 2. & in l. si is qui pro emptore. num. 213. ff. de Usucap.* Roland. à Vall. *cons. 304. numer. 251. & cons. 374. num. 39. lib. 3.* Ant. Gabr. *in Comment. Conclus. lib. 7. concl. 2. in pr.* ac proinde testes præferendos esse dicentes delictum vel homicidium, aut spolium non esse commissum iis qui affirmant, in specie not. Bald. Felin. *ad c. nostra. num. 11. vers. & præferunt. extr. de testib.* Gœdd. *2. Cons. Marp. 28. num. 59.*

Limita IV. quando deponentes super negativa non deponunt super facto, quod potest cadere in sensum corporeum testis, sed deponunt in eo, quod cadit in intellectum, ut quia deponunt de peritia actus, vel de vulnere, quod non sit mortale, vel aliquam non esse prægnantem, tunc si deponentes negativè sint periti, & deponentes affirmativè non periti, peritis plus creditur, Bart. Socin. *in tr. regular. reg. 508.*

III.

Testes singulares de facto aliquo deponentes nil probant, *l. ob carmen 21. in fin. de testib. cap. licet ex quadam 47. cap. in literis 24. de testib. & attest. ubi gloss. in verb. soli. & in cap. cum dilectus 32. de Elect. cap. licet causam 9. de probat. ibique* Abb. Felin. Alex. *cons. 3. vol. 1.* Jason *in l. admonendi de jurejur.* ratio, quia ubi singularitas est, ibi varietas & unitas, quilibet enim est solus, sed contra jus divinum & humanum est, ut dicto unius tantum credatur, Bald. *cons. 400. incip. in causa Vincentii lib. 1.* imò singularitas testium dividit testimonium, & lacerat, quia omne divisum laceratum est, ideoque testes singulares tanquam lacerati & divisi non probant Bald. *cons. 25. incip. punctus. col. 1. in fin. lib. 3.* Cravett. *cons. 41. num. 41. n. 7.* Cons. Arg. *1. cons. 142. cum seqq.*

Declara verum esse tum, quando de probando actum in specie particularem tractatur. Cæterum ad probandum in genere aliquid, scilicet esse informem, furiosum, hæreticum, testes singulares probare, fidemque facere, notat Innoc. *in c. qualiter & quando. & c. cum oportet. de accus.* Alex. *cons. 92. vol. 5.* Mynsing. *3. obs. 76.* Gail. *2. obs. 66. num. 12.*

Limita, nisi ex dictis testium singularium ju-

judex in credulitatem adduceretur, propter quam possit fidem adhibere testibus singularibus, quia quantam fidem habere debeat judex testibus, in arbitrio ipsius relinquitur, *l. 3. §. 1. vers. magis. ff. testib.* Paulus de Castro *in l. Lucius. ff. de his qui not. infam.* Decius *cons. 163. in fin.* Hyppolit. *in pract. §. diligenter. in l. si quis 12. ff. de quæst.* vel ubi ageretur de probatione actus connexi, ut si unus testis probat de principio, alius de fine, tunc tales testes, etsi singulares, probant Bart. *in d. l. ob carmen. in fin. ff. de testib.* Felin. *in cap. licet. ex quadam. de testib.* Testes enim singulares ut varii dici non possunt, quando in effectu conveniunt in eo, de quo est controversia, August. Bero. *cons. 175. numer. 55. p. 3.* cum sufficiat eos in facto principali esse concordes, licet in aliquibus circumstantiis discordent. Cravett. *cons. 267. num. 6.* Berous *cons. 20. numer. 35. col. 3.* Gylman. *tom. 2. p. 1. vot. 1. n. 66. & 67.*

VI.

Testis unus nullus testis, *l. 9. C. de testib. c. 2. extr. eod.* Farin. *de testib. q. 63. pr. l. Maritus 20. de quæst.* etiamsi ab homine in dignitate posito proferretur. *arg. cap. ego solis 5. dist. 5.* Val. Max. *4. d. memor. 1. numer. 11.* Covar. *pract. q. 33. 17. vers. his accedit.* præsertim si de causa criminali ageretur. Deut. *cap. 17. & cap. 17. vers. 15.* vox enim unius, vox nullius est, Harmenopul. *6. cap. περὶ κεκωλυμένων.*

Limita I. nisi de suo facto vel coram se gesto testetur, *cap. 28.* & ibi Mynsi. *num. 11. extr. de testib.* Umm. *in process. judic. disp. 16. thes. 6. num. 40.* ubi restringit tantum ad Principem, non verò quoad alios admittit, secutus Boër. *decis. 221. n. ult.* addat *l. quæro §. fin. de ædil. edict.* Regner. Sixtin. *1. cons. Marp. 11. n. 85.* Matth. de Afflict. *decis. 369.*

Limita II. in teste integræ fidei & probatæ vitæ, spectatæ conscientiæ, notæ probitatis, Lud. Zundt *in resp. pro ux. num. 104.* Hujus enim testimonio plenè credi, text. est in *c. nobilissimus. disp. 97. cap. 1. §. q. 3.* add. & Gramm. *cons. 13. n. 15. & seqq. cum pluribus ibi relatis in criminalibus.* Jac. Phil. Port. *concl. reg. & commun opin lib 1. concl. & reg 5. ad fin. vers. limita in teste valde digno.* confer & ea, quæ latè trad. Hippol. de Marsil. *sing. 144.* & Tiraquell. *in tr. de pœn. caus. 51. n. 61.* Farin. *d. q. 63. n. 50.*

Limita III. si à partibus sit approbatus, quo casu ex consensu partium potest fieri, ut unus testis plenam fidem & probationem faciat, *l. stipulatio 1. §. 6. vers. sed utrum de V. S.* Bart. *in l. etiam. & in l. si parentes Cod. de testib.* Anton. de Butr. *in cap. 1. de probat.* Speculat. *in tit. de teste. §. restat.* Socin. *in tr. reg. 507.* Covar. *2. var. resol. c. 13. n. 1. vers. cæterum.* Farin. *d. q. 63. n. 18.* Umm. *d. disp. 16. th. 6. n. 40.*

Limita IV. Si agitur de re modica, vel præjudicio modico, Jul. Clar. *lib. 5. §. fin. q. 53. num. 21.* Umm. *d. loc. num. 40.* Farin. *1. q. 63. n. 50.* vid. & Gothofred. Pac. & Dd. *ad l. 5. C. de testib.* Berlich. *1. conclus. 26. n. 58.*

Limita V. quando pro rei innocentia vel defensione deponeret, eo enim casu & unicum singularem testem fidem plenam facere, subjungunt Jason. *in rubr. de jurejur. n. 8.* quem refert & sequitur Wesenb. *1. cons. 19. n. 2.* add. Ægid. Bossi. *in pract. crim. tit. de defens. reor. n. 10.* Gabr. *lib. de testib. concl. concl. 1. n. 37.* Regn. Sixt. *2. cons. Marp. 16. num. 69.*

Limita VI. si fuerit productus per partem. Productione enim censetur approbatus. *arg. l. cum precum. C. de liberal. causa.* Fr. Vivius *lib. 3. decis. 505. n. 12.*

V.

Testis non juratus plenam fidem non facit, *l. jurisjurandi 9. C. de testib. cap. tuis 39. extr. eod. tit.* injuratus enim testis nihil probat, sed tanquam illegitimus rejicitur, *l. 9. l. testium 18. Cod. de testibus. cap. si testes in fin. 4. quæst. 3.* Setzer. *3. de juram. 9. num. 3* præsertim quod juris naturalis, ut testis juret, Menoch. *arb. quæst. 26. num. 3.* Setzer. *d. cap. 9. num. 8.* ac proinde juramentum testis substantialis sit testimonii solennitas, *argum. cap. 1. extr. de sponsalibus.*

Declara & limita I. cum Menochio *1. arb. quæst. 26. numer. 5.* non procedere quoad qualem qualem probationem, ut stante paritate probationis his testibus non juratis deferatur, Alex. *in l. milite. num. 7. Cod. de testam. per cap. cum olim essemus 12. de privil. & cons. 147. numer. 2. lib. 6.* Cravett. *cons. 198. in fin.* Curt. jun. *cons. 106. num. 8.*

Limita II. non obtinere eam quoad præsumptionem, quam verè tales testes faciunt, *cap. cum olim 7.* ubi Abbas *not. ab. 3. de dol. gloss. in cap. cum olim de privil.* Alex. *cons. 24. lib. 2.* Felin. *in cap. tuis. num. 2. de testib.* Cravett. *in annotat. ad Vestrium lib. 6 capit. 2. num. 40.* maximè si testis injuratus esset honestus & spectatæ fidei. Freher. *2. de Existimatione 5.* ac dictum ipsius testis aliorum testimoniis confirmetur, quam tamen limitationem non aliter, nisi de levi, admittit Umm. *d. disp. 16. th. 9. n. 61.*

Limita III. quando non juratus deponeret super eo, quod est notorium, arg. *cap. super eo 3. de testib. cogend.* dummodo deponat ad plenam judicis informationem, Innocent. *in cap. penult. de postul. Prælat.* Socinus *in tract. regul. 516.*

Limita IV. Ubi pars remitteret juramentum, *cap. tuis 30. de testib. gl. in c. 2. de probat. & gl. in l. 1. in pr. ff. de fer.* Gail. *1. obs. 102. n. 2.* Græveus *1. concl. 101. consid. 2.*

Limita V. ubi statutum dat judici arbitrium in procedendo, & judex juramentum remitteret, Bart. *in l. filius famil. ff. de donationib.* Gail. *d. observ. 101. num. 13.*

Limita VI. ubi princeps mandaret alteri ut se informet, etiam testibus non juratis, *gloss. singul. in cap. 1. de pace tenend.* ibidemque Bald. *in usib. Feudor.* Plures limitationum casus adducunt Hyppolit. *singul. 434. & 460.* Jason *in repet. l. admonendi. ff. de jurejur. ubi vid.*

VI.

Testis unius inhabilitas habilitate alterius suppletur, Bald. Alex. Jacob. de S. Georg. *in l. si quis ex Argentariis. §. cogentur. ff. de edend.* Felin. *in cap. 1. vers. & dicit Baldus de præscript. & in c. nobis, not. ab. 1. de simon.* Jason *in l. emancipati.*

cipati. verf. fic etiam. Cod. de collat. Salicet. *in l. bonæ fidei. verf. item eft fciendum. C. de reb. cred.* Alex. *conf. 56. verf. fecundo poteft refponderi. vol. 2.* Ratio, quia dictum teftis minus idonei convalidatur per conteftes fide dignos. Bald. *in l. Gallus. §. ille cafus. de liber. & poſthum.* Salicet. *in l. in bonæ fidei. col. 8. C. de reb. cred.* Roman. *conf. 290.* Alex. *conf. 56. colum. fin. vol. 2.* Bertrand. *conf. 212. col. 4. vol. 1.* Pariſ. *conf. 120. vol. 1.* Curt. *in tract. de teſtib. concl. 1.* adeo ut teſtem unum valde dignum & alium teſtem infamem plene probare, notaverint Bald. & Ang. *in l. ſi quis ex argentariis. ff. de edend.* ut refert Hyppolit. allegans plura *in l. de minore §. tormenta. col. 3. in princ. ff. de quæſt.* & hanc ſententiam commendant Jaſon *in reper. l. cunctos populos. col. 3. de ſumm. Trinit.* Roland. à Valle *conſ. 19. numer. 9. volum. 3.* Gabr. *lib. 1. de teſtibus. concluſ. 5. numer. 1.* Regner. Sixtin. *2. conſ. Marp. 10. num. 60.*

Limita, niſi quando teſtes omnino ſint illegitimi, quo caſu numerus defectum non ſupplet. Cravett. *conſ. 57. col. penult. libr. 7.* Corn. *conſ. 533. item ſunt multi. col. 3. lib. 1.* Alex. *conſ. 99. col. 4. libr. 4.* Vaſquez. *libr. 2. contr. cap. 33. numer. 17.*

VII.

Teſtes plures præferendi ſunt paucioribus, *cap. in noſtra 32. de teſtib. l. ob carmen 21. §. ſi teſtes, ibidemque gl. ff. eod. gl. in cap. ſi teſtes 4. quæſt. 5.* Gabr. *1. commun. concluſ. ſub. tit. de teſtib. concluſ. 9. num. 56 illat. 23.* Vult. *2. conſ. Marp. 30. num. 14.* ideoque probatio per plures teſtes ei antenitur, quæ fit per minorem numerum teſtium, *c. licet cauſam 9. verſ. ex præmiſſis, de probat.* & ibi Abbas, & Imol. Ruin. *conſ. 71. vol. 2.* Regner Sixtin. *3. conſ. Marpurg. 8. numer. 83.*

Limita ſecus eſſe (1.) quando aliæ cauſæ & circumſtantiæ exiſterent, ob quas minor numerus teſtium majori præferri debeat, veluti ſi pauciores numero veriſimiliora deponerent, his enim major fides eſt adhibenda, etiamſi numero pauciores, quam deponentium contrarium, Johan. Ludov. *deciſ. Peruſ. 14. n. 2.* Menoch. *2. de arb. judic. quæſt. cauſ. 472. num. 24.* Vult. *d. conſ. 30. num. 219.* vel (2.) quando in ſpecie deponerent, cum teſtibus duobus in ſpecie deponentibus magis credendum ſit, quam mille teſtibus deponentibus in genere, Mynſ. *cent. 3. obſerv. 76.* Gail. *de pignor. obſerv. 22. num. 12.* per ea quæ not. Innocent. *in cap. auditis. de præſcript. num. 4.* Natt. *conſ. 572. num. 10.* Alex. *conſ. 88. num. 8. & num. 10. vol. 5.* vel (3.) quando ſimul cum inſtrumento deponerent, quia teſtibus deponentibus ſimul cum inſtrumento plus creditur, quam aliis, etiamſi contra inſtrumentum deponentes eſſent duplo plures. Imol. *in c. cum Johannes, de fid. inſtrumentor.* quem refert & ſequitur Corn. *conſ. 232. num. 4. & conſ. 219. num. 8. vol. 2. & conſ. 261. n. 13. vol. 4.* (4.) quando eſſent digniores, gloſſ. *in cap. in noſtra.* ibique Hoſtienſ. Panorm. Imol. Felin. *de teſtibus.* Alex. *conſ. 27. col. fin. vol. 2.* Pariſ. *conſ. 11. vol. 1.* Vult. *1. conſ. Marp. 15. num. 228.* Gozadin. *conſil. 13. col. penult.* Hyppolit. *conſ. 51. num. 22.*

VIII.

Quousque matrimonium prohibitum, eousque inviti teſtimonium dicere non compelluntur. Ratio conſiſtit in reverentiâ & affectione, quam hæ perſonæ ſibi invicem debent *l. 4. ff. de Teſt.* Ita cavetur, ne regulariter denuncietur invito teſtimonium dicere adverſus ſocerum, generum, vitricum, privignum, ſponſum, ſobrinum ſobrinove natum, eosve qui ſimili ſunt gradu *l. 4. l. 5. ff. de teſt.*

Declara, ut procedat, niſi veritas aliter haberi non poſſit. Sic enim uxorem contra maritum, generum contra ſocerum in civilibus admiſſum fuiſſe teſtatur *Sande L. 3. Tit. 10. def 3.*

IX.

Quoties in ipſo examine teſtium nullitas occurrit, toties repetitio teſtium ſeu novum examen ſuper iisdem articulis locum habet. Quia ſic idem eſt, ac ſi nunquam teſtes fuiſſent examinati. arg. *l. quoties 6. ff. qui ſatisd. cog.* Ita ergò reproductio fieri poteſt, ſi citatio partis adverſæ fuerit omiſſa, Mev. *P. 3. Dec. 14.* Si teſtes non jurati depoſuerint. Carpz. *in Proceſſ. Tit. 13. art. 4. n. 87.* Si ſuper interrogatoriis non ſint examinati. Gail. *Lib. 1. obſ. 105. n. 12.*

X.

Quoties actus non eſt iterabilis, toties diverſificativa ſingularitas teſtium nullam fidem meretur. Quia ſic revera diverſum & contrarium inducitur teſtimonium, nam ad diverſum finem tendit & aliud factum. Hinc non majorem meretur fidem, quàm ſi unus depoſuiſſet. *cap 9. extra de probat.* Exemplum eſt in homicidio, quod non poteſt dici probatum, ſi unus illud in foro, alter propè portam commiſſum dicat.

XI.

Quoties actus eſt reiterabilis, toties diverſitas teſtium aliquid probat. Quia ſic ratione finis hoc teſtimonium videtur unum, & convenire. Tendit enim ad idem factum probandum. Exemplum eſt in adulterio, in jure venandi, decimarum, & c. Hinc etiamſi unus deponat de tritico, alter de hordeo, probatæ tamen videntur decimæ. Gail. *L. 2. obſerv. 66. n. 11. & 12.*

XII.

Teſtis ultro ſe offerens ad teſtificandum habetur pro ſuſpecto, *c. 2. de teſtib. l ſi quando 19. C. eod. Bart in l. poſt legat. §. his verò. ff. de his quibus ut indignis.* Bald. *in Auth. ſed novo. C. ſi cert. petatur. & in l. quoniam liberi. in pr. C. de teſtib.* Grammatic. *conſ. 2. num. 6.* Hyppolit. *conſ. 2. n. 4.* Capell. Tholoſan. *quæſt. 385.* præſumitur enim eſſe ejus inimicus, & ita non eſt idoneus, Gloſſ. & Bart. *in d. §. his verò. & in l. quæ omnia. ff. de procurat. & in l. libertus.* ubi Bald *C. de teſtib.* Angel. *in l. 2. §. diem. ff. quemadmod. teſt. aper.* Hyppolit. *d. conſ. 2. num. 42.* Vult. *1. conſ. Marp. 15. num. 224.* Mynſ. *4. obſerv. 3.* Excipe, niſi ſit homo legalis, & omni exceptione major. Treutler. *vol. 2. diſp. 5. theſ. 6. lit. e.*

XIII.

Teſtis per facti, non per juris verba deponere debet. Dec. *conſ. 524. n. 3. vol. 4. fac. l. ſtipulatio*

ista habere 38. §. hæc quoque 7. ubi gloss. & Bart. *de V. O.* Paris. *cons. 267. num. 6.* Berous *cons. 201. num. 35.* Gylman. *tom. 2. part. 1. vot. 1. numer. 66. & 67.*

XIV.

Testis qui in uno vacillat & reprobatur, in omnibus sit suspectus, *cap. fraternitatis 4. de hæretic.* Socin. *cons. 54. num. 20. vol. 4.* Gylm. *in d. loc. n. 23.* Ita testi mentienti in uno, in reliquis non creditur, *cap. testimonium 54. de testib.* gloss. *in l. solum. eod. tit.* Alex. *cons. 39. in causa. libr. 5. num. 10.* Vasquez. *lib. 2. contr. cap. 33. numer. 17.* qua de causa contrarietatem in testibus omnem fidem derogare eosque suspectos reddere dicitur, *l. qui falso 16. ff. de testib. c. licet causam 9. de probat. c. literas 14. de præsumpt.* cum similibus à Reuber. allegatis *in tract. de testib. p. 3. num. 143.* Decian. *resp. 59. num. 10. vol. 3.* Paris. *cons. 83. n. 38. p. 1.* quo faciunt, & quæ de hac re traduntur à Campeg. *in tractat. de testib. regul. 178. & seq.* ac proinde falsi eum teneri *ex cap. licet 9. de probat. l. qui falso 10. ff. de testib.* voluit Bart. *in l. eos 27. per illum textum in 1. respons. ff. ad L. Cornel. de falsi.* nisi quando animo corrigendi posteriora dixisset. *cap. præterea 7. de testibus cogend.* Vasquez. *lib. 2. contr. 33. num. 8.*

XV.

Testibus malam rationem reddentibus omnino credendum non est, Alex. *cons. 80. in fin. lib. 4.* Angel. Aretin. *in §. bonæ fidei, col. pen. vers. si quid. judic. Instit. de act.* Ruin. *cons. 13. n. 2.* adeò ut etiam statutum in contrarium locum non habeat, Ruin. *cons. 134. in fin. lib. 5.* Dec. *cons. 39. num. 5.* Tiraquell. *in tract. de nobilitate. cap. ult. num. 99.* nec consuetudo quicquam operari possit. Jason *in l. de quibus, num. 65. ff. de LL.* Debent enim testes necessarias & concludentes allegare rationes, ut dicta eorum probationem sortiantur. Klock. *3. consil. 196. numer. 14. & 15.* Cevall. *comm. opin. 664. v. 3. p. 168. per l. nam ad hoc. C. unde legit. l. neque naturales, C. de probat.*

XVI.

Testis in sua causa nemo est idoneus, *l. omnibus 10. C. de testib. l. nullus 10. ff. eod. c. de cætero 14. extr. eod. c. item nullus 4. quæst. 3.* Nulli enim fides adhibenda, cum testimonium dicit de re, cujus commodum vel incommodum ad eum pertinet, Speculat. *in tit. de testib. §. 1. vers. item & testis.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marpurg. 10. numer. 140.* quod procedit, quando non solum ex depositione tali commodum aut incommodum pecuniarium, sed etiam si commodum honoris vel laudis, aut incommodum vi Imperii scil. proficisci potest, Felin. *in cap. cum à nobis, num. 12. de testibus.* Corn. *cons. 217. num. 6. lib. 4.* Cravett. *de antiq. temp. p. 1. vers. quod in libro officiali. §. fin.* Vasquez. *2. contr. cap. 34. num. 4.* vid. hac de re Umm. *in process. judiciar. disp. 16. th. 4. num. 33.* Socin. ubi regulam dupliciter limitat *in tract. reg. 527. 518.* Jason *in l. si duo patroni. §. idem Julianus. vol. 4. vers. accedat. ff. de jurejur. & in l. senium. C. qui testam. fac. poss.* Dec. *cons. 94. numer. 2.* Grammatic. *cons. 59. num. 5. & decis. Neapol. 73. numer. 18.* quod tamen intellige verum, si id agatur immediatè, secus enim est, si fiat id mediatè & in consequentiam, qui casu testis pro commodo non repellitur, fac. text. *in §. legatariis. Inst. de testam.* Jason *in l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. & in l. quoties. in fin. l. de judic. & in l. dictantibus. col. 2. vers. ex ista. C. de testam.*

XVII.

Testi dubitativè deponenti non est credendum. Bart. *in l. 2. §. item Labeo. numer. 5. de aq. pluv.* Roman. *in l. qui hereditatem de acquir. hered.* Non enim potest facere apud alios, quod ipsi dicenti non sit firmum. Carol. Molin. *in consuetud. Paris. lib. 1. §. 5. n. 27.* Wesenb. *2. cons. 58. num. 22.* idem est si ambigue deponeret, tunc enim pro nullo habetur, Alex. *cons. 152. visa. n. 2. vol. 5.* Wesenb. *1. cons. 20. num. 6.*

XVIII.

Testes discordes ad concordiam quantum possibile est reduci debent. *cap. cum tu 16. extr. de testib.* Bart. *in l. Gallus §. ille casus. num. 3.* ibique Alex. *num. 16. ff. de liber. & posthum. l. si statua 27. ff. de injur. & cons. 19. in quæstione proposita. num. 2. vol. 2.* Bald. *in l. item videndum, per illum textum. ff. de petit. hered. & §. quibus in princ. 4. constit. Cod. in 3. notabil. & in tit. de pace Constantiæ. verb. die Luna.* Imola *in cap. inter corporalia. per gl. in verb. sex menses, de translat. Prælat.* Aretin. *in l. si cui. in pr. notabil. 2. ff. de legat. 1.* Cæpoll. *cons. crim. 60. n. 1.*

Amplia I. hoc non solum procedere in testibus, verum etiam in instrumentis, *cap. inter dilectos 6. §. cæterum, extr. de fide instrument.* Cyn. *in l. in exercend. 15. C. eod.* Alex. *cons. 122. colum. 1. vol. 5.* Dec. *in l. pacta novissima. C. de pact. num. 5. & cons. 195. n. 3.*

Amplia II. non solum in causa civili, sed etiam in causa criminali. Felin. *in d. c. cum de testibus.* Dominic. *in c. 2. §. fin. in notabil. ult. ext. de pæn.* Laurent. Tennin. *in tract. cautel. caut. 267. num. 6.*

Amplia III. obtinere non modo, quando diversæ partis testes discordes reperiuntur, verum etiam ubi pro eâdem parte producti testes sunt contrarii. Imol. *in l. inter stipulantem. 8. si Stichum. vers. & prædicta procedunt. de V. O. glanc. in nostra. extr. de testib.*

Declara & limita I. nisi quando contrarietas inter partis & testium dicta resultaret, quia tunc partis dictum nullam pro se fidem faceret, *l. exemplo 7. C. de probat.* Innocent. *in cap. cum contingat. circa princ. de offic. delegat.* Abbas *in dict. cap. cum tu. per cap. in præsentia 8. extr. de probation.* ubi quidem hoc verum esse ait quoad partis & testium dicta, non autem quoad partis dicta tantum, cujus contraria bene concordari possunt. Castr. post Baldum *in l. 2 ff. ne quis eum.* Socinus *in l. 2. §. creditum de rebus credit. numer. 14. vers. nota tamen.* Dec. *in d. l. pacta novissima. numero 5. & consil. 195. numer. 3.*

Declara II. procedere quoad dicta testium cum dictis partis producentis, secus quoad dicta adversarii, quæ cum testium contra se productorum dictis concordari possunt. Curt. Jun. *in d. §. creditum. num. 15. vers. secundo limita.* ibidemque

que Dec. *num. 8.* Abbas *in cap. cum Johannes, extr. de fid. instrument.*

Declara III. ut non procedat, quando cum partis assertione etiam testes essent, quia tunc concordium testium respectu, concordia locum habebit, *d. c. de cum tu. & d. c. cum Johannes 10.* Curt. jun. *d. n. 15.*

Declara IV. procedere, quando aperte testium dicta partis dictis contradicunt, secus si ipsa dicta essent dubia, qui tunc interpretari debent secundum ipsius partis intentionem, *l. si quis intentione 66.* ibique Bart. *ff. de judic.* Alex. *cons. 88. col. pen. circa princ. vol. 5.*

XIX.

Quicunque prohibentur testes esse in judicio, nequeunt etiam esse testes in testamento, *l. 20. §. 5. de testam. juxta haloandrin. lect. fac. l. 13. l. 14. l. 15. de testib.* ita v. c. arcentur adulterii damnati ab utroque testimonio, *l. 18. de testib.* repetundarum damnati, *d. l. 20. §. 5. de testam.*

Limita (1.) in hæretico, *vid. l. 21. C. de hæret.* (2.) in muliere, quæ ἐν ταῖς συγαλικαῖς, ut Harmenopulus loquitur, i. e. quæ ad constitutionem actus pertinent, seu ubi lex certum numerum testium ad faciendum actum aliquem recipit, testis esse nequit, §. *6. Instit. de testam.* sed benè ἐν ἀποδεικτικαῖς, i. e. in his actibus, quæ nudam exigunt probationem, *l. 18. ff. de testibus.*

XX.

Quoties conjunctio testium inter se tantùm adest, toties non vitiatur testamentum *§. 8. Inst. h. t.* ubi exempla. Cessat enim hoc casu fraudis suspicio, cùm ad testamentum alienum adhibeantur.

XXI.

Quoties conjunctio testium cum testatore adest, toties illa vitiat, quæ est ratione potestatis, non quæ est ratione sanguinis. §. *9. Instit. de Testam. ordin.* ubi exempla. Ratio est, quia vinculum potestatis inducit unitatem personarum. Nemo autem in propriâ causâ testimonium ferre potest, *l. 10. C. de Testib.*

XXII.

Quoties adest conjunctio testium cum herede, toties, qualiscunque illa sit, vitiat. *§. 10. Instit. de Testam.* Quia cùm totum hoc negotium principaliter tangat heredem *d. §. 10. Instit.* heres in re suâ videretur testimonium ferre, contra *d. l. 10. C. de Testib.*

XXIII.

Quoties testimonii dictio est veritatis, toties & primarium & secundarium interesse testis vitiat testimonium, quia ita quis testis esset in propriâ causâ *l. 10. C. de test.* Ita venditor nequit testis esse pro emtore, quia obligatus est ad evictionem. *Carpz. P. 1. Const. 16. def. 68.* Sic nec advocatus in causâ clientis. *Brunnem. in proceſſ. Civil. cap. 20. n. 13. seqq.*

Limita (1.) ut procedat, si interesse fuerit necessarium & immediatum. (2.) ut interesse secundarium non quidem penitus repellat testem, fidem tamen minuat. *Farinac. Prax. Crim. q. 60. n. 9.*

XXIV.

Quoties testimonii dictio est solennitatis, toties mulier non admittitur; quoties verò veritatis, admittitur. Quia solennium mulieres sunt incapaces. Ita ergò mulier in testamento solenni testis esse nequit. Sicut nec in causâ feudali super investiturâ *Wesenb. ad ff. Tit. de Test. §. 28.* Econtra in testamento militis vel patris inter liberos testis esse potest. *Manz. de Testam. valid. & invalid. Tit. 5. q. 1. n. 11.*

XXV.

Quoties testimonii dictio est solennitatis, toties sufficit, principaliter negotium ad testem non spectare. Quia hôc casu aliunde vel per alios testes veritas poterit haberi, & ita numerus testium supplet defectum qualitatis. Exemplum de Legatario & Fideicommissario est in §. *11. Inst. de Testam. ordin.*

XXVI.

Quoties testimonii dictio est solennitatis, toties sufficit testes habiles fuisse tempore actus gesti. Quia solennitates non ex dubio rerum eventu, sed ex eo tempore, quô adhibentur, sunt æstimandæ. Conf. *cap. 73. de R. J. in sexto.* Exemplum est in testamento condendo *l. 22. §. 1. ff. qui testam. fac. poss.*

Declara, ut non interfit, sive reverà eô tempore habiles fuerint, sive ex communi hominum opinione, *§. 7. Inst. de Testam.*

XXVII.

Quoties testimonii dictio est veritatis, toties testes habiles esse debent tempore depositionis. Quia sic in depositione demum fidem faciunt Judici. Ita ergò libertus potest testari de iis, quæ in servitute vidit. *l. 99. §. fin. ff. de V. S.* Sic pupillus de eo, quod in impubere ætate vidit. *Zoes. ad ff. Tit. de Test. n. 4.* Idem est in testamento probando ejusque veritate. Conf. *Manz. de Testam. valid. & invalid. Tit. 5. q. 4. n. 34.*

XXVIII.

Testis in deponendo non debet assumere partes judicis, Wesenb. *p. 2. cons. 58. num. 25.* testis enim non est judicare, Innocent. *in cap. cum causam de testam.* Bart. & Dd. *in l. qui testamento, §. fin. de testam.* sicut nec testis esse potest in causâ, in qua consuluit. Bart. & Dd. *in l. admonendi. col. 8. vers. venio ad tertium.* Alex. *consil. 13. colum. penult. vol. 3.* Vult. *1. consil. Marpurg. 15. numer. 232.*

XXIX.

Testis omni exceptione major dicitur, cui nihil objici potest, gloss. *in §. item verbor. Instit. de inutil. stipulat.* Dec. *in l. 2. ff. de Reg. Jur.* Cravett. *cons. 99. col. penult.* Roland. à Valle *cons. 7. num. 13.* Joseph. Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1360. incip. testes omni exceptione majores.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marpurg. 8. num. 148.*

XXX.

Testem producens, eum impugnare nequit, gloss. *in §. & licet, in fin. in verb. & suppliciis. Auth. de testib. collat. 7.* Bald. *in c. licet, de testib.* Jason *in l. 1. §. 1. de V. O.* Alex. *cons. 7. vol. 1.* adeo quidem, ut quamvis eo usus non sit, tamen non poterit opponere in ejus personam, si ex adverso producatur, Bald. *in l. 1. §. bestias ff. de postulando, &*

do. & in l. data opera. C. qui accusare non poss. Cravett. *in tract. de antiq. temp. part. princ. 1. §. quæritur. num. 15.* nec possum testé à me in quadam causa productum, in aliis causis contra me productũ reprobare, ex qvo ipsum semel approbavi, Archidiacon. & post eum Johan. de Turre Cremat. *in cap. accusatores. 3. q. 8. c. si testes. vers. si quis 4. q. 3.* Ex quo enim quis ad testimoniũ vocatur, eo ipso videtur approbatus esse per eum, qui ipsum vocari fecit, Cæpoll. *cautel. 217.* Specul. *in tit. de testib. §. sæpè vers. quod si eum. l. 17. C. de test.* Tyndarus *de test. lib. 3. cap. 1. n. 8.* Boer. *decis. 245. n. 1.* Vivius *in comm. opin. verb. Testis productus pro me.* Farinac. *quæst. 62. illat. 10. n. 211. & plene probant* Cephal. *consil. 82. n. 46.* Surd. *consil. 390. n. 18.* licet unicus sit. Cephal. *consil. 65. n. 56.* Hondedæus *consil. 99. n. 26.* Pancirol. *consil. 171. n. 4. & 5.*

Limita, ut procedat axioma de inhabilitate testium, contra quam posteà excipere nequit producens. Non etiam de iis, quæ contra producentem asserit testis productus: nam hæc nihilominus refutare licebit producenti. Conf. *Brunnem. ad l. 17. C. de Test.*

XXXI.

Quotiescunque lex numerum testium absque præfinitione requirit, tunc videntur duo sufficere, *l. ubi numerus. 12. de testib. l. inter illam 217. in fin. de verb. signif.* Pluralis enim locutio duorum numero est contenta. *l. si gemina 10. arbor. furt. cæs.* ubi Bart. *cap. 2. de fil. presbyt. vid. supr. lib. XIV. cap. Pluralis.*

Limita, ut procedat assertio, quando testes adhibentur ad actum inter vivos, in quô testes tantùm adhibentur ad fidem rei gestæ faciendam. Hæc autem ex ore duorum vel trium testium haberi potest, *cap. 40. de testib. in sexto.*

XXXII.

Quoties leges absque præfinitione requirunt testes in materiâ ultimæ voluntatis, toties quinque sunt necessarii, arg. *l. ult. §. ult. C. de Codicill.* Quia hic testes adhibentur non solum ad probationem rei gestæ, sed etiam solennitatis ergò, unde ad minimùm quinque requiruntur, exemplo legatorum, donationis mortis causâ, codicillorum. Exemplum est in *Nov. 107. cap. 1.* ubi eo casu, quô in testamento patris extraneis aliquid relictum est, simpliciter testes requiruntur, hinc ibi quinque adhibendos esse, contra *Carpz. P. 3. Const. 4. def. 10.* defendit *Stryck. Disput. de testamento paterno inter liberos. cap. 4. n. 47.* Conf. *Brunnem. ad d. l. 12. ff. de Testib.*

Limita, ut procedat in ultimis voluntatibus condendis: nam postquam conditæ sunt, si tenor earum probandus sit, duo sufficiunt, uti decisum refert *Mev. P. 4. dec. 13.* Et in Facultate Juridicâ Viadrinâ ita responsum testatur *Brunnem. ad d. l. 12. ff. de testib.*

XXXIII.

Quoties ab utrâque parte litigantium æqualis est conjunctio vel amicitia cum teste, toties valet ejus testimonium. Quia æqualis conjunctio æqualem parit affectionem, hinc cessat causa prohibitionis, *Mev. P. 4. dec. 343.* Sobrinus ergò in causâ sobrinorum idoneus erit testis, cùm tamen aliàs repellatur *l. 4. ff. de Testib.*

XXXIV.

Quoties causa universitatis singulorum utilitatem respicit, toties testis ex universitate inhabilis est. Quia sic testimonium dicitur in propriâ causâ. Commodum enim ex hâc re ad ipsum redundat. Ita ergò si agatur de Jure pascendi in pratis communibus, auff denen Stadt-Wiesen/ de Jure piscandi &c. civis nequit esse testis, *Carpz. P. 1. C. 10. def. 65.*

XXXV.

Cuicunque sub silentii fide factum aliquod commissum, ille ad testimonium dicendum regulariter non compellitur. Quia alioquin fidem falleret, & proditor illius facti existeret. Quod grave dicitur Ulpiano *l. 1. ff. de Const. pecun.* Ita sacerdos non debet testimonium dicere ratione revelati in confessione. *Carpz. P. 1. Const. 16. def. 70.* Neque Advocatus ratione ejus, quod ipsi à cliente secretò revelatum est, *Berlich. decis. 101.* Neque medicus contra ægrotum testis produci poterit.

Amplia, ut procedat etiam de tacitâ fide silentii, modò non agatur de facto turpi & crimine committendo. *Conf. Carpzov. in Prax. Crim. q. 134. n. 63.*

XXXVI.

Quoties veritas ex naturâ delicti aliter haberi non potest, toties admittuntur etiam testes inhabiles. Quia alioquin probatio deficeret, & delictum manere posset impunitum. Ita ergò inhabiles admittuntur in omnibus delictis, quæ sunt difficilis probationis, uti furtum, adulterium, simonia. Item in criminibus in loco secreto vel tempore nocturno commissis. Non etiam in homicidio, injuriâ. vid. *Carpz. Pr. Crim. q. 114. n. 35. seqq.*

XXXVII.

Testimoniis credendum non est, sed testibus, *c. tua nos 8. extra. de cohabit. Cleric. l. 3. ff. de testib.* Wes. *1. cons. 19. n. 19.*

XXXVIII.

Testes & instrumenta procedunt à pari, *l. in exercendis 15. C. de fide instrument.* Bart. *in l. si quis ex Argentariis. §. nec iterum. n. 3. de edend.* Ripa *in rubr. C. eod. tit. n. 1.* Tiraquell. *de retract. proxim. §. 2. gloss. 1. §. 11. & 13.* Zas. *sing. respons. lib. 2. cap. 23. num. 15.* Menoch. *remed. recup. l. 2. n. 198. vid. supr. lit. I. cap. de instrumentis.* in antiquis tamen instrumenta testibus prævalent, *c. tertio loco 1. de probat.* ubi Dd. & Cravett. *cons. 54. n. 15.* Chassan. *cons. 15. n. 4.* Felin. *in cap. causam. n. 16. de probat.* Paris. *cons. 104. n. 46. vol. 1.* Montan. *fin. regund. c. 66. n. 5. 6.*

XXXIX.

Testes recipiendi non sunt lite non contestata *cap. 1. & seq. extr. ut lit. non contestat. cap. accedens 4. extr. eod.* sed demum post eam contestatam, *cap. quoniam frequenter. in princ. eod. tit.* Lanfranc. *de testib. cap. 8. num. 30.* Gail. *1. observ. 92. in princ.* Farin. *de testib. quæst. 76. num. 2.* Quod si contra fieret, depositio nulla & inutilis foret, ut ne quidem consensu partium fieri possit.

possit. Farin. *ibid. num. 6.* præterquam in casibus exceptis, de quibus Umm. *in judic. proceſſ. diſp. 56. theſ. 7. num. 47.*

XL.

Teſtes duo æquipollent tabellioni, gl. *in c. placuit. §. hæc. de præſcr. in fin. 16. q. 3. vid. ſupr. lit. N. cap. de Notariis.*

XLI.

Teſtis de auditu deponens nil probat, *l. teſtium 18. l. ſolam 4. C. de teſtib. l. 2 §. idem Labeo 8. ff. de aqua pluv. arcend.* Innocent. *in cap. præterea. & cap. cauſam quæ de teſtib.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ. 106. num. 19.* Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol. 248. num. 5.* Zaſ. *conſ. 4. num. 16. vol. 2.* Vult. *1. conſ. Marp. 15. num. 314.* Mynſing. *6. obſerv. 38.* Beſold. *conſil. 46. num. 70.*

Limita, niſi quando verſamur in antiquis, per ea, quæ tradit Cravett. *in tract. de ant. q. tempor. p. 1. §. viſo de fama in antiquis. num. 1. & ſeqq.* allegatus à Gœdd. *1. conſ. Marp. 28. num. 202.* Modeſtin. Piſtoris *1. conſil. 27. n. 18. & 19.*

XLII.

Teſtis de proprio facto deponens plene probare dicitur, *l. quæro 58. §. fin. ff. de ædil. edict.* Paul. de Caſtr. *in l. ſervos. C. de teſtib. & in l. quicunque, in fin. C. de ſerv. fugitiv.* Petr. de Benintend. *deciſ. 62. dubium erat.* Tiraquell. poſt alios multos à ſe citatos *in tract. de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 14. num. 47.* Franciſc. Vivius *in commun. opin. 394. incip. teſtis unicus.* Matth. de Afflict. *deciſ. Neapolit. 369. num. 6.*

XLIII.

Teſtis propriam turpitudinem allegans non eſt audiendus Bald. *in l. ſi duo patroni 13. §. idem Julianus 2. in fin. ibi: nec patieum judex debet, ff. de jurejur.* Henric. Boich *& Dd. in c. inquiſitionis §. tertiæ de accuſat.* Viv. *Commun. opin. lib. 2. opin. 285.*

XLIV.

Teſtis de credulitate ſive judicio ſuo deponens non probat. *gl. in l. teſtimonia de teſtib.* Bart. *in l. 2. §. item Labeo in verb. dicitur habere. ff. de aq. pluv. arcend.* Innocent. & Dd. *in c. quoties 5. de teſtibus.* quanquam textus ille aliquod teſtimonium credulitatis nempe cum relatione majorum admittat. Alex. *in rubr ff. de jurejur.* Dec. *conſ. 246. in cauſa inquiſitionis n. 5. & conſ. 324. viſis his quæ plenè & conſ. 657. requiſitus numer. 2.* adeò ut ne is quidem teſtis probet, qui ſe firmiter ſive pro certo credere dicit. Dec. *conſ. 324. viſis his quæ plenè. num. 2.* Bald. *in l. ſive poſſidetis. verſ. quæro C. de probat. per text. in d. c. tertio loco de probat. ibi: ſe pro certo credere.* Apoſtil. ad Matthæſ. *in ſing. 37. Nota quod ſi quis. num. 14.*

CAP. XVII.
Textus.

Axioma I.

Textus juris omnium auctoritatem ſuperat. Vult. *1. conſ. Marpurg. 34. num. 49.* unde etiam & dicta Dd. ſecundum leges & jura ab ipſis allegata intelligi debent. Bart. *in l. non ſolum §. ſi liberationis ff. de liberat. legat. l. cum quidam. 12. ff. de his quib. ut indign.*

II.

Textus, cujus varius eſt intellectus, nullum validum præſtare argumentum poteſt. Bart. *in l. in ambiguo 3. de reb. dub. vid. ſupr. lit. L. in voce Lex.*

CAP. XVIII.
Theologia.

Theologia ſuper omnes ſcientias eſt favorabilis, *c. ult. extr. de Cleric. vel Monach.*

CAP. XIX.
Theſaurus.

Axioma I.

Theſaurizare non debent parentibus filii, ſed contra. *c. cum Apoſtolus 6. extr. de cenſib.*

II.

Quoties quis theſaurum in ſuo prædio licitis mediis invenit, toties eundem ſuum facit; ratio conſiſtit in jure acceſſionis, juxta quod omne id, quod ſub fundo meo deprehenditur perpendiculariter usque ad centrum terræ, meum eſt. Si ergò theſaurum in prædio meo vel caſu fortuito vel datâ operâ invenerim, meus eſt, etiamſi adhibuerim virgulam Mercurialem; nam & hoc medium habetur pro licito in metallifodinis. Hinc ei dolus non poteſt imputari, qui id agit, quod alii communiter agere conſueverunt. *Bart. in l. ſi pignore 22. §. ult. ff. de pign. act.* conf. *Speidel. Theſ. Pract. voc.* Schatz.

III.

Quoties quis theſaurum in loco non ſuo invenit fortuitò, toties pro dimidio ſuum facit. *l. un. C. de theſaur.* Quia Deus inventore potiſſimum uſus eſt tanquam inſtrumento benefaciendi domino loci: æquum eſt ergò, ut hic inventori loco præmii aliquid relinquat, cujus ſummam determinavit Imperator in *d. l. un.* Ita quoque uſufructuarius theſaurum in fundo uſufructuario inventum dividit, *Carpzov. P. 2. C. 53. def. 6.* Idem eſt in marito, ſi in fundo dotali, in creditore, ſi in hypothecâ invenerit *l. 63. §. fin. ff. de acquir. R. D.*

Limita: modò non datâ operâ vel artibus magicis invenerit, ſic enim totus pertinet ad loci dominum, ne hic alioquin jure ſuo absque ullâ culpâ privetur.

IV.

Quoties de domino pecuniæ ullo modo probabiliter conſtat, toties theſaurus non eſt. Quia ſic eſt alicujus. Et ita pecunia proprietario reſtituenda. *l. 31. §. 1. ff. de A. R. D.* Hinc igitur nummi in veſte venditâ reperti non ſunt theſaurus; ſicut nec moneta novæ formæ in terrâ reperta *Carpz. P. 2. C. 53. def. ult.* Hinc idem circa hanc juris, quod aliàs in re inventâ.

CAP.

CAP. XX.
Timor.

Axioma I.

Timere debemus eum, qui erigit & deprimit, *c. 1. §. humani 16. q. 2.*

II.

Timetur plus quod specialiter injungitur, quàm quod generaliter imperatur. *c. si adversus 11. extr. de hæretic.*

III.

Timor attenuat culpam *c. sicut. 6. extr. de homicid.* timore enim quod legitimè fit, factum non dicitur *c. qui ex 8. extr. de R. I.*

IV.

Timor Dei quos à malo non revocat, pœna temporali puniantur, *c. ut Clericorum 13. extr. de Vit. & honest. Cleric.*

V.

Timorem aliis inferre debet pœna unius, *c. 1. extr. de Excess. Prælat. vid. supr. lib. XIV. cap. Pœna.*

VI.

Timore magistratus moveri non debet, *clem. 1. propter. de hæretic.* nec timore judex judicare, *c. 1. de sent. & re jud.* & timore remoto testis ferre testimonium. *c. licet. 47. extr. de testib.*

VII.

Timore, cupiditate, odio, amore, pervertitur humanum judicium, *c. quatuor. 11. q. 3.* Timor enim, amor & avaritia plerumque sensus hebetant humanos & pervertunt opiniones, ut quæstum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ, *c. accusatores. 3. q. 5.*

VIII.

Timore qui sunt ejecti aut vi vel rebus suis exspoliati, antequam restituantur, non debent vocati respondere. *c. ult. 5. quæst. 2.*

CAP. XXI.
Titulus *vid. supra* Nomẽ.

Axioma I.

Titulus dicitur principium possessionis, sine quo nemo verè possidet, *c. dilectio 9. potest. 6. quæst. 3.*

II.

Titulum pro se habens intelligitur potiora jura habere, quam habet is qui præscriptione solâ nititur. *gloss. in c. licet causam. verb. titulum. ff. de probat.* Bart. *in l. si duo num. 4. ff. uti possidet.* Modestin. Pistor. *conf. 12. num. 46. vol. 1. & conf. 6 in fin. vol. 2.* Vult. *2. conf. Marpurg. 30. num. 81.* præsertim quando cum titulo etiam concurrat possessio, quæ possessio titulata merito anteponi debet possessioni nullo titulo suffultæ, per ea quæ consuluit Modest. Pistor. *conf. 14. num. 22. vol. 1.*

III.

Titulus debet allegari & probari, ubi jus commune vel præsumptio est contra præscribentem, *c. dudum 33. extr. de decimis.* nisi sit præscriptio, cujus contrarii non extet memoria. *d. c. dudum*, confer Sebast. Medic. *in tract. de adquir. conserv. & amitt. rer. domin. in verbo aut in conservando n. 307.* Hartman. Pistor. *2. quæst. 46.* & supra locum de *Editione.*

IV.

Titulum allegans, & præscriptionem probans satis probasse intelligitur. Paris. *cons. 32. numer. 5. vol. 2. & cons. 25. n. 18. vol. 3.* adeoque nim est legis illa præsumptio efficax, ut [illegible] quidem sit ipsum titulum allegare, cum eo satis sit notus, atque eo ipso allegatus censeatur, quo tempus demonstratur. Mynsi. *1. obs. 30.* Vult. *d. cons. 32. n. 70.* Jason *in l. si certis annis limit. 10. C. de pact.* Guid. Papæ *decis. Gratianop. 408. in fin.* Afflict. *decis. Neapolit. 239. in fin.* Gozadin. *cons. 8. n. 38.* Lofred. *cons. 40. n. 38.* Bursat. *cons. 127. num. 27.*

Intellige verum scil. quoad præscriptionem temporis longissimi, quippe quod hæc ipsa præscriptio sit titulus, quo dominium acquiritur, nec alium titulum desideret. *c. de quarta 4. extr. de præscript. & in c. 1. eod. in 6.* Decian. *cons. 35. n. 31. vol. 3.* ubi dicit ex possessione etiam 20. annorum justum titulum præsumi, quod probat etiam Wes. *p. 1. cons. 4. num. 79.*

V.

Titulum habere nullum, aut habere aliquem, sed vitiosum & injustum, sunt paria, Bald. *in l. in civilem C. de furt. n. 2.* Panorm. *in c. gravis numer. 7. de restit. spoliat.* Afflict. *in c. 1. §. si quis per triginta. 2. F. 26.* ita ut ejusmodi possessio nullum jus tribuat. Menoch. *de præsumpt. 6. præs. 76. numer. 6.* siquidem possessio sine titulo injusta præsumitur. Decian. *cons. 87. n. 18. vol. 5.* quapropter vitiosum titulum non relevare dixit Fichard. *cons. 17. n. 11. vol. 1.* & possessionem vitiosam non opitulari, trad. Bellon. *cons. 10. n. 1. 3.* Decian. *cons. 17. n. 18. vol. 4.* Wesenb. *1. cons. 21. n. 20.*

VI.

Titulum justum & legitimum habens, clandestinus vel violentus possessor dici non potest, *l. sive autem. 9. §. si duobus 4. ff. de publician. in rem act. l. clam possidere 6. ff. de acquir. poss.* Menoch. *de recup. poss. remed. 15. num. 18.*

VII.

Quicunque titulus habilis est ad dominii translationem, ille quoque habilis est ad usucapionem, quia per usucapionem etiam dominium acquiritur, est enim adjectio dominii. Habiles ergò tituli sunt: emtio venditio, donatio, legatum, dotis datio, permutatio, transactio, judicatum, derelictum.

CAP. XXII.
Tolerantia.

Axioma I.

Multa tolerantur per patientiam, quia non renunciantur vel accusantur, quæ si in judicium deducerentur, secundum justitiam cassarentur, *cap. jam dudum 18. de præbend.* Unde quando inferior vel imbecillior patitur aliquid in rem suam

ſuam committi à potentiore, id potius ex reverentia & familiaritate toleratum, aut certè magis per ſuperioris impreſſionem, quam ex inferioris aut minus potentis voluntaria liberalitate & ſpontaneo aſſenſu factum perpeſſumque cenſetur, ut proinde potentiori ejusmodi imbecillioris taciturnitas & patientia neque in poſſeſſorio quicquam proficiat. Anton. & Padill. *in l. ſi aquam n. 37. & 9. C. de ſervit. & aqua.* Socin. jun. *conſ. 98. n. 36. vol. 3.* Newmaier. *in tract.* von Steuren und Schatzungen/ *c. 4. p. 106.*

CAP. XXIII.
Tortura.

Axioma I.

Quoties primam torturam ſuſtinuit inquiſitus, toties nunquam de novo torquendus, niſi penitus nova indicia per ſe ad torturam ſufficientia accedant, *l. 18. §. 1. ff. de Quæſt.* Quia priora indicia per torturam penitus ſunt purgata, & quoad illa præſumtionem innocentiæ pro ſe conſecutus eſt tortus.

Declara: ut non ſit neceſſum, ut poſteriora indicia prioribus ſint evidentiora, uti quidem opinatur *Zanger. de Torturâ cap. 5. n. 14.* ſed ſufficiat, modò ab illis ſint ſpecie diverſa & per ſe ad torturam apta, utut in ſe conſiderata reſpectu priorum ſint infirmiora, cùm priora nihil amplius ad ſubſiſtentiam poſteriorum conferre poſſint. *Brunnem. in proceſſ. Inquiſ. cap. 8. num. ult.*

II.

Quoties delictum non meretur pœnam corporis afflictivam, toties tortura non decernenda. Quia remedium inquirendi non debet gravius eſſe ipsâ pœnâ: foret autem, ſi torturâ corpus affligeretur, quod aliàs affligi non poterat. Exemplum eſt in ſtupro & aliis criminibus pœnam carceris, relegationis aut pecuniariam inferentibus.

Declara: ut tamen pro qualitate delicti territio interdum realis, quæ ſit apprehenſione rei, & adhibitis inſtrumentis ad comprimendos pollices aptis, dictari poſſit, v. g. in adulterio, uti *Carpzov. in Prax. Crim. q. 119. n. 52.* tradit. Conf. *Stryck. de Jure ſenſ. diſſ. 7. cap. 4. n. pen. & ult.*

CAP. XXIV.
Totum.

Axioma I.

Totum non retinetur per partem, *c. cum olim 18. extr. de præſcript. cap. olim. 20. extr. de Cenſib.* nec vitiatur per partem, *cap. 1. extr. de Conſecr. SS. Eccleſ.*

II.

Totum qui poteſt facere, multo magis ejus partem. *c. paſtor. 20. extr. de offic. deleg.* ſic ea quæ de tota re vindicanda, dicuntur, etiam obtinent in parte vindicanda *l. quæ de tota. 76. de Rei Vindic.* Cic. *in Bruto cap. 3. de LL.* quod enim in univerſo eſt probatum, id in partibus probari neceſſum eſt, quod & multis exemplis probatur. *§. ſi rem ſuam. Inſt. de legat. l. nihil. §. quæ Inſt. de fideicom. hered. l. 3. pro derelicto. l. in ratione 30. §. rurſus 3. ad L. Falcid. l. 51. fin. de admin. tut.* Cujac. *in Julian. lib. 8. ff. ad L. 3. de cond. ſin. cauſ.*

III.

Totum jus ſuum alienaſſe intelligitur, qui nihil excepit, & potuit, *c. quia 22. extr. de privileg.*

IV.

TOTUM continet ſingulas partes, quia in integrali toto comprehenditur quælibet ejus pars, *l. 1. §. ſi ſtipulanti 4. ff. de verb. obligat. l. ſi alii 19. ff. de uſufr. leg. l. in eo quod plus 110. l. in toto 113. ff. de Regulis Juris. c. plus 35. cap. in toto 80. eod. tit. lib. 6.* [*l. quæ de tota 76. de rei vind. l. 7. §. adeò. de pact. l. ſi quis cum totum 7. de Except. rei judic. l. grege. 21. ff. de legat. 1.*] Bald. *conſ. 153. Officiales. in princ. lib. 4.* Federic. de Senis *conſ. 159. in fin. verſ. item non obſtat.* ubi quod petens totum, ſi feratur abſolutoria à toto, cenſetur etiam lata quoad ſingulas partes, Covar. *var. lib. 1. cap. 2. num. 5. cum ſeqq. & cap. ult. num. 7.* Alphan. *collectan. 82.* Anton. Gomez. *var. tom. 2. cap. 9. num. 4.* Menochius *de arbitr. lib. 2. cap. 47. numer. 6.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 8. lit. T. concluſ. 336. per totam.* Rot. *deciſ. 144. n. 3. apud Farinac. p. 2. recent.* [Totum n. aut eſt approbandum, aut reprobandum *l. cum quæritur 16. ff. de adminiſtr. tut. l. nam abſurdum 7. ff. de bon. libert.* idque procedit in omni ferè materia, nec circa eundē actum admittitur diviſio, ut tradit Jaſon *in l. contra juris. §. ſi filius. numer. 11. verſ. quinto. & n. 12. ff. de pact.* Tiraquell. *in tract. convent. in fin. à num. 4. usque ad num. 16.* Conſ. Arg. *conſ. 24. num. 69. lib. 1.* Unde & qui totum fundum petiit & ſuccubuit, exceptio rei judicatæ poteſt objici, ſi poſtea partem ejus fundi petere velit, quod pars ſit in toto, ut refert Ulpianus *in l. ſi quis 7. ff. de Exec. rei judic.* Philip. Matth. *ad l. 110. in princ. ff. de Reg. Jur. num. 8.* Sic etiam relictum totius deſinit eſſe totum ſublata unâ parte integrali ipſius, *l. eum qui ædes 23. ff. de uſucap. l. ſolum 49. ff. de rei vindic. l. ſervitutes 9. ff. de ſervit. urb. prad. l. qui res 98. §. aream 8. in fin. ff. de ſolut.* Conſil. illuſtr. *1. conſil. 23. num. 4.*]

Intellige, quando illæ ſingulæ partes ſunt indiviſæ, ſecus verò quando illud totum conſtituens in partes diviſas eſt diſtinctum, & diviſum, ut citat Federic. de Senis *d. conſ. 159. n. 3.* declarat Cardin. Tuſch. *d. concluſ. 33. numer. 6.* Unde in

corpore

corpore unito, quo fundi partem tradidit, totum tradidisse videtur, *l. 2. in princ. ff. de acquir. possess.* sic etiam in corpore concreto, qui partem ædificii tradidit, totum tradidisse intelligitur, *l. 23. l. 30. ff. de usucap.* Qui verò in corpore sejuncto partem tradit, vix dicitur totum tradidisse, ut qui ex grege ovium unum, ex choro cantorum unum, ex quadrigis jumentum unum tradit, non videtur totum gregem, totum chorum, totamque quadrigam dedisse, tradidisse, *arg. l. ejusdem generis 34. cum l. seq. ff. de ædilit. edict. l. si ex toto 8. §. ult. ff. de legat. 1.* Procedit itaque hoc axioma, si par totius & partis utrobique sit ratio, veluti *in l. sed etsi 25. §. adeo. ff. de petit. hered.* secus si dispar ratio, ut in specie *l. 8. §. sed nec impuberes.* ibi: *nisi pro parte ff. de inoffic. testam.* Andr. Tiraquell. *de retract. lignag. §. gloss. 7. num. 4.* Deinde si revera pars totius fuerit: si enim non fuerit, & abusive pars dicitur, axiomati locus non erit, cùm peccatum sit in attributo, Nicol. Everhard. *in Topic. loc. à toto ad part.* itaque de fructibus idem dici non potest, quod de ipso fundo, *l. in ædibus 9. §. ex rebus donatis. 1. ff. de donat.* etiamsi pendentes pars fundi dicantur, *l. arboribus. 12. §. Julianus. 5. ff. de usufruct.* Tiraquell. *d. n. 46.* Gœdd. *ad l. 25. ff. de V. S. numer. 23.*] Limitanda est regula in possessione, quatenus ea ad usucapionem tendit. *l. qui 30. de adquir. vel amitt. poss.* possunt enim singula tigna esse singulorum dominorum, & sic ab ipsis vindicari. *l. 23. §. ult. de R. V.*

V.

TOTUM qui dicit, nihil excludit. Vide supra *litera O. cap. Omne.* Carpzov. *part. 1. qq. criminal. 22. n. 28.*

CAP. XXV.

Tractatus.

Axioma I.

Ex tractatu præambulo nullum jus quæritur aut adimitur, *l. si voluntate 8.* ubi Bald. *C. de resciend. vendit.* Tiraquell. *de retract. convent. in fine. num. 24. l. si ex causa 9. §. nunc videndum 2. de minor. l. 5. §. ult. de jurejur. l. sciendum 19. §. dictum 2. de ædil. edict. cap. dudum 1. de reb. Eccles. non alien. in 6.* Bart. *in l. multum. C. si quis alteri vel sibi. l. cum allegas 15. C. de usur. l. 3. l. hac consultissima 21. §. non subscriptum. §. ex imperfecto. C. de testam. §. posteriore. Inst. quib. mod. testam. infirm. l. eleganter. 23. in princ.* ubi Gloss. *de condict. indeb.* Bald. Salicet. & communiter Dd. *in l. contractus C. de fid. instrum.* Wesenb. *1. conf. 6. n. 158.* siquidem tractatus nullam inducunt obligationem, *d. l. sciendum 19. §. 2. & 3. de ædil. edict.* Abel Strasburg. *conf. 9. num. 18.* Volkman. *part. 1. artis Notariat. cap. 15. num. 4.* Besold. *6. conf. 268. incip. Th. Brüger. numer. 1. in rat. dub.* Paurmeister *de Jurisdict. lib. 2. cap. 2. num. 65. pag. 482. vers. quoad secundum.* ubi ait, tractatus in rebus magni momenti non sufficere, sed requiri solennem conclusionem & consummationem. Bald. *in l. multum interest. colum. 2. C. si quis alteri vel sibi. Idem in l. cum allegas. C. de Usur.* Wes. *CC. de reb. cred. n. 34.* & alia longè est ratio tractatus, alia contractus, Cujac. *9. observ. 37. post med.* Non enim ex conditione ab altera parte oblata oritur obligatio, nisi altera pars acceptet, *l. quod sæpe 35. §. 1. ff. de contrah. empt. l. centesimis 46. §. fin. ff. de V. O.* cùm contra naturã synallagmatis, ut altera pars obligetur, altera verò non. *l. Julianus 23. §. si quis colludente 27. ubi gloss. ff. de act. empt.* qua de causa quæ in tractatu ponuntur, obligare non dicuntur, *cap. dudum 20.* ubi Panormit. *de converf. conjug.* Jason *in l. si quis cum aliter. num. 3. de V. O.* ut imperfecta, quorum nulla est obligatio, *l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto 1. C. de testam. ad §. posteriore. Inst. quib. mod. testam. infirm.* cum multa tractentur, quæ non perficiantur, *d. l. si ex causa 9. §. nunc videndum 2. ff. de minor.* cum aliis, quæ allegat Jason *in l. si quis cum aliter. ff. de V. O.* quam ob rem quæ pertractantur & aguntur à partibus, nisi conclusio aliqua existat, nihil operari dicuntur, *d. l. si ex causa. gloss. in d. l. si voluntate prope med. C. de resciend. vend.* ita tractatus in contractibus non inducit obligationem, antequam tractatus à partibus pro perfecto & absoluto habeatur, Gail. *1. obs. 140. n. 11. per text. in c. 1. de reb. Eccles. non alien.* cùm tractatus sit separatum quid ab ipso contractu, *c. tuæ 8. de his quæ fiunt à Prælat.* Pantschman. *1. q. 3. num. 25.* ita testis de tractatu deponens, actus consummationem probare non dicitur, Bald. *in c. fin. n. 8. de juram. cal.* Decian. *conf. 488. num. 9.* Honthem. *2. de Art. Notar. c. 14. 27.* ita tractatum de legitimando filiam illegitimam non inferre legitimationem, respondit Jason *conf. 22. in fin. lib. 3.* idem quoad tractatum transactionis dixit modò allegatus Jason *conf. 24. num. 6. lib. 3.* similia exempla adde ex Tiraq. *de retract. convent. ad fin. n. 3.* Limitat hanc regulam Besold. *6. conf. 268. n. 17.* nisi exceptio doli objici queat: (2.) ut ad implementum tantum agi possit, *n. 19. & seqq.*

II.

Ex tractatu arguitur & conjicitur saltem animus ipsarum partium, gloss. *in l. apud Celsum ff. de Except. doli.* Cæpoll. *conf. 2. col. 2. vers. prima conjectura.* ubi metum ex mediis tractatibus argui respondit, add. Cravett. *conf. 15. n. 6.* ubi ex præcedenti tractatu de fraudando gabellam argui fraudem secutam tradit, quemadmodum & Bald. *in l. cum allegas. n. 8.* Contractum fœneratitium argui ex præcedenti tractatu retulit, quod tamen postea judicis arbitrio reliquit, quem etiam secutus Menoch. *2. arb. jud. cas. 470. n. 10.*

Tracta-

III.

Tractatus propter extrema inhabilia confirmari non potest. Felin. *in c. sicut. de simon.* Bart. *in l. bonorum. ff. rem rat. haberi.* Wesenb. *1. conf. 6. num. 162.*

IV.

Tractatus fortior est nominatione. Aym. Cravett. *conf. 408. num. 5. vers. & ideò fortior. conf. 908. num. 5.* Gœdd *3. conf. Marp. 33. n. 234.*

CAP. XXVI.
Traditio.

Axioma I.

Traditio debet habere causam præcedentem habilem. *l. traditionibus 20.* & ibi Bald. & Dd. *C. de pact.* Nuda enim traditio sine causa vel contractu præcedente nihil valet, nec dominium transfert, *l. nunquam 31. ff. de acquir. dom.* Jason *in l. singularia. col. 5. ff. si cert. pet.* Alexand. *in l. à Titio. ff. de V. O. & in l. si fundum. eod. tit.* Arum. *exercit. 4. quæst. 21.* & traditio nihil amplius transfert ad eum, qui accipit, quam est apud eum, qui tradit, *d. l. 20. Cod. de pactis.*

II.

Traditum non videtur, quod traditum non durat. *l. qui concubinam 29. §. si heres 3. ff. de legat. 3.* Speculat. *lib. 2. tit. de Emphyt. num. 156.*

III.

Traditio, cum facti sit, non præsumitur, sed probanda est, Jason *in l. servi electione. num. 8. de legat. 1.* Castrens. *ad l. illud. num. 7. C. de SS. Eccles.* Jacobus Menoch. *6. de præsumpt. præs. 14. num. 1.* Gœdd. *3. Consil. Marp. 33. num. 312.*

IV.

Quoties beneficio legis aut officio judicis transfertur dominium, toties traditione opus non est. Ratio consistit in potestate legis; quia enim lex per se satis efficax est ad dominium transferendum, ideò non amplius opus erit respicere ad traditionem. Ita dominium rerum paternarum mortuo patre ad filiam transit sine traditione. Ita dominium rei legatæ ad legatarium transit, sicut & rei judicatæ in judiciis duplicibus *§. fin. Instit. de offic. judic.*

V.

Quoties à privato ad privatum transferendum dominium, toties traditione opus est, *l. tradita. 20. C. de pact.* Quia alioquin non posset constare de voluntate transferendi, ergò facto aliquo opus est, juxta *l. 64. ff. de R. I.* ita e. g. in emtione venditione traditione opus est, & hâc non solùm, sed pretium debet accedere, nisi fides habita sit ad certum tempus.

VI.

Omnia incorporalia traduntur patientiâ, possidentur exercitio, amittuntur prohibitione seu pignoratione, si quis ei acquieverit. Exemplum est in jure venandi & omnibus aliis rebus incorporalibus.

VII.

Toties mediante signo transfertur possessio, quoties expresè id verbis agitur. *l. 48. ff. de acquir. possess.* Quia sic demum vere constat de voluntate transferendi. Ita ergo per traditionem instrumenti, in quo testor, me possessionem ejus rei tradere velle, possessio transfertur. Idem est in traditione clavium in conspectu horrei, animo transferendi possessionem factâ. Poterit quoque huc referri scortatio, de quâ mentio fit *in cap. 2. X. de consuet.*

CAP. XXVII.
Transactio.

Axioma I.

Transactio contractus potius est quam distractus, *l. 5. l. quamvis 39. & passim. C. de transact.* Wesenb. *1. conf. 31. num. 15.* Curt. *in l. sive apud acta 28. num. 20. 21. 49. 52. C. de transact.*

Intellige scil. respectu ejus, quod nomine transactionis promittitur, *l. donationis 7 l. ult. C. de his quæ vi met. caus. l. si contractus 17. C. de fid. instr.* aliàs respectu controversiæ *l. 2. C. eod. tit.* quam dirimit *l. 1. l. qui cum tutoribus. 9. ff. l. fratris 10. causas 16. C. eod. tit.* atque sic ratione finis & effectus dicitur & distractus, non quod in se & in forma sua distractus sit, sed quia eum finem & effectum habet, ac propterea nec in definitionem ingreditur, quia definitio per effectus concepta non est bona. Bart. *in l. 1. ff. de appell.* vide me *in quæst. Wesenb. disp. 8. quæst. 1. in fin.*

II.

Transactio justus est titulus, *l. 2. C. de condict. indeb. l. 11. C. de non numerat. pecun.* Jason. *in l. unic. C. de error. Calculi. quem refert & sequitur* Wesenb. *part. 1. consil. 13. num. 39.* cum transactionis non minor effectus quam rei judicatæ, *l. 20. C. de transact.* Schvvanemann. *lib. 2. de proces. Camer. c. 18. num. 44.*

III.

Transactiones sunt stricti juris, *l. quicquid adstringendæ 99. ff. de V. O. l. si de certare 37. C. de transact.* Cons. Arg. *1. consil. 19. num. 7.* & ideò in transactione non veniunt, nisi expressa, & quæ verisimiliter expressa fuissent. Schurff. *consil. 10. num. 30. cent. 3.* Mynsi. *conf. 64. num. 11.* qua de causa omissum in iis pro omisso habendum est, *l. commodissimè 10. ff. de liber. & postum. l. si vero 64. §. de viro 9. ff. solut. matrim. l. item apud Labeonem l. 1. §. hoc edictum 20. de injur.* Zas. *vol. 1. conf. 7.* Cons. Arg. *1. conf. 19. num. 75.* Unde fit, quod instrumentum transactionis generaliter conceptum nihil probet, nisi expresse contineat, quid ex causa transactionis datum, retentum aut promissum sit, *l. transactio l. si super 9. C. de transact.* Paris. *conf. 32. num. 18. vol. 1.* Gail. *2. observ. 13. num. 7. & observ. 71. per tot.* proinde tantum ad ea, quæ scimus, & in quæ consentimus, pertinet. *l. non est ferendus 12. ff. de transact.* Gylman. *4. 1. vot. 11. num. 25.*

IV.

Transactio impedit constitutionem litis, nec non compromissum. *cap. 1. de litis contestat. in 6. l. in causas 16. C. de transact.* Bart. & alii *in l. eleganter §. si quis post. de condict. indeb. & in l. cum quærebatur ff. judicat. solvi.* Socin.

in cap. 1. excep. 2. de lit. conteſt. Alexand. *in l. vir bonus in addit. ff. judic. ſolv.* Phil. Franc. *d. c. 1. in limit. de lit. conteſt. in 6.* Alex. *conſ. 26. in cauſa & lite. col. 3. verſ. 3. quod ſtatutum. vol. 7.* Socin. *in l. eleganter. §. ſi quis poſt Dd. in l. fratris per ill. text. C. de transact.*

Limita I. non procedere, quoties transactio non eſſet valida, ut puta, ſi transactio fuerit facta ſuper beneficio Eccleſiaſtico. Jaſon *in d. l. fratris.*

Limita II. quando transactio ſit ſpecialis, & ſuper re vel cauſa, ſecus ſi generalis *l. ſi de certa 31. C. de transact.*

Limita III. ſi transactio ſit facta bona fide, ut *in l. 1. in fin. ff. ad SC. Tertull.* ſecus ſi non bona fide. Socin. *in d. c. 1. extr. 2. de lit. conteſt.*

V.

Per transactionem jus alterius tollitur non minus quam per juramentum aut rem judicatam, text. *in c. 1. de transact. c. 1. de litis conteſt. in 6. l. non minorem 20. C. de transact.* Daniel. Moller. *in Comm. ad Conſtitut. Saxon. p. 2. conſtit. 52. n. 3.* Vult. *3. conſil. Marp. 34. num. 104.*

VI.

Transactio non eſt gratuita. *l. cum ea 21. l. 38. Cod. de transact.* ad differentiam pacti, quod etiam donationis cauſa fieri poteſt, *l. 1. ff. dict. tit.* ubi Cujac. Donell. *ad rubr. C. eod. tit. num. 8.* quæ tamen non eſt perpetua, cum pactum nudum non ſemper etiam ſit gratuitum, *l. 41. & l. 45. ff. de pactis.* vide Borcholten. *de transact. c. 1. num. 19.* Rolandum à Valle *volum. 4. conſ. 28. num. 3. & 4.*

VII.

Transactio ſpecies eſt alienationis *l. 1. §. utrum autem 6. verſ. at ſi transigit. ff. ſi quid in fraud. patron. l. non ſolum 4. §. ibi: ſed neque transactionis ratione. C. de præd. minor.* Bald. *in l. 1. C. ſi adverſ. transact. l. nulli 13. ubi gl. & Dd. ff. de transact. l. cum ea 21. C. eod.* Roland. à Vall. *conſ. 15. num. 3. vol. 1.* Roman. *conſ. 166. num. 1.* Tiraquell. *de utroque retract. tit. 1. §. 1. gl. 14. num. 65.* Alexand. *conſ. 129. col. 2. vol. 1.* And. Gail *2 obſ. 72. num. 2.* Jacob. de S. Georg. *in ſua inveſtit verb. ut cum pacto de non alienando. num. 7.* ſiquidem verbum alienationis latè patet. *c. 1. in pr. de prohib. feud. alien. per Frideric. l. ult. C. de reb. alien.* quapropter prohibitus alienare, prohibetur etiam transigere. *l. non ſolum. 4. C. de præd. minor.* Weſenb. *1. conſ. 17. n. 13.*

VIII.

Transactio in ſpiritualibus locum non habet. *c. conſtitutus 4. cap. ſuper 7. extr. de transact. c. quam ſcio 1. quæſt. 2. c. denique 14. quæſt. 5. c. decimus 16. quæſt. 7. c. in Eccleſiaſtico 13. quæſt. 2.* ſecus ſi juri non eſt contraria. *c. de cætero 5. extr. de transact.*

IX.

Transactionis proprium eſt, ut pœnitentiam omnem reſpuat. *l. quamvis 39. l. de fideicommiſſo 11. l. ſiquidem 24. l. ſi quis 41. & tot. tit. C. de transaction.* Enimverò ſi transactioni & ſic proprio ſuo facto contravenire liceret, contra *l. poſt mortem 24. ubi Bald. ff. de adopt. l. Quintus 48. in pr. mandat.* nullus futurus eſſet litium eventus. Hinc fit ut ne Imperiali quidem reſcripto reſcindi transactiones bonâ fide interpoſitæ queant, *l. cauſas 16. C. de transact.* quamobrem etiam nec ſtatuta & conſtitutiones novæ, quæ etiam de præteritis loquuntur contra *l. leges 3. C. de LL.* ne unquam ad negotia transacta & deciſa retrotrahantur. Bart. *in l. omnes quæſt. 5. ff. de juſtit. & jur. per l. fin. C. de transact. l. ult. C. ſent. reſcind. non poſſ.* Mynſ. *reſp. 70. dec. 7.* Weſenb. *1. conſ. 32. num. 25.* Philipp. Matth. *3. conſ. Marp. 27. num. 30.* Weſenb. *in parat. ff. dict. tit. num. 6.*

X.

Transactionis non minor eſt vis atque auctoritas quam rei judicatæ *l. non minorem 20. C. de transact.* Transactio enim & res judicata æquiparantur. *l. 2. ff. de jurejurand. l. poſt rem 56. ff. de re judicata.* ideoque omnia jura & omnes probationes tam teſtium quam inſtrumentorum facta transactione annullantur, *c. 1. de transact.* quem textum multum ad hoc extollit Bald. *in rubr. eod.* Socin. jun. *conſ. 32. num. 12. vol. 3.* Vult. *4. conſ. Marp. 15. num. 288.* idque juris eſſe notiſſimi, ait Dan. Moller. *in Comm. ad Conſtit. Saxon. p. 2. conſt. 52. num. 7.* Non poteſt igitur ex novis inſtrumentis transactio retractari. *l. ſub prætextu. 19. C. h. t.* ſicut nec judicatum. *l. 4. C. de R. I.* modò inſtrumenta non fuerint dolo occultata *d. l. 19.* Sic quemadmodum exceptio rei judicatæ ante litem conteſtatam opponi poteſt, ita exceptio transactionis, *cap. 1. de litis conteſt. in 6to.* Quam comparationem non impedit quod ex re judicata actio in factum detur, quamvis nulla ſtipulatio judicatum ſolvi intervenerit, *l. actio 8. C. de rebus cred.* & transactione non competat actio, niſi ea vel ſtipulatione vel contractu innominato inita fuerit, *l. cum mota 6. l. cum proponas 17. l. ſive apud acta 28. C. de transact.* Transactio enim non condemnatoriæ ſententiæ, quæ actionem in factum producit, ſed abſolutorie tantum comparatur, ex qua rei judicatæ exceptio oritur, & hoc reſpectu rectè inter hæc duo comparatio inſtituitur, cum non minus transactionis, quam rei judicatæ exceptione creditor ſubmoveatur, vid. Treutler. *diſp. 7. theſ. 6. lit. b. vol. 1.*

XI.

Quoties publicum intereſſe in proceſſu privatorum periclitatur, toties judex ad tranſigendum partes compellere poteſt, non ſi periclitetur intereſſe privatum. Quia quæ ad publicum ſpectant, ea judex ut miniſter publicus ex officio tenetur promovere, arg. *l. congruit. 13. ff. de offic. præſid.* non etiam quæ ad privatum, *Carpz. P. 1. C. 1. def. 11.* Ita ergò ſi metus armorum ſubſit, transactio injungi poteſt. Idem eſt, ſi ſcandalum metuatur, v. g. ſi pater cum filiâ litigaret. *Mev. P. 2. dec. 224.* Idem eſt, ſi miniſtri Eccleſiæ inter ſe invicem litigarent. *Mev. P. 3. dec. 217.*

XII.

Quicunque non habet liberam bonorum adminiſtrationem, ille tranſigere non poteſt. Quia

Quia in omni transactione disponitur de bonis, imò semper jus quoddam nobis competens remittitur. Conf. *Axiom. 7.* & *l. 38. C. de transact.* Pupillus igitur transigere nequit, nec minor curatorem habens, hujus enim consensus adhibendus *l. 3. C. de restit. minor.* Nec procurator ad agendum cum liberâ datus *l. 63. ff. de procur.* agendi enim potestas libera non infert liberam potestatem de bonis disponendi. *l. 7. C. de transact.* Contrà filius de peculio castrensi & quasi, ut & adventitio extraordinario transigere potest. arg. *l. 28. §. 2. ff. de pact.*

XIII.

Ad cujuscunque rei alienationem decreto opus est, ad ejus transactionem idem est necessarium. Quia etiam per transactionem contingit quædam alienatio. Ità ergò si de re immobili pupilli transigendum, decreto judicis opus est. *l. 5. C. de præd. minor.*

XIV.

Ubicunque nulla lis vel causa dubia est, ibi non est valida transactio, quia in hoc totus favor transactionis consistit, ut à lite recedatur. Si nulla igitur lis adsit, non potest super eâ transigi. Exemplum est *in Axiom. XI.*

Limita, ut procedat (1.) etiamsi lis non sit præsens, cùm sufficiat quoque futura. (2.) ut hodiè talis conventio valeat ut pactum, modò constet de animo donandi. vid. *Axiom. X.*

XV.

Quousque transactio super dotalitio non infert præjudicium alimentis, eousque est licita.

Limita: ut etiam de alimentis transactio valeat, decreto prætoris adhibito & prævia causæ cognitione. *Brunnem. ad l. 8. ff. de transact. num. 4.*

XVI.

Quæcunque res non est in arbitrio transigentium, super illâ non valet transactio. Quia in omni transactione intercedit datio alicujus rei vel remissio *l. 38. C. de transact.* talis ergò causa esse debet, ut aliquid de jure remitti possit. Sic itaque non valet transactio de beneficiis Ecclesiasticis ob vitium simoniæ *l. 7. de transact. Zoes. ad ff. eod. num 16.* sicut nec de matrimonio contracto dissolvendo *cap. fin. X. eod.*

Declara: ut tamen amicabilis compositio consentiente superiore absque interventu pecuniæ facta etiam in beneficiis valeat, *d. cap. 7.* alia exceptio est in delictis, vid. seqq.

XVII.

Quoties super delicto privato transigitur, toties quoad interesse privatum actio tollitur. Quia hujus remissio erat in privatorum potestate, nec illâ jus alterius læditur. Ita igitur valet transactio super furto, ne dominus ad quadruplum agat *l. 17. §. 1. ff. de pact.* & *l. 13. C. de furt.* Sed reum tamen nihilominus sequitur infamia, cùm ipsa actio sit famosa. *l. 4. §. ult. ff. de his qui not. infam.*

XIIX.

Quoties super delicto pœnam sanguinis non inferente quis transigit, toties fit infamis. *l. transigere 18. C. de transact. l. 4. §. ult. ff. de his qui not. infam.* quia infamia irrogatur ex ipsâ lege, cui derogare nequeunt privatorum pacta, arg. *l. jus publicum, 30. ff. de pact.* Exemplum est in criminibus privatis & iis, qui pœnam sanguinis, i. e. mortem naturalem non inferunt, utpote quæ saltem fustigatione vel amputatione manus puniuntur. *Zoës. ad ff. de transact. num. 25.*

Limita: nisi quis precibus pactus fuerit gratis, *l. 6. §. 3. 4. de his qui not. infam.*

XIX.

Quodcunque crimen sangvinis pœnam meretur, de eo licitè transigi potest, *l. 18. C. de transact.* quia sic non tam confitendi quàm gravissimi periculi declinandi causâ quis transegisse videtur. Ignoscendum verò est ei, qui ob dubium litis eventum sanguinem suum qualitercunque redimere voluit. *l. 1. ff. de bon. eor. qui ante sentent.* Licebit igitur transigere super homicidio, parricidio, stupro violento. Item in furto, quia ejus pœna hodiè est capitalis.

Limita: ut non procedat in crimine læsæ majestatis, hoc enim detegi reipubl. interest, sicuti nec in adulterio. *alleg. l. 18. C.*

XX.

Quoties per transactionem læsus in pristinum statum restituitur, toties pœna mitigatur, quia sic delictum minuitur. Exemplum est in furto, non verò in homicidio. *Brunnem. in proces. inquis. cap. 9. num. 64.*

XXI.

Transactio post rem judicatam facta nihil operatur, *d. l. post rem judicatam. l. si causa cognita 32. C. de transact.* Bart. Angel. & Alex. *in l. eleganter §. si post rem judicatam. ff. de condict. indeb.* add. & Corn. *consil. 216. n. 1. vol. 1.* Mynsi. *1. observ. 47.* Idque adeo verum est, ut post rem judicatam transigens & solvens, id tanquam indebitum possit repetere, cum talis transactio nullius sit momenti. *l. 23. §. 1. ff. de condict. indeb.* cum lis re judicata tollatur, *l. 1. de re judic.*

Intellige hoc procedere tum demum, cum de sententia indubitata, & quæ nullo remedio retractari potest, transigitur. Ubicunque autem lis adhuc subesse potest, transactio procul dubio subsistet, puta si sententia non valeat, *d. l. 32. ibi: causa cognita, ibique* Donell. *num. 2.* item si à sententia jure lata sit appellatum. *l. 7. in pr. ff. de transact. d. l 23. §. 1. de cond. indeb.* nam appellatione extinguitur, aut saltem suspenditur judicis pronunciatio, *l. 1. §. fin. ad. SC. Turpill.* Donell. *d. loc. num. 3.* Duar. *ad tit. de transact. cap. 2.* item si appellari adhuc possit, *d. l. 7 in pr. d. tit. d. l. 23. §. 3. ibi: attestari potest.* Duar. & Donell. *d. loc. n. 5.* item si causâ cognita restitutio in integrum sit impetrata, *d. loc. 32.* Nam quod appellatio facit jure communi, id jure singulari restitutio in integrum, *t. t. Cod. si*

adverſ. rem judic. l. 4. ff. de in integr. reſtit. Duar. & Donell. *d. loc. n. 4.* item ſi negetur judicatum eſſe, *l. 11. ff. de transact.* ibique Petr. Coſtal. Cujac. *ad l. 7. de transact. & ad lib. 1. ſent. Pauli t. 1. §. de rebus.* P. Gilcken *ad d. l. 32.* Joh. Borcholt. *de transact. c. 3. num. 1. & ſeqq.* Bronchorſt. *cent. 1. miſcell. contr. c. 20.*

XXII.

Tranſigere minus eſt, quam donare, Gœdd. *1. conſ. Marpurg. 22. num. 20.* Difficilius enim donare permittitur quam tranſigere, cum is, qui donat, perdat, *d. l. filius fam. 7. ff. de donat. l. 1. §. 1. ff. de tut. & rat. diſtrah.* qui tranſigit, moleſtias litis refellat, & ſeſe liberet ab onere actionis & periculo incerti litis eventus, *l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. ff. & t. t. C. de transact.* Jaſon *in l. pactum curatoris. num. 3. C. de pact. l. præſes 12.* ibidemque Jaſon *num. 11. & 12. in princ. junct. verſ. quarto nota. C. de transact. per l. contra juris 28. §. fin. ff. de pact.*

XXIII.

Generalis Transactio extenditur ad omnia, ad quæ ſervata proprietate recti ſermonis extendi poteſt. Bart. Bald. Salicet. *in l. ſub prætextu C. de transact.* cum ſufficiat de his in genere potuiſſe cogitari, & imputet ſibi qui ſub tali generalitate transegit: nec enim illius incogitantia alteri jus ſuum quæſitum auferre vel minuere debet, Gloſſ. Bart. Salicet. Jaſon & Dd. *in l. ſub prætextu ſpecierum. l. ſi de certa. l. agi. C. de transact. l. qui cum tutoribus 9.* ubi Dd. *ff. eod. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. l. qui Romæ 132. §. fin. ff. de V. O.* Bart. *in l. Æmilius. §. Cajo. num. 11. ff de liberat. legat. & in l. ſed etſi. §. quæſitum. num. 1. ff. ſi quis caut. in judic. ſiſt. cauſ. fact. non obtemp.* Pariſ. *conſil. 20. num. 24. cum ſeqq. vol. 1.* quin etiam nullus effectus transactionis eſſet, ſi non omnia comprehenderet, ut poſt gloſſ. tradit Jaſon *in d. §. quæſitum.* Pariſ. *d. conſ. 20.* Alex. *conſil. 11. num. 9.* Weſenb. *conſ. 15. num. 50.*

Quod Axioma porrigunt quidam tantùm ad caſus, qui ſimiles ſunt expreſſis in transactione, vel minores, non etiam ad majores, præſertim ex quibus magnum damnum obveniret. Ut enim in generalem obligationem non veniunt ea, quæ quis in ſpecie non fuiſſet obligaturus, *l. obligatione. ff. de pignor.* ita è contrario nec ejusmodi in generalem quoque remiſſionem includuntur, Bart. *in d. l. ſed etſi quis. §. quæſitum. num. 1. ff. ſi quis caut.* præſertim ea quæ expreſſis ſunt majora. Weſenb. *1. conſil. 42. n. 54.* quanquam & alii talem transactionem generalem non ultra quam ad ea duntaxat, quæ nominatim & in ſpecie ſunt expreſſa, porrigant & reſtringant, per text. *l. 3. l. ſi de certa. C. de transact. l. 2. C. de judic.* in quorum numero ſunt gloſſ. *in d. l. 3. ad verb. pecunia.* Angel. *in l. tres fratres. ff. de pact.* Panorm. *in cap. 1. extr. de transact.* Imola *in cap. conquerente. extr. de offic. primit.* ubi opinionem eorum, qui contra ſentiunt, pluribus refutat, ac ita in terminis reſpondit Schurf. *conſ. 65. num. 8. cent. 1.* addens hoc non in transactione ſolum, ſed quavis etiam conventione procedere, per text. *in l. legatorum. §. 1.* ibique Bart. *ff. de legat. 2. l. ex pluribus 89. ff. de ſolut. l. ſi ita ſtipulatus. num. ult. ff. de verbor. ſignificat.*

XXIV.

Transactio poteſt valere ut pactum, ſi non valet ut transactio. Curtius jun. *in. l. 2. num. 6. & 7. C. de pact. inter empt. & vend.* Bart. *in l. ſi quis major. num. 9. C. de transact.* Alex. *conſ. 11. num. 8. & 9. vol. 2.* Octav. Cacher. *deciſ. 91. num. ult. l. 2. & l. ſi cauſa cognita. C. de transact.* ubi Angel. Alciat. *in cap. cum contrah. num. 104. extr. de jurejur.* Roman. *conſ. 547.* Aret *conſ. 33. conſultat. in ult. dubio.* Pantſchman. *1. quæſt. 10. num. 67.*

XXV.

Transigere de dolo licet, *l. actione adminiſtratæ 4. C. de transact.*

Intellige nimirum de præterito, non futuro, quia generaliter pactum, per quod ad delinquendum occaſio præſtatur, jure reprobatur, *l. illud convenire 5. ff. de pact. dotal.* Gylman. *4. 1. vot. 11. num. 25. pag. 147.* Conf. *l. 27 ff de pact.*

XXVI.

Transactio nullo dato, aut retento aut promiſſo non ſubſiſtit, *l. transactio 38. C. de transact.* ibidemque Dd. *l. ſi ſuper 9. C. eod.* Pariſ. *conſ. 32. num. 18. vol. 1. incip. potiſſima dubitatio.* Gail. *2. obſ. 171. num. 3.* quia in donationem incidit. Eſtque pactum merè liberatorium, *l. cum donationis 34. C. eod. l. tale 40. ff. de pact.* quando pro remiſſione nihil contra promittitur aut datur, Weſenb. *in parat. ff. de transact. num. 5. ad & l. 3. C. de repud. hered.* Cujac. *ad l. 1. ff. de transact.* Donell. *in rubr. C. d. tit. num. 8.* Roland. à Valle *vol. 4. conſ. 28. num. 3. & 4.* Hœnon. *ad Pandect. diſp. 2. theſ. 1. lit. e.*

XXVII.

Transactio dolo malo inita, ipſo jure eſt nulla. *l. 9. §. qui per fallaciam. 2 ff. de transact.* licet enim dolus quadantenus videatur in contrahendo permiſſus. *l. in cauſæ 16. §. pen. ff. de minor.* neque conſenſus omnino ſit expers, attamen qui per fallaciam adverſarii transigit, non tàm pacíſcitur quàm decipitur. *d. l. 9. §. 2.* Weſenbec. *in parat. ff. dict. tit. num. 8.* Treutler. *diſput. 7. theſ. 6. lit. c. vol. 1.*

Limita, ſi non adverſarius, cum quo transactum, ſed tertius quispiam transactionem doloſe extorſiſſet, quo caſu quidem inter tranſigentes illa valebit, ſed tamen ei, qui dolo inductus transegit, actio doli mali adverſus iſtum competit, qua petat tantum, quanti ipſius interſit, dolum non interveniſſe, *l. arbitrio 18. §. pen. ff. de dol. malo.* Phil. Matth. *ad l. 1. de R. I. num. 32.*

XXIIX.

Quoties falſa inſtrumenta vel teſtimonia ſola deciſioni vel transactioni cauſam dederunt, toties ea vitiatur. *l. 1. & 3. C. ſi ex falſ. inſtrum.* Quia per hujusmodi inſtrumenta circumſcripta eſt judicis autoritas. Hinc ſuſtineri nequit ab eo prolatum, *Mev. P. 3. dec. 104.* Ita ergò ſententia, vel transactio, quâ quis ex falſo teſtamento hereditatem accepit, eſt vitioſa *d. l. 1.*

Limita: modò tamen inſtrumenta probentur falſa, & judex vel tranſigens eorum fidem ſit ſecutus, *d. l. 3.*

CAP.

CAP. XXVIII.
Transitus.

Axioma I.

Non potest fieri transitus perfectus in aliquo extremorum per medium inhabile, *l. qui fella 7. §. in rusticis 1. de servit. rustic. præd.* Menoch. *cons. 211. num. 117. p. 75. & cons. 269. num. 71.*

II.

Transitus ab una ad aliam rem, quæ habet perfectius esse, non facit immutare dispositionem, quæ pertinebat ad primum esse, *l. libertum 14. §. 1. de excusat. tutor. l. falsa 33. §. 1. de condit. & demonstrat.* Menoch. *consil. 690. num. 11.*

CAP. XXIX.
Translatio, Transmissio.

De translatione dominii vid. *dominium.*

Axioma I.

Transferre nemo plus juris potest in alium, quam ipse habet, *cap. cura 11. extr. de jure patron. cap. nuper. 6. §. postulasti. extr. de donationib. inter vir. & uxor. cap. nemo 76. de Regul. Jur. in 6. vid. supr. lit. N. in voce Nemo, Axiom. 2.*

II.

Translatum intelligitur continere id, à quo translatum est, *l. ait Prætor 5. §. si judex 1. de re judic. l. si ita 68. §. in testamento. de condit. & demonstr.* Pantschman. *2. quæst. 8. num. 38.*

III.

Translata re aliqua transfertur lex & sententia seu conditio, *l. translato 3. extr. de constit.*

IV.

Translatio utilitatis plurimorum unius utilitati præferenda est, *cap. scias 7. quæst. 1.*

V.

Translatus casu necessitatis, necessitate cessante debet ad primum locum redire, *cap. pastoralis 7. quæst. 1. c. quod pro necessitate. 1. quæst. 1.*

VI.

Transfertur res cum suo onere, cum alienatio fiat cum sua causa. *vid. supra de rebus. lib. 16. cap. 40. axiom. 12.* Aur. Bull. *tit. 10. §. 2.* ibique Limnæum *obs. 6. & 7.* Capitul. Leopold. *artic. 32.*

Declara & limita hoc ita accipiendum esse, ut ratione onerum realium quidem dominium transferatur in emptorem cum ea causa, quæ futura esset, si apud venditorem remansisset, non etiam ratione onerum personalium, quæ scil. nec transeunt, nec transire possunt ipso jure in singularem successorem, ne quidem ex pacto, nisi ad dandam inter eos actionem. *l. 2. C. de hered. vel act. vend. l. cum res 22. C. de donat.* si non velit successor ultro suscipere actiones & spontanea voluntate, *l. 2. C. de pact.* aut nisi de casu, quo post receptum judicium alienatio facta est, ut *in d. l. 4. §. 1. de aqua pluv. arc.* Anton. Faber *in rat. decid. ad l. 21. §. 2. de pecul.*

VII.

Quæ personæ cohærent, regulariter non transmittuntur, *l. 44. de condit. & demonstrat.* Fallit in ultimis voluntatibus; transit enim v. c. optionis legatum, etiam in heredem, *§. 3. Inst. de legat.* Wesenb. *in parat. de opt. legat.*

VIII.

Quod cessibile, est etiam transmissibile, arg. *l. ex pluribus 42. de admin. tut.* Wesenb. *C. C. ut act. ab hered. num. 3.* Berlich. *1. concl. 74. num. 150. vid. supr. lib. 3. cap. de Cessione.* & quod non est transmissibile, neque est cessibile, *l. si stipulatus fuerim 76.* ubi Dd. *de V. O. l. pluribus 42. de administrat. tut.* Roman. *cons. 484. hoc quod vicinus. num 5.* Bald. *in l. per diversas quæstion. C. mand. & in l. fin. C. de hered. vel act. vend.* Pantschm. *1. quæst. 20. num. 33.*

IX.

Quoties jura ad certum tempus sunt concessa, toties intra illud tempus indistinctè transeunt ad heredes quoscunque. Quia sic principaliter respectus fuit habitus ad tempus, non consideratis personis. Exemplum est in usufructu. *l. 35. ff. de usufr. legat.* Item in Emphyteusi & feudo.

X.

Quæcunque ultimâ voluntate relicta, illa, nisi vivo eò, cui relicta, sint acquisita, ad heredes nunquam transmittuntur *l. 109. ff. de condit. & demonstr.* quia ante acquisitionem defunctus nullum jus habuit, neque ergò quicquam juris ad heredes suos transferre potuit. Exemplum est *in d. l. 109.* Sic si substitutus ante institutum moriatur, substituti heredes nihil acquirunt, arg. *l. ult. § 5. C. de caduc. toll.*

Limita, ut aliud sit (1.) in contractibus, (2.) si testator expressam heredum fecerit mentionem. Sic enim ad hos etiam transmittitur.

XI.

Quæcunque juris sunt, ea in heredem transmittuntur sine ejus facto: quæ verò facti sunt, non item, quia quæ facti sunt, morte expirant, non verò quæ juris, hæc enim magis inhærent rei.

XII.

Quoties agitur de acquirendâ seu transmittendâ hereditate, toties hodiè inter suos & emancipatos est differentia, quia sui ipso jure sunt heredes, & hinc etiam hereditatem non aditam ad quosvis heredes transmittunt. *§. 2. Inst. de hered. qualit. & differ.* Emancipati verò aditione opus habent & sic anteà hereditatem non transmittunt *l. 8. C. de suis & emancipat.*

Limita: nisi emancipatus intra tempora deliberationis decesserit, ubi quoque ad quemvis heredem jus suum transmittit. *Carpz. P. 3. const. 14. def. 23. num. 5. & seqq.*

XIII.

Quoties hereditas semel adita, toties à quocunque herede in quoscunque alios heredes transmittitur. Quia post aditionem desinit esse hereditas, & fit adeuntis proprium patrimonium. Hinc uti alia bona ad quosvis heredes transmittitur. *Mev. p. 9. decis. 34.*

XIV.

Quoties decedit heres non-suus, descendens tamen, toties transmittit hereditatem non adi-

tam tantùm in descendentes. *l. un. C. de his qui ante apert. tabul.* quia hæc transmissio cohæret sanguini. Qui ergò sanguinem non trahunt ab herede, ad illos quoque hereditas non transmittitur. Ita ergò liberi emancipati accipiunt hereditatem avi à patre suo non aditam, ob elegantem rationem *d. l. un.*

Limita: modò heres non suus non repudiaverit hereditatem, repudiatio enim excluderet liberos.

XV.

Quoties decedit hæres qualiscunque intra tempora deliberandi, toties hereditatem non aditam transmittit ad quoscunque heredes intra id tempus, quod defuncto supererat, quia cùm jus deliberandi ad certum tempus sit concessum, intra illud tempus transmittitur ad quosvis heredes *l. 19. C. de jure delib.*

Limita: modò heres decedens sciverit sibi delatam esse hereditatem: quamvis si ignoraverit, possint adhuc heredes ejus restitutionem in integrum petere, & ita ad hæreditatem admitti. *Carpz. P. 3. Const. 14. def. 24.*

CAP. XXX.
Trebellianica.

Axioma I.

Quoties heredis institutio valet jure directo, toties tota hereditas sine ullâ detractione transit in heredem. Quoties verò valet de jure fideicommissi, toties quarta Trebellianica ab institutis heredibus detrahitur. Ratio consistit in præsumptâ testatoris voluntate, quæ quidem, si quis directo fuerit heres institutus, satis clara est; si verò per fideicommissum, colligitur inde, quòd testator malle censeatur, ut aliquid ex hereditate detrahatur, & ita illa adeatur, quàm ut testamentum planè destituatur. Ita igitur si dixero, Titius heres esto, ipse totam hereditatem capit, secus si Titium heredem institutum rogaverim, ut hereditatem restituat Sempronio. §. 7. *Inst. de fidicommiss. hered.*

Declara: ut toties directò valeat, quoties hereditas immediatè capitur à testatore: jure verò fideicommissi, quoties hereditas capitur de manu illius, qui heres est institutus.

II.

Quoties plures heredes gravati, toties quisque suæ portionis quartam detrahere potest. Quia quodcunque juris est in toto, idem juris est in parte.

III.

Quoties à primo herede gravato quarta Trebellianica est detracta, toties à sequenti detrahi nequit. *l. 55. §. 2. ff. ad SCtum Trebellian.* Quia una tantùm quarta detrahenda, & quia in secundo cessat ratio deductionis, quæ est, ut hereditas adeatur; cum per primum jam sit adita, & ita voluntas defuncti exitum habeat. *d. l. 55. §. 2.* conf. *Zæs. ad ff. num. 93.*

Declara: si ergò primus ille sive directus heres non detractâ quartâ totam hereditatem partemve ejus integram restituerit, quô casu heres fideicommissarius etiam Trebellianicæ detrahendæ jus habet: quasi eo ipso, quòd neglexerit heres directus quartam detrahere, liberalitatem in fideicommissarium exercuerit. *l. 1. §. 10. ad SCtum Trebell.*

IV.

Quodcunque juris est in amittendâ Falcidiâ, idem juris est in amittendâ Trebellianicâ, quia Falcidia & Trebellianica quoad paria judicantur exceptâ computatione.

Limita, nisi (1.) diversa utrobique subsit ratio, (2.) nisi contrarium expresè in jure reperiatur decisum.

CAP. XXXI.
Tribulatio.

Axioma I.

Tribulatio à Deo immittitur ad virtutis augmentum, *cap. adversitas 7. quæst. 1. cap. in cunctis 11. quæst. 5.* & ad puniendum crimen commissum, *can. sunt plurimi 6. quæst. 1. c. cum percussio 7. quæst. 1.*

II.

Tribulatio facit mundi honorem contemnere, *c. displicet. in med. 24. quæst. 4.* & ad bonum festinare, *c. qui peccat. in fin. d. quæst. 4.*

CAP. XXXII.
Tributum.

Axioma I.

Tributa sunt onera fructuum, *l. 7. §. 2. verb. hactenus. ff. de usufr. l. 13. ff. de impens. in rem dot. fact.* & offeruntur ratione possessionis privati soli, *l. 2. l. fin. C. sine censu.* Wesenb. *de publican. & vectigal. num. 4. cap. omnis 2. extr. de censib.* cum sint testimonia subjectionis, quæ Regibus & Principibus debentur, vid. latè Petr. Martyr. *loc. commun. class. 4. cap. 2. de Eccles. immunit. num. 10. & cap. 13. de Magistrat. dist. civil. & Eccles. potest. num. 23.* Cluten. *in disp. de Vectigal. thes. 15.*

II.

Ab omni tributo debet immunis esse Ecclesia, *cap. 1. extr. de censib.* Tributum tamen Ecclesia Imperatori non debet denegare, *c. si tributum. 11. quæst. 1.* sicut etiam ab ea licitè datur, intuitu scil. pacis, *can. quid culpatur. in med. 23. quæst. 1.* intuitu subjectionis, *can. magnum. 11. quæst. 1.* & obtentu longæ consuetudinis, *can. quæsitum, in fin. 1. quæst. 3. add.* & *Matth. 22. vers. 21.* Paul. *ad Roman. 11. v. 7. l. si divina 8. C. de exactor. tribut. Novell. 131. c. 5.* vid. Chemnit. *in harmon. Evangel. cap. 91. num. 4.* Arnis. *de exempt. Cleric. cap. 3.* Ambros. *in epist. ad Auxent.* Cluten. *in diatrib. de Novo. Justin. 15. in parerg. & in fasciculi. impiet. juris Canonici. thes. 26.*

CAP. XXXIII.
Tristitia.

Axioma I.

Tristari nullus debet pro sua, nec pro suorum

rum morte, *can. quam præpostorum 13. quæst. 2.* quia alias videretur de spe resurrectionis dubitare, *can. ubicunque. d. quæst. 2.*

II.

Consulendum est his qui tristitiæ suæ solatium merentur, *l. unic. in fin. C. de his quæ ante apert. tab.* vid. Cujac. *in præfat. Novell.* ubi tristitiæ consuli lectione bonorum Auctorum tradit.

CAP. XXXIV.

Tueri.

Axioma I.

Tueri Magistratus Ecclesiam cogitur, *cap. in singulis 7. extr. de stat. Monachorum.*

II.

Tueri quis se potest privilegio vel præscriptione; non simul conjunctivè, *cap. penult. extr. de religios.*

III.

Tueatur nisi quis jura, parum est ea condere, *cap. ubi 3. §. præterea de Electionib. in 6.*

CAP. XXXV.

Turbare, Turbatio.

Axioma I.

Turbare dicitur, qui se judicio opponit. Bart. & Dd. *in l. 1. §. hujus uti possidet. l. si priusquam 15.* ubi Jason *de oper. nov. nunc.* Lapus *alleg. 65. & 72.* Afflict. *decis. Neapolit. 394.* Paris. *cons. 122. nullitas. num. 6. libr. 9.* Wesenb. *2. cons. 58. num. 20.* Faber *in §. retinendæ. num. 16.* & ibid. Angel. *num. 3. Institut. de interdict.* Panorm. *in cap. audita, extr. de restit. spoliat. num. 8.* Proprie tamen turbari is demum dicitur, qui non potest re libere uti. *l. vim facit. ff. de vi & vi armat.* Wesemb. *consil. 345. num. 85. pag. 1622.*

II.

Turbatio non committitur verbis, sed facto, Faber *in §. retinendæ. num. 11. Inst. de interdict.* Est enim actus facti. Jason & Dd. *in l. si prius. de oper. nov. nunc.* Ubi autem facto opus est, verba non sufficiunt, *l. Julianus 13. §. offerri 8. de action. empt. l. peculii 4. § ult. ff. de pecul.* qua de causa qui minatur tantum turbationem, nec ultra verba progreditur, potius actione injuriarum, quàm de vi tenetur, *c. querelam 34. de elect. l. injuriarum. 13. §. ult. de injur. l. qui pendentem. §. 25. ff. de act. empt.* Wesenb. *1. consil. 33. num. 24.*

III.

Turbata voluntas non excusat, *c. Matthæus 23. extr. de simon.*

IV.

Turbata possessio absentis restitui debet, *c. un. extr. de Cler. peregr.*

CAP. XXXVI.

Turpe, Turpitudo.

Axioma I.

Turpe à judice non est admittendum, *l. cum profitearis 4. C. de revocand. donat. l. si creditoribus 5. de serv. pign. dat. l. filios 4. Cod. de iis quæ in fraud. creditor. c. inter dilectos. 8. de donat.* Alex *consil. 38. col. 1. vol. 2.* Vult. *3. cons. Marpurgens. 18. num. 205.* Non debere judicem admittere postulationes inverecundas, hinc notant Græci *in l. 5. §. ult. de usur.* Cujac. *quæst. Papin. 16. pag. 564. C.*

II.

Turpitudinem suam nemo revelare cogitur. *c. dudum 54. de electionib.* Bald. *in l. 2. §. quod observari. C. de jurejurand. propter calum.* Idem *in l. 1. C. quomod. & quand. judex.* Angel. *in l. Marcellus. ff. rer. amot.* qua de causa nec positioni criminosæ respondere quis tenetur, ne cogatur detegere suam turpitudinem, Speculat. *in tit. de posit. §. septimo, vers. 19. num. 40.* Bart. *in l. qui turbasse. §. si pater. ibique* Alex. & Jason *ff. de jurejur.* Panorm. *in cap. 2. num. 16. de confess.* Natt. *in reper. elem. sape. §. & quia col. 7. de V. O.* Dec. *in l. fin. num. 6. C. de edendo.* ratio, quia se ipsum nemo prodere cogitur. *cap officii 9. de pœnit. & remiss.* Covar. *ad cap. peccatum. p. 1. in princip. num. 2. de Reg. Jur.* præsertim si id fiat extra judicium. Bald. *in l. 2. col. fin. C. de exhibend. reis.* Gloss. & Angel. *in l. ampliorem, in princ. C. de appellat.* quos refert & sequitur Natt. *in d. §. col. 7. vers. & fallit secundo.* add. Vult. *1. consil. Marp. 15. num. 237.*

III.

Turpitudo personæ non excludit à beneficio juris communis, Decius *in l. procurator. in fin. C. de edendo.* Bœkel. *de publ. judic. disq. 5. n. 9.* Exemplum vid. *in l. si prædia 58. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Ubi donatio inter concubinam & concubinarium est permissa, Joseph. Ludov. *conclus. 25.* Peregrin. *tit. 9. num. 4. lib. 2. de jure fisc.* nec interest concubinæ, an uxori quis relinquat *l. 49. §. 4. de leg. 3.* imò sæpe melioris est conditionis, quam uxor, Castr. *in l. donationis num. 3.* Alciat. *in l. Masurius de V. S.* Joh. Bernh. Diaz. *in pract. vers. concubinarius.*

IV.

Turpis promissio non est obligatoria. *c. detestanda 2. de concess. præbend. in 6.* Turpes tamen & impossibiles conditiones favore matrimonii pro non adjectis habentur, nisi sint contra substantiam matrimonii: quia tunc vitiant matrimoniam. *c. 1. & ult. extr. de condit. & apposit.*

V.

TURPITUDINEM vel dolum suum allegans non auditur, *l. mercalem 5. C. de condict. ob turpem causam. l. transactiones 26. C. de transactionib. l. si creditoribus 5.* ubi Gloss. *Cod. de servo pignor. dat. l. cum profitearis 4. Cod. de revocand. donat. cap. inter dilectos 8. de donat.* Exornant latè Signorol. de Homod. *cons. 180. Si quæratur.* Socinus *cons. 264. num. 8. lib. 2.* Ruinus *consil. 194. num. 11. & 12. lib. 1.* Cravett. *in quæst. de indemnit. mul. num. 33. & cons. 106. num. 12.* Rot. *Lucens. decis. 14. num. 31.* Bernhard. *reg. 24. vers. quinto.* Tiraquell. *de retractu lig. §. 1. gloss. 18. num. 20. & 24. cum seq. &*

in tract. Cessante causa. limit. 2. Thomas de Thomasset. *in floribus Legum, reg. 32.* Sarmient. *lib. 3. select. cap. 13. num. 5. & 11.* Decianus *cons. 18. num. 189. lib. 1.* Menoch. *consil. 89. num 32.* Paulus Fusc. *lit. A. sing. 52.* Jason *in l. jusjurandum. §. procurator. num. 18. cum multis seqq. ff. de jurejur.* Alciat. *in l. transactione 30. num. 4. cum seqq. Cod. de transactionib.* Felin. *in cap. tertio loco. à n. 6. de præsumpt.* Joh. Garc. *reg. 477.* Surd. *decis. 196. n. 6. & decis. 309. num. 16.* Cardos. *in praxi Judicum & Advoc. verb. allegatio. num. 5.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali. §. 3. num. 12.* Mar. Antonin. *variar. resolut. lib. 2. resol. 11. num. 75.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 8. lit. T. concl. 404. per tot.* Rot. *decis. 665. num. 12. apud Farinac. p. 1. recent.* Narbon. *lib. 31. gloss. 16. num. 27. lib. 1. Recop.*

Amplia, ut filius non audiatur, allegans turpitudinem patris, Castr. *cons. 48. in fin. lib. 2.* Cravett. *cons. 125. num. 6.* ubi idem dicit de successore etiam singulari respectu sui auctoris, quia non auditur quis super eo, quod facit autorem allegantis incidere in feloniam, ut resolvit idem Cravett. *concl. 507. num. 9.* quem refert Cardin. Tusch. *d. lit. T. conclus. 404. num. 13.* Sic etiam nec heres potest allegare turpitudinem defuncti, cujus est heres, Baldus *cons. 135. Pater Casanas, circa med. vers. quia heres, lib. 1.* Signorol. de Homod. *cons. 110. num. 4. & cons. 122. in fin.* extendit, ut nec possit allegare impotentiam defuncti, cujus est heres, allegans, quia sapit turpitudinem, & *cons. 257. in fin.* pariter extendit, ut nec possit successor heredis allegare turpitudinem defuncti, dicendo illum fuisse usurarium, & *cons. 120. Quidam Placentinus. in fin.* ubi declarat, quod licet heres non possit allegare turpitudinem defuncti agendo, bene potest tamen excipiendo. Axioma enim procedit, etiam in eo, qui ejus, cui successit, vel autoris turpitudinem allegat, *l. filios 4. C. de revoc. his, quæ in fraud. cred. l. cum profitearis 4. C. de revoc. donat.* Cravett. *cons. 125. num. 9.* ubi extendit ad successorem singularem, Viv. *decis. 67. num. 5. lib. 1.* Cardin. Tusch. *d. conclus. 404. numer. 7. 18. 19. & 20.* Joh. Bapt. Costa *de facti scient. & ignor. cent. 1. dist. 62. num. 10.* Mar. Giurba *in consuet. Mess. c. 2. gl. 11. num. 5.*

Amplia etiam in Judice, qui si dicat se protulisse sententiam pecuniâ corruptum, sibi non creditur, Angel. *cons. 309. num. 5. vers. hoc etiam probatur.* quem refert Cardinalis Tuschus *dict. lit. T. conclus.* [1] *404. num. 33.* ubi *num. 32.* post Angel. *consil. 309. Factum est tale. num. 5.* subdit, ideò testem deponentem extra judicium, se depositisse falsum in judicio, non probare, nec propterea ejus probationem tolli.

Limita tamen primò, ubi agitur de periculo animæ, quia tunc unicuique licitum est allegare turpitudinem suam, sive agendo, sive excipiendo, Anchar. *cons. 212. Ego Angelus.* ubi hoc dicit in causa matrimoniali, Cravett. *cons. 466. num. 19.* ubi idem ait, si allegetur turpitudo defuncti heredis pro salute animæ defuncti, quia admittitur, Francisc. Molin. *de ritu nuptiar. lib. 1. compar. 13. num. 15.* ubi loquitur in causa separationis thori, Cardinal. Tuschus *d. lit. T. conclus. 404. n. 59. & 60.* Viv. *decis. 67. n. 7. lib. 1.* ubi quod quando periculum animæ vertitur, propria turpitudo allegari potest. & *num. 9.* in Ecclesiæ favorem.

Secundò limita, ubi quis tractat de damno vitando contra alterum tractantem de lucro captando, juxta ea, quæ resolvunt Tiraquell. *de retract. lig. §. 1.* Gloss. *n. 72. cum seq.* Socin. *cons. 264. n. 8. lib. 2.* Bald. *cons. 114. Factum tale est, in fin. lib. 4.* Anchar. *cons. 330. in fin.* Rimin. jun. *cons. 86. num. 62. & seq. lib. 1.*

Tertiò limita in reo, quia potest uti exceptionibus contrariis temporibus successivis, Decian. *cons. 48. num. 52. lib. 2.* quem refert Cardinal. Tusch. *d. lit. T. 404. num. 61.*

Quartò limita in eo, ut contra socium participem turpitudinis possit quis turpitudinem suam allegare, Castrens. *cons. 353. in fin. lib. 1.* Cæpoll. *cons. 57. n. 4. & seqq. Franciscus. num. 4. vers. & primò.* Decian. *cons. 48. num. 36. lib. 2.* Cardin. Tusch. *d. l. T. conclus. 56. & 67.* Surdus *cons. 371. num. 89.* nisi excipiat, vel replicet allegans contra turpitudinis participem de lucro certantem. Cardinal. Tusch. *d. conclus. 404. num. 74.* Mar. Giurba *in consuetud. Messanens. d. cap. 2. gloss. 11. num. 5. vers. excipitur tamen. p. 1.*

Quintò limita, ubi turpitudo est per partem confessata, detecta, vel probata, sed declarata à Judice, quia tunc potest allegari ab eo, qui commisit, Cæpol. *d. cons. 57. num. 6.* Ruin. *cons. 194. in fin. lib. 1.* Cravett. *cons. 771. num. 4.* Cardin. Tusch. *d. lit. T. concl. 404. num. 70. & seq.*

Sextò limita in criminalibus, in quibus excipiendo & se defendendo quilibet potest allegare turpitudinem suam, [1] Cæpoll. *dict. cons. 57. num. 4. vers. secundò respon-*

respondetur. Cardinalis Tuschus *dict. concluſ. 404. num. 68.*

Septimò limita in judicio civili, ſi per modum retorquutionis quis alleget turpitudinem ſuam, ut per Signor. *d. conſil. 180. verſ. ſecundo caſui.* ubi *prope fin.* idem dicit, ſi agatur civiliter excipiendo, vel ratione rei familiaris; ſubditque quod in judicio civiliter miſericorditer appellando poſſum allegare turpitudinem auctoris. Plures limitationes vid. apud Schultes *in addit. ad* Modeſt. Piſtor. *part. 4. quæſt. 140. num. 12. & ſeqq.*

VI.

TURPIUS ejicitur, quàm non admittitur hoſpes, *cap. quanquam cap. quemadmodum 25. §. alioquin. de jurejur.* Gloſſ. *in verb. adinopiam. in cap. veſtras. de donat. inter vir. & uxor.* Alexand. *conſil. 213. Ponderatis. num. 7. verſ. accedit, quia turpius. lib. 6.* Tiraquell. *de jur. conſtituti. p. 3. limit. 7. num. 43.* Menoch. *conſ. 90. num. 124.* Surdus *de alim. tit. 7. q. 17. num. 41. & conſil. 174. num. 13. & conſ. 175. num. 42. & conſ. 371. num. 54.* Bellet. *disquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſcipl. clericali. §. 29. num. 7.* Anton. Monach. *Florent. deciſ. 24. num. 36. & Bononienſ. deciſ. 19. num. 33.* Cardin. Seraphin. *deciſ. 1483. num. 14.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 3. lit. F. concluſ. 12. num. 4. & tom. 8. lit. T. concluſ. 430.* Joſeph. Vela *diſſert. 4. num. 48.* Favorabilior enim eſt cauſa conſervationis, quàm novæ acquiſitionis. Menoch. *conſil. 32. num. 37.* Et facilius conſtitutum jus retinetur, quam de novo acquiritur, *l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni juris.* Surdus *deciſ. 40. num. 5.*

CAP. XXXVII.
Tutela, Tutor.

Axioma I.

Quicunque filius in poteſtate non eſt, illi teſtamentò tutor dari nequit, quia jus dandi tutores tanquam effectus fluit ex patriâ poteſtate. Ita ergò nepotibus hodiè ab avo dari neqvit tutor, ſicut nec aliàs filio à matre. Econtra exheredato dari poteſt tutor *l. 4. ff. de teſtam. tutel.*

Limita: ut, ſi tamen datus fuerit talis tutor, confirmatione opus ſit, ut ſi pater tutorem dederit filio emancipato vel naturali *l. 1. §. 2. l. 3. de confirm. tut. l. 7. pr. eod.* vel ſi mater dederit liberis *l. 2. ff. eod.* aut ſi pater filiofamilias tutorem dederit, ſed non juſto teſtamento *l. 2. C. eod.*

II.

Quotiescunque legitimo tutori ex poſtfacto ſupervenit impedimentum, toties proximus gradu ſuccedit. Quia tutela ſic ſemel devoluta eſt ad heredes, apud eos ergò etiam remanere debet. Itaque ſi mortuus fuerit vel capite diminutus tutor legitimus, ſucceſſioni locus erit *l. 3. §. pen. ff. de Attil. Tutor.*

Limita, ut procedat (1.) in impedimento perpetuo, non ad tempus durante ſeu tranſeunte, cujus rei exemplum vid. *in l. 1. §. 2. ff. h. t.* (2.) in impedimento extrinſeco, non à judice cauſato *l. 11. §. ult. ff. de teſt. tut.*

III.

Quotiescunque legitimo tutori ab initio obſtat impedimentum, toties non ſuccedit proximus, ſed alius à judice dandus. Quia omnis ſucceſſio fieri debet in jus anteceſſoris. Quoniam igitur tutor, cui ab initio obſtitit impedimentum, nullum jus habuit, cùm tutela ad ipſum non fuerit delata, ergò nec ſucceſſor ejus quicquam juris prætendere poteſt. Exemplum eſt in tutore deportato aut excuſato.

IV.

Cuicunque Magiſtratui hodiè ordinaria jurisdictio in pupillum competit, illi competit jus dandi tutorem. Quia hodiè ex jurisdictione ſimpliciter conſideratâ datio tutoris dependet.

Limita, ut datio tutoris hoc in caſu ad bona alibi ſita per indirectum ſe extendat, quamvis hôc caſu tutor datus ſoleat confirmari, ſeu alius tutor dari à judice loci, ubi bona ſita ſunt.

V.

Qvicunque non eſt ſub jurisdictione Magiſtratus, ille invitus tutor dari nequit, quia ille non poterit cogi ad munus tutelæ ſuſcipiendum. arg. *l. fin. ff. de jurisdict.*

Limita: ut ſi tutor alienæ jurisdictionis judicem communem habeat cum pupillo, ab hoc judice ſuperiori poſſit confirmari. (2.) ut in ſubſidium dari poſſit, ita nimirum, ut per literas ſubſidiales citetur. *l. 24. ff. de Tut. dat.* Conf. *Brunnem. ad l. 5. C. qui Tutor. dari poſſunt.*

VI.

Quicunque ex cognatis ſucceſſionem ſperat, ille, ſi tutorem intra annum non petat, ſucceſſione privatur. *l. 10. C. de legit. hered.* Quia hâc negligentia ſuâ indignum ſe reddit hereditate legitimâ *l. 2. §. 1. ff. qui pet. Tut.*

Limita: modò liberi vel illi, de quorum ſucceſſione agitur, impuberes moriantur. *l. 3. l. 6. C. ad SCtum Tertull. l. 10. C. de leg. her.* (2.) modò non caſu fuerint impediti, v. g. ſi procurator miſſus ad petendum tutorem moriatur in itinere. (3.) modò illos nemo gradu præcedat.

VII.

Quoties honorarius tutor tutorem adminiſtrantem ſuſpectum reddere potuit, toties, ſi id non fecerit, conveniri poteſt, & contra. Quia tutor talis tenetur ſaltem ad inſpectionem, adeoque ad id quod videre & avertere potuit. Ita ergò ſi rationes non exegerit: ſi non curaverit, ut pecunia ad prædii comparationem collocetur, tenetur. *l. 3. §. 2. ff. h. t.*

Limita; ut tamen priùs excutiatur tutor adminiſtrans. *Carpz. P. 2. c. 11. def. 36.*

VIII.

Quoties tutela à pluribus adminiſtrata, toties, ſi unus conveniatur, locus eſt beneficio diviſionis,

visionis. Quia non unus, sed omnes damnum dederunt.

Limita: modò (1.) omnes sint præsentes, (2.) huic beneficio non renunciaverint, (3.) omnes fuerint solvendo. *Mev. P. 7. dec. 297.*

IX.

Quoties plures sunt tutores, sed unius tamen facto agitur contra alterum, toties locus est beneficio excussionis, quia maximè æquum est, ut ille prius reddat rationes, cui omnium cura & administratio commissa. *Hahn. ad Wesenb. de admin. & peric. tut. n. 8.* Exemplum est in tutoribus honorariis, quibus præ omnibus hoc beneficium competit. *Mev. p. 7. dec. 397.*

Limitatio præcipua est, nisi alter non sit solvendo. Quod sublimita, nisi contutor petat, ut suo periculo fiat excussio, & caveat de reliquo solvendo. *Mev. P. 7. dec. 296.*

X.

Quoties à judice sive testatore divisa tutela, toties quisque pro illâ saltem parte, quæ ipsius administrationi est commissa, tenetur. Quia judici & testatori liberum fuit, officium tutoris ad certa bona restringere *l. 51. ff. de admin. & peric. tut.*

Limita: nisi per dolum aut culpam alii tutores suspectum collegam non removerint, vel tardè id fecerint. *Perez. ad tit. C. de divid. tutel. num. 1.*

XI.

Quoties ab ipsis tutoribus divisa tutela, toties in solidum nihilominus tenentur. Quia divisio propriâ autoritate tutorum facta non poterat præjudicare pupillis *l. 2. C. de divid. tut.*

Limita, nisi fortè de unius culpâ in specie conveniantur cæteri tutores, sic enim adhuc habebunt beneficium ordinis.

XII.

Quoties circa res pupillares malè versatus est tutor, toties non tenetur pupillus, nisi in quantum tutor est solvendo. Quia tutor delinquendo non poterit præjudicare pupillo, cùm unius delictum non debeat nocere alteri, *l. 26. ff. de pœn.* Ita ergò pupillus non tenetur alteri de expensis temeratiæ litis à tutore motæ. conf. *Mev. p. 8. dec. 80.*

Limita, nisi locupletior factus sit pupillus. *l. 5. ff. quando ex facto tutor. vel curat.*

XIII.

Quoties tutor benè gessit res pupillares, toties tenetur pupillus, licet tutor non sit solvendo. *l. 1. §. 4. ff. de evict.* Ita ex mutuo à tutore contracto pupillus tenetur, quando versio in ejus utilitatem facta probatur. *Carpz. l. 5. resp. 78. numer. 12.* Similiter tenetur stare locationi à tutore factæ. *l. 9. ff. quando ex facto tut.*

XIV.

Quoties tutor facit id, ad quod tenetur, licet id suo nomine faciat, censetur tamen pupilli nomine fecisse. Quia omnis præsumptio est in meliorem partem, & res talis esse præsumitur, qualis esse debet. Inde si tutor ex pecuniâ pupilli rem aliquam licet suo nomine emerit, præsumitur in utilitatem pupilli emisse eique dominium acquisivisse *l. 2. quando ex fact. tut. Hartm. Pistor. P. 1. q. 7. num. 3.* Sic nomen sive debitum pecuniâ minoris contractum ad ipsum pertinet, licet tutor semetipsum in chirographo creditorem nominari curaverit. *Mascard. de probat. conclus. 1393. num. 9. & 14. Carpz. P. 2. c. 11. def. 38.*

Limita, ut procedat, si pupillus velit, ut suo nomine sit gestum. Alioquin retinebit in bonis emtis jus tacitæ hypothecæ. conf. *Carpz. P. 2. const. 10. def. 21. in fin.*

XV.

Quæcunque nomina ab ipso tutore contracta, in iis præstat culpam levem. Cum enim ipse tutor hâc ratione contraxerit, videtur ad tantam diligentiam semet obligasse, quantam ipse alias in rebus suis ut diligens paterfamilias præstare solitus erat. *l. 7. C. arbitr. tutel. Mev. P. 7. dec. 198.* Ita igitur, si tutor debitori obærato pecuniam pupillarem mutuò dederit, tenetur.

Limita: ut tamen sufficiat, modò nomina tempore initi contractus fuerint idonea, quod probare debet tutor.

XVI.

Quæcunque nomina à patre pupilli contracta, in iis tutor præstat dolum & culpam latam. Quia ita circa contracta nomina nulla culpa tutori poterit imputari. Aliqualis tamen culpa ideò imputari ipsi poterit, quòd non exegerit: Quæ culpa cùm tanta non sit, lata saltem præstabitur.

Limita: ut culpam commissam hîc probare debeat pupillus tanquam allegans. *l. 58. ff. de admin. tut.* probabit autem ex conjecturis, v. g. si sciverit, debitorem bonis lapsurum, *Mev. P. 8. dec. 76.* aut si tutor intra decennium non petierit debitum, *Mev. P. 8. dec. 78.* Non tamen probabit exinde, quòd cognatus fuerit debitor cum tutore. *Mev. d. l. decis. 77.*

XVII.

Quoties tutor occasionem tutam fœnerandi habet & eâ non utitur, toties ad usuras ipse tenetur. Quia sic negligit officium boni patrisfamilias, & ita negotia pupillaria non satis ex fide geruntur.

Limita: nisi pupillus ipse pecuniâ ad sustentationem opus habuerit. *Mev. P. 1. decis. 200.*

XIIX.

In quemcunque debitorem seu creditorem non cadit præsumptio fraudis, ille hodiè tutor esse potest, quia sic cessat ratio prohibitionis. Exemplum est in matre & aviâ. *Nov. 94. cap. 1.* In debitore modicæ quantitatis. *Brunnem. exercit. ad Instit. tit. de excus. tutor. ad §. 4.*

XIX.

Quicunque non ex fide tutelam gerit, ille est suspectus. Tutelam verò non ex fide gerere dicitur is, qui omittit ea, quæ sui sunt officii ante susceptam tutelam, durante tutelâ & denique finitâ. Ergò qui inventarium non condit, *l. tutor qui repertorium 7. ff. de admin. tut.* qui finitâ tutelâ rationes non reddit residuumque non restituit, qui pupillo alimenta decerni non curat, non verò suspectum faciunt divitiæ seu paupertas. *l. 8. ff. de suspect. tut.*

XX. Quo-

XX.

Quoties quis ob malam tutelæ administrationem ex præviis indiciis suspectus postulatur, toties interim administratione se abstinebit, ut ei ita adimatur facultas ulterius grassandi in bona pupillaria *l. 1. C. de suspect. tut.*

Limita, ut procedat, nisi (1.) administrator sit solvendo & satis offerat. *§. ult. Inst. de suspect. tut.* (2.) nisi tutor fuerit persona conjuncta.

XXI.

Tutelæ onus ad eum pertinet, qui commodum habet hereditatis. *l. tutelæ 73. ff. de R. I.* Anton. Faber *7. decad. 6.* Neque enim propter tutelam cuipiam hereditas defertur, sed tutela hereditatem sequitur, h. e. onus tutelæ demandatur ei, qui spem successionis ab intestato consequendæ habet. *§. 1. Instit. de legit. agnat. tutel.*

Limita, nisi cum fœminæ heredes intercedunt, quia tunc quo hereditas redit, tutela non pervenit. *l. 1. §. 1. ff. de leg. tutel.* cum tutela sit munus civile, à quo fœminæ arcentur, vel nisi agnati minores 25. annis existant, cum nullus ad tutelam ante 25. ætatis annum impletum admittatur. *l. ult. §. de legit. tutor §. ult. Inst. de fiduc. tutel.* Hyppolit. à Collib. *ad d. l. 73. in pr. ibique* Dec. Phil. Matth. *de R. I.* deinde si omnes pari sint gradu, maximè idoneus à judice eligendus. *Auth. sicut. C. de tutel. legit.*

XXII.

Tutela munus est publicum, *pr. Inst. de Excusat. tutor. l. filiusfam. 6. ff. de his qui sunt sui vel alieni jur.* Obrecht *in disp. de patrocin. pupill. th. 66.* Hackelm. *disp. 15. illustr. quæst. th. 18 lit. a.* Vult. *ad pr. Inst. de Excusat. tut. num. 12.* Bocer. *ibid. num. 23.* & Harprecht. *num. 13. & p. 2. l. disp. 7. coroll 1.* Everhard. Henrisson *lib. 1. de jurisd. pro baron. contr. Govean.* Treutl. *vol. 2. disput. 8. thes. 1. lit. e.* Pac. *5. ἐναντ. 81.* ubi ait, hoc de eo publico, quod ad administrationem Reipubl. pertinet, intelligendum non esse. *l. 1. §. hujus jus. ff. de just. & jur.* sed potius de eo, quod pendet ita à Legibus, ut non sit in privatorum hominum potestate, atque sic modo publicum auctoritate, licet non utilitate dici possit. Cujac. *ad l. 6. §. 25. ff. de excus. tut.* Gœdd. *ad l. 18. num. 19. de V. S.* Cothman. *disp. 12. ad libr. 1. Instit. coroll. 1.* Arum. *disp. 3. thes. 16.*

XXIII.

Tutelam alicujus qui gessit, invitus curator ejusdem fieri nequit. *§. antepen. Instit. de Curat. l 10. C. eod.* ratio, quia qui semel oneratus fuit, non debet amplius cura ejusdem gravari: abunde enim patri ac filio sufficit, si eis in quibusdam amici labore consulatur. *arg. l. tutori 20. C. de negot. gest.* Mynsi. *ad §. antepen. de exc. tut.*

Limita in liberto: is enim si à patrono filii patroni & tutor & curator testamento datus est, & à Magistratu confirmatus, utrumque onus sustinere cogitur. *l. 5. C. d. tit. l. libertum 14. ff. eod.* quia propter summum libertatis præmium omnem operam & laborem patrono ejusque liberis debet. Giphan. *ad d. §. antepen. de Exc. tut.*

XXIV.

Tutor habetur loco domini. *l. cum plures 12. §. 1. l. 28. ff. de admin. tut. l. 56. §. qui tutelam. 4. ff. de furt.*

Declara scil. quando rem pupilli benè administrat, ut ait *gl. in d. l. 56. §. qui tutelam ff. d. tit. l. qui fundum. 7 §. si tutor. 3. ff. pro emptor. d. l. tutor. 28. de admin. tutor. l. is qui §. si tutoris. quod vi aut clam. l. qui tutelam. 28. ff. de testam. tutel.* non verò si rem male gerat, & ita deteriorem faciat. vide *& l. pignus. à Curatore ff. de curat. furios.* Wesenb. *2. cons. 52. num. 57. gl. in l. 22. verb. remittentes C. de pact.*

XXV.

Tutorem habenti tutor dari non potest. §. *pen. Inst. de curat. l. 27. de testam. tutel. l. 20. §. 1. de tut. & curat. dat.* Cujac. *in not. prior. Inst. de fiduc. tut.* Duar. *ad tit. ff. de tutel. c. 4* Wesenb. *ad §. furiosus. 2. Inst. qui testam. tut. dari poss.* Vult. *ad princ. tit. qui test. tut. num. 4.*

Limita, nisi Lex apertè prohibeat, Cujac. *in not. prior. Inst. de fiduc. tutel. in fin.* Ernest. Cothman. *disput. 8. thes. 10.* Oleman. *disp. 5. num. 21. & 22. in object. & resolut. & disp. 6. num. 24. in object & resolut.* Sic in locum tutoris furiosi sua intervalla habentis vel testamento dati tutor rectè datur. *l. non solum 10. §. fin. ff. de Excusat. tut. §. furiosus 2. Inst. qui testam. tut. dar. poss. l. 10. §. si furiosus 3. vers. tunc fore. & l. 32. vers. post legitimam ætatem onerari ff. de testam. tutel.* idem est & in muto & surdo. *l. pen. ff. de tutel.* Sic excipitur & casus, ubi pupilli bona sunt dispersa & longè disjuncta, & alia sint Romæ, alia in provinciis. *l. 39. §. patruus 8. de admin. tut. l. si tamen. 15. ff. de testam. tutel. l. propter litem 21. §. pen. Inst. de Excusat. tut.* aut si Reipubl. causa absit. *l. quæsitum. 12. ff de tutel. l. tutor. 3. §. si quis abfuturus 10. de suspect. tutor.* vel minus sit ad hostes quasi legatus, aut etiam receptus ab eis vel transfugerit, quia servus non efficitur, tutor manet, sed interim à Magistratu tutor datur. *l. si qui tutor. 15. ff. de tut.* Mynsi. *ad §. interdum Inst. de curator. ubi gl.* & Giphan. vel nisi tutor jam constitutus consentiat & agnati qui petunt sibi tutorem alium adjungi, ita factum in causa Treilbachs Kinder Vormünder / ubi supplicatum pro confirmatione & tertii adjunctione 11. May 1592. ubi petitio admissa.

Vid. *Autoritas Tutoris. Confirmatio Tutoris. Excusatio à Tutelâ. Salarium.*

FINIS LIBRI DECIMI OCTAVI.

LIBER DE-

Liber Decimus Nonus.

CAPUT I.

Validum *vid. infra* Vitiosum.

Axioma I.

QVod ex se validum est, confirmatione opus non habet. Decian. *cons. 65. num. 18. vol. 3. per l. asse toto 77. ff. de hered. instit.* Socin. *cons. 92. n. 17. vers. item apparet hoc vol. 3.* Vult. *3. cons. Marp. 18. num. 45.*

II.

Si non valet quod ago ut ago, valere tamen debet, ut valere potest. *l. si unus 27. §. penult. l. si accepto latum 19. de acceptil.* Torniell. *in tract. de act. utilib. & direct. tr. 8.* quod tamen brocardicum ut vulgare plerisque in casibus locum non habere, *per l. 1. de jure Codicill.* scribit Ant. Faber *in rational. ad l. 1. §. 4. de constit. pen. v. supr. lib. 1. cap. actus. & infr. cap. voluntas.* vid. omnino Rosenthal. *cap. 4. de feud. conclus. 7. lit. H.* ubi dist. inter materiam expresse à lege reprobatam & in consequentiam tantum.

CAP. II.

Variatio. Varietas.

Varius.

Axioma I.

Variatio facit indicium & præsumptionem contra variantem, Grammatic. *cons. 17. num. 9. & vol. 30. num. 3.* Jacob. Port. *cons. 96. num. 33.* Farin. *3. cons. 50. num. 36.* arguit enim ea suspicionem falsi & incerti. *arg. l. eos qui 27. ubi* Bart. *ff. ad L. Corn. de falsi.* Tiber. Decian. *resp. 91. num. 19. vol. 3.* præsertim quando est circa substantiam actus seu negotium principale. Aretin. *cons. 60. circ. fin.* Bart. Bertazol. *cons. civil. 32. num. 8. ibique* Cardinal. cum nil magis contrarium sit certitudini quam variatio. *Clem. 1. de renunciat.* Reinking. *lib. 1. de regim. sec. & Eccl. cl. 2. c. 8. n. 72.* Hyppolit. *sing. 166.* Hieron. Magon. *decis. Florent. 2. num. 11.* Gœdd. *3. cons. Marp. 32. num. 296* qua ratione etiam ex sola variatione actuum dolum præsumi, *ex l. ab Anastasio. 23. C. de mandat.* deducunt Bald. *cons. 125. lib. 1.* Cravett. *cas. 153 num. 7.* Zas. *cons. 16. num. 43.* Gœdd. *3. cons. Marp. 32. num. 295.* Regn. Sixtin. *3. cons. 12. num. 35.* Unde qui tantopere variant, sibique sunt contrarii, fortissimâ juris præsumptione se gravare dicuntur. *l. qui falso 16. ff. de testib.* Paris. *cons. 77. num. 3. & cons. 152. num. 19. vol. 4.* Cravett. *cons. 178. num. 4. vol. 2.* ideoque non merentur, ut aliqua fides ipsis adhibeatur. *d. l. qui falso. gl. in l. nemo ex his. ff. de R. I.* Jason *in l. fin. C. de fideicommiss. DD. in l. fin. ff. de rei vindic.* Salicet. *in auth. contra qui propriam. C. de non numer. pecun.* adeò ut in criminalibus ad torturam etiam indicium variatio pariat. Marsil. *in pract. crim. §. diligenter num. 68. & cons. 15. num. 15. & cons. 130. num. 45.* Bart. *in l. de minore §. plurium ff. de quæst.* Roland. à Valle *consil. 3. num. 8. vol. 3.* Grammat. *vot. 3. num. 16.* Vult. *1. cons. Marp. 13. num. 100. vid. Matth. Stephan. ad artic. 31. constit. Carol. 8.*

II.

Omnis variatio est odiosa & non admittenda. *l. ult. vers. tantum abest. C. de Codicill. l. u. §. 5. ibi: continua variatione non debent decipi contrahentes. de Instit. act. l. ult. §. ult. C. de modo multarum, quæ à judicibus infliguntur. c. 10. de probat.* Carpz. *pr. constit. 44. defin. 5. num. 4. & p. 3. constit. 20. defin. 44. num. 5.* Nicol. Boer. *37. num. 13.* Petr. Heig. *p. 2. quæst. 4. num. 1.* ratio est in *l. apud Ausidium 20. ff. de Opt. vel Elect. leg. ubi* Wesenb. *in parat. num. 3. l. 4. §. 2. de L. Commissor. ubi* idem *in fin.* quia variare non licet, & varia proponens non est audiendus *c. dilectis 55. de appell.* cum ea sine evidenti contradictione ac commento esse non possit. Anton. Faber *21. defin. 5. num. 3.*

Excipe, nisi variatio fiat lege permittente. ita variationem in causis diversis non improbari, docet textus *in l. in causa. 16. §. 1. de minor.* quare videmus licere appellare ab una parte sententiæ, & alteri acquiescere, *l. ampliorem 36. C. de appellat.* Menoch. *lib. 2. arbitr. quæst. cas. 93. num. 8.* quia cum sint separatæ causæ, partem quis potest acceptare, & partem improbare, *l. etiam 29. §. 1. de minor.* ita licere mutare voluntatem, in eo quod præstiturus sit, quoties voluerit, patet ex *l. 138. §. 1. de V. O.* quod tamen intellige verum (1.) si Electio ista à Lege deferatur, (2.) antequam electio seu præstatio semel facta fuerit. Carpzov. *2. constitut. 44. defin. 5. num. 4.* cum semel aliquando variare, bis autem nunquam liceat. Cujac. *in recit. ad l. 11. C. de reb. cred.* qua de causa licet erubescenda sit varietas judicii mutantis quod semel jusserat. *l. ult. §. ult. C. de mod. mulctand. c. dilectis 51. de appell.* attamen non debet reprehensibile judicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur. *c. non debet. 8. extr. de consang. & affinit.*

III.

Variatio non potest imputari ignoranti jus suum, *l. ult. §. 2. C. de furt.*

IV.

Quod varie & inconstanter observatum est, consuetudinem non probat. Gagnol. *ad l. nemo §. temporaria de R. Jur.* Joh. Petr. Surd. *cons. 393. num. 24. ubi ex* Bart. *ad l. semper in stipulationibus. de R. Jur.* asserit. Ubi unicus actus probatur contra allegatam consuetudinem, tunc manifestum fieri, consuetudinem non extare. Argentorat. *1. cons. 76. num. 15.* quapropter &in-

V.

Qui variat & vacillat, valde suspectus est. *c. literas 14. de præsumpt. l. 2. & l. 6. de testib. ubi* Wesenbec. *in C. C. p. 981.* unde & titubans & varians malam fovere causam præsumitur. *l. 42. vers. non plane de Reg. I.* Cravett. *cons. 6. num. 2.*

VI.

Varius ille non dicitur, qui primò dubitativè per verbum videtur, & postea melius cogitans præcisè & deliberate respondet. Tindar. *in tract. de testib. lib. 1. c. 6. n. 1.* Crot. *de test. p. 3. n. 343. in fin. vers. & idem dicendum.* Foller. *in pract. crim. in verb. capiat informationem. n. 58.* Gabr. *lib. 7. concl. 29. num. 46.* Farin. *1. cons. crim. 56. num. 20.*

VII.

Varietas unius circumstantiæ modica totum plerumque jus mutat. Carol. Molin. *cons. 13. n. 7. per l. si ex plagis 52. §. in clivo. 2. & ibid.* Alber. *ad L. Aquil.* Fichard. *1. cons. 3. n. 3.*

VIII.

Varietas criminum varietatem inducit pœnarum *c. pœnæ. 18. §. atque adeò de pœnitent. dist. 1.* quin imò & varietas personarum consequitur, in eodem peccato varietatem pœnarum, *c. fraternitas 12. q. 2. c. 1. in fin. 14. 46.*

IX.

Variantur jura secundum varietatem temporum, *c. pen. extr. de consang. & affin.* & variantur sententiæ ut capita *Extravag. quorundam. §. quocirca in fin. de V. S.*

X.

Varietas narrandi non obstat, si eadem dicantur. *c. nihil 7. de V. S.*

CAP. III.
Vasallus.

Axioma I.

Vasallum esse non est status personæ, sed patrimonii qualitas, post Bald. Zas. *in l. sæpè num. 175. ff. de re judic.* ejusque obligatio licet præstationes quasdam producat personales, realis non personalis censetur. Mantic. *lib. 23. de tacit. convent. tit. 3. numer. 89.* Choppin. *lib. 1. de morib. Paris. lib. 2. n. 2. in marginal.* Vietor *in disp. de caus. Exempt. concl. 28.*

II.

Vasallo vivente & vigilante Dominus obdormiscit. Petr. Anton. de Petr. *de jure quæsito. c. 8. numer. 61. ex* Pancirol. *cons. 184.* Biret. *cons. 38.* unde & natum proverbium apud Gallos: quand le Vasal veille, le seigneur dort. vid. Vietor *d. concl. 28.*

III.

Vasallus in re feudali potior est domino. *c. unic. §. 1. & ibi* Alvarott. *de investit. in re alien. fact.* adeò quidem ut & incrementa atque cessiones feudi ad eum solum pertineant. *c. unic. 3. si quis. si de feud. defunct. contr.* Phil. Matth. *2. cons. Marpurg. 27. num. 17.*

IV.

Vasallus non est subditus. Gail. *1. de pignor. c. 15. num. 3.* Toto enim genere distinguitur. Wesenb. *cons. 1. num. 57. vol. 1.* Decian. *cons. 18. num. 34. vol. 1.* cum oppositum consequentis stare debeat cum veritate antecedentis, *l. non hoc. 4. Unde cognati.* & longe plus sit, subditum esse, quam esse vasallum. Hic enim feudi tantum respectu dominum recognoscit, ille subjectionis onus sustinet: hic certo tantum servitiorum onere militari vel aulico ligatur, iste secus, ille capite, hic re constringitur. Schneidevv. *ad §. præjudiciales n. 23. Inst. de action.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib. 2. p. 1. cap. 7. num. 182.* Heig. *lib. 1. quæst. 15. n. 5. 12.* Choppin. *lib. 2. de LL.* Natt. *cons. 445. n. 9.* Everhard. Jun. *cons. 41. n. 99. vol. 1.* unde subditum multo strictius obligari domino, quàm Vasallum, assentiunt Cujac. *2. F. libr. 2.* Freccia. *lib. 2. aut. 4. n. 3.* Bursat. *cons. 147. n. 33.* Roland. à Vall. *cons. 1. num. 30. vol. 3.* Cravett. *cons. 517. n. 3.* Vietor *in disp. de Exempt. imper. concl. 22.* Nec turbet abusus loquendi, quo Vasalli dicuntur subditi; respectu enim fidelitatis & servitii irrepsit ista κατάχρησις, non ratione subjectionis. Frider. Mindan. *l. 1. proces. c. 32. num. 2.* Paurmeister. *2. de jurisdict. c. 8. num. 40.* Roland. à Vall. *d. cons. 1. n. 3. vol. 3.* quæ omnia intellige scil. de nudis & alienigenis: quòd si enim Vasalli & subditi simul sint, formula fiduciæ & obsequii uberior & sanctior erit, quia duplici obligatione devinciuntur. Vult. *3. cons. Marpurg. 19. n. 9.* Bodin. *1. de republ. c. 9. n. 114.* Cujac. *lib. 2. F. tit. 7.*

V.

Vasallus Vasalli mei Vasallus meus non est, *gl. in c. legitur. dist. 81. & gl. in l. de accessionibus ff. de diverf. & tempor. præscript.* sicut libertus mei liberti meus libertus non est, *l. Modestinus 105. de V. S.*

Intellige scil. quando est Vasallus Vasalli mei ratione alterius rei, secus si ratione ejusdem rei, ut habetur *in c. Imperialem. §. illud. de prohib. feud. alien. per Frider.* Batt. *in d. l. accessionibus.* Bald. *in l. 1. C. Commun. de legat.* Bald. Alvarot. *ad d. §. illud.* Francisc. *in sing. libell. feud. p. 4. vers. non datur declaratio.* Everhard. *in loc. à liberto ad Vasall. num. 2.*

CAP. IV.
Vehiculum.

Quoties vehicula sibi obviam veniunt, toties illi cedendum, qui minori incommodo cedere potest. Ratio consistit in lege humanitatis. Ita minores currus majoribus, pedites equitantibus, equitantes currum agentibus & inter currus vacui oneratis vehicula meritoria, quibus personæ solùm vehuntur, plaustris. vid. omninò *Struv. Jurispr. Rom. Germ. forens. lib. 2. tit. 3. §. 8.*

Limita, ut procedat, nisi in illo, qui minori incommodo cedere potest, militet publica necessitas aut utilitas, ut in cursoribus, vulgò die Posten.

CAP. V.
Venatio.

Axioma I.

Venandi jus territorio & juri superioritatis

adhæret, Menoch. *conſ. 202. n. 31.* Dec. *couſ. 22. vol. 4.* Mandoſ. *de inhibit. quæſt. 6. num. 2.* Modeſtin. Piſtor. *conſ. 14. n. 25. vol. 2.* Heig. *p. 1. q. 15. n. 54.* vel ſaltem dominum jurisdictionalem ſequitur, ut tradit Zoannet. *ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. p. 204.* Rofenthal. *de feud. c. 5. concl. ult. num. 8.* Knichen. *de ſublimit. & reg. territor. jur. c. 5. n. 297.* Jus enim venandi hodiè non competit, niſi ex privilegii conceſſionis vel inveſtituræ ſingularis tenore, Jacob. de S. Georg. *in tract. feud. §. & cum in venationibus. n. 9.* Gail. *2. obſerv. 66.* Unde ex conſuetudine Germaniæ recepta jus venandi non minus quam alia regalia juri ſuperioritatis cenſetur annexum, Modeſtin. Piſtor. *conſ. 14. n. 33. vol. 2.* Decian. *conſ. 22. vol. 4.* Knichen. *de ſublim. & reg. territor. c. 4. n. 295.*

II.

Venationes ſunt in fructu *l. uſufructuarium 62. ff. de uſufruct.* Knichen. *d. c. 4. n. 93.* intellige verum reſpectu materiæ ſubjectæ & juxta rubricam de uſufructu, nimirum ut ejusmodi jus quaſi ad fructum pertinens, uſufructuario potius quam proprietario permittatur, non etiam ut pro fructu privato cujusque fundi, & prædii ſit habendum; huic enim feræ non cohærent, nec illo continentur, nec ex eo naſcuntur. Weſenb. *in paratit. ff. de acquir. dom. n. 7.*

III.

Venatio eſt ars nequiſſima *c. qui venationibus, 8. diſtinct. 86. ibique gl. & in c. 1. de Clerico Venatore. verb. voluptate.*

Declara verum eſſe, ſi accipiatur de venatione arenaria, quæ ſcil. hiſtrionico more à conductis hominibus in publicis ſpectaculis depugnando cum beſtiis exercetur, quod artificium ſcenicum in univerſum quaſi ad nullam utilitatem Reipubl. ſed tantum ad inanem voluptatem comparatum, pro turpi & infami vitæ genere habetur. Unde & de jure Canonico adeò reprobata, ut etiam ſpectatores mortaliter peccare dicantur *d. gl. in c. qui venatoribus.* Franciſc. Marcus *quæſt. 530. n. 1.* quamvis de jure civili licita, tum, quando non ſit mercenaria, ſed fiat virtutis oſtendendæ cauſa, quocirca qui ad hoc locat operas ſuas, ut cum beſtiis depugnet, infamis eſt, *l. 1. §. 6. verſ. & qui operas. ff. de poſtuland.* niſi talis eſſet fera, quæ regioni noceret, *d. l. 1. §. ſed ſi quis.* Gail. *2. obſerv. 68. num. 9.* ac proinde ad eam quæ non ſervit publicis ſpectaculis, ſed ſanitati vel etiam neceſſitati ad uſum victus & veſtitus non trahendum, Weſenb. *in parat. ff. de acquir. dom. num. 6. p. 1265.* quamobrem & talis venatio quæ fit ſine ſtrepitu, ponendo retia vel laqueos, Laicis & Clericis conceditur. *c. Eſau. 11. diſt. 86. c. nunquam. 33. de conſecrat. diſt. 5. c. quod prodeſt. 12. diſt. 86. c. 1. diſt. 34.*

IV.

Venatio eſt ſervitus Zaſ. *in §. æque. numer. 25. Inſt. de action. & conſ. 6. incip. illuſtris. num. 30. vol. 2. & lib. 1. ſing. reſp. c. 11. contr. gl. &* Bart. *in l. Mela. in fin. ff. de alim. legat. gl. in l. pecoris de ſervit. ruſtic. præd. vid.* Arniſ. *lib. 3. c. 4. num. 12.* Gail. *2. obſ. 66.* Hed. *diſp. 19. th. 18.* quod tamen ut ſibi valde ſuſpectum refutat Hænon. *diſp. juridic. diſp. 5. th. 2. ubi vid.*

CAP. VI.

Venditio. Venditor.

vid. Emtio.

Axioma I.

Vendens per venditionem facit ſe alienum à re vendita, Bald. *conſ. 9. col. 3. lib. 1.* Tiraquell. *de retract. conſang. §. 1. gl. 9. num. 38.* Cephal. *conſ. 313. num. 31.* Johann. Petr. Surdus *conſ. 311. num. 21.* Et emptor ſuccedit in jus venditoris. *l. alienatio. 67. ff. de contrah. empt.* Henric. Pfeil. *conſ. 41. n. 8. lib. 1.* ac proinde utitur emptor jure ſui autoris *l. emptor 8. C. de evict.* Dec. *conſ. 74. num. 1.*

II.

Vendere rem ſuam nemo invitus cogitur, *l. nec emere 19. C. de jure delib.* etiamſi juſtum pretium pro ea offeratur. *l. nec quaſi 70. ff. de rei vindic. l. nec enim. 9. l. ideoque 10. rer. amot.* Regner. Sixtin. *2. conſ. Marpurg. 12. num. 67. l. invitum. 11. C. de contrah. empt. l. invitos. 11. C. locat. l. quamvis 17. C. de pignor. l. nemo externus. 19. C. de Judæis.* liberrimum enim eſt cuique rem ſuam vendere cuicunque volet, *l. 1. Commun. divid. ibidemque* Bald. Afflict. *in rubr. conſlit. Friderici de jure protimiſ. n. 8.* Marc. Mant. *in l. dudum, n. 4. C. de contr. empt.* cum facultas ea ſit naturalis libertatis Cravett. *conſ. 6. num. 121. vol. 1.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 130. in fin.* Fabian. de Monte *in tract. de empt. quæſt. princ. 1. n. 4.* Mozz. *d. tract. c. 1. num. 22.* Vult. *2. conſ. Marp. 24. n. 5.* Exceptiones multas vid. in Colleg. Jurid. Argentor. *tit. de contrahend. Emt. theſ. 32.*

III.

Vendere prohibitus, prohibetur & pignorare Bart. *in l. qui habebat. ff. de legat. 3.* latè Modern. *in l. filiusfam. §. Divi. ff. de legat. 1.* Johan. Lup. *in repet. c. per veſtras pag. 42. de donat. int. vir. & ux.*

Intellige verum, quando quis rem pignorare vellet, ad quam dilectionem non habet & cujus luitio non ſperatur, tunc enim talis pigneratio alienatio dicitur & non pignus. late Corſet. *in notabil. ſuis. not. 49. verſ. pœna.* Jaſon *in l. manumiſſiones. col. 3. ff. de juſt. & jur.* aliàs ſi datur ſpe redimendi prohibitus vendere, pignorare non prohibetur: per ea quæ latè tradunt And. Sicul. *in repet. rubr. de reb. Eccleſ. non alien.* Bart. *in l. quorum ff. de pignor.* Abb. *in c. quod quibusdam. de fidejuſſ.* Ludov. Gomez. *ad §. item Serviana. 47. Inſtit. de Act.* intellige etiam verum quando à Lege prohibetur, ſecus ſi à judice, *vid. l. 2. §. eandem rem. C. de reb. Eccleſ. non alienand.*

IV.

Venditoris conditio in multis juris articulis melior eſt quam emptoris. C. A. *de reſcind. vendit. th. 5. fin. & de cont. empt. theſ. 45.* utrobique vid. allegatum Cuj. ratio eſt petita *ex l. 44. de damn. infect.* Diſſ. idem Cujac. *in parat. C. de contr. empt.* At idem Cujac. priorem regulam confirmat *16. obſerv. 18.* ubi ait ſubveniri *in l. 2. l. 12. & 16. C. de reſcind. vendit.* venditori ob dictam rationem non emptori, adde *23. obſ. 32.*

CAP

CAP. VII.
Venia, Venia Ætatis.

Axioma I.

Veniæ facilitas peccandi tribuit incentivum. *Extravag. Com. etsi 3. in pr. extravag. Com. etsi 5. in pr. de pœnit. & remiss. c. est injusta. in fin. c. si ea & seq. 21. quæst. 4. loci 36. q. 9. c. 1. dist. 86.*

II.

Venia peccati datur tantum correcto *c. peccati 5. de R. I. in 6.* unde etiam Deus veniam non dat in errore durantibus, sed se corrigentibus, *c. legatur. 24. quæst. 2.*

III.

Veniam meretur casus *c. qui partem. 6. dist. 55.* ac proinde ebrii ignoranter quid committentes veniam habent, puniuntur tamen quod leves fuerint ad se inebriandum, *c. sanè c. inebriaverunt. 15. q. 1.*

IV.

Quoties judex gnarus vinculi reverentiæ citationem decernit, toties hodiè simul veniam concessisse præsumitur, quia sic satis deliberasse videtur, utrum salvâ reverentiâ pars altera in jus vocari possit, annon. Non igitur opus erit, vinculum in libello supplici exprimere, si judici jam aliunde de eo constiterit. *Zoës. ad. ff. de in jus voc. n. 13.* Quamvis interdum Practici ex civilitate adhuc veniæ impetrationem petere soleant, *Schneidew. ad §. 12. Inst. de act. n. 45.*

V.

Quæcunque minor facere nequit accedente consensu curatoris, illa nec facere potest qui veniam ætatis impetravit. Quia per veniam impetratam remissa saltem est necessitas habendi curatorem. Ita qui veniam impetravit, alienare vel obligare nequit res immobiles, nisi adhibito decreto, *l. 3. C. de his qui ven. ætat.* aliàs verò liberè contrahere potest, *l. 1. C. eod.*

CAP. VIII.
Verbera. Verberare.

Axioma I.

Verberibus non est exigenda fides, *c. 1. dist. 45.* qui ergo verberibus tantum volunt timeri, miseri sunt prælati, *d. c. 1.*

II.

Verberari aliquem mandanti imputatur mors secuta, *c. ult. de homic. in 6. vid. supr. lit. M. cap. mandatum.* sicuti & verberare volens æquè injuriarum utili actione tenetur, ac verberans, *cap. si quis 13. de pœnitent. dist. 1.* cum si aliquis verberetur, non solum violentia, sed etiam temeritas & injuria attendatur, *cap. contingit. 36. extr. de sent. excomm.*

CAP. IX.
Verba *vid.* Sermo.

Axioma I.

Verba quo sensu accipienda sint, ex adjuncto intelligi solet. Socin. jun. *cons. 163. num. 28. & 29. vol. 2. & in l. fin. ff. de reb. dub.* Roman. *cons. 231.* Cacheran. *decis. 50. num. 10* Bald. *in l. si quando de legat. 1.* ubi asserit, quod ob adjunctam suam naturam etiam verba mutentur: idem dicit Andr. de Isern. *in c. 1. §. donare qualiter olim feud. alien. pot.* quem allegat Matth. de Afflict. *decis. 307. n. 25. vid.* Regner. Sixtin. *3. cons. Marp. 7. n. 6.* siquidem propter adjuncta verba declarantur & limitantur, *l. quæsitum 70. §. 1. l. prædiis. 91. de legat. 3. ubi gloss. in l. servum. §. fin. ff. de legat. 1. l. utrum. 25. de petit. hered.* Paul. de Castro *cons. 357. primo videndum est. n. 3. vol. 1.* Unde & propter limitatam & coarctatam dispositionem verba in minori & infirmiori significatu accipiuntur. Bart. *in l. si mater. 8. eadem. ff. de Except. rei judic. n. 4.* Jason *in l. si domus. §. fin. ff. de legat. 1. & in l. indebiti. §. sed et si nunc. de condict. indeb.* Anton. Trigona. *sing. 16. perspectum. 23. habes. n. 5.* Pantschman. *1. pract. quæst. 21. n. 90.*

II.

Verba simpliciter prolata in pleniori & potiori sunt exaudienda *l. hoc legatum 45. l. non aliter. 69. ff. de legat. 3. l. 1. §. 1. ff. si ager vectigal. pet.* Bart. *in l. quamvis. ff. de aur. legat.* Dd. *in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulgar. substit.* Zas. *in l. 3. §. ex contrario. n. 30. ff. de acquir. poss. idem cons. 12. num. 47. lib. 1.* Elegans textus *in cap. 7. de sponsalibus.* ibi: recurrendum ad communem verborum intelligentiam, & cogitur uterque verba prolata in eo sensu retinere, quem solent recte intelligentibus gignere.

III.

Verba contractus sunt Lex contractus, *l. 1. §. si convenerit 6. ff. depos it. l. contractus. 23. ubi* Dec. Cagnol. *de reg. jur.* illisque standum est ut textui, Oldrad. *cons. 258.* ideoque dicuntur dare formam contractui, ut ait Bald. *in l. quoties n. 4. C. de suis & legitim.* cui consequens, quod à verbis contractus recedere alicui licitum non sit. *l. si quis stipulatus sit Stichum. 112. l. si ita stipulatus. 126. §. si Chrysogonus 2. ff. de V. O. l. fidejussores Magistratuum. 68. ff. de fidejussor. l. fin. C. commun. utriusque judic.* quam regulam tritam esse ait Cephal. *cons. 543. n. 4. lib. 4.* sed præcisè potius ex verbis ejus contractus judicari debent. Aretin. *consil. 55.* Dec. *cons. 305. n. 1.* Ripa *in tract. de peste. p. 2. vers. sextus casus. numer. 1.* nec quærenda alia declaratio, sed sumenda ea contractus species, quam verba demonstrant, prout ait Socin. sen. *cons. 9. num. 7. vol. 1.* Unde & in dubio contrahentes voluisse censentur, quod verba important *l. Nepos Proculo. 25. de V. S.* Jason *in l. eam quam col. 7. vers. & pondera diligenter C. de fideicomm. & in l. si quis filium. col. 1. in fin. C. de liber. præterit.* cum voluntas contrahentium à verbis aliena non præsumatur *l. Labeo 7. §. Tubero. 1. ff. de supell. legat.* Dec. *cons. 2. num. 63.* siquidem ex verbis voluntas & mens hominum sumi dicitur Bald. *in l. sed & reprobari ff. de Excusat. tutor.* Alex. *consil. 1. n. 29. vol. 5.* Oldrad. *consil. 53. col. 2.* Bursat. *cons. 258. n. 1. lib. 3.* eademque mentis conceptum significant Cornel. *cons. 272. n. 5. vol. 4.* Alciat. *resp. 104. n. 14.* Curt. Jun. *cons. 63. num. 6. & cons. 569. in pr.* Cravett. *cons. 161. n. 12.* nullumque majus dispositi-

onis aut mentis noſtræ teſtimonium, quam qualitas verborum inſpecta. Bald. *in c. 1. de teſt. & in l. & in Epiſtola. C. de fideicom. & in l. cum quidam col. pen. C. de impuber. ſubſt. & in c. ſuper literis 3. de reſcript.* Vult. *3. Conſ. Marp. 18. num. 90.* Maſcard. *de probat. concl. 607.*

IV.

Verba non ex ſtylo Notarii, ſed ex juſſu mandatoque expreſſo & ſimplici voluntate partium appoſita eſſe cenſentur, Bart. *in l. ſi quis filiabus ff. de teſtam. tutel.* Bald. *in l. mater. n. 6. C. de rei vindic. & in l. 2. n. 55. de reſcind. vend.* Curt. jun. *in repet. l. admonendi n. 134. ibidemque* Jaſon *n. 145. ff. de jurejur.* maximè ſi accidentalia & ſubſtantialia contractus reſpiciant, Alciat. *de præſumpt. reg. 5. præſ. 13. n. 1.* Socin. ſen. *conſ. 159. col. 4. vol. 2.* Rom. *conſ. 179. n. 6.* Curt. ſen. *conſ. 44. n. 75.* Nevizan. *conſ. 28. n. 14.* Alex. *conſ. 3. n. 9. vol. 1.* Dec. *conſ. 490. n. 10. & conſ. 793. n. 3.* Ruin. *conſ. 159. num. 17. vol. 3.* Grat. *conſ. 112. num. 27. vol. 2.* Pariſ. *conſil. 10. num. 11. vol. 3.* Dec. *71. num. 3. vol. 3.*

V.

Verba ſunt conſideranda pro voluntate loquentis. Cujac. *ad l. 3. §. pen. de adim. legat.* Nec tam quibus quisq; verbis uſus ſit, ſpectandum eſt, quam quid egerit. Cujac. *in recitat. Cod. ad rubr. de pact. per l. ex conducto. 1. §. Papinianus. 4. locati. l. 29. §. 1. de donat.* verba enim intelliguntur ſecundum mentem & intentionem proferentis. *l. Neratius. 191. de Reg. Jur.* cum verba prolata intelligantur ſecundum reſpectum, quo prolata fuerint. *l. profectitia 5. §. fin. ff. de jure dot.* Dec. *in c. ſi pro debilitate. col. 5. extr. de offic. deleg.* nec verba debent intelligi copioſe in damnum proferentis, ſed ſecundum ipſius proferentis mentem. *l. pen. ff. ad exhibend.* late Savila, *conſil. 9. num. 12. cum ſeq.*

VI.

Verba rebus non res verbis deſervire debent, *text. ſingularis in c. humanæ 22. q. 5. l. 2. §. 1. verſ. ſed ut ſubtilitati. C. de conſtit. pecun. l. cum de Lanionis. 18. Aſinam. 2. ff. de fund. inſtruct.* rebus enim ex debito, verbis ex uſus beneficio utimur. Warem. ab Ehremberg *lib. 1. de fœder. c. 1. n. 15.*

Intellige ſcilicet quando de verborum intellectu conſtat, aliàs in dubio à verbis recedendum non eſt, *c. ex literis 7. de ſponſalib. ibique gl. in verb. intelligentiam. l. 1. §. ſi is qui navem 19. verſ. in re igitur. ff. de Exercit. act. l. non aliter. 69. ff. de legat. 3.* Gail. *1. obſerv. 150. n. 6.*

VII.

A verbo dicti cujus diſpoſitio regitur intelligi debet ſecundum tempus verbi *l. in delictis 4. §. ſi detracta. 3. ff. de noxal. act. l. Titius. 25. ff. de militar. teſtam.* Mandel. *conſ. 60. n. 12.* Verba enim futuri temporis abnegant omne præteritum, ut in verbo *vendiderit* conſiderat Riminald. jun. *conſ. 51. lib. 1.* præſertim in interpretatione ſtatutorum, quæ interpretantur, ut futura tantum includant. Cephal. *conſ. 461. n. 28. lib. 4.* Bart. *in l. 9. num. 42. de juſtit. & jur.* Honded. *conſ. 16. n. 15. lib. 1.* Farin. *1. conſ. 96. num. 16.*

VIII.

A verborum forma non eſt recedendum, *c. ad audientiam. 12. extr. de decim. c. in quadam 8. extr. de celebr. miſſar. c. porro. 6. extr. de priv.* Verba enim dant eſſe rei Bald. *in l. ult. n. 4. C. de ſuis & legitim.* ſic ut illis nihil addi vel detrahi poſſit Bald. *ibid.* Dec. *conſ. 552. viſo. n. 1.* Weſenb. *2. conſil. 76. num. 1.* quia dant eſſentiam & formam contractui, Cravett. *conſ. 10. n. 10.* Unde & verba omiſſa in inſtrumento nos ſupplere non debemus, Bald. *in l. fin. C. de falſ. cauſ. per c. venerabilem 24. de Elect.* idem Bald. *conſil. 189. vol. 2.* Socin. *conſ. 73. n. 4. vol. 1.* Weſenb. *2. conſ. 51. n. 4.* qua de cauſa quando verba ſunt de ſubſtantia, iis omiſſis nihil agitur, *cap. 1. extr. de baptiſm.* cum verba à lege requiſita omnino exprimenda erant, aliàs actus corrueret, niſi à Principe ſuſtineretur, *l. 67. §. 10 de legat. 2. l. 1. §. 2. de V. O.* Limita, ſecus eſſe ubi ad certum actum explicandum verborum ſolennitas præfixa non eſt, quo caſu ſufficit exprimere conceptum & effectum rei, licet non exprimantur propria verba actui illi conformia. Verba enim intentioni ſervire debent & non contra. *c. humanæ aures 11. cauſ. 22. q. 5. c. cum in his. 15. de V. S.*

IX.

Verba debent in dubio capi in ſpecie, non in genere. Bart. *in l. hoc legatum. ff. de legat. 3.* Socin. *in l. 1. in lect. 2. in pr. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Ludov. Gomez. *ad §. in perſonam. Inſt. de action. n. 48.* ubi limitat, niſi ex tali interpretatione inferatur.

X.

Inter verba & verbera nulla datur proportio. Johann. Harprecht. *in §. item Lex Cornelia. num. 88. Inſt. de publ. judic.* Zoannet. *in l. ut vim. 3. ff. de juſtit. & jur.* Vasquez. *1. contr. illuſtr. c. 12. n. 2.* Voltius *in Comm. ad L. Cornel. de ſicar. c. 7. n. 127.* Henric. Bocer. *lib. 2. duell. c. 8. num. 18.* Petr. Theodor. *in Colleg. Crimin. diſp. fin. theſ. 4. lit. E.* Matth. Berlich. *p. 4. concl. 12. num. 41.* Farin. *p. 5. oper. crim. quæſtion. 125. num. 42.* Georg. Obrecht. *in tract. de neceſſ. defenſ. c. 9.* Carpz. *1. quæſt. 30. num. 70. in criminalib.*

XI.

Optimus interpres verborum quisque ſuorum. Dd. *in l. 66. ff. de judic.*

Fallit hæc regula in eo, qui Legem potuit apertius dicere nec dixit, *l. 39. de pact. l. 21. de contrah. empt.* Qui enim conventionis verba expreſſit, præſumitur eſſe in culpa, cum ei imputari poſſit, quod legem non apertius dixerit. Bachov. *ad l. veteribus. 30. de pact. num. 1. quæſt. 701.*

XII.

Verba non ſunt captanda aut judaicè interpretanda. *l. pen. ad exhibend. l. 9. ubi* Dd. *de ſervitut.* Surd. *conſ. 267. num. 3.* Klock. *2. conſ. 7. n. 27. & ſeqq.* Gœdd. *ad l. 6. de V. S. in fin.* Gail. *2. obſ. 33. n. 7.* Quæ enim accuſatio vocabulorum eſt, niſi aut barbarum ſonet aliquod nomen, aut infauſtum, aut maledicum, aut impudicum. Tertull. *apologet. cap. 3.*

XIII.

Verba enunciativa vel incidenter prolata, mandatum non probant, Berlich. *1. concluſ. 14. num.*

num. 112. & 113. vid. omnino Jacob. Cancer. *1. resol. 3. num. 13.* ſicuti nec verba enunciativa conditionaliter probata inducunt diſpoſitionem, Bart. *in l. ex facto 19. de hered. inſtit.* Excipe, niſi quando proferantur inter easdem perſonas, tum enim probare dicuntur. *l. optimam. 14. cum ubi not. C. de contrahend. & commit. ſtipul.* Anton. Faber *in C. ſuo. de dedit. libert. defin. 19. num. 3.* vel quando verſamur in antiquis, tum enim & hæc contra tertium quoque & inter alias perſonas probant. Jaſ. *conſ. 65* Dec. *conſ. 13. verſ. nam per inſtrumenta.* Corn. *2. conſ. 247. verſ. & licet poſſet dici, quod maximè procedit in verbis enunciativis.* Socin. *1. conſ. 86. incip. in cauſa. & conſ. 89. incip. in cauſa agitata.* vid. Beſold. *3. conſ. 118. n. 34. & ſeq. & ſupr. lib. 7. c. de Enunciatione.*

XIV.

Verba in dubio accipi debent demonſtrativè, non reſtrictivè *l. fin. §. Titia. 2. de libert. legat.* Bart. *in l. cum pater. § menſa. verſ. quæro. quid ſi teſtator. de legat. 2. & l. centurio. circ. fin. verſ. ſed quid ſi dixi. de Vulgar. ſubſt.* Cravett. *conſ. 301. de anno. num. 5.* Weſenb. *2. conſ. 1. n. 31.*

XV.

Verba non tantum ſervare debemus, ſed vim & poteſtatem privilegiorum legis & canonis *c. quanto 26. extr. de privileg.*

XVI.

VERBA ſunt intelligenda non ſecundùm quod ſonant, ſed ſecundum mentem, & intentionem proferentis, *l. non omnis. 19. in princip. ff. ſi certum petat. l. 3. §. ſi quis hoc interdicto. 4. ff. de itiner. actuque privat. l. ſcire oportet. 13. §. aliud. 2. ff. de excuſat. tut. l. non aliter. 69. ff. de legat. 3.* [Quod enim de teſtatoribus ait JCtus *in d. l. non aliter. §. ult. de legat. 3.* idem etiam evenire putandum eſt contrahentibus, & tabellionibus, ut plerumque abuſivè loquantur, nec propriis nominibus atque vocabulis ſemper utantur, itaque eventum effectumque rei quæ agitur ſpectari tutius eſſe arbitror. Cujac. *conſult. 48.* Anton. Taſſar. *de error. Notar. cap. 4. in princip. add.*] *l. ſed Celſus. §. 1.* ubi gloſſ. *verb. ſequendum. ff. de contrahend. empt. cap. intelligentia. 6. & cap. propterea, 8. de verbor. ſignif.* [*l. 3. §. conditio. 9. ff. de adim. legat. l. 2. ſi mater. 20. ff. de SC. Tertull. l. Divus. 15. §. item Senatus. 2. ff. ad L. Cornel. de falſ. l. pen. ff. ad exhibend. l. ſi hominem 30. ff. mandat. l. ſi quis mihi 25. §. ſed ſi mandavit. ff. de adquir. hered.* Bald. *in c. fin. col. 2. de offic. delegat.* Caſtrenſ. *conſ. 4. col. 2. vol. 1.* Jaſon *conſ. 202. col. pen. verſ. non obſtat dum tertio vol. 2.* Tiber. Decian. *conſ. 22. num. 41. vol. 4.* Vult. *3. conſ. Marp. 31. n. 5.*] Coſm. *in Prag. ſanct. tit. de electione, verb. mens, pag. mihi 141.* Oldrad. *conſ. 9. num. 3. & ſeq.* ubi quod quando verba attenduntur ſecundum corticem, ſumi debent, prout ſonant, Navarr. *in manual. c. 23. n. 39.* Tiraquell. *in l. ſi unquam, verb. liberis. num. 48. C. de revocand. donat.* Surd. *conſ. 431. num. 35.* Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 8. lit. V. concl. 93. à principio.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 48. num. 55.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 85. num. 50.* [Unde licet in omni controverſia & cauſæ examine verborum prima ratio haberi debeat, Bald. *in l. ſi non convitii. C. de injur.* mens tamen ex re ſubjecta, fine & intentione cæteris circumſtantiis maximè in dubiis relucens nequaquam negligenda, ſed verbis potius præferenda. Jaſon *ad l. 7. §. Prætor ait num. 55. ff. de pact.* Zaſ. *conſ. 12. num. 43. vol. 1.* Bald. *in l. omnes populi. verſ. juxta prædicta. num. 58. ff. de juſtit. & jur.* Gœdd. *3. conſ. Marpurg. 26. num. 121.*

XVII.

VERBA ſunt ſigna, & teſtimonium mentis noſtræ, & demonſtrant voluntatem animi, *l. Labeo. 7. §. 2. verſ. idem Tubero. ff. de ſupellect. leg. l. ſcire 21. ff. de tutur. & curat. l. 1. §. Divus 3. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. gloſſ. magiſtra, verb. animus, in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. l. reprehendenda 5. C. de inſtit. & ſubſtitut. l. generaliter, in 1. notab. C. de non numer. pecun.* [Unde & JCtus *in l. 38. de O. & A.* innuit mentis ſignum eſſe orationem, orationis autem ſcripturam: huic junge ea, quæ habet Ariſt. *lib. de interpret. c. 1.* dum inquit: τὰ ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα, καὶ τὰ γραφόμενα τῶν ἐν τῇ φωνῇ. *Et cap. ult. ejusdem libr. in fin.* εἰσὶ δὲ αἱ ἐν τῇ φωνῇ καταφάσεις καὶ ἀποφάσεις, σύμβολα τῶν ἐν τῇ ψυχῇ. verba enim ſunt rerum notæ, Cicero *in Topic. col. 307. H.* Unde & Quintilianus *lib. 5. cap. ult. in fin.* teſtatur JCtis ſummum circa verborum proprietatem laborē eſſe, ac propterea Ulpianum ab hac diligenti verborum conſideratione ὀνομαστὴν i. e. indagatorem nominum appellatum fuiſſe, ut apparet ex Athenæo *lib. 14. d. rat. Sophiſt. vid.* Cujac. *24. obſ. 39. in fin. & in recit. ad l. 141. de V. S.*] Exornant Tiraquel. *in l. ſi unquam, verb. liberis. num. 15. & 18. C. de revocand. donat.* Alvarad. *de conject. ment. defunct. lib. 1. cap. 1.* Mench. *controverſ. illuſtr. c. 58. numer. 7.* Perez. *ad tit. 9. verſ. aut dictum, lib. 8. Ordinam pag. 216.* Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 3. cap. 4.* Maſcard. *de probat. concl. 1415. num. 24. cum ſeqq.* ac in probatione homicidii.

micidii. *concluſ. 865. num. 17.* Menoch. *de arbitrariis. libr. 1. quæſt. 7. numer. 75. & de præſumpt. lib. 3. præſ. 1. numer. 39. & conſ. 1. num. 262.* Surd. *de aliment. tit. 2. quæſt. 2. num. 1. & conſ. 179. num. 62.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneficior. lib. 1. quæſt. 13. n. 29.* Brunor. à Sole *in gloſſ. communibus, verb. homo. 4.* Mar. Antonin. *var. reſolut. lib. 1. reſolut. 4. num. 9.* Farinac. *in prax. criminal. p. 5. q. 126. num. 158. & fragmentor. crimin. p. 1. lit. A. num. 229.* Rot. *apud eundem, deciſ. 130. numer. 3. p. 1. recent.* Nec præſumendum eſt quempiam dicere quod non priùs mente cogitaverit, Menoch. *de præſumpt. lib. 1. præſ. 22. num. 1. & 2.* ubi quòd verba, & ſermones ſunt ingeniorum, morumque imagines. Caſtill. *controverſ. lib. 5. p. 1. c. 107. num. 2.* [Quare & qui Petrum increpabant, quod ipſe ex diſcipulis Domini eſſet, eum ex ipſius ſermone convincebant dicentes: Verè & tu ex illis es, nam & loquela tua manifeſtum te facit, ut habetur *Matth. 26.* qua de cauſa etiam ex ipſo ſermone argumentum ſumens ajebat Lucas de Penna, *in l. 2. C. de delator. lib. 10. num. 8. ubi ex Hugone de S. Victore ſcribit;* Quod vanus ſermo vanæ conſcientiæ judex ſit & hominum mores lingua pandat. Similiter dicebat Joh. Dilectus *de art. teſtand. tit. 1. cautel. 6. num. 3.* quod qualia quisque facit & loquitur, talis etiam eſſe præſumatur, *l. Titia 13. ff. de inoff. teſtam. l. pen. ff. de condit. inſtit.* ad idem facit illud Senec. *in proverb.* Imago animi ſermo eſt, qualis vir, talis oratio: & refert Stobæus *in ſuis ſermonibus ex diverſis Philoſophis collectis ſerm. 3. de prudent.* feciſſe olim ex ſapiente quodam probatam ſententiam hanc. Qualis unusquisque ſermone indicat, vid. Laurent Tennin. *in tract. cautel. caut. 25. num. 8.*]

XVIII.

VERBA debent inſervire intentioni, non intentio verbis, *l. non aliter 69. ff. de legat. 3. l. 3. §. conditio 9. ff. de adim. legat. cap. ſedulò. 12. 38. diſt. cap. ſecundò requiris, 41. de appell. cap. intelligentia. 6. de verbor. ſignific.* [*c. humanæ §. certè 22. q. 5. c. ſecundo 41. extr. de appell. c. 1. extr. de ſponſal. c. in his 15. extr. de V. S.*] Tiraquell. *in l. ſi unquam, verb. libertis, à num. 47. C. de revocand. donat. & de retract. lig. §. 32. gloſſ. 1. numer. 34. & 35.* Simon de Præt. *de interpret. ultim. volunt. lib. 2. dub. 2. ſolut. 1. à num. 280. junctò num. 215.* Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 9.* Brunor. à Sole *in locis commun. verb. verba. num. 20.* Caſtill. *controv. lib. 1. p. 2. cap. 86. num. 40.* Ratio eſt, quia verba pendent à mente, non autem mens à verbis, ut inquit Menoch. *conſ. 97. num. 44.* & verba ſe habent ut corpus, & ſuperficies, at verò ratiò & mens, ut ſpiritus, & anima, ſecundùm Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 48. num. 56.* [Ac proinde interpretatio recipienda eſt, quæ ſententiæ Legislatoris congruit, licet verba id non patiantur, *l. quamvis 11. de in jus vocand.*]

XIX.

VERBA ſunt intelligenda, & interpretanda ſecundùm propriam ſignificationem, [*l. 1. §. is qui navem 19. de exerc. act. l. 3. §. hæc verba ubi.* Bart. *de negot. geſt.*] quia non eſt ab illa recedendum, *l. non aliter, 69. ff. de legat. 3. l. qui liberis 8. §. hæc verba 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 62. incip. explicavimus ſuperiore num. 33. ibi nam reſpondetur & præſumpt. 76. incip. famigerata num. 8. ibi: cum ergo dixerit Scævola. & præſumpt. 178. incip. eſt percelebris num. 3. ibi: quia verba debent. lib. 4.* Crav. *conſ. 20. num. 9. & conſ. 105. num. 2. & conſ. 149. num. 7. & conſ. 227. num. 11. & ſeq. & conſ. 239. num. 3. & 4.* [maxime ubi nulla juſta cauſa ſubeſt, cur à propria ſignificatione recedere velimus, Hartm. *p. 2. l. 2. q. 36. num. 17.* ratio, quia verba ad declarandam voluntatem majorem habent efficaciam, quam præſumptio aliunde collecta, *l. Labeo 7. verſ. item Tubero de ſupell. legat. l. ſi ita ſtipulatus 126. §. Chryſogonus 2. de V. O.* Hartman. Piſtor. *d. loc. num. 2. add.*] Pariſ. *conſ. 22. num. 6. lib. 4.* ubi ampliat, etiamſi agatur de præjudicio tertii, Dec. *conſ. 113. n. 6.* Surd. *conſ. 140. num. 63. & ſeq.* ubi ampliat procedere etiam in materia odioſa, quando non præjudicatur tertio, nec jurisdictioni ordinariæ, *& conſil. 288. num. 27.* Decian. *conſ. 17. num. 45. lib. 1. & conſ. 30. num. 22. lib. 3.* Sot. *reg. 8.* Brunor. à Sole *in loc. commun. verb. verba. num. 1.* Cardoſ. *in prax. Judic. eodem verb. num. 6.* Melch. Phœb. *Luſit. deciſ. 87. num. 14. tom. 1.* Card. Tuſch. *d. tom. 8. lit. V. concluſ. 91.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſitan. lib. 3. cap. 15. num. 10.* Statil. Pacif. *de Salviano interd. inſp. 3. cap. 1. num. 6.* Mar. Giurba *in conſuet. Meſſ. cap. 5. gloſſ. 6. num. 4. & cap. 1. gloſſ. 5. num. 2.* Unde provenit, quod vulgò dicitur, verba debere intelligi, quatenus propria eorum ſignificatio patitur, *l. cùm lege, 26. ff. de teſtam. l. 1. §. quod autem, 3. ff. de aleator. cap. ad audientiam 12. de decim.* Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 18. n. 35.* D. Barboſ. *in l. quia tale. num. 37. ff. ſolut.*

ſolut. matr. Rot. *dec. 352. num. 1. apud Farin. part. 1. recent.*

Limita, quia verba ſunt intelligenda ſecundùm materiam de qua loqvuntur, etiam contra propriam ſignificationem, Gemin. *conſil. 122. n. 3. verſ. & facit.* Alex. *conſ. 86. col. 2. verſ. nec obſtat, & verſ. ſi dicatur.* Card. Tuſch. *d. lit. V. concl. 91. n. 26.* nam verba non intelliguntur ſecundùm propriam ſignificationem, quando ſubjecta materia aliud ſuadet, ut ſi Papa reſervet beneficia ad collationem Epiſcopi pertinentia, licet verbum *pertinere* ex propria ſignificatione importet proprietatem, tamen intelligitur, de quibus Epiſcopus eſt in poſſeſſione, propter ſubjectam materiam conferendi, quæ attenditur quando habet poſſeſſionem, ex Cald. *conſil. 244. aliàs conſil. 23. de præbend.*

XX.

VERBA debent intelligi ſecundùm communem uſum loquendi, *l. librorum, 52. §. quid tamen. 4.* ubi Bart. *ff. de legat. 3. l. Labeo, 7. ff. de ſupellect. legat. l. cùm de lanionis, 18. §. item, 3. verſ. optimum ergo. ff. de fundo inſtruct.* Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 8. num. 1.* Surd. *conſ. 313. num. 87. & conſ. 454. num. 19.* Anton. à Souſa *in relectione de cenſur. Bullæ in Cœna Domini cap. 2. num. 4. & cap. 4. diſp. 39. num. 3. & cap. 7. num. 5.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 11. num. 68. gloſſ. 13. n. 72.* Mangil. *de imput. quæſt. 57. numer. 13.* & ſecundùm conſuetudinem regionis, ut per Steph. Gratianum *diſcept. forenſ. cap. 79. num. 29.* [Verba enim ſeu nomina non ex opinionibus ſingulorum, ſed ex uſu communi ſunt exaudienda *l. 7. §. 1. de ſupellect. leg.* unde Cicero in *orator.* refert: Uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſervavi, & Ariſt. *lib. 2. Top. c 1.* inter τὰς ἁμαρτίας τὰς ἐμπροβλήμας numerat etiam, τὸ παραφαίνειν τὴν κειμένην λέξιν ἢ τὴν κειμένην ὀνομασίαν: quod faciunt οἱ τοῖς ἀλλοτρίοις ὀνόμασι τὰ πράγματα προσαγορεύοντες: & alibi *lib. 2. Top. 2. loc. 5.* ταῖς ὀνομασίαις τὰ πράγματα προσαγορευτέον καθάπερ οἱ πολλοὶ ποιοῦσι δὲ τῶν πραγμάτων ἐστὶ τοιαῦτα, ἢ δὲ τοιαῦτα, ἐπέτι προσεκτέον τοῖς πολλοῖς. quo alludit & Quintilian. *3. Inſtit 8.* dum ait: Loquendū eſt ſecundùm communes intellectus, idque agendum ut non nobis ſerviamus, ſed ſenſibus, cum fuerit pene ridiculum (verba ſunt ejusdem *1. Inſtit. 6.*) malle ſermonem quo locuti ſunt homines, quam quo loquuntur, ſiquidem ut inquit Gellius *1. N. A. c. 11.* Vive moribus præteritis, loquere verbis præſentibus, vel ut Henric. Breulæus loquitur, moribus antiquis utendum, verbis præſentibus loquendum. *in tr. de renunc. cauſ. 3. cap. 16. n. 1.* unde & Plutarch. *in libr. de Pythiæ oraculo* ait, quod verba valent ſicut nummi, cui aſſentiunt Ariſt. *de nummorum variationes. Eth. c. 5. & 1. polit. c. 2.* Quintilian. *l. 1. Inſt. c. 4.* ubi refert, quod verba frequenter jus ab auctoribus ſumunt, adde & locum ex *libr. 1. c. 1.* ejusdem Quintil. ubi inquit: Quod conſuetudo certiſſima loquendi magiſtra, utendumque plane ſermone, ut nunc, cui publica forma eſt, eleganter etiam Caſſiodor. *lib. 1. varior. in præfat.* Interdum genus eſt peritiæ, vitare quod doctis placet, proinde majorum pulchra definitio eſt, ſic aptè dicere, ut audientibus poſſis concepta vita ſuadere. Sicut itaque verba & vocabula imponuntur propter uſum, ita etiam propter abuſum iterum aboleri poſſunt: id quod non eſt temeritatis, ſed prudentiæ. Sic Græci patres perſonam primam vocant ὐσίαν: & unionem duarum perſonarum in Chriſto dixerunt eſſe φυσικὴν καὶ ὐσιάδην, ſed in certamine Arriano & Eutychiano voces illas tanquam periculoſas & pravo intellectui facile obnoxias rejecerunt. B. Meichſner *p. 3. philoſoph. ſobriæ. c. 1. q. 2. p. 19.*] vulgaris enim appellatio pro lege habetur, ex Gonzal. *d. gloſſ. 11. num. 69.* Sed ob communem uſum loquendi à propria verborum ſignificatione receditur, Joan. Antonin. Mangil. *d. tract. de imput. quæſt. 58. numer. 15. & 16.* [& verba ex uſu, in quo nata ſunt, aliquando diſcedunt, & aliam ſignificationem aſſumunt cum Varrone & Gellio, Cothman. *1. reſponſ. 48. num. 58.*

XXI.

VERBA debent intelligi ſecundùm ſubjectam materiam, & naturam actus, ſeu contractus, *l. cùm pater, 77. §. donatum, 26. ff. de legat. 2. l. Ex conducto 15. §. ſi uno 4. & ibi* Bart. *ff. locati. l. ſed & ſi poſſeſſ. 11. §. item ſi juravero, 2. ff. de jurejurand. l. fin. C. de non numer. pecun. l. cùm manuſcripta, 80. in fin. ff. de contrab. empt. l. damni infecti, 18. in principio, ff. de damn. infecto, l. fluminum. 24. §. hæc ſtipulatio 3. ff. eod. tit. l. Proculus, 19. ff. de uſufructu, l. ſi ſtipulatus, 4. de uſuris, l. ubi ita donatur, 27. ff. de donat. cauſ. mort. l. inſulam, 6. ff. de præſcript. verb. l. ſi olei, 21. C. locati, c. conſtitutus, 6. de religioſ. dom. cap. ſolitæ, 6. de majorit. & obedient.* Cornel. *conſ. 239. num. 5. lib. 1. & conſ. 138. num. 3. lib. 3.* Beroi. *conſil. 106. numer. 24. lib. 1.* Alex. *conſil. 129. Puto de jure, lib. 2. & conſ. 37. Viſo, numer. 5. lib. 3.* Everhard. *in topic. legalib. loco 46.*

Maſcard. *de probat. concl. 1131. num. 20.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 104. num. 28.* Brunor. à Sole *in loc. commun. verb. verba. num. 19.* Cardoſ. *in praxi judic. & advocat. eodem verb. num. 4.* Surd. *deciſ. 2. n. 13. & deciſ. 43. num. 16. & de aliment. tit. 1. quæſt. 42. num. 24. & tit. 5. quæſt. 1. num. 26.* Pichard. *in diſput. de mora. num. 127.* Cald. Pereira *de ext. emphyt. cap. 1. numer. 35.* Gonzal. *ad Regul. 8. Cancell. gloſſ. 84. n. 53. 54. & 57.* Card. Seraph. *deciſ. 121. numer. 11. & deciſ. 398. num. 7. & deciſ. 541. num. 6.* Card. Tuſch. *d. tom. 8. lit. V. concl. 95.* Flores de Mena *variar. quæſt. lib. 2. quæſt. 24. num. 33.* ubi dixit, quod verba quantumvis præciſa reſtringuntur ſecundum ſubjectam materiam. Rot. *deciſ. 398. num. 4. apud Farinac. p. 1. recent.* Alexand. Trentacinq. *conſ. 33. n. 6. & 7. tom. 1.* [add. & Meichſner. *4. deciſ. 27. num. 72.* licet ſint generalia. Mynſing. *12. reſponſ. 4. num. 18.* quia verba intelliguntur ſecundum qualitatem perſonæ, ad quam referuntur, *l. plenum. 12. §. equitii 4. ff. de uſu & habit. l. ex militari, 11. ff. de mil. teſtam.* Caſtill. *controv. lib. 5. part. 2. cap. 84. num. 6. 10. 15. & 26.* Joan. Anton. Mangil. *de imput. quæſt. 126. num. 8.* Vincent. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 339. num. 32.* [& talia ſunt ſubjecta, qualia à prædicatis permittuntur, Weſenb. *in parat. ff. de juſt. & jur.* v. g. quando Ulp. dicit per omnia exæquata eſſe legata fideicommiſſis *l. 1. ff. de legat. 1.* idque poſt ſibi attribuit Imp. *in §. 2. verſ. noſtra autem. Inſt. de legat.* illa univerſalis locutio (per omnia) ita eſt intelligenda, ut natura & conditio rei patitur & ad ſubjectam materiam nimirum ad interdictum quod legatorum & quorum bonorum reſtringenda. Unde etiam ſubjecta materia verborum amuſſis & canon indubitatus, cenſetur *l. ex conducto 15. §. Papinianus 4. verſ. ſed & ſi. ff. locat.* Zaſ. *1. ſing. reſp. c. 6. num. fin.* Weſenb. *in parat. ff. de juſtit. & jur. num. 3. in fin.* cum ſint verba notæ rerum, non vero cauſæ rem conſtituentes, Bald. *in l. Si non convitii. C. de injur. l. non epiſtolis 13. C. de probat. l. 3. l. 7. de ſupell. legat.* Henning. Arniſ. *de jur. Majeſt. cap. 5. numer. 9.* imò rerum picturæ & teſſeræ, Andr. Knichen. *de Autocrat. Rom. Imperii, num. 282.* ideoque nec curandum de qualitate verborum, ubi conſtat de mente loquentis Joh. Meichſner. *deciſ. Camer. 2. num. 13. tom. 3.* Gail. *2. obſ. 132. n. 10.* cum verba ſint ſub jugo mentis *c. intelligentia 6. de V. S. c. Marcion. 64. 1. q. 1. c. humanæ cui res 11. 22. quæſt. 5.* Alexand. Raudens. *conſ. 1. num. 24. vol. 2.* Reinking. *1. de Regim. ſecul. c. 1. num. 5. & 6.* nec ullum majus mentis noſtræ teſtimonium quam qualitas verborum inſpecta, Bald. *in c. 1. de teſtib.* cum ex loquela hominis animus ejus judicetur Bald. *in l. ſed & probari in pr. de excuſat. tutor.* Gylman. *4. 1. vot. 14. num. 70.* Ubicunque igitur per aptam naturam non infertur de neceſſitate, quod verba exorbitent de natura contractus, verba ſemper ad naturam ejus ſunt referenda, *l. ſed etſi quis 4. §. quæſitum 4. ſi quis caut. judic. ſiſt. l. quæro 54. §. inter locatorem 1. ff. locat. l. damni infecti ſtipulatio 18. de damn. infect. l. ſtipulatus 4. de uſur. l. filiusfam. 7. ff. de donat.* Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua. verſ. 94.* Bald. *in l. à procuratore. C. mandat.* Cravett. *conſ. 186. præſens conſultatio. numer. 5.* Barthol. Socin. *conſ. 156. vol. 2.* Pantſchman. *p. 1. quæſt. 11. num. 11.*]

Amplia, in tantum verba dubia debere interpretari ſecundum ſubjectam materiam, & naturam actus, ut etiam poſſint impropriari, ſi opus ſit, imò debeant, ut conveniant materiæ, de qua agitur, §. *nunc autem admonendi.* ubi gloſſ. *verb. dederint. Inſtit. quibus alienar. lic. vel non.* Cornel. *conſ. 138. num. 3. lib. 3. & conſ. 96. num. 2. lib. 4.* Pariſ. *conſ. 78. num. 20. lib. 3.* Beroi. *conſ. 69. num. 8. lib. 1.* quos refert Cardin. Tuſch. *d. lit. V. concl. 95. num. 15.*

[Limita: niſi quando id quod actum eſt aliàs non ſortiretur effectum, *l. 7. §. quod ferè 12. de pactis.* item niſi utilitas publica adverſaretur. Legem enim utilem Reipubl. non anguſtandam interpretatione, ſed adjuvandam potius exiſtimat. *l. 3. §. utrum. 14. ad SC. Syllan.* G. Forſter. *2. obſ. 14.*]

XXII.

VERBA debent intelligi cum effectu, *l. 1. §. hæc verba 2. ff. quod quisque jur. l. penult. §. docere. 2. ff. ne quis eum, l. quoties. 6. ff. qui ſatisdar. cogan. l. 4. §. condemnatum, 6. ff. de re judic. l. ſi Barzatorem. 13. C. de fide juſſ. cap. qualiter 3.* ubi gloſſ. *ult. de pact. cap. relatum. 4. de cleric. non reſident. cap. ſi à Judice. 10. de appell. lib. 6.* Becc. *conſ. 6. n. 2. & conſ. 105. numer. 3. vol. 1.* Federic. de Sen. *conſ. 10. Caſus talis. in fine.* Thom. de Thomaſſet. *in floribus legum, reg. 304.* Surd. *conſ. 3. numer. 25. & conſ. 179. num. 49.* Ignat. del Villar. *in Sylva reſponſor. reſponſ. 1. num. 25.* Ugolin. *de offic. Epiſcop. cap. 36. §. 1. numer. 2.* Franc. Galet. *in margar. caſuum conſcien. verb. verba.* Anton. à Souza *in relect. de cenſur. Bullæ in*

Cœna

Cœna Domini, cap. 4. diſp. 26. num. 2. & cap. 11. num. 6. & cap. 12. diſp. 63. num. 2. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 41. num. 3. part. 2.* Cardin. *in prax. Judic. verb. verbum. num. 5.* Card. Tuſch. *d. lit. V. concl. 90.* Octav. Glorit. *reſp. 1. part. 1. num. 181.* Caſtill. *controv. lib. 5. part. 2. cap. 96. n. 5.* Joan. Maria Novar. *q. forenſ. lib. 1. q. 1. n. 3. & 4.* Ovid. de Amicis *de jur. emphyt. quæſt. 3. n. 8. & quæſt. 75. num. 4.* Fuſar. *de ſubſtit. q. 650. num. 6.*

XXIII.

VERBA debent aliquid operari, & non debent eſſe ſuperflua, *l. 3. in princ. ff. de jurejurand. l. ſi quando 169. de legat. 1. l. fin. ff. ne quid in loco publ. cap. ſi Papa, 10. in fin. de privileg. lib. 6. cap. ſi à Judice, 10. de appell. eod. lib.* Felin. *in c. qualiter, & quando. il. 1. n. 25. de accuſ.* [ſive non debent videri fruſtratorie appoſita & ſine virtute operari. Roland. à Valle *3. conſ. 56. n. 28.* P. Peck. *de teſtam. conjug. lib. 5. cap. 5. num. 1.* ubi ait, omnia verba accipienda, ut aliquid operentur. *l. quoties 12. de reb. dub.* Bald. *ad rubr. Cod. de contrab. Empt.* ratio, quia nullum verbum cenſetur otiosè & ſine virtute operandi in actionibus poſitum. Bald. *in rubr. C. de contrab. empt. n. 9.* Vult. *3. conſ. Marp. 21. num. 55.* cum noſtrum non ſit ita paſſim inſtrumenta extendere, ut plura plerumque verba ſint ſuperflua, quam ſignificantia, ut loquitur poſt Aldobrandin. *1. conſ. 3. num. 37.* Mantic. *lib. 2. de tacit. & ambig. convent. lib. 12. num. 19. adde*] Alex. *conſ. 214. Ponderatis, numer. 10. & ſeq. lib. 6.* ubi ait, quod ſufficit, quod operentur in aliquo, vel poſſint operari quoquo modo, Caſtr. *conſ. 193. in fin. lib. 2.* Ruin. *conſ. 79. num. 8. lib. 2.* ubi extendunt tam in verbis ſpecialibus, quàm in generalibus, & univerſalibus. Cravett. *conſ. 23. num. 3.* Tiraq. *de retract. convent. §. 1. gloſſ. 2. n. 24. & 45. & de jure conſtit. p. 3. limit. 30. num 36.* Burg. de Pace *conſ. 25. n. 21.* Maſcard. *de probat. concl. 595.* Bertazol. *de clauſul. inſtrum. clauſ. 21. gloſſ. 14. n. 10. & in repetitione l. ſi quis major. C. de tranſact. n. 241.* Surd. *deciſ. 64. n. 19. & conſ. 127. num. 9. & conſ. 218. num. 15. & conſil. 270. n. 10.* Pichard. *ad §. quod ſi fugerit. n. 15. Inſtit. de empt.* Gutier. *practicar. lib. 3. quæſt. 15. num. 39.* Cald. Pereira *de revocat. emphyt. q. 11. n. 14.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. §. 7. proœmiali. n. 127.* Steph. Grat. *Marchiæ deciſ. 47. num. 17. deciſ. 106. num. 19.* Benedict. Ægid. *in repetitione l. ex hoc jure. ff. de juſt. & jur. p. 1. cap. 8. num. 2.* Card. Tuſch. *practic. concl. tom. 7. lit. S. concl. 895. & tom. 8. lit. V. concl. 85.* Statil. Pacific. *de Salv. interd. in ſp. 3. cap. 1. num. 29.* Joan. Maria Novar. *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 142. num. 7.* Ac proinde ita verba debent intelligi, ne maneant ſine effectu, *l. ſi ſtipulatus fuerim. 76. ff. de verbor. oblig.* Menoch. *conſ. 122. num. 48. & conſ. 373. num. 8.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 16. num. 60. cum ſeqq.* nam verborum ſubſtantia & effectus, non ſonus attendi debet, *l. inſulam. 6. ff. de præſcript. verb. cap. in tantum, 36. de ſimon.* Pinell. *in rubr. de reſcind. vendit. part. 2. cap. 1. n. 3. in fin.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 16. num. 22. & deciſ. 303. num. 5. & conſ. 3. numer. 26. cum ſeqq.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. l. 8. q. 8. num. 134.* Mar. Anton. *variar. reſol. lib. 1. reſol. 1. num. 7.*

Amplia primò, ut quodcunque verbum etiam minimum debeat operari, Roland. à Valle *conſ. 1. n. 122. & 123. & conſ. 1. num. 14. cum ſeqq. & n. 33. lib. 3.* Angel. Aret. *conſ. 1. Viſo dicto. num. 11. & ſeq.* Alex. *conſ. 216. Nec arguendi, n. 25. in fin. lib. 2.* Cravett. *conſil. 294. num. 3.* Becc. *conſ. 21. n. 25.* Card. Tuſch. *d. lit. S. concluſ. 895. n. 7. & lit. V. concl. 85. num. 4. & 35.* Quod quidem verum eſt etiam in minima ſyllaba, ut tradunt Roland. à Valle *d. conſil. 61. num. 19. lib. 3.* Becc. *d. conſ. 21. numer. 25.* Card. Tuſch. *d. lit. V. concl. 85. num. 5.*

Secundò amplia etiam in diſpoſitione hominis, quia nullum verbum debet in eâ eſſe ſuperabundans, & ſine miniſterio operandi, Alex. *conſil. 12. viſo theemate. num. 11. lib. 2. & conſ. 118. In caſu. n. 6. verſ. tertiò probatur, lib. 5. conſ. 9. num. 2. lib. 7.* Roman. *conſ. 180. Si admittimus, n. 4. in fin. verſ. ſecundò principaliter.* Roland. à Valle *conſ. 55. n. 45. lib. 3.* Card. Tuſch. *d. lit. S. conſ. 895. num. 25. & lit. V. concl. 85. num. 6.* Bened. Ægid. *ad l. ex hoc jure. ff. de juſt. & jur. p. 2. cl. 14. num. 4. pag. 450.*

Tertiò amplia in odioſis & pœnalibus, Cravett. *conſ. 294. num. 3. in princ.* Becc. *d. conſ. 21. n. 25.* Cardin. Tuſch. *d. lit. S. concl. 895. n. 10. & 13. & d. lit. V. concl. 85. n. 23.*

Quartò amplia in privilegiis, Roman. *conſ. 180. num. 5.* ubi Apoſtill. *in verb. privilegiis.* Cravett. *conſ. 84. num. 12.* Roland. *conſ. 61. num. 17. lib. 3.* Card. Tuſch. *d. lit. S. concl. 895. num. 12. & d. lit. V. concl. 85. n. 15.*

Quintò amplia in reſcriptis, Roland. *d. conſ. 61. num. 17. lib. 3.* Card. Tuſch. *d. lit. S. concl. 895. numer. 15. & d. lit. V. concl. 85. num. 18.*

Sextò amplia in ſtatutis, quia in illis verba potiùs ſunt impropriandа, ut operentur aliquid, quàm quod ſint ſuperflua, & ſine effectu. Socin. jun. *conſil. 6. n. 5. & 6. lib.*

6. lib. 2. Roland. à Valle *conſ. 61. n. 16. lib. 3. & conſ. 62. n. 30. cum ſeqq. eodem lib.* Card. Tuſch. *dict. lit. S. concl. 895. num. 18. & d. lit. V. concl. 85. n. 32.*

Septimò amplia in legibus interpretandis, Roman. *conſ. 295. Donatio patris, col. 2. verſ. præterea.* Caſtr. *conſil. 164. In præſenti, col. 2. verſ. & ſi dicatur. lib. 2.* Cravett. *conſil. 84. num. 12.* Cardin. Tuſch. *d. lit. S. concl. 895. n. 16. & d. lit. V. concl. 85. n. 29.*

Octavò amplia in teſtamentis, Rom. *conſ. 180. n. 5.* Caſtrenſ. *conſ. 222. Super primo. in princ. lib. 2.* Cardin. Tuſch. *d. lit. S. concl. 895. num. 22.*

Nonò amplia in juramento, Rom. *d. conſ. 180. num. 5.* Card. Tuſch. *d. lit. S. concl. 895. num. 29. & d. lit. V. concl. 85. n. 22.*

Decimò amplia in atteſtationibus, Roman. *conſ. 180. n. 5.* ubi Apoſtilla *in verb. atteſtationibus.* Cardin. Tuſch. *d. lit. S. concl. 895. num. 17. & d. lit. V. concl. 95. n. 24.*

Undecimò amplia, in tantùm verum eſſe, verba debere aliquid operari, ut potiùs impropriari, & ad impropriam ſignificationem trahi debeant, quàm ut ſint ſuperflua, *l. ſi tam anguſti, 13.* ubi Angel. *ff. de ſervit. l. ſi tibi, 20.* ubi Bart. & Port. *ff. ſi cert. pet. c. ſi ſententia, 16. ff. de ſent. excom. lib. 6.* Rol. *d. conſ. 61. n. 16. lib. 3. & conſ. 62. numer. 31. & ſeq. eod. lib.* Cravett. *conſ. 294. n. 3. & conſ. 714. n. 19.* Brunor. à Sole *in loc. commun. verb. verba 3. & 13.* Surdus *de aliment. tit. 2. quæſt. 1. num. 39. & dec. 195. num. 2.* Cald. Pereira *de extin. emphyt. c. 7. n. 33.* Card. Tuſch. *d. lit. S. concl. 895. n. 30.*

Duodecimò amplia in diſpoſitione, Cravett. *conſ. 227. n. 15.* Cardinal. Tuſch. *d. lit. S. concl. 895. n. 21.* Rot. *deciſ. 352. num. 2. apud. Farin. p. 1. recent.*

Limita multis modis, ut per Cravett. *conſ. 70. num. 29.* ubi, quando quis indebitè damnum pateretur, [veluti ſi quis immoderatè læderetur. Bald. *in l. 1. §. in computatione C. de jure delib.* Cravett. *qui alios citat conſil. 70. n. 29.* Bertazol. *1. conſult. deciſ. conſ. 43. num. 31.* eo enim caſu potius verba relinqui debent, quam ut damnum vel læſio inde alteri contrahentium inferatur, Dec. *ad l. in contrahenda n. 17. lim. 5. ff. de R. I. & in c. ſuper eod. in fin. prim. not. extr. de appell.* Gœdd. *3. conſil. Marp. 33. n. 387.*] vel illicitum ſequeretur, aut abſurdum, vel contra mentem diſponentis fieret, tunc potiùs admittitur ſuperfluitas, *& conſil. 86. n. 11.* quando cauſa demonſtrationis ponuntur, non ut aliquid operentur, Beroi. *conſ. 134. n. 18. cum ſeqq. lib. 2.* ubi quando induceretur repugnantia diſpoſitioni Juris in præjudicium tertii, quia tunc potiùs admittitur ſuperfluitas verborum, Surd. *conſ. 112. n. 15. & 16.* ubi quando contra mentem diſponentis operarentur, potiùs toleratur ſuperfluitas, Alex. *conſil. 33. Viſo themate, n. 5. lib. 1.* ubi quando reſultaret intellectus, vel effectus contrarius Juri communi, quia tunc potiùs admittitur abundantia verborum, Tiraquell. *de retract. convent. §. 1. gloſſ. 2. n. 28.* Ruin. *conſ. 136. n. 10. lib. 3.* Cravett. *conſ. 25. n. 31.* Roland. à Valle *conſ. 56. num. 29. lib. 3.* ubi omnes, quando verba continent illud idem, quod tacite inerat eo modo, quia nihil operantur, ſed ſunt ad majorem ſpecificationem. [Unde etiam in genere tolerabilius eſſe verba nihil operari vel pro ſuperfluis haberi, quam contra naturam actus accipi, ſi ad naturam actus reduci poſſint. *l. 15. §. ſi uno 4. ff. locat.* ait Weſenb. *2. conſ. 73. n. 23.* cum verba deſerviant naturæ contractus, quam natura verbis *l. cum precario 12. ff. de precar.* Bald. *in l. 2. C. commod.* Bart. *in l. ubi ff. de donat. mort. cauſ.* Weſenb. *2. conſ. 73. n. 12.* qua de cauſa hoc Brocardicum eſſe exile atque infirmum ac qualicunque præſumptione tolli poſſe, ſtatuunt Mantic. *lib. 12. de conjectur. ult. volunt. tit. 17. num. 40.* Pruckman. *1. conſ. 5. num. 66.* ejusque fallentias multas tradit Tuſchus *lit. V. concl. 85. n. 72.*

XXIV.

VERBA dubia in priori ſignificatu ſunt accipienda, & ſecundum ſenſum grammaticalem, *l. 1. §. qui in perpetuum, 11. ff. ſi ager vectigal. l. 1. ſi is, qui navem, 19. ff. de exercit. action. §. ſed Jus quidem civile. 2. Inſtit. de Jur. nat. gent. & civ. c. penult. de ſent. excommunic.* Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 1. n. 6.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 39. n. 8. cum ſeqq.* Bart. Peret. *ad extrav. ag. Ambitioſæ. de reb. Eccl. non alienand. n. 15. pag. mihi 92.* Anton. à Souſa *in relect. de cenſur. Bullæ in Cœna Domini, cap. 2. n. 4.* Card. Tuſch. *d. tom. 8. lit. V. concl. 101.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. cap. 14. n. 24.* Benedict. Ægid. *in l. ex hoc jure. ff. de juſt. & jur. p. 1. c. 10. n. 37.* Joan. Maria Novar. *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 1. n. 4.* Fuſar. *de ſubſt. quæſt. 341. n. 3.* [Unde & Ariſtoteles ait, quod tales, qui verborum vim non intelligunt, ſæpe in diſputationibus decipiantur. *1. Sophiſt. Elench. c. 1. text. 5.*

XXV.

VERBA dubia, quæ habent varium ſignificatum, debent intelligi in eo ſignificatu, qui eſt aptior, *l. quoties idem ſermo, 67. ff. de reg. jur.* Roman. *conſ. 350. In caſu, n. 22. verſ. nunc ergo*, ubi *n. 23.* extendit

dit idem in sensu magis verisimili, refert Card. Tusch. *t. tom. 8. lit. V. concl. 98.*

XXVI.

VERBA in dubio sunt interpretanda naturaliter, propriè, & vere, non autem accidentaliter, civiliter & fictè, *l. fideicommissum, 76. ff. de condit. & demonstr. l. ex ea parte. 121. §. in insulam, 2. ff. de verbor. oblig. l. si quis ita. 51. §. fin. ff. de legat. 2. l. final. C. de his qui ven. ætat. impetrav.* Calder. *cons. 376. aliàs cons. 47. de testam.* quod duplicatur *cons. 466. aliàs 1. qui filii sint legit.* Roland. à Valle *cons. 100. n. 35. & seq. lib. 2.* Tiraq. *de jur. marit. gloss. 7. n. 14. de jur. primogen. quæst. 1. n. 10. & quæst. 34. n. 17. & quæst. 40. n. 134. & in tract. le mort. pag. 3. decl. 1. n. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 81. num. 19. & cons. 97. n. 86.* Surd. *decis. 303. num. 1. & cons. 90. n. 24.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst. 13. num. 12. col. 2. in fin.* Cardos. *in prax. Judic. verb. verbum num. 6.* Franc. Galet. *in margarit. casuum Consc. verb. verba.* Cardin. Mantic. *de conject. ult. volunt. l. 3. tit. 4. n. 15.* Galin. *de verb. signif. lib. 2. cap. 21. n. 8. & lib. 3. c. 19.* n. 2. Roland. à Valle *cons. 68. n. 8. lib. 1.* ubi, quod in contractibus debent verè, & non fictè intelligi, *& cons. 79. n. 15. lib. 3.* ubi extendit in sententia, Decian. *cons. 17. num. 44. lib. 1.* Cravett. *cons. 149. n. 7.* ubi quod in omni materia à verbis, & propria significatione non receditur, *& cons. 271. num. 3.* ubi extendit in statutis, Marius Anton. *var. resolut. lib. 1. resol. 4. n. 9.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. cap. 9. n. 32.* Cardin. Tusch. *d. tom. 8. lit. V. concl. 102. per totam.* Castill. *controv. lib. 5. p. 2. c. 131. n. 7.* Mangil. *de imput. quæst. 77. num. 88.* Novar. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 1. n. 6.* Fusar. *de substit. quæst. 383. n. 3. & quæst. 386. n. 39.* & si civiliter & naturaliter verba intelligi possunt, naturaliter potius, quàm civiliter verba intelligi possunt, *d. l. fin. C. de his, qui ven. ætat. impetr. l. Statius Florus 48. §. Cornelio Felici, 1. ff. de jure fisci.* Tiraq. *in l. si unquam. verb. susceperit liberos. num. 15. C. de revoc. donat.* Joann. Anton. Mangil. *de imput. quæst. 110. num. 23. & seq.*

Limita multis modis, ut per Cravett. *cons. 6. n. 41.* ubi loquitur in defensione Rei in criminalibus, Roland. à Valle *cons. 68. n. 43. lib. 1.* ubi, quando natura rei repugnat verbis, quia tunc impropriantur, *& cons. 53. n. 17. eod. lib. 2.* ubi, quod verba impropriantur, ut sustineatur libellus, Decian. *consil. 11. n. 59. lib. 1.* ubi, quod impropriantur verba, ne tertio præjudicetur, vel tollatur jus tertii; *& cons. 103. num. 36. lib. 2.* ubi extendit ad evitandum absurdum.

XXVII.

VERBA in dubio sunt intelligenda simpliciter, & non secundùm quid, *l. hoc legatum, 45. in fin. ff. de legat. 3. l. 1. §. si quis simpliciter, 3. ff. de verb. obligat.* Ruin. *cons. 56. in fin. l. 2.* Cardinal. Tuschus *d. tom. 8. lit. V. concl. 92. per totam.* Limita tamen, nisi verba redderentur superflua simpliciter sumpta, quia tunc secundum quid operari debent, Bald. *in l. liberti, libertæque n. 28. C. de oper. libert.* Sim. de Prætis *de interp. ultim. volunt. lib. 4. interp. 2. dub. 2. n. 7.* Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 10. tit. 1. n. 2. & tit. 2. n. 25.*

XXVIII.

VERBA dubia debent intelligi secundum naturam rei, cui adjiciuntur, Oldrad. *cons. 243. n. 2. vers. sed iis non obstantibus*, Alex. *cons. 60. In causa & lite, in fin. lib. 7.* Gemin. *cons. 29. num. 3. in fine.* ubi quod verba generalia debent restringi secundum naturam subjectæ materiæ, & in fine subdit, quod restringuntur ad modos proportionabiles materiæ idoneæ, in qua fit expressio, *& cons. 73. n. 10.* quod debent intelligi, ut conveniant rei & personæ, Ruin. *cons. 25. n. 19. & seq. lib. 1.* ubi quod verba quantumcunque generalia intelligenda sunt secundùm naturam sermonis, & rei, de qua partes loquuntur, Alex. *cons. 43. Visis. n. 25. & seq. lib. 4.* ubi quod imò in contractibus verba impropriantur, ut intelligantur secundum naturam actus, qui celebratur, Cravett. *cons. 732. n. 23.* ubi quod in tantum verba etiam universalia restringuntur secundum naturam rei, ut potius tolleretur superfluitas, & quod nihil operentur, quàm quod cõntra naturam rei intelligantur, Peralta *in l. si quis in principio testamenti. n. 76. & 77. ff. de legat. 3.* Tiraqv. *in l. si unquam. verb. revertetur. n. 37.* Surd. *decis. 322. n. 37.* Alex. Rauden. *de analog. lib. 1. c. 23. num. 11. & 12. & c. 34. n. 235.* Castill. *controv. lib. 5. p. 2. c. 86. n. 3. cum seqq.* ubi multipliciter ampliat.

XXIX.

VERBA debent intelligi per prius, per posterius, *l. hoc legatum, 45. ff. de legat. 3.* Card. Tusch. *d. tom. 8. lit. V. concl. 92. num. 25.* Joseph. de Sesse *Aragoniæ decis. 64. num. 86. tom. 1.*

XXX.

VERBA clara non admittunt interpretationem, neque voluntatis conjecturam, *l. licet Imperator. 4. ff. de legat. 1.*

Socin.

Socin. *conſ. 13. num. 39. lib. 1.* Roland. à Valle *conſ. 79. num. 55. lib. 3.* Cardin. Tuſch. *d. tom. 8. lit. V. concl. 108.* Card. Seraph. *deciſ. 762. n. 1.* [ubi enim verba ſunt clara, ceſſare debent cavillationes Advocatorum, Cravett. *conſil. 273. nobilis. numer. 7. verſ. curia. num. 3.* Weſenbec. *1. conſil. 28. num. 2.*]

XXXI.

VERBA ubi non conveniunt, diſpoſitio non habet locum, *l. 4. §. toties. 6. ff. de damno infecto. l. quod conſtitutum, 21. ff. de milit. teſtam.* Bart. *in d. l. 4. §. Prætor ait.* Gemin. *conſ. 95. in princ. n. 2.* latè Tiraq. *in l. ſi unquam, verb. libertis. n. 2. C. de revocand. donat.* ubi *num. 5. cum ſeqq.* intelligit in legibus ſtatutis, & omni alia diſpoſitione, Card. Tuſch. *d. tom. 8. lit. V. concl. 89. à princ.* Mar. Anton. *var. reſolut. lib. 3. reſol.*

XXXII.

VERBO quod quis non expreſſit, mente non videtur cogitaſſe, Oldrad. *conſ. 266. n. 10. verſ. quod verbo.* Card. Tuſch. *d. tom. 8. lit. V. concl. 89. num. 3.* [Verba enim ſemper debent ad cogitatum reſtringi, non ultra extendi, *l. ſi quis ita 16. ff. de teſtam. tutel.* Bald. *conſ. 159. ſuper eo quod quæritur. col. 3.* ac debent intelligi eo reſpectu, quo ſunt prolata, *l. ſi quis domum 9. §. 1. verſ. quid tamen ff. locat. l. debitor. 59. §. fin. ff. ad SC. Trebell.* Dec. *conſ. 283. vol. 1.*]

XXXIII.

VERBA dubia contra proferentem ſunt interpretanda, *l. veteribus 39.* ubi Bart. *ff. de pactis. l. quicquid adſtringendæ. 99. ff. de verb. oblig. l. Labeo, 21. ff. de contrab. empt. l. qui cum. 9. §. fin. ff. de tranſact.* Jaſ. *in l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. ff. de verb. oblig.* ubi ponit ſex limitationes, Abb. *conſ. 75. col. 3. n. 3. & ſeq. lib. 2.* Alex. *conſ. 11. Viſo, in fin. lib. 2. & conſ. 12. Viſo themate. n. 7. eod. lib. 2.* Menoch. *conſ. 110. num. 36. & conſ. 179. numer. 19.* Surd. *deciſ. 322. num. 63. & de aliment. tit. 6. q. 1. num. 26.* Cardoſ. *in praxi Judicum, verb. verbum. num. 9.* Card. Tuſch. *d. tom. 8. lit. V. concl. 106.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. lib. 1. c. 3. n. 41.* Mari. Anton. *var. reſolut. lib. 2. reſol. 23. num. 19.* D. Barboſ. *in l. ſi quis intentione ambigua 66. num. 28. ff. de judic.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 2. tit. 4. num. 99. cum ſeqq.* ubi dicit procedere in contractibus, non vero judiciis, ſubditque differentiæ rationem.

VERBA generalia generaliter ſunt intelligenda, *l. 1. §. quod autem. 3. ff. de alea-*
tor. l. in fraudem. 15. & ibi Bald. *ff. de teſtam. mil. l. de pretio. 8. ff. de Publ. in rem act. l. ſi ſervitus. 23. ff. de ſerv. urb. prad. l. regula. 9. §. ultim. ff. de Juris & facti ignor. l. fin. in fin. ff. de dotis promiſſ. l. ſi finita 15. §. de cæteris. 9. de damno infecto, l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. præſtan.* Afflict. *deciſ. 319. num. 3.* Tiraq. *in l. ſi unquam. in princ. num. 118. C. de revocan. donat.* Hojed. *de incompatib. benefic. p. 1. cap. 14. numer. 20.* Thom. de Thomaſſet. *in floribus legum, reg. 1313.* Burg. de Pace *conſ. 17. num. 2.* Portoles *in tract. de conſortib. & fideicomm. legali. cap. 6. num. 16.* Surd. *deciſ. 122. num. 1. & conſ. 271. num. 28.* Valaſc. *conſ. 113. num. 21.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. cap. 6. num. 70.* Alyoſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 419. num. 1. & deciſ. 605. n. 2. in 1. edit. aliàs reſol. 356. & 529. in 2. edit. & in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 286. num. 5. p. 1.* Franc. Molin. *de ritu nuptiar. lib. 3. q. 87. num. 16.* Cald. Pereira *de poteſt. eligendi cap. 16. num. 18.* Mar. Anton. *var. reſol. lib. 1. reſol. 42. n. 3.* Farinac. *p. 4. conſ. 65. in addit. lit. G.* Cardin. Tuſch. *d. tom. 8. lit. V. concl. 122. num. 1.* [Unde verba generalia generaliter præjudicant, *l. ult. C. de dot. promiſſ.* quo in loco Imp. monet contrahentes ab effuſo ſermone ut abſtineant, ne in promptum ſui periculum incidant, Bald. *in l. pactum quod dotali quæſt. 17. C. de collat. & conſ. 186. generaliter in pr. lib. 4.* pluraque cumulat Nevizan. *conſ. 67. num. 59.* Hinc generalem ſermonem comprehendere etiam perſonas privilegiatas probat Bald. *in l. fraudem per ill. text. de milit. teſtam.* & generalem liberationem trahi ad omnia, docent *text. in l. pluribus 6. de acceptil. l. emptor. 47. §. Lucius. ubi Dd. de pact.* add. & Bald. *conſ. 4. quæritur utrum lib. 1. & conſ. 184. reputatio facta lib. 4.* ubi ait, quod renunciatio generalis nullis coarctata terminis ad omnia referatur.

Amplia I. procedere adeò, ut verba generalia ad caſus improprios & omnes, qui cogitari poſſint, etiam impropriè trahantur. Tiraquell. *in tract. de retract. tit. 1. §. 1. gl. 7. num. 20.* Bertazol. *1. conſult. deciſ. conſ. 166. num. 42.*]

Amplia II. etiam in pœnalibus, odioſis, & correctoriis, ut per Ruin. *conſ. 73. num. 19. cum ſeqq. lib. 3.* Card. Tuſch. *d. lit. V. concl. 122. num. 9. cum ſeqq.* Rot. *deciſ. 41. num. 19. & ſeq. apud Farin. p. 1. recent.*

Limita primò, quia verba quantumvis generalia debent reſtringi ad rationem & cauſam, propter quam fuerunt prolata, & in-

& intelligenda sunt secundum ea, quæ præcedunt, *l. non est novum. 26. ff. de legib. l. hæres meus 100. §. 1. ff. de legat. 3. l. si ex pluribus. 89. ff. de solution.* Abb. *cons. 114. Attingendo. n. 4. lib. 2.* Menoch. *cons. 469. n. 54.* Surd. *cons. 431. n. 12.* Card. Tusch. *d. lit. V. concl. 122. numer. 44.* [Bald. *in Auth. ingressi. num. 4. vers. oppono C. de SS. Eccles.* Jas. *in l. non dubium n. 36. C. de LL.* Bertazol. *1. consult. decis. cons. 76. n. 7.*

Limita secundò, ut verba generalia restringantur ad vitandum absurdum, *l. scire oportet. 13. §. aliud. ff. de excus. tutor. l. 1. ff. ne quid. in loco publico.* Castr. per text. *ibi in l. inter omnes. vers. & nota. ff. qui satisd. cog.* Card. Tusch. *d. lit. V. concl. 130.* Mar. Anton. *var. resol. lib. 2. resolut. 40. n. 11.*

Limita tertiò, ut verba generalia restringantur secundum subjectam materiam, *l. 3. §. si quis heredi. 11. ff. de statu liber.* Gemin. *cons. 29. num. 3. in fine.* Joan. de Imola *consil. 141.* Cardinal. Tusch. *d. lit. V. concl. 132.* Rot. *decis. 542. n. 4. apud Farin. p. 1. recent.*

Limita quartò, quia verba generalia restringuntur ad habilia. *l. ut gradatim. 11. in princ. ff. de muner. & honor. l. 1. in princ. C. de sacros. Eccles.* Cravett. *consil. 256. n. 8.* Menoch. *remed. 4. adipisc. num. 755. & remed. 1. retin. n. 38.* Card. Pereira *de potestate eligendi, c. 1. n. 57.* Surd. *decis. 112. n. 2.* Cardinal. Tusch. *d. lit. V. concl. 131.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. quæst. 85. num. 61.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 724. n. 18.* Castill. *controv. lib. 5. p. 2. c. 89. num. 15.* Joan. Maria Novar. *quæst. forens. lib. 1. q. 3. n. 5.*

Limita quintò, qui verba generalia restringuntur, ne tollatur jus tertii, Oldrad. *cons. 268. n. 5. vers. nunc ad rationes*, & ne quis damnum indebitè patiatur. Anchar. *cons. 361. Visa plena, in princ.* Mar. Anton. *var. resol. lib. 2. resol. 40. n. 12. & 19.* & ne tollant gratiam habentem priorem datam, secundum Ægid. Bellam. *cons. 33. n. 15. vers. prima responsio*, refert Cardin. Tusch. *d. lit. V. concl. 128.*

Limita sextò, quia verba generalia restringuntur, ne actus pereat, Fulgos. *cons. 28. in fine*, Card. Tusch. *d. lit. V. concl. 134.*

Limita septimò, quia verba generalia restringuntur, & limitantur secundum naturam, & potestatem loquentis, & non ultra, Oldrad. *cons. 159. vers. circa tertium*, Gemin. *consil. 67. n. 2. & consil. 96. n. 7.* Anton. de Butr. *cons. 19. n. 5. & seq.* Card. Tusch. *d. lit. V. concl. 135.* Et ex mente, & ratione idem Card. Tusch. *d. lit. V. concl. 142. per totam.*

Limita octavò, quia verba generalia quandoque restringuntur ex verisimilitudine, *l. creditor. 60. §. Lucius. 4. ff. mandati.* Oldrad. *consil. 159. vers. circa tertium.* Card. Tusch. *d. lit. V. concl. 142. n. 4.* Unde verba generalia non includere casus insolitos, de quibus non est verisimiliter cogitatum, tenet Florus de Mena *var. lib. 2. q. 24. num. 33.*

XXXV.

VERBIS subtiliter non est dialecticandum, Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 1. tit. 1. n. 4.* Ant. Monach. *Florent. decis. 72. num. 27.* quia subtilitas reprobatur, *l. si fidejuss. 29. §. quædam. 4. ff. mandati. c. dilecti, 6. de judic.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 12. num. 3.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg. 288.* [Et dum verborum proprietas attenditur, plerumque sensus veritatis amittitur *c. propterea 8. extr. de V. S.*]

XXXVI.

VERBA non sufficiunt, ubi opus est facto, *l. non omnes. 5. §. fin. ff. de re mil. l. peculium, 46. in fin. princ. ff. de pecul. l. Julian. 13. §. offerri. 8. ff. de act. empti. l. 1. §. tulisse. 53. in fine. ff. ad Syllan.* [*l. qui decem 72. §. 1. ff. de solut. c. 1. ubi gl. de eo qui mitt. in poss. bon.*] *c. 1. & 2. de sequest. possess.* Bellacomb. *tom. 2. commun. opin. lib. 8. tit. 27. de solut. n. 16. pag. mihi 392.* Escob. *de ratioc. cap. 15. num. 44.* Cardin. Tusch. *tom. 3. lit. F. concl. 21.* Stephan. Gratian. *discept. for. tom. 4. c. 725. n. 32. & c. 767.* Statil. Pacif. *de Salut. interd. in sp. 4. c. 1. n. 173.* [*gl. in c. Pastoralis de offic. ordin.* Alex. *in l. si mora numer. 4. ff. solut. matrim.* Negusant. *in tract. de pignor. & hypothec. 5. part. prin. 2 p. 3. membr. in pr. n. 1.* Barth. Bertazol. *1. consult. decis. cons. 28. num. 17.* v. c. non sufficit oblatio verbalis, ubi realis requiritur *l. Prætor 20. §. si quis paratus 5. ubi* Bart. Jason & Dd. *de O. & A.* vid. Wesenb. *6. cons. 259. n. 24. & seqq.*

XXXVII.

VERBA præcedentia declarant sequentia, & è converso, *l. utrum. 23. ff. de petit. hæred. l. qui filiabus, 17. in princ. & l. si servus 50. §. fin. ff. de legat. 1.* Castrens. *cons. 347. num. 2. vers. ad quartum. lib. 2.* Surd. *decis. 288. num. 30. cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. p. 4. consil. 30. num. 115. & consil. 65. numer. 110.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 3. resol. 1. n. 60.* Cardin. Tusch. *d. tom. 8. lit. V. concl. 144. num. 21.* Imò quod verba præcedentia magis declarent sequentia, quam è converso, dicunt Cephal.

consil. 156. num. 16. & seq. cons. 351. numer. 38. Paris. *consil. 23. num. 118. lib. 1.* Et quod verba sequentia declarent præcedentia, tradunt Joan. de Imola *cons. 85. in princip.* ubi quod declarant & limitant, Signorol. *cons. 37. Factum sic proponitur, num. 7. circa fin. vers. præterea.* ubi quod sequentia verba declarant præcedentia, & è contra, Ægid. Bellam. *cons. 39. num. 4.* ubi *n. 9.* ait, sequentia declarare præcedentia, quando sunt in eadem dispositione, & quando verba declaranda indigent declaratione, aliàs secus, latè Roman. *cons. 328. Præsens consultatio. num. 5. vers. tertio,* ubi quod verba sequentia præcedentibus præstant evidentissimum intellectum. Castren. *cons. 74. in causa mota, col. 2. vers. tertia regula. lib. 2.* ubi quod est regula, quod ex sequentibus declaratur animus in præcedentibus.

XXXVIII.

VERBA geminata magis operantur. *l. Balista. 28. ff. ad Treb.* Corn. *cons. 187. In consultatione, num. 12. lib. 4.* latè Barbat. qui ponit multa exempla, *cons. 37. in princ. lib. 3.* Alex. *cons. 216. Nec arguendi, n. 25. vers. septimò confirmatur. lib. 2.* Bertaz. *de clausul. instr. claus. 4. gloss. 2.* Cardinal. Tusch. *tom. 4. lit. G. concl. 27. n. 2. & tom. 8. lit. V. concl. 158. per totam.*

CAP. X.
Verecundia *vide* Reverentia.

Axioma I.

Verecundia Clericis & exploratæ vitæ viris solet esse maxima pœna *c. cum dilecti. de Accusat.* quæ in viribus minimè consideratur *l. 2. C. ut intr. cert. temp.* Paul. de Castr. *in l. codicillis §. matre de legat. 2.* Petr. de Ancharan. *in c. indemnitatibus §. cæterum quinto de elect. in 6.* Ludov. Gomez *ad §. superest. Inst. de act. n. 64.*

II.

Facta quæ verecundiam aut pudorem nostrum lædunt, nec facere nos posse credendum est, *l. 15. de condit. & demonst. l. pen. ibi: is, cujus magna verecundia & pudor impedit, de furt. vid. supr. lit. P. in voce* Posse.

CAP. XI.
Verisimilitudo, Verisimile.

Axioma I.

Verisimilitudo in qualibet materia attendi debet, *l. ob carmen. 21. §. fin. ff. de testib. c. in nostra 32. eod. tit.* Cravett. *cons. 298. n. 16.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 14. n. 11.* Unde sicut verisimilitudo in conjicienda testatoris voluntate principem locum obtinet *l. cum res 47. in pr. ff. de legat. 1. l. sicut certi 9. l. si cum vel in utero 10. C. de testam. militar. l. Titius 25. §. Lucius 1. ff. de liber. & posthum. l. cum avus. 102. ff. de Condit. & demonstr. l. cum in testamento 24. de reb. dub.* ita & in conjecturanda voluntate & mente contrahentium maxime valet. *l. in obscuris 114. ff. de R. I.* indeque secundum verisimilitudinem omnes dispositiones regulari, testantur Cravett. *consil. 551. incipit, Jacobus à Platea n. 11. & seqq.* ubi ait: Allegationem vero dissimilem spectandam esse, cum falsi imaginem referat, *arg. l. non est verisimile 23. quod met. cauf. l. si ita quis. 31. in fin. ibi: quod utiq; nemo sanus probabit, de Evictionibus.* Dec. *cons. 127. n. 10. & cons. 189. col. 2. vers. ad hoc facit.* ita attenditur ea etiam in probationibus *l. cum de ætate 13. ff. de probat.* & coadjuvat saltem aliam probationem juxt. *not. per gl. in l. 2. verb. legitimus ff. de Excusat. tutor. fac. c. cum causam cum ibi notat. de probat.* cum quæ non prosunt singula multa tamen juvent *l. instrumenta 5. cum gl. C. de probat.* Farin. *1. cons. 60. n. 28.* & attenditur ac si expressum esset, Dd. *in l. Titius §. 1. ff. de liber. & post. gl. in l. tale 40. §. fin. in fin. ff. de pact.* Afflict. *decis. Neapolit. 44. n. 26.* judicis etiam assertioni credi quando est verisimilis, licet ei aliàs non credatur, post Ancharan. *consil. 277. col. fin.* tradit Vult. *1. consil. Marpurg. 15. num. 154.*

II.

Verisimile magis non tollit minus verisimile, Bald. *in l. fin. in 2. oppos. C. de hered. instit.* Wesenb. *2. cons. 98. n. 22.*

III.

Verisimile est id, quod proximum, & simile vero est, Bald. *cons. 61. Liter. magnifici. lib. 3.* quem refert Cardin. Tusch. *practic. conclus. tom. 8. lit. V. concl. 161. n. 1.* & dicitur quod legibus & jure communi convenit, & ei non contradicit. Franc. Becc. *cons. 101. n. 47.* Menoch. *cons. 1. n. 418. & consil. 380. n. 7. & de arbitr. casu 85. n. 5.* Garc. Gironda *de privil. seu exempt. explicat. n. 555.* & debet haberi pro probato, Bald. *cons. 180. Mortuo, lib. 5.* Oldrad. *cons. 13. Cum quæstio. in fine.* Aretin. *cons. 9. col. 2.* Imò unum verisimile additum alteri inducit legis præsumptionem, Soc. *cons. 149. numer. 8. lib. 1.* Rimin. jun. *cons. 217. num. 34. & seq. lib. 2.* Becc. *cons. 101. numer. 46. & cons. 103. n. 11.* [*arg. c. auditis 15. de præscript.* Innocent. Felin. *in c. in nostra. num. 3. de testib.* Ancharan. *in c. 1. de præscript. lib. 6. & cons. 278.* Speculat. *de teste, §. postquam vers. quod si plures.* Vasq. *2. contr. 30. n. 10.*] Et ideo qui arguit à verisimili, dicitur arguere à ratione naturali. Rimin. jun. *cons. 362. numer. 18. lib. 4. decis. Pedemont. 170. numer. 8. & seq.*

Unde

Unde verisimilitudo dicitur cognata naturæ, Oldrad. *cons. 13. Cum quæstio, in fine.* Bald. *d. consil. 180. lib. 3.* Cravett. *cons. 28. & cons. 61. in fin. num. 9. & cons. 269. n. 4. & consil. 363. n. 26.* ubi *n. seq.* subdit, quod obtineat secundum locum, primò mens, secundò verisimilitudo, Franc. Becc. *cons. 101. n. 46.* Rimin. jun. *cons. 362. n. 18. Pedem. decis. 170. num. 8. & seq.* [Oldrad. *cons. 13. quos refert & sequitur* Cravett. *cons. 292. num. 6.*

Habetur pro lege, & veritate, ita ut habens verisimile pro se, dicatur habere casum legis. [*gl. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact.* Cravett. *cons. 85. n. 24. & cons. 135. n. 33.* Nicol. Everhard. *in loc. legal. loc. à verisimili.* Tiraquell. *in præfat. l. si unquam n. 37. C. de revocand. donat.* Joseph. Mascard. *de probat. concl. 1042. num. 7. vol. 3.* Dec. *cons. 8. num. 13. vol. 2.* Menoch. *cons. 210. num. 40. lib. 3.* Bursat. *cons. 368. n. 37. lib. 4.* Vult. 3. *cons. Marp. 18. n. 109.*] Rimin. jun. *d. cons. 362. num. 18.* Cravett. *cons. 61. n. 9. cons. 287. Cum Dominus. n. 23.* Franc. Becc. *consil. 101. n. 46.* Stephan. Grat. *discept. forens. tom. 5. c. 878. n. 16.* latè Castil. *controv. lib. 5. p. 2. c. 63. per tot.*

Et è contrà, non verisimile habet imaginem falsitatis. [*l. milites 8. §. oportet 1. C. de quæst. c. quia verisimile 10. de præsumpt.* Alexand. *cons. 17. vol. 2.* Grammat. *cons. crim. 9. n. 3.* Cephal. *cons. 85. n. 38. & cons. 738. n. 21. & cons. 709. n. 30. lib. 5.* Decian. *cons. 18. n. 119. vol. 1.* Menoch. *cons. 230. n. 89. & cons. 248. n. 21. lib. 3. & cons. 375. n. 23. lib. 4.* Cons. Arg. *1. cons. 31. n. 15.*] Bald. *in l. 1. col. 3. C. de servis fugit.* Grammat. *decis. 28. in princ.* Socin. *cons. 149. n. 8. lib. 1.* Cravett. *d. cons. 61. num. 9.* Quia verisimile quod non est, præsumitur falsum, Tiraq. *in l. si unquam, in princ. n. 40. C. de revocand. donat.* Menoch. *cons. 1. n. 258. & cons. 2. n. 300. & cons. 28. num. 25. & cons. 188. num. 11. & cons. 199. n. 12. & de arbitr. lib. 2. casu 85.* Mascard. *de probat. concl. 740. n. 25. & concl. 1364. n. 4.* Surd. *de aliment. tit. 8. quæst. 12. n. 24.* Joseph. de Rusticis *in proœm. ad l. cum avus, c. 2. num. 3. ff. de condit. & demonstr.* Cassanat. *cons. 39. num. 60. & cons. 55. n. 43.* Et ideo nec credendum, ex Rimin. jun. *cons. 362. n. 15. & 16.* imò nec attendi debet, *l. fin. in princ. ff. quod metus caus. c. quia verisimile, 10. de præsumpt.* [*l. Titia cum Testamento 34. qui invita. 5. ibi: non est verisimile ff. de leg. 2.* Dec. *in c. proposuisti num. 16. vers. sed ad hoc respondetur. de probat.* Ancharan. *cons. 330. col. 4. & cons. 257. col. fin.* Cravett. *cons. 281. n. 5.* Cephal. *cons. 721. n. 48. lib. 5.* Dec. *cons. 8. n. 12. vol. 2.* Paris. *cons. 13. n. 9. vol. 3. & cons. 8. n. 7. vol. 4.* neque etiam est considerabile. Ruin. *cons. 1. num. 2. in fin. vol. 2.* Vult. *8. cons. 21. num. 230.* Quare testes deponentes non verisimilia, præsumuntur falsi, Dec. *cons. 94. col. 2. in fin.* seu saltem de falso suspecti, Abb. *in d. cap. quia verisimile. in fin. de præsumpt.* Gramm. *decis. 103. n. 78.* Cravett. *cons. 171. n. 6.* [Marsil. *consil. 31. bonorum omnium. n. 27. vers. quin imò. vol. 1.* Pacian. *cons. 66. n. 17. cum seq.* ubi & scripturam & omne instrumentum, quod non verisimilia continet, pro suspecto haberi, ex Tiraq. *in l. si unquam. in pr. num. 40. vers. quod quidem. C. de revoc. donat.* probat Grammat. *consil. 28. assertum vol. 1.*] ac proinde illis, ex justa causa, minimè credendum, *consil. 107. num. 70. lib. 1.* Curt. jun. *cons. 17. num. 6.* Cravett. *cons. 134. n. 137. & cons. 171. num. 6.* [atque sic interpretatio non verisimilis, aut quæ verisimilitudini repugnat, fugienda. *c. inspicimus. 45. de R. I. in 6.* Roman. *cons. 445.* Cephal. *cons. 149. n. 16. lib. 1.* unde etiam nec judex tenetur talem exceptionem, quæ non est verisimilis, admittere, nisi reus expresserit causam in specie, ex qua verisimilis reddatur. Anton. de Butr. *in c. super hoc. col. 2. & 3. ibiq.* Innocent. *per ill. text. de renunciat.* sicuti nec probationem. Imola *in cap. quia verisimile. de præsumpt.* Ancharan. *cons. 257.*

CAP. XII.

Veritas.

Axioma I.

Veritas facti hominum voluntate immutari nequit, *l. 8. ibi: veritatem spectamus non quod quisq; finxit. ff. de Castrens. pecul. l. 12. §. facti. ff. de captivis & postlim. l. 13. C. de Collat.* Bocer. *de feud. investit. cap. 5. num. 40.* uti etiam nec horum denominatione. Tiraquell. *de retract. conjang. §. 32. gloss. 1. n. 34. & §. 1. gl. 14. & num. 87.* Farin. *1. cons. 15. n. 33.* Bonifac. *de instrument. in epist. ad lector.*

II.

Veritas aliunde exquiri non potest, *l. parentes. 6. in gloss. fin. C. de testib. cap. consanguinei in verb. parentes 3. quæst. 5. cap. insinuante 25. verb. familiarem c. R. Canonic. 35. verb. cum sint cives socii. de off. deleg. c. literas 14. verb. de fratre extr. de præsumpt.* Marsil. *in l. 1. §. ad quæstionem. n. 8. ff. de quæstion.* Socin. *cons. 29. num. 12. volum. 2. & cons. 28. n. 8. volum. 2.* Volckman. *p. 3. de art. Notar. c. 7. n. 10.*

III.

Veritas rei patens & manifesta adminiculis non eget, *l. 1. C. si minor ab hered. abstineat.* Pantschman. *part. 1. quæst. 4. n. 21.* neque ea per nostrum affirmare vel negare immutari potest,

l. cum falsa. ff. C. de jur. & fact. ignor. Vult. *3. Cons. Marp. 30. n. 74.*

IV.

De veritate dicenda ubi agitur, licentia superioris non est in consideratione, *gloss. in c. 1. de juram. calumn.* quam post Abbat. *ibid. in 4. & 5. colum. sequitur* Felin. *in cap. nuncius colum. fin. de testib.* Ludov. Gomez. *ad §. pœnales. Inst. de act. num. 7.*

V.

Veritate sublata, res ipsa tollitur, *l. si ex pretio 6. ibi: simulatis pro infectis. C. si cert. petatur. l. 2. ibi: simulatæ veritatis. C. plus valer. quod agitur.* Hœnon. *ad l. 16. de diverf. Reg. jur. disp. 4.*

VI.

Veritate & fictione concurrente semper veritas attendi debet, *l. si filio. 32. ubi* Bart. *de liber. & posth.* Bald. *in l. 3. col. 2. C. de hered. instit.* Ludov. Gomez. *ad §. sed istæ Inst. de action. num. 16.* Veritatem enim spectamus, non quod quis finxit, *l. si forte 8. ff. de Castr. pecul.* Exempla vid. *in l. 77. de furt.*

VII.

Veritas facti potius attendi debet, quam forma procedendi, Anton. Faber *C. suo de sentent. & interloc. defin. 13. n. 8.* aut figura verborum, *d. l. si forte 8. de pecul. Castr. l. 13. C. de collat.* Mynf. *4. obs. 84. n. 1.*

VIII.

Veritas rerum erroribus non vitiatur, *l. 6. §. 1. de offic. præsid. l. 6. C. si cert. petat.* Exempl. vid. *in l. 1. C. de contr. stipulat.* Phil. Matth. *ad l. 92. de reg. jur.* quia vero nihil verius, aut recto rectius, Senec. *Epist. 66. & lib. 2. natur. quæst. 34.* & veritas gestorum sermonibus prævalet, *c. cum inter 13. extr. de sent. & rejud.* ac proinde majores vires habet, quam scriptura, *l. 10. C. de donat.* cum veritati omnia cedant, *can. veritati dist. 8.* etiam verisimilia, quæ tantum sunt similia vero, Bald. *3. cons. 61.* vide de veritatis & existimationis seu verisimilitudinis oppositione *text. in l. 3. C. de L. Falcid.*

IX.

Veritas & ratio semper excludit consuetudinem, *c. veritate 4. c. qui contempta. 6. dist. 8.* Veritati enim omnino est postponenda consuetudo quælibet, licet vetusta & vulgata, *c. si consuetudinem 5. dist. 8.* cum ea veritatem impedire non debeat, quo valeat & vincat, *c. consuetudo 8. dist. 8.* ac proinde absque veritate vetustas erroris dicitur, *d. c. 8. dist. 8.* qua de causa cum veritas consuetudini suffragatur, nihil firmius oportet retineri, *c. frustra. 7. d. dist.*

X.

Veritas sæpius exagitata, magis splendescit in luce, *c. grave 35. q. 9.* licet enim cum minimè defenditur, opprimatur, *c. error dist. 83.* ea tamen occultari non potest, *l. si quis. 23 quæst. 1.* sed libere prædicanda, *c. nolite timere. in med. 11 quæst. 3.* nostrum ergo est veritatem prosequi, *extravag. sedes. in princ. de conceff. prabend. extravag. Comunic. in princ. de offic. deleg.* cum non modo melius sit propter veritatem pati supplicium, quam pro adulatione beneficium consequi, *c. nemo peritorum. caus. 11. quæst. 3.* verum etiam qui non eam defendit, prout defendere convenit, proditor sit veritatis *c. nolite timere. caus. 11. quæst. 3.* ac proinde dum celat, gravissime peccet, *c. 1. extr. de crim. falsi.*

XI.

Veritas diligenter perscrutanda est, *c. si quid caus. 15. quæst. 7. c. si quid. 23. distinct. 86.* ac acerrima indagine eruenda, *l. ubi 22. C. ad L. Cornel. de falsi.* & quidem per illos, de quibus magis verisimile est, quod eam scire debeant, *c. ult. extr. de offic. Archidiacon.* ac proinde veritatem, quam sciunt, plenè debent dicere, qui examinantur in inquisitione & nullum falsum commiscere, *cap. cum P. Monconella. 10. extr. de accusat.*

XII.

Veritati non debet præjudicare falsitas, *c. quoniam 11. extr. de probat.* unde etiam illis, qui veritatis fidem abjecerunt, credendum non est, *c. non potest. 2. quæst. 7.*

XIII.

Veritas sensus plerumque amittitur, dum proprietas verborum attenditur, *c. propterea 8. de V. S.*

XIV.

Veritatis custodia magis sit cordi in judicando quam voluntatis obedientia, *c. judicet in fin. 3. quæst. 7.* licet enim eam tria soleant impedire, videlicet carnalis amor, timor, avaritia, *c. accusatores vel testes. 3. quæst. 5. c. Episcopus. 35. quæst. 6.* eatamen odio, gratia, timore supprimi non debet, *c. cæterum 6. extr. de testib.* sicut nec ideo relinquenda, ut arrogantia caveatur, *c. non item 22 qu. 2.* neque etiam dimittenda propter scandalum, *c. magnæ 7. extr. de vot. & vot. redem.* cum veritas collationibus aperiatur, *extravag. quia §. nos autem de V. S.*

XV.

Veritas donec appareat, tamdiu actio ventiletur, *c. judicantem. 36. q. 5.*

XVI.

Veritas si non mutetur & eadem dicantur, non refert diversitas narrandi, *c. dudum 20. de conservat. conjug.*

XVII.

In ore duorum vel trium consistit omnis veritas *l. ubi numerus. 12. ff. de testib. c. admonete 3. q. 2. c. licet ex quadam. 47. de testib. l. fin. C. famil. hercisc.* Innocent. *in c. sicut. de simon.* Mynf. *3. obs. 76.* Vult. *3. conf. Marp. 15. n. 96.*

XVIII.

Veritas sæpius examinata magis elucescit, *ca[illegible] de 7. 36. quæst. 9. cap. inter dilectos, 6. de fide instrument.* Roland. *cons. 6. n. 2. volum. 1. & cons. 66. n. 1. vol. 2. & cons. 13. n. 1. vol. 3. cons. 24. n. 1. & cons. 50. n. 1. eod. volum. 3.* Cravett. *cons. 135. n. 18.* Flamin. Paris. *de resign. benefic. lib. 11. quæst. 11. num. 3.* Hier. Giach. *cons. Syndicatus. n. 265. cum seqq.* Bobadil. *in sua polit. lib. 1. c. 10. n. 1.* Fr. Didacus Murillo *en la fundation milagrosa de la capilla Angelica del Pilar. cap. 5. in princ. pag. mihi 31.* nam veritas dispu-

disputanda invenitur, *l. munerum. 18. §. fin. ff. de muner. & honorib.* Card. Tusch. *tom. 2. lit. D. concl. 507. n. 1.* [*c. grave 35. quæst. 9.* fieri enim potest, ut lateat veritas tot oculis spectata, totque insinuata sensibus, ut in simili ait Justinian. *in l. hac consultissima 8. in fin. C. qui testam. fac. poss.* Pacian. *cons. 81. n. 1.* Roland. à Vall. *cons. 6. n. 2. vol. 1. & cons. 66. n. 1. vol. 2.* quanto itaq; magis conteritur & oppugnatur, tanto clarior expulsis nebulis in lucem progreditur, sicuti aromata magis redolent, quanto magis conteruntur, ut exorditur Castr. *cons. 23. vol. 1. quem sequitur* Cravett. *cons. 135. n. 18.*]

XIX.

Veritati semper adhærendum est, quia amicus Socrates, sed magis amica veritas, de quo plura tradit Probus *in addit. ad Joann. Monach. in cap. nemo de inter. eps. n. 77. cum seqq. de elect. lib. 6.* & Menoch. *cons. 112. n. 17.* [add. Aristot. *1. Eth. c. 6. l. 3. §. si quis quasi 6. de condict. caus. dat.* & magnus est Cæsar [vel eximius quidem jure consultus] est Azo magnæque autoritatis & communis opinio] sed major interim veritas. Thomas Grammatic. *volum. 32. n. 10.* Bald. *in l. Æmilius de minor.* Hartman. Pistor. *1. quæst. 36. n. 37.* [Et ideo super omnia amanda, & sequenda, *l. si ita legatum. ff. de condit. & demonstr.* Flamin. Paris. *de resident. quæst. 65. num. 13.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 8. lit. V. conclus. 165.* ac etiam attendenda semper est, quia ad hoc inventa sunt jura, ut verum à falso, æquum ab iniquo discernatur, *l. 1. ff. de just. & jur.* Butr. *cons. 27. numer. 2.* Flamin. Paris. *d. tract. de resident. quæst. 46. n. 61.* Card. Tusch. *d. lit. V. conclus. 166.*

XX.

Veritas prævalet existimationi, seu opinioni, & plus valet, quod in veritate, quam quod in opinione consistit, *l. regula 9. §. qui ignoravit, 4. ff. de jur. & fact. ignorant. l. 4. §. quoties, 1. ff. de manumiss. vindict. l. 2. §. si pupillo. 15.* ibi: *ut his plus sit in veritate, quam in existimatione mentis. ff. pro emptor. §. si quis rem suam. 11. Inst. de legat* [*c. nuper 4. extr. de bigam. non ordin. c. cum 18. extr. de re judic. c. per tuas 12. qui fil. sint legitimi.*] Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 31. num. 4.* Brunor. à Sole *in loc. communib. verb. veritas. n. 45.* Mendez à Castro *in prax. Lusitan. lib. 2. c. 3. n 19.* [Declarant quidem Dd. hoc brocardicum, ut procedat in his, quæ in solo animo non consistunt, sed in facto, prout sunt legata, in quibus factum requiritur: non vero obtineat, quando versamur in illis, quæ in solo animo consistunt, ut est aditio hereditatis, quæ solo etiam animo fieri potest, & tunc magis inspici opinionem, quàm veritatem, patet *ex l. is qui putat 15. ff. de acquir. hered.* ibidemque Roman. Mynsi. *in d. §. si quis rem suam. ibiq;* Borcholt. Johan. Baptist. Scurus *in fin.* Giphan. *Instit. de legat.* Theodor. Straithman. *in suis antinom. leg. civil. contrar. 27.* Bellon. *contr. 22.* quam distinctionem tamen (licet communiter receptam) pati aliquam difficultatem, advertit Nicol. de Passerib. *in conciliat. Legum. ad l. is qui putat 15. ff. de acquir. hered. pag. mihi 459.* qua de causa Bachov. *ad §. si quis rem suam. Inst. de legat.* arbitratur regulam certam dari non posse: sed pro diversitate casuum aliter atque aliter constituendum esse, vid. hac de re Pac. *5. q. 2. 95.* quin imo falso Ulpiano adscribi, quod *in d. l. is qui putat. ff. de acquir. hæred.* regula constituatur, plus videlicet esse in opinione quam in veritate, cum dictum illud duntaxat referatur ad casum illius Legis, observavit Ferand. Adducus, ubi elegantissimè resolutis etiam quibusdam contrariis demonstrat, *lib. 1. suar. juris explicationum. ad d. l. is qui putat. ff. de acquir. hered.*

XXI.

Veritas est basis, fundamentum, seu mater justitiæ, Gig. *cons. 2. num. 6. cum seqq.* Bald. *cons. 343. colum. penult. lib. 1.* Roland. *cons. 47. num. 11. vol. 3. & cons. 88. numer. 2. eodem volumine. & consil. 32. num. 34. & consil. 46. num. 3. vol. 4.* Aloys. Ricc. *in praxi rer. fori Ecclesiast. decis. 234. num. 6. in 2. edit.* [res solidissima murusque inexpugnabilis, Afflict. *decis. 235. num. 7.* vincens omnia, *3. Esdr. c. 4. c. veritate & seq. distinct. 8.* Roland. à Valle *consil. 5. num. 19. cons. 33. num. 41. lib. 4.* Bald. *in l. eos. C. de testib.* & plura congerit Card. Paris. *consil. 54. num. 19.* Socin. *cons. 201. col. 1. inter Consil. Curt. senior. 260.* de quibus meminit Osasch. *decis. 30. num. 1. mater justitiæ.* Bald. *in l. libertinis ff. de statu hom.* Hier. Giach. *de syndicat. cons. 1. n. 276.* cum maneat & invalescat in æternum, & vivat ac obtineat in secula seculorum, *c. pen. dist. 8.* superat enim omnes præsumptiones, *l. in rebus 30. C. de jure dot.* Socin. *cons. 164. visa bulla num. 11. vers. sed ad hanc objectionem. volum. 2.* Pacian. *cons. 52. num. 49.* cum, teste Isidoro *de summo bono*, magna sit vis veritatis, quæ omnia ingenia, astutias & calliditates superat, quæ contra facta simulataq; figmenta se ipsam defen-

dit, quæ denique post Deum est colenda. Vult. *3. cons. Marp. 21. n. 1.* atque hanc ob causam dici solet, quod judex omnibus modis laborare debeat, ut veritatem inquirat & inveniat, *l. is apud. 2. ubi Dd. C. de edend. l. unic. in fin. C. de dedit. libert. toll. Auth. qui semel C. quomodo & quando Judex.* Roland. à Valle *cons. 32. num. 39. vol. 4.* imò eam juvare, &, quantum in ipso est, in lucem producere per *l. illicitæ 6. §. veritas 1. ff. de offic. Præsidis* probat Bald. *cons. 406. in fin. vol. 1.* totisque etiam viribus sequi, addunt Laurent. de Pinu *consil. 34. n. 5. & cons. 67. n. 1.* Riminald. jun. *consil. 15. n. 50. & cons. 77. n. 43. vol. 1.* Cephal. *cons. 569. numer. 7. vol. 4.* Corn. *cons. 189. in fin. vol. 4.* Unde & hujus sectatores DEO placere, refert *Gloss. in l. puniri C. si contra jus vel util. publ.* siquidem veritas est judicis oculus juxta Viv. *decis. 189. in fin.* cui pro posse debet adhærere, quam occultare, peccatum esse mortale dicitur *c. 1. de crimin. falsi. c. quisquis 80. 11. quæst. 3.* Panorm. *c. 1. de testib. cog. gloss. in cap. dilectorum. verb. criminibus. eod.* Vult. *3. cons. Marpurg. 29. numer. 81.* Volckman. *p. 3. de art. Notar. cap. 27.* Carpzov. *de proceff. tit. 13. artic. 6. n. 32.* iram itaque Dei super se provocat, qui veritatem opprimi prospiciens, eam pro viribus non defendit, *d. c. quisquis 80. 11. q. 3.* non solum enim est proditor veritatis, qui transgrediens veritatem, & palàm pro veritate mendacium loquitur, sed etiam ille, qui non liberè veritatem defendit, quam libere defendere convenit, *c. nolite 86. 11. q. 3.* Hinc propter persecutionem futuram Dd. abstinere ab enunciatione veritatis non debent, *c. si Rector. 1. c. scimus. 2. dist. 43.* Catald. de Boncomp. *in tract. de potest. Pap. n. 1. & 2.* & de veritate pro viribus defendenda multa congessit Nevizan. *in sylv. Nupt. lib. 5. num. 112. usq. ad n. 119. & concl. 34. n. 6.* add. Phil. Port. *consil. 162. n. 58.* Dec. *cons. 151. in princ.* Socin. jun. *cons. 76. n. 1. & cons. 127. n. 1. lib. 1. cons. 41. n. 1. 2. & 3. & cons. 134. n. 1. & 2. lib. 3.* Ludov. Zundt. *in resp. pro Uxor. n. 39.* ac proinde etiam facilius sustinentur illa, quæ ab initio partem licet modicam veri habuerint, quam si prorsus inania & nulla fuerunt, *arg. l. 76. de legat. 2. si quis donationis 38. ff. de contrab. empt.* Langenbeck. *in annotat. leg. cap. 3. in fin.*] ac proinde semper illa prævalet, eiq; cedunt omnia, Roland. *cons. 11. n. 2. & 3. l. 3.* Menoch. *de præsumpt. l. 1. quæst. 31. n. 4.* & omnia vincit, *cap. veritate, 4. 8. dist.* Roland. *cons. 5. n. 19. & cons. 33. n. 41. lib. 4.*

CAP. XIII.

Vestis.

Vestes non ornandi, sed tegendi corporis causa sunt comparatæ, *l. quamvis 26. de aur. legat. ibique* Wesenb. *n. 3.*

CAP. XIV.

Vetera, Vetustas. *vide* Antiquum.

Axioma I.

Vetera novis sunt præferenda, *l. pen. de vacat. & excus. muner.* ita etiam veteris juris auctores imo & Dd. præ modernis laudat Ant. Tessaur. *decis. Pedemont. 184. n. 7.* Auctores enim moderni non ita accurate cernunt, inquit *text. 1. Feud. 7.* Joh. Petr. Surd. *in præfat. vol. 1.* E. contrariò Beza *in epist. dedicat. versionis Nov. Test. Anno 1537.* scribit hanc ætatem multo clariores ac doctiores tulisse interpretes, quam antea unquam, repetita usque ab Apostolorum temporibus memoriâ Ecclesia, *vers. hæc me igitur causa.* Laurent. Vall. *lib. 2. Elegant. præf.* ex Prisciano (cujus verba sunt hæc: Auctores (Grammatices) quanto sunt juniores, tanto perspicaciores & ingeniis floruisse & diligētia valuisse, omnium eruditissimorum judicio confirmatur) ait Vetustissimos quosque (artis Grammaticæ) maxime erasse; recentissimos verò & ingenio & diligentia longe prævaluisse, cujus loci etiam meminit Alphons. Salmeron. *disp. 51. super cap. 5. epist. ad Rom. p. 468.* & alii Jesuitæ, quos taxant Theologi Saxon. in der Haupt-verth. *c. 25. f.* vid. judicium Carpzov. *6. resp. 70. n. 6.*

Ii.

Vetustas vim Legis constitutæ & conventæ obtinet, quam quisque rei suæ dicere potest, *l. 20. de pact. dotal. l. 1. §. fin. ff. de aq. pluv. arcend.* Wesenb. *in parat. ff. de servit. numer. 5. p. 510.* Honthem. *lib. 3. c. 5. de arte Notar. num. 24.* Gail. *2. Obs. 68. num. 2.* Cons. Argent. *1. consil. 2. num. 191.* ubi dicitur vetustatem semper pro Lege haberi, eamque solennem esse. Est enim ea optima Legum interpres *l. 17. ff. de LL.* Concennat. *quæst. 1. lib. 4. num. 2.* Unde vetustatem temporis, cujus initii non extat memoria, tantum posse quantum Imperatorem cum causa, dixit Andr. de Isern. *in tit. quæ sunt regal. in verb. flumina navigabilia. col. 2. vers. item ducere aquam, de flumin.* quem allegat Regner. Sixtin. *3. cons. Marpurg. 11. numer. 32.* imo tantam esse ejus potestatem, ut possit jus quæsitum auferre, adeoque prorsus quod Legibus est constitutum remittere, & abrogare, Bart. & Raphael. Fulgos. *in l. fin. col. 1. vers. aut vult mihi auferre. C. si contra jus vel util. public.* Bart. *in l. verberatum §. 1. ff. de rei vindic.* Anton. de Butr. *in c. quæ in Ecclesiarum, vers. si quæratur an possit statuere de Constit. ubi* Imol. Johann. Andr. Cardin. Felin. Bald. *in l. fin. vers. sed immediatè oppono. C. sent. rescind. non poss.* Cyn. *in l. rescripto circ. fin. C. de precib. Imp.*

Imp. offerend. Angel. *conſ. 139. col. pen. in verſ. non etiam poteſt civitas.* Regner. Sixtin. *d. conſ. n. 33.* quamobrem & in aquæductibus, fluminibus, torrentibus aquis & commoditatibus aquarum, ut & in paſcuis, pontibus, molendinis ſemper vetuſtatem eſſe cuſtodiendam, aſſerit Weſenb. *conſ. 87. num. 2. p. 2.* quam regulam etiam perpetua mente tenendam eſſe, cum per eam plures quæſtiones decidi poſſint, poſt Cæpol. *de ſervit. ruſt. præd. c. 4. n. 25.* refert Rauchbar. *p. 2. quæſt. civil. & Saxon. q. 27. n. 9.*

III.

Vetuſtarum legum licet uſus nullus ſit, notitia tamen neceſſaria videtur, *c. fuerunt. 2. diſt. 7.* quas vetuſtate atq; incuria paulatim obſoleviſſe, *text. eſt in c. fuerunt 2. diſt. 7.*

IV.

Vetuſta licet & vulgata ſit conſvetudo, veritati tamen omnino eſt poſtponenda, *c. ſi conſuetudinem 5. diſt. 8.* Vetuſtas enim erroris eſt conſvetudo ſine veritate, *c. conſuetudinem 8. diſt. 8. vid. ſupr. c. præced.*

V.

Vetus jus innovatur, *c. pen. extr. de Conſang. & affin.*

CAP. XV.
Via.

Axioma I.

Viæ ſunt perpetui fines jurisdictionis, Bald. *in c. ex literis n. 9. de probat.* Franciſc. Marzan. *quæſt. III. n. 5. p. 2.* Bertazol. *1. conſult. deciſ. conſil. 41. Via. n. 14.*

II.

Per eam partem incedendum eſt, per quam ingredi moris eſt, *l. 4. §. 4. de offic. provinc.*

III.

Viam, quam quisque ſibi elegit, ſequi debet, *l. ſi mulier. 21. §. fin. ff. quod met. cauſ. cap. cum omnes. 6. circa fin. de conſtit. c. quod ſemel 21. de reg. Jur. lib. 6. facit textus l. ſi cui 9. ibi:* quo primum viam direxiſſet, ea demum ire agere deberet, nec ejus amplius mutandæ poteſtatem haberet: argumento rivi, quem quolibet ducere licuiſſet, poſteaquam ductus eſſet, transferre non liceret, quod & in via ſervandum eſſe verum eſt, *de ſervitut.* P. Frider. *de proceſſ. lib. 2. cap. 42. n. 18.* Surd. *conſil. 377. num. 3.* Farinac. *in praxi crimin. p. 6. quæſt. 175. num. 109.* Mar. Antonin. *var. reſolut. lib. 2. reſol. 17. num. 8.* Sigism. Scacc. *de appellat. q. 17. limit. 9. num. 45. verſ. Ratio.* Pantſchman. *2. quæſt. 3. num. 24.* Joan. Maria. Novar. *quæſt. forenſ. lib. 1. q. 44. n. 5. verſ. ad quodammodo* (ſortem enim cui quis ſe ſubjecit, ut ferat æquum eſt, *arg. l. non exigimus 2. §. 8. & 9. ſi quis caut.* Hartm. Piſtor. *2. quæſt. 24. num. 37.*) Et ideo via una electa, non poteſt ad aliam recurri, ut per Steph. Grat. *Marchiæ deciſ. 4. n. 72.* Sigism. Scacc. *d. tract. de appellat. q. 17. limit. 9. num. 45. & de commerc. §. 7. gloſſ. 5. numer. 11. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *p. 2. deciſ. 280. à num. 4.* Marta *de jurisd. p. 3. cap. 4. num. 21.*

IV.

Via quod una prohibetur, non debet alia aliquo colore admitti, *l. nec per ſe. 11. C. de hæred. inſtit.* Joſeph. de Seſſe *Aragoniæ deciſ. 28. n. 11.* (fac. *l. ſcire oportet. 21. §. 1. de tut. dat. l. cum hi 8. §. ſi cum his 20. de transact. c. cum quod una de R. I.* ratio eſt, ne legi fraus fiat, *l. ſi quis patremfam. 3. §. is autem 3. ad SC. Macedon.*)

(Declara hanc regulam procedere in his, ubi quis viam aliquam elegit ſeu ivit obligatoriè quod illam perſequi velit, non autem in his, quæ quis pro libitu, quia à merâ ipſius voluntate pendent, deſerere poteſt. v. g. teſtamentis, appellationibus, procuratorum conſtitutionibus. Sichard. *ad. l. 20. C. de procur. n. 1.*)

V.

Viam nemo videtur eligere, per quam judicium ſuum ſubvertatur, *l. 3. verſ. nec credendus. ff. de milit. teſtam. l. quoties 13. ff. de reb. dub. l. quoties. 48. ff. de verb. ſignif.* cum aliis adductis per Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 1.* & Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſ. 4. per totam.*

VI.

Via eſt admittenda, per quam ad jus commune reditur, *l. ſi unus, 27. §. pactus ne peteret, 2. ff. de pact. cap. ab exordio 35. diſt.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. differentiæ inter privilegium. 6.* Covarr. *lib. 3. var. cap. 6. num. 4.* Gutier. *conſil. 1. num. 37.* Monet. *de opt. canon. c. 8. num. 39.* ubi quod facilis eſt reditus ad Jus commune. Unde diſpoſitionem, quia revertimur ad Jus commune, favorabilem aſſerunt gloſſ. *verb. numerandum. in cap. ſtatutum. de præbend. lib. 6.* Alex. Raud. *de ſucceſſ. Regni Portugal. reſponſ. 2. n. 42.* Anton. a Souſa *in relect. de cenſur. Bullæ in Cœna Domini. cap. 16. diſp. 83. n. 6.*

CAP XVI.
Vicinitas, Vicinus.

Axioma I.

Vicinitatis cauſa multa conceduntur, etiam contra jus commune, quæ aliàs non concederentur, *c. quoniam 14. ibidemque gl. 12. q. 1. c. cum longe 25. ibique gl. diſtinct. 63. & in cap. 1. de conſecrat. Eccleſ. in 6.* Marant. *quæſt. legal. diſp. 8. num. 33.*

II.

Vicinus non præsumitur facta vicinorum ignorare, sed scire, *l. de tutela §. C. de in integr. restit. minor. l. 3. unde Cognat. c. paratus 23. q. 1. & ibi gl. in verb. nescire. text. in l. 4 in pr. ff. de flumin. ibi: æstimatione circumcolentium. c. quosdam. 7. de præsumpt. & ibi Felin. num. 1. & in c. literis n. 2. & num. 5. eod. tit.* Jason *in l. 1. num. 19. ff. si cert. pet. & in l. is potest num. 71. ff. de acquir. hered.* Vicinitas enim parit præsumptionem notitiæ facti loci vicini, *d. c. quosdam 7. extr. de præsumpt.* ac præsumitur scientia gestorum, *c. quanto 8. ext. de præsumpt.* Petr. de Ancharan. *consil. 170. incip. principaliter n. 5.* Curt. sen. *cons. 82. n. 4.* Cons. Arg. *2. num. 135. lib. 1.* Vult. *1. cons. Marp. 15. n. 86.* Anton. Gabr. *in tit. de præsumpt. concl. 6. lib. 1.* & vicinia arguit qualitatem rei. Menoch. *cons. 395. numer. 9.* Vult. *2. cons. Marp. 30. n. 156.* non tamen facit vicinitæ rumor probationem, *c. super 5. extr. de eo qui cognov. Consang.* ita vicinum præsumi scire an ejus vicinus sit bonæ vocis, conditionis & famæ, infert Felin. *in c. literis de præsumpt. per text. in c. si postquam 33. de Elect. in 6. c. cum dilectis 15. de purgat. Canon.* vel etiam cujus ætatis sit vicinus, Menoch. *lib. 2. de præs. 51.* Farin. *de præsumpt. testib. q. 70. n. 171.* item quod sit filius vicini, *arg. l. filium 6. ff. de his qui sunt sui vel alien. Jur.* vel quod sit hæreticus in genere, Farin. *de testib. q. 70. n. 170.* Socin. *in l. 1. ff. si cert. petat. num. 17. & ibi* Ripa *num. 55.* blasphemator, Bolognet. *in d. l. 1. n. 21.* fœnerator, Purpurat. *d. l. 1. num. 103.* & quæ sunt similia.

Limita I. nisi quando probaretur vicinum non conversari cum vicino solitum, Socin. *cons. 187. num. 22. lib. 2.* Dec. *in d. l. 1. n. 59. ibique Rip. numer. 46.*

Limita II. quando tempore actus fuisset absens, idem Ripa *in d. l. 1. n. 46. &* Bolognet. *n. 32. vers. item posset esse.*

Limita III. in vicino novo, Alex. *in l. is potest n. 14. de acquir. hered.* Menoch. *de præsumpt. 24. lib. 6. n. 40.*

Limita IV. si minor deponat de ætate majoris, Ripa *d. l. 1. n. 46. in fin.*

Limita V. quando deponatur super negativa, idem *in c. cum Ecclesia n. 88. de caus. propriet. & possess.*

Limita VI. quando resultaret delictum, nam ad illud evitandum error potius, quam scientia præsumitur, Ruin. *cons. 100. n. 5. lib. 3.* & in specie de adulterio exceptionem firmat Bursat. *consil. 70. incipit quoniam. num. 22. & 24.* Besold. *3. cons. 110. n. 8. & 9.*

Limita VII. quando conjecturæ essent in contrarium, Menoch. *de præsumpt 24. n. 42.* Unde Plautus in Mercatore:

Vicinum habere nunquam malum est.
Nunc ego verum illud verbum experior vetus,
Aliquid mali esse propter vicinum malum.

Siquidem non raro vicini ædificando solent injuriam facere vel avaritia vel errore vel temeritate quadam impulsi, Wesenb. *d. O. N. N. n. 3.* quamobrem ratione mali vicini res esse dicitur minoris pretii, *l. quod sæpe 35. in fin. ff. de Contrab. empt. ibique gl. in verb. confinem.* Jason *in l. 1. §. si heres. num. 11. in 2. lectum. ff. de SC. Trebell.* vid. latissimè Gail. *2. observ. 69. n. 20. & seqq.* pulchre de commodis & incommodis vicinorum Columell. *lib. 1. de re rustic. c. 3. &* Erasm. *4. cent. 5. in pr.* & Plutarch. de Themistocle scribit, quod dum prædium venderet, proclamari jussit, se bonum quoque vicinum habere, ὅτι καὶ ἀγαθὸς ἔχει γείτονας. vid. Plin. *lib. 18. cap. 5.* Mantuan. *sing. 7. numer. 3. incip. vicinum.* add. & Bald. *in l. 1. num. 8. C. qui testam. fac. poss.* Jason *in l. ex hoc jure num. 10. ff. de just. & jur. & ad rubr. C. Ne fisc. vel Respub. num. 2.* hinc etiam bella, quæ à vicinis inferuntur, omnium dicuntur periculosissima, *l. 2. §. post deinde ff. de orig. jur.* Zas. *ibid. in verb. acriom. arg. l. cum oportet. 6. §. 2. vers. sin autem in fin. C. de bon. quæ liber.* Gail. *2. obs. 69. num. 19.* Ob vicinitatem etiam sæpe quem puniri, addit Bern. Panorm. *in cap. super specula. de privileg.* exemplo nobis sunt urbes regiæ Adama & Seboim, quæ ob vicinitatem cum Sodoma & Gomorrha deustæ sunt, *c. sedet continuo 46. de pœn. dist. 1.* Panorm. *in c. clerici de Excess. Prælat. vid. & clem. 1. de pœn.* quinimo ubi auctor facinoris ignoratur, contra vicinum præsumitur, *l. Dominus horreum 55. ff. locat. ubi* Bart. *& in l. si in §. ult. ff. de fund. instruct.* Socin. sen. *cons. 54. col. pen. lib. 3.* Grammatic. *cons. 22. numer. 4.* Marsil. *in prax. crim. §. diligenter num. 79.* Blanc. *in l. ult. num. 413. de quæst.* Foller. *in prax. crim. p. 2. numer. 18.* Tiraq. *de pœn. leg. caus. 23. num. 10.* Menoch. *2. arb. judic. cas. 223. n. 5. ubi de vicinis per tot.*

III.

Vicino in loco factum præsumitur notum, quod notum est in remoto, *c. quando 8. extr. de præsumpt.*

IV.

Vicino vel proximo cuilibet licet contra vim auxilium impertiri: imo qui potest & negligit, videtur injuriam facere & culpæ particeps esse, *c. dilecto 6. §. quidem. de sent. excomm. in 6.*

CAP. XVII.

Victoria. Victus. Vincens. Vincere.

Axioma I.

Vincere is dicitur qui potiora ex legitimis modis jura docet, *l. fin. vers. sin autem ibi: possessio acquiretur ei, qui potiora jura ostendit. C. de edict. D. Adr. toll. gloss. in l. quamvis. 2. C. eod.* Achil. Personal. *de adipisc. possess. n. 398. vers. quæ conclusio verb. & mittitur in possessionem.* Gœdd. *l. 3. cons. Marp. 32. n. 122.*

II.

Non omnis qui vincitur, sed qui temerè adversario litem intendit, damno expensarum affici debet, *l. 76. ubi gl. & Costal. ff. de judic. c. finem litibus. 5. de dol. & Contum.* quando itaque dicitur victum victori in expensas condemnandum esse, *l. properandum. 13. §. sin autem 3. C. de judic. c. calumniam 4. extr. de pœn.* Socin. *reg. 181.* Duen.

reg.

reg. 626. Damaſ. *reg. 104.* Corat. *3. opin. Comm. c. 10. num. 10.* intelligendum id erit tum, ſi nimirum malam cauſam habeat, Vult. *1. conſ. Marp. 19. n. 64.* quod ſi enim ſuccumbens de intentione aliquid probaſſet, vel ſi religioſa & honeſta, vel juſtam cauſam habuiſſet, ſecus dicendum foret, *cap. mulieri 34. de jurejur. c. 2. de oper. nov. nunc.* Socin. *reg. 181.* Fachin. *1. cont. 41. & 42.*

III.

Victoria non eſt in advocato, ſed in judice, *l. 1. de abolit.* dubius enim eſt litis eventus, *l. 51. de pecul.* nec ſemper laborem ſequitur effectus, *c. niſi 10. §. quippe de renunc.* nec debet ſe certum aſſerere, ubi certus eſſe non poteſt, *c. cum contingat 24. de reſcript.* Farin. *q. 111. art. 12. numer. 28.* Bart. Arg. *c. 23. l. de offic. boni advocati.* cum victoria litis ſæpe ſit à caſu, *l. 6. §. 1. ibi: & caſu obtinuerit. de inoff. teſtam.* Obtinent enim quidam victoriam litis non tantum juſtitia vel Legis auxilio, ſed etiam gratia, *l. denunciaſſe. 17. §. 6. ad L. Jul. de adulter.* cum poſſet reus & inimicitiis opprimi vel falſis argumentis teſtibusque ſubornatis apud præſidem gravari *d. §. 6.* imo etiam is, qui malam cauſam habet, poteſt tamen caſu obtinere, *l. poſthumus 6. §. 1. de inoff. teſtam.* Unde & Dd. ſententiam judicis ſive bonam ſive malam inter caſus fortuitos enumerant. Et viciſſim, qui optimam cauſam habet, poteſt aliquo caſu ſuccumbere: caſum intellige, non tantum ſordes, gratiam vel fortè imperitiam judicis, ad facti circumſtantias non ſatis prudenter attendentis, *l. ſi per imprudentiam 51. de Evict. l. 67. de fidejuſſ. l. 65. §. cum Prætor. 2. ad SC. Trebell.* Ant. Fab. *ad l. 8. §. 1. de condict. ob turp. cauſ.*

IV.

Victo debetur miſericordia, dummodo non timeatur turbatio futura, *cap. noli. 23. q. 1.*

V.

Vincitur utiliter, cui licentia peccandi tollitur, *c. panctus in fin. 23. q. 1.*

VI.

Vincens vincentem te multo magis vincit te, *l. de acceſſionib. 14. §. & ſi mihi pignori 3. ff. de diverſ. & temporal. præſcript. l. æquiſſimum. 5. ff. ad Tertull.* gloſſ. *verb. proximis. in auth. defuncto. C. ad Orfic.* Socin. *conſil. 212. in princ. lib. 2.* ubi declarat per plures caſus, Roman. *conſil. 383. In propoſito caſu. verſ. ſecundo principaliter. lib. 2.* Caſtrenſ. *conſil. 2. col. penult. in princ. verſ. eodem ergo modo. lib. 2.* Thom. de Thomaſſet. *in floribus legum, reg. 282.* Everhard. *in topic. legal. loco 67.* Alexand. Raudenſ. *de ſucceſſ. Regni Portugall. reſponſ. 2. num. 117.* Surd. *conſil. 125. num. 14. & conſil. 138. num. 18. & 19. & conſil. 416. num. 2. & 26.* ubi declarat latè Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 8. lit. P. concl. 208. per totam.* Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 10. tit. 7. num. 6.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 154. num. 36. & cap. 157. n. 2.* Narbona *l. 59. gloſſ. 1. num. 30. & 41. tit. 4. lib. 2. Recop.* (Carpzov. *2. p. conſt. 28. def. 175. num. 7.* Rauchbar. *p. 1. quæſt. 4. num. 12.*

Intellige, quando ille, qui te vincit, & tu eſſes is, ejusdem generis, rationis, ordinis, ut declarat Oldr. *conſ. 198. Circa primum col. 2. num. 6. verſ. ad brocardicum*, ubi pariter intelligit procedere, quando ego, qui vinco te, habeo cauſam à te, quia ſi vinco te, multo magis alium, quem tu vincis. Intellige etiam, ubi victus vincitur ex eodem jure, non autem ex diverſo, ut fuit deciſum in Rot. apud Farinac. *deciſ. 59. numer. 2. in fin. p. 1. recent.*

Limita in diverſo caſu, quia ſi vinco te ad capillos, tu vincis alium ad brachia, non vincam ad taxillos, vel brachia illũ, quem tu vincis. Bart. *in l. Cornelius. col. 2. verſ. veni ad ultimam. ff. qui potior. in pignore habeantur*, quem refert Cardinal. Tuſch. *d. lit. V. concl. 208. num. 13.* ubi *num. 15.* poſt Oldr. *loco* proximè *cit.* limitat etiam in diverſo genere, diverſa ratione, & diverſo ordine; ac *n. 16.* poſt Ang. *conſil. 252.* limitat quoque, quando non eſt eadem ratio excluſionis in omnibus.

An autem, & quando procedat hujusmodi Axioma in ſucceſſionum, & aliorum actuum materia? Vide Covarr. *lib. 1. variar. cap. 7. num. 3. verſ. item adverſus.* Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 5. num. 16.* Gabr. *commun. lib. 4. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. concluſ. 4.* Philip. Port. *lib. 3. reg. 27.* Decian. *conſil. 13. num. 38. lib. 3. & conſil. 58. num. 20. lib. 5.* Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 10. tit. 7. num. 6.* Menoch. *conſil. 4. numer. 33. & conſil. 126. num. 25. & conſil. 234. num. 16.* Caſtill. *lib. 3. quotidian. cap 30. per totam.* Mangil. *de imput. quæſt. 86. num. 13. verſ. præterea dicta regula non procedit.*

CAP. XVIII.
Vidua.

Axioma I.

Vidua cenſetur in priori matrimonio tamdiu ſtare, quamdiu alteri non eſt nupta, *l. fin. C. de bon. quæ lib.* Vidua enim viva imago viri defuncti remanet, Gutierez. *lib. 2. canon. q. 12. num. 2.* Azeved. *lib. 6. tit. 1. leg. 1. num. 93.* Cæſar. Bart. *de cad. 129. num. 33.* Pfeil. *conſ. 78. num. 161. cent. 1.* Unde etiam domicilium, forum & familiam retinet, quamdiu ſtatum vidualem ſervat, Paurmeiſter *2. de juriſdict. c. 9. num. 42.* Schrader. *de feud. p. 9. c. 2. num. 5.* Zanger. *de Except. c. 1. num. 57. p. 2.* Guid. Papæ *deciſ. 339. n. 2.* Cephal. *conſ. 520. num. 48. lib. 4.* & in matrimonio perſeverat, *l. fin. C. de*

C. de bon. matern. l. fin. C. de V. S. l. 1. §. 7. vers. Exactio. C. de rei uxor. act. Faber *in C. l. 9. tit. 28. defin. 22. num. 12.* Palvez. *de majorit. p. 1. q. 51. numer. 34.* Cephal. *conf. 423. num. 68. lib. 3.* Amat. *decis. 72. numer. 17.* Gvid. Papæ *decad. 349. num. 2.* qua ratione fictè eam tantum in mariti proximè defuncti matrimonio existere dicitur, *l. fin. C. de bon. matern.* Vult. *3. conf. Marpurg. 34. num. 170. vid. l. 13. C. de legitim. hæred.* Bœkel. *de public. judic. disqvis. 5. num. 18.* ita vidua nobilis ex privilegio benè nobilitate fruitur, ac retinet privilegium, neque ad tributa plebejorum atque collectas alias incessitur, Tiraq. *de nobilit. cap. 181. num. 5.* In foro tamen Saxonico marito mortuo ad statum nativitatis & familiæ eam redire ex **Landrecht.** *l. 3. artic. 45.* asserit Bœkel. *de public. judic. disqvis. 5. n. 18.*

Declara, hoc brocardicum non esse accipiendum respectu ipsius matrimonii, siquidem id morte est solutum, unde nec uxor amplius, sed vidua defuncti dicitur: verum respectu consequentium nonnullarum qualitatum, retinet namque vidua honorem, dignitatem, forum, domicilium & privilegia mariti, *l. fœminæ 8. ibi: fœminis enim. de Senator.* Finckelthus. *disp. feudal. 10. contr. 12.*

II.

Vidua dicitur, cujus vir mortuus est, *c. vidua. pen. distinct. 34.* Abbas *in c. ex tenore. in fin. de for. compet.*

Intellige propriè & in stricta significatione, improprie enim quælibet virum non habens vidua dicitur, *l. malum 242. §. viduam. 3. ff. de V. S.* Unde & mulierem illam, quæ virum habet inutilem sibi, vel absentem, post gloss. *in l. fin. in verb. orbitantes. C. de plagiariis* annumeravit Bald. *ibid.* vid. Cons. Arg. *1. Conf. 46. n. 13.*

CAP. XIX.
Vigilantes, Vigilantia, Curiositas.

Vigilantia nunquam culpabilis est: Vigilantibus enim jura scripta sunt, *l. pupillus. 24. in fin. quæ in fraud. credit. l. summa. 21. vers. sed etsi in fin. pr. de peculio.* sed imo aliquando etiam necessaria est curiositas, **daß man etwas grittlicht ist.** Sic enim curiosos esse creditores oportet, in quam rem scil. mutuam pecuniam rogentur: alioquin per incuriam vel non curantiam eis persæpe fraudi foret, *l. 8. §. si sic accepit. de in rem vers. l. ult. de Exerc. act.* Sic & curiosos oportere esse emptores ait *l. 2. C. de furt.* vid. Cujac. *in recit. ad l. 5. C. de furt. pag. 636. C.*

CAP. XX.
Vigor.

Vigor non sit rigidus in judice, nec mansuetudo dissoluta, *cap. ex parte 7. extr. de testib.*

CAP. XXI.
Vilitas.

Axioma I.

Vilitatem rei familiaris detegere incongruum est, *l. 2. C. quando & qui part. lib. 10.* Dominic. *in cap. quanquam §. cæterum. in fin. de Usur. in 6.* Ludov. Gomez. *ad §. item Serviana. Instit. de action. n. 30.*

II.

Vilibus & indignis portæ dignitatis non patent, *c. inter. 11. ext. de Excess. Prælat.* unde etiam nec vilibus testibus creditur, *c. tam. 33. extr. de test.* neque etiam tales contra Clericum pro testibus recipiuntur, *c. ex parte 7. extr. de testib.*

CAP. XXII.
Vinculum.

Axioma I.

Vincula duo fortius ligant, quam unum. *Auth. itaq; C. comm. de succes. gl. in c. verum. de Condit. appos. l. pen. §. si vero. C. de adopt. cap. 1. extr. de Treug. & Pac.* Bald. *in l. 1. col. pen. C. de furt.* Anton. Natta *conf. 74. num. 6.* Johan. Petr. Surd. *conf. 31. num. 6.* Johann. Gœdd. *1. Cons. Marp. 28. n. 68.* Duplex enim vinculum causa alicujus rei efficacissima esse solet ad aliquid operandum, si præsertim accedat ad illiud, quod aliàs per se non parum operaretur, *arg. §. si vero pater naturalis. Inst. de adopt.* ubi Angel. Faber, Bart. & Dd. *in l. batista. ff. ad SC. Trebell.* ita duas rationes unam vincere refert Bald. *in l. pater filium num. 6. C. de inoff. testam.* & fortius esse jus, quod duabus firmatur radicibus, quam una sola, addit Schurff. *conf. 91. præmissa num. 4. cent. 1.* Wesenb. *2. conf. 82. num. 18.* ubi hoc & in materia successionis obtinere ait *per §. 1. Auth. de Conf. & uterin. Auth. itaque C. Commun. de succes. Auth. cessante Auth. post fratres. C. de legitim. hered. §. reliquum. §. his autem. in Auth. de hered. ab intestat.* ubi statuitur, quod nedum fratres utrinque conjuncti, sed horum etiam filii excludant fratrem consanguineum utpote à patre tantum, & sic uno solum à latere conjunctum, quod & fusius probant Matthesilan. *de succes. ab intestat. art. 3. princ. num. 8. 9. 10. 14. & 15.* Anton. Rosell. *in eod. tract. n. 88. pag. m. 717.*

II.

Vincula ubi paria sunt, primum tenet, secundum non obligat, *c. sicut 22. extr. de sponsal.* & nisi fortius vinculum superveniat, juramentum primo factum servandum *d. c. 12. de spons.* Vinculum enim fortius semper rumpit minus, *c. veniens. 13. extr. eod.*

CAP. XXIII.
Vindicatio.

Axioma I.

Vindicari iterum non debent crimina semel dimissa, *c. de his 6. extr. de accusat.*

II. Vin-

II.

Vindicatio & restitutio rei ei non competit, qui possidet, *cap. examinata 15. extr. de judic.*

III.

Vindicatione rei cum agitur, semper specificari debet res, non generaliter peti. *c. significantibus 2. extr. de libell. oblat.*

IV.

Ubi rem meam invenio, ibi eam vindico. *l. 1. C. de rei vindic.*

V.

Quale dominium, talis vindicatio inde oriunda, quia talis est effectus, qualis est causa. Ita ergò vindicatio alia est directa, alia utilis *l. 23. pr. ff. de R. V. l. 16. §. fin. ff. de pign. act.*

VI.

Quoties in rei vindicatione concurrunt dominus directus & utilis, toties hic est præferendus, quia huic debetur possessio & fructuum perceptio.

VII.

Quotiescunque dominium utile non est extinctum, toties domino directo contra illum, qui habet dominium utile, nulla datur vindicatio. Quia illi, cui comperit dominium utile, debetur possessio, hæc autem sine causâ ipsi adimi non debet. ut extincto dominio utili, v. g. emphyteutâ Canonem non solvente, dominus directus rem Emphyteuticariam ab ipso vindicat arg. *l. 1. & 2. si ager vectigal.* idem obtinet, si superficiarius salarium in recognitionem dominii promissum per aliquot annos non solvat.

CAP. XXIV.
Vindicta. Ultio.

Axioma I.

Vindicta exerceatur gravior, ubi major est culpa, *c. excommunicamus 13. §. credentes. extr. de hæret. l. latores 4. extr. de Cleric. excomm. c. ult. extr. de excessib. Prælat.*

II.

Vindicta non est inferenda. *§. 1. in princ. 23. quæst. 4.* Ea enim non est sumenda, sed injuria propulsanda. *c. significasti 18. extr. de homicid.* cum vindicta, quæ fit animo ulciscendi, omnibus prohibeatur. *c. ita plane. c. hæc autem §. ex his 23. q. 4. c. nisi c. panatus 23. q. 1. nullus 14. C. de judæis.* Exceptio est in specieb. *l. 1. & 2. C. quando liceat unicuique se vindicare, ubi vid.*

Limita, secus esse in ea quæ infertur animo corrigendi; hanc enim esse licitam, apparet ex *c. non potest. 23. quæst. 4. c. ut constitueretur 25. in fin. dist. 69.* vindictam enim correctionis si judex non exequatur, graviter offendit, *cap. si is qui c. si Ecclesia. c. est. ni justa 23. quæst. 4.* Exequatur ergo eam non zelo propriæ injuriæ, sed zelo justitiæ, *c. ita planè 23. q. 4. c. prodest. 23. q. 5.*

III.

Vindictam præcedere debet trina monitio. *c. 1. extr. de Treug. & pac. c. conquestus 16. extr. de for. compet. c. cum speciali 61. extr. de appell. c. si autem 6. extr. de cohabit. Cleric. c. sed nec 4. & seq. extr. ne Clerici vel Monach. 6. Clerici 3. extr. de Cleric. excommunic.*

IV.

Vindicta quandoque in paucos exercetur, ut multitudo timeat. *quid faciet. in fin. & c. seq. 23. quæst. 4.*

V.

Vindictam in te non accendat res incognita, nec facile credas *c. si quid 15. quæst. 7.*

VI.

Vindictam non habent latentia peccata *c. Christiana 32. q. 5. c. ex tenore 4. extr. de temp. ordin.*

CAP. XXV.
Vinum.

Vinum est luxuriæ incentivum. *c. luxuriosa. 3. c. luxuriam 7. dist. 33.* Unde & vino recte conjungitur lascivia *in l. 4. §. 1. ad L. Cornel. de sicar.* ex eo enim plerumque lasciviam nasci, tradit Cujac. *tr. ad African. ad l. 35. locat. p. 1164.*

CAP. XXVI.
Violatio.

Violari in nullo debet, quod rationabiliter definitum est, *c. cum piæ 8. c. Ecclesiastica. 25. quæst. 2.*

CAP XXVII.
Violentia. Vis. *vide supra* Metus.

Axioma I.

Violentia non præsumitur, sed potius contrarium, donec ea clare probetur, *l. non est. 23. ff. quod met. caus. l. metum 9. C. eod.* Dec. *cons. 219. n. 6.* Paris. *cons. 10. n. 36. volum. 1. & cons. 67. n. 61. volum. 2.* Menoch. *cons. 2. n. 326. volum. 1.* Alciat. *in l. interpositas. n. 3. C. de transact.* Vult. *1. cons. Marpurg. 15. n. 240.*

II.

Violentia valdè est odiosa. Bursat. *cons. 282. n. 6.* Ex qua dolum argui & probari ait Mynsi. *cent. 3. obs. 98.* & quod in delictum incidat, respondit Decian. *cons. 37. num. 18. vol. 3.* vid. Vult. *3. Cons. Marp. 22. n. 80.*

III.

Ad violentiam qui provocat, auctor cædis habetur. *l. 1. §. cum arietes 11. si quadrupes pauper. feciss. dic. l. si ex plagis 52. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. quoniam multa 6. C. ad L. Jul. de vi public.* Novell. *in tract. de homicid. n. 50.* Wesenb. *1. consil. 19. n. 16. & consil. 48.* Mynsi. *cons. 27. num. 2.* Gail. *de pace publ. c. 16. n. 11. & 2. obs. 110. num. 9.* Gylman. *4. 1. vot. 16. num. 52. pag. m. 139.*

CAP. XXVIII.
Virginitas.

Axioma I.

Virginitas antefertur nuptiis. *c. nuptiæ 32. quæst. 1.*

II.

Virginitas svaderi potest, imperari non potest. *c. integritas d. q. 1.*

III. Vir-

III.

Virginitatis defloratio non facit conjugium, sed pactio conjugalis, *c. cum initia 27. quæst. 2.*

IV.

Virgo expetita magis videri debet à viro, quam virum ipsa expetiisse, *c. honorantur, in fin. 32. quæst. 2.* vide Casaubon. *Exercitat. 1. ad apparatum Annal. Baron. cap. 23.*

CAP XXIX.

Virtus.

Axioma I.

Virtutes sunt inferendæ hominum animis. procem. Clem. *extravag. sancta in fin. de relig. domib.* Virtus enim nobilitat hominem, *gl. in l. prohibendum 7. §. verb. nobilissimos. C. de postuland. c. nunquam 4. distinct. 56. gloss. in c. quoniam vetusto 25. verb. invidia. 24. quæst. 1.* Panorm. *in c. super eo de testib.* ac quemque clarificat, *c. pen. de consecrat. dist. 5.* consentit Plaut. in Amphytr.

Virtus præmium est optimum, virtus omnibus
Rebus anteit, profecto libertas, salus, vita,
Res, parentes, patria & prognati tutantur, servantur.

Virtus omnia in se habet, omnia adsunt bona, quem penes est virtus, vid. Honthem. *de art. Notar. c. 14. n. 10.* Unde etiam in collatione beneficiorum in Ecclesia virtutum & vitæ honestas potius quam generis nobilitas attenditur, *c. pen. extr. de præbend. & dignit.*

II.

Virtutibus præmia tribuenda sunt, *Clem. cupientes. 5. in pr. de pœn.* ubi autem virtus exulat, quorsum virtutis præmium, *l. 14. ff. de re militar. l. 1. C. de Castrens. pecul. l. 1. C. de agentib. in reb. l. fin. C. de tyrocin. l. 1. C. de Assessor. l. 2. §. 9. de offic. præfect. Afric. in fin. l. 1. cum seq. C. de offic. Magistratus l. unicuique 7. in princ. C. de proxim. sacr. scrin. cap. Vulturanæ 12. c. de redditibus 12. q. 2. c. unic. de relig. & venemt. sacr. in 6.*

III.

Virtutis sub specie sæpe se vitia ingerunt, *c. sæpe 6. dist. 41. vid. infr. cap. de* Vitiis, *ax. 2.*

IV.

Virtus in adversitate probatur, *c. adversitas & seq. 7. q. 1.*

V.

Virtuosi nunquam erubescunt de vitiis parentum, *c. nunquam 4. dist. 56.*

VI.

Virtutes parentum filii debent amplecti, non vitia eorum, *c. nunquam 4. dist. 56.*

CAP. XXX.

Vis.

Axioma I.

Vim coërcere est legi subsidium ferre, *arg. c. sicuti 8. extr. de excess. Prælat.* non contra legem agere, *c. sicut 2. extr. de privileg.*

II.

Vis omni tempore excusat, *c. de illis 9. extr. de desponsat. impuber. c. 1. extr. de iis quæ vi.* etiam à promissionibus, *c. ad audientiam 4. extr. eod.* ita vis absoluta excusat à toto, §. *1. & c. tolerabilius 32. q. 5.* conditionalis vero excusat à tanto, sed non à toto, *c. inprimis §. gloriosus. 2. q. 1.*

III.

Vis inimica est Legibus, *c. Christianis. in fin. 11. quæst. 1.* & non tantum attenditur in manuum injectione, sed etiam temeritas & injuria, *c. contingit 36. extr. de sent. excomm.* hinc si vi juramentum sit extortum, illud non valere, textus est *in c. verum 5. extr. de jurejur.* idem esse in sponsalibus vi contractis refert *c. ex literis 11. de desponsat. impuber.* ideoque vi rapta sponsa, si eam sponsus recipere noluerit, alii nubere potest, *c. ult. extr. de iis quæ vi.* Unde etiam qui vi & injuste secundum beneficium occupat, primo ipso jure privatur, *c. eum 8. de præbend. & dignit. in 6.* & generaliter vi ablata debent restitui ante litis contestationem, *c. oportet. 3. q. 2.* adeo ut vi aut timore ejecti vel rebus suis spoliati non debeant vocati respondere, antequam restituantur, *c. ult. 5. quæst. 2* & violentus rem cum fructibus, etiam qui percipi potuissent, restituere, damna resarcire & de injuriis satisfacere compellitur, *c. gravis 11. extr. de restit. spoliat.* nisi ubi Lex aliquadantenus vim inferre permitteret, veluti in casu *l. 1. §. 2. de vi publica.* quemadmodum & in simili in odium flagitiosi hospitii præbiti susceptorem aleatorum impunè verberare sinuit, *l. 1. pr. & §. 2 ff. de aleator.*

IV.

Vis & vis differunt, *c. de muliere 6. extr. de sponsal.* Non enim quælibet vis est ejusdem generis aut ponderis, aut momenti. Cujac. *in recit. ad d. cap. 6.*

V.

Vis illata non præsumitur, sed probanda.

Limita: operarum rusticarum possessio & servitia indebita per dominorum vim extorta esse præsumuntur, Brunnem. *ad l. 2. C. ne rustic. ad ullum obseq.*

VI.

Vim vi repellere licet. *l. ut vim. 3. ff. de just. & jure. l. 1. & per tot. ff. de vi & vi armat. l. scientiam. 45. §. qui cum aliter. 4 ff. ad leg. Aquil. l. is qui aggressorem. & l. si quis percussorem. 3. C. ad leg. Corn. de sicar. c. significasti. 18. de homicid. cap. si verò 3. c. perpendimus 23. de sentent. excomm. cap. dilecto. 6. eod. tit. lib. 6.* (est enim vis per vim repulsio juris naturalis, *c. jus naturale 7. dist. 1.*) Exornant Lap. *allegat. 52. in princ.* Bald. *consil. 143. Super quæstione, n. 2. & 3. lib. 2.* ubi declarat Barthol. Peret. *ad extravag. ambitiosæ. de reb. Eccles. non alienand. verb. infringere. n. 38.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg. 306.* ubi dicit procedere, quando vis vi repellitur ob necessariam defensionem sui corporis, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, *col. 12. extr. de restit. spoliat.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 5. n. 103. & tit. de favore clericor. Canonis. §. 2. n. 2.* Ugolin. *de potest. Episc. c. 29. §. 1. vers. secundò non*

dò non polluitur. Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 8. lit. V. concl. 213. per tot.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 16. n. 10. p. 2.* Anton. à Sousa *in relect. de cens. in Bulla Cœnæ Domini, cap. 12. disp. 62. n. 2. & cap. 15. disp. 78. n. 3.* Aldrete *in allegat. Juris pro omnimoda Regularium exempt. pag. 2. cap. 1. n. 2.* (si in continenti fiat. *d. c. olim 12. extr. restit. spoliat. d. c. si vero 3.* non ad sumendam vindictam, sed ad propulsandam injuriam. *c. significasti 18. extr. de homicid. c. dilecto 6. in princ. de sentent. excomm. in 6.* qui enim modum excedit, tenetur, *d. c. olim.*) Ita officiali injustè procedenti de facto potest resisti, Brunnem. *ad l. 5. C. de Jure fisci.*

CAP. XXXI.

Vitiosum. Vitium.

Axioma I.

Quod ab initio vitiosum est, tractu temporis non convalescit. *l. 1. §. 2. C. de Contract. judic. l. 1. de Regul. Caton. l. 25. C. de Donat. inter vir. & uxor. l. quod ab initio 29. ibique* Dec. *l. quæ ab initio 210. ff. de R. I. c. non firmatur 18. & ibi* Dyn. *eod. in 6. pr. Inst. de exhered. liberor.* Bald. *ad tit. de Pac. Constant. in verb. sententiæ quoque & in l. filiusfam. 22. ff. de solut.* Alex. *cons. 171. volum. 2.* Phil. Matth. *1. cons. Marp. 20. n. 29.* ratio, quia sicut tempus obligationem nec inducere nec tollere potest *l. obligationum 44. §. 1. ff. de O. & A.* ita nec sine alterius causæ adminiculo actum reparare, sive eum, qui ab initio fuit invalidus, confirmare potest. Phil. Matth. *ad d. l. 29. n. 7.* ubi exemplis axioma *n. 3. 4. 5. & seq.* illustrat.

Declara scil. tum demum huic locum esse, cum perpetuum est id, quod ab initio vitiosum quid facit, nec quicquam interim accedat, unde vires sumere possit: cæteroquin si impedimentum illud perpetuum non sit, novaque aliqua causa superveniat, quæ actum confirmet, imitio vitiosum convalescit. *arg. l. 2. C. de his quæ vi metusve causa gesta. l. cum hic status 32. ff. de donat. inter vir. & uxor. §. 4. in fin. Inst. de milit. testam.* hinc est quod nuptiæ initio invalidæ novo superveniente consensu confirmentur *l. 4. ff. de rit. nupt. l. etsi 6. C. de nupt.* Phil. Matth. *2. cons. Marp. 26. n. 80.*

Limita ergo, non procedere quando voluntas contrahentium interdum, qvod vitiosum est, confirmare & ratum habere possit, *l. 60. §. 6. l. 65. §. 1. ff. de rit. nupt. l. Stichum 35. §. aditio. 3. vers. aliquando. de solut. l. cum vir. 42. ff. de Usucap.* idem esse quando Lex vel Princeps talia confirmaret, addit Hyppolit. à Collib. *ad d. l. 29. de R. I.*

II.

Vitia plerunque se esse virtutes mentiuntur, dum sub specie virtutum latenter subintrant, *c. sæpè 6. dist. 41.* Avaritia enim excusari vult sub nomine parsimoniæ, effusio dici largitas, crudelitas ab impiis zelus justitiæ vocari, & remissio pro proprietate haberi. Pacian. *3. de probat. c. 34. n. 37.*

III.

Vitio commisso in uno totum corruit & vitiatur. Bald. *in c. ad audientiam. n. 11. de rescript. per c. si eo tempore 9. eod. tit. n. 6.*

Intellige procedere in connexis principali negotio, non vero separatis. Unde & surreptionem in una parte non vitiari, nec invalidum reddere rescriptum in aliis, si illud plura & separata habeat capitula, asserunt Panorm. *in c. sedes n. 4. extr. de rescript.* ibidemque Felin. *n. 2. & post eos* Gail. *1. obs. 14. n. 5.*

IV.

Vitia parentum filiis non imputantur. *c. undecunq; 3. dist. 56.* nec nocent eis. *c. nunquam 4. c. sponsus 6. d. dist. 56.*

V.

Vitia sunt extirpanda. *proœm. Clem. extravag. sancta in fin. de religios. domib.* neque is via aperienda. *clem. ult. de Elect.* unde qui errantes condemnat, vitia se odisse probat. *c. facientis 3. §. & libat. dist. 86.* qui autem vitiis nutriendis parcit, misericors non est. *c. qui vitiis 23. q. 5.*

VI.

Vitia morum magis sunt præcavenda, quam verborum. *c. quamvis 11. §. sed licet. dist. 38.*

VII.

Vitium rei sequitur omnem possessionem. *c. sæpe 18. de restit. spoliat. l. 11. C. de acquir. possess.* adeoque cuivis possessori in usucapione obstat. ita ergò vestimentum ex lanâ furtivâ factum non poterit præscribi *l. 4. §. 20. ff. de Usucapion.* idem in re vi possessâ, *§. 2. Inst. eod.*

Limita, ut procedat (1.) de ordinaria præscriptione. Nam triginta annorum spatio etiam res vitiosa præscribitur *l. 3. C. de præscript. 30. annor.* Cujus rei præjudicium in rustico fugitivo habet, Mev. *P. 2. dec. 101.* (2.) nisi vitium reale fuerit purgatum. vid. *Axiom. seq.*

VIII.

Quotiescunque res justè revertitur ad dominum suum, scientem, rem esse suam, toties vitium reale dicitur purgatum. *l. 4 §. 12. seqq. ff. de Usucap.* quia sic cessat causa, ex quâ vitium erat contractum. Ita ergò si creditori ab extraneo pignus ablatum debet in potestatem debitoris, tanquam veri domini, reverti *l. 4. §. 6. ff. eod.* Aliud exemplum de re pupillo vel furioso subtractâ est in *d. l. 4. §. 11.*

Limita, ut aliud sit, si ipse dominus abstulerit, e. g. debitor creditori pignus. Sic enim ad creditorem debet res rediisse *l. ult. ff. de Usucap.*

CAP. XXXII.

Vita, Vivere.

Axioma I.

Vitam alleganti incumbit onus probandi. *l. spadonem 15. §. qui absolutis 13. ff. de excusat. tutor.* Bart. *in l. siquidem. in princ. solut matrim. & in l. 2. n. 7. vers. sed contra prædicta. ff. judicat. solv.* Alex. *in l. sed etsi de sua. in fin. vers. quod confirmo. ff. de acquir. hered. & cons. 27. consideratis his. num. 7. vers. aliâ ratione videtur vol. 7.* Gozadin.

cons. 68. videtur prima facie. n. 5. vers. sexto & ultimo limitatur. ff. de reb. dub. Cagnol. *in l. si emancipati num. 90. vers. sed verius est C. de collat.* Gabr. *concl. 16. n. 6. de præsumpt.* Covar. *2. var. resolut. c. 7. col. 6. vers. si crebriori calculo.* Alciat. *de præsumpt. 44. in fin. rego. de præsumpt.* Exemplum vid. *in l. si inter virum. ff. de reb. dub.* add. & Aretin. *cons. 50. copiose & eleganter. vers. secundo hoc probatur. col. 2.* Roland. à Vall. *de lucro dot. quæst. 60. Aut statutum. n. 4.*

II.

Vita potius præsumitur quam mors. Bart. *cons. 145. in fin. vol. 5.* Pacian. *2. de probat. c. 7. n. 17. in addit. lit. C.*

III.

Vita hominis & ejus fama procedunt à pari: ita non minori cura & studio honor atque famæ integritas nobis, quam vita ipsa cordi esse debet. *l. reprehendenda 5. C. de instit. & substit. l. isti quidem. 8. ff. quod met. caus. ibique gloss. verb. infamiæ l. justa 9. ff. de manumiss. vindict. DD. in l. transigere 18. C. de transact.* Jason. *in l. ut vim n. 36. ff. de justit. & jur.* Petr. Gerard. de Petr. Sanct. *sing. 1. n. 9. & sing. 82. n. 7. & sing. 33. n. 4. incip. nobiles.* Mantua. *sing. 383. per tot.* Dec. *cons. 687. n. 8.* Tiraquell. *de nobilit. cap. 20. n. 63.* Gail. *2. obs. 100. n. 6.*

IV.

Vita hominis est incerta, Gail. *2. obs. 8. num. 2.* Siquidem quamdiu quis victurus sit, plane incerto est. *l. cum Titio 55. ad L. Falcid.* Multis enim casibus est exposita, adeò ut nemo sibi crastinum diem polliceri possit, cum mors omni ætati sit communis, juxta illud Horatianum:

Mixta senum ac juvenum densantur funera, nullum
Sæva caput Proserpina fugit.

& lib. 4. ode 7

Quis scit an adjiciant hodiernæ crastina summæ
Tempora Dii superi?

Et Martialis lib. 1. Epigramm.

Non est crede mihi sapientis dicere, vivam:
Sera nimis vita est crastina; vive hodie.

V.

Vitam redimere qualibet ratione licet. *l. 1. in fin. ff. de bon. eor. qui ant. sentent. sibi mort. cons.* Henr. Bocet. *de furt. cap. 2. n. 162.* Carpz. *part. 4. constit. 37. defin. 9. n. 4.*

VI.

Ex antecedente vita præsumitur contra aliquem *arg. 1. cap. 1. de purgat. Canonic.* hinc vitam anteactam in excusando vel accusando plurimum habere momenti, *text. est in l. non omnes. 5. §. à barbaris. ibi: & si bonus miles antea fuit, prope est, ut affirmationi ejus credatur; si vero remansor fuit, aut negligens aut segnius aut extra contubernium agens, non credatur ei &c. de re milit.* Constit. Carolin. artic. 31. § Zum vierdten. ibi: daß die besagte Person also argwöhnig seye/daß man sich der besagten Missethat zu ihr versehen möge. Author. *tr. de second faict pour Messire de la mothe houdanemt. p. 3.* ubi adducit exemplum Jonathæ, qui cum coram Saule Rege & patre suo vellet excusare factum Davidis, hâc ratione utebatur: Opera ejus commodarunt tibi valde & percussit Philistæum, ibidemque plura egregia exempla ex profanis autoribus adducit, imprimis Pompeji Magni se ipsum laudantis, ut est apud Livium testantem insuper autium fastidium obfuisse, quia pro periculo, non in gloriam relata fuerint.

VII.

Vita infamibus supplicium, mors solatium. *c. si quis 6. quæst. 1.*

VIII.

Vita in melius est mutanda. *c. sane 18. de pœnit.*

IX.

Vita hominis super terram, tentatio est. *c. si enim 40. §. liberi de pœnit. dist. 2.*

X.

Vivere quilibet censetur usque ad centum annos *l. an usus fructus 56. in pr. ff. de Usufr. l. fin. §. & nobis quidem. C. de SS. Eccles.* Cuman. *in l. ex facto §. si quis autem. n. 6. vers. & ego oppono. ff. ad SC. Trebell.* quam vitæ centenariæ præsumptionem notavit & gloss. *in l. 2. §. si dubitetur. verb. liqueret. ff. quemadm. testam. aper. ibique* Joh. de Imola, Cora. *cons. 204. quanquam videtur. lit. d. vers. his tamen non obstantibus. vol. 3.* ubi dixit hoc axioma in praxi tenendum esse, licet ipse disputando & legendo contrarium tenuerit, idem tenent Alex. *cons. 1. num. 42. vers. quia ad hoc respondeo. vol. 5. & in l. hereditatum in 4. notabil. & n. 9. in fin. vers. putarem tamen. ff. ad L. Falcid.* Angel. *in l. heres. in fin. ff. de acq. hared.* Bald. *in l. sed et si de fua. ff. eod.* Jason *in l. ut inter divinum. num. 31. vers. ult. pro perfecto. C. de SS. Eccles. & in l. cum quid. num. 31. vers. octavo. adde in 2. lectur. ff. si cert. pet. ibique* Purpurat. *num. 144. vers. quinto quod licet.* Barbat. *cons. 10. difficile est. col. 2. in fin. vol. 3.* Dec. *cons. 575. in casu n. 10. vers. non obstat.* Riminald. senior. *cons. 265. visis scripturis n. 13. vers. nam juris præsumptione vol. 2. & cons. 93. viso processu num. 35. vers. & maxime quando est. vol. 1.* Hyppolit. Riminald. jun. *cons. 64. in causa illustris n. 6. vers. sequitur quod dictus, vol. 1.* ratio hujus, quare centesimus annus à lege statutus pro fine vitæ humanæ, nulla alia quæ sit aptior reddi potest, quam voluntas Legislatoris, quæ pro ratione sufficit, ut ait Bald. *in c. 1. in fin. de alien. feud.* Hinc dicimus, quod quando habemus decisionem claram, non sit quærendum de ratione Legis, quia decisio sufficit, si non constat de causa, ut notatur *in l. Gallus 29. §. si ejus. ff. de liber. & postum.* vid. tamen Censorin. *in c. 21. lib. 19. lect. antiq.* nec facit quicquam *l. hereditatum 68. ff. ad L. Falcid.* ubi quis præsumitur non ultra triginta annos vivere. Locum enim ea Lex tantum habet in Falcidia, quæ extra terminos ejus extendi non debet, cum Falcidia sit res odiosa detracta contra voluntatem testatoris. Corn. *cons. 243. circa primum lit. C. vers. & solet. vol. 3.* Alciat. *de præsumpt. præs. 44. in fin. reg. 1.* Pacian. *2. de probat. c. 7. n. 23.*

XI.

Nullus adeo est contractus viribus & decrepita ætate gravatus, ut non adhuc credat per annum vivere, ut eleganter ait D. Hieron. *in 2 part. epist. 40.* add. & Senec. *p. 2. epist. ad Lucil. epist. 1.*

Unde

Unde etiam & Lex ipsa hoc indigitat, quod nullus sit adeò senex, quin præsumatur vivere per quinque annos, prout asserit Paul. de Castro *in l. hæreditatum. ff. ad L. Falcid.* cum tamen nemini dubium sit, quod senes in periculo mortis esse dicantur, ut refert Imol. *in c. fin. ut lit. non contestat.* Abb. *in c. magnæ. de voto.*

XII.

Viventis nulla est hereditas. *l. 1. de hered. vel act. vendit. gloss. in l. 27. & 30. de acquir. vel amitt. hered.* nullave adiri vel peti hereditas potest. *l. qui superstitis. 94. cum similib. de acquir. hered.* Wesenb. *parat. de petit. hered. n. 12. vid. supr. lit. S. cap.* Successio.

CAP. XXXIII.
Ulterior.

Quotiescunque jura feudalia non de primo succedendi gradu, sed de ulteriori loquuntur, tum illud semper exprimere solent, *tit. de eo qui sibi & heredib. masculi. 2. F. 17.* Hartman. Pistor. *2. q. 3. 6. n. 25.*

CAP. XXXIV.
Ultimum. *vide supra* Novissimum.

Axioma I.

Ultimum tollit omnia præcedentia. *cap. cum Marthæ. 6. de Celebrat. missar. c. ult. q. 2. l. cum hic status. 32. §. 3. de donat. inter vir. & uxor.* Francisc. Marcus *q. 319. p. 1.* Jason *cons. 175.* Capr. *reg. 111. n. 37.* Roland. à Vall. *cons. 33. n. 19. lib. 3.* Cephal. *cons. 519. n. 2.* Corn. *cons. 319. n. 1. vol.* Riminald. senior. *cons. 455. n. 12. vol. 5. & cons. 459. n. 1. vol. eod.* Vasq. *lib. 1. de successionib. resol. §. 1. n. 21.* Paul. de Castr. *cons. 284. in facto præsenti. vol. 1.* Paris. *cons. 10. n. 4. & cons. 34. vol. 3.* Francisc. Bursat. *cons. 42. n. 5.*

II.

Ultima opinio in dubio prævalet. Zas. *in l. ubi n. 75. §. feudi. 3. per ill. text. n. 15. de V. O.* eam enim, quam postremo loco adferunt, probare censentur, Curiac. *ad l. 2. Comm. præd.* aliquando tamen contra est, & ultima sententia removetur, *ut l. 21. §. 1. ad Aquil. 1. F. 9.* ubi tamen particula correctoria *licet* manifestè adjicitur, vid. omnino Wesenb. *cons. 1. n. 34. in fin.* Georg. Schultz. *in synops. feud. c. 1. n. 23.* Anton. *disp. feud. th. 1. lit. K. add. §. similiter 3. 2. F. 51.* Distingue declarationis loco inter sententias duas simpliciter relatas & cum nota reprobationis sive tacitè sive expressè: priori casu prævalet ultima opinio, posteriori verò prima. *vid. supr. lit. O. in voce Opinio.*

III.

Ultima derogant prioribus, de quo dixi *supra lit. P. c. posteriora.*

IV.

Ultimus rei status inspiciendus est in omnia materia, *l. illud. 20. C. de collat. l. si mater. 6. C. ne de statu defunct. cap. cum venissent. 6. de institut. cap. consultationibus. de jure patr.* Gramm. *decis. 67. n. 6.* Mascard. *de probat. concl. 175. n. 8.* Parlador. *lib. 2. rerum quotidian. cap. 5. num. 19.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 6. n. 39.* Mar. Antonin. *var. resol. lib. 1. resol. 20. n. 14.* Rot. *decis. 457. n. 2.* apud Farinac. *p. 1. recent.*

Et præcipuè in beneficialibus, ut per Benintend. *decis. 23. n. 11.* Dec. *consil. 126. n. 3.* Lambertin. *de jure patron. lib. 3. q. 7. princ. art. 7. n. 7. & lib. 2. p. 1. q. 3. princ. art. 21. n. 1.* Hieron. Gabr. *cons. 185. n. 2. & 23. lib. 2.* Mascard. *de probat. concl. 172. n. 8. & concl. 956. n. 6.* Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap. 100. vers. quod si.* Mar. Antonin. *d. lib. 1. resol. 66. n. 6.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 2. n. 14. & §. 3. n. 18. & gloss. 45. §. 2. n. 14.* Anton. Monach. *Bononiens. decis. 36. n. 13. cum seq.* Rot. *decis. 315. n. 2.* apud Farinac. *part. 2. recent.* ubi quod ultimus status beneficii non prodest ex provisione, quæ non habuit effectum, eadem Rot. *decis. 374. n. 9. p. 1. recent.* nisi constet de contrario statu legitimo præcedente; tunc enim non attenditur ultimus status, nisi probetur legitimè præscriptus, ut censuit ead. Rot. apud eund. Farin. *decis. 188. n. 1. p. 1. recent.*

CAP. XXXV.
Vltio, Vindicta.

Axioma I.

Ultionem sibi permittere alicui non est integrum, cum judiciorum vigore juris publici tutela in medio sit constituta, quibus jus suum obtinere quis possit. *l. nullus 14. C. de judæis. l. non est in singulis. 176. de R. I.* Bocer. *de investit. feud. cap 5. n. 96.* quia singulis concedendum non est, quod per Magistratum publicè fieri potest, ne occasio detur majoris tumultus faciendi. Cur enim, inquit Ulpianus post Celsum & Julianum, ad arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos potest jurisdictione sua componere, *l. si cujus 13. §. 3. vers. æquissimum. ff. de Usufruct.* Hinc si Colonus vel vasallus domino injuriam intulerit, non tamen potest ipse dominus vindicare, nisi ejus dignitatem lædat injuria aut jurisdictio domini eâ impediatur. Perez. *C. in quib. caus. Coloni. n. 5.*

Limitationis loco huc refer casus in tit. *C. quando liceat unicuique sine judice se vindicare l. 22. §. 4. ff. de adulter. l. 24. ff. eod.* comprehensos, quos omnes collegit Johann. Petersen. *in disp. inaug. quand. quis se ipsum sine judic. vindic. possit.*

II.

Ulciscì se qui voluit, aliqvo modo est ignoscendum. *l. qui cum major. 14. §. si libertus 6. ff. de bon. libert* Felin. *in c. significasti. num. 14. de homicid. & in c. dilecti filii. n. 12. de Except.* Jason *in l. ut vim n. 11. ff. de justit. & jur.* Jacob. Boulen. *in repet. l. capitalium. §. famosos. n. 195. vers. pro hoc facit.*

facit. ff. de pœn. Tiraquell. *de pœn. temp. cauſ. 1. n. 5.* Anton. Gomez *de delictis, tit. de homicidio n. 24. in fin.* Carpzov. *p. 1. q. 18. num. 8. in criminal.* Matth. Berlich. *p. 4. concl. 17. num. 9.* Harprecht. *in §. item Lex Cornelia de ſicar. num. 100. Inſt. de publ. judic.* Dominic. Arum *ad cap. 17. Aur. bull. th. 19. circ. fin.* Pingizer. *quæſt. 59. num. 5.* Teſaur. *deciſ. 178. num. 1. & ſeq.* Farin. *part. 5. oper. crim. quæſt. 125. n. 99.* Battandier. *in pract. cauſ. crim. reg. 71.* Petr. Plac. *in Epitom. delict. lib. 1. c. 28. n. 2.*

CAP. XXXVI.

Unio. Unio prolium.

Axioma I.

Unio non mutat bonorum ſeparatorum naturam. Jaſon *ad §. in perſonam. notab. 1. Inſt. de action. per cap. primum §. è contrario. de inveſtitura de re alien. fact.* Modeſtin. Piſtor. *1. conſ. 40. n. 145.* maximè ſi voluntaria ſit, nec ita fiat, ut unita res per unionem & acceſſionem quaſi conſumpta, ſed per ſe (ut vulgo loquuntur) non amplius exiſtens cenſeatur, & totum quid exiſtat, licet acceſſoriè, ita ut per ſe ſtet & nomen retineat. Petr. Peck. *ad cap. in toto. n. 6. verſ. ſed hac tamen moderatione. & num. 7. de reg. jur.* Felin. *in c. translato num. 6. verſ. ſed adde notata & n. 7. verſ. & iſtis adde extr. de Conſtit.* Gœdd. *3. conſ. Marpurg. 33. n. 262.* Roſenthal. *de feud. c. 2. concluſ. 24. num. 1. in gl. 6. amplians.* Speidel. *in ſpeculo variar. obſervat. lit. A. verbo* auffgetragen Lehn.

Res enim conſolidata vel unita non cenſetur eodem jure, quo res cui conſolidatur & unitur, ſed tanquam alia & per ſe judicanda eſt, *§. ſi cui ubi Dd. Inſt. de legat. 1. l. Mævius. 66. §. fundo 6. ff. de legat. 2.* Jaſon *in l. non quocunque 92. §. fundus ff. de legat. 1.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 19. gl. 2. n. 2. §. 36. n. 72.* Weſenb. *1. conſ. 1. n. 52.* Hinc licet diverſæ provinciæ in unum corpus uniantur, ſingulæ tamen retinent ſua jura, Petez. *C. de Metrop. Beryto. n. 4. 5.*

II.

Unitum aſſumit naturam & privilegia alterius ſuperioris, cui unitur, *gl. in c. 1. verb uniendo extr. ne ſed. vacante & in c. temporis verb. unire. 16. q. 1.* ubi ait: unionem propriam naturam perdere, dum alienam ſumit, *per. c. recolentes 3. in fin. extr. de ſtat. Monach.* Bald. *in c. translato n. 4. verſ. & facit iſtud. col. fin. extr. de conſtit.* Bart. *in l. ſi convenerit §. ſi nuda n. 3. ff. de pignerat. act.* Petr. de Peruſ. *in tract. de union. Eccleſ. cap. 2. num. 8. verſ. ultra prædicta.* Anchar. *conſ. 114. verſ. ſecundo caſu. col. 1.* Felin. *in c. in noſtra. n. 30. verſ. trigeſimum tertium corollarium. extr. de reſcript.* Roman. *conſ. 275. quoad primum. n. 5. verſ. ſecundo. col. 2.* Carpz *part. 3. jurispr. for. conſt. 30. def. 12.* unde etiam paterfam. ſi arrogetur, omnes, qui ei ſubſunt, tranſeunt in poteſtatem arrogantis *§. illud Inſtit. de adopt.* Bellamer. *in d. c. & temporis* Caccialup. *in tract. de Union. col. 8. in pr.* Petr. de Peruſ. *in d. c. 2. in pr. de Union. Eccleſ.*

Declara, hanc regulam procedere, quando ex duobus in omnibus & per omnia fit unum corpus tantum. *d. c. recolentes extr. de ſtat. Monach.* ubi habetur, quod religioſa domus aggregata Ciſtercienſibus relictis propriis moribus regulâ Ciſtercienſium ſervare teneatur, Angel. *in Auth. ut judic. ſine quoquo ſuffrag. §. illud. in pr.* & hoc in caſu, qvando ex duobus fit unum corpus, diſponitur de unitis uniformiter. Trentacinq. *var. reſol. lib. 1. reſol. 1. de conſvetud. n. 9.* Caballin. *conſ. 21. n. 10. vol. 2.* Nolden. *de ſtatu Nobil. c. 11. num. 98.* Non autem procedere, quando duæ uniuntur, ita tamen ut unum remaneat principale & alterum acceſſorium, & tunc licet unitum aſſumat privilegia illius principalis, cui acceſſoriè unitur, non tamen perdit ea privilegia, quæ ſibi competunt. Bald. *in l. ſi Ruffin. C. de teſtam. milit.* ibique Jaſon *in 2. not ab.* Rip. *in l. 1. n. 7. verſ. intellige tamen præmiſſa. col. 2. ff. de legat. 1. &* ibi Crot. *n. 4. col. 2.* & Jacob. de Nigr. *n. 7. verſ. iſtud autem intelligitur. col. 3.*

Limita I. ut non habeat locum, niſi in his, quæ de jure communi competunt, non verò in his, quæ competunt jure ſpeciali, Crot. *in d. l. 1. n. 5. verſ. ſecunda ſit concluſio. col. 3. ff. de legat. exempl. l. meminimus 15. C. de legit. hæred.* Ubi licet filius fam. emancipatus adæquetur ſuo, non tamen tranſmittit hereditatē non aditam ad qvoscunque heredes, prout transmittit ſuus. Dd. *in l. ſi emancipati 9. C. de Collat.* quia hoc beneficium transmittendi competit ſuis ex privilegio, cum jus commune diſponat in contrarium juxta Crot. *d. loc. per l. unic. §. in noviſſimo. 5. C. de Caduc. toll.*

Limita II. ut non procedat in privilegiis inſolitis, vel quæ non ſine difficultate concedi ſolent. Bart. *conſ. 19. quia hic agitur. n. 9. verſ. item verba quæcunque col. 5.* Jacob. de Nigris *in d. l. 1. n. 15. verſ. ſecundo iſta concluſio. col. 5. ibidemque* Jaſon *n. 19. verſ. primo limita. col. 4.*

Limita III. quando fieret non generaliter, ſed in certo caſu, tum enim extra illum privilegium tranſit. Roman. *conſ. 179. amplisſime Doctor. col 5. verſ. tertio reſpondetur.* Pariſ. *conſ. 179. Galaſſino n. 16. prout etiam objectio ceſſat. col. pen. vol. 3.* Jaſon *in l. qui ſe patris. n. 25. verſ. niſi reſpondens. col. 24. C. unde liber. & in l. ſi conſtante. p. 29. verſ. illa ergo regula. col. 5. ff. ſolut. matrim.* Alex. *conſ. 207. ponderatis n. 26. col. fin. vol. 6.*

Quando itaque dici ſolet, in his quæ unita ſunt ad invicem, quod potentius trahat ad ſe illud, quod minus poteſt, & communicet illi ſuam propriam naturam & ſua privilegia *gl. in d. c. 2. in verb. uniendo. extr. ne ſed. vacant.* intelligendum erit, quando ſcil. uniuntur in unam eſſentiam & virtutem, ita qvod duo corpora ſint facta unum & idem integrale, ſecus ſi ſint ſecundum qvod unita, puta quoad obedientiam, ut de duobus monaſteriis monialium illuſtrat Bald. *Conſ. 354. vol. 4. & in l. 2. in pr. C. Commun. de legat.* Eo enim in caſu privilegia non communicabuntur, ſed quælibet res unita ſuam propriam naturam retinebit. Ancharan. *in c. 1. ſub n. 4. verſ. tertio modo. extr. ne ſede vacant.*

III.

Unio eſt quædam alienatio *c. 2. de reb. Eccleſ. non alien.* Boer. *deciſ. 345. n. 2.* Weſ. *1. conſ. 4. n. 24.* nec uniri profanis Eccleſiaſtica omnimodo poſſunt, Weſenb. *d. n. 24.* Eccleſiaſticis vero rebus

non

non aliter, nisi ex causa manifestæ necessitatis vel utilitatis tractatu habito, vel cum consensu capituli, ut in aliis rerum Ecclesiasticarum alienationibus. *clem. 2. de reb. Eccles. non alien.* Corn. *cons. 67. n. 1. 2. 3. 4. 10. col. 3.*

IV.

Unio non præsumitur nisi probetur. Alex. *cons. 70. in caus. n. 1. 2. 3. vol. 3.* Boer. *decis. 245. per tot.* Oldrad. *cons. 296. n. 3.* hæc enim est facti scilicet ex duobus facere unum & consolidare, *cap. unio 3. 10. q. 3. cap. in summa. 21. q. 1. cap. ut super 6. ubi* Innocent. *de reb. Eccl. non alien.* ne quidem ex temporis diuturnitate. Oldrad. *d. cons. 297.* quia ut tempus non est modus inducendæ obligationis, *l. obligationum 44. §. 1. vers. placet. de O. & A. l. si certis annis 28. C. de pact.* ita nec modus inducendæ unionis, Oldrad. *d. cons. n. 3.* per ea quæ not. Hostiens. *in c. quia nonnulli. de vita & honest. Cleric. & in summ. tit. de supplend. neglig. Prælat.*

V.

Quæcunque specialiter in pactum unionis prolium non sunt deducta, in illis non obtinet successio liberorum unitorum. Quia pactum hoc est contra jus civile *l. fin. C. de pact.* ergò strictè interpretandum, nec ad consequentias trahendum *l. 14. ff. de LL.* Ita si uni ex liberis unitis aliquid aliunde obveniat quàm ex hereditate parentum, non tenerentur hoc reliquis communicare.

VI.

Unio prolium valet, licet ex posteriori matrimonio liberi non extent. *Cons. Marpurg. vol. 1. cons. 8.*

VII.

Unio prolium fieri debet (1.) præsentibus consanguineis, tutoribus & curatoribus, (2.) præcedente utrinque excussione bonorum, (3.) autoritate magistratus. hinc in libros speciales, in Kindschafft-Bücher/ est referenda. Gail. *Lib. 2. obs. 125. n. 57. Treutl. Vol. 1. Disp. 2. th. 11. lit. R.*

VIII.

Unio est odiosa, & non debet fieri sine causæ cognitione. Zabarell. *cons. 96. num. 2.* Pacian. *1. de probat. c. 27. in addit. lit. B.*

CAP. XXXVII.
Universale.

Axioma I.

Universale non infertur affirmativè aut negativè ex pluribus particularibus. Imol. Calder. Panorm. *in c. genero. extr. de Elect.* quos refert & sequitur Everhard. *in loc. Topic. loc. à part. enument. n. 3. vers. nec mirum.* add. Prosper. Farin. *1. cons. crim. 50. n. 42.*

II.

Universalis signi natura est, omnia includere, *l. à Procuratore 13. C. mandat. l. omnes. 3. C. sine cens. vel. reliq. c. solicitæ 6. de majorit. & obed. c. 2. de observ. jejun. c. si Romanorum. distinct. 19.* Cravett. *cons. 294. verba transactionis. n. 1.* ubi exemplificat in societate omnium bonorum, ut comprehendantur omnia, quæ excogitari possunt, & in marito, qui promisit restitutionem dotis universaliter, ut censeatur renunciasse lucro sibi debito ex statuto; ita etiam licet in obligationem bonorum non veniant eæ quæ quis in specie non fuisset obligaturus, *l. obligatione 6. ff. de pign.* istud tamen non procedit in obligatione per verba universalia, quia tunc omnia veniunt, Dec. *in l. omnia. cert. pet. c. sedes. de rescript. & cons. 389.* Corn. *cons. 128. lib. 3.* Cravett. *cons. 294. num. 8.* Quando vero universalia à generalibus differant, *vid. gl. ad l. 1. verb. non aliter in addit. de offic. ejus cui mand. jurisd.*

CAP. XXXVIII.
Universitas.

Axioma I.

Universitas fungitur jure minoris *l. Respublica. l. 4. C. quib. caus. major. arg. l. legatis 8. ff. eod. l. Rempublicam. 3. C. de jure Reipubl.* Fachin. *1. contr. 12.* restituitur enim sicut minor, cum per administratores regatur. Zas. *in parat. quib. ex causis majores. num. 11.* Besold. *1. polit. cap. 12. th. 67. n. 2.* Trentacinq. *lib. 2. tit. de restit. minor. resol. 3.*

II.

Universitas vicem personæ sustinet. *l. mortuo. 22. ff. de fidejuss. arg. l. metum 9. §. animadvertendum. 1. ff. quod met. caus. Auth. item nulla. C. de Episcop. & Cler. l. 2. §. hoc etiam. 3. C. de juram. propt. calumn.* Est enim ea nomen juris & non habet animum. *c. si sententiæ 18. §. cum verò. de sent. excom. in 6.* Pacian. *cons. 7.* Carpzov. *part. 2. constit. 36. defin. 6. num. 2.* neque etiam intellectum, estque tantum persona ficta atque repræsentata *l. 1. §. quibus. 1. l. 2. l. sicut. 7. §. fin. ff. quod cujusque univers. nom.* qua de causa universitatem non posse delinquere censuit Pontifex. *in c. gravem 53. sent. excomm.* neque etiam eam posse excommunicari, retulit *in c. Romana 5. eod. tit. in 6.* cum excommunicatio vivum corpus habeat animam & proprium delictum requirat. *c. omnis Christianus 32. 11. q. 3.* Intellige nimirum propriè: Universitates enim quin possint delinquere, accusari ac puniri, textus sunt, quantum ad delictum commissionis & pœnam, *in Auth. item qvæcunqve communitas. C. de Episcop. & Cleric. cap. 1. §. si quis verò. de Pace tenend. lib. 2. F. 28.* Gœden. *cons. 4. de jure civitat. n. 17. p. 102.* quantùm verò ad peccatum omissionis, dum nimirum non faciendo, sed negligendo per Rectores suos quid facere tenentur. *l. jubemus nullam 10. C. de SS. Eccles. l. si procuratorem 8. §. si tutores. 4. ad fin. ff. mandat.* Sufficit enim quod impropriè delinquere & injuriam facere possint, videlicet singuli & singulares de eorum collegio, *l. aliud 160. §. refertur. 1. ff. de R. I.* Unde licet homicidium non cadat in corpus inanimatum, sufficit tamen quod universitas illud demandare & factum ratum habere possit impropriè & ut singuli. *l. sicut. 7. §. si quid 1. quod cujusque univers. nom.* Felin. *in c. cum omnes. de Const. gl. in l. sed si ex dolo. §. 1. ff. de dol.* ita Imperator Henricus ad aratrum condemnavit totam Brixiam civitatem sibi rebellem: ita Papa Bonifacius

facius propter hæresin totum Collegium & ordinem Templariorum punivit, & si quæ sunt similia. vid. Henning. Gœden. *cons. 33. de jure Civitatis. n. 20. pag. m. 102.*

Limita ergo, in stricta significatione eam non venire appellatione personæ, atque ita procedere in materia odiosa. Losæus *part. 1. cap. 11. ad fin.* maximè quando statutum esset exorbitans. Modit. *in §. plebiscitum decis. 2. n. 7.*

III.

Universitas quod debet, singuli non debent, *l. sicut 7. ff. quod cujusque univers. nom. ubi* Bart. Bald. *in l. 1. §. quod si ff. eod.* Hartm. Pistor. *1. pract. quæst. 37. num. 6.* Dec. *in l. Civitas ff. de reb. credit. numer. 6. vers. & vera resolutio.* ubi Bald. & Angel. Carpzov. *part. 2. constit. 6. defin. 24. n 4.* aliud enim est ipsa universitas, aliud sunt singuli in ea homines. *gl. in l. sicut §. si quid ff. quod cujusque univers. nom.* Canonist. *in cap. cum omnes. extr. de Constit.* Roland. à Vall. *cons. 53. num. 6. vol. 3.* Duar. *ad l. 43. de rejud. ubi* Colleg. Argent. *th. 82. n. 5.* & universitas alia dicitur persona, & aliud corpus à singulis de universitate. Paris. *cons. 91. num. 1. vol. 4.* Matth. de Afflict. *super constit. Regni fol. 317. in rubr. de animal. in pasc. aff. num. 11. 12.* Cornel. *cons. 293. numer. 11. vol. 3.* Roland. à Vall. *cons. 53. num. 7. 9. 10. 11. vol. 4.* Gœdd. *3. cons. Marp. 28. num. 131.* Quo fit, ut quod pro universitate fit, non possit fieri pro singulis civibus, sed pro ipsa Republ. *l. 2. ff. quod cujusque univers. nom.* Unde etiam actor universitatis, actor singulorum non dicitur *l. si municeps. 2. ibique* Bart. *d. tit. l. in tantum. 6. §. 1. ff. de rer. divis.* qua de causa liberatio facta universitati singulos homines universitatis non afficit, nec contra res civitatis dicitur singulorum, ita ut si jus universitatis legatur, singulis non competat. Moditius. *d. §. plebiscitum. dubit. 136.* cum quod est universitatis, sit unius corporis, ac ideo plurium seu singulorum non existit. *l. 6. §. universitatis. 1. ff. de rer. divis. l. sed si hâc 10. §. qui manumittitur. 4. ff. de in jus vocand.* & pluribus exemplis aliis illustrant Losæus *d. c. 1. num. 16. & seqq.* Besold. *d. lib. 1. cap. 12. th. 60. num. 2.* qua ratione etiam concluditur, quod ea per Syndicum suum ex juris dispositione investituram accipere ac fidelitatis juramentum, non vero singuli cives ex ea præstare teneantur, prout sentiunt Jacob. de S. Georg. *in tract. feudal. in verb. qui quidem investiti. num. 10. & 27.* Laurent. Sylvan. *de feud. recognit. quæst. 94.* Johann. Blanc. *de feudis. lib. 1. c. 7. num. 15.* Ludolph. Schrader. *tract. feudal. part. 6. cap 1. n. 2.* Henric. Bocer. *de investit. feud. cap. 4. n. 25.*

Limita: Civitas tamen ad solutionem æris alieni subditis potest indicere collectam pro viribus patrimonii. Gail. *Tract. de Arest. cap. 9. Cons. Argent. Vol. 2. cons. 6. & 31.*

IV.

Bona universitatis prædiaque publica magistratus sibi appropriare vel alienare nequit. Losæus *de Jure Universit. P. 3. C. 5.*

V.

Civitas vel universitas delinquere dicitur, si omnes delinquant, vel major pars communicato consilio, Mynsi. *Cent. 4. obs. 79.* & punitur ademtione privilegiorum, damnatione ad salem & aratrum *l. 21. ff. quib. mod. usufr. amittitur.* item banno, quô casu pro mortua habetur, & omnia jura amittit. Gloss. *in cap. fin. X. de procurat.*

VI.

Universitas non moritur. *l. 79. ff. de judic. arg. l. an usufructus. 56. ubi DD. ff. de Usur. l. si usufructus. 8. ff. de Usufr. legat.* Angel. *in l. proponebatur. ff. de judic.* Berlich. *2. decis. 224. & seq.*

Universitas enim eadem manet, licet variè mutentur personæ, *l. 7. §. in decurionibus. 2. quod cujusque univ. nom.* cum licet homines extinguantur, nihilominus tamen res & jura ipsorum hominum remaneant, ut quæ propter mortem hominum non extinguantur, ac propter illa jura repræsentatur tota universitas etiam in uno *d. l. sicut. 7. §. 2. quod cujusque univers. nom.* etiam omnibus extinctis: quod tamen intellige scil. habitu quoad juris intellectum, non actu, ob rationem, quod universale (sicut homo in genere non moritur) perire non possit. Besold. *d. c. 12. th. 60. n. 2.* add. & Gœdd. *2. cons. Marp. 28. n. 130.*

VII.

Universitatem tangens ab universitate debet approbari *cap. si Archiepiscopus. 6. extr. de tempor. ordin. cap. ad hæc. 8. in fin. extr. de offic.* Archidiac. *cap. ult. extr. de majorit. & obed. cap. accedentis. 11. extr. de præscript. c. ult. extr. de his quæ fiunt à Prælat. c. quod omnes. 29. de R. I. in 6.* & præcaveri. *c. pervenit. 2. extr. de immunit. Eccles.*

CAP. XXXIX.
Unitas, Unus.

Axioma I.

Unitas divisionem non recipit. *cap. loquitur. 18. q. 1. arg. l. nulli. 10. C. de judic. cap. 1. extr. de sequestr. possess.* Speculat. *lib. 1. cap. sequitur de arbitr. n. 6. pag. 64. fac. 2.*

II.

Unitas est principium numeri, ipsa tamen non est numerus, *arg. l. 10 in fin. de acquir. poss. l. 48. ff. locat.* Nolden. *de statu Nobil. c. 15. n. 143.*

III.

Unus non potest plurium vicem sustinere neq; multis functionibus sufferre. *l. 9. de pact. l. 13. §. 4. SC. Trebell.* vid. tamen *l. 59. in fin. eod.* Everhard. *in loc. à tanquam sive resp. & supr. lit. P. cap.* Persona.

IV.

Qui de uno dicit, de alio negare videtur. *l. cum Prætor. 12. ff. de judic.* ubi cum Prætor vetat, intelligitur cæteris permittere, v. c. cum Prætor nominatim uni mandat, ut judicet, cæteris id prohibere videtur. vid. tamen Duar. *ad l. 24. §. si quis post. de legat. 1.* ubi ait, ad hoc brocardicum quid respondeam, nescio, ego manus do, si his armis brocardicis pugnandum sit.

CAP. XL.
Vocatio.

Unusquisque in ea probatione permaneat, in qua dignoscitur esse vocatus. *cap. licet. 18. de Regular.*

CAP.

CAP. XLI.
Vocatio, Exclamatio, Clamor.

Exclamationes tumultuosæ jure improbantur *l. 28. §. 3. de pœn. l. ult. C. de his qui ad Eccl. l. 1. & 2. C. de seditios.* Petr. Wesenb. *1. cons. 40. numer. 12.*

CAP XLII.
Voluntas, Velle.

Axioma I.

Voluntas est animi motus nullo cogente ad aliquid vel non imitandum vel adipiscendum. *c. 1. in pr. 15. q. 1.* Qvem voluntatis actum duplicem statuunt Sonzin. *9. Metaph. q. 15.* & Fonsec. *1. cap. 1. q. 1. sect. 4.* elicitum nimirum & imperatum: illum vocant, quatenus sese continet intra ambitus voluntatis, ita ut perpetuo liber maneat ac cohiberi nequeat: Hunc vero, qui à voluntate aliis membris imperatur, ut ambulare, loqvi, videre, ita ut à majori imperio prohiberi possit. Voluntatis vox notat aliquando etiam (1.) Θέλημα Θελητικὸν, h. e. δύναμιν & facultatem volendi. (2.) Θέλησιν, quæ est actus volendi in volente. (3.) Θέλημα Θελητὸν scil. ipsam voluntatem, de quibus vid. Meisner. *part. 1. Philosoph. sobr. sect. disp. 3. num. 3.*

II.

Voluntas partium in contractibus est attendenda. *l. semper in stipulationibus. 34. de R. I.* quia conventio partium legem dat contractui. *l. legem. 10. C. de pact. l. 1. §. si 6. deposit. l. pen. C. pro loc.* Limitationes & restrictiones hujus regulæ integro capite prosequitur Francisc. Sarmient. *lib. 1. select. interpr. c. 11. pag. 112.*

III.

Voluntas non potest ligari. *l. pen. in fin. ff. de pact.* Unde etiam pacta de non alienando rem suam non valere dicuntur. Bart. in *d. l. pen. num. 1. & in l. qui absenti §. 1. de acq. poss.* Imol. *in l. qui Romæ. §. cohæredes de V. O.* Quod tamen cum Zas. *in parat. de pact. n. 28.* non universaliter accipe, sed potius distingue: Aut voluntatem mihi ipsi respectu mei solius ligari animus est, & tum voluntas mea ligari non potest, licet etiam juramentum accedat. *l. si quis in princip. 22. de legat. 3. l. 3. §. fin. ff. de adim. legat.* aut ligari volo in conventionibus ab altero factis, & hoc modo regulariter posse, textus est *in l. sicut 5. C. de obl. & act.*

Limita, nisi obligatio in se merum factum contineat. *l. si quis ab alio 41. §. 1. de rejudic. l. stipulationes 72. in pr. de V. O.* vel nisi tenderet ad servitutem in his, quibus non possit species servitutis constitui *l. quoties 15. de servit.* vel nisi intervenerit communio. *l. si non sortem 26. §. si centum. 4. ff. de Condict. indeb.*

IV.

Voluntas ultima defuncti pro Lege est servanda. *c. ultima voluntas 9. 13. quæst. 2. l. 1. C. de SS. Eccles.* adeoque præcisè interpretanda. *§. dispo-*

nat. Auth. de Nupt. Nihil enim magis est curandum, quam ut ea impleatur. *l. 4. C. de necessar. serv. her. inst.* Ang. *cons. 7. n. 3.* cum impium atque crudele, eam negligere. *l. contra voluntatem 7. C. de testam. manumiss.* è contra vero is pie agat, qui eam conservat. *§. si verò expressim. Auth. de hered. & Falcid. Nov. 1.* Jason *in Auth. si qua mulier. col. 3. vers. tertio principalis opinio. C. de SS. Eccles.* Wesenb. *2. cons. 90. num. 18.* Laurent. Kirchov *cons. 26. num. 2. vers. num relictum. & cons. 298. n. 27. cum seq. vol. 1. & cons. 119. num. 34. vol. 2.* siquidem voluntatem testatoris prædominari, & tanquam reginam primum locum obtinere, præcipuè spectari, ad unguem observari, totum facere, non circumveniri, nec verborum subtilitate circumverti debere, inter omnes constare ac certi juris esse, tradit & probat eleganter Johan. de Castil. *in tract. de conject. ult. volunt. c. 18. n. 1. & seqq. add. text. in l. in conditionibus. primum. 19. de cond. & demonst.* Phil. Matth. *1. cons. Marp. 20. n. 5.* late Joh. Cephal. *cons. 670. n. 19.* Decian. *3. resp. 1 n. 164.* ubi ait, nec in favore piæ causæ alterari posse, sic ut etiam voluntate heredum infringi nequeat. Cephal. *cons. 170. num. 15.* text. elegans *in can. ultima. 4. caus. 13. q. 2.* Unde etiam peccatum mortale committere is dicitur, qui, cum potest, ultimam defuncti testatoris voluntatem non exequitur. *d. c. ultima.* Imol. *in c. cum esses num. 8. de testament.* Corn. *cons. 26. n. 2. vers. nam relictum. & cons. 298. num. 27. cum seq. vol. 1. & cons. 119. n. 34. vol. 2.* atque ita iis qui non servant voluntatem, id, quod datum est, auferri potest. *c. Sylvester 13. 11. q. 1. cap. licet 6. extr. de vot.* Barthol. Brixiens. *quæst. 2. n. 1.* cum hominis non modo intersit, simul & testantis & heredis honos sit, ut quis potius cum testamento quam sine eo decedat *l. Julianus 42. ff. de acq. her. l. & quia 6. ff. de interr. act. §. 1. Inst. quib. manumitt. non licet. in pr. Inst. ad L. Falcid.* verum etiam Reipub. sit ultimæ defunctorum voluntates illibatæ, sive eæ sint in voluntate duntaxat, sive in testamento, sive in Codicillis expressæ. Dec. *cons. 456. n. 7.* conserventur. *l. vel. negare 5. ff. testam. quemad. aper. gl. in l. Gallus. §. quod si is. in verb. utilitatemque.* Bald. *num 3. ff. de liber. & posthum.* Dec. *cons. 499. num. 3.* Anton. Gomez. *lib. 2. var. resol. cap. 4. n. 6. vers. quinto facit*, adeo quidem ut nec Imperator, nec Pontifex Romanus, nedum conventiones privatorum efficere possint, quo minus testamentum alicujus servetur atque executioni mandetur. *l. si testamentum 10. C. de testam. fac. l. rescripta. 7. C. de precib. Imper. offerend.* Bart. *in l. legatum ff. de Usufructu legat.* Bald. *in l. 1. in fin. C. de his quæ pœn. nom. & in l. quæ sub conditione. §. de hoc jure. ff. de condit. & demonstr. cons. 82. vol. 1. cons. 66. vol. 3.* Roman. *cons. 177. in fin.* Alex. *cons. 73. col. 2. vol. 7.* Dec. *cons. 403. n. 12. & cons. 557. n. 4. & 5.* Cons. Arg. *73. num. 8. vol. 1.* ac nihil sit quod magis debeatur hominibus, quam ut eorum suprema voluntas, quia jam aliud velle non possint, servetur. *d. l. 1. C. de SS. Eccles.* Cons. Arg. *cons. 63. numero 44. vol. 1.* adde dictum D. Augustini *lib. 5. de hæres.*, ubi ait, testatoris voluntatem aut hereditate carendum, Vult. *1.*

conſ. Marp. 29. n. 1. & 2. Fichard. *1. conſ. 39. n. 1.*

V.

Ultima voluntas præcedentes diſpoſitiones ſubruit. Donat. *in not. ad Terent. Adelph. act. 3. ſcen. 5.*

Ille tibi moriens nos commendavit ſenex, cum inquit, in jure ultima judicia certiora & potiora ſunt. Cujac. *lib. 4. reſponſ. Scævol. ad L. ult. de legat. 2. pag. 291. B.*

Limita, niſi priori teſtamento addita ſit clauſula derogatoria. *l. 22. de legat. 3. vid. Barboſam in tract. de clauſulis. verb.* derogatoria.

VI.

Liber homo in omnibus habet liberam voluntatem & conſenſum, præterquam in iis, quæ ſibi à jure, lege vel Principe, legitimo modo prohibita ſunt. *l. libertas 4. de ſtat. hom.* Franciſc. Anſaldius *conſ. 94. n. 10.* Qui enim leges neceſſitati (putans lege ſe ad aliquid obſtrictum eſſe) non agit libera voluntate, *l. atqui natura. 19. §. ſi libero homini. 2. ff. de negot. geſt.*

VII.

Voluntatem ab initio adfuiſſe ſufficit, tametſi poſtea refragetur. *l. in diem 6. verſ. nullam enim poteſt videri injuriam accipere, qui ſemel voluerit, de aq. pluv. arcend. l. 1. §. prodeſt. in fin. quorum legator. l. videamus. 17. ibi: ſufficit ſemel perveniſſe, quod met. cauſ. l. de accuſationib. 14. §. ult. in fin. ibi: illo tempore, quo contrahebas, videris conſenſiſſe. de diverſ. & temp. præſcript.* & ſic ſemel obligatus deinceps conſilium ſuum in præjudicium creditoris mutare non poteſt. *cap. mutare. 33. extr. de R. I. in 6.* Matth. Coler. *1. de proceſſ. executiv. c. 6. n. 64.* Ant. Faber *ad l. 3. §. 4. de in rem verſ.*

VIII.

Voluntatis quæſtio eſt facti, *voluntatis. 7. C. de fideicom.* Quod autem facti (non juris) eſt, à jure ſuppleri non poteſt. *l. 12. §. facti de captiv. & poſtlim. reverſ.* Anton. Faber *C. ſuo de teſtam. d. fin. 7. n. 4.* unde etiam nec voluntas ultima præſumitur, nec aliud voluiſſe teſtatorem quod non dixit, late Beſold. *6. conſ. 263. n. 11.* qua de cauſa voluntas teſtatoris juxta illud quod verba ſonant, nec largius exponenda. *l. ille aut ille. 25. in fin. de legat. 3.* quia id tantum voluiſſe præſumitur, quod verbis expreſſit. *l. Labeo. 7. in fin. de ſupell. legat. l. in ambiguo. 3. de reb. dub.* Rol. à Vall. *conſ. 51. n. 7.* quib. nobis addere non licet, quæ ipſe non addidit *l. unic. §. 1. C. de caduc. toll.* multo minus propter ſubtilitates & conjecturas ab iisdem recedere. Alciat. *in l. Gallus. §. quidam. n. 5. de liber. & poſthum.* Illuſtr. ICt. Germ. *conſ. 84. n. 153. & ſeqq.* in iis autem, quæ non expreſſit, interpretanda eſt voluntas ejus ſecundum juris diſpoſitionem *l. nemo 55. ubi Dd. de legat. 1.* Weſenb. *late conſ. 94.* ubi declarat & quæſtionem voluntatis accuratiſſime tractat. *num. 27. & ſeqq.* Niſi manifeſtum ſit teſtatorem aliter ſenſiſſe *l. non aliter. 69. in pr. de legat. 3.* illud enim voluiſſe præſumitur, quod jus commune vult. *l. heredes mei, 57. §. cum ita ad SC. Trebell. ibique* Bart. Vult autem ut in præſtatione legatorum tempus conditi teſtamenti inſpiciatur, ejusdemque verba præſentis temporis ad iſtud reſtringantur. Bart. *in l. ſi ita 7. ubi* Dyn. *de aur. & arg. legat.*

IX.

Voluntas enixa potior eſt nudâ voluntate. Cujac. *in libr. 4. Reſp. Scævolæ. ad l. ult. de legat. 2. per ill. text.* unde etiam enixæ voluntatis preces ad omnem ſucceſſionis ſpeciem porriguntur *l. cum pater 77. §. filius matrem 23. ubi* Cujac. *in recit. & lib. 8. reſponſ. Papin. pag. 342. de legat. 2.* & voluntas enixa ex jurejurando appoſito probatur. Roſenthal. *c. 7. concl. 17. n. 16.*

X.

Voluntates ultimæ in dubio ſemper legitimæ & valere præſumuntur *l. ſi poſt diviſionem 4. ubi gloſſ.* & Bart. *C. de jur. & fact. ignorant. l. ſi miles qui deſtinaverat. ff. de teſtam. milit. l. Mævius 66. in pr. ff. de legat. 2. l. fin. & ibi Dd. C. de edict. D. Adr. toll.* Alex. *ad rubr. ff. de nov. oper. nunc. n. 43.* Regner. Sixtin. *2. conſ. Marp. 21. n. 52.*

XI.

Voluntates ultimæ per ſe in jure reputantur favorabiles. Cephal. *conſ. 541. n. 40.* & multo favorabiliores, quam diſpoſitiones, quæ ſunt inter vivos. *arg. §. fin. Inſt. qui & ex quib. cauſ. manumitt. non lic. l. in teſtamentis 12. ff. de R. I. cap. inter dilectos, de donat.* Vult. *2. conſ. Marp. 25. n. 31.* atqve ita tales plenius ſunt interpretandæ. *l. in teſtamentis 12. ff. de R. I.* Nulla enim voluntatis ratio poteſt eſſe certior, quam quæ ab ipſis diſponentibus facta eſt, *l. Labeo 7. de ſupell. legat. l. non aliter 69. ff. de legat. 3.* Pariſ. *conſ. 14. n. 24. lib. 2.* Decian. *reſp. 84. numer. 29. vol. 3.* Regner. Sixtin. *2. conſ. Marp. 18. num. 103.* & voluntatem ſectari debemus ſicut venator leporem. Socin. jun. *conſ. 184. n. 23. lib. 2.* cum ipſa teſtatoris voluntas totum faciat. Idem Socin. *conſ. 95. n. 8. lib. 3. & conſ. 145. n. 13. lib. 3.* ac ex conjecturis & interpretatione. Idem *conſ. 136. num. 15. l. 3.* etiam ex actu nullo colligi queat. Idem *d. conſ. num. 15. l. fin. ubi* Bart. *ff. de reb. eor.* Ludov. Gomez. *ad §. pœnales. Inſt. de action. n. 6.* atque ita fieri poſſit violentia verbis, ut ea ſervetur. Idem Socin. *ibid. num. 20.* Nevizan. *conſ. 72. num. 2. conſ. 31. num. 1. & conſ. 33. num. 5.* Roland. à Vall. *conſ. 81. num. 24.* Alciat. *conſ. 47. n. 11. tom. 3.* Joſeph. Ludov. *deciſ. 61. p. 2.*

Declara, regulam procedere in dubio, ubi ex conjecturis magis quam verbis teſtamenti voluntas teſtatoris liquet: alias ſi de teſtatoris mente non conſtiterit, propria verborum teſtamenti ſignificatio retinebitur, prout demonſtrat elegánter Roderic. Soarez *in allegat. 2. num. 2. 13. & ſeq.* Phil. Matth. *ad l. 19. de R. I.* ac ſequendum id quod credibilius & veriſimilius eſt, atque ſic ex iis, quæ in teſtamentis diſpoſita leguntur, probabili voluntatis conſequentia colligi poſſit, *l. Mævius 66. l. cum pater 67. §. ab inſtituto, 15. l. cum proponebatur. 64.* ubi Bart. *de legat. 2. l. utrum. 47. de donat. int. vir. & uxorem. l. cum in teſtamento 24. de reb. dub.* Socin. *poſt* Bald. *in l. heredes mei §. cum ita. ad SC. Trebell. & conſ. 6. lib. 3.* qua de cauſa optimum eſſe Pædius exiſtimat non propriam verborum ſignificationem, ſcrota-

scrutari, *l. cum de lanionis. 18. §. 3. vers. optima de fund. instruct.* cum enim voluntas duobus modis consideretur, Menoch. *cons. 25. num. 49.* nimirum vel ex verbis, vel ex conjecturis; Voluntas autem in animo retenta difficulter probetur, Panorm. *in c. præsentium. num. 3. de testib.* Jason *in l. admonendi. num. 309. de jurejur. c. pen. num. 13. de jurisd. §. sed istæ. Inst. de action.* ideoque non plane abs re erit, si per præsumptiones & conjecturas probetur, atque sic etiam pro veritate habeatur. Menoch. *cons. 5. num. 17.* sicut in aliis, quæ difficilis probationis sunt & ab animo dependent, statutum videmus. *l. si constante. 24. solut. matrim. l. Imperator. 70. l. Lucius. 6. de leg. 2.* Bart. Alex. *in l. si quis ex argentariis §. pen. de edend. l. in illa stipulatione si calendis 8. in fin. de V. O. l. si Prætor. 75. vers. Marcellus. ubi* Angel. *de judic.* ita voluntatem testatoris æque ex circumstantiis conjici posse atque Legis, testis est Menoch. *cons. 97. num. 25.* ita ex conjecturis voluntatem colligi, probat idem *consil. 5. num. 16. cons. 87. num. 67.* ita etiam in conditione positos censeri vocatos conjectura aliqua voluntatis concurrente, tradit Jul. Clar. *de testam. q. 77. 78. per tot.* sic à toto sumi conjecturam ad partem, quasi verisimile non sit ad partem noluisse testatorē admitti eum, quem totum habere voluit, etiam cum verba adversari videantur, arg. *l. quæ de tota 78. ff. de rei vindic.* illustrat Everhard. *in loc. Top. loc. à tot. ad part.* unde etiam institutos ex sententia testatoris præferri iis, qui verbis instituti sunt. text. sunt *in l. ult. C. de necess. hered. instit. l. etiam mater 28. ff. de inoff. testam.* Quocirca juris non est incerti, quando voluntatis quæstio ex verbis prolatis decidenda, quod tum non secundum propriam juris significationem ea accipienda, quam secundum personam proferentis interpretanda sint. *l. plenum 12. §. equitii 4. ff. de usu & habitat. l. ex militari 11 in pr. ibig.* Bart. *de milit. testam. l. pen. ff. de adim. legat.* quia qualitas loquentis intelligentiam verbi causat, ut loquitur *text. in c. solicitæ de major. & obedient.* Hartm. Pistor. *1. obs. 26. num. 22.* ac voluntas hominum ex verbis colligatur *l. Labeo 7. vers. idem Tubero. ff. de supell. legat. c. secundo requirit. 41. de appel.* Cravett. *cons. 35. incip. ex pluribus num. 6.* nec ulla voluntatis ratio possit dici certior, quam quæ ab ipsis disponentibus facta est. *d. l. Labeo, l. non aliter 69. de legat. 3.* Paris. *consil. 14. n. 24. lib. 2.* Decian. *resp. 84. n. 29. vol. 3.* Regner. Sixtin. *2. consil. Marp. 18. n. 103.*

XII.

Voluntate unius non potest infirmari, quod duorum consensu est contractum. *l. nihil tam naturale. 35. l. ferè. 183. ff. de R. I. vide supra lib. 1. c. 42. axiom. 4. & 7.*

Intellige nimirum regulariter: in mandato enim speciāliter receptum, ut re integra unius voluntate revocetur, ratio, quia beneficium invito non datur: Mandati executio in beneficio & officio consistit. Ergò à mandante respui potest *l. invito. 69. ff. de R. I.* neque hic potest prætendi aliquod interesse, quia ex obligationibus, quæ factum continent, non nascitur actio, nisi cœperit facere. *l. si procuratorem. 8. §. mandati actio. 6. ff. mandat.*

XIII.

Voluntas agentis actum regulat ac definit. *c. cum super Abbat. 8. in fin. de offic. delegat. & in l. cum te. ubi* Bald. *de donat. ante nupt.* Bursat. *cons. 162. num. 10. vol. 1.* Decian. *cons 5. num. 106. vol. 1. & cons. 40. num. 21. vol. 3.* Menoch. *cons. 103. n. 51. vol. 1.* Vult. *3. cons. Marp. 31. num. 1.* imò voluntatem etiam ex actu nullo declarari probant Natta *cons. 306. n. 14. vol. 2.* Paris. *cons. 79. num. 16. vol. 2.* Curt. jun. *cons. 316. num. 14. vol. 3.* Lanar. *cons. 15 num. 23.* & in specie quod ex testamento imperfecto minusque solenni testatoris voluntas declaretur. *text. sunt in l. fin. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. l. in testamento. ubi.* Bart. *ff. de fideicomm. libertat.* vid. Roman. *cons. 179. num. 11.* Dec. *cons. 176. & cons. 159. numer. 2.* Paris. *cons. 7. num. 35. vol 3.* Cravett. *cons. 113. num. 6. vol. 1.* ubi ait, hoc eo magis procedere, cum talis voluntas sit verisimilis, prout refert & sequitur Bursat. *cons. 5. n. 3. & cons 28. num. 1. vol. 1. & cons. 307. num. 14. vol. 3.* quibus accedit Boer. *decis. Burdegalens. 172. num. 22.* dicens ex testamento nullo declarari, qualis fuerit testatoris voluntas, add. & Surd. *decis. Mant. 152. num. 18. & decis. 205. num. 11.* ubi in terminis legati nulliter & in testamento imperfecto relicti allegat. Socin jun. *cons. 9. num. 31. vol. 2.* Natt. *consil. 306. num. 7.*

XIV.

In his quæ pendent à voluntate unius, si ea non valent ut ago, non etiam valent ut valere possint. Bart. *in l. 1. §. si quis ita ff. de V. O.* quod in testamentis (quæ est unius dispositio, & à solius testatoris voluntate dependet. *l. illa institutio 32. ff. de hered. instit.* Bald. *ad l. executorem num. 4. C. de execut. rei judic.* Dec. *cons. 494. num. 6.* Paris. *cons. 38. num. 40. lib. 3.* Barthol. Socin. *ad l. 2. num. 3. ff. de Vulgar. substit.*) illustrat exemplo Cyn. ita dum ait, quod si ex ipso testandi ordine appareat, quod quis voluerit testari in scriptis, quia jussit testes accersitos subscribere, & sigillo testamentum consignare, tunc si omnes non subscripsissent, aut non omnes signacula impressissent, licet interveniſſet idonea & sufficiens ad testamentum nuncupativum solennitas, non tamen valeret ut nuncupativum, quia defuit voluntas testatoris, neque ut scriptum, quia defuit forma, allegatus à Blonosco *ad l. hac consultissima §. per nuncupationem. C. de testam.* quod tamen non admittit Menoch. *lib. 4. præsumpt. 2. num. 519. & 20.* ubi limitat procedere tum demum, quando digressio fit de una specie in alteram speciem diversam, sicut cum quis digreditur de testamento ad Codicillos, secus quando una species transit in aliam non diversam, ut in testamento in scriptis ad testamentum nuncupativum vel contra, quia inter hæc non est differentia in substantia, quæ est heredis institutio, sed in adjuncto formali, quod est in scriptura & nuncupatione, add. & Vasq. *lib. 2. de success. creat. §. 11. num. 13. & seq.* Alciat. *ad l. 1. §. si quis ita n. 32. ff. de V. O.* Gœdd. *3. cons. Marp. 28. n. 95. vid. supr. c. validum. ax. 2.*

XV. Vo-

XV.

Voluntas testatoris ab alieno arbitrio dependere non debet, *l. illa institutio 22. ubi gl. & Dd. ff. de hered. instit.* Socin. *jun. cons. 163. subtilis admodum num. 32. vol. 2.* Menoch. *cons. 90. n. 107. vol. 1. fac l. 1. ff. de inoffic. testam. l. fratres 27. C. eod.* Regner. Sixtin. *2. cons. Marp. 10. n. 136.*

XVI.

Voluntas tacita, quæ ex actu colligitur, non debet extendi ultra quam ex ipso actu inferatur de necessitate. Bart. *in l. 1. §. si quis hoc. ff. de itin. act. priv.* Ea enim, quæ gerimus voluntarie, non extenduntur ultra quam gerimus. *l. tutori. 20. C. de negot. gest. gl. in l. non dubium. verb. ignoraverit. C. de testam.* Salicet. *ad l. cum fidem. C. de non numer. pecun.* Natt. *cons. 77. num. 6.* Petr. Surd. *cons. 212. num. 25. per l. cum de indebito 25. vers. sed si pro parte. ff. de probat.* quod procedere non tantum in actibus inter vivos, agunt Paris. *cons. num. 11. vol. 3.* Cravett. *cons. 292. numer. 1.* Dec. *cons. 452. col. ult. vers. quarto non obstat.* sed etiam in ultimis voluntatibus, post Bald. & Bart. *in d. l. non dubium. C. de testam. per l. 4. C. de jur. & fact. ignor.* probat Anton. de Padill. *ibid. numer. 5. vers. item adde.* Unde etiam minus solennis voluntas approbata non censetur simpliciter approbata, sed in eo solum, in quo nominatim approbatur. Alex. *in l. non dubium C. de LL. num. 3.* Jason *collat. 2. vers. & idem quoq; voluit gl. in l. 2. verb. præstiterunt. C. de fideicomm. & ibi* Cyn. Bald. *per l. Lucius Titius 88. §. testator 5. de legat. 2.*

XVII.

Voluntas errantis nihil disponit, *l. 1. C. de falsa causa. adject. l. fin. in pr. ff. de liberat. legat. gl. ad l. Lucius §. quisquis. ff. de legat. 2. & ad l. 2. C. de necessar. hered. instit.* Christoph. Herdes. *cons. 35. num. 177. vol. 1. var. ICtor.* Gœd. *3. cons. Marp. 28. n. 29.*

XVIII.

Voluntas semper potior est voce dicentis & facto facientis nedum scriptura scribentis. *l. Labeo 7. in fin. ff. de supell. legat. t. 1. C. plus valere quo l agitur.* Anton. Faber *in C. lib. 6. tit. 5. defin. 1. num. 14.* Carpzov. *p. 2. constit. 39. defin. 9. num. 6. & p. 3. constit. 15. defin. 42. num. 4.* Exemplum est *in l. cum ita. 41. de usu & usufr. leg.* Interdum tamen plus valet scriptura, seu quod dictum, quam quod actum est. *l. si alii. 19. in fin. de usu & usufr. leg.* Cujac. *in comment. ibid.* sic interpretatur: interdum apud Judicem maxime addictum, stricto judicio plus valere scripturam si perspicua sit, quam voluntatem. Adeoque innuere JCtum potius id, quod fieri soleat, quam debeat, & imprimis istud: Strictorum judiciorum aleam esse periculosam.

XIX.

Voluntas posterior emendat priorem. *t. ex posteriore. 2. Inst. quib. mod. testam. infirm. l. si quis priore 20. ff. ad SC. Trebell. l. cum in secundo 16. de injust. rupt. irrit. test. l. si filius qui in potestate 7. de liber. & posthum. l. sancimus. 2. C. de testam. l. quod traditum 39. de condit. & demonstr.* Dec. *cons. 475. num. 1.* Bald. *in l. omnes populi, de justit. & jure. & in c. de causis. de offic. deleg. gl. & Bart. in l. cum proponas. C. de Codicill. & in l. non dubium. de jure fisc. & in l. 1. §. ne autem. de secund. tabul.* Angel. *in l. si miles. ad L. Falcid. & in l. omnium. C. de testam.* Bald. *in l. diximus. §. duas. de Excusat. tutor.* Speculat. *in tit. de instrument. ad §. instrumentum. vers. sed pone. cum aliis allegatis ab* Alex. *cons. 122. num. 1. vol. 4.* Didac. Covarr. *in rubr. extr. de testam. num. 19. vers. sexta declaratio.* Jul. Clar. *quæst. 94. de testam.* Alex. *cons. 38. vol. 1.* Roland. à Vall. *cons. 33. num. 17.* Jacob. Philip. Port. *cons. 176. num. 19. lib. 1.* Rimsen. *cons. 110. num. 4. vol. 1.* Johann. Cephal. *cons. 402. num. 9. & cons. 461. num. 11. vol. 4.* Hyppolit. Riminald. *cons. 235. num. 1.* Ultimum enim tollit omnia præcedentia, etiamsi testator mille testamenta condidisset. *t. cum Martha. 6. de celebr. miss. c. ultima. 8. q. 2. l. cum hic status 32. §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor.* Francisc. Marc. *quæst. 319. part. 1.* Jason *cons. 169. vol. 4.* Socin. *cons. 101. num. 6. vol. 3.* Port. *cons. 175.* Capra. *reg. 111. num. 37.* Roland. à Vall. *cons. 33. num. 19. lib. 3.* Cephal. *cons. 519. num. 2.* Corn. *cons. 319. num. 1. vol. 1.* Riminald. sen. *cons. 455. n. 12. vol. 3. & 459. num. 1. vol. eod.* Pantschman. *2. quæst. 10. numer. 7.* Cephal. *cons. 559. num. 2. lib. 4.* Vasq. *lib. 1. de succes. resol. §. 1. num. 21.* Paul. de Castr. *cons. 284. in facto præsenti. vol. 1.* Paris. *cons. 10. n. 4. & cons. 24. vol. 3.* Hyppolit. *consil. 269. n. 5.* Francisc. Bursat. *cons. 42. num. 5.* quamvis secundum testamentum sit factum jure speciali & primum de jure communi, *l. milites codicillis. §. fin. ff. de milit. testam. l. 2. de injust. & irrit. testam.* Castrens. *3. cons. 128. dubium facit. vol. 1.* Abb. *cons. 11. in causa. lib. 1.* Didac. Covarr. *in rubr. extr. de testam. p. 2. num. 1.* Angel. *cons. 159.* Conradus Alberti. *& cons. 358. quidam fecit testamentum.* Dec. *in l. nihil tam naturale. de R. l. numer. 5.* Barbat. *cons. 44. num. 4. lib. 3.* Alex. *cons. 146. n. 13. & cons. 84. num. 54. themate. lib. 2. & consil. 131. n. 3. lib. 7.* Dec. *cons. 475. num. 1. & cons. 409. num. 3. & cons. 512.* Grat. *resp. 90. num. 2. lib. 2.* Paris. *cons. 34. num. 59. lib. 2.* Guilelm. Benedict. *in c. Rainutius. verb. testamentum. n. 75.* Vasq. *in d. tract. de succes. resolut. §. 1. n. 9.* Roland. à Vall. *cons. 33. vol. 3.* Nevizan. *cons. 63.* Francisc. Beccius *cons. 86.* Bursat. *cons. 47. num. 6.* Cephal. *cons. 375. n. 3. vol. 3. & cons. 343. numer. 14.*

XX.

Voluntas testatoris per ultimam voluntatem impediri non potest. Pantschman. *2. quæst. pract. 13. num. 6.* ratio, quia ea nec per pactum impeditur. *l. stipulatio hoc modo. de verb. oblig.* ac argumentum à contractibus ad ultimas voluntates sit validum. *l. servum filii. 44. §. eum qui chirographum. de legat. 1. l. fin. C. de legato. l. si ex legat. causa 23. de V. O.*

XXI.

Quæ ab initio sunt voluntatis, ex postfacto fiunt necessitatis *l. sicut 5. C. de O. & A. l. in commodato 17. §. sicut Commodat. t. quidam. 12. extr. de renunc.*

Fallit (1.) in matre, quæ tametsi liberorum tutelam semel susceperit, abjicere tamen eam vicissim

sim pro lubitu potest. Anton. Fab. *C. suo quando mulier tutor. offic. fung. possint* Fallit (2.) etiam quadantenus in donatione, quæ non simplex & verum debitum constituit, sed quatenus quis facere potest. *vid. supra lit. P. Promissum cadit in debitum.* Fallit etiam (3.) in milite. *l. 2. pr. de veteran.*

XXII.

Volenti non fit injuria. *l. nemo. 187. de reg. jur. cap. scienti eod. in 6.*

Intellige nimirum verum de voluntate plane libera. *cap. 1. caus. 15. q. 1.* Reiger. *in loc. comm. hac voce.* non de impedita, vel per pudorem. *l. pen. in fin. de furt.* vel per obedientiam vel per aliam persuasionem dolosam. Is enim qui decipitur, pro non volente habetur. Wesenbec. *consil. 314. pag. 301. num. 7. ubi num. 8. l. eum. C. de apostat. & alios textus & autoritates allegat.* per hanc enim propria voluntas mactatur. text. *in cap. sciendum caus. 8. q. 1.* item intellige (2.) scil. à tertio, à se ipso enim bene fiet injuria. *l. 1. de bonis eor. qui l. 3. §. 6. eod. (3.)* in factis licitis & contrahendo, non in delinquendo & quæ per se sunt turpia. *vid. supr. lit. I. cap. injuria. ax. pen.*

XXIII.

Voluntas male pro facto reputatur. *c. magna 5. c. omnis 25. de pœnitent. dist. 1. c. qui pejerare. 22. q. 5. c. nuptiarum. 27. q. 1. c. si Paulus. 32. q. 5.* unde aliquando etiam sine effectu punitur, *c. nuper 4. ext. de bigam. non ordinan. c. ult. extr. de simon. cap. sunt. 6. extr. de homicid.* voluntas enim & propositum alicujus perquam maximè inspiciendum ad hoc, ut de facto ejus judicetur. *c. cum 54. extr. de sent. excomm.* cum voluntas sceleris eadem severitate puniatur, qua effectus. *cap si quis 6. q. 1. cap. quisquis. 9. cap. solicitatores 5. de pœnitent. dist. 1.* ita voluntas imputatur in homicidio *c. significasti 18. ext. de homicid.* hinc qui voluntate tale non committit, sed casu fortuito, liberari debet. *c. eum qui 46. c. quantum. 48. cum seqq. dist. 50.* cum reum constringat voluntate, non necessitate. *c. aliquos & seq. caus. 15. q. 1.* ita & in damnis illatis voluntatem attendi. *text. est in c. si quis 6. ext. de injur.* aliquando etiam voluntas sine facto non sufficit. *cap. 1. extr. de eo qui mitt. in poss.*

XXIV.

Voluntas plurimorum unius vel paucorum voluntati præferenda est, *can. sciens. 7. q. 1.* nisi à paucioribus aliquid rationabile opponatur & probetur. *c. 1. extr. de paroch.*

XXV.

Voluntas hominis est causa vitii & virtutis *can. nasci 5. dist. 56. can. sciendum. 35. 27. q. 1. ibi: per votum propriæ confessionis. c. 1. 15. q. 1. can. merito 1. can. non est. 10. can. illa. caus. 15. q. 1.*

XXVI.

Voluntate quod arripitur, perseverat, necessitate quod fit, cito solvitur. *cap. quicquid 27. de consecr. dist. 5.*

XXVII.

Voluntas & propositum distinguunt malefi-

cium. *c. dilectus. 13. extr. de homicid. vid. supra lit. M. cap. Maleficium.*

XXVIII.

Voluntatis ejusdem esse debent ii, qui sunt ejusdem corporis. *clem. unic. in fin. de Excess. Prælat.*

XXIX.

Velle si non potest auferri, auferatur posse. *extravag. Com. divinis in fin. de pœn.*

XXX.

Voluntas inanis est, nisi adsit potentia. *l. nolle adire. 4.* ubi Alex. *in princ. ff. de acquir. hered. l. pater Severinam. 101. in princ. ff. de condit. & demonstr.* Velle enim quis non creditur, quod non potest. *l. Lucius. 21. §. imperatores. 6. ff. ad municip. l. si tibi. 8. §. unius. 2. ff. de opt. leg.* gloss. *in l. peto. in princ.* ubi Bald. *in fine princip. ff. de legat. 2. cap. à nobis. de sent. excom.* Surd. *cons. 431. n. 41.* Rot. *decis. 364. n. 3.* apud Farin. *p. 1. recent.*

XXXI.

Voluntas in mente retenta nihil operatur, *l. si repetendi. 7. C. de condict. ob causam.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. propositum.* Rot. *decis. 354. num. 6.* apud Farin. *p. 1. recent.* Surd. *cons. 321. num. 56.* Et propositum in mente retentum nihil operatur. *l. quidam cum filium. 46. ff. de hæred. instit.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 26. numer. 5.* Duran. *Rotæ decis. 379. numer. 6.* [Talis enim voluntas in corde retenta non accommodatur actui hominum. *l. si alii 19. de usufr. legat.* Bald. *consil. 110. num. 58. vol. 2. & cons. 1. numer. 6. & consil. 68. n. 32. d. vol.* nec sufficit quem hoc voluisse, nisi & de hoc fuit dispositio. *l. quidam cum filium 46. ubi* Bart. & Imol. *de hered. instit.* Pantschman. *1. quæst. 21. num. 78. vid. C. A. de acquir. hered. th. 12.*]

XXXII.

Voluntas facto magis quam verbis declaratur, *l. non tantum. 5. ff. rem ratam haberi. l. reprehendenda. 5. C. de institut. & substit. l. pro hærede. 20. ff. de acquirend. hæred.* Aym. *cons. 204. num. 11. cum seqq.* Menoch. *cons. 1. num. 264. & cons. 5. num. 16. & cons. 110. num. 1. & cum seqq. & cons. 158. num. 48.* Mascard. *de probationib. concl. 1415. num. 34.* Surd. *decis. 194. num. 21. & cons. 371. num. 65.* Paulus Montan. *de tutelis & curis. cap. 33. numer. 535.* Valasc. *cons. 169. num. 11.* Cald. Pereira *de resolut. emphyt. c. 22. num. 20.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. §. 4. procem. num. 71.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana. lib. 3. cap. 11. numer. 9.* [Voluntas enim contrahentium magis est spectanda quam verborum conceptio.

ptio. *l. ult. C. quæ res pignor. oblig. poss.* non tamen voluntas facto minuitur, cum verbo declaratur. *l. non tantum 5. ff. rem rat. haber.* Anton. Faber *in C. lib. 1. tit. 3. num. 14.* Carpzov. *p. 3. constit. 27. defin. 5. num. 2.*] Sigism. Scacc. *de appellat. q. 17. limit. 2. num. 23. cum seqq.* Rot. *decis. 582. num. 7.* apud Farin. *p. 1. recent.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 2. resol. 11. num. 65.* ubi *num. 80.* post Mascard. *concl. 45. num. 5.* declarat procedere, quando factum est determinatum ad quid certum præsumendum, secus si est indeterminatum & indifferens. Duran. *Rotæ decis. 233. num. 16.* Unde voluntatem præferendam esse verbis, ait Mendez à Castro *d. lib. 3. cap. 15. num. 11.* subdens regulari à mente, & Surd. *decis. 7. num. 12.* dicit, quod ex conjecturis declaratur.

XXXIII.

Voluntatis mutatio non præsumitur. [sed probari debet ab eo qui hoc allegat.] *l. eum qui 12. ff. de probationib. l. fideicommissa. 11. §. si rem 12. de legat. 3. c. scribam 9. de præsumpt.* Menoch. *cons. 317. n. 29.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. voluntas 9.* Pichard. *ad princip. Instit. de adempt. legator. n. 4.* Surd. *decis. 111. n. 9. & decis. 288. n. 36.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 9. q. 25. n. 16.* Cald. Pereira *de potestate eligendi, c. 3. n. 41. & c. 10. n. 54. & de empt. & vendit. c. 23. num. 65.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 19. n. 27. & decis. 43. n. 23.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 92. n. 3. in 1. edit. & resolut. 77. num. 3. in 2. edit.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 7. n. 2.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 8. lit. V. concl. 286. per totam.* Vincent. Fusar. *de substitut. q. 257. num. 64. & q. 631. n. 14. & 15.* ubi ampliat. Potiusque præsumitur durare nisi contrarium probetur. Menoch. *lib. 4. præs. 195. n. 2.* Card. Mantic. *de conject. lib. 12. tit. 1. n. 2.* Joan. Maria Novar. *quæst. foren. lib. 1. q. 108. n. 6.* Joan. Anton. Mangil. *de imput. q. 102. n. 6.* Duran. *Rotæ decis. 74. n. 46.* Alex. Trentacinq. *cons. 32. n. 4. & cons. 56. n. 2. cum seqq. tom. 2.* Ex quibus autem conjecturis inducatur prioris voluntatis mutatio, vide Rot. *decis. 721. à n. 8. p. 2. recent.* Rot. *decis. 557. n. 5. p. 2. in posthum. Farin.* aliàs *p. 4. recent.* in muliere, quæ semper varia & mutabilis est, præsumitur voluntatis mutatio, ut per Tiraq. *de leg. connub. l. 9. n. 89.* Men. *lib. 6. præs. 37. n. 42.*

XXXIV.

Voluntas coacta voluntas est. *l. si mulier. 21. §. si metu coactus. 5. ff.* ubi Wesenb. *in parat. in pr. quod metus causa l. 17. qui & à quib. manumiss. §. 1. Inst. de Except. l. qui ita in princ. ff. ad Trebell. cap. merito 15. quæst. 1.* Philosoph. *lib. 13. Ethicor. cap. 1.* D. Thom. *1. 2. q. 6. art. 8.* Dec. *in l. velle non creditur, sub n. 6. ff. de regulis Juris,* ubi declarat, quod hæc voluntas non potest dici spontanea, sed qualificata. Navarr. *in man. prælud. 6. n. 4. 6.* Covarr. *de sponsalib. p. 1. c. 4. §. 1. à num. 11.* Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg. 76.* Emman. Figueira de Negreiros *in introduct. ultimarum volunt. lib. 1. c. 10. num. 33. cum seqq.* Card. Seraphin. *Rotæ Romanæ decis. 1350. n. 9.* Morl. *in emporio Juris, p. 1. tit. 2. in prælud. n. 112.* Card. Tusch. *d. tom. 8. lit. V. concl. 280. cum seq.* Franc. Molin. *de ritu nuptiar. lib. 3. q. 98. n. 6.* Duran. *Rotæ decis. 158. n. 13.* [Ubi enim est consensus & spontanea voluntas, ibi cessat præsumptio metus, cum sint duo contraria, quæ non possunt esse in uno eodemque subjecto, *l. 1. C. de furt.* nec velle ita quid is dicatur, qui per metum vult. Bald. *in tit. de pac. constant. verb. item volentibus.* Marant. *quæst. legal. disp. 6. n. 10. & 36.* ac is demum velle dicatur, qui sponte pro suo arbitrio facere potest id, quod alioquin cuivis plenè libero de jure facere licet. *l. si quis major 41. C. de transact.* Phil. Matth. *ad l. 4 ff. de R. I. n. 1.* tametsi non absolute & ex arbitrio voluerit, tamen maluisse videtur, *l. 22. de rit. nupt.* quin imò coactam voluntatem non semper esse voluntatem, *ex l. si privatus. 17. qui & à quib. manum.* infert Cujac. *in recit. C. si quis aliquem testar. prohib. ubi pag. 807. C.* inter negotia, in quibus sufficit qvalis qvalis voluntas etiam non expressa, remissa, tacita &c. ubi & coacta voluntas sufficiat. Unde etiam omnem actum, in quo non tam simplex voluntas requiritur, sed ita qualificata, ut sit libera & spontanea, si fiat coacte, seu per voluntatem coactam, non valere, *ex c. notificasti 33. quæst. 5. ubi gl.* communiter recepta, *in verb. licentiam* deducit Grævæus *2. concl. 93. n. 1.* sed ipse *Cujac.* postea distinguit inter negotia, quod quædam ita sint comparata, ut iis sufficiat qualis qualis voluntas etiam tacita & remissa, & in his etiam coactam in aditionibus hereditatis. *l. si mulier 21. §. pen. quod met. caus. l. si metus. de acquir. hered.* itemque in nuptiis, *l. si patre 22. de rit. nupt.* sufficere perhibet quædam; vero sint, in quibus non sufficiat qualiscunque voluntas, sed requiratur omnino libera, expressa & integra, ut in testamentis, *l. 1. C. de summ. Trinit.*

Limi-

Limitat etiam hanc regulam Gail. 2. *obſ.* 93. *n.* 4. *& ſeq.* in matrim. *per c.* 1. *de ſponſ. impub. l. non cogitur.* 28. *de rit. nupt. nec filium C. de nupt.* ſublimitat item quoad reverentialem parentum metum. idem *d. loc. n.* 22. interim tamen voluntas coacta in male functis à peccato vel à pœna peccati non excuſabit. *c. imprimis* 72. *q.* 1. *cap. item ne* 24. *q.* 1. ubi dicitur, quod quis debeat omnia mala pati, quam malo conſentire, Panormitan. *conſil.* 4. jus enim conditionale non tollit conſenſum. *cap. majores* 3. *de baptiſmo cap. merito l.* 15. *q.* 1. *l. ſi mulier ff. quod met. cauſ.* Exemplum vid. *in c. ſacris* 5. *quod met. cauſ.* Ubi communitas excommunicata per metum incidit in pœnam excommunicationis, ſicut ille, qui communicat ſponte, qua licet metus culpam attenuet, eam tamen prorſus non excludit, *d. c. ſacris.* ubi Panorm. Veram ergò Regulam eſſe de rigore juris, ſimpliciter autem conſideratam extra tales compulſiones latas poſitam potius pro noluntate reputandam eſſe *per l.* 1. *ibi: quos noluerit. ſi quis aliquem teſtari prohib.* concludit Pac. 2. *ἐναντ.* 67. & Cujac. 16. *obſerv.* 40.

XXXV.

Voluntas ultima deambulatoria eſt usque ad mortem. *l.* 4. *ff. de adimend. legat. l. cum hic ſtatus.* 32. §. *ait oratio.* 16. *ff. de donat. inter virum & uxor. cap. cum Martha* 6. *verſ. cæterum. de celebrat. Miſſar.* Pinel. *in rub. C. de reſcind. vendit. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 24. Menoch. *conſil.* 329. *n.* 6. Gutier. *de juram. confirm. p.* 2. *c.* 1. *à num.* 1. Pichard. *ad* §. *poſteriore, n.* 9. *Inſtit. quibus modis teſtam. infirm. & ad princ. Inſtit. de adempt. legat. n.* 9. *&* 23. Card. Seraphin. *Rotæ deciſ.* 296. *num.* 4. Cardoſ. *in praxi Judicum. verb. teſtamentum. n.* 67. Carpz. *P.* 3. *Conſtit.* 2. *Defin.* 11. *n.* 3. *& P.* 2. *Conſt.* 43. *Defin.* 10. *n.* 5. Joh. Mar. Novar. *quæſt. forenſ. l.* 1. *q.* 68. *n.* 8. declarat axioma procedere in actibus reſpondentibus ultimæ voluntati, & qui non niſi in ultima voluntate fieri poſſunt, ſecus in aliis, ut in remiſſione delicti in teſtamento conceſſa, quam teſtator ad bonam valetudinem rediens revocare non poteſt.

XXXVI.

Voluntas morte extingvitur, *l.* 4. *ff. locati. l. cum hic ſtatus.* 32. §. *fin. ff. de donat. inter virum & uxorem. l. uxorem.* 41. §. *Scævola* 13. *de legat.* 3. *l. mandatum* 15. *C. mandat. cap. ſi gratioſe.* 5. *de reſcript. in* 6. Vital. de Camban. *in tract. clauſul. pag. mihi* 56. *n.* 5. Franciſc. Molin. *de ritu nuptiar. lib.* 3. *q.* 14. *n.* 7. Gozadin. *conſil.* 22. *n.* 10. Gail. 2. *obſerv.* 60. *n.* 15. Bart. *in l. more. ff.* 17. *ff. de jurisdict.* Socin. jun. *conſil.* 63. *n.* 12. Capyc. *deciſ.* 121. *n.* 6. Franciſc. Marc. *deciſ.* 513. *n.* 1. *p.* 1. Covar. 3. *var. reſol. cap.* 15. *n.* 2. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *c.* 6. *num.* 44. hinc, quando voluntati alicujus relinquitur actus, tunc ipſe vivus ad eum non poteſt compelli, ſed mortuo eo heredes ejus.

CAP. XLIII.

Votum. *vide* Suffragium.

Axioma I.

Votum in melius mutans illud frangere non dicitur. *c. pervenit. extr. de jurejur. cap. ſcripturæ* 4. *extr. de vot. & vot. redempt.* mutari enim illud poſſe, text. eſt *in cap. magnæ* 7. *extr. eod.* cum in omni voto majoris auctoritas intelligatur excepta, unde D. Paulus, qui voverat ſe iturum ad Hiſpanos, ſuperioris ſuum conſilium mutavit. *cap. beatus.* 22. *q.* 2. nec eſt dicendus voti transgreſſor, qui illud ex juſta cauſa adimplere diſtulerit *cap. non eſt extr. de vot. & cap. quod ſuper.* 8. *eod.* Bart. Brixienſ. *in quæſt. dominical. q.* 39. *n.* 1. *&* 2. ac proinde in mutatione voti qualitas voventis & cauſa mutationis conſiderari debet. *c. l. cap. magnæ* 7. *extr. eod.*

II.

Vota non ſunt numeranda, ſed ponderanda. Hinc præſes curiæ quandoque id, quod à ſaniore licet minore parte decretum eſt, executioni mandare. Sed ob evitandas diſcordias contrarium hodiè practicatur. *Perez. C. de Decret. Decur. n.* 4.

III.

In colligendo numero votorum abſentium, legitimè tamen vocatorum & ægrotorum, non habetur ratio. *Brunnem. ad l. ult. C. de legation.*

IV.

Is, qui præſidet concilio, ſuffragium non habet, ſed officio ejus incumbit, ut aſſiſtat, audiat, dirigat & exequatur. Si autem vota in partes numero æquales diviſa ſint, poterit Judex æquiori ſententiæ adhærere, *Perez. C. de Decret. Decur. num.* 2.

V.

Olim in municipiis primarius ſententiam ſuam primo loco dicebat *l.* 6. §. *fin. de Decur.* Idem & hodiè obtinet. At in ſupremis curiis ſine ordine vota rogantur, prout quisque relatori proximus aſſidet. Imò quandoque juniores ſententiam priùs proferunt, idque vivâ voce, nervosè & breviter, ſicut olim ſenatores Romæ. Inferiores Magiſtratus in cauſis majoris momenti ſententias & vota ſua in ſcriptis proferebant, in levioribus vivâ voce. *Perez. C. de Decret. Decur. num.* 2.

VI.

Vovere eſt voluntarium, ſed adimplere neceſſarium, *c. licet* 6. *extr. de vot.* ſiquidem debet fieri cum deliberatione *cap. viduis.* 27. *q.* 1. ac proin-

de, tale votum cum deliberatione, sive voce exprimatur, sive non, apud DEUM obligat. *cap. qui bona 17. q. 1.*

VII.

Vovere nunquam, melius est, quam votum non perficere, *cap. scimus 22. q. 1.* votum ergo antequam faciamus, considerare debemus, quid liceat, quid deceat, quid expediat. *cap. magna 7. extr. eod.* cum votum de bono servari debeat, *cap. sunt quædam 17. q. 1.* ac me ad id, quod in me est, votum meum obliget, *c. quidam. 3. extr. de convers. conjug.*

Limita (1.) nisi votum fiat ante 14. annum, tum enim non obligat, quia facilitate potius fit, quam ex arbitrio discretionis, *cap. venientis 2. extr. eod. cap. ad nostrum. 8. c. significatum 11. extr. de Regular.* vel (2.) si ex timore voveat, quo casu nec tum obligatur. *cap. veniens 5. extr. qui clerici vel vovent.* nisi quando votum metu contractum per patientiam sequentis temporis fit validum, *c. ult. extr. de vot.* vel (3.) si vota stulta essent, vel incauta, cum frangenda potius sint, quam servanda. *cap. non pejerabis 22. q. 4. per tot.* qua de causa nec votum dementis obligare dicitur, *cap. sicut 11. extr. de Regular.* ac proinde generaliter votum de malo rescindi debet. *cap. in malis 22. qu. 44. cap. una sola 33. q. 5.*

VIII.

Votum simplex non dirimit contractum matrimonium, *cap. meminimus. 3. c. veniens 5. extr. qui Cleric. vel vovent.* impedit tamen contrahendum *cap. consuluit 4. cap. pen. extr. eod. c. non 17. quæst. 2.*

IX.

Voventibus non solum facere, sed etiam velle, damnabile est. *cap. voventibus. 17. q. 1. c. voventibus 4. dist. 27.*

X.

Votum pro parte tenet, pro parte non tenet, *cap. quidam 3. cap. placet. 12. extr. de vot.*

XI.

Quicunque contrahere non potest, ille nec potest vovere, & quousque quis potest contrahere, eousque potest vovere. Quia perinde ex voto, uti ex contractu, aliquis obligatur. Infantes igitur & furiosi vovere nequeunt, sicut nec illi, qui aliorum potestati subsunt, v. g. filius, servus, uxor, *l. 2. ff. de pollicit.* quatenus scilicet horum vota officiunt juribus superiorum. Conf. *Brunnem. ad d. l. 2. ff. de pollicitat.*

CAP. XLIV.

Urbanitas.

Ex urbanitate quæ competunt, non inducunt obligationem, *l. creditores 3. ibig. gloss. C. de pign.* Facian. *1. conf. 18. n. 87.*

CAP. XLV.

Usucapio *vid.* Præscriptio. Bona Fides. Vitium.

Axioma I.

Quicunque aptus est ad dominium acquirendum, aptus quoque est ad usucapiendum. Quia usucapio est adjectio dominii; unde regula orta: non plus intelligi præscriptum, quàm fuit possessum. Ita ergò tam paterfamilias, quàm filiusfamilias usucapere possunt; etiam pupillus si infantiâ major sit, & ita animum possidendi habeat. *l. 32. §. 2. de acquir. poss.* Conf. *Zoës. ad ff. de usucap. n. 5. seqq.*

II.

Quoties error circa dominii acquisitionem oritur ex facto alieno, toties usucapioni non obstat. Quia facti alieni ignorantia est probabilis *l. 31. pr. ff. h. t.* ita si heres mihi rem tradat quasi legatam, *l. 4. §. 2. ff. pro suo.* si quis persvasus sit, dominium suo mandato esse emtum *l. 11. ff. pro emt.* poterunt hæ res usucapi. Aliud exemplum est *in l. 2. pr. ff. eod.*

III.

Quodcunque defunctus non potuit usucapere, illud nec potest heres. Quia heres, etiamsi ignoret, rem esse alienam, succedit tamen in vitia defuncti, cujus personam repræsentat *l. 11. ff. de diverf. temp. præscr.* exemplo est res commodata vel depositа in hereditate forsan reperta.

Limita: (1.) ut ne quidem ex suâ personâ possit usucapere heres. Conf. *Zoës. ad ff. h. t. n. 62. (2)* ut tamen hæredis heres possit usucapere, quia jura in unâ re duas fictiones detestantur. *Brunnem. ad Auth. malæ fidei. C. de præscr. long. temp.*

IV.

Quoties quis ex parte præsens, & ex parte absens fuit, toties vel dimidium annorum absentiæ adjiciatur annis præsentiæ, & computetur decennium; vel anni præsentiæ duplicati adjiciantur annis absentiæ, & computetur vicennium. Ita si quis septem annis præsens, sex verò absens fuerit, dimidium sex annorum adjiciatur septem annis præsentiæ, & ita adest decennium; vel septem anni præsentiæ duplicati (ut XIV. evadant) addantur sex annis absentiæ, & ita habebis vicennium.

V.

Quoties denunciatio, rem esse alienam, fit ante contractum, toties impedit usucapionem *l. 17. C. de R. V.* quia denunciatio malam fidem inducit. Ita ergò si Dominus denunciaverit emtori ne emeret, excluſa erit usucapio.

CAP. XLVI.

Usura.

Axioma I.

Usura est crimen. *c. qui in omnibus 3. de usur.* ut apparet ex ordine titulorum & rubricarum in decretalibus, cum post titulum de furtis immediate situatus sit titulus de usuris, hinc qui usuras accipit, rapinam facere dicitur, *in c. si quis 14. qu. 4.* nec majus reperiri malum, quam sit usura, perhibent Johan. Andr. *in cap. peccatum de R. l. in 6.* Joh. de Anania *in cap. 1. de usur. in fin.* & Robert. Marant. *quæst. legal. disputat. 5. num. 18.* qua de causa & in foro conscientiæ omnes usuras, quæ proximum aggravant, illicitas esse, adeoque eas ut pestem Reip. exterminandas indistin-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cte clamant. Menoch. *2. arb. judic. q. 398.* Cacheran. *decis. Pedem. 137. n. 9.* Royz. *decis. Lituan. 5.* allegatus à Treut. *vol. 2. disp. 3. th. 1. lit. c.* cum voraces sint, ac facultates exhaurire videantur, *c. 1. de Usur. in 6. c. quanto 18. extr. eod.* Gail. *2. obs. 83. n. 16.* Qvocirca usurarium similem esse vermiculo ligni asserunt Dd. qvi sicut ad tactum apparet levis, dentes tamen habet durissimos, qvibus omne lignum rodere ac devorare qveat; ita & hic vermis patrimonium rodens prohibetur, & qvamvis naturaliter eveniat majoraqve facinora detestetur animus, in usurario tamen contrarium reperitur, qvia qvanto usuræ majores, tanto ipsi sunt duriores, ac sicut ignis comburit in infinitum, si combustibile haberet sibi proximum, ita usurarius ore lingit, & stringit, sicut scorpio, & sicut leo famelicus, qvi semper qværit qvem devoret, ac fraudem committat in omnibus prædicamentis, dum respicit qvod non dedit, vel plus qvam dedit, vel dedit malum frumentum, ut recipiat bonum, vel in loco, in qvo non dedit Pacian. *1. conf. 113. numer. 33. & 34.* Hinc usurarium pluries delinqvere probavit Robert. Marant. *disp. 5. qvæst. legal. n. 14.* Delinqvere enim eum ait *(1.)* mutuando sub usuris, qvia facit contra præceptum divinum & Canonicum, qvod dicit mutuum date, nihil inde sperantes, *c. consuluit. 10. de Usur. (2.)* delinqvit eas recipiendo, qvia tunc exeqvitur suum malum propositum, & *(3.)* eas in non restituendo.

Declara verum in usura lucratoria, ubi ex mero mutuationis officio contra naturam contractus lucrum qvis facit. Wesenb. *in parat. ff. de Usur. n. 4.* atqve sic charitas & dilectio proximi offenditur, *gl. in l. fœneraveris verbo plus. 14. q. 3.* Gail. *2. obs. 5. n. 6.* & hujusmodi omni jure, divino *Exod. c. 22. Levit. 25. Ezech. c. 18. Ps. 14. Luc. c. 6.* Canonico. *tot. tit. de Usur. c. qvia in omnibus c. super eo 4. d. cap. consuluit. 10. cap. qvoniam 2. eod. tit.* & civili prohibitas esse notarunt post Bart. *in l. 1. n. 5. cum seq. C de summ. Trinit. ibiq;* Jason. *n. 47.* Bald. *in Auth. ad hæc num. 3. C. de usur.* Johan. Baptist. Lupus. *in tract. de Usur. & commerc. comm. 1. §. 3. num. 35.*

Limita, nisi in qvantum non damno afficiant proximum. *Proverb. 28. verf. 8. arg. Matth. 7. verf. 13. Syraciâ. 29. verf. 27.* Paul. *ad Corinth. 8. verf. 13.* Molin. *in consvetud. Paris. §. 1. gl. fin. n. 61.* Donell. *de Usur. c. 2.* Petr. à Well. *de Usur. in pr.* qvocirca etiam in foro politico non esse illicitas, si intra modum præscriptum (qvod Magistratui politico licere probant *Molin. in tract. de Usur. n. 25.* & Hottom. *d. tit. p. 49.*) exigantur, asserit Treutl. *disp. 3. th. 1. lit. evol. 2.* atqve ita intuitu hujus usura per se crimen non erit, prout declarant Canonistæ apud Covar. *3. var. resol. 1. n. 5.*

II.

Usura non committitur in aliis contractibus præterqvam in mutuo. *cap. consuluit 10. c. naviganti 19. de usur.* Molin. *in tract. de usur. in pr. n. 4.* Calcan. *cons. 85. n. 1. incip. viso casu.* Dominic. Soto *in tract. de justit. & jur. lib. 6 q. 1. art. 1. & 2.* Bero. *in rubr. 37. verf. sed præmissis extr. de usur.* Alex. de Nev. *cons. 145. n. 6. & num. 17. lib. 1.* Decian. *consil. 3. num. 180. lib. 1.* Farin. *1. consil. 91. num. 1.*

Intellige scil. qvoad formam contractus; qvoad intentionem enim depravatam videlicet lucrum mente conceptum usura (qvam mentalem Dd. vocant) etiam in aliis contractibus committitur. Panorm. *in d. c. naviganti.*

III.

Usura non præsumitur nisi probetur. *l. cum precib. 18. C. de probat.* Socin. *cons. 27. n. 12. lib. 4.* Rot. *divers. decis. 28. n. 2. p. 2. & decis. 340. n. 1. p. 1.* præsertim in foro contentioso, in qvo forma & figura contractus inspici debet. *cap. in civitate 6. extr. de usur. cap. cum Johannes 10. extr. de fide instrument.* Abb. *cons. 15. n. fin. verf. adjudicandum & cons. 49. n. 1. verf. moveor primò lib. 1.* Farin. *1. cons. 91. n. 9.*

IV.

Usura est qvicqvid sorti accedit, *c. plerique §. & ecce 14. q. 3.* vel ubi amplius reqviritur qvam datur *c. usura d. q. 3. c. illo 4. extr. de pignor.* ac est non tantum in pecunia *cap. putant. 14. q. 3.* sed & in omnibus rebus *c. plerique in pr. d. q. 3.*

V.

Qvoties usuræ sunt restantes, (aufgeschwollene Zinsen/) toties in praxi non currunt ultra alterum tantum. Qvia alioqvin accessio (qvalis est usura *l. 12. & 23. C. de usur.*) major foret principali. Imputandum igitur creditori qvòd non qvotannis exegerit usuras.

Limita (1.) si debitor interpellatus in morâ solvendi sortem fuerit, (2.) si post sententiam condemnatoriam excreverint, (3.) si verum interesse petatur, non usuræ, aut (4.) hæ debeantur ex pecuniâ pupillari. *Tabor. de altero tanto,* omnibusq; piis causis, item si debeantur tanqvam annui reditus irredimibiles.

VI.

Qvoties usuræ particulariter sunt solutæ, toties etiam ultra alterum tantum in praxi sunt solvendæ *l. 10. C. de usur.* Qvia sufficit, qvòd eo tempore, qvô sors solvitur, usuræ eam non adæqvent, & æqvum omninò est, ut ob moram debitoris tantisper præstentur usuræ, dum ipsum durat mutuum. *Brunnem. ad d. l. 10. C. de usur.*

VII.

Qvoties qvis pro alio usuras solvit, toties à debitore usuras harum usurarum petere potest. Qvia ratione solventis usuræ solutæ non sunt usuræ, sed fiunt potiùs nova sors. Exemplum est in fidejussoribus usuras alieno nomine seu pro suo principali solventibus.

XIII.

Qvoties usuræ non ipsi creditori solvuntur sed tertio, toties ab illo tertio creditor earum usuras exigere potest, qvia & hic usuræ nova sors fiunt, cùm debitor mutetur. Exemplum est in tutoribus, qvibus si usuræ nomine pupilli solutæ fuerint, poterit hic earum usuras à tutore repetere; hinc generaliter: Qvoties ille, qvi non debebat usuras, vel jam solvit, vel solvendas in se recepit, puta per delegationem, toties usuræ usurarum sunt præstandæ *Brunnem. ad l. 58. n. 4. ff. de admin. Tut.*

IX.

Qvoties per cessionem mutatur persona creditoris, toties usuræ usurarum non debentur. qvia qvicqvid non potuit exigere cedens, illud nec potest cessionarius, utpote cujus omne jus venit ex persona cedentis.

Limita, ut procedat, si mutata sit persona creditoris per cessionem simplicem, secus, si per delegationem: qvia per hanc prior obligatio tollitur & planè nova constituitur.

Qvando ad usuras teneatur Tutor, vid. *TUTOR.*

CAP. XLVII.

Usurpatio.

Usurpatio & consvetudo in jure sibi opponuntur *l.* 13. §. *ult. vers. usurpatum tamen illud. de injur.* 2. *F.* 1. & 1. *F.* 13. & 2. *F.* 26. *c.* 1. §. *filii nati.* §. *moribus.* Diligenter atqve distingvendum, utrum usurpatio aliqvo jure vel ratione aliqva nitatur, nec ne. Priori casu cum connivere Legumlatores soleant, vincit usurpatio jus etiam rationabile, per text. *notab.* 1. *F.* 13. *in fin.* posteriore casu: utcunqve invaluerit usurpatio, tamen in contradictorio judicio non debet attendi, per text. *in l. injuriarum* 13. §. *ult. ubi usurpatum tamen, & hoc est, tametsi nullo jure: qvare si qvis prohibeatur. adhuc injuriarum agi potest. de injur. &c. non putamus* 2. *de consvetud. in* 6. *can. prædia* 5. *cauf.* 12. *qvæst.* 2. Qvemadmodum etiam Germanis differunt ein Gebrauch und Mißbrauch. Est corruptela potius qvam consvetudo dicenda. Neqvè hæc nova, sed vetustissima qverela est, qvod bonæ leges à malis hominibus observatæ non fuerint: interim apud bonos autoritati Legum nec qvicqvam decessit, uti qvidem nugatur Hermannus Conringius *in declamatione frivola, de origine juris German.* Sic enim Plaut. *in Trinum. act.* 4. *scen.* 3. *vers* 30.

Mores Leges jam produxerunt in potestatem suam.
Magis qvels sunt obnoxiosi, qvam parentes liberis
Eæ miseræ etiam ad parietem sunt fixæ clavis ferreis.
Ubi malos mores affigi nimio fuerat æqvius.

Hinc etiam Cicero 2. *offic.* testatur, grassantibus bellis civilibus totam dignitatem Jurisprudentiæ collapsam fuisse, ICtum ergo oportet cum Horatio

Hostem esse atqve inimicum hominum morumqve malorum.

CAP. XLVIII.

Usus, Ususfructus, Usufructuarius.

Axioma I.

Usus simplex non inducit acqvisitionem juris.

Socin. *cons.* 131. *col.* 1. 2. *in præsenti consultatione* Gylman. 4. *vot.* 11. *n.* 56. *pag.* 82.

II.

Ususfructus nudus cum proprietate nihil habet commune *l. rectè* 25. *ff. de V. S. l. permisceri* 52. *in princ. ff. de acqvir. possess.* Henning. Gœden. *cons.* 23. *n.* 6. ubi ait Usumfructum opponi dominio Zas. *in l. nemo prohibetur n.* 6. *ff. d. excep.* Regner. Sixtin. 3. *cons. Marp.* 7. *n.* 7.

III.

Ad usum certum si qvid destinatum est, ad illum, non ad alium debet converti *clem. ult. in pr. de relig. domib.*

IV.

Usus non est rerum usu consumptibilium, *extravag. ad conditorem* §. *qvanqvam* & §. *nec obviat. de V. S.*

V.

Usus longævus legem ac rationem vincere neqvit. *c. consuetudinis* 4. *distinct.* 11. unde & usus pravus ratione & lege superatur *c.* 1. *dist.* 11. qva cedit etiam autoritati *d. c.* 1. *dist* 11. qva de causa si usus veritati contrarius, aboleri debet. *c. si consuetudinem* 5. *dist.* 8.

VI.

Usus Legum antiqvarum, qvæ vetustate & incuria obsoleverunt, nullus est *c. fuerunt* 2. *dist.* 7.

VII.

Utens re male, malè possidet *c. qvid dicam in fin.* 14. *q.* 4.

VIII.

Uti præsupponit, qvod cum usu salva rei substantia manet. *extravag. ad conditorem.* §. *nec obviat de V. S.*

IX.

Dominus re sua liberrimè uti & abuti potest, *l.* 25. §. 11. & *l.* 31. §. 3. *de petit. hered.* & improbatum est LL. pactum, ne liceat Domino liberè re suâ uti. *l. pen. de pact.* cum nemo alteri super rei suæ usu vel abusu legem dicere possit. *l.* 3. *proemptor. ubi* Wesenb. *n.* 6. & *C. A. th.* 5. ita ut domino abutendi τῆς δεσποτίας δίκῃ intendi neqveat Argentr. *ad cons. Britann. art.* 421. *lit. a. p.* 1688. Ubi tamen observa (1.) ut cuilibet qvidem libere re sua licere, qvatenus prohibitum non est. *text. in l. statuas* 7. *C. de religios.* Wesenb. *de acqvir. rer. domin. n.* 12. §. 4. *Inst. de jur. person.* (2.) abuti re sua hactenus licere, qvando abusus est modicus *d. l.* 25. §. 11. *vid.* Osterman. *rational. ad* §. *ult. Inst. de his qvi sunt sui vel alien. jur.* qvod igitur dictum tale pactum LL. improbari; id verum si nimirum sine justa causa hoc pactum indicatur. *l. ult. C. de pact. inter empt. & vendit.* Wesenb. *in parat. de distract. pign. n.* 5.

X.

Ad usus profanos relicta, ad meliores converti possunt. *l.* 1. *C. de expens. ludor. lib.* 11.

XI.

Usus loqvendi considerari debet. *c. qvamvis* 9. *extr. de V. S.* Usus enim vocis alius est ex subtilitate, alius ex καταχρήσει *l. licet.* 58. *de V. S.*

XII.

Cujuscunqve rei usus est sine abusu, illius verus datur

datur usufructus. Germ. der Mißbrauch. quia usufructus exercendus est salvâ rei substantiâ *l. 2. ff. de usufr.* Ita ædium, pecorum, vestimentorum, pretiosorum verus dicitur usufructus, sicut & gemmarum, *l. 28. ff. eod.*

XIII.

Cujuscunque rei usus non est sine abusu, seu quæcunq; res utendo consumitur, illius est quasi usufructus, quia sic non salva manet substantia. Talia sunt pecunia numerata, vinum, oleum, frumentum & in genere omnes res fungibiles, quæ finitò usufructu non in specie, sed in genere, aut æstimatione restituuntur.

XIV.

Quoties nemo concurrit, cui debetur legitima, toties usufructus omnium bonorum relinqui potest, *Nov. 18. c. 3.* Quia legitima sine omni gravamine relinquenda *l. quoniam. 32. C. de inoffic. Testam.* Non minimum autem gravamen est usufructus, quia servitus est, *Carpz. Part. 3. Constit. 12. Defin. 7.*

XV.

Quoties bona fideicommissaria post mortem restituenda sunt ipsi heredi, toties etiam horum debetur usufructus. Quoties verò alii, quàm heredi, sunt restituenda, toties illorum usufructus non debetur.

XVI.

Quæcunque onera rei imponuntur propter fructus, ad illa tenetur usufructuarius, quia secundum naturam est, ut onera & incommoda sequantur eum, quem sequuntur commoda *l. 10. ff. de R. J.* ita ad tributa & collectas tenetur.

Limita: nisi fuerint immensa onera, quæ ipsos fructus superant. Quò casu teneretur quidem usufructuarius tanquam possessor, semper tamen regressum haberet contra proprietarium. *Carpz. L. 1. Respons. 105. n. 8.*

XVII.

Quoties fructus sua sponte separati, toties illos colligendo suos facit usufructuarius, quia cùm usufructus in fruendo & sic in facto aliquo usufructuarii consistit, collectionis factum ad minimum necessarium erit. e. g. si poma, pira, &c. sponte sua sint delapsa.

XIIX.

Quoties fructus separantur factò usufructuarii, toties hic eos mox suos facit. Quia sic jam adest factum separationis quò fructus acquiruntur, e. gr. poma decerpendo, frumenta metendo, &c.

XIX.

Quoties pensio præstanda pro re, certò anni tempore fructum præstante, toties illa perceptis fructibus transmittitur ad usufructuarii heredes, licet dies solvendæ pensionis nondum extiterit. *l. 58. ff. de usufr.* quia post fructuum perceptionem causa jam extitit, ob quam solvenda fuit pensio. Exemplum est in *d. l. 58.*

XX.

Quoties præstanda pensio pro re singulis diebus fructum præstante, toties illa pro ratâ dividitur inter heredem usufructuarii & proprietarium. Quia sic eo tempore, quò decedebat usufructuarius, pro parte percepti erant fructus *l. 26. ff. de usuf.* Exemplum est in pensionibus ædium.

XXI.

Quotiescunque naturales fructu sad necessaria vitæ subsidia alicui concessi sunt, toties concessus est usus. Itaqui fundi usum habet, potest uti oleribus, pomis, &c. ad usum quotidianum. *confer. §. 1. 2. 3. & 4. Instit. de Usu & Habit.*

XXII.

Omnis rei duplex est usus, proprius & improprius, Arist. *1. polit.* ubi hoc illustrat exemplo calcei, cujus usum proprium esse ait, ut inducatur in pedes: improprium, ut commutetur cum pecunia vel aliâ re. Utamur alio: Vestis usus proprius est, ut frigus depellat, & corpus tegat, & quoniam hujus rei gratia partim est inventa. Improprius usus vestis est, ut etiam adhibeatur ad ornatum corporis & dignitatem. Sic vestes Coæ & Laconicæ corpus potius nudabant, quam tegebant, nec corpori ullum aut pudori auxilium afferebant. *l. quamvis de aur. & arg. legat.* ita carceris usus proprius est, ut contineat homines reos *l. 8. §. 9. de pœn.* improprius ut puniat. *l. 1. §. ult. de aleat. l. 3. C. de Cust. reor.* Neque enim minus carcer appellatur is, qui punit, quam qui continet & custodit, in quo tamen & improprie semper inesse dicitur pœna aliqua, *ut in l. 2. 3. de Custod. reor.* quia tædium inest & nota quædam. *l. 3. §. lege ff. de testam.* Cujac. *in Comment. Cod. de Cust. reor. p. 1078. & in Comment. ad l. verum est. 216. de V. S.* ita denique monasteria religionis causa instituta fuerunt, adhibentur tamen etiam adulteris mulieribus coërcendis. vid. Wesemb. *ad L. Jul. de adult. n. 19.*

XXIII.

Usus non debet tolli propter abusum. *c. neque enim 14. q. 5.*

CAP. XLIX.

Utile & inutile.

Axioma I.

Quæ non multum expediunt, curiosè inquirenda non sunt, *c. sit rector 1. dist. 45.* Gilcken. *ad l. Gallus §. 11. de posthum. hered. inst.* Cran. *cas. 5. de interd. n. 53.*

II.

Utile quoties concurrit cum inutili, seu quoties concurrit causa, quæ prodest, cum ea, quæ nocet, illa, quæ prodest, attenditur. *l. pro emtore 2. §. si à pupillis. 25. ff. pro emtor.* Sanz. Morquch. *tract. de divis. honor. 1. c. 9. n. 34.* Vitium enim regulariter non vitiat, sed vitiatur. *l. 1. de condit. Inst.* Et sustinet adeò ipsum inutile, quod elegantibus exemplis probat Cujac. *in recit. Cod. de Rei uxor. act. pag. 496. B.*

Declara, ut maximè procedat in actibus dividuis & separabilibus. *l. 1. §. sed si mihi Pamphilum. de V. O.* Anton. Gomez *tom. 3. var. cap. 13. n. 20. vers. primo.*

III.

Potius aliquid quod usum habeat tractandum est. Wesembec. *in pand. ff. de damn. infect. n. 6.*

Turpe enim est, difficiles habere nugas, & stultus labor est ineptiarum, ut ex Catullo idem loquitur *in paratit. de vulgar. & pupill. substit.* Nisi utile est, quod faxis, inquit vetus senarius, stulta est gloria, asserit Simplicius Verinus (seu Salmasius parum memor scriptorum laborumque suorum) *in epistol. seu judicio de liber. posth.* Hug. Grot. *pag. 35.*

IV.

Quod tibi non nocet, & mihi prodest, concedendum est. *l. 1. §. denique 12. de aq. pluv. arcen.* Dannenhero ein gemeiner Recht-Spruch erwachsen / daß dasjenige / so einem nützlich und dem andern nicht schädlich / nicht abzuschlagen / sondern zu vergönnen und zu gestatten sey. Argentoratens. *2. consil. 75. n. 8. & 9. l. 2. §. septa. de aq. pluv. arcend. l. ult. §. si stercus 3. quod vi aut clam. l. in creditore 38. de evict.* ubi Dd. colligunt, quod quis debeat pati fieri in suo, quod sibi non nocet & aliis prodest. *l. 2. pr. vers. nec agitur. solut. matrim.* Menoch. *de arb. jud. q. 168. n. 13. & cas. 237. n.* Jacob. Cancer. *1. variar. resol. c. 2. n. 82. & 83.* agrum itaque suum ita quisque potest meliorem facere, ne tamen vicino deteriorem faciat. *l. 1. §. 4. de aq. pluv. arcend.* vid. tamen *l. 22. n. 1. de usu & habit.*

V.

Utiles nec nobis, nec aliis esse debemus cum damno alterius. *c. mutationis. in fin. & seq. 7. q. 1. cap. denig; 14. q. 5.*

VI.

Inutilia fiunt ea, quæ semel utiliter constituta sunt, si ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerit. *§. 14. Instit. de legat.*

VII.

Inutile est pupillis, si administratio eorum non servetur, nemine scilicet emente. *l. cum plures 12. §. quæ bonâ fide 1. ff. de administr. & peric. tutor.*

IIX.

Utile vel inutile aliquid dicitur *vid. n. §. 3. Instit. de Usufr. §. 14. Inst. de legat.*

IX.

Utilia debent inveniri, non subtilia. *clem. 1. §. statuimus. in princ. de stat. Monach.*

X.

Utile quicquid interdum probabili conjectura ex nunc pollicetur attenta consideratio, contingit damnosum quandoque reperiri. *extravag. quia in princ. de torneam.*

XI.

Utile per inutile non vitiatur. ita habet *can. utile. 37. de Reg. Jur. in 6. l. 1. §. item quæritur, 17. ff. de aqua quotid. & æstiva. l. Pædius. 7. ff. de recept. arbitr. l. qui testamento. 37. ff. de excusat. tutor. l. eos 26.* ubi gloss. *verb. de superfluo. C. de usuris cap. turbat. 8. 37. dist.* [*cap. à nobis 2. extr. de sacramentis iterand. c. cum super 23. extr. de offic. deleg. c. ult. extr. de procurat. c. sacris. extr. de sepultur.*] Rot. *decis. 199. n. 6.* impressa per Pacificum *post suum tract. de Salviano interdicto.* ubi hoc firmat in speciebus & summis. *& dec. 647. n. 7.* impressa per Farinac. *p. 2. recent.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 644. n. 32. & c. 657. n. 9. cum seqq.* Castill. *controv. tom. 4. c. 13. n. 13. & c. 62. n. 24. cum seqq.* Rot. *apud Paul. de Rubeis. dec. 185. n. 8. tom. 2. divers.* [Carpz. *P. 2. Const. 14. Defin. 21. n. 3. & 4.* Quam regulam in contractibus exemplificat Tiraquell. *de retract. convent. §. 7. gloss. 2. n. 145. & 146.* In testamentis, *l. 2. & ibi not. de his, quæ pro non script. habentur.*

Intellige in separabilibus & in iis, quæ sunt divisibilia: nam quoties utile ab inutili separari potest, toties utile per inutile non vitiatur. quia sic utile per se subsistere potest, abstracto inutili. *l. certi condictio. 9. §. 1. ff. si certum pet. l. 1. §. si quis simpliciter. 3. l. 4. §. si is, qui duplam. 2. ff. de verbor. oblig. d. l. 1. §. Trebatius. 18. ff. de aqua quotid. & æstiva. l. 1. §. hic titulus 1. vers. publicani. ff. de publican. & vectigal. l. sancimus 34. C. de donat.* Gemin. *cons. 97. in fine, vers. nec obstat.* Bald. *consil. 475. Quidam Johannes. num. 10. vers. tres enim sunt casus. lib. 1.* Anchar. *consil. 215. n. 5. & seqq. vers. septimo inducitur.* Ægid. Bellam. *consil. 42. n. 11.* Alex. *consil. 38. Consideratis. col. fin. l. 2.* Castrens. *consil. 89. n. 1. vol. 1.* Roman. *consil. 66. n. 1.* Tiraquell. *de retractu lign. ad fin. tit. num. 74. & de retr. convent. ad fin. n. 145.* Mant. *dial. 96.* Covarr. *lib. 2. var. cap. 15. n. 5. vers. non obstat.* Sarmient. *lib. 3. selectar. cap. 5.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 21. n. 28. vers. ut tamen.* Vital. de Camban. *in tract. clausul. pag. m. 58. n. 16.* Cabed. *divers. Juris argum. lib. 2. cap. 16.* Surd. *consil. 380. n. 52. & consil. 428. num. 20. cum seqq.* Peregr. *consil. 29. n. 14. lib. 3.* Ugolin. *de Officio Episcopi. cap. 41. §. 1. num. 2.* Cardinal. Seraphin. *decis. 483. n. 8.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom. 2. lib. 16. tit. 36. n. 13.* Cardinal. Tusch. *pract. concl. tom. 8. lit. V. concl. 373. à n. 1.* Castill. *controv. Juris lib. 1. de usufr. cap. 7. n. 27.* Christoph. de Pace *in scholiis ad leges stili, l. 200. n. 75.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. resol. 363. n. 2. in 2. edit.* Cald. Pereira *quæst. forens. cons. 33. n. 47. & de emt. & vendit. cap. 32. n. 36.* Rot. *decis. 649. n. 4.* apud Farin. *p. 2. recent.* Rot. *decis. 248. n. 8. p. 5. recent.* Castill. *controv. lib. 5. p. 2. cap. 100. n. 6. cum seqq. & d. tom. 4. cap. 6. num. 26.* Duran. *decis. 286. num. 12.* Ita si donationis quingentos solidos excedentis insinuatio omissa, valet tamen quoad 500. solidos.

Hanc regulam multis casibus officium suum perdere patet *ex cap. probandum. 24. extra de sent. & re jud. cap. dilectus. 19. extr.*

extr. de prebend. vid. Cujac. *ad l. 89. §. 1. de Reg. Jur. & lib. 10. q. Pauli ad l. 82. de leg. 2.* Colleg. Jurid. Argentor. *de legat. thes. 28. n. 2.* Declara ergò cum Barbosa & constitue, regulam procedere (1.) in separabilibus, (2.) in connexis & individuis, ut per textum *in d. §. item quæritur. 17. & in d. §. Trebatius 18. & in l. Græcè 8. §. illud 7. ff. de fidejussor.* tradunt Lap. *alleg. 81. n. 5.* Clar. *in §. emphyteusis, q. 6. n. 2.* Surd. *de alim. tit. 7. q. 17. n. 27. & decis. 7. n. 35.* Cæs. Argel. *de contradict. legitim. qu. 10. n. 149.* Cardinal. Tusch. *d. lit. V. concl. 373. à n. 41.* Rot. *decis. 631. n. 7.* apud Farin. *p. 2. recent.* Stephan. Grat. *disc. for. cap. 752. n. 62.* qui *n. 68.* ampliat etiam in rebus sua natura dividuis, partium tamen conventione individuis vel quas partes individuas esse cogitaverunt, *& cap. 742. num. 59.* limita Axioma ratione incertitudinis, ob quam dicit utile per inutile vitiari.

Declara regulam cum Castrens. *consil. 431. Si quæritur, n. 2. lib. 1.* ubi, quod si utile est connexum cum utili, ita ut separari non possint, si utile est de Jure communi, trahit ad se inutile de Jure speciali, & vincit sic, & è contrà; si verò æqualia sunt, prævalet inutile, ex quo non potest valere pro parte. *fac. §. 2. & ibi not. Inst. quib. mod. testam. infirm.*

Declara etiam plenè, ut per Roman. *consil. 506. num. 13.* ubi si persona inhabilis cum persona habili admittitur scienter ad actum individuum perficiendum, prout ad judicandum, & sententiam proferendam, actus est nullus in totum. *cap. cum super 23. de offic. deleg.* si verò inhabilis ignoranter fuit admissus, quia agens habilis videtur agere omni meliori modo, actus sustinetur. Si verò actus est dividuus, ut quia duo possunt separatim facere actum, licet actus per se factus sit individuus, prout si duo impetrant gratiam, quorum unus est excommunicatus; item si duo tutores præstant pro pupillo auctoritatem, quorum unus verus, alter falsus, tunc actus valet, refert Card. Tusch. *d. lit. V. concl. 373. n. 45. & 46.* [*add. &* Lamberting. *in tract. de Contract. eor. Gloss. fin. n. 39. & gloss. 5. n. 2.* Ubi etiam quod in dividuis & separabilibus actibus utile per inutile non vitietur, maximè quando actus est nullus ob omissionem solennitatis, testatur *& d. gloss. 5. n. 7.* ubi generaliter & remissivè declarat, quando actus dicatur dividuus vel individuus, latissime Anton. Gomez *de Contract. tom. 2. cap. 10. de individ. per totum. vid. etiam* Roland. *consil. 72. num. 66. lib. 3.* ubi quod in iis, quæ sunt de forma, utile per inutile vitiari latissimè probavit. Multa exempla, in quibus discutitur, an & quando utile per inutile vitietur, videri poterunt apud Aymon. *de Antiq. tempor. p. 4. sect. absolutis differentiis num. 59. 61. cum seqq. & sect. materia ista singularitatis. num. 1.* His addi possunt etiam ea, quæ notavit Cujac. *11. resp. Papin. ad l. 9. de Usur. p. 478.* ubi necessarium esse monet, ut separemus eum, qui pro se ipso promittit, in qua stipulatione verum erit utile per inutile non vitiari. *l. 1. §. similis de V. O.* quod si enim separemus ab eo, qui pro alio promittit, tunc in tali stipulatione vel levi de causa ille non obligetur, & facile in eo utile per inutile non vitietur, siquidem hoc singulariter est receptum (inquit) in iis omnibus, qui pro aliis obligantur, stultè veluti fidejussoribus, mandatoribus, expromissoribus, rei constitutæ pecuniæ: nempe ut sim duriorem causam adhibeantur, puta in majorem & ampliorem quantitatem, prorsus non obligentur ullà ex parte, si vel minimum vitium intercessioni insit. ubi vide omnino.

CAP. L.

Utilitas publica.

Axioma I.

Utilitas publica præferenda est utilitati privatæ. *c. imperialem. in princ. de prohib. feud. alien. per Lotharium l. si quis in gravi 3. §. utrum 14. ff. ad SCt. Syllan. l. utilitas 3. C. de primipilo. l. unic. §. hinc autem 14. de Caduc. toll. l. jubemus 10. C. de SS. Eccl. Auth. res quæ subjacent. in fin. post l. ult. §. 3. C. Commun. de legat. cap. bonæ 3. extr. de postul. Præl. c. nisi 10. extr. de renunc. c. licet 18. extr. de reg.* Carpz. *P. 1. Const. 32. Defin. 41. n. 5.* Ratio enim naturalis svadet, ut illud de communi fiat, quod usum utilitatemque communem habet. *l. 2. §. refectio. ff. ne quid in loc. publico.* cum ubi versatur publica utilitas, ibi nullus possit esse immunis *l. 1. C. de navib. non excusand.* Pacian. *consil. 7. n. 58.* cum ea propè sit justi mater & æqui, ut loquitur ex Horatio Cujac. *ad lib. 54. Pauli ad edict. in l. 2. §. 13. pro emtor. p. 811.* Hinc utilitatis publicæ gratia sæpè recedit à communis juris regulis. Dan. Otto *cap. 8. de Jure publico pag. 136.* multaque contra subtilem disputandi rationem (cujus prætextu nonnunquam erratur *l. si serv. 81. §. sequitur. 3. de V. O.*) pro communi utilitate recipiuntur. *l. 16. ff. de Ll.* Wes. *Comm. ad L. Aq. n. 72. & 2. cons. 43. n. 6.* sæpeque quædam permittuntur, quæ aliàs sunt interdicta. *ex l. ita vulneratus 51. §. vers. multa. ad l. Aquil. cap. Abbate 6. in fin. vers. præsertim. de sent. & re jud. in 6.* probant Gail. *2. obs. 56. n. 3.* Hyppolit. *in pract. crim.*

§. aggredior. n. 61. usq; ad n. 74. Surd. consil. 210. n. 29. Petr. de Petr. de Princip. potest. cap. 11. n. 5. Zas. cons. 1. n. 23. vol. 2. ideoque publicæ utilitatis, ergo strictam rationem insuper semper habemus. l. 43. de religios. qua de causa militari salutique publicæ adeò intense favent prudentiores, ut ejus causa à Legum præscripto ipso jure permittente deflectendum semper atque omni ætate quasi per manus tradiderint. Nov. 7. cap. 9. §. oportet. Warem. ab Ehremberg. de regni subsid. c. 8. n. 9. & hoc ideo, quia bonum publicum fundatur in æquitate, ac æquitatem continet. Honded. consil. 51. n. 1. vol. 1. Unde etiam ea tanti reputatur, ut ex filiofam. faciat censeri patremf. l. filiusfam. 9. ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur. nec ullis differri feriis, imò tantam vim habet, ut hominem nonnunquam capitis pœna è medio tolli per Magistratum efficiat. Oldendorp. 1. Consil. Marp. 5. n. 49. quocirca ex justa causa (quæ favor publicæ utilitatis dicitur. l. Barbarius 3. ff. de offic. Prætor. Jas. ibid. n. 26. Dec. consil. 287. n. 4. incip. in casu communitatis. Port. lib. 5. comm. opin. concl. 16. per tot.) dominium rerum privatarum auferre, & jus alteri quæsitum tollere posse, à plerisque communi Dd. calculo comprobatum est, per notata in c. quæ in Ecclesiarum. de constit. ubi Canonistæ Dd. in l. fin. C. si contr. jus vel util. publ. & in l. benè à Zenone 3. C. de quadr. præscript. & in l. quoties C. de precib. Imper. offerend. latè Afflict. in cap. 1. §. similiter potest. num. 13. de Capitan. qui Cur. vendid. Anchar. consil. 366. n. 2. incip. videtur. prima. Treutl. disput. 1. thes. 5. volum. 1. lit. h. Fach. 8. contr. 63. Mynf. 5. obs. 97. n. 4. Anton. de Petr. de jure quæsit. in 2. dubit. princ. n. 2. Reinking de regim. secul. lib. 1. dis. 3. cap. 12. n. 62. Covarr. 3. var. resol. 6. n. 6. Hottom. illustr. qu. 1. Bodin. 1. de Republ. 8. Vasq. illustr. contr. cap. 5. n. 1. & 3. Arnis. lib. 3. cap. 1. de Majestat. cap. 8. Carol. Tapia. cap. 1. n. 59. de constit. in princ. pretio tamen refuso, Dan. Otto de jure publico cap. 8. pag. 137. imò propter magnam utilitatem solitum rei statum mutari posse ajunt Bart. in l. 1. §. si quis terram. de rivis. Dec. in consil. 244. n. 7. vers. ultim. non obstat. ita utilitatis causa sustinentur instrumenta minus legaliter confecta in Novell. 44. cap. 1. §. 4. in fin. ita etiam creditor differens recipere debitum à Republ. cadit à jure exigendi. l. nulli C. de erogat. milit. ita favore utilitatis publicæ compellitur quis emere merces corruptas. l. 1. C. de condit. in her. pub. ita propter publicam utilitatem gravantur personæ privilegiatæ. l. nullus penitus 21. C. de Cur. pub. add. & cap. non minus 4. de immunitate Eccl. l. in provinciali 3. § fin. cum l. seq. ff. de nov. oper. nunc. l. servum quoq; 33. §. publicè 2. de procurat. l. si pendentes 27. §. si qui cloacarii. ff. de usufr. l. si quis. §. hi quoq; 15. ff. ad SCt. Syllan. Ubi datur libertas servo favore utilitatis publicæ in casu dari prohibito. l. 1. C. ut Curia liceat in emt. se excus. ubi emere à Republica frumentum quis compellitur. Et generaliter, si quid contra jus vel utilitatem publicam in quolibet negotio quid fertur, non valet, l. jubemus 10. C. de SS. Eccl. l. 1. §. 4. ff. depositi. qua de causa qui commodis propriis potius, quam publicis utilitatibus studere deprehensi fuerint, Principi indicandi sunt l. unic. §. 1. C. de Offic. Comit. sacr. largit. Præses tamen Provinciæ interim provideat, ne quid sub nomine militum, quod ad utilitates eorum in commune non pertinet, è quibusdam propria commoda inique vindicantibus committatur. l. illicitas 6. §. ne quid 6. de of. præsid. cum, ut ait Quintilian. lib. 11. Instit. c. 1. non secundum communem potius loquendi consvetudinem, quam veritatis regulam, divisione hac utamur, ut ab eo, quod deceat, utilitatem separemus. Et hæc etiam ad Principem pertinere, latè ex Philosophorum scitis ostendit P. Faber ad l. 1. de l. & l. pag. 22. & seqq. add. omnino Lipsium 2. polit. 6.

II.

Utilitas publica major præferenda est alii publicæ minori. c. bonæ 3. de postulat. Prælat. l. cæterum 41. §. sed si quis 5. ibid. Paul. Castr. ff. de legat. 1. l. actione 65. §. Labeo 5. ff. pro socio. Natt. consil. 500. n. 12. Ea enim, quæ in aliquo utilia dignoscuntur, cedere debent iis, in quibus major est utilitas. Zas. consil. 1. n. 25. vol. 1.

III.

Utilitatis causa necessitatis causæ adæquatur. cap. fin. de Eccl. ædific. and. Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. Cravett. consil. 27. in caus. n. 8. & cons. 195. n. 8. Corn. consil. 181. n. 3. lib. 2. l. jubemus 14. in fin. Auth. hoc jus porrectum. vers. ut semper major utilitas. C. de SS. Eccles. Redoan. in tr. de reb. Eccl. non alien. rubr. de caus. propter quas. n. 91. A quacunque enim dispositione ac prohibitione intelligitur excepta publicæ utilitatis ratio. d. l. jubemus 14. ubi Bald. C. de SS. Eccl. l. nullus 11. ubi Bart. de curs. publ. l. in provinciali 3. §. fin. cum l. seq. de oper. nov. nunc. d. l. si quis in gravi 3. §. utrum 14. ubi Joh. Igneus de SCto Syllan. Jason in l. non dubium. n. 35. C. de LL. Unde etiam ob evidentem utilitatem æque, ac ob necessitatem res Ecclesiæ alienari posse post Geminian. Phil. Franc. n. 19. & communiter Dd. in cap. 1. de reb. Eccl. non alien. consulit Nicol. Everhard. cons. 30. visis. n. 3. tom. 4. Consil. Francof. Si itaque debita pro utilitate Ecclesiæ contracta fuerint, Prælatus antecessoris sui debita solvere tenetur, c. 1. extr. de solut. quia quæ in Ecclesiæ utilitatem versa sunt, de illis etiam tenetur. cap. pen. extr. de fide. fin minus, Ecclesia ex contractu non tenetur. cap. quorundam 2. extr. de solut. ita utilitatis & necessitatis causam etiam attendi in dispensationibus, text. est in c. in causis 19. extr. de sent. & re judic. item quod necessitatis & utilitatis causa Episcoporum mutationes concedantur, confirmant c. mutationis & seq. c. temporis 7. q. 1.

IV.

Utilitas publica non debet claudicare, h. e. aliquem ditare & alterum ad inopiam deducere. l. si id quod 7. ff. de rescind. vend. c. cum inter 5. de Except. Pantschm. p. 1. q. pract. q. 14. n. 35.

V.

Utilitas augetur per dignitatem. l. 18. §. fin. ff. de judic. in fin. utilitas autem negotii unde æstimetur, vid. l. 4. §. ult. junct. l. 5. de in diem addict.

VI.

Ab utilitate ex re sua resultante dominus non

non debet excludi. *arg. §. igitur I. ibi: qvæ enim invidia est. Inst. per qvas person. reb. acqviritur. c. accessorium. 42. de R. I. in 6. ubi post veteres.* Peck. *l. etiamsi. vers. cui consequens. C. de jure dot.* Limitatio hujus regulæ est *in l. ult. §. sed cum in secundam 3. C. de furt. de qva in Racemat. meis ad illum tit. pag. 320. ubi vid.*

VII.

Ea qvæ communiter omnibus prosunt, iis qvæ specialiter qvibusdam utilia sunt, præponimus. *Nov. 39. c. 1. vid.* Bernegg. *c. 3. Idol. Lauretan.* conf. Tacit. *14. Ann. 44.* ita cum per graves dissensionum scissuras non hujus aut illius est periculum, sed latet strages, tunc plurimorum detrahendum est aliqvid severitati, ut majoribus malis sincera claritas subvenire possit. Rebuff. *in tract. de decim. q. 13. num* III. anonymus apud Besold. 1. *cons. 19. n. 9.* vide late Klock. *de contribut. c. 12. num. 146. & seqq.* In principis tamen administratione non semper & præcise utilitas requiritur, neqve enim res hæc ad naturam negotiorum gestorum est exigenda, ut tum demum ratus sit habendus actus si utiliter gestus sit: nam ad rales angustias Reipubl. imperantem redigere, ipsi Reipubl. esset periculosum. Hugo Grotius *lib. 2. de jure bell. & pacis c. 14. n. 12.*

VIII.

Utilitas unius sic spectanda est, ut sine incommoditate alterius conferat. *l. 3. §. 2. de vivis. l. 31. depos.*

Μὴ μοὶ τα κόμψ' ὧν πόλις δεῖ.
Nolo mihi discat qvæ ad ostentationem
Sed qvæ utilia sunt Reipubl.

Ex Euripid. laudat Aristot. polit. vid. Caspar. Hoffman. *præfat. tr. de generat. hominis.*

IX.

Utilitatem publicam promovere intentans, licet aliqvo modo delinqvat, excusatur, & nunqvam fit infamis. Itaqve intuitu Reipubl. deferens aliqvem, licet succumbat, non incidit in pœnam delatorum *l. 2. pr. de Jure fisci l. 9. ex qvib. caus. infam. irrog.* Brunnem. *ad l. 3. C. de Delat.*

CAP. LI.
Vulgus.

Uti vulgus opinatur, ita res se habere præsumitur. *l. 1. in princ. verb. circumcolentium ff. de fluminib.* argumentum enim ab opinione vulgi valdè efficax esse & valere ad conjecturandam mentem defuncti, colligitur ex *l. cum de lanionis 18. §. asinam 2. ff. de fund. instruct.* unde omnem intellectum esse extraneum, qvi in auribus vulgi non sonat, dixit Bald. *in extravag. de pace Constant.* Ita paupertatem probari per opinionem vulgi, refert *gloss. in l. ubi ad hoc. C. de jur. dot. vid.* Everard. *in topic. à vulgi opin. loc. 12. n. 1.* imo & verba reservationis intelligi debere sicut vulgus opinatur, patet *ex l. librorum 52. §. qvid tamen 4. de leg. 3. l. 7. §. 1. ff. de suppell. legat. l. 79. §. 1. ibi: audisse se rusticos. de legat 3. l. 87. de V. S.*

Intellige verum qvando consvetudo illa sermonis cum opinione eruditorum conveniat, aliàs nimium absurdum, imò periculosum esset dicere, oportere abusivum modum loqvendi personarum illiteratarum seu vulgarium verbum inciviliter prolatum extendere atqve sic propriæ significationi præferri. Bald. *in c. de succes. feud. & in l. 1. de succes. edict.* Ab imperita enim multitudine qvi pendet, hic inter magnos viros non est numerandus, teste Cicerone, cum non modo non gravissimum sit multitudinis testimonium. Cic. *lib. 2. de finib.* sed plerunqve ne honestum qvidem qvod vulgo gloriosum est. idem Cicer. *lib. Academ. qvæst.* neqve enim placere potest populo, cui placet virtus, si qvidem cum malis artibus popularis favor qværitur, similem te illis facias oportet, non probabunt, nisi agnoverint, verba sunt Senecæ *lib. 4. epist. 29. ad fin.* add. & locum ex Ciceron. *5. Tusculan. pag. m. 245. & lib. 2. epist. ad Qvintum fratrem.* cum non sit sapientis (ut inqvit Cicero) ab insipientium sermone pendere, qvocirca vanas voces populi minime audiendas esse, *ex l. decurionum. C. de pœn.* probat Hartm. Pistor. *1. q. 30. numer. 35.*

CAP. LII.
Uxor.

Axioma I.

Uxor & vir reputantur una eademqve persona & una caro. *Genes. cap. 2. & 3. cap. hæc imago 13. 33. q. 5.* Unde dicit *text. in l. adversus 4. C. de crim. expilat. hæred.* qvod uxor dicatur socia viri tam divinæ, qvam humanæ domus, qvem ad hoc allegant Præpositi. *in c. 2. in notabil. 6. de sponsa. duor. & ante eum* Speculat. *in tit. de feud. §. qvoniam vers. 20. idem* Præpositi. *in c. 1. in notab. 3. de Conjug. leprosor. & in cap. Martinus. notabil. 1. de cognat. spiritual.* Bald. *in l. cum dotem. §. si maritus. ad. fin. ff. solut. matrim.* Jason. *in l. 1. rer. amotar. per ill. text.* Corn. *cons. 5. in hâc consultatione. in pr. lib. 1.* Claud. de Seysel. *in l. si constante. ff. solut. matrim.* Forster. *2. cons. Marp. 6. n. 5. vid.* Bœckel. *de public. judic. disqvis. 5. n. 18.* Intellige scilicet secundum fictionem, qvoad procreationem & alia bona matrimonii, prout declarat Mar. Socin. *in repet. cap. audientiam. in 7. qvæst. principali col. 21. vers. sed hoc communiter. de homicid.* Realiter enim alia est persona viri, alia uxoris, & ideò diversimodè considerantur *l. uxori. 18.* ubi Ludov. Gomez. *ff. ad L. Cornel. de falsis.* hinc proprie neqve affines neqve propinqvi dicuntur. Barbat. *in repet. l. cum acutissimi. col. 12. C. de fideicomm. per text. in l. 1. C. Und. vir. & uxor.* neqve proximi. *l. cum alienam 10. ibiqve* Alex. *not ab. 1. C. de LL.* conjuncti tamen perhibentur propter matrimonium, & ideò regulariter una persona pro alia non obligatur. *tot. tit. C. ne uxor pro marit.* Ludov. Gomez. *ad §. actiones Inst. de act. n. 13.*

II.

Uxor forum & domicilium viri seqvitur, non vir uxoris. *l. cum qvædam 19. & ibi D d. ff. de jurisdict. l. exigere. 65. ff. de judic. ubi* Bald. *per ill. text.*

text. dicit qvod uxor trahatur ad aliud domicilium vi matrimonii & *l. qvæ 32. l. ult. §. item. ibiqve* Bart. *ff. ad Municipal. l. ult. C. de incol. l. 1. C. de mulier. & in qvo loco l. mulieres. 13. C. de dignitat.* Conf. Arg. *1. conf. 63. num. 83. & 104.* Unde etiam ejus civitatis esse perhibetur, cujus vir est. *gl. in l. cives. ibiqve* Bart. & Ang. *in fin. C. de incol.* Bald. *conf. 139. statuto communis Assisii col. 2. vers. secundo est considerandum. lib. 5.* ubi pulchre ait qvod ea propriè dicatur esse civis ejus civitatis, qvæ comprehenditur sub statuto loqvente de civibus, sive de his qvæ sunt alicujus civitatis, qvia etiam eam esse ejusdem originis cum *gl. in l. origine. C. de munic. & orig.* statuit Bald. in sua margarita *verb. mulier.* ubi eum text. facit singularem. *& in l. pen. in pr. col. 1. vers. sed qvo ulterius. ff. de jurisdict.* ubi per eum dicit, qvod per matrimonium uxor uniatur marito tanqvam principaliori, mutatqve forum originis, adeò ut non possit in suâ originali terra conveniri. Conf. Arg. *d. conf. 63. num. 107.* Bald. *in rubr. ff. solut. matrim.* qva de causa mutare originem posse qvoad omnia, per qvæ mulieris persona posset retrahi, & separari à servitiis viri, & ideò non posse in patriam revocari, vel ad munera personalia, vel ad judicia trahi, trad. Bart. *in l. fin. §. item rescripserunt ff. ad municipal. vid. late* Tiraqvell. *in l. 1. num. 28. vers. illud. gl. 1. de LL. connubial. & in verb. pouvoir. de son mary. n. 54. vers. & hoc qvidem. gl. 2. post Leges Connubiales.* Pacian. *1. conf. 4. n. 95.*

III.

Uxor marito obseqvia & reverentiam debet. *l. unic. §. cum autem 7. C. de rei uxor. act. l. 14. §. fi. in fin. ff. solut. matr. c. noluit. 16. manifestum 11. c. mulierem. 17. 33. q. 5.* Mynsi. *conf. 34. numer. 1.* Gœdd. *3. conf. Marp. 28. n. 160.* qvia caput uxoris est, & sunt unum corpus, unaqve anima. juxta *gl. in l. si cum dotem 22. §. 7. vers. participem. ff. solut. matrim. cap. ordo. 12. 35. q. 5.* Schneidew. *ad §. pœnales. Inst. de action. num. 49.* qvocirca eam resplendere sub mariti radiis dicitur. *l. fœminæ 8. ff. de Senator. l. mulieris. 13. C. de dignitat.* qvo pertinet *l. fin. C. de incol.* ubi Impp. Mulieres (inqviunt) honore maritorum erigimus & genere nobilitamus, qvibus addi possunt *l. cum te 10. l. fin* C. *de nupt. Nov. 105. cap. 2. in pr.* Jason. *in l. divortio. col. 3. ff. de V. O.* Johan. Montigni. *in tract. de bigam. qvæst. 1. num. 13.* Frider. Mindan. *de continentia causæ. cap. 19. n. 40.* Dec. *in l. 1. col. 3. C. de edend.* Curt. jun. *conf. 6. n. 14. vers. qvarto ex alio.* atqve gaudet ejus privilegiis *l. 2. C. de Episcop. & Cleric. l. ult. C. de injur. l. medicos. 6. l. ult. C. de profess. l. 6. C. de fabricens. l. 2. C. de Comm. Constit. l. 9. C. de prox. sacr. scrin. l. ult. C. de prin. agent. in reb. l. ult. C. de privil. schol.* cum censeantur duo connexa. *cap. nec illud. 20. 23. q. 5. cap. admonere. 8. 33. qvæst. 2. l. pen. ff. de rit. nupt.* Moron. de *Treug. & pace. qvæst. 134. n. 16.* Nolden. *de stat. Nobil. c. 6. n. 52.* qva ratione etiam injuria videtur & viro facta esse, qvia splendor, qvi ex viri radiis in uxore coruscat, vix obscuratur, nisi & radii mariti, ex qvibus ille proficiscitur, obducantur *l. sicut. §. fin. C. de in jus vocand.* vide Vult. *3. conf. Marp. 34. n. 169.* ubi adeò ampliat, ut amisso etiam marito uxor in ipso viduo statu iisdem privilegiis gaudeat, qvæ ante obitum ejus competebant. *l. si filius 22. §. 1. ad municipal. d. l. mulieris. 13.* qvia vidua saltem fictè adhuc existit in matrimonio mariti proximè defuncti. *l. fin. C. de bon. matern.* & dicitur esse de ejus familia Bart. *in l. fin. C. de V. S.* Tiber. Decian. *conf. 500. num. 25. vol. 4.* qvod tamen admittitur, dum nimirum in viduitate permanserit. *l. qvoties 3. ibiqve* Bart. *C. de privileg. scholar.* Socin. *conf. 81. in pr. vol. 3.* Cagnol. *ad. l. cum qvædam. ff. de jurisdict. n. 5.* & ob id etiam ligari statutis ipsius civitatis perhibetur. Bald. *conf. 439. n. 4.* Socin. *in d. l. cum qvædam. numer. 3.* Imol. *conf. 73. in casu proposito. col. fin.* Socin. jun. *conf. 12. volum. 3.* Barthol. Bettazol. *1. cons. crim. 11. n. 5.*

IV.

Uxor marito cohabitans præsumitur scire facta mariti. Cravett. *conf. 123. n. 1. vol. 1. & conf. 271. n. 8. usqve ad fin. vol. 2.* Roland. à Vall. *conf. 19. n. 38. vol. 1.* Cephal. *conf. 492. n. 32. vol. 4.* Vult. *2. conf. Marp. 29. n. 143.*

Intellige verum in conventione conjuncta personæ puta de ætate, valetudine & similium, qvæ latere non possunt; alia enim facta viri uxorem nescire, nisi probetur ejus scientia, patet ex *l. si legibus 16. ibi: probatum. C. de Episc. audient.*

V.

Uxor debet esse in officio mariti, ejusqve ad opera adstringi. *l. sicut patronus. 48. de rit. nupt. l. qvi ex liberto. 11. C. eod. l. 2. C. de obseq. patron. præst.* Ant. Fab. *in C. suo. de dedit. libert. defin. 11. n. 1.* eam enim viro operari teneri *text. est in l. sicut 48. de oper. libert.*

Intellige nimirum qvoad operas obseqviales, puta parare mensam & lectum, non vero qvoad operas fabriles. Bald. *in l. col 2. n. 7. vers. tu dic. C. de legat.* Abbas. *in c. literis. col. ult. ad fin. de testib.* Alex. *cons. 100. super primo casu. lib. 1. vid.* Joseph. Ludov. *decis. 38. p. 1.*

VI.

Uxor pro marito conveniri non potest. *tot. tit. C. ne Uxor pro marito & ibi Pac. in analys.* qvia SCti Vellejani exceptione juvatur. *l. 1. C. d. tit.* jure enim civili ejusmodi obligatio uxoris pro marito, sive suscepit obligationem veterem *l. 4. l. ult. §. 4. ad SC. Vellej.* eiqve se ream adjunxit. *C. A. 54. th. pr. d. tit.* Bocer. *class. 2. disp. 17. th. 33.* sive novam. Treutl. *1. 24. th. 1. lit. D.* Argent. *1. cons. 90. n. 27. qvæst. 6.* ipso jure nulla & invalida est. *Nov. 134. cap. 8. Auth. si qva mulier. C. ad SC. Vellej.* Johann. Lopez. *de lucr. mariti & uxor. c. 10. n. 11.* Rittersh. *in expos. Novell. pag. 3. c. 4. n. 16.*

Limita I. nisi doceatur in utilitatem mulieris conversam esse. *d. Auth. si qva mulier d. tit.*

Limita II. nisi maritus primipilum gesserit, tunc enim & res dotales huic obligationi esse obnoxias. *per l. 4. C. de in qvib. caus. pign. tac. contr.* testatur Pac. *in anal. C. d. t.*

Limita III. si consvetudine vel statuto aliter receptum ac constitutum sit. Mynsi. *1. obs. 29.* Treutl. *disp. 6. th. 7. lit. l. vol. 2.* Coler. *part. 1. de process. Exec. cap. 3. num. 39.* Gœdd. *1. conf. Marp. 24. n. 15.* Bald.

15. Bald. *in l. dotis tuæ. C. de jur. dot.* Bart. *in tract. de Repressal. q. 11. n. 7.* Jason *in §. actionum. n. 79. Inst. de act.* Rota *decis. 1. de consvetud. in nov.*

Limita IV. si mulier adhuc tutrix filiorum primi matrimonii nondum distractis rationibus suæ administrationis ad secunda vota convolaverit. *l. pen. C. quib. in caus. pignus tacit. contrah. ibig;* Bald. *in fin.* Hyppolit. *sing. 248. incip. conditio mulierum. n. 1.*

Limita V. in uxore cum marito communem negotiationem vel cauponariam exercente, so zu offenen Kramläden oder Marck sitzen. *l. 1. §. pen. ff. de exerc. act. l. plane. 24. ff. pro socio.* quo pertinet Reip. Argent. constitutio vom ausgeerbten Ausgehen / §. da sichs begebe. add. & Chassan. *in consvetud.* Burgens. *rubr. 4. §. vers. publiq;. n. 8.* David Mævius *in jus Lubecens. lib. 3. tit. 6. art. 21. n. 16. & 34.* Benevenut. Stracha *de Mercatur. pag. 1. n. 6.*

Limita VI. si uxor major 25. annis, so ihres vollkommenen Alters ist / pro marito vel extraneo, cum obligata non esset, solverit *l. 1. l. Senatusconsultum. 4. §. fin. l. quamvis. 9. C. ad SCtum Vellejan.* Gail. *2. obs. 91. n. 7.*

Limita VII. quando se uxor principaliter obligaverit, maritus autem pro ea fidejusserit. *l. Seja mancipia 28. ff. ad SCtum Vellej.* Francisc. Marc. *q. 508. n. 11. l. 3. ibi: nisi ipso. C. ne uxor pro marito.* Carpz. *P. 3. Constit. 20. Defin. ult.* Bernh. Græven. *lib. 2. pract. concl. 90. n. 16.*

VII.

Uxor pro marito absente agere vel appellare non potest. *l. quia 4. C. ubi Pat. in anal. n. 8. C. de procur. l. alienam 18. C. eod. l. 2. in pr. de R. I.*

Limita, nisi pro libertate agat. *l. 3. ff. de liberali causa.* quam & in Camera Imperiali admitti mandatumque cum vel sine clausula ad relaxandum maritum pro facti qualitate petere ac obtinere posse, docet Gail. *1. obs. 133. n. 10.*

VIII.

Uxor est audacior ad contradicendum marito, quam filia patri. Salicet. *in l. transactionem. C. de transact. quem sequitur &* Jas. *in l. pactum dotale. n. 5. col. fin. vers. confirmo tertio per illud. C. de collat.* add. Tiraquell. *in verb. contracter. gloss. 5. num. 37. vers. & hujusmodi quidem. de LL. Connubial.* Pacian. *consil. 54. n. 77.*

IX.

Uxor in potestate patris remanet. *l. si uxorem. C. de condit. insertis.* Pacian. *lib. 2. de probat. c. 3. n. 33.* Solis enim nuptiis liberi non solvuntur patria potestate. *l. 7. C. de nupt. l. 1. C. de bon. quæ lib. §. 2. Instit. ad SCtum Tertull.* atque ita uxor sub duorum est potestate. Gothofred. *ad d. l. 12. C. de collat. lit. E.* in mariti saltem duobus in casibus, (1.) quoad obsequia matrimonii. *gloss. in pr. ad SCtum Tertull. super verb. parentis.* (2.) quoad operandum, quia tenetur operari maxime in his, quæ pertinent ad sustinendam curam domesticam. *gloss. singul. in l. sicut. ff. de oper. libert.* in reliquis vero in patris potestate remanet, vid. Angel. *ad d. pr. Instit. ad SCtum Tertull. super gloss. parentis.* Paulus de Castr. *in l. rei judicata. §. socero. ff. solut. matrim.* Conrad. Mauser. *in titul. de nupt. p. m. 333.*

X.

Uxor marito non fit affinis, tametsi sit principium affinitatis. *l. non facile 4. §. sed quoniam 3. ff. de gradib.* & causa efficiens affinitatem inter utriusque cognatos. *l. non ideò minus. C. de hered. instit. l. 1. C. unde vir. & uxor.* Bald. *in l. affinitatis. C. commun. de success.*

Intellige nimirum propriè: unde licet vir & uxor propriè affines non dicantur *dd. ll.* tamen dispositio, puta statuti vel testatoris, eos affines appellans propterea non vitiatur *d. l. affinitatis. d. l. non ideò minus.* quia quod juris est de affinibus, debet merito quoque esse de principio & causa affinitatis, puta conjugibus, Paul. de Castr. post Bald. *dd. locis.* propter quod enim unumquodque tale est, illud magis tale est. *Auth. multo magis. C. de SS. Eccl.* add. Cyn. *in l. maritus per ill. text. C. de procur.* Conrad. Mauser. *in §. affinitatis. Instit. de nupt. pag. 365.*

XI.

Uxor unica tantum, non etiam altera eodem tempore ducenda est. *cap. gaudemus. ibi: cum ab initio una costa in unam fœminam sit conversa. extr. de divort.* Conrad. Maus. *ad tit. Instit. de nupt. in pr. pag. 328.* Qui enim duas eodem tempore uxores habet, legem divinam offendit. Genes. *cap. 2. ibi: adhærebit uxori suæ.* Exemplum est *in c. 4.* ubi legitur, Lamech, quod duas duxerit uxores, adulterii crimine damnatum fuisse, latissimè Menoch. *lib. 2. arbitr. judic. cas. 420. per tot.* ubi uxorum pluralitatem non tantum lege Evangelica, sed etiam Jure Naturali, Civili, & Canonico damnari concludit.

XII.

Uxor contra virum examinari non potest, nedum torqueri *l. Julia. 4. ff. de testib. l. 3. C. eod.* Bald. *in l. fin. C. de accusat.* Marsil. *in l. 1. §. Divus Antonin. in pr. ff. de quæst.* Farin. *1. consil. crim. 19. n. 13. cons. 20. n. 1. & in tract. de testib. q. 54. n. 219. & seq.* ubi facit regulam negativam, quod scil. uxor non possit cogi ad testificandum contra virum suum, eamque limitat tribus modis: (1.) in causa hæresis, (2.) quando veritas aliter haberi non possit, (3.) in marito, qui benè potest cogi, ad testificandum contra uxorem.

XIII.

Uxor à viro, non contra vir ab uxore defendi æqvum est. *§. patitur. Instit. de injur. l. quod si 2. ff. de injur.* nec modo agere prohibetur uxor nomine injuriæ mariti. *d. l. 2. injur. & d. §. patitur l. sancimus. de procurat. l. alienam 18. C. eod.* sed etiam quod plus est, non potest absentem maritum defendere, licet causa defensionis videatur privilegiata. *l. quia absente. C. eod.* ubi Cyn. Oldrad. Bald. Castr. Salicet. Jas. notat, quod uxor sicuti non admittitur ad agendum nomine mariti, ita nec ad defendendum, id quod sequitur Joh. de Arnono. *sing. 51. quæro.* ubi mulierem non posse procuratricem esse mariti, quamvis interdum possit procurare pro patre aut liberis. *l. fœminis. 41. in pr. ff. de procur.*

XIV.

XIV.

Uxoribus præ legitima satisfaciendum est. Bald. Angel. & communiter Dd. *in l. Papinianus & §. si quis 15. ff. de inoff. testam. & l. 2. C. de revocand. quæ in fraud. creditor.* latè Jas. *consil. 181. in præsenti per totum. vol. 1. ex l. sed pus 36. C. de inoffic. testam.* Jason *in l. cum filiofam. n. 46. de legat. 1. l. coheredi 4. §. eum filiæ 2. ff. vulgar. & pupill. substitut. fac. Novell. 18. de trient. & semiss. in pr. l. quanquam 10. ubi Dd. C. ad L. Falcid.* vide late Wesemb. *1. consil. 50. n. 23. & 7. consil. 92. n. 4.* Jas. *in l. cum filiofam. n. 46. de legat. 1.* Schurf. *consil. 96. quod prædictæ. n. 11. cent. 1.*

XV.

Uxor subdita debet esse viro. *cap. fœminæ. 30. q. 5. cap. est ordo & seq. 33. q. 5.* quia maritus est caput & dominus uxoris, *cap. hæc imago 33. q. 5.* ideoque mulier imperare desiderans contra DEUM peccare dicitur. *cap. cum cap. 33. q. 5.* add. Conr. Mauser. *ad tit. 9. de nupt. pag. 332.* ubi ait, hunc textum non ita intelligendum esse, quasi omninò sit ancilla & mariti famula, sed potius cum temperamento & civili modo. Quia etiam ei utile quoddam dominium concedendum, dummodo recognoscat superiorem & directum dominum puta maritum: quare si vellet ea tale utile dominium sibi arripere, quod non solum non recognosceret directum dominum, imò illi contrariaretur, sicut præscribens. arg. eorum quæ dicit Bart. *in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poss.* hoc esset perquam durum & neutiquam ferendum, qua de causa etiam eleganter refert. *gloss. in cap. fin. in verb. costa, ead. caus. 33. qu. 4.* quod mulier non ex capite, nec ex pede, sed ex costa Adæ sit facta, ita ut nec sit famula, nec domina, sed medium quoddam, & socia mariti perpetua. *cap. qualis. 30. q. 5. l. 1. ff. de rit. nupt. l. adversus. C. de crimin. expilat. heredit.* Vult. *1. Consil. Marpurg. 30. n. 74.*

XVI.

Quæcunque eminentia marito vel ex nativitate vel ex singulari privilegio competit, illa uxori communicatur, quia viri conditionem sequitur uxor, *l. 8. ff. de senat.*

Limita: nisi ad secunda vota transierit. Quo tamen casu impetrare poterit à Principe, ut priorem dignitatem retineat. *l. fin. ff. de senat.*

FINIS LIBRI DECIMI NONI.

Liber Vigesimus et Ultimus.

CAP. I.

Zelotypia.

Axioma I.

Zelotypiæ purgatio, quæ olim apud Judæos fiebat, hodiernis moribus in desvetudinem abiit. *cap. in lib. 21. caus. 2. q. 5.*

CAP. II.

Zelus.

Axioma I.

Multi Sacerdotum culpam zelo DEI se persequi profitentur, sed dum indiscrete hoc agitur, sacrilegii facinus incurrunt. *cap. non in perpetuum. 23. q. 3.* ac injuriarum actione tenentur. *cap. temerarium. 11. q. 13.* ac tenentur ad omne interesse & ad majorem pœnam, si visum fuit hoc expedire *cap. sacm extr. de sentent. excomm.* simoniaca enim hæresis, quæ primò contra DEI Ecclesiam diabolica plantatione subrepsit, & ipso ortu sub zelo Apostolicæ ultionis percussa atque damnata est. *cap. fertur. 27. 1. q. 1.*

II.

Zelus propriè est tristitia de bono alterius, non ex eo, quod ille habet, sed ex eo, quod sibi deest. Arist. *2. Ethic. allegatus* ab Angelo *in summa, sub voce Zelus.* Et si iste zelus sit circa bona honesta, est laudabilis, secundum illud *1. Cor. 14.* æmulamini charismata vestra; si vero de temporalibus, tunc potest esse cum peccato, sicut avaritia: si autem quis dolet de bono alterius, quod eum excedat in talibus bonis, tunc est invidia. *cap. neque 3. distinct. 90.*

III.

Ubi major numerus est, zelus etiam melior præsumitur *c. Ecclesia vestra.* (*ubi gloss. allegat. l. ita stipulatus. §. credendum est. ff. de V. O. extr. de Elect.*

IV.

Zelo justitiæ fieri debet vindicta, non amore vindictæ, nec ex odio. *cap. ea vindicta 51. 23. q. 5. add. & cap. vera justitia distinct. 46.*

FINIS LIBRI VIGESIMI ET ULTIMI.

Hæc, qvæ jam seqvuntur, pertinent adhuc ad literam A. qvam supra suo loco invenies.

CAP. I.
De Absentia.

Axioma I.

NEmo potest ab officio publico abesse nec illud deserere, nec à legatione redire absqve veniâ Principis, prout nec ad urbem Ecclesiastici negotii causâ proficisci *cap. 4. 10. X. de Cler. non resid.* nec consiliarii Principis abesse sine venia possunt. Et hoc qvidem nec specie religionis, e. g. Monachorum solitudines sectando, nec obtentu Philosophiæ. *Perez. C. de decur. num. 43. seqq. & C. si curial. relict. civit. num. 1. seqq.* Ita Clericus non Residens privatur beneficio. *Brunnem. ad l. un. C. eod. tit.* Rector provinciæ & judices non possunt provinciâ excedere, nisi voti solvendi causâ *l. 15. de offic. præsid.*

Limita (1.) nisi cum commeatu seu licentia Principis absint, e. g. adjutores qvæstoris, tunc enim omnes fructus officii percipiunt *l. pen. §. 2. C. de proxim. sacr. scrin.* (2.) Si justam absentiæ causam habeant, e. g. studiorum, disciplinæ, si in obseqvio Pontificis sint aut Episcopi, &c. qvô casu omnes fructus percipiunt, non autem qvotidianas distributiones, nisi in his omnes fructus consistant. *Perez. C. de proxim. sacrar. scrin. num. 14. seq.*

II.

Absentia affectata etiam reipubl. causâ non prodest. e. g. si qvis evitandæ accusationis causâ agat ut Reipubl. causâ absit. *l. 15. §. 2. de adulter. Brunnem. C. qvi militar. poss. col. 1.*

III.

Animus revertendi facit, ut qvis semper in loco mansisse videatur *Brunnem. ad l. 2. C. de incol. in fin.* Hinc per absentiam ab academiis Studiosi non statim amittunt privilegia academica. *Perez. C. qvi ætate. num. 9.*

IV.

Absens reipubl. causâ qvamdiu abest, à muneribus civilibus immunis est. *Brunnem. ad l. 1. C. de Professor.*

V.

Absens nemo condemnari potest, nisi (1.) in officio deliqverit & aufugerit, (2.) nisi contumaciter absit. vid. *Rubr. condemnatio. axiom. 1.* modò pœna sit infra relegationem. *Marcus Antonius Blancus pract. crim. fol. 7.* & statutum, qvòd contra absentem feratur capitalis sententia, non valet. *Felin. in cap. qvaliter. §. ad corrigendos num. 28. in fin. de accus.* Sed hodiè de consuetudine aliud observatur, & passim videmus judices potiùs in condemnando qvàm in absolvendo esse intentos, qvia per absentiam contumax & in facto convictus judicatur in criminalibus. *Jul. Clar. in §. fin. pract. crim. q. 44.* In dubio autem condemnatus potiùs præsumitur propter absentiam, qvàm qvòd malam foveat causam. *Philip. Port. lib. 1. com. concl. numer. 6. fol. 24. l. si ideo contra emtorem. ff. de evict.* nisi ex actis clarum esset, eum malam fovere causam. *gl. in l. 2. C. de contrab. judic. tutel.*

VI.

Absens neqvaqvam dicitur cùm vox audiri potest *l. 1. §. 27. ff. de Senatusconsulto Silaniano. Cass. in consil. Burgund. vers. en est absens. Rubr. 3. §. 1. fol. 101. col. 3.*

CAP. II.
Absolutio, Absolvere.

Axioma I.

Qvoties qvis absolvitur ab instantia, toties semper repertis novis probationibus iterum conveniri potest, qvia sic propterea saltem fuit absolutus, qvòd actor sufficientibus probationibus non fuerit instructus. Ita qvi ob actoris contumaciam ab instantia fuit absolutus, de novo rursus conveniri potest *l. 13. §. 2. C. de judic.* Idem est, si qvis ob incompetentiam judicis vel ineptitudinem libelli absolvatur. *Carpz. p. 1. const. 3. def. 16. numer. 4.*

Limita, modò actor priores expensas restituerit. *d. l. 13. C.*

II.

Qvoties qvis simpliciter absolvitur sive ab actione liberatur, toties rursus agenti obstat exceptio rei judicatæ. Qvia res semel apud judicem acta non iterum agenda est & retractanda, cùm alioqvin nullus foret litium finis. Si ergo reus oppositâ exceptione compensationis, jurisjurandi &c. absolvatur, denuò conveniri non potest.

Limita, modò post sententiam decennium fuerit elapsum; ab eo enim tempore sententia vim rei judicatæ habet.

III.

Absolutio juramenti ad effectum agendi reqvirit partis adversæ citationem & causæ cognitionem *Gail. lib. 1. obs. 22.* Processus tamen legitimus in ea non reqviritur, ne ex causa summaria fiat ordinaria. *Gail. d. l. obs. 23.*

IV.

Absolutione opus non habet juramentum præstans super facto ipso jure illicito. *cap. qvanto 18. X. de jurejur. cap. inter cætera 22. caus. 22. q. 4. Gail. lib. 2. obs. 42.*

V.

Absolutus in foro pœnitentiali non est absolutus in contentioso, qvoad pœnam temporalem. *Gloss. in cap. admonere. 8. caus. 23. q. 2.*

CAP. III.
Abusus.

Axioma I.

Ob abusum sæpe tollitur usus & qvis re suâ privatur. Hinc qvi prostituit suam ancillam, dominio; qvi filiam, patriâ potestate privatur.

l. 6. C. de spectac. & scen. n. 14. Venditor ancillæ consentiens prostitutioni ejus perdit jus injectionis manus *l. 1. C. si mancipium ita venierit. Brunnem. ad l. 6. C. de spectat.* Creditor pignoratam ancillam prostituens pignus perdit. *l. 24. §. fin. de pign. act.* & qvi eam, qvam ab hostibus redemit, prostituit, amittit pretium, *l. 7. C. de postlim. reversi.* & tali modo liberata nec ob ingratitudinem in potestatem revertitur. *Brunnem. d. l.* Sic qvi ex publicis aqvæductibus aqvam in ædes suas deduxerit, vel arbores plantaverit, iis privatur *l. 2. 10. C. de aqvæduct. Perez. C. eod. n. 4. 5.* qvi jus aqvæ ducendæ impetravit, non autem ex castello secundum consuetam formam, sed ex fistulis matricibus duxit, eo jure privatur. *l. 3. C. eod.* Qvi aqvæductus fundum suum transeuntes non purgat, fundo privatur. *l. 1. C. eod.* ob abusum singularem omnis emphyteuta fundo, ob sævitiam vasallus feudo privatur. *Brunnem. ad l. 3. C. de mancip. & colon.*

CAP. IV.

Acceptatio.

Axioma I.

Cuicunqve duplex offertur lucrum, ille repudiato uno potest acceptare alterum, qvia cuilibet liberum est lucrum, qvod ex diversa causa offertur, separare, & ita unum tantum acceptare. Ita prælegatum acceptari, hereditas verò repudiari potest. *l. 12. C. de leg.*

Limita: nisi de alia mente illius, qvi lucrum offert, constet, v. g. si testator noluerit heredem habere legatum nisi hereditatem retinuerit. *l. 88. de leg. 1. Joan. à Sande lib. 4. tit. 4. def. 7.*

II.

Toties ex acceptatione literarum aliqvis obligatur, qvoties facultatem contradicendi habuit & non contradixit. arg. *l. 16. ad SCtum Macedonianum.* Qvia sic ex taciturnitate & receptione literarum præsumitur consensus & approbatio illorum qvæ in literis continentur. Conf. *l. qvi patitur. 18. ff. Mand. Gail. lib. 1. obs. 21. numer. 9.* Ita ergò campsor, qvi literas cambii acceptat, ad solutionem est obstrictus. *Marqvard. de jure mercat. l. 3. cap. 9. num. 58.* Principalis qvi cessionem à procuratore factam acceptavit, illam videtur ratihabuisse. *Mev. P. 2. dec. 140.*

III.

Oblationem adversarii non acceptans ex ea se non potest juvare. Mynsi. *dec. 1. resp. 1. num. 40.*

CAP. V.

Accessio, Accessorium.

Axioma I.

Sublatâ accessione tollitur jus ex accessione qvæsitum. Qvia sublata causa dominii sublatum censetur ipsum dominium. Ita diruto ædificio, qvod in alieno solo extructum, erat, materia ad pristinam causam refertur & potest à domino vindicari, vel ab eo ad exhibendum agi. Idem est si qvis ex materia aliena in fundo proprio ædificaverit. *l. 23. §. fin. l. 59. de R. V. §. 30. Inst. de R. D. junct. l. 2. C. de R. V.*

Limita: ut procedat qvoad bona fide ædificantem; in eo enim non potest dici affuisse animus donandi. Non ergò idem erit in eo qvi mala fide ædificavit.

II.

Qvoties accessorium speciali lege fulcitum, toties etiam subsistit sublato principali. Ratio consistit in autoritate legis, qvæ facit ut accessorium per se valeat tanqvam principale. Ita legata per se subsistunt sublato principali scilicet testamento, juxta *Nov. 115. cap. 3. in fin.*

Limita, modò accessorium tale sit, qvod sui natura & per se subsistere possit. vid. supr. *l. 1. cap. 8. axiom. 5. in fin.*

III.

Qvicunqve dominus est rei principalis, ille etiam sit dominus illius, qvod rei principali accedit, qvia accessorium seqvitur suum principale. *cap. 47. de R. J. in 6to. Exempla vid. in §. 19. seqq. Inst. de R. D.*

Limita: (1.) nisi res principalis longè vilior sit accessorio. *Zoës. ad ff. de acqvir. rer. dom. §. 33.* (2.) modò id, qvod accedit, bona fide accedat.

IV.

Accessorium sine principali alienari non potest, e. g. servitus prædialis sine prædio, adscriptitius sine fundo suo. *Brunnem. ad l. 7. C. de agricol. & censit. num. 2.*

CAP. VI.

De Accusatione.

Axioma I.

Accusatus super crimine pristinos honores retinet, novos autem petere neqvit *l. 17. §. 12. ad municipal.*

Limita (1.) si causa criminalis intra annum contra eum non finiatur, nec per eum steterit *l. 7. de muner.* tunc enim novos petere potest. (2.) pristinam dignitatem amittit, si vel per sententiam ab officio suspensus sit, vel de mala administratione ipsius officii accusetur. *Perez. C. de reis postulat. num. 2. seqq.*

II.

Accusare prohibitus potest tamen suam injuriam vindicare, e. g. colonus qvi dominum judicio pulsare non potest, potest tamen

men ob superexactionem vel aliam injuriam illatam. *l. 2. C. in qvib. caus. colon. Perez. C. eod. num. 4.* Qvando Clericus vel Monachus suam vel suorum vel Ecclesiæ injuriam persequi possit, vid. *Farinac. lib. 1. tit. 2. de accusatione q. 12. & 13.*

III.

Fiscus de crimine absolutum denuò accusare potest. *Perez. C. de sentent. adverss. fiscum. n. 8.*

CAP. VII.

Acqvisita, Acqvæstus.

Axioma I.

Acqvisita constante matrimonio mariti industriâ qvæsita præsumuntur. *l. 51. ff. de don. int. vir. & ux. Mynsi. cent. 2. obs. 92.* Valet tamen statutum vel consuetudo, ut bona constante matrimonio qvæsita sint inter conjuges communia *cap. 2. X. eod. Gail. l. 2. obs. 78. num. 10.*

II.

Ad acqvæstus conjugales, Errungenschafft/ pertinent, qvæ industria alterius conjugum constante matrimonio sunt acqvisita, non verò donationes, legata, hereditates. Christin. *1. decis. 206.* Besold. *thes. pract. verb.* rungen und gewunnen.

CAP. VIII.

De Actis.

Axioma I.

Turpe videtur, si judex acta, qvæ Notariis Actuariisve curiæ incumbunt, ipse conficiat. Limita: in actis jurisdictionis voluntariæ. *Perez. C. de numerar. num. 10.*

II.

Acta faciunt rem notoriam. vid. supr. *lib. 1. cap. 15. axiom. 6.* ubi qvatuor adduntur limitationes:

Limita (5.) omnia commonitoria, præcepta & instrumenta publica nullam vim habent, nisi in mundum sint redacta, perfectè extensa & subscripta manu actuarii & testium, sine subscriptionis verò testimonio non carent suspicione falsi *l. 10. §. 1. 2. C. de numerar. Perez. ibid. num. 11.*

III.

Acta facta in judicio summario fidem facere in judicio plenario tradunt Doctores in *l. 15, apud qvem. C. de edend.* ubi, qvando facta in prima instantia probent in alia. *Mod. Venus. in eor. spec. 5. par. 5. dif. jud. num. 56.* Et in genere acta facta in uno judicio probant in alio. *Gail. l. 2. obs. 123. num. 4.*

IV.

Pro solennitate actorum & processus præsumitur. *Menoch. l. 2. præs. 68.*

V.

Acta originalia in judiciorum scriniis servari debent. *Speckh. p. 3. class. 3. q. 10.* & judex ab acta manca tenetur ad interesse. *Mynsi. Cent. 1. observ. 11.*

CAP. IX.

Agere, Actio.

Axioma I.

Qvoties res per contractum mihi debetur, toties contra tertium possessorem non agitur. Conf. supr. *lib. 1. cap. 16. axiom. XI.* Qvia tertius ex nullo facto mihi obligatur, nec enim ipse mecum contraxit. Exemplum est in bonis contra jus protimiseos conventionale alienatis; horum enim nomine contra tertium, in qvem bona translata, non agitur. *Carpz. p. 2. const. 32. def. 8.*

Limita: nisi tertius etiam malâ fide rem perceperit, hæc enim ei patrocinari aut commodum afferre non debet. *Carpz. d. l. def. 12.* De hoc verò an juri civili congruat, dubitat *Struv. Syntagm. jur. civ. exerc. 23. §. 48. in fin.*

II.

Actio servi corrupti utilis toties institui potest, qvoties nostra interest alterum non corrumpi seu seduci. Nam hoc modo damnum ex corruptione nobis datum pensatur. Ita ob uxorem, liberos aliosve, qvi sunt in nostra familia, corruptos datur hæc actio utilis. Conf. *const. crim. Carol. art. 123.* von Straffe der Verkoppelung. Eadem & Principi datur ob corruptos ministros. vid. *Brunnem. dissertat. de delict. serv. alteriusve hominis corrupti.*

III.

Actio familiæ erciscundæ non competit iis qvi non sunt coheredes neqve verè neqve putativè. Illis enim nullum jus competit ad hereditatem, & hinc frustra petent divisionem ejus, qvod ipsis commune non est. Ita ergò contra eum, qvi titulo singulari possidet, non datur hæc actio *l. 37. ff. famil. ercisc.*

IV.

Actio civilis non tollit criminalem, neqve per executionem unius tollitur altera *l. 3. C. de L. Aqvil.* Potest itaqve læsus utramqve actionem intentare in eodem libello, licet non æqvè principaliter, qvô casu dicitur actio mixta, qvamvis sit criminalis. *Perez. C. de superexaction. num. 3.*

V.

Actio, qvando sui naturâ non est transitoria, si semel transit, perpetuò erit transitoria *l. videamus ff. qvod met. caus.* Hujus rei exemplum est in re prohibita alienari, nisi in certis casibus, qvæ si primò alienetur in casu licito, fit perpetuò alienabilis. Conf. *Timqvell. de utroqve retract. lib. 1. §. 32. gloss. 1. num. 8. & 9.*

VI.

Actio personalis spatio triginta annorum tollitur *l. sicut. §. omnes C. de præscr. 30. vel. 40. annor. Afflict. decis. 13. num. 2.* etiamsi præscribens esset in mala fide. latè *Marc. Mant. cons. 297. n. 6. cum seq. vol. 1.*

VII.

Actio inutilis cedenti reputatur etiam inutilis cessionario. *l. apud Celsum. §. de autoris. ff. de dol. except.* Exceptio est in *l. aut fidejussor. ff. de fidejussor.* ubi, si ex duobus fidejussoribus in solidum unus est coactus à creditore ut solvat, post solutionem creditor non potest ampliùs agere, & tamen qvi solvit, potest petere cessionem actionis contra confidejussorem. *l. fidejussoribus. eod. tit.*

CAP. X.

De actione directa & contraria.

Axioma I.

Qvoties in contractu bilaterali uterqve ab initio obligatur, toties una tantum datur actio, qvæ utriqve contrahentium æqvaliter competit & vocatur directa, qvia ob directam & principalem causam obligationis, qvæ utrinqve subest, utriqe parti æqvale jus competit. Exempla sunt emtio, locatio, societas, &c.

II.

Qvoties in contractu bilaterali unus ab initio, alter ex postfacto obligatur, toties contra illum datur actio directa, contra hunc contraria, qvia alter principaliter obligatur, alter ex accidenti & per consequentiam. Exempla sunt in commodato, pignore, depositio, mandato, negotiorum gestione, administratione tutelæ, &c.

III.

Omnis actio contraria datur ad indemnitatem. Veritas hujus axiomatis patebit ex inductione specierum, ejusqve fundamentum potissimum est, qvòd beneficium suum nemini debeat esse damnosum.

CAP. XI.

De actione reali, personali & mixta.

Axioma I.

Qvæcunqve actio ex jure in re oritur, ea est realis, nam jus in re est fundamentum actionum realium, & natura harum actionum potissimum in eo consistit, qvòd rem, ubicunqve illa sit, afficiant, & contra qvemcunqve possessorem dentur. Exemplo sunt vindicatio, actio confessoria, hypothecaria & hereditatis petitio.

II.

Qvoties actio ex contractu vel ex delicto oritur, toties est personalis. Qvia sic agitur contra personam citra respectum ad ipsam rem.

III.

Qvoties ex utroqve, scil. ex jure in re & ex obligatione personali actio oritur, toties ea est *mixta §. 20. Inst. de Action.* Ita enim participat de utroqve & mixtam naturam habere videtur. Exempla sunt in *d. §. 20.* Sic actio communi dividundo, qvatenus datur ad divisionem rei communis, ex condominio adeoqve jure in re oritur; qvatenus verò venit ex facto alterutrius condominorum qvi solus in possessione fuit, adeoqve solus lucra percepit aut impensas erogavit, eatenus oritur ex qvasi contractu & est personalis. Idem obtinet in actionibus familiæ herciscundæ & finium regundorum.

IV.

Actiones reales differunt à personalibus in qvatuor: origine scilicet, naturâ, effectu & nomine. In rem scriptæ sunt personales origine & effectu; reales verò sunt natura & nomine.

CAP. XII.

De Actione confessoria & negatoria.

Axioma I.

Qvoties qvis se fundat in libertate naturali, in qva turbatur, toties ei competit actio negatoria. Qvia hæc actio etiam de Jure Canonico se fundat in libertate naturali: Ad exemplum autem servitutum hæc actio aliis qvoqve juribus applicatur, ut jus venandi, braxandi, academias habendi, ecclesias extruendi, dotandi, uniendi, conciones funebres suscipiendi, & reliqvis innumerabilibus, qvorum partem enarravit *Dn. Suendendorff. in Exposit. Action. Forens. Expositionis specialis section. 2. membr. 1.*

Limita, ut procedat, nisi libertas naturalis generali observantiâ vel consuetudine sit immutata, uti ferè contigit in libertate venandi, piscandi, &c.

II.

Qvoties qvis se fundat in jure singulari seu privilegio, toties ipsi competit actio confessoria. Ejusmodi jura singularia sunt servitutes & alia. Conf. *Axiom. præced.* & *Oldendorp. de Action. Class. 3. act. 4.*

CAP. XIII.

De Actore.

Axioma I.

Qxod conceditur actori, censetur etiam concessum reo. Nam actor & reus judicantur ad paria, etiam qvoad privilegia. Hinc cùm proximi sacrorum scriniorum habeant privilegium solvendi tantùm dimidias sportulas, etiam cum his litigantes hôc privilegio gaudent. *l. 12. C. de proxim. sacror. scrin. Brunnem. C. eod. col. 3. n. 2.*

II.

Actor nunqvam auditur, nisi sua interfit *l. si patroni §. fideicommissariam. ff. ad SCtum Trebell. Tiraqvell. de utr. retract. lib. 1. §. 1. gloss. 2. n. 53.* & si ex facto postea desinat sua interesse, decet cessare ab actione *l. procuratorem. § mandati. ff. mandat. Tiraqvell. in tractat. le mort saisif. 2. part. 4. declar. n. 9. f. 63.*

CAP.

CAP. XIV.

Actus.

Axioma I.

In qvocunqve actu consensus non est suspensus, ille est purus, qvia ibi pura & præsens adest obligatio. Ita si ad sponsalia purus accedat consensus, pura sunt, qvamvis executio fuerit suspensa. Idem est in Legatis.

II.

Actum nihil dicitur, cùm qvid supereſt ad agendum. vid. supr. *Lib. 1. cap. 25. axiom. 26.* Obtinet hoc Axioma præprimis in testamentis. Hinc testamentum non valet, qvod in mundum qvidem jubente testatore redactum, nondum autem ei prælectum est. *Joh. à Sande Decis. L. 4. tit. 1. defin. 5.*

III.

Actus voluntarius ulteriùs non extenditur qvàm ex eo de necessitate infertur. *Brunnem. ad l. 3. C. de his qvi sponte munera.*

IV.

Actus meræ voluntatis excludit Juris necessitatem. vid. supr. *Lib. 1. cap. 25. ax. 40.* Hinc in actibus meræ facultatis nulla cadit consuetudo vel præscriptio. Non itaqve domini possunt subditos cogere ut eis munera præstent, ne in aliis qvàm suis furnis panem coqvant, ne aliis molendinis utantur. Et hoc in tantum procedit, licet prohibitionibus dominorum assentientes ad eorum molas perpetuò accesserint, imò licet princeps jus hoc prohibendi concesserit. vid. *Perez. C. de auro coronar. numer. 8. 9. 10.*

V.

Actum, qvem qvis ipse non potest celebrare, nec per interpositam personam potest. *l. pen. C. de his qvæ met. caus. Brunnem. ad l. un. C. qvib. ad conductionem.*

VI.

Actus hominis reducitur ad intellectum juris. *Aret. in l. 2. numer. 11. ff. de V. O. Jason latissimè cons. 215. col. 2. vol. 2.* etiamsi verba essent improprianda. *Rub. Cons. 82. circa fin.* per doctrinam *Bart. in l. uxorem §. agri plagam. ff. de leg. 3.* qvia censetur cogitasse qvod jus disponit. *Jas. Cons. 52. Cons. pen. Vol. 3. Ferrar. Cons. 105.*

VII.

Actus nunqvam dicitur notorius, qvando est momentaneus. *Bar. Butrig. in l. cives. C. de Appell. Curt. Cons. 21. Vol. 3.*

VIII.

Actus semper debet denominari à digniori *l. prima. in pr. ubi gloss. & DD. ff. de Verb. oblig. Tiraqvell. de utroqve retract. Lib. 1. §. 30. gloss. 1. n. 15.* maximè respectu antiqvitatis *l. in testamento. C. de Testam.*

IX.

Actus in dubio, cùm fit ab aliqvo qvi eum potest facere & nomine suo & alieno, semper præsumitur, qvòd fiat nomine proprio. *l. & magis puto ff. de solut.* E. g. si procurator solvat debitori, non declarans an suo, an domini nomine id faciat. *l. Papinianus ff. mand. Tiraqvell. de utroqve retract. lib. 1. §. 10. gloss. un. numer. 3. 4.* Qvia si nomine alterius in ipso actu fuisset facta mentio, utiqve nomine illius judicatur, ut arguit Cravett. *cons. 304. col. 2. part. 2.* illi enim dicimus actum tribui, cujus autoritate fit *l. 1. §. omnia C. de V. J. Enucl.* qvod ex eo apparet, cùm tantùm ipse in actu denominetur. Corn. *Cons. 310. vol. 3. & Cons. 38. n. 9. vol. eod.*

Limita in tutore: nam qvoties ille facit id, ad qvod tenetur, licet id suo nomine faciat, censetur tamen pupilli nomine fecisse, qvia res talis esse præsumitur, qvalis esse debet, v. g. si tutor ex pecunia pupilli rem aliqvam suo nomine emerit. Hart. Pistor. *P. 1. q. 7. numer. 3.* aut si tutor in chirographo propter debitum pecuniâ minoris contractum semetipsum creditorem nominari curaverit. add. Mascard. *de Probat. Conclus. 1393. num. 9. & 14.* Carpz. *P. 2. Const. 11. def. 38.* Modò pupillus velit, ut suo nomine sit gestum. Alioqvin retinebit in bonis emtis jus tacitæ hypothecæ. Conf. Carpz. *P. 2. C. 10. def. 21. in fin.*

X.

Actus qvando potest trahi ad bonum & ad malum, semper intelligitur de bono. Sand. *in cap. dilecti Col. 3. de accus.* & qvando potest etiam incurrere pœnam, intelligimus qvòd non incurrat *l. Labeo. §. si communem. ff. de injur.* Negus. *de pignor. part. 4. princ. num. 27. fol. 233.* Ita actum, qvi potest esse factus tempore prohibito & tempore permisso, intelligimus de permisso. Alex. *in l. non solum. §. sed ut probari ff. de Nov. op. nunc.* deniqve si actus resultat in duo delicta, debet accipi pro delicto minori. *Frecia cons. 5. post num. 48.*

CAP. XV.

De Administratore.

Axioma I.

Qvoties hypotheca in bonis administratoris competit, toties illa non à tempore damni dati sed susceptæ administrationis incipit. Qvia plenè cautum esse debet illis, qvorum bona administrantur, & qvia administrator non minus tenetur de neglectis qvàm de malè gestis. *t. tit. C. si Tut. vel Curat. non gess.* Ita hypotheca tacita in bonis tutoris incipit à die susceptæ tutelæ & non solùm competit pro sorte principali, sed & pro omnibus accessionibus. Carpz. *P. 2. Const. 14. def. 12.* Et transit etiam ad heredes pupilli hæc tacita hypotheca, non tamen ejus privilegium, utpote qvod est personalissimum. Mev. *P. 8. decis. 393.*

II.

Qvicunqve administrat bona aliena, ille regulariter tenetur ad Inventarium. Qvia omnis administrator tenetur ad rationes. *l. Tutor. qvi repertorium. 7. ff. h. t.* Inventarium

autem est caput & fundamentum rationum. Mev. *P. 3. Dec. 180. n. 1.* Ita etiam tutoris heredes ad Inventarium tenentur.

Limita, ut si non semper conficiendum sit Inventarium solenne, ad minimum tamen teneantur ad juratam specificationem.

III.

Qvoties qvis ex administratione suâ convenitur, toties provocare potest ad locum gestæ administrationis *tot. tit. C. ubi de Ratiocin.* Qvia ibi, ubi administratio gesta, facilior est probatio, & videtur administrator ibi qvasi contraxisse & se suasve rationes loco illi subjecisse. Exempli loco vid. Carpz. *L. 3. Resp. 33. num. 10.* & Mev. *P. 8. decis. 267.* ubi dicit, remittendum esse ministrum, qvi ad rationes tenetur, ad locum, ubi aliena administravit.

Limita, ut procedat, si ratione administrationis sint examinandi, non si saltem editio rerum petatur; codex enim rationum extra locum administrationis peti potest. Carpz. *d. Resp. 33. num. 20.*

IV.

Qvoties qvis in administratione rerum peccat, toties minùs punitur. *l. tres tutores 55. ff. de adm. Tut.* Qvia talis non tam invito domino rem contrectat, qvàm potiùs perfide agit. Qvæ perfidia purgari potest actione ex contractu. Exempla sunt in tutoribus, curatoribus, qvæstoribus &c. si aliqvid ex rebus fidei suæ concreditis intervertant. Idem in depositario, commodatario &c. adstruit Carpzov. *Pr. Crim. q. 85. n. 65.*

Declara: nisi manifestè constet de animo furandi, item in administratore publici frumenti. Brunnem. *ad l. 3. C. de condit. in publ. borr.*

De administratione Tutelæ vid. *Tutela.*

V.

Administrator qvilibet tenetur rationes reddere, Brunnem. *ad l. 5. C. de Exact. Trib.* & qvidem tributorum non finito officio, sed singulis qvadrimestribus. Brunnem. *ad l. 1. C. de Apoch. publ. in fin.*

VI.

Nullus rei alienæ administrator, adeoqve nec procurator fisci, exceptionem non numeratæ pecuniæ habet. Brunnem. *ad l. fin. C. de Apoch. publ.*

VII.

Administrator ab officio suspensus vel de mala administratione accusatus, nec ad pristinam nec ad novam dignitatem aspirare potest. Perez. *C. de Reis postulat. n. 3. 4.*

VIII.

Administrator qvandoqve ei, cujus negotium gessit, damnum vel non, vel sortem tantùm, vel sortem & usuras resarcire tenetur. Vid Perez. *C. de his qvi ex officio. num. 1. 2. 3.*

CAP. XVI.

De Adoptione.

Axioma I.

Qvicunqve per naturam pater esse neqvit, ille nec per legem seu adoptionem, qvia adoptio naturam imitatur *§. 4. Inst. de adopt.* ubi exemplum. Ita ergò hermaphroditus, in qvo virilia prævalent, adoptare potest; at in fratrem qvis adoptare neqvit. *l. 7. C. de her. suscip.*

II.

Qvicunqve incapax est patriæ potestatis, ille adoptare non potest, v. g. fœmina, nisi in solatium liberorum amissorum *§. 10. Inst. de adopt.*

III.

Statutum loqvens de filiis non intelligitur de adoptivis. Gail *L. 2. obs. 136. n. 16.*

CAP. XVII.

De Adulterio.

Axioma I.

Qvoties actu secundo matrimonium non affuit, seu qvoties adest impedimentum cohabitationis, toties ordinaria adulterii pœna remitti solet, qvia sic persona adulterium committens non peccat ex intemperantia pro objecto vagas libidines habens, sed ex qvadam incontinentia, qvæ licet ab omni pœna non eximat, liberat tamen ab ordinaria. Carpz. *Pract. Crim. q. 61. n. 53. & decis. 291. num. 4.* Ita ordinaria pœna remittitur, si persona, respectu cujus fœdus conjugale violatum est, furore aliove morbo contagioso laboret, si debitum conjugale denegaverit diutiùs, si separatio à thoro & mensâ decreta fuerit.

Amplia, ut etiam procedat in pœna adulterii non capitali, nam & hæc eo casu est mitiganda.

II.

Adulterium semper committitur, si concubitus intercedat cum aliena uxore: hinc non excusatur ille, qvi conjugatam more meretricio se prostituentem cognoscit. Gloss. *in l. si ea qvæ. 2. C. ad L. Jul. de adult.*

CAP. XVIII.

De Advocato.

Axioma I.

Advocati illustrium & spectabilium judicum nil sordidum & grave munus subire tenentur, etiam non adimpleta advocatione. Cæteri omnes autem post advocationem viginti annorum ab omnibus muneribus personalibus & sordidis, etiam hospitationibus sunt immunes, possunt, ubi voluerint, commorari, commodis & privilegiis suis uti, nec adstringi ut aliena negotia suscipiant. Perez. *C. qvib. muner. excus. n. 3.*

II.

Advocato justum debetur salarium nec ille postulare tenetur pro vili pretio. Viv. *1. decis. 125.*

Limita: pauperibus advocati patrocinari debent gratis & sine ullo vocis pretio. Gail. *L. 1. obs. 43. n. 11. seqq.*

CAP.

CAP. XIX.

De Æstimatione, Æstimo.

Axioma I.

In qvocunqve actu agitur de domino transferendo, in eo æstimatio rei adjecta facit venditionem *l. 10. ff. de fund. dotal.* qvia sic æstimatio est pretii loco, qvod in emtione vel venditione aliàs intercedit. Ita ergò si prædium vel qvæcunqve aliæ res in dotem datæ deperditæ fuerint, dominium & periculum earum spectabit ad maritum. Carpz. *P. 3. Const. 33. def. 16.*

Declara, ut in aliis casus, in qvibus non agitur de dominio transferendo, æstimatio saltem ideò adjecta videatur, qvò, si res perierit, aut deteriorata fuerit, constet, qvantum sit restituendum, v. g. in commodato, locato. &c. (2.) Modò ab initio statim seu tempore traditionis æstimatio adjecta fuerit, non, si ex intervallo. Carpz. *d. Def. 26.*

Limita: nisi aliunde constet, taxationis causâ saltem adjectam esse æstimationem, qvò, si res culpâ detinentes deterioretur, de pretio ejus constet. *Conf. l. 5. & 21. in fin. C. de Jure dot.*

II.

Qvoties Jura alicui bonâ fide qvid facienti addicunt dominium, toties alteri semper relinqvunt actionem in factum ad consequendam æstimationem rei vel operæ. arg. *l. 23. §. 5. in fin. ff. de R. V.* qvia alioqvin bonâ fide specificans locupletaretur cum alterius damno & jacturâ. Exempla sunt in *§. 42. Inst. de R. D.*

De æstimatione ob Moram vid. *Mora.*

III.

Æstimatio rerum in inventario describi debet. Rol. à Valle. *Vol. 2. Cons. 73. num. 49.* Contrarium sentit Brunnem. *ad l. fin. §. 3. in fin. C. de Jure delib.*

IV.

In singulis civitatibus constituendi sunt publici ponderatores, qvi bona fide & industria de valore, bonitate & qvantitate auri, pecuniæ & vasorum argenteorum judicent, qvorum sententiâ tamdiu statur, donec prudentiores contrarium demonstraverint. Et debent constitui plures, non unus. Perez. *C. de ponderat. numer. 1. 5.*

V.

Res regulariter certo pretio æstimanda est, nisi in incerto proventu consistat. Brunnem. *Ad l. 2. C. de veter. numism. potest.* nam æstimatio rei, præsertim immobilis, probatur secundum æstimationem redituum inde perceptorum. vid. supr. *Libr. 1. Cap. 41. axiom. 3.* etiam ubi de solutione contributionum & conficiendo æstimo publico agitur. Qvi igitur plus percipit, plus solvat, & fertiles fundi suppleant defectum sterilium. Perez. *C. de Apoch. publ. num. 4. seqq. & C. de superexact. num. 6.* idem attendunt in beneficio competentiæ Brunnem. *ad l. 2. C. de præd. & omn. ab. navit. num. 5.* Hinc in renovatione æstimi singuli possessores vocantur, at in æstimando territorio sufficit vocare rectores illius. Perez. *C. de suscept. n. 5. seq.*

VI.

Æstimum seu catastrum à discussoribus confectum semper à præside vel superiore confirmandum: qvod conficiendum secundum æs & libram in eoqve describenda non tantum immobilia. Brunnem. *ad l. 1. C. de Apoch. publ. in pr.* Edendum etiam petentibus Æstimum & ad illud pertinentia. Perez. *C. de Exact. Tribut. numer. 2. 3.* Auditis deniqve partibus confirmandum, singulisqve qvadrimestribus revidendum, examinandum & peræqvandum est. Brunnem. *ad l. 1. C. de apoch. publ. num. 2.*

VII.

Æstimatio fieri debet in præsentia ejus, cujus interest: Si tamen is per fraudem absens sit, toleratur etiam iniqva æstimatio. Perez. *C. de Cens. num. 5.* & res æstimanda oculis subjicienda est. Brunnem. *ad l. 3. C. eod. n. 1.*

VIII.

Res mobilis ita ab actore & judice taxanda, prout in foro publico vendi solet. *l. 8. C. de Cohortal. & Princip.* Brunnem, *C. eod. Col. 4. in fin.*

IX.

Taxatio rerum ad qvotidianum vitæ usum necessariarum non à mercatoribus sed Magistratu civitatum fieri debet, Perez. *C. ut nemini liceat in coëmt. num. 6.* Et taxam excedentibus potest rei amissio & mulcta imponi. Perez. *d. l. n. 7. seq.*

Limita: taxari ita tantùm posse res, qvæ reperiuntur in loco atqve ibi natæ expositæqve sunt venditioni; secus est in frumentis, qvæ foris apportantur & alibi creverunt. *l. 3. §. 1. ad L. Jul. de annon.* qvia si moderatum pretium granis, qvæ foris advehuntur, imponeretur, venditores deterrerentur & penuria sequeretur. Perez *d. l. num. 9.*

CAP. XX.

De Ætate.

Axioma I.

Ætas computatur non à die conceptionis, vel eo, qvò animatus in utero fuit, sed à die nativitatis. Posthumum tamen retrò natum fingunt, qvoties de commodis partûs qværitur. *l. 7. ff. de stat. hom.*

II.

Ætatis privilegio renunciari potest *l. 2. §. fin. ff. de Decur.* Perez. *C. eod. n. 18. 20.*

III.

Ordo prælationis qvoad ætatem inter dignatione pariles rectè constituitur. Knichen *de Sax. non provoc. jur. cap. 2. n. 104. seqq.*

IV.

Dignitas interdum supplet ætatem. Hinc licet militiæ tyrones 17. annis nati esse debuerint, ob merita patrum tamen nobiles impuberes etiam admissi sunt. *l. fin. C. de Testam. milit. Perez. C. de Tyron. n. 1. 2.*

CAP. XXI.

De Affinitate.

Axioma I.

Qvoties matrimonium includitur duabus lineis, toties personæ, de qvibus qværitur, non sunt affines. Qvia qvævis linea recta denotat consanguinitatem seu familiam, inter diversas verò familias non poterit esse affinitas. Hinc igitur duo fratres duas sorores ducere possunt. Carpz. *Jurispr. Eccles. L. 2. def. 104.*

II.

Qvoties de cognatis uxoris & cognatis mariti inter se qværitur, toties nulla inter ipsos est affinitas *cap. 5. X. de consang. & affin.* non enim affinitas familiam familiæ, sed unam tantùm personam conjugatam alterius familiæ jungit ob unitatem nimirum carnis, qvæ est inter conjugatum & conjugatum. Ita frater mariti & soror uxoris inter se non sunt affines.

III.

Qvoties personæ affini alia persona jungitur matrimonio, toties mutatur genus affinitatis, qvia hic ex nova unione carnis nova iterum inducitur affinitas. Hic ergò novum qvoqve instituitur genus, v. g. inter me, & fratris mei uxoris secundum maritum intercedit genus secundum. Et hoc est, qvod dicitur, nuptias novas non mutare gradum sed genus attinentiæ.

IV.

Qvoto gradu persona uni conjugum juncta est consanguinitate, toto gradu juncta est alteri affinitate; qvia conjuges per matrimonium factæ sunt una caro, Gen. *2. v. ult.* & propter hanc unitatem carnis unicam repræsentant personam.

V.

Qvousqve matrimonium prohibitum est inter consanguineos, eousqve etiam prohibitum est inter affines primi generis. Ratio consistit in unitate carnis, qvæ est inter conjuges. Ita ergò qvis non potest ducere novercam nec defunctæ uxoris sororem. Carpz. *Jurispr. Eccles. l. 2. def. 99. & seqq.*

VI.

Qvoties nullus parentelæ respectus, toties in secundo genere affinitatis nulla prohibitio matrimonii, qvia hic nulla proximæ carnis propinqvitas neqve honestas naturalis obstat, qvæ in contrahendis matrimoniis potissimùm attenditur, hinc cessante ratione prohibitionis cessat ipsa prohibitio. Hinc igitur qvis ducere poterit sororis suæ mariti uxorem secundam, item defunctæ uxoris fratis viduam, vid. Köppen. *de usu pract. Instit. L. 1. obs. 40.* at vitricus non poterit ducere privigni viduam ob respectum parentelæ.

CAP. XXII.

De Agro, Agricultura.

Axioma I.

Decuriones tenentur agros desertos vel steriles suæ civitatis cum triennii immunitate accipere ad colendum; si autem hi non sufficiunt, inditiores cives distribuantur. *l. 1. 16. C. de omni agro deserto.* Imò privati tenentur etiam procul dissitos accipere, si ibi nullus idoneus receptor, & qvi inde Canonem solvere possit, reperiatur. Hæc coactio autem tunc demum procedit, (1.) ubi qvis fertiles agros jam possidet *l. 10. C. eod.* aliàs enim fundos steriles accipere nemo tenetur *l. 12. C. cod.* (2.) si adscriptitium malâ fide receptum qvis reddere noluerit, tunc enim fundus ei accrescit. *Nov. 17. cap. 14.* Perez. *C. eod. numer. 7.*

II.

Favore agriculturæ fundos steriles suscipientibus datur immunitas, si privati fundi sint, triennium. *l. 1. C. de omni agro desert.* si principis, biennium. *l. 7. C. eod.* Imò si fundo duplex onus inhærebat, unum adimebatur etiam in præjudicium fisci *l. 15. C. eod.*

III.

Dominus agrum suum pascuum in arva commutare potest, non obstante, qvòd nunqvam anteà fuerit factum. Perez. *C. de pasc. publ. num. 9. 10.*

IV.

Cultura agri Reipubl. maximè necessaria est, itaqve aliis permittere non possumus, ut in fundo nostro thesaurum qværant totumqvo agrum perfodiant Perez. *C. de Thesaur. n. 4.* hinc colonis nulla extraordinaria onera imponi possunt. *l. 1. C. de agric. & Censit.* neqve onera publica subeunt *l. 4. C. eod.* imò tanti æstimabatur agricultura, ut ab aratro Consules & Dictatores accerserentur. Mirum ergò qvòd ea mendicantibus validis pœna statuatur, ut perpetui coloni fiant, Perez. *C. de mandic. valid. n. 7. 8.* Variis qvoqve privilegiis rustici gaudebant favore agriculturæ. Sic (1.) sine solennitate testari possunt *l. fin. C. de Testam.* (2.) solam Capitationem solvunt, ipsi autem neqve eorum eqvi, jumenta &c. sub gravi pœnâ ad alia obsequia cogi neqveunt, ne qvidem prætextu muneris publici *l. 1. 2. C. ne Rustici ad ullum obsequium.* (3.) eqvi eorum & instrumenta aratoria pignori, aresto, executioni subjici neqveunt. (4.) alicubi ob debitum civile carcerari neqveunt. Perez. *C. eod. num. 1. seqq.* (5.) Princeps non potest homines ab agricultura abstrahere & privilegium militiæ concedere. Brunnem. *ad l. 3. C. de fugitiv. Colon.*

CAP.

CAP. XXIII.

De Alienatione, Alieno.

Axioma I.

Qvicunqve habet poteſtatem & voluntatem, rem in alium transferendi, ille rectè alienat *l. 55. ff. de O. & A.* qvia nihil tam conveniens eſt naturali æqvitati, qvàm voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre, & alterius volentis illam reciper, ratihaberi *l. 9. §. 3. ff. de A. R. D.*

Limita, ut procedat, niſi diſſenſus fuerit in cauſis *d. l. 36.* ubi tamen adhuc dominium transfertur, licet effectus translationis dominii non ſit perfectus, cum nummi poſſint condici ab eo qvi accepit, uti intelligenda *l. 18. ff. de R. J. conf. Zæſ. ad ff. de A. R. D. n. 90.*

II.

Cuicunqve conceſſa libera poteſtas adminiſtrandi, illi non ſtatim conceſſa cenſetur facultas alienandi. Qvia adminiſtratio non involvit alienationem & alienare non eſt adminiſtrare. *l. 22. C. de pact.* ita tutor non poterit jus liqvidum pupilli remittere. *d. l. 22.* ita nec maritus nomen liqvidum uxoris permutare poteſt cum illiqvido, uti deciſum in Facultate Juridica Viadrinâ refert *Brunneman. ad l. 55. ff. de procur. n. 1.*

Limita: ut non procedat in alienatione, qvæ fit utiliter, & ad qvam reqviſita legalia ſunt adhibita *l. 1. §. 2. ff. de Tutel. & rat. diſtrah.*

III.

Qvicunqve vel ætatis vel intellectus defectu non laborat & liberum rerum ſuarum dominium habet, ille alienare poteſt. Cùm enim ob has cauſas aliqvis prohibeatur alienare ceſſantibus illis, ceſſabit ipſa prohibitio, & res iterum redibit ad naturalem libertatem, juxta qvam qvilibet rerum ſuarum moderator & arbiter eſt arg. *l. in re mandata 21. C. de Mand.* Ita propter defectum ætatis alienare non poſſunt pupilli & minorennes, propter defectum intellectûs furioſi & mente capti, qvibus accenſentur prodigi; propter defectum liberi dominii alienare prohibetur maritus res dotales, debitor res ſuas in fraudem creditorum, nec non ſuſpectus de fuga, ſi deſiderante creditore alienatio bonorum ipſi interdicta ſit *l. 8. de pollicit.*

IV.

Qvoties alienatio per legem vel teſtatorem eſt prohibita, toties, ſi fiat, eſt ipſo jure nulla, qvia legis & teſtatoris prohibitio rem ipſam afficit. Conf. *l. 69. §. pen. de legat. 2. l. 77. §. 27. eod.* ubi exempla de fideicommiſſis familiæ.

Limita: niſi alienatio ſit neceſſaria. vid. *Struv. Juriſpr. Rom. Germ. Forenſ. Lib. 2. Tit. 26. §. 13.*

V.

Qvoties per pactum prohibita alienatio, toties ſi fiat, ſubſiſtit, & contra alienantem tantùm ex pacto agitur, qvia pactum non rem afficit ſed perſonam tantùm, *Stryck. Cautel. Contract. ſect. 1. cap. 3. §. 32. Wiſſenbach. in Comment. ad l. 3. C. de condict. ob cauſ. dator. Huber. prælect. ad Inſtit. qvib. alien. licet. n. ult.*

Limita: ni ſi paciſcens ſibi jus pignoris in re alienari prohibitâ reſervaverit; tunc enim alienatio nulla eſt. *l. 7. §. fin. de diſtract. pign. Sande de prohib. rer. alienat. P. 4. C. 1. n. 2.*

VI.

Qvoties ob debita teſtatoris res ab eo alienari prohibita diſtrahenda, toties alienatio valebit in perpetuum. Nam ob talia debita ipſe teſtator res ſuas pro lubitu alienare potuiſſet.

VII.

Qvoties ob æs alienum heredis fideicommiſſum detrahitur, toties alienatio ad dies vitæ heredis ſubſiſtit, nam reſoluto jure dantis reſolvitur accipientis *l. vectigali 31. ff. de pign. & hypoth.*

Limita: ut procedat de alienatione neceſſaria non voluntaria: per hanc enim alienans ſtatim jure ſuo cadit. *Brunnem. ad l. 69. ff. de Legat. 2. n. 3.*

VIII.

Alienis in rebus nemo qvicqvam contra domini voluntatem facere poteſt. vid. ſupr. *Lib. 1. Cap. 51. Axiom. 6.* Hinc, ſi qvis alienum fundum ingrediatur, poteſt à domino conveniri injuriarum, & prohiberi *l. 3. de acqvir. rer. dom. l. 13. §. fin. de Injur.*

Limita (1.) ſi dominus in ſuo fundo metalla qværere recuſet, poteſt alius eo invito ibi fodere, modò pretium domino præſtetur & ſuperficies non corrumpatur *l. 13. §. 1. commun. præd.* Idem obtinet in qværendis lapidibus pretioſis & non vulgaribus, modo non ædes periculosè ſuffodiantur *l. 6. C. de Metallar.* aut venæ vicini putei obſtruantur *l. 24. §. fin. de damno infect.* aut cum nimio domini incommodo fiat *l. 24. §. 16. ne qvis in loc. publ.* (2.) Inſpector publicus privatas domus ingredi poteſt, e. g. ad indagandum an qvid aqvæductui publico noxium in iis extructum ſit *l. 6. in fin. C. de aqvæductu,* & qvandocunqve hoc utilitas publica poſtulat. *l. 2. C. pe ſerv. fugitiv.* (3.) Dominus ſervum aut vaſallum fugitivum in alienis prædiis perqvirere poteſt, pœnâ impoſitâ ei qvi prædium ingredi non permiſerit *l. 1. §. 2. l. 3. de fugitiv.* (4.) poſſum facere in alieno fundo, qvod mihi prodeſt & domino non nocet *l. 2. §. 5. de aq. & aq. pluv. arcend.* Hinc fructibus collectis pecora in vicini agros mittere poſſum, ut herbas naturâ illic creſcentes depaſcantur, qvas dominus nec vendere nec demetere conſuevit. *Perez. C. de paſc. publ. n. 7. ſeq.*

IX.

In alienationibus ſervanda eſt forma à lege præſcripta, hâc enim neglectâ altera ipſo jure nulla eſt. *Perez. C. de Jur. Reip. n. 17.* hinc res civitatis absqve conſenſu principis alienari nequeunt *l. fin. C. de vendend. reb. Civitat.* niſi magiſtratus civitatis poteſtatem habeat condendi ſtatuta. *Brunnem. ad d. l. fin. C.*

X.

Nemini alienatio rei suæ prohibita est, etiamsi oneri vel pignori obnoxiæ sit. *l. 67. de Contr. Emt.* nisi prohibitio secundum quid fiat. *l. 14. C. eod. l. 34. §. 1. ff. eod.*

XI.

Alienatio etiam tacitè fieri potest. Hinc si qvis patiatur alteri fundum adscribi in catastro, idqve fiat in judicio, videtur in eum alienasse. *Brunneman. ad l. 14. C. de omni agro deserto in fin.*

XII.

Ubi alienatio est prohibita, ibi & oppignoratio prohibita est, licet hæc revocabilis sit per luitionem. *Perez. C. de vendend. reb. civit. n. 6.*

CAP. XXIV.

De Alimentis.

Axioma I.

Qvoties liberi aliunde vitæ subsidia habere possunt, toties mater ad alimenta non est obstricta. Ratio est in *Lib. 1. Cap. 53. axiom. 1.* & mater tantùm in subsidium tenetur. Ita, si pater vel avus sit superstes aut liberi artem calleant, unde sibi victum qværere possunt, mater ad alimenta non tenebitur.

Amplia: ut mater ad alimenta non teneatur, licet liberi iis indigeant, si mater adeò inops fuerit ut seipsam sustinere non possit.

II.

Qvoties alimenta debentur ex lege seu jure sanguinis, toties etiam disciplinæ continentur; nam eo casu æqvè ad corpus sustentandum ac animum excolendum aliqvis est adstrictus. *l. 3. §. 5. ff. ubi pupill. educ.* ita ergo pater & tutor tenentur ad mercedes præceptorum *l. 4. ff. eod.*

Limita, ut procedat in disciplinis necessariis, v. g. **lesen und schreiben.** Non in illis, qvæ faciunt ad bene esse. *Surdus de aliment. Q. 6. n. 8.*

III.

Qvoties alimenta debentur ex promissione, toties nomine eorum disciplinæ non veniunt. Qvia sic alia ratio est alimentorum, alia disciplinarum: Illa enim necessaria sunt, utpote sine qvibus nemo potest vivere; hæ non item. In dubio autem promissio ita interpretanda, ut qvàm minimè oneret promittentem. Exemplum est, si alimenta debeantur ex contractu vel legato *l. 6. ff. de alim. vel cibar. legat.*

Limita: nisi ex conjecturis appareat, testatorem etiam de disciplinis sensisse. *l. 7. ff. eod.*

IV.

Qvoties alimenta inhabili ad ea paranda relinqvuntur, toties tamdiu debentur, qvamdiu adest inhabilitas, aut ille victum sibi parare neqvit. Tamdiu enim aliqvis indiget alimentis, & omnis dispositio intelligitur rebus sic stantibus. *cap. 2. X. de renunc.* Exemplum est in mente captis & stupidis.

V.

Qvoties alimenta relinqvuntur illi, qvi ea sibi parare valet, toties debentur in perpetuum. Qvia favore alimentorum indefinita locutio æqvipollet universali, præprimis hôc casu, ubi alia conjectura capi neqvit. *l. 14. pr. de aliment. legat. ibiqve Barc. & DD.*

VI.

Sicut de alimentis futuris transigi non potest *l. 8. ff. l. 8. C. de transact.* ita nec aliud pro iis solvi debet, ne alimentario præbeatur occasio vendendi ea, qvæ ad alendum eum destinata. Panes tamen civiles ab Imp. distributi inter cives vel scholares militiæ vendi vel soli vel cum ædibus tanqvam privilegium iis inhærens possunt *l. 1. C. de annon. civil.*

VII.

Alimentarius non potest pecuniam pro speciebus adeoqve aliud pro alio petere. *Brunnem. C. de Erogat. milit. annon. col. 3.*

CAP. XXV.

De Alio, Altero.

Axioma I.

Alteri per alterum proficua conditio inferri non potest; ita frater fratris vacatione à muneribus non gaudet, nec alter alterius præscriptione. *Perez. C. de muner. & honor. non contin. n. 9.* nec qvidem filius ob munera patris. *Brunnem. ad l. 1. C. eod.*

II.

Aliud pro alio à creditore exigi non potest. Hinc dominus non potest operas subditorum in alias, licet similes, convertere, *Brunnem. ad l. 5. C. de Agric. & censit. n. 2.* nec pro fructibus pecuniam exigere. *Perez. C. eod. n. 25.* hinc nec is, cui alimenta debentur, potest pro iis petere pecuniam. Limita: nisi debitor sit in mora. *Brunnem. d. l. n. 3.*

III.

Ex alterius contractu vel delicto nemo conveniri, nec res ejus pignorari potest, licet hic ex eodem vico vel civitate sit. *l. un. C. ut nullus ex vicaneis.* Ne qvidem pro publicis debitis *l. 4. C. de Exactor. & Executor.* hinc ab alio aliqvid extorqvens qvadruplum resarcire tenetur & exilio punitur. *N. 52. c. 1. N. 134. c. 4.* ut & consilium dans ad extorsionem. *d. Nov.* specialiter autem pro aliis pignorari prohibentur Studiosi, *auth. habita. C. ne filius pro patre.* Clerici. *cap. 1. de Injur. in sexto.*

Limita: Repressaliæ tamen hodiè contra alterius principis subditos conceduntur. Sed reqviritur (1.) ut causa sit gravis & liqvida, (2.) ut accedat jussus supremi principis, (3.) ut à Magistratu lædentis exteri justitia sit denegata, (4.) Res detentæ sub hasta publicè vendantur. *Perez. l. c. ut nullus ex vicaneis.* ob dictam regulam seqvitur, incolas, qvi suas collectas solverunt, non teneri ad expensas executionis contra morosos factas. Æqvum enim est, ut qvilibet delicti sui pœnas luat, & sic morosi solvent soli expensas executionis. *Brunnem. ad l. 12. C. de omni agro deserto.*

CAP.

CAP. XXVI.

De Amicitia, Amico, Amore.

Axioma I.

Ad officia publica nemo ex amicitia sed commodo Reipubl. eligendus est *l. un. C. si propter inimicitias.*

II.

Casus pro amico est casus pro diabolo. Limita, in causis justitiæ: si enim utriusqve litigatoris petitio æqve justa videatur Judici, hic pro amico pronunciare non potest, qvia hac ratione alteri, qvi æqve bonâ causâ nititur, suum non tribueretur contra *l. 24. §. 4. pr. ff. de Minor.* Præstat ergò partes ad transactionem inducere vel rem forti committere. Fallit ergò Axioma in causis gratiæ & beneficiorum.

CAP. XXVII.

De Amissione.

Axioma I.

Amissio apochæ solventi non nocet qvando de fide illationis & solutionis factæ sufficienter constat ex libro rationum publicarum *l. 2. C. de discuss.* qvi solventi edendus est. *Nov. 128. cap. 4.* adeò ut collator non teneatur hujusmodi casum probare. sed sufficit allegare, sine culpâ suâ se apocham amisisse. Imò si hoc casu de solutione nihil contineatur in dicto libro, non deneganda est debitori petenti renovatio apochæ continentis solutionem factam & amissionem. *Perez. C. de discussor. n. 8. seqq. vid. Franzk. Lib. 2. Resol. 14.* Dissentit *Brunneman. ad l. 2. C. de Apoch. publ.*

II.

Non restituuntur amissa, nisi in pristinum statum res restituitur. vid. *Matth. de Afflict. super 3. Feud. Tit. de beneficio fœminæ cap. 1. §. ex hoc. n. 35. pag. 60.*

De Anatocismo vid. Rubr. *Usura.*

CAP. XXVIII.

De Animalibus mansuetis & mansuefactis. *Conf. Rubr.* Fera bestia.

Axioma I.

Qvodcunqve juris est in vindicatione rei nostræ corporalis, idem juris est in animali mansueto. Qvia bestia talis æqvè est in dominio ac alia res corporalis. Hinc animalia ejusmodi vindicari qvocunqve tempore possunt, &. si aufugerint, detineri ab alio absqve crimine furti non possunt. *§. 16. Inst. de R. D.* si scil. animus lucrandi adsit. *Koppen in usu Pract. Instit. obs. 71.*

II.

Qvodcunqve juris est in bestia mansvefacta capienda, idem qvod Juris est in captura apum, pavonum, columbarum, qvia etiam hæc animalia feræ naturam habere videntur *§. 14. seq. Inst. de R. D.* cùm liberè vagentur, facileqve emanere soleant.

Limita: ut tamen apum captura hodiè sit paulò liberior, si integrum examen evolaverit, wenn sie schwärmen.

CAP. XXIX.

De Animo.

Axioma I.

Qvoties in Jure aliqvid fieri dicitur solo animo, toties non excluduntur verba sed facta. Qvia sine verbis aut aliis signis non potest constare de animo, cùm propositum in mente retentum nihil operetur. *l. 7. C. de Condict. ob caus.* Exemplum est in *§. ult. Inst. de pered. qval. & differ.* qvòd aliqvis solo animo suscipiendæ hereditatis heres fieri possit.

De animo injuriandi vid. *Injuria.*

II.

Animus vitiat multas actiones suâ naturâ non illicitas, ut censum in Davide *2. Sam. 24.* thesaurorum ostensionem in Ezechia *2. Reg. 20. v. 13.* Fiduciam in Ægypto positam *Es. 31. Grotius de Jur. Bell. & Pac. lib. 2. cap. 15. §. 9. n. 9.*

CAP. XXX.

De Anno, Annuo.

Axioma I.

Relictum annuum respectu certæ necessitatis debetur eo tempore qvò est necessitas. *Brunnem. C. de Militar. veste. col. 1.*

II.

Anni unius damnum cum alterius lucro compensatur. *l. 15. §. 4. ff. locati.* Hoc non procedit, ubi deest mutuus & correlativus respectus annorum. Hinc licet qvis ob competens privilegium qvotannis evehendi certam frumenti qvantitatem ob sterilitatem unius anni nihil evexerit, sequenti tamen anno uberiore non potest sarcire damnum evehendo plura qvàm qvolibet anno licet. *Perez. C. ut nemini liceat in coëmt. n. 2.*

III.

Annus cœptus habetur pro completo: hinc integri anni salarium salurati heredibus præstatur, ut & legatum annuum *l. 4. de offic. assessor. l. 5. de annuis legat.*

Limita: (1.) in marito usufructuario ejus temporis qvò matrimonii onera fert. (2.) servo operas locante *l. 25. §. 12. de usufr.* (3.) Beneficiario Ecclesiastico, hujus enim heredes fructus pro ratâ temporis cum successore dividunt, *Perez. C. de annon. civil. num. 7.*

CAP.

CAP. XXXI.

De Antichresi.

Axioma I.

Qvoties fructuum certa est perceptio, toties debent in Antichresi usuris esse proportionati *l. 11. §. 1. ff. de pign.* qvia alioqvin fraus fieret legibus certum modum usuris imponentibus. Ita ergò si creditor ædes, qvas sub pacto Antichreseos habet, alteri locet, tenetur omnes fructus, qvi legitimum usurarum modum excedunt, restituere ac in sortem imputare *l. 14. C. de usur. ibiqve Gothofr. lit. T.*

Limita: ut tamen modicus excessus non attendatur. *Hahn. ad Wesenb. Tit. de pign. n. 5.*

II.

Qvoties fructuum incerta est perceptio, toties excedere poterunt usuras ordinarias *l. 17. C. de usur.* Qvia sic etiam contingere poterit, ut tales fructus ne qvidem æqvent usuras legitimas: Hinc justum est, ut ejus sit commodum, cujus est periculum *l. 10. ff. de R. J.*

Limita: nisi excessus planè sit immodicus, sic enim ad æqvalitatem est reducendus. *Carpz. P. 2. Const. 30. def. 41.*

CAP. XXXII.

De Anticipatione.

Anticipatio debitæ pecuniæ est concessa. Non tamen potest susceptor publicus à debitoribus fiscalibus aliqvid interusurii nomine accipere vel exigere propter promptam vel anticipatam solutionem, nisi pro ratione veri interesse. *Perez. C. de auri publ. persecut. n. 5.*

CAP. XXXIII.

De Antiqvis, Antiqvitate.

Axioma I.

Antiqva non facilè mutanda. *l. 20. de option. Legat.* Hinc antiqvæ pensiones prædiorum principis ab officialibus augeri non possunt. *Brunnem. ad l. 1. C. de pasc. publ. n. 1.*

Limita: nisi ob causas noviter emergentes. Itaqve solutio annonæ, si tractu temporis efficiatur iniqva, per Judicem ad æqvitatem redigenda *l. 2. de Cens. Brunneman. ad l. 10. C. de fund. patrim.*

II.

Antiqvum factum dicitur 40. annorum *Matth. de afflict. super feud. cap. cum autem. de controvers. investit. n. 22.*

CAP. XXXIV.

De Apocha.

Axioma I.

Apocha, qvæ non probat contra tertium, probat tamen contra ipsum scribentem. Apocha tamen officialis publici probat contra præponentem & fiscum, eiqve præjudicat, qvatenus est solvendo. *Brunnem. in l. 2. C. de conven. fisci debit. l. 4. C. de discussor.*

II.

Cùm fiscus non habeat fidem de pretio, Apocha publicâ solenniter confectâ & datâ supponitur realis solutio & rationum discussio. Itaqve contra eam non potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Habet enim exactor paratam exigendi facultatem, ut ita de non receptis confessum esse non credendus sit. *Perez. C. de Apoch. publ. n. 4. 10. 12.*

III.

Hodiè in Apochis debitoris, exactoris nomen, annus, mensis & dies, nec non causa debendi reqviritur. *Brunnem. ad l. 1. C. de apoch. publ. §. 4.*

De amissione Apochæ vid. *Amissio.*

CAP. XXXV.

De Appellatione. *Conf. Rubr.* Sententia.

Axioma I.

Ubicunqve defensio adhuc est permissa, ibi non deneganda est appellatio in criminalibus. Qvia appellatio nihil aliud est qvàm defensio sui juris; hæc autem nemini in civilibus deneganda, multò minùs ex humanitatis ratione in criminalibus *l. 6. ff. de appellat.* præprimis cùm in his majus versetur periculum. *Berlich. P. 3. decis. 231.* Admittenda igitur appellatio non solùm ipsius damnati, sed etiam alius cujuscunqve pro eo, qvi perire festinat *d. l. 6.* Qvando factum dubium est aut sententia contra non citatum nec auditum lata, vel alia nullitas commissa *Mev. P. 2. dec. 272. n. 9.* vid. *Brunnem. Process. Inqvisit. cap. ult. n. pen.*

II.

Qvoties non admitti dicitur appellatio ob id, qvòd causa moram non ferat, toties hoc tantùm intelligendum de effectu suspensivo. Qvia qvoad effectum devolutivum cessat ratio, qvæ est ex periculo moræ, cessabit ergò qvoqve in illa solùm fundata appellationis exclusio. arg. *l. adigere. 6. §. 2. ff. de Jure Patron.* E. g. qvando appellare non licet in causis alimentorum, refectionis ædificiorum, in executione, in sententia à possessorio summariissimo. Item in causa reparationis aggerum in Reichsachen. *Mev. P. 3. decis. 163.* & collectarum. *Mev. P. 4. dec. 35. n. 6.*

III.

Qvodcunqve permissum est partibus in prima instantia post litem contestatam, id illis qvoqve permissum est in instantia appellationis. Qvia appellatio reducit causam ad tempus litis contestatæ, nec judex de alio cognoscere potest, qvàm qvod per appellationem ad eum fuit devolutum. Exceptiones igitur dilatoriæ in instantia appellationis opponi nequeunt *l. 13. C. de Procur.* nisi de novo emergant, vel in notitiam demum veniant, aut

aut totum processum reddant nullum. *l. licet. 24. C. eod.* tunc enim post litem contestatam etiam opponi possunt, modò qvis juraverit, eas nunc demùm in notitiam pervenisse. *c. pastoralis 4. X. de except.* Exceptiones verò peremtoriæ in prima instantia omissæ in secunda opponi possunt. *l. per hanc. 4. C. de temp. appellat. Mev. P. 3. dec. 416.*

Declara: modò id, qvòd in instantia appellationis opponitur, fuerit connexum cum illis, qvæ in prima instantia opposita sunt *d. l. per hanc 4.* Qvalia connexa qvæ sint, explicat *Brunnem. in proceſſ. civil. cap. 28. num. 87.* Hinc libelli mutatio in secunda instantia non admittitur, nedum perversio controversiæ status. *Mev. P. 5. decis. 69. num. 4. & 5.*

IV.

Qvi non appellat, approbat sententiam *l. 4. C. de muner. patrimon. ibiqve Brunnemann.* & hoc etiam, si immunitatem habens ad munera publica vocatur, nam si non appellat, acqviescere censetur. *Brunnem. ad l. un. C. de vacat. publ. mun.*

V.

Si qvis per decretum à majori parte curiæ factum & à judice executioni mandatum gravetur, poterit coram eodem judice causa gravaminis ventilari in judicio per modum appellationis vel aliter, & judex hic decernit, qvod æqvius & melius videbitur. Et hôc casu appellatio habet effectum devolutivum, non suspensivum, nec tam attenditur numerus majoris partis qvàm sanioris ratio. *Perez. C. de decret. decur. num.*

VI.

Nemini incumbit necessitas appellandi, nisi in causa propria aut aliena cum interest *l. 2. C. de filiusfam.* Hinc qvi appellat nomine suo vel ratione sui interesse, causam deteriorem *Brunnem. ad l. 2. C. eod.* Tunc qvoqve appellatio causam deteriorem reddit, si nominatus ad munus publicum appellaverit & ante diem moriatur, nam hôc casu heredes ejus obligantur, qvod secus est si non appellasset. *Perez. C. si post creationem num. 1.*

CAP. XXXVI.

De Applicatione Juris.

Qvoties ob circumstantiam qvalitas actionis mutatur, toties mutanda est juris applicatio. Qvia jus oritur ex facto, facta autem mutantur ex circumstantiis. Exemplum est *in l. bona fides 31. ff. depositi.*

Limita: ut procedat in circumstantiis gravibus, qvalitatem actionis mutantibus, non in levibus.

CAP. XXXVII.

De Aqva, Flumine.

Axioma I.

Non licet sine concessione principis aqvam publicam in suum fundum deducere, contrà faciens fundo privatur. *l. 2. 10. C. de aqvæ duct.* & super æqvæductione ex fundis principis vel publicis nulla præscriptio procedit *l. 5. C. de fund. rei privat.* nisi immemorialis. *Brunnem. C. eod.* Imò olim non licebat habere aqvam privatam, nisi à censoribus venderetur. Nunc autem cuivis licet in privato flumine per proprium fundum decurrente molam extruere & ad ejus usum aqvam deducere, etiamsi ista aqva originem ex loco publico habeat: dominium enim aqvæ seqvitur dominum fundi. Imò & ex flumine publico non navigabili aqvam ducere licet *l. 2. de flumin. Brunnem. ad l. 2. C. eod.*

II.

In flumina præsertim castris vicina nil sordidi projiciendum & in iis nemo nudus in conspectu hominum natare debet. *l. 12. C. de re milit.* Flumen enim commune militum est poculum. *Brunnem. C. eod. col. 3.*

CAP. XXXVIII.

De Arboribus.

Axioma I.

Arbores grandes & frugiferas vasallus, vel usufructuarius non potest incidere ut eos vendat, benè tamen ad usum lignandi & ædificandi. vid. *Schifordegher. lib. 3. tract. 29. q. 6. p. 439.*

II.

Non licet arbores, qvæ ex vicini fundo radices porrexerunt, recidere. *l. 6. §. 2. arbor. furtim cæs.*

Limita: nisi radices arboris fundamento domus perniciosæ sint, vel cultura fundi & perceptio fructuum inde minuatur *l. 1. §. 8. de arbor. cædend.* Usus qvoqve hodiernus permittit ramos supra domum fundumqve vicini pendentes, Uberhang der Aeste/ propriâ autoritate incidere. *Capoll. de servit. præd. urban. cap. 81.*

III.

Arborum appellatione vites ac alia veniunt. *Berl. P. 5. concl. 52. num. 22.*

IV.

Excisio arborum regulariter est culpæ species & punitur, *l. 25. §. 3. locat.* interdum tamen est boni patrisfamilias *Brunnem. ad l. 2. C. de cens. num. 3.* Neqve ille tantùm punitur qvi arbores subsecuit vel excidit, sed & qvi cinxit aut deglabravit. *l. 5. ff. arb. furt. cæs.*

CAP. XXXIX.

De Armis.

Axioma I.

Arma perdere vel alienare grave delictum est, itaqve hi non gaudent jure postliminii *l. 2. 3. de captiv. & postlimin. l. 17. ibid.* & pro infamibus habentur. *Perez. C. de tyron. n. 8. 9.*

II.

Armorum confectio peritissimis artificibus committenda, hinc non nisi prævia indaga-

tione

tione qvis in collegium Fabricensium recipiebatur *l. 4. C. de Fabricens.* iisqve dignoscendis stigmata brachiis inurebant. *l. 3. C. eod.* Erant & fabricæ protectores, qvi peritos artifices ab imperitis discernebant, arma probata ejectis inutilibus eligebant & in armamentarium reponebant. *Perez. C. de Fabricens. num. 6. seqq.*

III.

Armorum appellatione veniunt non solùm gladii, hastæ, scuta, sed & fustes, lapides, omneqve id qvod nocere potest *l. 41. ff. de V. S.* §. 5. *Inst. de publ. judic.* etiam culter. *Alciat. in de l. 41. Wehn. in observ. pract. verb.* Messer.

CAP. XL.

De Articulis.

Axioma I.

Qvoties qvis probare intendit per testes, totiet opus habet articulis. Qvia articuli ut plurimum formantur ad testes interrogandos de iis, qvæ adversarius negavit.

II.

Articuli debent esse pertinentes seu ex visceribus libelli deprompti, certi, non contrarii, affirmativi. *Fibig. proceff. jur. part. special. cap. 2.* §. *6.*

CAP. XLI.

De Artificibus. Arte.

Axioma I.

Tales artes in Republ. potissimùm fovendæ sunt, qvæ ad incrementum Reipubl. serviunt, non qvæ ad luxum aut lasciviam. *Perez. C. de excusat. artific. num. 11.*

II.

Artifices, qvi ex statuto loci opificia in publicis officinis exercere debent, non debent occultè & in privatis domibus operari, multò minùs illi, qvi nondum in numerum sunt recepti, clandestinè artem exercere *Perez. C. nulli licere in fræn. num. 7.*

III.

Ob artificium insigne pœna interdum mitigatur. *l. ad bestias 31. ff. de pœn. Tiraq. Tr. de pœn. temper. can. 50. Clar. lib. 5. sentent.* §. *fin. q. 60.*

IV.

Artifices qvi artet suas lucri causâ falsant, ut sunt textores, qvi pannos debiles faciunt, pictores aliiqve, puniri debent. *Jo. de Platea in l. baphii. C. de murileg. lib. 12.*

V.

Liberi compelli possunt ad amplectendum artificium paternum, qvod apud Sinenses practicatur, referente *Brunnem. C. de fil. official. col. 1.* imò potest aliqvis certo casu in pœnam addici certo artificio, e. g. apparitores pistorem concutientes panificio *l. 2. C. de apparit. præf. urb.* licet hoc generaliter non procedat *l. 19. C. de pœn.*

VI.

Artifices ingenioſi etiamsi liberalem artem exerceant, à muneribus publicis non sunt immunes. *Perez. de excus. mun. n. 2.* nisi sint ex receptis collegiis, qvi necessariam operam publicis utilitatibus adhibent *l. 5.* §. *12. ff. de jur. immun.* Ratio immunitatis est, qvòd discendis & exercendis artibus otium sit accommodandum. Hinc & discipuli & tyrones eadem immunitate gaudent, *Perez. C. de excusat. artific. n. 6.* qvod ultimum tamen limita, (1.) modò discipuli de suo ingenio & doctrina spem Reipubl. præbeant probabilem, (2.) ut discipulis non competet immunitas, qvæ Doctoribus concessa est à muneribus realibus; nam personalia duntaxat magistrorum suorum iis attribuuntur. *Brunnem. C. eod.*

De *ascendentium* successione vid. *successio.*

CAP. XLII.

De Assessoribus.

Axioma I.

Assessores debent judici suo resistere si videant ipsum contra jus agere, aliàs ipsi puniendi sunt. *l. 33. C. de decur. Brunnem. C. eod. col. 11. in fin.* hinc etiam judicibus locorum invitis tales assessores dandi sunt, qvos ipsi revereantur: nam malus prælatus timet subditum bonum. *Brunnem. C. de palatin. sacrar. largit. col. 1. in fin.*

CAP. XLIII.

De Asylo.

Axioma I.

Ad onera suæ patriæ sublevanda potest qvis ex domo privilegiata extrahi *l. 39. C. de decur.* Vasallus & rusticus alienus etiam ex domo Principis ad pristinam conditionem revocari potest, authoritate tamen judiciali. *Brunnem. ad l. fin. C. de metallar.*

II.

Palatia & statuæ principum asylorum jure gaudent, ut & Cardinalium & Episcoporum in terris Ecclesiæ. Hinc nemo ibi violari, extrahi, vel gladius evaginari potest. *Perez. C. de palat. & dom. num. 3.*

III.

Asyla facinorosis non præstant impunitatem sed innocentibus securitatem, *Numeror. 35. vers. 11. & 12. item vers. 32. Rhet. in Instit. jur. publ. lib. 2. tit. 8. 1. 2.* apud Pontificios verò asyla sunt præsidium omnium maleficorum. *Rhet. d. l.* §. *4.*

CAP. XLIV.

De Aucupio.

Qvicunqve non habet jus venandi, ille nec habet jus aucupandi, qvia sub illo hoc continetur. Ergò qvi non habet jurisdictionem circumsepandi, die Zaungerichte/ ille non habet jus venandi, & consequenter nec jus aucupandi.

Limita: ut tamen in genere liceat cuivis capere aves minores. Conf. *Wehner. obs. pract. sub voce* Vogelweile.

CAP.

CAP. XLV.

De Augmento.

Axioma I.

Propter augmentum meliorationis non augenda sunt onera rei. Ita domus qvæ fisco certam pensionem annuam præstat, licet augeatur melioramentis, onus tamen non augetur, sed antiqvum tributum præstatur. Ratio est ornatus urbium insignibus ædificiis. *Perez. C. de præd. & omnib. reb. navicul. n. 3. seqq.* Ita melior hypothecariâ conventus potest æstimationem rei, qvæ fuit tempore oppignorationis, creditori offerre, creditor autem melioramenta persequi non potest. *Brunnem. ad l. 2. C. eod. num. 8.* Ita dicvis fundum sterilem à principe accepit ipsumqve melioravit, canon Principi promissus minimè augetur, sed hoc procedit in augmento diligentiæ, non casuali, e. g. Alluvionis *l. 6. C. de alluvion. Brunnem. ad l. 16. C. de omn. agro deserto.*

II.

Augmenta contra veterem consuetudinem sunt prohibita Hinc conductores pascuorum principis vel publicorum sub prætextu gravioris pensionis majorem pensionem ab animalibus pascendis exigere & licitationem instituere prohibentur, imò nec pascua cariùs locari possunt *l. 1. C. de pasc. publ.* Hinc is, cui à Principe fundus patrimonialis in emphyteusin datus est, eò privari neqvit, qvamvis alius augmentum offerat *l. 3. C. de fund. patrimon. l. 2. C. de locat. prædior. civil.* qvæ docet, qvòd idem etiam in locatione procedat, qvod in venditione. *Perez. C. eod. num. 5.* si scil. locatio sit perpetua, non temporalis, in hac enim licitatio locum habet. *l. fin. §. fin. C. eod.*

CAP. XLVI.

De Autoritate. Autoritate privata.

Axioma I.

Qvoties facultas propria autoritate aliqvid faciendi alicui conceditur, toties valet, nisi resistat alter, qvia contra resistentem opus est judicio. Ita si testato legatario permiserit propria autoritate legatum occupare, non tamen aliter hoc licebit qvàm si heres consentiat. Alioqvin verò interdictum qvod legatorum locum habet. *Struv. de vindict. privat. cap. 15. §. 2. numer. 2.* Idem est si alicui concedatur potestas propria autoritate occupandi rem venditam si emptor statuto tempore pretium non solverit.

II.

Autoritas superioris, consensus inferioris est. *Simoncell. de decret. in præf. num. 54.*

III.

Autoritate privata nemo impunè possessionem alienam arripere potest *l. fin. C. unde vi.*

Limita: favore agriculturæ & tributorum fisco solvendorum qvilibet desertos fundos propria autoritate arripere & colere potest: qvi, si dominus intra biennium non redeat & meliorationes restituat, ipsi appropriantur. Si autem qvis autoritate Magistratus eos arripuerit, domino non nisi sex menses dantur. *l. 8. 11 C. de omni agro deserto.*

IV.

Ubicunqve periculum est in mora & judicis copia non statim datur, ibi propria autoritate fugitivus capi potest, e. g. decurio à duumviris *l. 54. C. de decur.* religiosus à superiore, uxor à marito, subditus à domino, debitor à creditore, si cum re debita aufugiat. *Perez. C. eod. num. 48. Brunnem. C. eod. col. 7.* ita qvilibet milites desertores potest opprimere *l. fin. C. qvando lic. cuiqve sine judice.*

CAP. XLVII.

De Autoritate Tutoris.

Axioma I.

Qvoties agitur de negotio infantis, toties non intervenit autoritas tutoris, sed solus tutor illud gerit nomine infantis. Qvia in infante nihil est, cui autoritas tutoris accedere debeat *l. 18. §. 2. C. de jure deliberandi.* Exemplum est in aditione hereditatis nomine infantis facta.

II.

Qvoties agitur de negotio pupilli infantiâ majoris, toties illud genere potest pupillus autore tutore, qvia talis pupillus potest consentire. Huic igitur consensui minus perfecto accedere debet autoritas, & tali casu citari solet pupillus cum tutore; qvamvis hodiè indistinctè citentur tutores. *Brunnem. ad l. 1. ff. de admin. tut. in fin.*

III.

Qvoties pupillus vel minor est obligandus aut ex actu aliqvo lædi potest, toties autoritas tutoris vel consensus curatoris reqviritur, & contra qvoties pupillus non læditur sed meliorem reddit conditionem suam, toties autoritate tutoris opus non est: si enim ea & hic necessaria esset, damno foret pupillo, qvod in favorem ejus est introductum, contra *l. qvod favore 6. C. de LL.* Exempla sunt in *pr. Inst. de aut. tut.*

Declara: ut hereditas extranei pupillo delata adiri sine tutoris autoritate non possit, utut revera sit lucrosa, qvia pupillus obligatur legatariis & creditoribus defuncti *§. 1. Inst. eod.*

CAP.

CAP. XLVIII.

De Auxilio.

Axioma I.

Naturæ vinculum homines ad mutuam defensionem & auxilium copulavit *l. 3. de J. & J.* hinc qvi injuriam à socio vicino non depellit, tam est in vitio, qvàm si parentes aut patriam deserat *can. non in. 23. q. 3.*

Limita: nisi qvis suo auxilio seipsum in majus periculum immergat. Ita si mandato judicis capiendus resistat, præsentes satellitibus assistere debent, sine proprio tamen periculo. Servi autem etiam cum proprio vitæ periculo dominum defendere tenebantur. *Perez. C. de cohortal. & princip. num. 11.*

II.

Anteqvam in auxiliatores instituatur inqvisitio, oportet constare de ipso principali delicto. *Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. constante. à num. 40. usque 77.*

III.

Auxilium præstare dicitur qvi pecuniam mutuat. *Bart. in l. 4. ff. ad L. Jul. Majest.*

FINIS.

Collegii Societatis JESV Paderborna
22 Martii 1698




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


LOCI
COMMUNES
Th
860a


TABORIS